XXXVIII
G
39

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXVIIII
5
39

Digitized by Google

LATINAE ATQVE ADEO ETIAM GRÆCÆ LINGVAE DICTIONARIVM AB AMBROSIO CALEPINO PRI-

mum, deinde à doctiſsimis multis ex probatiſsimis quibuſque authoribus collectum & perfectum ita, ut uix credi poſſit quantum omnibus nominibus excellat hactenus ædita dictionaria omnia quibuſcunq; titulis prędicentur. Nunc, ut etiam ijs quibus ob anguſtiorem rem hoc tanto theſauro carendum fuit conſulatur, quidam ſolidè docti uiri noſtris impenſis ad precium modumq; minorem magno labore, induſtria, & iudicio redegerunt.

ONOMASTICON PROPRIORVM NOMINVM, VIRORVM, MVLIERVM, SECTARVM,

Populorum, Idolorum, Syderum, Ventorum, Vrbium, Marium, Fluuiorum, Montium, & reliquorum, ut ſunt uici, promontoria, ſtagna, paludes, &c. Nunc primum ex aliorum doctorum Dictionarijs partim à Conrado Geſnero Tigurino, partim ab eius amicis congeſtum.

Item certæ ſyllabarum quantitatis notæ ſingulis uocibus inſcriptæ.
Latinis dictionibus Græcæ adſcriptæ.
Et alia quædam ad intelligendos meliores autores neceſſaria. Quorum nihil, ullum, quæ hactenus ædita ſunt dictionariorum habet.

Cum gratia & priuilegio Regio.

BASILEAE PER HIERONYMVM CVRIONEM.
M. D. LVI.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

CANDIDO LECTORI S.

IN Lector humaniſsime, iam iterum tuo conſulimus commodo. Cum enim hactenus Calepinus noſter adeò plurimorum undiq; doctorum uirorum in eum collatis muneribus & auctibus accreuerit, atq; ob id etiam precium, ut iamdudum multi de huius magnitudine conqueſti ſint, atq; ab emptione eius abhorruerint, & præſertim ij quibus uel in primis hoc authore opus eſt, dedimus operã ut horum tenuitati aliquo modo ſuccurreremus, & curauimus ut hic liber, qui antea magis papyro magnus erat quàm ſcripturæ materia, ſubtrahendo huic atq; addendo illi, ſimulq; alia forma, imprimeretur, & ſuccinctior fieret, poſſetq; æquo precio & emi & uendi. Et licet in hac editione cum primis ad pueros, & nouos literarum tyrones reſpexerimus, quibus ſcimus ab initio ſtudiorum ſuorũ graue & difficile eſſe genera & declinationes nominum & uerborum noſſe, partim propter ſyluam & multitudinem horum, tum uero tædioſum in his exercitium, uidemus tamen ſæpenumero adoleſcentes eruditione non uulgari, ne dicamus etiam ætate prouectiores, in genere quorundam nominũ hallucinari & dubios eſſe, & quod pace omnium dixerimus Caput, quod aiunt, Priſciani aliquando inſigni colapho petere, nimirum quòd cum hæc diſcenda erant, adſpirantes ad maiora, non ualde curauerint, aut à præceptoribus incurioſis non edocti, ſiue in his non exercitati ſint, & ſuum loquendi modum magis conuerſatione cum commilitonibus imitationeq; quàm arte poſsideant. Quapropter cum uideamus etiam noſtri ſeculi doctiſsimos uiros non tam excolendi ingenij ſui gratia quàm puerorũ, Grammaticalia & tractaſſe & præſcripſiſſe, nec nos quidem aut ſumptui aut laboribus pepercimus, quòd ea non minima Grammaticæ pars ſit, ut hæc quàm potuit fideliſsime adijcerentur, & ſtudioſus adoleſcens de genere aut declinatione dubitans ſtatim in promptu haberet, quo ſe dubio exolueret. In Onomaſtico autem, hoc eſt libro propriorum nominum, non itidem hæc quæ in Verbis & nominibus adiectiuis, ſiue Latinis dictionibus, obſeruauimus, quia ridiculum uidebatur his adijcere genus, quòd ex regulis generalibus notiſsima ſint & perceptu facilima. Cuiuſcũq; autem & generis & declinationis, ſiue coniugationis, nomina & uerba ſint id ſingulis literis ſignificauimus. Nihil igitur ſupereſt, optime lector, niſi ut ſignificationem earum tibi indicemus, & ſcias quid hæ diuiſim poſitæ literæ ſibi uelint. Memineris ergo ubicunq; unicum M nomini poſtpoſitum inueneris, id tibi ſignare Maſculinum genus,

F, fœmininum.
N, neutrum.
C, uel com. commune.
O, uel om. omne

D, dubium.

Declinationes ſic itidem, ſemper ultima quoq; genitiui adiecta, ſuis literis conſignificauimus ſecundum numerum earum.

P, nanq; tibi ſignabit declinationem primam.

S, ſecundam.

T, tertiam.

Q, Quartam & quintam, quarũ internotio facilis eſt. Quarta enim tãtum duas terminationes requirit, us & u. Quinta unam Es.

Eadem ratio & in uerbis erit.

P, nota eſt primæ coniugationis.

S, ſecundæ.

T, Tertiæ.

Q, Quartæ.

Generis autem, aut ſignificationis hæc eſt.

A, ſiue act. actiui.

N, neutri.

D, deponentis.

C, ſiue com. communis.

Vale lector humaniſsime, atq; operam noſtram boni conſulas. Datum Baſileæ ex ædibus noſtris Anno Domini. M. D. XLVI. duodecimo Calend. Aprilium.

AMBROSIVS CALEPINAS EREMITANVS SENATVI, POPVLOQVE Bergomenſi S. P. D.

PLures anni ſunt, magnifici conſummatiſsimiq́; uiri, ex quo uel à prophanis, tum ueteribus tum recentibus: uel à catholicis, & his ſanè doctiſsimis ſanctiſsimisq́; uiris complurimas dictionum interpretationes, quæ mihi ad pernoſcendas authorum ſententias idoneæ uiderentur, excerpere, atq; in unum cœpi cogere. Quod planè opus ſic à me ſuſceptũ eſſe uelim exiſtimetis ut alijs, & mihi in primis, uſui quandoq; futurum eſſe conſiderem. Non enim inſtruendorum aliorum, quàm mei exercendi ingenij gratia, id efficere aggreſſus ſum. Nam cum à teneris (ut aiunt) unguiculis inter ſacratorum numerũ, fauentibus ſuperis, relatus fuiſſem: & neq; declamationibus refragante natura me dedendum putarem, neq; percipiendæ philoſophiæ ulla mihi à patribus facultas daretur, quippe qui in id temporis incidiſſem, quo de ſaluãdis animis tantum modo cogitandum foret: cumq́; nec tempus omnino fruſtra terendum ducerem, haud iniqua res uiſa eſt, ea me amplecti ſtudia, quæ certam præ ſe ferrent humanitatẽ. Neq; uerò eò uel temeritatis uel dementiæ redactus ſum, ut bonorum artium ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimem, quando nemo licet ſapientiſsimus id unquã præſtare potuerit, certoq́; ſciam me nec tanto ingenio, tanta ue literatura præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Feſto Pompeio, Pediano, Seruio, Donato, Varrone, cæterisq́; Latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint, ego ipſe magis religioni dedicatus, quàm cuipiam diſciplinæ, clarius aut enucleatius ſcribere poſſe conſiderem. Verum quia in præſtantiſsimis illis literarum antiſtitibus plurima deſiderabantur: ego ut communi ſtudioſorum utilitati conſulerem, ac meis pro uiribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſsimè ſatisfacerem, ea carptim ex omnium penè diſciplinarum monumentis exprimere conatus ſum: multa contra Laurentium Vallam, contra Priſcianum, alioſq́ue authores, pręſtantiorum authoritate nixus, poſtquam enim plus apud me Ambroſij, Hieronymi, uel Auguſtini grauitas & doctrina ualet, & Græcorum, quàm Laurentij Vallæ ſtudioſa reprehenſio. Id autem bene maléue fuerim aſſecutus, iudicent alij. Hoc unum affirmare auſim noſtrum hoc opus & uocabulorum multitudine, & præpoſitionum interpretamento, & authorum citatione, ordineq́; dictionaria cuncta ſuperare. Quod cum in uolumen amplum excreuiſſet, ac illud multorum rogatu emittere ſtatuiſſem, patriam legi, cui id dedicarem. Nam cui potiſsimum conſecrari opus de re literaria debuit, niſi patriæ? & illi quidem patriæ in qua magno & excellenti ingenio uiri ſunt, qui de grauitate, de iuris prudentia, deq; omni ſcientiarum genere pręclarè meriti eſſent, quos ego tanquam obices oblatran

tibus cõſtitui opponere. Ferè enim plerique omnes, qui in literis præſertim aliquid edidere, id principi uel ſenatui cuipiam inſcripſere, quærentes ut ab eorum potentatu ac magnitudine, laboribus ſuis apud omnes authoritatem, & ab inuidis tutelam, munimenq; pararent. Prudenter id quidem, quando ita ueteri cõſuetudine fieri uidemus, ut omni in re, quæ principes probant, ea cæteri laudent, cupiant, tueantur. Scio nanq; futuros eſſe, qui labori noſtro detrahant. Ita enim fit ut quæcunque mortales agant, ſiue priuatim, ſiue publicè, calũniæ ſubiacere certum ſit: nec diuinis operibus maledica lingua parcit. Tantum ſibi humanus arrogat intellectus. Ego nõ niſi uolentibus hæc legenda trado. Multa ſanè fateor à me tradita ſunt, quæ alij probent, ab alijs uitio dentur, quod pleriſq; etiam doctiſsimis uſu eueniſſe compertum eſt. Velle ſuũ cuiq; eſt, inquit Poëta, nec uoto uiuitur uno. Domus quę apud forum extructa eſt, quod editior ſit, uel depreſſior quàm æquum uideatur, ſæpe contenditur. Difficile reor omnibus placere poſſe. Sed ego non ſolum cuipiam me non præpono, ſed nec æquiparo quidem, eligens cum propheta abiectus eſſe in domo Dei. Quare ſi meum opus à uobis acceptũ fuerit, illudq; probaſſe uideamini, abeſſe non poterit, quin à tam grauibus, tam doctis, tam eloquentibus uiris laudatum, laudandum quoq; reliqui exiſtimẽt. Multa uerò, imò penè innumerabilia deſunt in hoc opere. Quis enim uniuerſa multis etiam queat comprehendere uoluminibus? Verum ne longius epiſtolã uagari patiar, finem dicendi faciam, ſi modo hoc unũ uos monitos effecero, quod ad rem plurimum conducere uidetur: quippe quod unãquanq; dictionem inuentu facilẽ reddit. Nam omnes orationis partes aut ſimplices ſunt, aut cõpoſitæ. Quę ſimplices ſunt ſuo queq; loco pro duarum trium ſic literarum præcedentium ordine collocantur. Compoſitarum aliàs, ſimplicibus, aliàs per ſe, ſecundum uariam multiplicemq; earum ſignificantiam coaptaui, ab A litera, initium ſumens.

AMBROSII CALEPINI VITA EX ADDITIONIBVS IN EVM LIbrum, quem Io. Trittemius de Eccleſiaſticis ſcriptoribus edidit.

AMbroſius Calepinus Bergomēſis, ordinis diui Auguſtini, quo tempore Ludouicus Sphortia Mediolanēſibus dux præerat, floruit: diuinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſſimus. Vnde opus p ergrādc ſua induſtria, magno labore, ex innumeris propè authoribus collectum, de uocabulorum notitia, ac præpoſitionum interpretatione Græca & Latina, cum authorum atteſtatione, nobis commune fecit. In quo non ſolum quæ ad literarum & poëtarum & oratorum cognitionem plurimū conferunt, ſed etiam quæ ad medicos, philoſophos, nec non doctores eccleſiaſticos pertinent uocabula, doctè ſatis eleganterq; explicuit: explicita in ueriorem lucem, quàm in quibuſdam alijs codicibus conſimilibus, legenda reliquit. Quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerunt ſubſidium. Hinc enim factum eſt, ut quæ apud barbaros iam barbara euaſerant, Latina fiant: Quæ uerò apud doctos in dubium reuocabantur, nunc pateant, diſcuſſa dubietatis nebula.

De CALEPIO oppido, à quo nomen huic ſcriptori, quære in proprijs nominibus. Videtur & alia quædam ſcripſiſſe. Nam ubi Venetiarum mentionem facit: De huius (inquit) ciuitatis laude, quoniā apud Iacobi Philippi Chronica à nobis late cōgeſtum eſt, duximus omittendū.

AD STVDIOSAM Iuuentutem.

En tibi, quod fauſtum & felix ſit, amica Iuuentus,
Ambroſij rurſus lexica docta damus.
Aucta quidem paucis (nec enim niſi uera fatebor)
Aucta tamen, multis atq; polita locis.
Ipſa quod aduertes, conferre priora moleſtum
Huic ſi non operi, quod modo prodit, erit.
Id precor ut facias, namq; inde iuuabere multum, &
Pro uigili fueris grata labore mihi.

DE LIEERA A.

A NOMEN eſt literæ prima Hebræis Græciſq́; & Latinis. Hæc aſpirationẽ accipiẽs interiectio fit, quæ pars humanorũ affectuum expreſsiua eſt: qui ferè contentiore uoce (quod ſuum aſpirationis eſt) efferuntur. Aſpiratur itaq; ah interiectio in fine præter uocaliũ morem: quod fit propter afflatum pronunciandi, & differentiam præpoſitionis, uarieq; pro ſenſus & materiæ conditione accipitur. Modò enim admirantis eſt, ut apud Plautum: ah quid ais? Modò dolentis, ſeu cõmiſerantis. » Verg. 1. Eclo. Spem gregis, ah ſilice in nuda » conniXa reliquit. Et alibi, Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Modò dehortantis, ne quid fiat, ut eſt apud Hieremiam & Ezechielem prophetas. Aliquãdo flentis, ut inquit Don. in Terent. Adel. Ah me miſeram. Item indignãtis ſibiipſi, & ſeipſum arguentis. In Andr. Ah, uix tandem ſenſi ſtolidus. Et indignantis & ſtomachantis alteri cum reprehenſione. Idẽ Ah, Tantã ne rem tam negligenter agere? In Eun. P. Ah, rogitare? quaſi difficile ſit. Iterum in Andr. Ah quantò ſatius eſt. &c. Vbi obiurgantis eſt.

Aliquando quoq; reclamantis eſt, aut contradicentis. Teren. in Hec. Meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah. L. Sine dicã. Vbi Don. Ah, quod falſum eſt, reclamauit meretrix ſtatim, & uoluit contradicere, ſi permitteret ſenex. In And. Ah ne me obſecra. Vbi eſt abnegantis. Aliquando deſiderij. Plaut. in Aſin. Ah, quanto amplius ualerem, ſi hic maneres. Priſcianus docet ah, dici per apocopen ab aha. Geminatur quoq; aliquando, & eſt ſuſpirantis. Plaut. in Mil. Ah ah, cum uenit in mentem, mores ut mihi mutandi ſient. Sed à, ſine aſpiratione, cum grauatur & producitur, eſt præpoſitio ablatiuo caſui deſeruiens: ab ἀπὸ Græca præpoſitione, remota ultima ſyllaba πο: à qua præpoſitione, ab quoque deduci uidetur, abiecta ultima litera o, & mutato π tenui in ſuam mediã b. Eadem ratio eſt de abs: quarum trium eadem eſt ſignificatio, hoc ſolo differentibus, quòd à, nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à uocali: ab uerò cum omnibus ijs, & præterea cum l & r duabus liquidis, & i conſonantis locum tenente: ut, ab lege, ab rege, ab Ioue (licet apud Liuium cum alijs quoque conſonãtibus coniunctum legatur) & abs cum t, & q: ut abs Tullio, abs quolibet. Quæcunq; igitur de a, eadem de ab & abs, quantum ad ſignificationem attinet, dici poſſe debere eſt putandum.

Significat autem à, motum à loco: ut, Redeo à uilla, ab agro, uenio ab Vrbe, ab Italia. Neq; ſolum motũ à loco, ſed etiam à tempore ſignificat, & tum maximè declaratur per cum: ut, A paruo te noui, id eſt, cum paruus adhuc eſſes. Sic, ab infantia te dilexi, cum dico, ſignifico ſtatim cum inciperet infantia, cœptam eſſe meam dilectionem. Similiter cum uerbis paſsiuis ſignificat perſonã agentem: ut, Victus eſt à Scipione, id eſt, uicit eum Scipio. Interdum ponitur pro poſt, (cum μετὰ accuſatiuo, & ἀπό.) Cic. de Senect. Cuius à morte hic tertius & triceſimus eſt annus. hoc eſt, poſt cuius mortem. Plin. Et uirus equi à coitu ſtatim collectum: hoc eſt, ſtatim poſt coitũ. Sic dicimus, à partu, à funere, à commeatu: quod eſt poſt partum, poſt funus, poſt commeatum. Suet. in Cæſare: Plebs ſtatim à funere ad domũ Bruti & Caſsij cum facibus tetendit. hoc eſt, poſt celebratas exequias. Et à tergo. id eſt, poſt tergum, retrò, ponè, (ὄπισθεν κατόπιν.) Liu. 3. ab Vrb. Neque hoſtium à tergo incurſum uidit. Sic à ſomno, id eſt poſt ſomnum. & à rege ſecundus: quod eſt, poſt regem primus. Liu. Si dignũ, qui ſecundus à Romulo numeretur, crearitis. Quandoque ſignificat de. Terent. A uilla mercenarium uidi. Suet. in Veſp. Alterum ad Iuniam Caluinã à gente Auguſti pertinere dicebat. pro, de » gente. Martial. Ipſa protinus à uia ſalutes. Et Cic. A Pauſania Lentuli liberto audiui. quod alibi per de, ſed actiue enunciauit: ut de Philadelpho audies: id eſt, Philadelphus tibi dicet. Quãdoq; habet uim defenſionis, & ſignificat pro, (ὑπὲρ cum genitiuo.) Cicero in Bruto; Vt nemo contra ciuium perdi-

torum popularem turbulentamq́ dementiam à ſenatu, & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius. Vbi, quod à ſenatu ait: & , à cauſa bonorum, perinde eſt ac ſi dixiſſet: Pro partibus ſenatus & bonorum, hoc eſt, ſenatui ſtuduerit & fauerit, eũq́ tutatus fuerit. Idẽ pro Cluent. Non modò dicendi à reo ſed ne ſurgendi quidem poteſtas fuit. quod eſt, Pro reo: hoc eſt, in gratiam & fauorem rei. Sic dicimus, à quæſtionibus, à teſtibus, à uoluntate: quæ locutio creberrima eſt apud idoneos authores: quaſi defenſor quæſtionum, teſtium, & uoluntatis alterius. Item in officijs & dignitatibus ſignificandis plurimus eius uſus eſt, certis ſcilicet nominibus iunctũ: ut, à ſtudijs dicitur eſſe, qui eruditione & doctrina ſua præeſt ſtudijs alicuius, puta principis. Ab epiſtolis, (ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν) qui præeſt epiſtolis, ut eas accipiat, ſiue ad illas reſpondeat. A rationibus, qui nũc uulgò clericus, ſiue magiſter computorum dicitur. Suet. in Claud. Super hos Polybium à ſtudijs, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq́ ſenatus &c.

A libellis, (γραμματέων προεστάμενος τῶν ἱκετησίων) qui libellis ſupplicibus præeſt. Sic à batis, qui præeſt menſuris, quiq́ annonã menſuris diuidit. A caliculis, (ὁ πρὸς ταῖς κύλιξι.) qui præeſt caliculis, quæ ſunt uaſa potoria.

A commentarijs, qui præeſt commentarijs: hoc eſt, qui in cõmentarium cuſtodias refert, & ueluti diarium cuſtodiarum cõficit. Hunc Aſcon. Pæd. commentarienſem uocat. A manibus, (ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γινόμενος) ſiue à manu, dicuntur ſcribæ, quorum manu ad literas ſcribendas principes uti ſolẽt. Suet. in Cæſ. Philomenem à manu ſeruum ſimplici morte punijt. Idem in Veſp. Cænidem à manu dilectam reuocauit in contubernium. Hi alio nomine ad manum dicuntur. Cic. lib. 2. de Orat. Licinium ſeruũ ſibi Gracchus habuit ad manum. Similiter amanuenſeis eos Sueton. alibi uocat. A memoria, ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως. cuius officium eſt ſuggerere principi res obeundas, & quæ ſint agenda in memoriam illius reuocare ex præſcripto. A pedibus, qui pedibus iter facit, non equo uehitur. Cicero ad Att. Pollucem ſeruum à pedibus Romam miſi. Martialis, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus? Idem ad pedes eos appellat, cum inquit, Ille retroflexus ad pedum turbam. Alibi, Lagœnam ad pedes replet. Et ſciendum, A pedibus per omneis caſus eadem terminatione dici. Rectè enim interrogaueris, Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, ſerui à pedibus. Miſi à pedibus. Dedi à pedibus meis. Hi etiam circumpedes uocantur. Vnde ait Agrætius: Circumpedes, ſunt obſequia ſeruorum: antepedes, amicorum. Cicero, Circumpedes autẽ homines formoſos & literatos, ſuos eſſe dicebat. A pugione dicitur, qui principis pugionem geſtat, eiq́ ſemper præſtò eſt. Lamprid. in Com. Inter quos Libertinus, qui à pugione appellatus eſt. A punctis, qui præeſt reditui aquariorum, ut eſt apud Front. lib. 2. de Aquæ duct. A ſecreto, ſiue à ſecretis, (ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων) ſecretarius dicitur, qui ab ore principis imperia recipit diplomatum ſubſcribendorum, dictorumq́, quæ in conſilio ſelecto decerni ſolent. A uoluptatibus, qui ſtudium habet comminiſcendi uoluptates ad principem oblectandum. Suet. in Tyb. Deniq́ officium inſtituit à uoluptatibus. Aliquando pro contra ponuntur. Vergil. in Melibœo, Dum teneras defendo à frigore myrtos. hoc eſt, contra frigus. Cic. pro Font. A quo periculo defendite iudices ciuem fortẽ. Quandoq́ ponuntur pro per. Plaut. in Rud. Ab ſe cantat cuia ſit. id eſt per ſe, ac ſuo unius teſtimonio. Idem in Bacchid. Nunc ab tranſenna. id eſt per tranſennam. Quandoq́ pro præter, ſiue cõtra: unde ab re ſignificat præter, ſiue contra utilitatem, aut ſine utilitate: cui contrariũ eſt è re, id eſt ad utilitatem: ut è republica, id eſt commodo reip. κοινῇ συμφέρον. Plaut. in Capt. Quid uis, dum ab re ne quid ores, faciã. id eſt, ne quid ores alienum ab honeſtis moribus, quod bonis moribus non conueniat: quaſi tu dicas, præter, uel contra honeſtatem. Idem in Trin. Ab re cõſuluit. id eſt fruſtra. Vnde ab re tua, pro contra commodum tuum, ἀσύμφορον. ſiue à negotijs tuis domeſticis, ἐκ τῶν σῶν. Teren. Heau. Tantum ne eſt ab re tua otij tibi, Aliena ut cures? Sæpius autem uſurpatur cum particula negatiua. Plaut. in Aſin. Haud ab re aucupis. Plin. lib. 33. capite 8. Id notaſſe haud ab re eſt. hoc eſt, nõ inutile, nõ alienum à propoſito.

propoſito,uel non abſurdum . Sueto. in Aug. Non abs re fuerit ſubtexere,quæ deinceps euenerint. A uel Ab,pro ἕνεκα,ſiue pro, quòd pertinet ad.Cice.pro Rabirio: Quorum impunitas fuit non modo à iudicio,ſed etiam à ſermone. Idem ad Att. Sumus imparati cum à militibus,tum à pecunia . Idem de Orat. A cæteris ſilentiũ fuit. Pro,quod ad iudicium,ad milites,ad pecuniam,ad cæteros pertinet. Plaut.in Epid. A morbo ualui, ab animo æger fui . id eſt,quod ad morbum,quod ad animum pertinet. Idem in Curcul. Tam à me pudica eſt, qua ſi ſoror mea ſit.pudica,inquit, eſt quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc: Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otioſus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & ſimilia apud Plautum ac Teren. Accipiuntur etiam A, uel Ab, pro eo quod uulgò dicimus: De parte. Plin. lib.11. Quod à ſole fuit, in ijs melius,quàm quod à terra. pro, uerſus ſolem, & uerſus terram. Idem lib.2.cap.47. ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & à parte,pro eodem. Idem lib.13.cap.15. Laudatiſſima à parte Aquilonis. A uel Ab præterea cum ablatiuo perſonæ,eleganter domicilium ſignificat: ut,A iudice uenio:hoc eſt,à domo iudicis . Terent. in Andr. Vnde eſt? dic clare. MY. A uobis.id eſt à domo ueſtra . Ibid. Sed Myſis ab ea egreditur. Sic à me,à milite,à Glycerio , apud eundem. Ab eo,pro eius. Terent. Eun. Adibo,atque ab eo gratiam hanc,quam uideo uelle,inibo. Vbi Don. Hæc eſt elocutio, Gratiam ab eo inibo,pro, Eius gratiam merebor. Nam ab eo amat. In And. Hæc primũ animaduertenda ab eo iniuria eſt . id eſt, eius iniuria.

Sunt & aliæ harum præpoſitionum ſignificationes,cuiuſmodi ſunt,quæ ſequuntur. Cæſar: Opportuno atque occulto loco à militibus paſſuum circiter duobus, Romanorũ aduentum expectabant . pro interuallo duûm millium paſſuum. Ab aliquo legare . Cice. pro Cluent . Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio: à ſecundo hærede nihil legat . Subintellige tradendam . id eſt A. Cluentius ita legat Oppiniaco grandem pecuniam,ut is eam non niſi à filio,ſi quis natus eſſet , accipere poſſet; ut ſcilicet ipſi Oppiniaco curæ eſſet ſalus filij, cum in eo tantùm ſuum emolumentum poſitum intelligeret. Nam legata non ualebant, ſi is à quo nominatim teſtamento relicta eſſent, hæres eſſe non potuiſſet. A lenone manu aſſerere,apud Plaut. in Perſa. Hæc de ſignificatione & uſu harum præpoſitionum A & ab, cæteris dictionibus appoſitarum: compoſita uerò ſcias ſeparationem ſignificare & priuationem, ſolumq́; cum m & u conſonante connecti, ut amoueo, amens, auello: Ab, cum a d e f i l n o r & u: ut, abactor,abduco,aberro,abfore,abiuro,ablacto, abnuo, aborior, abrogo, abundo (notantur aufero,& aufugio: in quibus b,euphoniæ cauſa mutatur in u) & ſignificat ferè priuationem: ut, abſimilis, non ſimilis. Nonnunquam ſeparationem, ut in ablacto, aufugio . Ponitur interdum pro extra, ut abduco. Et pro cõtra: ut abuſus, contra uſum. Aliquando ſuperflua eſt, ut apud Liuium, Flauius ſupplementum ab Roma abduxerat. Abs uerò componitur cum c q & t, ut abſcondo , abſque, abſtineo . ſignificat quoque retractionem in partem poſteriorem ,ſicut in abſtraho: & aliquando priuationem, ut in abſtemius, quaſi ſine temeto.

Ăbăcĭŏn.cij.neut.dimin.ab Abax,idem eſt quod abaculus. Vide Abacus.

Ăbăctōrēs,(ἐλατῆρες) m.g.d.t. quære in dictione Abigeus.

Ăbăctŭs.a. um. particip. ab abigor, ut: abacti greges, qui aut furto, aut per uim abducti ſunt. Cic.4.Verr. Præterea greges nobiliſſimarum equarum abactos. Additur quandoq; & ablatiuus,furto. Plini.lib.8.cap.51. Compertũ furto abactos,merſo nauigio remeaſſe. Ver.8. » Aen. Medio iam noctis abactæ. id eſt exactæ. Abacti (ἀπολυθέντες) authore Feſto, magiſtratus qui coacti depoſuerant imperium.

Ăbăctŭs.us.ui.uerb.m.q. uiolẽta expulſio. Plini. in Paneg. Cum abactus hoſpitum exerceret, omniaq; dextra læuaq; peruſta.

Ăbăcŭs.pen.cor.m.ſ.à genitiuo Græco ἄβαξ, ἄβακος. ſignificat proprie quod baſim non habet: impropriè uerò pro quacunq; tabula ſiue aſſere accipitur,ut eſt coquorum tabula,ſuper quam receptacula eduliorũ exponi ſolent. uulgo eyn anrichte.item menſæ id genus ex opere

intestino ad exponenda omnis generis uaſa factum, quod nos eyn buffet, uel credentz tiſch, Galli ung dreſſoir uocant. Iuuen. Vrceoli ſex, Ornamentum abaci. Eſt item tabula calculatoria, in qua logiſtæ numeros ſubinde deletiles, & mathematici ſuas lineas & figuras ducũt, eyn rachen tafel, ſchrib tiſch. Perſius: Nec qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas. Veteres menſam Pythagoricam appellabant. Vnde & pro ipſa ſupputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, uulgo poni ſolet. Inde quoq; abaculi (ἀβάκια) diminutiue, pro calculis quibus ueteres in diſpunctione ſupputationeq́; numerorum utebantur: qui mos hodieq́; apud omnes ferè gentes ſeruatur. Aliquando planicies è marmore uel ſtructura ad ſeſſum habilis hoc nomine appellatur: id quod uulgo quoque eyn banck dici putatur, corrupto uocabulo. Sunt præterea abaci, columnarum ornamenta, & tabulæ quadræ, quæ epiſtylijs imponuntur, de quo Vitru. lib. 13. cap. 1.

Ăbăgĭo. onis. m. t. apud Varr. lib. 6. de ling. Lat. litera commutata adagio eſt, inde dictus quod orationem ambiat.

Ăbălĭēno. as. are. act. p. penul. prod. (ἀπαλλοτριόω) quod noſtrum erat alienũ facere: & de rebus mancipi dicitur, id eſt, quæ à noſtro ad alterius dominium tranſire poſſunt. Cic. de lege Agr. Huiuſmodi res commiſſa nemini eſt, ut agros uectigales Pop. Rom. abalienaret.

Ponitur etiã pro ſeparare, diſiungere. Plau. Mil. Iſtuc crucior, à uiro me tali abalienarier.

Et pro auertere. Terent. Heaut. Ita nos abalienauit. Cic. Att. 14. Sed totũ ſe à te abalienauit Dolabella. Hinc abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio inter quos ea iure fieri poſſunt. Abalienatus (ἀπηλλοτριωμένος) participium, quẽ quis à ſe remouerit. Cic. Att. 1. Sed mirandum in modum eſt animo abalienato.

Ăbāmbŭlāntēs. abſcedentes, authore Feſto.

Ăbămĭtă. tæ. f. p. pen. cor. ſoror abaui.

Ăbănec, penul. cor. cingulũ ſacerdotale (ſicut docet Hieron.) polymita arte ex cocco, purpura, hyacinthoq́; contextum, ita ut flores atq; gemmæ in eo uiderentur eſſe diſtinctæ.

Ăbăphŭs, penult. cor. (ἄβαφος) non tinctus, ab a particula, & βάπτω tingo.

Abatos, Latinè inuius, auius, inacceſſus. Vide in Proprijs.

Ăbăuūncŭlŭs. li. m. ſ. abauiæ frater.

Ăbăuŭs (ἀπόπαππος) pen. cor. m. ſ. proaui pater: quòd iam longè abſit ab auo. Sic abauia (ἀπομάμμη) mater proaui.

Ăbbā, per geminum b. (ἀββᾶ) Hebræa uel potius Syra dictio eſt, compoſita ex aleph & beth, in qua ſingulare quiddam eſt, quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ſonare diſcunt. Paulus ad Rom. 8. hãc uocẽ exponit, Per quem, inquit, clamamus Abba pater.

Ăbbās. batis. maſc. ab abba, collegij ſocietatisq́; magiſter ac moderator. κοινοβιάρχης. Quo etiam nomine ſignificatur ipſa abbatis dignitas. Sunt qui unico b ſcribant.

Ābbātĭă. tiæ. fœm. à recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniã nimis malè ſonat, Græcos imitatus, per τα ſcriberẽ ſemper, Abbateia penultima longa.

Ābbātĭſsă. fœm. ab abbate. ἀρχιμανδρεῖτις. Hieron. de Modo uiuendi: Cum à ſemitis iuſticiæ deuiat, ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat.

Ābbrĕuĭo. as. act. pr. contraho, conſtringo. Veget. lib. 3. Abbreuiare iuſsiſti.

Ābdĭco. cas. act. p. (ἀποκηρύττω) pen. cor. quaſi longè dico, amoueo, repudio, reijcio, expello. apud Teren. in Andriæ Periocha: Recuſat nuptias, generum abdicat. Et pater abdicat filium, id eſt bonis & omni iure filij priuat, & quaſi extra familiam eijcit: qui cum ab hæreditate tantum cum ſubmouet, exhæredare dicitur. Sic abdicare magiſtratu aliquem, eſt abrogare alicui magiſtratum, & eo priuare. Cice. 2. de Nat. Augures rem ad ſenatum, ſenatus ut abdicarent cõſules, abdicaueruntq́;.

Sed abdicare ſe magiſtratu. (ἀπειπεῖν τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐξόμνυσθαι καὶ παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχὴν) eſt magiſtratum deponere ſiue relinquere. Sic dicimus abdicare ſe tutela, dictatura, libertate, & id genus ſimilibus. Plinius quoq; lib. 20. cap. 3. eleganter hoc uerbo uſus eſt, Democritus, inquit, in totum rapum abdicauit in cibis. hoc eſt tollendum cenſuit, ex omni prorſus ciborum uſu ſuſtulit: ἀθέτησεν, ἀπεδοκίμασεν. Idem lib. 15. cap. 30. Laurus quidem manifeſto abdicat ignes crepitu, id eſt reijcit, auerſatur.

ſatur. Et lib.33.ca.1. Vtinam poſſet è uita in totum abdicari aurum, pro ex hominum uſu tolli. Hinc abdicatio uerb. quæ opponitur adoptioni. Ita abdicatio magiſtratus, dictaturæ, &c. cum ſcilicet ipſe magiſtratus, aut dictatura deponitur.

Ābdico, pen.prod. cis. xi. ctum. act.t. augurale eſt uerbum, & ſignificat reijcere, repudiare. Cice. lib.1. de Diuin. Cum uineam diuiſiſſet, triſque partes aues abdixiſſent, &c.

Ābditūm. ti. n.ſ. ſubſtant. pro loco occulto. Plin. lib.8. cap.5. Nunquam niſi in abdito coëunt.

Ābdo. dis. didi. ditum. act.t. ex ab et do ſignificat abſcondo, occulto, obtego, retrudo. (κρύπτω.) conſtruitur autem modò cum accuſatiuo, idq; dupliciter, uel cum præpoſitione. Cicero ad Att.9. In Aegyptum nos abdemus. Liuius ab Vrbe. 2. Abdito intra ueſtem ferro. Vel ſine præpoſitione. Cic. in Piſ. Domū ſe abdidit. Teren. Hecy. Rus abdidit ſeſe. Modò cum ablatiuo, atq; id duobus modis. Vno cum præpoſitione. Liuius ab Vrbe.1. Se in ſuis quiſq; tectis abdiderunt. Altero ſine præpoſitione. Vergilius Georg. 3. Aut iam ſegnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. Hinc abdite aduerbium, pro occulte, ſecreto: ut abdite latere, Cicero.

Ābdōmĕn. minis. n.t. (ἦτρον, ἐπιγάστριον) pen. prod. ſignificat pinguedinem quæ ſpinæ adhæret, & in qua renes iacent. Dictum quòd abditum ſit. Iuuenal. Montani quoque uenter adeſt abdomine tardus. Plin. lib.11. cap.37. Porcæ ſumen antiqui abdomen uocabant. Translate ponitur pro uitio uentris ac gutturis, quam guloſitatē uocāt. Ci. pro Seſt. Libelli pro uino oppignerabātur, manebat inſaturabile abdomē.

Ābdūco. cis. act.t. pen.prod. (ἀπάγω) à loco duco, alium alicunde mecum duco: cui contrarium eſt abducere. Abducimus autem ſine ui, aut per uim. Sine ui, Teren. in Eun. Tum me cō uiuam ſolum abducebat ſibi. Ci.2. de Fin. Ab aratro abduxerūt Cincinnatū illum. Per uim. Lactan. lib.4. Poſtremo capti, abductiq; Babylonem, pœnas impietatis ſuæ graui ſeruitio pependerunt. Cic. Verr. 5. Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit. Aliquando apponitur uis, ut Abducere ui, Cic. Abducere per uim, Liuius. Translate ponitur pro auertere, auocare, abſtrahere, remouere. Cice. Tuſcul.1. Magni eſt ingenij reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. Pro Flac. Fide abducere, dixit ſine præpoſitione, pro reuocare à fide præſtanda.

Abecedarius. m. ſ. qui per alphabetū aliquid ordinat, quiq; prima addiſcit elementa, Hieron. & qui eadem docet, Fulgent. Cæl. lib. 14. cap. 28. & Bud. Pand.

Ăbēllīnæ. f.p. pen. prod. dictæ ſunt auellanæ, ab Abellino Campaniæ oppido, ubi abundant.

Ăbĕmo, compoſit. ab Ab, & emo: act.t. ſignificat quaſi adimo: quod dictum uidetur pro abimo. Plaut. Abemito ueſtem. Feſtus, Abemito ſignificat demito, uel auferto. Emere enim dicebāt antiqui pro accipere.

Ăbĕo. is. abiui, uel abij, abitum. neut.q. diſcedo, (ἀπέρχομαι) Liu. lib.1. Hæc locutus, ſublimis abijt. Teren. Eun. Heus Demea, rogat frater ne abeas longius. Abi quoq; dicimus, quaſi hærenti, morantiq;. Idem Andr. Vos iſthæc intrò auferte, abite. Aliquando abire dicitur, quod nos paulatim deſerit. παρέρχεται. Terent. Adel. Menſes abierūt decem, id eſt effluxerūt.

Aliquando pro euaneſcere, ſedari, ceſſare, præterire. Idem Andr. Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Interdum pro dilabi. Cic. Att.11. In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorū? Denotat etiam motū ad quem, quod eſt ire: quāuis & motū de quo, incluſum habeat, ut Quò abijt? Habet alios quoq; loquendi elegantes modos. Plin. lib.3. ca.14. Bello ſociali oppidum deleuit, quod nunc in uillas abijt. Liuius, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. id eſt ne ab omnibus rideretur, ne uulgi fabula fieret. Terent. Adel. Patriſſas, abi, uirum te iudico. Vbi Don. blandientis eſt uerbū, ad eos, qui iam cōpotes ſuorum uotorum ſunt facti. Abitur, imperſonaliter poſuit Plautus Mer. Hinc abitus & abitio (ἀποχώρησις) pro diſceſſu. Teren. Heaut. Propter eā hæc turba atq; abitio uenit.

Abequĭto. neut.p. eſt equo fugam orno. Liu. Fuga abequitarent. Syracuſas.

Ăbērcĕo. ces. (ἀπείργω) ex ab et arceo, act.ſ. ſignificat prohibeo. Plautus, Atq; eā abercet domo.

Ăbĕrro. ras. neut.p. (ἀφαμαρτάνω) ualde erro, longè digredior. Lactant. lib. 4. A quo hi duo riui ſi aberrauerint, areſcant neceſſe eſt. Cice.

lib. 5. Tuſc. Quæſt. Sed redeat unde aberrauit oratio. Inde aberratio, profugium, Cice. Caſſio: Veruntamen aliam aberrationem à moleſtijs non habemus.

Ăbĕrūnco. as. a. p cõponitur ex duabus præpoſitionibus, ſcilicet è, cum runco: & ab, cum erunco. Runcare uero eſt uellere. Nam propriè de herbis dicitur, cum euelluntur. (ἐκβοτανίζειν) Col. lib. 2. Frequenter tamen exigunt ſarritionem, & runcationẽ, ut herbis liberentur. Erunco, ſimiliter. Idẽ de medic. Omneis alterius generis herbas eruncato. Aberunco autem per translat. Cicero de Finib. poſuit pro auerto, depello, euerto: Dij utinam amentiam aberuncaſſent meam.

Ābfŏrĕ, (ἀπέσεσθαι) pen. cor. ſignificat abſfuturũ eſſe. Quæ duo per b ſcribuntur, ne ſi per geminum ff ſcriberẽtur, compoſita quis crederet ex ad, quæ oppoſitum ſignificarent. Nam ut illa non futurum dicunt, cum ab, tempus deneget: ſic iſta cum ad, uenturum tempus deſignant.
» Ouid. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus. Licet Statius lib. 1. Thebaidos, accipere uideatur in ſignificatione præſentis, Senſit manifeſto numine ductos Affore. Sic abſforem, pro abeſſem: afforem, pro adeſſem. Verg.
» Atq; utinam rex ipſe noto compulſus eodem Afforet Aeneas. De alijs à fore compoſitis, uide in dictione Forem.

Ābgrĕgo. gas. (ἀφορίζω) penult. cor. act. p. ab grege duco, uel ex pluribus gregibus parteis ſubduco. Huic contrarium eſt adgrego, quod eſt addo, & quaſi in gregem duco. Diſgrego uerò, & ſegrego, pro diſiungo poni ſolent: quibus contrarium eſt congrego.

Ăbhīnc. aduerb. temp. præt. (ἤδη, ut τρίτον ἤδη ἔτος, abhinc triennium) una pars, & cum accuſatiuo ſignificat antehac. Teren. in Andr. Interea mulier quædam abhinc triennium. Sic dicimus, Ab hinc decem annos, pro ante decem annos. Aliquando ponitur cum ablatiuo. Cicero ad Atticum libro 12. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius 25 ſpopondiſſe dicit Flauius.

Ăbhōrrĕo. res. rui. neu. ſ. (μυσάττομαι, ἀποστρέφομαι) aſpernor, fugio, diſſentio, diſcrepo, remotus ſum à re aliqua: & modo cum accuſatiuo, modo cum ablatiuo iungitur. Cum accuſatiuo Sueton. de Aug. Pumillos atq; diſtortos, ut ludubria naturæ maliq; ominis abhorruit. Cũ ablatiuo mediante præpoſitione à. Terent. Hecy. Nam omnino abhorrere animum huic uideo à nuptijs. Et apud Cic. de Fato, ſine præpoſitione, Alij talibus uitijs abhorreant. Cum accuſatiuo iunctum, in ſimili ferè ſignificatione ſumitur, qua horreo: tunc enim quaſi rem proximam audire uel aſpicere pertimeſcimus execramurq;. Cum uerò ablatiuo, tunc procul nos eſſe ab eo quod nõ placet, uel quod refugimus, demonſtramus: ut ſi dixero, Hanc rem abhorreo, ſignificat execror & pati nequeo. Abhorreo ab hac re: id eſt, alienus factus ſum, uel procul eſſe uolo. L. Valla. lib. 5. cap. 104. ſcribit hoc uerbum ſemper cõſtrui cum ablatiuo: ſed fortaſſe decepit eum ab, præpoſitio, quæ ablatiuum exigere uidetur. Sed ſi hoc in plerisq; uerbis fiat, non tamen omnibus: ſicut in aboleo, abluo, & huiuſcemodi: quæ accuſatiuum, non ablatiuum poſtulant. Ponitur interdum abſolute. Cic. pro Clu. Omnes abhorrebant, omnes ut immanem beſtiam peſtemq; fugiebant.

Ăbhōrrēſco, (ἐκπλήττομαι) neut. t. ualde timeo, ſeu in horrorem abeo, & quaſi uidere non patior. Lactan. de Ira, Quem terra contremiſcit cœlumq; & mare & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

Ăbhōrtor. aris, pro exhortor, ſiue potius dehortor. com. gen. primæ coniug.

Ābiēcto. tas. act. p. (ἀποῤῥίπτω) frequentatiuum, ſignificat frequenter abijcio.

Ăbĭēgnŭs. a. um. (ἐλάτινος) quod eſt materiatum ex abiete: ut Abiegnæ menſæ. Col. lib. 12. cap. 43. Quidam arida populnea, uel abiegna ſcobe uirides uuas cuſtodiunt.

Ăbĭēs. etis. pen. cor. fœ. t. arbor. Vulgò ein dann: dicta quòd præ cæteris arboribus longè eat. Eſt enim altiſsima rectiſsimaq;: cuius pars inferior enodis, ſapinus uocatur, ſuperior uero nodoſa duriorq;, ſuſterna, ut Plinius ſcribit lib. 16. cap. 39. Alij hanc Gallicam uocant propter candorem. Huius dimin. eſt abiecula. Græcè dicitur ἐλάτη, forſan ob ἐλάω, impello, produco, prolongo.

Ăbĭĕtārĭŭs. a. um. faber lignarius: ab abietibus & alijs lignorum generibus, ut apud Exodũ, Faciant opera abietarij. Hi etiam materiarij di-

bij dicuntur à materia, (τὴν ὕλην) cuius nomine ligna quæ ad ædificandū fulciendumq́; neceſſaria ſunt, intelligenda eſſe declarat Iureconſultus. Feſtus pro denominatiuo uſurpat, ut abietaria negotia, quam nunc materiam dicimus, uidelicet ab abietibus coëmendis: & abietarius negociator.

Abiga. gæ. fœm. herba quæ & abigena uocatur à partu abigendo. Plin. lib. 24.

Ăbigĕātŭs. tus. m. q. ipſe abigendi actus, ſiue crimen abactionis. Marcellus lib. 47. Digeſt. Abigeatus, crimen publici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt.

Abigena. næ. fœm. p. bos quam circum aliæ hoſtiæ conſtituuntur. Varr. de ling. Lat. lib. 6. ubi fortaſsis legendum Ambigena.

Ăbigĕŭs, pen. cor. m. q. (ἐλατὴρ βοῶν Homer.) ab abigo dicitur (ut author eſt Vlpian.) qui pecora de paſcuis, uel ex armentis ſubtrahit, & quodammodo deprædatur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercet, equos de armentis, uel oueis de gregibus abducens. Cæterum ſi quis ouem oberrantem, uel equos in ſolitudine relictos abduxit, non eſt abigeus, ſed fur potius. Scribit & Claudius, Quantitas diſcernit furem ab abigeo. qui enim unam ſuem ſurripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregē, ut abigeus. Quem Vlpian. abigeum, hunc Apuleius abactorem uocat.

Ăbigo. gis. (ἀπελαύνω) pen. cor. act. t. ex ab & ago: propriè eſt pecus aut greges abducere, ſiue ui id fiat, ſiue dolo. Liuius, Herculem boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. Aliquando ponitur ſimpliciter pro agere, ſiue pro pellere, ut ſi: cū boues in paſcua mittuntur. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 1. Greges ouium abiguntur in Samnium æſtiuatum. Dicitur & de hominibus, & alijs odioſis damnoſisq́; ἀπάγειν. Plautus. Abigam ego iam illum aduenientem ab ædibus. Cic. Tuſcul. 1. Minimè uerò, ſed bacillum prope me, quo abigā, ponitote. Idem de Orat. 2. Abige muſcas. Martial. lib. 10. Abigatq́; moto noxias aues panno. Transfertur interdum ad res incorporeas: ut, abigere faſtidium, laſsitudinem, & id genus, pro expellere.

Ăbĭĭcĭō. cis. pen. cor. act. t. & per geminū i, quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Eſt autem abijcere, proijcere, hoc eſt à ſe longè iacere. προϊέναι, προβάλλειν, ἀπορρίπτειν. Valer. lib. 1. Cum pullarius nō exire pullos cauea nuntiaſſet, abijci eos in mare iuſsit. Cic. Tuſcul. 1. E muro ſe in mare abieciſſe. Plinius lib. 21. cap. 13. Abijciunt ſe humi, refrigerationem quærentes. Eſt etiā hoc uerbum aliquando humilis & contempti ſupplicis ue. Ci. Att. 8. Cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. Idem pro Mil. Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci. Sic & abijcior, pro inutiles exiſtimor, ἀπολείπομαι. Trāſfertur ad res animi, & pro deponere ponitur, & expellere, amouere: ut abijcere curam, amorem, ſpem ſiue animum, quod eſt deijcere ac deprimere, & penè deſperare. Hinc abiectus. a. um. id eſt iacens, ſummiſſus, contemptus, afflictus, ἀπερριμμένος, καταβεβλημένος. Et abiectio uerbale. Abiectè aduerb. pro contemptim.

Ăbintĕgrō (ἐξ ἀκεραίου) penul. naturaliter cor. Aduerb. iterandi ſignificat denuo: quaſi res perfecta rurſus inchoëtur. Vergil. Eclo. 4. Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. Cic. 3. Verg. Vnam columnam efficere ab integro nouam, an quatuor illas reponere.

Ăbintĕſtātō, (ἀδιαθέτως) aduerbium ſignificat ſine teſtamento: ut, hic abinteſtatò deceſsit, (μὴ διαθέμενος.)

Ăbiūdico. as. penul. cor. act. p. ſignificat rem de qua controuerſia eſt, per iudicium aufero, alienò ue. ἀποδικάζω: unde ager abiudicatus ab Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant, eripuerantq́;. Cic. in Verr. act. 2. Nulla res fuit, quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Ponitur aliquando pro repudiare ſiue reijcere. Cicero de Oratore libro 2. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico.

Ăbiŭgo. gas. pen. cor. act. p. propriè à iugo remoueo: ut, Abiugare bouē. hoc eſt, à pari disiungere. Sed per translat. ſignificat ſeparare, alienare, ἀποχωρίζειν. Pacuuius, Quæ res te ab ſtabulis abiugat, certum eſt loqui.

Ăbiūngo. gis. a. t. (ἀποζεύγνυμι) ſeparo. Verg. li. 3. Georg. It triſtis arator, Mœrentē abiungens fraterna cæde iuuencum. Cice. ad Att. Quòd ſe ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxerit. hoc eſt, ſe disiunxerit.

Ăbiūrāſſo, antiquū uerbum, pro abiuro. Plaut.

in Perſa, Nec metuo quibus credidi hodie, ne quis abiuraſſet mihi.

Ābiūro.ras.a.p.pen.pro.ſignificat rem mihi creditā periurio nego, ἀπομόω, ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμαι. Plaut.in Curc. Qui abiurant, ſi quid creditum eſt. Cic.ad Att.lib.1. Mihi abiurare certius eſt, quàm dependere. Eſt etiā abiurare, contra ius aliquid tenere. Verg.lib.8. Abiuratæq; rapinæ Cœlo oſtenduntur.

Āblābĕă Græce, Latine innocētia dicitur. f p. ἀβλάβεια. ει diph. mutatur Latinis in ē longum.

Āblāctŏ.ctas.a.p.(ἀπογαλακτίζω) à lacte remoueo. Vergil.dixit, à lacte depello: & Varro, à mamma diſiungo.

Āblăquĕo.queas.a.p. à laqueis expedio, diſcalcio, ἐιλορμῶ: quod fit cum circum arbores fodimus terrā, & radices ſuperiores recidimus, ut magis fructificent. Colum.li.3. Vinea uetus ablaqueanda nō eſt. Palladius, Ianuario menſe locis temperatis ablaqueandæ ſunt uites: quod Itali excodicare appellāt. id eſt, circa uitis codicem dolabra terram diligenter aperire, ut Solis teporibus & imbribus prouocētur.

Hinc ablaqueatio, ipſe actus ablaqueandi. Plin.lib.12.capite 15. Myrrha gaudet raſtris & ablaqueationibus.

Āblātīuŭs.ui.m.ſ.caſus Grāmaticis dicitur, qui ſextus eſt caſus apud Latinos. Quandoq; pro genitiuo ponitur. Vergilius, Illa ferax oleo eſt.

Quandoq; pro datiuo. Cice. Honeſta bonis uiris non occulta cernuntur. id eſt à bonis uiris. Et pro accuſatiuo: ut, Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. Priſc.ſub finem, lib.5.& Vall.lib.2.cap.1.& 6.

Āblĕgmĭnă, partes erant extorum quæ dijs immolabantur, Feſtus.

Āblēgo.gas.act.p.pen.prod. inde aliquò mitto. ἀποπέμπω, ἀποςέλλω. Liu. lib.1. Pueros uenatum ablegauit. Dicitur & de animalibus. Col. lib.7. Cum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impaſcitur pecus. Vnde ablegatio, uerb. Cic.1.de Legib. Ablegationem aliquam nimirum iſta oratio poſtulat.

Āblĕpſĭă.æ.f.p.(ἀβλεψία) Latinè cæcitas & inconſiderantia: ab α priuatiua, & βλέπω uideo. Suet. in Claud. Inter cætera in eo mirati ſunt & obliuionem, & incōſiderantiam, uel ut Græcè dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν.

Ābligūrio.ris.n.q.pen.cor. liguriendo abſumo, καταλιχνεύω. Teren.in Eun. Itidem patria qui abligurierat bona. id eſt, ſuauibus eſcis cōſumpſerat. Don.

Āblŏco.as.act.p.pen.cor. idem quod locare, uerbum rariſſimum Suet.in Vitel.ca.7. Vt uxore & liberis, meritorio cœnaculo abditis, domū in reliquam partem anni ablocaret.

Āblūdo, cui opponitur alludo. Hora.2.Ser. Hæc à te non multum abludit imago. id eſt, hoc exemplum non multū diſſimile eſt tuis moribus.

Āblŭo.luis.a.t.(ἀπονίζω.) uide in dictione Lauo. Abluere ſomnia quid ſit, uide Cælium. Lactant.lib.14.cap.49. Ariſtophanes, ὄναρον ἀποκλύσαι dixit. Hinc ablutio, uerbale. Macrob. Satur.lib.3.cap.1. Conſtat dijs ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari.

Āblŭuĭŭm.ij.n.ſ.(κατακλυσμός) uniuerſalis inundatio. uide Gellium lib.16.cap.7.

Ābmātertĕră.ræ.f.p.pen.cor. ſoror abauiæ.

Ābmitto.tis.a.t. uerbū rariſſimū, idem quod mitto. Plau.in Truc. Dic ob hæc dona quæ abmiſerit, me illū amare plurimū omniū hominum.

Ābnĕco. as. are. a. p. idem quod ſuum ſimplex. Plaut.Trucul. Neq; ſibi perſuaderes, ut abortioni operam daret, puerumq; rite abnecaret.

Ābnĕgo.gas.a.p. pen. cor. nego, quod maxime profiteri debeo. ἀπαρνέομαι, ut fidē, pietatem, & huiuſmodi, quod uulgò denegare dicitur. Lactan.lib.5. Nec enim poterunt retinere pietatem, qui cōmunem omnium patrem Deum, abnegaſſent. Sic abnegare depoſita, aut promiſſa. Item Denego, quod à me dono aut cōmodatò petitur.

Ābnĕpōs.otis.m.t.pen.cor. filius pronepotis, quaſi ſeiunctus à nepote, ἀπόγονος. Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos. Sic abneptis, proneptis filia.

Ābnōctāre.n.p.p noctē abeſſe. Sen.de Vita beat.

Ābnōdo.as.a.p. idem quod enodo. id eſt arbores & uites nodis repurgo. Colum.li.4.ca.24. Amputant & abnodant, priuſquā corroboretur.

Ābnōrmĭs.(ἄμετρος) ſine norma. Horat.libro 2. Serm. Ruſticus abnormis ſapiens.

Ābnŭo.nuis.nui.nutum. n.t.ex ab & nuo, & eſt quaſſatione capitis aliquid nego, ἀνανεύω. quā uis & oculis, & manibus uel etiā uerbo id fieri poſſit, & ſimpliciter pro negare, ſiue recuſa

re po

re ponitur. Nuere enim apud ueteres pro uelle ponitur & pro uoluntate, quæ ex huiuſmodi ſigno declaratur ſiue affirmando, ſiue negando. Inde abnuto, pen. prod. frequen. quod eſt ſæpe ſigno capitis abnuentis quippiam nego. Plaut. in Cap. Quid mihi abnutas? Cice. 3. de Orat. Quid te adiri abnutas? Contraria huic uerbo abnuo, ſunt nuo & annuo, pro aſſentior, & nutu aſſenſum præſto, faueo. Innuo, ſigno aliquo uoluntatẽ meam oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negem aliquid. Teren. Abiẽs mihi innuit. Renuo, refuto. Nonius inter nutare, nuere, & nictare, hoc intereſſe ſcribit: quòd nutare capitis ſit, inclinando, aut in gyrũ mouendo: nuere, narium, uel labiorum: nictare, oculorum, patefaciendo eos, aut claudendo, uel utrunq;, uel alterum. Plau. in Aſin. Nec illa ulli homini nuet, nictet, annuat: hoc eſt, nec capite ſignum faciat, nec facienti aſſentiatur, nec oculis quicquam indicet.

Ăbŏlĕo. a. ſ. pen. cor. leui, uel lui. letũ, uel litum. ſignificat caſſo, tollo, deleo, oblitero, quaſi ut ne odor quidẽ eius relinquatur. ἀφανίζω. Plin. lib. 28. cap. 9. Crebrò poſtea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Lactan. lib. 1. Decretum eſt ut hi libri abolerentur. Sic abolere magiſtratum, leges, &c. pro abrogare. Et Verg. 4.

» Aen. Abolere nefandi Cuncta uiri monumenta iubet. Vnde abolitio, uerb. Quintil. libro 9. cap. 2. Aduerſus tyrãnum, qui ſub pacto abolitionis damnationẽ depoſuerat, agit cõpetitor.

Ăbŏleſco. n. t. (ἀφανίζομαι) ad nihilum redigor. Collum. li. 4. Eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit.

Ăbōllă. læ. f. p. ueſtis ſenatoria, quaſi abulla: quòd undiq; ſit bullata. Alij accipiunt pro ueſte confecta duplici panno, qualis ſcolaſtica apud nos, & apud Græcos diplois. Quandoque pro ueſte militari ſumitur, ut eſt apud Iuuen.

» Noſcit cui dederat Tyriã Criſpinus abollam.

» Videtur etiam fuiſſe ueſtis philoſophica. Mar

» tialis de quodam Cynico, Cætera quem nudi tegit uxor abolla grabati.

Ăbŏlŭs. li. m. ſ. qui nondum amiſit dentes ætatis indices. Bud.

Ăbŏmāſum. ſi. n. ſ. uenter eſt qui iungitur poſt reticulum, quem & Græci ἤνυστρον uocant & Gaza quartum uentrem. Horat. lib. 1. Epiſt. Patinas cœnabat omaſi.

Ăbōmĭnŏr. aris. d. p. pen. cor. ex ab & ominor, eſt execrari, faſtidire, & quaſi pro malo omine habere, βδελύττεσθαι. Plinius, Abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul uerri ſolum. Idẽ lib. 28. cap. 2. Vnde abominandus, deteſtatione dignus. Plin. li. 22. capite 4. Abominandoq; exitio totis caſtris.

Aborigines. c. t. dici poſſunt, omniũ urbium primi cultores, ut Græcè αὐτόχθονες, ac ſi ſint terra geniti, homines à principio ibi cõmorantes. ijdem Græcè προτβογγνῶς, id eſt à quibus initiũ habet natio aliqua: ἐγχώριοι, id eſt indigenæ uocantur: quo uocabulo Ambroſ. lib. Hexam. 5. utitur. Vide in proprijs.

Ăbŏrĭŏr. reris, uel riris. d. t. uel. q. abortiuum facio, ἐξαμβλόω, ἐκτιτρώσκω. Varro, Vinum ibi natum aiunt, ſi prægnans biberit, fieri ut aboriatur. Atq; uel abſolutè accipitur, uel actiuè ut de matre intelligatur: uel paſſiue, ut de fœtu, quemadmodum apud Gell. lib. 12. ca. 1. Cõmentitijs fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur: id eſt ante maturum partum eijciantur. Hinc abortus. ta. tum. & abortus. tus. dictus quòd non ſit tempeſtiuè ortus. Plin. Extat in monumentis medicorum, uno abortu X I I edita puerperia. Aborior etiam (ut Non. uult) aborſum facit (quod tamen ab abordior magis eſt) & hanc inter abortum & aborſum ponit differentiam, ut aborſus ille ſit, qui eſt in primis menſibus, cum conceptui exordiũ factum eſt: abortus uero, propè tempus pariendi. tunc enim moritur, quod naſcitur. Differt etiã abortus ab eiectione, quòd hæc grandioris fœtus ſit, abortus intra quadrageſimũ diẽ contingat.

Ăbōrtĭo. onis. f. t. (ἄμβλωσις, ἐκτρωσμός) idem quod abortiuum. Gell. lib. 3. Cum abortio quibuſdam nõ partus uideretur intempeſtiuitas. Cic. pro Cluen. Si hæc ſolutio legatorũ, & non merces abortionis appellanda eſt.

Ăbōrtĭo. tis. tiui. n. q. immaturum fœtum edo. Plin. lib. 8. cap. 51. Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiẽdi. Eſt & abortior uerbum depon.

Ăbōrtĭŭm. tij. n. ſ. idẽ quod abortus. Hier. Dũ crebris abortijs, & experta fœcũditate conceptũ.

Ăbōrtĭuŭs. ua. uum. pen. pro. quod abortũ face-

re poteſt, ἐκτρωματικὸς. Plin. Sternuiſſe à coitu abortiuũ eſt. Idem lib. 14. ca. 18. Aegyptus & ecbolimã habet abortiuos facientẽ. ſub. fœtus.

Ăbōrto. tas. n. p. ſicut abortio. tis. id eſt abortum facio. Firm. lib. 6. Math. Abortauit filios geminos. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. Ne dum exilire uelit, prægnans abortet.

Ăbpatrŭŭs. ui. m. ſ. propatruus, & patruus maximus, idem ſunt: id eſt, pater abaui & proaui. προπατράδελφος.

Abra, abræ, uox Græca eſt, quæ ancillam adoleſcentiorem ſignificat. ἅβρα.

Ăbrādo. dis. act. t. pen. prod. radendo tollo, derado. Plin. lib. 6. cap. 20. Barba abradi me præterquam in ſuperiore labro. Ci. pro Roſ. Abraſa ſupercilia. Col. li. 3. Quæ falce amputari nõ poſſunt, acuta dolabra abradito. Translate ponitur pro extorquere, exprimere, ſiue per uim auferre. Tern. Phorm. Alijs aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poteſt. Cice. pro Cecin. Poſteaquam uidet nihil ſe ab A. Cecinna poſſe litium terrore abradere.

Ăbrĭpĭo. pis. a. t. pe. cor. ex ab & rapio: abſtraho, ui eripio, aufero, protendo: et cum ad res, tum ad perſonas refertur. Cicero libro 1. Offic. Qui abripiunt ab alijs ut alijs largiantur. Terent. in Eun. Ex Attica hanc abreptam. Cice. ad Quir. Nec patiamini me à coniuge abreptum, uitam degere in exilio. Plau. in Mil. alio modo eſt uſus, Quis is eſt homo? Pe. Neſcio, ita abripuit repente ſeſe ſubito. Huic contrarium eſt arripio, quod ex ad & rapio componitur: attractionem ſignificat, & ponitur aliquando pro accipio. Cic. in Cat. Non rugæ repentè authoritatem arripere poſſunt. Aliquando ſignificat uehementer ad me rapio, ut fit, cum celeri quadam animi corporiſq; uehementia ad nos trahimus. Liu. lib. 1. Seruium arripit, elatumq; è curia in inferiorẽ partem per gradus deijcit. Aliquãdo ſubitò eleuo. Plaut. in Curc. Vix me foras arripui. Aliquando inuadere. Verg. Hanc arripere uelis.

Ăbrōdo. a. t. rodendo abſcindo. Plin. lib. 10. cap. 62. Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine.

Ăbrŏgo. gas. a. p. pen. cor. infirmo, adimo, refigo, abdico, reſcindo, diſſoluo, irritũ facio, antiquo, ne lex aliqua ualeat legem fero, ἀκυρόω, ἀνατρέπω. Dicimus aũt, Abrogatur legi, & abrogatur lex. Cic. ad Heren. Et Seruius ſcribit abrogari legi, cum prorſus tollitur: derogari, cum pars detrahitur. Septem modis ex iure conceſsis fieri conſtat abrogationẽ. Primo contraria conſuetudine, quæ nota eſt principi. Secundo contraria conſtitutione. Tertio cauſæ ceſſatione. Quarto locorum uarietate. Quinto nimio rigore. Sexto ſi precibus occaſionem malignandi habeat. Septimo propter malum inde ſequens. Interdũ eſt ſimpliciter auferre. Cic. li. 1. ad Heren. Res fidẽ abrogat orationi. Derogare uerò eſt, quando aliquid partim tollitur, uel detrahitur, ut infrà. Abrogatio uerbale. Cic. Att. lib. 3. Nulla eſt lex, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.

Ăbrŏtŏnĭŏn, ſiue Abrotoniũ, (ἀβροτόνιον) neut. gen. quoniã Græca in ον apud Latinos in um neutri exeunt. Eſt autem nomen mulieris, ab ἁβρὸν τὸ τρυφερὸν, quod eſt glabrum, ſiue delicatum. Latinè amplexibus apta dicitur.

Ăbrŏtŏnĭtēs. tæ. pen. long. maſc. gen. ſed figurate neutro generi iungitur: & eſt uinũ factitium ex abrotono, de quo meminit Col. li. 12. ca. 35.

Ăbrŏtŏnŭm. ni. n. ſ. (ἀβρότονον) pen. cor. herba calidæ uirtutis. Vulgo ſtabuurtz, gertuurtz. Gallicè auronne. Hor. Abrotonum ægro Non audet, niſi qui dicit, dare. Aëtius lib. 1. Simpl. multa de abrotono: & Galen. de Simplici medicina, & Dioſcor. Plin. item lib. 21. cap. 10.

Ăbrŭmpo. pis. act. t. incido, interrumpo, diſijcio, auello, ἀπορρήγνυμι. Liu. li. 8. Cohortes à fronte urgebant, ut abrumperent cornua à cætera acie. id eſt interrumperent. Transfertur etiam ad res incorporeas. Verg. 3. Georg. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Sic abrumpere ſermonem, abrumpere uitam, apud eundẽ: & abrumpere otium apud Plinium. Et Cice. Phili. 14. Hæc ſe prima latrocinio abrupit Antonij. id eſt ſubitò, & cum impetu ſeſe ab eo liberauit. Hinc abruptus ſermo, abrupta oratio. Abruptio uerbale. Abruptè aduerbiũ. Quin & loca abrupta. (ἀπόκρημνα, κρημνώδη) diuulſa atq; ob id inuia dicuntur. D. Hieron. lib. 1. Reg. Perrexit Saul ad inueſtigandũ Dauid, etiam ſuper abruptiſsimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Huius quoq; ſignificationis eſt prærumpo.

Abs, ſignificat idem quod à, de quo ſatis in ſuperioribus.

Abſcēdo.dis.n.t.pen.prod.ex abs & cedo, ſignificat recedo. ἀφίσταμαι. Hirt.5.belli Africi, Vbi Cæſar conſpexit Labienum ab ſuis copijs longius abſceſsiſſe. Et ſine præpoſitione apud Liuium 6. bell. Pun. Abſcedere irrito incœpto. A quo abſceſſus, & abſceſsio, quæ ferè idem ſignificant: cum tamen acceſſus & acceſsio ſæpe differant. Nam acceſſus eſt aggreſſus: acceſsio incrementum, & interdũ aggreſsio: de quibus alibi latius dicemus. Aliquando tamen abſceſſus dicitur concurſus mali humoris in aliquam partem corporis: ex quo ſuppuratio fit, quam Græci uocant ἀπόστημα. Celſus lib.5. cap.18. Prodeſt impoſitum minutis, maioribuſq; abſceſsibus.

Ābſcīdo.dis.a.t.pen.prod. ex abs & cædo (ſed æ dipht.uertitur in i prod.) ſignificat inde ſeco. ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. ut eſt illud, Abſcidit auriculam eius dextram. Quod tamen media corr. quidam pronunciãt, tanquam ab abſcindo, ſu præteritum, cuius media ſemper corripitur, ut Aen.3. Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaq; & urbeis, &c. Quinetiam frequentior eſt uſus uerbi abſcindo, quàm abſcido: cum contrà, præcido frequentius, quàm præſcindo reperiatur.

Ābſcindo.dis.idem quod abſcido. Iuuen. Cultris abſcindere carnem: Plaut. Ego tibi ſcelus, linguam abſcindam. Translate apud Liu.9.ab Vrbe. Nos omnium rerum reſpectum præterquam uictoriæ, nobis abſcindamus. Vnde abſciſus.a.um.amputatũ: Abſciſſus uerò a.um. abruptum, præfractum. Inuenitur & comparatiuus, apud Valer.li.6. Abſciſsior iuſtitia ad uim & cruorem uſq;.

Ābſcio.is.ire.n.q.eſt de memoria exire. Deſcire autem (ut ſuo loco dicemus) eſt ab obedientia prioris ducis diſcedere.

Ābſcōndo.dis.di.ditum. uel abſconſum. a.t.occulto. ἀποκρύπτω. Vnde abſconſum, abditum, occultum. Colum. libro de arboribus, capite 7. Quæ in terram abſconduntur, fac abradas. Vnde abſconditè aduerb.Cic.3.De Fin. Ea nec acutiſsimè, nec abſconditè differũtur. Et abſconſio, uerbale. Plin.lib.8.cap.16. Velut deputans abſconſione turpitudinem.

Ābsēns. entis. o.t. ἀπών. & abſente nobis, uide in Abſum.

Ābsēntāněūs.nea.neum.quod in abſentia fit.

Ābsēntĭă.æ.f.p.(ἀπουσία) ab abſens fit. Sen. ad Lucil. Aequo animo ferre debemus abſenti[illegible].

Ābsēntĭo.tis.ſi.ſum.n.q.diſſentio. διαφωνέω. Nã qui minime conuenit, abſentire uidetur.

Ābsēnto.tas.a.p.abſentem facio, ſeu abſens ſum. Claud. Vetitamq; Dearũ Colloquio patris procul abſentauerit aſtris. id eſt ablegauerit.

Ābsĭmĭlis.o.t.multũ diſsimilis. ἀνόμοιος. Colum. lib.4. Materiam fructumq;, non abſimilem germanæ gerit. Frequens autem eſt huius uocabuli cum negatione uſus: ut, Haud abſimilis, &c. Quæ loquutio figurata eſt, & ferè per liptotẽ plus innuit, cũ minus dicat: ut, Hic haud abſimilem dixiſſe uidetur, pro planè, & multum ſimilem. Plin.lib.8.ca.33. Eminet roſtrum haud abſimile ſuillo. Colum.lib.6.cap.17. Abſimilis bitumini. Sueton.in Othone, Non abſimilis Tyberio principi fuit.

Ābsĭs.ſidos. uide Apſis.

Ābsĭſto.ſtis.n.t. à loco, ſiue inde diſcedo. ἀφίσταμαι. Iungitur autẽ frequenter ablatiuo ſine præpoſitione. Verg.6.Aenei. Conclamat uates, totoq; abſiſtite luco. Idem lib.7. Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Quandoq; ſupprimitur ablatiuus. Ver. Nec prius abſiſtit quàm ſeptem ingentia uictor Corpora fundat humi. Subaudi illic, uel eo loco. Quandoq; ponitur pro deſiſtere, (διαλείπειν) deſinere, abſtinere. Liu.li.8. Legatos miſere ad Conſulem Romanum, ut abſiſteret obſidione. Claud. Abſiſte rogari. In quorum ultimo exemplo non uidetur ita uerbi proprietas obſeruata, ut in ſuperioribus. Nam ſiſtere non eſt abſolutè ſtare aut præſentem eſſe, ſed facere ſtare aut adeſſe: unde eſt illud poëtæ: Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Quo circa abſiſtere non tam eſt deſinere, ut in Claudiani exemplo, pro quo ſæpius deſiſtere uſurpatur, quàm abſcedere: ut in Liuiano dicto. Abſiſtitur, imperſonale. Liui.1.Bell. Pun. Legati miſsi Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, &c.

Ābsŏlĕo.es.pen.cor.n.ſ. abſolere, eſt ab uſu recedere. ἀπαρχαιόω. Vnde abſoletus locus, (ἀπηρχαιωμένος) neglectus & ſordidus dicitur.

Ābsōluo. uis.a.t. quod ligatum erat nõ ligatum

facio,

ſacio, omnino libero: & maxime ad iudicia pertinet: cui cõtrarium eſt damnare, habetq; accuſatiuũ: & eum quidẽ aliquando cum genitiuo rei criminalis. Cic. ad Heren. ſecundo: Cæcilius iudex abſoluit iniuriarũ illum. Aliquando uero cum ablatiuo: & id quidem uel ſine præpoſitione. Liu. lib. 2. Latæ deinde leges, quæ cõſulem regni ſuſpitione abſoluerẽt. Vel cũ præpoſitione de. Cic. Qu. Frat. Druſus erat de præuaricatione à tribunis ærarijs abſolutus. Vel cum præpoſitione à. Item pro Qu. Roſc. Vt ne Roſciũ ſtipulatione alliget? neq; à Fannio iudicio ſe abſoluat? Idem. 4. Ver. accuſatiuũ cum datiuo poſuit, Hunc hominẽ (inquit) Veneri abſoluit. id eſt, abſoluit eum à rebus Venereis. Ponitur & pro rei finẽ imponere, ſiue perficere (ἀποτελεῖν) Gell. lib. 2. Nono & quadrageſimo die totus homo in utero abſoluitur. Plaut. Amph. Curauit, uno ut labore abſoluat ærumnas duas: quod eſt quaſi euadat. In Epid. Te abſoluã breui. id eſt, expediam. Itẽ pro perſoluere. Terent. Adel. Ego ad forum ibo, ut hunc abſoluam. id eſt hunc reddito pretio dimittam. Et pro ſoluere. Plau. in Mil. Nauim cupimus abſoluere. Hinc Abſolutio uerb. pro liberatione à crimine. Cic. pro Fon. Magna me hercule cauſſa, iudices, abſolutionis cum cæteris cauſſis hæc eſt. Et pro perfectione. Idem: Virtus rationis abſolutio definitur.

Ăbſŏlūtŏrĭŭs. a. um. o. ſ. quod ad abſolutionem pertinet, ut tabula abſolutoria, Sueton. Et abſolutorium. rij. neut. gen. remedium abſoluens, ſiue liberans. Plin. lib. 28. cap. 6. Clauũ ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali, abſolutorium eius mali dicitur.

Ăbſŏlūtŭs, nomen ex partic. id eſt perfectus. Vt Abſoluta eloquentia. Cic. Et abſolutè, aduerb. Vt Abſolute uiuere. Idẽ 3. de Finib.

Ăbſŏno. nas. n. p. diſſono, male ſono. ἀπᾴδω.

Ăbſŏnŭs. na. num. o. ſ. (ἀπῳδός) pen. cor. quod eſt parui ſoni, aut ſine ſono, uel non recte ſonans. Ci. 1. de Ora. Sed ſunt quidam ita uoce abſoni. Apul. De Aſi. lib. 1. Neſcio an caſu noſtro, an illius abſono clamore experrectus. id eſt diſſono. Vnde tranſlate pro alienus, ſeu differens. Liu. 7. ab Vr. Nec abſoni à uoce motus erat. Idem lib. 1. Nihil abſonum fidei.

Ăbſŏrbĕo. bes. bui. bitum. & Abſorbo. bis. abſorpſi, abſorptũ. a. ſ. dicitur, quaſi ſorbendo abſumere: & propriè de rebus liquidis. Plin. li. 11. cap. 35. Araneus omnem humorem abſorbẽs, ariditatem ampliat. Idem lib. 22. ca. 24. Lens maximè aquam abſorbet. hoc eſt, conſumit.

Transfertur autem & ad alia, ut ſi dicas, Aqua nauim abſorbuit. Luca. lib. 4. Abſorpſit penitus rupes, ac tecta ferarum Detulit. Ita & de rebus inanimatis. Cic. 2. De legibus Vim iſtius cœleſtis legis explana, ſi placet, ne æſtus nos cõſuetudinis abſorbeat. Idem: Sed hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ.

Ăbſq; , (ἄνευ, χωρὶς) præpoſitio ſeparatiua eſt, idem quod ſine ſignificans: ut, Abſq; pecunia difficilè uitã traducas. Abſq; te eſſet, Abſq; eo foret, locutio eſt Plautina & Terentiana. Plau. in Bach. Nam abſque te eſſet. id eſt, niſi tu obſtares. Teren. Phorm. Nam abſq; eo eſſet. id eſt, ſi ad eum res non pertinerent. Plaut. Menæch. Nam abſq; te fuiſſem hodie, nunquã ad ſolis occaſum uiuerem. Alibi tamen Plau. Si, particulã addit. Vt in Perſa: Nam hercle ſi abſq; me fores. In hoc tamen Hecyræ Terentij, Abſq; una hæc foret, Abſq; aduerbialiter uult poni Donatus, ut ſit, Niſi una hæc res eſſet. Et licet Abſq; eſt ſeparatiua præpoſitio, Ab tamen & abs, paſſionem aut diſceſſionem notant: ut, diligor abs te, diſcedo abs quolibet improbo. Cæterum Ab, abs, & au nihil differre uidentur, præterquam in conſonãtia. Nam uni uerbo in diuerſis temporibus, nõ mutata ſignificatione, præpoſita per compoſitionem comperiuntur, ut in Aufero. Mirum autẽ eſt, quòd Que, partic. cum alijs ſignificationẽ auget, ſiue affirmatiuã, ut atq;: ſiue negatiuã, ut neq;, cũ abs poſita muteat: nam abſq; idem eſt quod ſine. Nec enim plus eſt Abſq; quàm abs.

Ăbſtēmĭŭs. a. um. o. ſ. ex abs & temetũ, id eſt uinum: quaſi ſine uino, ſobrius. ἄοινος. Siue (ut alij uolunt) ex abſtineo & temetũ. id eſt, qui ſe uino abſtinet. Oui. lib. 15. Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit, Vina fugit, gaudetq; meris abſtemius undis. Gel. lib. 10. cap. 23.

Ăbſtĕntŭs, à Cypriano ponitur pro excõmunicato, cũ ait Qui nõ tantũ ab his iſtic abſtentur, ſed

ſed abs te illic nuper de eccleſia pulſus eſt.

Ābſtĕrgĕo.es.ere.a.t. idē quod abſtergo. Plaut. in Aſin. Tu labellum abſterges?

Ābſtĕrrĕo.es.a.ſ. amoueo, repello, prohibeo. Ci. 4. Verr. Vt iam uideamur nō à pecunijs homines abſterrere.

Ābſtĭnĕntĭă.æ.f.p. eſt uirtus, qua ab alienis abſtinemus, nihil cuiquā eripientes. ἐγκράτεια. Differt autem à continentia, quòd hæc ſit in uiro temperante, illa uero in innocēte. Sal. Cum innocente, abſtinentia certabat. Abſtinenter, aduer. Ci. in Sal. Modeſte ſe geſſit & abſtinenter.

Ābſtĭnĕo.nes. actiu. ſ. ex abs, & teneo, ſignificat tempero, contineo, cohibeo. ἀπέχομαι. Et iungitur cum accuſatiuo, idq́ſine præpoſitione. Teren. Non manum abſtines maſtigia? Cum præpoſitione, Cic. Abſtineant in hoc, iudices, manus animoſq́ ab hoc ſcelere nefario. Aliquando cum ablatiuo ſine præpoſitione. Iuſt. lib. 1. Contentiq́ uictoria imperio abſtinebant. Horat. lib. 3. Carm. cum genitiuo iunxit, Mox ubi luſit ſatis, Abſtineto dixit irarū. Plaut. in Amph. pro arcere poſuit, Nunc quando factis me impudicis abſtines. id eſt, quoniam me arces & prohibes ab impudicitia. Vnde abſtinens dicitur, qui eſt ſuo contentus, uel nulla libidine præceps, maxime auaritia & impotenti cupiditate. Cic. Offic. 1. Prætorem decet non ſolū manus, ſed etiā oculos abſtinentes habere.

Ābſto.as.abſtiti, abſtitum, & abſtatum, ſignificat longè ſto. ἀφίσαμαι.

Ābſtōrquĕo. uide Torqueo.

Ābſtrăctūm, ab abſtraho, id dicitur quod ab alio trahitur. τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως, τὸ κεχωρισμένον. Definitur uero à logicis hoc modo: Abſtractū eſt, quod ſignificat formam aliquam, cum excluſione ſubiecti, ut albedo. Concretū eſt, quod ſignificat eandem formam cum hærentibus ſubiecti, ut album: à concreſco, quod ſignificat coniungor in aliqua re. Et hæc aliter dicuntur denominans & denominatiuum, ut eſt apud Ariſt. in Anteprædic.

Ābſtrăho.is.a. t. quaſi per uim, aut arte aliqua aufero. ἀποχωρίζω. Ci. li. 1. Tuſ. Certe ſi tunc occidiſſemus, mors nos à malis, nō à bonis abſtraxiſſet. Huic cōtrarium eſt attraho. Aliter uſus eſt Cæſar. 7. Bell. Gall. Bona ciuium Rom. diripiunt, cædes faciūt, in ſeruitutem abſtrahunt.

Ābſtrĭngo.xi. ctum.a.t. ſoluo. Liu. Iamq́ laxaret pedem abſtricto nodo. id eſt diſſoluto.

Ābſtrūdo.dis.act.tertiæ, ex abs & trudo, ſignificat abſcondo uel claudo. ἀποκρύπτω. Sed Seruio authore differunt, quòd abſcondere ſit de induſtria, abſtrudere à natura. Verg. Vt uenis ſilicis abſtruſum excuderet ignem. Pla. in prologo Aul. Atq́ aulæ timēs domo ſublatam uarijs abſtrudit locis.

Ābſtrūſūs.a.ū.o.ſ. nomē ex partic. ut abſtruſæ inſidiæ. id eſt, penitus latentes. Cic. 4. Acad. Sequitur diſputatio copioſa illa quidem, ſed paulò abſtruſior.

Ābſtŭlĭt, ab aufero præteritum eſt, ſignificatq́ aſportauit, ademit, eripuit.

Ābſūm, (ἄπειμι) ex ab præpoſitione (quæ mutat ſignificationem in dictionibus, & facit per cōtrarium ſignificare) & ſum, id eſt præſens exiſto, ſignificat non coràm ſum: & tam ad rerū carentiam, quàm ad loci & temporis interuallum referri poteſt: poniturq́ aliquando abſolutè. Teren. Eun. Domini ubi abſunt. Aliquando cum præpoſitione à uel ab. Sal. Neq́ animus, neq́ corpus à uobis aberit. Sic abeſſe ab Vrbe, abeſſe ab domo. Cic. Aliquando ſine præpoſitione. Idem de Nat. 2. Diana cum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet, abfuiſſet domo. id eſt ab æde ſua. Liu. Romana caſtra uiginti millium ſpatio aberant. Verg. 11. Aen. Nec longis inter ſe paſſibus abſunt. Aliquando cum datiuo. Cic. pro P. Syl. Vt mirari Torquatus deſinat me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere. pro non adfuerim Antonio, ſiue non defenderim. Aliquando cum accuſ. Teren. Heaut. Menſes treis abeſt. Cice. pro Pla. Qui cum abeſſent aliquot dierum uiam. Aliquando cum genit. ut abeſſe bidui, tridui. Cic. ad At. 10. Cum in caſtra proficiſcerer, à quibus aberam bidui. Aliquādo cum aduerbijs longe, procul, multū, paulū, &c. Plaut. Truc. Oues illius haud longe abſunt à lupis. Ab Abſum fit abſens: ſicut à præſum præſens. Vlpian. Abſentem accipimus eum, qui non eſt in eo loco, in quo petitur. & qui à latronib. detinetur, non autem qui ab hoſtibus captus eſt. Item res abeſſe dicitur cum nō eodem ualore redditur quo erat depoſita. Paulus. Item, ſi dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorās emerit,

rit, rectè dicitur res abeſſe, quia uidetur res ei abeſſe, cui preciũ abeſt. Cum aũt dicimus, Abſente nobis, & præſente nobis, pro abſentib. & præſentib. nobis, Atticorũ fit more: ſicut, Aperite aliquis actutum, apud Teren. in Adel. & Plautum in Amphitryone, Nec nobis præſente quiſquam aliquis auſi ſunt. Ab Abſens fit abſentior & abſentiſſimus. Aug. libro 4. Confeſ. Mente atq; ſenſu abſentiſſimus.

Ābſento. tas. a. p. ablego. Claud. de rapt. Proſer. Patrijs procul abſentauerit aſtris. id eſt ablegauerit.

Ābſūmo. mis. pſi. ptum. a. t. pen. prod. profundo, omnino cõſumo et aboleo. ἀποδαπανῶ, διαφθείρω, καταλίσκω. Varius ac multiplex eius uſus eſt. Cic. pro Quin. Hortenſius à me petit, ne dicendo tempus abſumã. Liu. 10. Bel. Pun. Leuibus prælijs diem abſumpſit. Aſc. Pæd. Adeò, ut in eius impẽſas opes ſuas abſumpſerit. Pla. Moſt. Fœnori argentũ ſumpſiſſe, id eſſe abſumptum prædico. Teren. Heau. Pitiſſando modò mihi Quid uini abſumpſit? Plin. Iuni. in Epiſt. Vaſtiſſimum incendium, Geruſiam & Iſſum abſumpſit. Et Auunculus lib. 26. Corpora defunctorum cõdita in eo, abſumi conſtat intra quadrageſimum diem. Dicimus etiã abſumi ferro, ueneno, morte. Et Plaut. in Moſt. Abſumpti ſumus, pro perijmus, Auguſt. de Ciuit. 3. Lucretius antequam annus terminaretur abſumptus eſt. id eſt, uita exceſſit.

Ābſurdŭs. a. um. quod eſt diſpar, diuerſum, abhorrens, inconueniens, ſtultum, deforme, odioſum, iniquum. ἄτοπος, ἄλογος. Cice. in Lælio, Poteſt enim quicquã eſſe abſurdius, quàm quò minus uiæ reſtat, eò plus uiatici quærere? Vnde abſurde aduerbiũ, ut dicere abſurde, Cice.

Ābsīnthiŭm. thij. n. ſ. (ἀψίνθιον uel ἀψίνθιον) herba amara, uulgo uuermuot.

Ă būndāntiă, opulẽtia, ſacietas, εὐθηνία, περιουσία. Plin. lib. 20. cap. 1. Ad coërcendam ſucci abundantiam. Abundanter ab abundãs, aduerb. Cic. de Orat. De qua copioſe & abundanter loquantur. Abundè ab abundo, (ἐξαρκούντως) ſignificat copioſe, ſatis ſuperq;. Suet. in Cæ. Dictatore, Se iam pridem potentiæ gloriæq; abunde adeptũ. Abunde eſt, (ἐξαρκούντως ἔχει.) Verg. 7. Terrorum & fraudis abunde eſt.

Ă būndo. as. n. p. ex ab & undo, ut quidã aiunt: unde fiunt Exundo & inundo. Eſt autẽ Abundare affluere, & ſupra modũ quippiam poſsidere, (εὐθηνεῖν, εὐπορεῖν) tractum ab amnibus qui crebrioribus & largis imbribus plus iuſto flumine aucti intumẽt & exurgũt in campos. Teren. in Phor. Amore abundas Antipho. Dicimusq;, ego abundo pecunia, & pecunia abundat mihi. Aug. lib. Confe. Nam id furatus ſum, quod mihi abundat. Stat. in Achil. cum accuſ. iunxit. Modò ſanguine Teucros Vndabit campos. Lucili. cum genit. Quarũ & abundemus rerum. Ver. li. 4. Georg. abſolute, Rurſus abundat fluidus liquor. Hinc abundans, pro diuite, pecunioſo, potente, profluente.

Ābuŏlo. n. p. uolando diſcedo, auolo. ἀφίπταμαι.

Ă būſq;, aduerb. modò tempus, modò locum ſignificãs, & eſt poëtica uox, pro uſq; ab. Plaut. in Amph. Hæc illic eſt pugnata pugna ab mane uſq; ad ueſperum. Vergil. Siculo proſpexit abuſq; Pachyno.

Ă būtŏr, pen. prod. in uſum conſumo, Pla. in Aſina. Vbi illa, quæ dedi antè? C. abuſa: id eſt utendo uel in uſum cõſumpta. Sæpius tamẽ in malam partem pro perperam, ſiue nimis licenter utor accipitur: id eſt, καταχράομαι, ut fit, cum utimur aliqua re contra id ad quod eſt inſtituta, ut ſi in templo negotia ſecularia tractemus, dicimur templo abuti. Ci. Noli abuti nimis patientia noſtra. Dona. Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus, quæ nobis utentibus permanẽt. Abutimur his, quæ nobis utentibus pereunt. Ex quo uſus & abuſus, (χρῆσις καὶ κατάχρησις) contraria. nam uſui eſt ager, domus: abuſui, uinũ, oleum, & huiuſmodi. Cic. Non debet, inquit, ea mulier, cui uir bonorum ſuorũ uſum legauit, cellis uinarijs plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: uſus enim, non abuſus legatus eſt. Per translationem uerò de tempore & labore dicitur Abuti, cum fruſtra tempus in aliqua re magno cũ ſudore poſitũ contriuimus. Teren. Nam in ſcribundis prologis operam abutitur. id eſt tempore & labore. Vbi ſciendum quòd abuti & ablatiuum habeat & accuſatiuum: ut abuti aliqua re, uel abuti aliquã rem, quod tamẽ antiquum eſt. Pla. in Bacch. Nos aurum abuſos. Abuti quoq; ueteres paſsiuè dixerunt. Var. apud Priſcia. lib. 8. Vtile utamur potius, quàm ab rege

abutam

abutamur. Inde abuſus participiũ in eadem ſignificatione. Ibid. Hortenſ. Abuſis iam omnibus locis. Hinc quoq; abuſus.us.ui. & abuſio, & abuſiue (καταχρηστικῶς) id eſt improprie, & contra naturam uſumq́.

Ăbȳdēnă,(ἀβυδηνὰ, ἐπιφορήματα) dicuntur futilia, ac nullo prorſum digna precio: quòd Abydeni uelut molles & laſciui habebantur & quibus olim is mos fuerat, ſi quem ciuem aut hoſpitem acciperent conuiuio, prætereà in ſacris ac ſolennibus epulis, ut poſt unguẽtum & coronas infantes à nutricibus inducerentur, & circumferrẽtur ſuauiandi. Obſtrepentibus igitur nutriculis & alijs, incẽditis clamoribus minus ſuaue, ac gratũ reddebant conuiuium.

Ăbȳſsŭs.ſi.(ἄβυσσος) f.ſ.d. eſt immenſa quædam profunditas, & impenetrabilis, & incõprehenſibilis, & maxime in aquarum multitudine. Ibi enim altitudo (inquit Auguſtin.) ubi profunditas, quæ penetrari uſq; ad fundum non poteſt. Omnis aqua, omnis humida natura, atq; ſubſtantia circunquaq; diffuſa per maria, & flumina, & antra, & occulta, ſimul uno nomine abyſſus uocatur. Ambroſius lib. Hexa. Abyſſum & multitudinem, & profundum aquarum dici, lectio Euangelica docet: ubi rogabant Saluatorem dæmonia, ne iuberet illis ut in abyſſum irent.

A ANTE C.

AC, coniunctio copulatiua eſt, pro &, ſiue atq; καὶ: ut doctus ac iuſtus es. Aliquando aduerbiũ eſt, et accipitur pro quàm. ὡς. ut haud ſecus ac iuſſi faciunt. Aliquando (ſicut docet Dona.) ſignificat contra quàm. Teren. in Andr. Neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac uolui dicere. Ponitur etiam ac, & acſi, poſt perinde, pro ita: ut Superbis perinde ac ſi rex eſſes. Ac, in cõpoſitione ponitur pro ad, mutatione d literæ in c: ut, accedo, accipio, accolo.

Acabo, penul. correpta, animal, multum ualens ui medica, in deſertis Arabiæ.

Acaciam. ἀκακία. Plinius lib. 24. ca. 12. ſcribit ſpinæ eſſe genus, cuius ſemen lenticulæ ſit ſimile, minore tantum & grano, & folliculo. Sed ἀκακία Græcis innocentia eſt.

Academia. f. p. locus prope Athenas in quo Plato & natus & philoſophatus eſt: ſed noſtro tẽpore uſurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur ſtudiorum gymnaſia: ut Academia Pariſienſis, quæ uulgo Vniuerſitas dicitur. Academia dici quoq; poteſt quælibet literarum » ſchola inſignior atq; celebrior. Cic. Inq; Aca» demia umbrifera, nitidoq; Lycæo. Sic & in alio uerſu Laureæ Tullij: Atq; Academiæ celebratam nomine uillam. Verum alij eam corripiunt, ut etiam communis uſus ſeruat. Claud. » In Latium ſpretis Academia migrat Athenis. Sidon. Obruet & quanquàm totis Acădemia ſectis. Ratio eſt, quoniam eſt una de dichronis. Sic Verg. de Sicheo.

Acæna. æ. f. p. ſtimulus aratorum ad impellendos boues. Eſt & uirga decem pedum, qua dimetiebantur agros. Calius.

Acanthice. ces. fœm. gen. lachryma helxines herbæ: de qua uide Plin. lib. 21. cap. 16

Ăcānthĭŏn, ſiue acanthiũ. thij.. n. ſ. ſpinæ genus, cuius meminit Plin. lib. 10. cap. 12.

Ăcānthĭs. thidis. f. t. (ἀκανθὶς) auis ſtridula, quæ & carduelis, ea ſpinis & carduis paſcitur. nã ἄκανθα ſpina: ἀκανθὼν, ſpinetum. Verg. libro 3. Georg. Reſonant & acanthida dumi. Hæc & acanthylis uocatur, quæ lino intexit nidũ. Alij argathylin uocant. de qua etiam Plin. lib. 10. cap. 74. Et acanthis in ſpinis uiuit, idcirco & aſinos ipſa odit flores ſpinæ deuorantes. Theodorus Gaza, pro acanthida uertit ſpinũ & ligurinum, lib. Ariſt. 8. de hiſt. anim. cap. 3.

Ăcānthŭs. thi. m. ſ. (ἄκανθος) puer in florẽ ſui nominis cõuerſus. Plin. li. 22. docet Acanthũ eſſe herbam topiariam lato longoq; folio marginis crepidinũ ueſtientem. Inde ponitur pro flexuoſo ornatu. Quidam putant herbam eſſe ſimilem ſpinæ albæ, & habere folia minora, & aculeata lanugine. Seruius in Poll. dixit eſſe arborem ſemper florentem, quaſi ſpinis plenam. Nam eſt ſpinoſa, quæ in Cyrenaica in» ſula abundat. Vergil. lib. 2. Georg. Et baccas ſemper frondentis acanthi. Hinc Acanthinus. na. num. quod eſt acanthi, aut acantho ſimile. Plinius libro 25. capite 7. Spectatur folijs acanthinis.

Ăcāpnă. n. ſ. ἄκαπνα dicũtur ligna quæ ad ignẽ ſicca habentur, quod ſint ſine fumo: ab α, & καπνὸς. Hinc genus quoddã mellis quod ad argentarias gignitur, acapniſtum dicitur. id eſt, à fumo purgatum.

Acarne.

Acarne.nes.marinus piſcis de quo.Plin.libro 32. cap.11.

Ăcārpĭă.æ. f. p. (ἀκαρπία) fructuum priuatio dicitur.καρπὸς enim fructus eſt.

Ăcārpŏs,(ἄκαρπος) Latinè infructuoſus.

Ăcărŭs.ri.m.ſ.tineæ genus in cera naſcēs, quod omnium animalium minimum eſſe exiſtimatur.Ariſtot.lib.5.de Hiſt.animal.capite 32. Dicitur ἀπὸ τ͂ ἀκαρὴς: quod eſt indiuiſibile & inſectile.

Ăcătălēctŏs,(ἀκατάληκτος) uerſus cui nulla ſyllaba deficit.&,.Acatalecticus uerſus, cui opponitur catalecticus,cui una deeſt ſyllaba.

Ăcătălēpsĭă æ.f.p. (ἀκαταληψία) cum accentu in pen.Latinè incomprehenſibilitas dicitur.

Ăcàtĭŭm.tij.n.ſ.(ἀκάτιον) genus nauigij actuarij.Iul.Poll. ſcribit uelum in naui maximū eſſe:ſicut minimum,dolonem: tertium quod retrorſum panditur,epidromum.Plin.lib.9.ca. 30.Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa pupe,prora roſtrata.

Ăcaūſtŏs, (ἄκαυστος) Latinè minime uſtus dicitur.nā καίομαι eſt ardeo.καῦμα calor intenſus.

Ăccēdo.is.n.t.pen.pr.aduenio,appropinquo,παραγίνομαι.& aliquando eſt proprie loci, poniturq́; abſolutè.Cic.Fam.4. Quanquā longius cogitabam ex urbe diſcedere, tamen propius accedam. Aliquando cum accuſat. proprij nominis.Idem Philip.12.Poteró ne Ariminum tuto accedere? Aliquando cum præpoſitione Ad. Terent. in And. Ad flammam acceſſit imprudētius.Vel In.ut,Accedere in Apuliam, in Epeirum,in ſenatum,Cic. Translatè cum ponitur,uel ſine cremento eſt,uel cum cremento,atq; utrunque uariè. Sine cremento. Cice. de Fin. 4. Sed ut propius ad ea Cato accedā, quæ à te dicta ſunt. Sub hac quoq; ratione interdum pro aſſentiri,probare, recipere ponitur,ut accedere ſententiæ, accedere ad conditiones alterius.Cice. & Terent. Phor. Voluntas ueſtra ſi ad poëtam acceſſerit:pro,ſi faueritis.Græcè συγκατατίθεσθαι dicitur. Interdum ſimilitudinem quandam denotat uel æqualitatem:ut,Hoc ad illud accedit.id eſt ſimile eſt. Cum cremento uero aut abſolute,& in tertia tantum perſona ponitur.Cice.Accedit, ut ne in ipſum quidē Clodiū meum inſigne odium fuerit. Aut cum datiuo: ut Animus mihi acceſſit.Cic. Antonio Philippus proximus accedebat. Aut cum Ad uel In:ut, Ad calamitates noſtras hoc malum quoq; accedit.Cic.contra Rul. Acceſſerint in cumulum manubiæ ueſtrorū imperatorū. Aut cum aduerbijs Huc, eò,uel eòdem:ut Accedit huc,accedit eò, Cic. Ab Accedo, pro aduenio,fit acceſſus.ſus.ſui. Ab Accedit,pro adiungitur (προσγίνεται) fit acceſsio, pro adiectione & incremento, quorum contraria ſunt receſſus,& deceſsio. Sen. Magna rebus noſtris facta erit acceſsio. Inuenitur etiam acceſsio pro aduentu, ſicut deceſſio pro receſſu.Cic. Eorum neq; acceſsione uitam meliorem fieri, neq; deceſsione peiorem.

Ăccĕlĕro.as.n. p.pen.cor.propero, feſtino, celeriter uado.ἐγκονέω.Cice.in Catil. Aurelia uia profectus eſt,ſi accelerare uolent. Hinc acceleratio uerbale.

Ăccēndo.dis.di.ſum.a.t.(ἅπτω)ex ad & cādo,a in e mutata, licet nō ſit in uſu:nō à candeo (ut quidam putauerūt) quòd habeat ſignificationem neutralem,accendo uerò actiuam. Neq; à cendo,quod nuſquā legitur,eſſe poteſt: quoniam cum accendo in eadem ſignificatione ſumatur cū candeo,(quāuis illud in actiua, hoc in neutra)ex hoc candeo formatū eſſe oportet à uerbo cui ſecundū analogiā aſsimiletur. Igitur cando eſſe cōuenit,non cendo: quoniam ſi cendo eſſet,cendeo faceret,nō candeo. Idcirco cum candeo habeamus & accēdo, ſicut & incendo,& ſuccendo, & ſimplex habere neceſſe ſit,neceſſariò cando (à quo candeo fit) ipſorū ſimplex eſt: quippe quando pleraq; huius naturæ uerba ſunt,ut ab albo albeo, à duro dureo, à pendo pendeo,& multa alia, quæ neutra deriuatiua ab actiuis eorum certum eſt eſſe, ut apud Priſci.& Diome.cernere licet. Eſt autem accendere, ignem excitare, inflammare. Verg. His accenſa ſuper. Per translationem ſignificat animare,& inſtigare. Ver. Martemq́; accendere cantu.

Āccēnsī.m.ſ.(ut Marcel. ſcribit) genus militiæ erat adminiſtrātibus proximū. Dicti quòd ad neceſſarias res ſæpius acciperentur,ueluti acceſiti. Feſtus uerò ſcribit fuiſſe, qui in locum mortuorū militū ſubrogabātur,& ad cenſum adijciebantur. Idē lib.1. Adſcriptitij ueluti quidā ſcripti dicebātur,qui ſupplendis legionibus

adſcri-

adſcribebantur: hos & accenſos dicebant. Sed Varro rectius ſentire uidetur, qui docet accẽſos adminiſtratores fuiſſe magiſtratuũ: ab acciendo dictos, id eſt uocando. Nam accenſus inſtar præconis acciebat iuſſu conſulis: Quirites ad concionem. Plin. lib. 7. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo conſulum id pronunciante. Erant ſinguli præſidibus prouinciarum accenſi, quod munus nemini niſi liberis deferebatur, ſicut ſcripſit M. Cicero ad Quint. Fratrem, cuius uerba ſunt hæc: Accenſus ſit eo etiã numero, quo cũ maiores noſtri eſſe uoluerũt, qui hoc non in beneficij loco, ſed in laboris ac muneris, nõ temere niſi libertis deferebãt. Aſconius aũt ſic habet: Accenſus eſt nomen ordinis & promotionis in militia: & nũc dicitur princeps, uel cõmentarienſis, aut cornicularius.

Accĕntŭs. tus. dicitur quaſi adcãtus, m. q. hoc eſt iuxta cantũ: quia ad cantilenã uocis nos cognoſcere facit ſyllabas. Græci προσῳδίαν dicũt, quòd προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. A Latinis etiã tonus & tenor uocatur, quia ibi ſonus creſcit & deſinit. Definitur à quibuſdã, quòd ſit anima uerborũ: ab alijs quod ſit uox ſyllabæ. Hos ueteres nunc moderamẽta, nunc accentiunculas, nunc uoculationes appellant. Sunt autẽ tres accentus: acutus ´ grauis ` & circumflexus ˆ. Acutus dictus eſt, quòd acuat & erigat ſyllabam. Grauis, quòd deprimat & deponat, eſt enim contrarius acuto. Circumflexus, qui ex acuto & graui conſtat. incipiens enim ab acuto deſinit in grauem. De his apud Priſcia. & Tortell. tractatum eſt.

Accēpſo, ueteres pro acceperim dixere. Pacuuius, Haud ſinam quicquam profari, priuſquam accepſo, quod peto.

Accĕptĭlātĭo, f. t. (ἀποχή) eſt deliberatio (ut docet Modeſt.) quæ fit per interrogationẽ & reſponſionem, qua utriſq; contingit ab eo nexu abſolutio. Dicẽdo enim, Habes ne acceptum, quod tibi per ſtipulationem promiſi? Et tu reſpõdeas: Habeo, acceptumq; fero. quaſi dicas, Perinde habeo, ac ſi accepiſſem abs te per ueram ſolutionẽ. Apotheca uerò nõ alias quàm ſi pecunia ſoluta ſit inquit Vlpianus.

Accēptĭo. onis f. p. uerb. ab accipio. Cic. in Top. Neq; deditionem, neq; donationem, ſine acceptione intelligi poſſe.

Accēptŏr. oris. m. t. aliud uerbale. Plau. in Tri. Qui illorum uerbis falſis acceptor fui.

Accēptum fero, (προσλογίζομαι, ἀνατίθημι, ἀφίημι) habeo pro accepto, & fateor me accepiſſe, quod non accepi, cum nulla ſolutio interuenerit. Sermo eſt familiaris Iuriſconſultorum. Vnde Acceptilatio.

Accēptum refero, uide in dictione refero.

Accēptŭs. a. um. o. ſ. nomẽ ex participio, ab accipio, dicitur id quod placet, ſiue quod iucundũ aut gratũ eſt. Cæſ. 1. bell. Gall. Maximè plebi acceptus erat. Acceptũ accepti, abſolutè dicitur quicquid ab alijs accipimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo. Plaut. in Tru. Hic ratio accepti ſcribitur.

Accērſĭo, ſis. ire. act. q. coniug. ſignificat uoco. μεταπέμπω. Liu. lib. 3. Placeret itaque patrem accerſire. Salluſt. in Iug. Poſtremò Sillam accerſiri iubet. Ponitur etiam aliquando pro accuſare. Cic. pro Cælio: alterum iterum ambitus crimine accerſires.

Accērſo. ſis. ſiui. ſitum. μετακαλέω. & Arceſſo. ſis. act. & ambo coniug. tertiæ: quæ ſimiliter ponuntur pro euocare, ſeu ad uocandum ire. Actum enim corporis denotant, ſicut cætera in ſo, terminata: ſed in præterito, non autem in præſenti, ſunt quartæ. Quæ propterea deſideratiua à Grammaticis dicuntur, quòd nunquam ferè eorum uerborum actus ſine deſiderio fiant. Suet. in Cæſare, Ad accerſendam claſſem in Bithyniam miſſus, deſedit apud Nicomedem. Teren. in And. Obſtetricem accerſo. Fit autẽ accerſo ab accio, arceſſo uero ab arcio, quod idem eſt: cum apud antiquos (ut Priſc. inquit) ar pro ad poni cõſueuerit: aruenas, aruẽtores, aruolare: pro aduenas, aduẽtores, aduolare dicentes. Vnde oſtenditur rectè arceſſo dici ab arcio, quod nos accio dicimus. Claud. li. 1. Iupiter interea cinctã Thaumantida nimbis Ire iubet, totoq; Deos arceſſere mũdo. Verg. tamẽ lib. 4. Georg. pro attraho (eodẽ modo quo in pſalmo: Os meũ aperui & attraxi ſpiritum) poſuit, Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarũ, Quenq; ſibi tenueis naſcentem arceſſere uitas. Interdum pro accuſo, κρίνω.

Salluſt. in Iugur. Quò facilius indicio Scauri, & reliquorum quos pecuniæ captæ arceſſebant, delicta patefierent. Sic etiam dicimus, Accērſĕrĕ aliquem crimine ambitus. Hinc accerſitus. ta. tum. participium, uocatus. Cicero 2. de Oratore, Etenim cauendum eſt, ne accerſitum dictum putetur. Et accerſitus. tus. ipſe accerſendi actus. Cic. 2. de Nat. Cū latinis ferijs ad eum ipſius rogatu accerſituq; ueniſſem.

Accērsītŏr. oris. m. t. uocator. Pli. Iunior Epiſt. 101. Nemo accerſitor ex proximo.

Accĭdēns. ntis. n. t. (τὸ συμβεβηκὸς) eſt quod adeſt & abeſt, præter ſubiecti corruptionē. Aliter, Accidēs eſt terminus uniuocus prædicabilis de pluribus in eo quod quale accidentale non conuertibiliter. Quin. li. 5. cap. 10. Cauſa tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera ſunt rerum accidentia.

Accidēntĭă. æ. f. p. uerb. ab accidit. Plin. lib. 32. cap. 2. Eſſe uero illam naturæ accidentiam, etiam in locis quibuſdam appoſito occurrit exemplo.

Accīdo. a. t. pen. prod. ex ad & cædo, ſignificat extenuo, oblimo, circumcido, exhaurio. ἐκτρυχῶ. Liui. Ita prælio uno accidit Veſtinorum res, ut ne uallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem: Quanquam acciſas res eorum ſatis conſtabit, id eſt ἐκτετρυχωμένας. καταδαπανωμένας. Verg. 7. Aen. Acciſis roget dapibus conſumere menſas.

Accĭdo. dis. n. t. pen. cor. ex ad & cado, quaſi ad, id eſt iuxta aliquid cadere. συμπίπτειν. Sic & in Cæſ. Lucullo tātum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ſibi accideret. Cic. Att. 1. Ad pedes omnium ſingulatim accidente Clodio. eſt (inquit Don.) geſtu corporis humilitatē cadentis oſtendere. Salluſt. ſine præpoſitione dixit: Quò accidam? Iureconſulti uſurpāt pro mori, πάσχειν. ut: Si quid filio meo acciderit. N. ſeruus meus eſto. id eſt, ſi filius meus mortuus fuerit. In tertia perſona ſignificat præter ſpem euenire: et hoc tam in bonum quàm in malum. Terent. in And. Interea aliquid acciderit boni. Cic. Nihil mali accidiſſe Scipioni putandum eſt. Ponitur etiam abſolute, ſequente particula, ut. Cic. 3. Ver. Accidit ut ſe ad regem Nicomedem, regemq; Sandalam mitteret. Hinc fit accidens participium, & accidens nomen.

Accĭĕo, accies, acciui, accitum, pen. breui: uerbum rarū, idem ſignificat quod accio. Plaut. in Mil. Vos modo curate, ego illū probe iam oneratum huc acciebo.

Accīngo. gis. xi. ctum. a. t. ex ad & cingo, ſignificat inſtruere, armare: atq; ferè cum ablatiuo iungitur: ut, accingere ſe armis, ferro, enſe, &c. Ver. 2. Aen. Atq; omnis facibus pubes accingitur atris. Interdum aggredi uel ſuſcipere. Habet autem uel datiuum. Verg. Aen. 1. Illi ſe prædæ accingunt. Vel accuſatiuum. Idem Aen. 4. Magicas inuitam accingier artes, pro ad illas diſcendas præparari. Vel accuſatiuum cum ad & in. Liu. Hoc diſcrimen, ſi iuuat, accingere. id eſt, ad hoc periculum ſubeundum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris? id eſt, Cur hanc rem non aggrederis? Vnde accinctos uocamus induſtrios, expeditosq;: contrà diſcinctos, ignauos, incōptos, negligenteisq;. Dicimus etiam, præter communem regulam, Accinctus renibus, ἐνεζωσμένοι.

Accĭo. cis. ciui. uel cij. tum. pen. prod. ex Ad & cio, act. q. ſignificat aduoco. προσκαλέω. Inde accitus, aduocatus. Verg. Spem, ſi quam accitis Aetolûm habuiſtis in armis. Et accitus. tus. tui. Verg. Regius accitu chari genitoris ad urbem. Inde fit frequent. Accĭto quod eſt frequenter accio. Lucret. lib. 5. Accitat ſuientia ſecla ferarum. id eſt inuitat, allicit.

Accĭpĭo, pis. act. t. capio, (λαμβάνω) quanquam ab inuicem ſeparantur, ſicut in dictione Capio dicitur. Multi & uarij uſus eſt hoc uerbum. Interdum enim eſt audire. Cic. in Cat. Accipite ueterem orationem Architæ. Sentire. Terent. in Heaut. Clinia aliter de amore tuo, atq; eſt accipis. Cognoſcere, intelligere: ut, Accepi te in patriā reuerſurū. Concipere. Ver. 8. Aen. Alij uentoſis follibus auras Accipiunt redduntq;. Recipere. Lucil. Sic inquam ueteratorem illū ueterē lupum Annibalem acceptum. Tractare, tam in malum quàm in bonum. Terent. Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Accipere nomen, pro eo quod uulgus dicit, recipere ad noſtram.

Liu.

Liu. 2. bel. Pun. Si ſuum nomē dictator acciperet ſe comitijs interceſſuros dicūt. Dicimus etiā accipere conditionem, colorem, fœdera, fidem, libertatem, &c. Huius compoſitum eſt Præaccipio.

Ăccipĭtĕr. tris. m. t. (ἱέραξ) ab accipiendis malo modo alijs auibus. eſt enim auis rapax. Terent. in. Phor. Non rete accipitri tenditur. Vide Falco.

Ăccĭſmŭs. mi. m. ſ. ficta dicitur recuſatio, ab Acco muliere ita cōparata, ut uideri uellet maxime reſpuere quod perdite cupiebat. Vnde Acciſſare uerbū, quod eſt eadem ſtultitia diuexari.

Ăcclāmo. as. are. n. p. eſt exclamare, uocem efferre. Cic. pro Cecin. Populus cum riſu acclamauit ita eſſe. Verbale eſt acclamatio. Idem Att. lib. 1. Credo te ex acclamatione Clodij, &c. Acclamito, frequent. Plaut. in Amphit. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.

Ăcclīnĕ, adiect. pen. pro. n. t. dicitur flexum, incuruatum, iacens, humile. ἐπικλινής. Et propriè in deſcenſu dicitur. Hieron. Scabellum accline, & ex una parte obliquum. Dicitur & acclinus: na. num. ſicut & interclinus, quo uſus eſt Ambroſ. in Egeſipp. Ciuitas, inquit, prærupta undique propè erat interclina rupibus.

Ăcclīno. nas. pen. prod. ad aliquid flecto, inclino. ἐπικλίνω. Liuius 4. ab Vrbe, Haud grauatè acclinaturos ſe ad cauſam ſenatus. pro aſſenſuros cauſæ.

Ăcclīuĭs, ſiue Acclīuus. ua. uum. per u, pen. pro. (προσάντης.) quod eſt leuiter erectum, & acuminatum: & propriè de aſcenſu dicitur, quaſi in cliuum acuminatum, & pendulum ſurſum. Cic. Q. fratri, Ea uiæ pars ualde accliuis eſt. Huius contrarium eſt decliue, ſiue, ſiue decliuum, quod eſt inclinatum, atq; incuruum, pendulum deorſum. Hinc accliuitas. Cæſar, Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur.

Ăcclūdo. dis. pen. prod. uide in dictione Cludo.

Ăccŏlă. læ. c. p. pen. cor. uicinus, aduentitius, πάροικος, quod aduenìens terrā colat: id eſt habitet: ut, Accola mōtis, qui propè uel iuxta montem habitat. Sic accola Padi, accola campi. Liuius lib. 1. Paſtor accola eius loci, nomine Cacus, ferox uiribus.

Ăccŏlo. lis. pen. cor. apud, ſiue iuxtà colo παροικῶ. & de aquis montibusq; dicitur. Liuius lib. 4. Hi dimiſsis circa omneis populos legatis, qui Hetruſcum mare, quiq; Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum.

Ăccōmmŏdo. das. act. p. pen. cor. adhibeo, adapto, aptè colloco, ἐφαρμόζω, συμβάλλω. Cic. lib. 1. Offic. Qui ſe ad rempublicam & ad magnas res gerendas accōmodauere. Interdum ſignificat procliue, propenſum eſſe, (ἀναφέρεσθαι.) Idem, Ad ſummum Græcorum potius, quàm ad illam uim aut tumultum accommodati. Hinc ad perſuadendum accommodatè dicere. Cic. 5. Verr.

Ăccōmmŏdātĭo. onis. f. t. ipſe actus accommodandi. Cic. 1. de Inuen. Elocutio eſt idoneorum uerborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

Ăccōmmŏdŭs. a. um. idem quod accommodatus, aptus, idoneus. Vergil. 11. Aen. Valles accommoda fraudi.

Ăccrēdo. dis. pen. prod. ex ad & credo, uidetur ſignificare ad id quod creditur, accedo: quale aſſentio ſiue aſſentior, ad ſententiam accedo. Col. li. 1. Author rei ruſticæ Sarſenna uidetur accredidiſſe. Eſt & acredo, acredinis, nomen per ſimplex c.

Ăccrēdŭo. duis. obſoletum uerbum, idem quod accredo.

Ăccrēſco. ſcis. n. t. (ἐπιγίνομαι) uide Creſco. Hinc accretio. onis. incrementum, ipſe actus accreſcendi. Cic. 1. Tuſc. Lunamq; accretione, & diminutione luminis, &c.

Ăccŭbĭtŭs. ti. m. ſ. (ἀνακλιντήριον) lectus in quo cubatur interdiu. Vnde apud Lampr. de Commodo ſcribitur, quòd non accubuit, niſi in accubitis, quæ pilum leporinum habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalareis. Hi alio nomine dicuntur apud Florentinos Tuſcania.

Ăccŭbĭtŭs. tus. m. q. (ἀνάκλισις) ipſe accubandi actus. Plin. lib. 18. cap. 2. Accubitu iere per lectos.

Ăccŭbo. bas. n. p. pen. cor. iuxtà cubo. παρακατακλίνομαι. Suet. in Caſ. Theatrum ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Aliâs ſignificat diſcumbo. Hinc accubator,

 accuba-

accubatrix, & accubito. tas frequentatiuum, ut eſt illud, Dignatus noſtris accubitare toris. Et accubatio uerbale.

Accŭmbo. bis. n. t. proprie adiaceo, iuxta cubo. Plautus in Moſt. Caue modò ne prius in uia accumbas, quàm illic ubi lectus eſt ſtratus, quò imus. Eſt etiam accumbere, (κατακεῖσθαι) in conuiuio eſſe. cubabãt enim antiqui ueſcentes. Cic. Pæto, Accubueram hora nona. Dicitur & accumbere ad menſam, pro ſimul ueſci, & in eadem menſa diſcumbere. Cicero Vatinium criminatur, quòd atratus ad menſam accumbebat.

Accŭmŭlo. las. act. p. pẽ. cor. amplifico: et quaſi ad cumulũ addo (ἐπισωρεύω.) Pli. li. 10. ca. 19. Feruentibus enim locis accumulant æſtate radices. Hinc accumulatio.

Accūro. ras. a. p. pen. pro. & per ſimplex r, ſignificat ſtudioſe & diligenter curo. ἐπιμελέομαι. Plaut. in Epid. Remeabo intrò, ut accurentur aduenientes hoſpites. Cic. in Arte uet. Melius accurantur, quæ ſine conſilio adminiſtrantur.

Hinc accuratus, (πεφροντισμένος) ubi magna apponitur cura. Gellius, Cultu nimis accurato fuiſſe. Et peraccuratus, Cic App. Pul. Peraccuratè querebaris. Accuratio. Cic. de Clar. Orat. Mira accuratio.

Accŭrro. ris. n. t. (προστρέχω) duplici r r. uide Curro.

Accūsābĭlis, & hoc. le. quod accuſatione dignũ eſt. Cic. 4. Tuſc. Accuſabilis eſt turpitudo.

Accūsātĭuŭs. ua. um. o. ſ. per quod quis accuſatur, κατηγορικός. Vnde accuſatiuus caſus dictus eſt, quia per hunc uel accuſamus, uel laudare uidemur. Dicitur etiam incuſatiuus uel cauſatiuus, & laudatiuus.

Accūsātōrĭŭs, quod ad accuſationem pertinet, (κατηγορικὸς) ut liber accuſatorius, in quo cõtinentur accuſationes. Cic. pro Cluent. Non accuſatorio animo, adductum. Accuſatoriè, aduerbium.

Accuſatorius uir. κατήγορος. qui alios accuſat.

Accūſo. ſas. a p pen. prod. freq. eſt ab accudo, ſicut docet Priſci. Cõponitur enim ex ad & cuſo, quod à cudo deducitur. Ex quo compoſita incuſo, excuſo, & recuſo: quanquam non deſint qui dicant Accuſo ex ad & cauſa ſeu cauſor componi. Sed magis audiendus. eſt Priſcianus, quia magis commoda ſit compoſitio à cuſo frequent. uerbi cudo, quod cuſum ſupinum facit. Eſt autem accuſare (κατηγορεῖν) quaſi aliquem apud iudicem percudere: & hoc per tranſlationem, quaſi malleo ad incudem pertundere, ut in quam uelit is, qui accuſat, formam redigatur. Vnde proprie (ut ait Valla) eſt apud iudicem, uel aliũ oſtendere aliquem peccaſſe. Dicimus autem, accuſo te illi, apud illum, uel corã illo magni ſceleris, aut de magno ſcelere. Terent. in Prol. Qui cum hunc accuſant, Næuium, Plautũ, Ennium Accuſant. Incuſare uerò (αἰτιᾶσθαι) eſt alterius mores reprehendere, & plerunq; cũ querela, quòd ab illo iniuria ſis affectus. Hinc accuſator & accuſatrix uerbalia, qui uel quæ accuſat. Quintil. li. 4. cap. 2. Cum accuſator ſuſpicioſe narret, &c.

Ăcēdĭă, æ. f. p. (ἀκηδία) Latinè pigritia, triſtitia, tædium, anxietas.

Ăcentētă ſiue Ăcentră, (ἄκεντρα) dicuntur quæ ſunt ſine punctis centriſúe.

Ăceo, aces. acui, acidus ſum, acorẽ ſapio, ὀξύζω. Vt Cato de Re ruſt. Vinum quod neq; aceat, neq; muceat. Vnde acidus. a. um. adiect. & acetum. Item compoſitum Coaceo.

Ăcĕphălŭs, li. m. ſ. (ἀκέφαλος) pẽ. cor. Latinè ſine capite dicitur: ab α, & κεφαλὴ caput. Vnde acephali uerſus, ſine capite dicuntur: quoniam à breui ſyllaba incipiunt.

Ăcĕr, aceris, & Ăcĕris. ris. fœmi. generis, uel ſecundum alios neutri. σφένδαμνος, nomen eſt arboris: uulgò maſsholder, uel ahorn. Vnde acernus. na. num quod eſt materiatũ ex ea arbore. Huius prima ſyllaba corripitur. Verg. Præcipuè cum iam trabibus contextus acernis Staret equus. Dicta acer, quòd acria in ea artificum ingenia exerceantur. Eſt enim ampliſſima arbor, & operum elegantia ac ſubtilitate primum poſt citrum locum obtinens. Plin. lib. 16. cap. 15.

Ăcĕr. a. um. uel hic Acer, hæc ăcrĭs, hoc ăcrĕ, prima prod. à quo acrior & acerrimus, propriè ad uinum, acetum, & huiuſmodi pertinet. Nam ſaporis acrimoniam ſiue mordacitatem ſignificat. Græcè δριμύς. Col. lib. 1. Plagam acri aceto pariter ac lotio permixta terra linito. Et acres cibi dicuntur, qui acrimoniam

niã et uehemẽtiorẽ uim habẽt, et quaſi mordacia ſunt, ut ſinapi, allia, cæpe. Transfertur ad alia, & modò pro forti ponitur. Verg. Aen. 9. Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Modò pro ueloci. Idem lib. 4. At puer Aſcanius medijs in uallibus acri Gaudet equo. Modò pro acuto. Cic. Acri homo ingenio. Modò pro uehementi. Idem in Hortenſ. Theopompo acrius. Sic acrẽ hoſtem dicimus uehementem, id eſt durum, ſæuum. Modò pro diligente. Vergil. Acer curas. Cic. Offi. Si acres ac diligentes eſſe uolumus. Ab acer fit compoſitum Peracer. Deriuata ſunt acredo, acritudo, acritas: & acriter aduerbium.

Ăcĕr. ris. n. g. uel Acus, aceris pen. cor. palea miliacea, ſpreuuer. ἄχυρον. à quo aceroſus. ſa. ſum. ut frumẽtũ aceroſum, (ἀχυρῶδες) quod eſt immundũ, & non ſine paleis. À quo panis aceroſus. & uerbum acerare.

Ăcĕrbĭtās. atis. f. t. (στρυφνότης) ſaporis amaritudo, cruditas. Translatè ponitur pro aſperitate, ſiue auſteritate. Cic. Nec acerbitatem ſententiarũ, nec differendi ſpinas probauit. Aliquando pro moleſtia, ſiue triſtitia potius ex miſeria & calamitate contracta, ut Syllani temporis acerbitatem ſubterfugere, apud Ciceronem in Catil.

Ăcĕrbo. bas. a. p. aſpero. πικραίνω. Item abominabile facio. Claud. lib. 1. Crimenq́ feri raptoris acerbat. Huius compoſitum eſt exacerbo, quod eſt ualde acerbo, uel aſperè turbo.

Ăcĕrbŭs. ba. bum. o. ſ. (στρυφνὸς) quod nõ eſt ſatis coctum & maturum: & propriè de fructibus. Colum. Vua peracerba guſtatu. Translate ponitur pro uehementi, duro & aſpero: & tam ad res, quàm ad perſonas refertur. Vnde acerbũ uulnus, acerba mors. Verg. lib. 11. Funere merſit acerbo. Cic. Fam. 1. Acerbum habuimus Curionem. Tractum à pomis, quæ cruda ſi ſint, ui auellũtur: ſi matura & cocta, decidunt: ſic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. Idem. Hinc acerbè, acerbius, acerbiſſimè.

Ăcĕro. ras. a. p. pen. cor. ab acus pro palea, ſignificat paleis inficio. ἀχυρόω. Vnde aceratũ lutum, quod paleis immixtum eſt ad tuguria facienda. Huius compoſitum obacero, quod eſt, loquendo alterius ſermonem moleſto, impedio, ori obijcio. Vnde

Ăcĕrōsŭs. a. um. ut Aceroſus panis, ex farre minus purgato, ac ſordido, ut eſt etiam panis ordeaceus.

Ăcĕrră. ræ. f. p. arcula thuraria, in quã thus reponi ſolet, quo Dijs ſacrificatur. θυμιατήριον. thuribulum uulgò dicitur. alij putant eſſe aram, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Cornutus ſcribit eſſe pateram in qua libatur. Verg. Et plena ſupplex ueneratur acerra.

Ăcĕrsĕcŏmēs, (ἀκερσεκόμης) pen. cor. Latinè dicitur intonſus comam, et capillatus. Iuuenalis, Nemo uendit acerſecomes, ab α, priuatiua particula, & κείρω, tondeo καὶ κόμη.

Ăcĕruātim aduerb. per aceruos. σωρηδόν. Columel. Sub fauis aceruatim enectæ reperiuntur. Vnde aceruatim dicere, quaſi promiſcue & nullo ſeruato ordine, Cicero.

Ăcĕruo. uas. a. p. accumulo. σωρεύω. Verg. 5. Aen. translate poſuit pro amplifico: Formidine crimen aceruat. Hinc Coaceruo, in totum uel ſimul aceruo, coniungo. Aceruatio, uerb. id eſt accumulatio. Plin. lib. 11. cap. 53. Aceruatio ſaporum gratiſſima.

Ăcĕruŭs. ui. m. ſ. (σωρὸς) moles, aggregatio & cumulus: & (ut Valla uult) proprie minutarum rerum, ut frumenti, leguminis. Plaut. Pſeud. Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi. Aliquando tamen maiorum: ut, Aceruus ſcutorum. Ita ferè Grammatici, quibus etiã ſtrues eſt præcipue lignorum: ſtrages, cadauerum interfectorum uno loco iacentium ſiue humanorum, ſiue brutorum. ſarcina utenſilium.

Ăcēſco. ſcis. n. t. acidus fio. ὀξίζω. Hierony. ad Furiam, Egeſiſti aceſcenteis & morbidos cibos. Hinc coaceſco, quod eſt, totus acidus fio.

Ăcētābŭlŭm. li. n. ſ. ab accipiendo dicitur, teſte Hermol. etiamſi Græci oxybaphon appellant, quaſi ab aceto: & eſt genus menſuræ. ἡμίνα. Plinius lib. 21. cap. 34. Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem. id eſt, drachmas 15. Acetabula quoq; in corporibus dicuntur pro pyxidibus (ut ana

tomatici uocant) quibus coxendices infiguntur, circaq; ea uertuntur oſſa coxarum. Plin. lib. 28. cap. 11. Sunt item acetabula ueluti quidam caliculi in ijs piſcibus qui molles appellantur, ut in polypo. Idem lib. 9. cap. 30. Acetabula ſunt etiam præſtigiatorum uaſcula ſiue caliculi, quibus aſtantiũ oculos fallendo præſtringunt. Seneca lib. 6. Epiſt. Acetabulum abuſiuè dici poteſt de rebus alijs, quæ ſimilitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus eſſe ſuprà dictum eſt. Quintilianus lib. 8. cap. 6.

Ăcētārĭă. orum. n. ſ. à quibuſdam dicuntur herbæ, ſeu cibaria, quæ ex aceto ſumuntur ad excitandum appetitum: quales ſunt herbæ uirentes, quas aceto oleoq; guttatim inſtillato concinnamus. Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Quidam ab accipiendo hoc nomen deriuant, ut acetaria ſint horti, hoc eſt hortenſia: quoniam expedita res & parata ſemper ſit. Græci ὀξύβαφα appellant, quaſi aceto tincta. ab ὄξος, & βάπτω τὸ δεύω. Acetaria dici quoq; poſſunt carnes fruſtillatim conciſæ, quæ ex aceto ſumuntur.

Ăcētūm. ti. n. ſ. (ὄξος) acre uinum: quia uel acutum ſit, uel quaſi aquatum. Vinum enim aqua mixtum citò in hunc ſaporem uertitur. Vel dicitur ab aceo. aces. Colum. lib. 5. Acetum agrico cinere irrigato. Hinc acetoſus. ſa. ſum. (ὀξώδης) Acetoſitas, & Acor.

Ăchĕrōn, uide in Propr. Hinc autem fiunt adiectiua Acherontius, & Acherontinus. Vide in Propr. Et habent breuem pen. genere maſcul. Et Acherons, Plaut. in Capt. Verum enimuero nullus adæquè eſt Acherons. Et Acheronticus: ut Acherontica regio. Plaut. in Bacch.

Ăchărĭs. idis. c. t. (ἄχαρις) pen. cor. Latinè dici poteſt ſine gratia, ingratus: χάρις enim gratia dicitur: & Achariſtia, ingratitudo.

Achateon, uelum maximum in media naui conſtitutum.

Ăchātēs. tis. m. t. pen. prod. pretioſi lapidis nomen, in Sicilia apud Achaten fluuium primum reperti, & poſtea in plurimis terris. Eſt autem niger, habens in medio circulos nigros & albos, iunctos & uariatos, ſimilis hæmatiti. Tẽpeſtates auertere, et flumina ſiſtere dicitur.

Ăchētă, achetarum. f. p. (ἀχέτα) cicadæ ſunt argutæ & canoræ, à uerbo ἠχῶ, quod eſt, ſono & crepito.

Ăchillēōs, (ἀχίλλειος) myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inueniſſe traditur in curando uulnere Telephi.

Ăchillēūm. lei. n. ſ. genus ſpongiarum tenue denſumq;, ex quo penicilli. Plinius lib. 9. cap. 45.

Ăchīlŭs. a. um. o. ſ. (ἄχειλος) pen. prod. qui ſine labris eſt. Ab α ſine, χεῖλος labrum. etiam margo. Sed Ăchēlūs potius dici debet, quia α in e longum uertitur, ut κυθέρεια, Cytherea, id eſt Venus.

Ăcĭărĭs. is. f. t. ſecuris ærea, qua in ſacrificijs ueteres ſacerdotes utebantur. Feſtus.

Ăcĭālĕ. lis. n. t. uel Ăcĭārĕ, ferrum durum.

Ăcĭcŭlă. læ. f. p. (περόνη) formatione non ſignificatione, eſt ab acu, ut inquit Priſc. qua utuntur mulieres ad ornatũ capitis. Eſt & acicula piſcis tenuis ac longus qui & acus dicitur.

Ăcĭdŭlă pyra, à ſucco ſubacido dicta.

Ăcĭdŭs. da. dum. o. ſ. (ὀξύς, ὀξίνης) pen. cor. quod acetum factum eſt, quamuis & aſperum dicatur. Col. lib. 6. Malum Punicum ſi acidum aut minus dulcem fructum feret hoc modo emendabitur. Hieron. in Eccleſiaſt. Non acidè feras, id eſt amarè, ſeu aſperè. Huius dimin. eſt acidulus. Compoſitũ ſubacidulus, id eſt aliquantulũ acidus. Cato li. de Re ruſt. Vinum ſubacidulũ non durabit.

Ăcĭdy̆lŭs. li. m. ſ. nodus eſt ceſtus Veneris.

Aciem trahere dicuntur aquæ, pro eo quod eſt acuere. Similiter aciem ferri exterimus, ut acuta ſit.

Ăcĭēs. ei. f. q. (ἀκωκή, ἀκμή) tria ſignificat. Primo acuitatem falcis, cultri, & ſimilium quæ ſecant. Col. lib. 5. Nam ſiue curuatur acies, ſiue tardius penetrat, maiore nixu opus eſt. Et ἀπὸ τοῦ ἀκονᾶν, id eſt ab acuendo dicitur, ſicut acumẽ ab acuo. Secundo exercitus inſtructionem, (παράταξις) quum ad dimicandum paratus eſt, eo quòd acuto ferro armatus ſit. Vergil. Georg. 2. Et campo ſtetit agmen aperto, Directaq; acies. Et acies quidem inſtructa his uocabulis uocari ſolet, frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, cornu, & quædam alia. Tertio, oculi lumen. Lact. lib. de Opif. Acies enim, id eſt, membrana illa perlu

cens

Digitized by Google

cens, ſiccari & obareſcere non oportet. Per translationē ſumitur pro ingenij perſpicuitate. Ci. in Cat. Nōne uobis uidetur is animus, qui plus cernit, & longius uidet ſe ad meliora proficiſci, ille autem cuius obtuſior ſit ácies, non uidere? Dicimus autem tam acij, quàm aciei in genitiuo. Sall. lib. 1. Hiſt. Dubitauit acij pars, pro aciei.

Ăcīnăcēs. cis. m. t. (ἀκινάκης) penult. cor. gladius Perſicus. Hor. li. 1. Car. Vino et lucernis Medus acinacis Immane quantū diſcrepat.

Ăcĭnŭs. ni. pen. cor. m. g. & acinum neut. (ῥᾶγες) in uua id dicitur, quod uulgus granum appellat. Neq; ſolum uuæ, ſed hederæ, ſambuci, tribuli, mali punici grana, acinorum uocabulo continentur. Atq; in hoc à bacca differt quod acini inter fructus minutiores arborum fruticum'ue denſius naſcantur, baccæ uero diſperſius & rarius, ut fructus lauri, oliuæ, corni, loti, lentiſci, &c. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. Verg. Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem. Ab acinus, Acinatitius. a. um. fit, ut uinum acinatitium. Vlpian. ff. de uino leg. Acinatitium planè uinum continebitur.

Ăcĭnŏs, ſiue acinus, fœm. g. herba, de qua Plin. lib. 21. cap. 15.

Ăcĭnōſŭs. a. um. ab acinus, dicitur quod multos habeat acinos, ut uua acinoſa. Ponitur quoq; acinoſum pro re ſuccoſa in modum acinorum. Plin. lib. 12. cap. 13. Aſari ſemen acinoſum ſaporis calidi ac ſpinoſi.

Ăcĭpēnſĕr ſeu Aquipenſer. ſeris. m. t. (ἔλοψ) apud antiquos piſcium nobiliſsimus eſt habitus, qui unus omnium ſquamis ad os uerſis contra aquam nando meat, nullo nunc in honore: quod quidem (inquit Plinius lib. 9. cap. 17.) miror, cum ſit rarus inuentu. Mart. Ad Palatinas accipenſera mitte menſas.

Aclanes, (ἀκλαυής) Latinè minime plorans dicitur.

Ăclăſſĭs. is. f. t. tunica ab humeris non conſuta. Feſtus.

Aclērŏs, (ἄκληρος) penultima prod. expers, ſine parte.

Aclētŏs. ti. m. ſ. (ἄκλητος) non uocatus, qui citra uocationem ad conuiuium uadit, quod amici faciunt. Aſymbolus uerò (ἀσύμβολος) dicitur, qui nihil tradit ad cœnam.

Ăclĭdēs. m. t. pen. cor. ſunt tela quædam antiqua adeò ut nec uſquam memorentur in bello. Legitur tamen quod ſint clauæ cubito ſemis factæ, eminentibus hinc & hinc acuminibus quibuſdam, quæ ita in hoſtem iaciuntur religatæ loro, uel lino, ut peractis uulneribus poſsint redire. Putatur eſſe genus teli, per quod flagellum immenſum iaci poteſt. Vergil. lib. 7. Teretes ſunt aclides illis Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

Ăcmōn. onis. m. t. (ἄκμων) Latinè incus. unde Pyracmon, quod uide in Proprijs.

Ăcŏlūthŭs. (ἀκόλουθος) pe. pro. Latinè cōſequēs dicitur: ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id eſt à ſequendo.

Ăcŏnē, (ἀκόνη) Latinè cos. Vide in Propr.

Ăcŏnītŭm. ti. n. ſ. (ἀκόνιτον) pen. pro. herba quæ ex Cerberi ſpuma conſperſa, uenenum efficaciſsimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt à cote: iuxta Ouidium dicentem, Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute, Mortales aconita uocant. Sunt qui ab Acone portu deriuent Heracleæ, Lyco flumini appoſito. Alij quòd nullus puluis interueniat. Nam κόνις Græcè puluis: ἀκονιτὶ ſine puluere dicitur. Nonnulli huius rationē attulere: quoniā eadem uis innata eſſet huic, quæ cotibus ad ferri aciē deterēdam: ſtatimq; admota, uelocitas ſentitur. Plin. lib. 27. ſcribit aconitum dictū, quòd in nudis cautibus (quas aconas uocant) naſcatur. Vel quoniam ἀκονίζομαι eſt accelero: quoniam mortē accelerat. Sunt qui putant eam herbam eſſe, quam napellum uocant uulgò, ſed non eſt. Galli appellant reagal.

Ăcōntĭæ. arum. f. p. (ἀκόντιαι) ſunt ſtellæ crinitæ, ſeu impreſsiones: dictæ ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc eſt à iaculo: quia iaculi modo uibrātur ocyſsimo uolatu. Plin. lib. 2. cap. 25.

Ăcŏpă. orum. n. ſ. (ἄκοπα) pen. correp. medicamenta laſsitudines & fatigationes leuantia, impoſito ex re uocabulo. Plin. 29. cap. 1. Omniaq; acopis curantur, unguentū pariter & medicamentum eſt. Hinc,

Ăcŏpŭs. pi. m. ſ. (ἄκοπος) gemma, uitro ſimilis, pumicoſa, aureis guttis ſtellata, dicta eſt: cum qua oleū ſubſeruefactū perunctis laſsitudinē

ſoluit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ăcŏpŭs, herba eſt, quæ & anagyros, (ἀνάγυρος) fruticoſa, colore holeris, grauis odore: cuius ſemen commanducatum uomitiones facit. Plin. lib. 27. cap. 4. Vnde & prouerbium, ἀνάγυρον κινεῖς, Anagyrum moues, quoties loquimur de re, unde nobis ignominia excitari poſſit.

Ăcŏr, oris. m. t. uini aut mali punici & ſimilium odoris, ſiue in guſtu ſaporis acuitas, ſiue aſperitas, ὀξύτης. Colum. lib. 5. Ea res emendabit acorem malorum.

Ăcŏrnă. æ. f. p. genus cardui. Plin. lib. 21. cap. 16. Acorna colore tantum rufo diſtinguitur, & pinguiore ſucco.

Ăquĭeſco. ſcis. n. t. accumbo. Sen. Nihilo miſerius ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat. Acquieſcere enim ibi dicimur, ubi nobis requies eſt. Vnde pro cum quadam animi uoluptate quieteq́ in re aliqua conſiſtere ponitur. Cic Att. 4. Nulla eſt Reſp. quæ delectet, aut in qua acquieſcam.

Ăcquīro. is. a. t. (προσπορίζομαι, πριάττω) quæro, comparo, concilio, colligo, adipiſcor, conſequor: ab ad & quero. Cic. de Amic. Semper aliqui acquirendi ſunt, quos diligamus & à quibus diligamur.

Acrătiſmŭs. mi. m. ſ. (ἀκρατισμὸς) ſeu Acratiſma, Latinè ientaculum dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου, ὅτι α. στερητικὸν ἐστι, καὶ κεράννυμι: hoc eſt, à uino non lymphato. Nam in aurora meraci us bibere, & ſalubre putatur, & uſu receptum eſt.

Acrătŏn, (ἄκρατον) intemperatum merum, non mixtum: mel purum atq́ integrum, quod nullum contraxit uitium.

Acrătŏphŏrŭm. ri. n. ſ. urceolus Latinè dicitur. Cic. 3. de Fin.

Ăcrēdo. dinis. f. t. (πικρὰ) amaritudo illa ſeu aſperitas, quæ eſt in fructibus non maturis. uide Accredo.

Acrēdŭlă. læ. f. p. (ὀλολυγὼν) pen. cor. putatur luſcinia auis: ſiue quā uulgo rauatinū dicimus. Cicero in Progne: Et matutinos exercet acredula cantus.

Ăcrĭmōnĭă. æ. f. p. (δριμύτης) aſperitas. Et proprie quidem uſus eſt Cato de Re ruſt. Et ſi ulcus acrimoniā eius ferre non poterit, farinam hordeaceā miſceto. Et Col. li. 10. Abſtineat fætentibus acrimonijs allij, uel caparū. Translatè uerò ponitur pro uehementia, (δεινότης.) Cic. lib. 4. ad Heren. Sic etiā pro animi uiuacitate, pro acumine ingenij, & mētis ſeueritate.

Ăcrĭtās. atis. f. t. denom. ab adiect. acer. Gell. li. 13. cap. 2. Sicut autem nihil quicquam intereſt, dicas acritudo an acritas: ita, &c.

Ăcrŏāmătă. atum. n. t. (ἀκροάματα) Græci uoces & auſcultationes uocant. Ariſtoteles Acroamata nominauit cōmentationes ſuas, quas diſcipulis tradebat, in quib. philoſophia remotior ſubtiliorq́ agitabatur. Huic diſciplinæ, quæ acroamatice dicitur, tempus dabat in Lycio gymnaſio matutino. Alij appellant acroamata feſtiuas recitationes, ludicrasq́ narrationes: quod ſignificat Ci. pro Signis: Hic aliquod feſtiuū acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidē cōuiuis reſpectantibus, aut emblemata euellenda curauit. Plinius in Epiſt. Interdum, inquit, audiebamus acroamata. Lampridius accipere uidetur pro ipſis hominibus acroamata recitantibus, cum ait in Alex. Alexandrum nanos, & nanas, & moriones, & uocaleis exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donaſſe.

Acrŏāmătĭcŭs. ca. cum. o. ſ. idem quod auſcultatorius.

Acrŏchŏrdŏnēs. f. t. (ἀκροχορδόνες) uerrucæ ſunt, noſtratis faba amplitudine, quæ pueros maximè infeſtant. Dictæ, quoniam in imo anguſtæ ita ſunt, ut pendēre uideantur.

Acrŏcŏmŭs, (ἀκρόκομος) pen. cor. longas comas habens.

Acrŏpŏlis. lios. f. t. (ἀκρόπολις) arx.

Āctă, ſubſt. nom. & Græcum, ultima depreſſo accentu, (ἀκτὴ) littus. Verg. lib. 5. At procul in ſola ſecretæ Troades actà Anchiſen flebant. Seruius.

Āctă. orum. n. ſ. (πράξεις) ab ago, agis, dicuntur de rebus priuatis, minoribus, familiaribusq́, quæ in urbe fiunt, & inſcripta rediguntur: quemadmodum Valla docet lib. 4. cap. 9. atq́ in hoc à geſtis diſtinguit, quæ pertinent ad magiſtratus adminiſtrationes, & ad res maiores, adq́ Rempub. ſpectantes: ut geſta Alexandri, geſta Cæſaris, &c. Iuuenalis, Fient iſta

uiſta palàm, cupient & in acta referri. In quo & ſenſu etiam actus dicimus. Cicero, Quòd ſi de actibus huic conuitiatori reſpondeo. Acta uerò diurna dicũtur, quæ per ſingulos dies fiunt & ſcribuntur: Græco uocabulo ἐφημερίς, Latino diarium. Suet. in Caſ. Primus inſtituit, ut populi diurna acta conficerentur. Acta uerò eius, qui togatus in republica uerſatus ſit cum imperio ac poteſtate, ſunt propriè leges. Cicero, Quære acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur. Acta, & Actitata, (inquit Cornuc.) ita diſtinguuntur, quòd acta ſint, quæ extrà iudicium fiunt: actitata, ea quæ in iudicio, & frequentiam denotant. hæc illic. Acta circunducere, eſt antiquare & delere. Paul. de Re iud. Acta apud ſe habita ſi partes conſentiant, iudex poteſt ea die iubere circunduci.

Actæa.æ.f.p. Græci ebulum dicunt: & propriè chamæacte, (χαμαιάκτη) niſi quis ſambucum pro actæa capiat: quam uocamus Acten, & fructum eius Actæon.

Actio.onis.f.t.ab ago uerb. ſignificat quandoque pronuntiationẽ, (ὑπόκρισιν) Ea uero cũ uocis, uultus & geſtuum uenuſta moderatione fieri debet. Cic. ad Her. lib. 1. Idem in Orat. Eſt enim actio quaſi corporis quædã eloquentia, quum conſtat è uoce atq; motu. Quandoq; actio, (ἀγὼν) ponitur pro oratione ſcripta: quandoq; pro hiſtoria. Vt Ciceronis Actiones in Ver. Quintil. lib. 7. Cuius actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram. Quandoq; dicitur defenſio, (δικαιολογία) ſiue oratio pro cauſſæ defenſione, aut alicuius rei de qua agitur. Cic. Q. Valerio, Actionem meam C. Cæſar primo ſuo conſulatu comprobauit. Et actio, (δίκη) ius quod ſibi debebatur in iudicio perſequẽdi: ut Cic. li. 1. ad Heren. Et à cauſa cadit is, qui agit, niſi habeat actionem. Actio gratiarum, pro beneficij accepti uerborum grata redditione, Cic. Plan. Interdum pro adminiſtratione, (πρᾶξις) & actis. Cic. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Generaliter capitur pro omni operatione atq; actu. Cic. lib. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit.

Actito.tas. pen. cor. frequent. oriundum non ortum ab ago. Formatur enim ab actio, ſicut ſcriptito à ſcripto, lectito à lecto: & propriè actitare dicitur in cauſsis, (ἀγωνίζεσθαι.) Plinius, Miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſas actitaſſe. Cic. de Claris orat. Etiam M. Potidius multas priuatas cauſas actitauit. Vide Gel. lib. 9. cap. 6.

Actiuus. ἐνεργητικὸς, qui agit. denom. eſt à nomine Actus, fictum à Grammaticis: ut actiua ſignificatio, & uerbum actiuum, quod (teſte Priſciano libro 8.) ſemper actum ſignificat, & facit ex ſe paſſiuum.

Actor.oris. m.t. qui aliquid agit: qui cauſam agit, ut orator: qui geſtum uultus & corporis agit, ut mimus & hiſtrio: qui comœdias & tragœdias agit, ut comœdus & tragœdus. ὑποκριτὴς, συνήγορος, ὁ ἄγων. Item dicitur uillicus, qui res noſtras curet: quem factorem ſolemus appellare, de quo Colu. libro primo cap. 7. Ita fit ut & actor, & familia peccent, & ager ſæpius infametur.

Actor. oris m.t. pen. cor. nomen uiri proprium. Vergilius lib. 12. Actoris Arunci ſpolium, quaſſatq; trementem.

Actualia nomina. n.t. quæ ab actu deſcendunt, ut dux, rex, curſor, nutrix.

Actualis ſcientia. f.t. & p. (πρακτικὴ) quæ præpoſitas res operationibus ſuis explicat, cuius partes ſunt tres, moralis, diſpenſatiua, & ciuilis.

Actuarius.a.um.o.ſ. ab actibus actoris: id eſt hiſtrionis, dicitur: & is ſignificatur, qui acta ſignificationesq; deſcribit ueloci ſtylo, eaq; deſcripta deinde recitat, notarius, γραφεύς. Sue. in Caſ. Auguſtus æſtimabat magis ab actuarijs exceptam quàm ab illo æditam. Item qui aptus eſt ad uehendum. ut, Actuariæ naues, paruæ dictæ ſunt & celeres, (ἀκάτια) quòd citò agi poſſunt. Salluſtius, His actuariæ naues circiter triginta erant. Sic actuarius cuius actus eſt: ut fructuarius, cuius fructus eſt. Actuarium etiam abſolutè in neutro genere uidetur Cicero accepiſſe, pro nauibus actuarijs: ut ad Att. lib. 10. Quid duro tempore anni actuaria fore cenſes? Hinc

Actuariolus. li. n. ſ. diminutiuum. Cicero Att. lib. 16. Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decem ſcalmi, id eſt remigibus earum nauicularum, quæ uocantur

actuaria

actuaria, uel actuariola.

Actum eſt, ſemper in malam partem accipitur: ut, Actum eſt de republica, id eſt extincta, deſperata, perdita eſt. πέπρακται. Terentius in And. Actum eſt, ſi quidem hæc uera prædicat.

Actuoſus. a. um. o. ſ. ab actu etiam deſcendit: qui in actibus, præſertim in geſtibus corporis abundat, & multum ſe exercet, κινητικός, πρακτικός: ut actuoſi homines, qui motu corporis maxime exercentur, ut hiſtriones & ſaltatores. Et actuoſus ignis apud Sen. Actuoſa uirtus, uita quæ in actione & labore uerſatur, non in ſtudio & contemplatione, & hæc actiue: paſſiue autem cum accipitur, ſignificat rem in qua multum ſit laborandum, ut actuoſa comœdia, magis in geſtu quàm in oratione conſtituta. Actuoſe aduerb. Cic. 3. de Orat. Quàm non actuoſe?

Actus. a. um. o. ſ. completus. πεπραγμένος. Verg. li. 6. His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Unde actum agere prouerbium dicitur, pro nihil agere. Quod enim (inquit Donat.) in iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi & iterum agi non poteſt. Ponitur etiam actus pro appulſo. Idem lib. 2. Tempeſtatibus acti. Pro infixo. Idem lib. 4. Sed uiribus enſis adactus Tranſadigit coſtas. Pro admoto, Idem lib. 11. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. Pro coacto, territo: ut, Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt. Alia ſignificata quære in dictione Ago.

Actus. us. m. q. (πρᾶξις) generali uocabulo dicitur omne quod agitur aut dicitur. Sall. Conſtituerat, uti de actibus Ciceronis quæreretur. id eſt, de ijs quæ Cicero dixerat, aut fecerat, ut in plebis odium adduceretur. Interdum actus dicitur hiſtoria. Hierony. lib. de Viris illuſt. Actus Apoſtolorum ſicut uiderat ipſe, compoſuit. In eo enim opere actus ipſorum uirtutibus inſignes explicantur, qui magis geſtu corporis perficiuntur. Et partes comœdiæ ac tragœdiæ dicuntur actus, à geſtibus hiſtrionum, qui ex hoc ipſo actuoſi dicuntur. Itē actus dicitur ſpatiū in agro centum uiginti pedū, quòd in eo boues agerētur, cū araretur uno impetu iuſto. Tres aūt reperiūtur actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus, quatuor pedes habet latitudinis: longitudinis pedes centum uiginti, quod ſpatium in agris erat inter uicinos. Quadratus undique centum uiginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus iugerum præſtat. Rurſus actus (ut Modeſtinus de Seruit. ruſt. ſcribit) eſt, ubi armenta trahere & uehiculum ducere licet. (ἐλασία) iter quo quis pedes uel eques commeare poteſt. Vide inſtitutiones Iuſt. lib. 2. titulo 3.

Actutum, pen. prod. aduerbium temporis, ab actu, id eſt celeritate deriuatum. Significat enim confeſtim, ſine dilatione, αὐτίκα. Teren. in Phorm. Aggredere actutum.

Aculeus, (κέντρον) ſpiculum, uel res pungens, & propriè ueſparum eſt & apum, & ſimilium. Colum. lib. 1. Infeſtis aculeis armata, &c. Unde & pro quodam tormenti genere ponitur, quo fortè uelut acu ſancti martyres pungebantur. Ad eundem modum canit eccleſia, Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum. Cic. tranſtulit ad orationem: Horum oratio neque neruos, neq; aculeos oratorios habet. Hinc fit aculeatus. ta. tum. (κεντρωτός) quod aculeum, hoc eſt acum aculei inſtar habet. Plinius lib. 11. Quiddam aculeatum linguis ſimile. Inde literæ aculeatæ. Ci. ad At. 14. quaſi pungentes ac mordentes animum. Ab aculeo, aculeolus diminutiuum, Martial. lib. 8.

Acumen. inis. n. t. pen. prod. ſubtilitas alicuius rei, ὀξύτης. Unde pro ingenij perſpicacitate. Col. in præf. Facillimam eſſe nec ullius acuminis ruſticationem, quòd quæ. &c.

Acuminatus. a. um. quod acumen habet. Plinius libro 11. capite 2. de culice: Ita reciproca generauit arte, ut fodiendo acuminatum, ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet.

Acumino. nas. a. p. penul. correp. acutum facio. ὀξύνω. Lact. de Opificio, Contextum ſpinæ acuminauit in caudam.

Acuncula. læ. f. p. diminutiuum ab acu: qua utuntur mulieres ad ornandum. ἀκίσκη. Huiuſmodi eſt diſcerniculum, quod capillis diſcriminandis eſt accomodatum.

Acuo, acuis, acui, acutum. a. t. propriè accommodatur falci, cultro, & huiuſmodi, quæ acui poſſunt. ἀκονάω, θηγάνω. Col. lib. 3. Quoti

ee

et falcem acueris, pelle aciem detergito. Per tranſl. Terent. in Adel. opibus adhibuit, cum ait: Sat ætas acuet. id eſt docebit. Sic Ver. 1. Georg. Curis acuens mortalia corda. Cic. lib. 3. Offi. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris illum acuebant, otium et ſolitudo. id eſt incendebant. Huius uerbi compoſita ſunt, Exacuo: quod eſt ualde ſeu perfectè acuo. Verg. lib. 1. Georg. Exacuunt alij ualos, furcasq́ bicorneis. Idé 3. Geor. Denteſq́ Sabellicus exacuit ſus. Præacuo, prius acuo. Cato, Vitem teneram præacuito.

Acupedius. a. um. o. ſ. dicitur, cui præcipuum eſt in currendo pedum acumen. ὀξύπους. Feſtus.

Acupictores. m. t. qui acu pingunt. Alio nomine Phrygiones appellantur: ab Phrygia regione Troiæ, ubi primum inuenta hæc ars dicitur.

Acus. aci. m. ſ. qui & acicula dicitur, piſcis genus. Mart. lib. 10. Et ſatius tenues ducere credis acos. Hic etiam belona (βελόνη) dicitur. Plin. lib. 9. cap. 51. Acus ſiue belone, unus piſcium dehiſcente utero parit.

Acus, aceris. n. t. purgamentũ frumẽti, quod alias acer dicitur. ἄχυρον. Col. li. 8. Nam ſuburbanis lactens porcus acere nutricandus eſt.

Acus. us. ui. (ἀκίστρα, βελόνη) fœm. q. inſtrumentum eſt quo ueſtes ſartiuntur. Item quo ſarcinatrix & ornatrix utitur ad diſcernendos capillos: ab acuta cuſpide. Iuuenalis, Obliqua producit acu. Martial. Figat acus tortas, ſuſtineatq́ comas. Paleæ etiam frumenti acus dicuntur à ſimilitudine acus qua ſuimus. Col. lib. 2. Duriſsimæ acus reſectæ ſeparatæq́ erunt à cudentibus. Similiter exercitus inſtructio acus dicitur, quod ea militum pars uehementiſsima ſit ad hoſtem uulnerandum acumine telorum.

Acutus. ta. tum. o. ſ. propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene ſecat: cui opponitur hebes uel obtuſum. Plautus in Mil. Vide ut tibi iſtic ſit acutus Cario culter probe. Item quod in mucronẽ, ſiue acumen deſinit, ut acutus palus, acutus angulus, acutum roſtrũ. Per metaphorã aũt ponitur pro ſubtili uel acri, ut acutũ ingeniũ, acutus ſophiſta, acuta uox. Item acuti oculi. id eſt clarè cernẽtes. Acutè aduerb. Ci. in Lælio, Vel reſponſa acutè ferebantur. Ab acuto Acutulus diminut. Ci. 3. de Nat. deor. Breues & acutulas concluſiones: id eſt, aliquantum argutas & ſubtiles.

Acuſtici. orum. m. ſ. (ἀκουστικοί) ſunt auditores: quales erant diſcipuli Pythagoræ.

Acylon, (ἄκυλος.) ilicis fructus ab Homero uocatur.

Acyrologia. æ. f. p. (ἀκυρολογία) Latinè impropria locutio. Nam ἄκυρος impropria, & à uerbo λέγω. λογία, locutio: ut, Hunc ego ſi potui tantũ ſperare dolorẽ, pro timere dixit. nã ſperamus bona, timemus aduerſa. Ab alijs dicitur dictio minus conuenienter elata, uel non proprijs dictionibus obſcurata ſententia: ut, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Ibi enim nullus ſignificatur ignis, ſed meretrix.

A ANTE D.

AD, πρὸς, παρὰ. præpoſitio eſt, accuſatiuo caſui ſeruiens: cuius proprius eſt uſus, cum motus aliquò ſignificatur: & maximè proximitatem deſignat: ut, Iuit ad Rhenum, non autem in Rhenum. Hoc enim differt ab In, quòd In ſignificat ingreſſum termini, Ad uero ad terminum modo acceſſum: ut, Ad tribunal uenit litigator: in tribunal prætor aut iudex. Vnde ad Baſileam cum dico aliquem ueniſſe, non in ipſam urbem, ſed tantum ad urbem acceſsiſſe ſignifico. Sic, Ad domum proficiſcimur, non in ipſas ædes, id quod ſine præpoſitione aduerbialiter enuntiari ſolet: ut, domum profectus eſt Et, ad urbem dicebantur olim, qui triumphum ſibi decerni uellent, urbem non ingredientes, ne id ius amitterent. In hâc ſignificatione, ſæpe etiam ſine motu ponitur. Liuius, Habebat hortos ad Tyberim. id eſt prope uel iuxta. Ita aliquando cum accuſatiuo perſonæ, quo locus citra motum denotatur. Cic. Fuit ad me ſanè diu. Liuius, Dum hæc ad Veios geruntur. id eſt apud. Aliquando cum motu. Teren. Eamus ad me. id eſt, Laſſent uns zuo mir in min hûs gan. ubi accuſatiuu perſonæ pro loci accuſatiuo eſt. Quin & multiplex præterea huius præpoſitionis eſt uſus: ut cũ pro In ponitur. Ci. in Piſon=

Piſon=

Piſon. Deprehenſus deniq; cum ferro ad ſenatum eſt. Caeſ. bel. Gal. 5. Totam hyemem ipſe ad exercitum manere decreuit. Pro circa. Cic. Att. Ad quæ tempora te expectem, &c. Pro circiter. Terent. Heaut. Talenta ad quindecim coëgi. Pro uerſus: ut, Ad orientem, ad meridiem. Sic, ad ſydera, ad cœlum tendere manus, ſiue oculos. Pro præ. Terent. in Eun. At nihil ad noſtram hanc. Pro poſt. Ci. Att. 12. Neſcio utrum illuc nunc ueniam, an ad decem annos. Pro propter. Proper. Panditur ad nullas ianua nigra preces. Liu. ab Vrb. 1. Inde cum altæ boues quædam ad deſiderium (ut fit) relictarũ mugiſſent. id eſt propter deſiderium, uel præ deſiderio. Pro pro. Plaut. Aul. Venimus coctũ ad nuptias. id eſt nuptiarum cauſa. Terent. Heaut. Argentum dabitur ei ad nuptias. Cic. 3. Ver. Qui ad ſtatuam pecuniam contulerunt. Pro ante: ut, Ad limina expectare. Vergil. Ad pedes ſtare. Suetonius. Ad iudicem. Cic. Pro præter. Terent. And. Ad hæc mala hoc mihi accidit etiam. Pro ſecundum, ſimilitudinem ſcilicet ſignificans: ut Ad arbitrium, ad unum alterius. Cic. de Amic. Ad iſtam faciem uirũ quæro. Pro quantum ad. Cic. 3. Ver. Vidi ſimul cum populo Romano forum, comitiumq; adornatum ad ſpeciem magnifico ornatu: ad ſenſum cogitationemq; acerbo & lugubri. Id eſt, quantum ad ſpeciem, quantum ad ſenſum.

Pro uſq; ad, uel uſq; in. Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cæſar, Ad horam nonam in anchoris expectauit. Liuius, Ad lucem acerrime pugnatum eſt. Aliquando ſignificat rei uſum. Cic. 6. Ver. Quo ſolitus erat uti ad feſtos dies, & ad hoſpitum aduentum.

Aliquando officium. Vnde ad manus ſeruus dicitur, qui & à manu, ſiue amanuenſis, de quo antea. Sic ad cyathos ſtare dicuntur pincernæ uini adminiſtratores. & ad limina cuſtos qui eſt æditiuus. Iungitur & cum gerundijs in dum: ut, Iuit ad lauandum. Teren. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. Sunt aliæ quoq; huius præpoſitionis locutiones: ut, Ad pedes deſilire. Cæſ. pro de equo deſcendere. Ad dextram, ad ſiniſtram, ſcilicet manum. Terent. Ad ſiniſtram hac recte platea.

Ad extremum, ad poſtremum, ad ultimum quæ aliquando ordinis ſunt, uel temporis, & pro deniq;, uel poſtremo, uel tandem accipiuntur, aliquando nullius ſunt ordinis. Ad ſummam: id eſt in ſumma, ſiue deniq;, poſtremo. Cic. Att. 10. Iurabat ad ſummam, quòd nullo negotio faceret. Ad ſummum uerò ad numerum refertur. Idem. Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Ad uerbum, idem eſt quod de uerbo ad uerbum dicitur. Ci. Fabellis Latinis ad uerbum de Græcis expreſſas. Plin. Ad uerbum tranſlata ſententia.

Ad unum, idem quod nullo excepto. Liuius, Ad unum omnes occidit. Sic ad lyram canere, ad lucernam ſtudere. Et Cic. Ad eum nuntium cõmoti ſunt omnes, id eſt audito eo nuntio. Oui. Mortua, crede mihi tamẽ ad tua uerba reuixi. Cæterum notandum quòd Ad, in compoſitione cum iungitur dictionibus incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in literas ſequentes: ut accurro, affero, aggrego, alligo, annumero, appono, arrogo, aſsiſto, attribuo. Excipiuntur Agnoſco (in quo d abijcitur, aut in g mutatur, ſicut in agnatus, euphoniæ cauſa) aperio, ſimiliter adſum, ubi d remanet, ſicut ſuo dicetur loco. Sed ſi cõponatur cum a b d e h i o u, ſemper d integra manet: ut, Adamo, adbibo, adbreuio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, aduoco. Si uero cũ q, d mutatur in c, ut acqro. Anquiro aũt ab an fit. Ad manum, ad liquidum, & ad limina, ad plenum, ad quò, ad ſummam, ad tempus, ad unguem, ad unum, ad uotum. Vide infrà ordinem alphabeti.

Adab, Aſſyriorum lingua, ſolum & ſol: quòd tantum luceat.

Ădæquē. (ἐπίσης) ſignificat peræque, pariter, æqualiter. Plau. in Caſſ. Neq; eſt, neq; fuit me ſenex quiſquam amator adæquè miſer. Apul. lib. 4. Ecce iuuenes aduenuint, quos incontanter adæquè latrones arbitrere.

Ădæquārĕ, (ὁμαλίζειν) idem propriè quòd æquare, hoc eſt complanare. Liuius 1. ab Vrbe, Romanus paſsim omnia tecta æquat ſolo. Bud. in Epiſt. & Com.

Ădæro. as. are. pen. prod. ab ære deductũ, ſignificat ære æſtimare, ἐξαργυρῶσαι. Bud. Anno. 2.

Ădgĕro. ras. (ἐπισυναθροίζω) uide in dictione Aggero.

Ădăgĭă

Ădăgĭă. æ. f. p. modò uetula recētis partus dici tur, modò ad agendum apta.

Ădăgĭŭm. gij. n. ſ. & apud antiquos Adagio. onis. t. (παροιμία) dictum eſt prouerbium, quod facetis hominibus adſcribitur: quaſi cir cumagium, quòd per ora hominum circun= feratur.

Ădālligo. as. are. act. p. ad aliquid ligo. Plin. li. 20. cap. 21. Quin & ſemen tritum adalligant brachio.

Ădămāntĕŭs. a. um. o. ſ. idē quod adamātinus. Oui. 7. Metam. Ecce adamanteis Vulca= num naribus efflant.

Ădămāntīnŭs. a. um. quod eſt ex adamante. ἀδαμάντινος. Proper. Colchis flagrantes ada mantina ſub iuga tauros.

Ădămānĭs. tidis. fœ. gen. tertiæ. herba quædā magica, de qua Plinius. lib. 24. cap. 17.

Ădămās. antis. m. t. pen. cor. (ἀδάμας) lapis, quē indomitū poſſumus appellare: ab α pri= uatiua particula, & δαμάζω domo: eo quòd nulli cedat materiæ, nec ferro quidē. Nā et ſi ponatur ſuper incudē, et graui ictu feriatur, antè incus & malleus uulnus accipiunt, q̃ adamas conteratur. Cumq́; ignis omnia do= met, & omnia metalla conſumat, reddit ada mantem puriorem. Solo hircorum calido ſan guine diſſoluitur. Sunt autem adamantū ge nera quatuor: ſcilicet, Indicus Arabicus, Ma cedonicus et Cyprius: qui in Italia naſcitur, æquè magnus eſt ac nucleus auellanæ cui ſi= milis eſt Arabicus, ſed aliquanto minor. Qui in Macedonia in Philippico auro inuentus eſt olim, cucumeris ſemini par eſt magnitu= dine. Cyprius colorē aërium repræſentat, & in medicamine plurimū ualet. Eſt etiam a= damas cognomine Siderites, quòd ferrei ſit ſu ſplendoris, cæteris adamantū generibus pōderoſior, ſed diſsimili natura, utpote qui & frangatur ictibus, & adamante alio per= foretur, nempe eo qui Cyprius eſt. Volunt quidam in adamante Indico, qui omnium precioſiſsimus eſt tantam ineſſe uim, ut iu= xta magnetem poſitus, ferrum ab ſe abſtra= hi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena præterea, lymphationes, metusq́; ua nos abigit ex hominum mentibus. Eſt & A= damas nomen fluuij Indici, in quo lapis ada mas reperitur. uide Plinium. lib. 37. cap. 4.

Ădămo. mas. a. p pen. cor. amatoriè amo. ὑπερφιλῶ. Quint. Me quidē marite ſi quis inter= roget, omnes matres liberos ſuos tanquam adamauerint, amant. Interdū adamare eſt honeſte ac ualde amare, & de quacunq; re dicitur. Cic. lib. 3. de Orat. Deinde ab An= tiſthene, qui patientiā & duritiam in Socra= tico ſermone adamarat. Inuenitur & adha mo. as. cum h. uide Hamus.

Ădămūſsĭm, aduer. cui nec deeſt nec ſupereſt, & quod ad normā factum eſt. Varro, Nume rus adamuſsim.

Ădăpto. (προσάπτω) uide apto: ptas. a. p. quia ſimplicium rem ſignificat.

Ădăquo. quas. a. p. pen. cor. ex ad & aquo. id eſt aqua reficio. ποτίζω. ut adaquare arbores. Pli li. 17. ca. 10. Adaquare equos, Cæſ. Ad= aquare iumenta, Suetonius.

Ădărcă, cæ. f. p. (ἀδάρκη) ſpuma arundinis, & ſalſilago quædā paluſtris, ut refert Pli. li. 27. Alij oſtendunt herbam eſſe, quæ inter ſpecies ſinapis numeratur, citantes Plin. lib. 20. cap. 21. Sinapis naturam effectusq́; eoſdem habe= re traditur adarca.

Ădărĕo. res. rui. n. ſ. idem quod arere ſiue exa= rere. Vtitur eo Cato de Re ruſt. cap. 98.

Ădăsia. æ. f. p. ouis uetula recentis partus. Feſtus.

Ădaſus, ſpecies tunicæ ſic dictæ, quòd ab hu= meris non erat conſuta. Vide infra Aclaſsis.

Ădaūgĕo, & Adaucto. (αὐξάνω) Vide in Au= geo.

Ădbibo. bis. bi. n. t. eſt aliquid inſuper bibere & addere ad præteritum. Plaut. Stich. Quandò adbibero, adludiabo.

Ădcērpŏro. ras. a. p. adiungo, admiſceo. Solin. Et carinis ita tenaciter adcorporatur.

Āddăx. acis. m. t. dicitur, qui Græcis στρέψικερως ab contortis cornibus.

Āddĕcĕt aduerbium, idem quod decet, Plau= to admodum familiare. Eius ſtudio ſeruire addecet.

Āddĕcĭmo. mas. a. p. decimam partem accipio.

Āddēnſĕo ſes. ſui, ex ad & denſeo, teſte Seruio, ſignificat denſum facere, ſtipare ſiue conſti= pare. Verg. 10. Aen. Extremi addēſent acies. Verbum rariſsimum.

Āddēnſo

Ăddēnſo.as.are.a.p.idē quod addenſeo. Pli.li. 10.cap.21. Mirū aquam radice ea addita ſub dio addenſari atq; elacteſcere.

Ăddīco.cis.a.t.pen.pr.ſignificat auctionem facere.hoc eſt bona ſua proſcribere, & licitantibus obijcere. Addicit etiam proprie alteri licitatorum rem ipſam uenalem uenditor, cum illam adiudicat.Græcè ἀποκηρύττειν dicitur .Plinius,Tabulas addictas Scauri ædilitas Romam tranſtulit. Addictas,hoc eſt publicè uēditas. Quintil. Omnia utiliora properanti feſtinatione parentis addixi. Sueton.in Cæſ.Ampliſsima prædia minimo(ſeu ut quidā,numo)addixit. Et addicere,(καταδικάζειν) prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, ut in eum & uitæ & necis haberet poteſtatatem cum ſoluendo nō eſſet. Vnde addicti apud Vallam lib. 5. καταδεδικασμένοι. Eſt enim unum ex tribus uerbis prætorijs,quæ ſunt hæc: Do,dico, addico. Ab hac forenſi ſignificatione refertur etiam ad alia: ut in diſciplina augurali aues dicuntur addicere, quando ratum faciunt auſpicium. Liuius,Fabio auſpicanti aues ſemel atq; iterum non addixere. Sic addicere opus aliquod,pro locare faciendum. Cic. 3. Ver Addicitur id opus H S.D L X. milibus. Et addicere ſententiam.Cic.Phil. 2.Neq; ſenatus de uendita atq; addicta ſententia mouere potuit.id eſt, mancipata uenditaq; Cæſari. Addicere ſupplicio, morti: pro damnare, deſtinare, deuouere. Addicere ſe cupiditatibus,petulantiæ,&c.pro ſe dare uel dedere, quemadmodum & apud Horat.in Epiſt. Nullius addictus iurare in uerba magiſtri.

Ăddiſco.ſcis.n.t.per duplex d,bene diſco.(προσμανθάνω)uel ad ea quæ didiceram,addo.

Ăddĭtāmēntŭm. ti.n.ſ.acceſsio.

Ăddĭtŭs.ta.tum. (προστιθεμένος) pen.cor. adiunctus. Et quandoq; inimicus dicitur,ut apud Verg.Nec Teucris addita Iuno Vſquā aberit.

Ăddĭuīno.as. are.idem quod diuino.Plin. lib. 31.ca.10.Vt Appion grammaticus ſcriptum reliquerit,quendam ex facie hominum addiuinantem,&c.

Ăddo.dis.a.t.affero,acceſſionē adiungo,προστίθημι:ut, Hoc meis malis,uel ad mea mala additur.Ci.App.Pul.Intelliges hac re nouata, additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium quàm quicquam eſſe detractū. Addere animum, id eſt augere. Plaut.in Amph. Vbi noſtris animus additus.

Ăddo.das.iuxtà do,προσδίδωμι.Plau.in Tru. Tuo arbitratu quod iubebis addabitur.

Ăddŏcĕo,es. a.ſ.etiā doceo.προσδιδάσκω.Horatius:Sollicitis animis onus eximit, addocet arteis.

Ăddŏrmĭo. (κοιμάομαι)uel addormiſco, contrariū eius eſt expergiſcor.Sue.Quoties poſt cibum dormiſceret olearum ac palmarum oſsibus inceſſebatur.

Ăddūbĭto.as. aliquantulum dubito.

Ăddūco.cis.a.t. pen.pro.ad aliquē duco. προσάγω.Terent.Audiui Archillis, iamdudum Lesbiam adduci iubes,&c. Interdum inuitum duco,cogo.πείθω. Teren. Si illum poteſt etiā ad nequitiā adducere.Ci.Nullo frigore adduci poteſt,ut capite operto ſit. Interdū eſt contrahere.ἰσχαίνω.Verg.lib. 3. Georg. Vbi ignea uenis Omnibus acta ſuis miſeros adduxerit artus. Vnde adductā frontem irati habere dicuntur, hoc eſt contractam & conſtrictam. Interdum intorquere, rotare. Idem lib. 9. Ipſe ter adductas circum caput egit habenas. Interdum produco,extendo. Vergil. Ocyus adducto torquens haſtile lacerto. Aliquando declaratur per uerbum redigere.Cicero in Læl. Contracta res eſt,& adducta in anguſtum.

Ăddūplĭco. as.act.p.idem quod duplico.Plau. in Pœn. Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

Ădĕdo.dis.a.t.pen.cor.in totū edo,conſumo, κατάφάγω, ὑπέδω. Vnde adeſum, conſumptum,nā ibi ad,auget.Ver.4.Geor.Nā ſæpe fauos ignotus adedit Stellio. Vide Adeſus.

Ădelphi,fratres,quaſi non ſoli. Delphon enim priſca lingua Græcorum, unum ſignificat.unde Apollo,id eſt Sol (Macrobij ſententia) delphios dicitur, quaſi unus & ſolus. Vnde Adelphi Terentij, quòd ibi tractet de duobus fratribus.

Ădĕō (τοσοῦτον, οὕτως) penult. correp. aduerbium, & ſignificat uſque eò, uel in tantum

tum, non ſecundum rationem, quia Ad accuſatiuo accomodatur. componitur enim ex ad & eo, is: uel ex ad & eo relatiuo, ſiue aduerbio. Quintil. Nunquam adeò pro nobis ſollicita eſt lex, ut quod præſtet extorqueat. Quandoq; ponitur pro ualde, ſiue multum. Teren. Iuuenem adeò nobilem. Vergil. lib. 4. Nec me adeò fallit. Quandoq; pro uſq; etiam, ſiue etiã uſq;, inſuper. Cic. in Catil. Eorũ duci intra mœnia, atq; adeò in ſenatu uidetis inteſtinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Verg. lib. 4. Georg. Adeò à teneris adſueſcere multum eſt: id eſt uſque. Quandoq; pro certè, ſine dubio. Idem Geor. 1. Multum adeò raſtris glebas qui frangit inertes. Quandoq; pro modò. Tute iam adeò eius audies uerba. Apud poëtas, præſertim Comicos ſæpe eſt particula ornatiua, ſeu mauis expletiua, quippe nihil ad ſenſum conferens, ſed uel ad ſermonis ornatum, uel ad metrum explendum adhibita. Terent. in And. Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua.

Adeo uſq;, ſiue una eſt dictio, ſiue duæ, idem eſt quod, uſq; adeò. Plaut. in Aſin. Agè agè manſero Tuo arbitratu, uel adeo uſq; dum, peristro uſq; dum, id eſt donec.

Adĕo, adis, adiui, uel adij, aditum, act. q. id eſt accedo (προσέρχομαι) ut, Adeo prætorem. Aliquando aggredi, adoriri, ἐπιχειρεῖν. ut, Adire labores, adire pericula. Ponitur pro quaſi ad prælium ire. Terent. Phorm. Nunc prior adito tu, ego in inſidijs ero hic ſuccenturiatus. Vergil. Nec quiſquam ex agmine tanto Audet adire uirum. Huius paſsiuum protulit Col. lib. 1. Sed granaria ſcalis adeantur. &c. Et Cic. 1. Tuſc. Illa pericula adeuntur in prælijs.

Ădeps. pis. (στέαρ) d. t. generale eſt ad omnem pinguedinem ſiue carnis, ſiue alterius rei. Vnde adipatum, pingue & ſucculentum, tam de ſermone, quàm de alijs rebus dicitur. Iuuenalis, Feruent adipata ueneno. Pro eo Cicero in Orat. adipale dixit: Aſciuere ſuis artibus opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus, (λιπαρὸν σκάτινον,) Quandoq; ſignificat illud pingue ad ſimilitudinem reticuli inteſtina continens. Gell. libro 4. Cui adeps pars quoque innaſcitur. Plinius libro tertio, Oryzæ cremor dandus eſt, cum quo recens adeps cocta ſit. Idem: Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Adipes in plurali poſuit Plin. lib. 8. cap. 36. Illi ſunt adipes medicaminibus apti.

Ădeptus. ta tum. o. ſ. aſſecutus, acquiſitus, inuentus. ἐπιτυχών. Plin. lib. 7. cap. 24. Tam multis gloriam eius adeptis. Cic. de Senect. paſſiue protulit, Quam ut adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adeptam. Hinc adeptio. onis. uerbale.

Ădeſdum, ex ades, quod imperatiuum eſt, & dum, πρόσελθε. Eſt enim dum productio, & adiectio ſyllabæ: ut, Ehodum ad me.

Ădēſus. a. um. o. ſ. ab adedor, id eſt conſumptũ. Cic. 1. Tuſc. Cum uerò adêſum, inflatu renouatum eſt iecur. Adeſa pecunia per metapho. pro aſſumpta, apud eundem.

Ădhăbito. tas. a. p. pen. cor. iuxtà habito, uel intrà me pono. παροικῶ. Plautus in Capt. Aedepol nanq; ſi adhabites propius, os dēſabit tibi.

Ădhæc, ſiue ădhōc. id eſt præterea, quaſi ſupra iam dicta. πρὸς τούτοις, ἐπὶ τούτῳ. Salluſtius: Adhæc ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

Ădhærĕo, es. n. ſ. προσκολλάομαι. fortius maneo, arctiſſimè inſideo, adhærens ſto, approximo. Hinc adhæreſco, adhærens fio, uel idem eſt quod adhæreo. Cicero Offic. 1. Omninoq; iuſtitiæ honeſtatiq; adhæreſcet.

Ădhæſio. onis. f. t. uerb. ipſe actus adhærendi. Cic. 1. de Fin. Adhæſiones inter ſe, &c. Et Adhæſus. ſus. pro adhæſione. Pulueris interdum ſentimus adhæſus, Lucret. libro tertio.

Ădhālo, las. a. p. (ἐμπνέω) afflo, aſpiro. Si paſcentes primò adhalauerit, Plinius lib. 11. de ſerpente.

Ădhāmo. as. a. p. arripio, irretio. ἀγκιστρόω. Cic. Qui ſerius honores adhamauerunt, uix admittuntur ad eos. ſumpta metaphora ab ineſcato hamo, quo attrahuntur fixi piſces.

Ădhĭbĕo, bes. act. ſ. pen. corr. appono, admoueo, adiungo, adijcio. & tam ad res quàm ad perſonas refertur, habetq; aliquando accuſatiuum. Cic. Adhibui diligentiam, Aliquando datiuum cum accuſatiuo. Terent. Phor. Mihi teſtes adhibeam. Aliquando duplicem accuſatiuũ, ſecundo tamẽ adiecta præpoſitione

ſitione ad, uel in. Cic. Att. Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem. Et Fam. 2. Tecum loquere, te adhibe in conſilium.

Ădhinnio. is. ire. n. q. Proprie equorum aut equarum eſt fremitus quum coitū appetunt. Oui. de Arte: Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo. Pulchra autem translatione huius uerbi uſus eſt Cicero in Piſ. Sic ad illius hanc orationem adhinniuit, id eſt ſic exarſit in libidinem.

Ădhōrăm, (ἐν ὥρᾳ) ſignificat ad tempus conſtitutum.

Ădhūc, aduerb. compoſitum ex ad, id eſt uſq;, & huc: & ſignificat etiamnunc, iamtum uel tunc, hactenus, uel ad hoc tempus. μέχρι τοῦ τε, ἔτι, προσέτι. Vnde adhuc, uſq; huc, ſiue uſq; modo. Cic. lib. 7. ad Attic. Pro te Cæſari, ſicut adhuc feci, ſupplicabo. Horat. Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Adhuc locorum, eadem figura dicimus, qua Vbiq; locorum, &c. Plaut. in Cap. Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulo.

Ădiăcĕo. ces. pen. cor. n. ſ. iuxtà iaceo, adhæreo. πρόσκειμαι. Adiacet antiquus Tyberino lucus Hilerni. Oui. 5. Faſt. Cōplexibus adiacens fœmina Col. lib. 12.

Ădiānŏētă. (ἀδιανόητα) id eſt non intelligibilia. nam διανοῶ intelligo ſignificat.

Ădiāntū. ti. n. ſ. herba uulgò capillus ueneris.

Ădiăphŏră. n. ſ. pen. cor. (ἀδιάφορα) Latinè dicuntur promiſcua, ſiue indifferētia, quibus & bene poſſumus uti, & male: qualia ſunt bona corporis ac fortunæ.

Ădiătrĕpsĭăm, (ἀδιατρεψίαν) Græci dicūt inuerecundiam, ἀπὸ τοῦ α. ςερητικοῦ, καὶ διατρέπω.

Ădiectĭuūm, (ἐπίθετον) ab adijcio fit. ſic dicitur quod ſubſtantiuis adiungatur. Poſtulat autem infinitiuum ſiue actiuum, ſiue paſsiuum: at ſubſtantiua magis gerundium: ut, Tu es dignus habere opeis: &, Es dignus honorari. Tempus eſt eundi. Locus eſt expoſtulandi.

Ădiectūs, huius adiectus. m. q. uerbale ab adijcio, idem quod adiectio. Vitru. li. 9. ca. 9. Cuneorum adiectus.

Ădigo. gis. a. t. pen. cor. ex ad & ago, ſignificat ui impellere, ſicut feriendo adigimus cuneū. βιάζομαι, ἀσφηνόω. Plin. lib. 16. cap. 10. In ipſam arborem clauus ferreus adigatur. Per metaphorā ponitur pro cōcitare, impellere. Teren. Adelp. Tu homo adiges me ad inſaniā. Item pro aliquò ago. προσελαύνω. Idē Eun. Noctu te adigent horſum inſomnia. Plau. Bac. Nam amabò quis has huc oues adegit? Adigere in uerba eſt cogere quempiā ut in uerba noſtra iuret. Sic adigere iureiurādo, ſiue ad iuſiurandum, dicitur, qui cōceptis uerbis, hoc eſt arbitrio ſuo dictatis aliū iureiurando obſtringit.

Ădijcĭālēs cœnæ, adipalesq;, uocantur ſacerdotum, ut patet ex Feſto, Plinio, Seneca. In his enim multa extra ordinem iuſtaq; fercula adijciebantur.

Ădijcio. cis. a. t. (ἐκβάλλω) pen. cor. ex ad & iacio, cū cæteris à iacio compoſitis, per duplex ij, niſi in poëmate, ubi quandoq; primam ſyllabam contingit breuiari. Statius, Pectoraq; inuiſus obijcit fumantia muris Vergil. Tityre paſcentes à flumine reice capellas. tunc enim altera abijcienda eſt, ne ſyllaba breuis, poſitione i, duplicis conſonantis, contra rationem metri producatur. In præterito uerò per ſolam i ſcribenda ſunt, ubi a in e, mutatur: ut abieci, adieci. Contingit nihilominus plerunq;, ut quædam producantur, quæ à iacio componuntur, ubi alterum i abiectum eſt. Ver. lib. 4. His germana malis oneras, atq; obicis hoſti. Seruius: Obicis, ob naturaliter breuis, ſicut re, & ad, ſed producunt plerūq; hac ratione, obicio, abicio, reicio, quia habent i uocalē ſequētem, quæ per declinationē poteſt in conſonantis formam tranſire, ut obiecit, reiecit. Ergo etiam antequam i fungatur officio conſonantis, præcedentem longam facit. Significat autem adijcere proprie ad aliquid iacere. ut, Ex inferiore loco tela, Cæſ. 1. bel. Gall. Col. lib. 12. ca. 16. In lixiuiæ ſextarios decem ſalis tres cyathos adijciat. Transfertur quoq;. Liu. ab Vr. 2. Adijciebat huic muneri agri aliquantū, id eſt addebat. Sic adijcere uires, adijcere autoritatē, adijcere animū rei uel ad rem, eſt animum appellere, adiungere, applicare. προσέχειν. Adijcere oculos in aliquā rem, ἐπέχειν ὀφθαλμοὺς) eſt cupiditate rei uſæ iteneri. Adijcere calculū, eſt approbare. Conſtruitur autem uel cū datiuo, uel cū accuſatiuo & præpoſitione ad uel in.

Ădimo

Ădĭmo.mis.pen.cor.a.t.aufero,tollo,eripio, ſubtraho. ἀφαιρέω. ut Adimere ius uerborum in comitijs, eſt ius ſuffragandi tollere. Terent.in And. Hanc niſi mors, adimet nemo. Inde ademptus,ablatus,ἀφῃρημένος. Componitur autem ex ad & emo, id eſt accipio, ut Feſtus uult.

Ădimplĕo,idem quod ſuum ſimplex,ſed rarũ.

Ădindo. is. ere. n. t. uerbum antiquum, compoſitũ ex ad & indo ſignificat imponere, immittere. Cato de Re ruſt. cap. 18. Subſcudes iligneas adindito.

Ădinĭo.nis.pen.cor.adiniui, adinitum, (ἐπεισείρω) id eſt intus uel iuxtà mitto. Col. lib. 5. Nucem Græcam, uel Auellanam abſcondito, & ita adinito. Emendatius legitur adobruito.

Ădinſtăr,idem quod inſtar.ad enim (ut Valla ſcribit) redundat. Primus aũt Serenus Lyricus hanc dictioné uſurpaſſe fertur. Vtitur eo & Politianus in Miſcell.

Ădinuĕnio. is. ire. a. q. idem quod ſuum ſimplex. Cic. 2. de Nat. Deor. Adinuenta animo.

Ădipālĕ, (στεάτινον) pen.pro.adiect.ab adipe, pro pingui. Vnde Feſtus adipaleis cœnas ſacerdotum uocat.

Ădipātŭs.ta.tum. (στεατώδης) dicitur, quod addito pingui factum eſt ſuccoſum & pingue. Vnde adipatæ dapes dicuntur. de his duobus in Adeps.

Ădipīſcŏr. ſceris.d. t. ex ad & apiſcor, (προσκτάομαι) quod nõ eſt in uſu, à quo aptus participium uidetur fuiſſe. Vnde adeptus. Feſtus, Aptus cum propria ſignificatione intelligitur, poni tamen ſolet pro adepto: ſicut apiſci pro adipiſci. Nonius de Priſcis dictionibus, Apiſci adipiſci. Liui. li. 26. Te inprimis cupere apiſci intelligo. Dicitur autem apiſcor. ſcaris. Lucil. Magnam inde apiſcatus infamiam. Inde etiam dipiſcor, quod ſignificat aſſequor. Plautus tamen in Aulul. indipiſces dixit. Adipiſcor igitur, quoniam plenius ſonat quem apiſcor, in uſum uenit, & ſignificat quandoq; conſequor, ſiue obtineo. Cic. lib. 4. ad Heren. Hæc omnia adipiſcemur, ſi rationes præceptionis diligentia conſequemur. Plaut. in Trin. paſsiue dixit: Ingenio adipiſcitur ſapientia. Aliquando ſignificat conuenio, peruenio, quando ſcilicet cum perſona iungitur. Plaut. in Epid. Vt ad portum te conſpexi, curriculò occepi ſequi, uix adipiſcẽdi poteſtas modò fuit. Cic. Nam medio itinere eum adeptus, amplexus ſum: hoc eſt, cum medio itinere ad eum perueniſſem.

Ădipōſŭs.a.um.o.ſ.pen.prod. (λιπαρὸς) pro locuplete & opulento accipitur, quoniã & in ſacris literis adipũ uocabulo diuitiæ cõtinẽtur.

Ădiſpăcŭm. ci.n.ſ. ſeu Diſpacon, id eſt aſpalathus, de quo infrà.

Ădĭtio.onis.f.t. (πρόσοδος) eſt acceſsio. Plaut. in Truc. Quid tibi hanc aditio eſt? Figuratè, pro, cur hanc adis? Vbi dignum notatu, caſum uerbi additum eſſe nomini: ut apud Cic. Domum reuerſio.

Ădĭto.tas.pen.cor.frequent.ab adeo,adis. Diomedes, Adeo, adis: hoc iteramus, adito. tas. dictitantes. Plaut. in Cap. Si adites propius.

Ădĭtŭs. tus. m. q. ingreſſus per quem ingredimur & admittimur. Verg. Aditumq; per auia quærit. Vnde quandoq; pro limine ſeu ianua ponitur. Transfertur aliquando, ut aditus ad uirtutem, &c. Huius diminut. eſt aditiculus, ſed rarum.

Ădiūdico.cas. a.t. (ἐπιδικάζω, ψηφίζομαί τινι) per ſententiã et iudiciũ tribuo, aſsignoúe. Ci. ad Att. li. 4. Domus adiudicata. Huius contrarium eſt abiudicare. Refertur quoq; ad alias res extra forum diſcernendas. Plaut. in Menæch. Adiudicato, cum utro hanc noctem ſies. Cic. Att. 1. Salutem mihi imperij atq; orbis terrarum adiudicauit.

Ădiūgo gas.pen.cor.a.p.id eſt coniungo, ad aliquid iungo, iuxtà iugo, ἐπιζεύγνυμι, quod fit cum duo boues ad unum iugum iunguntur. Plaut. per tranſlationem, Mater anima adiugat uoluntatem.

Ădiūngo.gis.a.t. alligo, annecto, addo, coniungo, adhibeo, apto, accommodo. προσίθημι, συζεύγνυμι. Teren. And. Vt animum ad aliquod ſtudium adiungãt. Huius uerbalia ſunt adiunctio, & adiunctor. Cic. Att. lib. 8. Ille Galliæ ulterioris adiunctor. Habetur etiam adiunctus nomen ex participio. Cic. pro Clu. Ad ea quæ cauſæ adiunctiora ſunt perueniã.

Ădiūro.ras.a.p. pen prod. ualde iuro. ἐπομόω. Nam ad, auctiua eſt. Seruius: Tunc nos adiu-

ramus, cũ aliquid feciſſe negamus. Sãcte adiurat, Terent. in Hec. Item adiurare, eſt incantationibus dæmones eijcere. Græci ἐξορκίζειν dicunt. Lactan. lib. 4. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui uiderit, quatenus adiurati per Chriſtum de corporibus quæ obſederint, fugiant.

Ădiŭto. tas. pen. prod. frequentatiuum ab adiuuo: ut eſt, O Tite ſi quid ego adiuto.

Ădiŭuo. as. a. p. (βοηθέω) pen. cor. opem fero. Teren. Phorm. Qui me dudum, ut dixi, adiuuerit comiter. Hinc adiutor, (βοηθὸς) penult. prod. nomen uerbale (quamuis iutor à iuuo rarò legatur) & ponitur pro auxiliatore, participe, ſocio. Et quidem adiutores (ut ſcribit Don.) dicuntur in re bona, pulſores in mala. Teren. Adelph. In pſaltria iſthac emenda adiutor fuit. Adiutorium, βοηθεία, dicitur illud, quod ab adiutore præſtatur adiumentum, βοήθημα, id eſt auxilium.

Ad limina, (θυρωροὶ) dicebantur ſerui, qui ad atrium & aditum excubabant: ſicut ad pedes, à memoria, à libellis, qui & liminarchæ dicuntur. Sylius, Turbato ad limina ſomno.

Ad liquidum, (σαφῶς, τρανῶς) duæ partes ſunt, ſignificantq; clarè aperteq;. Hieron. in prol. Eſaiæ, Vniuerſa Chriſti eccleſiæ myſteria ad liquidum proſecutus eſt.

Ădmãndo, (ἐπιτάσσω) ſignificat ad aliquem, uel aliquò aliquid cuipiam committo. Plautus in Pœn. Si quid admandare uultis, aut curarier.

Ad manum, (πρόχειρον) duæ partes, in promptu, in proximo, & parabile. Seneca: Ad manum eſt, quod ſat eſt.

Ădmētiŏr. iris. d. q. Liuius 5. bell. Macedonici, Frumentum ab Aetolis quod militi admetiatur.

Ădmĭnĭcŭlŏr. laris. depon. & Adminiculo. las. a. ſuſtento, auxilior adminiſtro. Cato de Lib. educ. Quoad potui, adminiculaui tuã uoluntatẽ. Ci. 5. de Fin. Quæ ſit ſciẽtia atq; ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Hinc adminiculatus, nomen ex participio. ut, Memoria adminiculatior, Gell. lib. 20. cap. 11.

Ădmĭnĭcŭlŭm. li. n. ſ. (χάραξ) ſuſtentaculum: ut, Vitis adminiculo religata. Tranſlatè pro auxilio, Cic. 3 Offic. Reliciam explebimus nullius adminiculis.

Ădmĭnĭſtĕr. ſtri. m. ſ. idem quod miniſter.

Ădmĭnĭſtro. as. are. n. p. præbere, ſuggerere, ſuppeditare. Cæſ. bel. Gal. 7. Quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit. Pro gubernare. Cæſar, Per ſe quæ uidebantur adminiſtrabant. Pro miniſtrare & porrigere: ut, Adminiſtrare pocula Ioui.

Apud Varronem adminiſtrare uindemias, aut ſementem, pro facere. Hinc adminiſtrator, adminiſtratio, uerbalia.

Ădmīrābĭlĭtās. atis. f. t. denom. ab admirabilis, & idem ſignificat quod admiratio. Cic. de Nat. Vides quanta ſit admirabilitas cœleſtium rerum?

Ădmīrābĭlĭtĕr, aduerbium. Cic. 4. Tuſcul. Nimis admirabiliter, nimiſq; magnificè dicere uidentur.

Ădmīrātĭo. onis. f. t. (θαῦμα.) Cicero 4. de Finib. Quid autem habent admirationis, &c. Sic admirationem mouere, efficere: in admirationem traducere admiratione affici.

Ădmīrŏr, (θαυμάζω) pen. prod. uide Miror.

Ădmĭſsārĭŭs equus, (ἀναβάτης) qui ad ſobolem procreandam equæ adiungitur. & eſt denomin. ex admiſſus. Apud Ciceronem in Piſon. ponitur pro homine libidinis peruagatæ, & ad omnium fœminarum luxuriam expoſito: Itaq; admiſſarius iſte, inquit, ſic ad illius orationem adhinniuit. &c.

Ădmĭſsĭōnālēs, (εἰσαγωγεῖς) dicuntur ij, quorum officium eſt admittere aulicos intra cubiculum ad principem ſalutãdum. Admiſsionalibus remotis, Lamprid. in Alexandro.

Ădmĭſsūră, æ. f. p. (ὀχεία) tẽpus et actio ipſa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ cauſa. Syl. Expectatur equus, cuius de ſtemmate longo Felix emeritos habet admiſſura parentes.

Ădmĭſcĕo. ſces. ſcui. ſtum, ſiue. xtum. a. ſ. eſt rem aliquam cum alia miſcere. Col. lib. 12. ca. 13. Admiſcent torrefacta ſeſama cum aniſo. Et de perſonis, Ter. Heaut. Ita tua miſceto, ne me admiſceas. Hinc admiſtio uerbale.

Ădmitto. tis a. t. (ἐφίημι) approbo, recipio, intromitto, & tam ad res quàm ad perſonas refertur. Iuuen. Iam fas eſt, admitte uiros, dormitat

mitat adulter. Cic. in Phil. Admiſſus eſt nemo. Colum. li. 8. ca. 2. Contumax ad concubitũ dedignatur gallina admittere marẽ. Mart. Ante fores ſtantẽ dubites admittere famam. Interdum ponitur, pro facere, comittere: ut admittere ſcelus, admittere fraudẽ. Dicimus quoq; admittere equũ, pro in equũ admotum inſilire, uel equũ centizare. Caeſ. bel. Gal. 1. Cõſidius equo admiſſo ad eum accurrit. Li. bel. Pu. 5. Signũ equitibus datũ eſt, ut in hoſtem admitterent equos. Item pro admittere marem fœminæ, uel fœminam mari admouere. Col. libro 7. Patruus meus arietes feros mercatus, quoſdam in agros trãſtulit, & manſuefactos tectis, ouibus admiſit.

Ādmŏdŭm (κομιδῆ) penult. cor. aduerbium, id eſt ualde. Ibi enim ad, intenſiua eſt: ut, Vir admodum fortis. Plin. lib. 20. Cucurbitæ ſuccus ſtomacho admodum prodeſt. Quandoq; ſignificat aliquantum ſiue ſatis, quaſi ſecundum rationem. Liuius, Iam mitigati admodum animi raptis erant. Cum autem duæ partes ſunt, ponitur pro quaſi, tanquam: ut, Scribit ad modum docti uiri.

Ādmœ̄nĭo. is. a. q. uidetur poni pro obſidere. Hoc ego oppidum admœnire uolo. Plautus.

Ādmōlĭŏr. liris. (ἐπιχειρῶ) ſuprà pono.

Ādmŏnĕo. nes. a. ſ. (παραινέω) penult. cor. idem penè quod moneo, ſiue commonefacio. Conſtruitur autem uel cum accuſatiuo. Cicero. Neq; monere te audeo. Vel cum duplici accuſatiuo. Idem ad. Quin. Fr. Illud te admoneo. Vel cum præpoſitione de. Idem Fam. 4. Putaui ea de re te eſſe admonendum. Vel cũ genitiuo. Liu. 5. ab Vrbe, Aduerſæ deinde res admonuerũt religionũ. Verg. li. 10. poſuit pro percutere: Leucagus ut pronus pendens in uerbera telo, Admonuit bijugos. Verbalia ſunt admonitio, & admonitus. Cic. 5. de Fin. Sed ueteris prouerbij admonitu, uiuorum memini.

Ādmōrdĕo. Vide in dictione Mordeo.

Ādmōtŭ: a. um. o. ſ. ut: bale. Plin. lib. 11. cap. 37. Solones fugiunt ferramenta admota.

Ādmŏuĕo. ues. a. ſ. pen. cor. ui. tum. iuxtà moueo, appono. προσθεῖναι. Ver. Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.

Ādnăto. tas. n. p. eſt natando aliquò peruenire. Verg. 6. Aen. Paulatim adnatant terræ. Huius præſens eſt Adno, as.

Ādnūtrĭo. is. ire. a. q. idem quod nutrio. Plinius lib. 17. cap. 23. Singulis denas ſæpe adnutriunt uites.

Ădōbrŭo. is. a. t. idem quod obruo. Col. lib. 2. ca. 11. Minimis aratris proſcindunt, atq; ita iaciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

Ădŏlĕo. les. pen. cor. leui, & lui, adultum, (ut Nonius ſcribit) uerbum propriè ſacra reddentium quod ſignificat uotis aut ſupplicationibus numen auctius facere, cremare, & quaſi odorem dijs præbere, θυμιάσαι. Verg. Verbenaſq; adole pingueis, & maſcula thura. Quoniam uerò ſacrificium igni fieri conſueuit, adolere pro urere, ſiue ligna imponere capitur, καίειν. Varro, Cum inteſtina adoleuiſſent, partim dijs obtulerunt, partim ipſi conſumpſere.

Ădŏlēſco. is. lui, & leui, adultum. n. t. ab adoleo, uel potius ἀδολεσχεῖν: ſignificat ætate augeri, id eſt ætate creſcere. Cicero in Sal. Adoleſcentia demonſtrata, facile intelligitur quàm petulanti pueritia tam impudicus & procax adoleueris. id eſt ad adoleſcentiã perueneris. Et non ſolum de hominibus, ſed de brutis quoq; & ſtirpibus dicitur. Verg. pro in ſacrificijs incendi poſuit: Adoleſcunt ignibus aræ. Hinc adoleſcens homo dicitur, quandiu in longitudinem corporis creſcit, & primam lanuginem producere incipit: id quod fit ab anno duodecimo uſq; ad annum uiceſimum primum. Is in ephebis eſſe dicitur: & cum percreuit, adultus, ſiue ex ephebis exceſsiſſe. Inde adoleſcentulus, & aduleſcentula diminutiua.

Ădŏlēſcēntĭă. f. p. eſt prima ætas poſt pueritiam. Alij ab adoleſchia ducunt, quæ nugatio dicitur: quòd quædam loquendi luxuries atq; impetus ea in ætate adoleſcat: uel quod cum ſanguine ſimul perturbationes animi effrenatius adoleſcant.

Ădŏlēſcēntĭŏr. tiaris. d. p. ſignificat luxurio. νεανιεύομαι. Varro, Quoniam tu quoq; adoleſcentiaris.

Ădŏlēſcēntŭrĭo. is. ire. n. q. adoleſcentium more facio, ſiue in adoleſcentiam redeo, μειρακιεύομαι. Laberius, Incipit aduleſcenturire, et ne-

ſcio quid nugarum facere.

Ādōnis piſcis quidam appellatur: qui & ἐξώκοιτος, ἕνεκα κοίτας (inquit Oppianus) ἐκτὸς ἁλὸς τίθεται, μοῦνος δ' ἐπὶ χέρσον ἀμείβει. hoc eſt, Quòd proſilit undis, In littus ſicca ponens tellure cubile. Vide Plin. lib. 9. cap. 19. & Oppianum περὶ ἁλιευτικῶν, lib. 1.

Ădōptātĭtĭŭs. a. um. o. ſ. qui in adoptionem uenit. ποιητὸς, θετός. Plau. in Pœnu: Antidamarchi quæris adoptitium.

Ădōptātĭuŭs. a. um. o. ſ. qui ex adoptato natus eſt. υἱόθετος, ποιητός. Gell. li. 5. ca. 19. Filius adoptiuus. Sed adoptiua. orum, abſolutè pro adoptionis iure. Cic. pro Domo ſua, Neq; patris hæres, neq; amiſſis ſacris paternis, in hæc adoptiua ueniſti.

Ădōpto. ptas. (παῖδα ποιέομαι.) uide in dictione Opto.

Ădŏr. n. indeclinabile, quamuis apud aliquos inueniatur declinatum. Vganius lib. 2. Illam ſponte ſatos adoris ſtrauiſſe maniplos. Declinatur autem hoc adoreum: unde & adorea. Eſt autem ador frumenti genus uel farris, edor quondam appellatum, ab edendo, quòd epulis & immolationibus ſacris putabatur pium: uel quòd aduratur, ut fiat toſtum. unde in ſacrificio mola ſalſa fit. Vel dicitur ab adoro, per apocopen.

Ădŏrĕă, & Adoreola, æ. f. p. cũ accentu in ante pen. laus bellica, quòd uictores à uictis adorentur, uel quòd adorãdi ſint, qui laudem ex bello reportent. Plin. lib. 18. ca. 3. Gloriam deniq; ipſam, de farris honore adoream appellant. Feſtus, Adorea laus, quia glorioſum putabant eſſe, qui farris copia abundabat, aut qui farre è populo donatus eſſet.

Adorea liba, è farre facta, quibus in ſacrificijs utebantur.

Adoreum, idem quod ador. Varro lib. 1. de Re ruſt. In loco humido, ſed far adoreum potius ſerunt.

Adoreum ſemen, ut Colum. ait, eſt idem quod far, cuius quatuor ſunt diſcrimina, cluſiuum, uermiculum, candidum, trimeſtre.

Ădōrdĭŏr. iris. adorſus. d. q. (ἄρχομαι) alloquor, incipio. Amb. li. 1. Offi. Conſulio domino, bellum adorſus eſt.

Ădŏrĭŏr, adoriris, uel adoreris, adortus. d. q. uel t. ἐπιτίθεμαι. eſt repentè & ex inſidijs aliquẽ inuadere, aggredi: ab eo quòd corpora aggredientium exurgant ſubitò, atq; increſcãt. atq; hoc modo maximè ad rem bellicam pertinet. Liu. lib. 1. Timor inceſſit, ne ciuitatem uis aliqua externa adoriretur. Differunt tamen, ut inquit Don. adorior & aggredior: quia aggredimur de longinquo: adorimur de proximo. Dicimus autem, adorior hunc, non orior ad hunc. Interdum extra rem bellicã. Gell. li. 19. cap. 9. Iulianum rhetorem laceſſere inſectariq; adorti ſunt. Lactan. lib. 4. Antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur. id eſt inchoaret.

Ădōro. ras. a. p. pen. prod. ex ad & oro, ſignificat oro, ueneror, præcor, ſupplico, religione placo, προσκυνέω. Priſcianus ut & Nonus ab ador, hoc eſt frumento ſacrificijs deſtinato deriuat. Quandoq; ſignificat alloqui. Apul. lib. 2. Infuſa aqua populum ſic adorat. Hinc adoratio. Plinius lib. 28. cap. 2. Cur & faſcinationibus adoratiõe peculiari occurrimus?

Ad plenum, (τελείως) ſignificat perfectè. Hieron. Cum necdum poſſint ad plenum uerba formare.

Ădprīmŭs, (πρώτιστος) pen. prod. longè primus. Liuius Andro. in Odyſs. 16. Deniq; uir ſummus, adprimus.

Ădpūlsŭs, (παλμός) & Adpulſio, uibratio, ferruminatioq;. Apuleius lib. 6. Et unum blandientes adpulſum linguæ longè militum. Aliâs ſignificat pecorum ad aquam acceſſum, ut apud Iureconſultos.

Ad quò, id eſt quantum. Afranius, Vt ſcire poſſis ad quò te expediat loqui, id eſt quouſq;.

Ădrēpo. pis. n. t. (προσέρπω) pen. pro. ad aliquid repo. Plin. lib. 35. Ad matris morientis ex uulnere mammam adrepẽs infans. Per metaphoram. Cic. in Verr. Quibus rebus non ſenſim ad iſtius amicitiam adrepſerat.

Ădrūmo. as. n. p. pen. pro. rumorem facio, ſiue commurmuro: à rumine (ut quidam uolunt) id eſt, parte gutturis.

Ădrŭo. is n. t. ex ad & ruo, ſeruat ad in compoſitione, præter regulam aliorum, propter euphoniam: & ſignificat arando ſubruo. ἀνατρίβω. Columella lib. 2. Diſiectum deinde protinus

tinus fimum inarari & adrui conuenit: id eſt ſubrui & ſubigi. legitur nunc obrui.

Ādſcio. is. iui. itum. a. q. ſignificat adiungere. προσίεμαι. Colum. in Præf. Cum & hanc adſciuimus quaſi agriculturæ partem. Solet tamen ſcribi ſine d, & per duplex ſſ, de quo in Conciſco.

Ādſeſtrix. tricis. f. t. quaſi uocatrix. fœm. eſt ab aſſeſſor. Afran. Dimittit ad ſeſtricem, me ad ſeſe uocat. Non.

Ādſignifico. as. a. p. idē quod ſuū ſimplex. Varro. 1. de Re ruſt. Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ.

Ādſūm, ades. adfui. n. anom. (πάρειμι) ſignificat præſens ſum, uel propè ſum. Nam adeſſe etiam dicitur, quod paulò pòſt futurum eſt, aut quod aduentat, unde dicimus: Adeſt Scipio, cum iam uenit: ſed præſens eſt id, quod iam uenit. Cic. Ad id ſolū quod adeſt quodq́ præſens eſt, ſe accommodat, id eſt propè eſt. Conſtruitur etiam cum datiuo, uel ablatiuo mediante in. Cic. in Philip. Omnibus his pugnis Dolobella adfuit. &, In Pauli pugna nō adfuit. Quādoq; adeſſe, eſt fauere, uel præſidio eſſe: cui contrarium eſt deeſſe. Liuius. 2. bel. Pun. Pueri fœminæq; ſuper animi corporisq; uires adſunt, pugnantibus tela miniſtrant. Sic adeſſe cauſæ dicuntur aduocati & amici. Quandoq; ſumitur pro accedere. Vergil. »Huc ades ô Melibœe, caper tibi ſaluus, & hœdi. Sed hæc duo ſignificata magis per reflexum dicuntur. Sciendum quòd in adſum ſeruatur d triplici ratione: primum differentiæ cauſa ab Aſſus. ſa. ſum. Euphoniæ, quòd plenius ſonet adſum, quàm aſſum. Poſtremo quòd ipſa uerbi declinatio d repetit, tanquam in ſuum naturale principium reuertens. Veteres tamen aſſum dicebant. unde aſſas dicebāt nutrices, quòd aſsidue adſint his quos nutriunt. Plau. Nil Philon aſſum apud te eccū.

Ad ſummam, (ὅλως, ἐν κεφαλαίῳ) & in ſumma ſignificat deniq;, ad poſtremum, breuiter. Iuuen. Ad ſummam non Maurus erat. Cic. in Offic. Ad ſummā ne agā de ſingulis. Quintil. In ſumma nō recedo: fas eſt mihi inuitis etiā parentibus piè facere. Ad ſummum, τὸ μέγιστον, refertur ad numerum. Cic. pro Mil. Vnus, aut ad ſummum duo inuenti ſunt, qui Milonis cauſſam non probarent.

Ad tempus, (πρὸς καιρὸν, ἐπὶ χρόνον) id eſt per aliquod ſpatium temporis. Cic. lib. 1. Offic. Vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunq; breuis eſt & ad tempus, an conſultò fiat iniuria. Et apud Suet. legitur Cæſarem extraxiſſe porticus ad tempus. Idem ſignificat temporarium, πρόσκαιρον.

Āduĕho, his. xi. a. t. (ἐπάγω) unde Aduecto, & Aduectio. uide in dictione Veho.

Āduēlītātĭo. uide Velitor, & ibi Velitatio.

Āduĕnă. næ. c. p. (πάροικος) pen. cor. qui non eſt ciuis, aut inquilinus, ſed externus. Et propriè qui ex longinquo loco in aliquod oppidum ueniunt, aduenæ dicuntur: conuenæ, qui ex pluribus locis. Terent. in Heaut. Eſt è Co»rintho hic aduena anus paupercula. Ver»gilius Aen. 12. Quos improbus aduena bello Territat.

Āduĕnĕrārī. c. p. ualde & ex animo uenerari. Var. lib. 1. de Re ruſt. Item ueneror Mineruam & Venerem.

Āduĕnio. nis. n. q. pen. cor. idem quod uenio, uel ad aliquid uenio, uel ad aliquem locum uenio. προσέρχομαι. Teren. in Eu. Si fortè huc aduenerit. Cæcil. Aedepol ſenectus, ſi nihil aliud apportes tecum, cum aduenis.

Āduēntītĭūs (ἔπηλυς) qui nō eſt loci illius, quem habitat, & qui cauſa in aliquem locum uenit, non morandi gratia, neq; conſultò. Vnde aduentitia bona (τυχηρά) quæ nō ex recta ſucceſſione, puta patris aut aui, ſed ex legatis, aut aliter caſu aliquo nobis aduenniunt: in quibus ueniens habet uſumfructum, & liberam adminiſtrationem. Et aduentitius morbus, (συμβατικός) qui forte & nulla noſtra culpa uenit.

Āduēntĭto. pen. cor. frequenter aduenio.

Āduēnto. tas. n. p. approximo. ἀντιάω, πελάζομαι. Gell. Cū Brunduſium aduentaremus. Ci. Curioni, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare.

Āduēntōrēs. m. t. (συνοιάζοντες) qui propè peculiariter frequentant officinā quempiam ac tabernam: quos materna lingua dicimus Auentori. Plaut. in Truc. Si æquum facias, aduentores meos nō incuſes: dicti aduentores, ab adueniendo.

Āduĕntŭs. tus. m. q. uerb. ab aduenio, & proprie expectatorum neceſſariorumq́ dicitur. Te. in Eunu. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur.

Āduērbĭūm. bij. n. ſ. (ἐπίῤῥημα) quaſi iuxta uerbum dicitur: quia in oratione prope uerbum ponitur. Nec enim poteſt uerbi uis ſignificantius ſonare, niſi iungatur aduerbium, ut in dico, & nauigo: hæc non plenæ ſignificationis ſunt, niſi adijciantur aduerbia: ut, bene, male dicit, feliciter nauigat. Vnde Don. aduerbium ſcripſit eſſe partem orationis, quæ adiecta uerbo, ſignificationem eius explanet atq; impleat. Fiunt autē aduerbia quandoq; à nomine: ut à bonus, bene. À uerbo, ut à trado, tractim. À nomine & uerbo, ut pedetentim, à pede & tento. À participio, ut à ſtatus ſtatim. À pronomine, ut hic, illic, ab hic & ille. A præpoſitione, ut ab ex, extra: & à ſub, ſubter. Ab aduerbijs etiam, ut à propè, propius.

Āduērsārĭă. orum. n. ſ. dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum confectionem perſcribebantur, ne memoria rerum excideret, ut ex ijs poſtea tabulæ iuſtæ & æternæ fierent. Cic. pro Roſc. Vſq; eō ne te diligis & magnifice circunſpicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, ſed ex aduerſarijs petas? Budæus in Pand.

Āduērsārĭūs. a. um. o. ſ. (ἀνταγωνιστής) ab aduerſor, pro repugno. Nam aduerſarij dicuntur ſibi inuicem repugnantes. Teren. in Pho. Cauſam tradere aduerſarijs, etiamne id lex cogit? Et extra perſonam. Cic. Fam. 2. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, &c. Habet autem uel genitiuum, ut obtrectatorum aduerſarius: uel datiuum, ut noſtro honori aduerſarius apud Ciceronem: uel ſine caſu, ut aduerſarius meus, tuus, noſter.

Āduērsātŏr. oris. m. t. qui aduerſatur: unde fit aduerſatrix. Terent. in Heaut. Vllamne ego rem unquam uolui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata?

Āduērsĭtās. atis. f. t. denom. ab aduerſus. ſa. ſum. contrarietas & repugnantia: Plin. lib. 11. cap. 25. Magnam aduerſitatem cum ſtellionibus putant eſſe.

Āduērsĭtōrēs. m. t. ſunt qui eunt aduerſum domino, illumq́ deducunt & reducunt. Terent. in Adelph. Neq; ſeruulorum quiſquam aduerſum ierat. Vbi Don. ait propriè locutum eſſe, aduorſum: nam inde aduerſitores dici.

Āduērſo. as. antiquè dictū, pro aduerſor. Plau. Rud. Animo aduerſaui ſedulo, ne herum unquam præterirem.

Āduērsŏr. aris. d. p. contrarius ſum. ἐναντιοῦμαι. Conſtruitur cum datiuo. Terent. Hecy. Neq; tuæ libidini aduerſabor.

Āduērsŭs. ſa. ſum. o. ſ. contrarius. ἀντικείμενος, ἐναντίος. Terentius Andr. Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini. Aduerſum abſolute, pro aduerſa. Terent. Heaut. Hic ſi quid forte aduerſi euenerit. Aliquando pro quacunq; re quæ anterior opponitur, uel anterior eſt: ut aduerſa uulnera, quæ à fronte accepimus. Ci. de Ora. 2. Tu & aduerſus, & auerſus impudicus es. Idem in Som. Intueri ſolem nequitis aduerſum. Vide Aduorſor.

Āduērsŭs, uel ſum. (κατὰ, πρὸς) præp. ſignificat inimicitias, diſsidia, contrarietatemq́, ſicut contra: ut, Aduerſus hoſteis bellum geritur. Aliquando erga, apud Terent. in Andria. Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.

Āduērto. tis. n. t. ad aliquem locū uerto. ἐπιστρέφω. Terent. in Eunu. Illa ſeſe interea commodum huc aduerterat in hanc noſtram plateam. Habet quoq; hæc dictio in ſe conſiderationem, ut aduertere animum, apud Terentium: uel aduertere animo, apud Plaut. Plin. Epiſt. 10. Multa in Euphrate ſic eminent, & relucent, ut mediocriter quoq; doctos aduertant & adficiant. Imperſonaliter. Cic. Lent. Nam aduertebatur Pompeij familiares aſſentire Volcatio.

Āduĕſpĕrāſcĭt. (ἑσπερίζει) ueſpertinum tempus appetit. Cic. 6. Verr. Cum iam aduesperaſceret, diſceſsimus.

Ādūĭgĭlo. as. n. p. diligenter uigilo: & tranſlate pro alicui rei incumbo, operam do.

Ādŭĭuo, (ἐπιζῶ). quaſi adhuc uiuo. Plin. lib. 15. cap. 18. Eadem autem fortuito ſatu aduiuit in medio foro.

Ādūlŏr. aris. d. p. cōpoſitum, ex accidendo & alludendo. Feſt. Eſt autem proprie canum, cum corporis geſticulatione, & caudæ mo-

in nobis blandiuntur. Sed ad homines quoque cõſuetudine tractũ eſt. Valla li. 5. ca. 69. Adulari, inquit, eſt inſeruire, & captare, ut fauorẽ emereamur quoquo modo, uel uoce, uel geſtu: eſtq; tractũ ἀπὸ τῆς δίκης, quod eſt ſeruus. Et ſanè adulari ſeruile eſt, nõ liberale et ingenuum. Oui. Agmen adulantũ media procedit in aula. Cic. cũ accuſatiuo iunxit: Neq; ita porrò aut adulatus, aut admiratus fortunam ſum alterius, ut me meæ pœniteret. Idẽ paſſiue uidetur poſuiſſe Offic. 1. Cauendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures, ne adulari nos ſinamus. Dicitur etiã adulo actiue pro adulor: ut, Adulat ſanguinem apud Cic. Tuſc. 2. pro lambit, ebibit. Lucret. Longe alio pacto gannitu uocis adulant. Unde adulator, & adulatrix uerbalia, quæ ficto amore & obſequio gratiam captat.

Ădŭltĕr. ri. m. f. μοιχὸς: Adultera, μοιχαλὶς. componi uidetur ex ad & alter, ſeu altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferat. Ouid. 1. Epiſt. Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Hinc adulterium. (μοιχεία) quod proprie cum nupta cõmittitur, ut Valla ſcribit lib. 6. propter partum ex altero conceptum, compoſitum nomen. Sed transfertur aliquando, ut adulteria naturæ, pro operibus non uere naturalibus: adulteria mercis, pro fraude: adulteria arborum, pro inſitionibus, apud Plinium.

Ădultĕrātŭs. a. um. quod alienæ rei commiſtione corruptum eſt: ut adulteratum gummi. Plin. lib. 19. cap. 1.

Ădultĕrīnŭs. a. um. o. ſ. pen. pro. quaſi ex adulterio procreatum, κίβδηλον. Plin. li. 10. ca. 3. de aquilæ pullo: Si conniuentem flentemq; animaduertit, præcipitat è nido, uelut adulterinum & degenerem. Unde per metaphoram adulterina ſigna dicuntur, quæ ſunt alienis anulis facta: ſic adulterinæ literæ, & adulterinæ claues, quæ pro ueris ſubſtituuntur.

Ădultĕro. ras pẽ. cor. act. & Adulteror. aris. de pen. p. adulterium committo. Gellius. lib. 10. ca. 23. Si adulterares, non auderet digito cõtingere. Eſt etiam arte aliqua quippiam pro uero eſſimulare, atque ita rem ſynceram corrumpere: Plinius libro 12. cap. 7. Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino ſinapi. Inde etiam adulterare iudicium, adulterare tabulas, &c. apud Cic.

Ădŭltŭs. a. um. o. ſ. qui creuit. ἀνδρωθείς. Unde iuuenes dicuntur adulti, qui in flore ætatis & incremento ſunt poſiti. Ver. 4. Geor. Aliæ ſpem gentis adultos Educunt fœtus. Ubi Seru. Educendo adultos faciunt. Adultus item participiũ pro crematus. Antias in 74. Eo omnes hoſtiæ, uituli 26 coniecti: & ita omnia adulta ſunt. Ex Priſci. lib. 9. Vide adoleo, & adoleſco.

Ădŭmbro. as a. p. umbram adhibeo, ſiue umbram tegendo facio. ut Adumbrantur uuæ. Columell. lib. 11. Græcè ἐπισκιάζειν dicitur. Unde pro exprimo, repræſento, ſiue imitor: uti pictores, qui imagines planas adũbrant, ut ſolidæ uideantur. Ci. 1. Tuſc. Eſt enim gloria ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata. Ponitur etiam interdum adumbrare pro honorare (τιμᾶσθαι.) Adumbratio, uerbale. ut Adumbratio orationis. Cicero de Perf. Orat.

Ădŭnco. cas. ab uncus, a. p. ſignificat curuo, ἐπικάμπτω.

Ădŭncŭs. a. um. o. ſ. (καμπύλος) uide Uncus. Unde aduncitas, denom. ab aduncus, ipſa (ut ſic dicam) incuruitas: ut, aduncitas roſtri, Plin. lib. 8. cap. 27.

Adunguem, (ἐξωνυχισμένος) ſignificat ad perfectionem. Trãslatio ſumpta à marmorarijs, qui iuncturas marmorum tunc abſolutas exiſtimant, cum unguis ſuperductus nihil offendit: uel cum iuncturæ ita exactæ ſunt, ut ſeueros (ſicut ait Perſius) excludant ungues: ſiue ab his qui magna diligentia & conſideratione aliquid faciũt, & in ipſo cogitãdo ungueis mordent. Horat. lib. 1. Serm. Fonteius ad unguem Factus homo.

Ădūno. nas. a. p. penul. prod. congrego. ἑνόω. Plinius. lib. 19. capit. 1. Vulſum faſcibus incerto adunatum uideo. Hinc adunati, ſimul congregati.

Ad unum, (μέχρι ἑνὸς) aduerbialiter ſumptum, ſignificat omneis nullo excepto. Curt. Omnes ad unum periere.

Ădŭŏcātī. m. ſ. (συνήγοροι) dicuntur qui alteri adſunt in cauſa, etiamſi nihil neq; dicant neque

que agant. Plau. Caſ. Stultus contriui diem, dum adſto aduocatus cuidam, &c. Inter aduocatum & patronũ hoc intereſſe Valla exiſtimat, quòd aduocatus nomen ſit generalius quàm patronus: ut non tantum ſignificet eum qui alterius cauſſam agit, ſed qui tantũ paratus ſit defendere. Patronus propriè, qui agit cauſam, ſed accuſati, non accuſantis.

Ăduŏco. cas. a. p. pen. cor. ad me uoco. προσκαλοῦμαι. Vnde pro conſiliorum auxilij ue cauſa amicos accerſere ponitur. Terent. Phorm. Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient. Hinc aduocatio uerb. quæ eſt amicorum coactorum ad opem fauoremq́ præſtandum facta coitio: aut cœtus ipſe patronorum & cauſidicorum: aut ipſa cauſæ defenſio.

Ăduŏlo. las. n. p. pen. cor. iuxtà uel ad aliquẽ locum uolare. προσπέτομαι. Cõſtruitur cum accuſat. præpoſitis ad uel in. Aliquãdo datiuo. Plin. Palumbum uis è mari quotannis aduolat. Idem lib. 10. Platea nominatur aduolans ad eas, quæ ſe in mari mergunt. Vnde aduolatus. tus. actus aduolandi. Ci. 2. Tuſc. Triſti aduolatu aduncis lacerans unguibus.

Ăduŏluo. is. a. t. (προσκυλίω) Verg. 3. Georg. Congeſtaq́ robora totas Aduoluêre focis.

Ăduōrsŏr, (ἐναντιοῦμαι) pro aduerſor: & aduorſem, pro aduerſarium ueteres dixerunt. Sic aduorſum, & aduorto, pro aduerſum, & aduerto.

Ad uotum aliquid habere. (κατὰ γνώμην) eſt ex ſententia: licet hoc uideatur rationis, illud cupiditatem affectus, in eandem tamen ueniunt ſignificationem. Quintilianus, Habes'ne uxorem ex animi tui ſententia? Et alibi, Ad uotũ omne fluentem fortuna laſciuit otium.

Ădūſquĕ (μέχρι) id eſt uſque ad. Apuleius, Iam aduſq́ amnem peruenimus.

Ădўtŭm. ti. n. ſ. (ἄδυτον) cum y producta, licet poëtæ eam corripiãt: locus eſt ſecretior templi, ad quem nulli eſt aditus, niſi ſacerdoti. ab à fine, δύω ingredior, quaſi inacceſsibile. Sic autem proprie templorum penetralia dicuntur adyta, ut ianuæ, ualuæ. Vergilius, Iſq́ ex adytis hæc triſtia dicta reportat. Huius diminutiuum eſt adyticulum.

A ANTE E.

Ǣdĕpŏl. pen. cor. aduerb. iurandi: quod eſt quaſi per ædem Pollucis. Item Pol, & Perpol, quæ idem ſignificãt. Perpol, quàm pauci, per tmeſin dictum puto. Vide Gell. lib. 11. cap. 6.

Ǣdēs. dis. f. t. (ναός) tam in ſingulari, quàm in plurali numero pro templo, ſed ferè ſemper cum adiectione, ut ædes ſacra, uel ædes ſacræ, ædes Iouis, ædes Deorũ, ædes Pacis & huiuſmodi. Cic. Ex eo die quo in ædem Telluris conuocati ſumus. Valerius Maxi. lib. 1. Pontificum admonitione effectum eſt, ut Marcellus ſeparatis ædibus Honoris ac Virtutis ſimulachra ſtatueret. Si uerò abſolutè dixerimus ædes, domum tantum deſignamus: ut, Meas ædeis non proſcribam. Ea propter apud Iurecon. pro omni ſpecie ædificij dici inuenitur. Vnde & pro ſepulchro Ouid. poſuit, Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus. Pro cubiculo apud Curt. Excubabãt principũ liberi ſeruatis noctiũ uicib. proximi foribus ædis, in qua rex acquieſcebat. Idẽ pro cœnaculo poſuit, cũ ait: Stabat ad fores ædis eius, in qua rex ueſcebatur. Dicitur autẽ ædes (ut ſcribit Seru.) ab edo: quòd in ea ſacrificantes edere conſueuerint. Nam quædã ſunt nomina quæ initio dipthongãtur, quãuis à uerbo nõ diphthongato deriuẽtur, ut ædes, æſculus. Varr. li. 4. de Ling. Lat. ab aditu fieri putat, quòd ſcilicet plano pede adibãt. Vnde etiam primam diphthongatam uocalem accepit. Feſtus, Aedes quod in ædito poni ſoleret. Alij ædem dici exiſtimant, quòd in ea æuum degatur, quod Græcè αἰὼν uocatur.

Ǣdĭcŭlă. læ. f. p. parua domus. οἰκίδιον. Aliquãdo pro cellula in ædibus. Plaut. Epid. In ædiculã ſeorſum iſthæc eat, iube. Aliquando pro ſacello, quod eſt ædis ſacræ appẽdix. Liui. Aediculam Victoriæ uirginis prope ædem Concordiæ M. Porcius dedicauit. Aliquando pro loculamento ſepulchri. Plin. lib. 36. de Venere Gnidia: Aedicula eius tota aperitur, ut conſpici poſſit undiq́ effigies deæ.

Ǣdĭfĭcĭŭm. cij. n. ſ. οἰκοδομία. ædis cõſtructio, et ponitur pro omni ſtructurâ. Nã ædificij appellatione non ſolum ſuperficiem ſignari, ſed ſolum quoq́ ipſum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt Vlpian. putat. Plin. lib. 16. cap. 6. Minus utilis ædificij.

Ǣdĭfĭco, (οἰκοδομέω) propriè ædem facio: quamuis

quamuis ad omne conſtructionis genus, etiam ad naucis pertineat. Cic. Qui cum maximas ædificaſſet inſtruxiſſetq́ claſſeis. Vnde uidetur magis ſumi pro conſtruo, præſertim cũ ei domus additur: quia aliter fruſtra domum iungeremus. Idem, Qui cum ædificaſſet in palatio plenam dignitatis domum. Huius compoſita ſunt, Coædifico, Exædifico. Inædifico, intus ædifico. Liu. li. 1. Quòd inædificaretur, exaugurare fana ſacellaq́ ſtatuit. Proædifico unde proædificatum ueteres dicebant, quod ex priuato loco proceſſerat in publicum ſolum. Reædifico, rurſus ædifico. Superædifico. Hieron. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, etc. Verbalia ſunt, ædificator, ædificatio, ædificatiuncula, quæ eſt parua ædificatio.

Ædilātŭs. m. q. (ἀστυνομία) idẽ quod Aedilitas.

Ædīlĕs. lis. m. t. ἀγορανόμοι. pẽ. pr. dicti ſunt ab eo quòd ædeis ſacras & priuatas procurarit: uel ab aditu, quòd facilis ad eos aditus eſſet. Primo ex plebe duo creati ſunt ædiles: deinde procedente tempore duo ex patricijs adiuncti ſunt, qui à ſolio eburneo, quod eis datum eſt, curules dicti ſunt. Officium ædilium erat, ludos publicos exhibere, & ſacras priuatasq́ ædeis procurare (author Varro 4. de Ling. Lati.) totam urbem tueri, ut cloacæ, aquæductus, & quæq́ publica ædificia munda & integra eſſent: loca in theatro aſſignare. Si quiſpiam ſeruum, aut iumentum morboſum uitioſum ue pro integro ſanoq́ uendidiſſet, edicto ædilium emptori ſuccurrebatur: idq́ edictum ædilitium dicebatur ſiue edictiones ædilitiæ. Erant & alij ædiles, qui frumento præerant, & à Cæſare creati, & à Cerere Cereales nominati ſunt, ut ſcribit Pomponius. His cura rerum, ne qua fraus fieret, & menſurarum commiſſa erat.

Ædīlĭtās. atis. f. t. & æditatus, (ἀγορανομία) ipſa dignitas. Suet. in Cæſare, Siquidem ante paucos dies quàm ædilitatẽ iniret. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Annus hic inſignis prætura & curuli ædilitate.

Ædīlĭtĭŭs. tia. tium. (ἀγορανομικὸς) nomen poſſeſſiuũ ab ædilis: ut, Comitia ædilitia, in quibus creabantur ædiles: & ædilitium munus: hoc eſt, officium ad ædiles pertinẽs, apud Ciceronem de Off. libro 2.

Aedilitius. iij. m. ſ. qui ædilitate functus eſt.

Ǣdĭtĭmŭs. mi. m. ſ. νεωκόρος. pen. cor. qui ædib. præeſt, quaſi ædis intimus. Auguſt. Conf. 5. Si uiſti eum comprendi ab æditimis fori, tanq̃ furem. Gell. lib. 12. cap. 10. ait, æditimus dici ea forma, qua finitimus, legitimus. Verũ pro eo nunc utimur æditaus, ut Var. lib. 1. de Ruſt. ait, Et ſementinis ferijs in ædem Telluris uenerat rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à patribus noſtris: ut corrigimur à recentibus urbanis, ab æditao.

Ǣdĭtĭtĭŭs iudex, quem una pars elegerit. Cic. pro Plan. In hac lege niſi æditios iudices es ſecutus.

Ǣdĭtŭŏr, & Aeditimor (νεωκορέω) ædẽ tueor.

Ǣdĭtŭs. a. um. pen. corr. altus, (ὑψηλὸς) ut ædita loca dicuntur alta ac ſeſe ædentia: id eſt oſtendentia. Hora. in Serm. tranſlate poſuit pro forti, Viribus æditior cedebat, ut in grege taurus. Scribiturq́ cum diphthongo, ut differat ab edo, pro comedo. Sic & Cornucop. Non uidetur tamen efficax ratio, cum in cõiugando multum differat ædo compoſitum, & edo ſimplex. Nec poteſt æditum ab edo deductum uideri.

Ǣdĭtŭŭs. ui. m. ſ. (νεωκόρος) idem quod æditimus, ſacræ ædis tutor, id eſt curam gerens: ab ædibus ſacris quas tuetur. Lucretius pro æditais utitur, æditaentes, ut eſt apud Gellium, ab æditaor.

Ǣdo. dis. n. t. (ἐκδίδωμι) ab è, quod eſt extra, quaſi extrà do. Vnde ædere ſignificat emittere, in lucẽ dare, manifeſtare. Sic dicimus aliquẽ ædidiſſe librũ. Vnde æditio. ἔκδοσις. publicatio. Et quoniam quæ generantur, in lucem proponuntur, factum eſt, ut ædere ſit generare. Hora. lib. 1. Carm. Mecœnas atauis ædite regib. Et ædere, exhibere. παρέχειν. quod eſt ſpectaculis commodatum. Suet. in Cæſ. Aedidit ſpectaculi uarij generis munus gladiatorum. Vnde æditores ludorum, exhibitores dicti. Sunt tamen qui ſiue diph. ſcribant, cum antiquitus inueniatur per æ diphthon. ſcriptum. uide Edo.

Ǣdōn. onis. epic. Græcè ἀηδὼν. luſcinia. Ver.
» Quodq́ leues calami, quæ ſuauis cãtat aēdō.

Ǣgĕr. ra. rum. o. ſ. (νοσῶν) ab ago, agis, per cõtra=

trarium, quòd actione uacet: ſiue quòd qui morbo correptus eſt, grauius agitatur. Et dicimus, hic eſt æger pedibus, ut Quintilian. lib. 6. cap. 4. & hic eſt æger pedibus ægris. Gellius. lib. 19. cap. 10. cum accuſatiuo iunxit, Ad Frontonem pedes tunc grauiter ægrum ire uiſere. Et tam de corpore quàm de animo dicitur. Ci. Att. 7. Tritonem patris ægrum reliqui. Idem pro Cæl. Medea animo ægra, amore ſæuo ſaucia. Per metaphoram Cic. in Verr. 3. Mihi uideor magnam, & maximè ægram, & propè depoſitam Reipub. partem ſuſcepiſſe.

Aegialus, Latinè dicitur littus. Vnde Achaia propter urbes, in littore diſpoſitas, αἰγιαλὸς uocata eſt. Plin.

Aegilops, pis. m. t. (αἰγίλωψ) pen. prod. feſtuca, herba ordeum enecans. Plin. lib. 18. cap. 17. Verg. 1. Geor. Latinè uertit auenam, in hoc uerſu: Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ. Item

Aegīlōps (αἰγίλωψ) eſt abſceſſus inter nareis & angulum maiorem oculorum, per quem pituita aſſiduè diſtillat, & ſi negligatur, ad oſſa uſque dehiſcit in fiſtulam. Differt ab ægilope id quod crithen, hoc eſt ordeum, uulgò ordeolum appellant, & Galenus poſthiam. Crithe. κριθὴ. abſceſſus eſt puſillus, oblongusque ſub ipſum palpebræ torulum, hoc eſt, ut ait Celſus, ſuper pilorũ locum, officit luminibus. Et quod uocatur ancylops, ἀγκύλωψ, ſiue ancyloblepharos, ἀγκυλοβλέφαρος, quo palpebræ coaleſcunt inter ſe, aperirique non poteſt oculus. Cui non admodum abſimilis eſt morbus qui encanthis, ἐγκανθὶς uocatur, in ipſo angulo tuberculũ, quod palpebras parũ diduci patitur. Sed & ſi membrorum articuli ſic hærent uelut comprehenſi, ancyla & ancyloſis, uocatur.

Aegȳpiŏs, & gȳpās, (αἰγυπιὸς καὶ γύπας) Græci uocant, quos Latini uultures.

Aegĭs. idis. f. t. (αἰγὶς) munimentum pectoris æneũ, habens in medio Gorgonis caput. Quod ſi in pectore numinis ſit, ægis: ſi in corpore hominis, lorica dicitur. Et à capra nomen deductum eſt, quia de corio eius fiebat. Et ideo Mineruam habere Gorgona in capite dicitur, quia prudentia ſua quaſi alios ſaxeos reddit.

Āeglŏgă. gæ. f. p. (αἰπόλιον) penult. cor. caprarum ſeu rerum paſtoraliũ ſermo dicitur, quaſi αἰγῶν λόγος. At ecloga (ἐκλογὴ) ſine dipthongo, electio uel explanatio, elegantia dicitur, ut inquit Plinius lib. 4. Epiſt. & Euſebius li. 4. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, contra Tortellium.

Āegŏcĕphălŭs. li. m. ſ. (αἰγοκέφαλος) ut Ariſtot. lib. 2. anim. inquit, auis eſt liene carens.

Āegŏcĕros. rotis. m. t. uel Aegoceron, (αἰγόκερως) pen. cor. capricornus dicitur, à κέρας & αἴξ. Lucanus, Aegoceron Cancrumque tenet.

Āegŏlethrŏs. thri. m. ſ. (αἰγόλεθρος) herba in Ponto alba, dicta à capris interimendis. αἴξ enim capra. & ὄλεθρον, pernitioſum.

Āegŏnŏmŭs. mi. m. ſ. (αἰγόνομος) pen. cor. caprarum ductor: qui & æpulus, αἰπόλος dicitur, quaſi αἶγας νέμων: id eſt capras paſcens.

Āegōn. onis. m. t. (αἰγὼν) Græcis caprile eſt.

Āegŏnȳchŏn. herba quæ paſſim in officinis miliũ ſolis appellatur. Ruellius.

Āegrè. aduerb. ſignificat moleſtè, dolenter, iniquo animo. Terent. in And. Redeo inde iratus, atque ægrè ferens. Item ægrè, χαλεπῶς, δυσχερῶς, malè, difficulter. Ver. 3. Geor. Ergo ægrè raſtris terras rimātur. Neque ſolum cum ferre, ſed cum alijs etiam uerbis iungitur: ut careo ægre, ſuſtineo ægre. Et Cic. Att. Ab hac ſta ea ægre me tenui.

Āegrĕo. es. n. ſ. æger ſum. ἀσθενῶ. À quo Aegreſco, ægreſcis, à nomine æger deriuatum, quod magis eſt in uſu: & ſignificat æger ſiue ægrior fio. Plin. lib. 10. Corui ægreſcunt ſexagenis diebus, ſiti maxime anteq̃ fici coquantur autumno. Pertinet proprie ad animum.

Āegrĭmōnĭă. æ. f. p. (λύπη) pen. corre. idem eſt quod ægritudo, denominatiuum ab æger, ut ab acer acrimonia. Plaut. Rud. Tantiſper dum abſcedat à me hæc ægrimonia. Cic. ad Att. 12. Ferrem grauiter, ſi nouæ ægrimoniæ locus eſſet.

Āegrōto. as. n. p. ægro corpore ſum, morbo afficior. Ci. pro Clu. Satis uehementer diuque ægrotauit. Dicitur etiã de animo. Cic. Tuſc. 4. Et Horatius, Quo me ægrotare putes animi uitio? Vnde ægrotatio (νόσημα) quæ, ut Cic. ſcribit, propriè in corpore nominatur, ſicut ægritudo eſt animi, aduerſante ratione, cõtractio. Sed ut ægroto de animo, ita etiam

ægrotatio

ægrotatio de eodem dicitur. Ci. li. 3. Tuſc. Verū quod minus noceāt animi ægrotationes, quā corporis. Ab ægroto fit coægroto. Hier. Quòd ſi ipſa languerit, coægrotandum eſt.

Ægrōtŭs. ta. tum. idem eſt quod æger à quo deriuatur. Aegroto, dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur. Cic. ad Att. lib. 9.

Æ̆gŭlă, ſpecies ſulphuris, ſuffiendis lanis utilis, quoniam candorem ac mollitiem præſtat.

Æ̆llŭ. æ. f. p. (ἄελλα) Græcè procella, turbo.

Æ̆lĭn, (αἴλιν) Græcè, ſuauitas Latinè dicitur.

Æ̆lūrŭs. ri. m. ſ. (αἴλουρος) pen. pro. Latinè catus, & felis dicitur. Ariſto. de Ani. Aeluri & ichneumones tot numero pariunt, quot canes. De natura ælurorū uide Aelianum. Gell. lib. 10. ca. 7. Aelurum oculi ad uiceis Lunæ, maiores fiunt aut minores.

Æ̆mŭlŏr. aris. d. p. pen. cor. ab æmulus, cū accuſatiuo in bonam partem accipitur pro imitari & quaſi aſſequi: cū datiuo uero in malam partem, pro inuidere. In bonam partem, Ter. prol. And. Quorum æmulari exoptat negligentiam. Et Horatius Pindarum quiſquis ſtudet æmulari. In malam partem, Cic. Tuſc. 1. Cumq́ corporis facibus inflāmari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq́ magis incēdi, quòd hos æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus, &c. Sed frequentior eius uſus eſt ſine datiuo. Plautus, Aemulari quia nō licet, inuidet. Hinc æmulatio (ζῆλος) quæ ut Ci. Tuſc. 4. ſcribit) dupliciter dicitur, ut in laude & in uitio nomē hoc ſit, ſicut æmulor. Nam, inquit, & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Æ̆mŭlŭs. a. um. o. ſ. inuidus, ut Aemula ſenectus, apud Ver. Aen. 5. quæ quaſi inuidere nobis uidetur iucundiorem ætatis fœlicitatem. Item eiuſdem rei ſtudioſus, uel ſectator atq́ imitator. Cic. At. 6. Licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis.

Æ̆nĕātōrēs. m. t. dicti ſunt tibicines, ab ænea tuba. Ammia. li. 19. Aeneatorū clangore ductores urbē, terribili corona cinxerūt. Et li. 34. Aeneatorū accentu ad arma concurſum eſt.

Æ̆nĕŭs. a. um. pen. cor. idem eſt quod æreus. χάλκεος. Diæreſim quandoq́ patitur. Horat. in Epiſt. Sic rectè facies hic murus aheneus eſto. Sic ahenea turris, apud eundem.

Æ̆nĭgmă. atis. n. t. (αἴνιγμα) obſcura allegoria, uel quæſtio obſcura, quæ difficilè intelligitur, niſi aperiatur: ab αἰνίσσω, obſcurè loquor, innuo. Innuitur enim quiddam quod pluribus explicandū eſt. Huiuſmodi eſt illud lib. Iudicum, De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Gel. li. 12. ca. 6. Quæ Græci dicūt ænigmata, hoc genus quidam ex noſtris ueteribus ſcrupos appellarunt.

Æ̆nigmătiſtēs. ſtæ. m. ſ. qui ænigmata facit, ſeu proponit. Hier. contra Iouin. Sed quid ad noſtrum αἰνιγματιστὴν cuius libros multò difficilius eſt noſſe quàm uincere? Huius ſignificationis eſt ænigmaticus, αἰνιγματικός.

Æ̆nŭm. ni. n. ſ. (χαλκεῖον) genus uaſis ab ære quod & cacabus ſiue caldare dicitur. Diuiditur quādoq́ diphthongus per diæreſim: & tunc (ut Ser. docet) aſpiratio interponitur, ut apud Hor. Sub noctē gelidam, lignis calefactat ahenū. Verg. Aut folijs undam tepidi deſpumat aheni. Eſt etiā aliquādo adiect. & idē ſignificat quod æreus. Verg. 2. Aen. Et luce coruſcus ahena. Huius dimin. eſt ænulū, & ahenulū. Perotus dicit Verg. ſcripſiſſe aëna in illo, Et luce coruſcus aëna: ſine h, quod facilè credo: non enim neceſſe eſt, quoties diphthongus diuiditur h interponi: eſt tamen nota diuiſionis.

Æ̆ōn. onis. m. t. (αἰών) æuum Latinè dicitur.

Æ̆pŏlĭŭm. lij. n. ſ. (αἰπόλιον) caprarum grex.

Æ̆pŏlŭs. li. m. ſ. (αἰπόλος, pen. cor. caprarius.

Æ̆quābĭlĭs. lis. o. t. (ἴσος, ὁμαλὴς) idem quod æqualis. Ci. Et uox reducitur in ſonū quendā æquabilem atq́ cōſtantē. Idem Off. 1. Sed hoc colendū eſt æquabile & temperatū orationis genus, hoc eſt quod uno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus uariatur, ſicut ſolet orationū ſtylus. Hinc æquabilitas, certus quidā rerū modus, & conſtantia: uel ſibi conſtans & nulla parte in uitiū inclināns ratio: ut æquabilitas uitæ, in qua nulla eſt perturbatio, nō uarietas & diſcrepātia, & quaſi æqualitas dicta Ci. 1. Offi. In liberis uerò populis, et in iuris æquabilitate exercenda etiā facilitas. Et aduerb. æquabiliter, idem quod æqualiter. Cic. 2. de Nat. Tactus autem toto corpore æquabiliter fuſus eſt.

Æquātu. s

Æquæuus. a. um. o. ſ. coætaneus, ὁμῆλιξ, ab æqualitate æui dicitur. Verg. 2. Aeneid. Vt regem æquæuũ crudeli uulnere uidi Vitam exhalantem. Nomen eſt propriè poëticum: nam æqualis, oratorium eſt.

Æqualis. lis. o. t. planus, ὁμαλός. ut æqualis campus. Quandoq; pro ſimili ponitur, & ex æquo. Plin. Cum & ipſe æqualem fortunam expertus fuiſſem. Quãdoq; pro coætaneo, ἧλιξ. Cic. in Cat. Nec cũ æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant. Differunt tamen ab inuicem, quòd æquales ſunt eorũdem annorum, coætanei in eodem tẽpore, ſed diuerſis annis & diſparibus: ut Cicero & Auguſtus fuerunt coætanei, licet Cicero maior natu fuerit, ſed non æquales. Sed tamen aliquando reperias æquales dici non ſolum pares annis, uel ætate, ſed qui eadem etiã, qua nos, ætate uixerũt. Hinc æqualitas ſimilitudo, paritas, ſeu æquitas, de quo paulò antè. Plin. li. 30. cap. 111. Carneſq; quæ excreſcunt, ad æqualitatem redigit. explet quoq;, & ad cicatricem perducit.

Æqualiter aduerb. ſimiliter, pariter, ἴσως. Cicero 4. Acad. Aequaliter omnibus abrogatur fides, hoc eſt tam his quàm illis.

Æquamentum. ti. n. ſ. (στάθμησις) æquatio eſt: quod & libramentum dicitur. Nam æquimentum aliud ſignificat. Aequamentum capillorum, locus in uertice capitis, ubi capilli diſcernuntur. Vulgò uocant criſtam. Inde etiam capillos criſtatos dicunt, hoc eſt calamiſtratos. Aliud eſt æquimentum.

Æquanimis. is. o. t. pen. cor. qui eſt æqui animi, εὐγνώμων, qui nec proſperis extollitur, nec aduerſis frangitur.

Æquanimitas. atis. f. t. (εὐγνωμοσύνη) quæ eſt fauor, & propitius animus. Teren. in Adelph. Facite æquanimitas ueſtra Poëtæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

Æquanimiter, (εὐγνωμόνως) moderatè, patienter, æquo animo.

Æquatio. onis. f. t. uerb. propriè dicitur ipſe actus æquandi. Ponitur pro æqualitate. Liu. 4. ab Vrbe, Per æquationem ad dignitates fore credidit, &c.

Æquator. toris. m. t. circulus in cœlo, ad cuius mediũ ubi ſol peruenit, tũc æquales fiunt noctibus dies. Hũc & æquinoctialem uocat Pli.

Æquè, aduerb. ſignificat iuſtè, (δικαίως) æqualiter: uel iuxtà, uel pari ſtudio aut attentione. Seneca, Iudex qui parte inaudita altera aliquid ſtatuit, etiam ſi æquè ſtatuerit, haud æquus fuit. Cic. Fam. 13. Literæ utriq; noſtrum propè æquè gratæ erant. Interdum ſignificat tam, uel tantum, uel ſimiliter, ὁμοίως: & admittit ac, uel atq;, uel ut. Sueto. in Caſ. Nihil æquè ac iudicis acerbitas profuit. Terent. And. Miſer æquè atq; ego. Cicero Att. Aequè ea, quæ ſunt, ut ea quæ certè futura ſunt, uidere non poſſum.

Æqui boniq; facio, (εὐγνωμονῶ τινί.) in bonam partem accipio. Apul. li. 1. de Aſin. Iſtud quidem quod polliceris, æqui boniq; facio.

Poteſt etiam accipi pro non magnipendo, (ὀλιγωρῶ πρός τι.) Terent. Cæterũ equidem iſtuc Chreme, æqui boniq; facio. Liui. Ne ſerpat latius cõtagio eius mali, nos æqui boniq; facimus. Cic. ad Att. ſine copula dixit, Aequi boni facit. Locutio hæc ab æquo & bono deriuatur, quod non eſt ius illud lege comprehenſum, ſed legitima iuris emendatio.

Hinc etiam dicimus ex æquo & bono ſtatuere, arbitrari, cenſere, æſtimare. Item æquum & bonum impetrare, id eſt ius ſuum obtinere rem ſuam recipere, quod æquum erat auferre.

Æquidiale. lis. n. t. (ἰσημερινόν) dictum ab antiquis, quod nunc dicimus æquinoctiale, quia nox diei potius, quàm dies nocti annumerari debet. Sic etiam æquidium, (ἰσημερία) quod nunc æquinoctium.

Æquilanium, nij. n. ſ. ex toto dimidium ſignificat: dictum à lotione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, cum dimidium decedit ſordib.

Æquilatatio. onis. f. t. nomen duriuſcul: compoſitum ex æquo & latum, quaſi æqualium linearum, ſecundum latitudinem productio. Vitru. lib. 1. cap. 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio ſignetur, ubi erit litera e ſiniſteriore parte: id eſt æqua ſiue æquabilis latitudo.

Æquilibrium. brij. n. ſ. (ἰσοῤῥοπία) æquatio libræ, quod & æquamentum & libramentũ dicitur: trutina cum pro bilance ſeu ſtateræ linguæ, (ῥοπή) ſumitur. Gel. Nam cui membrũ ab alio ruptum eſt, ſi ipſe itidem rumpere per talionem

talionem uelit, quæro an efficere poſſit rum pendi pariter membri æquilibrium.

Æquilibris, & hoc le. o. t. pen. cor. ex æquus & libra compoſitũ, proprie ſignificare uidetur quod ad libram æquali conſtat pondere: ut ſi dicas, Hi nummi ſunt æquilibres: id eſt æquali pondere. Transfertur tamẽ ad aliam qualitatem. Vitru. li. 5. ca. 12. Deinde ad ipſam aquã & latera puluino circiter ſeſquipedales margines ſtruãtur æquilibres ei planitie, quæ ſuprà ſcripta eſt. hoc eſt omnino æquales, quaſi ad libram æquati, uel quaſi æqualiter librati.

Æquimănŭs. m. ſ. (ἀμφιδέξιος) qui utraq; manu utitur: & ita læua operatur, ſicut dextra: ambidexter.

Æquimēntŭm. ti. n. ſ. Non. Aequimentum poſitum eſt, non æquamentum. Varro ſexãgeſ. An ſi equam emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſem dediſſes æquimenti?

Æquinōctĭŭm. tij. n. ſ. (ἰσημερία) ex æqualitate noctium dicitur, quòd tunc dies & nox horarum ſpatio æquales ſint. Duo ſunt aũt æquinoctia, uernale ſcilicet & autũnale. Vernale fit quarto Idus Martias, uel circa octauum Calend. April. & in octaua parte Arietis conficitur. Autũnale decimooctauo Cal. Octob. ad Vergiliarũ occaſum, diebus quadraginta: quia annum olim in duas tantũ partes diuidebant, hoc eſt in æſtiuum & hyemale ſolſtitium. Ab æquinoctium fit adiectiu. æquinoctiale: ut, tempus æquinoctiale. & Horæ æquinoctiales. Plin. lib. 2. cap. 75.

Æquipărŏ. as. a. p. pen. cor. ſignificat comparo, ſiue æquo, ἰσοῦν. Ci. 5. Tuſc. Nemo eſt qui factis me æquiparare poteſt. Hinc.

Æquipărābĭlis, & hoc le. o. t. quod æquari uel comparari cum aliquo dignũ. Plaut. in Trin. Ita tu nunc dicis, non eſſe æquiparabiles ueſtras cum noſtris Factiones atq; opes.

Æquipărātĭō. onis. ſ. t. Gell. lib. 14. cap. 3. Aequiparatio ipſa plerunq; & parilitas uirtutum inter ſeſe conſimilium.

Æquipollĕo. les. per duplex ll. n. ſ. ἰσοδυναμεῖν. parem poteſtatem habeo: unde æquipollentia, æquiualentia.

Æquipōndĭŭm. dij. n. ſ. (σήκωμα) ex adiect. æquum & pondus. id eſt ponderis æqualitas: ut ſi dicas, aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur apud Vitru. apud quem & ſacôma pro eodem.

Æquĭtās, modò planitiẽ, ὁμαλότητα: modo æquum uel iuſtitiam ſignificat, qua ſecundum deum bene uiuimus. pars quædam eſt pietatis, (ἰσοτιμία) quam Cicero æqualitatem uocat, cum omnes coæquamur. Nam deus qui homines generat, & inſpirat omneis æquos: id eſt pareis eſſe uoluit, eandem conditionẽ uiuendi omnibus poſuit, omnibus immortalitatem ſpopondit, nemo apud deum ſeruus, nemo dominus. Vbi non ſunt uniuerſi pares, æquitas nõ eſt, & excludit inæqualitas ipſa iuſtitiam, cuius uis omnis in eo eſt, ut pareis faciat eos qui ad huius uitæ conditionẽ pari ſorte uenerũt Huiuſmodi æquitate, (ἐπιεικείας) ad iudicandas res maxime opus eſt. Speuſippus ait, Aequitas eſt iuſtorum condecentiumq; remiſſio, moderatio in cõmercijs, ordo naturalis animæ, quo ad honeſta & turpia. Budæus, Aequitas animi, ſiue æquitas abſolute, eſt conſtantia quædam ac moderatio, cum æquo animo patienterq; omnia feruntur, & in bonam partem accipiuntur. Alij ita exponunt, ut duplicem uim æquitatis ponant, cuius altera directi, & ueri, & iuſti ratione conſtet: altera ad uiciſsitudinẽ referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio gratia: in iniuria ultio, nominatur. Cic. pro. Planco. Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem reieciſti. Aequitati opponitur iniquitas.

Æquiuălĕo. es. n. ſ. (ἰσοῤῥοπεῖν) pen. corr. quaſi æquè poſſum.

Æquiuŏcŭm. ci. n. ſ. (ὁμώνυμον) à Martian. uocatur pluriuocũ quando pluribus rebus eadẽ eſt appellatio: ut aries. Nam & machinamentum eſt quo muri expugnantur, & ſydus in cælo, & animal in terris aries uocatur.

Æquo. as. a. p. explano. ὁμαλίζω. Plin. Aequato deinde pauimento infunditur oleũ. Ci. Verr. 6. Quo in ſummo eſt æquata agri planities. Et hæc propria eſt huius uerbi ſignificatio. Tranſlate eſt cum æquitate diuidere. Verg.
» Operumq; laborẽ Partibus æquabat iuſtis.
» Aliquando continuare. Idem, Felix ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum. Alij ſic

expo=

exponunt, ut æquare ſit par aliquid alicui rei facere: uel, ut æquare aliquid dicatur, cum ad ipſum quod maius eſt peruenitur. Atq; interdum conſtruitur cum præpoſitione cum. Cic. de Leg. 3. Cum principibus ſe æquari putant. Interdum cum datiuo. Idem Offic. 1. Libros, qui ſe iam illis ferè æquarunt, ſtudioſè legas. Interdũ abſolutè. Ceſ. bel. Gall. 1. Vt æquato omniũ periculo ſpem fugæ tolleret. Huius cõpoſita adæquo, coæquo, exæquo & peræquo, quæ ſecundum uim præpoſitionum ſignificãt.

Æquŏr. oris. n. t. (πέλαγος) mare dicitur, ab æquare pro planũ facere, quòd æquam ſuperficiem habeat, ſiue planum ſit, nullis iam à tempeſtate fluctuantibus procellis. Verg. Aen. 7. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt Accipere. Neq; ſolum de mari dicitur, ſed etiam in terra eſt. Verg. Georg. 1. At prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor. Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes, Cic. 1. Diu. Quandoq; pro aëre. Verg. Aſpice bis ſenos uolitantes æquore cygnos. Ab æquor fit æquoreus. a. um. quod ad æquor pertinet. Verg. 4. Aen. Et genus æquoreum, pro piſcibus.

Æquŭs. a. um. o. ſ. (ὁμαλός) planus. Cic. pro Cecin. Sed ne æquo quidem & plano loco. Per translat. ponitur pro integro, & iuſtitiæ dedito, quaſi qui nullam in partem ſe inclinet, ut prætor æquus. Aliquando pro fauente, uel ſuffragante: & hoc interdum cum datiuo: ut, Te mihi æquum præbere debebis. Cicero. Aliquando ad rem refertur, ut æqua conditio, æqua lex, æqua poſtulatio. Teren. Eu. Aequũ eſt nos cognóſcere & ignoſcere.

Āër. eris. m. t. (ἀήρ) proprie dicitur medium ſpacium inter cœlum & terram. Eſt enim inanitas, plus multò habens admixtum raritatis, quàm inferiora elementa. Vel aër eſt elementum, cuius omnes loci mutationes ſecundum naturam ſunt. Dictus (ut quidam autumant) ἀπὸ τ͂ ἀίρειν, ab eo, quòd ferat terram, uel quòd feratur. Sed credo potius dici ἀήρ, ab ἄημι, id eſt ſpiro. unde producit ultimam Luca. li. 1. Aër & longi uoluẽt Titana labores. Aër aũt partim ad terrenã, partim ad cœleſtem materiam pertinet. nam ille ſubtilis, ubi uentoſi ac procelloſi motus poſſunt exiſtere ad cœleſtem pertinet partem: iſte uerò qui uolucribus permeatur, & ſtadijs quadraginta (ut Poſidonius ait) à terra diſtat, cum ſit turbulentior & exhalationibus humidis corporeſcat, terræ deputatur, quiq; ex ſe multas ſpecies reddit. Nam commotus uentos facit, uehementius concitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: conſpiſſatus, pluuiam: congelatis nubibus, niuem: turbulentius congelantibus denſioribusq;, grandinem: diſtentus, ſerenũ efficit. Aliquando dicitur ſonus. Varro, Anima cõcluſa in ueſica, quãdo eſt arctè ligata, ſi perculeris, aëra reddet.

Ǣrã. ræ. f. p. numeri nota eſt: puta in moneta notabatur numerus quem ualebat. Lucil. Hæc eſt ratio peruerſa, æra numeri ſubducta improbe. Aſtrologi quoq; initium à quo ſupputationes incipiunt, æram uocãt. Dicta æra ex eo quòd omnis orbis æs reddere profeſſus eſt Reipub. Aëra (αἶρα) etiam Græca dictio eſt, quæ apud nos lolium ſignificat, ut inquit Dioſcorides. Eſt etiam Plinio libro 18. capite 17. herba enecans triticum. Hinc ærinus. a. um. quod ex æra factum eſt. Idem, Panis uerò cum melle & ærina farina: id eſt loliacea.

Ǣrãmẽntũm. ti. denom. ab æs, æris. n. ſ. Eſt autem opus ex ære factum, ut ferramentum ex ferro.

Aerarios, præfectos hodie (ut arbitror) uocare poſſumus, quos generales finantiarum dicunt: qui etiam quæſtores uocitari poſſunt: quod munus olim prætores prætorijq; obibant. Tribunos uero ærarios, (ἀποδέκτας) quos receptores generales appellant. Illis autem (ut Varro ſcribit) tributa erat pecunia quam militibus redderent: idq; quod attributum erat dicebatur æs militare. Aerarij milites. (μισθοφόροι) dicti ſunt ab ære, quod ſtipendium facerent. Aes enim ſtipem quoq; dicebant. unde ſtipendium.

Ǣrãrĭũm, rij. n. ſ. ὀπισθόδομος, ταμιεῖον. æris repoſitorium. hoc eſt nummorum, ſimiliumq; rerum pretioſarum atq; opum quæ utilitatẽ Reipub. allaturæ erant. Sic dictum quòd æra in illud principaliter inferebantur.

Ǣrãrĭũs. a. um. o. ſ. (χάλκειος) quod eſt æris, ſiue ex ære. Pli. l. 33. Laudationẽ in ærarijs metalli

fieri

ſieri compertum eſt. Aerarius ſubſtantiuè, qui ærea opera fabricat. Plin. li. 17. ca. 6 Aerariorum tantū officinis cōpendio. Aerarius fieri dicebatur, qui plebeius à cenſoribus in Ceritum tabulas referebatur, ac per hoc non eſſe in albo cēturiæ ſuæ: ſcilicet ad hoc ut eſſet ciuis, ſed tantummodo ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Hæc Budæ. ferè ex Aſconio. Vnde ærarium facere, et inter ærarios, ſiue in ærarios referre, pro eodem leguntur: hoc eſt, ea ignominia quempiam afficere, quod ius proprie ad cenſores pertinebat. Liu. li. 4. 2. bel. Pun. Tribuq; moti, ærarij omnes facti.

Ærātŭs. a. um. o. ſ. adiect. quod ære tectum eſt. Plin. li. 34. ca. 3. Quòd ærata oſtia haberet in domo. Aeratus homo, ære alieno obſtrictus: qui uſitatius dicitur obæratus. Cic. Att. li. 1. Tribuni non tam ærarij, quàm, ut appellantur, ærati. Plaut. pro pecunioſo poſuit in Moſtel. Ferocem facis, quia te æratus amat.

Aere diruti milites uocabātur, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.

Ærĕŭs. a. um. quod eſt ex ære factum.

Ærifĭcĭūm. cij. n. ſ. (χάλκωμα) quod ex ære factum eſt. Varro, Politæ enim quaſi ærificio uidebantur.

Ærĭpēs, (ἀερόπους) pen. cor. celer, quaſi aërios pedes habens. Quidam tamen compoſitum nomen putant ab æs, æris. Verg. ſynæreſin facit: Fixerat æripidem ceruam.

Ærizūſæ. arum. f. p. iaſpides aëri ſimiles.

Ærĭŭs. a. um. (ἀέριος) per i, uel Aëreus per e, modò ſignificat altum, ut aëria turris: modò quod conſtat ex aëre, ut corpus aërium, fulgor aërius. Verg. 4. Geor. Protinus aërij mellis cœleſtia dona.

Ærō. as. a. p. (χαλκόω) ſignificat æs miſceo, ære adultero, ſiue ære orno. Vnde æratæ fores apud Verg. Priſcianus, A metallorum quoq; nominibus ſolent naſci uerba: ut ab auro, auro, auras: ab ære, æro, æras. Vnde auratus, & æratus. Huius uerbi compoſita ſunt obæro, & ſubæro. (ὑποχαλκόω) Perſius, Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro.

Ærŏmāntĭă. æ. f. p. (ἀερομαντεία) diuinatio ex aëre.

Ærōſŭs. a. um. (χαλκώδης) ex quo æs fit, ut lapis æroſus, quē alio nomine Cadmiam, (καδμάαν) nuncupant. Et Aëroſa Cyprus, quòd in ea plurimum æris naſcatur, uel quòd primo ibi inuentum ſit æs. Plin. li. 33. ca. 1. E diuerſo æroſum cōtrahit ſe, hebetaturq; & difficulter ferruminatur.

Ærūgo. ginis. f. t. pen. prod. idem quod rubigo, & propriè in ære uel argento, cum uireſcit (ἰὸς χαλκοῦ.) rubigo uerò in ferro, & ſegetibus, (ἰὸς σιδήρου) de quo loco ſuo. Plin. lib. 14. refert æra exterſa celerius rubiginem trahere quàm neglecta, niſi oleo perungātur. Trāsfertur ad ſegetū rubiginem, ut eſt apud Theophra. lib. 4. de Cauſis plantarum. appellat enim Græcè ἐρυσίβην. Eſt autem ærugo incidentis ſegetibus humoris putrefactio, quo uitio ſpicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriatiles. Apud Horat. & Iuuen. accipitur ærugo pro pecunia, quæ ex ære fit. Hinc æruginoſus. a. um. (ἰώδης) quod eſt ærugine plenum. Sen. lib. de Bre. uitæ, Maiorem dierū partem in æruginoſis lamellis conſumit.

Ærŭmna, (οἰζύς) ἀπὸ τοῦ αἴρω, leuo, tollo. nam propriè ærumnæ, & per diminutionem ærumnulæ dicuntur furcinulæ, quibus uiatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre conſueuerūt: quæ à Mario earū inuētore muli Mariani poſtea uocatæ ſunt. de quo ſuo loco. Hinc factū eſt ut labores oneroſi ærūnæ dicantur. Ci. li. 2. de Fin. Labores nō fugiendos ærumnas nominarūt. Plaut. in Perſa, Superauit ærūnis ſuis ærumnas, id eſt labores, Herculis. Cice. 4. Tuſc. Aerūna eſt ægritudo laborioſa. Breuiter, ærūna dicitur miſeria, calamitas, infelicitas. Vnde ærumnoſum dicitur, quod eſt laborib. ac miſerijs afflictū (οἰζυρόν.) Cic. 3. Tuſc. Nec tam ærūnoſo nauigaſſem ſalo. Apud Plaut. in Capt. etiam inuenitur ærumnatus adiectiuum.

Ærūmnālis, & hoc le. o. t. ut labor ærūnalis. Apul. lib. 1. de Aſin. Indigenam ærumnali labore aggreſſus excolui.

Ærūſcārĕ. n. p. ueteres dixerunt pro pecunias undiq; fallacijs colligere: à quo uerbo fit æruſcator. Gel. lib. 14. cap. 1.

Aēs, æris. n. t. χαλκὸς. ſumitur pro pecunia & omni metallo, ſed præſertim pro eo quod eſt coloris rubri. Deductum nomen putant alij ab auri ſimilitudine: alij à Græco deriuant

αἶα,

αἶα, terra: Varro ab aſſe. Et quia primum maximo in pretio fuit, adeò ut pecuniam quoq;, iacente auro, ex eo ſignarent, factum ut pro ipſa pecunia accipiatur. Ouid. in Faſt. Aera dabant olim, melius nunc omen in auro eſt, Victaq́; conceſſit priſca moneta nouæ. Cat. Fundũ ærib. ſuis emptũ poſſidebant. Ponitur quandoq; pro tubis, quoniã ex ære fiunt. Ver. Aere ciêreuiros. Vnde æneatores tubicines dicuntur. Aes alienum, idem quod debitum: ut æs alienũ meum, tuũ, filij. id eſt quod ego, tu & filius cõtraximus & debemus Hinc in ære eſſe, quo eleganter uſus eſt Ci. Fam. 15. pro in amicis eſſe. Et in ære meo eſt, idem eſt, quod meum, & in bonis meis eſt, atque in cenſu meo. Sic in ære alieno nullo eſſe, nihil debere. Cic. 6. Verr. At hominem uideo non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis ſemper fuiſſe. Dicitur etiam æs meum, tuum, noſtrũ. (τὸ χρεωστούμενον) quod nobis alij debẽt.

Aës militare, (χρήματα στρατιωτικά) dicebatur quod tribunis ærarijs attributum erat, ut militibus redderetur. Plautus in Aul. Cedit miles, æs petit. Aes ductile, (χαλκὸς ἐλατὸς) quod facilè ducitur, attenuaturq́; in laminas. Aes caldarium, (χαλκὸς χυτὸς) quod funditur tantum, & malleis fragile eſt.

Āesălōn. onis. m. t. (αἰσάλων) genus accipitris, alius quàm buteo. Plin. Aeſalon, parua auis, oua corui frangens.

Āeſcŭlŭs. li. f. ſ. (βάλανος, πλατύφυλλος) pen. corr. arbor glãdifera, cuius fructu in primæua ætate homines ueſcebantur. Ab edo, pro comedo deduci putatur: quamuis edo primam breuẽ habet, quidam tamen ſine diphthongo ſcribunt, ab eſca nomen trahentes. Hinc æſculeus. a. um. quod eſt materiatum ex æſculo. Palla. Aſſeres quernæ, cum æſculeis non miſceantur. Eſculum neutri generis, & ſine diphthongo, ciuitas in agro Piceno.

Āeſtās. atis. f. t. (θέρος) ſignificat tempus, quod incipit ab æquinoctio uernali, & finitur æquinoctio autumnali, conſtatq́; ſenis menſibus, & totus annus in æſtatem, hyememq́; diuiditur, particularius tamen ponitur pro quarta anni parte. hoc eſt pro tribus menſibus, qui incipiunt Sole Cancrum ingrediente. nam Sole ingrediente Libram, autumnus eſt: ingrediente Capricornum, hyems: ingrediente Arietem, Ver.

Āeſtĭfĕr. a. um. quod æſtum, id eſt calorem afferat. Vergilius, Hoc ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.

Āeſtĭmābĭlĭs. et hoc lĕ. o. t. τιμητόν. quod facilè æſtimari poteſt. Cuius contrarium eſt inæſtimabile, (ἀτίμητον) Cicero 3. de Finibus, Aeſtimabile eſſe dicitur.

Āeſtĭmātio. onis. f. t. (τίμημα) ab antiquis æſtimia dicebatur. Cic. 3. de Fin. Quod pondus habeat dignum æſtimatione.

Āeſtĭmo. mas. pen. cor. a. p. conſidero, ſicut exiſtimo iudico, ut Valla uult li. 5. ca. 20. Hinc ponitur pro appretio, taxo. Compoſitum ab æs, & τιμὴ, pretium: quaſi ære taxo. Habet autem accuſatiuum cum genitiuo horum nominum, tanti, quanti, quantiuis, tantidem, quanticunq;, magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & ſi qua huiuſmodi reperiãtur: ut, Magni æſtimabat pecuniam. Licet etiam ablatiui horum nominum ſine ſubſtantiuis iuncti huic uerbo inueniantur. Cic. Tu iſta permagno æſtimas. Sen. Data magno æſtimas, accepta paruo. Sic etiãm cum alijs ablatiuis. Cicer. Hæc pecunia æſtimari » non queunt. Liuius utrunq; caſum complexus eſt: Mancipia minora annis uiginti, quæ decem millibus æris aut pluris ueniſſent, ea quoque decem tanto pluris quàm quanti eſſent æſtimarentur. Perſæpe tamen ſubintelligitur accuſatiuus & tamen exprimitur genitiuus uel ablatiuus. Interdum ſine ablatiuo aut genitiuo, cum accuſatiuo ſolum: quale eſt illud, Aeſtimate harum rerum omnium pretia. Interdum habet accuſatiuum cũ ablatiuo & præpoſitione ex, & tũc ſignificat perpendere, metiri. Cic. pro Roſc. Vulgus ex ueritate, pauca: ex opinione, multa æſtimat. Aeſtimare litem eſt, quod uulgo dicitur taxare ad expenſas. Et lis æſtimata, pecunia mulctatitia & nummaria ſentẽtia, cum iudices actorum diſpendia & incommoda certa ſumma æſtimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. Et æſtimata pœna (τίμημα) quæ certo ære cenſebatur. Verbale æſtimator, qui æſtimat, & cõſiderat. Ci. 3. de Fin. Studiorum æſtimatorem & iudicem.

Āeſtiuã

Æſtiuā.orum. n.ſ. plural. dicuntur loca umbroſa, nemoroſa, in quibus per æſtatem uitatur ſolis ardor. τὰ θερινά. Statius, Et umbroſi patuere æſtiua Lycæi. Quandoq; ponitur pro ipſis gregibus in æſtiuo cõmorantibus, uel è contra pro ipſis locis in quibus æſtate ſunt armenta & greges, uel etiã milites: ſicut hyberna, ubi habitant hyeme. Verg. 3. Georg. Nec ſingula morbi Corpora corripiũt, ſed toto æſtiua repentè. Quandoq; uocãtur quæ æſtate fiunt: unde Plin. lib. 18. Aeſtiua æſtate quæ ante Vergiliarum exortum ſerunt, ut milium, panicum.

Æſtiuo. uas. n. p. eſt propter æſtum euitandum alicubi morari. τὸ θέρος διάγειν. Plinius lib. 12. Intra ſepem eam æſtiuant paſtores opacam.

Æſtiuŭs. a. um. o. ſ. pen. pro. quod eſt æſtatis. θερινός. licet ab æſtus, nõ ab æſtas formatum: ut, æſtiui menſes, æſtiui dies, æſtiuæ niues. Cic.

Æſtŭāriă. orum. n. ſ. loca dicuntur per quæ mare uiciſsim tum accedit, tum recedit: ſiue quæ marinis aquis referta ſunt ex inundationib. pelagi. ἰκροαί. Pli. li. 3. Illyrici ora, natura uadoſi maris, æſtuarijs tenui alueo intercurſantib.

Æſtŭo. as. n. p. ferueo, flagro. καυσοῦμαι. & opponitur algendi ſignificato. Cic. 2. Tuſc. Lycurgi, erudiunt iuuentutem, uenãdo, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Item in Acad. Ille cum æſtuaret, umbram ſecutus eſt. Per metaph. ponitur etiam pro angi, & dubitatione torqueri. Cic. 4. Verr. Itaq; æſtuabat dubitatione, uerſabat ſe in utranq; partem. Aliquando æſtuare eſt fluctuare, agitari, (χασμᾶσθαι, ἐπιγγιζειν.) Vergil. 6. Aen. Turbidus hic cœno, uaſtáq; uoragine gurges Aeſtuat, atq; omnem Cocito eructat arenam. Vnde æſtuatio. uerb. Plin. lib. 18. ca. 1. Nos quoq; relictis æſtuationi ſuæ iſtis hominum turbis, pergamus excolere uitam. Huius compoſitum eſt exæſtuo. (ὑπερζέω) quod eſt extrà æſtuo, exundo incremento. Ver. Fundoq; exæſtuat imo. Sueton. Foſſas omnes, in quas Nilus æſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit.

Æſtŭōsŭs. a. um. o. ſ. quod eſt calore plenum. ἐμπυρώδης. ut, Aeſtuoſum cælum uinea nõ deſiderat, Col. lib. 4.

Æſtŭs. us. m. q. calor nimius & feruor, flagrantia ſolis. καῦσον, πνῖγος, ἥλιος. Ver. Geor. 3. Aeſtibus in medijs umbroſam exquirere uallem. Aliquando pro motu & agitatione fluctuum. Cic de Ora. 3. Vndiq; feruet æſtu pelagus. Græcè κλύδων dicitur. Plaut. in Aſin. Quo magis te in altum capeſſas, tam æſtus te in portum referet. Ab utroq; ſignificato per metaphoram ponitur pro uarijs animi ægritudinibus: cupiditate, amore, libidine, &c. Cic. de Ora. 3. Repente te quaſi quidam æſtus ingenij tui procul à terra abripuit. Idem in Bruto, Hunc abſorbuit æſtus gloriæ. Sic apud Plin Iun. pro ſcrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri: Explica, inquit, æſtum meum, audio me male legere, duntaxat uerſus, orationes enim commodius.

Æ tās. atis. f. t. ab αἴω Græco uerbo deductum: ab hoc enim æuum, æuitas, & per ſincopen ætas, (ἡλικία) generaléq; nomen eſt ad infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem & ſenectutem pertinens. De gradibus uero ætatis uide Varronem. Alij etiam ſic diuidunt ætates mundi, prima ab Adam uſq; ad Noë, ſecunda à Noë uſq; ad Abraham, tertia ab Abraham uſq; ad Dauid, quarta à Dauid uſq; ad tranſmigrationem Iudææ in Babyloniam, quinta deinde uſq; aduẽtum ſaluatoris in carne, ſexta quæ nunc agitur, uſque quo mundus iſte finiatur. Interdum ætas accipitur pro anno. Verg. Vbi quarta acceſſerit ætas. Interdum pro triginta annorũ ſpacio, (γενεά.) Cic. Tertiam iam ætatem hominum uiuebat.

Interdum pro centum annis. Ouid. Annos bis centum uixi, nunc tertia uiuitur ætas. Ponitur & pro quouis tempore humanæ uitæ longiſsimo. Aetas mala dicta eſt ſenectus. Plaut. E contrariò bona ætas iuuentus appellatur (ἀγαθὴ ἡλικία.) Cic. Aetas media, uocatur illa quæ eſt inter iuuentam & ſenectam, quã Auicenna uocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας) quæ ferè eſt à trigeſimo uſq; ad quadrageſimum annum. Eadem dicitur ætas conſiſtendi.

Æ tātĕm, aduerb. ſignificat diu. Plau. Vt tibi ſuperſtes uxor ætatem ſit. Teren. Iamdudũ ætatem ſunt inter eos. Idem, Iamdudum ætatem abijt. Plaut. Aetatem uelim ſeruire, Litanum modò ut conueniam.

Ætatula,læ.f.p.dimin.ætas modica, & teneri or puerorum ætas.νηπίων ἡλικία.Cic.de Fin.

Æterno.as.a.p. perpetuum facio. ἀπαθανατίζω. Varro,rerum humanarum lib.2.Literisq́ ac laudibus æterna.Verbum eſt antiquum.Sunt tamen qui æternus & æterno aſpirent, quando ab æthere deducant.

Æternus.na.num.o.ſ. (ἀθάνατος, ἀΐδιος) quaſi æuiternus,perpetuus:à quo ſempiternus,quaſi ſemper æternus. Salluſt.in Cat.Virtus clara,æternaq́ habetur.

Æternitas, (ἀϊδιότης) perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate menſurari, nullo temporis ſpatio deſignari poteſt,cū omne contineat æuum,& contineatur à nullo.Plin.lib.2.cap.7.Nec mortales æternitate donare.Differunt tamen æternū & ſempiternū: quòd ſempiternū dicūt Deum eſſe,qui ſemper fuit,eritq́;æternos homines q̃ principiū quidē habuerūt, & tamen animo ſunt immortales atq́ perpetui. Aeternum pro aduerbio temporis. Verg.Sedet, æternumq́ ſedebit Infelix Theſeus.Sic æternò,idem.Plin.lib.2.c.107. Viret æternò hunc fontem igneū cōtegēs fraxinus.

Æther.eris.m.t.(αἰθήρ) ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Ariſtoteles uerò de Mundo hoc nomine ſignificari ait cœli ſyderumq́ ſubſtantiam:hoc eſt totam ſyderεam & cœli,& ſtellarum compaginem, non quòd ignita flagret,(ἀπὸ τοῦ αἴθω) ſed quòd ſemper motu ſuo circunductili currat, & curſibus rapidiſsimis rotetur,(ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν)cū ſit,inquit, illud elementum quatuor illis diuerſum,tum diuinum, tum interitus expers. Alij accipiunt pro aëre. Verg.Reſonatq́ fragoribus æther. Ab Aether fit æthereus. a. um. (αἰθέριος) quod eſt ætheris.Verg. Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

Æthera. ræ fœm. p. nominatiuus eſt Latinis à Græco accuſatiuo αἰθέρα, etſi in eodem fœm. genere apud Hom.& Pind.legatur.ſignificat autem idem quod æther.

Æthra.ræ.f.p. (αἴθρα) ſplendor ætheris,& pro aëre ponitur.Ver.li.1. Neq́ lucidus æthra Syderea polus.Vbi Seru. Aethra ſyderea per æthrā ſydereā: hoc eſt per ſplēdorē ætheris.Sane æther eſt ipſum elementū,æthra uerò ſplendor ætheris.Poteſt et æther,et æthra unū eſſe Hoc etiam nomine dicta eſt Theſei mater.

Ætiologia.æ.f. p. (αἰτιολογία) cauſæ redditio, compoſita dictio ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ λόγου. & continetur perſonis.Quin.lib.1.cap.15.

Ætion,(αἴτιον)cauſa.unde Aetia Callimachi, quæ penè eodem argumento, quo noſtri Faſti conſtabant.

Ætites.tis.m.t.(ἀετίτης)gemma eſt quæ aquili colorē habet caudæ candicantis. Sunt qui Gagitem uocent: eſtq́ ad multa utilis. unde eam Zoroaſtres magus omnibus prætulit.

Æetus.ti.m.ſ.(ἀετὸς) aquilæ genus eſt.

Æuitas.atis.f.t.antiqui pro ætas,uel annoſitas dixerunt. Varro Tithono: Quā uoluntatem æuitatis extima attigit metā æuitas.Gel.20. ca.11.Si morbus æuitasq́ uitiū eſſet,qui in ius uocabit,iumentū dato.Hic pro annoſitate.

Æuum ui. n.ſ. (αἰών) propriè tempus & ætas longa ſiue perpetua, u interiecta, ut inquit Apul. Verg.Tantū æui longinqua ualet mutare uetuſtas. Pro ætate. Idem, Vos ô quibus integer æui Sanguis, ait. Inde æuitas & æuiternus ſecundum Priſc. quod per ſyncopam ætas & æternus dicitur, pro ſenectute, longæuitateq́.Hinc deducūt coæuus, æquæuus,grandæuus & primæuus.

A ANTE F.

Affabilis. & hoc lē.o.t.pen. co. ex ab & fabilis, in ſermone iucundus, & gratus:uel comis,leuis,facilis. εὐπροσήγορος.Ter.in Adel.Meditor eſſe affabilis, Hinc affabilitas,εὐπροσηγορία.Ci.1.Off.Quātopere cōciliet animos comitas affabilitasq́; ſermonis.Dicimus & affabiliter, affabilius, ſsime. Gel lib.16.ca.3.Hæc tū Phauorinus,multaq́ eiuſmodi alia affabiliſsime dicebat.

Affabrè,(δαιδαλικῶς)pen.cor.aduerb.ſignificat artificioſe, ſcite: ſicut infabrè ſine artificio. Cic.2.Verr.Deum deniq́ nullum Siculis,qui ei paulo magis affabre, atq́ antiquo artificio factus uideretur,reliquit.

Affabrum,bri. n.ſ. (τεχνικῶς πεποιημένον)pro fabrè factum dixère ueteres. Sunt qui utuntur nomine affaber pro artificioſo.

Affaniæ.arum.f.p.ſunt nugæ, uerba futilia,ac mera mēdacia.ψηλάφημα.à fando inclinatū nomē.Apu.li.9.Hæc et alias ſimiles affanias fruſtra oblatrātes, eos retrorſū adducūt pagani.

Affātim, aduerb. prima non media acuta, ut Quin. lib. 4. docet, ſignificat abundè, largè. ἄδην. Liuius, Affatim edi, bibi, luſi.

Affēctātă fœmina, (σεμνή) in bonam partem, dicitur, honorata: in malam, ad extremum periculum adducta.

Affēcto. as. a. p. ſignificat cum affectu & anxiè quæro, pronum animum ad aliquid faciendum habeo, appeto, & quaſi arceſſo, nimis exquiro, ἐκβιάζομαι, μνάομαι, μνηστεύομαι, σπουδάζω. Verg. Viamq́ affectat Olympo. Cic. ad Heren. Non tam affectanda quàm ſuperiores. Aliquando affectare eſt afficere. Plaut. Bacch. Tua damna quibus patrem, & me, teq́ amicosq́ omnes affectas tuos. Eſt etiam (ſed obſoletum affector, ἐπιτίθεμαι) deponens Varro, Affectatus eſt regnum. Ab affecto, affectatus nomen & participium, ut affectata caſtitas, Plinius. Affectata oratio (περιειργασμένος λόγος) quæ nimis anxie & curioſe quæſita eſt. Affectatè, id eſt curioſe: ut, affectatè ſcribere.

Affēctātio. onis. f. t. uerb. curioſitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Tanta eſt decoris affectatio, ut tinguantur oculi quoq́.

Affēctŭs. cta. ctum. particip. cum abſolute ponitur ſumitur pro languente. τρυχόμενος, κακοπαθῶν. Proper. Iuppiter affectæ tandem miſerere puellæ. Affecta ædificia, (κατειργασμένα) & cætera huiuſmodi dicuntur, quæ nõ ad finem ſunt deducta. Cic. Bellum affectũ uidemus, (ἐνεστηκότα) & ut uere dicam, penè confectum. Idem ſignificat profligatum.

Affēctŭs. us. m. q. ſiue affectio, eſt lætitia, cupiditas, πάθη. Affectiones ſi rectæ ſunt, uirtutes uocantur: ſi à recta ratione auerſæ ſunt, uitia fiunt & perturbationes. Cic. in Reth. definit, Affectio eſt quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut adminiſtratione, aut hominum ſtudio commutatio rerũ. Aug. lib. 2. de Ciuit. De his animi motibus, quos Græci πάθη: noſtri quidam, ſicut Cic. affectiones uel affectus: quidam uerò de Græco expreſſius paſſiones uocant. Poëtæ pro deſiderio accipiunt. Iuuenalis, Si res ampla domi ſimilis affectibus eſſet.

Affĕro. ers. a. inconſeq. compoſitum ex ad & fero, ſignificat apporto. ἐπιφέρω, ὁμαι, προσφέρω. Teren. Hic quoq́ bonam magnamq́ partem ad te attulit. Idem, Et puerum ut afferret ſimul. Atq́ huius uerbi infinitus ferè eſt uſus: ut allegare & adducere. Ci. An ætatem adferet? id eſt in cauſam uel excuſationẽ adducet. Nunciare. Cic. Att. Complures attulerũt Cæſarẽ iter habere Capuã. Alia plura exempla diligens lectio abunde ſuppeditabit.

Affĭcio. is. act. t. pen. cor. ex ad & facio, ſignificat affectionem quandam ſiue diſpoſitionem induco. διατίθημι. Et ad animũ & ad corpus, ſiue in bonũ ſiue in malum, pertinet: conſtruiturq́ cũ accuſatiuo & ablatiuo: ut, Hæc res afficit me gaudio, hæc res afficit me dolore, affeci te lætali uulnere. Inuenitur quandoq́ abſolutè poſitum: ut, Multa ſunt quæ afficiũt hominẽ. Celſus, Pulmo totus afficitur: id eſt maceratur, læditur, corrumpitur. Quandoq́ cum præpoſitione ad. Cic. de Ora. Ducuntur etiã argumenta ex ijs rebus, quæ quodammodo affectæ ſunt ad id, de quo quæritur, id eſt adiunctæ aut affines. Et afficior (διάκειμαι, διατίθεμαι, πάσχω) quaſi animor: id eſt iſtius animi ſum. Ci. in Lælio, Vt eodem modo erga amicum affecti ſimus, quo erga nos ipſos.

Āffīgo. gis. act. t. ad aliquid figo. προσάπτω, προσηλόω. Liuius, Cruci affigi iuſſit. Per tranſlationem Plin. lib. 10. ca. 1. Hunc enim maxime affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. id eſt tenaciter impreſſiſſe.

Āffīnēs. c. t. in agris uicini ſunt. πρόσοροι. in hominibus conſanguinitate coniuncti. προσήκοντες κατ' ἐπιγαμίαν. Dicuntur aũt ab eo quòd duæ cognationes quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit: ex ad & finis. Teren. in Adelph. Hegio his eſt cognatus proximus, affinis nobis. Idem in Heaut. Imò gener, & affines placent. ubi Don. ait, Vxoris cognati ſunt affines mariti. unde multi gradus ſunt, & ueluti rami propinquitatis in affinitate, & cognatione diſpoſiti. Nomina eorũ hæc ſunt: ſocer, ſocrus, gener, nurus, uitricus, nouerca, priuignus, priuigna. Gradus affinitatis, et quidẽ pater uiri uxorisq́ ſocer, mater eorũ ſocrus appellatur. Filij uxor, nurus: filiæ uir, gener. Vxor, liberis ex alia uxore natis nouerca dicitur. Matris uir, ex alio uiro natis, uitri-

cus appellatur. Eorum uterq; aliunde natos priuignos, priuignasq; uocant. Viri frater, eſt leuir: ſoror, dicitur glos. Duorũ fratrum uxores, ianitrices dicuntur. Sed de ſingulis horum copioſius ſuis locis.

Ăffīnĭs. & hoc, nĕ. o. t. adiect. quaſi alicuius rei particeps eſſe, & coniunctus: & tum genitiuo, tum datiuo iungitur. Cic. Circumſpicite paulisper mentib. ueſtris homines qui huic affines ſceleri fuerũt: id eſt proximi fuerunt, & in quos ſceleris huius ſuſpicio cadere potuit.

Ăffīnĭtās. atis. f. t. denominatiuum ab affinis, eſt hominum inter ipſos coniunctio.

Ăffīrmo. as. a. p. propriè iuxta firmo. διισχυρίζομαι, ἀπερείδω. Quamuis plerunq; pro aſſeuero, perſiſto ponatur. κατάφημι, διορίζομαι. Ci. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc intereſſe? Hinc affirmatio, (κατάφασις) quæ eſt enuntiatio alicuius de aliquo. Cic. 3. Offic. Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa.

Ăfflĕo. es. eui. etum. n. ſ. fletum ſimulo. Plaut. in Perſa: Et ut affleat, cauſa ea memorat.

Ăfflīgo. gis. a. t. pen. prod. ad terrã tota ui proſterno. κακόω, ταλαιπωρέω. de hoc in Fligo. Huius frequen. eſt afflicto, quod eſt ſæpe affligo. unde & illud Architæ: O te infelicem, quàm te afflictarem, niſi iratus eſſem. Ci. li. 4. Tuſc. Afflictatio, (κάκωσις) ægritudo cum uexatione corporis. Afflictus. us. idem Cic. Tuſc. Effœminata uirtus afflictu occidit. Afflictor, aliud uerb. qui affligit uel afflixit. Ci. in Piſo.

Ăfflo. as. act. p. ad aliquid ſpiro. ἐμπνέω. Liu. Afflabat uis frigoris acrior. uide latius in dictione Flo. Afflatus. us. uerbale, ipſe actus afflandi. Plin. li. 10. cap. 33. Perdices concipiunt ſuperuolantium afflatu.

Ăffluo. is. n. t. abundo. βρύω, ἐπιπολάζω, πλεονάζω. ut, affluo diuitijs. Dicimus etiã, diuitiæ affluunt mihi. Aliquando eſt uehementer decurrere. ἐπιῤῥέω. Col. lib. 1. Ne cum à uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. Verbale eſt affluentia. Dicimus & affluẽter aduerbaliter. Cic. 5. Tuſc. Quoq; affluentius uoluptates hauriat.

Ăffor. aris. atus. ſum. d. p. ex ad & fari compoſitum, ſignificat alloqui. Vergil. 2. Aen. Tunc ſic affari, & curas his demere dictis.

Ăfŏrĭs, aduerb. pen. cor. Plin lib. 17. cap. 24. In ulcus penetrat omnis aforis iniuria. Sunt qui diuiſim ſcribant, à foris. Alij negant eſſe Latinam uocem.

Ăffōrmīdo. as. are. n. p. idem quod ſuũ ſimplex. Plaut. Bac. Magisq; afformido, ne is pereat.

Ăffōrĕ, (προσγενήσεσθαι.) uide Fore.

Ăffrĭco. as. (προστρίβω) pen. cor. uide in dictione Frico.

Ăffundĕrĕ. a. t. aſpergere. Plin. lib. 16. cap. 44. Vinumq; illi affundere. Affundere fluuij aut maria dicuntur, quæ urbem, aut quiduis aliud alluunt, aut præterlabuntur. Plin. lib. 5. ca. 1.

A ANTE D.

Ăgălmă. atis. n. t. (ἄγαλμα) apud nos indicat ſimulachrum, & laruam, & ſtatuam.

Ăgămŭs. mi. m. ſ. (ἄγαμος) pen. cor. Latinè dicitur ſine uiro, ſine uxore. γάμος enim nuptiæ.

Ăgăpē. pes. f. t. (ἀγάπη) habet duo nomina apud Latinos, charitatem ſcilicet & dilectionem. Auguſt. in epulone diuite: Ego ſimilis illius diuitis, non ſicut agapes facio.

Ăgărĭcŏn. ci. n. ſ. pen. cor. (ἀγαρικόν) fungus, eſt in arboribus naſcens, colore candido, medicinæ uim habens.

Ăgāſo. onis. m. t. pen. prod. equorum uel aſinorum ductor. ὀνηλάτης. Plin. li. 35. Pinxit & in una tabula, quáq; maxime inclaruit, agaſonem cum equo. Liu. Acceptos ab agaſonibus equos, cum rex aſcenſurus erat, admonebãt.

Ăgăthŏs. thi. m. ſ. (ἀγαθός) pen. cor. bonus Latinè dicitur, inde dicitur Agatha.

Ăgĕ, (ἄγε, φέρε δή) aduerb. adhortantis: & ſingularem numerũ deſiderat: agite pluralem. agedum utrunq;. Quint. Agedum ſi uidetur, extra portas proſpicite. Proper. Nos agedũ. Dicimus & agite dum, ſed in plurali ſemper. Liu li. 1: Agite dum, ite mecum. Interdum eſt corripientis. Teren. in Adel. Agè, ſcis quid loquar? Pro dic. Teren. in Adel. Agè noui tuum animum. Vbi Don. Agè nunc uerbum eſt, ſignificans dici: quia iam propè eſt, ut conſentiat perſuadenti. Conſentientis. Teren. Adel. Age age, traducatur Bacchis. Excitandi. Ver. Nunc age naturas apibus quas Iupiter ipſe Addidit expediam.

Ăgĭă. æ. f. p. pen. pro. uia in naui, dicta quòd in ea

in ea maximæ quæq; res agi ſoleant. Ennius, Multo foro ponẽs agea'q; longa repletur. Fori fororum dicuntur etiam.

Agelaſtus.ſti.m.ſ.(ἀγέλαστος)ab α & γελάω, Latine mæſtus,& ſine riſu.

Ăgellŭs.li.m.ſ. dim. ſignificat paruum agrum. γήδιον.Teren.in Adelph.Agelli eſt hic ſub urbe paulum. Hinc fit aliud dimin.agellulus. Ambroſius,Qui fidei exercet militiam,ab omni uſu negociationis abſtinere debet, agelluli ſui contentus fructibus.

Ăgĕmă.tos. n.t. agmen. Arrianus ſcribit alam equitum fuiſſe,quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de peditibus dici agêma idem teſtatur Arrian.Liui.5.Dec. Ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem uocabant.

Ăgĕnĕălŏgētŏs.ti.c.ſ.(ἀγενεαλόγητος) uilis genere,& maiorũ ſuorũ ſtirpẽ recenſere nõ ualẽs.

Ăgĕnĭtŏs.ti.m.ſ. (ἀγέννητος) increatus, ingenitus, obſcuris natalibus.

Ăgĕr.gri.m.ſ. ab ago. is, quòd in eo aliquid agatur, uel(ut Don.) quod in eo multa ſunt agenda.Quintilianus autem lib.1.ſcribit Græcum eſſe. Nam ἀγρὸς Latinè rus dici poteſt. Significatq; ager quandoq; circumiectum territoriũ alicuius urbis ſeu prouinciæ, (χώρα.) Salluſt.Reliquos in agrum Piſtorienſem abducit.Vnde dicimus ager Campanus,ager Brixianus. Et includit in ſe nemora,ſaltus, paſcua,lacus,flumina,& omnia quæ in territorio illo ſunt,& ſingularem tantum numerum habet. Quandoq; ſignificat partem quandam ipſius territorij urbis quæ priuatim ab aliquo poſsidetur: & eſſe uidetur rus,in quo & domus, & omnia quæ in agro ſunt,generaliter continentur.Vnde Terent. in Eunu. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Idem in Heau. Agrum in his regionibus meliorem neq; precij maioris nemo habet.Ex his innuitur ſub agri nomine & domum,& omnia alia quæ in agro continentur comprehendi, idemq; eſſe agrum,rus, & poſſeſsionem. Quãdoq; ager ſignificat locum in rure quem colimus,ſiue arando,ſiue conſerendo,& ſingularem pluralemq; numerum habet. Ager colonus, Cic. Vbi uidetur eam agri partem ſignificare, quæ propriè ad arandum accommodata eſt, & alio nomine aruum dicitur. Verg.Aen.5.Parturit almus ager.

Ăgĕſĭs,aduerb.excitandi: compoſitum ex particula ſis, quæ uerbis imperatiui modi apud ueteres addebatur. Luc. lib.1. Nunc ageſis, quoniam docui nil poſſe creari De nihilo.

Ăggĕr.ris.(χῶμα) per duplex g,m.t. ſignificat propriè lapidũ aut terræ coaceruationẽ,quæ facto uallo propius ponitur. Impropriè dicitur cuiuslibet rei coaceruatio, unde foſſæ aut ualles impleri poſſunt.Quin & muros et munimenta aggerẽ dici uoluit Seruius in illo Vergilij,Quin intrãt portas,atq; ipſis prælia miſcent Aggeribus. Dicitur etiã agger media uiæ eminẽtia, ex aggeratis lapidibus ſtrata. Idem, Qualis ſæpe uiæ deprenſus in aggere ſerpens.

Ăggĕro. as. act.p. (πειεάζω,χόω,σωρεύω) pen. cor. ſignificat accumulo, operio, adobruo. Vnde arbores aggerare, uel aggerare circa arbores terram, eſt cum poſt hyemem, æſtate iam inſtante terrã circumfundimus,& ueluti circummunimus, ne calore nimio radices exareſcant. Colum. Omnes arbores fructiferæ circumfoſſæ exaggerari debent. Hinc fiunt compoſita adaggero.Colum.li.6.Deinde terram circa arborem adaggerato uſq; ad ipſum inſitum. Exaggero,uehementer aggero, δεινολογέω, δεινοποιεῖν: & per translat. augmento,extollóue (ἐξαίρω.) Auguſt.lib.4. de Ciuit.Quid ſi cõmemorare uoluiſſem,& exaggerare illa mala, quæ ſibi inuicẽ homines

Āggĕro.is.ſi ſtum.act.t.iuxtà gero. (faciunt? ἐπιφορέω.Pli.li.17.ca.4.Nec fluminib. aggeſta ſemper laudibilis.Pro gerere,apud Plautum.

Āgglŏmĕro.act.p.implico, adiungo,(συναγείρω) à glomero quod à glomus ſeu glomer deducitur.Verg.2.Aeneid. Et lateri agglomerant noſtro.

Āgglūtino.nas.act.p.ad aliquid glutino, copulo, προσκολλάω.Plau.Allul.Ita mihi ad malum malæ res planè ſe agglutinant.

Āggrăuo.as.act.p. ualde onero,uel ualde grauis ſum.ἐπιβαρύνω.à quo aggraueſco,quod eſt ualde grauis fio. Teren.Hecy. Male metuo,ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.

Āggrĕdiŏr.eris.c.t.(ἐπιχειρέω) ad aliquẽ gradior: & hoc aliquãdo extra rem bellicam, idq;

cum accuſatiuo ſolum. Cicero pro Cecin. Quomodo aggrediatur iudicem non habet. Verg. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Cum accuſ. & præpoſitione ad. Cic. Qu. Frat. 1. Sed quod ſcribis, aggrediaris ne ad hiſtoriam. Cum infinitiuo. Offic. 2. De quibus dicere eggrediar. Aliquando ad rem bellicam pertinens, idem eſt quod adoriri, inuadere. Saluſt. Ex lateribus cæteros aggreditur. Iuſtinus: Quos ex improuiſo aggreſſus facilè fudit. Eſt enim aggredi gradatim ire, & cum inſidijs: proprium gladiatorum, qui gradatim eunt ad dimicandum.

Ăggrĕgo. as. a. p. congrego, & quaſi in unum locum gregem contraho, ἐπισυναθροίζω. Cic. in Catil. Quod ſi eôdem cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit. Tranſlate pro adiungere apud Cæſ. 6. bell. Gal. Qui ſe ad eorum amicitiam aggregauerant. Opponitur uerbo abgrego.

Ăggrētŭs, apud Enniū pro aggreſſus legitur.

Ăgĭlis, & hoc le. o. t. (ἐλαφρὸς) pen. cŏr. leuis, dexter, qui ſe facilè agit, hoc eſt qui leui et expedito eſt corpore: uel pronus aut uoluntarius ad agendum. Horat. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi, Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſsi. Refertur interdū ad res. Colu. Malo unius agilem induſtriā, quàm decem hominum tardā operā. Hinc agilitas, dexteritas, corporis celeritas ἐλαφρότης, ἀνικανσία. Colum. lib. 1. Eiuſdem agilitatis homo frugi, melius quàm nequam faciet. Agiliter, agilius, agilime, id eſt cum agilitate. Colum. lib. 2. Detq; requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi, totum ſpatium bos agilius enitatur.

Ăgĭnă. næ. f. p. pen. pro. eſt in qua inſeritur ſcapus trutinæ: in quo trutina agitur & uertitur, ab agendo dicta. Vnde

Ăgĭnātŏr, qui paruo lucro mouetur. Feſtus,

Ăgīnŏr. aris. d. p. pen. prod. uilia negotior.

Ăgĭto. tas. a. p. crebrò facio, factito. πράττω. Sall. Per omnem exercitum luctus atq; gaudia agitabantur. Verbi uſus eſt uarius. Nam agitare quadrupedem eſt compellere ſtimulo aut calcari. ἐλαύνειν. Plaut. Agitare dies feſtos obſeruare eſt, Vergilius. Agitare Rempubl. perturbare eſt & moleſtare. Salluſt. A morbo agitari, moleſtari, Plaut. Aſellum, eſt ſectando interdum pulſare. Verg. 1. Geor. Fugare ſiue inſectari feras. Cic. 3. Off. Virtutem, exercere eſt. Lact. Vitam ſine cupiditate, eſt ducere ſeu agere. Sall. Inopia aliqua, & conſcientia ſcelerum agitari, cruciari eſt. Idem. Imperiū, ſæpe adminiſtrare. Idem. Eſt etiam agitare, ſæpe cogitare, conſiderare, recogitare. Idem. Terent. Agitans mecum ſedulo, inueni remediū huic rei. Agitare fœminam, ſollicitare eſt de ſtupro, Salluſt. Huius compoſitum eſt Exagito. Agitatio, uerb. motus, ſiue commotio. & agitator, qui eſt equorum curuumq; ue rector. Vergil. 1. Georg. Agitator aſelli.

Aglaŏphōtĭs. idis. f. t. herba quæ aliter pæonia, ab egregio floris ſplendore dicta.

Aglāſpĭs. idis. f. t. nomen legionis. Liu. 5. Decade, lib. 4. Frontem aduerſus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur.

Ăglўphŏs. phi. m. ſ. (ἄγλυφος,) pen. cor. Latinè non ſculptus. nam α ſine, γλύφω ſculpo.

Āgmĕn. inis. n. t. ſignificat multitudinem. πλῆθος. Verg. Vocat agmina ſororum. Interdum ordinatam multitudinem, ut eſt exercitus incedentis: ut, Longum per ualleis paſcitur agmen. Interdum de flumine dicitur, ut apud eundem. Et leni fluit agmine Tybris.

Āgnă. gnæ. menſuræ genus in agrorum dimenſione. Col lib. 5. cap. 16. Hunc actum prouinciæ Bœoticæ ruſtici agnam uocant.

Āgnāſcŏr. eris. ſci. d. t. compoſitum ex ad & naſcor. Cic. 1. de Ora. Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. Verb. eſt agnatio, id eſt, agnatorum conſanguinitas. Cic. 1. de Leg.

Āgnātī. m. ſ. (ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι) pen. pro. dicūtur qui per uirilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre congeniti, inquit Caius Iureconſul. ueluti frater eodem patre natus, filius fratris nepos ue ex eo.

Inter agnatos & cognatos (συγγενεῖς) hoc intereſt, quòd in agnatis continentur cognati: in cognatis non utiq; agnati, utputa frater patris, id eſt patruus, eſt agnatus & cognatus: matris uerò frater, id eſt auunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas uerò & agnationem, & cognationem complectitur. Agnatum etiam dicimus quicquid ultra debitum natum eſt: Vnde agnaſcentia

ſcentia, agnata membra appellantur. (παρὰ φυάδες) Plin. Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus.

Āgnīnŭs. a. um. o. ſ. quod ex agno eſt, aut ad agnum pertinet. Plinius lib. 29. cap. 4. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in uino poto.

Āgnōmĕn. minis. n. t. (ἐπωνυμία) penult. prod. dicitur quod eſt extrinſecus aliqua ratione uel cauſſa quæſitum: ut eſt Africanus & ſimilia. Id aliquando cognomen & cognomentum dicitur. Sic Priſcianus & cæteri ferè Grammatici.

Āgnōſco. ſcis. a. t. ἐπιγινώσκω. ex ad & noſco, ſed euphoniæ cauſſa d mutatur in g, licet annomino per duplex n ſcribatur. Et agnoſcere quidem dicitur de propinquis & ſanguine coniunctis, deq; alijs rebus, quas prius nouerimus, (ἀναλαμβάνειν) ut Verg. Agnoſcitq; ſuos, lætusq; ad mœnia ducit. De hoc etiam in dictione Cognoſco, ab γνόω noſco. Agnoſcere augurium, προσίεσθαι, ἀποδέχεσθαι. Hinc agnitio, uerbale. Plinius lib. 10. cap. 70. Piſces ſui cadaueris agnitionem fugientes.

Āgnŭs. ni. m. ſ. (ἁγνὸς) purus, caſtus, quòd ſit hoſtia pura & immolationi apta. Inde Chriſtus ſeruator noſter agnus Dei dicitur. Eſt etiam arbuſcula qua uiæ omnes ornabantur Athenis in feſto Palladis. Dicta autem ab α priuatiua, & γεννάω, genero, quoniam inducit caſtitatem. uide etiam in dictione Hagnus.

Āgnĕllŭs, li. m. ſ. diminutiuum. Plautus in Aſin. Agnellum, hœdillum me tuum dic eſſe.

Ăgo. gis. egi. actum. (ἄγω) act. t. multa ſignificat. Nam agere eſt operari (πράττειν, ἀγωνίζεσθαι) Plaut. Amp. Dum hæc aguntur. Verg. 3. Aen. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe uias. Propriè tamen ad animum refertur. Vnde de republica dicimus agere, quia (ut inquit Varro) in huiuſmodi eſt cura animi. Quandoq; agere eſt inducere ſeu impellere. Lactant. lib. 6. Tres ſunt affectius qui homines in omnia facinora præcipites agunt, ira, cupiditas, libido. Audire. Terent. And. Hoccine agis an non? id eſt audis, ut exponit Don. Sic Plautus, Vos agite ſpectatores. Ducere, uiuere, (πράσσειν & ἄγειν.) Terent. And. Primum hæc pudicè uitam parce ac duriter Agebat. Dicere, Idem in Adel. Sed eſt'ne hic ipſus de quo agebam? Pronunciare, (ὑποκρίνεσθαι.) Cic. de Opt. gen. dic. Diſerti deformitate agendi multi infantes putati ſunt. Cogitare, πρός τινι εἶναι. Ver. in Buc. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe uoluto. Effingere: ut, ago ſtultum: id eſt fingo, ſiue repræſento me ſtultum. Vnde actores comœdiarum, (ὑποκριταὶ) dicuntur qui diuerſorum hominum geſtus agunt in ſcena. Ire, (διάγω) ut, nudus ago. Pompo. Mela, Exercent bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum, maximè ad frigora, nudi agunt antè quàm puberes ſint. Valer. Max. Non ſic locutus eſt, ſed in eo ſenſu: Experiri uolui, an ſcires conſul agere: id eſt fungi conſulis officio. Idem, Publ. Rutil. non publicanus in Sicilia egit, ſed operas publicanis dedit. Cum accuſatiuo uerò frequentius: unde dicimus, Agit publicanum, agit Senatorem, agit amicum, pro eo quod eſt, facit officium publicani, ſenatoris & amici. Horat. Lætum agit conuiuam. Et ſubauditur ſe, quod Verg. poſuit: Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat. Quandoque agere ſignificat extendere, porrigere: ut, Vera gloria radices agit, atq; etiam porrigitur.

Item ſurſum ducere ab imo pectore, unde & pro mori uſurpatum eſt addendo animam. Seneca Epiſto. 26. Quid egeris, apparebit, cum animam ages. Item applicare. Verg. 2. Aeneid. Obſeſſumq; acta teſtudine limen. Seruius. Sic agere uineas & turres. Cæſar bel. Gall. 3. Item agitare. Plaut. Aedepol eam agam uerberibus. Verg. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt. Item tractare. Martial. Semper agis cauſſas. Aliquando conſtruitur cum præpoſitione. Cic. in Læl. Cum enim ſæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid ſcriberem. Et, Non agitur de pecunia, ſed de capite. Agis mecum tabellis obſignatis, dicitur quando quiſpiam diuerſa dicit ab ijs, quæ aliâs approbauit (tunc enim ſolemus tabellas illius manu ſcriptas obſignatasq; proferre ad coarguendum quibus continetur, quid alio tempore ſenſerit) & ſenſus eſt, Conuincis me teſtimonio literarum mearum.

Item agere & ferre, eſt diripere & populari: tracta à Græcis locutio, qui ἄγειν καὶ φέρειν τὴν χώραν dicunt, eodem ſignificato. Item ſuccedere, ſiue in bona cõditione eſſe, aut mala. (ἄγειν καλῶς ἢ κακῶς.) Valer. Max. Bene egiſſent Athenienſes cum Milciade, ſi eum in exiliũ protinus miſiſſent. Frequentius per impersonale utimur hoc modo, Bene, melius, optime tecum agitur. Cic. Cum illo uerò quis neſcit actum eſſe præclare, mecum incommodius? Sed cum dicimus, Actum eſt, res acta eſt, (πέπρακται) ſemper in malam partem ſumitur: ut, Actũ eſt de Repub. id eſt extincta eſt. Teren. Heaut. Vnam ei cœnam atq; eius comitibus dedi, quòd ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet. Idem, Acta hæc res eſt, perij. id eſt abſumpta ſiue deperdita eſt. Actum agere, (τὸ πραχθὲν πράττειν) prouerbiũ eſt quod in ſumma rerũ deſperatione ponitur, nihil agere. Idem in Phor. Actum, aiunt, ne agas. Quòd enim iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi & iterum agi non poteſt. Ponitur interdum agere pro uertere. Ver. Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Pro urgere, perſequi. Idem, Paſtor agens telis. Pro iurgari. Cic. Perinde ac ſi furti cum eo egiſſet. Pro regere. Verg. Tros Tyrius ue mihi nullo diſcrimine agetur. Pro antepellere: ut, Et potum paſtas age Tityre. Pro uehere, ducere. Varro, Non hos Pactolus aureas undas agens, eriperet unquam è miſerijs. Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit atra uenena.

Agere etiam ad lites & iudicia refertur: ut, Agere furti, id eſt actionem furti intendere. Et agere ex ſponſo. Cic. pro Quint. & Gell. Pro rependere, & hoc duntaxat uerbis oſtendere id habuiſſe gratum. Liuius, Saciatus tandem complexu filij, Renunciate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non poſſe, quàm ut ſuadeam, non antè in aciem deſcendat, quàm in caſtra me rediſſe audierit. Cicero. Cui pro me ſenatus gratias agendas putauit, ego à me gratias referendam non putem? Reſpondere quoq; officij eſt, ſatis facere, gratiasq; referre. Plan. Cic. Immortales tibi ago gratias, agamq; dum uiuam. Præterea agere, (ἐνεργεῖν) pertinet ad omnes actus humanos. Nam qui ſedet, qui ſtat, qui cogitat, qui iacet, qui moritur, aliquid agere dicitur, ita ut nullus, qui modo uiuat, eſſe unquam poſſit ſine actione. Quippe uiuere, (διάγειν) agere eſt, unde & uitã agere dicimus. Agere reum. αἰτίαν ἐπιφέρειν. eſt condemnare. Agere forum, eſt iura reddere, et cauſas audire. χρηματίζειν.

Agere cum populo, eſt populum rogare, quid ſuffragijs ſuis iubeat uetet ue. Agitur mẽſis, annus &c. Menſis iam hic agitur ſeptimus. Componitur ago cũ ad, ut adigo: cum ab, ut abigo: cũ am, ut ambigo: con, ut cogo: circũ, ut circumago, quod eſt circunduco: de, ut dego: ex, ut exigo: per, ut perago: pro, ut prodigo: re, ut redigo: ſub, ut ſubigo, à quo fit proſubigo: trans, ut tranſigo. Sunt etiã qui putent caſtigo, fuſtigo, mitigo, leuigo, litigo, & nego cõpoſita eſſe cum ago: ut ſit caſtigo, caſtè ago: Mitigo, mitem ago. Leuigo, leuẽ ago. id eſt planũ: Fuſtigo, fuſte ago. Litigo lite ago. Sed cũ ſint primæ cõiugationis, habeãtq; quædam i productã, nõ uidentur ab ago compoſita. Ab ago ſunt Actor. ποιητής. Actio, (πρᾶξις.) Actus. cta. ctum. πεπραγμένος. & actus, actus. πρᾶξις.

Ăgŏlŭm. li. n. ſ. pen. cor. paſtoralis baculus, quo pecudes aguntur. λαγώβολον.

Ăgōn. onis. m. t. (ἀγών) locus certaminis Romæ, qui Circus Flaminius dicebatur: & plerunq; ponitur pro ipſo certamine, ut apud Apoſt. Omnis qui in agone cõtendit, ab omnibus ſeſe abſtinet. Quandoq; etiam pro ſtudio. Eſt & Agon, uictimarij uerbum pro ago ne? Ouid. li. 1. Faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros, Semper agat ne rogat, nec niſi iuſſus agit.

Ăgōnĭă. orum. n. ſ. (ἀγωνία) pen. cor. & Agonalia. orum. uel ium. ludi qui fiebãt in honorem Agonij dei: ab a ſine, & γωνία, angulus: quia locus in quo huiuſmodi ludi fiebant, erant ſine angulo. Ouid. 1. Faſt. Et prius antiquus dicebat agonia ſermo. Sunt qui agonia dicta uelint ſacrificia, quæ fiebant in monte, quoniã agones montes uocitarent. unde mons Quirinalis Agonus: & Collina porta Agonenſis eſt appellata.

Ăgōnĭă. æ. f. p. penult. cor. hoſtia quæ immolabatur. Antiqui enim agonias ab agendo hoſtias

as uocabant, & ſic habet accentum in antepenultima. Et ἀγόνια, ſterilitas quædam pariendi. Rurſus ăgōnĭă cum accentu in penultima, (ἀγωνία) accipitur pro timore & ſollicitudine, & concertatione, quæ mentem uexat: ut in Euăgelio, Et factus in agonia prolixius orabat. ut Iſocrates quoq; in Euagora.

Ăgōnĭſmă.atis.n.t.(ἀγώνισμα) certamen: ut de diuo Anaſtaſio legitur: Suum agoniſma grauiter ſuſcepit. Proprie tamē palma ſeu præmium agoniſma dicitur.

Ăgōnĭſtă.æ.m.p.(ἀγωνιστής) qui in agone contendit, certator, pugil.

Ăgōnĭūs. nij. m.ſ. dies erat, quo rex agoniam hoſtiam immolabat.

Ăgōnĭūs. nij. m.ſ. moleſtiam inferens dicitur.

Ăgōnĭzo.n. p. & Agonizor (ἀγωνίζομαι) depon. ſignificat dimico, cōtendo. Hier. Ecclesi. Agonizare pro anima tua. Cypria. ad Moſen, Qui agonizatur, in omnib. continens eſt.

Ăgōnŏthĕtă.tæ. m. p. (ἀγωνοθέτης) ab ἀγὼν & τίθημι, munerarius, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit: qualis Aeneas apud Vergil. Spart. in Had. Pro agonotheta reſedit.

Ăgŏrānŏmūs.mi.m.ſ.(ἀγορανόμος) prorſus eiuſdem ſignificationis eſt cuius et ædilis, de quo in ſuperioribus ſatis. dictus Agoranomus à foro rerum uenalium, cui regulam præſcribit. Plau. in Capti. Mirūq; adeò eſt, niſi hunc fecerunt ſibi agoranomum Aetoli.

Ăgŏræ̆ŭs.æi.m.ſ. ἀγοραῖος. nundinarius, uilia emens: ab ἀγοράζω, emo. Horatius Daunie defende decus camœnæ Lenis agoreæ. ἀγορὰ enim forum uenalium dicitur: quod etiā pro rōcione, pro precio rei, pro re uendita, & pro foro iudiciali quandoq; ponitur.

Ăgrăphŭs.a.um.o.ſ.(ἄγραφος) pen. cor. Latinè non ſcriptus dicitur, uel non pictus.

Agrārĭūs.a.um.o.ſ. qui agros poſſidet. πολυκλήρος. Cic. in Phil. Num ſollicitabit rurſus agrarios? Agrarius à Liuio etiam dicitur ſuffragator legis agrariæ.

Agrārĭūs.a.um.o.ſ. ἀγρικός. quod ad agros pertinet, ut lex agraria, (νόμος κληρουχικός, γῆς ἀναδασμός) Liu. lib. 2. Tum primum lex agraria promulgata eſt.

Agrĕſtis, & hoc ſte.is.o.t. (ἄγριος) dicitur quod ruſticū eſt, & ad agros pertinet, quodq; in agris non in hortis naſcitur. Verg. Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Item agreſtis dicitur, qui ſiluestrem uitā agit & ferā, ſicut apud Græcos ἄγριος dicitur ferus. Vnde in cōpoſitiōe onager dictus eſt aſinus ferus

Agrĭcŏlă.læ.c.p. pen. cor. agricultor, & agriculator eadem ſignificant, cultorem ſcilicet agrorum. γεωργός. Vergil. Aen. 7. Indomiti agricolæ.

Ăgrĭŏs.ij.m.ſ. Latinè dicitur agreſtis, ferox, immitis.

Ăgrĭpĕtæ. arū.m.p. pen. cor. qui petunt ex agrorū diuiſionē portionē, quæ uiritim dabatur.

Ăgrippă, ſeu Aegrippæ.c.p. ab ægro partu (ut docet Gel.) dicuntur, quorum in naſcendo nō caput, ſed pedes primi extiterunt, qui partus difficillimus & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati.

Ăgyĭă.æ. f.p. (ἀγυιὰ) per y Græcum ſequente i, Latinè dicitur uia, uicus.

A ANTE H & I.

AH, aha. (ἆ ἆ) nunc doloris, interdum admirationis, aut indignationis uox eſt. ſed hoc in principio libri.

Ahahe, aliquando eadem uox & aduerbium eſt, & interiectio & nomen. Cc.

Ăhēnŭm. ni. n.ſ. χαλκεῖον. uas eſt in quo aqua ad lauandum ca'efit. Cc.

Ăhēnŭs.na.num.o.ſ. (χάλκεος) idem quod æreus. Verg. Et luce coruſcus ahena.

Ăhōrtă. tæ. f. p. (ἀορτὴ) uena eſt. nam duæ ſunt uenæ primæ quæ ex corde ſanguinem recipiūt, maior ſcilicet & ahorta, reliquæ earū ſoboles ſunt. Melius aorta ſine aſpiratione.

Āio, ais, ait. aiebam, aiebas, aiebat. ai, aiſti, ait, aimus. n. anom. (φημί.) Auguſt. Vos adijcientes in malo, aiſtis. Plau. Aſin. Illam amare aiebat. Næuius, An nata eſt ſponſa prægnans? uel ai, uel nega. Cic. de Fin. Quaſi ego id curem, quod ille aiat aut neget. Gellius libro 16. Siue aias ſiue neges, hærebis in captione. Priſc. Aiamus dixit lib. 1. de Conſtructione.

Āizōōn.zoi.n.ſ.(ἀείζωον) herba eſt quæ ſemper uiuit, quaſi ſemper uiuum. ἀεὶ enim ſemper, ζῶ uiuo dicitur, à natura humida, & ſemper uiridis durare poteſt, folio carnoſo, leui atq; oblongo. Duo eius genera ſunt, maius in fictilibus uaſculis ſeritur, quod aliqui buphthalmon

mon: id eſt bonis oculũ à ſimilitudine uocant alij zoophthalmon: id eſt animalis oculum. ambitu enim effigiẽ oculi imitatur: alij quòd amatorijs conueniat, erogenneton. γεννάω enim gigno, ἔρως amor: alij hypogeſon, quoniam ferè in ſubgrundijs naſcitur. Græci enim parteis tecti prominentes γεῖσα uocant. hæc à Latinis etiam ſedum aut digitellum.

A ANTE L.

ALă. læ. f. p. (πτερόν) qua aues uolant. À cuius ſimilitudine ala etiam dicitur locus ille concauus ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Plinius lib. 11. Elephas tantum ſub armis duas, ſcilicet mammas, nec in pectore, ſed citra in alis occultas. Hinc hircinus odor ille concipitur. Propriè tamen uocatur axilla, à qua fit ala, cõtra Priſcianum, qui uult axillam per diminutionem fieri ab ala, ut maxillam à mala. Hoc nomen quidã aſpirãt. Dicitur & aſella, ut in ſacris literis, Abſcõdit piger manũ ſub aſella. Præterea ala dicta eſt equitũ turma, quod pedites tegant alarum uice. Nam in equitum ordinibus, circum legiones dextra ſiniſtraq́, tanquã alæ in auium corporibus locantur. Vergil. 4. Dum trepidant alæ ſaltusq́ indagine cingunt. Inde dicti ſunt equites alares uel alarij. Alæ etiam nauium dicuntur: ut, Velorum pandimus alas.

Ălăbăndĭcă roſa, dicitur, quæ eſt albicantibus (folijs.

Ălăbărchēs. æ. m. p. Latinè ſalis præfectus, ut eſt apud Ioſephum in ultimo Antiquit. libro, Et fuit apud Aegyptios honoris appellatio.

Ălăbăſtrŭm. ſtri. n. ſ. (ἀλάβαςρος, καὶ ἀλάβαςρον) genus marmoris pellucidi & coloribus diſtincti, ex quo fiebant uaſa unguentaria. Marti. Quot Coſmi redolent alabaſtra, focíq́ deorum. Dicitur Alabaſtrus (quem Plinius ſcribit ſeruandis unguentis maxime idoneum) naſci circa Thebas Aegyptias, & Damaſcum Syriæ, quo Priſci Romani, ſicut aliqui magnates nunc Romæ, præſtando per feneſtras lumine utebantur. Similiter Alabaſter dicitur. Cic. li. 2. Aca. Quibus etiam Alabaſter plenus unguenti puteſcere uidetur. Et lapis Alabaſtrites, (ἀλαβαςρίτης) penul. prod. quem cauant ad uaſa unguẽtaria. Pli. lib. 36. Eum etiam uocant onychiſten. In numero plural. τὰ ἀλάβαςρα. propriè pyxides unguentorum & unctionum ſunt ſine anſulis.

Ălăcĕr, alacris, & hoc alacre: uel hic & hæc alacris, et hoc alacre, peuult. corr. o. t. ut Aſconius ſcribit qui uiget ſenſibus uniuerſis: quod eſt indicium erecti animi atque ſublimis. Nã econtrariò lacer dicitur amputatis in corpore ſenſuum membris, hoc eſt auribus, oculis ue. Quæ ad animum ſæpe transferuntur, ut plerunq; afflicto animo ſenſibus non utamur erectis. Sic alacer dicitur is, cui omnis ſenſus in loco ſuo quiſque degit: lacer uerò qui ſic affectus eſt, ut uultu indicet adeſſe animum non ſyncerum ſenſibus ſuis. Qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud eſſe alacrem, aliud lætum. Sunt qui alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi aliacrem. Don. in illud Terentij, Quid tu es triſtis? quid ue alacris? ſcribit alacrem pro ἀδακρυω, id eſt non triſtem: litera l pro d poſita, dici. Hinc alacritas, (φαιδρότης) uigor, & animi erectio, necnon & lætitia gẽſtiens: quæ ſecundum Don. propriè eſt mutatio quædam uultus geſtientis in ſpem aliquam. Et media eſt inter lætitiam atque triſtitiam. Interdum dicitur uoluntaria celeritas ſeu promptitudo ardor ue, (προθυμία) Liu. lib. 1. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus. Cicer. li. 1. Tuſc. Pro lætitia geſtiente, quæ in malis habenda ſit, accepit. Inde Alacriter aduerb.

Ălăpă. pæ. p. f. idem quod colaphus. Sed alapa Latinum eſt, colaphus Græcum. author Valla in Raudenſem.

Ālāris. alare. o. t. denom. ab ala: & Alarius adiect. pro eodem: ut equites alarij, & cohortes alariæ. Liuius lib. 10. ab Vrbe: Cum cohortibus alaribus. Cæſar 2. Bell. ciuil. Cohortes alarios addidit.

Ălāternŭs. ni. f. ſ. arbor ſiue frutex nullũ ſemẽ aut fructũ ferens, cui folia ſunt inter ilicẽ & oliuã. Plin. li. 16. ca. 26. & Colum. li. 7. cap. 6.

Ălātŭs. a. um. (πτερωτὸς) ab ala auium, quod habet alas.

Ălaudă. dæ. f. p. (κορυδαλὸς) Plin. lib. 11. Alaudam auiculam, appellatam quondam galeritam (quia apicem habet, hoc eſt plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri ſiue galeæ)

lee) Gallico uocabulo etiã legioni nomen dedisse. Ideoq́ Cæſar cum ex Gallis legionem conſcriberet, alaudã appellauit. De qua Cic. ad Att. ſic ſcribit, Antonius cum legione alaudarum ad urbem pergeret municipijs imperare. Varro appellat galericum.

Ālbārĭūm. rij. n. ſ. κονίαμα. *dicitur quod illinitur tectorio, cũ paries pingendus nõ eſt, quod fit ex calce. Pli. li. 36. ca. 23. Cõtrà in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum hæreat.*

Ālbātŭs. a. um. ab albus: ut, Albatus homo: id eſt ueſtibus albis ornatus. cui contrarium eſt, atratus. Cic. in Vatin. Cum ipſe epuli dominus albatus eſſet, tu in templum Caſtoris te cum C. Figulo atrato, cæteriſq́ tuis furijs funeſtum intuliſti.

Ālbēdo. dinis. f. t. Albitudo. (λευκότης) *pro candore. Plaut. Trin. Ad iſthanc capitis albitudinem Calliclem aiebat uocari.*

Ālbēgmĭnă. gminum. n. t. partes extorum, quæ dijs immolabantur, à colore eorum dicta.

Ālbĕo. es. n. ſ. (λευκός εἰμι, λευκαίνομαι) *albus ſum. Vergili. 12. Aen. Campiq́ ingentes oſſibus albent. Hinc albeſco, albus fio. Verg. 1. Georg. Flammarum longos à tergo albeſcere tractus. Huius cõpoſitũ eſt exalbeſco.*

Ālbĕŭs. bei. m. ſ. per dim. Albeolus, cum accentu in antepen. tabula luſoria. ἄβαξ. *Cic. Aut albeolũ poſcere aut quærere quempiam ludum. Pli. M. Meſſala trãſtulit albeũ cum teſſeris luſoriũ è gemmis duab. latũ pedes tres.*

Albi calculi, (λευκαὶ ψῆφοι) *dicebantur quibus Cretenſes dies lætos quos in uita agerent, numerare ſolebant. Nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant: econtrà, infelices atque infauſtos dies nigris lapillis ſignabant, & ex candidorum numero uitæ tempus metiebantur. Malos enim dies in annorum numeros non redigebant.*

Ālbĭcĕră, oliuæ genus.

Ālbĭcĕrātæ ficus, pediculo minimo latiſſimæ. Androtion λευκείνους appellat.

Ālbĭco, as. n. p. ab albeſco, diminutis literis e & s. & mutata e in i. aliquantulum albus ſum. ὑπόλευκός εἰμι. *Plinius li. 22. Ex nigra albicare incipit, & tumeſcit. Horat. Nec prata canis albicant pruinis.*

Ālbĭdŭs. a. um. o. ſ. pen. cor. quod aliquãtulum album. ὑπόλευκοι. *ut granum extrinſecus albidum, intus candenti ſimile conſpicitur. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. pro albo poſuit, Quamuis albido colore niteſcant, congruunt tamen illi luci, quod album eſt, ſicut nigrum tenebris. Hinc ſubalbidus, parum ſiue aliquantulum albus, ut folia ſubalbida. Plin.*

Ālbo. as. a. p. (λευκόω) *album facio, cuius paſſi. eſt Albor. aris. albus fio. Vnde & dealbo & dealbor, quod eſt mu'tum, ſiue à ſummo uſque deorſum albũ facio. Cur. Cic. Nec ſolere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare Et illud, Lauabis me, et ſuper niuẽ dealbabor.*

Ālbŏgălērŭs. ri. m. ſ. pileum capitis, quo flamines diales utebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba Ioui cæſa.

Ālbŏr, oris. m. t. albedo, (τὸ λευκόν.) *uerbale eſt ab albeo: ſicut candor à candeo. Varr. Qui uident alborem eius, admirantur. Alborem etiam Apitius uocat, quod eſt album in ouo, quod Plinius albuginem appellat, medici albumen.*

Ālbŭcŭm. ci. n. ſ. herbæ genus. Plin. li. 21. ca. 17.

Ālbŭgo. ginis. f. t. macula in oculo. τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ, λεύκωσις. *Plinius libro 21. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem albuginem uocat album in ouo.*

Ālbŭm. bi. n. ſ. ſubſtant. dicitur quod Græci uocant λεύκωμα, *tabula gypſata,* (ἀρχιερατικὸν καὶ γραμματεῖον) *in qua iudices notari, prætorumq́ iura ſcribi ſolebant. Similiter ea tabula dicitur album, in qua ſingulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Hiq́ nunc annales maximi nominantur, ut author eſt Cicero libro 2. de Orator. Eſt & album decurionum & citharœdorum, ut in Digeſtis titulus eſt, de Albo ſcribendo. Ponitur etiam album abſolute pro albore. Vergilius in Buc. Sparſis etiam nunc pellibus albo. Idem Georg. 3. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo. Vide Pyctacium.*

Album prætoris, et album iudicum dicebatur, quod qui uel fœdaſſet, uel uitiaſſet, uel quocũq́ ſcripturæ genere turbauiſſet capitaliter non expectata ordinis ſententia puniebatur.

Ālbūmĕn. minis. n. t. pen. prod. quod eſt in ouo albũ, λεύκωμα. *Vitellus uerò quod croceum.*

Ālbūr

Ālbūrnūm,ni.n.ſ.(στέαρ δένδρου)adeps arboris. Plin.lib.16.cap.38. Hi uocentur à colore Alburnum. Hinc exalburno. as. quod eſt alburnum detraho. Idem, E reliquis arborib. ſiccisſima lotos, deinde robur exalburnatum cui nigricans color. Exalburnatum, μελάνδρυον Theophraſtus.

Ālbūs.a.um. nomen coloris notisſimi, quod à candido ita differt, ut album pallori coniunctum ſit, quale eſt luteum: candidū uerò ſplendori, qualis eſt in niue. Sabini alpum dicunt. Vnde credi poteſt Alpium nomen à candore niuium eſſe deriuatum. Ab albo ſit exalbeſco, id eſt pallidus fio. Per metaphoram albus ponitur pro bono: econtrariò niger pro » malo. Perſ. Per me equidem ſint omnia proti» nus alba. Hor. Hic niger eſt, hunc tu Roma» ne caueto. Iuuenalis, Maneant qui nigrum in candida uertunt.

Ālcǣā.æ.f.p. leo dicitur, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, quod caudæ incitamento ad fortitudinem exuſcitetur. Gel. libro 7. capite 19. Græci alcæam leonis caudam interpretantur.

Ālcē.es.f.t. feræ nomen, de qua Plin. li.8.ca.15. & Cæl. lib.7. cap.19. Vide alces.

Ālcēā.f.p. genus herbæ. Plin. lib.27.ca.4. Alcea folia habet ſimilia uerbenacæ, quæ & periſtereon cognominatur.

Ālcēdō.donis.f.t. auis ſic dicta, quaſi algedo, quod frigidisſimis tēporibus nidificet, græce halcyone. Plaut. Nam Hercule tu periſti, niſi illam tam tranquillam facis, quam mare eſt olim, cum alcedo pullos educit ſuos. De hac aue uide Ambroſ. lib. Hexam. Ferunt hanc auem paulò maiorem paſſere, pennis purpureis, cādidis admixtis, collo gracili & procero, roſtro ſubuiridi, longo & tenui, raro uiſam. Ariſtoteles libro 8. de Anim. alcyonum duplex genus eſſe ſcribit: alterum uocale, arundinibus inſidens, alterum mutum amplio ri corpore. Ab alcyone fit Alcyonius.a.um. ut Alcyonij dies. ἀλκυονίτιδες ἡμέραι. fitq; à Græco ἅλς quod mare ſignificat, licet aſpiretur.

Ālcēdōnĭă dicuntur ab alcedine: ſicut ab alcyone Alcyonides. Plau. Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

Alces.is.fœm.t.ſeu Alce.æ.p. Græcorū more, animal eſt è Gallia tranſalpina, figura, colore, & quantitate mulæ ſimilitudinem prætendent, ſed labium ſuperius adeò protenſum habet, quòd niſi retrogradè incedens herbas in terra carpere non poſſit. Eſt inuentu rarum, olfactu è longinquo uenatorem ſentiens, ſtatimq; in ſpecu & latibula ſe condens, media inter camelum & ceruum ſimilitudine. Sed mares ex his in ſupercilijs habent cornua. De his animalibus Cæſar libro 6. & Iulius Capitol. & Plin. mentionem faciunt. Vide Alce.

Alchech Arabicè, animal quod multi Arabici Lyncam uocant. Naſcitur ex leone & pardo, & nimium ferox eſt.

Ālcibĭădĭŏn,dij.n.ſ. herba ſic dicta, quòd uti ea ad formam conciliandam ſolitus ſit Alcibiades, magnis folijs & aſperis, radice ruffa, oblōga, naſcēs præcipuè in aridis & arenoſis locis.

Ālĕă. æ.f. p. πεττεία, κύβος. ludus tabulæ, ab Alea quodam milite in ocio Troiano. Horatius in Epiſt. Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. Et cum alea dicatur omnis ludus in uarietate fortunæ cōſiſtens. (unde Martialis de Nuc. Alea parua nuces, & non damno» ſa uidetur, Sæpe tamen pueris abſtulit illa nateis) factum eſt ut non ſolum pro fortuna, ſed etiā pro periculo, periculiq; dubitatiōe ſumatur: & ille dicatur aleā iacere. ῥίπτειν κύβον. qui ſe periculo fortunæq; committit. Liui. In tertiam imperij ſeruitijq; aleam imus.

Ālĕātŏr.oris.m.t.(κυβευτὴς) qui ſæpe alea ludit. Cice. in Catil. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq; uerſantur.

Ālĕātōrĭūm.rij.n.ſ.(κυβευτήριον) apud Sidonium, pro ludo aleæ. ait enim, Atq; illic aleatorium laſſis conſumpto ſpheriſterio ſatiat. Suetonius uocat Aleatorium forum.

Ālebrĭă. briorum.n.ſ. ueteres uſurpant pro eo quod eſt, bene alentia.

Ālec,(μαινίς) uide infrà in dictione Halec.

Ālectōrĭă.riæ. f.p. gēma quæ in uentriculo galli inuenitur: gallus enim Græcè ἀλέκτωρ dicitur, de qua Plin. li.37.cap.10. Alectorias, inquit, uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotonienſem uſum in certaminibus, inuictum fuiſſe uideri uolunt.

Ālĕcŭlă.læ.f.p.diminutiuum ab alec.Columella lib.9.Datur cammarus & riualis alecula, uel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Aleo.onis.m.t.idemquod aleator.Næuius.

Ālĕs,huius alitis.f.t.quælibet auis.οἰωνός,ὄρνις.ab alis gerendis.ſicut uolucris omne uolatile,& tam maſculini,quàm fœminini generis profertur.Verg.Nanq; uolans fuluus Iouis ales in æthra.In genitiuo plurali alitum, & alituum,ſecundum Priſc.Verg.li.11.Alituum pecudūq; genus ſopor altus habebat.

Ālĕs.adiecti.omnis gen.ponitur à poëtis pro ueloci,Silius,Alite uectus equo.Ver.8.Aen. Ignis & alitis auſtri.Ponitur & pro alato, hoc eſt alas habente.Cicer.1.de Inuentione, Angues ingentes,alites,iuncti iugo.

Ălēſco.ſcis.n.t.antiquum uerbum ab alo,alis: idem quod creſcere.Inde coaleſcere,uerbū, pro concreſcere.Varro de Re ruſt.libro 1. cap.44.Quæ nata ſunt,in fundo aleſcunt,adulta concipiunt.

Ālĕx,alecis.f.t.genus eſt liquaminis, quod Plinius muriæ uitium appellat,lib.31.cap.8.

Ălĕxĭcăcŏn.ci.n.ſ.(ἀλεξίκακον) remediū quod fit ad depellenda mala.Sic Hercules dictus fuit Alexicacos,ab eo quòd defenſor eſſet hominum.Hoc & amuletum dicitur.

Ălĕxĭphārmăcă.orum.n.ſ.(ἀλεξιφάρμακα)ſunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria. Plinius lib.21.cap.20.Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod alexipharmacon uocant.

Ălĕxĭtēriă,(ἀλεξιτήρια) idem quod alexipharmaca.

Ālgă.gæ.f.p.(βρύον) herba quæ naſcitur in aquis marinis:dicta à mari & ab algore aquæ, ſiue quòd pedes alliget:quia craſſa eſt folijs ex parte ſupernatantibus.Verg.7.Aen.Lateriq; illiſa refunditur alga.

Algenſes,Pelagiæ,ab alga dictæ.

Ālgĕo.es.alſi,uel alxi, alſum.n.ſ.à Græco ἀλγέω.doleo,patior frigus,frigidus ſum.ψύχομαι.Huic opponitur æſtuo.Cic.Tuſc.2.Erudiunt iuuentutem algendo.

Ālgĭfĭcŭs.a.um.o ſ.particip.ſine uerbo.Gell. lib.19.cap.4.Quòd timor ſit omnibus algificus:id eſt frigus inducat.

Ālgŏr.oris.m.t.& Algus.gus.& Algus.gi.id eſt dolor,triſtitia.Per translationem ponitur pro frigore.ῥῖγος.Lucan lib.3.Sollicite euolitant morbis algóq; faméq;.Plau.Rud.Vel ſuda,uel peri algu,uel etiam ægrota.

Algus,pro frigore.

Ăliās,(ἄλλοτε) aduerbiū ſignificat alio in loco uel aliter, uel alio tempore, uel aliquando, interdum.Gellius,Sed aliâs ocyus fieri, aliâs ſerius. Alias res agis,(παρὸν ἀποδημεῖς) id eſt, non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis.

Ălibi,(ἀλλαχοῦ)alio loco.Verg.Georg.1.Hic ſegetes,illic ueniunt fœlicius uuæ,Arborei fœtus alibi.

Ălĭcă.cæ.f.p.(χόνδρος) pen.cor.potio, dicta quod corpus alat.Hæc fit ex zea, quæ à noſtris ſpelta dicitur.Tunditur granum eius in pila lignea, nam lapidis duritia conteritur, excuſſis inde tunicis conditur medulla. Hinc alicarij,qui eam cōficiunt uendunt'ue. Et alicula diminut.Mart. Mittebat Vmber aliculam mihi pauper.

Ălĭcārĭæ.arum.f.p.meretrices in Campania appellatæ,quòd ſolitæ eſſent circa priſtrina alicariorum uerſari.

Ălĭcāſtrŭm.ſtri.n.ſ.etiam uidetur ea forma ab alica deriuari, qua ſiliquaſtrum à ſiliqua.

Ălĭcŭbi,(πουθι)in aliquo loco,uſpiam,uſquā. Cic.Att.lib.9.Si ſaluus ſit Pompeius,& conſtiterit alicubi.

Ălĭcŭndĕ,(ποθεν)ex aliquo loco.Terent.Andr. Venit meditatus alicunde.uide in Aliquo.

Ălĭēnĭgĕnă.næ.com.p.(ἀλλόφυλος)uel (ſecundum Probum) omnis gen.ſumitur in eodem ſignificato cum alienigenus.Gell.lib.2. capite.21.Neque uno alienigeno,ſed patrio uſuros.

Ălĭēnĭgĕnŭs.na.num.pen.cor.nomen compoſitum à genere:& ſignificat quod eſt externū, uel alieni generis,uel inter alienos genitum. Valer.lib.1.Adijci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exēpla non abſurde poſſunt.

Ălĭēno.nas.a.p.(ἀλλοτριόω, ἐξίστημι) alienū uel aduerſarium facio,ſeu à propoſito remoueo repulſando.Plaut.Me alienabis nunquā quin noſter ſim:id eſt,à propoſito remouebis. Sal. Meq; falſa ſuſpicione alienatum eſſe ſentiebam:

bam: id eſt repulſum. Significat etiam aliquãdo id quod uulgo dici ſolet, extra noſtram poſſeſſionem uel dominium mittere. Ci. Paulus iureconſultus Alenationis uerbo uſucapionem contineri putat. Vix eſt enim ut non uideatur alienare, quod patitur uſucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non utendo amiſit ſeruitutes.

Alienatio. onis. f. t. alienandi actus. Cice. in Orat. An quibus uerbis ſacrorũ alienatio fiat.

Ălĭēnŭs. a. um. o. ſ. ἀπότροφος, ἀλλότριος. quandoq; alienatus dicitur. Salluſt. Poſtquam alienum ſe uidet. Quandoq; diuerſus, diſſimilis, diſpar, diſſonus. Idem, Neque ſolum illis aliena mens erat. Quandoq; non conſcius: ut apud eundem, Ille eos in domum Decij Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena conſilij propter Semproniam. Quandoque pro eo, qui nulla nobiſcum coniunctus eſt amicitia, aut conſuetudine. Idem: Tantum enitor, ut neq; amicis, neq; alienioribus, opera, conſilio, labore deſim.

Ālĭgĕr. ra. rum. o. ſ. alatus, (πτερωτὸς.) unde Cupidinem alatum & aligerum poëtæ uocant.

Ălīmēntārĭŭs. ria. rium. o. ſ. quod ad alimentum pertinet. σιτικὸς. ut lex alimentaria, quæ prouidebat ut filij alerent parentes.

Ălīmēntŭm. ti. n. ſ. quod datur ad uitæ ſuſtentationem. (τροφὴ). Scribunt Iurecõſulti, Alimẽtis legatis, cibaria, & ueſtitus, & habitatio debebitur: quia ſine his ali corpus non poteſt.

Ălĭmōnĭă. æ. f. p. pen. corr. idem quod alimentum, nutrimentum.

Alimonium. nij. n. ſ. idem. Var. li. 3. ca. 16. Hæc omnia uocant à mellis alimonio, aluos.

Ălĭōquĭn, & alioqui, utroque modo dicitur, ſignificatq; aliter, ſeu alio modo, uel quòd ſi non, uel præter hoc, uel etiam, ἄλλως, ἄλλως δὲ μή. Plinius, Hos tibi dedicaui libellos, nam nec ingenij ſunt capaces, quod alioquin nobis perquàm mediocre erat.

Ālĭōrſŭm, (ἄλλοσε) uerſus alium locum, ut Aliorſum ire. Plaut. Item pro in aliam partem. Ter. Eun. Vereor ne illud grauius Phædria Tulerit, neue aliorſum atq; ego feci, acceperit.

Ălĭpēdēs. dis. c. t. πτερόποδες. pen. corr. equi ueloces, quaſi alas in pedibus habentes.

Ālīptēs. tis. m. t. (ἀλείπτης) unctor. Et is erat, cuius curæ tradebantur hi qui in ſacris certaminibus pugnarent. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν. id eſt ab ungendo Dicitur etiam aliptes qui uulnera curat.

Ălĭquā, (πῇ) per aliquem locum.

Ălĭquāndo, (ποτὲ) ſecundum Priſcianũ, cum accentu in antepenultima, ſed temporibus noſtris non ſeruatur, etiam à doctiſsimis uiris, neque in Vergilio uel Ouid. aut Lucano, uel alijs poëtis antiquis inuenitur in uſu illam corripi poſitura. Habet autem tria tempora, præſens, præteritum & futurum, & ſignificat idem quod aliâs, nonnunquam, interdum, quondam, uel aliquo tempore, uel tandem. Ci. Valerio, Aliquando nos recuſas.

Ălĭquāntĭſpĕr, (ἐπὶ χρόνον) aduerbium, ad temporis breuitatem refertur, ut ait Valla. Terent. Heaut. At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.

Ălĭquāntŭlŭs, (ὀλίγος) diminut. ab aliquantus, quantitatem ſignificat. Auguſt. li. 1. de Ciuit. Illi autem infirmiores, qui terrenis his bonis, quamuis ea præponerent Chriſto, aliquantula tamen cupiditate cohærebant.

Ălĭquāntŭm, (ἐπὶ ποσὸν, ὀλίγον) modò nomen eſt, ut Cicer. pro Cluen. Aliquantum agri in medio relictum eſt. Modò aduerbium, & ſignificat paulum, nonnihil, leuiter, pauliſper, neſcio quid, aliqua ex parte. Plin. li. 3. cap. 5. Aliquantum uetus forma mutata eſt. Inde aliquantulum diminutiuum.

Ălĭquāntŭs, adiectiuum ex alius & quantus: idem penè quod mediocris ſignificat. Salluſtius in Iugur. Timor aliquantus, ſed ſpes amplior, quippe uictoribus.

Ălĭquātĕnŭs, (μεχρί τινος, ἐπὶ ποσὸν) pen. cor. ſignificat uſq; ad aliquam partem, ſiue ex aliqua parte, aut aliqua ratione. Quintilian. Verum hoc aliquatenus temporum mutatum eſt conditione.

Ălĭquĭd (τὶ) ſubſtantiuum eſt: ut, Aliquid utile. Cicero Attic. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam.

Ălĭquĭs, (τὶς ἄλλος) quaſi alius quis, & habet uim pluralem, quamuis ſingulariter dicatur. non enim eſt aliquis, niſi de multis. Vnde & apud ueteres uario genere numeroq; profecrebatur. Terentius, Aperite aliquis actutum oſti-

oſtium. Idem eſt dicendum de quiſquam, quiſpiam, & ullus. Aliquis etiam, ut Græcis τὶς, magnus, non obſcurus. Cicero. Att. Itaque fac ut me uelis eſſe aliquem. id eſt uelis eſſe me non prorſus obſcurũ & abiectũ.

Ălĭquō, (ποι ἐςιν ὁποῖον) ad aliquem locum.

Ălĭquŏd, (τι ἐςιν ὃ) adiectiuum, ut aliquod templum.

Ălĭquōrſŭm. εἴς τινα τόπον. uerſus aliquẽ locũ.

Ălĭquŏt, (τινὲς, ἔνιοι) tantum pluraliter declinatur, & ſecundum Donatum ſignificat idem quod nec multi nec pauci. Terentius in Andria, Aliquot me adiere.

Ălĭquŏtĭēns, ſeu aliquoties, ſine n, (ἐνιότε, ἔςιν ὁσάκις) ſignificat, aliquot uicibus, ſiue aliquando. Cicero 4. Verr. Aliquoties ad ſocios literas de iſtius iniurijs miſerat.

Ălĭtĕr, (ἄλλως) aduerb. fit ab alis, huius alis, pro alius, ſicut declinabant antiqui, & ſignificat contrario modo. Vergil. Dijs aliter uiſum. Cicero 7. Verr. Aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti.

Ălĭtūră. ræ. f. p. nutricatio. Gell. lib. 12. cap. 1.

Ălĭŭbi, (ἄλλῃ πῃ) pro alicubi. Nam dicimus ſolem totũ aliubi, aliubi dimidiũ hominib. adimi. Pli. Nec uſquam aliubi cãdidæ naſcũtur.

Ălĭundē, (ἀλλαχόθεν) ex alio loco. Plini. lib. 15. cap. 19. Inde repertum ut allatæ aliunde, & inter ſe colligatæ inijcerentur fico.

Ălĭŭs, alia, aliud, (ἄλλος) genitiuo alius, penul. prod. uel alij, aliæ, alij: datiuo alio; aliæ, alio. idem eſt quod diuerſus: & de pluribus dicitur: ut, Alij uirtutem præponunt, alij uoluptatem. &c. Aliquando etiam de duobus ubi duarum rerum cõparatio fit, ut Alia eſt facies tua, alia mea. Accedit quãdoq; ad uim comparationis. Quintilian. At quanto alius fuit ille infeliciſſimus iuuenis affectus?

Ălĭŭtă, ueteres pro aliter ſcripſiſſe manifeſtum eſt, ex ἄλλῃ uel ἄλλως transferentes. Hinc illud in legibus Numæ Pompilij, Si quis aliuta faxit, ipſius Ioui ſacer eſto.

Āllābŏr. eris. d. t. penul. prod. iuxta fluo, ſiue iuxta nauigo. προσρέω. Claudianus, Siculis allabitur oris. Cicero. de Diuinat. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus. Verg. Ergo alis allapſa ſagitta.

Āllātŭs. a. um. o. ſ. (προσενεχθεὶς) per duplex ll, apportatus: participium ab afferor. Plaut. Allata peregrè epiſtola.

Āllēctō. ctas. frequentatiuum ab allicio. act. p. ſignificat per blanditias attraho. ἐπάγω. Col. lib. 2. Ad aquam duci oportet, ſibiloq; allectari, quo libentius bibant. Hinc allectus, ἐπαγόμενος. idem quod attractus.

Āllĕgo. gis. act. t. adſcribo, annoto, quaſi iuxta lego. ἐπιλέγομαι. Unde apud Iulium Capitolinum ſcribitur, M. Antonium philoſophũ multos ex amicis in ſenatu allegiſſe cum ædilitijs ac prætorijs dignitatibus. Hinc allecti dicebantur qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum numerum aſſumpti fuerant, (προσῃρημένοι, προσκαταλεγμένοι.) Nam patres dicebantur, qui erant patritij generis: Conſcripti, qui ſenatui ſunt ſcriptis annotati.

Āllēgo. gas. act. p. ad hoc mitto, uel ad aliquem locum mitto, ſeu ſimpliciter mitto. (πέμπω) Plaut. Caſſin. Quin ea ipſa me allegauit, qui iſtam accerſerem. Hinc pro deputare, conſtituere, committere, (κατασκευάζειν.) Plaut. Caſſin. Filius autem armigerum allegauit ſuum, qui ſibi eam uxorem poſcat. Uſurpatur etiam pro citare, ſiue adducere, (ἐπάγειν, προσφέρειν, παρέχεσθαι.) Plinius multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere minime uidebantur.

Āllēgŏrĭă. æ. f. p. (ἀλληγορία) cum accentu in pen. dicitur alieniloquium, uel potius inuerſio, ut aliud uerbis, aliud ſenſu oſtendat. Vergilius, Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt. id eſt, Deſinite iam plura canere, quia ſatis iam audiuimus.

Alleluia, duæ dictiones ſunt, quibus ſignificatur, laudate dominum. Allelu enim (ut Auguſt. ait) imperatiui modi eſt, & ſignificat laudate: Ia uerò uniuerſalem, uel uniuerſaliter, ſcilicet Deum.

Āllœŏthĕtă, (ἀλλοιόθετα) Latinè dici poteſt aliter poſita. ἄλλος enim aliter, θετὰ poſita: à Priſciano dicitur uariatio. Confundit autem numerum: ut Vergili. Pars in fruſta ſecant. Caſus, Tu mihi quodcunque hoc regni. pro hoc regnum. Genus, Vergil. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis, Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. Ad dulce:

enim quod eſt neutrum, tam maſculina quàm fœminina reddidit.

Ăllĕuo. as. pen. cor. act. p. in altum tollo, uel de imo, & ubi quid iacet uel proiectum eſt, ſurſum leuo. ἐπαίρω, ἐπικουφίζω. Quintilian. Vidi multos quorum ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur. Inde per translatio. ad qualitatem fortunæ: ut idem, Non petit ut afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſe infeliciorem.

Ăllĕuātio. onis. f. t. uerb. quæ eſt doloris mitigatio, ſiue diminutio. Cic. Fam. 4. Et ſi tot rebus urgemur, ut nullam alleuationem quiſquam, non ſtultiſſimus, ſperare debeat.

Ăllĕuāmēntŭm ti. n. ſ. idem. Cicero pro Sylla, Et in aduerſis ſine ullo remedio atque alleuamento permanere.

Ăllēx, & Allux. cis. m. t. dicitur pollex ſcandens proximum digitum, quòd uelut inſilijſſe in alium uidetur.

Ălliātŭm. ti. n. ſ. ab allio. pulmentarij & intinctus genus eſt. σκοροδισμένον. Plaut. Sine alliato fungi fortunas meas. Alliato, id eſt allio nutrito aut illito, &c. Alliata etiam ſunt allij purgamenta.

Ăllicefăcio. cis. act. t. idem eſt quod allecto. ἐπάγω, à quo allicefio. Suet. in Vitel. Aequales ſuos ad ſocietatem imperij allicefactos, uario genere fraudis occidit.

Ăllĭcio. cis. allexi, allectum, ex ad & lacio, act. t. ſignificat blanditijs attraho, ſiue potius induco, atq; inuito. δημαγωγῶ, ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι. Plaut. Trinum. Te & amicitiam & gratiam in noſtram domum uideo allicere. Inuenitur & alliceo. ces. cui. in eadem ſignificatione. Piſo libro hiſtor. 1. Aulus unius præmio multorum allicuit animos. ſæpius tamen in tertia coniugatione, quàm in ſecunda utuntur.

Ăllīdo. dis. act. t. impingo, quod eſt interficiendi cauſſa contra aliquid iacio. ἐπιρράσσω, προσκρούω, καταφέρω. Lactant. libro 4. In conſpectu ſuo cernerent, allidi paruulos.

Ăllĭgo. act. p. propriè ad aliquid ligo. ἀπαρτῶ, ἐξαρτῶ, πειράζω. ut alligare uitem palis, uel ad palos. Vnde & iocus ille Ciceronis apud Macrobium, Quis alligauit generum meum gladio? Col. lib. 2. Arbuſtiuam uitem antequam putes, alligare diligenter oportet. Inde alligator, qui alligat. Colum. libro. 4. cap. 13. Deinde ſequitur alligator, cuius officium eſt ut rectam uitem producat in iugum. Et alligatura. ἐπίδεσις, περίαμμα. Idem de arbor. cap. 8. Infra inſitionem & alligaturam falce acuta leuiter uitem uulnerato. Et alligatio, ipſe actus alligandi. Per translationem dicitur alligari, obſtringi, obnoxiũ fieri. Terent. Eun. Hic furti ſe alligat. (ἐνέχεται κλοπῆς.) Similiter quis dicitur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſsit. Vnde dicimus, adoleſcentem alligari ad amicam, qui uix ab ea diſcedit.

Ăllĭgūrio, idem quod ligurio.

Ăllĭgūris, adiect. idem quod ſuum ſimplex.

Ăllĭno. is. ex ad & lino. act. t. Plinius, Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc ſæpe allinant dentem.

Ălliŭm. lij. n. ſ. genus oleris quod comeditur. quod nomen quidam ab alendo, quidam ab halando deriuant, de hoc infra.

Ăllŏphȳlŭs. la. lum. pen. cor. dici poteſt alienigena, alterius tribus. Nam ἄλλο ſignificat aliud: & φῦλον genus, gentem, nationem. Hebræi aduerſarios ſuos allophylos appellabant. Ambr. lib. Off. Hoc nomine dicti ſunt Palæſtini, qui & Philiſtæi, υ in φ mutato, ut teſtatur D. Hieron.

Ăllŏquŏr. eris. d. t. ἐνασμενίζω.) Alloquium, Alloquutio, uide in dictione loquor.

Ăllŭbēſco. ſcis. n. t. ſiue adlubeſco, lubens facio, obedio, faueo, conſentio. Plaut. Hercle uerò iam mihi adlubeſcit primulum. Vnde adlubeſcentia, obedientia.

Ăllūcĭnātio. onis. f. t. lucis alienatio, uel aberratio, ἀμβλυωπία, quod & ad oculos mẽtis trãsfertur, cum minus rectè intelligitur obducta quadam caligine in animo.

Ăllūcĭnŏr. oris. d. p. uana ſomnio, aberro, non conſiſto, diſſoluor, obſtupeſco, tardor. παραβλέπω. Cic. Att. Sic epiſtolæ noſtræ debent interdum allucinari. Hoc uerbum Gel. lib. 16. cap. 12. à Græco ἀλύειν deductum ſcribit.

Ăllūdo dis. n. t. (προσπαίζω) blandior, congratulor: quaſi ad aliquem ludere, ut paruuli parentibus, aut nutricibus. Lactant. lib. 3. Aut homini alludunt animalia. Valla. lib. 4. ſcribit

bis alludere eſſe, cum aliud dicimus, & ad aliud ſententiam latenter referimus. Verg. Nec plura alludens ea uox audita laborum Prima tulit finem. Alludere uerò ad hiſtoriam dicitur, hoc eſt ad rei fidem uerba componere. Eſt & alludor deponens.

Ăllŭo. luis. n. t. iuxta luo, iuxta fluo, ſeu deorſum aliquid lauo. ἐπικλύζω. Curtius, Montem leniter alluit præteriens amnis. Hinc fit alluuio. onis. Alluuies, & Alluuium (πρόσκλυσις.) pro immoderata aquarum uiolentia, uel pluuialium, uel fluuialium, ſimiliumq́ue, quæ non tantum agros confundit, ſed quandoque eripit, & nonnunquam funditus deſtruit. Circunluuio autem eſt, (περίκλυσις) cum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum ſuum impulerit, & in modum inſulæ circumuoluitur, iure uicinioris erit. Valla, Alluuies, ſordida aqua quæ abluit, ubi lutum cum aqua non multa. Liu. lib. 1. In proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt.

Alma, apud Hebræos nomen ambiguũ eſt, ſignificat enim (ut inquit Hieron.) & adoleſcentiam, & abſconditã. Ergo alma uirgo abſcondita & ſecreta dicitur, quæ nunquam uirorũ patuerit aſpectibus, ſed magna parentum diligentia cuſtodiaq́ue ſit ligata.

Ālmĭtiēs. ei. f. q. almarum rerum habitus.

Ālmŭs. a. um. o. ſ. (τρόφιμος) dicitur omne quod nos alit: ab alendo, ait Feſtus: ut alma tellus, ab eo quod nos alat. Plau. in Curc. Inuoco almam meam nutricem. Colu. lib. 3. capite 21. Abuſiuè etiam alijs numinibus datur epitheton. Vnde & Ceres alma à Verg. dicitur, cuius frugibus homines aluntur. Almus dies, pro tranquillo dicitur. Vergilius. Præterea ſi nona diẽ mortalibus almũ Aurora extulerit. Lux alma, à Donato illuſtris & clara dicitur.

Ālnŭs. f. ſ. genus arboris fluuialis, ex qua primũ factæ ſunt lyntres: dicta quòd amne alatur. Naſcitur enim iuxta fluuios, ideo apta eſt nauigijs, & aquis obruta (ut inquit Vitruuius) diu non corrumpitur. Græcè κλήθρα: uulgò Erlebaum. Lucan. Et fluctibus aptior alnus. Vnde & pro naui quandoque poni ſolet. Vergilius Tunc alnos primum fluuij ſenſere cauatas.

Ălo, alis, alui, alitũ uel altum: act. t. unde Alitus, uel Altus: ſignificat nutrio, alimentis ſuſtento, τρέφω. Salluſt. in Iug. Et omnem ætatem Arpini altus. In rebus tamen incorporeis alere frequentius pro creſcere ponitur. Verg. Hos ſucceſſus alit. id eſt augere facit.

Ălŏē, aloēs. f. t. (ἀλόη) Græcum eſt nomen, herba amariſsimi ſucci. Iuuenal. Plus aloēs quàm mellis habet. Herba reſiſtens uermibus & putredini, ac uiſui utilis. Gignitur in India & in Arabia, arbor oderis ſuauiſsimi.

Ălŏgĭă. æ. f. p. (ἀλογία) dicitur cum ita epulis indulgetur, ut à rationis tramite deuietur. Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus ſimiles ſunt uentri dediti: ita immoderatum conuiuium, quo mens ingurgitatione ueſcendi ac bibendi quodammodo obruitur, alogia nuncupatur. Auguſt. ad Caſulan. Attendite quemadmodum dominici diei non paruo prãdio reficiatur, ſed alogia delectatur.

Ălōngē, (πόῤῥωθεν) aduerbiũ ſignificat procul.

Ălōpĕcĭă. æ. f. p. (ἀλωπεκία) morbus in capite humano & barba, ex uitio humorum, qui fit cum profluuio capillorũ. Dicta à uulpe, quam Græci uocant ἀλώπεκα: quòd ea crebro id genus morbi patiatur. Vide Plin.

Ălōpĕcŭs. a. um. o. ſ. qui alopecia laborat.

Ălōsæ. arum. f. p. (τρίχιαι) piſces ſunt, ſic dicti à Gallis & Campanis: quos Hiſpani ſaualos, Hetruſci autem & Veneti, uetere ſeruato nomine clupeas appellãt. Apud Ariſtotelem uerò, Strabonem, Aelianum, Oppianum, & Athenæum thriſſas legere eſt, quam uocem aloſam interpretatur Gaza. Auſonius, Stridentesq́ue focis obſonia plebis aloſas.

Ālphă, nomen primæ Græcorum literæ. Vnde apud Martial. lib. 2. Non ipſe Codrus alpha penulatorum. hoc eſt, inter plebeios & pauperes primus.

Ālphŏs. phi. m. ſ. (ἀλφός) Latinè impetigo, ſiue uitiligo dicitur, quæ ſuperficiem corporis immutat, & modo nigra, modo candida eſt. Eſt autem maxime, ubi color albus eſt ferè ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi maculæ diſperſæ eſſe uideantur.

Ālsĭōsī, (κρυόφιλοι) m. ſ. dicuntur qui ſunt naturæ frigentis, quiq́ue à frigore læduntur. Varro: Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, ſi ſpectat quod eſt alſioſum.

Āltārĕ. ris. n. t. (βωμὸς) ab altitudine dictum eſt.

Nam

Nam antiqui in ædificijs à terra eleuatis ſacra faciebāt dijs ſuperis, in terra dijs terreſtribus, in effoſſa dijs infernalibus. Plin. lib. 15. cap. 30. Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræq; debeant. Altare ſuperis tantum conſecratum erat, Ara tam ſuperis quàm inferis.

Ālter, ra. rum. o. ſ. genitiuus alterius, penul. cor. Græcè ἕτερος dicitur, & ὁ δεύτερος. Teren. Heau. Hoc ipſum alteræ dum narrat, fortè audiui. Et ad unum de duobus dicitur: ut, Annibal in tranſitu Alpium amiſit alterum oculum. Siue ad unam duarum partium. Cicero, Duplices ſimilitudines eſſe debent, unæ rerum, alteræ uerborum. Item alter ponitur pro ſecundo de duobus pluribuſ'ue: ut, Altero menſe repudiaui uxorem: &, Hic eſt alter annus belli Punici: id eſt ſecundus à belli Punici origine. Aliquādo pro ipſis duobus, ut unus aut alter, id eſt, unus aut duo. Eſt etiā alter nō ſecundus, ſed tertius, ſicut docet Don. in Terentij Andr. Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens, Vnus & item alter. tres enim amatores erant. Et Verg. Alter ab undecimo. Aliquādo ponitur pro alio. Plin. Tabulas plureis pinxit, è quibus unam in foro, alteram in comitijs, duas in Pompeij porticibus uidemus.

Ālter. ſiue halter. teris. ſiue Alteres. teris. penul. pro. m. t. ſignificat maſſam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnaſijs utebantur. ἁλτήρ. Martialis, Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti, Exercet melius uinea foſſa uiros. Dictus alter eſt ab ἅλλομαι, quod eſt ſalio.

Āltĕrās, ueteres dicebant pro aliâs.

Āltĕrcŏr. caris. d. p. ſignificat mutuò iurgia iacto, criminor & clamoſe inficior, & quaſi aduerſam partem tueor. διαδικάζεσθαι. Cæſar. bel. ciu. 3. Qua ex frequentia T. Labienus prodijt, atque altercari cum Vatinio incipit. Dicitur & alterco. Terent. Scio cum patre tuo altercaſti dudum. Hinc altercatio quæ (ut docet Quintil.) cōſtat aut intētione aut depulſione.

Āltĕrcŭm. ci. ſiue Altercagenū. ni. n. ſ. apud Arabes herba eſt, quæ à Græcis, ὑοσκύαμος. id eſt faba porcina (ut uult Apollinaris) appellatur.

Āltĕrnātĭm, aduerbiū, ſignificat per uices. ἀμοιβαίως. Quadrig. annal. lib. 3. Item gaudiū, atq; ægritudinem alternatim ſequi. Nonius.

Āltērnē, aduerb. à nomine alterius: id eſt alternatim, ſeu alternis uicibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

Āltērnŭs. a. um. adiect. à nomine alter: quod fit alternatim, ſeu alternis uicibus. Verg. Alternis igitur contendere uerſibus ambo Cœpere.

Āltērnīs, aduerb. ſignif. uiciſsim nunc unū, nunc aliud. παραλλάξ, ἐν μέρει. Verg. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. Alternis diebus. ἐν ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

Āltērnārĕ. a. p. uiciſsim alterum duorū ponere. ἀμείβειν, ἐπαλλάττειν, παραλλάττειν, ἐπαμφοτερίζειν. Col. lib. 6. Vernaculas & acinas alternemus. Hinc alternatio, per uicem ſucceſsio.

Āltĕro. ras. a. p. pen. cor. uario & quaſi alterum facio. ἑτερόω. Ouid. in Faſt. Ille ſuam faciem transformat, & alterat alter. Eſt ferè idē quod alterno.

Āltērplĕx, à ueteribus pro duplici poſitū inuenitur.

Āltĕrātăm, pro alterutra ueteres poſuerunt.

Āltĕrŭtĕr. tra. trū. ius. o. ſ. quiuis è duobus, ſiue alter ex duobus. ἑκάτερος. ὁποτεροσοῦν. Cicero in Verr. Video neceſſe eſſe alterutrum.

Āltĕrutrīnq;, aduerb. ab alterutra parte. Plin. li. 10. ca. 7. Eadē in cauſa alterutrinq; modus eſt.

Ālthæă, f. p alterum è maluarum genere eſt, ſylueſtre ſcilicet: cui grande foliū, & radices candidæ. Vulgo ybiſch. Dicitur autem ἀλθαία ab ἀλθαίνειν, id eſt mederi: quaſi medicam dixeris. Sunt qui ſine h, & ſine diphthongo ſcribāt Altea, eaq; cauſa ſic appellari dicant, quòd in altum creſcat.

Āltĭlĭs. c. t. & in plurali Altilia. n. (σιτιστά) penul. cor. quicquid domi, uel in uillis, uel in uiuarijs ſaginatur, ſiue ſit auis, ſiue quadrupes, ſiue piſcis: ab alendo quaſi alitilis, ut altilis gallina, quæ alita eſt. Macrobius altilem ſanguinem dixit, non qui alitur, ſed qui alit, (τρόφιμος) quaſi alentem.

Āltĭmĕter, tri. m. ſ. pen. cor. inſtrumentum quo metiuntur alta.

Āltĭtŏnāns. antis. ſubſt. m. t. pro Deo (ὑψιβρεμέτης) qui ex alto tonat, ut Cic. de Diuin. Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo. Adiectiuè omnis eſt generis.

Āltĭtūdo. inis. f. t. denom. ab altus: propriè eſt rei alicuius ſublimitas: ut altitudo turris. Dicitur etiam altitudo fluminis uel maris, quæ eſt profunditas.

ſunditas. Plin. lib. 10. cap. 33. Merops nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine.

Altiuŏlans. antis. o. t. pen. cor. qui altum uolat. (ὑψιπέτης) Cice. 1. de Diuin. At Romulus pulcher in alto Quærit Auentino, ſeruat genus altiuolantum.

Altor, oris. m. t. ab alo, qui alit. Cice. de Natu. lib. 2. Omnino rerum altor eſt mundus.

Altrinsĕcus, (ἑτέρωθεν) aduerb. ab alter formatum ſignificat aliunde. Lactan. lib. de Opific. Aureis duas, quarum duplicitas, incredibile eſt quãtam pulchritudinẽ præ ſe ferant, quòd tum pars utraque ſimilitudine ornata eſt, tum ut uenientes altrinſecus uoces facilius colligãtur. Item ſignificat iuxta alteram partem. Plaut. Pſeud. Aſsiſte altrinſecus, atque onera hunc maledictis. Hieron. ad Pammach. Vbi proprietas ſingulorum eſt, ibi altrinſecus diuerſitas. Quandoq; in altiore parte. Apul. li. 5. Altrinſecus ædium horrea ſublimi fabrica perfecte magnis congeſta gazis conſpicit.

Altrix. icis. f. t. ab alo, quæ alit. Cic. pro Flacco: Eorũ eadẽ terra parens, altrix, patria dicatur.

Altus. ta. tum. o. ſ. cum eſt nomen ſignificat partem ſuperiorem (ὑψηλός.) & quandoq; inferiorem. Altitudo enim nomen eſt menſuræ. Vnde dicimus altum cœlum, & altũ mare. ponitur etiam pro ipſo cœlo. Vergil. Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto. Et pro ipſo mari profundiore, & à terris remoto. Salluſt. Et piſcatoria ſcapha in altũ nauigat. Per transl. quoq; ponitur pro excellenti & glorioſo. Vergilius, Te ſine nil altum mens inchoat. Pro magno: ut, Sic altus Apollo. Pro recondito: ut, Quid me alta ſilentia cogis Rumpere?

Alueārium. rij. n. ſ. quod & alueare, & per apocopen Aluear, locus uel copia ipſa alueorum: σμῆνος, κυψέλη. Varro li. 3. de re Ruſt. Quæ uenationis cauſa claudũtur, et propter aluearia.

Alueŏlus. m. & alueolum, li. n. ſ. cum accentu in antepen. dimin. eſt ab alueus pro uaſe cõcauo. ut eſt apud Daniel. Abacuc intriuerat panes in alueolo ut ferret meſſoribus. Hieron. ad Demet. Ad torquenda ſubtegmina in alueolis ſuſi ſemper uertantur. Item accipitur pro loco in quo pullos pariunt columbi. Col. lib. 9. Item pro tabula luſoria, quæ alio nomine dicitur latruncularia, & aleatoria, (κύβος) ab aleis & latrunculis: id eſt calculis, & triuialiter ſcacchis, quibus hinc biſſeno puncto, illinc quadris diſcoloribus utimur ad ludum. Cice. 5. de Fin. Aut alueolũ poſcere, aut quærere quempiam ludum. Vide Albeus.

Alueus. m. ſ. ſiue, Aluus, (κυψέλη) eſt (ut Varro teſtatur) cauata cortex, uel uimineum uaſculum manufactum, in quo quid propter concauitatem reponitur. Eſt & locus ubi apes mellificant, dictus à mellis alimonia, ut Varro exiſtimat. Plin. lib. 11. Alueos ex cornu ſpectatos eſſe. id eſt apum aluearia. Dicitur & alueus uenter cuiuslibet rei inanimatæ. Vnde & pro fluminis foſſa, per quam labitur flumen, quandoque ſumitur. Verg. Aſſuetæ ripis uolucres & fluminis alueo. Aliquando pro naui. Propert. Portabat ſanctos alueus ille uiros. Liu. lib. 21. Alueos informeis raptim faciebãt. id eſt nauiculas.

Aluini. m. ſ. dicti ſunt lienterici. κοιλιακοὶ à Græcis dicti, qui aluo langueſcunt. Plin. lib. 21. Vinea Punica aluinis impoſita multum prodeſſe dicitur.

Alūmen. minis. n. t. pen. prod. ſalſugo terræ. στυπτηρία. Efficitur hyeme ex aqua & limo, et æſtiuis ſolibus maturatur. Dictum à lumine, quòd lumen coloribus tingendis præſtet. Plin. Sale, aceto, alumine exharenatur.

Alumnāri, alere & enutrire ſignificat. Apul. li. 8. de Aſin. Quos ad tutelæ præſidia curioſè fuerant alumnati.

Alumnātus. a. um. o. ſ. educatus.

Alumnus, ni. m. ſ. (τρόφιμος) dicitur filius uel diſcipulus, qui ab aliquo uelut à patre alitur, ſiue uictu, ſiue moribus, ſiue doctrina. Cic. Dolabellæ, Mihi uerò glorioſum, te iuuenem cõſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. Seruius pro educato & educatore ponit, ab alendo deductum nomen. Plin. lib. 3. in actiua ſignificatione dixit de Italia: Terra omniũ terrarum alumna, (τιτθὴς.)

Alūta. f. p. pellis mollior, & ad calceos & ad cætera opera faciẽda cõcinnata, κάρβατα. Cæſar bell. Gall. 3. Pelles pro uelis, alutæq; tenuiter cõfectæ. Sumitur etiã pro ſacco, ſeu marſupio. Iuuen. Appoſuã nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Alutāmen & Alutamentum, à ueteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

Ălūtārĭŭs,coriarius, hoc eſt pellium & coriorũ concinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Propriè tamen alutarij tenuiorum pellium dicuntur, coriarij craſsiorum.

Ăluŭs,d.ſ. ab alluendo propriè dicitur, quà ſordes effluunt ſiue eluuntur. κοιλία. Plin. lib. 20. Pepones emolliunt aluum. Sallu. Inſimulant ſibi aluum purgari. Quãdoq; capitur pro uentre qui apparet. Col. lib. 8. Ponunt alij hanc differentiam, ut aluus ſit uenter fœminæ, ab alendo dicta: uenter uerò qui uidetur. Interdũ eſt uas cauatũ ubi aliquid reponitur, aut ubi mellificant apes. Cuius dimin. eſt aluulus.

A ANTE M.

AM, præpoſitio Græca, quæ plerunq; compoſita inuenitur, ſignificatq; circum. Cato ſeparauit quum dixit, Am terminũ. Verum quando componitur cum dictione incipiente ab a e i u, interponitur b, euphoniæ cauſſa, ut ambages, ambio, ambeſus, ambigo, amburbium, ambarualis, ambuſtus. Si uerò cum c h f q, mutatur, m in n, ut anciſus, anhelo, anfractus, anquiro. Cum p, remanet integra, ut amputo.

Ămābĭlĭs.lĕ.o.t. (ἐράσμιον) quod eſt dignum amari. Plaut. Compara labella labellis: bella es » atq; amabilis. Cuius contrarium eſt inamabi- » le. Martialis, Inamabilis ſciurus, & frequens phœnix.

Ămābĭlĭtās.atis.f.t. denom. Plaut. Stich. Si amabilitas tibi noſtra placet, ſi tibi ambo accepti ſumus.

Ămābo, (πρὸς θεῶν) interiectio amantis, ſicut ſonat uerbum. lieber min. Comicis ualde familiaris. Plaut. Noli amabo uerberare lapidem, ne des manum. Gellius lib. 11. Amabo mi fili quieſcas.

Ămābūndŭs.a.um.o.ſ. qui abunde amat. Copiã enim in bundus terminata denotant.

Ămāndo. das. act.p. aliò mando, ſiue aliò depuēto, ablego, aliquò mitto, ut à nobis amoueamus. ἀποσκεδάζομαι, ἀποπέμπω, ἀποδιαπομπεῦμαι. Cic. pro Roſc. Amandauerat hunc ſic, ut commodis omnibus careret.

Ămāns. antis. o.t. participium ab amo, ſignificat eum uel eam, qui uel quæ amat, pudice uel impudice. ἐρῶν. Cic. Nihil difficile amanti puto. Cum genitiuo conſtructum tranſit in nomen, ut amans quietis, (φιλήσυχος.)

Ămāntĕr, aduerb. ſignificat beneuole, uel cum amore. φιλικῶς. Plin. in Epiſt. Nos amicos paternos & amanter, & modeſtè cõplectebatur.

Āmănŭēnsēs, m.t. dicti ſunt ſerui, qui à manu dicuntur, quorum opera & manu in ſcribendo perinde ac ſcribarum utimur, ὑπογραφεῖς.

Ămārăcĭnŭm.ni.n.ſ. (ἀμαράκινον) pen. cor. ſiue ſanſucinum, (σαμψύχινον) oleum & unguentum, quod fit ex amaraco, ad excalefaciendos emolliendosq; neruos, ut Plinius ſcribit lib. 21. Lucret. Poſteisq; ſuperbos Vngit amaracino, & foribus miſer oſcula figit.

Ămărānthŭs, (ἀμάρανθος) m. ſ. flos eſt ab immortalitate nomen trahens (unde immortales Amaranthi) nunquam enim marceſcit. Fitq; ab α priuat. particula, & μαραίνομαι, ſiccor, tabeſio. Plin. lib. 21. cap. 8. Amarantho non dubiè uincimur.

Ămārĕ.a.p. (φιλεῖν) maioris uis eſt, quàm diligere. Cice. Dolabel. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum tamen acceſsit, ut mihi deniq; nunc amare uidear, antè dilexiſſe. Teren. tamen contrarium poſuiſſe uidetur: cũ inquit, Non pol, quo plus quenquã amem aut plus diligam eò feci. Proprie tamen parẽtum eſt diligere: ut, Pater diligit filium. Quòd ſi amo abſolutè ponatur, capitur pro amore captus ſum. Plaut. Amat filius, certum eſt. Compoſita huius uerbi ſunt adamo, deamo, redamo, pe. cor. Sic & peramo, quod eſt ualde uel uſq; ad finem amo. Cicero 1. de Legibus, Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore?

Ămārēſcĕrĕ.n.t. id eſt amarum fieri. πικραίνεσθαι. Palladius, Amygdalus ſi rodatur amareſcit.

Ămārĭco. as. act. p. amarum, id eſt aſperum facio, & quaſi exacerbo. πικραίνω. Auguſt. Ipſi amaricauerunt deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt.

Ămārĭtūdo. inis. f. & amaror, oris. m.t. pro eodem accipiuntur, nam ſignificãt inſuauitatem & aſperitatem. πικρία. Plin. lib. 11. Tantam habent amaritudinem, ut à canibus nõ attingan- » tur. Per transl. pro animi ſolicitudine. Ver. in » Geor. Triſtia tentatũ ſenſu torquebit amaror.

Ămārŭlēntŭs. m. ſ. ualde amarus. πικρός. ut ſuccus

eus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in inuidiam aut maleuolentiam exacerbati. Gell. Amarulentus librum maledicentiſsimum conſcripſit.

Ămārŭs, a, um. contrarium dulci. Verg. Et ſalices carpetis amaras. Translatè pro aſpero. Idem 11. Aen. Hoſtis amare quid increpitas? Cic. Att. Amariorem me fecit ſenectus.

Ămāſĭŭs, (ἐρώμενος.) m. uel Amaſia, (ἐρωμένη) f. qui uel quæ amat uel amatur: ſicut amans, cum eſt ſubſtantiuum.

Ămāſſo, pro amauero, ſcripſit Laber. & Plaut.

Ămātĭo, onis. f. t. amor uenereus. Plaut. Pœn. Acerba amatio eſt. Idem Merc. Cum tua hac amica, cum'que amationibus.

Ămātŏr, (ἐραστής) oris. m. t. in bonam & in malam partem accipitur. Cic. Att. Bibliothecam tuam caue cuiquam deſpondeas, quamuis acrem amatorem inueneris. In malam. Teren. Eun. Amatores audieram eſſe mulierum eos maximos. Amator, qui procliuis eſt ad amandum naturaliter. Amans ex cauſa amat: amator fingere poteſt.

Ămātōrcŭlŭs, li. m. ſ. dimin. (ἐρωτύλος) Plautus, Vix ægrè amatorculos inuenimus.

Ămātōrĭē, (ἐρωτικῶς) aduerb. ad ſimilitudinem amantis. Cic. 2. Phil. Erat enim amatoriè ſcripta epiſtola.

Ămātōrĭŭm, (φίλτρον) rij. n. ſ. ſubſt. genus quoddam ueneni, amorem uel inſaniam ingerētis.

Ămātōrĭŭs, ria, rium. (ἐρωτικός) quod ad amorē pertinet. Vnde carmina amatoria.

Ămaurōſes, (ἀμαυρώσεις) Latinè dicuntur oculorum obſcuritates, cum ſine ullo euidenti uitio lumen eripitur, ſicut hebetudo.

Ămbāctŭs, ti. m. ſ. circumactus, cirunductus, & lingua Gallica ſeruus appellatur. Cæſar libro 6. Eorum ut quiſque eſt genere copijſq; ampliſsimus, ita plurimos circum ſe ambactos, clienteis'que habet.

Ămbāgēs, gis. f. t. ſignificat uerborum circuitus. περιαγωγή. Verg. lib. 2. Georg. Non hic te carmine ficto, Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

Ămbāgĭōſŭs, ſa, ſum. quod abundat ambagib. περίπλοκος. Gell. Lubrica atq; ambagioſa cōiectatione nitentes inter falſa & uera.

Ămbarualĭs, lis. n. t. ſacrificiū, quòd arua ambiat uictima, quod fiebat de porca grauida. Componitur autem ex ambio & arualis, quod & ab aruis eſt. Verg. Ter'que nouas circum felix eat hoſtia fruges. Feſtus tamen ab ambo uidetur compoſitionem deducere, dicēs: Ambaruales hoſtiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus ſacrificabantur.

Ămbēgnĭ, à ueteribus bos & ueruex appellabātur, cum ad eorum utraq; latera agni in ſacrificium ducebantur.

Ămbēſŭs, a, um. o. ſ. (περιτραγής) uide in dictione Edo.

Ămbēſt, ab eſt, tertia perſona, quod ſignif. circūeſt, περίεστι, nullam aliā habet declinationē.

Ămbĭdentēs, ium. f. t. oues dictæ à ueteribus inueniuntur, quæ & bidentes.

Ămbĭdextēr, tri. m. ſ. dicitur qui ita læua manu utitur ſicut dextra. ἀμφιδέξιος, ἀμφοτεροδέξιος. Hic etiam Scæua dicitur à Latinis.

Ămbĭgo, gis. a. t. ex am & ago, propriè ſignificat circumago, circundo, περιάγω, ἀμφιβάλλω. Auguſt. Quibus muris ambigere? Vnde ambactus & ambages. Item dubitare, diſcordem eſſe, litigare. ἀμφισβητεῖν. Teren. Heaut. Simo & Crito uicini noſtri hic ambigunt de finib.

Ămbĭgŭē, aduerbium dubiè. ἀμφιβόλως. Cice. 4. Academ. Quid ambiguè dictum ſit.

Ămbĭgŭŭm, ui. n. ſ. dubium, quod in ambas agi partes animo poteſt. ἀμφίβολον. Cice. lib. 1. ad Heren. Ex ambiguo controuerſia naſcitur, cū ſcriptum duas ſentētias aut plureis ſignificat, hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ uxori 40 pondo uaſorum argenteorū dato, quæ uolet. poſt mortem eius pretioſa uaſa, & cælata magnificè petit mulier. Filius ſe quæ ipſe uellet in triginta pondo ei debere dicit. Conſtitutio eſt legitima ex ambiguo.

Ămbĭgŭĭtās, f. t. dicitur, cum de re aliqua ambigitur. Cic. Inuent. 1. Ambiguitate nominis uidentur errare.

Ămbĭo, bis. biui uel bij. bitum. ex am et eo, is. per mutationem e in i, & b interpoſita, act. q. ſignificat propriè undiq; cingo, circuo, concludo. περικυκλόω. περιβάλλω. Verg. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Quoniam uerò Romani, dum honores & magiſtratus quærerent, circuire ſingulos ſolebant, prenſare dextras, rogare'que ut ſe ſuffragijs adiuuarēt, factū

eſt ut ambire capiatur pro honores quærere, σπουδαρχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι, παραγγέλλειν, μνηστεύειν. Cic. 11. Phil. Quòd ſi comitia placet in ſenatu habere petamus, ambiamus. Interdum etiam ſignificat ſimpliciter deſyderare. μνηστεύειν. Auguſt. li. 8. Confeſſ. Quæſo te, omnibus iſtis laborib. noſtris quò ambimus peruenire? Pro blanditijs circumuenire. Verg. 4. Aen. Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu.

Ămbĭtĭo, onis. f. t. circuito, περίοδος. Ambroſ. Sinus in quo Chriſtus requieſcit, non ueſtimentorum ambitione componitur, ſed uirtutum operatione colligitur. Sumitur & pro rerũ magnarum, honorum & imperiorum ſcilicet cupiditate. Cic. 2. Tuſc. Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar?

Ămbĭtĭōſŭs, (φιλότιμος) m. ſ. qui immoderatè appetit honores, & miſericordiam fauorem'q; impartit. Quintil. li. 1. Non ſum ambitioſus in malis. Ouid. 3. de Pon. Sed tamen hoc factis ad» iungo, prioribus unum, Pro noſtris ut ſis am» bitioſa malis.

Ămbītŭs. ta. tum. partic. circũdatus. κυκλούμενος. Oui. Iuſsit & ambitæ circũdare littora terræ.

Ămbĭtŭs. tus. m. q. pen. cor. nomẽ, propriè circuitus. περίβολος. Lucan. lib. 1. Letaliſq; ambitus urbi. Dicitur & ambitus, locus inter uicinorum ædificia duorum pedum & ſemis, ad circumeundi facultatem relictus: ex quo honoris ambitus dici cœptus eſt. Sall. Legibus ambitus interrogati pœnas dederant. Eſt enim ambitus, crimẽ affectati honoris, (ὄχλων δεκασμὸς, παραγγελία.) Hinc latæ leges ad ambitum puniendum, qualis lex Calphurnia. Capitur interdum pro ſpecie quadam fauoris, & captatione miſericordiæ. Quintilianus, Si iuuenis innocentiſsimus, iudices, uti uellet ambitu triſtiſsimæ calamitatis. id eſt miſericordiam captare ex commemoratione malorum.

Ămbo, o. ſ. ex Græco ἄμφω uidetur deductum, & non dicitur niſi quando præceſſerint duæ dictiones: ut, Plato & Ariſtoteles ambo philoſophi. Terentius in prol. Andr. Qui utramuis rectè norit ambas nouerit. Vel cum hæc dictio Duo: ut, Vide duos homines, ambos mihi amicos. Vel cum de his loquimur quæ tantummodo ſunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus.

Ămbrĭcēs, pen cor. ſunt tegulæ, quæ tranſuerſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, ut inquit Feſtus, Vbi per aſſeres canterios etiam intelligimus. Imbrices uerò tegulæ, quibus incuruis domus tegitur.

Ămbrŏſĭă, æ. f. p. (ἀμβροσία) Latinè immortalitas dicitur, ab α priuatiua, & βροτὸς mortalis: uel quia mortales eam nõ comedunt, uel quia qui comederent efficerentur immortales. Sed m interponitur ad euphoniam. Fabulæ ferũt eſſe deorum cibum, nectar'q; potionẽ. Ex quo » illud Martialis, Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare uiuit.

Ămbrŏſĭŭs. a. um. o. ſ. pro immortali. Verg. Ambroſiæ'q; comæ.

Ămbūbāiæ ſunt (Porphyrione authore) mulieres uagæ ac uiles, quibus nomen ab ebrietate balbutientium uerborum uidetur eſſe inditũ. Nõnulli ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horat. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ.

Ămbŭlācrŭm, cri. n. ſ. eſt locus ubi commodè ambulari poteſt, ad ſatietatem propulſandam. περίπατος. Feſt. Ambulacra, ambulationes. Plin. Ambulacra meremur.

Ămbŭlātĭō, onis. f. t. ipſe actus eſt ambulandi. Cice. 5. de Fin. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Eſt & locus ad ambulandũ, & idem quod ambulacrum. Vitru. lib. 5. cap. 9. Circa theatra ſunt porticus & ambulationes. Ambulatiuncula dimin. Cic. ad Cæl.

Ămbŭlātŏr, oris. m. t. qui huc & illuc ambulat. περιπατητικός. Colum. Villicus ambulator eſſe non debet.

Ămbŭlo. las. n. p. ſignificat ire, gradi, incedere. Plinius lib. 10. cap. 65. Mures Aegyptij bipedes ambulant, ceu alpini. Aliquando ambulare eſt animi cauſſa ſe exercere. περιπατέω. Plautus, Abijt ambulatum: id eſt abijt ut ſe exerceat animi cauſſa. Dicitur & de alijs rebus: ut ambulare maria, Cic. 2. de Fin. Ambulant naues, Cato de re Ruſt. Ambulant aues, Plin. lib. 10. cap. 38. Hinc compoſita ſunt, Anteambulo, ante alios ambulo: à quo anteambulones, (προπέμποντες) dicti ſunt ſtipatores & ſatellites, qui honoris gratia aliquem comitando » principem ſolent præcedere. Martial. Sum comes

ines ipſe tuus,tumidiq; anteambulo regis. Deambulo,uide alibi. Inambulo,ſpatior. Et propriè inambulare eſt Peripateticorum, qui deambulantes diſputare conſueuerunt. Obambulo,aduerſus alios ambulo,& quaſi ambulanti me oppono, aſcendo. Perambulo, per aliquid,ſiue ad finem uſq; ambulo.

Ambūro,act.t.circumuro. περιφλέγω. Plaut. in Epi. Quaqua tangit,omne amburit.

Amecūm, & ameca, pro amico & amica antiqui dicebant. Laber. in lacu Auerno mulierē fuiſſe amecabundā ſcripſit, hoc eſt amantem.

Amellā, f. p. herba quæ naſcitur iuxta Mellam Galliæ fluuium, à quo nomen accepit. Amellus flos eius.

Amen, (ἀμὴν) dictio Hebræa, quam nos fideliter, ſecundum Aquilæ interpretationem dicere poſſumus. Ductum aduerb. ex nomine fidei. Secundū uero Septuaginta interpretes idem eſt ac ſi Fiat diceremus. Vnde Apoſtolus aſſerit, non poſſe aliquē reſpondere Amen, ad ea quæ dicta ſunt, niſi intellexerit prædicationē.

Amēns,entis. o. t. (ἄνους) qui è mente ſua diſceſſit: hoc eſt qui ſine conſilio animóq; eſt, quo ſapimus. Cic. 2. de Fin. An me tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? Hinc amentia, ἄνοια. Teren. And. Cur meam ſenectutem ſollicito huius amentia? Quidā dementem ab amente ita diſtinguunt, quòd demens ſit, qui non cogitat quid agat aut loquatur: amens, qui prorſus inſanit.

Amentūm,ti.n.ſ. (λῶρον, ὄχανον, ἅμμα) omne ligamen, ueluti lorum quo media haſta religatur, ut iaci longius poſſit. Silius libro 14. Haſta iuuatur amento. Hinc amentatas ſoleas, & amentata iacula dicuntur. Et amentare apud Lucanum pro iacere, aut circundare, aut amento munire.

Amēs,amitis, m.t. pertica aucupalis. Horat. in Epodo: Aut amite leui Parua tendit retia.

Amethyſtus, (ἀμέθυσος) f. ſ. gēma purpurea eſt, à colore uiolæ dicta, quaſi minime ebria, ab a priu. particula, & μέθυς, id eſt ebrietate, tanquam amethyſtinus color ſit ſobrius. Hinc Amethyſtinus. na. num. pe. cor. ut Amethyſtina ueſtis. Amethyſtos etiā genus uuæ, quoniā (ut ait Plin.) ſobria ſit, et temulentiā ſola nō facit.

Amitōr. oris. m.t. (ἀμήτωρ) qui caret matre.

Ametrīā. æ.f.p. immodeſtia, ab a & μετριότης.

Amīcā. cæ.f.p quā quis amat inhoneſtè. ἑταῖρα. Teren. And. Siue iſta uxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt.

Amīcē, aduerb. id eſt cum amore & beneuolentia. φιλοφρονικῶς, προσφιλῶς. Cic. in Lal. Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amicè.

Amīcinūm, ni.n.ſ. pen. prod. utris pediculus, ex quo uinum diffunditur.

Amīcio. cis. ciui. citum. uel amixi, amictum: unde amictus. act. q. Eſt autem amicire, ueſtire, ἀμπέχω, περιβάλλω. Horat. Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis. Huius compoſita ſunt, Examicio, & circumamicio. Amicibor uetuſtè. Plaut.

Amīcitiā, æ.f.p. (φιλία) ab amicus fit, quæ eſt ſtudiorū omnium uoluntatumq; cōſenſus. Cuius contrarium eſt inimicitia. Ennius, Amicitiam atq; inimicitiā in fronte promptam gero. Sed in frequentiore uſu inimicitiæ dicuntur.

Amīctōrium, rij.n.ſ. (ἀμπεχόνιον) ueſtimentum puellare candidum & ſubtiliſſimū ex lino. De quo Martialis, Mămoſam metuo, teneræ me trade puellæ, Vt poſſint niueo pectore lina frui.

Amīctus.a.um. particip. idem quod ueſtitus, ἀμφιεσμένος. Cic. 2. Philip. Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea.

Amīctus.us. m. q. ueſtis quæ ſuperponitur alijs ueſtibus, quaſi pallium. ἐφεστρὶς, ἀναβολὴ, ἐπίβλημα, ἀμπεχόν. Tibull. Fruſtra iam ueſtes, fruſtra mutantur amictus. Sunt qui amictum accipiant pro ueſte magis interiore.

Amīculum, li.n.ſ. genus ueſtimēti, à circuniectu dictum, ut Feſtus ſcribit. Cic. 2. de Diuin. Viſus eſt in ſomnis amicæ eſſe amictus amiculo. Inde amiculatus amiculo indutus.

Amīculus. li.m.ſ. dimin. ab amicus. Amicula, fœ. ab amica. Hor. in Epiſt. Diſce docendus adhuc quæ cenſet amiculus.

Amīcus, ci.m.ſ. (φίλος, φιλότης) ab amando dicitur, & honeſta in re eſt. Eſt enim qui amat, & indiſſolubili familiaritatis iure cōiunctus. Paulus Iureconſultus, Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Huius contrariū eſt inimicus. Amica, quando ad uirum re=

fertur, in inhoneſta re eſt, quaſi concubina, tu uero non amicus es, ſed amator eius: quoniã amator eſt, qui ad tempus & uenereè amat: & amor huiuſcemodi amatio dicitur. Plautus, Nimis penè inepta atque odioſa eius amatio eſt. Terent. Here putaui hunc Pamphilum amicum amatorem uirum. Don. Amicus animi eſt, amator corporis: amator ad tempus, amicus in perpetuum.

Ămīcŭs.a.um.o.ſ. ſi iungitur cum re inanimata, ſignificat utile ſiue gratum, ut Amicus prætis humor, Amica frugibus æſtas, Amicũ plantis ſidus. Cæſar 2. Bel.ciu. Quas Cæſar eſſe amicas ciuitates arbitrabatur. Hinc fit comparat. amicior, (προσφιλέστερος) non amicitior: ſuperlatiuum amiciſſimus, (φίλτατος.) Item amicè, amicius, amiciſſimè. Sic inimicus, inimicior, inimiciſſimus.

Ămĭtă, tæ.f.p. patris mei ſoror. πατραδέλφη. quia ſimiliter à me tertia ſit, atq; auia uideri poſſit. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amita: ſicut & maior auunculus. Liuius: Adoleſcens inde ad Ebutiam ſe amitam contulit.

Ămĭtīnī.orum.m.ſ.pen.prod. dicuntur qui ex ſorore & fratre propagantur. (ἀνεψιοί.)

Ămĭtto, tis. act.t. dimitto, ſeu abire permitto. ἀποπέμπω. Plaut. Cap. Te & hunc amittam hinc, alio pacto abire non potes. Terent. Heaut. Et prius pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium? Ouid. de Ponto, Nec nocet amiſſo ſubdere calcar equo: id eſt, laxis habenis abire permiſſo. Item amittere ſignificat perdere. ἀποβάλλω. Sall. Iampridem equidem nos uera rerũ uocabula amiſimus. Item adimere. Plau. Aſin. Cur ergo minitaris te tibi uitã eſſe amiſſurũ?

Āmmōnĭăcŭm, planta ferulacea. Plinius libro 12. capite 23.

Āmmŏnitrŭm.tri.n.ſ. maſſa uitri albi, Plinius libro 36. cap. 26.

Āmmŏs, mi.f.ſ. (ἄμμος) arena uocatur. Vnde & frequens illud apud eos prouerbium, de ijs qui fruſtra laborant, ἄμμον μετρεῖν: id eſt arenam menſurare.

Āmnēnsēs.ium.f.t. (παραποτάμιοι) urbes prope amneis ſitæ: ut à mari, maritimæ.

Āmnēſtĭă. (ἀμνηστία.) f.p. Latinè præteritorum obliuio dicitur in perpetuum, ab ἀμνηστέω; id eſt obliuiſcor.

Āmnĭcŭs.a.um: ſignificat fluuiale, ποτάμιος. ut ſtipes amnica, apud Apuleium. Plin. lib. 3. cap. 25. Amnicarum maxima.

Āmnĭs, is.m.t. fluuius, (ποταμός.) ab am, circũ: & natare, fluere: quoniam flexuoſo meatu labitur, uel ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideóq; cornuta pinguntur.

Āmŏdŏ, aduerb. ſign. poſthac, ab hoc tempore. ἀπὸ τοῦτο. Apuleius: Nemo me amodo tam mane egredientem ſolum uidebit.

Ămœ̄bæ̆ŭs, ei.m.ſ. (ἀμοιβαῖος) in penult. cum æ, & in antepenul. cum œ, diphthongo, genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero uerſuum: & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut maius aut cõtrarium aliquid dicat, ut eſt apud Verg. in Bucol. Vis ergo inter nos quid poſſit uterq; uiciſſim Experiamur? Quoniam ἀμείβομαι, eſt ad inuicem reſpondeo, retribuo, & migro, & plura ſignificat, inde ἀμοιβαῖος mutuus, uiciſſitudinarius.

Ămœ̄nŏ.nas. act.p. delectatione afficio. εὐφραίνω. Cyprianus ad Donatum: Proſpectu oculos amœnamus.

Ămœ̄nŭm, cum œ dipht.n.ſ. locus uoluptatis. καλόν. Componitur ab α, id eſt ſine, & munus: quòd ſit res grata, ſed ſine fructu. Vel (ut inquit Seru.) à mœnio, munio, uel fructum capio. Vnde qui nihil præſtant, immunes uocantur. Feſtus, Amœna loca dicuntur, quæ ad ſe amanda alliciunt. Verg. 6. Aen. Et amœna uireta. Hinc amœnitas & amœnitudo.

Āmōlĭŏr. liris. ex a & molior. d.q. quod eſt à mole, ſignificat amoueo, ἀπωθέω, ἀποσκευάζω, ἀποτρέπομαι: & proprie de his dicitur quæ cũ magna difficultate ſubmouẽtur. Terẽ. in And. pro recedo poſuit: Proinde hinc uos amolimini.

Ămōmŭm, (ἄμωμον) mi.n.ſ. arbor eſt, (ut Plin. lib. 12. ſcribit) forma è uite labruſca, frutice uenoſo, palmi altitudine, herbæ folijs, ſimilis bryoniæ. & triplex eſt, Armenicum, Medicum, & Ponticum.

Ămŏr. oris.m.t. eſt quod Græce ἔρως dicitur: & plus eſt quàm beneuolentia, licet plerunq; pro eodem accipiuntur. Ex amore enim naſcitur beneuolentia, ſicut oſtendit Cicero. Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Differt autem amor à charitate, quòd amor ſit genus, charitas

charitas ſpecies. Ille ad omneis pertinet, hæc ad homines tantũ. Eſt autem amor (ut inquit Auguſt.lib. de Amic.) animæ rationalis affectus, per quẽ ipſa aliquid cum deſyderio quærit & appetit ad fruendum. Amor (inquit Plau.) melle & felle fœcundiſsimus eſt. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdum minime conueniens animæ ſoſpiti uitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humilimas pertrahit. Amor ſingulari numero plerunq; honeſtus eſt, ut amor fraternus, amor patris in filium. Cicero, Incenſus ſum amore incredibilium uirtutum tuarum. Amores uerò plerunq; laſciui ſunt, (τὰ παιδικὰ:) Hieron. de Salomone loquẽs, Amoribus, inquit, fœminarũ infatuatur. Amor item pro Cupidine (quem ueteres Deum amoris eſſe putauerunt) accipi ſolet. Propertius, Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit Amorem.

Ămōrphŭs. phi. c. ſ. Latinè dicitur informis, ſine forma, ἄμορφος.

Ămōuĕo. ues. act. ſ. id eſt de alio moueo, ſiue remoueo. ἀποκινεῖν. Plaut. in Amphit. per transl. dixit, Amoui à foribus maximam moleſtiam: id eſt abegi, ſiue abire cõpuli. Hoc item modo Teren. in Adelph. uſus eſt, Ego hũc amouebo.

Amotio, f. t. ab amoueo, ut amotio doloris. Cice. 2. Finib. Augendæ uoluptatis finis eſt, doloris omnis amotio.

Āmpĕlŏmĕlænă, æ. f. p. (ἀμπελομέλαινα) uitis nigra, quam alij Bryoniam, alij Chirrhanam, alij Cynechantem, aut Aproniam uocant.

Āmpĕlŏs. li. f. ſ. Græcis ſignificat uitẽ uel uineã.

Āmphĭbĭă uocant Græci animalia quæ in aqua & in terra poſſunt uiuere. Varro 4. de ling. Lat. Cicero ancipites beſtias uocat, de natu. Deor. 1. Colum. Venio nũc ad aueis quas Græci uocãt ἀμφίβια, ab ἀμφὶ, utrinq; & βίος uita.

Āmphĭbŏlĭă. æ. f. p. (ἀμφιβολία) ambiguitas.

Āmphĭlŏgĭă æ. f. p. (ἀμφιλογία) dubium dictũ, ſermo dubiam ſententiam indicãs, figura quæ fit uitio compoſitionis, cum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modo fit per accuſatiuum: ut, Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Modo per uerbum commune: ut cum dicimus, Cato iniuſtè criminatur. incertum eſt enim an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. Modo per participium: ut, Vidi ſtatuam æream haſtam tenentem. Modo per homonyma, ut ſi quis dicat aciem, nec exprimat oculi, uel gladij, uel exercitus. Poteſt etiam fieri alijs modis.

Āmphĭbŏlŭm. li. n. ſ. (ἀμφίβολον) ambiguum dicitur, quaſi utrinq; percutiẽs, ita βάπτω Theodorus Gaza in quibuſdam locis Homeri.

Āmphĭbrăchŭs. chi. m. ſ. (ἀμφίβραχυς) pes eſt ex prima & ultima breuibus, media producta: ſic dictus, quòd in utraq; parte breuem habeat. βραχὺς enim breuis dicitur, ut Cŭpĭdŏ.

Āmphĭcȳrtŏs, dicitur Luna, utrinq; gibbis prominentibus, cum Solis triquetro circulo ſemiambitur. (dicitur.

Āmphĭlŏgŏs, (ἀμφίλογος) ſimiliter ſermo dubius

Āmphĭmacrŭs, & Amphimacer, cri. m. ſ. pes ex tribus ſyllabis cõſtans, prima & ultima longis, media correpta, ut pāllĭdī. Eſt contrarius amphibracho.

Āmphĭmāllă, orum. n. ſ. (ἀμφίμαλλα) quòd utraque parte ſui uilloſa. Sicut amphitapetes, (ἀμφιτάπητες) erant tunicæ gauſapinæ, ex utraq; parte pilos habentes, quæ & Gauſapia dicebãtur. Plin. lib. 8. cap. 48.

Āmphĭmāſchălă, orum. n. ſ. (ἀμφιμάσχαλα) ab axillis dicta ſunt, & ingenuis dicata, ſicut heteromaſchala ſeruitijs, author Iulius Pollux. Nam ex altera tantum parte uilloſum, Heteromallon uocabant, & Malloten.

Āmphēmĕrĭnŏn. ni. n. ſ. febris eſt quotidiana, & ex humoribus corruptis, præſertim pituita coaleſcit.

Āmphĭsbænă, æ. f. p. ſerpens eſt, geminum caput habens, ad caput & caudam, capite intrinſecus nitibundo ſerpit tractibus orbiculatis, à circum deſcendendo ſic dicta. Luca. Et grauis in geminum ſurgens caput Amphiſbæna.

Amphitanæ. f. p. gemmæ ſunt marginibus auro rutilantibus. Vide Plinium lib. 17. cap. 10.

Āmphĭtăpæ, f. p. ueſtes utrinq; uillos habentes. Varro, Dormire ſub amphitapa bene molli.

Āmphĭthĕātrŭm. tri. n. ſ. (ἀμφιθέατρον) dici poteſt undiq; ſpectaculum, quòd ex duobus theatris ſit factum, nam duo theatra ſunt. Theatrũ enim hemycli formam habet.

Āmphŏră, genus ueſis uinarij duas anſas habens: ſic dicta quòd ex utroq; latere capta feratur.

Ămphŏrārĭŭs,rĳ.m.ſ.(ἀμφορηφόρος)qui mercedis gratia amphoram portat.

Ămphŏtĕrŏdĕxĭŏs,ĳ.m.ſ.(ἀμφοτερόδεξιος) id eſt ambidexter.

Amplant,pro amplificant ex Nonio.

Ămplē,amplius, ampliſsime aduerbium ab amplus.Cic.2.de Fin.Ne hæc quidē ſatis ample.

Ămplēctŏr.eris. amplexus. c.t. à quo amplexor. aris.frequent.quod à Priſciano inter communia numeratur.Eſt autem amplecti circumnectere. περιπλέκομαι,περιβάλλω.Plaut.Rud Amplectimur tibi genua egentes opum. Ponitur & pro ualde amare. eos enim amplecti ſolemus,quos ſingulariter amamus.Ci. Fam.5.Libenter amplector talem animum. Hinc amplexus.us.ui.nomen.

Āmplio. plias. & amplifico.cas.act. p. amplum facio,dilato,protraho,multiplico,augeo.πλατύνω, ἐκτραγῳδέω. ut ampliare ætatis ſpaciū, ampliare uires.Cic.Pro Domo ſua,À populo ſemper ſum defenſus, amplificatus & ornatus. Pertinet etiam hæc uox ad iudicia. Cic. ad Heren.4.Nam quid fuit iudices,quare iſtū hominem nefarium ampliaueritis? Hinc ampliatio naſcebatur,quæ appellata ab eo uidetur,quaſi amplius dicēdi pronunciatio. Quia qui ampliabatur interpoſita dilatione, rurſus ad agendam cauſſam redibat.De hac ampliatione intelligit Cic.3.Verr.cum ait,Etſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti ſibi turpe exiſtiment non primò iudicare.

Amplificare,act.p.amplum facere, ualde augere,& quaſi dilatare.Cic.multis in locis.

Āmplĭtūdo,inis.f.t. Cic. lib.2. Artis uet.ſcribit, eſt potentiæ aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum,magna abundātia.τὸ πληρωματικόν. Idem ad Lent. Tuæ ſapientiæ eſt omnem amplitudinem in uirtute poſitam exiſtimare.

Āmplĭuăgŭs.a.um.o.ſ. quod in amplū uagatur. Ci.4. ad Herē. Ampliuagas imagines reddūt.

Āmplĭŭs,aduerb.ſignificat plus. πλέον, πρός. Et quādoq; iungitur ablatiuo.Cæſar Com.7. Ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Quandoque accuſatiuo.Ver.Noctem non amplius unā Falle dolo. Quandoq; nominatiuo.Cæſar.Com.5. Amplius octingentæ quæ uno erant tempore, à littore diſceſſerant.

Āmplŭm,pli.n.ſ. dicitur magnum,ſpacioſum, quod late patet & per multa diffunditur:quaſi omni ex parte plus magnum dicitur, quod in cumulum ſui & magnitudinem creſcit.πλατύ,τέλειον.Cæſar.4.bell.Gall. Quorū fuit ciuitas ampla atq; florens.

Āmplūſtrē,& ampluſtra,uel ampluſtria,n.ſ.nauium ornamenta. Feſtus, Nauium ornamenta, quæ quia amplius quàm neceſſaria eſſent, etiam ampluſtria dicebantur.Iuuen.Saty.10. Victæq; triremis Ampluſtræ. Sic apluſtra,uel apluſtria,ſine m,& prima ad placitum.Cic.in Arato, Fulgent argoæ ſtellis apluſtria puppis.Silius lib.10. Et tranſtra & mali, laceroq; apluſtria bello.

Āmprōn.onis.m.t.(ἄμπρον) Latinè funiculus, qui per iuga iumentorum tenditur, aut quo trahi ferri ue ſolent à iumentis onera. Verbum autem ἀμπρεύειν, propriè ſignificat iter curru facere. Per abuſionem uerò trāſlatum eſt ad ueterina iumentaq;.

Āmpūllă,per duplex ll.f. p.uas uitreum, aut ex alia materia, uentre amplo, & quaſi inflato: cuius olim fuit uſus tum in balneis ad oleum, tum in menſa ad aquam uel potionem: item ad res alias.λήκυθος,πομφόλυξ.Per transl. dixit Horat. Proijcit ampullas & ſeſquipedalia uerba. pro eo quod eſt uerba turgentia & inflata abijcit.

Āmpūllŏr.laris. ab ampulla, pro ſuperbio. d.p. Sueton.in Domit.Et ampullatur in arte.

Āmpūllācĕă,f.p.pyri genus.

Āmpŭto.tas.circumputo,ſeu aufero. ἀποκόπτω, περιαιρέομαι,ἀπαρράσσω. Cice. 5. de Fin. Quæ ſit ſcientia atq; ars agricolarum,quæ circuncidat,amputet,erigat, extollat, adminiculetur. Hinc fit aliud compoſitum, quod eſt peramputo, & ſignificat perfectè ſeu totum incido. Colum.lib.8.Vulnus ita inſanabile facit,ut totum peramputandum ſit.

Āmsānctŭs,cti.m.ſ.Seru. omni ex parte ſanctus interpretatur,apud Vergil.7. Aeneidos.Amſancti ualles,denſis hunc frondibus atrum.

Amſagetes, m. t.dicūtur quorū ager uiā tangit.

Āmūlă.f. p. genus uaſculi ad aquam geſtandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia geſtatur: dictum quaſi amola, ab amoliendis periculis. περιρραντήριον. Huius diminutiuum amulula.

Āmūlē-

Ămŭlētŭm.ti.n.ſ. ἀποτρόπαιον. omne genus remedij aduerſus cuncta mala medicamenta, & præſertim contra ueneficia putatur ualentiſſimum: à moliendo, non ab amula uaſe dictum. ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα. Plin. Infantibus alligatur ſuccinum amuleti ratione formam uaſculi habens.

Ămurcă, (ἀμόργη) ſordes olei quæ præcedunt. nam quæ ſequuntur feces uocantur. Vergil. Georg. 1. Et nigra perfundere amurca. Hinc examurcatus, quod eſt ſordibus purgatus.

Ămŭſſis, per duplex ſſ. fabrorum & lapicidarũ regula, qua ad dirigenda ligna ſaxáq; utuntur. κανὼν. Sed late pro omni ordine ponitur. Unde amuſſim aduerbium, & ab eo compoſita adamuſſim: ut Iudicium adamuſſim factũ, apud Gellium: & examuſſim, id eſt recte, caſtigate, regulariter. Plaut. Amphit. Si uera hæc loquitur examuſſim, eſt optima. Hinc emuſſitata dicuntur, quæ ad amuſſim facta ſunt.

Amuſium, ſij. n.ſ. uentis excogitatum organum, ut ait Cælius. Vitruuius lib. 1. cap. 6. Locus ita expoliatur ad regulã & libellam, ut amuſium non deſideretur.

Ămūſŭs, ſi. m.ſ. (ἄμουσος) inelegans, & indoctus: hoc eſt à muſis alienus. Vitru. lib. 1. cap. 1. Nec muſicus, ut Ariſtoxenus, ſed non amuſos.

Ămy̆gdălă. læ. f.p. (ἀμυγδάλη) nux Græca, quæ & Taſia dicitur. Amygdalum (ἀμύγδαλον) etiam neutro gen. dicitur pro fructu. Pallad. Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta, ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas.

Ămy̆gdălŭs, li. f.ſ. (ἀμυγδαλῆ) pro arbore. Col. lib. 5. Amygdalus ſi parum ferax erit, per arborem foratam lapidem adigito. Hinc amygdalinus. a. um. pen. cor. Serenus, Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

Ămy̆gdălītēs, (ἀμυγδαλίτης) herba ex genere tithymalli, à ſimilitudine amygdali, nec ullius latiora ſunt folia. Plin. lib. 26. cap. 8.

Ămy̆lŭm, li. n.ſ. (ἄμυλον) pe. cor. Latinè ſine mola factũ, uulgò amylmel dicitur. Nam α priu. particula eſt, μύλος mola, quaſi ſine mola. Fit ex triticeo lacte expreſſo, cum triticum per aliquot dies in aqua liquefactum eſt. Vide Catonem de re ruſt. cap. 86.

Amyris. f.t. genus arboris eſt, ut inquit Hieron. quod Latini putantes myrrham dictum, unguenta interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolum ad nos peruenire potuit, quòd odorem ſolum habeat ſuauem, nullum tamen afferat fructum.

Ămy̆ſtĭs. idis. f.t. (ἄμυστις) ut aiunt, potio quædã eſt apud Thracas. Alij uolunt eſſe ſpeciem poculi, eò quòd neceſſe ſit uno ductu potionem haurire. Hor. 1. Carm. Baſſum Threicia uincat amyſtide. Hinc ἀμυστίζειν, ſignificat ingurgitare, bibere affatim, & ſine reſpiratione.

A ANTE N.

Ăn, (ἆ μὴ) aduerb. interrogandi, & pro nunquid ponitur. Cice. An uerò Romulus ille aut paſtores aut conuenas congregaſſe uidetur? Sed aliquando tranſit in uim coniunctionis ἆ, cum ſermo dubitatiuus eſt, & tunc ferè ſubiunctiuo iungitur: ut, neſcio an pater uiuat.

Ana, æ. f.p. animal eſt orientis, fortiſſimis dentibus, acutis & longis unguibus, diligens multum ea quæ ſunt ſui generis, & gregatim uadens, quæ ſunt alterius ſibi non permittens cõiungi. Plinius non habet.

Ănăbăſĭs, f.t. herba quæ equiſetum Latinè dicitur, à Græcis hippuris. Plin. lib. 16. cap. 13.

Ănăbathră, n.ſ. (ἀνάβαθρα) ſcalæ, pulpita, gradus ſuperiores ſcanſiles, aut inſtrumenta ſcabellorum, aut ſubſellia: ab ἀναβαίνω: id eſt ſurſum aſcendo. Iuuen. Et quæ conducto pendẽt anabathra tigillo.

Ănăbŏlăgĭŭm, gij. n.ſ. (ἀναβολάγιον) uel anaboladium, (ἀναβολάδιον) Græco uocabulo dicitur, eò quòd de inferioribus ad ſuperiora eleuetur, pectoriq; iungatur. Unde & pro amictorio ponitur, quo humeri operiuntur, quod ſindonem uocant. ab ἀναβάλλομαι, ueſte amicior.

Anabula, læ. f.p. animal, ut ſcribit Plin. Aethiopicũ, capite cameli, collo equi, cruribus bouis prætendens ſimilitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immixtam. Eſt & miri decoris, longo collo, & altis anterioribus & poſterioribus cruribus.

Ănăcĕphălæōſĭs. (ἀνακεφαλαίωσις) f. t. breuis recapitulatio in qua repetitio rerum ſummatim fit. à quibuſdam Latinorum dicitur enumeratio, & memoriam iudicis reficit, totamq;

totamq; ſimul cauſam ponit ante oculos iudicis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Ănăchōrēſis, eremus, ſeceſſus. ἀναχώρησις. f. t. unde monachi anachoritæ, id eſt ſeceſſores dicti ſunt, eo quod procul ab hominibus ſeceſſerint. Caſsian. in Col.

Ănaclintēriūm, rij. n. ſ. (ἀνακλιντήριον) lectulus, uulgò mataracius, ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanica: & apud lamprid. in Heliog. accubita: ab alijs ſtibadia dicuntur.

Ănăcŏlūthŏn. (ἀνακόλουθον) n. ſ. Latinè inconſequens, figura eſt cum non redditur quod ſuperioribus reſpondeat. Verg. 2. Aen. Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis. ubi Seru. Anacoluthon eſt: nam dicit quot, cum non præmiſerit, tot.

Ănădĭplōſĭs, (ἀναδίπλωσις) pen. prod. f. t. dici poteſt reduplicatio. Eſt enim congeminatio dictionis in ultima parte præcedentis uerſus, & prima ſequentis. Vergilius, Sit Tityrus Orpheus, Orpheus in ſyluis, &c.

Ănaglȳphă, (ἀνάγλυφα.) n. ſ. nomen habent ab aſperitate ut triglypha, celaturis inæqualibus eminentibusq; : ob id quia non ſunt leuia, ſed aſpera, & plebeia uoce releuia dicuntur. ἀνὰ enim ſuper, γλύφω ſculpo.

Ănaglyptēs, (ἀναγλύπτης) ſculptor. Mart. Et mēſis anaglypta de paternis. Hinc anaglypticus. Sidonius, Anaglyptico metallo dixit.

Ănaglyptĭcē, (ἀναγλυπτική.) ars ſculpendi.

Ănagnōſtēs, (ἀναγνώστης) m. p. Latinè lector dicitur. Nam ἀναγινώσκω lego, ἀνάγνωσις recognitio, lectio. Cic. Att. Anagnoſtes noſter Soſiſtheus deceſſerat.

Ănāgōgē. ges. f. p. (ἀναγωγή.) Latinè receſſus dicitur, ſubtilis ſiue excelſa, aut ſuperior intelligentia: ab ἀνὰ καὶ ἄγω.

Ănălēctă, (ἀνάλεκτα) n. ſ. purgamenta cœnarū & quiſquiliæ ciborum, quas ſub menſa cadentes, ut aſportare poſsint ſcoparij, uerrentes pauimentum colligunt. Mart. In precio ſcopas teſtatur palma fuiſſe, Ocia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Analeſia, f. p. dicta eſt eò quòd ſanas parteis capitis ſenſu priuet. Fit uel naſcitur ex negligentia ſtomachi, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido, uel nimium cogitando, bibendo, uel ex indigeſtione ciborum. Nuſquam ita ſcriptum reperias, anæſtheſia legendum conijcio.

Ănălŏgĭă, (ἀναλογία) accentu in pen. f. p. proprietas, proportio, ſiue cōuenientia, ſimilitudo, et ſimiliū ſimilis declinatio. Hæc eſt eius uis, ut id quod dubiū eſt, ad aliquid ſimile de quo nō quæritur referat, ut incerta certis probet: ut ſi quæratur, funis maſculini an fœmini generis ſit, ex eius diminutiuo cognoſcitur, quia funiculus generis maſculini eſt. Ci. & Quintil. li. 1.

Ănălŏgŏs, (ἀνάλογος) Latinè proportionalis, ſimilis.

Ănălȳtĭcă. corum. n. ſ. (ἀναλυτικά) reſolutoria. Vnde Ariſtoteles librum priorum, & librum poſteriorum, in quibus reſoluuntur argumenta, Analytica uocauit.

Ănāmnēſis, (ἀνάμνησις) Latinè commemoratio dicitur.

Ănāncæōn, (ἀναγκαῖον) n. ſ. neceſſarium Latinè dicitur: figura cum uolumus oſtendere neceſſitudinē aut naturæ, aut temporis, aut alicuius perſonæ: quale eſt illud Democharis, Nihil ualebat aſsidua pro fratre ac miſericors deprecatio cum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ neceſsitudinē extinguebat.

Ănăpæſtŭs. (ἀνάπαιστος) m. ſ. pes ex duabus ſyllabis breuibus, & tertia longa. Componitur ex ἀνὰ re, & παίω ferio, eò quòd repercutiat dactylum ſono reciproco, à Græcis ἀντιδάκτυλος, quaſi dactylo contrarius. Cice. lib. 2. Tuſc. Non adhibetur Spartis ulla ſine anapæſtis pedibus exhortatio.

Ănăphŏră, (ἀναφορά) ſeu Epanaphora, ἐπαναφορά, f. p. figura quam nos relationem ſeu repetitionem dicere poſſumus, quæ fit quoties per ſingula membra eadem pars orationis repetitur hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronunciabat. Vergil. Nate meæ uires, mea magna potētia ſolus, Nate patris ſummi, qui tela Typhoëa temnis. Anaphoræ etiam ſcanſiones ſeu aſcenſiones ſignorū uocantur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ: quia nō æquales ubiq; aſcenſiones ſunt, ex inclinatione cæli uaria nūc maiores, nunc minores. Firmicus, Sed iſtis tandiu uitijs laborabit, quo ad ſigni eius fuerit anaphora cōpleta.

Ănăpŏlŏgētŏs, (ἀναπολόγητος) Latinè inexcuſabilis.

Anarchus, (ἄναρχος) m.ſ. ſine principe, uel principio. Ambr. lib. Hexam. Dedit ergo principiũ mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatẽ, ne anarchon: id eſt principio carẽtẽ crederemus.

Ănăs, anatis. f. t. auis à natando dicta. Græcè » νῆττα, uulgò eyn ent. Mart. Tota tibi ponatur » anas, ſed pectore tantum, Et ceruice ſapit, cætera redde coquo. Huius dimin. eſt anaticula, anaticulus. Hinc anatinus. na. num. pen. prod. Plaut. Rud. Vtinã fortuna anatina nũc uterer, ut cum exiſſem ex aqua, arerẽ tamen.

Ănăſtrŏphē, (ἀναστροφὴ) f. p. inuerſio uel reuerſio dicitur. Eſt enim duorum uerborum ordo præpoſterus, ut Italiam contra, pro contra Italiam. Diomedes.

Ănătŏciſmŭs, (ἀνατοκισμὸς) m. ſ. eſt uſuræ anniuerſaria reuolutio, & quas uſuras uſurarum uocãt. Cic. Att. Cũ anatociſmo anniuerſario.

Anatorius. rij. m. ſ. (νηττοφύλαξ) qui anates cuſtodit, paſcit'ue.

Ănătārĭŭs. a. um. quod ex anate eſt, ut anatariæ plumæ. Siue anatariũ, quod ad anates pertinet, ut Anataria aquila, quæ anates uenatur.

Ănăthĕmă. atis. (ἀνάθημα) n. t. ſeiunctio quædã dicitur, & alienatio, ut eſt apud Apoſtolũ ad Rom. Optabã ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Hieron. ſcribit uocem eſſe Hebræam, qua extremam deteſtationem ſignificare ſoleat. Rurſus anathemata ea dicuntur dona, quæ dicata dijs ſuſpenduntur in parietibus & columnis templi: ab ἀνατιθέναι, hoc eſt à ſeponendo, ſiue ſuſpendendo.

Ănăthĕmătizo. zas. act. p. deuoueo, deteſtor.

Ănătŏmĭă, (ἀνατομία) uel anatome, (ἀνατομὴ) f. p. diſſectio uel confectio. Inde anatomia fieri dicitur, cũ humanũ corpus diſſecatur, ut uenæ, nerui, & cætera à medicis cõſpici poſsint.

Ancăſă. n. ſ. dicta ſunt ab antiquis uaſa quæ cælata uocamus, quòd circũcædendo talia fiant: ipſumq́ cælare uerbum inde dictum eſt, ſ cum l permutata.

Ancipr. o. s. à caput compoſitum, genitiuum ancipitis facit ſicut biceps. pitis. Eſt autem anceps, quaſi dubij capitis. ἀμφίσομος. Lucil. Nimo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdum anceps dicitur, quod ex utraque parte acutum eſt. δίστομος. Idem: Vecte atq; ancipiti ferro effringam cardines. Et anceps animus, ταλαντευομένη γνώμη. Interdum poni » tur pro ambiguo, ἀμφίβολος, ἐπαμφοτερίζων. Vergil. Anceps pugna diu. Et, Res ancipites (ἐνδεχόμενα) ſunt, quas neoterici contingentes uocant.

Anchites, m. p. lapis eſt ſic dictus, quòd uanos metus à mente depellit.

Ănchŏră, (ἄγκυρα) pen. cor. ἀπὸ τῆς ἀγκύλης: quod eſt curuũ & ῥέω fluo: dens ferreus, quaſi anca, curua manus dicta, quòd per hominis manus ſcopulos comprehendat. Cic. 7. Verr. Vela fieri, præcidi anchoras imperauit.

Ănchŏrārĭŭs, m. ſ. qui curam anchoræ habet, ut eam uel demittat uel eleuet. & Anchorarius. a. um. quod ad anchoram pertinet, ut funes anchorarij. Hircius: Storeas autem ex funibus anchorarijs tres fecerunt.

Ăncȳlĕ, (ἀγκύλη) per ſimplex l. n. t. ſcutũ breue, nõ rotundum, ſed ita ex utroq; latere erat reciſum, ut nullus angulus uideri poſſet, & ſummum infimumq́ eius latus medio pateret. Dictum ab am & cæſum, quaſi anciſum: uel ab ἀγκὼν, quod eſt cubitus: uel ab ἄκη remediũ, quoniam peſtilentiæ remedium fuit. De hoc » Ouid. lib. 3. Faſt. Atq; ancyle uocant quod ab » omni parte reciſum eſt, Quaq; oculis ſpe» ctes angulus omnis abeſt. De hoc etiam Liuĩ. » lib. 1. Hor. li. 3. Carm. hoc Ancyliũ, declinauit, Ancyliorum nominis & togæ. Iuuenalis uerò » adiectiuũ poſuit cum dixit, Clypeis ancylib.

Ăncillæ, (δοῦλαι) f. p. dictæ ſunt ab Anco Martia, quòd is bello magnum fœminarum numerum ceperit. Siue quòd antiqui anculare dicebant miniſtrare. Ex quo dij quoq; ac deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi & Anculæ. Plin. lib. 2. cap. 63. Terra mortalium ſemper ancilla.

Ăncillŭlă, (θεραπαινίδιον) diminut. ab ancilla.

Ăncillŏr. laris. d. p. (δουλεύω) miniſtro, uel dedico. me ad miniſtrandum ac ſeruiendum more ancillarum, quæ ſuis miniſtrant ac ſeruiunt heris. Cic. in Salluſt. Non enim uni priuatim ancillatus ſum, ſed quantum quiſq; Reipublicæ ſtuduit, tantum mihi fuit aut amicus aut aduerſarius.

Ănclăbră, uaſa ſunt quibus ſacerdotes utebantur,

tur. Feſtus inquit, Anclabris eſt menſa miniſterijs apta diuinis: uaſa quoq; in ea, quibus ſacerdotes utuntur, anclabria appellantur.

Ānclārĕ, ſeu Antlare (ἀντλᾶν) ſeu Exantlare, ſignificat exhaurire. Liu. Florem antlabant Liberi ex carcheſijs: cum uinum ſignificare uellet ex poculis hauriri.

Āncōnă, ſeu Āncōn, (ἀγκὼν) more Græco, cubitus uel curuus dicitur. Et Ancones non ſolum in hominibus, ſed in parietibus & promontorijs conflexa in cubitos, aut confracta in humeros dicuntur, ut author eſt Vitruuius. Nā de humeris Papinianus, Conſedit uirideisq; humeros. Sunt & in montibus articuli. Plin. in calce operis.

Āncōnĭci, ſunt qui uulgò ἀγκῶνες appellantur, ſicut ſunt in columnis cellarum uinariarū, quibus incumbunt ligna quæ cupas ferunt. Ducta eſt autem ſimilitudo uerbi à cubitis ubi flectuntur manus, quibus incumbunt recumbentes, qui Græcè ἀγκῶνες uocantur.

Āncŭs, (ἄγκος) m.ſ. qui aduncum brachium habet, & exporrigi non poteſt, ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος: id eſt à cubito incuruo.

Ānchūsă, ἄγχουσα) f.p. herba, cuius radix in uſu eſt, digitali craſsitudine, ſcinditur papyri modo, manusq; inficit ſanguineo colore, præparat lanas precioſis coloribus, uarijs ægritudinibus prodeſt, inprimisq; lepræ & lentigini, ſi liniatur.

Ār...:ăchnē, (ἀνδράχνη) herba eſt, quæ portulaca dicitur.

Āndrāgo, (ἀνδρικὴ) pen. prod. f.t. mulier animū uirilem habens, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἄγαν. uirago.

Āndrŏdămās, (ἀνδροδάμας) m.t. lapis eſt, qui & Argyrodamas & Pyrites dicitur, argenti nitorem habens ut adamas: ita uocatus quòd impetus hominum & iracundiam domet, ἀπὸ τοῦ ἄνδρας δαμάζειν: id eſt à domandis uiris. Plin. lib. 36. cap. 20.

Āndrŏgy̆nŏs, (ἀνδρόγυνος) m.ſ. pen. cor. qui uir eſt & fœmina. Hermaphroditus, ab ἀνὴρ & γυνὴ dicitur. Cice. 1. de Diuin. Quid ortus Androgyni? non ne fatale quoddā monſtrū fuit?

Āndrōn, (ἀνδρὼν) ſpatium inter duos parietes, in quod pluuia deſcendit. Plin. in Epiſt. Interiacens andron parietem cubiculi hortiq; diſtinguit. Quidam accipiunt pro loco in domo anguſtiori, in quo uiri plurimum uerſantur, ut γυναικῶον, in quo mulieres. Dicebatur huiuſmodi locus & Andria quoq; & Andronitis, quòd in eo uiri ſine interpellationibus mulierum uerſarentur. Vitru. lib. 6.

Ānēllŭs, m.ſ. dimin. ab anulo. μικρὸς δακτύλιος. Horat. in Serm. Sæpe notatus Cum tribus anellis, modo læua Priſcus inani. Ci. Cuius imaginem in poculis & anellis habebant.

Ănĕmōnē, flos eſt qui nunquam ſe aperit, niſi uento ſpirante, unde & nomen accepit. Plini. lib. 21. cap. 11. & 23.

Ănēthŭm, (ἄνηθον) n. ſ. genus herbæ boni odoris. Hæc ructus mouet, tormina ſedat, & ſingultus cohibet. Plin. lib. 20. cap. 18.

Ānfrāctŭs. ctus. m. q. nomen deductum ab ambitu & frangendo. Sunt enim anfractus, obſcuri cauernarum receſſus & curui flexus in ſe recurrētes: cuiuſmodi ſunt qui ſubterraneo meatu in opertos ſpecus deducunt, & flexus uiarum, ſicut teſtæ cochlearum, & cornua arietum. Plin. lib. 11. cap. 37. Conuoluta in anfractum arietum generi.

Angaria, (ἀγγαρεία) f.p. penul. pro. dictio Perſica, ut inquit Suidas, propriè ſeruitus coacta. Vnde ſi quis cogitur plus ſoluere publicanis quàm liceat, angaria eſt. Inde ἀγγαρεύω, cogo.

Āngĕlŭs, (ἄγγελος) m.ſ. Latinè nuntius, nam officij nomen eſt, non naturæ. Semper enim ſpiritus ſunt, ſed cum mittuntur, uocantur angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntijs aptum.

Āngĕr, genus ſerpentis qui cruciator & expathatrius dicitur.

Āngīnă, pen. prod. f.p. συνάγχη. genus morbi acutiſsimi, quo fauces anguntur ac ſtrangulantur: qui & tonſilla dicitur. Imperitum uulgus medicorum ſquinantiam uocat. Plin. tonſillas ſeiungit ab angina. Dicta angina quòd angat. Plaut. Vellem me in anginam uerti, ut huic aniculæ fauceis præoccuparem.

Āngĭpōrtŭs. m.q. & Angiportum. ti. n. ſ. uia eſt exitum non habens: uel uicus anguſtus & flexuoſus in modum anguis, quaſi anguſtus ad portum aditus. στενωπός. Ab angendo & portu. alij à Græco ἄγχι, quod ſignificat propè, quia non longius extenditur. Terent. Adel. Id quidem angiportum non eſt peruium.

Āngo.

Ăngo.gis.(ἄγχω) a. t. anxi, anctum facere debuit, ſicut plango, ſed Diomedes anxus præteritum ab angor dixit, non anxius, quod nomē eſt. Ideo anxum ab ango ſupinum eſſe conuenit, quod tamen minime legi. Eſt autem angere, cruciare, ſuffocare, premere, uexare, & ad animum & ad corpus, & ad utrunque promiſcuè pertinet. Ad animum Gell. Eaq; res in fine quoque uitæ ipſo animum anxit. Ad corpus, Colum. lib. 8. Cauendum eſt, ut tenerior ſeparetur à ualidioribus, quia robuſtus angit imbecillum. Ad utrunque promiſcuum. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam eſſet, & unam atque alteram pugnam proſpere pugnauiſſet, ſatiſq; angerentur Romani, & pleraque Italia ad regem deſciuiſſet. Plautus pro abſumo poſuit in Aulul. Tum anxiſſe aquā ſi quis petet.

Ăngŏr, (ἀδημονία) m. t. corporis uel animi cruciatus. Ci. 4. Tuſc. Angor, eſt ægritudo premēs

Ăngŭillă, (ἐγχέλυς) f. p. piſcium ſolæ exanimes non fluitant: non ouo, non coitu eas procreari ſcribit Ariſtoteles. Dictæ anguillæ, quòd ſpecie anguem repræſentēt. Plaut. Pſeud. Anguilla eſt, elabitur.

Ăguĭmănŭs, m. q. uocati ſunt elephāti, quià proboſcis, quam manum diximus uocari, ad omnem partem uertitur. Luc. lib. 5. Anguimanus
» belli duocuerunt uulnera Pœni Sufferre, &
» magnas Martis turbare cateruas.

Ăngŭĭnŭs cucumis, dictus eſt oblongus, & ad anguis ſimilitudinem contortus: qui & erraticus dicitur.

Ăngŭĭs, (ὄφις) tam fœm. quàm maſcul. generis,
» pro ſerpente in aquis degente. Verg. Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
» Valerius lib. 1. Sylla conſul ſociali bello, cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, ſubitò ab ima parte aræ prolapſam anguem proſpexit. Frequētius tamen maſc. genere profertur. Vnde &,

Ăngŭĭcŭlŭs, dimin. m. ſ. ut apud Ciceronem 5. de Finibus, Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Ăngŭlāris, & hoc re, quod eſt quadrū. γωνιαῖος. Cato de re Ruſt. Pilas ex lapide angulari.

Ăngŭlātim, aduer. ſignificat per angulos. κατὰ γωνίας.

Ăngŭlōſŭs, plenus angulis, γωνιώδης.

Ăngŭlŭs, m. ſ. locus eſt quem duo parietes iungunt. γωνία. dictus quòd ibi anguſtus ſit locus. In geometria uero angulus eſt ad punctum unum, ab alterutra ſuperficie aut linea, abſoluta contractio. Idioma autem ſcripturarum eſt, ut angulum pro regno ponant, eò quòd populus continens quaſi in tota domo fortiſsimū ſit. unde & Chriſtus duorum populorū parietes continens, lapis dicitur angularis.

Ăngŭſtĭă. f. p. ſtrictitudo, ſiue locus adeò anguſtus, ut difficile ſit eum tranſire. στενοχωρία. Pluraliter tamē ſæpius dicitur. Cæſar 5. Bell. Gall. Tamen anguſtijs uiarum quàm maxime poteſt, contrahit. Transfertur & ad alias res: ut anguſtia orationis, anguſtiæ ærarij, anguſtiæ temporum. Cic. Neminem, qui ei in tot rerum anguſtijs ſubueniret, habebat.

Ăngŭſtŭs. a. um. adiect. ab angulus: hoc eſt arctus, στενός: quòd anguli ſemper coarctentur: ſiue quod impropriè dicitur ſtrictus: ut Anguſta domus, Cic. 1. de Finib. Anguſtiſsimæ fauces, Cæſar 1. Bell. ciuil. Anguſtioribus folijs, Plinius libro 13. cap. 21. Hinc

Ăngŭſto as. act. p. quod eſt ſtringo, στενοχωρέω. unde & coanguſto.

Ănhēlātŏr. m. t. qui eſt ſuſpirioſus & pneumaticus, quod uitium conſiſtit in ſpirandi difficultate. Græce ἀσθματικός. Plinius libro 22. Anhelatoribus & in tuſsi uetuſta cum porro ex aceto datur.

Ănhēlĭtŭs. tus. m. q. ipſe ſpiritus anxie actus. Plautus in Epid. Animo male eſt, accipiam anhelitum.

Ănhēlo. as. pen. prod. n. p. ex am & halo, m in n mutata ſignificat anxie halo. ἀσθμαίνω: cum uidelicet ex curſu, aut alio quouis labore uehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur, ac reſpiratur. Colu. lib. 1. cap. 3. Sed antè ad præſepia boues religari non expedit, quàm ſudare atq; anhelare deſierint. Vnde & pro ardenter cupio per transl. poni conſueuit. Auguſt. Ibat ſpirans & anhelans cædes.

Anhelus. a. um. pe. pro. quicquid anhelat. ἀσθμαίνων. Verg. Et ſenibus medicantur anhelis.

Ănicētŭm, ti. n. ſ. ab aliquibus anethum dicitur, uulgò Syll. Plin. lib. 20. cap. 17.

Aniciana, inter pyrorum genera reponuntur.

Ănĭmă. æ. f. p. quære Animus.

Ănĭmădŭerto, (βάλλομαι εἰς νοῦν, προσέχω τὸν νοῦν,

νῦν, αἰσθάνομαι.) id eſt, animum illuc uerto: hoc eſt, ſenſus in illud quod fit intendo, cogito, intueor, conſidero. Plaut. Animaduerte hominem ſubalbidum. Cic. 1. de Diuin. Experrecta nutrix animaduertit dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Aliquando animaduertere ſignificat punire, (κολάζειν) oppugnare, uerberare, iram exercere, ſed cum accuſatiuo mediãte in: ut, Animaduerſum eſt in quoſdam, inquit Suet. Plaut. Is cum in herum animaduertiſſet grauius, id eſt iram conuertiſſet. Hinc animaduerſio, quod modo conſiderationem ſignificat. Cic. 1. de Finib. Intereſſe enim inter argumentum, concluſionemq́; rationis, & inter mediocrem animaduerſionem. Modò punitionem. κόλασιν. Idem 1. Offi. Omnis aũt & animaduerſio & caſtigatio cõtumelia uocari debet. Et animaduerſor, (κολαςὴς) punitor. Cic. 1. Offic. Si acres ac diligentes eſſe uolumus animaduerſores uitiorum, magna ſæpe intelligimus ex paruis. Et animaduerſus, id eſt perſpectus, cognitus. Cæſar: Hac rè animaduerſa, Cæſar iubet ſigna conuerti. Item ſupplicio affectus. Paulus Iureconſultus, Corpora animaduerſorum quibuslibet pereuntibus, ad ſepulturam danda.

Ănĭmæquĭŏr. c. t. qui eſt animi æquioris. id eſt patientioris. ἀγνωμονέςερος. Fit ab animæquus. a. um. quod eſt patiens, & omnia aduerſa æquo ferens animo.

Ănĭmăl, (ζῶον ἔμψυχον) n. t. ab anima eſt, & eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Plin. lib. 10. cap. 63. Bipedum ſolus homo animal gignit.

Ănĭmālis, & hoc le. (ψυχικός. κὴ. κόν.) quod eſt ex animali, ſiue quod habet in ſe animã. Vnde ueteres animales deos dixerunt, qui de animalibus eſſent facti, ut penates. Et animalis dicitur ſpiritualis. Cic. lib. Tuſc. Siue illi animi ſint animales. Huius contrarium eſt exanimalis, qui non eſt animal, uel qui ſine anima eſt. Plaut. in Bacch. Nam neque Bellona mihi unquam, neq; Mars creduit, ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero, ní ue exhæredem fecero uitæ ſuæ. Hinc Animalitas, f. t. (τὸ ψυχικὸν) pro ipſa animalis eſſentia.

Ănĭmālis hoſtia, f. p. (θυσία ψυχικὴ) dicebatur ubi anima ſacrificabatur.

Ănĭmāns, interdum participium eſt ab animare. Iuuen. Animante tuba, id eſt ſonitu excitante. Interdum nomen, & ferè abſolute ponitur pro animali, ſiue pro eo quod habet animam: ſed nunc in fœm. genere, nunc neutro: rarius & in maſculino. Cice. de Nat. Deor. Animantium aliæ corijs tectæ, aliæ uillis ueſtitæ. Idem lib. 4. ad Heren. Sed inuentio ſimilium facilis erit, ſi quis res ſibi omneis animanteis & inanimanteis ante oculos poterit ponere. Differunt autem inter ſe animantia & animalia. nam animantia ſuperiorem tenent locum, & animalia ſub ſe habent atq; complectuntur tanquam genus ſpeciem. Sunt enim quædam quæ animam habent, nec ſunt animalia, ſed animantia, ſicut ſatis & arbuſtis animã alentem ineſſe tradunt, quam philoſophi recentiores uegetatiuam appellant. Itaq; uiuere & mori illa dicimus, nec animalia tamen, ſed animantia nuncupantur, ut docet Seneca libro 8. Epiſt. mor.

Ănĭmātŭs. m. ſ. ab animo fit, ſicut à tunica tunicatus, à galea galeatus: & ſignificat aliqua uoluntate, aut animo affectus. διακείμενος. & ferè in bonam partem accipitur. Cicero D. Bruto, Ita paratus ſeu animatus eſſe debes, ut nihil facias niſi iuſſus. id eſt eam uoluntatem habere debes. Et animatus, (ἔμψυχος) qui habet animam, ſicut paulò antè dictum eſt: cuius contrarium eſt inanimatus, qui non habet animam.

Ănĭmĭtŭs, (ψυχόθεν) quemadmodum oculitus & medullitus.

Ănĭmo. as. a. p. fortem reddo, & quaſi animum induco, ſiue animum incito. καταθαρσυνω. & ſic ab animus deſcendit. Claud. libro 3. Qualis peſtiferas animare ad prælia taxos Torua Megæra ruit. Aliquando animare, eſt animam inducere & uiuificare, (ψυχόω) tumq́; ab anima, ſiue ab animo, quum pro anima capitur, fit. Col. lib. 9. Diebus quibus animantur oua, & in ſpeciem uolucrum conformantur.

Inde fit animatus & inanimatus. Cicero. lib. 2. Offic. Partim, inquit, ſunt inanimata, ut aurum & argentum.

Ănĭmōſĭtās. f. t. eſt, ut inquit Speuſippus, impetus uiolentus. id eſt irrationalis animæ, abſq; ratione & ordine mentis. θύμωσις.

Ănĭmōſŭs, m. ſ. habens in ſe uehementiam animi, ſiue

mi, ſiue qui eſt elati ſpiritus. θυμώδης, θυμοειδής. Ouid. Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Cic. in Cat. Ex quo fit ut animoſior etiam ſenectus ſit, quàm adoleſcẽtia. Et animoſus dicitur iracũdus. Ver. Quos animoſi Euri aſſiduè franguntq́, feruntq́. Et ea pars animæ in qua iræ ſedes eſt, uocatur animoſa, (θυμική) Et animoſus pro nodoſo. Verg. Luxuriatq́ toris animoſum pectus.

Ănĭmŭlă. læ. f. p. diminut. ab anima. ψυχάριον. Seruius Sulp. In unius mulierculæ animula iactura facta eſt.

Ănĭmŭlŭs. li. m. ſ. diminut. ab animo. Plaut. Mi animule, mi Olympio, mea uita.

Ănĭmŭs, & Anima. (ψυχὴ) in hoc differunt, quòd anima ſit uitæ, animus cõſilij: licet hæc à po tis plerunq; abuſiue uſurpentur. Nam anima in homine eſt, qua uiuimus & ſentimus & mouemur, ita ut contineat uim uegetandi, mouendi & ſentiendi: quæ omnia communia ſunt nobis cum cæteris animantibus. nã & ipſa aluntur, creſcunt & gignunt, mouentur præterea & ſentiunt. Animus (διάνοια) uerò eſt, quo homines ſumus, quo ſapimus & intelligimus. quæ uis non eſt educta de potentia materiæ, ſed à deo immortalis de nihilo creatur eodem tempore, quo et infunditur in corpus noſtrum. Cic. lib. 1. Tuſc. ſic diſſerit, Animum autem alij, animam etiam ferè noſtri declerant nominari. Nam & agere animam, & efflare animam dicimus: & Animoſos, & bene animatos, & ex animi ſententia. Ipſe autem animus ab anima eſt dictus. Eius contrarium eſt inanimis, qui anima caret. Similiter exanimus, ſiue exanimis. Semianimus, (ἡμιθνὴς) qui ſemiuiuus eſt. Aliquando accipitur pro uoluntate ſiue affectu & delectatione, (ψυχαγωγία). Plaut. Epid. E. cur eam emit? T. animi cauſa. E. Quot ille homo animos habet? Hinc fit unanimis, (ὁμόψυχος) qui unius eſt animi. id eſt uoluntatis. Quandoq; pro ſpiritu ſiue flatu ac uento, & oris odore. Cic. lib. 1. Tuſc. Si anima animus eſt, fortaſſe diſſipabitur. id eſt uentus. Et iterum, Siue illi animi ſint animales. id eſt ſpirituales. Terent. Adelph. Animum recipe. id eſt ſpiritum ſiue flatum recupera. Plaut. Aſin. Dic amabo an fœtet anima uxoris tuæ. Teren. Hoc ubi audiui ad fores ſuſpenſo gradu placidè ire perrexi, acceſſi, aſtiti, animã compreſſi, aurem admoui. Plaut. Ne quid emitat animæ dormiens. Nonnunquam pro ira, (θυμός). Vnde illud, Pone animos & pulſus abi. Sed rectius de anima dicitur. Plini. Ergo hæc animi aſperitas ſiue potius animæ dulciore ſucco mitigatur. Interdum pro memoria. Verg. Omnia fert ætas, animum quoque. Sæpe etiam pro fortitudine. Vnde animoſus, (μεγαλόψυχος) magnanimus: & puſillanimus, (μικρόψυχος. De anima uerò, & à qua animatur corpus, & à qua animus eſſe dicitur Iuuenalis, I nunc & uentis animam cõmitte dolato Confiſus ligno, digitis à morte remotis Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda. Similiter anima ponitur pro mente. id eſt pro animo. Macrobius, Tunc enim anima libera eſt, & nulla corporis cogitatione impedita. Et anima capitur pro ira. Ter. Animam comprime. Hinc animoſus, & animatus pro iracundo. In homine autem quatuor animas eſſe conſtat: Vitalem ſcilicet, quæ & in uermibus eſt, qui tantum mouentur: Senſualem, ut in brutis animalibus, in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudij: Intellectualem, quæ eſt in hominibus tantum, qui & cogitare & iudicare poſſunt: Et quæ infra omneis eſt, phyſicam. hoc eſt naturalem, ut ea quæ eſt in arboribus & herbis, quæ & ſi non mouentur, uitam tamen habent cum naſcantur, creſcant, & pereant.

Ănīſŭm. ſi. n. ſ. idem quod anicetum. Dioſcor. lib. 3. cap. 58. Et Plin. lib. 20. cap. 17. Aniſum, inquit, aduerſus ſcorpiones ex uino bibitur. Viride aridum ue, omnibus quæ condiuntur, quæq́ intinguntur deſideratum. quin ipſum oris halitum iucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum matutinis cum ſmyrneo & melle exiguo, mox uino collutũ.

Ānnītŏr, annixus, uel anniſus ſum, pen. prod. d. t ad aliquid nitor, ualde ſiue intentius nitor & conor, incumbo ad aliquid agendum, φιλοτιμοῦμαι. Cic. in Læl. Sic natura ſolitariũ nihil amat, ſemperq́ ad aliud tanquam adminiculum annititur. Alij ſcribunt adnitor cum d.

Ānnă. (ἄννα) per duplex nn, interiectio eſt deprecantis.

Ānnālēs m.t. dicūtur res geſtæ, quæ de anno in annum in hiſtorias rediguntur. ὑπομνήματα. *noſtriq; temporis eſſe poſſunt. unde Vergil. Et uacet annales noſtrorum audire labo ũ. Hiſtoria res geſtas narrat, & ab ætatis noſtræ memoria remotas. Cicero lib. 2. de Oratore, Erat enim hiſtoria nil aliud niſi annalium confectio. Gellius ſic habet, Recte annaleis hiſtorias appellaueris, ſed non continuò quicquid hiſtoria fuerit, annaleis appellare poſſis. ſunt enim utræq; rerum geſtarum narratio. Earum proprie rerum ſit hiſtoria, quibus gerendis interfuit is, qui narret: Annales uero, cum res geſtæ plurium annorum, ſeruato cuiuſque anni ordine, memoriæ traduntur. Cum autem non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur, diarium,* (ἐφημερὶς) *uocatur. Præterea hiſtoria non ſolum res geſtas longo ordine explicāt, ſed & conſilia quibus geſtæ ſunt ponit, & conciones facit, & acies inſtruit & ſitus locorum deſcribit: annales ſingulorum annorum geſta breuiſſime notant. Vnde annales Piſonis, & Sallustij hiſtorias dicimus.*

Ānnālis, & hoc annale. o. t. quod ad annos pertinet. ἐνιαύσιος. *Vnde legem annalem dixerunt, quæ præſcribebat legitimã ad petẽdum magiſtratum ætatem. Cic. de legibus, Ciuitatem annali lege ſeruanto.*

Ānnārĭŭs. a. um. idem quod annalis, ut lex annaria ab antiquis dicebatur, qua finiũtur annui magiſtratus capiendi, ut inquit Feſtus.

Ānnāſcŏr, iuxtà naſcor, (προσφύομαι.) *Gellius: Denteis geminos annaſci annis ferè bis ſeptenis. Hinc agnatus, & agnatio, in quibus ſubtrahitur n, quæ pro d poneretur & ponitur g.*

Ānĭcŭlārĭs, & hoc re. idẽ eſt quod anilis. ἀρχαῖος. *Auguſtinus, Delirare tibi uideor auare cum hæc loquor, anicularia tibi uidentur hæc uerba?*

Ānnĭcŭlŭs. o. ſ. quod eſt unius anni. ἔνος ἐνιαύσιος *ut anniculus puer, annicula puella, anniculũ iumentũ. Nec de animalibus tãtum, ſed etiã de inanimatis, ut anniculum uinum. Plin. lib. 13. Ergo plantaria inſtituunt, anniculaſq; transferunt, & iterum binas. De pueris tamẽ magis dicitur per diminutiuũ, ut bĭmulus puer, quia intra hos annos adhuc paruus eſt.*

Ānnĭlis. & hoc annile, pen. pro. o. t. dicitur quaſi ſenilis & ætate grãdi. πολυετὴς. *Col. li. 1. Parentem omnium terrã, ſicut muliebrẽ ſexum ætate annili iam confectam, progenerandis eſſe fœtibus inhabilem. Anilis uero per ſimplex n, ab anu uetula ſit.* γραώδης.

Ānnĭuērsālis, le. o. t. anni circulus, ἐνιαύσιος.

Ānnĭuērsārĭŭs. a. um. o. ſ. quod ſingulis annis ſtatuto tempore reuertitur. ἐτήσιος. *ſicuti ſacra anniuerſaria, anniuerſaria febris, quæ ſingulis annis ſtatuto tempore recurrit: quemadmodum de Antipatre Sidonio poëta V. Maximus ſcribit, qui omnib. annis, uno die natali tantũ corripiebatur febre.*

Ānno. nas. n. p. annum ago, à quo fit compoſitum perẽno, quod ſignificat annum perficio.

Ānnōnă. næ. pen. prod. ſ. p. ab anno inclinari uidetur, & eſt prouentus frugum unius anni: quaſi anni alimonia, non frumenti ſolum, ſed etiam aliarum rerum. βίος. *Colũ. li. 9. Vel lactis annona permittit. Cic. 2. de Diuin. Putaram annonam in macello cariorem fore. Iuuenal. His opibus nunquam cara eſt annona ueneni. Annonam etiam ueteres menſtruam uel annuãmercedem ac ſtipendiũ nominarunt. Vege. de Re mil. Torques aureus ſolidæ uirtutis præmiũ fuit, quẽ qui meruiſſet præter laudem duplas conſequebatur annonas.*

Ānnōnārĭŭs. a. um. o. ſ. quod ad annonam pertinet, (σιτηρέσιος) *et lex annonaria, quã Clodius tulit, & ſummè popularis fuit. Græci* σιτωνικοὺς νόμους *appellant. Vegetius annonarias expẽſas uocat eas frugũ pabuliq; ſpecies, quas prouinciales militibus expendunt.*

Ānnōsŭs. a. um. o. ſ. quod eſt uetuſtũ, quaſi multorum annorum, πολυετὴς. *ut Annoſa mater, Colum. lib. 6. cap. 28. Annoſum Falernum, Mar. lib. 6. Annoſa ornus, Verg. 2. Aen. Annoſo degit æuo, Plin. lib. 4. cap. 12.*

Ānnŏto. as. pen. cor. act. p. notam aliquam adijcio, intitulo, ſigno. ἐπισημαίνομαι, ἀποσημαίνω. *Lactant. lib. 5. Et auſus eſt libros ſuos nefarios ac dei hoſteis annotare. Annotare etiam dicitur qui memoriæ cauſa aliquid refert in commentarium ſuum. Colum. lib. 11. ca. 1. Sciret unde daret, & meminiſſet, atq; annotaret quid, & quando, & cui dediſſet.*

Ānnōtĭnŭs. na. num. pen. prod. o. ſ. quod ad annonam

nonam pertinet, σιτηρέσιος. ut naues annotinæ, quibus annona cõportatur, apud Cæſ. in Comment. Et annotinus ab annuus, quod eſt unius anni. Colum. li.4. cap.24. Vngues cuſtodum annotinos reſecato.

Ānnŭātim, aduerb. ab anno, id eſt per ſingulos annos. κατ' ἔτος. Plin li.12. ca.18. Hieron. teſte, qui tradit ſingula milia talentûm annuatim turis penſitaſſe Arabes regibus Perſarũ. Ita citatur à Vall. li.6. ſed nũc aliter legitur.

Ānnŭlūs, per duplex nn. m.ſ. paruus annus dicitur: per ſimplex aliud ſignificat, ſcilicet paruæ nates, ut ſit diminut. ab anus ani. Annulus, & eius deriuata quære infrà per ſimplex n.

Annuo, is. ui. n.t. proprie nutu, id eſt ſigno capitis aſſentire. Liu.5. ab Vrbe: Annuiſſe cæteri deam cõclamauerunt. & affirmare. Plaut. Bacch. Ego autem uenturũ annuo. Fauere, etiam et cõcedere ſignificat.

Ānnŭs, (ἐνιαυτὸς, ἔτος) m.ſ. à circuitu temporis, cum ueteres am pro circum ponant, & nare fluere. Seruius ab anulo dici exiſtimat, quòd in ſe redeat quaſi anulus. Verg. Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. Alij ab annouatione deriuant: ab ἀνὰ & νέω, renouo quia ſemper renouatur. Alij à Græco ἔννον, unde apud nos dicimus triennium, illi τρίεννον.

Annus Saturni, (χρόνου ἐνιαυτὸς) à quibuſdam dicitur, qui eſt quadraginta annorũ. Annus Arcadũ trimeſtris fuit. Aegyptij Lunæ ſenio annum terminabant, apud quos etiam ſingula milia annorum quidam uixiſſe produntur.

Ānnŭŭs. a. um. o.ſ. quod unius anni ſpatio continetur, ἐπέτειος, ἐνιαύσιος. ſicut diurnus, quod diei. Cic. Caſſio lib.15. Ad hanc prouinciam, quã & ſenatus, et populus annuã eſſe uolũt. Annuũ quoq; dicimus, quod fit ſingulis annis. Verg. Atq; annua magnæ ſacra refer Cereri. Annua abſolutè dicũtur in ſingulos annos. Iuuen. Sunt quæ tortorib. annua præſtẽt

Ănōdĭnă, uocantur quæ leuationem doloris molliunt. ἀνώδυνα. ab α priuatiua, & ὠδὸς, dolor pariendi: ſed interponitur ν, ne colliduntur uocales, ut reco, redeo.

Ănōmălĭă, (ἀνωμαλία) f.p. inæqualitas declinationũ, & eſt analogiæ cõtraria, Gell. lib.2. ca.25. In Latino ſermone ſicuti in Græco, alij analogiã ſequendã putauerũt, alij anomaliã.

Ănōmălūm, ἀνώμαλον, pen. cor. n.ſ. dicitur inæquale, quia diſſimile eſt, ab α ſine, & ὁμαλὸς, æqualis. Anom. etiam dicitur aſperũ, uariũ.

Ănōnўmūm, (ἀνώνυμον) n.ſ. ſine nomine et obſcurum. Legimus autem populos eſſe in Aphrica Atlantes dictos, qui ſunt anonymi: hoc eſt ſine proprijs nominibus, qui in uniuerſum Atlantes tantum uocantur.

Ănōphўtŭs, (ἀνόφυτος) pen cor. Latinè dicitur deſuper natus, ab ἄνω καὶ φύω. ὅθεν τὸ φυτόν.

Anormis. o. t. quaſi ſine natura, hoc eſt, ab aliorum norma remotus.

Ānquīnă, pen. pro. f. p. funis nauis, quo ad malum antenna cõſtringitur. De qua Cinna, Atque anquina regat ſtabilẽ fortiſſima curſum.

Ānquīrĕrĕ, antiquum eſt uerbum. ἀμφιζητεῖν. act. t. Liu.2. bel. Pun. Seu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret. id eſt ut uulgò loquimur, faceret inquiſitionem, ſiue informationem: quod Cic. tum quærere, tum inquirere ad aliquem dicit. Budæus.

Ānchўrŏmăchŭs. (ἀγκυρόμαχος) pen. corr. m.ſ. genus nauigij, dictus quòd celeritate ſui anchoris, & inſtrumentis reliquis ad nauigium uehendis ſit aptus.

Ānsă, (λαβὴ) f.p. uaſis auris, utrinque prominens, qua ſcilicet manibus teneri ſolet. Vergil. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Anſa quoq; manubrium, uel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quãdoq; pro fibula, ſeu fixula quæ calceis inſuitur. (πόρπη) Tibullus, Anſáq; compreſſos alligat arcta pedes.

Ānsānctŭs, quære Amſanctus.

Ănsĕr, m. t. ab anatendo, auis eſt quæ nocturnas excubias celebrat. Vigilias enim ſuas cantus aſſiduitate teſtatur. ὁ χήν. Anſerũ aũt alij domeſtici, alij agreſtes, de quibus Plin. li.10. ca.22. Hinc anſerinus. a. um. quod eſt anſeris. χήνειος. Plin. Tubera & quæcunq; emolliri opus ſit, efficaciſſime anſerino adipe curãtur.

Ānsŭlă, (βρόχος) f. p. dimin. ab anſa, quo uſus eſt Auguſt. lib.8. Confeſſ. pro anulo quo fiũt catenæ, licet per tranſlationem: Ex uoluntate, inquit, peruerſa facta eſt libido, & dũ ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini nõ reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quib. quaſi anſulis quibuſdã ſibimet innexis,

 unde

unde catenam appellant, tenebat me obſtrictum dura ſeruitute.

Antăchătēs, (ἀντιαχάτης.) m.p. gemma quæ pro achate eſt, myrrham redolens, & ob id mulieribus grata. Plinius lib. 37. cap. 10.

Antæ. tarum. f.p. pluraliter tantū, oſtiorū latera dicuntur, παραστάδες, à quib. antepagmēta.

Antănăclăsis, (ἀντανάκλασις) f.t. ad uerbū trāſferri poteſt ex aduerſo refractio: figura cū id quod ab altero dictū eſt, non ea mente qua dictum eſt, intelligitur: ſed in aliā, aut contrariā accipitur. uide Quintilianum lib. 9. cap. 3.

Antăpŏdŏsis. f.t. pen. cor. Latinè dicitur retributio. Figura, quæ fit quoties commemorantur ea, quæ non ſunt antepradicta. Verg. Et primis una tot cæde peremptis Serranoq; Numaq;. Inferius, non ſuo ordine ſic legebatur: Antapodoſis, retributio. Figura eſt cum media primis & ultimis conueniunt: ut, Veſtrum hoc factum reprehendo P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, ueſtrum, ut dixi, non meum ſed ueſtrum.

Antārĭŭm bellum, quod ante urbem geritur.

Antĕ, (πρότερον) modo aduerbiū, modo præpoſitio eſt. Aduerbium quādo nulli deſeruit caſui, & ſignificat antea. Verg. Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui. Sciendū quòd ante & poſt, cū caſibus præponuntur accuſatiuū exigunt, ut ante multum, poſt multum: cū uero caſibus ſubijciuntur, ablatiuū. Plau. Aſin. Vix anno poſt exegi. Antè uero cum eſt præpoſitio, ſeparari & cōponi ſolet. Separata quandoq; perſonā, quandoq; locū, quandoq; tempus denotat: ut, ante ora parentum, ante templum, ante duos annos. Cōpoſita plerunq; ſignificat ſicut ſonat, & cōponitur cum dictione incipiēte ab a, ut anteambulo. à c, ut antecapio. e, ut anteeo. f, ut antefero. g, ut antegradior. l, ut antelucanus. p, ut antepono. ſ, ut anteſto. Ab ante fiunt deriuatiua, antica, anticus, antes, antenna & huiuſmodi. Ante alios, ſuper alios, plus alijs, prius alijs, uel præter alios. πρὸ τῶν ἄλλων.

Antĕă, (πρότε) aduerb. eiuſdē ſignificationis cū antè, cōponitur ex ante & ea, ut oſtendit Priſcianus quamuis tantum tempus denotet.

Antĕāctŭs, participium ex ante, & actus: præteritum ſignificat: ut, anteacta uita. Cic. pro M. Marcello: Ille quidem fructum omnis anteactæ uitæ hodierno die maximum capit.

Antĕāmbŭlo. as. uide in dictione ambulo.

Antĕcăpio. is. act. t. præuenio, anticipo. προλαμβάνω. Salluſt. Conſul optimum factu ratus noctem quæ inſtabat, antecapere, ne quid ſpatio nouaretur.

Antĕcēdo. n.t. præcedo, anteuado, προέρχομαι. & conſtruitur tam cū accuſatiuo, quàm cum datiuo. D. Brutus Ciceroni, Biduo me Antonius anteceſsit itinere multo, maiora fugiens, quàm ego ſequens. Cic. pro Archia, Celeriter antecedere omnibus ingenijs contigit.

Antĕcĕllo. n.t. idem eſt quod præcello. ὑπερέχω. & conſtruitur cum datiuo. Cic. Dicendi conſuetudo longe & multum iſti ueſtræ exercitationi antecellit. Idem pro Cornelio: Qui eloquentia cæteris antecellis.

Antĕcēſsŭm ſiue anteceſsiū. n.t. dicitur id quod prius datur, ut pòſt aliquid recipiatur. πρόδομα. Senec. lib. 4. de Benefi. Ego quod cui debeam ſcio, alijs poſt longam diem repono, alijs in anteceſſum eſt.

Antĕcœnĭŭm. n. ſ. cibus qui ante cœnam ſumitur, τὸ μετ᾽ ἄριστον, uulgò merenda. Apuleius li. 2. Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antĕcūrsŏr. m.t. ab ante et curſor. Cæſar. 5. Bel. Gal. Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſsi aduentu certior factus.

Antĕĕo. is. n.q. tam datiuo quàm accuſatiuo iungitur, & ſignificat antè uado, præcello. πρόειμι. Plaut. Amph. Virtus omnibus rebus anteit. Sall. in Iugur. Et cum omneis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Antĕfĕro. fers. a. inconſ. antepono. προτιμάω. Ci. Cecinnæ, Cum iniquiſsimam pacem iuſtiſsimo bello anteferrem.

Antĕfīxă. n. ſ. dicuntur quæ ex opere figulino ſub tectis affiguntur ſub ſtillicidio. Feſtus.

Antĕgĕnĭtŭs, primogenitus, προτερογενής.

Antĕgĕnĭtālis, adiect. o.t. quaſi ab antegenitus factum. Plin. lib. 7. cap. 55. Specimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento.

Antĕgrădĭŏr. d.t. antè uado. προκατάρχω, προεπάρχω. Cicero, Quicquid eſt quod deceat, id tum apparet, cum antegreſſa eſt honeſtas.

Antĕhāc, (πρότε) non modò ſignificat ante hoc tempus, ut Teren. in Andria: Nam quod antehac

hac fecit, nihil ad me attinet. id eſt ante hoc tempus, ſiue hactenus, uel uſq; modo. Sed etiam, ante illud tempus, ſicut poſthac, non tantum poſt hac, uerumetiam poſt illud tempus. Sall. Sic erat accenſa libidine, ut ſæpius peteret uiros, quàm peteretur, ſed ea ſæpe antehac fidē perdiderat. id eſt, ante illud tēpus.

Ăntĕlăpĭdēs. m.f. *ſunt qui utrunque latus oſtij muniunt*, παραστάται.

Ăntĕlŏquŏr. d.t. *prius loquor*, προφθέγγομαι, *à quo anteloquiū, primus in dicendo locus, ſiue prior locutio.* πρωτολογία. *Macrob. Hic aſſenſi omnes, prætextato anteloquium detulerunt.*

Ăntĕlūcānī *uenti, qui aut ex fluminibus, aut ex aliquo ſinu feruntur.* ἀμυχλυκοὶ ἄνεμοι.

Ăntĕlūcānŭs.a.um. *quod eſt ante lucem.* ἀμφιλυκὸς, λυκαυγὴς. *Cicero M. Catoni, Ex antilucano tempore uſq; ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa. Sic & antelucanæ cœnæ.*

Ăntĕlūco.as.n. *ſiue* ăntĕlūcŏr, *pen. pro d.d. ſignificat ante lucem uigilo.* ὀρθρίζομαι.

Ăntĕlūcō, & Ăntĕlūcŭlō *aduerbium quaſi ante lucem.* λυκαυγῶς. *Apul. li. 1. Optimū itaque factu uiſum eſt anteluculò furtim euadere.*

Antemalorum, hyphen eſt: id eſt ſubunio, quia ſub uno accentu duæ dictiones proferuntur. Eſt enim unitas quaſi compoſitio: nam ſignificat præteritorum malorum. Sic apud Terentium Semper lenitas, pro perpetua lenitas. Vergilius 1. Aen. Neque enim ignari ſumus antemalorum.

Ăntĕmĕrĭdĭānŭs, o.f. *ab ante, & meridies: quod eſt uel fit ante meridiem. Ci. Att. li. 3. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi.*

Ăntēnnă, f.p. *per duplex nn, lignum per tranſuerſum in malo poſitum, in quo uelum alligatur, à circuntenendo dicta.* καρχήσιον. *Plinius lib. 2. Non antennas ſolum, uerum ipſa nauigia contorta frangens.*

Ante oculos, (πρὸ ὀφθαλμῶν) *minus eſt quàm coràm. Nam & coràm proximitatem ſignificat, ante oculos poteſt etiam longè intelligi. Terentius in Eun. Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum.*

Ăntĕpāgmēntă.n.f. *ſunt ualuarum ornamēta, quòd ante ualuas appingātur. id eſt affigantur: uel quòd appingantur antis ſeu ualuis.*

Ăntĕpīlānŭs.ni.m.f. *Liuius libro 8. ab Vrbe, Hoc ſequebantur ſcutati omnes inſignibus maximè armis, hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant.*

Ăntĕpōno.nis.act.t. *ante aliquem apponere.* προτίθημι. *Plaut. Curc. Quid antepones Veneri à ientaculo? Per metaphoram ponitur pro præferre, præponere. Cicero in Læl. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.*

Ăntĕrĭŏr, & anterius, o.t. *comparatiuum eſt ab ante, ſine ſuperlatiuo, & ſignificat quod antè eſt, ſiue quod præcedit.* ἔμπροσθεν. *Sic à pòſt, poſterius, & à ſub, ſubterius, quo uſus eſt Boëtius. Sido. ad Donnitiū, Quænam potiſſimū anterius caulib. noſtris culina fumaret?*

Ăntĕrmĭnŭm.ni.n.f. *id eſt circunterminum.*

Ăntĕrōtăs, (ἀντέρωτας) *nonnulli dicunt quaſi mutuos amores.*

Ăntēs.ium.m.t. (παραστάται) *nomen ab ante deductum, quo ſignificantur eminentes lapides qui interponuntur ad ſuſtentandam maceriam, ſiue ultimæ colūnæ quadratæ, quibus ſuſtinetur fabrica. Hinc dicti uidentur Antiani magiſtratus in urbibus, qui ſemeſtrem magiſtratum exercent, qui uelut antes columnæ, totius urbis onere incumbente, eam ſuſtinent. Ad quam etymologiam etiam extremos ordines uinearū poſſumus trahere qui anteſtant. Verg. 2. Geor. Iā canit extremos effœtus uinitor antes. Alij macerias accipiunt quib. uineta clauduntur, quæ fiunt de ſiccis lapidibus.*

Ăntĕſignānŭs.ni.m.f. *ſignorū, hoc eſt uexillorum propugnator, ſiue defenſor*, πρόμαχος. *Nam ſignum pro uexillo ponitur. Liu. lib. 4. Signa nunc reſiſtentia deferuntur ab anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos recipiuntur. Apud Vegetium anteſignani dicuntur campigeni, quoniam eorū opera atq; uirtute exercitij genus creſcit in campo.*

Ăntĕſto.ſtas.n.p. *cum datiuo conſtruitur, & ſignificat antecello.* προΐσταμαι. *Gellius libro 9. Qui & uiribus & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulq; uirtute cæteris anteſtabat: id eſt antecellebat. Sed hoc per tranſlationem, nam propriè ſignificat ſicut ſonat. Vnde antiſtes, & antiſtor.* προστάτης.

Ăntēſtŏr.aris.d.p. *ante iudicē ſtatuo.* κλητεύω.

Ăntĕuĕnĭo.is.a.q. *præuenio.* προφθάνω. *Salluſt.*

in Iug. Ac per tramites occultos exercitũ Metelli anteuenit. Plaut. Trin. datiuo iunxit, pro coràm uenio. Tempori huic hodie anteueni.

Ãnteuẽrto. tis. n. t. præcedo, præuenio, anticipo. (φθάνω) Cicero in Lælio. Idipſum cum te cum agere conarer, Fannius anteuertit. id eſt præfatus eſt.

Ãnteurbãnus. a. um. o. ſ. quod eſt urbi propinquum. προάστειος. Vnde anteurbana prædia dicuntur urbi propinqua.

Ãntæus, (ἀνταῖος) apud nos idem eſt quod contrarius.

Ãntexpectãtum, una dictio: aduerb. & ſignificat antequam expectaretur eius aduentus. ἀπροσδοκήτως. Vergil. lib. 4. Georg. Antexpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

Ãnthẽdõn. onis. f. t. (ἀνθηδών) meſpili arboris genus. Hoc pomũ minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſeruatur, flos amygdalæ, foliũ magna ex parte fiſſum, quod antequam decidat rubeſcit uehementer. Nõ fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore.

Ãnthẽricẽum, (ἀνθερίκεον) balſami genus, tenui & capillacea coma. Antherices enim ariſtæ dicuntur.

Ãnthinum mel, (ἀνθινὸν μέλι) uocatur quod uere factum eſt, quoniam ex floribus faui conſtruatur, quos Græci τὰ ἄνθεα appellant. Mel uerò æſtiuum uocatur ὡραῖον, quòd Græci omneis fructus æſtiuos nominant τοὺς ὡραίους, quoniam id tempus per excellentiam horam uocant.

Ãnthẽmis. idis. f. t. (ἀνθεμίς) herba eſt, quam nonnulli leucanthemida, alij leucanthemũ, alij acranthemida, nonnulli melanthion uocant. Hanc medici recentiores barbare chamomillam uocant: uulgò Chamillen.

Anthos. eos. n. t. Latinè flos. Hinc carduelis anthus dicitur, quòd flore paſcatur. Vide Anthus.

Ãnthrãcẽs. m. t. Latinè carbones. Anthrax etiã genus eſt lapidis fulgidi atq; lucentis, quem nos Carbunculũ interpretamur. Hier. ad Dã.

Ãnthrãcĩtẽs, (ἀνθρακίτης) gemma eſt, in qua ueluti ſcintillulæ diſcurrere uidentur.

Ãnthrãcĩnus. ni. m. ſ. (ἀνθράκινος) color niger, à carbone, quòd carboni ſimilis ſit, ſiue quòd huiuſmodi color fit ex tritis in mortario carbonibus. Varro de Vit. paſt. Propinquæ adoleſcentulæ, & iam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequũtur luctũ.

Ãnthrãcẽus. eos, uel ei. m. ſ. uel. t. carbonarius.

Ãnthrãciã. æ. f. p. (ἀνθρακιά) pruna.

Ãnthrõpõs. pi. c. ſ. (ἄνθρωπος) pen. prod. quoniam ſurſum uertatur, Latinè homo dicitur.

Ãnthus. thi. m. ſ. auis eſt, quæ equorum hinnitus herbæ pabulo, aduentu eorum pulſa imitatur, ad hunc modum ſe ulciſcens. Plinius lib. 10. cap. 42. Vide Anthos.

Ãntiæ. arum. f. p. ſunt muliebres capilli in frõte demiſſi, qui ante faciẽ ſiti ſũt. προκόμιον.

Ãntiaxõnã. orum. n. ſ. penul. correp. quaſi contra axem poſita, ἀντὶ contra. ἄξων axis. Græci ἀντιάξονα.

Ãntĩbãchius, (ἀντιβακχεῖος) m. ſ. pes Bacchio contrarius. Conſtat ex duabus longis & ultima breui, ut natura.

Ãntĩcã. f. p. uide in dictione Poſtica.

Ãntĩcãtẽgõriã. f. p. Latinè dici poteſt recriminatio, ſiue mutua accuſatio: & eſt genus controuerſiæ iudicialis. Quint. lib. 3. cap. 12. Adiecerunt quidam numero mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία uocatur.

Ãnticipo. as. act. p. (προκαταλαμβάνω προλαμβάνω) antè capio, præuenio, ut eſt illud Verg. in Cul. Strictior eoos præceſſerat aura iugales, Aeſtiuum ſuadens anticipare diem.

Ãntĩcyrĩcõn. n. ſ. genus eſt herbæ ſimilis Erigeronti, quæ in Anticyra inſula creſcit.

Ãntĩdõrã, (ἀντίδωρα) n. ſ. ſunt remunerationes. Vlpia. Tit. de pen. hære. Planè ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, uelut genus quoddam hoc eſſet permutationis.

Ãntĩdõſis (ἀντίδοσις) f. t. penult. correp. Latinè retributio, ſignificat enim quidquid ex aduerſo datur.

Ãntĩdõtãrius liber, in quo de Antidotis tractatur.

Ãntĩdõtum, (ἀντίδοτον) n. ſ. ex contrario datum remedium, ſiue medicamentum quod contra uenena datur. Nam & ipſa antidota ferè uenena ſunt, ut ſit antidotum quaſi uenenum contra uenenum. ἀπὸ ἀντὶ καὶ δίδωμι. id eſt, contra & do. Nam contraria contrarijs curantur. Quintilianus li. 7. Accerſit alterũ medicum, Ille datum ei uenenum dixit, ſed ſe

anti

antidotum daturum. Dicitur & antidotus, genere fœm. Gell. lib. 14. Huius regis antidotus celebratiſſima, quæ Mithridates uocatur.

Ăntigĕrio, aduerbium ueteres pro ualde, & pro ſtatim utebantur, quaſi anteq̃ res gereretur.

Ăntigrăphĕi, dicebantur à Græcis obſeruatores illi, quos uulgo contrarotulatores dicũt. acta'q; eorum ἀντίγραφα, quaſi cõtraſcripta: nos antigrapharios appellare poſſumus. Hos Cicero cuſtodes appellat in oratione pro lege agraria, contra Rullũ, & De reditu ſuo. Et Vlpianus, lib. 1. De adminiſt. tutorum.

Ăntigrăphŭm, (ἀντίγραφον) Latinè exemplar dicitur.

Ăntilēnă, (προστηθίδιον) qua pectus iumenti cingitur, ſicut poſtilena, quæ ſub cauda ponitur.

Ăntilēpsĭs, (ἀντίληψις) Græcè dicitur, quam Latini interceſſionẽ, uel interiectionẽ nominãt.

Ăntilŏgĭă, (ἀντιλογία) f. p. dici poteſt contradictio, refragatio, uel quaſi contraria oratio.

Ăntimĕtăbŏlē. f. t. ἀντιμεταβολή. Latinè dici poteſt ex aduerſo mutatio. Figura qua uerba declinata repetuntur: ut, Non ut edam uiuo, ſed ut uiuam edo.

Ăntipĕriſtăſis. f. t. ἀντιπερίστασις. pen. cor. à Græcis dicitur perquàm ubi calidum eſt, inde frigus expellitur: ubi frigidum eſt, inde calor expellitur.

Ăntipăthĭă (ἀντιπάθεια) f. p. naturalis rerum differentia, repugnantia: ad uerbum ſonat contrapaſſionem: cui opponitur Sympathia, (συμπάθεια) quæ mutuam quandam rerum inter ſe cognationem ſignificat. Plin. lib. 32. cap. 1. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam uocant, nihil eſt uenenatius uſquam, quàm in mari paſtinaca. Idem lib. 14. cap. 14.

Ăntipĕlărgĕsĭs, (ἀντιπελάργησις) f. t. Latinè beneficiorum retributio dicitur. nam πελάργος. dicta eſt ciconia, quæ retribuat parẽtibus gratiam. Aliâs Antipelargia. giæ.

Ăntiphōnă. ἀντίφωνον. pen. prod. f. p. uox reciproca, duobus choris alternatim pſallentib. Antiphonas Græci primi compoſuerunt, & apud Latinos ſanctus Amb. inſtituit. Ex hinc in cunctis regionib. occiduis uſus increbuit.

Ăntiphrăsĭs, (ἀντίφρασις) pen. corr. f. t. ſermo per contrarium intelligẽdus: ut Parcæ, quia nemini parcant. Sic Manes, quòd non ſint boni. Manum enim antiqui bonum dicebant.

Ăntiphrătēs, gemmæ ſpecies, quæ in lacte decocta, id myrrhæ ſimile facit.

Ănthўpŏphŏră, (ἀνθυποφορά.) penult. corr. f. p. figura, quæ fit cum tacitæ obiectioni reſpondetur. Nam ὑποφέρω. ſubijcio, uel offero, quaſi contraria ſubiectio.

Ăntiptōsĭs, (ἀντίπτωσις) pen. pro. f. t. Latinè dici poteſt pro caſu. Figura quando caſus pro caſu ponitur: ut, Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt. Componitur enim ex ἀντὶ pro, καὶ πτῶσις caſus, à πίπτω. id eſt cado.

Ăntiquārĭŭs, qui uerba ab uſu remota, & commentarios põtificum, et uetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatur authores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, utq; quædam ſolus ſcire uideatur. φιλάρχαιος. Iuuen. Ignotosq; mihi tenet antiquaria uerſus. Et antiquarius, idem quod antiquus, & qui literas antiquas ſcribit.

Ăntiquo. as. a. p. euacuo, aboleo, & ad ſtatũ priſtinum reuoco. ἀπαρχαιόω, καταργέω. Cicer. 3. de Leg. Vos item, ut uideo, legem antiquaſtis ſine tabella.

Ăntiquŭs, a. um. o. ſ. propriè uetus. ἀρχαῖος, πρέσβυς. Vergilius, Antiquasq; domus auium. Deductum ab ante & æuum. Sed differunt inuicem. Nam antiquum dicitur quod eſt prioribus ſeculis factum: uetus, quia obſcurum. Plautus in Moſtel. Antiquum & uetus. Quoniam uerò quæ antiquiora ſunt ferè meliora eſſe conſueuerunt, ut mores, uinum, & ſimilia, ideo factum eſt, ut Antiquius quandoque pro melius (προτιμότερον, πρεσβύτερον) uſurpemus. Cicero in Læl. Hoc quidem proprium amicitiæ, ſed antiquior & magis à natura profecta. Et antiquus nobilis ac uenerabilis, (πρέσβυς.) Vergil. Terra antiqua, potens armis. Ab antiquus, fit antiquitas, (ἀρχαϊσμὸς) pro uetuſtate. Cicer. 1. de Finibus, Quod quàm magnum ſit, fictæ ueterum fabulæ declarant, in quib. tam multis, tamq; uarijs ab ultima antiquitate repetitis tria uix amicorum paria reperiuntur. Antiquè, antiquitus, (ἀρχαίως, τὸ παλαιὸν) aduerbia. Cæſar li. 6. bel. Gal. Quòd ſumma authoritas antiquitus erat in Heduis.

Digitized by Google

Ăntĭrrhētĭs, (ἀντίρρησις) *penultima producta, f.t. Latinè contradictio dicitur.*

Ăntīſtĕs,antiſtitis.pen.cor.c.t.ab antiquo uerbo antiſto, quod eſt anteſto: quòd cæteris anteſtet, id eſt antecellat. Erant enim antiſtites, primarij ſingulorum templorum ſacerdotes, qui ſacris præerant,& de futuris atq; agendis reſponſa dabant conſulentibus. Et tã in fœm. quàm in maſculino genere uſurpatur. De fœminino Val. Max.lib.1. Ne deæ uetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. De maſculino, Liuius, Potitij ab Euandro edocti, antiſtites ſacri eius,permultas ætates fuerunt. Appellantur etiam & protomyſtæ & archimandritæ,& archiflamines. Plautus in fœm.gen. dixit antiſta. Per translat. antiſtes etiam dicitur quicunq; in re aliqua excellit,& principatum tenet:ut Antiſtes iuris, Quintil. Antiſtes ſapientiæ,Plin. Antiſtes artis,Cic.

Ăntĭſtĭtĭŭm.n.ſ.excellentia & apex,& quaſi dignitatis faſtigium. προεδρία. *Martianus Capella, Antiſtitio præminebat Athanaſia.*

Ăntĭſtĭtŏr.m.t.pen.cor. quaſi anteſtator. ἐπιστάτης. *Coll.lib.4. Neq; enim ſingulis totidem antiſtitores poſsit dare,qui obſeruẽt quiq; præcipiant,ut acerbæ uuæ demetantur.*

Ăntĭſtăchŏn,(ἀντίστοιχον) *n.ſ.litera dicitur pro litera. Nã* στοῖχος *litera: ut ſella pro ſedda,magalia pro & magaria, l pro r.nam magal pro magar dicitur, quod Pœnorũ lingua uillam deſignat. Quidam ſcribunt Antiſtichon.*

Ăntĭſtrŏphē, (ἀντιστροφή.) *f. t. dicitur cum inter coniuncta duo, quæ inter ſe pendeant, fit alterna conuerſio, ut ſeruus domini, & dominus ſerui.*

Ăntĭthĕsĭs. (ἀντίθεσις.) *pen.cor.figura cum una litera ponitur pro alia,ut olli pro illi: quaſi pro altera poſitio.*

Ăntĭthĕtŏn, (ἀντίθετον) *pen. cor. n.ſ. obiectum uel contrapoſitum. Figura,cum contrarijs opponuntur contraria,ut apud Oui. Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Perſius, Carmina raſis Librat in antithetis doctas poſuiſſe figuras.*

Ăntĭtypŭm. (ἀντίτυπον) *pen.cor.n.ſ. Latinè exemplar,ſimilis formæ,uel contrarium.*

Ăntlĭă.æ. (ἀντλία) *f p. machinula ad hauriendum aquam excogitata. nam* ἀντλεῖν, *Latinè haurire dicitur. Martial. Cura laboratas antlia tollit aquas. Et Feſtus, Antlare, haurire: à Græco* ἀντλάω: *id eſt haurio. Liuius, Florem antlabant liberi ex carcheſijs.*

Ăntŏnŏmăsĭă, (ἀντονομασία) *f.p. dici poteſt pro nomine, id eſt uice nominis poſitio. Diomed. Antonomaſia eſt uocabulum quod ſine nomine poſitum,loco eius fungitur: ut eſt, Arma uirumq; cano. ubi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis: ab animo, ut magnanimus Anchiſiades, id eſt Aeneas. À corpore: ut, Ipſe arduus, id eſt Polyphemus. Extrinſecus: ut, Infelix puer atq; impar congreſſus Achilli, hoc eſt Troilus. Inde Antonomaſticõs, denominatiuè.*

Ăntrŭm,(ἄντρον) *n.ſ.crypta, Latinè ſpecus uel caverna. Martial. lib. 13. Gaudet in effoſsis habitare cuniculus antris.*

Ănŭlărĕ, (δακτυλικὸν) *quod anuli eſt, ut digitus anularis.*

Ănŭlărĭŭs,(δακτυλιοποιὸς) *artifex, qui anulos facit. Cic. 4. Ac ad. Tibi erit quærendus anularius aliquis, quoniam gallinarium inueniſti.*

Ănŭlātŭs. a. ſ. (δακτυλιωτὸς) *anulis ornatus. Plautus, Quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus.*

Ănŭlŭs.li. (uel potius annulus per duplex nn, & ſimiliter eius deriuatiua) m.ſ. pro digitorũ ornamento, à circuitu uocatus eſt, ſiue à rotunditate quaſi annus. Plau. Pœn. Atq; ut opinor, digitos in manibus non habent, quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus. Græci à digitis δακτύλιον *uocant. Apud nos priſci ungulum & unguinum uocabant, poſtea & noſtri & Græci ſymbolon dixere. Mos autem fuit ueteribus gerere anulum in digito ſiniſtræ manus, qui eſt minimo proximus. Quòd (ut ſcribit Macrobius) in ſectis humanis corporibus repertum eſt, neruum quendam tenuiſsimum ab eo digito ad cor hominis peruenire. Ideo uiſum ueteribus, ut ille digitus anulo tanquam corona circundaretur.*

Ănŭs.us.fœm.q.& prima corr. uetula dicitur. γραῦς. *ab annorum multitudine uocata, cum antiqui conſonantem non geminarent. Vel ab* α, *&* νοῦς, *ſenſus, intellectus: quòd iam ſit ſine ſenſu. Cic. 1. Tuſc. Quæ eſt anus tam delira, quæ timeat iſta, quæ uos? Hinc fit.*

Ănĭlit.

Ănilis, & hoc le. quod eſt anus, uel quod ad anum pertinet. γραϊκός. Et anicula dimin. pro uetula, γραΐδιον. Dicitur & anicilla, ut docet Varro.

Ānus. ni. m. ſ. & prima prod. pars poſterior uerenda. πρωκτὸς. Cicero Pæto, Anum appellas alieno nomine, cur non ſuo potius? Dicitur & alio nomine podex.

Ānxiĕtās. atis. ἀδημονία. & anxietudo. inis. f. t. idem quod angor, id eſt animi uel corporis cruciatus. Cic lib. 2. de Rep. Quartaq́ anxietudo prona ad luctum.

Ānxifĕr. pen. cor. quaſi angorem anxietatemq́ ferēs. ἀλγεινός. Ci li. 2. Tuſc. Nūc nunc dolorū anxiferi torquent uertices. Idem 1. de Diuin. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Ānxiŭs. o. ſ. ſolicitus, mœſtus, ab ἄγχω. περιαλγής. Propriè tamen quid ſit, Cicero 4. Tuſc. oſtendit his uerbis: Itaq dicitur grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint: alij ad metum, alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in alijs anxietas, unde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt.

A ANTE P.

Ăpăgĕ. (ἄπαγε) & apagete dictio comica aduerbialiter ſumpta, ducta à uerbo Græco ἀπάγω, quod ſignificat abduco, abigo, remoueo. Et ponitur aliquando abſolute. Plaut. Amph. Apage, non placet me hoc noctis eſſe, cœnaui modo. Aliquādo cum accuſatiuo. Idem in Curc. Apage hanc caniculam. Vatin. ad Cic. Apage te cum noſtro Sext. Seruilio. Hinc,

Ăpăgĕſis, penult. cor. eodem modo dicitur, ſicut uideſis, cauſis: eſt autem familiariter corripienteis, & ſignificat, adhuc ſi uis, & remoue. Plaut. Pœn. Apageſis, negotij in muliere quantum una eſt.

Ăpărīnē. nes. f. t. (ἀπαρίνη) lappæ genus alio nomine philanthropos appellatur, quod ueſtibus hominum adhærens amare uideatur.

Ăpări, (ἀπάπη) f. t. genus intubi ex Theophraſto, quam Theodorus fraudem conuertit, quia guſtanteis amaritudine decipiat.

Ăpătōr, (ἀπάτωρ) dicitur ſine patre. Quo nomine dictus eſt deus pater, quod ex nullo ſit procreatus.

Ăpŏdĕs. (ἄποδες) aues dictæ à paruitate pedū, quod genus auicularū pennis plurimū ualet.

Ăpellă. læ m. p. dici poteſt ſine pelle. ἀπόδερμος. Quo nomine uocati ſunt Iudæi circuncisi. Hor. in Serm. Credat Iudæus appella.

Ăpĕllo. lis. apuli, apulſum, ex à & pello. act. t. ſignificat amoueo, ἀποκινέω. ut apulſus ab urbe, id eſt amotus. Sunt tamen qui putent aſpello nō apello ſcribi debere, & componi ex abs, ſeu ab, b in s mutata, ne ex ad cōpoſitū uideatur. Nā ita in Captiu. Plauti legitur, Neq adeò ſpes quæ mihi hūc aſpellat. Cic. 2. Tuſc. Sed longè à læto numine aſpellor Iouis.

Ăpĕr. pri. m. t. porcus ſylueſter, à Græco, remota prima litera. illi enim κάπρον dicunt. Iuue. Quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Varro 4. De lingua Latina, Apri ab eo quòd in locis aſperis, niſi à Græcis, quòd hi κάπροι.

Ăpĕrĭo. is. act. q. ex ad et pario, ut inquit Priſc. abiecta d, quia d ſequente p, nonnunquā abijcitur: ſignificat patefacio. ἀνοίγω. Terent. Fores aperi. Habetq́ a corrept. Iuuenal. Protulit, ut mos eſt, & aperta palluit agna. Quandoq́ detego, nudo. Hinc Macrob. ait, iuniores ſolitos eſſe non tam honoris quàm ualetudinis cauſſa maioribus caput aperire. Stat. Sic fatus aperto Enſe uocat ſocios. Per trāſlat. ponitur pro exponere. Plaut. Age iam, & hoc ænigma aperi nobis. Item pro uulnerare. Iuuenal. Fuſte aperire caput, candelam apponere ualuis. Vnde apertū os, Plin. Apertum pectus, Cic. Aperta pericula, apertum cœlū, apertus æther. Apertū ſerenum, Verg. Apertus campus, apertum mare. Liu. Apertus ingreſſus. id eſt inſidijs uacans. Item aperti homines. id eſt ſimplices, qui nihil habent ſimulatum, Cic. Hinc apertio, apertura, uerbale, & apertè aduerbium. Huius uerbi compoſita ſunt, Adaperio, quod eſt ualde aperio: à quo adapertile: (ἀνοικτὸν) pen. cor. quod aperitur uel aperiri poteſt: ut uerſatilis axis, qui uerſatur, uel uerſari poteſt. Oui. de Triſt. Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio, foras uel ualde aperio.

Ăpēs, huius ăpĭs: uel potius Ăpis, huius apis, f. t. animal uolucre de inſectorū genere, cuius eſt mellificare propriuum: unde Græcis μέλισσαι

appellatur. Col. lib. 10. Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior. Ouid. 15. Metam. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. Compoſitum nomen exiſtimant plerique ab a ſine, & pes, quòd ſine pedibus naſci uideatur id genus uolucris, dicente Vergilio, Trunca pedum primò. Creantur apes ex bobus, ſicut crabones ex equis, fuci ex mulis, ueſpæ ex aſinis. Inde apecula, ſiue apicula, (μελίσσιον) diminutiuum.

Ăpĕx. m. t. propriè uirga in ſummo flaminis pileo, in cuius extremo modica lana eſt, quod primum conſtat ad Albam Aſcanium inſtituiſſe. κεραία, ἀκροστιχίς. Hodie pontificum inſula hoc nomine appellari poteſt. Plerunque tamē ſumitur pro ſumma uerticis parte, quòd longè ſit à pedibus. Accipitur & pro cuiuſcunque rei ſummitate acuminata. Colum. lib. 5. Eiuſque uelut apes pronus imminens uocatur. Cic. uerò tranſtulit ad authoritatem magnā: Apex, inquit, ſenectutis eſt authoritas, quanta fuit in M. Cælio Metello. Græcè κολοφών.

Ăpĕxăbo. m. t. inteſtinum ſanguine plenum, admiſto pingui: ſic dictum, quòd in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habet. Varr. 4. De lingua Latina.

Ăphărĕsĭs, (ἀφαίρεσις) pen. cor. f. t. dici poteſt abſciſio. Figura quæ à principio dictionis literam uel ſyllabam aufert: ut, Pone metum, pro depone, ex ἀπὸ καὶ αἴρω μαι.

Ăphĕtēriă. (ἀφετήρια) n. ſ. Græci dicunt carceres unde æqui emittuntur ad curſum. Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas organa ad expugnandas urbeis accommodata.

Ăphĭlŏs, (ἄφιλος) dicitur qui nullū habet amicū.

Ăphrāctă, (ἄφρακτα) n. ſ. ſunt aperta intectaque nauigia. Cic. Noſti aphracta Rhodiorum? nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. Legitur & Aphractus maſ. gen. Cic. Att. lib. 6. Detraxit uiginti ipſos dies etiā aphractus Rhodiorum.

Aphrŏdīsiă, (ἀφροδίσια) dicuntur uenereæ uoluptates.

Aphrŏnitrŭm, (ἀφρόνιτρον) n. ſ. ſpuma nitri: de qua Plin. lib. 31. cap. 10. & Martial. lib. 14. Ruſticus es, neſcis quid Græco nomine dicas: Spuma uocor nitri, dicor & aphronitrum.

Aphrŏs. (ἀφρὸς) ſpuma. Inde Aphroditen Venerē dicimus, quia de maris ſpuma cōcepta fertur

Ăphўă. æ. f. p. (ἀφύα) Latinè apua, piſcis genus candidum, molle ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbiū, Aphya ad ignē, in ea quæ celeriter intereunt, aut conſumuntur. Cic. Att. lib. 4. aphyam populi uocat ſentinam, & ſordes populi: Quid illa populi aphya, denique etiam quid de te fiat, ad me uelim ſcribas.

Aphyracora, electri ſpecies, & prædulcem ſuauitatem dicit.

Ăpĭānŭs. na. num. o. ſ. quod apes auidæ ſumunt. μελισσαῖος. Vnde apianæ uuæ dictæ ſunt, quas (ut inquit Colum.) muſcæ inſectantur: nunc uulgò à muſcis, muſcatella dicūtur. Græci ſticam uocant etiam à quodam ſapore quaſi caſtoreo. Plin. lib. 14. ca. 2. Apianæ apes dedere cognomen præcipuè earum auidè. Col. lib. 12. cap. 54. Paſſum ſi ex uua apiana facere uolueris, uuam apianam integram legito.

Ăpĭārĭŭm. n. ſ. locus ubi apes conſident: hoc eſt ubi aluei apium tenentur, quod mellarium ſiue aluearium nominatur. μελισσών. Col. lib. 8. cap. 14. Nos ſimiliter appellamus apium cubilia apiaria.

Ăpĭārĭŭs. m. ſ. qui curat, ſiue qui poſſidet apeis. μελισσουργός. Plin. lib. 31. Prouentum enim ſperant apiarij large floreſcente thymo.

Ăpĭă. f. p. arbor pyrus dicitur. Græcis ἄπιος.

Ăpĭāſtră. f. p. illa auis dicitur, quæ apeis comedit. μελισσοφόνος.

Ăpĭāſtrŭm. n. ſ. herba eſt, quæ μελισσόφυλλον appellatur: hoc eſt, apum foliū. Et à melle dicitur melitena. Nullo magis flore gaudēt apes.

Ăpĭātŭs. o. ſ. ab api: ut apiata menſa. uide Plin. lib. 11. cap. 15. ubi de menſis cedrinis loquitur.

Ăpĭcæ oues, dictæ ſunt quæ non amplo corpore ſunt, nec multā lanam habent circa corpus totum. ψιλόδερα πρόβατα. Plin. li. 9. ca. 48. In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate crurū, uentris ueſtitu: quibus ſi nudus eſſet, apicas uocabant, damnabantque.

Ăpĭcŭlă. dimin. parua apis. f. p. μελίσσιον. Plin. lib. 7. Fabricatam & nauem quam apicula pennis abſconderet. Dicitur & apecula, ab apes nominatiuo, quæ merops etiam uocatur. Verg. Meropes, aliæ uolucres.

Ăpĭcŭlŭs, dimin. m. ſ. paruus apex: quod & apiculum dicitur. κεραία. Feſtus, Apiculum filum

um, quo flamines uelatum apicem gerunt.

Apina, (ἄπινα) f.p. arbor, quaſi minime pinus: quæ pinus picta dicitur, quòd piceæ potius quàm pino ſimilis ſit.

Apinæ, pen. cor. nuces uocantur, quæ cutem ue rius quàm putamen adeò mollem habent, ut ſimul mandantur.

Apiona mala, maiora apijs, aliter Melappia: dicta à figura orbis in rotunditaté circũacti.

Apiria, (ἀπειρία) infinitio. f.p. Ci. Cogitemus infinitionem ipſam quam apiriam uocant.

Apiſtos, gemma quæ igne excalefacta, ſeptenis diebus calorem tenet, diſtinguentibus eam quibuſdam rubentibus uenis.

Apithanon, (ἀπίθανον) Latinè imperſuaſibile.

Apium. p.j.n.ſ. herba folia habens petroſelino ſimilia, ſed maiora, ex qua fiebant apud antiquos coronæ uictoribus ſacri certaminis Nemeæ. Iuuenalis, Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita ſaltu, Proſtitui Graiæq; apium meruiſſe coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant. Alij dicunt Apium dictũ, quòd apes uehementer illius flores decerpant.

Aplanes. (ἀπλανὴς) pen. prod. dicitur non uagus, inerrabilis. Macrob. lib. 1. de Som. Hic enim cœlum quod aplanes ſphæra uocitetur, partem unam, ſeptem uerò ſphæras, quæ uagæ nominantur.

Aplyſiæ, (ἀπλυσίαι, illotarias uertit Theodorus) ſphongiæ uocantur, quia elui non poſſunt. Nam cum uiuæ atq; illotæ ſunt, nigricans color eſt illis.

Apocalypſis, (ἀποκάλυψις) f.t. Latinæ reuelatio, ex ἀπὸ, quæ Re in compoſitione ſignificat, & καλύπτω, uelo.

Apocataſtaſis, (ἀποκατάστασις) f.t. inſtauratio.

Apocleti, (ἀπόκλητοι) m.ſ. ſenatores, ſanctiusq; concilium, quod ex delectis conſtat uiris, qui & decuriones dicũtur. De apocletis frequens mentio fit apud Liuium.

Apocope, (ἀποκοπὴ) f.t. amputatio, ex ἀπὸ, quæ Re uel ab, & κόπτω, ſcindo, amputo. Figura quando ultima litera, uel ſyllaba tollitur, ut peculi pro peculij.

Apocopi, (ἀπόκοποι) m.ſ. dicti ſunt à Iulio Materno caſtrati, quaſi abſciſsi, amputati uirilitate.

Apocriſis, (ἀπόκρισις) f.t. reſponſum.

Apocrotus, (ἀπόκροτος) m.ſ. durus & rigidus. Firmicus libro 7. Naſcentur ſerui miſeri, apocroti, oligochronij & infelices.

Apocryphus. a. um. (ἀπόκρυφος) o.ſ. Latinè abſconditus, ſecretus, ex ἀπὸ, quæ exaggerat rem, & κρύπτω, abſcondo. Illa uerò ſcriptura dicitur apocrypha, cuius oculta origo eſt, & in qua licet inueniatur aliqua ueritas, tamen propter multa falſa, nulla eſt in eis canonica ueritas. Qui uerò ſint apocryphi libri, quære in Decretalibus, diſtinct. 15. cap. Sancta Romana eccleſia.

Apocynon. ni. n.ſ. (ἀπόκυνον) oſsiculum in ranæ ſiniſtro latere, quod ſi in aquam deiectum fuerit, ſtatim feruere ferunt, amorem eo & iurgia ſi in potionem addatur concitari. Sic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. uide Plin. lib. 32. cap. 5.

Apodes. dum. f.t. (ἄπους. δος. δες.) aues quædam, quòd careant uſu pedum. Alio nomine cypſelli dicuntur, ex hirundinum genere, uolant plurimum, nidificant in ſcopulis atq; in editioribus domibus. Quies eis niſi in nido nulla, aut pendent aut iacent. Plinius lib. 10. plurimum uolant quæ apodes uocantur, quia carent uſu pedum. Vide cypſeli.

Apodixis, (ἀπόδειξις) f. t. euidens probatio, demonſtratio, ſiue experimentũ. Vnde apodixes grãmaticæ uulgò dicũtur geometricæ probationes.

Apodos. di. m.ſ. pen. prod. ſcribitur enim per ω, ἀπῳδὸς, & eſt uox galli intẽpeſtiua ſiue immatura, et uox quæ neq; choro neq; fidib. cõcordat. Eſt etiã cõmune, inconcinnus.

Apodyterium. rij. n.ſ. (ἀποδυτήριον) ſpoliatorium, locus in quo loturi aut ſudaturi ueſtes deponebant, quas capſarij ſeruabant. Nam ἀποδύειν, exuere dicitur. Plin. ad Apollinarem, Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atq; opacum.

Apogæi, (ἀπόγαιοι) uẽti ſunt à terra flãtes. Pli.

Apogæum. gæi. n.ſ. (ἀπόγαιον) ædificium conſtructum ſub terris, id eſt antrum. Melius hypogæum.

Apographum. phi. n.ſ. exemplũ & deſcriptio libri, & imago tabulæ, Latinè deſcriptũ & exſcriptum dicitur. Vnde Cic. libros ſuos philoſophicos Apographa uocat: quaſi ſcriptorũ

Græcorum

Græcorum imagines, & exempla.

Ăpŏlăctizo.as. calcibus inuado. Per tranſlat. paruifacio, contemno. Plaut. Epid. Auxilia mihi & ſuppetiæ domi ſunt, apolactizo inimicos omneis.

Ăpŏlēctūs.m.ſ. delectus, ſiue ſelectus, à uerbo Græco ἀπολέγω, quod deligo ſignificat. Apolecti igitur delecti, eximij, ſelecti. Liu. 6. Maced. Vbi cum in concilio delectorum, quos apelectos uocant, Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipſis propè accidiſſent, expoſuiſſent. Eſt & genus piſcis, ex pelamidū genere. Plini. lib. 9. cap. 15. Pelamides in apolecto:, particulatímq; confectæ in genera cyborum diſpartiuntur.

Ăpŏlŏgĭă.f.p. reſponſio uel ſatisfactio, defenſio ſeu excuſatio: quæ & apologema.atis. (ἀπολόγημα) dicitur. Vnde apologeticus liber, id eſt ſatisfactionalis.

Ăpŏlŏgo.as.a.t. poſtulo, ἀπολογοῦμαι. Seneca Epiſt. 47. Et ſæpe illum inuicem apologauit.

Ăpŏlŏgŭs, (ἀπόλογος) m. ſ. fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. nam eſt quædam ex humilibus rebus compoſita forma ac ſpecies ad inuidendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. de Orat. Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum.

Ăpŏnă, (ἄπονα) non tam quia contra morbos ſint, dicuntur, quàm quia citra dolorem ullum afferūt remedium. Vnde Patauini quoq; fontes appellati ſunt Aponi, ut Caſſiodôro

Ăpŏphăſis, (ἀπόφασις) f.t. negatio, (placet. abnuentia, depulſio, ab ἀπόφημι. Vide Quin. lib. 9. cap. 2.

Ăpŏphătĭcă, (ἀποφατικὰ) negantia, ut cum quis accuſatus quòd homines occiderit, reſpondit, Non occidi.

Ăpŏphŏrētă, (ἀποφόρητα) pen. pro. munera quæ dari ſolebant Saturnalibus (quem morem hodie quoq; aſſeruamus menſe Decembri, in natali ſaluatoris die) & uaſa quoq; quæ conuiuijs apponebantur, ut ſecum ea ferrent, domo'q; haberent. Suet. in Domit. Dabat ſicut Saturnalibus uiris apophoreta, ita per Calend. Mart. fœminis. Dicta apophoreta, quòd ab ijs quos ſalutabant referrentur. ἀποφορεῖν enim modo auferre, modo referre ſignificat.

Ăpŏphthĕgmă.atis.n.t. (ἀπόφθεγμα) breuis & acuta ſentētia, ſiue acutū dictum, ſiue reſponſio, non cuiuslibet ſed illuſtrium tantum uirorum. Cic. 1. Offic. Multaq; multorum facetè dicta, ut ea quæ à ſene Catone collecta ſunt, quæ uocant, ἀποφθέγματα.

Ăpoplēctĭci, (ἀποπληκτικοὶ) ſunt quos dicimus attonitos, quorū uidelicet & corpus & mens ſtupet ictu fulminis, aut morbo. Hieron. in Chronicis Valentinianum ſubiti ſanguinis corruptione mortuum ſcribit, quæ Græcè ἀπόπληξις uocatur.

Ăpoplēxĭă, (ἀποπληξία) f.p. ſiue Apoplexis, ſubita percuſſio, quam ſequitur mors: ab ἀποπλήττω, ictu conſterno. Celſus. lib. 6. cap. 27. At reſolutio neruorum frequens ubiq; morbus eſt: ſed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres autores illud apoplexian, hoc paralyſin nominauerunt.

Ăpŏrŏn, (ἄπορον) controuerſiæ genus. Gell. li. 9.

Ăpŏrrhŏcās. (ἀποῤῥῶγας) Græci uocant defluxus quoſdam aërios, qui ad terram labenteis ſtellarum caſus imitantur.

Ăpŏſĭōpēſis, (ἀποσιώπησις) f.t. pen. prod. à Cicerone dicitur reticentia, à Celſo obticentia, alij interruptionem appellant. Nam eſt quaſi interceptum ſilentium. Figura indignantibus familiaris, in qua uerbum extrinſecus ſubintelligitur. Vergil. Quos ego. deeſt enim puniam, uel quid ſimile. Quintil. lib. 9. Omne in quo aliquid deeſt, Apoſiopeſis poterit appellari.

Ăpŏſtăſĭă, (ἀποστασία) elongatio, defectio, rebel (lio.

Ăpŏſtătă, tæ. (ἀποστάτης) m.p. ſiue apoſtaticus, rebellis.

Ăpŏſtăto.as. (ἀποστατέω) n.p. pen. cor. rebello. Cyprian. ad Corn. Intereſſe debet eos qui uelut apoſtatauerunt, & ad ſeculum cui renunciauerant, reuerſi gentiliter uiuunt, uel ad hæreticos transfugæ facti, contra eccleſiam pernicialia arma ſuſcipiunt.

Ăpŏſtēmă.atis. (ἀπόστημα) n.t. pen. prod. uomica eſt, quæ & ſuppuratio à Latinis, cum concurſus mali humoris in aliqua parte corporis factus eſt. Sed propriè ἀπόστημα, ſpatium, diſtantia. ἐξ ἀφίστημι, abſcedo. Plin. lib. 20. cap. 33. Caro eius interior ſine ſemine, clauis pedum, & ſuppurationibus, quæ Græci uocant apoſtemata.

Ăpŏſtŏlŭs, (ἀπόστολος) m. ſ. Latinè miſſus, ſiue nuncius dicitur, ab ἀποστέλλω, mitto. Apoſtolorum autem quatuor ſunt genera: à deo nõ per hominem, ut Moſes. à deo ſed per hominem, ut Ieſus Naue. per hominem tantum, ſicut noſtris temporibus multi fauore uulgi in ſacerdotium ſubrogati ſunt. ex ſe autem, ſicut ſunt ipſi pſeudoprophetæ.

Ăpŏſtrŏphē, (ἀποστροφή) f. t. dici poteſt conuerſio, figura cum ad aliquem per ſecundam perſonam fit conuerſio: ut, Te nunc alloquor Africane, cuius mortui nomen ſplendori ac decori eſt ciuitati. ἀποστρέφω enim auerto.

Ăpŏſtrŏphŭs. (ἀπόστροφος.) m. ſ. accentus colliſiuus, in fine alicuius dictionis, denotans uocalem præcedentis dictionis eliſam propter hiatum: ut, ἀφ' ἑ, pro ἀπὸ ἑ.

Ăpŏtĕlĕſmă, (ἀποτέλεσμα.) n. t. eſt quicquid cœlũ ex aſtrorum compoſitione & aſpectu mutuo affectum, in natali hora cuiuſq; efficit.

Ăpŏtŏmĭă, æ. f. p. (ἀποτομία) maior pars ſemitonii quæ à Latinis diciſsio dici poteſt, ἀπὸ τοῦ τέμνω: id eſt ſeco.

Ăpŏthēcă, (ἀποθήκη) f. p. cella uinaria, ubi uinum & conſeruatur & uenditur. Plin. Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Dicitur etiam apotheca ſtatio, in qua res uenales apponuntur.

Ăpŏthĕōſis, (ἀποθέωσις) f. t. conſecratio, ſeu deificatio. Vnde ſeruius in Daphni. apotheoſin dixit relationem in deos, cum ſcilicet hominem inter deos nominamus.

Ăpŏxўŏmĕnŏs, (ἀποξυόμενος) Græci uocãt eos qui è corporibus ſordeis detergunt, quaſi diſtringentes.

Ăpŏzēmă, (ἀπόζεμα) aqua cocta cum medicamentis.

Ăppărĕo. es. pen. prod ſignificat uideri, φαίνομαι. Vergilius, Apparet liquido ſublimis in aere niſus. Eſt etiam de improuiſo ſe oſtendere. Cicero, Cum equites Antonij apparuiſſent.

Aliquando pro comparere. Terentius in Eunu. Ille autem bonus uir nuſquam apparet. Plinius in Epiſt. Interceptus ne ſit à ſuis, an cum ſuis dubium. Certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit. In ſumma ſignificat adeſſe, elucere, eminere, in conſpectu eſſe, uel relinqui: ſpeciem offerre, uel præ ſe ferre, uel habere. Interdum uerò eſt minoris ad maiorem, ſcilicet præſto eſſe, & iuſſa nutusq; iudicis expectare. παρίστασθαι. Vergilius Aen. 12. Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; ad limina regis Apparent. Gel. Lictor ille qui conſuli apparebat

Ăppārĭtio, oſtenſio. ἐπιφάνεια. Ponitur aliquando pro præſtatione officij, ſeu præſtantia ad obſequendum, cuiuſmodi ſolet eſſe apparitorum erga magiſtratus. Cice. ad Termum, Ego cum antè ſtudioſè commendabam Marcilium, tum multò nunc ſtudioſius, quòd in longa apparitione ſingularem, & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abſtinentiam modeſtiamq; cognoui. Sic

Ăppārĭtōrēs, dicti ſunt quòd appareant, & præſtò ſint ad obſequium, qui & ſtatores dicuntur, ut ſunt ij, qui magiſtratibus circunſtant parati ad obſequendum. ὑπηρέται, δορυφόροι, οἱ ταξιῶται. Quandoq; apparitores tabellariorum officio fungebantur. dabatur enim comes magiſtratibus, qui & ſalarium à Republica, licet paruum accipiebat. Cicero in Verr. Act. 5. Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

Ăppārĭtōrĭŭm. rij. n. ſ. dicitur omne id quod paratur, uel adiutorium.

Ăppārĭtūrā, (παράστασις) ipſum miniſterium. Scribit Sueton. lib. De Grammaticis Orbilium apparituram feciſſe, (παραστῆναι) magiſtratibus: ſignificans eum fuiſſe apparitorem miniſtrumq; magiſtratuum.

Ăppăro. ras. a. p. penult. correpta, ſignificat ad dignitatem quandam ac pompam apto, cum magna attentione & diligentia paro, ſiue comparo, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω. Cic. lib. 3. de Oratore, Illa quæ in apparatu fori appellantur inſignia. Præparo uerò, antè paro, quæ utilia mihi fore credo. Idem lib. 1. Offic. Facilè totius uitæ curſum uidet, ad eamq; degendam præparat res neceſſarias. Et quanquam apparatus, (παρασκευή, διασκευή) uideatur utrunq; ſignificare (ut apparatus belli, quaſi præparatio) id tamen potius eſt ex quadam conſequentia quàm proprietate. Nam ut dicimus naues non modò inſtructas, ſed etiam ornatas, quia ut inſtructiores ad bellum eò pulchriores ſunt: ita apparatũ belli uocamus, quæ ad bel

ad bellum quodam decore et ornatu aptantur.

Ăppărātio, idem quod apparatus. Cic. 2. Offic. Eſt enim multus in laudanda magnificētia, & apparatione popularium munerum. Idem 1. de Inuentione, Propterea quòd ex his ſuſpicio quædam apparationis, atq; artificioſæ diligentiæ noſcitur.

Ăppellātio, (πρόσρημα, προσφώνησις) aduocatio, ſiue prouocatio, & appellatio (ut docet Seru.) eſt, ut propria nomina, ut hic Cato, ille Brutus. Vocabulum eſt, quo res inanimales enunciantur. Nomen eſt, ut Deus, uel homo.

Ăppēllo. as. nomino. act. p. ὀνομάζω, προσαγορεύω. Cic. Pub. Scipionem qui primus Africanus appellatus ſit. Item uocare. Plautus Trin. Si appellaſſes, reſpondiſſet nomine. Item alloqui & uerba cum aliquo facere, ἐντυγχάνειν, κοινολογεῖσθαι. Plaut. Accedam, atq; hanc appellabo. Cic. pro Cluent. Appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandiſsimè poteſt. Item attentare, laceſſere, prouocare. πειρᾷν, λόγους προσφέρειν περὶ συνουσίας. Liu. Blactius de proditione Daſium appellabat. Vlpianus, Appellare, eſt blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Item auxilij gratia quempiam implorare. Cic. Vos uos appello fortiſsimi uiri. Sic appellare deū: quod tamen aliquando & pro teſtari deum ponitur. Item nomen alicuius effero, & prodo. Cic. De quo iudicio ſi uelim dicere omnia, multi appellandi lædendiq; ſunt. Interdum pro aduocare, (ἐπικαλοῦμαι) id eſt in iudicium uocare, iudicium dictare: uel citra iudicium interpellare. Quintil. Appellabatur à creditoribus ſcilicet, ut ſolueret debitum, unde & illud Columellæ, Optima nomina non appellando fieri mala. Interdum eſt poſt ſententiam, tanquam male latam, contra aliquem agere, ἐκκαλεῖσθαι τὴν δίκην, ἐφεῖναι, ἐπικαλεῖσθαι. unde Vlpianus, Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Dicimusq; Appello principem, & ad principem. Appellare ex aduerſo. (καλεῖν κατ᾽ ἀναστροφὴν) eſt nomina per antiſtrophen imponere, ut qui herbam illam omni duritia carentem ὁλόστεον uocauit, quo ſignificatur tota oſſea.

Ăppēllo. lis. appuli, appulſum. act. t. ſignificat conduco uel adduco, προσορμίζω, ut cum è pelago quid ad littus acceſſerit: ut ille appulit ad portum, uel in portum, uel portui. Vergilius, Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. Hinc appulſus. us. (καταγωγή, προσβολή) pro acceſſu pecoris ad aquam. Iureconſultus, Totum corrumpat pecoris ad aquam appulſum. Quandoque appellare ſignificat ponere, dirigere, & animum ad aliquid agendum intendere, προσέχειν, ὁρμᾶν. Terent. Poëta cum primum animum ad ſcribendum appulit. id eſt appoſuit.

Ăppēndĕo. es. act. ſ. iuxta, ſeu ad aliquid pendeo. προσαρτῶμαι.

Ăppēndix. f. t. dicitur quod alij adiectum eſt, quaſi ex alio pendeat. ἀποφυάς, προσθήκη. Cic. in Hort. Vidit quod uidendum fuit, appendicem animi eſſe corpus. Huius dimin. eſt appendicula. Eſt & appendix genus ſpinæ.

Ăppēndo. is. di. ſum. a. t. ſuſpendo, quaſi ad aliquid pendo, ταλαντεύω, ἵστημι, προσαρτάω. Plinius, Atq; uuas iam maturas ad ſolem appendere. Item eſt ad ſtaturam lancemq; ponderare. σταθμίζειν. Cic. in Anton. Vt iam appendatur pecunia, non numeretur. Et appendere, adiungere, unde appendix.

Ăppĕto. is. pen. cor. a. t. auenter cupio, ὀρέγομαι, ὀργῶ, ἐφίεμαι, ἐρῶ. Et tam in bonum, quàm in malum, ſicut Expeto capitur, niſi quòd in expeto maior uis eſt propter ex, quæ maximam in ſe uim continet. Curtius, Hærebat inter cupiditatem pudoremq;, & quo modeſtius quod expectabat appeteret, peruicacius oblaturos eſſe credebat. Falluntur itaq; qui differentiam aſsignant inter appetere & expetere dicentes, expetere cum ratione eſſe, appetere qualitercunq;: expetere bona, ſaneq; honeſta: appetere uerò inhoneſta & mala. ex quo appetitus, quæ eſt immoderata cupiditas. Quod autem conſtat falſum eſſe. Nam appeto ad bona atq; honeſta authores uſi ſunt, & expeto ad inhoneſta atq; mala. Cic. lib. 4. Tuſculan. Quoniam ut bona natura appetimus, ſic & à malis natura declinamus. Quod autem expeto etiam ad uoluptates, & quandoq; ad maximum malum pertineat, Cicero oſtendit libro. 1. Offic. Expetuntur diuitiæ, cum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. Ad maximum malum. Cic.

in Piſone, À me quidem etiã pœnas expetiſtis, quibus cõiuratorum menteis mortuorum expiaretis. id eſt requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. Nam expeto quòd eſt maioris uis, ſi in malã ſumatur partem, eò magis ratione deficit, & accipitur pro ſumo, ſiue requiro. Aliquando tamen pro requiro ſiue deſidero ſolo accuſatiuo contentum eſt. Plautus in Caſſ. prologo, Nos poſtquam populi rumore intelleximus ſtudio sè expetere uos Plautinas fabulas. Ponitur pro Adeo: ut, appeto prætorem, id eſt adeo prætorem. Interdum appetere ſignificat inſtare, appropinquare. ἐγγίζω, ἐνίστημι. unde appetit dies dicimus, nox, ueſpera, &c. Interdum uulnerare. βάλλειν. Cæſar lib. 7. Leuans ſe alis, os oculosq́ hoſtis roſtro & unguibus appetit. Hieron. ad Vital. pro amare poſuit, cum, inquit, Impendio precor, ut in amore quo nos appetere cœpiſti ad finem uſq́ perdures. Ab appeto fiunt appetitor. ἐπιθυμητής. Appetitus, & appetentia, & appetitio, (ὄρεξις) pro deſiderio. Plinius lib. 19. Cibiq́ appetentiam faciunt lactucæ.

Āppīānă poma, (ἀππιανὰ μῆλα) ab Appio ex Claudia gente cognominata, odor his maximus eſt, ferè ut cotoneorum, magnitudo non multo inferior. Plin. lib. 15. cap. 14.

Āpplaudo. n. p. ſignificat allido. ἐπικροτέω. Apuleius lib. 6. Incuſsis in eam poſteriorum pedum calcibus protinus applaudo terræ. Aliquando applaudere, eſt alicui plaudere membro aliquo, (ἐπικροτέω) uel in laudem, uel uituperium.

Āpplico. as. aui. atum. a. p. pen. cor. & applicui, applicitum. ſignificat appello, κατάγω, προσορμίζω, ἐνορμίζω, adiungo, annecto, (ἐπέχω, προσαρμόζω, προσάπτω, παραβάλλω) & conſtruitur cum datiuo, uel accuſatiuo mediante ad. Vergil. Quæ uis immanibus applicat oris. Cic. Appio. Pul. Omnes uires ciuitatis ſe ad Põmpeij ductum applicauerunt. id eſt adiunxerũt. Terent. Andria, Tum ille egens fortè applicat primũ ad Chryſidis patrem ſe. id eſt redu cit uel recipit. Hinc applicatio, uerbale, actus ipſe applicandi. Cic. 1. de Orat. Ius applicationis obſcurum ſanè & ignotum, patefactum in iudicio atq́ illuſtratum eſt patrono.

Āpplōdo. is. (ἐπικροτέω) n. t. pen. pro. uide Plodo. Applodo fulgetris, apud Plin. eſt fauere, teſtariq́ honorem illo motu.

Āpplŭdă, (ἀνάβιον) f. p. pen. pro. à quibuſdam interpretatur furfur, à quibuſdam ſorbitionis genus liquidiſsimũ. Plin. lib. 18. cap. 10. docet appludam uocari purgamenta milij & panici & zizaniæ, cum in frumento palea dicatur. Dicta appluda ab applodendo, quòd propter tenuitatem, quia minutiſsima eſt, ſpiritu deijciatur. Næuius, Ne hercle appluda eſt hodie quàm tu leuior.

Āppōno. uide Pono.

Āppōrto, (προσφέρω) uide Porto.

Āppŏsĭtŭs. a. um. o. ſ. quod eſt iuxta uel ad aliquid poſitum. προσκείμενος. Cic. in Arte uet. Gladium propè appoſitum è uagina eduxit, & illum alterum occidit. Aliquando ſumitur pro eo quod eſt cõueniens ad propoſitum. ἐπιτήδειος. Idem in eadem, Aut ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur, aut ei quod aduerſarius intelligat, aduerſetur. Et lib. 1. Offic. Officium eius facultatis uidetur dicere appoſitè ad perſuaſionem. Vide Pono.

Āppōtŭs, ualdè potus, qui multum potauit. o. ſ. Plaut. Curc. Poſtquam cœnati atq́ appoti, talos poſcit in manum.

Āpprīmē, pen. pro. aduerb. ab Apprimus, quod eſt longè primus, ut ſcribit Gellius: unde Apprimè ſignificat in primis, egregie, ualde. ἐς τὰ πρῶτα. Terent. And. Nam id arbitror apprimè in uita eſſe utile.

Āpprŏbŭs. pen. correp. o. ſ. ualde probus. πρόδοκιμος. Gellius, Et in uerſu eſt Cæcilij poetæ comici, Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus.

Aprīcārī. (ἡλιοθερεῖν, εἰλεῖσθαι,) d. p. eſt in aprico loco eſſe, uel aëris amœnitate uti, uel caleſcere. Varro in miniſterijs, Licet uideret multos quotidie in hyeme in ſole apricari. Plin. li. 16. de colum. Apricãtur aliæ ſcalpẽtes ſeſe. Hinc appricatio, uerb. Cic. in Cat. Vbi enim poteſt illa ætas caleſcere apricatione melius?

Aprīcŭs. pen. pro. o. ſ. locus ſoli oppoſitus, quaſi ſine frigore. Nam φρίκη hororem ſignificat. προσήλιος, εὐήλιος, πόσαλεα. Hinc etiam putatur Aphrica dici Varro: Aprica ſit terra, ubi ſerus uiolam. φ enim aſpirata conuertitur π in π ſuam tenuem. Apricus homo & apricanus

mauis quæ ſole gaudet. Verg. Et apricis ſtatio gratiſsima mergis.

Aprilis, (ἀπρίλιος, ἀπρίλις, θαργηλιὼν) m.t. mēſis dictus eſt, quaſi aperilis, quòd terrā aperiat, quia uerna temperie plantarum germina aperiantur. Vel dicitur Aprilis, quaſi Aphrilis, ab ἀφρὸς, ſpuma, cum ex maris ſpuma nata ſit Venus.

Aprīnus, (καπρινὸς) ab apro deducitur, ut aprina caro: ſic ſcribi quidem debet ſecundum analogiam. Antiqui ſcribebant aprūgnus. Pli. lib. 8. cap. 51. Catonis Cenſoris orationi aprugnum exprobrant callum.

Āprōnārĕ in genua. act. p. dictum eſt pro eo quod eſt ingeniculari, ut antiqui dicebant. ἀποκρηνιζεσθαι. Apul. lib. 1. Planiorem ripæ marginem implicitur in genua apronat ſe, auidius affectans potionem.

Aprŏsōpŏs, (ἀπρόσωπος) pen. prod. Latinè impersonalis dicitur, τὸ πρόσωπον perſona Græcè appellatur.

Āpseudĕs, homo eſt minime fallens.

Āpsȳchŏn, (ἄψυχον) inanimatum, quod eſt ſine anima, & ſpirare non poteſt.

Āpsis. idis. pen. cor. f. t. ἀψὶς, ἀψῖδος. eſt curuatura rotæ, id eſt ligneus rotæ circulus: in quo figuntur radij: in qua ſignificatione alij primam aſpirant, hapſis, ab ἅπτειν, id eſt à tangendo, quòd uidelicet rotæ, cum uoluuntur, terram contingant. Home. Ilia. ε. pro foramine retis, ſeu plaga uſurpat. Significatur etiam hoc nomine fornicis curuatura. Cæcilius in Epiſtolis, Cubiculum in apſida curuatum. Plin. lib. 2. cap. 15. circulos in ſtellis apſidas uocat. Dicitur & apſida. dæ. Auguſtinus ad Max. In futuro Chriſti iudicio nec abſidæ gradatæ, nec cathedræ uelatæ adhibebuntur.

Āptĭtūdo. dinis. f. t. eſt cōueniētia, pulchritudo, elegātia. κομψότης. unde fit aptè aduerbiū, &

Āpto. as. act. p. conuenienter aliquid rei alicui iungo, ſeu accommodo, προσάπτω: & conſtruitur cum datiuo uel accuſatiuo mediante ad. Cic. in Phil. Cuius deniq; fortunæ ſtudia tantæ laudi & gratulationi tuæ ſe non aptarint? Huius compoſita ſunt adapto, & coapto.

Āptōtŏn, (ἄπτωτον.) n. ſ. dicitur ſine caſu, ab α ſine, καὶ πτῶσις caſus: Sūt enim aptota nomina quæ neq; per caſus, neq; per numeros declinātur.

Āptus. ta. tum. o. ſ. dicitur quod ad aliquid accommodatū eſt. ἐπιτήδειος, ἁρμόμενος, προσηρμοσμένος. Perſius, Non ego cū ſcribo ſi fortè quid aptius exit. Interdū aptū dicitur neceſſariū. Cic. lib. 3. de Fin. Itaq; natura ſumus apti ad totius conſilia ciuitatis. Interdū elegans, ut apud eundem li. 2. De Orat. Ita porrò uerbis eſt aptus & preſſus, ut neſcias utrum oratione, an uerba ſententijs illuſtrentur. Et de Off. Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos. Interdum connexum. Verg. lib. 2. Georg. Ipſos è torquibus aptos, Iunge pares. Huius compoſitum & contrarium eſt Ineptus.

Ăpŭă. æ. f. p. (ἀφύη) piſcis è pluuia natus. Plin. lib. 31. capite 8.

Ăpŭd, (παρὰ, πρὸς) præpoſitio eſt quæ nūquam compoſita reperitur, appoſita uerò caſualibus quandoq; locum denotat: ut apud Mantuam hæc ſcripſi. Quandoq; perſonam: ut, apud regem. Quandoq; loci & perſonæ coniunctionem: ut, cœnaui apud Pompeium. Sed cū ad perſonam refertur, plerunq; familiaritatem ſignificat non dominium: ut, Fui apud te: id eſt tecum, uel domi tuæ. Melius tamen locis ſeruit. Ponitur interdum pro In. Teren. And. Apud forum modò de Dauo audiui. Penes uerò & poteſtatem, & perſonam, & dominium, (ἐπὶ) cum datiuo. Ouid. lib. 1. Faſt. Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi. Quandoq; etiam ſine dominio: ut, fides penes authores eſt. id eſt apud. Relatum ad perſonam denotat uituperationem & laudem, commodum & incommodum. Quintil. Culpa uideatur penes patrem. Cic. Penes quos laus adhuc fuit. Liu. Penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia eſſent. Seruit etiam loco, ut penes ſcenā. Ci. ad Heren. Apud ſe aliquādo dicitur eſſe, dum omiſsis negocijs ſe quis in receſſū recipit. Cic. lib. 1. de Ora. Marcus uerò Scaurus quē nō longè ruri apud ſe eſſe audio.

Apus. uide apodes.

Ăpȳrīnus. a. um. adiect. o. ſ. ut apyrinus fructus Col. lib. de arb. cap. 23. Eares & fertilem arborem reddet, poſteà uerò etiam dulcem & apyrinum faciet. Martial. li. 13. Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis, De Nomentanis

tenis ſed damus arboribus. Genus eſt dulce mali punici, cui lignoſus non eſt nucleus. Plinius lib. 13. cap. 19. πυρὴν Græcè nucleus eſt.

Ăpȳrōtŭs, (ἀπύρωτος) gemma cui ignis non nocet. Dicitur & apyraſta carbunculus, quòd ignem non ſentiat.

A ANTE Q.

AQuă (ὕδωρ) componi uidetur ex a & qua: quaſi à qua uiuamus. Vnde aqua & ignis interdici ſolebat damnatis. Eſtq; elementum quod ab æqualitate dicunt. nihil eſt enim illa dum quieſcit æquabilius.

Aſcenſius: Putem aquam ab æquo dici ablato e, ſicut harenam ab hærendo. nam ſi ab à & qua componatur, prior eſſet longa.

Ăquæductŭs. us. ui. m. q. ab aqua ducenda. eſt enim aquarum deductio, hoc eſt cum alicunde aqua deriuatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus aliò inducatur, ſiue ad bibendum ſiue ad irrigandum. Vlpian. De ſeruit. ruſt. præd. Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ: iter, actus, uia, aquæductus.

Ăquælicium. cij. n. ſ. dicitur, cum aqua pluuialis remedijs quibuſdam elicitur.

Aquæ niuales, (ὕδατα νιφόεντα) menſæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur ut eſſent ſalubriores: poſtea colo niuario & ſacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Ăquăgium. n. ſ. quaſi aquæ agium. ὑδραγωγία. Eſt enim aquæductus, ὑδραγωγὸν, ἀγωγόν.

Aqua intercus, hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem. ὕδρωψ, ὕδερος. Sunt autem duæ dictiones, quarum intercus adiectiuum eſt, unde morbum intercutem dicimus. Cic. 3. Offi. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Plinio hic morbus aqua ſubtercutem fuſa nominatur.

Ăquălĭcŭlŭs, (γάστρον) m. ſ. dimin. eſt ab aqualicus, & uas uocatur in quo porci ſorbent. Per transl. pro uentre ſiue aluo ſumitur, tam occulto quàm apparente, in quam ſordes fluunt. De homine dicitur. Perſius: Nugaris, cum tibi Calue Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Ăquălĭcŭs. m. ſ. aluus ubi ſordes defluunt. Apicius, Reples aqualicum ſic ut laxamentum habeat, ne diſsiliat in coctura.

Ăquālis, (ὑδρία) m. t. genus uaſis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur: quod & matula dicitur. Plau. Curc. Date iſti ſellam, & aqualim cum aqua.

Ăquārĭcŏlă, dicuntur lotrinæ, in quas lotura proijcitur, nec in culina tantum, ſed in triclinijs, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Ăquārĭŏli, dicuntur meretricum ſordidiſsimi aſſeclæ.

Ăquārĭŏlūm ſiue aquariū. n. ſ. locus in quem ſordida aqua demittitur, quia & lauatrina à lauando appellatur.

Ăquārĭŭs. rij. m. ſ. undecimum ſignum zodiaci eſt, poſt Capricornum. ὑδροχόος. Hic fertur Ganymedes, qui pocula dijs miniſtrat, per quem Ianuarium intelligimus. Dicimoquinto Calendarum Februarij incipit exoriri.

Aquarius. ria. rium. o. ſ. quod ad aquā pertinet, ὑδατικός. ut cos aquaria, res aquaria. Plin. lib. 14. Quippe cum in exacuendo oleares cotes et aquariæ differāt, oleo delicator ei fiat acies.

Aquarius ſulcus, qui aquam educit. ὄβλαξ ὑδατινός. Col. lib. 2. Sulcos aquarios, quos nonnulli elices uocant.

Ăquātĭcŭs. a. um. o. ſ. quod in aqua degit, ſicut terreſtris in terra uiuens. Plin. Terreſtres & aquatici piſces.

Ăquātĭlis, pen. cor. o. t. idem quod aquaticus. ὑδάτινος. Cic. 1. de Nat. Deor. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraq; ſede uiuentes.

Ăquātŭs. a. um. o. ſ. aqua infuſum, ὑδαρισμένον. ut aquatum uinum. Plin lib. 18. cap. 9. Omne autem uernum aquatius eſto.

Ăqueŭs. a. um. o. ſ. quod ex aqua eſt ut color aqueus.

Ăquĭfŏlĭă. f. p. arbor ex genere ilicis, quam Græci ſmilacem uocant. ἀγρία. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Ăquĭlă, læ. f. p. auis ab aquæ colore, ſiue ab acutè uidendo dicta. ἀετός. Aquila etiam dicitur Iouis ales, quòd ſola contra orientis Solis radios immotam aciem oculorum tenere poſsit. Vel quòd ſolam hanc auem nunquam fulmine fuiſſe tactam produnt. Vide Plinium lib. 10. cap. 3.

Ăquĭlĕgĭŭm, (κρουνός) n. ſ. aquæ collectio & aquæductus. Plaut. Si pluet, aquilegio iuuabo.

Ăquĭlex. gis. pen. cor. m. t. qui aquam colligit, ueſtigat & ducit. ὑδρολόγος. Varro, At hoc

pacto uilior te Tuſcus aquilex.

Ăquilĭfĕri. m. ſ. dicti ſunt ſigniferi in Romana militia, ἀετοφόροι. ab aquila quam Romanis legionibus Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicauit, fuitq́; tanquam princeps totius legionis ſignũ. Cæſar 1. bel. Ciui. In eo prælio cũ graui uulnere eſſet affectus aquilifer.

Ăquĭlūs color, fuſcus & ſubniger, ab aqua. ὑδατῶδες χρῶμα. Nam cum antiqui duos omnino naturales colores noſcerent, album ſcilicet & nigrum, interuenit is quoq; qui ita neutri ſimilis eſt: ut tamen ab utroq; proprietatem trahat, potiſsimum ab aqua eum nominauerunt, cuius incertus eſt color. Suet. in Auguſto, Naſum à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumq́;.

Ăquĭmĭnārĭă, (ὑδρεῖα) dicuntur omnia uaſa deferundis aquis deputata. Pompo. lib. 34. Digeſt. De aquiminario, Caſsius ait conſultum ſe reſpõdiſſe, cum alteri argentum potorium, alteri eſcarium legatum eſſet, eſcario debere.

Ăquo. as. n. & Ăquŏr. aris. d. aquã haurio, ſiue aquam fero, eo per aquam. ὑδρεύω, ὑδροφορέω. Vergilius, Sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione Adaquo.

Ăquōsŭs. ſa. ſum. quod copiam aquæ habet. ἔνυδρος: ut hyems aquoſa. Colum. lib. 4. De ficis: Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis, præcoques ſerito. Huius compoſitum & contrarium eſt inaquoſus.

Ăquŭlă, dimin. ab aqua. ὑδάτιον. f. p. Cic. de Orat. 1. Vbi non ſecluſa aquula teneatur, ſed unde uniuerſum flumen erumpat.

A ANTE R.

ARă, (βωμὸς) quaſi anſa, ut Varroni placet, dicta eſt à tripodibus, quòd ſacrificantes anſas tenebant: uel potius quia precantes manibus aras apprehenderent. „Hinc Verg. Talibus orantem dictis arasq; tenentem. Primo ergo anſæ dictæ, deinde commutatione literarum, aræ. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quod in his uictimæ adolerentur. Alij ab ἀράομαι, quod eſt oro, (unde & ἀρὰ oratio dicitur,) quòd in ſacrificando oretur: & habet primam prod. Hără uerò cum h, habet primam cor. & ſignificat porcorum, ſeu auium ſtabulum. συφόρβιον. Ouid. Tertius immundæ cura fidelis haræ. Quidam enim aiunt haram ſignificare auem quandam auguralem: unde deducuntur hariolus, hariolor, haruſpex, haruſpicium, haruſpicina, & haringa.

Ărăbarchēs, (ἀραβάρχης) m. p. Arabum princeps, uel ex primis Arabiæ: ſicut Libyarches, Libyæ princeps. Iuuen. Atq; triumphales, inter quas uſus habere, Neſcio quis, titulos Aegyptius atq; Arabarches.

Ărăbĭcē olere, (ἀραβικῶς ὄζειν) ſignificat bene olere, & odoribus Arabicis.

Araciæ ficus, dicuntur albæ, pediculo minimo latiſsimæ.

Ărānĕă. f. p. retia quæ araneus facit. ἀράχνη. Ouid. lib. 4. Metam. Stamina non ſummo quæ „pendet aranea tigno. Reperitur quandoq; „tamen aranea pro animali. Vergil. lib. 4. Ge„org. & Ouid. 6 Metam. Stamen & antiquas „exercet aranea telas. Hinc & Aragne uel Arachne dicitur, ab ἀράω, quod eſt compono, apto, congruo.

Ărānĕŭs, m. ſ. animal muſcis retia tendẽs. (ὁ ἀράχνης) Multa ſunt aũt araneorum genera, omniaq́; Græco uocabulo, ſed apud Latinos uſurpato, φαλάγγια dicuntur, de quibus uide Ariſtotelem, & Nicandrum in Theriacis.

Ărānĕŏlŭs. m. ſ. cum accentu in antepen. dimin. „eſt ab araneus, ἀραχνίδιον. Vergilius de Culi„ce, Atq; ut araneoli tenuẽ formauimus orſum.

Ărānĕōsŭs. o. ſ. aranearum faciem habens: ut, araneoſus caulis. Plinius lib. 21. cap. 15. & araneoſa lanugo, lib. 24. cap. 12. & araneoſi uomitus, lib. 29. cap. 4.

Ărātĭo. onis. f. t. uerb. ab aro, aras. Valla: Nomina quæ poſitionem habent in io, latius ſignificare ſolent: nec actionem modò, ſed rem etiam ac corpus ſignificant. Cic. 5. Verr. Cum dederint Apronio quod popoſcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem ſuum? Plin. libro 27. cap. 8. Naſcitur in arationibus. Inde aratiuncula dimin. Plaut. Truc. Male uortit res pecuaria mihi apud uos: nunc uiciſsim uolo habere aratiunculam pro copia apud uos.

Ărātŏr. toris. m. t. ſumitur tam pro boue, quàm pro homine bouem ducente. ἀροτήρ. Plin. li. 18. cap. 19. Arator niſi incuruus præuaricatur.

Ărātro. tras. pen. prod. n. p. quaſi arando itero, quod

quod eſt, ſegetes iam natas rurſus arando pro ſcindo, quod impinguandi cauſa fit. ἀροτριάω. Plin. lib. 18. cap. 20. At illæ meſſes duplicatæ docuerunt, quod nunc uocant artrare. id eſt a ratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit uel incipiente calamo, cum iam is bina, terna ue emiſerit folia.

Ārātrūm, pen. prod. (ἄροτρον pen. cor.) n. ſ. dictum ab eo quòd eruat terram. Vel ab aro uerbo, ſicut à lauo lauacrum, & à ſimulo ſimulacrum. Vergil. 7. Aen. Et terram centum uertebat aratris.

Ārbillă, aruina, id eſt pinguedo corporis. Feſt.

Ārbitĕr, pen. cor. m. ſ. iudex non à lege, ſed ab ijs qui litigant electus, qui totius rei habet poteſtatem: dictus ab arbitrando, id eſt exiſtimando. διαιτητὴς. Eius officium eſt exiſtimare, non prout iuris ſit, ſed prout ipſe æquum eſſe exiſtimet. Iudex uerò ex officio dictus eſt. Cæſ. 1. bel. Ciui. De his rebus cum ageretur apud Cæſarem, iſq; maximè uellet pro communi amico atq; arbitro controuerſias regum componere. &c. Aliquando arbiter dicitur ſpeculator, (κατόπτης) Dicitur & arbitra. Ambroſ. li. 1. Off. Conſcientia uero atq; incorrupta pœnarum præmiorumq; arbitra.

Ārbitrāmĕntūm, ti. n. ſ. (δίαιτα) idem quod arbitrium, hoc eſt arbitri ſententia.

Ārbitrārĭūm, (τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν) n. ſ. dicitur cum adhuc res apud arbitrum agitur, uel cum in poteſtate arbitri, ſeu iudicis eſt pro opinione ſua iudicare. Unde arbitraria pœna dicitur quæ nō lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta. Plaut. Amph. Hoc quidem profecto certum eſt, non arbitrarium.

Ārbĭtrĭūm, n. ſ. ſententia eſt quæ ab arbitro ſtatuitur, δίαιτα. Interdum dicitur poteſtas arbitro data. Unde arbitrium ſuſcepiſſe dicitur, qui uim iudicis ſuſcepit. Cice. in proœmio Offic. Iudicio arbitrioq; noſtro quantum quoquo modo uidebitur, hauriemus. Interdum opinio (γνώμη, τὸ αὐτεξούσιον) ut, omnia pro meo arbitrio facio: id eſt ut mihi uidetur, & opinor faciendum. Interdum dicitur ſpeculatus. Apuleius, Sub arbitrio luminis recognoſcit omnia.

Ārbitrŏr. traris. (θεᾶσθαι) d. p. pen. cor. exiſtimo, ut eſt in frequentiori uſu. Quandoq; inſpicio & ſpeculor. βραβεύω. Inde arbiter, quia ſcilicet arbitratur: id eſt explorat diligenter controuerſiam litigatorū. Plaut. Aul. Hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier. Aliquando aſculto. Apud Iuriſconſ. arbitrari, pro iudicare ac ſententiam dicere, (διαιτᾶν) ponitur. Ulp. De recep. arb. Si quis litigatorū defuerit, quia per eum factum eſt quo minus arbitretur, pœna committetur.

Ārbŏr & Ārbōs, f. t. (δένδρον καὶ δένδρος τὸ) in nominatiuo à robore, ut quidam putant: cuius appellatione continentur uites, arundines & huiuſmodi. Sed cū planta adeò tenera eſt, ut herba potius uideatur, arboris loco haberi non debet. Arborem fici, ſi. ut arborem ficum dici poſſe, oſtendit Col. lib. 6. cum ait, In ſcrobem fici arbuſculam deponito. Cic. pro Flac. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam uidiſſet, ſiſcinum ficorum obieciſti. Quod eſt contra Laurentium Vallam.

Ārbūſcŭlă, læ. f. p. dimin. ab arbor. θάμνος.

Ārbŏrātŏr, m. t. nomen uerb. ab arboro. as. & ſignificat eum qui arbores putat, qui & frondator dicitur. δενδροτόμος. Plin lib. 18. Frondem medio die arborator ne cædito.

Ārbŏrēſcĕrĕ. n. t. arborē fieri, uel in arborem creſcere. δενδροῦσθαι. Plin. lib. 19. Tradunt authores in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

Ārbŏrētūm. ti. (δενδρών.) n. ſ. uide paulò pòſt in dictione Arbuſta.

Ārbŏrĕŭs. rea. reum. o. ſ. quod eſt arboris. δενδρῷος. Vergil. 1. Georg. Arborei fœtus alibi.

Ārbŏſes, antiqui pro arbores dixere, ab arbos, non ab arbor.

Ārbūſtă, n. ſ. ſunt loca uitiferis conſita arboribus, in quibus extenduntur uites, uel arbores uitibus maritatæ atq; uitiferæ, quæ in ordinē diriguntur, Græcè θάμνοι. Col. Qui uineam uel arbuſtum conſtituere uolet, ſeminaria prius facere debebit. Ruſus, arbuſtum locus eſt in quo arbores ſunt ad fructum conſita, ſicut ſalictum, uel ſalicetum, in quo ſunt ſalices. Hoc & arboretum aliqui uocant. Gellius lib. 17. ca. 2. Conualles inquit, & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbum eſt, arbuſta celebratius.

Ārbūſtĭuūm, genus uitium, quod arboribus explicatur, & in ſublime procedit. ἀναδενδρίτις

ἀνε, ἀναδενδράδες. Pallad. Locum quem arbuſtiuis uitibus deſtinabis implere. Columella, De arborib. cap. 16. Arbuſtiuam uitem quàm putare tam alligare diligenter oportet.

Ārbŭſto. ſtas. n. p. agrum arboribus conſero ad maritandas uites. ἀναδενδροφυτῶ. Plin. Tranſpadana Italia præter ſupradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, caprino, arbuſtat agros.

Ārbŭtŭm. n. ſ. pomum rubrum ſyluarum, quod Plinius lib. 15. cap. 24. unedonem uocat, quòd aſperitate ſua, plura edi non poſsint. Verg. » 2. Geor. Dant arbuta ſiluæ. dicitur à Græcis κόμαρος, tam pro arbore quàm pro fructu.

Ārbŭtŭs, pen. cor. arbor folio citro ſimilis, ſed » raris frondibus. Verg. Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra.

Ārbŭtĕŭs. a. um. o. ſ. ex arbuto factum: ut arbuteæ crates, & arbuteæ uirgæ, Vergilius.

Ārcă. cæ. f. p. dicta, (ut inquit Var. 2. de ling.) quòd ab ea clauſa arceantur fures. Græcè κιβωτός Cic. in Para. Animus hominis diues, non arca appellari ſolet.

Ārcānŭm. o. ſ. dicitur ſecretum, abſconſum. ἀπόῤῥητον. ab arca, in qua quæ clauſa ſunt, tuta manent. Poteſt & ab arce dici, quæ tutiſsi» ma pars urbis eſt. Verg. 1. Aen. Longius & » uoluens fatorum arcana mouebo. Lactant. lib. 4. Cum omnia ſic futura, ut facta ſunt, arcanæ illorum literæ continent.

Ārcātŭs, (τοξοειδὴς) o. ſ. ab arcus arci, quaſi in » modum arci factus Ouid. lib. 2. Metamorph. Iris & arcato cœlum curuamine ſignans.

Ārcēllă. f. p. uideri poteſt diminutiuum ab arcera, de qua infrà. Vnde arcella uitis, quæ in formam arceræ diſpoſita. Col. lib. 5. ca. 11. Et arcellata uitis. Ibidem cap. 2.

Ārcĕo. ces. cui. arcitum. a. ſ. ſecundum analogiam compoſitorum facere debuit: quoniam coërceo, coërcitum, exerceo exercitum, ſed arcitum in uſu non eſt, ſicut nec arcitus nec arciturus. Et nihilominus pro membro artus, & arctus adiectiuum pro ſtrictus, à quo formatum eſſe conuenit arcto. ctas. aut certe arcto tanquam frequentatiuũ ab arctum, quaſi ſupino uerbi arceo, ut arctum uel arcitum fecerit, licet neutrum eorum reperiatur.

Nam arceo pro ſtringo, eſt in uſu: ut apud Vergil. Teneras arcebant uincula palmas. Ita ut non mirum ſit, ſi arctum eius ſupinum fuerit. Arcitum uero facere debere eius compoſita declarant. Interdum etiam arcere, (εἴργω) continere eſt. unde coërcere continere dicimus: & arcus in ædificijs, quòd ſe ipſe contineat. Interdum fugare procul, ſiue de longè uetare, ne accedant qui ueniunt, ἀπείργω: ut arcere muſcas, arcere hoſtes. Vn» de arx dicta eſt, quòd procul à ſe hoſtes re» moueat. Verg. Arcebat longè Latio. Transfertur etiam ad incorporea. Cic. Parad. Quæ uis eſt, quæ magis arceat homines ab improbitate, quàm ſi ſenſerint nullum in delictis eſſe diſcrimen? Differunt autem inter ſe arcere, prohibere, inhibere, abigere, & uetare. Nam arcere, procul pulſare eſt, uel obſiſtere, ne aduerſarius nocere propè queat. Liuius lib. 1. Ad arcendam uim aduenarum armati ex urbe atq; agris concurrunt. Prohibere, eſt de loco, uel de re aliqua detrudere, uel amouere dicto ſiue facto, ne quis obtineat quod uult. Inhibere, eſt aliquid conceſſum uel permiſſum reuocare, uel incœptum uetare ne progrediatur. Abigere, de loco fugare, uel pecora & huiuſmodi abducere. Vetare, præcipere uel minari, uel facto prohibere, ne quid ſecus dicatur, aut fiat, quàm ipſe uult: & generale eſt ſignificatione uerborum prædictorum.

Ārcĕră. f. p. ab arca deducitur, et ſignificat plauſtrum tectũ undiq; ex tabulis, quaſi arca quædam magna, ueſtimentis inſtrata, ut inquit Aſco. Quo uehiculi genere & ſenes & ægroti cubantes uectabantur. Gell. lib. 20. cap. 1. Vide Arcella, & Arcirma.

Ārcēſſo. ſis. a. t. ab arceo naſcitur, & ſignificat accuſo, ſiue ad accuſandum eo. κρίνω, ἐγκαλῶ. Etenim accuſare alium, eſt à maleficijs cum arcere: & hoc modo conſtruitur cum genitiuo, & aliquando cum ablatiuo. Cic. lib. 1. ad Heren. Arceſsitur Cæpio maieſtatis. Idem lib. 2. Offic. Atq; etiam hoc præceptum officij diligenter retinendum eſt, ne quem unquã innocentem iudicio capitis arceſſas. Eſt & arceſſo, pro aduoco ſiue ad uocandum eo, μεταπέμπω: ab adceo, d in r mutata. Antiqui enim (teſte Priſc.) d literam mutabant in r, nos in c. Plaut. Amphit. Blepharonem arceſſat qui

ſat, qui nobiſcum prandeat. Cic. pro Roſc. Amer. Cum ab aratro arceſſebantur qui conſules fierent. Interdum arceſſere eſt præoccupare, uel ante tempus diſtrahere. Cic. Quando arceſſentur? quo genere uecturæ?

Ărchāiſmūs, (ἀρχαϊσμὸς) m. ſ. Latinè antiquitas dicitur. Figura eſt, uetuſtè aliquid dictum ſignificans. Terent. in And. Ille inſtat factum, ἀρχαϊσμὸς uetuſtè. id eſt inſtat dicere factum eſſe.

Ărchārĭūs. o. ſ. (οἰκονόμος,) præfectus & moderator dicitur. Paulus ad Rom. Salutat uos Eraſtus, archarius ciuitatis. ἀρχὴ enim principium, à quo ἄρχω, impero, præſum.

Ărchĕtȳpūs, (ἀρχέτυπος) m. ſ. pen. cor. adiect. Eſt quodcunque ita primum fabricatum eſt, ut exemplar reliquis ſit. Plin. ad Anton. Vt pictores pulchram, abſolutamque faciem raró niſi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Sunt qui exponunt archetypos pro antiquis, ab eo quòd ἀρχαῖος antiquus dicitur. Mart. Si tanquam tabulas ſcyphosque Paule Omneis archetypos habet amicos.

Ărchĭātĕr (ἀρχίατρος) m. ſ. medicorum princeps (ἰατρὸς medicus, ἀρχὸς princeps) qui & protomedicus dicitur. Archiater dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes deuſque medicorum eſſet. Hieronymo dictus eſt archiater Seruator noſter, qui languentium animarum præſentiſſimus eſt opitulator. Caſsianus ait Archiatros eſſe ſalutis magiſtros.

Ărchĭgrāmmătĕī, (ἀρχιγραμματεῖς) m. ſ. dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutarchus Eumenem Cardianum fuiſſe archigrammatea Alexandri Magni. Vulgò Cancellarij uocantur.

Ărchĭmāgīrūs, (ἀρχιμάγειρος) m. ſ. pen. pro. princeps & magiſter coquorū, qui coquinæ præeſt. μάγειρος enim Latinè coquus. Iuuenal. Pariter librarius archimagiri.

Ărchĭmāndrītæ, (ἀρχιμανδρῖται) m. p. pen. pro. dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ, haud longe diſsimiles cum epiſcopali dignitate, quòd principes mandræ & agminis ſint. Mandra enim ueterinorum & animantum brutorum agmen dicitur. Martialis: Nec detur obſtantes multorum ſcandere mandras. Alciatus ſcribit Archimandritam id ſignificare, quod dicimus Abbatē. Priſci enim illi monachi eremos colentes, ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt in ſpeluncis, & cauis montium habitabant.

Ărchĭtēctŏr. aris, (ἀρχιτεκτονέω) d. p. conſtruo, fabrico. Vitruuius lib. 9. capit. 4. Nanque in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocauitque cardines, tanquam centra. Tranſlatè ponitur à Cicerone 2. de Fin. Cur tandem ſapiētia tantopere laudatur? an quòd ita callida eſt, ut optimè poſsit architectari uoluptates: id eſt formam & rationem fruendarum uoluptatum comminiſci & præſcribere, quemadmodum architecti opera maioris ſumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent? Budæus.

Ărchĭtēctūră. f. p. ædificandi ſcientia. Græcè ἀρχιτεκτονικὴ dicitur. Vnde Vitru. librum de Architectura condidit: id eſt de ædificijs conſtruendis. Et quicquid ita excellit, hoc nomine nuncupatur: ut Ariſtot. Architectonicam in Ethicis uocat, cæteris eminentem.

Ărchĭtēctūs & Architector, (ἀρχιτέκτωρ) m. ſ. & t. nomina compoſita ex ἀρχὸς princeps, & τέκτωρ faber: principalis faber fabricandi artem habens, uel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & qui fabricanda præſcribit. Architectus (ut inquit Plato lib. de Regno) magno miniſterio non utitur, ſed utentibus præſidet. Fabri autem qui aliquid manu faciunt, in ædificijs alteri funguntur ingenio, alteri opera ualent. Cicero Var. Si quis adhibere uolet non modò ut architectos, uerum etiam ut fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libenter accurrere.

Ărchĭtrĭclīnūs, (ἀρχιτρίκλινος) m. ſ. pen. prod. qui principalis eſt in aula diſcumbentiū. Compoſitum nomen ex ἀρχὴ & τρεῖς & κλίνη, quæ lectum ſignificat. Nam in aula tres thoros in tribus aulæ dimenſionibus collocabant, ubi conuiuantes diſcumbere conſueuerunt. Iuuenalis, Tertia'ne uacuo ceſſarat culcitra lecto? Architriclini erat curare, ut eduliorū uariorum fercula ſeriatim & in tempore conuiuis exhiberentur, utque rectè omnia diſpoſita eſſent.

Ărchĭūūm, (ἀρχεῖον) n. ſ. pen. prod. armarium librorum ſeu locus publicus in quo acta urbis & ciuium recondi conſueuerunt. Romani tabularium dicunt.

Ărchōn. (ἄρχων) m.t. ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginenſes, Romæ dictator. Suidas nouem archontes fuiſſe ſcribit, & inter eos numerat theſmothetas. Quemadmodum autem Romæ prætor iudicibus præerat, atq; ideo quæſtionis iudex dictus eſt, & quæſitor: ita hic archon Athenis iudicibus præſidebat. Cic. de Fato, Morietur Epicurus, cum duos & ſeptuaginta annos uixerit, archonte Pytharato. Bud. in Pand.

Ărchŏs. (ἀρχὸς) Latinè princeps dicitur. Hinc monarcha, patriarcha, princeps patrum, &c.

Acirma, (ἁμαξίς) genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet, uide Arcera, quod rectius ſcribi puto.

Ărcĭtĕnēns, adiect. o. t. pro Apolline, ab arce Acropoli, in qua colebatur. Verg. Aeneid. Quam pius arcitenens oras, & littora circum Errantem Mycone celſa Gyaroq; reuinxit. Vel etiam ab arcu tenendo, quod ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo.

Ărcĭo, arcis, arciui, arcitum, arcire, pro indere, & adigere accepiſſe uidetur Cato de re Ruſt. cap. 40. Surculum aridum, quem arciueras, eximito, eoq; arcito ſurculum, quem inſerere uoles librum ad librum uorſum facito, arcito uſqueadeo, quò præacueris. Antiquum eſt uocabulum.

Arconicum, idem eſt quod arſenicum & auripigmentum.

Ărctŏ. ctas. a. p. frequent. eſt, ab arctum inuſitato ſupino uerbi arceo: ſignificat conſtringo. ϛενόω. Col. lib. 12. cap. 43. Nonnulli adiecto defruto, contenti ſunt tranſuerſas perticas arctare. Plin. lib. 17. ca. 23. Quando contineri debet uimine, non arctari. Martialis, Atri immodicis arctataq; imaginibus.

Ărctŏmȳs, (ἀρκτόμυς) animal habens ſimilitudinem muris & urſi. uide Erinaceus.

Ărctŭs. cta. ctum. ſtrictus. ϛενός. Cic. 3. Verr. Mihi credite arctioribus apud Populū Romanū laqueis tenebitur. ab arceo fit. Inde arctè aduerb. Colum. lib. 3. In tribulum fictile uel cornu arctè inſerito.

Ărcŭātŭs. ta. tum. o. ſ. in modum arcus curuatus, καμαρωτός. ab arcuo. as. Plin. lib. 29. Illam autem quæ arcuatur Græci ſæpam uocant. Liui. lib. 1. Ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit. Hinc arcuatim, (τοξοειδῶς) aduerb. more arcus.

Ărcŭbăllĭſtă, à nonnullis Scorpio uocatur.

Ărcŭlă. ſ. p. dimin. ab arca, id eſt parua arca.

Ărcŭlātă, circuli qui è farina in ſacrificijs fiebant. Feſtus.

Ărcŭlŭs. m. ſ. dimin. ab arcus, τοξάριον. à quo fit aliud dimin. arcellus. Item arculus dicebatur circulus qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodius uaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur apud Athenienſes. Feſtus.

Ărcŭs, huius arcus. m. q. ab arceo, pro contineo, fornix ædificij eſt, quòd ſe ipſe contineat. καμάρα. Quamuis ab opere erigendo in altitudinem quidam dici uelint. Cicero, Iam enim atriolum & arcus duos abſoluerat. Et arcus, iris cœleſtis, etiam ſecundæ declinationis. Cicero de Nat. Deor. Cur autem arci ſpecies non in deorum numero reponatur? Ennius genere fœminino protulit. Arcus uero, quo ſagittæ iaciuntur, (τόξον) eiuſdem declinationis ab arceo, ſignificat à longe uetans, quòd miſsis ſagittis non ſinat hoſtem accedere. Hoc nomen etiā per q apud antiquos ſcribebatur, arquus. Vnde arquites, & arquatus, quæ uide ſuis locis. Nonio uero authore, arcus omnis ſuſpenſus fornix appellatur, ſed arquus non niſi qui in cœlo apparet.

Ărdĕă. ſ. p. auis quædam, quaſi ardua, quoniam uolando alta petit ἐρωδιός. Vergilius, Atque altam ſuprà uolat ardea nubem. Huius diminutiuum eſt ardeola.

Ărdĕlĭo, m. t. homo inquietus, huc atq; illuc ſemper uolitans, ſaliens, & omnibus negotijs ſeſe immiſcens. πολυπράγμων. hans in allen gaſſen. Mart. Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

Ărdĕo, ardes, arſi, ſum. quod & Ardo. dis. dicitur, n. ſ. ſignificat concremor, flagro, deflagro. καίομαι, πυροῦμαι. Vergil. Namq; uolans liquidis in nubibus arſit arundo. Per trans L. ardere ponitur pro ardenter ſeu impatienter amare, ſiue alicuius rei cupiditate uel ſtudio teneri: & ſic modo cum accuſatiuo, modo cum ablatiuo conſtruitur. Verg. Corydon ardebat Alexim. Cic. Quoniam nimio uidendi te deſiderio ardebā. Cum infinitiuo. Ver. Patriæq; mori pro mœnibus ardent.

Interdum

Interdũ pro feſtinare(ſπ.)Verg. Inſtant ardentes Tyrij. Interdum pro fulgorem emittere. ἄθω. Idem: Tyrioq́ ardebat murice læna. Interdum furere,uel iraſci,ut apud eundem lib. 10. Proxima quæq́ metit gladio, latumq́ per agmen Ardens limitem agit. Huc pertinet cum dicimus, ardere bello,auaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, inuidia, &c. Huius compoſita ſunt exardeo, (ἐκφλέγομαι) inardeo & perardeo, in quibus præpoſitio auget uim ſignificationis.

Ārdēſco.is.(φλέγομαι,ἐκκάομαι) n.t.ardens fio. Ver. Expleri mentẽ nequit,ardeſcitq́ tuendo.

Ārdūm,ueteres pro aridum dicebant.

Ārdŭŭs.a.um.o.ſ. altus & difficilis. (ἀνάντης, δυσχερής.)Ouid. Ardua prima uia eſt.Sall.in Cat. Arduũ uidetur res geſtas ſcribere.Quod uerbum exponens Gell. lib.4. cap.15. inquit: Sed arduum Salluſt.non pro difficili tantum, ſed pro eo quoq́ ponit, quod Græci δυσχερὲς, aut χαλεπὸν appellant, quod eſt cum difficile,tum moleſtum quoq́ & incommodum,& intractabile.

Ārdŭĭtās.atis.f.t.altitudo, ut montium arduitas atq́ aſperitas.Var.1.de re Ruſt.cap.10.

Ārĕā,(ἅλως καὶ ἀλώς) f.p. propriè dicitur locus purus in urbe ſine ædificio, quem Græci πλατεῖαν dicunt. Dicta area,quòd ardore ſolis ſit facta arida,& non poſsit quicquam generare. Quidam ab ara deducunt, quòd ſicut hæc ara pura eſt, ita areæ in urbe ſine domo loca pura ſunt,id eſt ſine ædificio. Vel quòd ſicut aræ flammis, ita areæ ſolis adore torretur. Valla: Campus, eſt planities ampla & grandis,ideoq́ ſpatioſæ plateæ,areæ,campi ue nomen accipiunt, unde Romæ campus Martius nam locus huiuſmodi uocatur Area.Item area dicitur ſolidum,terrenum, planities glabra,id eſt locus purgatus coæquatusq́ & cylindro conſolidatus,plateis amplitudine ſimilis, ubi frumenta areſcunt & teruntur: de qua Colum.lib.5.& Verg.1. Georg. Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro. Item area, & per diminutionem areola ſubacta eſt terra probè atq́ ſata ſeu ſerenda, quales ſunt in hortis,in quibus quadrata quædam & bene ſubacta & coæquata ſpatia, in quæ mox ſemina iaciantur. Colum. Areæ ſic informandæ ſunt,ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Apud Geometras area ſumitur pro illo ſpatio uacuo in aliqua figura,ut in triangulo uel quadrãgulo.Item area,uocatur morbus in capite cũ capillorũ profluuio, de quo uide Celſum lib. 8.

Ārĕātŏr,(ἀλωνιστής)m.t. qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. Colu.lib. 2. Atq́ hoc ſupremum areatoris emolumentum.

Ārĕfăcĭo,a.t.aridum facio.ξηραίνω,αὐαίνω,σκελετεύω.Cato de re Ruſt.cap.69.Poſtea amurcam eximito,& arefacito.Plin.li.13. cap. 22. Quidam caulem incidunt per meſſes,& in ipſa excauant radice,quò ſuccus confluat,arefactumq́ tollunt. Cuius paſsiuum eſt arefio,pro exiccor.

Ărēnă.f.p. tenuiſsimus puluis aridus. (ἄμμος,ἡ)ideóq ab ariditate deductum nomen quidam exiſtimant.Caret enim omni humore & ſucco, unde & plurimum aquæ ebibit: & ita ſine aſpiratione ſcribi debet. Alij ab hærendo, quòd ſibi inuicem propter tenuitatem cohæreat: uel quòd cum calce parietibus inhæreat,ſicut in fabricis uidemus: & ſic cum h ſcribitur. Quandoq́ arena ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores. Suet. in Aug. Quodam autem muneris die Parthorum obſides tunc primum miſſos per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Hinc arenarij dicti ſunt gladiatores, qui in arena depugnabant. Quandoq́ forum dicitur, quia illic ſic depugnant actores cauſarum, ut in arena gladiatores. Seneca, Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe,forum arenã. Hoc nomen licet pluralem numerum non habeat, Vergilius tamen dixit, Quàm multæ zephyro tu:bantur arenæ.

Ărēnācĕŭs.ea.eum.o.ſ. quod ex arena eſt. ἀμμώδης.Plinius.lib.17.cap.7.

Ărēnārĭŭs.ria.rium.o.ſ. quod ad arenam pertinet,ἀμμώδης:ut Iuppiter arenarius.

Ărēnārĭæ.arum.fodinæ in quib.foditur arena.

Ărēnātŭs.ta.tum. (ψαθυρὸς) o.ſ.quod arena miſtum eſt:ut,calx arenatus.Cato de re Ruſt.ca. 18.Calce arenato, ſemipedem unum quodq́ corium ſtruito.Vſurpatur & arenatum ſubſtantiue, pro eo quod ex arena factum eſt:ſicut marmoratum,quod ex marmore. Vitru.

Quæ autem tectoria fundata arenati & marmorati ſoliditate ſunt. Arenatum hodie mortarium uocamus. Plin. In Græcia tectorijs etiam arenatum quod ducturi ſunt, prius in mortario ligneis uectibus ſubigunt. Bud. in Pand.

Ărēnōsŭs. ſa. ſum. o. ſ. quod arena abundat. ψαθυρός, ψαμμαθώδης. Plin. Littus arenoſum, & » fluuiorum ſordibus plenum. Verg. 4. Aen. Littus arenoſum Lybiæ.

Ărenŭlă. f. p. dimin. ab arena, quæ eſt tenuiſſima. ψαμμάθιον. Plin. li. 30. ca. 1. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ ſtatim liberant dolore.

Ārĕo. res. rui. n. ſ. aridus ſum. σκλλω. Plau. Rud. Vtinam fortuna nunc anatina uterer, ut cum exiſſem ex aqua arerem tamen. Quidam hoc uerbum ab arca deducũt, in qua quæ dijs immolabantur torreri ſolebant. Huius compoſita ſunt, adareo, exareo, inareo, obareo, per areo, & ſubareo.

Āreŏlă. f. p. dimin. ab area. αὐλίον. Colum. lib. 6. Cum terram bene ſubegeris, areolas facito.

Ărēs, Græcè ἄρης, quatuor ſignificat, ferrum, interdum bellum, aliquando uulnus, ſæpius uero Martem: quo nomine & nos, ferrum, & bellum, & uulnus ſignificamus. Mart. Dicunt Ārēs Ărēs tamen poëtæ, Sed Græci.

Ārēſco. n. t. aridus fio. ξηραίνομαι, μαραίνομαι, ἀναίνομαι, ἰσχναίνομαι, κατασκελλομαι. Cic. lib. 2. ad Heren. Nihil lachryma citius areſcit. Huius compoſita ſunt adareſco, propè areſco. Cato de re Ruſt. Vngito fundum arcæ, ubi adaruerit, ueſtimenta condito. Inareſco, intus ſiue penitus areſco. Colu. li. 1. Deinde quũ prædictum tectorium inaruerit. id eſt, aridum intus penitus ue factum eſt. Obareſco, circum uel omino areſco. Perareſco, ualde areſco. Exareſco, ſiue exareo, aridus ſum uel fio.

Ărĕtālŏgŭs, (ἀρεταλόγος) m. ſ. penult. cor. Porphyrione teſte, garrulus & loquax dicitur in oſtentatione uirtutis: unde nomen deducitur. ἀρετὴ enim uirtus, & λόγος ſermo. Sueton. in Aug. Frequentius aretalogos et feſtos & ſolenneis, nonnunquam tantum iocularitatem » celebrabat. Iuuenal. Vt mendax Aretalo» gus. Aretalogus etiam dicitur, qui fingendis mendacijs auditores mouet arte uerborum. Sed tunc contra Porphyrionem ab ἀρέσκω, placeo fieret, quaſi Aretalogus uir pl... di ſermonis, blandus, mundus, multa delectatione affabilis, mitis, dulcis.

Ărĕtē, (ἀρετὴ) Latinè uirtus.

Ārferiă, æ f. p. aqua quæ inferis libabatur, ſeu uas uini quod adhibebatur ſacris: & à fero deducitur.

Ārgĕmă. matis. n. t. morbus oculorum, cum ulcus circulum oculi infeſtat, quam Græci irim dicunt: Latinæ albugo uocatur, & λεύκωμα etiam Græcè à candore.

Ārgēntārĭŭs. rij. ſubſtãtiuè. m. ſ. uulgò campſor, ſiue menſarius: à Græcis κολλυβιστής, ἀργυροκόπος, & numularius & trapezita dicitur. Vnde Plaut. in Cruc. trapezitam & argentarium pro eodem accipit. Sed Iureconſult. ff. de Edendo, oſtendit argẽtarios maiores menſarios, qui multorum pecunias acceptas cuſtodiunt, cum opus fuerit reddituri. Seneca item argentarios præeſſe publicis actionibus dicit. Et argentariam facere dicitur, qui argentarius eſt.

Ārgēntārĭŭs. ria. rium. adiect. o. ſ. quod eſt argenti, aut ad argentum pertinet: ut, Argentaria metalla, Plin. Ratio argentaria, de Cato Ruſt. Auxilium argentarium, Plau. in Pſeud.

Ārgēntŭm, (ἀργύριον & ἄργυρος) n. ſ. poſt aurum præcioſiſſimum eſt: gignitur ex argento uiuo & ſulphure albo. Balſamum & Iaſpidis uim uehementer conſeruat. Eius ſpuma uulnera ſanat neq; ſinit ſuperfluas carneis excreſcere, & ſordeis cordis mundificat. In puteis reperitur quod excoqui non poteſt, niſi cum plumbo nigro, aut cum uena plumbi. Quæ iuxta argenti uenas plerunq; reperitur Galenã uocant. Aliquando argentũ ponitur pro ſupellectili argentea, (ἀργυρώματα) puta ſcyphis, cochlearibus, alijsq; quæ ad menſam ornandam exhibentur. Plaut. Tu eſto lectiſternator, tu argentum eluito. Cic. Cum eſſent triclinia ſtrata, argentumq; expoſitum in ædibus. Argentum, pro numo argenteo. Terent. Phor. Emunxi argento ſenes. Argentum paſtillatum, in paſtillos formatum: cuiuſmodi hodie argentum Germani promercale afferunt, quas condreas appellant. ac nihilo ſecius tamen puſtulatum legendum contenderim ex Tranquillo in Nerone, ubi puſtulatum.

tum argentum, pro purgatiſsimo, & excoctiſsimo poſuit. Bud.

Ārgentĕŭs. a. um. (ἀργύρεος) o. ſ. quod eſt ex argento: ut, argenteus denarius, & argenteæ ſpheræ. Pli. Argenteum folium, argenti ſplendorem referens. Et argentea amica, quæ argento uendita eſt. Plau. Pſeud.

Ārgĕntōsŭs. a. um. o. ſ. cui immiſtum eſt argentum, ut aurum argentoſum, Plin lib. 33. cap. 5.

Ārgĕntĭfŏdĭnă. næ. f. p. ubi foditur argentum: quam argentiminam uocamus.

Ārgĕtŏs, (ἀργεστὸς) ſignificat uelocem & candidum, ſplendidum & ſtrenuum.

Ārgĭllă, (ἄργιλλος) f. p. terra cretoſa & candida, qua figuli utuntur ad uaſa facienda. Ci. in Piſon. Quid ceſſat hic homulus, ex argilla & luto fictus Epicureus?

Ārgĭllācĕŭs. a. um. o. ſ. glutinoſus.

Ārgĭllōsŭs. o. ſ. qui abūdat argilla, ut loca argilloſa, Plī. li. 21. ca. 4. & colles argilloſi, Colum.

Ārgŏs, (ἀργὸς) m. ſ. dicitur tardus, ſegnis. Vnde & Cynoſarges intemperans: à quo & locus dictus, in quo ocioſi & intemperantes homines ſolebant cōuenire. unde & prouerb. I ad Cynoſarges, (κυνόσαργες.) Inde, ut Cic. lib. de Fa. inquit, ἀργὸς λόγος: id eſt ignaua ratio. Hinc iocus in hendecaſyllabo Mart. Non nautas puto uos, ſed argonautas. ubi alluſio eſt ad famigeratos nautas, & intelligi tamen uult pigros & lentos nautas.

Ārgŭmĕntātĭo, onis f. t. eſt explicatio & enarratio argumenti. συλλογισμὸς. Cic. 2. de Orat. Altera eſt quæ tota in diſputatione, & argumentatione oratoris collocata eſt. Accipitur & pro eo quod mente componitur. Ambroſius, Cognito quòd Heliſeus eſſet, qui conſilijs & argumentationibus eius obuiaret.

Ārgŭmĕntŏr. aris. d. p. rationibus nitor ad aliquid probandum. συλλογίζομαι. Cic. Fin. 1. Sed & argumentādum & accuratè diſſerendum, & rationibus conquiſitis de uoluptate & dolore diſputandum putant.

Argumentōsŭs. ſa. ſum. (ὑπόθεσιν ἔχων) o. ſ. quod eſt factum magno argumento. Quint. lib. 5. cap. 20. Vulgò paulò numeroſius opus dicitur argumentoſum, id eſt nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoq; argumentoſa opera uocamus, id eſt ingenioſa.

Argumentŭm, ti. n. ſ. Quintiliano eſt ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id, quod dubium non eſt confirmat. ἐπιχείρημα, πίστις. Sumitur interdum etiam pro materia. ὑπόθεσις. Cic. Quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictū eſt. Interdum pro coniectura, uериſimili probatione, ut ſunt argumenta comœdiarum. Pro ſumma uerſibus expoſita. Item pro ſententia: ab arguo, pro demonſtro. Cic. libro Offic. Tabulæ uerò nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundū? Similiter argumentū dicitur artificium, δόγμα. Vnde rotarū argumenta.

Ārgŭo, arguis, argui, argutum. a. t. imputo, ſiue accuſo, reprehendo, ἐλέγχω, & genitiuo ſæpius quàm ablatiuo conſtruitur. Curtius, Orſinem modò auaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Si uerò id quo quis arguitur non exprimitur, accuſatiuum tantum habet. Lactan. libro 3. Tui ergo te liberi arguunt. Proprie tamen arguere eſt oſtendere. Vergil. Degeneres animos timor arguit. Aliquando. Argutū iri, id eſt in diſcrimen uocari. Feſt.

Huius compoſita ſunt, coarguo, & redarguo, ἀντιλέγω. Salluſt. Lentulū diſsimulantem coarguunt ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat. Sciendum eſt quod licet arguo argutum ſupinum faciat, ex quo argutus participium, tamen futuri temporis eſt arguiturus. Salluſt. 2. hiſt. Quos aduerſum multi ex Bithynia uolentes occurrere, falſum filium arguituri. Nam ut docet Priſc. quædam ſunt uerba in utum ſupinum formantia, quorum participia futuri terminant in iturus, & uerbalia in itio, ut Argutum, arguiturus: tutum, tuiturus: ſputum, ſpuiturus: plutum, pluiturus, pluitio.

Ārgūtĭă. tiæ. f. p. dicitur acute & malicioſe dictum uel factum σοφισμα. Plaut. Moſtel. Exi à culina, ſis foris maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias. Ci. Sed nihil eſt, quod illi non aſſequantur ſuis argutijs.

Ārgūtŏr, taris. pen. prod. depon. ab argutus fit, & ſignificat procaciter loquor. σοφίζομαι, ἀντιλογῶ. Næuius: Quandoq; ad ludos uenit, alij cum tacent, totum diem argutatur quaſi cicada. Eſt & argutari, ſubſilere. Titin.

Terra hæc eſt noua, quaſi ubi tu ſolitus argutari, pedib. cretam dum cõpeſcis ueſtimẽtaq; lauas. Reperitur & arguto.as. Proper. *Illa mihi totis argutat noctibus ignes.* id eſt argutè obijcit. Hinc ărgūtātio, ...

Ărgūtŭlŭs. li.m.ſ. ..., ... dimi nutiuum contemptui deriuatum, & non blandiendi cauſſa, ut homunculus, & homulus.

Ărgūtŭs. ta. tum.o.ſ. participium, accuſatus, ...: ab arguo. Plau. Pſeud. *Argutus malorum facinorũ.* Quandoq; uero eſt nomen. Interdum pro malitioſo & falſo, qui cum lepôre quodam quæ cupit, dicit, facit úe, quaſi arguens acute & inueſtigans. ὀξὺς, ἀγωνιστικός. Plin. in Epiſt. *Vitaſſem iandudum ne uiderer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtola circuire.* Interdũ pro canoro reſonantiq;, ...: ut arguta hirundo, & arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur: ab Argo naue, quæ à celeritate dicta eſt. Vergilius, *Argutos inter ſtrepere anſer olores.* Interdum pro exili, breui, & quaſi acuto. Idem 3. Georg. *Argutumq; caput, breuis aluus, obeſaq; terga.* Unde dicta ſunt argumẽta. ... Arguere enim eſt acutè oſtendere.

Ărgўrānchē. ἀργυράγχη. f.t. quaſi dicas argentangina, ſi quis pecunia corruptus contra alium dicere nolit.

Ărgўrāſpĭdās. m.t. ἀργυράσπιδας dicimus eos qui argentea ſcuta ferunt. Sic chryſaſpidæ, ab aureis clypeis nominati. Lamprid.

Ărgўrĭōn, (ἀργύρειον) Latinè argentum, à quo Argyrocopus, (ἀργυρόκοπος) argentarius. nam ἄργυρος, eſt argentum, & κόπτω tundo, pulſo, percutio.

Ărgўrītĭs. ἀργυρῖτις. ſpuma argenti dicitur.

Ărgўrŏdămas. antis. m.t. ἀργυροδάμας. lapillus quem Androdomanta uocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Ărgўrŏlŏgŭs. gi. m.ſ. ἀργυρολόγος. quæſtor quærens argentum.

Ărĭdĭtās. atis. f.t. quæ & Ārĭtūdo dicitur, pro ſiccitate, ξηρασία, ξηρότης. Varro; *Frigus calore atq; humore aritudinem miſcet.*

Ărĭdŭs. da. dum. pen. cor. ſiccum, quod naturalem humorem amiſit. αὖος, ξηρὸς, σκληρὸς, ἀπεσκληκός. Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. Rud. *Argento arido.* Interdum pro horrifico, acuto cum de ſono loquimur, quia ea quæ arida ſunt, cum frangi cœperint, nimium atq; horrificum ſonum edunt. Vergilius libro 1. Georg. *Et aridus altis Montibus audiri fragor.* Huius diminutiuum eſt Aridulus.

Ărĭēs. tis. pen. cor. m.t. qui inter oueis integer eſt, et tenetur ad generandam ſobolem. κριός. Veruex uerò, cui inuerſi uel adempti ſunt teſticuli. Ab ara dictus eſt aries, quòd aris imponi ad ſacrificia ſoleret. Vergil. *Ipſe aries etiam nunc uellera ſiccat.* A cuius ſimilitudine bellica quædam machina cuius caput ferro tegitur, aries appellatur, quòd inſtar arietini capitis fieri ſoleret: uel quòd habet duriſsimam frontem, qua ſubruat muros: uel quòd more arietum retrocedit, ut uehementius feriat. Cic. 1. Offic. *Quamuis murum aries percuſſerit.* Plin. li. 7. ca. 56. *Equum, qui nunc aries appellatur in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inueniſſe.* Aries etiam marinus piſcis, ſiue marina bellua eſt, candore tãtum cornibus aſſimulatis.

Ărĭĕtārĭŭs. ria. rium. o.ſ. quod ad arietem pertinet, ſeu quod eſt arietis. κριώδης. Vitruuius, *Conſtituebatur aũt in ea arietaria machina.*

Ărĭĕtīnŭs. na. num. pen. prod. o.ſ. quod eſt ex ariete. Plin. *Arietinum iecur ad id utile eſt.*

Ărĭĕto. tas. pen. cor. act. p. percutio, deijcio. κορύπτω. Tractum ab arietum ſimilitudine, cuius firmiſſimum caput & ſolidiſſima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid obiecçris percutiant & deijciant. Plau. Truc. *Quis proteruè noſtras ædeis arietat?* Curtius, *Pedibus repentè ſubductis Dioxippus arietauit in terram.*

Ărĭſtă, æ. f.p. (ἀθήρα, ἀθερίνη, ἀνθέριξ) ab ariditate dicitur, quòd ſit omnino arida. Eſt enim prima pars quæ primo areſcit: uel quia ſeges cum areſcit, ſecatur. Et propriè ariſtæ quaſi tela ſpicæ frumenti ſunt, ſiue ſpinæ, ſiue aculei, quibus à morſu auium minorum illa tueantur. Cic. in Cat. Ponitur tamen ariſta quandoq; pro frumento. Verg. *Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.*

Ărĭſtŏcrătĭă. ἀριστοκρατία. f.p. optimatũ principatus, ubi optimates Rempublicã tractant.

Ărĭſtŏlŏchĭă, f.p. herba, cuius duæ ſunt ſpecies, alia

alia longa, alia rotunda. Aurium ſordes emundat, & cum melle miſta ſi in aures inſtillata fuerit, auditum iuuat.

Ăriſtŏphŏrŭm.n.ſ. uas quo prandiū defertur: Latinè diſcus, ab ἄριςον prandiū φορῶ, porto.

Ărithmētĭcā. ἀριθμητικὴ. f.p. numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris & ſupputandi ratione. Hæc inter diſciplinas Mathematicas prima eſſe dicitur, quoniam ipſa ut ſit, nulla alia indiget diſciplina: muſica autē, & Geometria, & Aſtronomia iſtius auxilio egent.

Ărithmŭs, Lat. numerus. Inde Arithmetica.

Ārĭtūdo.inis.f.t. ἀβροχία. pro ariditate. Varro, Frigus calore atq; humore aritudinem miſcet: ab areo deductum. Capitur pro parſimonia. Plaut. Rud. Laudo fortunas tuas, Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

Ārmă.n.ſ. ὅπλα. ab armis dicuntur, id eſt humeris dependentia, inquit Feſtus, ut ſcutum, gladius, tela, & ea quibus prœliamur. Seruius docet arma eſſe, quæ armos tegunt. Varro ab arcendo arma dicta exiſtimat, quòd his arceamus hoſteis: ut fuſtes, lapides, & huiuſmodi. Sed enim non ſolum hoc nomine bellica, uerum etiam omnium ferè artium inſtrumenta intelliguntur. Sic enim Pollux ὅπλα ruralia proſequitur, quamuis Verg. largius pollicitus, tamen defeciſſe uideatur. Sunt enim Martis arma inſtrumēta omnia, quibus in bello utimur. unde fraudes & conſilia arma dicuntur. Verg. Et quærere cōſcius arma. Arma ruſticorū, raſtra, ligones, & huiuſmodi. Idem, Dicendū & quæ ſint duris agreſtibus arma. Arma coquinaria, lebes, patella, tripos, olla. Plaut. Quàm eleganter inſtructū coquinarijs armis. Arma ſtudioſorū, ſtylus, pugillares, libri. Plin. Cuius arma erant non uenabulū & lancea, ſed ſtylus & pugillares. Nautarum quoq; & piſtorum inſtrumenta arma dicuntur. Verg. 5. Aen. Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis. Et lib. 1. Cerealiaq; arma Expediunt. Quandoq; arma capiuntur pro bello, ſicut toga pro pace: ut, Cedant arma togæ. Quandoq; dicuntur inſignia. (παράσημα, κόσμια) Conſueuerunt enim antiqui ſuſpendere arma in poſtibus templorum. Verg. Armaq; fixit Troia. Eſt autē hoc nomen arma pluraliter tantum declinatum, quoniam uniuocum ſit, & plures res ſignificet, quarū ſingula habent ſua nomina, ut gladius, ſcutū, & huiuſmodi: uel ne ab armo artu corporis obliqui eius proferri cenſeātur.

Ārmāmĕntă.n.ſ. armorū congregatio. ἄρμενα, σκεύη. Vnde nauiū inſtrumenta uel munimēta, ſicut funes & uela: quāuis & murariorū & medicorū & aliorū inſtrumenta eſſe dicātur. Colū. li. 4. Nonnulli ſtrenuè fabricāt nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis miniſtrisq;. Et Plinius de uinearum armamentis loquitur.

Ārmāmĕntārĭă. ὁπλοθῆκαι, σκευοθῆκαι. n.ſ. repoſitoria armorū ſunt, & ferè naualiū, quale fuit illud quod Athenis Philon fabricauit mille, teſte Plin. capax nauium. Liu. de bel. Maced. Conflagarunt & horrea regia, armamētarium cum ingenti apparatu machinarū et tormentorum. Deducitur hoc nomen ab armamentū.

Ārmārĭūm.rij.n.ſ. ab armis, locus ubi cibaria, libri & ſimilia reconduntur. ἄβαξ. Plau. Capt. Cellas refregit omneis intus recluſitq; armarium. Hinc,

Ārmārĭŏlūm.li.n.ſ. ἀβάκιον. diminut. paruum armarium. Plaut in Truc. Aut lectus dapſilis, aut armariola Græca.

Ārmātī, (ἔνοπλοι) dicuntur non ſolum qui ſcutis telisq; parati ſunt, ſed etiam qui glebis, aut fuſtibus inſtructi.

Ārmātūră.f.p. rem ipſam ſignificat. ὁπλισμὸς, πανοπλία, σκευή. Veget. lib. 1. cap. 14. Tertius ordo diſponitur de armaturis uelociſſimis, de ſagittarijs iuuenibus.

Ārmātŏr, (ὁπλιςὴς) m.t. & Armatrix, uerbalia ſunt ab armo. mas.

Ārmĕnĭăcŭs, (ἀρμενιακός) o.ſ. adiect. ut Armeniaca mala, Colum. id eſt, ex Armenia aduecta. Hoc autem genus pomi quod Armeniacum dicitur, præcox Perſicum etiam appellatur, ut inquit Hippocrates.

Ārmĕntārĭŭs. ria. rium. o.ſ. quod ad armentum pertinet. ἀγελαῖος.

Armentarius. rij. m.ſ. armenti cuſtos. ἀγελάρχης. Verg. 3. Geor. Omnia ſecum Armentarius Apher agit, tectumq; laremq;. Item armentarius, equitum magiſter, equitarius, & equiſo dicitur.

Ārmĕntālis. le. o.t. quod eſt ex armēto. Verg. 11.

Aen. Hic natũ in dumis interq; horrentia luſtra Armentalis equæ mãmis, & lacte ferino Nutribat, teneris immulgẽs ubera labris.

Ārmĕntōsŭs, o.ſ. armentis abundans, apud Plinium. Gell. lib. 11. cap. 1. Quòd Italia tunc eſſet armentoſiſſima.

Ārmĕntīnŭs. na. num. o.ſ. quod eſt ex armento. Plin. li. 18. cap. 17. Fimi ceruini, maximè ſubulonis, ſed & bubuli: de armentinis loquor.

Ārmĕntĭtiŭs. a. um. o.ſ. idem ſignificat. Varro 2. de re Ruſt. In alimonijs armentitium pecus ſic commendum.

Ārmĕntŭm, ti. n.ſ. (ἀγέλη) in quit Feſtus, id genus pecoris dicitur, quod eſt idoneum ad opus armorum, ut ſunt equi & boues. nam equis in bellum curritur, clypei uerò boum corijs armantur. Varro aliter, Armenta, quòd boues ideo præparabantur, ut inde eligerentur ad arandũ: inde armenta dicta quaſi aramẽta, poſtea tertia litera extracta. Unde Colum. li. 7. Iumenta & armẽta nomen à re traxere, quod noſtrum laborem uel onera ſubuectando uel arando iuuarent.

Ārmĭgĕr, armigeri, pen. cor. m. ſ. qui lanceam, ſcutum, galeamq; ferens armatum equitem in prælio ſequitur. ὁπλοφόρος, ὁπλίτης. Et planè apud antiquos armigeri fuerunt ſummi uiri, ut Patroclus fuit armiger Achillis. Pli. lib. 35. Clitum equo ad bellum feſtinantem, & ei galeam poſcenti armigerũ porrigentẽ.

Ārmĭllæ, ſ.p. ſunt ornamenta in circulorũ modum, quibus uiri militares ab imperatorib. donati in ſiniſtris brachijs gerere cõſueuerunt. Hæc Priſcianus brachialia uocat: quemadmodum Græci βραχιονιστῆρας. Dicuntur autẽ armillæ ab armis, quòd antiqui humeros cum brachijs armos uocabant. Unde arma ab his dependentia ſunt uocata. Liuius libro 1. Sabini aureas armillas magni ponderis brachio leuo habuerũt. Inde armillati curſores, quos poſtias dicimus: uidelicet quia id inſigne gerunt, quod poteſt armilla aut ſpinter dici.

Ārmĭllātŭs. o.ſ. diciturqui armillas habet. Propertius, Atq; armillatos colla moloſſa canes.

Ārmĭllē. n.t. inſtrumentum & apparatus uerſutiarum: ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. 6. Ad armille redit.

Ārmĭllŭm. li. n.ſ. uas uinarium in ſacris, dictũ quod ab armo, id eſt humero deportaretur. Varro de uita Pop. Rom. libro 1. Armillum, quod eſt urceoli genus uinarij.

Ārmĭlŭſtrŭm, ſtri. n.ſ. feſtum apud Roma. quo res diuinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubis. Item locus in quo huiuſmodi ludi fiebãt. Varro hoc nomen ab ambitu luſtri dictum exiſtimat, quòd ibi circunfertur pompa & equi currunt.

Ārmĭpŏtēns. o.t. armis ualens. κρατερὸς, αἰχμητής. Unde & Pallas ſiue Bellona, armipotẽs dicitur. ut, Tritonia armipotens, Cice. Antequam iret in exil. Verg. 2. Aen. Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.

Ārmĭſŏnŭs, notæ ſignificationis, ut Pallas armiſona, Vergilius.

Ārmĭtĕnēns. o.t. qui arma tenet. ὅπλα ἔχων.

Ārmo. mas. a.p. armis induo ſeu munio. ὁπλίζω. Verg. Tunc quoq; fas nobis Graios armare fuiſſet. Liu. 2. bell. Pun. Itaq; & muri reficiebantur & propugnaculis armabantur. Cõpoſita ſunt, dearmo, quod eſt armis exuo. ἀποπλίζω. Idem lib. 4. dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſit. Exarmo idem ſignificat. Lamprid. de Heliogab. Habuit leones & leopardos exarmatos, id eſt manſuefactos. Obarmo, circumarmo. Horat. Mos unde deductus per omne tempus Amazonia ſecuri dextras obarmet. Perarmo, perfectè uel pulchre armo. Cur. Exercitu perarmato Babylone copias mouit.

Ārmŏrăcĕă. cea. ſ.p. herbæ genus. Colum. li. 6. ca. 17. Et armoraceum apud Plin. li. 19. ca. 5. legitur, pro raphani ſylueſtri genere.

Ārmŭs, mi. m.ſ. humerus. ὦμος. Verg. 3. Georg. Denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamẽ armus ab humero. Nã humeri propriè eorum ſunt qui recti in cœlum ſpectant (unde ſoli homini humeros eſſe dicimus. Verg. Os humerosq; deo ſimilis) Armi uerò ſunt brutorum, quamuis de hominibus quandoq; dicantur.

Ārnoglōſſă. æ. ſ.p. (ἀρνόγλωσσον) Latinè lingua agni, uulgò plantago dicitur (uuegerich) ab ἀρνὸς, agnus, et γλῶσσα lingua. Hæc alio nomine dicitur heptapleuros. id eſt habens ſeptem coſtas. nam in folio eius ſunt ſeptem coſtæ, ἑπτὰ ſeptem, πλευρὸν coſta. Sunt enim ſeptem nerui

nerui inſtar coſtarum animalium.

Aro, aras (ἀρόω) n.p. propriè ſignificat terram iam procisſam rurſus uomere euerto. Plin. In arando magnopere ſeruandum eſt Catonis oraculum, Qui ait primum, agrum bene colere. Secundum, bene arare. Tertium ſtercorare. Per translat. arare ponitur pro coire. Plautus, Fundum alienum arat incultum, familiarem deſerit: id eſt alienas mulieres ſubagitat, uxorem ſuam deſerit. Compoſita ſunt dearo, exaro, peraro, inaro, & ſubaro. Plin. Sunt qui iam natas inarant ſegetes.

Arōmă, (ἄρωμα) n.t. odoramentum dicitur. Colum. lib. 12. cap. 20. Aromata contuſa & cribrata paulatim inſperges.

Arōmătōpōlă. æ. m. p. (ἀρωματοπώλης) qui aromata uendit, quem nos aromatariũ dicimus.

Arōmătītēs. tæ. m. p. (ἀρωματίτης) gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta quòd myrrhæ odorem habeat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Arŏn, uel Aros, (ἄρον) herba eſt è bulborum genere, ſcyllæ proximum, amplitudine folijs lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi craſsitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoq; eius in aceto decocta manduntur. Plin. lib. 19. cap. 5.

Arquātūs. ti. m. f. (ἰκτερικός) ab arcus, is dicitur cui color & oculi uirent adinſtar ſcilicet arqui cœleſtis, quem morbum quidam appellant dæmoniacum, quidam aquarium, quidam auriginem, quidam regium, quidam ictericum.

Arquitēs. (τοξόται) m. t. dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc ſagittarios uocant.

Arrēctārĭŭs, adiect. à participio arrectus: quod eſt arrectum, ut aſſer arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus eſt: ſicut tranſuerſarius, qui in tranſuerſum ponitur.

Arrēptītĭŭs. o. ſ. qui à dæmone rapitur, qui etiam abreptitius dicitur. ἀναρπαστός. Veteres arreptitium dicebant laruatum, quaſi à laruis arreptum.

Arrhă. rhæ. f. & Arrhăbo. onis. pen. cor. m. (ἀῤῥαβὼν) utrunq; ſumitur pro parte ſolutionis, quæ prius datur ut reliqua reddatur. Pli. li. 33. cap. 1. At ſponſiones etiamnum annulo exiliente, ab eo tempore quo nondũ erat arrha, uelocior. Terentius, Et relicta arrhaboni eſt. Hæc arrho. rhas. à quo ſubarrho, quod eſt arrham facio. Ambroſius, Annulo ſuo ſubarrhauit me dominus meus.

Arrĭgo. gis. (ἵστημι, τείνομαι) uide in dict. Rego.

Arrĭpio, pis. (προσαρπάζω) uide in dictione Abripio.

Arrŏgo, (ἀποποιοῦμαι) pen. cor. n. p. ſignificat aſſumo, uendico, tribuo: & opponitur uerbo derogandi. Hier. in Prol. Eſdræ, Interrogent Hebræos, & ipſis authoribus translationi meæ uel arrogent uel derogent fidem.

Plerunq; arrogare, eſt nimium ſibi tribuere (ἀλαζονεύομαι) ſeu arroganter præſumere. Cic. 7. Philip. Ego itaq; pacis, ut ita dicam, alumnus, qui quantuſcunq; ſum (nihil enim mihi arrogo) ſine pace ciuili certè nõ fuiſſem. Vnde arrogans, (ἀλαζὼν) qui ſibi temere atq; inſolenter tribuit, quæ in eo non ſunt. Ariſto. in Ethicis, Arrogans præclara, & ea quæ non inſunt, & maiora quàm inſint ſibi fingit: Diſsimulator uerò, aut ineſſe ſibi negat, aut imminuit. Arrogantia, (ἀλαζονία) per quam temeritas atq; imprudentia uanam ſibi comparat authoritatem. Item arrogare, (εἰσποιοῦμαι) eſt in filium ac familiarem aſciſcere: à quo fit arrogatio, quæ eſt cum is qui aſciſcit aliquem in filium, interrogatur, an uelit illum iuſtum ſibi filium eſſe: & is qui aſciſcitur rogatur, an id fieri patiatur. Vel ideo arrogatio dicitur, quòd per populi rogationem fiat. Vide Gell. lib. 5. cap. 19.

Arrhōſtĭă, æ. f. p. (ἀῤῥωστία) ægrotatio.

Arrhōſtēmă. matis. n. t. Græcè ἀῤῥώστημα, Latinè ægrotatio. ἀῤῥωστέω, ægroto. Arrhoſtos. (ἄῤῥωστος) ægrotus. Cic. 4. Tuſc.

Arrūgĭă, cuniculus ſubterraneus, quo extrahitur aurum. Vide Plin. lib. 33. cap. 4.

Ars, (τέχνη) artis. f. t. multipliciter dicitur. Nam quædam eſt ars quæ in ſpeculatione tantum conſiſtit, ut aſtrologia & theorice: id eſt, ſpeculatiua, nullum exigens actum, ſed ipſo rei cuius ſtudiũ habet intellectu cõtenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur, & practice: id eſt, actiua dicitur, ut ſaltatio. Quædam in affectu, quæ operis, quod oculis ſubijcitur, conſummationem & finẽ accipit, qualis eſt pictura, & ſic definitur: Ars, eſt recta ratio rerum faciendarũ. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς: id eſt, à uirtute, quàm Græci uniuſcuiuſq; ſcientiam uocant. Ars etiam aſtutia, ſiue ſit in uirtute, ſiue

ſiue in uitio, dicitur qua quis non facile falli, ſed magis alios fallere poteſt, quæ Græce dicitur τέχνη: ut, Inſtructus arte Pelaſga. Ab arte ſunt compoſita, iners, ſolers, artifex. Huius nominis diminutium eſt articula. τεχνίδιον.

Ārsĕnĭcŭm. ci. n. ſ. genus eſt coloris lutei. Plin. li. 34. ca. 18. Latinè dicitur, auripigmentum.

Ārsĕnŏcœ̆tæ̆s Græci uocant eos, qui maſcula Venere peccant.

Ārsĕnŏthēlĕăs, (ἀρσενοθήλεας) deos antiqui eſſe dixerunt utriuſque ſexus participatione, quaſi maſculofœminos. Quo nomine quædam quoque animalia ab Ariſtotele nominantur ſemel ineuntia.

Ārsĕnŏthēlȳs. ἀρσενοθῆλυς. uide Androgynus.

Ārsĕnŏgŏnŏn, (ἀρσενόγονον) herba eſt ſub Satyrij nomine comprehenſa, uuas habens floribus oleæ ſimiles, ſed aliquanto pallidiores, ſemen uero ad ſimilitudinem papaueris albū.

Ārsĭs, (ἄρσις) Latinè uocis eleuatio, ſicut & θέσις poſitio uocis. ut, arma: ar, eleuatio eſt: ma, poſitio eſt. In his duobus per diuiſionem pedes legitimi colliguntur.

Artaba, æ. f. p. (ἀρτάβη) menſura apud Aegyptios ſextariorum ſeptuagintaduo: compoſita ex numero, propter ſeptuaginta duas gentes, quæ orbē impleuerunt. Alij cōtinere tres urnas, alij dicūt ternas capere denos modios

Ārtĕmĭsĭă, æ. f. p. herba, ab Artemiſia Mauſoli uxore, uel ab Artemide dea cognominata. Vulgò beifuos, uel buken. Eius duo ſunt genera, altera latiorib. folijs, altera tenuioribus, non niſi in maritimis naſcens. Plin. ambroſiam putat, quæ in Artemiſio monte dicitur abundare, à qua etiam nomen ſortita eſt. Alij dici putant à Diana, quæ Græcè ἄρτεμις dicitur, quæ eam inuenit.

Ārtĕmōn. monis. m. t. (ἀρτέμων) ſiue Artemūn. ſ. quod quidam malum, quidam uelum intelligunt nauis ampliſſimum, quod extenditur, quaſi arrectus temo. Vitru. lib. 10. docet artemonem eſſe, quam noſtri trochleam, Græci ἐπάγοντα uocant. Hac autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamenta explicantur, ut merito additamentum magis quàm pars nauis eſſe uideatur.

Ārtĕrĭă æ. f. p. (ἀρτηρία) Latinè ſignificat uenā uitalem ſeu ſemitam, in qua eſt uitalis ſpiritus. Plin. lib. 11. cap. 37. Et Gell. li. 3. cap. 10. Arteria eſt, inquit, conceptaculum ſpiritus naturalis miſti confuſiq; cū ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt & minus ſanguinis, quæ motu atque pulſu habitum & motum febrium demōſtrat. Cic. lib. 3. ad Heren. Læduntur arteriæ, ſi antequam uox bene permulſa eſt, acri clamore compleantur, et interuallis longioribus uti conuenit. recreatur enim ſpiritu uox, & arteriæ reticendo acquieſcunt. Itaq; arteriæ ſunt ſemitæ ſpiritus, uenæ autem ſanguinis riui. Licet quandoq; uena pro arteria dicatur. Perſius, Tange miſer uenas, & pone in pectore dextram, Nil calet hic. Celſus lib. 3. Si protinus uenæ conciderint, & ſæpius eodem die. dicta eſt autem arteria, ὅτι ἀέρος καὶ τηρεῖ.

Ārthrĭcŭs, m. ſ. qui laborat morbo articulari. Cic. Pet. Non enim arbitror cocum etiam te arthricum habere.

Ārtĭcŭlārĭs, & hoc re. o. t. quod ad articulos pertinet, ἀρθρικός: ut articularis morbus, ἀρθρίτης νόσος, qui articularis dicitur, qui per omnes artus uagatur, quo Ennius laboraſſe fertur. Serenus, Si uerò articulos tabes inimica per omnes Hæſerit, ex ficu betas cum melle iugabis. & cætera.

Ārtĭcŭlātĭm. κατ' ἄρθρον. aduerb. ſignificat per articulos. Plaut. Epid. Hem iſthic homo te articulatim concidit ſenex. Articulatè idem.

Ārtĭcŭlo. as. a. p. ſignificat iungo, & quaſi articulum, id eſt nodum nodo appono. ἀρθρόω. Aug. lib. 14. de Ciu. Ea ſola mēbra mouemus ad nutū, quæ cōpactis articulata ſunt oſſib.

Ārtĭcŭlŭs, li. m ſ. (ἄρθρον) diminut. ab artus, et ponitur pro iunctura ſiue nodo uel parte mēbri. Plin. Articulis membra diſtinxit. unde articularis morbus. Sed & in uite dicuntur articuli de nodo ad nodum. Cic. in Cat. Itaq; ineunte uere in ijs quæ relicta ſunt, exiſtit, tanquam ad articulos ſarmentorum, ea quæ gēma dicitur. Sic articulos fidei, tanquā membra religionis noſtræ, dixerunt. Interdum ponitur pro digito, ut apud Ouidium lib. 2. de Pon. At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis ſupputat articulis. Interdum pro momento, (καιρὸς) & tempeſtiua rerum faciendarum hora ſiue puncto, (ἀκμή) ſeu alicuius rei aut temporis

parti-

*particula. Terent. Adelph. Vide ut in ipſo ar
ticulo preſſit eam. Item articulus colon eſt,
de quo Cicero lib. 4. ad Heren. Similiter arti
culus dicitur quo genus diſcernitur. ut Græ
corum ὁ, ἡ, τὸ: & Germanorum der, die, das.*

*Ārtifĕx. icis. o. t. qui artem aliquam facit. δημι
ουργὸς, τεχνίτης. dictus quòd ſcientiam ſuam
per artus exerceat, ſiue quòd apte operam
inter ſe arctent artifices. Cic. 4. Acad. Quā ſi
ſubtraxeris, qui diſtingues artificē ab inſcio?*

*Ārtificium, cij. n. ſ. ars & ſcientia. τέχνη. Cæſar
7 bel. Gal. Neq; acie uiciſſe Romanos, ſed ar
tificio quodam, & ſcientia oppugnationis.
Artificium pro fraude, dolo. Cice. Att. Quo
rum artificijs effectum eſt, ut Reſpublica in
hunc ſtatum perueniret.*

*Ārtificiōsē, aduerb. Cice. Nulli fuerūt qui illa
artificioſe digeſta generatim componerent.*

*Ārtificiālis. le. o. t. quod arte factum eſt. Et Ar
tificialiter aduerb. Quint. li. 2. ca. 18. Alius ſe
inartificialiter, alius artificialiter gerat.*

*Ārtificiōsŭs. a. um. ἔντεχνος. o. ſ. plenū artificio,
ut artificioſa eloquentia, apud Cic. de In-
uent. & artificioſa res apud eundē. 2. de Fin.
Dicitur & artificioſus, qui aliquid arte facit.
Idem 2. de Nat. Deor. Zeno igitur naturam
ita definit, ut eam dicat eſſe ignem artificio-
ſum ad gignendum.*

*Ārtitŭs. penult. prod. dicitur bonis artibus in-
(structus. Feſt.*

*Ārto. tas. a. p. ſæpe urgeo. στρόω. Vide ſuprà Ar
cto. Hinc componitur coarto, ſimul conti-
nenter arto, ſtringo. Liuius lib. 2. bel. Pun.
Anguſtæ fauces coartant iter. Inde perco-
arto, quod eſt maximè uel perfectè conſtrin-
go. Colū. li. 2. Vtrunq; ſiccatum percoartabi
mus in ſtrigā, atq; ita manipulos uinciemus.*

*Ārtocrĕă. creæ, et Artocreas. creæ. (ἀρτοκρέας)
m. p. epulum ex pane & carne. Perſius, Arto
creasque popello.*

*Ārtŏcŏpŭs, (ἀρτοκόπος) m. ſ. piſtor ſeu factor
panis. Sed pro diſpenſatore ſiue conſeruato
re accipi ſolet, quaſi qui in pane laborat. Nā
ἄρτος panis, κόπος labor.*

*Ārtŏlăgănŭm. n. ſ. pen. cor. genus panis ſiue pla
centæ ex ſimila in oleo cum pipere & adipe
coctæ in patella. Cic. Pæto, Dediſcendæ tibi
ſunt ſportellæ, & artolagani tui.*

*Ārtoptītŭ (ἀρτοπτίκιοι) m. ſ. panes dicti ab arto
pteſio inſtrumēto panib. coquendis in clibano
accōmodato. cuius meminit Plaut. in Aulul.*

*Ārtōptă, (ἀρτόπτης) à quibuſdam dicitur muli-
er, quæ coquit panem in clibano uel in furno,
ὀπτάω coquo. Plau. in Aulul. Ego hic artoptā
ex proximo utendum peto. At Pollux dicit
eſſe inſtrumentum artocopi in quo panes tor
reantur. Alij accipiunt pro uaſe in quo fari-
na ſubigitur. Plinius lib. 18. cap. 11.*

*Ārtōptītĭŭs panis. m. ſ. qui ex fermento durio-
re conficitur torreturq; in artopta. Plin. lib. 8.*

*Ārtŭo. tuas. (διαρθρόω) act. p. ab artus fit: à quo
deartuo, quod eſt per artus diuido. Maternus
lib. 5. Vt ſic artuatis uiſcerum partib. mēbra
omnia crudelis artificij præſidio proferātur.*

*Ārtŭs, (μέλος) m. q. quia alligant membra mem
bris: ab arctando. Sunt enim nodi, membra
uerò trunci. Vergil. 5. Aen Et magni mem-
brorum artus. Et dicitur tantum de animan
tibus. Partes ſunt corporis inter iuncturas:
dicti quòd inter ſe arctentur. unde articuli.
Et diſtinguuntur artus à membris: quia ar-
tus dicuntur oſſa cum neruis & uenis: mem-
bra autem propriè uocamus carnem artus te
gentem, unde membrana ſuperior membri
pars, hoc eſt pellis. Sed ſæpenumero confun-
duntur. Apud Plaut. in Menæch. artua legi-
tur: Ita mihi imperas, ut ego huius membra
atq; oſſa atq; artua Comminuam illo ſcipio-
ne, quem ipſe habet.*

*Ārualēs. m. t. fratres dicti ſacerdotes ab aruo,
quos Romulus primus inſtituit, ſeq; inter il-
los duodecim fratres appellauit, ut arua fru
ges ferrent. Eiq; ſacerdotio Acca Lauren-
tia quæ poſtea Populum Rom. hæredem inſti
tuit, Romuli nutrix tribuit infulas albas, &
ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſigni,
quæ prima apud Romanos corona fuit.*

Āruīcă. æ. ſ. p. pen. cor. genus frumenti.

*Ărŭīnă, æ. ſ. p. pen. prod. durū pingue inter cu-
tem, ut author eſt Seru. πῖαρ, τὸ. Verg. lib. 7.
» Pars leueis clypeos & lucida ſpicula tergent
Aruina pingui.*

*Ărūncŭs. ci. m. ſ. (ἤρυγγος) uillus eſt, caprarum
mento depēdens. Pli. li. 8. ca. 50. Dependet om
nium mento uillus, quem aruncum uocant.*

*Ărūndĭnētŭm. ti. n. ſ. locus ubi arundines conſi-
tæ ſunt, καλαμὼν: ſicut ſalicetum, oliuetum,*

& hus

& huiuſmodi. Plini. lib. 10. cap. 32. Minores halcyones in arundinetis canunt.

Ărūndo. dinis. f. t. aquaticus frutex. κάλαμος. Liu. 7. Bel. Pun. Erant autem pleraq; ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta. Quandoq; arūdo ponitur pro ſagitta. Vergil. Perq; ilia uenit arūndo. Hinc arundineus. ea. eum. quod eſt ex arundine factū. καλάμινος. Plin. li. 10. cap. 29. Addita in tranſuerſas labias fronde arundinea.

Ărūſpĕx. icis. c. t. οἰωνοσκόπος. uide Haruſpex.

Ăruūm. ἄρουρον. ui. n. ſ. ab arando dictum, ager aratus, necdum ſatus, qui tamen ſementi datur. Salluſt. Quia Numidæ pabulo pecoris magis quàm aruo ſtudent.

Ărx. cis. f. t. (ἀκρόπολις, ἄκρα) ab arceo, quia arcet, id eſt prohibet hoſteis accedere. Eſt enim locus urbis, uel in monte ſitus, natura munitus. Inde etiam ſummitates mōtium & cuiuſcunq; altitudinis, ex quibus facilè poſſunt depelli hoſtes, arceis dicuntur. Vel (ut Solinus inquit) ab Arcadibus dicta eſt arx, qui munitiſſimos quoſque colles ſub Euandro tenuerunt. Huius diminutiuum eſt arcicula, id eſt parua arx.

A ANTE S.

AS, aſſis. ἀσσάριον. libra, à Græcis mna, mina noſtris, interpoſitiōe i literæ, quæ ex nonaginta ſex drachmis cōficitur, ſiue duodecim uncijs. Et ſciendū quòd ueteres uolentes aliquid diuidere in partes æquales, ut hæreditatem et quiduis ſimile, id aſſem appellauerunt, & parteis uncias. Vnde illud Plinij de luna, Haud dubium eſt lucere dodrantis ſemuncias horarum ab ſecunda abijcientem uſq; ad plenum orbem. Vnde etiā habemus, Ex aſſe hæredem fecit, (ἐξ ὅλου κλήρου) id eſt totius hæreditatis. Sueton. in Cæſare, Nouiſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. Interdum dicitur numus æreus libralis, quòd eſſet unius libræ: & ualebat (inquit Budæ.) quaternos denariolos noſtros, paulò pluris. Hora. Quem ſi diminuas uilem redigatur ad aſſem. Interdum partes aſſis apud poëtas accipiuntur pro calicibus, à menſura. Propert. Cū fuerit multis exacta trientibus ora. Martial. Te conuiua leget mixto quincūce. Componitur autem As cum eo quod eſt tres, ut Treſſis. Perſius, Hic dama eſt nō treſſis Agazo. Octo & as, Octuſis. Horatius, Quanti empta? Parui. Quanti ergo? octuſſibus. Et ſic per omnes numeros uſq; ad centum, ut centuſſis. Perſius Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Ăſărōn. (ἄσαρον) n. ſ. ſylueſtre nardum appellauere nonnulli. Eſt autem hederæ folijs rotundioribus tantum, mollioribuſq;, flore purpureo, radice Gallici nardi ſimile, acinoſum, ſaporis calidi ac uinoſi, montibus in umbroſis locis, bis in anno florens. Plin. li. 12. ca. 13.

Ăſărōtūm, ti. n. ſ. ἀσάρωτον. Pauimentum pictura arte elaboratum, à Græcis inuentum: ſic dictum quòd uerri non debeat. Nam deducitur ab α priuatiua particula, & σαίρω, uerro, ſcopo. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀνάλεκτα uocantur, in pauimento quoq; euerri, dum ſubtegulanea pauimenta in uſu erant. Poſtea aſarotis inuentis ceſſauit uſus ſcoparum, manibus colligi purgamenta cœperunt, pauimenta uerò ſpongijs mundari. Papinius lib. Syl. Varias ubi picta per arteis Gaudet humus, ſuperantq; nouis aſarota figuris.

Ăſbēſtĭnūm. n. ſ. genus eſt lini, quod ignibus nō abſumitur. Viuum id uocant, ardenteſq; in focis conuiuiorū ex eo uidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendentes igni magis, quàm poſſent aquis elui: uocatur autem à Græcis aſbeſtinum ex argumento naturæ. Hæc Plinius libro 19. capite 1.

Ăſbēſtūs, (ἄσβεστος) m. ſ. Latinè inextinguibilis. & nomen lapidis eſt, qui cum ignem non habeat proprium, alieno tamen ſic ardet, ut non poſſit extingui.

Ăſcălăbōtēs. tæ. m. p. (ἀσκαλαβώτης) Latinè ſtellio, Italicè tarantula dicitur, ἀπὸ τῶν ἀσκαλάβων: id eſt circulis quibus depictus eſt, & uelut lucentibus guttulis in modum ſtellarum.

Ăſcălōnĭă. æ. f. p. (ἀσκαλώνια, κρόμμυα) & aſcalonium, cepæ genus, quod in Aſcalone plurimum naſcatur.

Ăſcĕndo. dis. n. t. ex ad & ſcando, ſed d abijcitur, ſignificat ſurſum ſiue ad aliquid ſcando. ἀναβαίνω. Terentius Adelph. Nauem aſcen-

dis

dit. *Aſcendere in concionem, pro orationem habere ad populum. Cicero Att. Hinc aſcenſio, & aſcenſus, (ἀνάβασις) pro aſcendendi actu. Cic. pro Domo ſua, Homines audaces ab eius templi aditu, atq; aſcenſu prohibuiſti.*

Aſcetéria, n. ſ. uocantur monaſteria in codice Iuſtiniani, à uerbo ἀσκῶ. quod eſt mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

Aſcia, æ. f. p. cum c poſt ſ, ab abſcindendo, carpentariorum inſtrumentum eſt, quo fabricæ materiæ dolantur. ἀξίνη. (Plin. libro 16. capite 40. Molliſsima tilia, eadem uidetur & calidiſsima: argumentum afferunt, quòd citiſsimè aſcias retūdat.) quod Hieronymus dolatoriū uocat, à dolando leuigandóq;. Huius diminutiuum eſt aſciola.

Aſcio. as. act. p. aſcia cædo. λαξεύω. Sic exaſcio. as. Inde exaſciatū opus dicitur à Plauto, pro polito perfectóq;.

Aſciſco. ſcis. aſciui. aſcitum. act. t. uel etiam (ut quibuſdam placet) aſcio. is. ſignificat remotū aliquid, quaſi ſcitè uocatum capio, aliunde ſumo, accerſo, aſſumo, expeto, approbo, aſcribo, adiungo. ἐπάγομαι, προσάγομαι, ἐσάγομαι, προσκαλοῦμαι. Accuſatiuum poſt datiuum ſemper fermè poſtulat. Quintil. lib. 8. Cuſtodiendum, ne id quod ſimilitudinis gratia aſciuimus, aut obſcurum ſit aut ignotum. Lactant. lib. 4. Et illos qui temere ſapientium ſibi nomen aſciuerunt, erroris ſtultitiæq; damnarunt. Huic contrarium eſt deſciſco, (ἀφίσταμαι) quod cum ablatiuo ſemper conſtruitur cum à, uel ab: & ultra ablatiuum aliquando habet accuſatiuum mediante ad: & ut Valla ſcribit lib. 5. cap. 89. ſignificat ſe ab imperio ductúq; alterius ſubtrahere: ut milites à duce, populi à domino, diſcipuli à magiſtro, ad alterius ſcilicet uel imperium, uel ſententiam ſe iam conferentes. Liu. lib. 2. Præneſte à Latinis ad Romanos deſciuit. Lactant. libro 4. Deſciuerunt à te & abiecerunt legem tuam.

Aſcites, (ἀσκίτης) hydropiſis ſpecies eſt.

Aſclepion, (ἀσκλήπιον) herbæ genus, opopanacis ſpecies.

Aſcopera, æ. f. p. (ἀσκοπήρα) ſacculus pelliceus, marſupium, dictum ab ἀσκὸς & πήρα. Suet. in Nerone, Alterius collo aſcopera deligata.

Aſcribo. pſi. ptum. act. t. (προσγράφω, παραγράφω) ex ad & ſcribo, ſignificat ſubſcribo, hoc eſt ad ſcriptum aliquid nomē uel ſententiam meam ſubiungo. Cice. de Leg. 1. Aſcribito me fratris ſententiæ. & de Opt. or. Qui Thucydidem laudauit, aſcribet ſuæ noſtram ſententiam. Significat quoq; aſciſco. Cic. pro Archia, Venit Heracliam, quæ cum eſſet ciuitas antiquiſsimo iure ac fœdere, aſcribi ſe in eam ciuitatē uoluit. id eſt ciuis fieri uoluit, et alijs natis ciuibus adiungi. Dicimus autem aſcribere ciuitati, in ciuitatem, uel in ciuitate. Item aſcribere eſt attribuere, adiūgere, uel aſsignare. Cic. Quòd uulgò hominū opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. ubi cum datiuo poni uides. Cum præpoſitione in uel ad, idem de Offic. lib. 3. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent. Et in malam partem, προσίθεσθαι, ἀνατίθεσθαι. Cicero, Neque mihi negligentiā uelim aſcribas. Ab aſcribo aſcripti dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut cæteris colonijs adderentur. Item aſcripti milites, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur: quos etiam accenſos dicebāt (licet accenſi aliud ſignificet) quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti.

Aſcriptitius. tij. m. ſ. (παρέγγραπτος, προσγεγραμμένος) allectus, qui ad aliquam rem aſcriptus eſt, ut qui uulgò in collegijs magiſtratuum extraordinarij uocātur: & dij aſcriptitij, qui dijs maiorum gentium apponuntur, de quo Bud. in Pand. Item ciues aſcriptitij, quòd natis ciuibus adiuncti, ſe iam in alterius imperium dediderunt. Aſcriptitiuus idem eſt apud Plaut. quod aſcriptitius.

Aſcriptor, uerb. m. t. (προσγραφεύς) qui in exemplū ducit ſcripta. Ci. ad Quir. poſt red. Itaq; is fuit nō modo ſalutis defenſor, uerumetiā aſcriptor dignitatis meæ. Secundum quoſdam aſcriptor idem eſt quod ſubſcriptor, qui & cauſidicus eſt cauſſam adiuuans.

Aſella, læ. f. p. (ὀνίσκη) poteſt eſſe dimin. ab aſina: ſicut aſellus, (ὀνάριον) ab aſinus. Sed & locus ſub brachijs concauus aſella uocatur, ſiue axilla, (μάλη.) Vnde eſt & illud in ſacris, Abſcondit piger manum ſub aſella.

Aſellus, li. m. ſ. dimin. ab aſinus. Mart. li. 6. Hunc uerò acuto capite, & auribus longis, Quæ ſic mouentur, ut ſolent aſellorum. Aſellus etiam

eſt nomen piſcis, ſic dicti, quòd ſit colore cinericio, ſicut aſinus: quem uulgò Merluſium uocamus. de quo uide Plin. lib. 9. cap. 17. Eſt & nomen ſtellarum. Plin. lib. 18. cap. 35. Sunt in ſigno cancri duæ ſtellæ paruæ, aſelli appellatæ.

Aſilus, li. m. ſ. pen. prod. (οἶστρος) Græcè à ſono uocis. Vergilius,
» Eſt lucus Silari circa ilicibusq; uirentem
» Plurimus Alburnũ uolitans, cui nomen aſilo
» Romanũ eſt, œſtrum Graij uertere uocantes,
» Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
» Diffugiunt armenta. Naſcitur è latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluuijs ſupernatãt. Vnde circa aquas magna aſilorum copia, ubi id genus beſtiolarum eſt.

Aſinarius, a. um. o. ſ. adiectiuum, quod ad aſinos pertinet, ut mola aſinaria. ὀνικός.

Aſinarius. rij. m. ſ. qui aſinos paſcit uel cuſtodit. ὀνηλάτης. Suet. Apud Actiuum deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurit.

Aſinus, (ὄνος) m. ſ. animal notum, cuius fœmininum eſt aſina, (ὄνος, ἡ) quod datiuũ & ablatiuum pluraleis in is & in abus terminat. Varro de re Ruſt. lib. 2. capite 8. Ex equa enim & aſino fit mulus: contrà ex equo & aſina hinnus. Hinc aſininus, (ὄνειος) quod eſt aſini, ut caro aſinina.

Aſion, noctuarum genus maximum eſt, quibus pluma aurium modo eminet. σκώψ.

Aſomatos, (ἀσώματος) id eſt ſine corpore & impalpabilis. Cic. 1. de Na. Quòd uerò ſine corpore ullo deum uult eſſe, ut Græci dicũt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt.

Aſotia, æ. f. p. (ἀσωτία) popinatio, incontinentia, luxus. Gellius: Cedere equidem uobis debui, ut in tali aſſotia. id eſt luxu, prodigalitate, atque nequitia artium nos uinceretis. ex α καὶ σώζω ſoluo.

Aſotus, ti. m. ſ. (ἄσωτος) laſciuus, prodigus, popino, helluo. Martialis, Viuis aſotus. id eſt laſciuè, incontinentur.

Aſpalathus, ti. m. ſ. (ἀσπάλαθος) eſt ſpina alba in Oriente, magnitudine arboris medicæ, flore roſæ, cuius radix unguentis expetitur.

Aſparagus, gi. m. ſ. (ἀσπάραγος) pen. cor. quòd
» ex aſperis uirgultis legatur. Martialis: Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna, Non erat incultis gratior aſparagis. Vulgò ſpargẽ uocãt. Huius duo ſunt genera, hortenſe & ſylueſtre. Sed incultum gratius eſt.

Aſpectabilis. le. o. t. dignum quod aſpiciatur. Cicero de. Vniuerſit. Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

Aſpecto. as. a. p. ſæpe aut fixè aliquem intueor. ἐφοράω. Plaut. Amp. Cœlum aſpectat, obſeruabo quam rem agat. Verg. 1. Aeneid. Auerſáq; aſpectat deſuper arces.

Aſpectus. us. m. q. ſumitur pro uiſu & intuitu cuiuſcunque animalis, ὄψις, ἐπίφασις: ut horridus aſpectu, id eſt, uiſu horribilis. Verg. Teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Transfertur etiam ad inanimata. Plin. Prærupta rupes & aſpectu horrida.

Aſpello. lis. act. t. uide Appello.

Aſper. ra. rum. o. ſ. quod uiſu uel guſtu uel tactu aliò ue ſenſu inſuaue eſt. τραχύς. Auguſtinus quid ſit aſperum his uerbis declarat, Aſperũ diſcrepantia coniunctarũ partium facit. Aſperitatem nanq; non gignit niſi inæqualitas partium, ut ſit longior una, altera inferior. Lene illud proprie uidetur oſtendere, in quo poſitio partium ita aperte, pariliterq; digeſta eſt, ut nulla earũ menſura alterius emineat. Transfertur & ad alia quæ dura ſunt, (σκληρὸς) Teren. Aſperum pater hoc eſt, aliud ſodes para. Vnde & pro nocente quandoq; capitur. Vergilius, Aſper acerba ſonans. Et pro iniquo. Idem: Quin aſpera Iuno. Aſpera ſylua, denſa. Aſpera ſignis pocula, apud Vergil. pro ſculptis, anaglyphis. Huius dimin. eſt aſperulus.

Aſper numus, uidetur dici ab eo, quòd in aſperitatem cuſus ſignatuſq; eſt. Perſius: Quid aſper utile numus habet?

Aſpergillum, li. n. ſ. inſtrumẽtum quo nos aquis ſacris aſpergere ſolemus. περιρραντήριον.

Aſpergo. gis. ſi. ſum. act. t. ex ad & ſpargo, quaſi ad aliquid ſpargo, uel aliquãtum madefacio. ἐπιπάσσω, δίημι, βρέχω, διϋγραίνω. Plautus, Aſperſiſti aquam, iam redijt animus. Plin. libro 8. cap. 38. Ergo corpus eius aduſtum aſpergũt
» alijs carnibus polentæ modo. Vergil. 3. Georg.
» Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & um-
» bræ Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere uirus. Inde aſpergimen, (ῥαντισμός) Et aſperſio. Cicero 2. de Legibus, Nam illud uel

aſper-

aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur. Item aſperſus, huius, ſus. nomen. Plinius lib. 11. cap. 13. Quæ inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur.

Ăſpĕrgo. inis. f. t. gutta terræ cruore permiſta, κατάζυσμα. Stat. lib. 7. Diráq́ aſpergine latos Mutat agros. Propriè ſignificat actum ipſum aſpergendi. Plin. li. 36. Aſpergine et gelu pruinúq́ rumpuntur in teſtas.

Ăſpĕrnābĭlis, o. t. qui eſt dignus ut aſpernatur. ἐκφαυλιστὸς. Gellius: Hominibus nó bene eruditis aſpernabiles.

Ăſpĕrnŏr. aris. d. p. ab aſpero fit, ſignificatq́ recuſo, auerto, non agnoſco, faſtidio. καταφρονεῖν. Eſt autem dictum à ſperno. Teren. Phor. Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter? Inde aſpernatio, contemptus. Cic. 4. Tuſc. Perturbationes ex aſpernatione rationis eueniũt.

Ăſpĕro. as. act. p. aſperũ facio. ἀγριόω, δασύνω. Colum. lib. 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperãtur, ne ſint uolantibus lubrici. Verg. pro coagulo, ſiue durum facio poſuit, lib. 3. Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.

Aſphaltum, ti. n. ſ. bitumen dicitur.

Ăſphŏdĕlŭs. li. pen. cor. herba, de qua Plin. libro 21. cap. 17. Noſtri pharmacopolæ corrupto uocabulo uocant aphrodilorum.

Ăſpicio. is. act. t. ex ad & ſpecio, antiquo uerbo (teſte Varrone) e in i mutata: quamuis Priſc. à ſpicio compoſitum dicat. Eſt autem aſpicere, ad aliquid oculos intendere. ἐφορᾷν ἐς τι, ἐμβλέπειν. Plaut. Aſin. Si quem alium aſpexeris, cæca continuo ſiet. Terent. And. Inter mulieres, Quæ ibi aderant, fortè unam aſpicio adoleſcentulam.

Ăſpidiſci, m. ſ. breuia ſunt ſcuta, & in ſcuti modũ orbicularia ornamenta. Cæl. lib. 13. cap. 61.

Aſpilates, gemma eſt argentei coloris. Plinius libro 37. cap. 10.

Ăſpīro. ras. pen. prod. act. p. ex ad & ſpiro, ſed d abijcitur. Et proprie aſpirare ſignificat afflare. ἐπιπνεῖν. Verg. Aſpirant auræ in noctem. Habet autem uel datiuum, uel præpoſitionem ad: & per metaphorã ponitur interdum pro auxilium præbere, fauere. Vergil. Aſpirat primo fortuna labori. (ἐπιχαρίζω uel ἐπινεύω.) Tractum à nauigantibus quibus ſpirãtes auræ fauent. Interdum pro incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, ἐφίεσθαι: ut, Scipio aſpirat ad conſulatum. Interdum pro iungere, iuxtà accedere, ſeu conſentire. ἐφίεσθαι. Gell. lib. 1. Ad horum autem ſynceritatem ueritatémq́ uerborum an aſpirauerit Cæcilius, conſyderemus. Cic. Trebatio: Propter occupationem aſpirare non poſſunt.

Ăſpĭs. idis. f. t. (ἀσπίς) ſerpens paruus qui ueneno ſuo quæq́ uiuentia concitè occidit, oua gignit ex quibus filij procreantur. Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſparisq́ effectus ad nocendũ, ut ſcribit Solinus. Vnde ſomniculoſa aſpis quòd ſomnũ letiferũ percuſsis immitat.

Ăſplēnŭm. ni. pen. prod. n. ſ. (ἄσπληνον, quòd lienem imminuat) herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 5. Hanc alij ſcolopendrion, uel ſcolopendram uocant. Arabes ceterach, quod nomen uulgus pharmacopolarũ adhuc retinet. Quã autem pharmacopolæ falsò ſcolopendram uocãt, eſt ea quã Dioſcorides phyllitim appellat.

Ăſpōrtārĕ, (ἐκφέρειν) act. p. quaſi hinc aliò portare. Terent. Phor. Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cuius contrarium eſt importare, (εἰσφέρειν) quod eſt aliunde huc portare. Cæſar, Ac plerunque utuntur frumento importato.

Ăſprētŭm, ti. n. ſ. penul. prod. locus aſper & abruptus. Liu. Saxa erant, & temerè iacentia, ut fit in aſpretis.

Ăſsă, uox (ut Non. ſcribit) ore tantum prolata, nullis tibiarum aut alijs uocibus admiſtis. Cato de Liberis educ. Melos in cantibus eſt bipartitum: unum, quod eſt in aſſa uoce: alterum, quod uocant organicum. Bud. in Pan.

Ăſsæ, dicuntur ſicci lapides.

Ăſsāmēntă. orum. neutrum plurale: tabulæ ſunt ſectiles, quæ axes, ſiue aſſes aliàs dicuntur: non abſimiles ſcandulis; quibus tecta tegularum uice aliquando tegi ſolent. Plinius libro 16. capite. 4. Ob id cardinibus, aſſamentisq́ portarum utiliſsima.

Ăſſariŭs, rij. m. ſ. (ἀσσάριον) numus, ſiue genus ponderis. Ioſephus, Quatuor drachmis uenderetur aſſarius.

Ăſsārĭŭs, o. ſ. adiect. quod aſſatum eſt. Cato de re Ruſt. Veſtæ, ſi uoles, dato daps, Ioui aſſaria pecuina, urna uini Ioui caſte.

eſt nomen piſcis, ſic dicti, quòd ſit colore cinericio, ſicut aſinus: quem uulgò Merluſium uocamus. de quo uide Plin. lib. 9. cap. 17. Eſt & nomen ſtellarum. Plin. lib. 18. cap. 35. Sunt in ſigno cancri duæ ſtellæ paruæ, aſelli appellatæ.

Ăsīlŭs, li. m. ſ. pen. prod. (οἶςρ۞) Græcè à ſono uocis. Vergilius,

„Eſt lucus Silari circa ilicibusq́; uirentem
„Plurimus Alburnũ uolitans, cui nomen aſilo
„Romanũ eſt, œſtrum Graij uertere uocantes,
„Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
„Diffugiunt armenta.

Naſcitur è latiuſculis quibuſdam beſtiolis, quæ in fluuijs ſupernatãt. Vnde circa aquas magna aſilorum copia, ubi id genus beſtiolarum eſt.

Ăsĭnārĭŭs, a. um. o. ſ. adiectiuum, quod ad aſinos pertinet, ut mola aſinaria. ὄνικ۞.

Aſinarius. rij. m. ſ. qui aſinos paſcit uel cuſtodit. ὀνηλάτης. Suet. Apud Actiuum deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurit.

Ăsĭnŭs, (ὄν۞) m. ſ. animal notum, cuius fœmininum eſt aſina, (ὄν۞, ἡ) quod datiuũ & ablatiuum pluraleis in is & in abus terminat. Varro de re Ruſt. lib. 2. capite 8. Ex equa enim & aſino fit mulus: contrà ex equo & aſina hinnus. Hinc aſininus, (ὄνει۞) quod eſt aſini, ut caro aſinina.

Aſion, noctuarum genus maximum eſt, quibus pluma aurium modo eminet. σκώψ.

Ăsōmătŏs, (ἀσώματος) id eſt ſine corpore & impalpabilis. Cic. 1. de Na. Quòd uerò ſine corpore ullo deum uult eſſe, ut Græci dicũt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt.

Ăsōtĭă, æ. f. p. (ἀσωτία) popinatio, incontinentia, luxus. Gellius: Cedere equidem uobis debui, ut in tali aſſotia. id eſt luxu, prodigalitate, atque nequitia artium nos uinceretis. ex α καὶ σώζω ſoluo.

Ăsōtŭs, ti. m. ſ. (ἄσωτ۞) laſciuus, prodigus, popino, helluo. Martialis, Viuis aſotws. id eſt laſciuè, incontinentur.

Āſpălăthŭs, ti. m. ſ. (ἀσπάλαθ۞) eſt ſpina alba in Oriente, magnitudine arboris medicæ, flore roſæ, cuius radix unguentis expetitur.

Āſpărăgŭs, gi. m. ſ. (ἀσπάραγ۞) pen. cor. quòd ex aſperis uirgultis legatur. Martialis: Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna, Non erat incultis gratior aſparagis. Vulgò ſpargẽ uocãt. Huius duo ſunt genera, hortenſe & ſylueſtre. Sed incultum gratius eſt.

Āſpēctābilis. le. o. t. dignum quod aſpiciatur. Cicero de. Vniuerſit. Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

Āſpēcto. as. a. p. ſæpe aut fixè aliquem intueor. ἐφοράω. Plaut. Amp. Cœlum aſpectat, obſeruabo quam rem agat. Verg. 1. Aeneid. Auerſaq́; aſpectat deſuper arces.

Āſpēctŭs. us. m. q. ſumitur pro uiſu & intuitu cuiuſcunque animalis, ὄψις, ἐπίφασις: ut horridus aſpectu, id eſt, uiſu horribilis. Verg. Teq́; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Transfertur etiam ad inanimata. Plin. Prærupta rupes & aſpectu horrida.

Āſpēllo. lis. act. t. uide Appello.

Āſpĕr. ra. rum. o. ſ. quod uiſu uel guſtu uel tactu alió ue ſenſu inſuaue eſt. τραχύς. Auguſtinus quid ſit aſperum his uerbis declarat, Aſperũ diſcrepantia coniunctarũ partium facit. Aſperitatem nanq; non gignit niſi inæqualitas partium, ut ſit longior una, altera inferior. Lene illud proprie uidetur oſtendere, in quo poſitio partium ita aperte, pariliterq́; digeſta eſt, ut nulla earũ menſura alterius emineat. Transfertur & ad alia quæ dura ſunt, (σκληρὸς) Teren. Aſperum pater hoc eſt, aliud ſodes para. Vnde & pro nocente quandoq; capitur. Vergilius, Aſper acerba ſonans. Et pro iniquo. Idem: Quin aſpera Iuno. Aſpera ſylua, denſa. Aſpera ſignis pocula, apud Vergil. pro ſculptis, anaglyphis. Huius dimin. eſt aſperulus.

Āſpĕr numus, uidetur dici ab eo, quòd in aſperitatem cuſus ſignatusq́; eſt. Perſius: Quid aſper utile numus habet?

Āſpērgillŭm, li. n. ſ. inſtrumẽtum quo nos aquis ſacris aſpergere ſolemus. περιῤῥαντήριον.

Āſpērgo. gis. ſi. ſum. act. t. ex ad & ſpargo, quaſi ad aliquid ſpargo, uel aliquãtum madefacio. ἐπιπάσσω, δίκμι, βρέχω, διυγραίνω. Plautus, Aſperſiſti aquam, iam redijt animus. Plin. libro 8. cap. 38. Ergo corpus eius aduſtum aſpergũt alijs carnibus polentæ modo. Vergil. 3. Georg.

„Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbræ
„Peſtis acerba boum, pecoriq́; aſpergere uirus.

Inde aſpergimen, (ῥαντισμός) Et aſperſio. Cicero 2. de Legibus, Nam illud uel

aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur. Item aſperſus, huius, ſus. nomen. Plinius lib. 11. cap. 53. Quæ inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur.

Āſpērgo. inis. f. t. gutta terræ cruore permiſta, καταχυσμα. Stat. lib. 7. Diraq́; aſpergine latos Mutat agros. Propriè ſignificat actum ipſum aſpergendi. Plin. li. 36. Aſpergine et gelu pruinisq́; rumpuntur in teſtas.

Āſpērnābilis, o. t. qui eſt dignus ut aſpernatur. ἀπευκταῖος. Gellius: Hominibus nō bene eruditis aſpernabiles.

Āſpērnŏr. aris. d. p. ab aſpero fit, ſignificatq́; recuſo, auerto, non agnoſco, faſtidio. καταφρονεῖν. Eſt autem dictum à ſperno. Teren. Phor. Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter? Inde aſpernatio, contemptus. Cic. 4. Tuſc. Perturbationes ex aſpernatione rationis eueniūt.

Āſpĕro. as. act. p. aſperū facio. ἀγριόω, δασύνω. Colum. lib. 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperātur, ne ſint uolantibus lubrici. Verg. pro coagulo, ſiue durum facio poſuit, lib. 3. Et glacialis hyemes Aquilonibus aſperat undas.

Aſphaltum, ti. n. ſ. bitumen dicitur.

Āſphŏdēlūs. li. pen. cor. herba, de qua Plin. libro 21. cap. 17. Noſtri pharmacopolæ corrupto uocabulo uocant aphrodilorum.

Āſpicio. is. act. t. ex ad & ſpecio, antiquo uerbo (teſte Varrone) e in i mutata: quamuis Priſc. à ſpicio compoſitum dicat. Eſt autem aſpicere, ad aliquid oculos intendere. ἐφορᾶν εἴς τι, ἐμβλέπειν. Plaut. Aſin. Si quem alium aſpexerit, cæca continuo ſiet. Terent. And. Inter mulieres, Quæ ibi aderant, fortè unam aſpicio adoleſcentulam.

Āſpidiſci, m. ſ. breuia ſunt ſcuta, & in ſcuti modū orbicularia ornamenta. Cæl. lib. 13. cap. 61.

Aſpilates, gemma eſt argentei coloris. Plinius libro 37. cap. 10.

Āſpīro. ras. pen. prod. act. p. ex ad & ſpiro, ſed d abijcitur. Et proprie aſpirare ſignificat afflare. ἐπιπνεῖν. Verg. Aſpirant auræ in noctem. Habet autem uel datiuum, uel præpoſitionem ad: & per metaphorā ponitur interdum pro auxilium præbere, fauere. Vergil. Aſpirat primo fortuna labori. (ἐπιπνεύσῃ uel ἐπιπνεῖ.) Tractum à nauigantibus quibus ſpirātes auræ fauent. Interdum pro incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, ἐφίεσθαι: ut, Scipio aſpirat ad conſulatum. Interdum pro iungere, iuxtà accedere, ſeu conſentire. ἐφίεσθαι. Gell. lib. 1. Ad horum autem ſynceritatem ueritatemq́; uerborum an aſpirauerit Cæcilius, conſyderemus. Cic. Trebatio: Propter occupationem aſpirare non poſſunt.

Āſpis. idis. f. t. (ἀσπὶς) ſerpens paruus qui ueneno ſuo quæq; uiuentia concitè occidit, oua gignit ex quibus filij procreantur. Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſpariſq́; effectus ad nocendū, ut ſcribit Solinus. Vnde ſomniculoſa aſpis quòd ſomnū letiferū percuſſis immitat

Āſplēnūm. ni. pen. prod. n. ſ. (ἄσπληνον, quòd lienem imminuat) herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 5. Hanc alij ſcolopendrion, uel ſcolopendram uocant. Arabes ceterach, quod nomen uulgus pharmacopolarū adhuc retinet. Quā autem pharmacopolæ falsò ſcolopendram uocāt, eſt ea quā Dioſcorides phyllitim appellat.

Āſpōrtārĕ, (ἐκφέρειν) act. p. quaſi hinc aliò portare. Terent. Phor. Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cuius contrarium eſt importare, (εἰσφέρειν) quod eſt aliunde huc portare. Cæſar, Ac plerunque utuntur frumento importato.

Āſprētūm, ti. n. ſ. penul. prod. locus aſper & abruptus. Liu. Saxa erant, & temerè iacentia, ut ſit in aſpretis.

Āſſă, uox (ut Non. ſcribit) ore tantum prolata, nullis tibiarum aut alijs uocibus admiſtis. Cato de Liberis educ. Melos in cantibus eſt bipartitum: unum, quod eſt in aſſa uoce: alterum, quod uocant organicum. Bud. in Pan.

Āſsæ, dicuntur ſicci lapides.

Āſsāmēntă. orum. neutrum plurale: tabulæ ſunt ſectiles, quæ axes, ſiue aſſes aliâs dicuntur: non abſimiles ſcandulis, quibus tecta tegularum uice aliquando tegi ſolent. Plinius libro 16. capite. 4. Ob id cardinibus, aſſamentiſq́; portarum utiliſsima.

Āſſariŭs, rij. m. ſ. (ἀσσάριον) nummus, ſiue genus ponderis. Ioſephus, Quatuor drachmis uenderetur aſſarius.

Āſsārĭūs, o. ſ. adiect. quod aſſatum eſt. Cato de re Ruſt. Veſtæ, ſi uoles, dato daps, Ioui aſſaria pecuina, urna uini Ioui caſte.

Aſſatura, (ὄπτημα) *fruſtum carnis aſſæ. Flauius Vopiſcus ſcribit Aurelianũ imperatorem conuiuium de aſſaturis maxime dediſſe.*

Aſſecla, læ. c. p. ab aſſequendo nomen deductũ, & ſignificat eum qui dominum ſequitur, & qui omnibus imperijs dominorum adeſt: hoc eſt præſtò eſt, uel qui iuxta uoluntatẽ alterius quid ſequitur. ἀκόλουθος. *Liu. lib. 5. Et eò deuolui rem, ut aut patritij, aut patriciorum aſſeclæ habendi tribuni plebis ſint.*

Aſſector, aris. d. p. comitatum præſto. παρακολουθέω. *uide in dictione Deduco.*

Aſſenſor, oris. m. t. qui alicui aſſentit. σύμψηφος. *Cic. Thoranio, Quotidie commemorabam te in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem.*

Aſſentio. tis. ſi. ſum. n. q. conſentio, cuius ſignificationis eſt et aſſentior. εὐδοκῶ, συνευδοκῶ, συγκατατίθεμαι, συναινέω, ἀρέσκομαι. *Lactant. Cui opinioni poëta noſter aſſentit. Ci. li. de Repub. In quibus aſſentior ſolicitam & periculoſam iuſtitiam non eſſe ſapientis. Hinc aſſenſus pro conſenſu.* συγκατάθεσις. *Cic. 4. Academic. Quare qui aut uiſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit è uita.*

Aſſentor, aris. d. p. ſignificat, ut ſcribit Valla lib. 5. cap. 68. inſidioſe & conciliandæ alicuius utilitatis gratia effuſius, & plerunq; falsò quempiam laudo. κολακεύω. *Et propriè aſſentamur uoce, adulamur geſtu, blandimur tactu. Ponitur autem aliquando abſolute. Cic. Ne aſſentari uidenere. Aliquando cum datiuo. Idem in Bruto, Cur ita ſentiam, non dicam, ne me tibi aſſentari putes. Aliquando cum accuſatiuo. Terent. Eun. Poſtremò imperaui egomet mihi omnĩa aſſentari. Hinc aſſentatio, aſſentatiuncula, aſſentator, & aſſentatoriè aduerb.*

Aſſequor. pen. prod. d. t. propriè ſignificat iuxtà ſequor, peruenio ad eum quem ſequor. ἐπικαταλαμβάνω, παρακολουθέω. *Liu. lib. 37. Tantum moratus, dum Eumenes cum claſſe aſſequeretur, Samum petere intendit. Quandoq; ponitur pro acquiro,* (ἐπιτυγχάνω) *obtineo, rei cupitæ compos fio: ut, Aſſecutus eſt maximas dignitates. Cic. Nullam partem uidear tuorum meritorum aſſecutus. id eſt æquauiſſe.*

Aſſeres, m. t. tabulæ ſectiles, dicti ſunt ab aſsidendo, quòd admoueantur hæreantq; parietibus trabibuſq;. σανίδες. *Huius nominatiuus ſingularis eſt aſsis aſſeris; ſicut puluis. Plin. Vernisq; aſſeribus contabulare pauimenta oportet. Hinc Aſſo. as. de quo infrà, Palladius aſſeres querneas dixit. Aſſerum ſtructurã, coaſſationem uocamus, & à tabulis tabulationem. Interdum aſſeres accipiuntur pro lignis quibus utebantur lecticarij. Sueton. in Calig. Ad primũ tumultum lecticarij cum aſſeribus accurrerunt. Dicitur & aſsis. is. pro eodem, unde & dimin. aſsiculus. Colum. libro 6. Aſsibus roboreis compingitur ſolum, nec exire alia parte prohibentibus aduerſis aſſiculis. Hinc fit aſſula dimin. Aſſerculus autem* (σανίδιον) *dimin. eſt ab aſſer. ris.*

Aſſero. ris. pen. cor. aſſeui. aſsitum. n. t. iuxta ſemino, uel iuxta planto. προσφυτεύω. *Cato de re Ruſt. Arbores facito, uti bene maturatæ ſint, uiteſq; uti ſatis multæ aſſerantur.*

Aſſero. ris. aſſerui, aſſertum, act. t. ſignificat affirmo, approbo, διαβεβαιοῦμαι. *Cic. Offic. 3. Quòd ſi qui proſcribunt uillam bonam (ut ipſi aſſerunt) beneq; ædificatam. Interdum ſignificat approprio, attraho, uendico.* περιποιοῦμαι, ἀντιποιοῦμαι, ὑποβάλλομαι. *Liuius lib. 3. M. Claudio clienti negotium dedit, ut uirginem in ſeruitutem aſſereret. Hinc aſſertor. Idem, Ibi cum repelleretur aſſertor uirginis à globo multorum. Vbi aſſertor ſignificat illum clientem decemuiri, qui uirginem aſſerere uolebat in ſeruitutem. Aſſerere manum ueteres dicebãt comprehendere, cum eam prendebant in libertatem. Hinc aſſerere etiam pro tueri, ac liberare ſeu in libertatem reſtituere accipitur.* λυτροῦσθαι. *Plinius: Marco ſuo commendabat memoriam ſuam, orabatq; ut ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Et aſſertor, defenſor, & qui in libertatem uendicat, ſeu reſtituit.* λυτρωτής. *quemadmodum deſertor qui patriam indefenſam reliquit, & quaſi proditor eſt. Martialis, Aſſertor uenias ſatiſq; præſtes.*

Aſſertio. onis. f. t. affirmatio. διαβεβαίωσις.

Aſſeſſor. oris. m. t. (πάρεδρος) *nomen uerb. ab aſſideo, cuius officium eſt aſſidere præſidi atque conſulere in cauſsis, cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. Cice. 1. de Diuin. Lacedæmonij regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt.*

Aſſeſtrix, icis. f. t. uerb. quæ iuxta ſedet. πάρεδρος, ἡ. *Afra*

s. Afranius: Dimittit iam aſſeſtricem, me ad ſe ſe uocat. Nam uerbalia fœminina ſi formentur à ſupinis in ſum deſinentibus aſſumunt t, cum alia ſine t formentur, ut lectum lectrix, amatum amatrix: curſum uero curſrix, eſum eſrix nemo dicit, ſed iungitur t, ut expultrix, tonſtrix, aſſeſtrix.

Āſſeruo, (φυλάττω) uide dictione Seruo.

Āſſeuēro. as. n. p. à ſeuerus deducitur: & eſt aſſeuerare proprie inter ipſa argumenta probationeſq; uim animi motumq; quaſi quandam ſeueritatem admiſcere. διϊσχυρίζομαι, διαβεβαιοῦμαι. Quintilian. Altera ex aſſeueratione probatio eſt, Ego hoc feci, tu mihi hoc dixiſti. Aliquando ponitur pro ſimpliciter affirmare. Cice. Aſſeuerat ſe eius rei inprimis actionem eſſe daturum. Vnde aſſeueranter, & aſſeueratè aduerbia, cum aſſeueratione. Item aſſeueratio uerbale, affirmatio.

Āſſicco. as. a. p. diligenter ſiccare. Colum. lib. 12. cap. 15. Tum rurſum in ſole aſſiccauit.

Āſſiceſco. is. n. t. ſiccum fieri. Colum. libro 12. capite 9. Expreſſos in cratibus pandere, dum aſſiceſcant.

Āſſidelæ, menſæ ad quas ſedentes flamines ſacra faciebant.

Āſſido, & Āſſideo. es. ambo habent pen. cor. amboq; actiua, & aſſedi, aſſeſſum faciunt: quorũ etiam reliqua tempora ſic ſimilia ſunt ut non facile dignoſcantur, ſicut in imperatiuo cum utrunque aſſide faciat. Differunt tamen inter ſe, quòd aſſido ſit quaſi aſſiſto, παρακαθίζω: aſſideo uero quaſi aſto, παρακάθημαι, παρακαθέζομαι. Aſſido ſemper cum motu eſt, & de loco ad locum tendit ut in quiete ſit: ut ſi quis eat ut ſedeat, moretur, hæreat, quieſcat, ſiue ſtet. Terent. Heaut. Præ ægritudine Aſſido, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Aliquando etiã cum paruo motu: ut cum quis in pedes erectus eſt, ſi ſe ſeſſum apud aliquem ponat, tunc aſſidere tertiæ coniugationis dicimus. Sall. de Cice. Sed ubi illi aſſedit Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo uultu, uoce ſupplici poſtulare à patribus, ne quid de ſe temere crederent. Aſſideo autem quaſi iuxta ſedeo ſine motu, & in loco ſemper eſt aut hærens, aut ſedens apud aliquid. Cice. pro Plan. Huic aſſident, pro hoc laborant. Plaut. Rud. Vt fortunati ſunt fabri ferrarij, qui apud carbones aſſident. Et licet ſedeo neutrum ſit, aſſideo tamen actiuum eſt ſecundum Priſc. nam aſſideor facit paſſiuum. Sall. lib. 4. Amiſſumq; aſſideri ſine prælio audiebat. id eſt iuxta oppidum amiſſum ſedere audiebat. Cice. datiuo iunxit. Similiter Plin. lib. 33. Vidimus Agrippinam Claudij principis, aſſidentem ei indutam paludamento. Aſſido uerò tertiæ cõiugationis, Sallust. in Iugurtha cum accuſatiuo iunxit, Adherbalem dextra aſſedit. id eſt iuxta Adherbalem dextra ſedit. Sed quia ſido actiuũ, ſedeo uerò neutrum, ideo inter ea quæ à ſido, & ea quæ à ſedeo componuntur, hoc intereſt, quòd in his quæ à ſido componuntur, ſi præpoſitionis eorum ſolutio fiat, omnino conſtructio remanebit actiua. Si enim in aſſido ſoluatur præpoſitio, nihilominus tamen alius expoſcitur accuſatiuus: ut, Hiempſal dextra Adherbalem aſſedit. ſolue præpoſit. & erit, Iuxta Adherbalem ſe ſeſſum locauit uel ſtatuit. Hoc uero non fit in compoſitis à ſedeo, etiamſi actiua ſint, ut ſunt aſſideo & obſideo. Soluta enim præpoſitione nullus accuſatiuus incluſus ſubaudiendus exigitur, quia ſedeo neutrum eſt, & iuxta uim præpoſitionis adiungitur & quieſcit: ut in hoc, Amiſſum oppidum aſſideri audiebat. ſolue præpoſit. & erit, Sederi iuxta amiſſum oppidum.

Āſſidŭŭs, a. um. o. ſ. ab aſſideo, iugis, continuus: quòd in ea re quam quis frequenter agit, conſediſſe uideatur. προσλιπαρῶν, συνεχής. Liuius 3. bell. Macedon. Iam propè annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. Vnde aſſiduitas, atis. f. t. (τὸ συνεχὲς) diligentia. Cice. 1. Acad. Exercitationis aſſiduitate formabant. Et è cõtrario, reſides dicuntur ſegnes & otioſi. Aliquando aſſiduus dicitur frequens: & aſſiduè,
» frequenter. Vergil. Aſſiduè ueniebat. Aſſidui etiam dicebantur, qui locupletes erant, & facilè, cum id tempus poſtulabat, munera populo præſtabant. Cice. in Topic. Lex Aelia iubet uindicem aſſiduum eſſe. Vide Gel. libro 16. cap. 10. Et aſſiduus qui aſſe ſuo: id eſt ſua pecunia et ſine ſtipendio militabat. Et tunc ab aſſe: id eſt ære dando deducitur.

Āſſigno. as. act. p. (σφραγίζω, προσνέμω, ἀφορίζω, μερίζω.) uide in dictione Signo.

Āſsilio.lis.pen.cor.act.q.aſsilui & aſsiliui,aſſultum,ex ad & ſalio: aliquando etiam neutrum ſignificat inuado,aggredior. ἐπιπηδάω. Ouidius libro 11. Meta. Cum ſæpe aſsiluit detenſæ mœnibus urbis. Et iam aſsilire dicitur de animalibus maribus,cum fœminas ineũt. Col. lib.7.Nam niſi prius ea marem conciuit aſsilientem,admiſſarium calcibus proturbat.

Āſsĭmĭlis,le.o.t.ex ad,& ſimilis: prorſus ſimilis. Cic.2.de Nat. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam,& aſsimilis ſpongijs mollitudo ad hauriendum ſpiritum aptiſsima.

Āſsĭmĭlo,las. a.p. comparare. Ouid.1.de Triſt. Aſsimilemq́; ſui longa aſſuetudine fecit, Grandia ſi paruis aſsimilare uelis.

Āſsĭmŭlo,las. a.p.dicitur de ijs, quæ non ſunt,ſicut ſimulo.Cic.4.Verr.Literæ,lituræq́; omnes aſsimulatæ,expreſſæ de tabulis in libros tranſferuntur.Terent. And. Nunc tuum eſt officiũ, has bene ut aſsimules nuptias.

Āſsĭpōndĭŭm,dij.n.ſ.unũ pondo.Varro de ling. Lat.Quod unum pondus,aſsipondium dicebatur:id ideo,quòd as erat libræ pondus.

Āſsĭs,is.m.t.(σανίς) tabula ſectilis.Plinius,Verniſq́; aſsibus contabulare pauimenta oportet.uide Aſſeres.

Āſsīſto,is.n.t.ſignificat præſentem me exhibeo. παρίστημι,παρίσταμαι. Terentius in Adel. Hic propter hunc aſsiſte. Aliquando ſignificat patrocinari, quod priſci adeſſe & ſupereſſe dicebant. Vide Siſto.

Aſſius.a.um. o.ſ. (ἄσσιος) poſſeſsiuum, ut lapis aſſius, qui perperam thaſius apud Pliniũ legitur.

Āſſo.as.aui.act.p.tabulo. σανιδόω. à quo coaſſo, pro contabulo. Vitru. Cum aſſatum fuerit ſuper altera coaſſatio ſtruatur, clauiſq́; fixa duplicem præbeat contignationi loricationem. Item aſſare uulgò braaten. unde inaſſare. Plin.lib.30.cap.10. Alij in cibo,in ligneis uerubus inaſſatum.

Āſsŏlĕt,n.ſ.ferè imperſonale legitur, idq́; etiam in hac tantum perſona,pro fieri ſolet:compoſitum ex ad,et ſolet.Liu.1.ab Vrbe,Vbi illuxit, paratis omnibus,ut aſſolet,uocari ad concionem utrunq; exercitum iubet.

Āſſuēſco,is.n.t.ex ad & ſueſco,compoſitum,eniti,longa conſuetudine aliquid facere.Cic.5.de Finibus.Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere.

Āſsŏno,nas.pen.cor.ſimul ſono. ἐπηχῶ. Perſius, Reparabilis aſſonat Echo.

Āſſuēfăcio,act. t. ex ad præpoſitione & duobus uerbis,nempe ſueo,ſues,& facio compoſitum: eſt uſu docere. ἐθίζω. Cice. de Prouin. Conſ. Imperio populi Rom. parere aſſuefecit. Liu. 2.bel.Punici. Ea ſecretis uiri alieni aſſuefacta ſermonibus.

Āſſuētūdo,dinis.f.t.conſuetudo. συνήθεια. Ouid. 2.De arte,Nihil aſſuetudine maius.

Āſſuētŭs.a.um.o.ſ.uſitatus. σύντροφος,συνήθης, ab aſſueſco,ſcis. Plin. Aſſuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis.

Āſsŭlă,læ.f.ſ.dimi.ab aſſis,tabella. σχινδαλμός. Plaut.Merc. At etiam ceſſo foribus facere his aſſulas. A quo fit aduerbiũ aſſulatim,quod eſt minutatim. κατὰ σχινδαλμούς. Plaut.in Menæ. Dedolabo aſſulatim uiſcera.

Āſsŭlōſē,aduerbium, idem quod aſſulatim. Pli.

Āſsūmo,mis.act.t.pen.prod. modò ſignificat accipio. προσλαμβάνω. Cice. Neq; id onus inuitus aſſumpſit. Modò nimiũ tribuo. περιποιοῦμαι, σφετερίζομαι. Idem, Si id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare.

Āſſŭo,(ἐπιῤῥάπτω.) uide Suo. Hinc,

Āſsūmēntŭm,ti.n.ſ. ἐπίῤῥαμμα,ἐπιβολή.

Āſsūrgo,is.rexi.n.t. aliquando ſumitur ſimpliciter pro erigere ſiue creſcere.Col.lib.2.Collem molliter aſſurgentem, maxime probauerunt. »Vergil. 3. Georg. Sed iacet aggeribus niueis »informis & alto Terra gelu latè ſeptemq́; aſſurgit in ulnas. Sic etiam pro ſurgere, apud Cice. pro Cluen. Quæ dum laudatio recitatur, uos quæſo qui eam detuliſtis, aſſurgere. Valla lib.5.cap.12.ſic ſcribit,Aſſurgunt ſani ut ſtent,aut ut obuiam eant: aſſurgunt ægroti ut ſedeant,aut cubito innitantur: utroq; modo in alterius honorem, aut officij aut beneuolentiæ cauſſa hoc agentes,ideóq; ferè adiungitur »datiuus.Vergil.Vtq; uiro Phœbi chorus aſſurrexerat omnis.

Aſſus.a.um.o.ſ.ab aſſare,quod eſt torrefactum, quod igni aſſudeſcit. ὀπτόν. ſudando enim aſſum diſtillat calorem. Vel dicitur aſſum quaſi ſolum:quemadmodum merũ, ſolum dicimus,

quoniam

quoniam in obſonijs ſine pigmēto ſaporis alicu iu aſſæ carnes inferebantur.

Aſt, cōiunctio, ponitur modò pro ſed, modò pro atq, modò pro ergo, modò pro tam, modò pro tum, modò pro cum.

Aſtăphis, (ἀσαφὶς) ſiue ſtaphis, uua paſſa dicitur, & uitis cauliculis nigris, rectis folijs labruſcæ. fert folliculos uerius quàm acinos, uirides, ſimiles ciceri, in his nucleum triangulum, matureſcit cum uindemia.

Aſtăpŭs, ſignificat aquam è tenebris profluentē.

Aſteiſmŏs, mi. m. ſ. tribus ſyllabis uel quatuor legi poteſt, (ἀστεισμὸς) Latinè urbanitas: & eſt tropus multiplex numeroſæq; uirtutis. Nam aſtiſmus putatur quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta ſatis urbanitate exponitur: ut apud Verg. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui. id eſt pro pœna ei contingat, ut diligat Mæuium peiorem poëtam: Atq; idē iungat uulpes, & mulgeat hircos. id eſt faciat ea quæ contra naturam ſunt. Nam ἀστεῖος urbanus, ἀστείζομαι urbanus ſum.

Aſtĕr, ſtri. m. ſ. & Aſtrŭm, n. hoc modo inter ſe differunt, quòd hoc congregationem ſignificat ſtellarum, uel ſignum ſtellis coactum, ut eſt Leo, Libra, &c. Illud uerò unam tantum ſtellam. Græce ἀστὴρ & ἄστρον dicitur.

Aſtĕriă, æ. f. p. gemma, incluſam quandam lucem pupillæ modo continet, & oppoſita ſoli radios regerit candicanteis. Plinius libro 37. capite 9.

Aſtĕriăs, (ἀστερίας) auis ex genere ardeolarum, à fulgore aſtrorum. Plin. lib. 10. cap. 60.

Aſtĕrĭcŭm, ci. n. ſ. (ἀστέριον) herba quæ & Sideritis dicitur, naſcens in tegulis, parietibusq;, folio ſimi'is ozymo. Plin. lib. 22. cap. 17.

Aſtĕriſcŭs, ſci. m. ſ. (ἀστερίσκος) dimin. ab aſter, ſignum eſt ad paruæ ſtellæ ſimilitudinē, quo utimur cum aliquid in ſcribēdo omiſſum eſt. Hieron. Qui editioni antiquæ Theodotionis miſcuit aſteriſco & obelo.

Aſthmătĭcŭs, ci. m. ſ. (ἀσθματικὸς) cū h, anhelus, & ſuſpirioſus dicitur. (ἆσθμα) anhelitus, anxietas, reſpirandi difficultas, cum ſpirare ſine ſono & difficultate quiſpiam non poteſt.

Aſtĭpŭlŏr, (προσίσταμαι, ἐπιψηφίζω, συγκατανεύω,) pen. cor. uide in dictione Stipulor.

Aſtĭtŭo. is. aſtitui, aſtitutum, act. t. compoſitum ex ad, & ſtatuo: ſignificat in loco collocare. Plautus in Capt. Iubēn' an nō iubes aſtitui aulas, patinas elui?

Aſto, as, aſtiti, aſtitum, & aſtatum, n. p. ſignificat præſens aut firmus, ſeu erectus ſto. παρίσταμαι.

Ponitur interdū abſolute. Plautus in Ciſtell. Adoleſcens aſta atque audi. Id eſt ſta fortiter, atque expecta. Verg. Arrectiſq; auribus aſtāt.

Interdum cum datiuo. Idem in Caſ. Stultus contriui diem, dum aſto aduocatus cuidam cognato meo. Et cum ad. Cic. pro Arch. Cum in Sigeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet. Interdum ſum, cum de rebus loquimur, quæ cadere non poſſunt, ut cum dicimus terram aſtare.

Aſtrăgălizo. as. n. p. (ἀστραγαλίζω) talis ludo: & aſtragalizontes à Plinio dicuntur talis ludentes.

Aſtrăgălŭs, li. m. ſ. (ἀστράγαλος) pen. cor. Latinè talus, ludus, & pedis, ſiue iuguli coniunctura, ut eſt apud Homerum libro 10. Odyſſ. Tamen Apollonius libro 3. Argonau. ponit pro ludo qui uulgariter dicitur zoni. Quinetiam in ædificijs columnarum ponitur à Vitruuio cum dit: Aſtragali faciēdi ſunt octauæ partis. Sunt & aſtragali tali qui taxillorum gerūt effigiē, qui homini negantur eſſe.

Aſtrālĕ, n. t. quod ad aſtra pertinet. ἀστεῖον. Vnde aſtralia fata dicta ſunt ab Auguſtino libro 5. de Ciuitate Dei.

Aſtrĭngo, gis. act. t. proprie iuxta ſtringo, unio, & coniungo. προσίγγω. Vergil. 1. Georg. Seu durat magis, & uenas aſtringit hiantes. Per translationem aſtringere ponitur pro obligare, ἐνέχειν: & ſic genitiuo iungitur, ſicut Gellius notauit Sabinum ſcripſiſſe, Qui alienum tacens lucrifaciendi cauſa ſuſtulit, furti aſtringitur. Quandoq; pro promittere, quia uincula fidei dicuntur. Terent. Eun Meam aſtringo fidem. Hinc aſtrictorius. a. um. quod aſtringit. στυπτικὸς, Plinius, Folia aſtrictoriam uim habent.

Aſtriŏs, gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit.

Aſtrŏītēs, gemma quæ oculis piſcium ſimilis eſſe perhibetur.

Aſtrŏlābĭŭm, bij. n. ſ. (ἀστρολάβιον) inſtrumentū eſt ex quo aſtrorum motus colliguntur.

Aſtrŏlŏgĭă, æ.f.p. ἀστρολογία, aſtrorum ſermo uel ratio. Aſtrologia de curſu aſtrorum loquitur: aſtronomia, (ἀστρονομία) de iudicijs ad uitam fortunamq́ pertinentibus. Hinc aſtrologi & aſtronomi, qui aſtrorũ ſcientiam profitentur.

Aſtrŭm, (ἄστρον.) uide in dictione Aſter.

Aſtrŭo. is. act. t. iuxtà ſtruo, & ædificium ædificio iungo, fortifico. κατασκευάζω. Colum. lib. 1. Nam cum ueteri aſtruitur recens ædificium, quaſi ſurgenti reluctans oneri cedit. Hinc per tranſlat. pro affirmare ſumitur. Plin. libro 12. cap. 18. Periti rerum aſtruxerũt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum &c.

Aſtū, generis neutri, ut cornu, pro ciuitate Athenienſi, quam ἄστυ uocabant: ſed à Latinis mutatur y in u, & fit Aſtu, ut inquit Priſcianus. Terent. Eun. An in aſtu uenit? Probus Aemilius in Alcibiade, Poſtquam aſtu uenit, concione aduocata uerba ſic fecit. Hinc aſtutiæ, (πανουργία) aſtus, aſtuti, quoniã qui in urbibus degunt callidiores ſunt in agro degẽtibus. Interdum aſtu aduerbialiter pro aſtutè ponitur. φρονίμως. Terent. in Eunu. Quod ſi aſtu rem tractauit. Apuleius nomen poſuit cum ait, Vlyſſi aſtu deſerta ſunt.

Aſtŭrcōnēs, & Aſtures equi ab Aſturia oppido Hiſpaniæ ita appellati, quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. Plin. lib. 8. cap. 42. In Hiſpania Aſturiam gignere Thieldones uocatos equini generis, qui quoties minori forma ſunt aſturcones dicuntur. Talem greſſum Græci εὔδρομον uocant à bonitate curſus. Latini dicunt tollutarios equos, à tollendis pedibus, & glomerandis.

Aſtūtŭs, ti.m.ſ. ſiue Aſtūs, cautus, malitioſus. φρόνιμος. ab Aſtu urbe, in qua qui aſſiduè uerſati ſunt, cauti fiunt. Vel aſtutus, quaſi arte tutus, ut inquit Feſtus. Hinc Aſtutia, calliditas, malitia, & aduerbium Aſtute.

Aſȳlŭm, li.n.ſ. (ἄσυλον) intemeratum templum eſt conſecrationis lege conceſſum, ab α priu. particula, & συλάω, rapio, ſpolio, aufero, uiolo &c. At ſicut exponit Seruius, dicitur aſylum quaſi Aſyron, quòd inde extrahi nullus poſſit: nam in id fugientes tuti erãt, nec inde per uim extrahi poterant. quod prius Athenienſes, pòſt Romulus conſtruxit inter Capitolium & Palatium in ſacro luco, quod Quercetũ dicitur. unde Verg. lib. 8. Hinc lucum quem Romulus acer Aſylum Rettulit.

Aſymbŏlŭs, li.m.ſ. (ἀσύμβολος) qui ſymbolum nõ dedit, & ſine collatione acceſſit ad comeſſationem. Teren. Phor. Tene aſymbolum uenire unctum, atq; lautum è balneis, &c.

Aſymphōnĭă, æ.f.p. (ἀσυμφωνία) Latinè inconſonantia. ἀσύμφωνος. diſcors.

Aſyndĕtŏn, ti.n.ſ. (ἀσύνδετον) ſiue Aſyntheton, (ἀσύνθετον) dici poteſt incompoſitum. Eſt & figura cum aliqua ſine coniunctionibus proferuntur: ut, Veni, uidi, uici. Aſyntheta Plin. appelat cryſtalla, quæ pura ſunt & ſine uitio.

Aſyſtătŏn, (ἀσύστατον) genus quoddam philoſophiæ quod Latinè inſtabile, uel inconſtans poſſumus dicere. Hoc Arceſilas introduxit ignorantiæ magiſter: ut, Si nihil ſciri poteſt, neceſſe eſt id ipſum ſcire, quòd nihil ſciatur. Si autem ſcitur poſſe nihil ſciri, falſum eſt quod dicitur, Nihil ſciri poſſe. Sic inducitur dogma ſibijpſi repugnans ſeq; diſſoluens.

A ANTE T.

AT, (ἀλλὰ) principium increpationi aptum, & hoc cum aut indignationem aut dolorem exprimere uolumus, ut iræ æſtum aut querelas ſignificantius oſtendere ualeamus. Verg. At tibi pro ſcelere. Terent. At tibi dij dignum factis exitium duint. Quandoque ſuperiorum dictorum diſcretiuum eſt, ut apud eundem, At mihi ſcrupulus unus reſtat. Quandoq; rerum differentiam denotat: ut, Scipio eſt bellator, at Cato orator. Quandoq; ponitur pro ſaltem, (γε) Ouid. Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem? At ſemel æterna nocte premenda fui. Quandoq; copulatiuum eſt, ut in atque. Quandoq; aduerſatiuũ. Verg. At regina graui iamdudum ſaucia cura. Nam cum Aeneas quieſceret, regina turbabatur, quod eſt contrarium. Componitur cum enim, ut atenim, ἀλλὰ γὰρ, νὴ δία, ἀλλὰ. At contrà, ſignificat uiciſſim, quod uulgo dicitur econuerſo.

Ătăt (ἂ ἂ, αἴ αἴ) interiectio eſt paulatim percepti atque intellecti mali. Teren. Eunu. Atat, data hercule uerba mihi ſunt. Seruius in Arte, Atat, eſt aliquid de improuiſo deprehendentis. Quandoq; eſt interiectio timoris. Terent.

Eun.

Eun. Atat mihi homo formidoloſus eſt?

Ătăuŭs. ui. m. ſ. (ἀτέταννος) penult. cor. dictus, quòd ata ſit aui, id eſt pater: ut pueri dicere ſolēt. Eſt etiã attauus ſiue tritauus abaui uel abauiæ pater. Hor. Mæcœnas atauis edite regib.

Ătĕchnă, (ἄτεχνα) id eſt inartificioſa, quæ nó ab arte ſunt.

Ātĕr. a. um. o. ſ. obſcurum, nigrum. ἀνθρακίας, » μέλας. Vergil. Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra. Plaut. Ita replebo atritate, ut atrior ſit quàm Aegyptij. Interdum atrum capitur pro funeſto. Dictum atrum ab atterendo, quoniam quæ atteruntur liuorem contrahunt. Atri dies. Gel. lib. 5. cap. 17. Atra bilis, idem lib. 18. cap. 7.

Ătĕramnŭm, ni. n. ſ. (ἀτέραμνον) & Teramnum. Theoph. pro coctili & incoctili faba accipit.

Ăthăcŭs, pe. cor. genus uolucris gradiens ſuper quatuor pedes longioráq; retro crura habens, de quo fit mentio apud Leuit.

Āthănătŏs, (ἀθάνατος) pen. cor. dicitur immortalis.

Ăthără, æ. f. p. medicamentum infantibus utiliſſimum: ſed & adultos illinunt eo. Vide Pliniũ lib. 22. cap. 25.

Ăthĕrōmătă, n. t. (ἀθερώματα) tubercula ſunt quæ & in ceruice, & in alis, & in lateribus oriri ſolent.

Ăthĕŏs, (ἄθεος) qui negat deum eſſe.

Athlētă, tæ. m. p. (ἀθλητὴς) pen. prod. pugil & luctator dicitur. ἀθλέω enim certo ſignificat: uel quia athlos tã certamen quàm certaminis præmium ſignificat. Cic. 2. Tuſc. Faciunt idẽ, cum exercẽtur athletæ. Scribit Iureconſultus, athletas cum uirtutis gratia athleticam exerceant, non eſſe ignominioſos.

Athlētică, cæ. f. p. (ἀθλητικὴ) abſolutè dicitur pro arte certandi, de qua dictum eſt à Iureconſul. Nam athleticus. a. um. adiectiuum eſt: ut athletica certamina. Valere athleticè, id eſt optimè, & firmiſſimè. Plau. Bacch. Benéne uſq; ualuit? C. pancraticè, atq; athleticè.

Athlŏthĕtēs, tæ. m. p. (ἀθλοθέτης) certaminum iudex: quo uerbo utitur Sueton. Athlothetæ in gymnicis ludis erant. hoc eſt, curatores, conſtitutoreſq; certaminum, ijdem qui βραβευταὶ, & Agonothetæ.

Ătimŭs, mi. m. ſ. ignobilis, & ſine honore.

Atinia. æ. f. p. genus ulmi. Colum. lib. 5. cap. 6.

Atizoē, es. f. t. gemmæ ſpecies argẽteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plinium libro 37. cap. 10.

Atlĭŭs nodus, à Plinio dicitur ſpinæ articulus libro. 28. cap. 8.

Ătŏcĭŏn, cij. n. ſ. (ἀτόκιον) dicitur omnis medicina quæ conceptum adimit, hoc eſt ſpem partus intercipit. Plin. lib. 29. cap. 4.

Ătŏcĭŭs, cij. m. ſ. genus aranei lanuginoſi, uide Araneus.

Ătŏmŭs, mi. f. ſ. (ἄτομος) pen. cor. corpuſculum minutiſſimum, quæ τομὴν, id eſt ſectionem non recipit. Nam atomos inſecabilis dici poteſt, ab α, & τέμνω, diuido, ſeco. Vnde & Atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis quæ infuſis per feneſtram radijs ſolis uidemus. Cic. 1. Acad. Quid eſt enim magnum, cum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui?

Ātŏs, (ἄτος) inſatiabilis dicitur. per craſin pro ἄατος.

Ătquĕ. (καὶ) coniunctio connexiua eſt: ut, Genus » unde Latinum Albaniq; patres atq; altæ mœnia Romæ. Quandoq; aduerbium, & pro quàm poni ſolet, (ἢ καὶ) ut Perſius, Qui tu impunitior exis atque hic? Suet. in Cæſ. Velut grauius atque ipſe ſenſiſſet. Pro celeriter & sta» tim (καὶ δὴ.) Ver. Atq; illum in præceps pro» no rapit alueus amni. Pro feſtinè & intrepide. Ennius, Atq; atq; aſcendit muros Troiana iuuentus. Pro præterquam. Plautus in Amph. Neque ſe luna mutat quoquam, atque exorta eſt ſemel.

Atq; & Atq; ſi, id eſt quaſi uel ita, (ὥσεὶ.)

Ătquī, tota una dictio ſignificat certè. ἀμέλει, ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, ἐκεῖν, γε μὴν ἀλλὰ, poſteriore loco. Terent. Adel. Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre.

Atrăctȳlis, (ἀτρακτυλὶς) herba eſt, ex qua mulieres colos faciebant. ἄτρακτον fuſum Græci dicunt. Plin. lib. 21.

Ātrāmēntārĭŭm, rij. n. ſ. uaſculum quo atramentum continetur. μελανοδοχεῖον.

Ātrāmēntŭm, ti. n. ſ. ab atro colore dicitur: cuius duo ſunt genera, ſcilicet ſcriptorium. (μέλαν γραφικὸν, Herm.) quod & librarium di-

citur: & tectorium, à tectorijs, quo in ſcribendo & pingendo utimur. Cicero ad Qu. fratr. Calamo & atramento temperato, charta etiã dentata res agitur. Eſt & ſutorium atramẽtum, (χάλκανθον) quod in inficiendis pellibus ſutores uſurpant. Vulgò hoc à uitri ſimilitudine uitriolum nominant. Plinius lib. 34. capite 12. Græci cognationẽ æris fecerunt nomine & atramento ſutorio: appellant enim chalcantũ.

Ātrātŭs. a. um. o. ſ. (μελανείμων) adiect. ab ater: ut, Atratus fluuius, atro colore tinctus. Cice. 4. de Diuin. Atratus item ueſte lugubri indutum ſignificat. Ci. in Vatin. Cedò, quis unquam cœnauit atratus?

Ātri dies, quos nunc nefaſtos, uel poſteros uocant. Nonius.

Ātrĭcăpillă, læ. f. p. auis ex ficedularum genere.

Ātrĭcī, m. ſ. à Iurecon. dicuntur, qui excubant ad atrium, θυρωροὶ. Ad limina etiam uocantur, & liminarchæ.

Ātrĭēnsĭs, m. t. is erat cui credebatur cura atrij: eſt autem ſeruus præcipuus in familia. αὐλικος. Cice. in Piſ. Miniſtrant, coquus, item atrienſis.

Ātrĭfĕr, ri. m. ſ. dicitur quoniam ſemen nigrum ferat, iunci ſpecies eſt. μελαγκρανισμός.

Ātrĭōlŭm, li. n. ſ. paruum atrium. αὐλίδιον. Cic. Qu. fratr. Quo in loco te in porticu ſcribere aiunt, ut atriolum fiat.

Ātrĭplēx, plicis. f. t. herba eſt ſylueſtris & hortenſis frigidæ & humidæ ſubſtantiæ. ἀτραφάξις. Macer, Atriplicem tritam cum nitro melle & aceto Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram. Atreplexum hanc herbam ueteres dixere.

Ātrĭtās. atis. f. t. nigredo. μελανότης. Plautus in Pœn. Ita replebo atritate, ut atrior multò fiet quàm Aegyptij. Gellius atrorem dicere maluit.

Ātrĭŭm. rij. n. ſ. (αὐλὴ) prima pars domus, quæ continet mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit, & in qua priſci, ut ait Cato, aperto oſtio epulabantur: ubi etiam pecunias & cætera pretioſiora ſeruabãt: ſeruosq́; quibus tanquam honoratioribus earum rerum cuſtodiam committebant, atrienſes appellabant. Vitruuius libro 6. In urbe atria proxima ianuis eſſe debent. Dictum atriũ ab Atriatibus Hetruriæ populis, ut inquit Varro lib. 1. de lingua Latina, quia id genus ædificij Atriæ primum in Hetruria ſit inſtitutum: uel quòd à terra oriatur quaſi aterrium: uel quod atrum ex fumo eſſet propter culinam, quia ex fumo culinæ nigreſceret. In atria enim tria erant habitacula: ueſtibulum, locus ſportularum, qui & ipſe ſportula dicebatur, ubi præponebantur eo die quæ dono danda erant: & culina, quanquam ueſtibulum locus ſit ante ædes.

Ātrŏphi, (ἄτροφοι) uocantur qui ab imbecillitate uires uix colligunt, uel qui cibum non ſentiunt, Plin. lib. 22. cap. 25.

Ātrŏphiă, (ἀτροφία) ſpecies tabi qua corpus non alitur, ſed ſumma macies oritur, & niſi occurratur interimit.

Atrōx, ocis. o. t. aſper, crudelis, ἀπηνὴς, quòd qui atro uultu ſunt, aſperitatem & ſæuitiam præ ſe ferunt, ut atrox res, Terent. Atrox inimicus, Vergil. Sunt qui à Græco id nomen deriuent, quòd illi ἀτρόκια appellant, quæ cruda ſunt: ſiue ab eo quòd atroces nihil de ſe timeãt. τρεῖν enim ſignificat timere. Vnde & pro conſtanti quandoq; ponitur. Horatius, Præter atrocem animum Catonis. Hinc atrocia & atrocitas, ὠμότης: & atrociter pro aſperè.

Ātrŭm, tri. n. ſ. olus, quod Græci ἱπποσέλινον & ἀγριοσέλινον: id eſt equi apium, ſiue agreſte apium: altitudine enim reliquũ apium ſuperat.

Āttæ, m. p. ſunt qui per uitium crurum aut pedum plantis inſiſtunt, & atterunt magis terrã quàm ambulent: quod cognomen fuit Quintio poëtæ. Cicero pro Seſtio, Nihil ſanè attæ iuuabant.

Āttămĭno, (σπιλόω) uide in dictione Cõtamino.

Āttĕgĭæ. arum. f. p. (σκηνοπηγία, ἀττεγίαι) id eſt mapalia, & tuguria. Iuuen. Dirue mororum attegias.

Āttēlānæ fabulæ, aliàs per duplex ll ſcribitur. Iuuen. Vrbicus ex odio riſum mouet Attellanæ. (ἀτελλανὰ δράματα) Latinæ ſunt, quæ ab Attela Oſcorum ciuitate ſumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ perſonæ inducebantur, & argumentis dictisq́; iocularibus reſpondebant ſatyricis fabulis Græcis. Propriè autem Attelani cum dicebatur exordium. Liu. lib. 7.

Āttēndo. is. a. t. aduerto, cogito, cõſidero, & quaſi animum intendo. προσέχω. Aliquando animum

mum addunt in accuſatiuo caſu. Cice. libro 1. Offic. Et cum animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam. hoc eſt animum intenderis. Aliquando accuſatiuum mutant in ablat. Terent. Nunc quid petam mea cauſa, aequo animo attendite. Regit & alios præter animum accuſatiuos. Cic. pro Arch. Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis. Sueton. iunxit datiuo: Inter liberales diſciplinas attendit & iuri. id eſt operam dedit. Cum præpoſitione ad. Terent. in Adelph. Nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. Hinc attentos προσεκτικοὺς dicimus auditores, qui ad ea quæ dicuntur intendunt animũ. Et attentum patremfamilias, id eſt conſideratum, prudentem. Et attentam uitam, pro diligente & curioſa.

Āttentē, aduerb. id eſt, animo intento. προσεκτικῶς.

Āttentio, onis. f. t. ut Speuſip. inquit, eſt intentio animi ad diſcendum. προσοχή. Cice. 2. de Orat. Reliqua quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, &c.

Āttento. as. act. p. frequentatiuum, idem quod tento. πειράω. Petron. Blandis uerbis eius animum attentans.

Āttĕnŭo. as. act. p. ſignificat ſubtilem facio, minuo. ψιλόω. Cice. lib. 4. ad Heren. Defenſoris narratio ſimplicem expoſitionem debet habere cum attenuatione defenſionis. Et cum ad animũ refertur, defectũ ſignificat, κατατρυχόω.

Āttĭcĭſmŏs, mi. m. ſ. (ἀττικισμὸς) eſt quædam pecularis Attici ſermonis elegantia.

Āttĭcĭſſo. as. n. p. (ἀττικίζω) Atticè loquor. Plautus, Non Atticiſſat, ſed Siliciſſat.

Āttigo, gis. act. t. ſine n, idem quod attingo: nam ſicut tango, ita & tago dicimus. Plaut. Moſtel. Abſcedite telis ne attigant. Hinc

Āttĭgŭŭs, a. um. o. ſ. proximus. προσαφής. ab attingendo, ſicut contiguus à contingendo. Apuleius libro 4. Contra procliue montis attigui fuga me liberaui.

Āttĭlŭs, li. m. ſ. piſcis ſatis grandis, in Pado inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras captus eſt catenato hamo, nec niſi boum iugis extractus. Plin. lib. 9. cap. 13.

Āttĭnērĕ, n. ſ. pertinere, decere, conuenire. προσήκειν, ἀνήκειν. Teren. Adelph. Iam ne me uis dicere quod ad te attinet? Aliquando ſignificat iuxta, ſiue in manibus tenere. Plautus in Capt. Nam ſenex eſt in tonſtrina, nunc iam cultros attinet.

Āttingo. gis. attigi, attactum, act. t. leuiter tango. ἅπτομαι, ἐπιψαύω. minus eſt enim quàm tango, ut inquit Don. Terent. Adelph. Si attigiſſes, ferres infortunium. Hinc attactus uerbale. Vergil. Ille inter ueſtes, & leuia pectora lapſus Voluitur attactu nullo.

Āttōllo. is. eleuo, erigo. act. t. ἐπαίρω. Liu. Cumq; ſe quiſq; attollere, ac leuare uellet. Aliquando ponitur pro aufero. Pacu. Cuſtodite iſtum uos, ne eum quis attollat, néue quis attingat. Hoc uerbum facit præteritũ attuli. Diomedes.

Āttŏnĭtŭs. a. um. o. ſ. ſtupefactus, & propriè, ut Corn. Celſus ait, cuius & corpus & mens ſtupet. ἀπόπληκτος, ἐμβρόντητος. Seruius, Attonitus dicitur, cui caſus uicini fulminis & ſonitus tonitruum dant ſtuporem. Verg. 3. Aen. Talibus attonitus uiſis ac uoce deorum.

Āttrāho. is. xi. ctum. act. t. uide Traho.

Āttrēcto, as. act. p. ſignificat manibus tracto, palpo, μεταχειρίζομαι, ψηλαφάω. Plautus Perſ. Ne me attrecta ſubigatrix.

Āttrĭbŭo. is. act. t. impono, committo, aſſigno, aſcribo, deſtino, tribuo. προσάπτω, ἀνατίθημι, προσνέμω. Cæſ. lib. ultimo, Noſtri ſicut ſuperioribus diebus ut cuiq; erat locus attributus, ad munitionem accedunt. Vnde attributæ pecuniæ, quas nunc aſſignationes dicimus.

Ătўpŭs. pi. m. ſ. dicitur, qui non ſatis expedito plectro linguæ utitur, quaſi aërem non feriens, uel quaſi non ſatis uerba exprimens, conformansúe. Gell. lib. 4. ca. 2. Balbus aũt, inquit, & atypos uitioſi magis, quàm morboſi ſunt.

A ANTE V.

Ā V, interiectio eſt conturbatæ mentis. Terent. in Andria, Dictura ne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram.

Ăuārŭs, ri. m. ſ. quaſi auidus æris, ut Gell. ſcribit lib. 10. cap. 5. φιλάργυρος: & ſemper in reprehenſione eſt. Auidus uerò ab auendo, etiam in laude ponitur. Salluſt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Ab auarus ſit auaritia, cupiditas. φιλαργυρία. Auarè & auariter, aduerb. tenaciter. πλεονεκτικῶς. Auara terra dicitur, quum id quod in ſe recipit ampliore fœnore non reddit.

Āucēps,aucupis,c.t. qui uel quæ aues capit. ὀρνιθοθήρας.

Āuctārĭūm.rij.n.ſ.uide Auctuarium.

Āuctio.onir.f.t.nomen ab augeo, ſignificat augmentum. αὔξησις. Vnde etiam ponitur pro uenditione quæ fit per augmentum pretij,(πρᾶσις) cum ſit publica rerum priuatarum uenditio,quòd ementem augeat & uendentem,cũ res traditur plus offerenti.uulgò gandt.Plaut. Stich.Nunc auctionem, inquit, facere decretũ eſt mihi,(ἐπάρτιον προγράφειν.) Auctio uerò haſtæ, eſt uenditio publica bonorum eorũ qui damnati proſcirpti ue fuerũt.Cicero, Bis iam uidimus haſtam in foro ponere, & bona ciuiũ uoci ſubiacere præconis.

Āuctĭōnārĭūs,ria.rium. o.ſ. adiect.ut auctionaria atria,in quibus auctio fiebat. Cice.de Leg. Agr. Vt in atrijs auctionarijs potius, quàm in triuijs aut in compitis auctionentur.

Āuctĭōnŏr,aris.d.p.per auctionem uendo. ἐπάρτιον προγράφειν,ἀποκηρύττειν τὰ πατρῷα,ἀποπεφασμένως πωλεῖν,λαφυροπωλεῖν. Cicero pro Quin. Næuius hominem multis uerbis deterret ne auctionetur.

Āucto.as.act.p. frequent. eſt uerbi augeo.αὐξάνω.Plaut.Amph.Bono atq; amplo auctare perpetuo lucro. Huius compoſitum eſt adaucto. Accius, Quibus rem ſuam & patriam noſtrã quondam adauctauit pater.

Āuctŏr,oris. nomen uerb. ab augeo, pro eo qui uel quæ auget,com. gen. quanquam & ſuum habeat fœmininum quod eſt auctrix. Author uerò quem Græci αὐθέντην dicunt, ſine c ſcri-
» bendum eſt.Ouid.lib.4.Faſt.Optima tu pro-
» prij nominis author eris. Figuratéq; per obliquos ſicut alia uerbalia in or deſinentia,neutris adiungitur.Verg.lib.3. Italiam petijt fatis authoribus eſto. Eſt autem author quaſi operis factor,unde poëtæ cæteriq; operum conditores dicuntur authores.Valla lib.4.cap.32.Cice.lib.3.Offic. Atq; huius deditionis ipſe Poſthumus qui dedebatur, ſuaſor & author fuit: quaſi dixiſſet ſuaſor & perſuaſor. Ita cum ſignificat promiſſorem, ut apud Liuium lib.2. Authores ſumus tutam ibi maieſtatem Romani nominis fore. Item primum propugnatorem ſiue defenſorem aut uindicem.Idem, Lectarius collega eius author cum recẽtior tum acrior erat. Item eum cui quis fidem habet. Idem, multis authoribus trepidauerat. Item primum denunciatorem.Idem, Iiſdem authoribus cognitum eſt. Similiter approbatorem. Idem libro 1. Quòd legum ab eis latarum patres authores fuiſſent. Is etiam in quo eſt ius, poteſtas,dignitas,nec ab alio pendet,poteſt dici author: à quo authoritas eſt appellata. Et authores ſententiæ ſunt, quorum ſententiam ſequimur.Et authores populi ſunt, in quorum adminiſtratione res eius ſunt. Pompon. Et ſi pluribus datis tutoribus unius authoritas ſufficiat,tametſi tutor authoretur.

Āuctŭārĭūm,ſiue āuctārĭūm,n.ſ.(ἐπίμετρον,προσθήκη,ἐπίβλημα,πρόσθημα) quod ſupra menſuram adijcitur ad pondus iuſtum, ut cumulus adiectus in modio.Plaut. Auctuarium adijcito uel mille numûm plus quàm poſcet.

Āuctŭ̆m,cti.n.ſ. uocabatur ſpatium circi,quod ſuper definitũ modũ uictoriæ adiungebatur.

Āucŭpātōrĭūs.a.um.o.ſ.quod ad aucupium pertinet,ἰξευτικός,unde aucupatorij calami,uiſcati,quibus utimur ad capiendas aues.

Āucŭpĭūm,pij.n.ſ.& aucupatio,onis.f.t. auium captio. θήρατρον.Cic.de Ora. Sic minime animaduerteretur delectationis aucupium.

Āucŭpŏr,aris. penult. corr. depon. p. aues capio.ἰξεύω. Apud ueteres etiam aucupo reperitur. Per translationem uerò ſignificat artificio quodam & ſolertia quæro,θηρῶμαι:ut,aucupor laudem.

Āudācĭă,æ.f.p.(θράσος)inquit Speuſippus,eſt ſecuritas qua quis malum neq; futurũ expectat, neq; præſens horreſcit. Cicc. Nec uires eis,nec audacia, nec tela defuere. Sall. Audacia pro muro habetur.

Āudācĭtĕr, & Audacter per ſyncopen, aduerb. θρασέως.Cic.pro Roſc.Multa audaciter multa improbè feciſti.

Āudācŭlŭs,li.m.ſ.dimin Gellius, Aderat reprehenſor audaculus uerborum.

Āudāx,acis.o.t.modò fidens dicitur. τολμητίας.
» Verg. Quiq; pedum curſu ualet, & qui uirib. audax.Modò temerarius. Plaut. Pergin' audax hoc facinus perſequi.

Āudĕo.des. auſi. uel auſus ſum, neutropaſſiuũ, ſignificat fidentem eſſe,τολμᾶν. Plaut. Vix domo egredi audet. Iungitur aliquando cũ accuſatiuo.

ſatiuo. Ouid. lib. 6. Metam. Et nihil eſt quod non effreno captus amore Auſit. Aliquando temere præſumere. Verg. Hæc præmia, qui me Ferro auſi tentare ferunt.

Audio. dis. diui. ditum. act. q. propriè ſignificat auribus accipio, ἀκούω τ' αὐδῶ: id eſt à uoce, cuius proprium eſt ut audiatur. Vergilius audiendi uocabulum etiam ad ea tranſtulit, quæ auribus & ſenſu carent, cum ait, Neq; audit currus habenas. Aliquando audire eſt intelligere, aduertere. Verg. Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. Interdum eſt audita petenti concedere. Verg. Audijt, & genitor cœli de parte ſiniſtra Intonuit læuum. Interdum credere, accedere. Cic. in Tuſcul. Nec Homerum audio qui Ganymedem à dijs raptum ait. Interdum præcipienti parêre, ὑπακούειν, ἀκούειν: & hoc tam cũ accuſatiuo quàm cum datiuo. Cic. Audies te. id eſt auſcultabis tibi. Cum datiuo. Idem, Et audiens eſſet huic ordini. id eſt obediens. Inuenitur cum aduerbio bene, quod ſignificat benedicor, laudor. καλῶς ἀκούω, Ariſtoph. Teren. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Huius uerbi compoſita ſunt, exaudio, inaudio, bene uel perfectè audio. Plaut. Inaudiſſe inquit, id eſt ualde. Inauditus tamen pro non auditus dicitur, ἀνήκουστος, ἄπυστος. Cicero, Rem certe nouam & ante hunc diem inauditam. Et inauditũ quandoque dicitur, quod non audit, ἀνήκοον. Varro, Animalium aliud alio ſenſu caret: quædam enim à natura gignuntur aut inodora, aut inaudita. Obedio, ueteres obaudio dixerunt. Subaudio, quod modò parum audio ſignificat, modò intelligo.

Auditio. onis. f. t. ipſe audiendi actus. ἀκρόασις Dicitur & audientia. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam. id eſt, fac ut populus audiat. Hinc auditiuncula, dimin.

Auditorium, rij. n. ſ. locus ubi auditur præceptor, aut orans, uel ipſa auditorum turba. ἀκροατήριον. Plin. in Epiſt. Nam proximè frequenti auditorio inter ſe coràm multi ordinis noſtri clarè iocabantur.

Auditus, us. m. q. (ἀκοὴ) modò ſenſum audiendi ſignificat: ut quinq; ſunt ſenſus, uiſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus. Modò id quod auditum eſt: ut, Ex auditu loquebar.

Aue, n. ſ. uerbum defect. in ſecunda perſona ſingulari imperat. aue, & plurali auete: in infinitiuo auere, teſte Diomede lib. 1. Martialis libro 5. Exprimere Ruffe, fidiculæ licet cogant, Aue Latinum, χαῖρε nõ potes Græcum. Vide aueo.

Aueho. is. act. t. abduco, ſiue inde aliò ueho. ἀπάγω. Suet. in Cæſ. Inter officia proſequentium faſceſq; lictorum lectica ſua auexit. Teren. Adelph. Is uenit, ut ſecum auehat.

Auellana. næ. f. p. (καρυολάφυον) ab Auella oppido Campaniæ, ubi abundat: & alio nomine corylus, ſeu nux Pontica, quòd in Aſiam Græciamq; primò è Ponto uenit: eadem & præneſtina dicitur, quòd Præneſtini his abundent. Plin. lib. 15. cap. 21. Cæteris quicquid eſt, ſolidũ eſt: ut in auellanis & ipſo nucum genere, quas antea abellinas uocabant.

Auello. lis. auelli, & auulſi, auulſum, act. t. à loco, & per uim uellere, abſtrahere, auferre. Cice. de Sen. Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, ui auelluntur. Verg. 2. Aen. Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo. Hinc auulſor, & auulſio uerbalia.

Auena, næ. f. p. (βρόμος) dicta eſt, quòd ad fructum non ueniat: eſt enim frumenti uitiũ, quòd ſole maximè, cœliq; humore accidit: aliquando etiam ſeminis imbecillitate, cum diutius terra retentum eſt priuſquam erumpat: uel ſi carioſum fuit cum ſereretur. Vide Plinium lib. 18. cap. 17. Vel dicitur auena à creſcendi auiditate. Ponitur interdum auena pro ſtipula ſeu calamo, aut pro ſtylo charactereq; poëtico. Verg. Syluestrem tenui muſam meditaris auena. Ab auena fit auenaceus. a. um. Plin. lib. 30. Vel cum farina hordeacea, uel auenacea.

Auenaria, riæ. f. p. cicadæ ſpecies eſt, quam nonnulli frumentariam uocant, quoniam ſimul cum frumentis areſcentibus apparet.

Aueo. es. n. ſ. uerbum defect. ſignificat concupiſco. γλίχομαι. Cic. lib. 1. Offic. Itaq; cum ſumus negotijs curiſq; uacui, tum auemus aliquid audire & diſcere. Auere etiam à nimia cupiditate pro gaudere ponitur. unde ſalutantes quoq; Aue. (χαῖρε) dicimus, id eſt gaude & lætare.

Auerruncare, n. p. quaſi runca uitium ſarmenta amputare. Translatè ſignificat auertere & depellere. ἀποτρέπειν. Liu. 8. ab Vrbe, Placuit ad auerruncandam deũm iram uictimas

cædi.

cædi. Inde auerruncaſſo, pro eodem. Lucil. lib. 16. Dij maluerint meliora, atque amentiam auerruncaſſint tuam.

Auerſa uenus (καταπυγοσύνη) dicitur præpoſterus coitus, qui infandus eſt & execrandus. Iul. Ca. de Clodio Albino, Auerſæ ueneris ſemper ignarus, & talium perſecutor.

Auerſor. aris. d. p. deteſtor, abominor, ab aliqua re, quam odio habeo uultum auerto, ut illud repellere uideri poſſim. ἀποστρέφομαι, ἀποτροπιάζομαι, ἐκτρέπομαι. Dicimus autem auerſor tibi, & auerſor te. Ouid. in Faſt. Officioq; leuem non auerſatus honorem.

Auerſus, a. um. o. ſ. qui terga oſtendit. ἀπεστραμμένος. Aduerſus, oppoſitus eſt. ἐναντίος. ueluti oppoſito pectore atq; obiecto. Cic. Aduerſus & auerſus impudicus es: quod eſt ex anteriore & poſteriore parte muliebria pateris. Rurſus quæ non uiſuntur & quæ latent, auerſa dicimus: quæ uerò patent & conſpici tota poſſunt, aduerſa. Per tranſlat. auerſus dicitur iratus. Verg. lib. 4. Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur.

Auertæ. orum. f. p. ſunt loca (ut Bud. ſcribit in Ann. Poſt.) latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, ſub alis eius ſuccincta. Accurſius Auertam equorum pectorale uult eſſe, ab eo, quòd antè collocetur. Sicut poſtilena Plauto incuruum illud corium dicitur, quod à ſella in caudam deſinit: ab eo quòd poſt ſellam ſit. Alciato placet, hoc uocabulo ornamẽtum capitis intelligi, quo habenæ figuntur: & id quoq; ab auertendo, quòd equi per eam uertantur, pro ut ſeſſori uiſum eſt.

Auerto. tis. aliò uerto, amoueo. ἀποτρέπω. Vergilius, Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem. Et cum dicimus, Auerto oculos aut mentem, ſignificat aliunde remoueo: Aduerto uerò oculos, id eſt aliquò conuerto, ἐπέχω. Sunt enim contraria auerto & aduerto. Inde auerſus & aduerſus. Hinc auerſo. as. frequẽtatiuũ.

Auertor. eris. ἀποτρέπομαι. d. t. ſignificat dedignor, quòd fit cum ex aliqua re, quam deteſtamur uultum auertimus. Boëtius, Heu heu quàm ſurda miſeros auertitur aure. id eſt ſpernit, dedignatur. Colum. lib. 12. Quinetiam ſit à ueneris amoribus auerſus, id eſt liber.

Aufero, aufers, abſtuli, ablatum. act. anom. ex ab & fero compoſitum, teſte Cic. in Oratore, ſignificat tollere. Terentius in And. Vos iſthæc intrò auferte.

Aufugio. is. pen. cor. n. t. aliò fugio. ἀποφεύγω. Terent. Hecy. Deniq; hercle aufugerim Potius, quàm redeam, ſi eò mihi redeundũ ſit. Et cum præpoſitione ex. Liu. Ex eo loco ubi pugnatũ eſt, aufugerat.

Auge, (αὐγή) à Latinis dicitur aurora ſiue ſplendor.

Augeo. es. xi. ctum. act. ſ. maius facio, amplifico, addo, acceſsionem facio, cumulo, multiplico. αὔξω, συνάγω. Et tum ad res, tum ad perſonas refertur. Ad perſonas. Cic. Att. Auctus Antonij beneficio ſum. Ad res. Idem in Verr. Nam locupletiſſimi cuiuſq; cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Lactant. lib. 6. Et dum uoluerunt ſanare uitia auxerunt. Hinc componitur adaugeo et exaugeo, quæ uehementiam ſignificant. Teren. Heaut. Hoc timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſiet. Idem, Ibi concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animũ exaugeant. Ab augeo fiunt aucto. as. & auctus. us. (αὔξησις) auctor & augeſco. ſcis. Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit ſuos.

Augeſco, ſcis. n. t. auctus, magnus uel groſſus fio, αὐξάνομαι, ſumitur enim paſſiuè, et ſemper intranſitiue ponitur. Plin. li. 11. Augeſcunt corpora dulcibus atq; pinguibus, &c. Cic. in Cat. Calore ſolis augeſcẽs, primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Inter augeſcere & augere hoc intereſt, quòd augeſcere intrinſecus augmentum ſuum operatur, augere uerò extrinſecus.

Augmento. as. act. p. idem quod augeo. συναυξάνω. Cice. in Læl. Opus ipſa ſuum, quæ augmentauit, natura diſſoluit. Hinc coaugmentor. Lactant. de Ira, Seminibus coaugmẽtari poſſunt.

Augur, ris. c. t. idem quod & Auger. eris. ſecundum Priſc. dicitur ab auibus, gerendoq; quia per eum auium geſtus edicitur: uel ab auium garritu. is enim eſt, qui aures ſuas auium uocibus accommodans futura pronuntiat. οἰωνοπόλος, Cicero in Cat. Augurq; cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro Reipub. ſalute gererentur. Hinc augurium, (οἰωνοσκοπία) quod & augur & augurum dicitur,

citur, pro ipſa diuinatione, quaſi auigerium dictum uel auigarium. De auguribus, augurijſque uide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum in Pandectis.

Auguraculum, ueteres dicebant, quam nos arcem uocamus, quòd ibi aues publicè auſpicarentur.

Auguralis uirga, lituus appellatus eſt breuis, in latere qua robuſtior eſt incuruus. οἰωνοσκοπικὴ ῥάβδος.

Auguro.as.n.p. idem quod auguror. οἰωνίζομαι. Vergilius libro 9. Et ſi quid ueri mens augurat opto.

Auguror, aris.d.p.pen.cor. augurium facio, diuino. μαντεύομαι, οἰωνοσκοπῶ. Ouid. lib. 3. Metam. Iamq; dies aderit, quam non procul auguror eſſe. Regit autem accuſatiuum, & ablatiuum. Cic. de Diuin. 1. Calchas & paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. Idem Att. Etenim quantum cõiectura auguramur. Item cum præpoſitione de. Idem in Bru. Sed quid de illo augurer lubet dicere. Compoſita ſunt inauguror, & exauguror, quæ ſunt contraria. Eſt enim inaugurari non ſolum in augurum numerum aſcribi & cooptari, ſed etiam in aliud ſacerdotium conſecrari. Cicero de Antonio Cæſaris flamine, Quid igitur ceſſes? cur non inaugurare? ſume diem, uide qui te inauguret.

Auguſtale, n.t. domus in qua habitant magiſtratus: quæ & prætorium dicitur. πρυτανεῖον. Vegetius Rei mil. li. 2. teſtatur auguſtales eos nuncupatos, qui primos ordines in bella ducebant, quòd ab Auguſto ad id munus eſſent adiuncti.

Auguſteum marmor, undatim criſpũ in uertices

Auguſtus.a.um.o.ſ. dicitur, quod eſt religioſa quadam ueneratione obſeruationeq; dignum, & quod ut ſanctum colimus, σεβάσμιος, σεμνὸς, ἱερὸς, θεοπρεπὴς, γεραρός. Vnde auguſta templa, ſimulachra, auguſta forma, & auguſta dignitas, &c. Sic Octauius Cæſar ob ſuam uirtutem ſingularem & merita in Remp. dignus ueneratione & cultu Auguſtus appellatus eſt, nec non ob cauſam eandem cõſecratus ei menſis Sextilis quoque eſt appellatus Auguſtus in perpetuam meritorum eius memoriam.

Auia, æ.f.p. patris uel matris mater. μάμμη. Ci. de aruſp. reſpon. Te te Cn. Lentule, cuius ab auia manibus eſſet accepta, ſpectatorẽ eſſe uoluit. A qua proauia, abauia, & tritauia. Item herbæ nomen. Colum. lib. 6. cap. 14.

Auiarium, rij.n.ſ. locus ſylueſter ſine uia. ἀνοδία. Seru. Auiaria ſecreta nemora, quæ aues fre» quentant. Vergilius 2. Georg. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis. Item auiaria (ὀρνιθῶνες) dicuntur loca ubi pennata nutriuntur uel clauduntur, uel cuſtodiuntur, uel quò ſe aues recipiunt & columbi & paſſeres: ſicut apiarium quò apes. Colum. lib. 9. Appellamus apum cubilia, apiaria: nantium uolucrũ, quæ ſtagnis piſcinisq; lætantur, auiaria: pecudum ſylueſtrium, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, uiuaria. Hoc modo auiarium et auiarius ab auibus ſunt.

Auiarius, m.ſ. qui curã auiũ gerit. ὀρνιθοκόμος. Colum. li. 9. de Gallinis, Sic tamen ut illuſtria ſint loca, quæ commodius habitet auiarius. Dicitur & auicularius.

Auicula, læ.f.p. diminut. parua auis. ὀρνιθάριον. Gelli. lib. 2. Auicula eſt parua, nomen eſt caſſita, nidulaturq; in ſegetibus. Itẽ auicula, dimin. eſt ab auia. Cic. pro L. Flac. Nunc deniq; materculæ ſuæ feſtiuus filius auiculæ minimè ſuſpitioſæ purgat ſe per epiſtolam.

Auidus, da. dum. o.ſ. cupidus. πλεονέκτης: à non uidendo (ut quidam putant) quòd propter nimiam cupiditatem non uideat quid agat. Terentius in Heaut. Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum. Hinc auiditas. auidè aduerbium. De hoc etiam indictione Auarus.

Auilla, læ.f.p. quaſi ouilla, agnus recẽtis partus.

Auis, huius auis.f.t. uidetur compoſita dictio, quaſi ſine uia, quia uolatus ſciri non poteſt. ὄρνιον. Nam aues uias certas non habent, ſed per auia quæque diſcurrunt. Et propriè auis eſt, quæ oua parit & pennis prædita eſt. Volucris eſt quæcunq; uolans, (πτηνόν) ut ueſpa.

Auitus.a.um.o.ſ. penul. producta, ab auo ſiue auia fit, & ſignificat quod ad auum, ſiue ad maiores pertinet. πατρῷος, προγονικός. Cicero in Verr. Act. 2. Nulla res cuiuſquam tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius abiudicaretur.

Auius.a.um.o.ſ. (ἄβατος) quod eſt ſine uia. Ver» gil. lib. 2. Georg. Auia tum reſonant auib. uir-

gulta

gulta canoris. Sall. in Iugur. Ipſe nocturnis & auijs itineribus ignoratus repentè Romanos » palantes aggreditur. Lucanus, Auius à uera longè ratione uagaris.

Āulă, læ. f. p. principum domus, uulgò regia. αὐλή. Seneca: Notiſsima uox eſt eius qui in cultu regum conſenuerat, cum quidā illum interrogaret, quomodo rariſsimam rem in aula conſecutus eſſet ſenectutem? Iniurias (inquit) accipiendo, & gratias ſæpe agendo. Antiqui aulas ollas dicebant: id eſt, uaſa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plaut. Amph. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Huius dimin. eſt aulula, à quo Plautina fabula Aulularia uocitata eſt. hoc eſt parua olla in qua repoſitus erat theſaurus. Fit etiā aliud dimin. quod eſt auxilla. Vnde & aulicus. a. um. denominatiuum, ut aulicus apparatus. Et aulicus ſubſtantiuè, qui aulæ ſectator eſt aſsiduus.

Āulæă. æ. f. p. (αὐλαία) Curtius, Nequicquā eorum quæ inuicem iactata erāt rex ignorabat, cum poſt aulæam qua lectos obduxerat, ſtaret. & Aulæum, læi. n. ſ. ſunt autem aulæa, uel à picturata & uerſicolori textura ſpectabilia, quæ à Græcis περιπετάσματα, & περιστρώματα nominantur, quibus parietes obtenduntur, quæ in aliquo apparatu ſolent adhiberi. Dicta aulæa ab aula Attali Aſiæ regis, in qua primū inuenta ſunt. Vnde etiam Attalica aulæa uocantur. Proper. Nobilis aulæis porticus Attalicis. Beluata tapetia dixit Plautus à textura beluarum, quæ in aulæis intexuntur, ζωωτά. Sunt etiam aulæa ueſtimenta, & quaſi militaria pa» ludamenta. Verg. Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Āulētēs, tæ. m. p. (αὐλητής) Latinè dicitur tibicē.

Āulētris, idis. f. t. (αὐλητρίς) mulier tibicina.

Āulicŏciă, n. ſ. exta quæ in aulis, id eſt ollis coquebantur.

Āulœdŭs, m. ſ. Latinè dicitur cantor.

Aulon, (ut ſcribit Hieron.) cannulæ aut chordulæ ſunt, quæ in organo reſonāt. Aule, tibia, & calamus tibialis, auleticus dicitur, utpote tibijs utilior. ille uero qui fiſtulis eſt accommodatus, ſyrinx appellatur, ſicut ſcribit Plin. lib. 16. Dicitur & hic aulos auli, pro tibia. Inde choraules, tibicen.

Āuŏcāmēntă, n. ſ. ſunt negotia iucundiora, ſiue ſolatia, animum à mœrore auocantia: id eſt, reuocātia. Plin. in Epiſt. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſsimo, dum amittere auocamenta, & cicatricem pati poſsit. Bud.

Āuŏco. as. act. p. pen. cor. aliò uoco, ἀπάγω, ἀποτρέπω: per translat. uerò pro abſtraho, ſiue diſiungo ſumitur. Lact. lib. 1. Et ad ſtudia pacis à rebus bellicis auocauit.

Āuŏlo. as. n. p. pen. cor. aliò uolo, ſiue aliò ſubitò diſcedo. ἀφίπταμαι. Cic. Att. Experiar certè, ut hinc auolem.

Āură, ræ. f. p. (αὔρα) uentorum uis: licet à uento diſtinguatur (ut in Natur. quæſt. Seneca docet) quòd aura ſit leuior, uentus uehemen» tior. Vergil. 4. Aen. At illi Dulcis compoſitis » ſpirabat crinibus aura. Ponitur pro ſplendore. Idem in 6. Diſcolor unde auri per ramos » aura refulſit. Pro afflatu & fauore. Idem ibi» dem, Iam quoque nunc nimium gaudens po» pularibus auris. Pro facilitate, qua in amo» rem trahuntur aliqui. Horat. Tua ne tardet aura maritos. Fit autem (ut quidam uolunt) aura ab aëre, at Græcum eſt. Suidas, αὔρα, ἤτοι πνοή.

Āurāmēntŭm, ti. n. ſ. cum auro dicitur, ſiue (ut alij exponunt) uidetur inſtrumentum eſſe effodiendo aut purgādo auro accomodatum. χρύσωμα. Plin. lib. 33. cap. 3.

Āurāriă fodina, ubi foditur aurum: quæ & aurifodina dicitur.

Āurārĭŭs. a. um. adiectiuum ut auraria metalla. Plinius.

Āurārĭi, m. ſ. (χρυσοχόοι) qui aurum imponunt & inaurant: & aurarij fautores, qui fauoribus ſplendidos. id eſt claros faciunt: ab aura.

Āurātă. tæ. f. p. piſcis, (χρυσόφρυς) ab auri colore quē in capite habet nomen accepit. Martialis: » Non omnis pretiū laudemq; aurata meretur.

Āurātŭs. a. um. o. ſ. quod in ſuperficie habet aurum. διάχρυσος. Nam multi ſunt anuli aurati, qui tamen aurei non ſunt. Abuſiue tamen dicitur domus aurea, & porta aurea, cum aurata dici debeat, ut eques auratus: & auratus pro aureo. Sueton. in Nerone, Piſcatus eſt rete aurato.

Āurĕæ, f. p. ſunt freni qui circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur. παρώτια.

Āures,

Aures.f.t. (ὦτα) ab hauriendis uocabulis dictæ ſunt, detracta aſpiratione. Verg. Vocéq; his auribus hauſi. Aut quia Græci uocem ipſam αὐδὴν uocant ab auditu, per mutationẽ literæ, aures uelut audes. Et tam cartilagines, quàm foramina aurium dicuntur aures. Lucret. li.6. Plenæq; ſonoribus aures. Et tã de animalibus quàm de eis quæ carẽt anima recte dicuntur. Verg. in Georg. Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo. Hinc Inauris, (ἐνώδιον) & auritus ὠτώεις

Aureus.rei.m.ſ.ſubſtant. accipitur pro ipſa pecunia. χρυσοῦν. Plin. Accepit aureos menſura non numero.

Aureus.a.um. quod totum ex auro eſt. χρυσοῦς, χρύσεος. ut, Aureæ literæ, Plinius. Aurea bulla, Plautus.

Aurichalcum, uel orichalcũ, ci.n.ſ. ὀρείχαλκος. ex auro & ære dictũ eſt. χαλκὸς enim æs dicitur, quaſi ſit æs aureũ. habet enim colorem auri: ſiue propter cognationem quæ eſt inter au & o. Dicitur orichalcũ, quaſi æs montanum, quia in locis montoſis inuenitur. ὄρος enim Latinè mons dicitur. Stat. lib.10. Theb. Eminet effigies, & ſparſa orichalca renidẽt. Vulgus othonem uocat.

Auricomus.mi.m.ſ. qui aureos crines ſeu auream comam habet. Vnde Phœbus Auricomus, χρυσόκομος.

Auricula.læ.f.p. non eſt parua auris, licet recte formetur, ſed eſt exterior pars auris, uel pars infima quæ mollis eſt. λοβὸς ὠτίου. Mart. li.5. Auriculã Mario grauiter miraris olere: Tu facis hoc, garris Neſtor in auriculam.

Auricularius.rij.m.ſ. ſecretarius, conſiliarius. & auricularius digitus dicitur ὠτίτης.

Auricularius.a.um. o.ſ. quod ad aures pertinet. ὠτικὸς. unde auricularium ſpecillũ dicimus. Similiter auricularis, & hoc re. ut uermiculatio auricularis, cũ putridæ aures uermibus ſcatent. Et auricularis digitus, paruus, quo aures mundantur.

Aurifer.ra.rum.o.ſ. χρυσοφόρος. quod fert aurum, ut aurifera flumina, & Aurifera arbor, Cic. 2.Tuſc. Auriferum nemus, Plin. lib.5. ca.1. Aurifera terra, Mart lib.10.

Aurifex.ficis.m.t. faber aurarius qui auri laborandi artifex eſt. χρυσοχόος. Plin. Velut aurifices cũ arte alternis inter folia cãdicantib. margaritis. Hinc aurificina, pro aurificis taberna.

Aurifur, uris.c.t. qui furatur aurum. χρυσοκλέπτης. Plaut. Et mihi hic aurifur eſt.

Auriga.gæ.com.gen. ſecundum Priſcianũ, qui uel quæ currum regit. ἡνίοχος. ſic dictus quòd ſplendorem ſibi agat auris, quaſi fauoribus populi: id eſt clamoribus. Verg.12. Aen. Circunſtant properi aurigæ. Quandoq; genere fœm. ponitur pro ipſo curru.

Aurigo.ginis.f.t. pen. prod. morbus qui & regius, ἴκτερος. à colore auri, quem bilis per totũ corpus diffuſa repræſentat. Vulgò die gelſucht. Hinc auriginoſus, dicitur qui eo morbo laborat. ἰκτερικός

Aurigor.aris.d.p. moderor, rego. ἡνιοχέω. Varro Modio: Ad ſe unum eſſe pulmentarium ſecũdas, quo natura aurigatur nõ neceſſitudo.

Aurilegus.a.um.o.ſ.pen.cor. qui aurum legit: id eſt furatur. χρυσολόγος.

Auripigmentum, ti.n.ſ. ἀρσενικόν. in Syria foditur ad pictorum uſum in ſumma tellure auri colore, ſed fragili lapidum ſpeculariũ modo.

Auriſcalpium, pij.n.ſ. inſtrumentum quo aures purgãtur. ὠτογλυφίς. (Plin. li.33. ca.4.

Auritus.a.um.o.ſ.pen.pro. quod magnas habet aureis. ὠτώεις. Verg. Auritosq; ſequi lepores. Et auritus dicitur qui bene audit. Horat. libro. Carm. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. Auritus populus, apud Plaut. in Aſin. id eſt, populus aurib. intentus.

Auro.as.act.p. aurum ſuperpono. χρυσόω. à quo deauro & inauro: unde auratum, deauratum, & inauratum.

Aurora.ræ.f.p. propriũ nomen eſt, poteſt tamẽ & pro die accipi. ἠώς. & tunc appellatiuũ eſt ab auro deriuatum, uel ab aura: nam ſurgente ſole puſilla quædã diſcutitur aura. Verg. Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Propriè enim aurora eſt ipſe ſolis aſcenſus, id eſt prima pars diei, in qua ſolet pulſu ſolis aër commotus auram facere. Alij auroram ſplendorem ſolis exiſtimant, ſeu matutinum ſplendorem, eò quòd ab igne ſolis ut auro, aër aureſcit. Speuſippus, Aurora eſt diei principium, primum à ſole lumen.

Aurum.ri.n.ſ. χρυσός. dictũ eſt quòd præcipue cuſtodiatur. Græcè enim ὠρεῖν, cuſtodire dicitur:

tur:unde theſaurus. Hippocrates ab inuento
ris nomine dictũ putat, quem uocitatum ait
ἄβυον. Quidam à ſimilitudine auroræ colo=
ris nomen traxiſſe exiſtimant. Nonnulli ab a=
uertendo, quia hominum mentes auertat.
»Verg. Quid non mortalia pectora cogis Au
»ri ſacra fames? Sumitur autem nunc pro ip=
ſa materia, nunc pro pecunia, ſcilicet pro au
reis numis, & quandoque pro ornamento mu
liebri. Terent. Eun. Interea aurum ſibi clàm
mulier demit, dat mihi ut auferam. Aurum
factum dicitur, (χρυσὸς ἀργασμένος, quod ne
que in maſſa, neq; in lamina, neq; in ſignato,
neq; in ſuppellectili, neque in mundo, neq; in
ornamentis ſit. Vlpian. Si factum aurum eſt,
omne ad eum pertinet cui legatum eſt. Verg.
Sunt auri pondera facti Infectiq; mihi. Ser=
uius, exiſtimat aurum uel argentum factum
id uideri, quo commodè uti poſſumus.

Aurum coronarium, dicebantur triumphales
coronæ aureæ, quæ imperatoribus ob hono=
rem triumphi mittebantur.

Ărūncī. m. ſ. barbæ caprarũ. unde & pro bar
batis hominibus poni ſolet.

Aūſcărĭpĕdăm, pro uermiculo piloſo, qui ſolet
in fronde cum multis pedibus repere, teſte.
Var. lib. 6. de ling. Lat. centipeda. ἴψ.

Aūſcūltārĕ, ueteres pro oſculari dicebant. Et
ab oſculo, hoc eſt ore deducitur, quod auſcu
lum dicebant.

Aūſcūlto. as. n. p. cum accuſatiuo ſignificat au=
dio, quàm diligenter attendo, ἀκροάομαι. hinc
illud Catonianum, Auditis enim, non auſcul
tatis, tanquam pharmacopolam. Aliquando
obedio. πείθομαι, προσέχω. ſed cũ datiuo. Terẽ.
And. Pamphilumne adiutem, an auſcultem
ſeni. Item aſpicio, cerno. Afran. Ludos hinc
auſcultaui procul.

Āusĭm, auſis, auſit. defect. n. τολμῴην. ponitur
pro audeam, audeas, audeat. Verg. 1. Geor.
» Auſim uel tenui uitem committere ſulco.

Āusĭo. onis. f. t. aūſūs. us. m. q. auſum. ſi. n. ſ. ἀπο=
τετολμημένον, τόλμημα. pro temere præſum=
pto accipiuntur. Maro, Hoc tibi pro meritis
& talibus imprecor auſis.

Āuſpĭcēs. c. t. qui auſpicio præſunt, οἰωνοπόλος:
quos idem eſſe quod augures Cicero his uer
bis declarat, Quid de augurijs loquar? Tuæ
partes ſunt, tuum, inquit, auſpitiorum patro
ciniũ eſſe debet. Quamobrẽ hi augures auſpi
ceſq; dicebantur. Item auſpices qui præpoſi=
ti ſunt celebrandis connubijs ex parte uiri.
νυμφαγωγοί, νυμφοστόλοι. nam ex parte uxoris
pronuba dicitur: quia auſpicium pro nuptijs
capere ſolebant.

Aūſpĭcĭūm. cij. n. ſ. quaſi auis ſpecium, (οἰωνισ=
μὸς, ἀναγόρευσις) ab auium ſpectatione dici=
tur: ſicut augurium, quaſi auium garrium,
ab auium garritu & uocè & garriendo. Au
ſpicium ab auium uolatu fit, cuius duo ſunt
genera, unum ad oculos, alterum ad aures
pertinens: ad oculos uolatus, ad aures uox
» auium. Verg. pro poteſtate poſuit, Commu=
» nem hunc ergo populum paribus regamus
Auſpicijs. Auſpicium antiqui curioſiſſimè ob
ſeruabant, adeò ut nihil publicè ſine auſpi=
cijs nec domi nec militiæ gereretur: quia dux
belli antequam iret in expeditionem, auſpi=
cia capere ſolebat. Vnde auſpicium capitur
quandoq; pro ductu, & diſpoſitione & for=
tuna, & præſagio.

Āuſpĭcālĭs. le. o. t. quod ad auſpiciũ pertinet: ut,
Auſpicalis piſciculus, qui aliquid portẽdit,
aut ſignificat futurum. Plin. lib. 32. cap. 1.

Āuſpĭcŏr. aris. d. p. auſpicium capio uel inci=
pio, οἰωνοσκοπῶ, ἐνίσταμαι, κατάρχομαι: tã in
bonum quàm in malum, propterea quòd ni=
hil ueteres rei magnæ ordiebantur niſi auſpi
catò. Suet. in Aug. Militiam auſpicantib. non
tribunatum modo legionum ſed etiam præ=
fecturas alarum dedit. id eſt militiam incipi
entibus & felici auſpicio inchoantibus. Co=
lum. lib. 2. Poſcit ab Idibus Ianuarijs auſpi=
cari culturarum officia. Inauſpicatus, non
auſpicatus. ἐξαίσιος, ἀπαίσιος δυσάντητος. Au
ſpicatam rem dicimus, quæ auſpicijs proba=
ta eſt. Quint. Auſpicatò aduerbium. αἰσίως,
εὐόρνις, ἐς καλόν. Terent. Haud auſpicatò huc
me appulli, id eſt non feliciter.

Āuſpĭcŏ. as. n. p. dixit Plaut. in Perſa, Ego au=
ſpicaui in hunc diem. Idem in Rud. Non ho
die iſti auſpicaui rei.

Āuſtērūs. a. um. o. ſ. penul. prod. αὐστηρός. acre,
aſperum, immite, ſeuerus, barbarus. Horat.
in Serm. Molliter auſterum ſtudio fallente
laborem.

Āuſtro-

Auſtro.as.act.p.humecto. νοτίζω. Plaut. Auſtrati ad ignem ſedent.

Auſtrum.ſtri.n.ſ.radius rotæ. ὀχός. Lucretius lib. 5. Vt fluuius uerſare rotas atque auſtra. Melius hauſtrum pro uaſculo quod rotæ ſeu tympano adhærens aquam haurit.

Aut,(ἢ)coniunctio ſeparatiua. Verg. Aut onera accipiunt uenientium, aut agmine facto. Aliquãdo dubitatiua: ut, Aut librũ uolo aut preciũ. Si ſemel ſubijciatur, dimin.eſt:ut, Aut age diuerſas. Aliquando cõiunctiua: ut, Aut Dauni tu magne pater diuûm miſerere.

Autem,(δὲ)pro ſed,ſiue uerum.

Authenticum,ci.n.ſ.(αὐθεντικὸν) dicimus Græcos ſecuti, quod Latinè Autoratũ diceremus Hinc lex Authentica,& decretũ authenticũ, quod multorũ authoritate comprobatũ eſt.

Author.oris.m.t. primordialis inuentor alicuius artis.

Authoramentum. ti.n.ſ.ὀψώνιον. ſumitur pro obligatione nexuq; ac ueluti ſtipendio precioq; eius qui ſit authoratus: id eſt obligatus. Cic.lib.1.Offic. Mercedem ait eſſe authoramentum ſeruitutis. Vbi authoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede cogitur ſeruire. Seneca, Ad finẽ operis magno autoramẽto labor per(uenit.

Authorare.act.p.[illegible]. eſt aliquem aut ſacramento, aut præmio obligare. & habet o productum.

Authoratus.[illegible]. authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomen ad gladiatores refertur, qui ſe uendunt quaſi ludo addicti. Et propriè authorati ad periculum conducuntur: contrà exauthorati dicuntur milites quaſi exobligati ſolutiq; à militari cõſecratione & obligatione, quod interdũ per ignominiam, interdum citra ignominiam fit. Plin.lib.36. Populum Ro. authoratum appellat in ſpectaculis periclitantem inſtar gladiatorum. A Liuio authoratus proditor dictus, quaſi obligatus. Manlius li.5. Aſtronomicôn. miniſtros perpetuo epitheto autoratos uocat, tanquam perpetuos mercenarios obligatosq; dominis, à quibus mercede cõparantur.

Authoritas.atis.f.t. τὸ κῦρος, ἡ πίστις, τὸ ἀξιωματικὸν, αὐθεντία. in ueneratione uel imitatione, ut cui pro dignitate cedamus, conſiſtit. Cice. Phil.1. A uobis peto, ut ſi ſequi minus audebitis orationem atq; authoritatem meam, benigne me tamen, ut feciſtis adhuc, audiatis.

Autochthones. αὐτόχθονες. epitheton eſt Athenienſium & aliorũ nonnullorum populorũ, quaſi indigenæ & in eodem nati ſolo quod incolunt, eiusq; terræ primi cultores, ut quæ illis ſedes, eadem ſit & origo.

Autocineton.ti.n.ſ. αὐτοκίνητον. ſeipſum mouens, & non ab alio mouetur.

Autodidactus.cti.m.ſ.qui ſeipſum magiſtrum habet, qualis fuit diuus Auguſt. eccleſiæ doctor eximius.

Autographum.phi.n.ſ. (αὐτόγραφον) dicimus propria ipſius manu ſcriptum. Vnde autographa epiſtola, apud Suet. in Aug.

Automato.n.ſ.αὐτόματα. ſunt inſtrumẽta arte mechanica ita ſubtiliter fabricata, ut ſua ſponte, nullaq; apparente cauſſa, moueantur: qualia ſunt horologia machinæq; uerſatiles. αὐτόματον enim interpretatur ultroneum & ſuæ ſpontis.

Automolæ,(αὐτόμολοι)à Græcis dicuntur profugi. Pomponius.

Autonomia.æ.f.p. libertas uiuendi ſuis legib.

Autonomus.mi.m.ſ.pẽ.co.qui uiuit ſuis legib.

Autopyros. αὐτόπυρος. pen.corr. epitheton panis, qui & zymitis ab eo quòd non ex triticũ parte ſit, ſed ex ipſo planè toto non imminuto: pyrinos & anerectos Hippocrati uocatus, Ciceroni uero cibarius.

Autoſchedios. αὐτοσχέδιος. forma rudis.

Autumo.as.act.p.pen.cor. exiſtimo, cẽſeo, affirmo. ὑπολαμβάνω. Plaut. Niſi hoc ita factũ eſt perinde ut factũ eſſe autumo, nõ cauſam dico.

Autumnus,mni.m.ſ.ab augendo: quòd tũc maxime augeantur opes, coactis agrorũ fructib. ὀπώρα, φθινόπωρον. Verg.1 Geor. Quid tẽpeſtates autumni, & ſydera dicam? Hinc autũnitas, autumni tempeſtiuitas: ſicut oliuitas, quando olea legitur. Cato de re Ruſt.ca.155. Prima autumnitate, cum pluuia eſt, tum maxime ab aqua periculum eſt. Et autumnale adiect. ὀπωρινὸν: ut tempus autumnale.

Auturgia,giæ.f.p. αὐτουργία. manualis operatio.

Auturgus.gi.m.ſ. artifex per ſeipſum faciens.

Auunculus.li.m.ſ. θεῖος πρὸς μητρὸς, μητράδελφος non eſt diminutiuũ quia non recte formatur.

ſed eſt matris meæ frater: ſic dictus quòd æquè tertius à me ut auus eſt, ſed non eiuſdem iuris, ideóque uocabuli facta diminutio eſt perinde ac minor auus. Vel dicitur auunculus, quod aui locum teneat, proximitate tueatur ſororis filios: quemadmodum frater patris, à patre patruus (πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρὸς) appellatur, quòd ſit quaſi alter pater. Vnde & ipſi fratrum ac ſororum filij nepotes ex fratre, & nepotes ex ſorore dicuntur. Auunculus maior, (θεῖος Ariſtoph.) eſt auiæ maternæ frater. Perſius, Maior auunculus exit.

Ăuŭs, ui. m. ſ. (πάππος) ab æuo nominatus eſt, quia patre antiquior ſit. Eſt autem patris uel matris pater.

Āuxĭlĭārī. d. p. ſignificat adiuuare, auxilio eſſe. βοηθεῖν. & tam accuſatiuo quàm datiuo conſtruitur. Terent. Adelph. Vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari.

Auxiliārĭs. o. t. & auxiliārĭŭs, qui aliunde in auxilium alicuius uenit. συμμαχικὸς, παραστάτης. ut, Auxiliaris uis, apud Plin. lib. 23. cap. 1. Et auxiliarius miles. Aſin. Pol.

Auxĭlĭŭm, lij. n. ſ. (βοήθεια, συμμαχία) ab augeo, quoniam augebant numerum hi qui accedebant alienigenæ. Proprie enim dicitur ſociorum, cum legiones ex Romanis conſtent.

Āuxillăm, ollam paruulā dicebant, inquit Feſt.

A ANTE X.

AXāmĕntă. n. ſ. carmina quæ à Salijs in uniuerſos homines cōponebantur. Feſt.

Āxārĕ, antiqui pro nominare poſuerūt.

Āxĭēs, mulieres dicebantur, ſiue dij unà (Feſt. aliquid agentes.

Āxĭllă. læ. ſ. p. (μασχάλη) locus concauus ſubter brachium ubi naſcuntur pili. Diminutiuū aūt eſt ab ala, ſicut maxilla à mala, paxillus à palus, ut ſcribit Cic. in Orat.

Āxĭnŏmāntĭă, æ. ſ. p. (ἀξινομαντία) genus magicæ diuinationis, per dolabellas ſecuréſque, quas Græci axinas uocant. Vnde Plinius lib. 30. ſcribit, peluibus ſecuribuſque ac multis alijs modis diuina magos promittere.

Āxĭōmă. atis. n. t. (ἀξίωμα) à Varrone profatum & proloquium dicitur; à Cic. lib. 1. Tuſc. pronunciatum, ſiue proloquium: & eſt ſententia in qua nihil deſideratur: ut Annibal Pœnus fuit, Scipio Numantiam deleuit. Et omnino oratio plena eſt, quæ aut uera aut falſa eſt.

Āxĭs in cœlo. m. t. (ἄξων) proprie ſignificat diametron mundi. Eſt enim linea imaginata quæ ab uno mundi cardine in alterū tendit. Duo ſunt autem mundi axes, qui & cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis uideatur. Vnus auſtralis ſiue antarcticus (ἀνταρκτικὸς) arctico oppoſitus, qui terræ obiectu à nobis cerni non poteſt: alter ſeptentrionalis, ſiue arcticus, ſiue arctous, aut boreus, (ἀρκτικὸς, βόρειος) qui nunquam occidens, ſemper conſpicitur. Verg. Hic uertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus ſtyx atra uidet, maneſque profundi. Item axis dicitur ſtipes ſeu lignum teres, circa quem rota currus uertitur. »Verg. 3. Georg. Poſt ualido nitens ſub ponde»re faginus axis. Itē axis dicitur totū cœlum: ut, Axem humero torquet. id eſt cœlū ſuſtinet. Dicitur & axis circa quē aliquid agitur. hoc eſt mouetur. Vnde axitioſi, factioſi: quòd unà quid agerent facerēt'que. Itē axes, tabulæ ſectiles ſunt, inquit Feſtus. unde coactio, id eſt, contabulatio. Et axis quoque fera eſt in India, humili pelle, pluribus candidioribuſque maculis.

Āxŏnă Græci uocant ſecundam ceruicis uertebram: quòd ſit immobilis quaſi axis.

Āxŭngĭă. giæ. ſ. p. (στέαρ, ὕειον Dioſcor. ὀξύγγιον Aegin.) interior porci pinguedo inueterata, ab axe plauſtrorum unguendo dicta, ut facilius circa eum rota uertatur. Hæc quanto uetuſtior tanto utilior eſt, & multas uireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus ueſcitur.

A ANTE Z.

Āzēlŏs, (ἄζηλος) pen. prod. Latinè dici poteſt, ſine amore, infelix, ſine inuidia.

Āzȳmŭs. m. ſ. (ἄζυμος) pen. cor. apud nos dicitur eſſe ſine fermento. ζύμη enim fermentum dicitur.

DE LITERA B.

B Litera muta eſt quæ non in ſonum ſuum, ſed in ſonum e literæ finitur. Hanc Græci Βῆτα nominant. Gerit uirtutem & poteſtatem mediam inter p, & ph. Quare nos ob literarū affinitatem dictiones Græcas

Græcas traducentes, nonnunquam p & ph in illam conuertimus, ut cum apud Græcos πύξος ſcribatur, apud nos buxus: & quod illi ἄμφω, nos ambo tranſcribimus. At è contrario, quod illi cum b ſcribunt, nos cum ph traducimus, ut θρίαμβος triũphus. Conuertitur quandoq; b in u, euphoniæ uel differentiæ cauſſa, ut aufero, pro abfero: aufugio pro abfugio. Tranſit etiã in f, ut ſufficio: in c, ut occurro: in g, ut ſuggero: in m, ut ſummitto: in p, ut nubo. (pſi.

Băbæ, (βαβαὶ) aduerb. Græcum, quo nos pro interiectione negligentis utimur. Babæ, cantio eſt inuicem ſibi reſpondentium.

Băbylŏnĭcă, ſubſtãtiuè, ſunt uela uarijs colorib. intexta, quoniã Babylon ea intexuit primũ.

Băccă, (τὰ ἀκρόδρυα) per duplex cc, continet intra ſui nominis ambitum fructus diuerſorum generum, lauri, oliuæ, corni, myrti, & aliorum huiuſmodi. Vide Plin. lib. 15. cap. 14. & Vall. lib. 6. cap. 14. Eſt & bacca, lapis precioſus ſiue unio. Verg. in Culice: Conchea bacca maris pretio eſt à pectore puro. Vnde baccatus. a. um. quaſi baccis, hoc eſt, lapillis precioſis & margaritis ornatus. διόνυσος. Vergilius. Colloq; monile Baccatum. Hinc baccifer ferens baccas.

Băccălĭă. æ. f. p. arbor eſt, quam & Auguſtam appellant. De qua Vide Plinium. lib. 15. ca. 30.

Băcchăr, aris. f. t. βάκχαρις. pen. corr. herba eſt radicis odoratæ ad cinnamomi ſimilitudinẽ, hederæ penè folijs rotundioribus, mollioribusq́; quidam nardum ruſticum uocant. Ex hac radice fieri ſolebat unguentũ, quod Baccharium dicebatur. Valet herba contra faſcinationes. Vide Plin. li. 21. ca. 6. Vnde Verg. „Bacchare frontẽ Cingite, ne uati noceat malæ lingua futuro. Item bacchar, genus eſt uaſis uinarij: quod & bacchiarium dici poteſt.

Băcchārī. d. p. proprie ſignificat bacchanalia celebrare: per transla. uerò ponitur pro furere, uagari, diſcurrere. βακχεύειν. Veteres enim quicquid uehementius agitaretur, bacchari dicebant à bacchantibus. Vergilius, „Totamq; incenſa per urbẽ Bacchatur. Quinetiam loca ipſa in quibus eſſet bacchatum, bacchata uocabant. Verg. Virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Aliquando etiam Bacchatum dicitur Baccho dedicatum. Huius uerbi compoſitum eſt debacchor.

Băcchātĭm. βακχικῶς. aduerbium ſignificat more bacchantiũ. Apul. Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus.

Băcchēĭŭs. a. um. poſſeſſiuum. βακχεῖος. Vergil. Baccheia dona tulerunt.

Băcchĭcŭs. a. um. idem quod Bacchius poſſeſ.

Băcchĭŭm, ij. n. ſ. βακχεῖον. genus uaſis uinarij, quo in ſacrificijs Bacchi utebantur.

Băcchĭŭs. a. um. βακχεῖος. poſſeſſiuum eſt à Baccho, ſiue Baccheus. Columel. Pierij nemoris Bacchea uoce frementem. Bacchius, ſubſtantiuè, genus pedis eſt ex tribus ſyllabis conſtans, quarum prima breuis eſt, reliquæ longæ, ut honeſtas. Hoc pedis genere utebantur in carminibus ſacrorum Bacchi, cui contrarius eſt Antibacchius.

Băcŭlă. læ. f. p. diminut. parua bacca. Plin. li. 15. Omnes ferunt bacculas paruas, ut cappari.

Băcrionem, dicebant genus uaſis longioris manubrij, hoc alij trullam appellant. Feſt. Vas quo manus perluuutur. Vide Bayſ. de uaſc.

Băcŭlŭs. li. m. ſ. & baculum. n. βάκτρον, βακτηρία. dicitur. Ouid. lib. 15. Metam. Eſſe ſolet, baculumq; tenens agreſte ſiniſtra. Cuius etiam dimin. protulit Cic. li. 2. De fin. bo. Bacillum aliud inflexum & incuruatum, aliud ita natum. à quo imbecillus. a. um. & imbecillis, imbecille. Vnde imbecillitas pro infirmitate.

Bădĭŭs color, phœniceus eſt, ſiue ſpadiceus. ke ſten brun. Quidam balium uocant. βαλίας.

Bădīzārĕ. n. p. βαδίζειν. ſignificat ire Pla. Aſin. Demã hercule iã de hordeo, tollutim ni badizas.

Băiŭlo. as. act. p. porto. βαστάζω. Plautus in Aſin. Ego baiulo, ut decet, domum ante me ito inanis.

Băiŭlŭs. li. m. ſ. pen. corr. operarius, & proprie qui uecturas onerum corpore ſuo uictus quærendi gratia portat. φορτοβαστάκτης, βαστάζων.

Bălænă. næ. f. p φάλαινα. belua marina quã alij piſtricem, alij cetum appellant, quaſi conſpicua belua, conuerſa φ in b. Iuuenalis, Quan„tum delphinis balæna Britannica maior. Vide Plinium lib. 9. cap. 6.

Bălănītæ. βαλανῖται. uuæ à magnitudine.

Bălănītēs. m p. βαλανίτης. gemma ſubuiridis et Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea uena. Plin. lib. 37. ca. 10. Bălănītis, fœminini

minini gene. caſtaneæ genus Plin. li. 15. ca. 23.

Bălānŭs. ni. m. ſ. βάλανος. pen. cor. genus glandis. Acron dicit eſſe herbam unguentariam, & ab Horatio pro unguento myrobalano poſitam. Mart. Hoc ex unguento conſtat & ex balano. Hinc fit balanatus. a. um. Perſius, Tũ cum maxillis balanatum gauſape pectis. Balanus etiam à glandis ſpecie dicitur id genus alui ſubducẽdæ, quod clyſteris loco ſubditur: conſtat, ut Iulius Pollux inquit, ex adipe ac nitro parte plurima. Balanium unguentum, quod fit ex glande myrobalani.

Bālārĕ. n. p. proprium eſt uocis ouis, aut hœdi. βληχᾶσθαι. Ouidi. Blacterat hinc aries, & pia balat ouis. Hinc frequentatiuum balito. as. Plaut. Bacch. Paſtor harum dormit, cum eæ eunt, Sic à pecu balitantes.

Bālātŭs. us. m. q. nomen. Plin. Guſtatum à pecore, caprisq́ balatum concitat.

Bălātrōnĕs. m. t. & blateas, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis radi tur, appellabant. Feſtus, Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretij uidetur accipiſſe Varro de re Ruſt. libro 2. ca. 5. cum inquit: Videbo iam uos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra.

Bălauſtiŭm. ij. n. ſ. βαλαύστιον. flos mali punici, utilis non modo medicinis, ſed etiam tingendis ueſtibus, quæ ſibi concolores fiunt. Et color ipſe dicitur balauſtinus.

Balauſus. ſi. m. ſ. βάλαυσος. herba non multum diſſimilis narciſſo. (ſenes.

Bălbūcĭnārī, ſignificat lingua balba loqui, ſicut

Bălbŭs. bi. m. ſ. qui uitio linguæ non bene poteſt exprimere uerba, et obſcurè loquitur. ψελλός. Perſius, Rancidulum quiddam balba de nare locutus.

Bălbūtĭo. tis. n. q. pen. prod. quadam linguæ hæſitatione et confuſione trepido. ψελλίζομαι. Horatius in Ser. Balbutit Scaurum prauis fultum male talis.

Bălĕātĭcæ cochleæ. f. p. quas cauaticas appellant, quia in ſpelunca naſcantur.

Bălĭnĕŭm. nei. n. ſ. (βαλανεῖον) & balineæ. arum. idem quod balneum, & balneæ. arum.

Bălĭŭs. lij. m. ſ. βαλίας. color à quibuſdam accipitur pro uario, à quibuſdam pro ſpadice, hoc eſt palmeo, qualis eſt equorum: nam & baius uulgò is dicitur: quoniã ſpadices, hoc eſt palmarum cum fructu ſuo termites, Græci uocant βάϊα.

Băllīſtă. ſtæ. f. p. à βάλλω, iacio: machina eſt quæ ſaxa iacit, ſiue ſagittas, & dicitur maior & minor. De maiore et ſaxa iaciente Val. Max. li. 1. Ad ultimum balliſtarũ tormentis undiq́ petitam, ſilicum crebris & ponderoſis uerberibus procubuiſſe, &c. De minore & ſagittas iaciente Lucã. li. 2. Tortaq́ per tenebras ualidis balliſta lacertis Multifidas iaculata faces. & Hieron. cõtra Iouin. Balliſta quanto plus retrahitur, tanto fortius emittitur.

Băllīſtārĭŭm. rij. n. ſ. locus ubi ſita eſt balliſta. Plautus, Intenta eſt balliſta probè, quàm ego haud multum pòſt emittam è balliſtario. Balliſtam accipere uidetur pro telo.

Băllōtĕ. tes. f. t. βαλλωτή. Latinè marrubium. Dioſc. & Plin. li. 27. ca. 8.

Bāllūcă. cæ. f. p. uas in quo infundebatur aurũ.

Bălnĕārĭŭs. a. um. o. ſ. idem quod balnearis. re. unde ſcribit Vlp. fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos. id eſt qui in balneis aliquid furantur. Dicuntur quoq́ Balnearia generaliter omnia ad uſum balneorum pertinentia, ut ſtrigiles, ampulla olearia, lintea.

Bălnĕātŏr. oris. βαλανεύς. gen. com. t. (quamuis et balneatrix. βαλανεύτρια. inueniatur) qui curam habet balnearum. Cice. pro Cæl. Familiaris facta erat balneatori.

Balneatōrĭŭs. a. um. o. ſ. quod ad balneandum pertinet. Mart. Iureconſul. Inſtrumento balneatorio legato balneatores continentur.

Balneŏlŭm, li. n. ſ. diminut. eſt. Iuuenalis, Cum iam noti celebresq́ poetæ Balneolum Gabijs Romæ conducere furnos Tentarent.

Bălnĕŭm, nei. n. ſ. & Balneă. βαλανεῖον. dicũtur in priuatis. Cic. Terentiæ, Labrum ſi in balneis non eſt, fac ut ſit. In publicis uerò fœm. generis & numero plurali tantum. Cic. pro Cælio, Conſtitutum eſſe cum ſeruis ut uenirent ad balneas xenias. Licet & balnea legatur, & balnearia. Cic. Eo latere quod proximum eſt balnearijs, colũnas poſuerat. Sunt enim aquæ calidæ, quæ cum aliæ ad alium morbum idoneæ eſſent quibus utebãtur, multitudinis potius quàm ſingulari uocabulo appellarunt. Differũtq́ balneæ à thermis, quòd

me à Græco θερμὸν, quod calidũ ſignificat,
dicãtur quæ natura ſunt calidæ, balneæ quæ
à nobis caleſiunt igni, & in eas deſcendimus
Balo, as. aui. n. p. uide balare. (ut lauemur.
Bălſămŭm, mi. βάλσαμον. neutri gen. arbuſcu=
la ſola uni terrarum Iudeæ quondam con=
ceſſa, uiti ſimilior, quàm myrto. Verg. Bal=
ſamáq; & baccas ſemper frondentis acãthi.
Seritur malleolis ut uitis, & colles implet ui
nearum modo, ſuſtinens ſeſe ſine adminicu=
lis. Intra tertium annum eſt fructifera, pro=
ceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Hieron.
pro arboris ſucco balſamum dixit, Et quaſi
balſamum non mixtum odor meus. Vide Pli
nium lib. 12. capite 25.
Bāltĕŭs. tei. m. ſ. Bālteŭm. n. in ſingulari, in plu
rali neutrum tantum, militare cingulũ, uel
zona bullis ornata. ζωστήρ. Verg. Aen. 12. Teri
tur qua ſutilis aluo Baltheus.
Bāmbăcĭŭm, ſeu Bambicium. cij. n. ſ. βαμβάκι=
ον, βάμβαξ, βαμβακίς. Suid. cotonum illud al
biſſimum, quod nent mulierculæ ad telas te=
xendas. Hinc fiũt ueſtes quæ uulgò bombyci
næ appellãtur, quãuis xylinæ ſiue goſsipinæ
uel goſſampinæ dici debeant, à frutice qui
Bāmbĭă. biæ. f. p. ſpecies oliuæ. (id fert.
Bāmbĭlĭŭs. lij. m. ſ. animal uolatile, quod uulgò
barbellus dicitur, de quo Amb. lib. Hex. Fer
tur hic corniger uermis conuerti primum in
ſpeciem caulis, atq; in eam mutari naturam,
inde proceſſu quodã fieri bambilius, nec eam
tamen formam figuramq; cuſtodit, ſed laxis
& latiorib. folijs pinnas uidetur aſſumere. Ex
his folijs mollia illa Seres depectũt uellera.
quæ ad uſus ſibi proprios diuites uẽdicarũt.
Bănāuſŭs. ſi. m. ſ. βάναυσος. dicitur artifex, qui
apud ignem operatur. βαῦνος enim caminus
eſt. Viles homines Græci βαναύσους, noſtri me
chanicos uocant, & opifices omnes, qui in po
litica ſunt contemptibiles. Ariſtot. lib. 3. Pol.
Optima ciuitas non fert banauſum. id eſt, ui
lem artificem ciuem. Banauſus etiam ſeruus
dicitur: ſed inter ſeruum & banauſum, idem
libro 1. Pol. hoc intereſſe ait, quòd ſeruus ſit,
qui natura ſeruit, banauſus qui mercede.
Bănchŭs. chi. n. ſ. βάγχος. piſcis aſelli genus alte
rum, in cuius cerebro lapillos molari forma
cõtineri Pli. ſcribit. & banchus inter mugiles
minimus, quem Ariſtot. Chelonem uocat.
Băphĭă. n. ſ. βαφεῖα. dicuntur loca tincturæ, in
quibus tinguntur panni: nos tinctoria dici=
mus. Lampridius in Alex. ſcribit, Probũ fuiſ
ſe baphijs præpoſitum. Bapha dicuntur tin=
cta. Vnde dibapha, bis tincta.
Bāptæ. βάπται. m. p. dicebantur uiri tincti fuca=
tiq;, qui ſacris intererant inſtar mulierum.
βάπτειν enim inficere, tingere, fucare.
Bāptēs. tæ. m. p. βάπτης. lapilli ſpecies uiridis,
ranæ colorem habens atq; ſpeciem, ſed batra
chite mollior. Plin. libro 37. cap. 10
Bāptĭſmŭs. m. & baptiſmum. n. ſ. βαπτισμὸς. &
baptiſma. atis. n. t. βάπτισμα. Latinè immerſio
uel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. Greg.
βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Lati
nè tinctio, quia ibi homo ſpiritu gratiæ inme
lius immutatur, & lõgè alius quã erat effici
Bāptĭſtērĭŭm. rij. n. ſ. βαπτιστήριον. in quo (tur.
quis lauatur, quaſi lauacrum & tinctorium.
Nam baptiſteria in domibus ſunt ueluti la=
cus quidam ex ligno aut lapide ædificati, in
quibus lauandi gratia mergi ſolet. Hæc in cel
lis: id eſt in locis ſecretioribus ſolent conſti=
tui, quarum aliæ caldariæ ſunt, in quibus ca=
lida lauamur: aliæ frigidariæ, in quib. laua=
mur frigida. Plin. Hæc eadẽ piſcinæ dicun=
tur Latinè, & natatoria, et natationes. Sido.
Piſcina, ſeu ſi Græcari uolumus, βαπτιστήριον.
Bărathrŭm, thri. n. ſ. βάραθρον. ponitur pro loco
immẽſæ profunditatis apud inferos, & pro lo
co præcipiti, unde quis emergi nõ poſſit. Ver
gil. Aen. 8. Superq; immane barathrum. Dio
medes docet eſſe proprie locum Athenis, in
quo damnati præcipitabantur. Transfertur
quoque ad alia. Martialis, Barathrum fœmi
neum, pro locis muliebribus dixit. Idem ſto=
machi imum hiatum ſic appellauit. Horati=
us in Serm. uſurpat pro ingluuie & uoragi=
ne. Apud Demoſt. ponitur pro pernicie.
Bărathro, onis. m. t. luxurioſus dicitur, uel gulo
ſus, q̃ in barathrũ gulæ inſumit totũ patrimo=
Bārbă, bæ. f. p. πώγων. utroq; numero (niũ.
non ſolũ hominũ, ſed brutorũ quadrupedum
eſt. Hor. 1. Ser. Vtq; lupi barbã uariæ cũ den
te colubræ. Plin. li. 28. Afferunt et magi ſuacõ
menta primũ omniũ rabiem hircorũ, ſi mul=
ceatur barba, mitigari. Sili. num. plural. etiã

de homine dici poſſe oſtendit lib.13. Indociles
»nunc propexis in pectora barbis Verrere hu
mum. Huius nominis composita poſſunt
declinari ſecundum tertiam & ſecundam de
clinationem, ut imberbis & hoc imberbe: &
imberbus.a.um.quod eſt ſine barba.

Bărbăcŭlŭs,li.m.ſ.pen.cor.dimin. à Barbarus.

Barbapetræ, herba eſt uulgò ſic appellata, à
quibuſdam Barbula hircina. τραγοπώγων. In
acetarijs laudatur.

Bărbărălĕxis,is.f.t. (βαρβαράλεξις) dictio pere-
grina,ut eſt Gaza & Magalia.

Bărbărē, aduerbium,inquinatè.Cic.Tuſc.

Bărbări, (βάρβαροι)m.ſ. factitio nomine inquit
Strab. lib. 14. dicti ſunt ab initio qui difficul-
ter,aſpere, atq; duriter loquebantur quaſi du
riloqui,& craſſilingues:quemadmodum blæ-
ſi atq; balbi dicũtur,qui lingua impediti ſunt.
Nunc etiam ad eos tranſlatum eſt hoc nomen
qui nõ ſunt Latini,aut ſi quis Latina nõ recte
proferat,barbarè loqui dicitur.In ſumma bar
bari dicuntur illiterati, malis morib.feri,cru

Bărbăriă,riæ.f.p. (βαρβαρία)pen.cor. (deles.
Barbarorum regio,& gens fera.Cic.3.in Ca-
til.Quale bellum nulla unquã Barbaria cum
ſua gente geſsit.

Bărbărică.n.ſ.pauimenta ſunt(quæ & ſubtegu-
lanea uocantur)ex teſtis tuſis, rudere & cal-
ce:in Italia uerò fuſtucæ ſubijciebantur,pro-
pter quòd carnea uocitata.

Bărbărĭcārĭi,m.ſ.textores artificesq; linteæ ue-
ſtis,qua ex auro & coloratis filis effigies ho-
minum & animalium exprimuntur.

Bărbărĭcŭm. ci. n. ſ. clamor exercitus dicitur,
quòd eo uociferandi genere barbari utantur.

Bărbărĭcŭs.a. um.o.ſ. (βάρβαρος) pen.cor.eiuſ-
dem ſignificationis eſt cum barbarus: hoc eſt
ferus, & malis moribus. Apul.Feris ac bar-
baricis moribus.

Bărbărĭēs.ei.f.q.ad imitationem pertinet, & ſi-
gnificat inciuilitatem,feritatemq; morum.βαρ
βαρότης Cic.de clar.Orat.

Bărbărĭſmŭs, mi. m.ſ. (βαρβαρισμὸς) eſt contra
Romani ſermonis legem aut ſcripta aut pro-
nuntiata uitioſe dictio. Fitq; duobus modis,
ſcripto & pronuntiatione,& hoc quadrifariã
Adiectione literæ,ut relliquias Danaûm,pro
reliquias; ſyllabæ, ut Mauors pro Mars: tem-
poris:ut,Italiam fato profugus.ubi prima ſyl
laba cum corripi debeat,producitur. Detra-
ctione literæ,ut infatibus,pro infantibus:ſyl-
labæ,ut ſalmentum,pro ſalſamentum: tempo
ris:ut,Feruere Leucaten auroq; effulgere flu
ctus.Mutatione literæ fit barbariſmus,ut Ol-
li pro illi:ſyllabæ,ut Pernucies,pro pernicies.
tempore:ut,Vnius ob noxam.Tranſmutatio-
ne literæ,ut Tymbre,pro tymber: temporis,
ut dominus,pen.prod.

Bărbātŭs,ti.m.ſ.(πώγων) dicitur qui barbam
habet.Vnde illud, Si promiſſa facit pruden-
tem barba,quid obſtat Barbatus poſsit quin
caper eſſe Plato?

Bărbātŭlŭs: dimin. ut, Barbatuli iuuenes. Cic.
Att.lib.1. Barbatulos mullos exceptare de pi
(ſcinis.

Bărbārē,pen. prod. eſt barbam emit-
tere. πωγωνοφυῶν.

Bărbĭtiŭm,tij.n.ſ.ponitur pro barba. Apul.Hir
cino barbitio philoſophum mentiebatur.

Bărbĭtŏs,(βάρβιτος) pen.cor. gen. maſ. inſtru-
»mentum muſicum quod pulſatur plectro uel
»calamo. Hora. Age dic Latinum barbite car-
men, Lesbio primum modulate ciui. Fœmini-
no autem genere,Sappho ad Phaonem, Nec
facit ad lachrymas barbitos ulla meas. Neu-
tro, Auſonius: Hoc genere & chordas & ple
ctra & barbita conde.

Bărbo, genus piſcis fluuiatilis, quòd geminam
barbam habeat in inferiore labro.

Barbula,læ.f.p.parua barba dimin.à barba.Cic.
pro Cec.Nõ hac barbula, qua iſta delectatur.

Bărdĭăcŭs, ueſtis eſt. Martial. Laſsi bardiacus
quod euocati.

Bărdŏcŭcūllŭs, li.m.ſ.genus ueſtis omni tempo-
re commodæ, cum qua etiam cubare ſoliti e-
rant imbrium tempore in caſtris milites,& in
»agris ruſtici.Mart.Gallia Santonico ueſtit te
»bardocucullo. Sunt qui dicant bardocucullũ
eſſe tegmen capitis uilloſum,cuius uſus tranſ-
latus ſit à populis Galliæ,qui dicuntur Bardi.

Bārdŭs, di.m.ſ. (βλάξ) ſtultus,à tarditate inge-
nij. Cic. pro Cecin. Nimis audacem, nimiſq;
bardum. Gallicè dicitur cantor,qui uirorũ for
»tium laudes canit, à gente Bardorũ, de quib.
»Luca.Plurima ſecuri fudiſtis carmina bardi.

Bariona, penultima producta dictio Syriaca,
qua ſignificatur filius columbæ.

Bărnăcidă.æ.f.p.ueſtis genus,nunc Guarnaciam dicimus,forſan quoniam βάρνα,υἱὸς ἀλόμενος.inde puer uerna.

Barones.m.t.uiri fortes dicuntur.

Bărrhŭs.rhi.m.ſ.elephas, à cuius oſsis ſimilitudine dentes barri dicuntur.Horat. Quid tibi uis mulier nigris dignißima barris? Hinc barrire dicuntur barri: id eſt, elephāti, cum uocem edunt.

Bărrītŭs.us.m.q.pen.prod.uox elephantis.Barritus etiā dicitur Romanorū clamor militū. cū utraq; acies ſe iūxerint,author Vegetius.

Băsănītēs.tis.m.t. lapis ex quo fiunt cotes.Plinius libro 36.cap.20.aliâs Baſcanda.

Băſcāndă.dæ.f.p.uas Britānicum Mart.Barbara depictis uenit baſcanda Britannis.

Băsĭlēus lei.m.ſ.(βασιλεύς)rex,tanquam populum ſuſtentans.βάσις,ſedes, & λαὸς populus. Quanto enim quis magis præponitur, tanto amplius pondere laborum grauatur.

Băsĭlĭcă,cæ.f.p. (βασιλικὴ) propriè locus publicis uſib.accommodatus, in quo negotiationes, conſilia & iudicia exercebantur, quaſi regia.Græci enim βασιλικὴν regiam uocant. nam(ut Vitru.li.5.ſcribit)debent baſilicæ adiunctæ eſſe foro.Sene.Fremitu iudiciorū baſilicæ reſonabant.Quidā baſilicā accipiūt pro loco domus ampliore, in quo dominum expectant ſalutatores, clientes patronos, ſerui dominos, in quo etiam choreæ & conuiuia maiora fieri ſolent. Plinius genus nucū quod optimum eſt,& quaſi regium,uocari ait baſilicam,quā alio nomine iuglandem appellamus.

Băsĭlĭcānŭs,ni.m.ſ. dicitur cuſtos baſilicæ.

Băsĭlĭcŭs.a.um.o.ſ.(βασιλικὸς)regius ſiue regalis dicitur. unde Plaut.in Cap.Baſilicas edictiones atq; imperioſas habet. Et in Pſeu.baſilicus ſtatus, & baſilicus uictus. id eſt,regalis & excellens.et baſilica facinora,pro regia. Idem:Baſilicè ornatus incedit,& ſabrè ad falleciam.id eſt,regiè & excellenter.

Băsĭlĭſcŭs,ſci.m.ſ. (βασιλίσκος) genus ſerpentis,quod teſte Plin.lib.8.cap.21. in ſolitudinibus Aphricæ habitat, cum candida in capite macula, uelut quodam diademate adornatus.Acutiſsimum habet caput,rubeos oculos, & colorem ad nigredinem uergentem. Alij regulum uocant.

Băsĭs,ſis.f.t.(βάσις) à noſtris dici poteſt ſuſtentamentum.Sunt enim baſes,ſeſsiones columnarum,ſtatuarum,ſeu fabricarum,quæ à fundamento conſurgunt,& ſuperpoſitæ fabricæ ſuſtinent pondus:à cuius ſimilitudine orbiculi illi,quibus uaſa in menſis collocantur,ne toralia polluantur, uocari ſolent baſes. Eſt & baſis figura in narrationibus,cum omnia pedetentim inſinuandi gratia proferuntur,ut ē apud Terent. in Eunu. Matri mercator dono dedit, mater ubi accepit,&c.

Bāsĭŭm, ſij.n.ſ.φίλημα.oſculum.Donatus: Tria ſunt oſculandi genera,oſculum ſcilicet, baſium, & ſuauium. Oſcula officiorum ſunt,baſia pudicorum affectuū, ſuauium libidinum uel amorum.Hinc baſiare uerbum eſt, baſiator uero & baſiatio uerbalia.

Băſtērnă,æ. f.p.genus uehiculi Seruio in Vergilij 8.Aeneid.

Băthynōn,(βαθυνὸν, τὸ.)pen.cor.profundum.

Băthyŏchŭs,chi.m.ſ.profundus:nam βαθὺ profundum ſignificat,& ἔχω habeo.

Bătĭs, genus herbæ eſt aculeatæ ſponte naſcentis, quæ eſt marina & hortenſis. Dioſcorides κρίθμον,uocat.Plin.lib.21.ca.15.Eſt & piſcis, qui Latinæ raia.

Batoptenus,ni.m.ſ.lapis eſt, in quo nigredo ſanguinis,& albis nodis alligata eſt.

Batrăchītēs,tæ.m.p.(βατραχίτης)lapis ranæ uiridi ſimilis colore atq; effigie.Plin.li.37.ca.10.

Batrăchĭŭm,ij.n.ſ.(βατράχιον)coloris ſpecies, quo ante inuentas perſonas faciem obungebant. Vnde apud Athenienſes forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. Eſt & genus herbæ,de qua Plin.lib.25.cap.13.

Batrăchŏmўŏmăchĭă,æ.f.p. ranarum & murium pugna, de qua elegantem Homerus conſcripſit libellum.

Batrăchŭs,chi.m.ſ. βάτραχος. rana. & nomen proprium ſculptoris, & quidam Cyrenaicus

Batris,(βάτιον)genus uaſis lōgioris ma (portur. nubrij,quod alij trulā appellāt. Vide Bacrio.

Bătillŭs.li.m.ſ. Sipontinus ſcribit ferreum inſtrumentum eſſe,quo pruna colligitur ad ſimilitudinem palæ.Vulgò bernacius appellatur, & ein gluot ſchufel.à ferri bractea & lamina, cuius ſimilitudinem fert, ſic appellatum: nam batillus eiuſmodi bracteā ſignificat. Apitius:

de Petaſone, Et armillam, inquit illius cadenti batillo uris, & melle contegis. Batillum etiam ruſtici uocant ferreum inſtrumentum, quo ad ſulcos, elices, foſſasq́ in agris faciendas utuntur. Varro 3. de re Ruſt. cap. 6. Itaq́ paſtorem earum cum batillo circumire oportet, ac ſtercus tollere, ac conſeruare, quod & ad agriculturam idoneum eſt.

Bătiŏlă. æ. f. p. genus uaſis, quo uinum cado hauſtum ad menſam fertur. Plau. Battiolam auream octo pondo habeat.

Băttŏlŏgiă. æ. f. p. à noſtris multiloquium dici poteſt.

Bătŭo. is. act. t. uirgis uerbero. ἀλοάω. Sueton. de Cæſ. Mirmilonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. Cicero Pæto, tranſtulit ad rem obſcœnam cum inquit, Equidem iam etiam non obſcœna uerba, pro obſcœnis ſunt. Batuit enim impudenter expreſsit multo impudentius, atqui neutrum eſt obſcœnum.

Batus. ti. m. f. (βάτος) ut ſcribit Hyeron. genus menſuræ eſt, quæ apud Hebræos dicitur Bath, decima pars chori eſt: & de ſpeciebus tantum liquidis dicitur, uini, olei & huiuſmodi. Item bătŭs apud Plinium nomen piſcis: βάτος Græcis rubus.

Băubārĕ, (βαΰζω) n. p. factitium uerbum à uoce canum cum latrant, bau bau facientes. Lucilius lib. 5. Et cũ deſerti baubant in ædib. omnes.

Băxĕă, ſunt crepidæ & calciamenta: & propriè calcei Philoſophorum, ut oſtendit Apul. in libro de Aſino aur. qui ait, Nec quid pallio baculoq́ & baxeis & hircino barbitio Philoſophum fingeret.

Băiă. arum. f. p. (Βάιαι) Hieron. Cubile eis de folijs palmarum, quas bias uocant, contextum erat.

B ANTE E.

Bdĕllium. lij. n. f. (βδέλλιον) arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaq́ gummi. Naſcitur in Bactrianis, cuius etiam ſuccus bdellium dicitur. Plin. lib. 12. cap. 6.

Bĕāti. m. f. à bene habendo dicti ſunt. μακάριοι. Qui ſint dicendi beati uide Sene. lib. 6 Epiſtolar. ubi beatum hominem exactiſsime depingit. Ouidi. Diciq́ beatus Ante obitum nemo, ſupremaq́ funera debet. Cic. lib. 5. Tuſc. Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Apulei. lib. de philoſophia, Illum omnibus beatum uideri, cui & bona ſuppetunt, & quemadmodum carere uitijs debeat, callet. Interdum ponitur beatus pro nobili. Horat. lib. Carm. Neſcias an te generum beatæ Phyllidis flauæ. Huius dimin. eſt beatulus. Perſius, Tantundemq́ beatulus alto compoſitus lecto.

Bĕātĭtās, atis. & beatitūdo, inis. f. t. eſt (ut inquit Speuſippus) bonum, & bonis omnibus accumulatum, poteſtas ad bene uiuendum ſeipſa ſufficiens, perfectio ſecundum uirtutem, ſufficiens uitæ commoditas.

Bĕbēlōſis, (βεβήλωσις) dicitur prophanatio.

Bēchiŏn. (βήχιον) herba eſt Latinè tuſsilago, dicta quia tuſsim ſedat. Plinius lib. 26. cap. 6.

Bĕlbŭs. bi. m. f. animal, alio nomine dicitur Hyæ

Bellāriă, n. f. cibi ſecundæ menſæ, à boni (natate (ut Don. ait) ad irritandum gulam. προσφάγια, ἐπιδορπισμὸς, πέμματα, τραγήματα. Macrobius in Satur. Adhuc dicente Furio, ſecundæ menſæ illata bellaria nouo ſermoni principium dedere.

Bellārĭus. a. um. o. f. quod bello aptum eſt, ut arma, ſagittæ, & huiuſmodi quæq́ inſtrumẽta

Bellātŏr, oris. m. t. (πολεμιστὴς) nõ mo (bellicado qui bellum gerit, ſed etiam per quem bellum geritur. Vergil. 12. Aen. Interea extremo bellator in æquore Turnus. Idem libro 10. Aen. Et inter Bellatoris equi caua tempora conijcit haſtam.

Bellātrix, icis. f. t. quæ bellum gerit ſeu bellicoſa eſt. πολεμίστρια. Verg. Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bellātŭlŭs. a. um. o. f. uocabulum blandientis, idem quod bellulus. Plau. Cũ imus ergo cubitum bella bellatula.

Bellăx, acis. o. t. adiectiuum, idem quod bellicoſus. μαχικὸς.

Belle, & belliſsime, aduerbia. Cic. Att. Belle & feſtiue nimiũ. Idem, Belliſsime nauigauimus.

Bellĭcă. cæ. f. p. dicebatur columnella illa ante templum Bellonæ, ſuper quam iaciebant haſtam cum bellum indicerent.

Bellĭcōſŭs, a. um. o. f ferox. πολεμικὸς. Sall. in Jugurt. Lybes q̃ Getuli minus bellicoſi erant.

Bellĭgĕr

Belliger, ra. rum. o. ſ. adiect. à bello gerēdo dicitur. Mart. li. 15. Hermes belligera ſuperbus haſta.

Belligĕro, bellum, uel bella gero. Hinc Cic. pro Font. Belligerare cum hoſtibus.

Bellicrĕpă, genus ueteris ſaltationis à Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant.

Bellicŭs. a. um. o. ſ. adiect. ut bellica diſciplina. Cic. Bellica uirtus, bellica corona, quæ bellatoribus uictoribus dabatur. Bellicum uerò ſubſt. ſoni nomen, ut ait Seru. unde Bellicū canere, prouerbialis metaphora, pro eo quod eſt animare, ſiue excitare diſsidium.

Bellipŏtens, entis, breui pen. qui bello pollet. ἐνυάλιος, ἀλίερχος. Stat. The. 2. Bellipotens cui torua genas horrore decore Caſsis, & aſperſo crudeſcit ſanguine Gorgon.

Bellitudo, inis. f. t. ornatus, pulchritudo.

Bello, as. n. p. oppugno, bellum gero, confligo. πολεμῶ. Plin. Romana arma primū Claudio principe in Mauritania bellauere. Eſt & bellor. aris. deponens. Verg. Et pictis bellantur Amazones armis. Compoſita ſunt debello & rebello: primum ſignificat expugno, unde debellatos hoſtes dicimus uictos: alterum repugno, unde rebelles.

Bellŭlŭs. a. um. diminutiuum formatum à diminutiuo, id eſt, pulcherrulus: à quo aduerbium bellulè. Plautus, Nam rurus bellulè ſe habet.

Bellŭm. li. n. ſ. (πόλεμος) propriè diſſenſio hoſtilis per quam arma mouentur, & ſignificat totum tempus quo ſunt in militia homines: prælium, certamen ipſum: pugna etiā citra arma fit nudis uerbis. Vergilius exemplum de bello & prælio ponit, Infantem fugiens media inter prælia belli. Aliquando tamen bellum capitur pro prælio. Salluſt. In eo bello trecenti milites deſiderati. Dictum bellum (ut Priſci. ſentit) ab eo quod eſt bonum, per antiphraſim, diminutiuum, quòd minime bonum ſit. Alij non per contrarium à bono deducunt, ſed quod boni gratia bella olim ſuſciperentur, nec ad inferendam, ſed ad propulſandam iniuriam pacemq́ parandam. Alij à duello deriuant, abiecta d, & digamma, in b conuerſo. Feſtus à belluis, quia belluarum pernicioſa ſit diſſenſio.

Bellŭs. a. um. o. ſ. per duplex ll, dimi. eſt à bonus, κομψός. Varro, Ita cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas. id eſt bona omnia. Quandoq́ bellum pro pulchro accipitur, ut bellus puer, bella puella, bellum corpus. Mart. Bella es nouimus, & puella uerum eſt.

Hinc belli homines aliquando boni & prudentes: aliquando formoſi atq́ elegantes dicuntur: & belliſsimus, optimus uel pulcherrimus. Terent. Adelph. Ego iam proſpiciam mihi, atq́ unumquodq́ quod erit belliſsimum carpam.

Bĕlŏnē, es. f. t. (βελόνη) per ſimplex l, piſcis eſt, qui alio nomine dicitur acus, ſiue acicula ab acu. Plinius, Acus ſiue belone, dehiſcente propter multitudinem utero parit, à partu coaleſcit uulnus. Vulgò anguſigula dicitur.

Bēlŭă, luæ. f. p. immanis fera. θηρίον. à uaſtitate, ſeu ualentia, uel à balatu: à quocunq́ ſit, primam uocalem trahit à principali. Quidam à bellum deriuant, quaſi bellum gerens. Bellua etiam per conuicium dicitur in hominem. Terent. Eunu. Age nunc belua, credis huic quid dicat?

Bēllŭātă, n. ſ. (ζωωτὰ) dicta ſunt tapetia à Plauto, belluarum figuris picta intextaq́.

Bēlŭīnŭs. a. um. o. ſ. quod eſt beluæ, ut beluina rabies. θηριώδης. Ambr. Neq́ beluina uaſtitas horrori ſit, nec gracilitas infirmitati.

Bēlŭōsŭs, a. um. o. ſ. quod abundat beluis. Unde Oceanus dictus eſt beluoſus, à beluarū multitudine & magnitudine, quæ ibi ſunt.

Bĕnĕ, (εὖ) aduerb. à bonus formatum. Terent. in And. O factum bene. Aliquando ponitur pro commode, & bene habito. Interdum prudenter, pulchre, probe, ornate, honeſte, proſpere, pro loco. Nonnunquam pro ualde, ut bene numatus, id eſt pecunioſus. Cic. Habetis orationem bene longam. Bene cogito. (εὖ φρονεῖν) uel male cogito, (κακὰ φρονεῖν) referuntur ad alterum, ſignificantq́ beneficium aut perniciem. Cic. Carthaginem diu male cogitantem non prius timere deſinam, quàm exciſam cognouero. Hinc beneuolus (εὐνοϊκός.) & beneuolentia, quæ eſt inclinatio animi cum deſyderio benefaciendi.

Bĕnĕdīco, act. t. laudo, bene loquor. εὐλογῶ. Et conſtruitur cum datiuo. Cic. pro Seſt. Cui benedixit unquam bono? Val. lib. 1. cap. 12.

Bĕnĕdĭcŭs, ci. m. ſ. pen. cor. qui benedicit, & laudat.

dat. χρηστολόγος. à quo aduerb. benedicè. Plau.
Benedictum, cti. n. ſ. à benedico. Terent. Phor. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.
Bĕnĕfăcĭo, a. t. non iudicantis, ſed gratias agentis eſt. καλῶς πράττω. Terent. in Eun. Benefacis, meritò te amo.
Bĕnĕfăctŭm, cti. n. ſ. ſubſt. pro beneficio. Liu. 5. bel. Pun. Reſpondit nõ plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c.
Bĕnĕfĭcĭŭm, cij. n. ſ. meritum. Terent. Eun. Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Beneficentia, æ. f. p. à bene & faciendo, liberalitas. Cic. de Nat. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate, & beneficentia?
Bĕnĕfĭcĭārĭŭs, rij. m. ſ. qui beneficium accepit. εὐ παθών. unde & à ueteribus beneficiarij dicti ſunt illi, quos imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia. Cæſar lib. 1. Cum hac prætoria cohorte certamen init, barbaris~~q~~ue equitibus paucis beneficiarijs ſuis.
Bĕnĕfĭcŭs, a. um. o. ſ. liberalis, qui beneficium præſtat. εὐεργέτης. ut, Dij beneficij. Cic. 1. de Nat. Et comparatiuum habet & ſuperlat. ut beneficentior, beneficentiſsimus. Aliquando etiam ſuum, ut beneficiſsimus, ut M. Cato de Ptolemæo rege optimo & beneficiſsimo.
Bĕnĕiūdĭco. cas. act. p. cenſeo, opinor, exiſtimo, ad meipſum referuntur, rectum~~q~~ue conſilium oſtendunt.
Benemereor. eris. d. ſ. beneficio afficio, beneficium colloco. Cic. de Amic. Ciues de patria benemerentibus. Inde benemerens. Idem. Opitulari benemerẽtibus. & benemeritus. Idem, Benemeritus de Repub. ciuis.
Bĕnīgnŭs, a. um. o. ſ. à bonus deducitur, & propriè qui bonis & dignis largitur: εὐμενής, ἀγαθός, προσηνής: ex bono & gignendo compoſita dictio. Vnde benignam terrã dicimus fructus abunde reddentẽ. Plin. de Aegypto, Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feraci (or.
Benigne, & benigniſsime. Cic. benigne appellare, & benigniſsime communicauit.
Benignitas, atis. f. t. liberalitatem quandam, & beneficentiam, ac clementiam ſignificat. Don. Benignitas eſt in quantitate rerum, aut in felicitate præſtantis. nam plerun~~q~~ue ingrata dona ſunt, in quibus benignitas non apparet.

Bĕnnă. æ. f. p. lingua Gallica; genus uehiculi. Vnde combennones in eadem benna ſedentes. Cato de re Ruſt. cap. 13.
Bĕnĕuŏlŭs, a. um. o. ſ. amans, inclinatione animi in aliquem propendens. Cic. de Orat. Vt eum beneuolum nobis faciamus.
Bĕnĕuŏlĕntĭă, æ. f. p. à bene & uolo, gratia, ſtudium charitatis. Cic. Tuam erga me beneuolentiam facile perſpexi.
Bĕo. as. act. p. conſolor, & beatum glorioſum~~q~~ue facio. μακαρίζω. Terent. And. Beaſti, metui à Chryſide. Hinc bĕātŭs, beatior, beatiſsimus.
Bĕryllŭs, li. d. ſ. (βήρυλλος) lapis pallidus tranſparens, ex quo pocula fiebant. Priſc. in Perithegeſi, Berylli gemmas glauci, nitidum~~q~~ue adamanta. Gignitur in India ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, ſemper~~q~~ue berylli ſexangula figura artificum ingenijs poliuntur, quoniam hebeſcunt, niſi color repercuſſu angulorũ (excitetur.
Bēs, beſsis, m. t (διμοιρία) unciæ octo ab aſſe, ex eo quòd bis triens ſit. Ser. Duos trienteis beſſem uocabis.
Bēſtĭă, æ. f. p (θηρίον) crudelitatem uidetur exprimere, belua magnitudinem & quaſi monſtroſitatem. Vlpi. Beſtias accipere debemus magis ex feritate, quam ex animalis genere, quæ proprio morſu uel unguibus ſæuiunt, ut pardi, leones, trigides: à uaſtando. Hinc beſtialis, & hoc beſtiale.
Bēſtĭārĭi, m. ſ. dicebantur qui cum beſtijs depugnare damnati erant. θηριομάχης. hinc à Seneca ludus beſtiariorum nuncupatur, quo beſtiarij depugnabant.
Bētă, tæ. f. p. impudicus, obſcœnus, officioſus, ſed in malã partẽ. Eſt etiã herbæ genus: Græcè τεῦτλον, & Germanicè mangolt, de qua Pli. li. 19. ca. 8. Mart. Vt ſapiãt fatuæ fabrorũ prandia (betæ.
Bĕthўcātŭs, a. um. o. ſ. id eſt pullatus. Mart. Et Bethycatus ſimulat quo~~q~~ue Leucophæatus. Cuius uocabuli ratio eſt, quod natiuus color in Hiſpania ſubnigrior eſt, ideo~~q~~ue minus uilis. aliàs Bæticatus. (Bæticus.
Bĕthўcŭs. a. um. o. ſ. ut bethycus color, ſubniger.
Bĕto. is. n. t. uado, quaſi benè ito. Var. Mulierem quòd parêre ea nõ poterat, foras betere iuſsit.
Bĕttŏnĭcă, cæ. f. p. herba Gallis dicitur, quæ ab Italis ferratula, teſte Pli. li. 25. ca. 8. Βεττονική.
Bētŭlă, læ. f. p. arbor Galliæ, mirabili candore,

uulgò

uulgò ein bircken baum. Plin. lib. 16. cap. 18.

B ANTE I.

Bĭæōn, (βίαιον) dictum eſt à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibeatur: ſiue quia uiolentũ ſit & efficax contra morbos: ſiue à feſtinatione atq; impetu. Plin. Triticum non poteſt uideri, quod biæon appellauimus.

Bĭbācŭlŭs. li. m. ſ. per diminutionem is dicitur, qui frequentius bibit. φιλοπότης.

Bĭbāx. acis. o. t. & Bĭbōſŭs, qui eſt bibendi auidus, uel nimius potator. πότης, ποτικός. Laber. Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax.

Bĭbĭſia. æ. f. p. ipſa bibitio dicitur.

Biblĭſcŭs. a. um. o. ſ. libroſus.

Biblio. is. n. q. factũ eſt à ſimilitudine ſoni, qui fit in uaſe. Nauius, Biblit amphora.

Bibliographus. phi. m. ſ. (βιβλιογράφος) librarius, à βιβλίον καὶ γράφω.

Biblĭŏn, (βιβλίον) libellus.

Biblĭŏpōlă, læ. c. p. (βιβλιοπώλης) pen. prod. qui libros uendit. Martialis, Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon.

Biblĭŏthēcă, cæ. f. p. (βιβλιοθήκη) pen. prod. tam librorum per ſe magnus numerus, quàm locus ubi libri ſunt, appellatur, ut li. 32. Digeſtorum ſcribit Vlpian. Cic. ad Sulp. Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, cũ multos libros ſurripuiſſet, &c. Latinis libraria dicitur. Gel. Forte in libraria ego & L. Paulus poëta uir memoria noſtra doctiſsimus, conſederamus. Eſt & Bibliotheca titulus, ſiue inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominauit. Plin.

Bibliothecalĭs. le. n. t. quod eſt bibliothecæ: ut apud Martianum, Bibliothecalis copia.

Bĭblŏs, (βίβλος) Latinè papyrus. Dioſcorides libro 1. cap. 117.

Bĭbo, bibis, bibi, bibitum, (πίνω) potum haurio, & ea omnia dicuntur bibere, quæ hauſtus habent. Plaut. Stich. Vide quot cyathos hos bibimus. Verg. lib. 11. etiam his iunxit quæ non habent hauſtum: Haſta ſub exertam donec perlata papillam Haſit, uirgineumq; alte bibit acta cruorem. Bibere etiam accipitur pro auſcultare, ſeu ſtudioſe audire. Horat. lib. Car. 2. Pugnas, & exactos tyrãnos Denſum humeris bibit aure uulgus. Huius compoſita ſunt adbibo, quod ſignificat iuxtà, ſeu etiam bibo. προσπίνω. Terent. Heaut. Combibo, ſimul bibo. Plaut. Cur. Vnde & combibones dicuntur. Cic. Pæto. Ebibo, extra bibo, exhaurio. ἐκπίνω. Ouid. Ebibe, ſeu ſalibus piperadde tenue cuminũ. Per transl. ebibere ponitur pro conſumere. Idem, Non ego cũ uino ſimul ebibi imperiũ tuum. Præbibo, antè bibo. προπίνω. Hieron. Imbibo, inſumo, intus concipio. Cic. in Ver. Perbibo, multum bibo. διαπίνω. Lactant. lib. 2. Subbibo, parum bibo. ὑποπίνω. Suet. in Nerone. Et hæc omnia habent pen. cor. Inuenitur etiam paſsiuũ huius uerbi bibo in tertia perſona. Iuuenalis, Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Bĭbŭlŭs. a. um. o. ſ. quod facile ſorbet. πότης. Ver. ad Meſſalam, Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo, id eſt ardendo conſumens. Vnde & bibula papyrus, quæ ſorbet atramentũ. Lucan. Conficitur bibula Memphitis charta papyro. Hinc fit meribibulus, de quo alibi. Horat. paſsiue dixit, Potoris bibuli media de nocte Falerni Oderũt porrecta negantẽ pocula.

Bĭceps, pitis. o. t. qui habet duo capita. δικάρηνος. Plin. lib. 10. ca. 62. Serpentes coëunt complexu adeò circumuolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſsit.

Biclĭnĭŭm, nij. n. ſ. (δικλίνιον) locus ubi duo lecti ſunt, ſicut tricliniũ ubi tres. Plaut. Bacch. In biclinio cum amica ſua uterq; cubitũ eatis. Compoſitum à bis & κλίνη Græco.

Bĭcŏlŏr, oris. o. t. adiect. duorũ colorũ. Plin. lib. 10. ca. 52. Intus omne ouum uolucrũ bicolor.

Bĭcornĭs. ne. o. t. quod habet duo cornua, δίκερως: ut Bicorne ferramentum, Colu. Bicornes furcæ, Vergilius.

Bĭcorpŏrĭs. re. o. t. duorum corporum. Cic. 2. Tuſc. Hæc bicorporem affixit manum.

Bĭcŭbĭtālĭs. le. o. t. quod duorum eſt cubitorum: ut, Bicubitalis caulis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Bĭdēntăl, alis. n. t. locus, quò cum aliquod ædificium è cœlo fulminabatur, ſacerdos aduocabatur, qui eo in loco ouem immolatã cõburebat, ibiq; eius reliquias ſepeliebat: ab oue bidente ibi immolata. Horatius, An triſte bidental Mouerit inceſtus: certè furit, ac uelut urſus. Non. Marcel. Bidental dici uult, quòd ibi binæ pecudes mactarentur.

Bĭdēntēs.f. t.quidam intelligũt oues aut beſtias, quæ per ætatem duos dentes altiores habent. μῆλα.Nam Higin.dicit, Quæ bidens hoſtia, oportet dentes habeat octo:ſed ex his duos cæteris altiores,per quos appareat ex minore ætate in maiorem tranſcendiſſe. Alij hoſtias binas:id eſt duos annos habentes,dicunt. Primo dictæ ſunt quaſi biennes & poſtea d & t interpoſitis factum eſt bidentes.Verg.6. Aen.Totidem lectas de more bidentes. Item bidens (σμινύη) inſtrumentum ruſticum foſſorium, quòd duos dentes habeat.Iuue. Vuæ bidentis amans & culti uillicus horti.

Bĭdŭŭm,dui.n.ſ.(δύο ἡμέραι)ſpatiũ duorũ dierum: à quo biduanus.a.um.ut biduanæ induciæ. Terent.Eun. Ego impetrare nequeo hoc abs te biduũ Saltē ut concedas ſolum? Biduo continenti, ſignificatur duobus diebus continentibus. Sue.in Calig. Per hunc pontem ultro commoueauit biduo continenti.

Bĭēnnĭs.nis.o. t. qui eſt duorum annorũ διετής. ſicut triennis,qui trium eſt annorum.

Bĭēnnĭŭm. nij. n. ſ. ſpatium duorum annorum. διετία.Cic.de Amici. Primo Gabinia lege,biennio autem poſt Caſsia.

Bĭfārĭŭm, (διχῶς) aduerb.eſt, quo ſignificatur quòd binis modis,uel quod in duas partes fari poteſt.Cic.3.Tuſc.Bifariã quatuor perturbatiões æqualiter diſtributæ ſunt.nã duæ,&c. Dicimus etiã bifariè,trifariè, multifariè,&c.

Bĭfĕră arbor,quæ bis fert fructus. διφόρον,δικαρπεῖν. Biferæ ficus.Colum.lib.5.ca.10.

Bĭfĭdŭs.a.um.o.ſ.pen.cor.quod in duas partes fiſſum eſt.δίχηλος.Plin.lib.11.cap.37.Lacertis bifida & piloſa lingua.

Bĭfŏrĭs.re. o.t. quod habet duas ianuas. δικλίδας. Biforis cantus. Verg.9.Aen. Vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.Vbi Seruius,Biforem,biſonum,imparem.

Biformatus.a.um.o.ſ.Cic.in Tuſc.Nõ biformato impetu Cẽtaurus ictus corpori infixit meo.

Bĭfrōns, ontis. o.t. qui duas frontes habet dicitur, διμέτωπος. Ianum dicimus bifrontem quòd præterita ſciuerit,& futura præuiderit. Vergil.12. Aen. Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem.

Bĭfūr.is.c.t.plus quàm fur:ſiue bis in furto deprehenſus.

Bĭfūrcātŭs.a.um.o.ſ. & bifurcus,geminas furcas habens. ἀμφίσωρος?

Bĭgæ.f.p.per ſyncopam dictæ ſunt quaſi biiugæ, currus duobus equis uecti, quòd duorum equorum iugo agantur.συνωρὶς,ζεῦγος.Equi uerò biiugi biiuges'ue dicuntur. Verg.5. Aen. Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat. Veteres etiam bigam,ſicut & trigam & quadrigam dixerunt.Suet. in Tib. Vix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Bigas primum iunxere Phrygij.

Bĭgămŭs,mi.m.ſ.(δίγαμος)qui duas uxores duxit:à quo bigamia. γάμος enim nuptiæ dicuntur.

Bĭgātī numi,bigas impreſſas habentes.

Bĭgĕmmĭs uitis,quæ habet duas gẽmas.Col.li.4.

Bĭgĕnĕră,(διγενῆ) animalia,ex diuerſo genere nata, ut leopardus ex leone & panthera, cicur ſus ex apro & ſcrofa domeſtica, mulus ex equa & aſino:ex equo & aſina hinnus.

Bĭiŭgī.m.ſ.(δίζυγοι)equi dicuntur,cum bini ad unum iugum nexi ſunt.Verg.10.Aen.Interea biiugis infert ſe Leucagus albis.

Bĭlānx,cis.f.t. (ζυγός) quod duas habet lances.

Bĭlībrĭs. bre. o.t. duarum librarũ. Mart. lib.11. Nunc ut emam grandem'ue lupum, mullum'ue bilibrem.

Bĭlinguis,is.o.t.(δίγλωττος) qui duas habet linguas,hoc eſt,qui modo unum,modo aliud loquitur: uel qui aliud dicit, & aliud reticet. Verg.1. Aen. Quippe domum timet ambiguam,Tyrioſq; bilingues.

Bĭlis atra,f.t.dicitur humor ſcilicet,qui in folliculo fellis eſt.& pro ſui conditione hominem tranſmutat,& inſaniã facit.μελαγχολία.Plaut. Amph.Delirat uxor,atra bili percita eſt. Eſt & bilis, quam Græci choleram dicunt, commune inteſtinorum uitium.Vide Celſum.

Bĭlĭōſŭs, a. um. o. ſ. qui bile laborat.χολώδης. Corn.Celſus. Aut liuidum,aut bilioſum.

Bĭlix. icis. o. t. adiect. à licium.Vergil.12 Aen. Rumpitq; infixa bilicem Loricam. id eſt, duo licia & fila in ſummitate habentem ad ornatum.

Bĭlūtēs,beſtijs ſimiles:quaſi belluti.Feſtus.

Bĭmărĭtŭs,qui duas uxores habuit.δίγαμος.

Bĭmēmbrĭs,bris.o.t.duarum partiũ,quaſi membrorum.διμελής. Vergil.8. Aen. Tu nubigenas inuicte bimembres.

Bĭmēnsĭs,huius bimenſis. o. t. Liu.Dec.5.lib.1.

Anni

Anni & bimenſis tempus prorogaretur.

Bimeſtris.o.t.duos menſes habens,aut duos annos à luna computatos. δίμηνος.Horat.lib. Carm. Et porco bimeſtri Cum famulis operum ſolutis. Sic trimeſtris, quadrimeſtris, quinquemeſtris. Pli. Caſtrari agnos niſi quinquemeſtres præmaturum exiſtimant.

Bimulus.a.um.o.ſ.(διετής)pen.cor.qui in bimatu eſt:hoc eſt, qui duos annos ætatis habet.

Bimus.a.um.o.ſ.(δίετος)trimus, quadrimus, quimus,(unde bimatus,trimatus,quadrimatus,quimatus.)pro ſpatio duorum,trium,quatuor,aut quinque annorum. Cato de re Ruſt. cap.17.Varro.2.de re Ruſt.ca.5.Vinum anniculum,alterum bimum.Bima ſententia. Cic. ad App.id eſt qua cenſuit ut per duos annos remanerem in prouincia.

Bina.o.ſ.(δισσά)quamuis Seruius doceat de ijs tantū dici,quæ ſunt pluralis numeri:duo,quæ ſunt ſingularis,ut dicamus,binas literas, duas epiſtolas:inuenitur tamen bina iungi cum ijs quæ ſingulariter declinantur.Cic.Venationes binæ,et binos tabellarios dixit.Pli.li.11.Bina genera. Eſt aūt binus.a.um.idē quòd duo. Siſen. Ad binū milliū numerū,ſaucijs utrinque factis.Bini idem,quod barbarè dicunt duo & duo.σύνδυο.Inde fit combino.as.pen.prod.

Binarius numerus.m.ſ.(δυϊκός)numerum aliarum rerum denotat, quæ non nominantur.

Binominus.a.um o.ſ. & binominis,(διώνυμος) dicitur qui geminum habet nomen,ut Julius Cæſar,Numa Pompilius.

Biochreſta,(Βιόχρηστα)o.ſ.id eſt uitæ utilia.

Biothanatus.a.um.o.ſ.(Βιοθάνατος)ex βία uiolentia, & θάνατος mors:id eſt uiolenter mortuus: ut eſt qui ferro,uel alia ui interficitur, & non ſua,id eſt naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit. & mors ipſa biothanata dicitur, quæ per uim infertur. De qua intellexit Verg. cum dixit, Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,Sed miſera ante diem.

Bipalium.lij.n.ſ. inſtrumentum ad fodiendum. Var.Si locus humectus ſit,bipalio uortito.

Biparus.a.um.o.ſ.q uel quæ bis peperit.διτοκός.

Bipartitò,dupliciter,bifariam.Cic.pro Flac.Bipartito claſſis diſtributa fuit:& bipartitus.a.um.& ſic tripartitus,quadripartitus, & quinquepartitus.

Bipedalis,le.o.t.Cic.Sol Epicuro bipedalis uidetur.

Bipatens.entis.o.t.pen.cor.quod ex utraque parte aperitur.δίθυρον.

Bipennis.is.f.t. à penna deriuatur, & ſignificat quod eſt duarum pennarum.Plin.lib.11. Nullis eorum pennæ reuiuiſcunt auulſæ, nullum cui aculeus in aluo bipenne eſt.Verg.adiectiue uſus eſt lib.11.Aen. Ferro ſonat alta bipenni Fraxinus. Per translat.ſignificat quicquid utranque partem acutam habet.unde pro ſecuri ſæpenumero ponitur, πέλεκυς.

Bipertior.iris.d.q. in duas partes diuido.διχάζω.Cic. in Catil.Atque ibi in proximis uillis ita bipertiti fuerunt,ut Tyberis inter eos & pons intereſſet. Hinc aduerbium bipartitò. Cic.2. De Inuent.Nam id fit bipartitò.

Bipes, bipedis, adiect.c.t. quod habet duos pedes, δίπους.Iuue. Atque alium bipedem ſibi quærat aſellum. À quo bipedalis. le.quod habet longitudinem duorum pedum, ut bipedales trabes,Cæſ. Et bipedanus.a.um,Colu.li.1.ca. 2.Frumentis autem ſat erit,ſi æquè bona fuerit bipedana humus. Eſt & bipedaneus. a.um.Colu.li.4.ca.1.Fieri ſcrobes, adiecto dodrante ſuper altitudinem bipedaneam.

Bipinella, le.f.p. herba hortenſis, uulgò dicta, quòd in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat.hanc corrupto uocabulo quidam pimpinellam uocant. Neutrum apud ueteres inuenitur.

Biremes.(διήρεις)f. t.naues quæ habent duorū remorū ordines,quas conſtat Erythræos primos feciſſe: triremes Amocles Corinthius, quadriremes Carthaginenſes,onerariam Hippus Tyrius inuenit.

Birotum.ti.n.ſ. (δίτροχον) genus uehiculi duas rotas habentis.

Bis, aduerb. ſignificat id quod Græcis δίς. Cicero De Amic.Bis unà conſules.Plin.Vt alia quæ bis die pariant. multa habet compoſita, de quibus ſuprà.

Biſellium,ſiue Biſellum, lij.n.ſ. duos tantum capiens in ſella.δίεδρον.

Biſextus.m.ſ.quaſi bis ſextus:quia duobus diebus continuis, ſexto Calendas Martias dicimus,duos uidelicet dies pro uno cōputantes. Eſt aūt biſextus,per quatuor annos unus dies adiectus.ἐμβόλιμος. Creſcit enim per ſingulos annos

annos quarta pars aſsis, at ubi quarto anno aſſem cõpleuerit, biſextũ unũ facit. Nam Caius Cæſar ne quadrãs deeſſet, ſtatuit ut quarto quoq; anno ſacerdotes diem unũ intercalarent, eumq; biſextũ uocarent. Vide Alciatum

Biſōn. onis. m. t. βίσων. animal deforme prolixitate iubarũ, & reliquo corpore, ſed ferum, cerui figura, media fronte inter aures unum cornu habens. Mart. Illi ceſsit atrox bubalus (atq; biſon.

Biſulcus. ca. cum. o. ſ. qui ungulas non ſolidas habet, ſed ſciſſas. δίχηλος. Item quicquid in duas acies ſciſſum eſt, biſulcum dicitur, Plin. li. 10. Solidi pedes, & biſulci ſues, omni cibatu et radicib. aluntur. Et biſulcus porcus, cum in ceruice ſetas diuidit.

Bithymum mel. quære in dictione Thymum.

Bitumen. minis. n. t. pen. pro. genus cretæ, quod ſi quando accenditur extingui non poteſt, & de natura ſulphuris eſt. ἄσφαλτος. Dicitur fieri ex fulmine, unde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus abundat, adeò ut inde fabricaſſe muros Semiramis dicatur. Hoc & aſphaltus dicitur, à lacu apud Iudæam, qui bitumen egerit, & idcirco etiam Aſphaltites, (ἀσφαλτίτης) nominatur. Liquor, eſt acer natura ſua, & ſparſo aceto concreſcit, filo mulieris menſtruo infecto reſoluitur. Vide Aſphaltus in Propr. Verg. Georg. 3. Nigrumq; bitumen.

Bitumino. as. act. p. bitumine linio. ἀσφαλτόω. Vnde aqua bituminata cui admiſtum eſt bitumen, uel quæ per uenas terræ bituminoſas tranſit. Plin. lib. 31. cap. 6.

Biuitas, atis. f. t. pen. prod. uidua, quòd duas habuit uitas, alterã coniugalem, cœlibem alterã. Varro: Ad biuitatem (aliàs biuitum) uenio.

Biuium, uij. n. ſ. (ἄμφοδος) quod duas uias habet, ſicut triuium, quadriuium. Verg. 9. Aen. „ Locum inſidijs cõſpeximus ipſi, Qui patet in „ biuio portæ, quæ proxima ponto.

Biumbres, populi ſunt quicunq; inter Tropicos habitant ad meridiem, Stra. lib. 2.

B ANTE L.

Blæſus. a. um. o. ſ. qui in ſermone tardus eſt (à blatero fit) uel qui in pronunciatione aliquam excludit literam titubans, quo uitio maxime laborant paralytici. Græce τραυλοί, βλαισοί. Martial. libro 5. Et nomen blæſo garriat ore meum.

Blanchnon, (βλάχνον) filicis genus.

Blandicus. a. um. o. ſ. pen. cor. qui blanditur. κολακικός, θελκτήριος, ἄρεσκος. à quo blandiculus & blandicellus diminutiua. unde blandicella uerba legimus.

Blandidicus. a. um. o. ſ. qui blande loquitur. χρηστολόγος. Plau. Nũc mihi blandidicus es, heri in tergo meo treis facile corios cõtriuiſti bubu (los

Blandifico. as. act. p. blandũ facio. ἡμερόω.

Blandi. i. d. q. eſt blãditias dicere, adulari, aſſentari, σαίνω, ἀρεσκεύομαι, κολακεύομαι: & pertinet ad omnes ſenſus, & nõnunquam ad animum. Val. lib. 5. cap. 69. Quint. Blandiar pauliſper calamitatibus meis. Huius compoſitum eſt eblandior. Col. lib. 9. Hinc blandè, blandiloquentia, & blandimentũ, de quib. Cic. multa.

Blanditia. æ. f. p. & blanditiæ. arum. adulatio, popularitas. κολακεία. Plaut. in Bacch. Viſcus merus ueſtra eſt blanditia.

Blandus. a. um. o. ſ. placidus & comis in ſermone & hilaris. Teren. & Hecy.

Blapſigonia. æ. f. p. pen. cor. quaſi prolis detrimentum. γόνος enim fœtus, cum apes morbo, ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. Idem clerus dicitur Plinio lib. 11. cap. 19.

Blaſphemia. iæ. f. p. (βλασφημία) maledicentia.

Blaſphemo. as. a. p. (βλασφημῶ) pen. prod. ſignificat execror, maledico, & uerbis calumniam infero, ac dignitati honoriq; alterius derogo.

Blatio. tis. & Blatero. as. (στωμύλω, ψιθυρίζομαι) ueteres dicebant pro incondite & inaniter loqui, ut ſunt qui extra propoſitum loquuntur, uel uerba immoderata emittũt: & quorum lingua (ut ait Gell. lib. 1. cap. 15.) tam prodiga infrenisq; ſit, ut fluat ſemper & æſtuet colluuione uerborum teterrima. Hoc hominum genus locutuleios, & blaterones & linguaces Latini dixerũt. Plau. Vbi tu es, quæ blaterauiſti iam uicinis omnibus, me meæ filiæ daturũ dotem? Sunt autem factitia uerba, à camelorum uoce tracta, qui cũ uocẽ edunt, blaterare dicuntur. Quidam à Græco βλὰξ ſcribendũ cũ ct. exiſtimant, ut Ouid. De phil. produxit, Blacterat hinc aries, & pia balat ouis. Horat. in Ser. ſine c, & prima correpta, Audit cum magno blateras clamore furiſq;.

Blatta

Blăttă,tæ.f.p.uermis quia aluearia lædit,σίλφη. à βλάπτω.noceo.Columel.lib. 10. appellat lucifugas blattas.Martial.tamen poſuit pro uerme libros & ueſtes rodente: ut, Conſtrictos niſi das mihi libellos, Admittam tineas,trucesq́ue blattas. Blatta etiam ponitur pro purpura.Sidon. Panegy. Pontus caſtorea, blattam Tyrus,æra Corinthus. Blattam recentiores ſcriptores uermiculum bombycem intellexerunt,cuius textu ueſtes ſericæ conficerentur.unde blattea ueſtis,& blatteum paludamentum apud Lamprid. Capitolinumq́ue, pro ſerica & pretioſa:uel(ut Paul.Aeg.)pro purpura: quoniam Indicum conchylium uulgò blatta dicitur.Vide Blatteus.

Blăttārĭă,riæ.f.p.herba eſt,quam & uerbaſcon uocant, folijs minus candidis, cauliculis pluribus,flore luteo.hæc abiecta blattas in ſe contrahit.Plin.lib.25.cap.9.

Blăttĕŭs,a.um. o.ſ. accipitur pro purpureo,ut à Caſsiod. Euero.Nero inuſitata luxuria fuit,ut qui exemplo Caligulæ,frigidis & calidis lauaretur unguentis, hamis aureis argenteisq́ue piſcaretur, quæ blatteis funib. extrahebantur, id eſt,ut Suetonius & Oroſius interpretantur,purpureis.

Blāx,acis.c.t.(βλὰξ)ſtolidus,mollis,delicatus, laſciuus, qui neſcit res diſcernere, & qui ſe inaniter iactat.

Blĕnnŏs,m.ſ.ſtultos eſſe Plaut.Bacch.indicat, qui ait,Stulti,ſtolidi,fatui,fungi,bardi,blenni,buccones.Feſtus.

Blĕphăro,onis.c.t. (βλεφαρώδης) dicitur ſuperciliosus homo, qui habet ſupercilia magna. Plaut. Amph. Raptant pro mœchis, Blepharo captus arbiter.

Blettes, ſpecies calciamenti,dicta quòd pedes offendat.

Blĕtră,n.ſ. (βλῆτρα) appellare ſo lent Græci offendentia,præſertim pedes.

Blĭtŭs,(βλίτον καὶ βλῆτον)duplicato tt ſcribitur. Herba ſatiua,beta iners,ac ſine ſapore. Plin.lib.20.ca.22.Blitteus.a.um,quod eſt inutile ac nullius pretij. Plautus,Blittea meretrix.à βλὰξ:id eſt ſtupida.

B ANTE O.

Bŏă,& Bŏŭă,æ.f.p.utroq́ue modo dicitur, ſerpentis genus: uel quòd primo bubuli lactis ſucco alatur:uel quòd inſtar bouis turgeat,ſeu à uoce bouis. Vaſtat autem omnes regiones in quibus habitat,in cuius utero tempore Claudij imperatoris integer infans inuentus eſt,cum eſſet occiſa. Eſt etiam boua morbi genus,cum corpora papularum multitudine rubent, ad ſimilitudinem eorum qui boa ſerpente icti turgeſcunt.Vel à fimo bubulo,cuius litu maximè tollitur. Plin.lib.26.ca. 11. Ebuli folia contrita,& è ueteri uino impoſita,boam ſanant. id eſt rubentes papulas.

Bŏālĭă,orum.n.ſ.(βοφόνια apud antiquos Atticos) quæ & bubetiæ dicuntur ludi boum gratia inſtituti.Vide Bubetiæ.

Bŏārĭă, lappa, herba nota, cuius radix è uino potata,articulis mirificè prodeſt.

Bōcās,(βόακ,βόκας nonnulli, Ariſtot.βοάκας,) inquit Feſtus,genus piſcis,à boando ſic dictus.

Bŏdĕllĭŭm,lij.n.ſ.genus gummi odoratū, quod arbor in Bactriana regione producit. Bdellium melius dicetur.

Bŏĭæ,f. p. genus uinculorum tam ligneorum quàm ferreorum, ſeu torquis damnatorum, quòd quaſi iugum in boue ſit. Græcè πέδαι. Plaut. Aſin.Carceres, numellas, pedicas,boias,tortoresq́ue acerrimos.

Bōlă,gemma quæ inuenitur glebæ ſimilitudine.

Bōlēnĭă,niæ.f.p.gemma quæ Nimbo inuenitur glebæ ſimilitudine.Plin.lib.37.cap.10.

Bōlētŭs,ti.m.ſ. (βωλίτης, Aegineta) genus fungi, inter omnes optimi, de quo abunde Plin. lib.22.cap.22.Iuuenal.Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,Boletus domino,ſed qualem Claudius edit.

Bŏlĭs.idis.f.t.(βολὶς,& καταπειρατηρία) dici poteſt iaculum, παρὰ τὸ βάλλω.ad cuius ſimilitudinem faces quædam igneæ bolides uocantur. Plin.lib.2.cap.26.Diſtant quod faces ueſtigia longa faciunt, priore ardente parte:bolis uerò perpetua ardens longiorē trahit limitem.

Bōlŭs,(βῶλος)pen.prod.cuiuſq́ue rei fruſtū.unde bolum terræ glebam dicimus: bolum argenti,maſſam argenteam.Teren.Heaut.Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubitò è faucibus.Quod dici ſolet, inquit Eraſ.in Chilia. quoties commoditas, quæ iam propemodum tenebatur,inopinatò præripitur.Bolus autem pen breui,quo utūtur aleatores & piſcatores iactū ſignificat Plau.Rud.O Neptune lepide

ſalue. Nec te aleator ullus eſt ſapientior: profecto Nimis lepide iecisti bolum, periurum, ſubaudi lenonem dignum perditione, naufragio perdidiſti.

Bŏmbĭtātĭo, onis. f. t. ſonus apum.

Bŏmbŭs, bi. m. ſ. (βόμβος) ſonus, qui etiã apum eſt, tubarum raucus, nec ualde acutus, tractus ab ipſo ſonitu. Perſius, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Bŏmbȳcĭnŭs. ni. m. ſ. (βομβύκινος) & Bombycinũ. n. pen. cor. pro ueſte ex ſerico cõfecta: ſeu pro panniculo rubedine infecto, & mulierum genas tingente. Mart. Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus, Calculus in nitida ſic numeratur aqua.

Bŏmbȳx, (βόμβυξ, βομβύλιος Ariſtot.) per y, uermis in primo uerruca eſt, & apud Indiã, Aethiopiã & Seres, in aranearũ morem tenuiſſima fila ducit ad ueſtem faciendã luxumq́ fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primum Bombylius, deinde Necydalus, demum Bombyx appellatur. De quo uide Ariſtot. & Plin. & ſuprà Bambylius. Rurſus bombyx, frutex bombacij eſt.

Bŏmŏlŏchŭs, chi. m. ſ. (βωμολόχος) pen. cor. dictus eſt apud Græcos, qui facilis atq; idem humilis omnia lucri gratia perfert iocando, cauillandoq́: & apud nos ſcurra appellatur, qui ut ſumptuoſioribus cœnis interſit, à nullo ſcurrilitatis genere ſe continet. Sed propriè puer qui altari inſidiatur, ut furetur cãdelas. nam βωμὸς ara, & λοχάω inſidior, deliteſco.

Bŏnă caduca, facultates quæ hæredem non habent, uel nullam firmitatẽ, & res damnatorũ.

Bonæ fidei poſſeſſor, (κατ' ἐπιεικὲς ἐξ ἰδικῆς) eſſe uidetur, qui rem poſsidet non ſuam, quam tamen ſuam eſſe putat: & eum qui uendidit, ius uendendi habuiſſe, puta procuratorẽ aut tutorem. Contrà uero, malæ fidei poſſeſſorem dicimus, qui nec rem ſuã poſsidet, & eam ſcit ſuam non eſſe. Bona fides, ἐπιείκεια, χρηστότης: & bona fide, ἀπροφασίστως.

Bonæ frugi hominem dicimus (χρηστὸν) utilem & bonum cum laude. Apul. lib. 4. Statui iam dolis abiectis aſinum me bonæ frugi dominis exhibere. Redire ad bonam frugem: id eſt ad bonos mores probitatemq́. (uenientia.

Bona hæreditaria, (κλῆρος) ex patrimonio pro-

Bona natio, dicitur prouentus, præſertim in pecoribus.

Bŏnărĭăm, ſ. p. (Cæſar μαλακίαν, Malacion) maris tranquillitatem uulgus mali ominis uitandi gratia nominat, cũ fluctus omnes quieſcũt.

Bŏnăsŭs. (βόνασος) pen. prod. fera eſt, quæ ut ſcribit Ariſtot. in monte Meſapo inuenitur, & à Pæonibus Monapon uocatur. Habet caput taurinum, corpus uerò & iubas ſicut equus, latiore tamen corpore eſt quàm bos, ſed pilo molliore quàm iuba equina, & compoſitiore. color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos uſq; demiſſa: cornua adunca multo flexu in ſe recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari, uocem ſimilem boui emittit, caret ſuperiore dentium ordine, crura hirſuta & biſulca.

Bŏnă uenia, (ἐπιεικῶς) dicimus quod eſt ſine ira, ſine diſcordia. Terent. Phor. Abs te bona uenia peto.

Bŏnĭ conſulat, (ἀγαπησάτω) hoc eſt bene ſtatuat, in bonam partem, ut aiunt, accipiat.

Bŏnĭtās, atis. f. t. (ἀγαθότης) capitur pro uirtute & honeſtate atque iuſtitia. Cic. lib. Off. Cum enim fidem aliqui bonitatemq́ laudant. Huic contraria eſt malitia. Frequentius tamen bonitas pro benignitate & quadã ingenij ſimplicitate ponitur. Pli. Bonitas & ſimplicitas uxoris. Eſt & alia bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura proueniens. Cic. Quæ & bonitate naturæ multi aſſequuntur. id eſt excellentia & dote naturæ. Huic contraria eſt malitia.

Bŏnŭm, ni. n. ſ. (ἀγαθόν) dicitur id quod omnia appetunt, & opponitur malo. Vnde Speuſippus, Bonũ eſt ſui ipſius gratia expetendũ. Bonum dupliciter dicitur. nã & id quod eſt uerè bonum, & id quod ſolum bonũ apparet, illud ſimpliciter dicitur bonum quod ſtudioſo uidetur bonũ. Ariſt. 1. & 3. Ethic. Bonum etiam dicitur, quod honeſta pariter & utilia complectitur, ut bonũ animi, bonũ corporis, bonum fortunæ. unde bona dicuntur rerum ſubiecta, quod ſint utilia. De his Vlpian. ſic ſcribit, Bona autẽ (ut plerunq; ſolemus dicere) ita accipienda ſunt, uniuerſitatis cuiuſq; ſucceſſionẽ, qua ſucceditur in ius mortui, ſuſcipiturq́ eius rei commodũ & incommodũ. Nam ſiue ſoluendo ſunt bona, ſiue nõ: ſiue damnũ habent,

ſine

ſiue lucrũ: ſiue in corporib. ſunt, ſiue in actionibus, in hoc loco propriè bona appellabuntur. Et bonum dicitur, quod exequitur officicium ſuum. Hinc ſi uirum bonũ dicimus, intelligimus probũ: ſi bonum militem, fortem: ſi bonũ imperatorem, prudentem: ſi bonũ grammaticum, literatũ: ſi bonum oratorem, facundum: ſi bonũ iudicem, iuſtum. Aliquando bonum ſumitur pro bonitate. Nam cũ dicimus de æquo & bono, nõ de ſummo iure, ſed de bona æquitate loquimur. Aliquãdo pro magno. Sall. Bona pars militũ inde diſceſſerat. Aliquando pro nõ uili. Teren. Phor. Illam ciuem eſſe Atticã bonam, bonis prognatã. Aliquando pro utili, ut bonum eſt pecuniæ parcere. Item pro otio & quiete, ſicut malum pro labore. Seneca, Delicatus, & bono ſemper aſſuetus. Item pro miti & fauente. Statius, Tu corda parumper Huc aduerte libens, atq; has bonus accipe uocem. Item pro pulchro. Teren. Et forma fortaſſe bona. Itẽ pro apto & idoneo. Ver. Et bona bello Cornus. Item pro docto. Hor. Quandoq; bonus dormitat Homer.

Bonum ſerũ, ſalutãtes dicere poſſumus. Si quis eũt bonũ ſerò dicat, ut uulgus ignarũ ſolet, execratio nõ ſalutatio eſt: id eſt tarde eueniat (bonũ.

Bŏnŭs, na. num. o. ſ. (ἐπιεικὴς) dicitur humanus, beneuolus, tranquillus, liberalis, ſimplex, apertus, comis, facilis, ſuauis, tractabilis, indulgens, & huiuſmodi. Verg. Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. id eſt liberalis.

Bŏo. as. & Boo. is. n. p. mugio, clamo: à βοάω, uel à boũ mugitibus. Plau. Amph. Tela frangunt, boat cælũ fremitu uirũ. Hinc reboo. as.

Bŏrĕŭs, rei. m. ſ. (βόρεος) unus ex piſcibus cœleſtib. inter æquinoctialem & æſtiuum circulũ, ſub Andromedes brachio collocatus, et arcticũ polum ſpectans cõſtituitur. Boreus polus, (arcticus.

Bŏriæ, iaſpides, eò quòd cælo autumnali matutino ſimiles ſint. Pli. li. 37. ca. 11.

Borſyrites, oliuæ ſpecies omnino ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus. Eſt & gemmæ ſpecies. Malim boſtrychites, ut infrà.

Borith. ſ. indecl. herba fullonũ, quæ iuxta ritum prouinciæ Paleſtinæ in uirentibus & humectis naſcitur locis, & ad lauandas ſordes eandem uim habet quam nitrum.

Bōs, uis. c. t. datiui & ablat. plur. bobus per ſyncopam faciunt: & more ueterum bubus. Verg. Ge. 3. Optima toruæ Forma bouis. Col. lib. 2. Nihil dubium quin equis melius quàm bubus res conficiatur. Hinc ſiunt adiectiua, bouinus. a. um. Cuius diminutiuum eſt bouillus, & Boarius. a. um. unde forum boariũ, ubi uendebantur boues. βοῦς ἀπὸ τοῦ βόσκω, quod eſt paſco, quòd homines paſcat laboribus ſuis. Inde Latini iuuencos dixere, non quòd paſcerent, ſed homines iuuarent.

Bōſtăr, aris. n. t. locus ubi boues ſtare conſueue(runt.

Bŏſtrȳchītēs, (βοστρυχίτης) gemma crinibus mulierum ſimilis. Plinius lib. 37. ca. 10. Supra ſcribitur Borſyrites.

Bŏſtrȳx, & Bŏſtrȳchŭs, chi. m. ſ. (βόστρυχος) dicitur capillus & cæſaries. Firm. lib. 3. Venus crĩſpos crinium facit boſtrychis comatos. id eſt capillis muliebribus cæſariatos.

Botrypes, dis. m. t. gemma in qua nigredo ſanguineis & albis nodis alligata eſt. Plin. lib. 37. cap. 10. aliàs boryptes.

Botrȳs, (βότρυς & βοτρύων, ἀπὸ τοῦ βοῦ τοῦ καθοῦ. Moſchop.) dici poteſt racemus integer uuæ. (eſt.

Botrȳtēs, (βοτρύτης) gẽma quæ nigræ uuæ ſimilis

Bŏtŭlŭs, li. m. ſ. ſiue botellus farciminis genus, ex carne ſuilla: à botis, id eſt fruſtulis carnis, ut quidam putant, appellatus.

Bŏtȳllŭs, li. m ſ. diminutiuum, paruus botrus.

Bŏuātim, aduerb. ad ſimilitudinem bouis.

Bŏuicīdă, dæ. c. p. (βουφόνος) qui bouem cædit, à quo Bouicidium.

Bŏuīliă, n. t. dicuntur loca in quibus boues morantur, ſicut ouilia in quibus oues. Coll. lib. 2. Duplicia bouilia ſint, hyberna atq; æſtiua. Eadem quoq; bubilia dicuntur.

Bŏuīllŭs. a. um. o. ſ. idem eſt quod bouinus, licet ſit dimi. Pli. Bouillæ carnis iure facile curatur

Bŏuīnŏr. aris. d. p. pen. prod. conuitior, & quaſi in aliquem mugio. Vnde bouinatores dicti ſunt, quos deriſores dicimus: & bouinatio, conuitium. Lucan. Hic ſtrigoſus bouinatorq; ore improbus duro.

B ANTE R.

BRăbeutæ, m. p. (βραβευταὶ) & à Græcis dicuntur iudices ſpectaculorũ, qui uictoribus in certamine exhibẽt præmiũ et coronas. Qui uero præfectus eſt certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Suet. Ner. Nec aliter certamina

gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm Bra beutarum more in ſtadio humi aſsidens.

Brăchæ,f. p.(πειοσκίλη, ἀναξυρίδες) à quibuſdam accipiuntur ueſtes fluxæ, intonſæq; ac uarij coloris, quibus utebantur frigidioris plagæ gentes, ut inquit Diod. lib. 6. & à quibus Brachata Gallia uocata eſt, quoniam Galli ueſtes ferunt intonſas, & uarij coloris. Brachis uſos fuiſſe Scythas docet Ouidius ſcribens, Pellibus & laxis arcēt mala frigòra brachis. Pom. Mela, Brachati ſunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & niſi quà uident etiam ora ueſtiti. Hieron. ad Fabiolam pro feminalibus accipit, quibus pudibunda uelantur, ſicut uulgariter appellari ſolent: conſcribensq; ipſarum bracharum formam, quos uſus in tegendo corpori præſtent, docet. Vocatur hoc genus ueſtimenti à noſtris feminale uel femorale. Item ſubligar, ſeu ſubligaculum campeſtre, ſuccinctorium, & περίζωμα.

Brăchārĭi, orum. m. ſ. bracharum ueſtium confectores ſcribit Lampridius.

Brăchātŭs, a. um. o. ſ. bracha indutus. Cicero pro Font. Brachatoſq; uerſari animo.

Brăchĭālĕ, n. t. (καρπὸς, Theod.) dicitur nodus quo manus cum brachio iungitur, coarctaturq;. Vel ſic, Brachialia (περιβραχιόνια) brachiorum ornamenta & tegumenta, ſicut uentralia uentris, frontalia frontis, tibialia tibiarum. Plin. lib. 18.

Brăchĭātŭs. ta. tum. o. ſ. quod eſt ad brachij menſuram factum, & ad uites præcipuè pertinet. Columella lib. 6. Alij capitatas uineas, alij brachiatas magis probant.

Brăchĭōnĭſtēr. eris. (βραχιονιστὴρ) dici poteſt armilla.

Brăchĭŭm, chij. n. ſ. (βραχίων. ον⁀ος) aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Verg. lib. 5. Et euinctis attollit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitum: Ouidius li. 1. Meta. Laudat digitoſq; manuſq; Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos. Dicitur quandoq; tamen brachium de mari, mōtibus, & arboribus. Potentiā quoq; ſignificat, id quod frequens eſt ſacris literis.

Brăchўcătālēctŏn, (βραχυκατάληκτον) breuis terminatio uerſus, cui deſunt in fine ſyllabæ. Nā in eo ut perfectius ſit, deeſt integer pes.

Brăchўlŏgĭă, æ. ſ. p. (βραχυλογία) breuiloquium.

Brāctēă, æ. f. p. & Lamina, (ut ſcribit Vall. lib. 4. cap. 57.) ſic differunt, quòd lamina craſsior eſt, ex qua armatura conficitur, & qua incenſa olim homines torquebantur. poteſt eſſe ferrea, ærea, & argentea, electrea, aurichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea, ſiue ex alia materia. bractea tenuis magis eſt, & ſua ſponte plicabilis, quæ crepitat. Verg. lib. 6. Ilice ſic leni crepitabat bractea uento. Hieron. ad Fabiolam oſtendit bracteam & laminam idem eſſe, cū inquit, Auri laminæ, id eſt bracteæ mira tenuitate tunduntur. ἀπὸ τ̃ βραχεῖν. id eſt à reſonando.

Brāctĕārĭŭs, rij. m. ſ. qui bracteas facit, cuius ars, bractearia: & bracteatum, (ἐλατὸν) quod bracteis tegitur.

Brāctĕātŏr, oris. m. t. idē quod brac̄tearius. Firmi.

Brāctĕŏlă, dimin. foliculum auri, alij ue metalli.

Brānchĭæ, f. p. (βράγχια) dicuntur in piſcibus ſecundum ceruicem follium more biantes partes, quibus anhelitum reddere ac per uices recipere exiſtimantur. Plin. lib. 9. ca. 18. Branchiæ non ſunt balænis, nec delphinis.

Brānchŭs, chi. m. ſ. morbi genus, cum catarrho guttur & arteria corripitur: & ob id arteriacum quoq; dicitur.

Brāſsĭcă, cæ. f. p. (κράμβη) pen. cor. uulgò caulis dicitur: quaſi præſeca inquit Varr. à præſecando, quia ex eius ſcapo minutatim præſecatur. Cato de re Ruſt. ca. 156. & 157. braſsicarū tria facit genera: Vnū extenſis folijs, caule magno: alterū criſpo folio, tertiū minutis caulib.

Brăuĭŭm, uij. n. ſ. pen. longa, (βραβεῖον) præmiū.

Brĕphotrŏphĭă, æ. f. p. (βρεφοτροφεῖα) Latinè paruulorū hoſpitalia, in quib. infantes expoſititij aluntur. à βρέφος infans, & τροφὴ educatio.

Brĕuĭs, hic & hæc, & hoc breue. o. t. (βραχὺς) dicitur quod opponitur longo: à quo breui aduerbium, & ſignificat paucis uerbis, ſiue breuiter. Cic. in Verr. Breui poſtea mortuus eſt. Idem ad Teren. Etiam illud uerendum eſt, ne breui tempore fames in urbe ſit. Sed Gel. li. 15. ca. 17. Fuit autem Aeſchylus non breui antiquior Euripide, hoc eſt haud ita longo tempore ante Euripidem. Hinc etiam deducuntur breuio. as. are. (βραχύνω.) & breuiloquens, (βραχυλόγος) qui aliquid paucis ſcribit, aut dicit. Et breuiloquentia ſiue breuiloquiū, (βραχυλογία.) Item breuitas. atis. Cic. Off. li. 1. Breuitatis.

uitatis cauſa uno exemplo contenti erimus. Dicitur & breue Apoſtolicum, & breue Cæſareum pro breui aliquo diplomate.

Brĕuiă.orum.n.t.uadoſa,per quæ poſſumus uadere.Verg.Aen.1. In breuia & Syrtes urget. Et lib.10.Et breuibus ſe cæteris ſaltu.

Brĕuiāriŭm,rij.n.ſ.(βραχύτης)compendiũ,ſummarium. Plin.libro 18.Verum ut pariter omnis culturæ breuiarum peragatur. κεφάλαιον, διάγραμμα.Sueton. in Aug. Fecit & breuiarium totius imperij.

Briărŏs,ri.m.ſ. (βριαρός) Latinè fortis dicitur.

Britānnĕŭm, nei. n.ſ. deambulatorium marmoratum.

Brocon, arbor eſt nigra magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Hanc malachram nonnulli uocant.

Brŏmŏs, ſemen eſt herbæ ferentis ſpicam,naſcitur inter uitia ſegetis auenæ græcæ: genere, & folio, & ſtipula triticum imitatur, in cacuminibus dependentes paruulas uelut locuſtas habet. Plinius lib.22.cap.25.

Brŏnchŭs,chi.m.ſ. (βρόγχος) interior pars gutturis.

Brŏnci,m.ſ. (ut Non. ſcribit) qui et labeones, dicuntur qui producto ore, & dentibus prominentibus ſunt. Lucil.in Saty. Broncus nouit Lanius dente eminulo. Varro de re Ruſt. lib.1. non broncos ſed brochos canes uocat. Hinc Brochitas. Plin.lib.11. Senectus in equis intelligitur dentium brochitate.

Brŏnchŏcēlă, læ. f.p. (βρογχοκήλη) tumor magnus & rotundus in ceruice inter cutem & aſperam arteriam, qua modo caro hebes, modo humor aliquis includitur, interdum etiam minutis oſsibus pili immixti.

Brūchŭs,chi. m.ſ. (βροῦχος, à βρύκω, comedo, rodo, uel ἀττέλαβος, genus uermis uolucris, à locuſtarum genere non diſsimile, herbas erodens, ſine alis tamen.

Brūmă,mæ.f.p.(χειμερινὴ τροπή)dicitur quamdiu diminuitur dies, quæ finitur 18. Calend. Ian. quo fit in Capricorno hyemale ſolſtitium: & ponitur quandoq; pro menſe Decembri, & quandoq; pro hyeme. Verg. 2. Geor. Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat. Inde brumalis & brumale tempus.

Brūmāliă, feſta à Baccho Brumo cognominata (ſunt.

Brūpĕo, es. n ſ. (καταπλήττομαι) ueteres dixere pro ſtupeo. à quo Obrupeo, pro obſtupeo.

Brŭſcŭm,ſci.n.ſ.eſt arborum intortura,ſiue tuber: & eſt præcipuum ex buxo,item ex acere. Vide Plin.lib.16.cap.16.

Brūtiānæ parmæ, ſcuta ſunt quibus Brutij utebantur.

Brūtŭs.a.um.o.ſ. dicitur ſtupidus, grauis, tardus, hebes, inſenſatus, ἀναίσθητος, cui ſapiens opponitur. Cipr. ad Demetr. Nullus effectus offert lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto, cum nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. Horat.lib.Carm.dixit bruta tellus, pro graui & tarda, quod terræ perpetuũ eſt. Inde bruta animalia pro tardis & irrationalibus.

Bryă, bryæ, f.p. fruticis ſpecies, gallæ ſimilem fructum ferens. Plinius.lib.13.cap.21.

Bryŏn, herba marina, lactucæ folijs ſimilis, rugoſa ueluti contracta, ſine caule, ab ima radice exeuntibus folijs. naſcitur in ſcopulis maximè, teſtiſq; terra comprehenſis. Plin.lib.27. cap.8. & lib.24. cap.6. & lib.13.cap.1. Eſt & bryon thalaſsion, hoc eſt muſcus marinus, qui in lapidib. & piſcium teſtis mari uicinis naſcitur.

Bryonia,niæ.f.p.(βρυωνία) uitis genus quam nonnulli ampelomelænam dicunt. Colu mel. Achradas indomitaſq; bryonias alligat ulmos. Vulgò hunds kurbs.

Brўſſo, as. act. p. foras exprimo. Vnde Bryſeus dictus eſt Bacchus. Et Briſſam uuam, (βρύσσεται) tunc dicimus cum pedibus ad exprimendum uinum calcatur.

B ANTE V.

BV, (βοῦ) particulam ſolebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine ſcilicet bouis. Hinc bupædas, magnos pueros: bupodas, magnos pedes: bulimiam, magnam famem dixere.

Bŭă, æ.f.p.(βρῦν, Ariſtoph.) puerorum infantiũ potio eſt. Varro, Cum cibum ac potionem papas & buas uocent, & matrem mammam, & patrem tatam.

Bŭbălŭs,li.c.ſ.(βούβαλις)pen.cor. ſicut camelus (unde fœta camelus, & fœta bubalus dicitur.) animal eſt, ſimile boui: uel ſylueſtris bos colore niger, fortiſsimis crurib. & breuibus reſpectu ſui corporis, cornua habet lõga et uallicoſa nigraq; parui pili & paruæ caudæ. Præ

terea eſt magnæ uelocitatis, ex Hercinia ſylua mittitur, inquit Plinius libro 11. Martial. Illi ceſsit atrox bubalus atq; biſon. Hinc bubalinus. a. um.

Bŭbĕtĭæ, arum. f. p. (Βοφόνια τά) ſiue bubetij ludi quos ueteres à bobus pecoreq; appellauerunt, boum gratia inſtituti. Appellantur & boalia. in eo enim feſto ſolennis boum & taurorũ uenatio fieri ſolebat, quemadmodũ nunc quoq; Venetijs, & ferè per totam Italiam fieri ſolet eo die qui quadrageſimæ proximus eſt.

Bŭbĕtĭi, orum. m. ſ. qui ludos celebrant.

Bŭbĭno. as. n. p. pen. prod. menſtruo mulierũ ſanguine inquinor. cuius compoſitum eſt imbubino. Lucil. Imbubinat, at contrà te imbulbitat.

Bubo. onis. d. t. ſecũdum Priſc. à bouis quoq; mugitu dicta eſt, auis feralis, debilis ad uolandum in cauernis commorans. βύας. Ouidius lib. 8. Metamor. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Verg. lib. 4. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Bubones, (βουβών) etiam abſceſſus ſunt circa inguen maximè, à quo & nomen uitio. nam & inguina ipſa Græci bubones uocant. Vnde &

Bŭbōnŏcēlē. les. f. t. (βουβωνοκήλη) morbus, quando inteſtinum uſq; ad inguen duntaxat erupeerit aut decubuerit.

Bŭbſĕquă, æ. m. p. pen. cor. bubulcus qui boues ſequitur. βουκόλος. Sidon. ad Eutr. Si relinquare inter bubſequas ruſticanos ſubulcosq; run (cantes.

Bŭbŭlcito. as. n. p. pen. cor. bubulci officium facio. βουκολῶ. Plau. Decet me amare, & te bubulcitarier.

Bŭbŭlcŭs, ci. m. ſ. qui bobus arat, ſiue qui boues aratorios paſcit. βουκόλος. Ci. de Nat. Somnio cõmotum, mane bubulco præſtò ad portã fuiſſe.

Bŭbīlĕ. lis. n. t. pen. prod. locus ubi boues morantur. βουστάσιον. Col. lib. 1. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, uel minime nouem: Hoc idem dicitur bouile.

Bŭbŭlŭs. a. um. o. ſ. à boue fit, idem eſt quod bouinus, & bouillus. βόειος. unde lac bubulum, ex quo nomen eſt butyro. Plin. Stomachum exulceratum lactis aſinini ac bubuli potus reficit. Coll. Defricari bubula urina conuenit.

Būcārdĭă, æ. f. p. (βουκαρδία) lapillus bubulo cordi ſimilis, in Babylone tantum naſcens. Plinius lib. 37. cap. 10.

Bŭccă, cæ. f. p. eſt os, id eſt ipſa concauitas interior intra malas faciei à mento ad oculos, quæ ſpiritu à pulmone reuocato & oppreſsis labijs retento inflatur, non ora labiorum. γνάθος, γνάθος Horat. lib. 1. Ser. Quid cauſſæ merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet? Plaut. in Truc. pro maxillis exterioribus poſuit: Quæ iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes. id eſt utrunq; latus oris. Buccas inflare eſt, τὰς γνάθους φυσᾶν, cum aliquem, quicquid in buccam uenerit, ſcribere aut loqui dicimus, pro eo quod eſt, quicquid in mentem uenerit fortè fortuna. &c. Cic. ad Att. Si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit ſcribito. Item bucca tuba dicitur. Iuue. Et Phrygia ueſtitur bucca tiara.

Bŭccĕă, ceæ. f. p. à bucca fit pro ore, & ſignificat fruſtulũ alicuius rei eſui aptæ, quantũ ſcilicet bucca commode capit: uulgò bolus dicitur. ἔνθεσις, ψωμός, βλωμός. Aug. Caſ. ad Tyber. Duas bucceas mãducaui priuſquã ungi inciperẽ. Mart. buccas dixit pro bucceas uel buccellas.

Bŭccēllă, læ. f. p. (ψώμιον) diminut. à buccea.

Bŭccēllārĭŭs, rij. m. ſ. Suidas Buccellarios Gallogræcos fuiſſe ſcribit, et Buccelliorũ regionẽ, Gallogræciã. Copioſius Alciatus lib. Diſpun.

Bŭccēllātŭm, ti. n. ſ. (ψωμισμένον) panis caſtrenſis & frumentacei genus, de quo Ammianus ſic ſcribit: Viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in ſedib. cõſumendũ, ad uſus diuturnitatem excoctum buccellatum, ut uulgò appellant, humeris impoſuit libentium militum. Vbi buccellatũ accipere uidetur pro eo quod bis coctum dicimus, quod teſſellatim formatur. Dictum eſt ex eo quòd in buccellas & quaſi teſſellata fruſta confectum ſit.

Buccinator, oris. m. t. preco. Ci. Epiſt. Quod polliceris te fore buccinatorẽ exiſtimatiõis meæ.

Bŭccĭnă, næ. f. p. pen. cor. diminutiuum à bucca, pro tuba ſiue pro cornu. σάλπιγξ. Oui. Caua buccina ſumitur illi Tortilis in latum. Hie. ad Dar. Bucca uocatur tuba apud Hebræos, deinde per diminutionem buccina dicitur. Eſt quoq; buccina paſtoralis, qua oues & porci appellantur, & cornu recuruo efficitur. Colu. li. 7. Ad ſonũ buccinæ pecus, ſi quod in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat. Varr. Stola & citbara cantare iuſſus, buccinam inflauit.

Bŭccĭno.

Bŭccĭno, as. n. p. (σαλπίζω) pen. cor. buccina cano. Varr. 2. de re Ruſt. Primò cum incluſerunt, cum buccinatum eſt, aperiunt, ut exire poſſint, &c. Unde buccinator à uocis ſimilitudine & cantu. Cæſ. 2. bell. Ciu. Et pro laudatore transferri ſolet. Cic. Tiro. Polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ.

Bŭccĭnŭm, ni. n. ſ. (κήρυγμα) ſonus buccinæ: quod & hic buccinus. Plin. lib. 9. Buccini centenos ſciant, qui iſta mereantur in ſolo. Buccinum etiam genus conchæ, ſicut & purpura. Plin. lib. 9. ca. 36. Buccinũ eſt minor cõcha, ad ſimilitudinem eius buccini quo ſonus edatur.

Bŭccōnēs, m. t. qui tumidioribus ſunt buccis, & pro ſtultis accipiuntur. Plau. in Bacch. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, ſolus ego omnes anteêo ſtultitia. Hi à phyſiognomis habentur leues & futiles.

Bŭccŭlă, læ. f. p. per duplex cc, dimin. à bucca oris parte, id eſt puſilla bucca. Apul. lib. 6. de Aſino. Quandoq; ponitur pro parte caſsidis, per quã mittitur ſpiritus, quæ buccã tegit, uel in qua defiguntur criſtæ in ſummo galeæ cono, quòd buccæ paruæ habeat ſimilitudinem. » Iuuenal. Lorica & fracta de caſside buccula pendens. Inde etiam apud Cæſarem legimus Buccatum tegmen.

Bŭccŭlentŭs, ta. tum. o. ſ. qui magnam habet buccam. Plaut. Merc. Ego dicam tibi, uentrosum, bucculentum.

Bŭcĕă, cea. f. p. per ſimplex c, folliculus grani fabæ interior, qui albus eſt.

Bŭcentaurŭs, (βουκένταυρος) compoſita dictio à βοῦ, quod magnum quiddam ſignat: & centaurus, id eſt magna nauis centauro inſignita.

Bŭcentēs, tis. m. t. (βουκέντης) tabanus, à pungendis bobus. κεντεῖν enim pungere ſignificat.

Bŭcentrŭm, tri. n. ſ. (βούκεντρον) ſtimulus.

Bŭcĕrŭs. a. um. o. ſ. (βούκερως) pen. cor. à boue. Unde bucerum pecus quod de bobus dicitur: & buceriæ, boum armenta, παρὰ τὸ βοῦς, καὶ κέρας, quaſi armenta, uel boues cornuti. Oui. in Meta. Armentaq; bucera pauit. Buceras quoq; Theophraſto fœnum Græcum dicitur.

Bŭcŏlică, orum. n. ſ. (βουκολικά) à cuſtodia boum dicta ſunt, ἀπὸ τῶν βουκόλων, qui dicuntur armentarij, quòd præcipua ſint animalia apud ruſticos boues.

Bŭcŏlĭcōn (βουκολικόν) eſt etiam genus panacis, quæ herba eſt ferulæ ſimilis, & in ipſo fine Arcadiæ, & circa Erymanthi fontes, & in Africa, & in Macedonia naſcitur, quinq; cubitorum folijs, primo quaternis mox ſenis in terram iacentibus, ampla magnitudine rotundis, in cacumine uerò oleaginis, ſemine in muſcarijs depente.

Bŭcŭlă, læ. f. p. per ſimplex c, dimin. eſt à boue, bos iuuenculus. βοΐδιον. Plin. Eidẽ morbo » buculæ iecur contritũ prodeſt. Ver. lib. 1. Geor. Aut bucula cœlum Suſpiciens patulis captauit naribus auras. Item buculus. Colũ. lib. 7. Cũ deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

Bŭſo, onis. m. t. rana terreſtris nimiæ magnitudinis. φρῦνος. Verg. Inuentusq; cauis buſo.

Bŭglōſſă, ſæ. f. p. uel bugloſſus, (βούγλωσσον) ſatiua & ſilueſtris herba. Satiuam boraginem uocant, ab aſperitate linguæ bouis, quòd folia aſpera ad modũ linguæ bouis habeat, optimæ uirtutis. Ferunt hanc herbam in uinum deiectam, animi uoluptates augere, & ob id euphroſinum uocari, quaſi herba lætificans. Vulgò ochſen zung, uel burretſch. Plin. lib. 25. ca. 8. Eſt & hoc nomine piſcis, qui alio nomine putatur Solea dici.

Bŭgōnēs, m. t. (βουγόνοι) à Græcis dictæ ſunt apes, quoniam ex boue putreſacto naſci perhibeantur. Var. de re Ruſt. lib. 2. cap. 5.

Bŭlăpăthŭm, thi. n. ſ. (βουλάπαθον) hoc eſt lapathum bouinum, herba eſt.

Bŭlbĭto. as. a. p. pen. cor. puerili ſtercore fœdo. βολβιτίζω. Vide in dictione Bubino.

Bŭlbŭs, bi. m. ſ. (βολβός) Latinè allium agreſte, ſiue alliũ marinum, caulem et folia habet lilio ſimilia. Genus cæpe non abſimile Aſcaloniæ, Venerẽ impendio excitat. Vulgò eſchleuchel. » Col. li. 6. Quæq; uiros acuunt, armantq; puellas, Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi. Generaliter uerò apud idoneos authores bulbi ſunt radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt croci, narciſsi, colocaſiæ, ſquillæ & arundinum. Pallad. Violarum plantæ & croci bulbi ſerendi ſunt. Varro & Apicius ita ſcribunt, Aqua decoquant bulbos, qui Veneris uſum quærunt. Lege Othonem Brunſelſium in ſuo Onomaſtico. À bulbus deduci

tur bulboſus, ut radix bulboſa, in qua bulbi cō ſpiciũtur, quales in radicibus arundinũ.

Bŭleūtă. tæ. m. p. Latinè dicitur conſiliarius, ſenator, decurio. à βουλὴ, ſenatus, conſilium. Plin. in Epiſt. Bulentæ addunt beneficio tuo.

Bŭlgă. f. p. ab equis quibus portantur, ſacculi ſcortei ſunt ad ferenda numiſmata, ſiue cætera ad iter neceſſaria. ἱπποπήρα. Lucilius Saty. lib. 6. Cui neq; iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus, Bulgam, & quicquid habet numorum, ſecum habet ipſe. Cum Bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in una Spes hominis bulga, hac deuincta eſt cætera uita.

Būlīmiă, æ. f. p. (βουλιμία) ſiue Bulimos, dici poteſt quaſi magna fames. nã cõponitur ex βȣ̃, quòd rei magnitudinẽ indicat & λιμὸς fames.

Būllă, læ. f. p. (βȣ̃λλα) inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remedijs quæ crederent aduerſus inuidiã ualentiſſima. Erat autem hæc bulla rotunda (ut Macrob. ſcribit) in cordis figuram formata, cum ante pectus annectebãt in collo, ut bullã inſpicientes ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarẽt. Aſcon. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea; quaſi communiens pectus puerile. A cuius rei ſpecie, Plutarcho authore in Problem. dicta bulla tumor quidam excreſcens, tam cum bullit, quàm in urina cum ſpumã facit, & repentè euaneſcit. (πομφόλυξ.) Ex quo etiam prouerbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quia ſcilicet ſimilis bullæ uita hominis ſit fluxa, & momento caduca. Clauorũ capita etiam dicuntur bullæ, quòd ita turgeant & formata ſint. Sic Cicero tradit Verrem bullas aureas ex ualuis templi magnificẽtiſſimis abſtuliſſe. Bullæ etiã dicuntur ornamenta quibus cingula decorantur. Calphur. in Buc. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Apud Apu. lib. 6. accipitur pro ornamentis illis orbiculatis extuberantibuſq;, quibus tanquã oculis ephippia equorum & pectoralia & habenæ exornari ſolent. ait enim, Bullis multis aureis inoculatum ueluti ſtellis relucentem.

Bŭllātŭs. a. um. o. ſ. bulla inſignitus: ueſtis bullata, in qua erat bulla: & bullatus, tumidus, excreſcens. Perſius.

Būllio. is. iui. itum. n. q. ſignificat ferueſcere, & bullã, hoc eſt tumorẽ illum in aqua excreſcentem facere. ἀναβράζω, ἀφρίζω. cuius cõpoſitum eſt ebullire, (ἐκφυσάομαι) quod eſt ualde ſeu extra bullire, extra fundere, ſicut aqua in aheno calefacta ebulliẽs nõ ſeipſam capit, ſed intumeſcit & funditur. Cic. 3. Tuſc. Qui ſi uirtutes ebullire uolent et ſapiẽtias, nihil aliud dicent.

Būllo. as. n. ſ. (ἐκφυσάομαι) idem quod bullio. Cato de re Ruſt. Vinũ Græcũ ſic facito: Muſtiq; uiginti in ahenũ aut plumbũ infundito, ignem ſubdito, ubi bullabit uinum ignem ſubducito. Sic ebullo: id eſt, erumpo, crepo. Perſius: O ſi ebullet patrui præclarum funus.

Būllŭlă, læ. f. p. dimin. parua bulla (φυσαλλίδιον.) Celſ. lib. 2. De urina, Aut ſi quaſdam (inquit) maculas repreſentat, aut ſi bullulas excitat.

Būmăſtŏs, ſti. m. ſ. (βούμαστος) magna mamma. hoc ipſo nomine dictum eſt genus quoddam uuæ groſsioris, quod tumeat ad ſimilitudinẽ mammarũ bouis. βȣ̃ς bos; μαστὸς mamma. quæ etiam Bumamma dicitur.

Būmĕlĭă, liæ. f. p. (βουμελία) fraxini ſpecies in Macedonia ampliſſima & lentiſſima, contra ſerpentes ſucco expreſſo ad potum, & impoſita hulceribus maximè iuuat.

Būnĭŏn. nij. n. ſ. napi genus. Plin. lib. 20. cap. 4.

Būpǣdăs, c. t. (βούπαιδας) magnos pueros dicunt Græci, qui fecerunt finem excreſcendi. Latinẽ uocant exoletos.

Būphŏnŭm, ni. n. ſ. (βούφονον) genus herbæ, quæ à bobus deuorata anginã procreat eoſq; necat. Græcè quippe dicitur φόνος mors.

Būphthălmŏn, (βούφθαλμος) herba eſt, quam bouis oculum uocant. Plin. lib. 25. cap. 8.

Būpīnă, næ. f. p. (βούπεινα) magna fames. βούπεινα.

Būpleūrŏs, fœm. gen. herba. Plin. lib. 22. ca. 22.

Būpŏdēs, (βούποδες) pen. cor. magni pedes.

Būprēſtĭs, ſtis. m. t. (βούπρηστις) ut ſcribit Plin. lib. 30. cap. 4. animal eſt ſcarabeo longipedi ſimile, uenenatum; rarum in Italia, fallit inter herbas bouem maximè; unde & nomen inuenit. Apud Iureconſ. tit. ad l. Corn. ſcribitur, Si cui temerè pigmentarij dederint pytiocampas aut bupreſtes, teneri pœna legis Corneliæ de ſicarijs & ueneficis. Eſt & bupreſtis f. g. herbæ genus, quam in laudibus ciborũ habuere.

Būră, ræ. f. p. ſiue Būris, pars aratri poſterior de

curuata, quòd ſit in ſimilitudinem caudæ bouis, quaſi, βοὸς οὐρὰ, quæ manu bubulci tenetur. ἐχέτλη. Var. lib. 1. de re Ruſt. Et ſæpe fracta bura relinquunt uomeres in aruo. Verg. lib. 1. » Geor. Continuo in ſyluis magna ui flexa domatur In burim.

Bŭrdo, onis. m. t. ex equo & aſino natus. ἡμίονος.

Bŭrrhănicŭm, ci. n. ſ. genus ueſtis.

Bŭrrhănică, cæ. f. p. genus potionis, lac ſapa miſtum, à rufo colore nomen ductum.

Bŭrrhŭm, rhi. n. ſ. quod nunc dicimus ruſum, parimodo rubens cibo ac potatione burrhus dicitur, quod à Græcis πυῤῥὸς ſcribitur. Hinc burrhæ, dicuntur ueſtes rufæ. Sunt tamen qui byrrhum ſcribant.

Bŭsycŏn, n. ſ. (βούσυκον) ficum marſicam dicunt.

Bŭſtŭārĭ, m. ſ. (ἐπιτύμβιοι) gladiatores, dicti ſunt, qui ante ſepulchra in honorem defuncti digladiabantur. Cic. in Piſon.

Bŭſtŭm, ſti. n. ſ. (τύμβος) propriè dicitur locus in quo mortuus eſt combuſtus & ſepultus: diciturq; buſtum, quaſi bene uſtum. hæc Feſtus. Seruius uerò, Pyra, inquit, eſt lignorum congeries, rogus cum ardere cœperit dicitur, buſtum uerò iam exuſtum uocatur. Quem ordinem ſeruat poëta. 11. Aen. dicens, Conſtituêre pyras, Subiectiſq; ignibus atris, Ter circum accenſos decurrere rogos. Cic. li. 3. De leg. putat buſtum appellari tumbam aut monumentum.

Bŭtĕo, onis. m. t. ex accipitrum genere auis eſt, quam Græci à numero teſtium τριόρχην uocant. ὄρχις enim teſticulus dicitur.

Bŭthȳsiăm, æ. f. p. (βουθυσίαν) magnum ſacrificium appellauere, qualis eſt hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarũ. Suet. in. Nero. Deducitur à βοῦ καὶ θυσία. Plaut. Buthytas appellat ſacerdotes.

Bŭttŭbătă, ueteres uſurpauerunt pro eo quod nugatoriũ eſt & nullius ualoris. Vnde & Germanis ſuum, Es iſt nit einer butten uuert.

Bŭtyrŭm, ri. n. ſ. (βούτυρον) pen. cor. bouis caſeus. βοῦ enim bos, τυρὸς caſeus; quia ut plurimum (ſicut ſcribit Plin. lib. 28. ca. 9.) fit ex bubulo lacte: quanquam autem ſit lactis natura, tamen iam pinguior & craſſior & ſolidior materia eſt, quod aut frequẽti agitatione aut concuſſione aſſidua cohibet in ſe atq; ſolidatur.

Buxĕtŭm, n. ſ. loca buxis conſita (πυξεών.) Martial. Nõ otioſis ordinata myrtetis, Viduaq; platano tonſiliq; buxeto Ingrata lati ſpatia detinet (campi.

Būxĕŭs. a. um. o. ſ. quod ex buxo eſt. » (πύξινος) Martial. Et tres ſunt tibi Maximina dentes, Sed planè piceiq; buxeiq;.

Būxŭs, xi. f. ſ. uel Bŭſsŭs, (πύξος) arbor exigua, ſemper uirens & tonſilis. Producit ex ſe uiſcum & ſemen ſeu granum, quod cartegon dicunt. Buxum uel buſſum materia ipſa, id eſt lignum. Nam in pleriſq; nominibus arbores ſunt fœm. generis, fructus uerò & ligna neutri. Quãdoq; tamen buxus dicitur pro ligno. » Verg. li. 9. Buxoſq; uocat Berecyntia mater.

B ANTE Y.

BYrsă, ſæ. f. p. (βύρσα) corium ac tergus. Vergil. Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam, Taurino quantum poſſet circundare tergo. À Byrſa corio fit byrſeus, pro coriario.

Bȳſsŭs, ſi. f. ſ. (βύσσος) genus lini ſubtiliſsimi. Item lana conchæ adhærens, colore luteo ac perlucido. Plin. lib. 9. cap. 1. Ex hoc fiunt precioſiſsimæ ueſtes, byſsinæ appellatæ. Et byſsinum eiuſmodi color appellatur, qui aliquando dicitur byſſus: hoc fit ſi cocco tinctum Tyrió tingatur. Philoſtratus ait, byſſum ex quadã arbore naſci, quæ altitudine populos æquat, folijs aũt ſalicib. æquiparatur.

DE LITERA C.

C Litera muta eſt, quæ ante n, ſequente uocali in eadem ſyllaba ponitur, ſed profertur ſub uoce g, ob cognationẽ literarum, ut Cnidius, Cneus. Tranſit etiã per cõpoſitiones & deriuationes in g, ut quadringenti pro quadrincenti. In ſ, ut parco, parſi. In x: ut, duco, duxi, noceo, noxa.

Căbăllŭs, li. m. ſ. equus. ἵππος. Lucil. lib. 2. Succuſſator tetri, tardiq; caballi. Sen. Epiſt. 87. O quantũ erat ſeculi decus imperatoriũ, triumphalem cenſoriũq; ſuper omnia. hoc eſt Catonem, uno caballo eſſe cõtentũ. Hinc caballinus: a. um. Perſ. Nec fonte labra prolui caballino.

Căbăllĭtĭo. onis. f. t. munus alendi equos publicos

Căcăbo. as. n. p. proprie eſt (à caballis dicta. » uocis perdicum. (κακκαβίζειν, τιτιβίζειν) Ouidius, Cacabat hinc perdix.

Căcăbŭs,bi.m.ſ.λέβης,κάκκαβος.pen.cor.nomē à ſono tractū, quem ſupra ignem poſitus facit: à noſtris dicitur olla, in qua pulmentarium coquimus. Plin. lib. 21. cap. 6. Succus in caccabo nouo coquitur mellis craſſitudine. Apit. Capita porrorum ſimul elixabis in cacabo nouo, ut aqua ad tertiam deferueat.

Căcātūrio.n.q.cacare deſidero. χεσείω καὶ χεσετιῶ. Martialis, Cœnaturit, non cacaturit.

Căchĕxiă,æ.f.p. (καχεξία) ſpecies eſt phthiſis, quaſi malus corporis habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit cum longo morbo uitiata corpora, etiamſi illo uacant, refectionem tamen non accipiunt.

Căcēphătŏn,ti.n.ſ.κακέμφατον. uel Cacophatō. κακόφατον. dici poteſt mala locutio uel mala conſonantia. Fit autem cum literam m ſequitur n: ut, Numerum cum nauibus æquat. Item cum ſequens dictio duas habet ſyllabas præcedentibus ſimiles: ut, O fortunatam natam me conſule Romam. Huic contraria eſt euphonia, (εὐφωνία.)

Căchĭnnŏr.aris.depon. & Cachinno.as.neut. pro immoderate rideo, καγχάζω. Lucre. li. 4. Quā famulæ multæ fugitāt, furtimq́ cachinnant. Dicitur & de ſono uehemētiore. Acci. Sæua ſonando crepitu clāgentes cachinnāt.

Căchĭnnŭs.ni.m.ſ.ſolutus riſus. καγχασμὸς. à ſono riſus fictum uocabulum. Perſ. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc Seneca præcipit, ut riſus ſit ſine cachinno, uox ſine clamore. Dicitur etiā de ſono uehem[en]tiore. Catul. Procedūt, leuiterq́ ſonant clāgore

Cachinnatio.onis.f.t.immoderatus riſus. (cachinni. Cic. Tuſc. 1. Si ridere conceſſum eſt, uituperetur cachinnatio.

Căciă,æ.f.p. (κακία) Cicero uitioſitatem interpretari mauult quàm malitiam, cum uitioſitas nomen ſit generalius ad omnia uitia pertinens, malitia ſpecialius. Apud ueteres malitia inter adiaphora connumerabatur, quaſi ſit & bona & mala, ut dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude, Te ciuem ſumuma omni malitia.

Căco.as.n p. uentris onus depono, excerno, χέζω. Mart. Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro Baſſe, bibis uitro, carius ergo cacas. Cōcaco, cacando fœdo, καταχέζω.

Căcŏbăſĭlēă,(κακοβασιλεία) malum regnum.

Cacoblepa, non rectè dicitur, ſed catoblepas, de quo infrà.

Căcŏchȳlă, (κακόχυλα καὶ κακόχυμα) dicuntur illa quæ malum ſuccum habent: quibus contraria ſunt εὔχυλα.

Căcŏēthēs,this.n.t.κακοήθης. malus mos, dictio tetraſyllaba. κακὸν malū, ethos mos. Iuuen. pro ambitione ſumpſiſſe uidetur per tranſlat. quæ cū ſemel animo inſederit, non facile amoueri poteſt. Tenet (inquit) inſanabile multos Scribendi cacoëthes. Hermol. in Caſt. Bud. in Pand. & Polit. Miſc. ca. 49. Eſt quoq́ cacoëthe uitiū curatu difficilimum, cum hulcus quidem preſſum eſt, ſed quæ circa ſunt intenduntur, & intumeſcūt, ut inquit Celſus. Plin. Seſama trita in uino ulceribus, quæ cacoëthe uocant, reſiſtit.

Căcŏlŏgŭs.m.ſ.κακολόγος.pen.corr. maledicus.

Căcŏlŏgĭă.æ.f.p.(κακολογία) maledictio.

Căcŏs,ci.m.ſ(κακός) modò malus, modò deformis, modò timidus dicitur. Barbara eſt dictio, ait Gaza.

Căcŏſtŏmăchŏs, ci.m.ſ. qui malum ac debilitatum ſtomachum habet: hoc eſt uentriculum. os enim uentriculi (qui ſtomachus dicitur) pro ipſo uentriculo ſumi ſolet. Cic. ad Tiro. Dandum tibi non fuit, cū κακοστόμαχος eſſes.

Căcŏſȳnthĕtŭm,ti. n.ſ. mala ſeu deformis compoſitio. Verg. Verſaq́ iuuencūm Terga fatigamus haſta.

Căcŏzēlŭs,li.m.ſ.(κακόζηλος) ineptus imitator, penultima producta.

Căcŭlă,læ.m.p.(ξυλοφόρος)pen. cor. militis ſeruus, fuſtibus clauisq́ ligneis armatus ad tutelam dominorum. Plau. Video caculam militarem. Dicitur ἀπὸ τῶν κάλων. ideſt, à lignis.

Căcūmĕn,inis.n.t.pen.prod. uertex, ſummitas cuiusq́ rei. κορυφή. ut cacumina montium, cacumina arborū. Cacuminare, acutum reddere. Ouid. 3. Meta. Dat ſpatiū collo, ſummasq́ cacuminat aures. Hinc cacuminatus.a.um. adiect. ut Oua cacuminata, Plin. li. 10. ca. 52.

Cădāuĕr,eris.n.t.pen.prod.à cadendo. nam (ut inquit Hieron.) ab eo quòd poſt mortem ceciderit, cadauer dicitur. Et propriè de corporibus mortuis. τὸ νεκρὸν, ἢ ὁ νεκρὸς. Cæſar 7. Bel. Gal. In ipſis cadaueribus prælio decertare

cogen

egentur? Quandoq; de oppidis ad ſolum deiectis dicitur. Ser. Sulp. Ciceroni: Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus.a.um.pen. prod. ut Cadauerini nidores, Auguſt.

Cădiſcŭs, ſci.m.ſ. uaſculũ quo ſuffragia colligũtur. Græce καδίσκος, diminut. à cadus.

Cădiuŭs.a.um.o.ſ.pen.prod.quod per ſe cecidit. ἀυτόματος. unde cadiua poma dicuntur, quæ non manu collecta, ſed ſua ſponte in terram cecidere: & cadiua folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. Plin.

Cădmītēs, tæ.m.p. (καδμίτης) gemma quã cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cădo.is.n.1. πίπτω. cecidi, caſum: proprie ſignificat corruere, uel præcipitari, uel labi. Auguſt. ſuper Ioan. Væ miſero mihi quia caſurus ſum. Plau. Menæ. Nã tum dentes mihi cadebant primulũ. Plin. li.16.ca.22. Cadunt plurimis autũno de folijs, quæ maxime illo tempore arbores amittunt. Cũ præpoſitionibus de e ex & ab, ut Cadere de equo, Cic. de Fat. E naui in aquam. Ex arbore, Plinius libro 17.cap.10. Ab alto, Idem lib.10.cap.18. Cum aduerbio: ut, Alte cadere non poteſt. Cice. Habet hoc uerbũ multas egregias & uenuſtas tranſlationes locutionesq;: ut, Homini ili eo lacrumæ cadunt, quaſi puero. Terent. Adelph. Verg Eglo.1. Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ, Idẽ: Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus. pro occidit, moritur. Itẽ cadere cõmode, opportune, optate: pro euenire contingere. Cadere in ſuſpicionẽ, in cogitationem, in deliberationẽ, in offenſionem: pro incidere, uenire. Cadere cauſſa, uel à cauſſa: pro amittere litẽ. Cadere formula, pro rem ipſam per formulas non recte explicare. Cadere animo, cadere oculos, uultus, uerba &c. pro frangi, debilitari, opprimi, perire. Verba melius in ſyllabas longiores cadunt, pro terminant, deſinunt. Cic. in Orat. Cadendum in unius poteſtatem, pro uenire, redigi, poni, Idem Att. Mihi omnia ſemper honeſta & iucunda ceciderunt, pro euenerunt, Idem. Huius compoſita ſunt, accido, decido, excido, incido, intercido, occido, concido, procido, recido, & ſuccido, quæ habẽt pẽ. cor. Deriuata ſunt, caſa, caſo.as. & caſito, de quibus infrà.

Caduceus, ci.m.ſ. & Caduceum, uirga Mercurij erat, qua pax ſignificabatur. κηρύκειον. Nã Mercurius orationis Deus & Deorum nuntius ſemper à dijs mittebatur, ut diſſidentium animos oratione ſedaret. De caduceo, & cur exteræ gentes caduceum in pace tradẽda circundata anguium effigie fecerint, uide Plin. lib.29.cap.3. Hinc caduceatores (κήρυκες) dicuntur legati pacem petentes, à caduceo quem manu geſtabant. Cato: Caduceatori nemo homo nocet. Et caduceum ipſum Apollo inuenit, eoq; Mercurium donauit, à quo ipſe lyra donatus erat.

Cădūcŏr.eris.præcipitor. Var. Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.

Cădūcŭs.a.um.o.ſ.pen. prod. fragilis, mobilis, incertus, & non ſolũ momentaneum ſignificat, quòd facile cadat, ſed quòd cadere faciat, πτώσιμος: unde caducus morbus, quòd facile cadat. Firmicus li.7. Si luna in horoſcopo fuerit inuẽta, ſtultos, blennos, fatuos & caducos efficiet. Quandoq; caducus mortuus dicitur. Verg. li.6. Hinc multũ fleti ad ſuperos, belloq; caduci Dardanidæ. Caduca hæreditas dicitur, cum hæredes ceciderunt: & caduearij, qui huiuſmodi hæreditatem accipiunt.

Cădŭlă, guttæ quæ de carne pingui cadũt dum (aſſatur.

Cădūrcŭm, ci.n.ſ. tentoriũ ſiue culcitra qua merces teguntur, à Cadurcis. καδοῦρκοι. Galliæ populis, ut inquit Plin. apud quos lini præſtãtia palmam obtinet in culcitris. Iuuenal. Inſtitor hybernæ tegetis niueiq; cadurci. Sunt qui putent eſſe inſtitam, quæ ſupra lectũ obtenditur, quæ tegit undiq;: et cũ corpus Chriſti, aut ſancti alicuius uiri oſſa per urbẽ cõportãtur, cadurco: id eſt, ſuperne, quod pluteis ſuſtinẽt, operiũt. Iuuen. Violato pœna cadurco.

Cădŭs, di.m.ſ. κάδος. uas uinarium quo uinũ conditur, ut uult Acron: cuius prima corripitur. Mart. Inq; Vaticanis condita muſta cadis. Primi in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

Cæcĭgĕni, m.ſ. apud Lucretium, qui cæci geniti ſunt. τυφλογενεῖς.

Cæcĭlĭă, liæ.f.p. genus ſerpentis cæci. ἡ τυφλίνα ὄφις. Colum. lib.7. Nam & uipera & cæcilia ſæpe, cũ in paſcuo bos improuidè ſuper accubuerit, laceſſita onere morſum imprimit.

Cæco.as.a.p.cæcum facio, τυφλόω: cuius compoſita ſunt, excæco, quod eſt ualde ſeu perfecte cæco. Plin. Vt cum lauatur, ſi oculos attingat excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcatus.a.um.o.ſ. Cic. de Cla. orat. Rabida et celeritate cæcata oratio.

Cæculto.as. n. p. obtuſam faciem habeo, & quaſi cæco ſimilis ſum. ἀμβλυώττω. Feſtus, Cæcultare eſt cæcos imitari. Plautus, Num nam mihi oculi cæcultant?

Cæcum uallum, in quo præacuti pali affixi herbis uel frondibus occuluntur.

Cæcus, ci a.um.o.ſ. quaſi oculis captus, uel quaſi oculis conciſus, uel oculis carens. τυφλός. Et cæcus dicitur inſidioſus, occultè malus, latens, tacitus, qui uideri non poteſt. ἐνδόμυχον. Colum. li. 1. Ex quibus ſæpe contrahuntur cæci morbi, quorũ cauſſas ne medici quidem perſpicere queunt. Sic dicimus cæcam noctem, locus cæcus, in quo non uidemus. Verg. Cæca regens filo ueſtigia. Cæcæ foſſæ, cæci aditus, qui ſunt obſepti. Hinc cæcitas, tam animi quàm corporis orbitas. Ceculus, dimin.

Cæcutio.is.n.ſ. parũ uideo, τυφλώττω, & cæcutiens, quaſi ſemicæcus. Var. Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego uidi ſeruos in armis contra dominos?

Cædes.dis.f.t. mors ferro aut alia ui illata, præſertim ab eo qui occidere aut ferire uolebat. φόνος. Plin. li. 14. ca. 13. Inuenimus inter exempla, Meceníj uxorẽ, quòd uinũ bibiſſet è dolio, interfectã fuſte à marito, eumq́; cædis à Romulo abſolutũ. Inde dicimus aliquem commiſiſſe cædem. Huius diminut. eſt cædicula.

Cædo.is. cecidi, cæſum. (κόπτω) penul. prod. uerbum actiuum, cuius paſſiuum eſt cædor, & eſt flagellare, percutere, ferire, uerberare. Terent. Verberibus te cæſum in piſtrinũ Daue dedam. Item excidere. Cic. Item occidere Verg. Cæduntur uigiles. Per translat. ponitur quandoq; pro immolare, ut apud eundẽ, Cedunt binas de more bidentes. Item pro frangere. Cic. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro. Cædi teſtibus, eſt teſtium multitudine urgeri, premi, conuinci. Idem. Huius compoſita ſunt, abſcido, concido, circuncido. (περικόπτομαι) decido, excido, incido, intercido, occido, præcido, recido, & ſuccido, quorum penul. producitur. At Cedo ſine diphthõgo. (χωρέω) ceſſi præteritum, & ſupinum ceſſum facit, multaq́; ſignificat. Nam quandoq; cedere ſignificat abire, & locũ uictori dare. ἄπει. Cic. Cui quidem exercitus noſtri imperatoresq́; ceſſerunt. Quandoq; diſcedere, euitare atque ſubtrahere. Plautus, Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, (ὑπείκειν τῷ θυμῷ) dicimus dare locum iræ, & quaſi ab ira diſcedere. Cedere bonis, diſcedere à bonis, & quicquid noſtrum erat tradere creditori. ἐκστῆναι τῶν ὄντων. Et cedere, eſt in ius alicuius uenire: ut, Cedũt mihi ea bona, id eſt in ius meum uenerunt. Rurſus cedere ponitur pro dare. Ennius, Saluete optima corpora, cedite manus ueſtras, measq́; accipite. Pro concedere, obſequi, non repugnare. παραχωρεῖν. Verg. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo. Pro ſuccedere, ſeu in ſortem contingere. Idem, Ceſſerit Auſonio ſi ſors uictoria Turno. Pro incedere. Plautus Aul. In hoſtem abſolutus cedas. Inuenitur & imperatiuum: Cedo, dic, φέρε δή, εἰπέ. nec habet aliam perſonam niſi tãtum Cedite pluraliter, habetq́; primam correptam. Terent. And. Cedo cuium puerum? id eſt, dic. Idem. in Phorm. poſuit pro da: Quin tu mihi argentum cedò. Cedere diem, (χωρεῖν τὴν ἡμέραν) inquit Vlpianus, ſignificat incipere deberi pecuniam: ſicut uenire diem ſignificat eum diem ueniſſe, quo pecunia peti poſſit. Huius uerbi compoſita ſunt, abſcedo, accedo, concedo, decedo, diſcedo, excedo, incedo, intercedo, præcedo, procedo, recedo (ἀφίσταμαι) retrocedo, ſecedo & ſuccedo: quæ habent penul. prod.

Cædua ſylua, (κουριζομένη ὕλη) quæ relinquitur, ut ex ea ligna cædantur. Plin. lib. 13. ca. 4. Cæduæ palmarum ſyluæ.

Cælebs, bis. c.t. (ἄγαμος, ἠίθεος) qui nunquam duxit uxorem, ſeu qui eam amiſit. Dictus cælebs (ut inquit Hieron.) quòd cælo dignam uitam agat, qui coitu careat. Auguſtin. Cælebs qui non habet uxorem, uel quæ non habet maritum, qualia ſunt numina in cælo, quæ abſque coniuge ſunt, ſi agapetas non attendamus. Hic accipiunt cælibes non tam pro uxore carentibus quàm pro caſtis & omni Venere abſtinentib. ſed proprie dicitur

cælebs,

cælebs, qui uxorem non habet, etiam ſi concubinas habeat. Nam cælebs & maritus relatiua ſunt. Quint. Nam liber an ſeruus, maritus an cælebs, parens liberorum an orbus ſit. Dicimus tamen thorū cælibem, & uitam cælibem actam in cœlibatu. Oui. Quæ ſi non fuerat, cælebs te uita deceret. Hinc cælibatus us. (ἀγαμία) pro uita quæ agitur ſine uxore. Sueton. Amiſſa uxore Lepida duobusq́ ex ea liberis, manſit in cælibatu.

Cæleſtis.e.& cæleſte.n.t. (οὐράνιον) quod è cælo eſt, unde cæleſtia numina, & cæleſtia auguria, quæ è cælo fiunt, cū uel fulminat, uel tonat deus: & Cæleſtis arcus, Plin 12. cap. 24.

Cælibaris haſta dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occiſi ſteriſſet, ut ſicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum uiro noua nupta ſit copulata. Feſtus.

Cælicola.læ.c.p. (οὐρανίων) qui uel quæ cælum habitat. Verg. 2. Aneid. Me ſi cælicolæ uoluiſſent ducere uitam.

Cælicus.a.um.n.ſ. cæleſte, ut cælica regna.

Cælites.tum.c.t. (οὐράνιοι) dij cæleſtes, qui in æthere ſphæræq́ ſuperioris ambitu uſq; ad ſolarem circulū demeant, qui & apathes dicūtur: quoniam non eos ut nos mortalium curarum uota ſolicitant. Cic. 2. de Diuin. Ego deûm genus eſſe ſemper dixi, & dicam cælitū.

Cælitus, (οὐρανόθεν) pen. cor. aduerbium, ſignificat è cælo, ſicut diuinitus à deo. Hieron. Tandem cælitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit.

Cælo.as.a.p. ſculpo. (γλύφω, τορεύω) Cic. 1. de Diuin. Hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento. Vergil. Cælataq́ in auro Fortia facta uirûm. Cælata uaſa dicuntur, quæ ueteres ancæſa uocabant, quòd circuncædēdo fiant. Plinius lib. 33. L. Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertijs centum habuit, confeſſus eſt tamen nunquam ſe his uti propter uerecundiam auſum.

Cælatura, ræ.f.p. eſt quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit. Plin. lib. 35. capite 12. Qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæq́ & cælaturæ eſſe dixit.

Cello.is.a.t. per duplex ll, frāgo, ſiue cædo: quo uerbo non utimur. niſi in compoſitione. Eius compoſita ſunt, excællo, pro extollor & ſupero. Antecællo, percutio, euerto. Procællo eiuſdem ſignificati, à quo procella. Recællo, reclinor, humilis fio. Interdum actiuè ponitur pro reclino. Var. Alius teneram abietem ſolus recællit. Alij Cællo ſine diphthongo ſcribunt.

Cælsus.a.um.o.ſ. à cællo, id eſt, altus & ſublimis, ὑψηλὸς: à quo fiunt excælſus & præcælſus, in quibus præpoſitiones habent uim augendi. Excelſitas. Cic. Etenim magis eſt ſecundum naturam excælſitas animi et magnitudo. Quidam tamen hoc nomen ſine diphthongo ſcribunt.

Cælum.li.n.ſ. (τόρνος, γλυφεῖον) inſtrumentum quo utuntur argentarij dum uaſa ſculpant: ut eſt illud, Cælo fabricata Myronis. Et cælū uocatur quod alio modo dicitur mūdus (κόσμος, οὐρανὸς) cuius circunflexu cuncta teguntur, & ſtellis ſplendet: à cælo ſculpo, eò quòd ſit cælatum: hoc eſt, ſideribus ſculptum, ſiue ſignatum. Ambr. lib. Hexa. & ſic cum æ diph. ſcribi debet. Varro à cauo deriuat, κοῖλον enim cōcauuum dicūt, quia ſcilicet id neceſſariò in ſculptura exigitur. Et ſic cū œ diphthōgo ſcribi debet. Quidam ſine diphthōgo ſcribunt à celando contrario nomine quòd apertum ſit. Sciendum eſt autem, quòd philoſophi omnes, nouem cælos eſſe dixerunt, utpote cælum empyreum, cælum cryſtallinum, quod uocant primum mobile, cælum ſtellatum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Veneris, cælum Mercurij, & cælum Lunæ. Si quis hanc materiam uidere cupit diffuſius, Aegidium Romanum in cōment. ſecundi libri ſententiarū, diſt. 1. perlegat. Interdum cælū ſumitur pro aëre. Verg. Georg. 1. Et uarium cæli prædicere morem. Lucret. In hoc cælo, qui dicitur aër. Hinc grandines ſunt et pruinæ, hymbres, procellæ, turbines uentorū: hoc regnum ſupra lunā, pura omnia, ac diuturnæ lucis plena. Auguſt. Huic autem cælo, in quo ſunt luminaria, ita uicinus eſt aër, ut & ipſe cæli nomen acceperit non ſolū ſermone communi, ſecundum quem dicimus ſerenum uel nubilū cælum, ſed etiam noſtrarum ipſarum conſuetudine ſcripturarum, cum dicuntur uo-

Laulias

latilia cæli, cum aues in hoc aëre uolare manifeſtum ſit. Ariſtot. accipit cælũ pro octaua ſphæra: quandoq; pro corpore quinto: quandoq; pro toto uniuerſo. Dicitur præterea cælum palatum oris. οὐρανίσκος. Plin. Cerebrũ uiſcerum excellentiſſimum eſt, proximumq; cælo capitis, ſine cruore, ſine ſordibus.

Cæmĕntārĭī. m. ſ. dicuntur cæmentorum, hoc eſt ædificiorum, quæ ex lapidibus ſunt, ſtructores, quos fabros murarios appellãt. λιθοδόμοι.

Cæmĕntĭtĭūs. a. um. o. ſ. quod ex cæmento eſt, ut parietes cæmentitij. Vitru. li. 2. cap. 8. Itaq; pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitijs altitudines extructæ.

Cæmĕntūm, ti. n. ſ. (κονία, γύψος) quoq; non alienum uidetur à cædo, ut quidam putant. Sunt enim cæmenta, omnis rudior materia qua ædificia cõſurgunt: proprie cæſi lapides apti ad ædificandũ, exciſo monte aliquo uel effoſſo. Fodinas quoq; ruſtici Campaniæ cæmentarias appellãt. Colum. li. 9. Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis uel etiam latericulis extruuntur. Plin. Pallidus lapis in cæmento raro utilis, licet enim contra iniurias fortis, ad ſtructurã tamen infidelis eſt, niſi multa ſuffrenatione deuinctus.

Cænŏs, (καινός) nouus.

Cæpĕ, generis neutri, & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur, unde et primã diph. uocalem accepit. Plin. li. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cæpe cauſſa ſeritur, ſeparatim cæpe ſeminis. Dicitur & cæpa, cæpæ. Ouidius: Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. Colum. Pompeiam uel Aſcaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, unde à Græcis nomen impoſitum κρόμμυον, quaſi pupillam oculi comprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſt. in Problem. Vnde lachrymoſa dicitur à Columel.

Cæpŭlă, diminutiuum à cæpa. Pallad. Hoc menſe cæpulas ſeris.

Cæră, ræ. p. f. (κηρός) licet à Græco nomen habeat. κηρίον enim Græci fauum dicunt, quod abſque diph. ſcribitur, tamen Apuleio teſte, conſuetudo conuertit η in æ dipth. Quidam etiam à careo deducunt, eo quòd mellis perfuſione careat, unde etiam primam diphth. uocalem aſſumpſiſſe dicitur. Plin. lib. 21. capite 14. Cæra fit expreſſis fauis, ſed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili. Cæra aliquando pingere ſolebant. Ouid. Perlegedi ſpoſitas generoſa per atria cæras. Quandoq; pro cærata tabula. κήρωμα. unde dicitur in prima cæra, & in ſecunda cæra: ima cæra, et extrema cæra. Nam Romani teſtamenta ſcribebant in tabulis cæratis. Suetonius in Cæſ. Quin. Pedium ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cæra. id eſt, ultima parte tabulæ teſtamentariæ. Hinc ſyncærum & procærum.

Cæro. as. a. p. cæra tego, cæram impono. Columella lib. 12. cap. 50. Sexta quoque oliuitate dolia cærari oportere antiqui dixere. Plautus in Aſin. Nec cærata adeo tabula. Huius compoſit. Incæro. Iuuen. Genua incerare deorum.

Cærĭfico. as. n. p. cæram facere: & de apibus dicitur. Plin. lib. 9. cap. 18. Cum cærificauere fluxos habent ſuccos.

Cærārĭūs. m. ſ. qui cæras tractat, & ex cæra aliquid conficit. Cice. 5. Ver. Deinde pro neſcio quo cærario.

Cærātūm. ti. n. ſ. uidetur eſſe, ſicut uulgò appellatur, quod uulneribus ſuperponi ſolet. Conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni appoſitum molleſcit, ſed appoſitum corpori dureſcit, & pertinacius hæret. Dictum à cæra, quæ ferè omnibus cæratis abhiberi ſolet. Mart. lib. 11. » Labra pingui delibuta cærato.

Cærātūră. æ. f. p. κήρωσις. ipſa cæratio. Colum. li. 12. Propter olei ſuccum cæraturam pati.

Cærēmōnĭæ. arum. f. p. (θρησκεία, τελετή) pen. cor. uel ab oppido Cerete. uel à carendo dictæ ſunt. Nã urbe à Gallis capta, cũ ueſtales uirgines ſimulachra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, in oppidũ Cærete potiſſimũ conuenere, ubi benigne fuerunt hoſpitio ſuſceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præſtiterunt, ut omnis diuinus cultus Cæremoniæ, à Cærete diceretur. Dicitur & cæremonia. æ. ſingulariter. Cæſar 7. belli Gal. Quòd more eorum grauiſſima cæremonia continetur.

Cærĕŭs. a. um. o. ſ. quod ex cæra eſt, κήρινος: ut imago cærea. Sumitur quãdoq; pro molli ac facili.

ſacili. Horat. Cæreus in uitium flecti, monitoribus aſper. Quandoque pro pingui. Acci. Pinguem turturem cæreamq́; ſicedulam à cæra uidelicet colore. Quandoq; pro uncto. Mart. Cærea ſi pendet lũbis & trita lacerna.

Cærĕŭs. rei. m. ſ. funale. κηρός. Martial. Hic tibi nocturnos præſtabit cæreus igneis. Huius diminut. eſt cæreolus. Hieron. Magnum honorem præbent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant de uiliſſimis cæreolis illuſtrandos.

Cærĭcās, (χηρικὰ uſitatius tamen χρονικὰ) Græci dicũt horas temporales, quæ & uulgares. nam apud ueteres ſolaria in horas tam noctis quàm diei temporales, non æquinoctiales diuiſa præponebantur. Ita ſinguli dies, noctesq́; horis continebantur duodecim. Et quod ſequens eſt, meridiem hora diei ſexta deſignabant.

Cærinthē. es. f. t. genus herbæ, mellis cum cæra miſti ſaporem habens. Verg. 4. Georg. Et cærinthe ignobile gramen. Habet folium candidum, incuruum, cubitalis, capite concauo, cuius florũ auidæ ſunt apes. à cærea deriuatur. Dicitur & cerinthus apũ cibus. κήρινθος. & à Dioſcoride cæranthe. Ab Ariſt. Erithace ſeu rithace. Melius abſq; diph. uide infra.

Cærinus, uide infrà Cerinus ſine diphthongo.

Cærĭŭm, rij. n. ſ. (κηρίον) uel Cæris, genus ulceris quòd faui ſimilitudinem habeat. Plin. lib. 20. cap. 2. Radix ſanat ulcera concreta in modum faui, quem cæreon uocant.

Cærŏfĕrārĭ. m. ſ. ἀκόλουθοι. et κηροφόροι dicti ſunt à deportandis cæreis in ſacris.

Cærŏfĕrārĭŭm, rij. n. ſ. inſtrumentum quo cæreus fixus continetur. In Decretis Can. diſt. 23. Acolythus accipiat cæroferiũ cum cæreo, ut ſciat ſe ad accendenda lumina mancipari.

Cærōmă, atis. n. t. & Cærōmătŭm; (πάτος. Cel. lib. 4. ca. 26.) à cæra fit, ſignificatq́; oleum, cæramq́; quibus permixtis ungebãtur athletæ cum eſſent certaturi: cui ſi ſudor accedebat, κονίσαλος uocabatur, ab ijs qui nimis Attici uideri uolunt, ut inquit Galenus. Inde Iuuẽ. Ceromatico collo dixit, non quòd cæroto ſimile ſit, ſed quòd Græcũ eſt κήρωμα. τος. ſignificatq́; apud Græcos tabulam cæratam, in qua ſcribi eſſet ſolitum. Reliqua uide in Haphe Stat. de Palæſt. Poſtquàm oleo gauiſa cutis petit æquor uterq; Procurſu medium, atque hauſta ueſtitur arena. Tum madidos artus alterno puluere ſiccant, Collaq́; demerſere humeris, & brachia latè Vaſta tenent. Ponitur & pro loco, in quo palæſtritæ ungebantur. (κονιστήριον, Vitruuius.) Plin. Idem, Paleſtras athletarũ imaginibus et cæromota ſua exornant.

Cærōsŭs. a. um. o. ſ. quod habet admixtam cæram (κηρόεις.) unde mel cæroſum dicitur nondum depuratum.

Cærŭlĕŭs, lei. m. ſ. idem quod cæreus. Propert. Cæruleus cucumis tumidoq́; cucurbita uentre. Cæruleus color, uiridis cum nigro, & ſubniger, ſicut mare: qui Græco uerbo à Latinis dicitur glaucus: & Gellius ſentit eundẽ eſſe cæſium. Hunc Venetum quoq; colorem, & Thalaſſium, & ferrugineum, & cyaneũ appellari ab eruditis inuenimus. Dictus cæruleus quaſi cæluleus à cæli colore. Dicitur & cumatilis color, quod Græcè κύματα fluctus uocant. Cæruleum quoq; n. g. arena eſt, cuius tria ſunt genera, Aegyptium, Scyticum, & Cyprium. Plin. lib. 33.

Cærŭlŭs. a. um. o. ſ. Catullus, Cærula uertentes abiegnis æquora palmis. Et apud Verg. Cærula freta. lib. 12. Aen.

Cæsă, ſæ. f. p. Gallicum telum. Varr. Qui gladijs cincti ſine ſcutis cum binis cæſis eſſent. Hæc & gæſa dicuntur Gallica lingua: unde & uiros fortes Galli gæſos uocant. Ver. lib. 7. Alpina coruſcant Gæſa manu. Vide etiam Cæſum paulo poſt.

Cæſar, uide in proprijs.

Cæsărĕŭs. a. um. o. ſ. & Cæſarinus. a. um. ut milites Cæſariani.

Cæsărĭēs, ei. f. q. coma. κόμη, χαίτη. à crebra cæſione, ideoq; propriè uirorũ eſt. Vnde Cæſariati, comati dicũtur. Plau. Cæſariatus miles

Cæsĭm, aduerb. ſignificat cæden do, ſiue per inciſionem gladij. ἐκ καταφορᾶς, ... τμήδην: ſicut punctim (ἐκ διανύξεως) pungendo. Liuius 2. bel. Pun. Hiſpano punctim magis, quàm cæſim aſſueto petere hoſtem. id eſt uno ictu. Hinc ductim ſignificat cum mora.

Cæſio, onis. f. t. uerbale, à cædo, cædis, pro cæſura. Columel. lib. 4. cap. 33. Vſque in alteram cæſionem perennat.

Cæſiti=

Cæſitium, tij n.ſ. linteolus erat purus & candidus: dictus quòd cædendo ad candorem perueniret: uel quòd oras circunciſas haberet. Plau. Epid. Linteolum cæſitium.

Cæſius color, (γλαυκὸς) qui ſpeciem cœli habet. unde oculus cæſius dictus quaſi cælius: hoc eſt cyanei coloris. à noſtris glaucus dicitur. Hinc glauci equi, qui fælineis oculis ſunt: uulgò glaucioli uocātur. Alij cæſium intelligunt lentiginoſum, alij cæruleum. Teren. Eun. Rufam'ne illam uirginem cæſiam?

Cæſones. m.t. pen. prod. qui cæſo matris utero nati ſunt. Plin. lib. 7. cap. 8. Primusq́ Ceſarum à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones dicti.

Cæſum, cæſi. n.ſ. pars orationis nondum ex duobus, aut ex pluribus uerbis quicquam abſolutè ſignificans, hoc modo: Et ſi uereor iudices, ne turpe ſit. Interdum tamen cæſam dicimus orationem, cum non efficiuntur membra ex connexione uerborum, ſed ſingula uerba aliquid ſignificantia proferuntur: hoc modo, Quis eſt ille Gellius? Armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori: &c, Eadem etiã inciſa dicuntur.

Cæſus. a. um. o.ſ. particip. à cædo: ut cæſis copijs. Ci. Bru. li. 10. Cæſis uictimis. & ad Att. Cæſæ (arbores.

Calametũ, ti. n.ſ. Colu. lib. 4. cap. 27. Vineta ſarmentis & calametis liberare.

Cæſuliæ, dicti ſunt qui cæſios oculos habẽt. Feſt.

Cæſpes, itis. m.t. à cædo ſit, & ſignificat terram cum herba auulſam, ſeu in modum lateris cæſam: uel dicitur frutex reciſus ac truncatus, quòd pedem cædat. βῶλος. Ex cæſpite agger caſtrenſis ſit. Lucan. Stetit aggere fulti Cæſpitis intrepidus. Circunciditur autem ferramentis continetuŕq herbarum radicibus terræ. Hinc cæſpititius. a. um. quod ſit ex cæſpitibus. Vnde tribunal cæſpititium uocatur, ſuggeſtum ex cæſpitibus factum. Flaui. Vopiſc. Deinde concurſus ad Cæſpititium tribunal. Et aræ cæſpititiæ dictæ ſunt à Iul. Capitolino. Vide Ceſpes.

Cæſpito. as. n. p. (παράφορον βαδίζω) pen. cor. pede aliquid percutio, quo quaſi ruere cogar: ut ſit cæſpitare quaſi cæſpitem offendere, uel in cæſpitem ferri. Vnde cæſpitatores equi, qui ſæpe in cæſpitem uel lapidem, aut aliquid aliud huiuſmodi impingunt.

Cæſtrum, ſtri. n.ſ. inſtrumentum quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. cap. 11. In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat: cæra, & in ebore cæſtro. id eſt uiriculo, donec claſſes pingi cœpere.

Cæſura, ræ. ſ.p. proprie inciſura. διακοπή. Plin. libro 17. Et cæſura à cadenda uoce quæ deſinitur, quod ſit decora terminatio uocum in medio uerſuum notata. Hæc quadrifariam diuiditur, alia penthemimeris dicitur, ſiue ſemiquinaria: alia hephthemimeris ſiue ſemiſeptinaria: tertia trochaica, quarta bucolica. Trochaica eſt, cum poſt duos pedes trochæus partem orationis perficit: ut, Nil noſtri miſerere. Bucolica, cum poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinens, ut inuenitur trochæus partem orationis terminans: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Reliqua uide in Penthemimeri & Hephthemimeri.

Cæſuratim. aduerb. συντόμως. ſignificat ſuccinctè, breuiter, per cæſuræ commota. Sido. Claudiano, Tota de illo dicto ſic cæſuratim ſuccincta, quàm profluens.

Cæſuratum uas, appellatur cæſim orificatum.

Cæſtus, us. m. q. (πυγμὴ) genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Dareten & Entellum pugnaſſe legimus apud Ver. lib. 5. Et à cædendo ſit cæſtus. Ceſtus uerò ceſti, ſine diphthongo ſumitur pro cingulo, quo uxor à marito cingebatur in fide maritali, & eſt fœm. generis, quamuis & maſculini reperiatur: à uarijs punctis ſic dictus. κεντεῖν enim pungere eſt & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipſa Martem, & Iuno Iouem conciliabat, à poëtis ceſtus (κεστὸς) dicitur. Mart. Vt Martis reuocetur amor ſummiq́ tonantis, À te Iuno peto ceſton, & ipſa Venus. Hinc inceſtus, & ceſtillus dimin. Homer. multa in li. 3. Iliados, & Euſtathius.

Cæterus, ra. rum. o.ſ. ex Græco καὶ ἕτερος, id eſt & alius. Cato de re Ruſt. cap. 22. Cæteris ornatus domi, Pompeijs emptus eſt. Cic. 4. Acad. Cætera ſeries deinde ſequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum appoſuerat. Cætera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis. Cic. 1. de Nat. id eſt quantũ ad cætera.

Cætero

Cætĕrō, aduerbium. Plin. libro. 10. cap. 58. Palumbes fœmina incubat poſt meridiana in matutinum, cæterò mas. hoc eſt, quod reliquum eſt temporis: & Cæteroquin, pro alioquin. Cic. in Oratore.

Cæterum (μέντοι) coniunctio ſiue aduerbium, pro ſed, ſiue id quod dicere ſolemus, quod reliquum eſt. Cætera etiam quandoque aduerbialiter (τ' ἄλλα) capitur pro deinceps: ut, Cetera parce puer bello.

Călă. æ. f. p. Seruius, Calas dicebant maiores noſtri fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium, unde etiam calones dicebantur. Nam conſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & uallum: uallum autem dicebant calas. Luci. Scinde calam, ut caleas. id eſt ſcinde lignum & focum accende, ut te calefacias.

Călabră, bræ. f. p. pen. corr. dicebatur curia ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Macrob. Et ipſi curiæ, ad quam uocabantur, Calabræ nomen datum eſt.

Călădrĭūs, rij. m. ſ. & Caladrion, (ὁ χαλάδριυς Ariſtoteles,) auis eſt albi coloris.

Călămă. æ. f. p. pē. cor. haſta eſt, ſiue ſpica ipſius frumenti. Dicta ἀπὸ κάλα, quod eſt lignū, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι ſic appellatum. Suidas.

Călămārĭūm, rij. n. ſ. theca, id eſt repoſitorium calamorum. καλαμοθήκη.

Călămĭnthă. æ. f. p. (καλαμίνθη) ſeu Calamēthe. es. herba nota, quam Ariſtoteles ſcribit mentam commeare, hanc Latinè nepetam quidā dici putant. uulgò krus müntz. Dioſcorides libro 3. capite. 41.

Călămĭſtrūm. ſtri. n. ſ. καλαμίς, ίδος. generale eſt καλαμιστρον. acus maior, qua calefacta incinere & adhibita, criſpantur capilli. Cic. poſt Redi. Nō te frons calamiſtri notata ueſtigijs in eam cognitionem adducebat? Unde calamiſtratus puer. καλαμιδωτός. pro criſpulo cirratoq́; qui annulatos capillos habet. Cic. ibid. Cur in heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia uirtus tandiu ceſſauit?

Călămītæ (καλαμίται) ranæ minimæ ſunt & uiridiſſimæ, & à quibuſdam Dryopetæ uocantur. ſic dictæ quod inter calamos uerſentur.

Călămĭtās. is. f. t. grando quod comminuat calamos, hoc eſt culmos, & ſegetes. Terent. Eun Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Sed per tranſlat. pro miſeria accipitur, ſiue ærūna. συμφορά. unde calamitoſum dicimus malis ac calamitatibus prægrauatum (ὀϊζυρός.) Cic. Et honoris ampliſſimi puto eſſe miſeros calamitoſosq́; defendere.

Călămītēs, gemma: à calamo. Plin. li. 37. ca. 10.

Călămōchūs, genus arundinis in Italia naſcēs, Latinè adarca appellatum. Naſcitur circa arundines tenues, ubi ſpuma aquæ dulcis ac marinæ ſe miſcent.

Călămūs, mi. m. ſ. ὁ κάλαμος. 2. pen. cor. arundo magis minuta, habens internodia longa et recta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. Verg. Quum Daphnidis arcum Fregiſti, & calamos. Eſt & calamus quo ſcribi ſolet. Mart. Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus. Item calamus dicitur cōcauus fiſtulis accomodatus, quem ſyringa uocāt. Eſt & calamus auleticus, qui tibijs utilis eſt. Vergilius, Nec calamis ſolum æquiparas, ſed uoce magiſtrum. Et calamus uirga, cui hamus filo longo ligatur ad capiendos piſces: ſimiliter uirga ad capiendas aues uiſco illinita. Martial. Galbula decipitur calamis & retibus ales. Aliquando accipitur pro ſtipula & pro quacunque re tereti ac fiſtuloſa ad ſimilitudinem arundinis. Unde arborum quoque ac uitium calamos dicimus: id eſt, teretes particulas & uirgas ad ſerendum in terra aptas, Plinius. Item accipitur pro arbore aromatica, à ſimilitudine calami uſualis, ſimulans guſtu caſiam. κάλαμος ἀρωματικός. uel μυρεψικός. Gignitur in India multis modis geniculatus, fuluus, flagrans ſpiritus ſuauitatem, qui quum frangitur, in multas fit parteis ſciſſibilis. Eſt etiam calamus menſuræ ſex cubitorum & palmi.

Călāntĭcă, cæ. f. p. (ταινία) tegmen muliebre quod capiti innectitur. Cice. in Clod. Tunc, cum uincerentur pedes faſcijs, cum calanticam capiti accommodares?

Calaſaſtri. m. ſ. pueri dicebantur canoram uocem habentes, inquit Vitruuius, qui à regibus ad hoc munus quæri ſolebant. legendum cataſthli. Mart. Cum tibi Niliacus portet Cryſtalla Cataſthlus. li. 12. epigram. 75. Vide Georgij Merulæ annotationes ſuper cū locum.

l Calaſſis

Calaſſis, tunicæ genus, quod græci καλάσιριν dicunt. Alij dicunt nodum eſſe tunicæ mulie=bris, quo connexa circa ceruicem tunica ſum mittitur. Feſtus.

Călātă comitia, uide in dictione Comitium.

Călăthūs, thi.m.ſ.pen.cor. κάλαθος & τάλαρος. ab aliquibus qualus & quaſillus: ab aliquibus fi=ſcella, uas uimineum, ſecundum Porphyrio=nem, in quo mulieres penſa uel tramã recon=dunt. Iuxta quas ſignificationes ait Verg. in Alexi, Tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis. Item ciſtella. Ouid. lib. 4. Faſt. Hæc implet calathos lento de uimine nexos, Hæc gremium, laxos degrauat illa ſinus. Accipi=tur interdum pro calice ad ſacrificium apto. Ver. Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Seruius ait eſſe uas æneum, in quo lac uel recens caſeus diſtrahitur.

Călātōrēs. m.t. (κλήτορες) dicebantur ſerui, à καλεῖν, quod eſt uocare: qui ſemper uocabantur ob neceſſitatem ſeruitutis.

Calbei, armillæ dicebantur, quibus triumphan tes utebantur, & quibus ob uirtutes milites donabantur. Feſt.

Călcānĕūs, nei.m.ſ. & Calcaneum.n. utroq; mo do dicitur, pro parte poſteriore pedis imi. πτέρνα. Vergilius, Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Călcăr, aris.n.t. ferreus ſtimulus ad urgendos equos. πλῆκτρον, κέντρον: ſic dictum, quòd ad calcem alligetur. Ouidius Non opus eſt ce leri ſubdere calcar equo.

Călcārĭă fornax, in qua calx coquitur, κάμινος ἀσβέστου: ſicut ſulphuraria, in qua ſulphur. Plinius lib. 17. cap. 9. Nuper repertum oleas gaudere maximè cinere è calcarijs fornaci=bus. Eſt autem adiectiuum calcarius. a. um Calcarius uerò ſubſtantiuè, qui præeſt forna. ci calcariæ. Cato de re Ruſt. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Călcātă ædificia, dicuntur calce contecta: quæ & loricationem & tectoriam appellant, & præcipuè ſi leue politumúe fuerit, ut ſuperin duci poſſit peniculis uel albarium, uel pictu. ra, ad uenuſtandam ſtructuram. Græci τιθεμένα appellant.

Călcātōrĭūm, rij. n. ſ. locus ubi calx coquitur. Pallad. Is locus ad calcatorij ſimilitudinem podijs breuib. et teſtaceo pauimēto ſolidetur.

Călcĭāmēn & Călcĭāmēntūm. ti. n. ſ. pro ipſo calceo. ὑπόδημα. Plin. li. 19. Hinc calceamina & paſtorum ueſtis. Cic. 5. Tuſc. Calceamen=tum ſolorum callum, cubile terra.

Călcĕārĭūm, rij. n. ſ. idē quod calceus aut aliud quoduis quo pes tegitur, ἐμβάς. Vlpian. titu=lo de alimentis legatis, Diarijs neque calcea=rium deberi palàm eſt.

Călcĕātūs. us. m. q. idē quod calceamē. Plin. Ita que longo itinere ſine calciatu atteruntur pe (des.

Călcĕŏlārĭūs. rij. m. ſ. qui calceos con= ficit. ὑποδηματοποιός. Plautus in Aul. Propo le, linteones, calceolarij.

Călcĕŏlūs, dimin. à calceus. Cic. de nat. Cũ ha=ſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Călcĕūs, cei. m. ſ. à calce: pedis indumentũ, quod fit ex pellibus animalium: καλίκιον. Cicero libro. 1. Art. ueteris: Si multus erit in calceis puluis ex itinere.

Călcio. & Calceo. as. a. p. (ὑποδέω) rarò uſos au thores inueni, ſemel cum accuſatiuo eius rei quaquis calciatur, apud Plin. li. 36. reperi, ſed pro impono: ut, Alij calciarent ſoccos. Cũ ab latiuo lib. 17. Nos quoq; uidimus, Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis, quinquage narium thorace plumbeo indutũ, cothurniſq; quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi. Gel. Die feriato tunicis & lacernis in dutos & gallicis calciatos. Huius compoſi=tum eſt, Excalcio. Suetoni. in Vitel. Pro ma ximo munere à Meſſallina petijt, ut pedes præberet ſibi excalciandos.

Călcitro. as. pen. cor. a. p. pede percutio. λακτίζω. Plin. li. 30. ca. 16. Mulos nõ calcitrare cum. uinũ biberint. Hinc calcitrones dicti ſunt e=qui, qui calcib. infeſtunt. Gel. Equus mordax & calcitro. Huius cōpoſitum eſt recalcitro.

Călcitrōsūs, a. um. o. ſ. qui ſæpe calcibus ferit. λακτιστής. Colum. li. 2. Iuuencumq; reſte tra=ctum, calcitroſumq; eum reddit.

Călco. as. a. p. propriè ſignificat pede compri=mere. πατέω. Plin. lib. 13. cap. 4. Tertium ex his genus pateton, calcatis ſimile. Quod ad. animum transfertur: ut calcauit paſſiones. Compoſita ſunt, conculco, inculco, & pro= (culco.

Călcŭlo. as. n. p. rationem facio. ψηφίζομαι. unde calculator, à calculis, id eſt la pidibus

pidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant.

Călcŭlŭs, li. m. ſ. lapis breuis terræ admiſtus, ſic dictus quòd ſine moleſtia ſui breuitate calcetur. Græcè. ψῆφις. Verg. Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus aruis. Et calculus, lapillus in corpore, ex quo aſperrimus cruciatus gignitur. λιθίασις. qui autem eo morbo laborant, calculoſi dicuntur, à Græcis λιθιανικοί, λιθιῶντες. Plin. li. 21. Vtuntur ad alopecias, lithanicos. Item calculus (ψῆφος) dicitur, quē latronem ſeu latrunculum antiqui appellauerunt, iuniores ſcacum uocant. Mart. Hic mihi biſſeno numeratur teſſara puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Quoniam autem calculis facere rationem ſolemus, calculus pro ratione ponitur. Cic. Itaq; tibi concedo, ut ſi te alicuius dati pœnitet, ad calculum reducas.

Căldārĭæ, cellæ ſunt in quibus calida lauamur.

Căldārĭŭm. rij. n. ſ. ahenū quo aqua calida hauritur: uel in quo aqua igni admouetur. λέβης, ἰπνολέβης.

Caldor. oris. m. t. calor, à calendo. Var. li. 1. de re Ruſt. At ficus quòd denſa materia non eſt, ideo ſequitur caldorem.

Călefăcio. & Calfacio, cis. a. t. calidum reddo. θερμαίνω. Plinius libro 21. Chryſocomæ radix calfacit & ſtringit. Hinc excalfacio: à quo excalfactorius. a. um. θερμαντικός. Idē, Excalfactorias habet uires. Cōcalfacio, incēdo, συνθερμαίνω. Cic. Quū brachiū concalfacerit.

Călefio. θάλπομαι. habet ſignificationē paſſiuā: ut, Hic calefit igni: à quo cōcalfio, et excalfio.

Călendæ, arum. f. p. (καλάνδαι. Plutar) primus dies menſis, à καλῶ uoco. tunc enim pontifex calato, id eſt uocato populo, quot dies à Calēdis ad Nonas ſupereſſent, pronunciabat. Confluere autem Nonarū die in urbem populares oportebat, ut addiſcerent quid eo mēſe in diuinis humaniſq; rebus facto opus eſſet. Martial. Natales mihi Martiæ calendæ.

Călendārĭs, re. o. t. quod ad Calendas pertinet: ut, Iuno calendaris.

Călendārĭŭs. a. um. o. ſ. idem eſt: ut, Calendarius liber, ἀπογραφή, ἐφημερίς.

Călĕo. les. lui. n. ſ. per ſimplex l. ferueo, calidus ſum. θέρμομαι. Plautus in Rud. Os tibi calet. Lactant. lib. de Opifi. Qui autem ignem putauerunt, hoc uſi ſunt argumēto, quòd præſente anima corpus caleat, recedente frigeſcat. Compoſita ſunt, concaleo et incaleo. Caletur, imperſonale à caleo.

Călēſco. ſcis. n. t. calidus fio. θερμαίνομαι. à quo concaleſco & incaleſco.

Caliculus. li. m. ſ. diminut. à calix. Cato ca. 108. Dimidium acetabuli in caliculum nouum indito.

Călĭdŭs. a. um. o. ſ. à calore fit, & modo feruentem ſignificat. θερμόν. Verg. Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen. Modò ferocem, inconſultum: ut, Calide loqui, Pacu. Modò uelocē: ut, Calidis pedibus, Var. Dicitur & caldus per ſyncopam. Mart. Frigida non deerit, non deerit calda petenti.

Călĭgă, gæ. f. p. καλίγα. pen. cor. tegumentum tibiarum: cuius dimin. eſt caligula. Plin. lib. 7. cap. 42. A caliga fit caligatus, ut miles caligatus. Iuuen. Veniam caligatus in agros.

Călĭgārĭŭs. a. um. o. ſ. ut, piſces ſquamis conſpicui crebris atq; præacutis clauorum caligariorum effigie. Plin. li. 10. ca. 18. Dicitur & caligaris & hoc caligare: ut, Caligaris clauus, Idem lib. 22. cap. 22.

Călīgo, ginis. f. t. umbra eſt de ſpiſſitudine aëris effecta. ζόφος. quoniā aëris calore gignatur. Verg. 4. Aen. Quis glob. ô ciues caligine uoluitur atra? Hinc caliginoſus. a. um. pro obſcuro dicitur. ζοφώδης.

Călīgo. as. n. p. cæcutio. ἀμβλυώττω Plin. li. 20. ca. 22. Inungūt quoq; ſcabràs genas, aut caligantes oculos cum melle.

Călĭm, ueteres pro clàm uſurparunt.

Călĭx. icis. m. t. (κύλιξ) genus poculi quo bibimus, quòd eo calidam bibebant. nam & calidam & frigidā conuiuijs ueteres adhibebant. Plau. Cap. Aulas, caliceſq; omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Quandoq; ponitur pro maiori uaſe. Cice. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. Quandoq; pro uaſe in quo legumina & holera coquuntur. Ouid. 5. Faſt. Stant calices, minor inde holus alter habebat. Var. Calix, à caldo, quod in ea calida puls apponebatur.

Callais. gēma eſt uiride pallens. Plin. li. 37. ca. 8.

Căllĕo. les. lui. n. ſ. propriè calloſus ſum, ſiue callum facio. τυλοῦμαι. Plaut. Neq; ego homines magis aſinos unquam uidi, ita plagis coſtæ callent, quos dum ferias, tibi plus noceas,

Transfertur ad animum. Idem, Occalluit animus. Interdum callere eſt perfectè ſcire, (γινώσκω) quòd ſicut pes uel manus ex longo labore callum facit, ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum, in quibus uerſatur. Horatius. Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure. Huius compoſitum eſt, occalleo: à quo occalleſco. Plautus in Aſin. Qui latera conteram tua quæ occalluere plagis.

Călliblĕphărŏn. n.ſ. (καλλιβλέφαρον) medicamen accommodatum ui[...]s oculorum, præſertim cum palpebræ cohære[...]unt, & ulcera oculorum male curata fu[...]. Plin. lib. 23. ca. 4.

Căllĭdŭs, a. um. o.ſ. (πα[...]) per duplex ll, aſtutus: differtq; à uerſuto, q[...] callidus ſit ille (ut ſcribit Cic.) cuius animus uſu, ut manus opera, concalluit: uerſutus, cuius mens celeriter uerſetur. Hinc calliditas, aſtutia. Cic. 1. Off. Scientia quæ eſt remota ab iuſtitia, calliditas potius, quàm ſapientia eſt appellanda.

Căllĭgŏnŏn. ni. n.ſ. (καλλίγονον) herba eſt quam nonnulli ſanguinariam dicunt: à multitudine ſeminis & denſitate fruticis ſic dicta. Plinius lib. 27. cap. 12.

Căllĭmŭs, lapis, de quo Plinius lib. 36. cap. 12.

Căllĭōnўmŭs, mi. m.ſ. genus piſcis, cuius fel cicatrices ſanat. Plin. lib. 32. cap. 7.

Căllis, is. m.t. uia callo perdurata. τρίβος. Verg. 4. Aen. Prædamq; per herbas Couectant calle

Călliſcĕrĕ, n.t. eſt callum fieri. ἀπο (anguſto. τυλοῦσθαι). Cato, Aures nobis calliſcunt ad iniurias, id eſt occalluerunt

Călliſtrūtiæ, (ψυχ[...]άσια) ficorum omnium frigidiſſimæ. Plin. lib. 15. cap. 18.

Callitrichum, chi. n.ſ. herbam dicunt, quòd pulchros faciat crines: nam in uino cocta cum ſemine apij, adiecto oleo copioſe, & fluere capillum prohibet, & criſpum denſumq; facit. Plinius lib. 25. cap. 11.

Căllĭtrix, icis. f.t. herba quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodeſt. Plin. lib. 25. cap. 14.

Căllŏs. (κάλλος) pulchritudo, honeſtas.

Căllŭs, li. m.ſ. & Callum. li. n. utroq; modo dicitur: & eſt cutis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, parte'ue alia corporis denſior facta, cuiuſmodi eſt in ſuis roſtro, ceruice bouis, animalium plantis pedum, duritia illa quæ in manibus ex labore naſcitur. Plau. Perſa, Plus calleo, quàm aprugnum callum

Căllōſŭs. a. um. o.ſ. adiect. quod tenax (callet. & durum eſt. Colum. lib. 3. cap. 1.

Călŏn. καλόν. bonum, pulchrum, honeſtum: & Calon nomen ſtatuarij. κάλων. ac lignum dicitur κάλον.

Călōnēs, m.t. calcei ex ligno: quo etiam nomine ſerui militum caſtra ſequentes dicuntur, qui clauas ligneas & fuſtes gerebant, uel qui militibus ligna ſubminiſtrabant. ξυλοφόροι. Horat. Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Quidam tamen calones à calando deriuant, quòd ad miniſterium aduocarentur: alij à calendis, quòd calendarum die cibaria caperent pro toto menſe.

Călŏphāntă, tæ. m.ſ. (καλοφάντης) deriſor. Plau. in Curc. Colophantam ac ſycophantam.

Călŏpŏdĭŏn, dij. n.ſ. calciamenti lignei genus eſt, quod alio nomine dicitur ſoccum, & per diminutionem ſocculum.

Călŏpŭs, pi. m.ſ. (κάλοπος) animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, auſterum ac uelox, cornibus longis, quibus arbores deijcere fertur.

Călŏr, oris. m.t. & Călĭdĭtās, atis. f.t. idem ſignificant: à calendo. θέρμη, ἀλέα. Plaut. Mil. Nam mihi nimius calor comburebat gutturem. Dicitur & Caldor. Varro, Olea lecta ſi nimium diu fuerit in aceruis caldore fraceſcit, & oleum fœtidum fit.

Calorices, gemma eſt herbacei coloris.

Călōrĭfĭcŭs. a. um. o.ſ. quod calorem facit. θερμοποιός. ſicut à frigore, frigorificus.

Călŏtechnŭs, (καλότεχνος) bonus artifex: cuius contrarium eſt cacotechnus, (κακότεχνος) malus artifex.

Călpăr, aris. n.t. (κάλπη) dolium. Var. lib. 1. De uita Pop. Rom. Quia antequam nomen dolij prolatum eſſet, id genus uaſorum calpar diceretur. Feſtus docet eſſe genus uaſis fictilis, ſeu uinum nouum quod ex dolio demittitur ſacrificij cauſſa antequam deguſtetur.

Călthă, thæ. f.p. (κάλθα) herba naſcens in ſegetibus flore purpureo, uel potius uiola, coloris albi. Plin. lib. 21. cap. 6.

Călthŭlă, læ. f.p. ueſtis à caltha uiola coloris albi. Plaut. Induſiatam, patagiatam, calthulam ac crocotulam.

Căluă.æ.f.p.(κρανίον)dicitur os capitis, ubi capilli eſſe conſueuere. Martialis, Pſilothro faciemq; lauas, & dropace caluam.

Căluāriă,riæ.f.p.(τὸ βρέγμα)totum caput & carne nudum, & tam de brutis, quàm de hominibus dicitur. Pallad. Equæ caluaria, uel potius aſinæ. Et caluariæ, loca ſepulturæ publica, (κρανάνδρια) ſeu loca ubi decollabantur homines dānati. Caper tamen caluā appellat.

Căluăſtĕr, à calueo, ſiue à caluus. ἀναφαλαντίας

Căluātă uinea, ſignificat in qua uites quidem ſint, uerum paucæ raræq;, ut in caluitio capilli. Plin. lib. 17. cap. 22. Cato de re Ruſt. cap. 33.

Călueo.es. caluus ſum. φαλακρόω. Plin. li. 11. ca. 37. Et quædam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtruthiocameli, & corui aquatici. Hinc componitur recalueo, (ἀναφαλακρόομαι) quod eſt rurſus in caluitiem reuertor.

Căluēſcĕrĕ.n.t. eſt caluum fieri. (φαλακρῦμαι) Plin. li. 11. Proprium hi. caluefcere omnibus annis cum ſeritur rapa. Dicitur & de agris. Colum. lib. 5. Propter mures atq; talpas ſæpe nouella caſtaneta caluefcunt. id eſt rareſcūt.

Căluinarius porcus. m. ſ. qui cibo permixto ex colluuie hyeme nutritur.

Căluitiēs.ei.f. q. & caluitium, tij.n.ſ. defluuium capillorum à capite, ſeu locus quo capillorū defluuium eſt. φαλάκρα, φαλακρότης. Suet. Caluitij uerò deformitatem iniquiſſimè ferebat.

Călūmniă.æ.f. p. uexatio alicuius in litibus per fraudem, & fruſtrationem. Alij ponunt malitioſam interpretationem: Nonius malitioſam & mendacem infamationem. Græci διαβολὴν uocant. Cic. Exiſtunt ſæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, atque malitioſa iuris interpretatiōe. Hieron. Calūnia eſt, cū iuſtis hominibus crimē impietatis obijcitur.

Călūmniātŏr.oris.m.t. qui calumniam facit. συκοφάντης. id eſt qui falſum crimen obijcit. Vnde in lege 12. Tab. Calumniator idem patiatur quod reus, ſi conuictus fuerit.

Călūmnĭŏr.aris.d.p. ſignificat per fraudem & ſubdolam rationem cauſa uincendi in litibus, mendacijs alios uexo: uel falſa crimina intendo. διαβάλλω, συκοφαντέω.

Călūmniōsŭs.a.um.o.ſ. qui calumniam inferre ſolet. συκοφαντικός. Auguſtinus, Nemo illi calumnioſus tendicula uerborum requirit.

Căluo.as.a.p. caluum facio. φαλακρόω. à quo decaluo, id eſt ualde caluo: & recaluo, ab anteriore capitis parte caluo.

Căluo.uis.a.t. decipio, fruſtror. καταβάλλομαι. cuius paſſiuum eſt caluor: tractum à caluis militibus, qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui. Inuenitur etiam caluor deponens. Plaut. Caſ. Nam ubi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur. id eſt decipit.

Căluŭs.a.um. o.ſ. dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, ſiue qui ſine capillis natus eſt. φαλακρός. Vnde Plin. lib. 1. docet eſſe gentes naturaliter caluas, quales Myconij, qui capillo carentes gignūtur.

Căix.cis.d.t. pro calcaneo extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur. πτέρνα, σφυρόν. Verg. Calcemq; terit iam calce Diores. Vnde & pro ſine metaphoricè ponitur: ut, A uerti. e ad calcem. Cic. Quoniam ſumus ab ipſa calce eius interpellatione reuocati. Aliquando pro ictu calcis, & percuſſione pedum, (λάκτισμα)plagaq;. Teren. Phor. Aduorſum ſtimulos calces? Iuuenal. Aut dic, aut accipe calcem. Et tam pro calcaneo, quàm percuſſione, modo maſculino, modo fœm. genere uſurpari ſolet. Silius, Iam compos uoti ferrata calce cruentat Cornipedem. Verg. Cornipedemq; citum ferrato calce fatigat, à calcando: id eſt, nitendo dictus calx.

Călx,cis.f.t.(ἄσβεστος,ἡ)ſeu calces, lapis coctus ſic dictus quòd in ædificijs calcetur. nam ita lapides ſimul aſtringit, ut calceri uideantur. Pallad. Calx quæ erit ex ſpiſſo & duro ſaxo, ſtructuris conuenit: ex fiſtuloſo uero aut molliore lapide, tectorijs adhibetur utilius. Fit autem de albo, ſpiſſo & duriore ſaxo, coquitur fornace calcearia. Plin. lib. 36. cap. 23.

Călyptră.æ.f.p. καλύπτρα. genus ueſtimenti, quo mulieres capita tegebant: à καλύπτω tego.

Călyx,cis.m.t.(κάλυξ) ſignificat folliculum quo fructus arborū cooperitur: à καλύπτω, cooperio. Ponitur & pro operimento & tectorio linteo. Plinius lib. 12. cap. 6.

Cămĕrīnă.næ.f.p. καμερίνη. herba peſſimi odoris, quæ contuſſa nauſeam facit. unde Prouerbium, Caue moueas camerinam.

Cămbĭo is. pſi.a.q. commuto. apud antiquos uero cambire accipitur pro pugnare, iter incho

are, flectere: à quo cãpſo.as. quod eſt iter flectere. (ſto.

Camelopardalis, quære in c aſpirato, etſi non rectè aſpiretur, ut & camelus.

Cămēlŭs.li.m.ſ. notum eſt animal, de quo multa apud Plin. & Liuium 7.bell.Maced. Vide infrà Chamelus. Hinc camelinus.a.um: ut, Lac camelinum, Plin.lib.18.cap.9.

Cămĕră, ræ.f.p. καμάρα. pen. cor. à noſtris teſtudo ſeu fornix dicitur: & ipſa pars ſuperior, ſcilicet tectum deuexum & incuruum ſolarium, à forma teſtudinis, quaſi camuræ, id eſt curuæ, ut inquit Seruius. Camurus enim latinè curuus dicitur. Papin. in Syl. Effulgent cameræ uario faſtigia uitro, In ſpecies animosque nitent. Verg.lib.3.Georg. Camuris hirtæ ſub cornibus aures. Cameræ igitur tecta incuruata, fornicata.

Cămĕrārĕ.a.p. cameram facere. καμαρῶσαι. id eſt, fornicem & teſtudinem, à quo concamero. Plin.lib.24. Dinocrates architectus Alexandri Arſinoës templũ concamerare inchoauerat. Inde concamerata loca, dicimus teſtudinea: hoc eſt quæ fornicibus conſtant. Camerata uehicula, quæ Græci καμᾶρωτὰ uocant, qualia ſunt penſilia quibus matronæ geſtantur: qualia etiam hodie fiunt corio contecta.

Cămĕrārĭŭs.a.um.o.ſ.adiect. Plin.lib.19.cap.5. Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerarium, genus cucurbitæ uocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi ſerpit.

Cămillŭs, li.m.ſ. κάμιλλος. propriè puer ingenuus, qui flammi diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim Camillos & camillas uocabãt miniſtros et miniſtras impuberes in ſacris. Vide Camura. Item genus quoddam uaſis camillum dicebant, quod opertum in nuptijs ferebant, alio nomine cumera. Camillus item paruum caminum ſignificat. (ximus.

Cămīnātă loca, ſunt quæ & concaminata dixi-

Cămīnŭs, ni.m.ſ. κάμινος. pen. prod. Latinè fornax dicitur. Verg.lib.3. Ruptis flammam expirare caminis. Eſt etiam ſtructura quæ fumum excipit. Cicero ad Att. Luculento camino utendum cenſeo.

Cammarus, ri.m.ſ. piſcis marinus, ex ſpecie malacoſtracorum, & mollem teſtam habentium. Eſt autem uelut quædam cancrenum ſpecies, quam Veneti uocant digambari, duabus literis mutatis.

Cāmpānă, næ.f.p. inſtrumentum notum ad pulſandum idoneum. κώδων. à quo campanula. Hieron. ad Euſto. Quouſque campanula in clauſtro pulſabitur.

Cāmpārĭŭs. rij.m.ſ. cuſtos camporũ. ἀγροφύλαξ

Cāmpē.f.t. (καμπὴ) uermis genus hortenſis, herbas & arborũ frondes infeſtans, à uerbo Græco κάμπτειν, quod eſt flectere. Colu.li.10. Nec ſolum teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirſutaq́ campe. Hinc hippocampæ, qui & equi appellantur, à flexu caudarum.

Cāmpēſtrĭă.o.t. loca plana, πεδινὰ χωρία: à cãpo deductum nomen. Sic campeſtres operarij dicebantur ij, qui in campo Martio ſeruilem operam candidatò impertiebantur. Et campeſtria dicuntur genitalium ſuccinctoria, eò quòd ludentes in campo ueſtibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant ſolis campeſtribus tecti uirilia. περιζώματα. Horat. Penula ſolſtitio campeſtre niualibus auris. Vnde qui ita ſuccincti ſunt, campeſtratos uulgus appellat. Vide in bracha.

Cāmpĭōrēs. m. t. dicuntur uulgò collybiſtæ ac trapezitæ.

Cāmpŭs, pi.m.ſ. eſt grande atq; amplum ſpatiũ terræ planæ, ut plateæ, areæq́. πεδίον. Cæſ. 3.bel.Ciu. Campus circiter millium paſſuũ ſex. Dictus campus à capiendo, quòd animalium ſeu rerum multitudinem facilè capiat: ſeu quòd ueteres ex agro tantum plano capiebant fructus. Solet accipi pro qualibet re, in qua quis ſtudium habeat. Cicero 4.Acad. Cum ſit enim campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta cogimus?

Cămūră. camuræ f.p. pen. producta, uaſis genus quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis utenſilia. Feſt. Vide Camillus.

Cămūrŭs.a.um. curuus. Vide Camera.

Cāmŭs. mi. m. ſ. genus uinculi. κημὸς, φιμὸς. Plautus in Caſſ. poſuit pro fune, quo damnati alligantur furcæ, cum ait, Camum & furcam feras. Item equorum retinaculum, frenũ & muliebre ornamentum. Significat etiam cõtextum figuræ coni, quod inſtar calculi iudicet

ces iaciebant in cadũ. Eſt & genus tibiæ, pabuli, & lilij, & quædam herba. Item mechanicum inſtrumentum igniferum.

Cānālĭcŏlæ. c. p. penult. correp. forenſes homines pauperes: dicti quòd circa canales fori conſiſterent.

Cānālĭcŭlă. læ. f. p. diminutiuum, parua canalis. σωλινάριον.

Cānālĭcŭlātŭs, a. um. o. ſ. quod eſt in canalis modum factum. σωληνοειδὲς. Plin. li. 19. Quibuſdam anguſta & canaliculata, ut cumino.

Cānālĭcŏlŭs, dimin. à canalis in maſc. genere. Col. li. 9. Canaliculi milio repleti apponũtur.

Cānālĭs. lis. d. t. (σωλὴν) à canna fit, una litera detracta. Eſt autem canalis lignum ad cannæ ſimilitudinem cauatum, quo aqua deducitur. Feſtus. Vergil. Currentem ilignis potare canalibus undam. Dicitur & hoc canale. Stat. libro 1. Syl. Flumina demerſo trahit intemerata canali.

Cānālĭtĭŭm aurum, n. ſ. dicitur in puteis effoſſum, quòd uenarũ canales per ſaxa uagantur huc atque illuc, & per latera puteorum, Plinius lib. 33. cap. 4.

Cānārĭŭs. a. um. quod ad canem pertinet. κυνικὸς. ut lappa canaria, quæ canibus adhæret. Plinius lib. 18. Augurium canarium. & Canarium ſacrificium, apud Ateiũ Capit.

Cānātim, aduerbium ſignificat ad ſimilitudinem canis. κυνηδόν.

Cānātiŭs, ab Apuleio dicitur in Flor. pro clara ſeu præconis uoce. Canatius, inquit, lunam dabo, ut per omnes prouincias eat. à canando, id eſt calando uidetur dictum.

Cāncĕllārĭī. m. ſ. dicuntur ſcribæ, (ἀρχιγραμματεῖς.) qua dictione uſus eſt Flau. Vopiſcus.

Cāncĕllātim, aduerb. ad ſimilitudinem cancelli. δίκην κιγκλίδων.

Cāncĕllī, orum. m. ſ. ligna inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum inſtar retis inuicem annexa, quibus ſcenæ & tribunalia atque feneſtræ muniri ſolent, quos præterire non licet. Græci κιγκλίδες, δρύφακτοι. Et apud priſcos ferè ſemper fuerunt ærei, quorum multi extant per baſilicas diſtributi ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti: quibus cum aër aſpectuſq; admittatur, prohibetur acceſſus, ſeruiq; uſus eiuſmodi clauſtra uineis pro ualuis foribuſq; apponi. Sunt & cancelli loca cancellatim, hoc eſt teſſelatim facta tranſuerſarijs lignis, accommoda ſeſſui. Ouidius, Cancellis primos impoſuiſſe pedes. In ſacris literis cancelli uocantur ſpecilla foraminibus plena, & tranſuerſim plagulis feneſtrata, quas uulgus zelotypias uocitat. Vnde in Prouerbijs, De feneſtra domus meæ per cancellos perſpexi iuuenem. Dicitur etiam cancellata cutis cancellis diſtincta, qualis eſt elephantorum, quaſi teſſellatim conquadrata, & in modum capſularum facta. Præterea cancellus poteſt eſſe diminutiuum à cancer, καρκίνιον.

Cāncĕllo. as. act. p. concido, dilanio, diſpungo, erado, deleo. (κιγκλιδόω.) Nam ſicut ex tranſuerſo dicuntur ligna in cancellis, ita delendis ſcripturis tranſuerſo calamo notæ lineæq; atramentariæ. Iureconſultus, titulo de his quæ in teſtamento delentur, Cancellabat quis teſtamentum uel induxerat.

Cāncĕr. cri. m. ſ. dicitur & de piſce, & de ſigno cœli, qui etiam Carcinus. καρκίνος. appellatur. Luc. li. 9. Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens. Ideo autem cancri in ſideribus à gentibus dicti ſunt, eo quòd in illud ſignum menſe Iunio ſol dum uenerit, retrograditur in modum cancri, longioreſq; dies faciat. Et in utroque ſignificatu eſt generis maſculini. Cancer uerò canceris. καρκίνωμα, κάρκινος. neut. gen. morbus eſt. Ouid. Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas uitiatis addere parteis. Naſcitur hic morbus ferè in omnibus corporis partibus, ſed maximè in mamillis mulierum, quæ non purgantur menſtruo naturali. Legitur & cancer, cancri. gen. maſc. pro morbo, ut apud Cat. de re Ruſt. Dictus cancer à cancri rubore ſeu ſimilitudine. nam ſicut illi pedes, ita huic uenæ protenſæ, ex utraque parte cernuntur. Suidas.

Cancris, dicebatur pilula in medicina urendi uim habens, melius Canchrys.

Cāndĕfăcio. act. t. candidũ facio. λευκαίνω. Plautus in Moſt. Vna opera ebur atramento candefacere poſtules. Hinc excandefacio, incendo, inflammo. Varro. lib. 3. de ruſt. Cœnæ collegiorum excãdefaciunt annonam Marcelli. Aliquando etiã candefacere eſt candentem,

hoc eſt ignitum reddere, ἐμπυρίζειν. Et ex=
candeſcere, ira ualde inflammare (θυμόειν) &
excandefactus, præter modum iratus.

Cāndēlă, læ. f. p. (λύχνος, κηρὸς) à candore lumi=
nis dicitur: hinc candelabrũ, (λυχνοῦχον, λυχνίς,
λυχνικὸν) in quo candelæ figuntur. Sunt au=
tem candelæ quacunque conſtent materia, ſcir
» pis, tæda, ſeuo, cæra. Martial. Nomina can=
delæ nobis antiqua dederunt, Non norat par=
cos uncta lucerna patres.

Cāndĕo. es. ui. n. ſ. ignitus ſum. αἴθω, ἐκπυροῦμαι.
Cic. Off. li. 1. Candente carbone ſibi adurebat
» capillum. Et candere ſignificat candidum
» eſſe. λευκὸν εἶναι. Verg. lib. 4. Candentis uac=
cæ media inter cornua fundit. A candeo fit
candeſco, quod eſt ignitus fio. πυροῦμαι. Com=
poſita, excandeo & incandeo: à quibus excan=
deſco, & incandeſco proprie uehementer in=
cendor, inflammorque. Transferuntur etiam ad
iram. θυμοῦσθαι. quod ea uelut ignis animam in=
cendat, & uultum hominis quodam candore
perfundat. Cælius Ciceroni, Id poſtquam re=
ſciijt, excanduit, id eſt ira uehementer incenſus
eſt. Cato de re Ruſt. Nam ſi ſub tecto coquas,
cum bitumen & ſulphur additum eſt, excan=
deſcet. id eſt incendetur & inflammabitur.
Hinc excandeſcentia, quæ eſt ira naſcens, & ſi
ne modo exiſtens. θύμωσις. Ex quo cõſtat flam
» mam ignis candidam eſſe. De incandeſco
» Ouid. Metam. lib. 7. Non ſecus exarſit quàm
» cum balearica plumbum Funda iacit, uolat,
» incandeſcit eundo. Eſt & recandeo: à quo re=
candeſco, quod eſt rurſus candeſco. Oui. lib. 1.
» Metam. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta re=
» centi, Solibus æthereis, altoque recãduit æſtu.

Cāndico, cas. n. p. pen. cor. candorem habeo, ſi=
ue dealbo, album facio (λευκαίνω). Plin. lib. 3.
Inſigne ei in dextro latere candicans macula.
Hinc candicantia. æ. pro albedine. λευκασ=
μός. Plinius libro. 17.

Candidatus, a. um. o. ſ. qui luce quadam niten=
te fuſus eſt. λευκοείμων. Unde Lactan. Immor
talitate nos ueluti candidatos eſſe eleganter
dixit. Candidati etiã dicebantur, qui in alicu
ius magiſtratus aut dignitatis petitione uerſa
bantur. οἱ παραγγέλλοντες τὰς ἀρχὰς, οἱ δεξιούμε=
νοι. à tunica candida, quam per id tempus in=
duebant. Ire autem candidati per comitia ſo=
lebant, ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſe om
nibus, & nudato etiam corpore cicatrices o=
ſtendo. Inde per translat. aliarum quoque re=
rum petitores candidati dicũtur: ſicut à Quin
til. candidatus eloquentiæ: & à Plinio in Pa=
neg. candidatus gloriæ & immortalitatis: à
Hieron. candidatus fidei. Ex quibus oſtendi=
tur candidatus conſtrui cum genitiuo: ut ſit
candidatus conſulatus, præturæ, quæſturæ,
qui petit conſulatum, præturam, quæſturam.

Cāndĭdo. as. act. p. candidũ facio. πλύνω. Pom.
Veſtem lixiuio cãdidans.

Cāndĭdŭs. a. um. o. ſ. quod ex luce ita nitet, e=
umque colorem habet, qualis eſt flamma ignis,
(λευκὸς αἴθων) licet aduerbium candide pro be
nignè, & purè ſumatur. εὐγνωμόνως. Cælius Ci
ceroni: Cauendum tibi erit, ne parum candi=
» dè poſuiſſe inimicitias uidearis. Horat. Albi
noſtrorum ſermonum candide lector. Inter=
dum candidus ponitur pro felici: tractum à
Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduer
ſum nigro lapillo deſignarunt. Hor lib. Serm.
Hunccine ſolem Tam eſſe nigrum mihi? id
eſt, triſtem & exitioſum? Differt tamen can=
didus ab albo, quòd candidus eſt, qui qua=
dam incenſa luce perfuſus eſt: albus qui pal=
lori uicinus eſt.

Cāndĭdŭlŭs. a. um. o. ſ. dimin. Cic. 5. Tuſc. Candi
duli dentes, uenuſti oculi, color ſuauis.

Cāndĭfĭco. as. act. p. candidum facio. λευκόω.
Næuius: Poliens ſeſe, & ſuccis herbarum can
dificans cutem.

Cāndŏr. oris. m. t. ipſe ſplendor, ut candor eſt lu
cis æternæ. λευκότης, λεύκωμα. Plau. Men. O ſo
lem, uides ſtatim ut obcæcatus eſt pro huius
corporis candoribus? Plin. li. 12. ca. 14. Thus
probatur candore. Dicitur & per metapho=
ram candor animi à Cicerone multis in locis,
pro ſynceritate, & puritate animi.

Candoſoccus, gallica uox. Col. lib. 5. cap. 4.

Canentas, capitis ornamenta ueteres dixere.

Cānĕo. es. ui. n. ſ. canum fieri & album, πολιοῦσθαι:
ut canent herbæ, hoc eſt albeſcunt matuti=
» no rore aſperſæ. Vergilius 3. Georg. Frigi=
» da rura Carpamus dum mane nouum, dum
gramina canent.

Cānēſco. is. n. t. canum fieri, ſeneſcere, ac deflo=
reſcere. Cice. De clar. orat. Cumque ipſa ora=
tio

tio iam noſtra caneſceret, haberetq́ ſuã quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem.

Cănēphŏră, ræ. f. p. (κανηφόρος) pen. cor. uirgo dicitur quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat. κάνεα enim Græci dicunt, quæ nos caniſtra, & per diminutionem caniſtella. Cic. in 6. Verr. Habe canephoras, deorum ſimulachra reſtitue.

Căngrænă, næ. f. p. (γάγγραινα) pen. pro. ſpecies morbi alia à cancro, quæ (ut ait Plin.) ſanari poteſt. In hoc cancer & cangræna conueniunt, quòd utrunq; carnem exedit. Naſcitur cangræna non in omnibus partibus corporis ſicut cancer, ſed in prominentibus membris: id eſt, inter ungues, & alas & inguina. Sunt etiam qui dicant cangrænam eſſe, quando unum membrum aptum eſt ut putreſiat. Vide Gangræna, per g, malè per c ſcribitur.

Cănīcă, furfur. πίτυρα. Vnde canicaceum furfureum dicimus. Pacu. Qui apud te quaſi ſeruus eſt canicaceum panem.

Cănīceps, genus animalis faciẽ caninã habens.

Cănīcŭlă, læ. f. p. (σείριος) dimin. à cane, cum eſt fœmin. generis. Accipitur & pro ſigno cœleſti. Colum. lib. 10. Cumq; peracto ſolſtitio uſq; ad ortum caniculæ, qui ferè dies triginta ſunt. Hinc caniculares dies, αἱ ἀμφὶ τὸν σείριον ἡμέραι. Eſt præterea canicula ludi genus, quod & canis dicitur: & damnoſa canicula, Perſius. Canicula item genus piſcis marini. Plinius libro 32. cap. 11.

Cănīcŭlŭs, li. ſ. catulus, à quo catellus, diminutiua ſunt à canis generis maſculini. κυνάριον, κυνίδιον.

Cănīnŭs. a. um. o. ſ. quod eſt ex cane. κυνικός. Plinius, Sanguine canino nihil contra toxica præſtantius eſt. Vnde caninum prandium, abſtemium, in quo nihil uini potatur, quoniam canis uinum non bibit: Canina cœna, idem. Plautus. Caſſ.

Cănis, nis. c. t. (κύων) animal latrabile: à canendo dicitur, quod nocte in cuſtodia, & in uenando ſignum uoce det. De hoc Colum. lib. 7. cap. 12. Quis hominum clarius, aut tanta uociferatione beſtiã uel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilantior? quis deniq; ultor aut uindex conſtantior? Eſt & canis piſcis marinus, & ludi talaris ſignũ quod unum duntaxat punctum continet, & ideo damnoſum eſt. Propert. Semper damnoſi ſubſiluere canes.

Cănīſtrŭm, ſtri. n. ſ. & Caniſter, fiſcella, ciſta uiminea. Verg. Cererem caniſtris Expediunt. Græcè κάναστρον, a in i mutata: cuius dimi. eſt caniſtellũ & caniſtellus, κανάριον, κανίσκιον.

Cānĭcĭēs, ei. f. q. & Cānĭtūdo, pro ipſa albedine. πολιότης. Plin. Et ipſa iam canicie uenerabilis.

Cānnă, næ. f. p. (κάννα, δόναξ) arundo, licet minor ſit, & maior calamo. Columel. lib. 5. De arundineto. Et canna, uas in quo ferebatur oleum. Colu. Vrcei, quibus oleum progeritur, cannæ: tegetes, quibus oliua excipitur.

Cānnăbis, bis. f. t. (κάνναβις) pen. cor. herba eſt, ex qua fiunt chordæ. Perſius: Tun' mare tranſilias? tibi torta cannabe fulto Cœna ſit in transtro? Dicitur & cannabum. Palladius: Hoc tempore cannabum ſeris. Hinc cannabaceus. a. um. & Cannabinus. a. um. (καννάβινος) quod eſt ex cannabe. Col. li. 7. Cannabiniſq; funibus cornua iuuencorum ligato.

Cānnētŭm, ti. n. ſ. ubi cannarum copia eſt. καννών. Pallad. Lilieta, canneta ponenda ſunt.

Cānnĭtĭæ, dicuntur cameræ in agreſtibus ædificiis ex cannis conſtructæ, (καλάμιναι,) ut eſt apud Pallad.

Cānnĭtĭŭm, canna, arundo. Aug. ſuper Pſalm. Noſtis quemadmodum ſibi faciunt de cannitiis ſagittas infantes?

Căno. is. cecini, cantum, & canitum. n. t. (ᾄδω) ſed eius compoſita faciunt præteritum in ui, diuiſas ſyllabas, ſignificatq; proprie canere uoce modulari. Plin. lib. 10. ca. 29. Merula canit æſtate, hyeme balbutit. Cic. 4. Aca. Cum cornix cecinerit. Hinc canere poëtæ dicuntur, quoniam uerſus rhythmica ratione cõpoſitos cantando pronunciare conſueuerunt. Verg. Arma uirumq; cano. Canere etiam is dicitur, qui non tantum ore, ſed qui fides organaúe pulſat, aut qui tibias inflat. Canere receptui, ſignificat poſt cõflictum milites à pugna eſſe reuocandos, recipiendoſq; in tutum, quod fit cantu tubarum & clangore: ſicut canit bellicum, cum initur conflictus, & milites in pugnam prodeunt. Sed quia ueteres laudare &

uaticinari uerſibus ſolebant, factum eſt ut » canere pro laudare capiatur. Verg. Regemq; » canebāt. Et pro uaticinari. Idem, Ipſa canas » oro. Huius uerbi cōpoſita ſunt, accino, quod eſt ad aliquid uel iuxtà cano. προσᾴδω, προσαυλῶ, ἐπαυλῶ. Concino, ſimul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, ſiue occano, (κατᾴδω) conuitium facio. Percino, canendo perſeuero. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædiuino, & antè cano. Recino, rurſus cano ſiue reuoco. ut Recantare oppropria. Horat. lib. 1. Carm. Eſt & ſuccino, quod eſt ſummiſſa uoce cano. Et omnia habent penult. corre.

Canon, onis. m. t. (κανὼν) Latinè regula. à quo canonicus. a. um. quod eſt regulare. Auguſt. lib. 5. de Ciuit. Quam ſolis obſcurationem nō ex canonico ſiderum curſu accidiſſe ſatis oſtendunt. Et canon, interior ſcuti locus quo brachia immittunt.

Cănōnīzo. as. regulo, ad regulam examino.

Cănŏr, oris. m. t. (μέλος) cantus, & elegantia quædam ac conſonantia. Ouid. 5. Metam. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aureis.

Cănōrŭs. a. um. o. ſ. quaſi ſonorus. Cic. De Senect. Omnino canorum illud in uoce ſplendeſcit. Verg. 6. Aen. Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris.

Cănōrōsŭs. a. um. idem. λιγυρός. Gell. Collectam coactamq; uocem, & magis claros canoroſosq; ſonitus facit.

Căntā, pro cantata ueteres uſi ſunt.

Canthărĭās, gemmæ ſpecies, quæ ſcarabeorum effigiem habet: quippe Græci κανθαρίδας uocant ſcarabeos. Plin. lib. 37. cap. 11.

Canthărĭs. idis. f. t. (κανθαρίς) uel Cantharida. æ. uermis terrenus, uiridis, auri colore ſuperlucens: & naſcitur in ſummitate ramorum fraxini & oliuæ: cuius ſuccus in uenas ingreſſus ut uenenum interimit, & humano corpori » applicitus ueſicas plenas humore facit. Ouid. Cantharidum ſuccos dante parente bibat.

Canthărŭs. ri. m. ſ. (κάνθαρος) pen. cor. poculum quod Baccho tribuitur, ſicut ſcyphus Herculi: à canthāro, quod erat nauigij genus. Verg. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Vlp. ſcribit cantharos eſſe per quos aquæ ſaliunt. Et cantharus animal eſt, cuius fœmina non inuenitur. Plin. lib. 32. cap. 11. Et cantharus Latinè ſcarabeus dicitur paruus, frumenta erodens. Plin. li. 18. cap. 17.

Canthērĭŭm, rij. n. ſ. (κανθήλιον) uehiculi genus, de quo Senec. Epiſt. 87. M. Cato Cenſorinus cantherio uehebatur Aethiopico.

Cantherĭŭs, genus iugi in uinea. uulgò gheld. de quo Columel. lib. 4. cap. 12. Hinc cantheriatus. a. um. Colum. lib. 5. Eas ruſtici cantheriatas appellant.

Canthērĭŭs, rij. m. ſ. equus, cui teſtes amputati ſunt, quia ideo fit manſuetior. κανθήλιος. Varro, Et ideo quòd ſemine carent ij, cantherij appellantur. diſtat ab equo, ſicut capus à gallo. Et cantherij ſunt, qui à ruſticis ferè nominantur caballi, quia ipſos equos cantharios uocamus, qui ſubijci ſolent à fabris materiarijs, dum moles arborum ſecant. Hinc cantherinus. a. um. adiectiuum. Plautus in Menæ. Certè hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solent enim equi ſtantes ſomniare, authore Plinio, lib. 10. cap. ult. Cantherinum hordeum hexaſticum, Columel. libro 2. cap. 9.

Cantherinum lapathum Latini rumicem appellant. Plinius lib. 20. cap. 21. Item cantherij, tigna dicuntur. Vitru. lib. 5.

Canthēs, thium. f. t. organorum fiſtulæ.

Canthŭs, thi. m. ſ. (κανθός) ferrum quo rotæ ex» tremitates uinciuntur. Perſ. Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum. Canthos etiam Græci angulos oculorum uocant, ſeu palpebrarum pilum.

Canticum, ci. n. ſ. propriè eſt elegans & laſciuus cantus. ᾠδή. Quintil. Si poetæ lectio cum ſuauitate quadā grauis, & non quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt: & ſe poetæ canere teſtantur, non tamen in canticum diſſoluta.

Cantĭlēnā, næ. f. p. cantici compoſitio. μελῳδία. Cicero 1. de Orat. Neq; ex ſcholis cantilenam requirunt.

Cantĭo, onis. f. t. idem quod cantus. ᾆσμα. Plau. Sticho, Lepidam & ſuauem aliquam cantionem occipito. Hinc cantiuncula, diminut. ᾀσμάτιον. Cic. 5. de Fin.

Cantĭto. as. n. p. pen. cor. frequent. à frequentatiuo formatum. Auguſt. Quales poëtarum noſtrorum carminibus cantitantur.

Cantor

Cantor, & cantrix, uerbalia qui uel quæ cantus exercet.

Canto. as. n. p. frequent. à cano. ᾄδω. Plin. libro 11. cap. 26. Mares cantant in utroq; genere. Terent. Eunu. Cantatum prouocemus. Plaut. in Epid. Conducta ueni, ut cantarem fidibus ſeni. Item cantare, pro incantare. Vergil. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Cantare item pro celebrare, tollere laudibus. Cic. ad Att. Nam ut ſcis, iam pridem iſtum canto Cæſarem. Ab hoc uerbo fiũt cantatio, ᾠδή. cantatus, cantator, ἀοιδὸς, μελοποιός: & cantatrix, ψάλτρια. Compoſita mutant a in e, ut accento, as. unde accentus: concento, à quo concentus. occento, & ſuccento. Excanto uero & incanto, & recanto ſeruant a.

Cāntŭs. us. m. q. à cano, eſt inflexio uocis, & pro cantione cuiuſcunque rei dicitur. μέλος. Verg. Cantusq; dedere.

Cānŭs, a. um. cui candent, ſiue albent capilli præ ſenectute. πολιός. Plaut. Aſin. Cano capite te cuculum uxor ex luſtris rapit. Refertur & ad alia: ut cani montes, albi ex niue. Cana fides. Verg. 1. Aen. ubi Nonius canam fidem, ueterem & antiquam interpretatur. Cana ueritas. Varro in Eudæ.

Cāni. orum. m. ſ. ſubſtantiuè, pluraliter tantum, capilli albi in capitibus ſenum. Cic. De Seneci. Non cani, non rugæ repentè authoritatem afferre poſſunt.

Căpāx. ācis. o. t. quod capit ſeu cõtinet, aut continere poteſt: δεκτικός, χωρητικός. Plin. lib. 11. ca. 1. Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cic. in Orat. Non ſemper implet aures meas, ita ſunt auidæ, & capaces.

Căpācĭtās. atis. f. t. locus qui capere & continere poteſt, ut Capacitas animi, Cicero 1. Tuſculanarum quæſt.

Căpĭdo. inis. ſpatioſum aliquid, & rei alicuius capax. εὐρυχωρία. Cic. in Para. Minus ne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur? Capeduncula, dimin. Idem 3. de Nat. Docebo meliora me didiciſſe de colendis dijs immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capedunculis, quas Numa nobis reliquit. ubi uidetur poſuiſſe pro uaſe uel armario traditionum Numæ.

Căpĕr, pri. m. ſ. mas inter capras caſtratus. τράγος. Martial. Dum iugulas hircum factus es ipſe caper. Ponitur tamen quandoq; pro maſculo caprarum. Vergil. Vir gregis ipſe caper. Dicitur caper ſiue capra à carpendis uirgultis. Rodit enim omne uirgultum, & in primis uites, propter quod Baccho immolari caper ſolebat.

Căpĕro. as. n. p. pen. cor. frontem rugis contraho, & aſperitatem uultus oſtendo, συσπάω τὴν ὄψιν: quod à criſpis caprorum frontibus, uel à cornuum caprinorũ ſimilitudinne tractum eſt. Vnde & caperatum (συνεσταλμένον) rugoſum dicitur. Plau. Quid illud eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine?

Căpēſſo, is. ſſi. ſſum. ſecundum Diomedem: uel ſiui. ſitum, ſecundum Priſcian. uerbum actiuum. nam dicimus capeſſo, capeſſor: & ſignificat capio, ſiue ad capiendum eo. ἐπιχειρέω, ἐπιβαίνω, ἀντιλαμβάνομαι, ἐφάπτομαι, Sal. lib. 2. hiſt. Diuerſa, uti ſolet rebus perditis, capeſsiuit. Liu. lib. 1. Ergo ut ſegregaret pugnam, capeſsit fugam. Verg. pro exequendum ſuſcipio, Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plautus in Amph. pro recipio dixit, Me donũ capeſſam.

Căpĭdŭlŭm, li. n. ſ. idem quod capitium.

Căpillāmēntŭ, n. ſ. quandoq; capilli dicuntur. τριχώματα. Apul. lib. 2. de Aſin. Tanta eſt capillamenti dignitas, ut quamuis auro, ueſte, gemmis, omniq; cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſsit uideri.

Căpillārĕ. a. p. eſt capillos facere τριχόω. Plin. Polythrix in uiride capillatur, ſed defluuia comarum facere dicitur. Vnde capillatus. a. um. quod crines longiores habet. τριχωτός. Cicero: Capillatior ſolito.

Căpillātiă uela, dicuntur uela cilicina.

Căpillĭtiŭm, à capillo, ſicut famulitium à famulo, idem quod capillamentum. n. ſ. κόμη. Capillitium flauum, Apul.

Căpillōtĕnŭs. pen. cor. ſignificat uſq; ad capillos.

Căpillŭs, li. m. ſ. quaſi capitis pilus: quamuis & pro omni pilo ſumatur. θρίξ. Ouid. Quot ſunt mentula, quos habet capillos. Gell. capillum pro pilo hædino poſuit.

Capillus Veneris, (ἀδίαντον) herba ſic dicta quod delapſos poſt alopeciã capillos recreat, ſiue

ſiue quòd capillorum fluores coërceat.

Căpio.is.a.t.(λαμβάνω) cepi, captū, ſignificat accipio.Verg.lib.4. Geor.Cape ſacra manu, cape robora paſtor.Sed differunt,quia capere eſt cum affectu,accipere cū quis non ſic accipit ut habeat. Ideo ut Vlpia. ſcribit,non uidetur quis capere quod eſt reſtituturus. Et capere eſt ſponte uel non ſponte, accipere tantum ſponte. Vnde dicimus cepi labores, cepi moleſtiam, cepi uel ſuſcepi inimicitias: accepi calamitatem, cladem, contumeliam, uulnus. Habet interdum reciprocum uſum, ut idem ſit, Cepi uoluptatem & cepit me uoluptas: cepiſti dolorē,& cepit te dolor, ὁ δ᾽ ὠῶν ἄλγεα... Quandoq; ſignificat facere.Teren. Non ſi capiundos mihi ſciam inimicos homines omnes. Delectare(τέρπειν)ineſcare, irretire,ex tranſlatione ferarum uenatusq;. Hora. in Serm. Te coniunx aliena capit meretricula Dauum. Propitiari.Lucret.li.2. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Decipere,πλανάω.Verg. Captiq; dolis,lachrymisq; coacti. Eligere,αἱρέω.Teren.Hecy.Cum illum gnatum cepimus. Perpeti, ut apud eundem in Heaut.Dum abs te abſum,omnes mihi labores quos cepi, fuere leues. Tenere, χωρᾶν.ut in Eun Dij boni quid turbæ?ædes noſtræ uix capient. Detinere,occupare, (χειρόομαι)Cic. Nauem quandam piratarum præda onuſtum cepere. Hinc uincti, captiui dicuntur,quod non ſui iuris ſint, ſed in poteſtatem aliorum redacti.αἰχμάλωτοι. Mente capti, amentes,hoc eſt,qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, qui officio oculorum priuati ſunt. Aliquando capere eſt amore accendere: unde capti,amantes dicuntur. Capere manu,eſt comprehendere: capere oculis,uidere: capere auribus,audire: capere mente, intelligere: capere conſilio, eligere: capere aſtu uel dolis,decipere: capere cantu aut uoluptate, delectare. Capere conſilium & deliberare. (συμβουλὴν λαμβάνειν.) Capere rationem, eſt modum inuenire. μέθοδον εὑρεῖν. Plaut. Huius uerbi compoſita ſunt, accipio, à quo præaccipio, concipio, decipio, excipio, incipio, intercipio, percipio, præcipio, recipio, ſuſcipio & uſucapio, quæ ci ſyllabam correptam habent. Deriuata ſunt quæ ſequuntur, auceps,forceps,princeps.

Căpis.idis.f.t.poculi genus à capiendo: cuius diminutiuum eſt capidula.

Căpiſtĕrĭum,rij.n.ſ.genus uaſis ruſtici,quod tamen (ut Geor. Merula inquit)ſcaphiſterium, (σκαφὶς) melius dicitur. Colum. lib. 2.cap.9. Quicquid exteretur,capiſterio expurgandum (erit.

Căpiſtro.as.act.p.capiſtrum impono. κημόω.Plin.lib.18.cap.19. Si inter arbores uites'q; aretur,fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant.

Căpiſtrūm,ſtri.n.ſ. capitis uinculum, quod equis,& huiuſmodi animalibus adhibere ſolet ne fugiant.κημός. Martial. Paret purpureis aper capiſtris. Col.li.5.uitibus attribuit, Cum ad ſummum palū recta uitis extenta eſt, capiſtro cōſtringitur.Et capiſtrū dicitur,quod circa os brutorū inuoluitur, ne cibos decerpant.

Căpĭtālĕ,& per apocopen Capital,lis.n.t. dicitur facinus quod capitis pœna luitur. ἀνήκεστον κακόν.Plaut.Men.Tametſi capital fecerit, facilè aſſeruabis.Nonius docet capital eſſe capitis periculum: Varro uerò faſciolam, qua capillos nectimus.

Căpĭtālis homo,non ſolum pro ſceleſto, qui eſt dignus puniri capite, ὁ ἐσχάτης τιμωρίας ἄξιος. ſed etiam qui promptus ad cædem eſt, φονικός. Cic. Trebat. Tres uiros uites cenſeo. audio capitales eſſe. Capitalis oratio, ὀλέθριος λόγος.Cic.lib.1. Off. Capitalis ira ab Horatio dicitur mortifera. Capitale odium,(ἔσχατον μῖσος) & capitalis morbus,quod caput & uitam hominis petat. Capitalis locus dicebatur, ubi ſi quid uiolatum erat,capite uiolatoris expiabatur. Capitale pactum,capitale uitium: id eſt,propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti.

Căpĭtātŭs.a.um. o.ſ. quod in caput latius creſcit.κεφαλωτός.unde capitatum porrum. Col. lib.11. Item capitata uinea ab eodem dicitur, ſicut & brachiata.

Căpĭtĕ cenſi, dicebantur eiuſmodi qui in plebe Romana per quam pauco aut nullo ære cenſebantur, τὸ θητικὸν πλῆθος, à cenſione capitum, quòd ſolis capitibus cenſerentur, quibus proletarij nomen impoſitum, à munere officioq; prolis edendæ, quòd cū re familiari parua minus poſſent Remp.iuuare,ſobolis tamen

men gignendæ copia ciuitatem frequẽtarent.
Căpitĕllŭm,li.n.ſ.(κιφαλὶς κιφαλίον)dimin.à ca pitulum quod modo ſignificat paruum caput, id eſt craſsiorem ſummitatem cuiuſcunq; rei. κιφάλαιον. Plin. Inde ramuli aſſurgunt ſua ca pitella gerentes. Item capitellum dicitur epi ſtylium: id eſt caput columnarum. hoc & ca pitulum uocatur.
Căpitĭŭm,tij.n.ſ.capitis tegmen, κάλυμμα τ̃ κε φαλῆς, à capite, uel à capio, quòd capiat: id eſt comprehendat pectus. Varro de uita Po. Rom. Tunicas nec capitia, nec ſtrophia.
Căpitis diminutiuo, (καταςάσεως ἐναλλαγὴ) eſt prioris ſtatus permutatio: cuius tria ſunt ge nera (ut ſcribit. Paul.) maxima, minima, me dia. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur cum hæc omnia amittimus, maximam eſſe capitis diminutio nem, ut eſt deportatio: cum uero amittimus ci uitatem et libertatem retinemus, mediam eſſe capitis diminutionem, ut eſt in colonias Lati nas tranſportatio: cum libertas & ciuitas retinetur, & familia tantum mutatur, mini mam eſſe capitis diminutionem conſtat, ue lut eſt odoptatio.
Căpĭtōnēs, e.t. (ἀτίρεμνοι) dicuntur duri, qui nunquam de ſua ſententia immutantur, ut a pud Plautum in Perſa. Dicitur & capito, qui magnum habet caput. Cic. 1. de Nat. Eſt item capito. m. piſcis apud Cat. de re Ruſt. ca. 158.
Căpĭtōsŭs. a. um. quod magnum caput habet. Interdum dicitur quod eſt duri capitis, & cer uicoſum appellatur.
Căpĭtŭlo. as. n. p. capitulũ appono. unde capitu latum dicitur, quod ueluti capitulum quoddã in ſummo habet. Plinius, Folia bouis linguæ in cacumine capitulata. Eſt etiã capitulare, (κεφαλαιοῦν) per capita diſtinguere. Et capitu lata dicũtur ſcripta, quæ per capita diſtincta ſunt. Vnde & recapitulare, (ἀνακεφαλαιοῦν). eſt breuiter quæ dicta ſunt per capita recẽſere.
Căpĭtŭlŭm, li. n. ſ. dimin. ſignificat paruũ caput. Plaut. Meum capitulum, meus ocellus. Ali quando dicitur initium ſententiæ, quòd prin cipia ſententiarum per metaphoram etiam capita uocantur. Item capitulum dicitur ca put columnarum. κιφάλαιον. Plin. lib. 16.
Căpĭtŭlātim, aduerbium per capita. Plin. lib. 2. cap. 12. Capitulatim attingam.
Căpnĭăs, (καπνίας) gemma eſt ſtellata, ueluti fu mo infecta, & ueluti croco refulgẽs. Pli. li. 37.
Căpnŏs, pni. m. ſ. (καπνὸς) fumus. Hinc ἄκα πνα dicta ſunt ligna ſicca, quæ ſine fumo ar dent. Et uinũ capnias, (οἶνος καπνίας) hoc eſt fumoſum. Capnos etiam, ſiue capnion herba eſt, quæ & fumus terræ uocatur: naſcitur in ſegete hordacea, quæ lachrymas ut fumus prouocat. Plin. lib. 16. cap. 7. & lib. 25. ca. 13.
Căppă. pæ. f. p. (κάππα) nomẽ literæ Græcæ, pro qua Latini utuntur c. Quo nomine Græci (ut Suidas docet) cum malum hominem uolunt prouerbio ſignare, unum cappa: cum peio rem, duo: cum peſsimum, tria habere cappa dixerunt, uolentes eum intelligi eſſe Creten ſem, Cilica, Cappadoca, qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur.
Căppărĭs, is. f. p. (κάππαρις) pen. cor. in Solomo ne fruticis genus eſt in oriente, ſimile lentiſco, calidæ & ſiccæ uirtutis. Naſcitur præcipuè in parietinis, hoc eſt muris ueteribus, & ſple neticis prodeſt: ſeritur quoq; in locis ſiccis, a rea circum effoſſa, ſtructis undiq;, aut ex na tura ripis, aut ex artificio lapidum, ut luxuria ri permittatur. Colu. Capparis & triſtes inu le, ferulæq; minaces. Dicitur & Căppăr. Pall. Hoc menſe menta, & paſtinaca, thy mum, & origanum, & cappar.
Căpră, æ. f. p. (αἴξ) quaſi carpa, quòd uirgulta carpat: uel quòd captet aſpera, uel à crurum crepitu. Vnde & crepas eas antiqui uocabãt. Varro. de ling. Lat. Capra, carpa: à quo ſcri ptum, Omnicarpæ capræ. Itaq; à carpendo nominatæ.
Căpellă. æ. dimin. à capra χίμαιρα. Colum. lib. 7. cap. 6. Anniculæ, uel bimæ capellæ. Verg. »Tytire paſcentes à flumine reijce capellas.
Caprărĭŭs, rij. m. ſ. cuſtos, exercitatorq; caprarũ αἰπόλος. Var. 2. de re Ruſt. ca. 3. Is enim cũ à ca prario quodã audiſſet, &c. Col. lib. 3. cap. 10.
Caprĕă, eæ. f. p. (δορκὰς ἀπὸ τ̃ δέρκειν:) id eſt à ui dendo.) pen. cor. animal ſylueſtre, non ſolum uidens ſeu perſpiciens acerrimè, ſed & alijs uiſum præbens. Aſſerunt enim medici huic a nimali intra uiſcera humorem quendã ineſſe, qui caliginem depellat oculorum, & obtuſio res quoſq; uiſus exacuat. Martial. Pendentem

ſumma

ſumma capream de rupe uidebis: Caſuram ſperes, decipit illa canes. Caprearum genera uide apud Plin. Eſt & caprea uitis, dicta (ut inquit Varro) quòd pariat capreoleum.

Capreŏlus, li. ſ. p. animal ſylueſtre, dimin. à capreus. Verg. Præterea duo nec mihi tuta ualle reperti Capreoli. Eſt & capreolus coliculus intortus in uitibus, ut cincinnus. is enim uites capit. Vnde à capiendo capreolus eſt dictus. Græci hunc ἕλικα, noſtri etiam pampinum & clauiculam appellant. Et capreolus genus eſt bicornis ferramenti. Colum. libro 11. cap. 3.

Caprĕus. a. um. o. ſ. quod ex capro ſiue capra eſt, ut pellis caprea. αἴγεος.

Capricornus, ni. m. ſ. animal montanū, αἰγόκερως.

Caprĭficātio, onis. ſ. t. (ἐρινασμὸς, συκασμὸς) à Plinio uocatur in arboribus, quoties illarum cortex per uer cultello finditur, ut commodius prorumpant arbores atq; creſcant, ſimilitudine caprifici, quæ ruptis muris intumeſcens exit. Sunt tamen qui eā ſcarificationem magis appellandam cenſeant. Plin. lib. 15. cap. 19.

Caprĭfĭcus, ci. ſ. ſ. pen. prod. à carpendo, quòd parietes ac muros carpat. ἐρινεός. Martial. Marmoria Meſſalæ ſcindit caprificus. Eſt enim è ſylueſtris ficus genere, nullo unquā tempore matureſcens, quæ ferè ruptis ſaxis ſolet erumpere. Teren. Adelph. Illic etiam ubi caprificus magna eſt. Caprifici etiam, ſeu caprificiales, appellati ſunt caniculares dies, quod eo ferè tempore liberi ſimul atq; ancillæ ſub arbore caprifico ſacra faciebant.

Caprificor. aris. d. p. Pallad. Menſe Iunio circa ſolſtitium caprificandæ ſunt arbores fici, id eſt, ſuſpendendi groſſi ex caprifico, lino, uelut ferro pertuſi. Plin. lib. 16. cap. 27.

Caprĭgĕnus. a. um. o. ſ. pen. cor. quod eſt ex caprarum genere. αἰγογενής. Plaut. in Epid. Caprigenum hominum non placet mihi neq; pantherinum genus.

Caprīle, lis. n. t. (αἰγών) pen. prod. locus ubi capræ ſeruantur, ſicut ouile ubi oues.

Caprillus. a. um. idem quod caprinus, αἴγειος, ſicut ab oue ouillus: ut ſtercus caprillum. & ouillum.

Caprĭmulgi, epicœn. aues ſunt merulæ aſpectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non uidentur, nec ipſi uident: intrant paſtorum ſtabula, caprarūq; uberibus propter ſuccum lactis aduolant, qua iniuria emoriuntur ubera. Hos Ariſtot. à caprarum mammis αἰγοθήλας uocat. Plin. lib. 10. cap. 40.

Caprīnus. a. um. o. ſ. idem quod capreus, αἴγειος ut caprinum ſeuum.

Caprōneæ iubæ, ſeu comæ in fronte deuexæ, quaſi à capite pronæ. προκόμιον Lucil. lib. 7. Satyr. Aptari caput, atq; comas fluitare caproneas Altas, frontibus immiſſas, ut mos fuit illis. Hæ alio nomine dicuntur antiæ, & anteuentuli, & propenduli.

Caprūncŭlum, uas fictile, ſic dictum quod capax ſit.

Căpsă, ſæ. ſ. p. ciſta & repoſitoriū, à capio, quòd res in ſe reconditas capiat: uel à κάμπτω, quod eſt curuo. Cuius dimin. eſt capſula: à quo capſella. Plin. lib. 30. ca. 11. Stellionem incluſum capſulis ſubijciunt capiti.

Căpsăces. pen. cor. lecythus oleiq; uas. Cyp. 2. Epiſt. Fidelia fratris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

Căpsārius, m. ſ. qui mercedis gratia ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarum. Item capſarius, qui portat libros. Suet. in Nero. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſarijs uno prandio pariter necatos.

Căpsis, antiqui dicebant pro eo, quod eſt cape ſi uis: ſicut Sodes, pro ſi audes.

Căpsus, ſi. m. ſ. carruca undiq; tecta.

Captator, oris. m. t. uide in capto.

Captatio, onis. ſ. t. uerb. à capto: eſt uenatio, & ueluti honorum captio, quam præhenſionem Cicero uocat. Plin. lib. 20. cap. 14.

Căptio, onis. ſ. t. ipſe actus capiendi, ſeu decipiendi, ſeu id per quod quis capitur, (ἀπαγωγή.) Huius dimin. eſt captiuncula. Gellius, Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient?

Căptiōſus. a. um. o. ſ. quod capit, ſeu decipit, & dolis plenum eſt. ἀγρευτικός. Gellius. Non eſſe captioſis quæſtionibus reſpondendum. Captioſe, aduerb. Cice. 4. Acad. Nec diutius captioſe interroganti reſpondebo.

Căptīuus, a. um. o. ſ. dicitur quaſi capite diminutus, qui ingenuitatis fortuna excidit, cū non ſui iuris ſit, ſed in aliorum poteſtatem redactus αἰχμαλωτός. Cic. 1. Tuſc. Hinc captiuitas. quod

am.quod eſt captiuum facio. ἀνδραποδίζω, αἰχμαλωτίζω. Captiuitas, ipſa detentio. αἰχμαλωσία. Græci autem αἰχμάλωτος ἀπὸ αἰχμῆς, quaſi cuſpide, aut ferro captus.

Căpto.as.a.p.(θηρατεύω) frequen. à quo captito, aliud frequentatiuum, licet nõ ſignificent capere, ſed blanditijs, illecebris, et huiuſmodi aliquid uenari: ut, Mart. Capto tuam, pudet
» heu, ſed capto maximè cœnã: Tu captas alias, iam ſumus ergo pares. Hinc captator uenator. θηρατὴς. & captatio, uenatio. θήρα. Cic. Captator ille popularis auræ. Aliquando captare eſt capere, decipere, θηρᾶν, ἀγρεῦειν. Martial.
» Si captare feras aucupis arte placet. Cic. Captatio, calliditas, inſidiæ, fraus.

Căptūră.ræ f.p. idem quod captio. ἄγρα, λῆψις. Plin. lib. 19. cap. 1. Ad piſcium & alitũ capturam. Accipitur & pro quæſtu. Sueto. in Calig. Ex capturis proſtitutarum, quantũ quæq; uno concubitu mereret.

Căptŭs.a.um. (ἁλούς) uide in dictione Capio.

Căptŭs.us.m.q. ſors intelligitur. Terent. Adel. Præterea, ut captus eſt ſeruorum non malus, hoc eſt, ut ſe habet ſeruorum conditio, ſicut exponit Don. Aliquando captus, deceptio, (ἀπάτη) cuius dimin. eſt captiuncula, quæ & captio dicitur. Item perceptio, (κατάληψις) quod homo capere poteſt. Sen. Quod captu quidem difficile eſt, ſed facile memoria retinetur. Apuleius dixit, ſupra captum cogitationis, pro eo quod eſt, ſuprà quàm quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. Item delectatio. Cic. E pecunia captum.

Căpŭlă, læ. f.p. uas uinarium, quo ueteres utebantur, quòd facile capi poſſet. Varro: Minores capulæ à capiendo nominantur, quòd anſatæ ſint. Vel à Græco, quòd calpim & calpium, digitatos anſatosq; crateras Erythris fingi ſolitos Philemon & Pamphilus ſcripſere.

Căpŭlāris ſenex, id eſt capulo intimus, uel morti contiguus, & mox capulo efferendus. τυμβογέρων. Reum item capularem dicebant, quòd capulo dignus eſſet.

Căpŭlātŏr, qui capulis oleum deplet. Columel. lib. 12. cap. 50.

Căpŭlo.as.are. Cato de re Ruſt. ca. 67. Ligna in torculario ne cedãt, oleũ frequẽter capulet.

Căpŭlŭs, li. n.ſ. & capulum, nodi genus in fune quo indomita iumenta capiuntur. & dicitur quicquid rem aliquam intra ſe capit. λαβή. Colum. lib. 5. Neq; enim canterius editior eſſe debet pedali altitudine, ut ſi qui teneri adhuc pampini, capulis ſuis prolixius illigent. Vnde & id quo mortui efferuntur capulus dicitur, & ſarcophagum, quòd corpora capiat. σορὸς φέρετρον. Et capulus, manubriũ gladij, quòd ma
» nu capiatur, κώπη. Verg. Capulo tenus abdidit enſem.

Căpŭs, pi. m.ſ. & Capo. onis. t. Varro 3. de re Ruſt. Villaticæ gallinæ mares galli, capi ſeminares, quòd ſunt caſtrati. Idem. Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.

Căpŭt, itis. n.t. dicitur totũ illud quod collo ſuſtentatur: inde dictum quòd ab eo initium capiũt ſenſus & nerui. In ſummo enim à natura collocatũ eſt, ut in quo futurũ erat, ut tota uis animantis reſideret. Alij ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod eſt caput, uel ἀπὸ τοῦ κάρας, eiuſdem ſignificationis. Teren. Adel. Colaphis tuber eſt totum ca
» put. Aliquando caput dicitur origo & principium. Verg. O Latij caput horũ & cauſ
» ſa malorum. Aliquando pro uita ponitur. Nam maximè uita iudicatur, unde ſenſus omnes: ut, capitis res eſt. id eſt, de uita periculum eſt. Aliquando pro ſumma prima in pecunia, à qua fœnus aut alius quæſtus ſit ueluti rei principium. Sed etiam ſortem, (ἀρχαῖον) dicunt. Et caput, initia parua in libris, quod capitulum apud uulgares dicitur. Gellius, Caput facere dicitur de ſuppurationibus, cum apoſtemata franguntur. Plin. de ſurunculis.

Cărăbŭs, (κάραβος) ſiue Caramus, pen. cor. genus piſcis cancri ſcilicet. Plin. lib. 9. cap. 31.

Cărbăsŭs, ſi. (κάρβασος) pen. cor. (gen. fœm. ſecundum Priſc. maſcul. ſecundum Phocam. Probus et Caper dicunt eſſe maſculini & fœ. in ſingul. neut. uero in plurali) genus lini eſt miræ tenuitatis, in Hiſpania primum repertum, ut ſcribit Plin. lib. 19. cap. 1. Ex carbaſo fiebant uela nauium, quæ & ipſa carbaſa
» (ἀρμενία) dicuntur. Ver. Auræ Vela uocant, tumidoq; inflatur carbaſus Auſtro. Nonius docet carbaſum eſſe pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ cauſa, ut ſerico, aut tenui
» lino. Verg. 8. Aen. Eum tenuis glauco uelabat amictu Carbaſus.

Cărbătĭnæ, (καρβάτιναι) ſeu Carbaſinæ, & Carpatinæ.

patinæ crepidæ. Vide infrà in dictione Carpatinæ. Ariſtot.li.2.de animalibus ſcribit camelos calciari carbatinis, ne ſcilicet in exercitu longiore itinere fatiſcant.

Cārbo,onis.m.t. (ἄνθραξ)dicitur cum extincta fuerit pruna. Perſ.Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.id eſt,nigro & extincto. Aliquando dicitur carbo, cum eſt ignitus. Plin. lib.18. Et cum cinis in foco concreſcit,& cum carbo uehementer perlucet.

Cārbōnārĭŭs,rij.m.ſ.qui carbones conficit.Plau. in Caſi. Sine modò rus eueniat,remittam ad te uirum Cum furca in urbem tanquam carbonarium. Eſt & adiectiuum carbonarius.a.um:ut fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere,Plin.De uiris illuſtr.

Cārbūncŭlārĕ.n.p.eſt carbunculum pati. Plin. lib.23. Succus eorũ carbunculantibus efficax. Et carbunculare(ἀνθρακοῦσθαι)eſt more carbonum fieri. Idem.libro.12. Cœli intemperie carbunculantur.

Cārbūncŭlŭs,li.m.ſ.dimin. paruus carbo. ἄνθραξ.Plau.in Moſt. Amburetur miſero ei corculũ,ut carbunculus. Eſt etiam carbunculus tuber ſeu uitium,ex inflammatione proueniens:à candenti carbone dictus propter inflammationẽ.Eius hæ notæ ſunt,rubor eſt,ſuperq́ eum non minimum puſtulæ eminent,maximè nigræ,interdum ſubliuidæ,aut pallidæ.In his ſanies eſſe uidetur,infrà color eſt niger,ipſum corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. Præterea carbunculus uitium eſt in uitibus atq; arboribus,cum quodam quaſi uredinis carbone uuæ & fructus uruntur. σφακελισμός. Terra enim ſole perferuet, ita ut radices ſatorum comburat. Solet id accidere uuis tertio & ſexto Idus Auguſti, ſub decretorio illo ſidere, quod Caniculam appellant. Plin. Sic affligit & uitem carbunculus, quæ terra ita uocatur. Eſt & carbunculus gemma propter colorem, quòd ſit ignitus ut carbo, cuius fulgor nec nocte uincitur, adeò ut flammas ad oculos uibret. Gignitur in Libya apud Troglodytas. Plin.lib.37.cap.7. Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiant ignes. Vnde & à quibuſdam carbunculi dicuntur apyraſtæ. Sumitur quãdoq; carbunculus pro terra, ubi teſſellæ lapideæ & nigræ reperiuntur. Palladius, In Ianuario menſe carbunculus, niſi ſtercoretur, macras uineas reddit. Plinius lib.16. Maximeq́ ſabulum humidum, aut carbunculum, aut tophaceam formam.

Cārcĕr,eris.m.t. (δεσμωτήριον, φυλακή.) locus in quo ſeruantur noxij,uel undecunq; quis exire prohibetur, quaſi coarcer: à coërcendo,ut docet Varro, quòd uincti in eo cuſtoditi prohibentur exire.Liu.lib.1. Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media urbe, imminens foro ædificatur.Vnde & in circo, unde emittebantur equi carceres (βαλβίδες, ἀφετηρία) ſunt appellati,quòd coërceantur equi,ne inde exeãt antequam magiſtratus ſignum miſerit. Sunt qui dicant in ſingulari tantum ſignificare cuſtodiam publicam,in plurali currentium equorum repagula, uel funes qui equis ad metam currere uolentibus, opponuntur.Cic. tamen utrunq; indifferenter poſuit, in Catone. Et lib. 4. ad Her. Carceres interdum pro furibus ſeu captiuis(δεσμῶται)poni ſolent.

Cārcĕrārĭŭs,a. um. quod ad carcerem pertinet. ἑρκτικός.ut quæſtus carcerarius. Pla. in Cap.

Cārchēdŏnĭŭs, carbunculi genus inter metalla æris repertum,uiliſſimum, minimumq́: item fragile, & colore incertum: ac uirentium in caudis pauonum columbarumq́ collo plumis ſimile. Vide Plin.lib.37. cap.7. & cap.5.

Cārchēsĭŭm,ſij. n. ſ. (καρχήσιον) poculi genus. procerum, ac circa mediã partem compreſſum,anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. Verg. Hic duo rite mero libans carchesia Baccho.

Carchoquios, genus ranunculi,cœnulentum in dorſo,habens in uentre croceas maculas.

Cārcinetrŏn,tri.n.ſ.genus herbæ.Græci polygonon uocant cuius ſuccus naribus infuſus ſupprimit ſanguinem: & cum uino potus cuiuſlibet partis profluuium, excreationesq́ cruentas inhibet.Geniculatam Latini uocant.Plin. lib.27. cap.12.

Cārcĭnĭās,(καρκινίας)gemma eſt marini cancri colore.Plin.lib.37.cap.11.

Cārcĭnōdĕs. (καρκινώδης) dicitur quando uitium ſeu morbus cancri naturam imitatur,& ſerpit quaſi cancer.Plin.lib.20.ca.17. Narium quoq; carcinodes conſumit illitum ex aqua.

Cārcĭnōma

Cārcĭnōmă,atis.n t.(καρκίνωμα) pe.prod.cancer morbus,de quo Plin.li.20.ca.9.Cato de re Ruſt.Et ſi quid in mammis hulceris natum, & carcinoma, braſsicam tritam opponito, ſanum faciet.

Cārcĭnūs,ni.m.ſ. (καρκῖνος) pen.cor.cancer animal,& ſignum cœleſte. Vide Cancer. Luc. 9.Par Gemmis Chiron, & idem quod Carcinus ardens.

Cārdămōmŭm,mi.n.ſ. (καρδάμωμον) ſimile amomo toto frutice prædicăt,ſemine oblongo. Vide Plin.lib.12.cap.13.

Cārdămōn,n.ſ.ſiue Cārdămĭnă,herba quæ ſylueſtre naſturtium dicitur Dioſcor.& Galeno.unde Prouerbium,Ede naſturtium.Vide Chiliades Eraſmi.

Cārdĭă,æ.f.p.(καρδία) Latinè cor.Inde cardiacus.(καρδιακὸς) pen.cor.ſiue cordiacus, morbus ex nimia imbecillitate corporis & languẽte ſtomacho ſudore nimio naſcitur, dictus nõ quòd paſsionem illam cor ſuſtineat, ſed ſtomachus,& periculum ſit ne cor attingat.

Cārdĭnālis,& hoc le, (γιγγλυμῶδης) idem quod Cardineus.

Cārdĭnĕūs.a um.o.ſ.poſſeſsiuum:& ordo cardineus,aliquando pro præcipuo poni ſolet.

Cardiſce,gemma eſt,quæ fit è draconis cerebro. Plin.lib.37.cap.10.

Cārdo,inis.d.t.(γίγγλυμος,στρόφιγξ,στροφεύς.) dicitur quaſi cor ianuæ, quo ſcilicet illa mouetur. Nam ut animantia motum à corde ſuſcipiunt,ita fores à cardine. Verg. Foribus cardo ſtridebat ahenis. Cardines etiam dicuntur altiſſimæ cœli partes,quas Græci πόλους, & Latini uertices etiam dicũt, à ſimilitudine eorum circa quos ualuæ uoluuntur. Cardo in agrorum limitatione etiam appellatur limes, qui per agrum currit à meridie ad ſeptentrionem,ut inquit Plin.& Colum. Ponitur interdum cardo pro opportunitate. ἀκμή. Vergil. Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Cārdŏpŏs (κάρδοπος) ſignificat arcã panariã.

Cārdŭēlis,lis.f.t.(ἀκανθίς) auis parua,capite rubro, alis luteis, albo nigróque diſtinctis: dicta quòd carduorum ſemine paſcatur. Plin. libro 10.capite 42. Minimæ auium cardueles imperata faciunt.

Cārdŭūs,ui.m.ſ.herba uulgò nota,à qua carduelis auis appellata. σκόλυμος.Ver.Georg.1. Segniſq; horreret in aruis Carduus.

Cārē,aduerbiũ à carus, ut: Carè æſtimare,carè uenire.

Cārēctŭm,cti.n.ſ. locus caricibus plenus. δονακών.Verg.Tu poſt carecta latebas.Colum.lib. 6.capite 22.

Cărĕo.es.carui,& caſſus ſum,& caritum,et caſſum,ſecundũ Priſc. n.ſ. Et eſt propriè carere, rem deſideratam non habere.Cic.Tuſ.libro 1. Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubijcitur,hæc uis:habuit quis,non habet,deſiderat, requirit,indiget. Et mox,Carere igitur hoc ſignificat,egere eo quod habere uelis.ineſt enim uelle in carẽdo, niſi cum febri careas aut alio quouis morbo & incõmodo, in ea nimirum caritate nullum uelle ineſt. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias,etiamſi id facilè patiare. Ex quo patet carere non modo de ijs rebus dici, quæ ad noſtrum uſum naturamq; accommodatæ ſint,ſed etiam de alijs:ut carere febri, carere dolore,carere moleſtia,& his ſimilia. Conſtruitur autem hoc uerbũ aliquãdo cum genitiuo:ut,Tui carendum erat, Ter. Heaut. Aliquando cum accuſatiuo: ut, Id quod amo careo,Plau. Curc.Sæpius uerò cum ablatiuo, ut carere domo, patria. Cic.pro Milo.Caruit foro poſtea Pompeius, caruit ſenatu, caruit publico.id eſt in forum non uenit,in ſenatu nõ fuit, in publico non uerſatus eſt. Ponitur & pro abeſſe,Plau. Curc. Caruit ne febris te heri,uel nudius tertius? Cic.Att.lib.9.Quoniam Roma caremus,id eſt abſumus,&c.

Cārēx,icis.f.t.herba & acuta & duriſsima,ſimilis aſparago.δόναξ. Verg.Et carice paſtus acuta.Colum.lib.11.cap.2. Filix quoq;, aut carex ubicunq; naſcitur.

Cārĭcă,æ f.p.genus fici,à loco ſic dictum. Plin. lib.13.cap.5.Melius per y ſcribitur,ut infrà.

Cārico,as.pen.cor.quid ſignificet, Hier. expreſſit,ſic ſcribens,Origines maiora cogitans,propriumq; ingenium ferre non ſufficiens, oneribus maioribus caricabat ſe. Et cum ſic incedere non poſſet,ruina magna deuolutus eſt.

Cārĭēs,ei.f.q.uetuſtas uel putrilago.εὐρώς.Luci. lib.4. Ne auriculam obſidat caries, ne uermiculiq;.Sunt qui cariem interpretentur uermiculum

culum illum qui ligna rodit, & uulgò carolus dicitur. κίς. Colum. libro 12. Omnis materia in ædificia ſuccidi debet luna decreſcente, ab uigeſima uſq; in trigeſimam, quia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Plinius pro carolamento lib. 12. accepiſſe uidetur, cum inquit: Celeriter ea cariem ſentit. Hinc carioſus. a. um. quod eſt carie plenum. ἀψώδης. unde carioſa terra.

Cărīnă, æ. f. p. pen. prod. pars nauis, et ipſa nauis concauitas, licet quandoq; pro tota naui, (τρόπις) ponatur. Eſt etiam infima trabs, ubi nauis fundatur. Ouid. lib. 4. de Pon. Dum mea puppis erat ualida fundata carina.

Carinare, a. p. eſt in modum carinæ formare. τρόπιος δίκλω διαπλάττειν. Plin. lib. 9. Saliant pectines, & extra uelitant, ſeq; & ipſi carinãt. id eſt ſua ſibi concha inſtrumentum porrigũt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex teſta efficiunt. Et carinatum, concauum. ἐγκοιλωμένον. Plin. lib. 11. cap. 37. Pectus homini latum tantum, reliquis carinatum. Aliquando carinare eſt probra obijcere, quòd carinantes, id eſt probra obijcientes, ſunt infimæ ſortis homines, ſicut & carina.

Cărīnātĭm, ſignificat ad ſimilitudinem carinæ.

Cărĭōtă. tæ. uide Caryotæ.

Cārĭtās, atis. f. t. ſine h, à careo, ſignificat inopiã. Liu. lib. 11. Caritas primum erat annonæ. Differunt tamen caritas & inopia, quòd caritas ſit rerum penuria, quæ adhuc extãt: inopia earum, quæ non extant. Cic. Pro do. ſua.

Cārmĕn, inis. n. t. (ἔπος) quaſi canimen, à canendo dici poteſt, quicquid eſt metricè ſcriptum. unde Verg. uerſum unũ carmen dixit, Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter, cum ait, Tumulo ſuperaddite carmen. Quandoq; carmen dicitur incantatio, ἐπῳδή. ut, Carmina de cœlo poſſunt deducere lunam.

Cārmĭnārĕ, a. p. eſt quaſi pectinare. ξαίνειν. Plin. lib. 9. Iuſtum eſt è quinquagenis faſcium libris quinas denas carminari. Et lib. 11. Vnguiũ carminatione, mox trahi inter ramos.

Cārmĭnārĭŭ, m. ſ. uocantur lanarum purgatores, qui à ſpurcitijs purgant.

Cārnārĭŭm, rij. n. ſ. proprie locus ubi caro ſalſa ſuſpenditur, ſeu reponitur. Plaut. Capt. Aduenicus modò deturbauit totum cum carne carnarium. Quandoq; etiam dicitur locus, ubi carnes tantummodo uenduntur. κρεοπώλιον. Plaut. Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur. Interdum carnarium accipitur pro ipſa carne, ſicut cibarium pro cibo. Plau. Et carnarium inſtrumentum dicitur cum pluribus uncis quibus ſuccidiæ appenduntur.

Cārnārĭŭs, rij. m. ſ. (κρεοπώλης) qui carnes uendit, qui in edenda carne delectatur. Mart. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

Carnarius, a. ũ. o. ſ. (σαρκικός) quod ad carnem pertinet, ut carnaria taberna, ubi carnes ueneunt, Varro.

Cārnĕŭs, a. um. quod ex carne eſt, ut fruſtum carneum.

Cārnĭfĕx, icis. m. t. (δήμιος) qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarnifico. as. pro excrucio. Teren. in Heaut. Huiuſmodi ſemper comminiſcere ubi me excarnifices.

Cārnĭfĭcīnă. æ. f. p. penul. prod. locus publicus in quo iuſſu magiſtratus homines ſontes à carnificibus occiduntur. κολαστήριον. Plaut. Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat? Et carnificina dicitur carnificis officium, ſeu excarnificatio & cruciatus. Plaut. Capt. Vel carnificinam hanc facile poſſum perpeti. Cato carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis, & crudelitatibus. βάσανοι. Plaut. in Ciſt. ſingulari uſus eſt, Credo ego amorem primũ apud homines carnificinam commentum.

Cārnĭfĭcĭŭm, cij. n. ſ. ipſe actus carnificis.

Cārnĭfĭcīnŭs. a. um. ponitur pro crudeli et carnifice digno. δήμιος. Cicero: Carnificina eſt iſta crudelitas.

Cārnĭfĭcŏr. aris. d. p. ſignificat carnificis officiũ ago. δήμιος εἰμί. Liu. 4. Bell. Pun.

Cārnĭuŏră, pen. cor. dicuntur animalia quæ carnes uorant. σαρκοφάγα ζῶα. unde dicimus aquilam carniuoram. Plin. lib. 10. Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

Cārnōſĭtās, atis. f. t. pinguedo. πολυσαρκία.

Cārnōſŭs. a. ũ. o. ſ. quod eſt pingue. πολύσαρκος. ut carnoſus uenter, carnoſum palatum, Plin.

Cārŏ, nis. f. t. (κρέας, σάρξ) proprie mortuorum dicta eſt, quòd careat anima, inquit Don. Et non ſolum de animalibus, ſed etiã de piſcibus pomiſq; Caro dicitur. Plin. li. 9. cap. 17. de mullis piſcibus, & aliorum piſcium carne. Idem libro

bro 16.ca.38. Atq; in toto corpore arborum cu tis, ſanguis, caro, nerui, uenæ, oſſa, medullæ.

Cărŏs, (κάρος) crapularis redundantia: à καρόω perturbo, uexo, agito: ſeu à καρόομαι, quod eſt capite aggrauor, oblidor, uelut ab oppreſſura capitis & ingenij offenſione.

Cărpătīnæ, (καρβατίναι) pen. prod. calciamentũ ruſticũ, & fiebat ex recentiorib. corijs bubalis.

Cărpĕntārĭūs, rij. m. ſ. faber qui carpenta facit. ἁμαξουργός. faber lignarius. Hieron. Carpentarius artifex fecit ſcamnum. Carpentarius equus, qui carpentum ducit.

Cărpĕntūm, ti. n. ſ. uehiculi genus dictum quaſi » carmentum, à Carmenta Euandri matre. O» uid. libro 1. Faſt. Nam prius Auſonias matres carpenta uehebant, Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Cărphŏs, herbæ genus, quæ alio nomine fœnũgræcum dicitur.

Cărpĭnŭs, ni. f. ſ. (ζυγία) pen. cor. genus arboris notæ de acerum genere. Colum. lib. 6. Palladius: Carpinus ultima arbor. Carpineus. a. um. ex carpino factũ. Plin. lib. 16. cap. 41. Hyginus manubria ruſticis carpinea fieri iubet.

Cărpio, onis. m. t. piſcis notus qui capitur in Benaco lacu, uulgus Italorum adhuc carpiones uocat. Caue autem accipias pro illo piſce quem carpam uulgò dicimus: nam longè ab eo diuerſus eſt.

Cărpo. pis. carpſi. ptum. a. t. decerpo. δρέπομαι. Verg. Inſere Daphni piros, carpent tua poma nepotes. Item eligere. Terent. Adelph. Vnum » quodq; quod erit belliſſimum carpam. Item » reprehendere. διασύρειν. Martial. Carpere uel » noli noſtra, uel ede tua. Item frui. ἀπολαύειν. » Verg. Carpamus dum mane nouum, dum flu» mina creſcunt. Item lædere: ut, Carpit enim » uires paulatim, uritq; uidendo Fœmina. Carpere uiam, eſt ambulare. Carpere uitales auras, eſt haurire ſpiritũ. Carpere lanam, eſt attenuare. ξαίνειν ἔριον. Verg. li. 1. Geor. Carpere linum, eſt euellere. Carpere cibum, eſt paſci. Compoſita ſunt decerpo, excerpo, & diſcerpo, de quibus locis ſuis.

Cărpŏbălsămūm. mi. n. ſ. fructus balſami. καρπὸς enim Latine fructus dicitur. Plinius libro 12. capite 25.

Cărpŏphŏrŭs, (καρποφόρος) pen. cor. Latinè fructifer. Hieron. ad Euſt. de morte Paulæ, Salue Effrata regio uberrima, atque καρποφόρα, cuius ſterilitas deus eſt.

Cārptĭm, aduerb. ſignificat hinc atque illinc carpendo, non ipſam ſeriem ſequendo. ἀκροθιγῶς. Sall. in Catil. Statui res geſtas populi Romani carptim perſcribere.

Cārptŭs, ptus. m. q. & carptura, idem ſignificãt. Plin. lib. 24. cap. 10. Flos cuiuſq; generis trium digitorum carptu, dyſenterios & aluum citam emendat, hoc eſt, quantum tres digiti decerpere poſſunt.

Cārpŏphylon. li. n ſ. genus lauri, de quo Plin. li. 15. cap. 30.

Cārrūcă, cæ. f. p. pen. cor. genus uehiculi, id eſt » currus. μονότροχος. Hinc carrucarius, qui car» rucas agit. Martial. lib. 5. Nec feriatus ibat ante carrucam.

Cārrūcārĭūs, a. um. quod ad carrucam pertinet. Pom. Pleraſq; mulas carrucarias tales eſſe, ut transiungi non poſſint.

Cārrŭs, ri. m. ſ. & Carrum, (ἅρμα) utroq; modo dicitur, à cardine quatuor rotarum, uel quòd currendo ſonet. Cæſar, Inter carros impedimẽtaq; prælium commiſerunt.

Cārthāllūm, caniſtrum, κάνασρον.

Cārtĭlāgo. inis. f. t. pars ſimilaris corporis ex ſpermate genita, quæ tamen neq; os eſt, neq; caro, ſed quoddam intermedium, qualis eſt tota auris, & extremæ partes oſſium motoriorũ. Plin. lib. 9. cap. 24. Planorum piſcium alterum eſt genus quod pro ſpina cartilaginem habet.

Cārtĭlāgĭnĕūs. a. um. o. ſ Plin. lib. 11. cap. 37. Sed auriculæ omnibus exceptis, quæ cartilaginea appellauimus. Et cartilaginoſus. a. um. Plin. libro. 12. cap. 25.

Cărūncŭlă, læ. f. p. (σαρκίον, κρεάδιον) à caro dimin. eſt: Carnicula uerò à carnis nominatiuo ſecundum antiquos. Cic. 2. de Diu. An tu, inquit, carunculæ uitulinæ mauis, quàm imperatori ueteri credere?

Cārŭs. a. um. o. ſ. (πολλοῦ τιμήματος) in ea ſignificatione eſt, quæ opponitur uili. Ci. 1. de Diuin. Putaram annonam in macello cariorem fore.

Cārўcă, cæ. f. p. (καρύκη) pen. cor. eſt genus ficuũ à loco ſic dictarum, ut docet Iul. Pol. Apud » multos tamen pro ficu ſicca accipitur. Ouid. lib. 1. Faſt. Quid uult palma ſibi, rugoſaq; cary

ca: dixi. Secundum Suidam uerò eſt edulium ex multis conſtans, & Lydius cibus ex ſanguine & alijs ferculis: à quo turbare quid καρυκεύειν dicunt. Vulgò dicitur baldoni, farcimen ex ſanguine & alijs eſculentis, quod Lydij primi inuenerunt.

Cărўŏn. ij. καρύον. n. ſ. nucis iuglandis genus: de qua ſic Plin. li. 15. cap. 22. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum. Hinc Caryinus. a. um. o. ſ. ut, Caryinũ oleum. Plin. lib. 23. cap. 4.

Cărўŏpŏn. pi. n. ſ. (καρύοπον) genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin. lib. 12. cap. 28. In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum à ſurculo ueri cinnami differens, uicina tamen gratia.

Cărўŏtǣ, arum. f. p. ſiue Caryotides, (φοίνικες) è palmis naſcuntur, quas alij dactylos, alij palmulas, alij margaridas appellant. Varro libro 2. Non ſcitis palmulas caryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non poſſe? Papi. in Syluis, Prægrandes uina capita inimica caryotides cadebant.

Căsă, ſæ. f. p. (γύπανον) domus à curuatione dicta. Nam antiqui cauatas rupeis inhabitabãt. Alij à facilè cadendo dictam uolunt, quòd à cado fit caſo, caſas, frequent. Var. 2 de re Ruſt. cap. 10. Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſylueſtribus locis paſcunt, & non in uilla, ſed caſis repentinos imbres uitant. Dimin. eſt caſula. Vergil. Atq; humiles habitare caſas.

Căsābūndŭs, a. um. o. ſ. (σφάσιμος) crebro cadẽs.

Căsārĭă, æ. f p. dicitur mulier quæ caſam cuſtodit. Feſtus.

Căſcŭs, a. um. (κάσκος) ſignificat uetus: cuius uerbi origo Sabina eſt. Manilius ait, Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt. id eſt uetulam nupſiſſe ſeni.

Căsĕŭs, ei. m. ſ. (τυρὸς) à coëundo, uel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur. nam fit lacte coagulato, hœdino in primis uitulorũ ue coagulo. Verg. Pinguis & ingratæ premetur Caſeus urbi. Caſeus muſteus: id eſt, recens & mollis, qui magis alibilis, quàm uetus & aridus.

Căsĕālĕ, lis. neut. t. ſtabulum equorum, & ſimiliũ animalium. Col. lib. 1. ca. 15. Quędã quotidie ut culina, et caſeale: quædam pluuijs diebus, ut bubilia & ouilia debent emundari.

Căsĭă, æ. f. p. (κασία) frutex eſt amplitudine cubitorum trium, ſuauiſsimi odoris, & uirtute cynamomi, qui iuxta Cynnami campos in Aethiopia, ſed in montibus craſſior, ſarmento tenui, cute uerius quàm cortice naſcitur. Sunt tamen qui dicũt Caſiam eſſe nomen herbæ, atq; arboris, ſicut balſamus herba & arbor balſami. Verg. Tum caſia atq; alijs intexens ſuauibus herbis. Vide Plin. lib. 12. cap. 19. Colum. li. 3. cap. 8. Hæc alio nomine dicitur fiſtula.

Căſnăr, ſenex dicitur Oſcorum lingua.

Căso, as. n. p. frequenter cado: à quo fit aliud frequent. caſito. as. Paul. Iureconſult. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidiũ, poſtea uel ex tabulato, uel ex aliqua materia caſitare non poteſt.

Căſsĭs, ſſis. m. t. rete, quòd uacuas habeat maculas, unde & à raritate rete dictũ. Ouid. Incidit in caſſes præda petita meos. Ein ieger garn.

Căſsĭs, idis. fœ. gen. galea, quòd uacua ſit ad caput recipiendum. Iuue. Lorica & fracta de caſſide bucula pendens. Ein helm.

Căſsĭcŭlŭs, li. m. ſ. (ἄρκυον) diminutiuum à caſſis, pro rete. Hieron. Nequaquam aranearum mihi opponas caſsiculos. Dicitur & caſſiculum neutri generis.

Căſsĭdă, æ. f. p. idem quod galea. Propertius: Aurea cui poſtquam nudauit caſsida frontem.

Căſsĭtă, tæ. f. p. penult. prod. auis quam alij alaudam, alij galeritam dicunt. κορυδαλός. Plinius libro 10. cap. 37.

Căſsĭtĕrŭs, ri. m. ſ. (κασσίτερος) pen. cor. Latinè ſtannum, uel plumbum dicitur.

Caſſitias, uiſci ſpecies, in abiete & larice naſcẽs.

Căſſo, caſſas, a. p ſignificat deleo. καταργέω. contundo. Vergilius, Caſſatæq; rates.

Căſsŭs, a. um. o. ſ. (φεῦδος) quod eſt inane & uacuum, fragile, atque omni re carens: ut, Caſſa nux à Plauto & Horatio dicta. Lucan. Caſſa fraude parat. Plaut. Aul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem. Vergil. Lumine caſſum, & æthere caſſos dixit, pro uita priuatos & uacuos. unde & caſſis, & per diminutionem caſſiculus. Hinc incaſſum (ἀς κενόν) aduerbium.

Căſtă mola, ἁγνὸν θῦμα) dicebatur ſacrificij genus, quod Veſtales uirgines faciebant.

Căſtănĕă, æ. f. p. (Διὸς βάλανος) non à caſto deducitur,

ducitur, ſed Græcum eſt: quippe καςάνεον uocant, è nucum genere. Et tam fructum quàm ipſam arborem ſignificat. Verg. Caſtaneæ molles & preſſi copia lactis.

Căſtănētŭm. ti. n. ſ. locus caſtaneis conſitus. Colum. lib. 4. cap. 33. Propter quæ ſæpe nouella caſtaneta calueſcunt.

Căſtănĕŭm oleum, ex caſtaneis factum.

Căſtellānī, m. ſ. dicti qui caſtellum habitant. κωμῖται. Liuius 4. Bell. Maced. Decem milia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit.

Căſtellātim, aduerb. quaſi turmatim, per caſtella diſiecti. κατὰ φρέρια. Liu. lib. 7. Vt hoſteis, caſtellatim diſſipatos aggrederentur.

Căſtellŭm, li. n. ſ. dimi. à caſtro, paruus uicus muris circũdatus. ἐπιτείχισμα, φρέριον, προβολή. Cicer. pro Cecin. Ecce ipſe Ebutius in caſtellum uenit. Dicitur etiam receptaculum illud, quod aquam publicam ſuſcipit, ex quo fluit aqua fiſtulis. Frontinus, Omnes impenſæ ad aquæductus, & caſtella, & lacus pertinentes inde erogantur.

Căſtĕrĭă, æ. f. p. (κίςη) ſignificat locum ubi cum nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. Quin ſi pol repoſui remũ ſola ego in caſteria, ubi quieſco. Lactantio dicitur pertica quam in naui hortator remigum tenet, qua ſi inceſſerit, remiges non deſinunt: ſi depoſuerit, conquieſcunt à labore.

Căſtīgo. as. a. p. penult. prod. propriè uerbis reprehendo, quaſi caſtum. id eſt honeſtum ago. παιδεύω, σωφρονίζω. Verg. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Quandoq; caſtigare eſt uindicare, punire. κολάζειν. Idem libro 6. Caſtigatq; dolos, ſubigitq; fateri. Hinc caſtigatum dicimus correctũ, emendatumq;. κεκολασμένος. Inde caſtigatio, κόλασις, & caſtigatiuncula dimin.

Căſtĭtās, atis. f. t. & pudicitia, paria putantur, cũ ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera: caſtitas & ab his continens eſt & remota, præterea & religioſa mundicia & puritas. Cic. 2. de leg. Sentiant mulieres in natura fœminarum omnem caſtitatem pati.

Căſtĭmōnĭă, æ. f. p. Căſtĭtūdo, & Căſtŭs, huius caſtus. idem ſignificant quod caſtitas.

Căſtŏr, oris. m. t. (κάςωρ) animal, Latinè fiber ponticus, cuius teſticulos medici caſtoreũ uocant. Græcè κάςορ & ὄρχις, καςόριον. Hic comprehenſa hominis parte, nõ antè, quàm fracta concrepuerint oſſa, morſu reſoluit. Habet caudam piſcium, cætera ſpecies lutræ, pilus mollior pluma, ex genere amphibio eſt, cui in aqua & terra uictus eſt.

Căſtŏrĕŭs. a. um. adiect. ut caſtorius odor. Plin. pro fœtido, & putri, uel acuto. Caſtorea. orũ. authore Plin. lib. 32. cap. 3. uocantur teſtes caſtoris. Pharmacopolæ illud quoq; uocant caſtoreum, quod unguentum compoſitum eſt ex caſtoris teſtibus auulſis.

Căſtră, plurali numero appellantur exercitus, cum in procinctu pergunt, aut in certo quolibet loci itinere demorantur. παρεμβολή. Cic. 7. Verr. Similiter locus in quo milites tentoria fixerunt, uel ipſa tentoria in quibus milites diuerſantur, ςρατόπεδον. Vnde & de nauibus Verg. dixit, Nos caſtra mouemus, quoniam in illis milites eſſent. Dicta à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, ualloq; quaſi muro circũdari ſolẽt.

Căſtrămētŏr, aris. d. p. penul. prod. caſtra loco, ſiue pono. ςρατοπεδεύω. Liuius 9. ab Vrbe, Eò coſſ. cum ualido exercitu uenerunt: & primò circa ſaltus, cum utrinq; ad hoſtem iniqua uia eſſet, cunctati, caſtrametatiq; ſunt.

Căſtrārĕ, a. p. propriè eſt uirilia amputare. ἐκτέμνειν, ἀνορχίζειν, ὀρχοτομεῖν. Iuuen. Nullus ephebum Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus. Licet & de quacunque truncatione, ſiue priuatione quandoq; dicatur. Pacuuius, Vt eſſet aliquis qui linguã eius caſtraret. Quidam caſtratos, ſpadones, & eunuchos ita diſtinguunt, ut caſtrati ſint, quibus teſtes naturaliter deſint: ſpadones, quibus uiolenter detracta eſt uirilitas: eunuchi, à dominis caſtrãtur, ut diutius eis abutantur. Hinc caſtratio uerbale, uiriliũ amputatio: & caſtratura. ræ. idẽ.

Căſtrēnſĭs, & hoc caſtrenſe. o. t. (ςρατικὸς) quod ad caſtra pertinet. Vnde caſtrenſes uigiliæ. & caſtrenſe peculium, eſt quod à parentibus uel cognatis in militia agenti donatũ eſt: uel quod ipſe filius familias in militia acquiſiuit. Et caſtrenſia bona dicuntur, quæ licet in militia filiofamilias non acquiruntur, ita tamen fiunt ipſius, ac ſi acquiſita in militia fuiſſent.

Căſtrŭm, ſtri. n. ſ. (ὄρυμα) numero ſingulari lo:

cui eſt muris munitus: dictum à caſa, quòd ſit coniunctio quædam caſarum. Cicero ad Cat. Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtriſq; maximis ſepſi.

Căſtŭlă, læ.f.p. palliolũ quo puellæ nudæ infra papillas præcingebãtur. Varro, Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hæc et περιζώνιον, & procinctorium appellatur.

Caſtus.a.um.o.ſ. quaſi uacuus, ſignificat honeſtum, continentem, ſiue (ut Nonius ait) qui eſt ſine libidinis, & turpitudinis nota. ἁγνὸς, σώφρων. Plaut. in Pen. Vt deceat nos eſſe à culpa caſtas. Vnde dicimus uxorem caſtam, & caſtum cantum, in quo nihil eſt laſciuiæ: & caſtam manum, quæ ſe ab alienis continet. Item pro pio & religioſo. Vergi. Quiq; ſacerdotes caſti dum uita maneret. Caſtitudinem pro caſtitate ueteres uſurparunt. ἁγνότης. A caſto fiunt aduerbia, caſtè. id eſt pudicè, (ἁγνῶς) caſtius, caſtiſſimè.

Cāsūră.æ.f.p. caſus, ſeu cadendi actus. πτῶμα. Hieron. Totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

Cāsūs, us.m.q. (σύμπτωμα, τύχη) modo fortuna eſt, ut Boëtius lib.5. de Conſol. Modò inopinatus euentus. Seneca, Multa enim caſu potius quàm ratione eueniunt. Modò ruina, πτῶσις. Curtius, Inopinatò rhedæ caſu oppreſſus. Modò calamitas, & infortunium, σύμπτωμα. Verg. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Caſus temerarius à græcis αὐτόματον dicitur, à Cicerone temeritas. Item caſus dicuntur uocabulorum formæ, quia in aliam atq; aliam cadunt effigiem. Caſum ueteres antiquũ uocabant, quaſi iam cadentem.

Cătăbăsis, (κατάβασις) inferior ſolis meatus, deſcenſus.

Cătăbăthynŏn, ni.n.ſ. (καταβάθυνον) dici poteſt demerſum, cauum & profundum.

Cătachrēsis, is.f.t. (κατάχρησις) pen. prod. tropus, quam nos abuſionem, uel uſurpationem dicimus, cũ alienis abutimur perinde ac proprijs, cum propria deficiunt: ut, Facies ſimillima lauro. Nam facies hominis eſt. ex κατὰ cõtra, χρῆσις dicitur uſus. Catachreſticus abuſiuus.

Cătacliſtă, æ.f.p. κατακλειστός, ueſtis undiq; clauſa: dicta à uerbo κατακλείω, id eſt undique claudo.

Cătaclyſmŭs, mi.m.ſ. (κατακλυσμός) diluuium & inundatio dicitur. Varro 3. de re Ruſt. cap. 1. Thebæ, quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur.

Cătacrĭsis.is.f.t. condemnatio, uel dijudicatio.

Cătadrŏmŭs, mi.m.ſ. (κατάδρομος) pen.cor. Latinè decurſorium. καταδρομεῖν enim decurro. Suet. in Nerone, Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit. id eſt, per ſtadium in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio.

Cătagrăphă, æ.f.p. (καταγραφή) deſcriptio, deſignatio. Pictores modo excurta appellãt, à breuitate imaginum, quas ita repræſentari (cum ſint obliquæ) poſtulat ratio.

Cătălēctĭcŭm metrum, (καταληκτικόν) dicitur, cui una tantum deeſt ſyllaba, ut apud Horat. Mea renidet in domo lacunar. Eſt enim ſenarium Iambicum perfectũ, una ſyllaba minus.

Cătălēpsis, is.f. t. (κατάληψις) occupatio, deprehenſio.

Cătălēxis, (κατάληξις) terminatio.

Cătălŏgŭs, gi.m.ſ. (κατάλογος) pen.cor. ſermo uel ſcriptura, quæ numerum uel ordinem deſignat. Plaut. Mil. Si minus cum cura aut catalogo loquendi lectura fiet.

Cătălўmă.atis.n.ſ. (κατάλυμα) refectio, diuerſorium.

Cătălўsis, is.f.t. (κατάλυσις) diſſolutio.

Cătămīdiārĕ, a.p. καταμιδιᾶν. Spartia. de conſtitut. Hadriani loquens, Decoctores bonorũ ſuorum, ſi ſuæ autoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iuſſit. id eſt deridendos omnibus per theatrũ præberi. A Græco catamidio, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat.

Cătămītŭs, ti.m.ſ. (πόρνος) cum i Latino producto, puer meritorius, quo quis abutitur: μισθὸν Græci mercedem dicunt, quaſi κατὰ μισθὸν: id eſt pro pretio. Cic. 2. Philipp.

Cătaphrāctŭs, cti.m.ſ. (κατάφρακτος) undique munitus, ex κατὰ undiq;, & φρακτὸς munitus. Seru. in 11. Aeneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti ſunt, et equos ſimiliter munitos habent. Eſt etiã cataphracta. καταφράκτη. lorica, ſiue thorax militaris. Vnde Vegetius ſcribit exercitum Romanũ pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitũ. Cataphractarij, qui catapractis muniti ſunt. Lamp. de Alex. Cataphracta-

ctæ aũt naues, pro tectis nauibus accipiuntur.

Cătaplāſmă.atis.n.t. (κατάπλασμα) emplaſtrũ ſiue malagma, quod conſtat ex floribus corũq; ſurculis & axungia. Plin.lib.20.cap.16.

Cătaplōōs, (κατάπλους) nauigatio.

Cătăpōtēs, (καταπότης) dicitur guttur.

Cătăpōtiă, orum.n.ſ. (καταπότια) pilulæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod eſt deuorare, uel bibere proprie, quoniam neq; eſtur, neq; lingitur id genus, ſed deuoratur. Plin.lib.26.cap.8.

Cătăpultă, tæ.f.p. (καταπέλτης) iaculum celere, uel ſagitta. Plaut. Atq; ita te neruo torquebo, ut catapultæ ſolent.

Cătărrhăctăs, f.p. (καταῤῥάκτας) quidam cœli feneſtras, quidam nubes, quidã ſubterraneas ſpecus interpretantur. Alij à deſcendendo, pro pendulis portis ſumunt ex ligno, ferrôue, quæ demitti ac tolli poſſunt. Liu. Pendulas & recidentis portas catarrhactas. Dictæ catarrhactæ, quòd ex alto defluere uidentur. Græci enim καταῤῥάσσειν cum impetu defluere dicũt. Vnde catarrhactæ etiam dicuntur, à terra exeuntes aquæ & ita ex alto defluentes, ut ruere potius quàm defluere uideantur, quales eſſe in Aegypto Nili catarrhactas legimus. Ita loca ipſa è quibus exeunt, catarrhactæ dicũtur, unde in maximis imbribus apertas eſſe cœli catarrhactas dicere ſolemus. Dicitur & hic catarrhactes.

Cătărrhūs, rhi.m.ſ. (κατάῤῥους) Latinè fluxio, ſiue diſtillatio. Differt à coryza, & brancho. κόρυζα dicitur, cum pituita nares tantũ obſidet, grauedo Latinè dicta: catarrhus uero, cũ fauceis, palatumq́; . at βράγχος cum & guttur & arteria corripiatur: ob id & arctericum quandoq; id uitium appellant. omnia hæc tamen Hippocrates coryzas uocat, noſtri diſtillationes, quia Græcè κατασταγμοὶ nominantur in commune. Dictus eſt autem catarrhus à καταῤῥέω fluo, diſtillo.

Cătărrhy̆tŭs, a.um.o.ſ. (κατάῤῥυτος) pen. corr. Latinè irriguus, ex κατὰ ſecundum, & ῥύαξ riuulus, quaſi iuxta riuos. Plin.lib.5.

Cătăſcŏpiŭm.pij.n.ſ. genus nauigij exploratorij, quòd circunquaq; ſpeculetur. Cic.ad Att.

Cătăſcŏpŭs.pi.m.ſ. κατάσκοπος. Latinè ſpeculator. Eſt enim σκοπεῖν ſpeculari.

Cătăſtă, æ f.p. τὰ βάθρα. Lucian. locus erat ubi uenales ſerui exponebantur, à καθιστάω uerbo Græco, quod ſignificat expono. Tibullus, Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit Barbara gypſatos ferre catasta pedes. Eſt & catasta machina lignea, qua ſerui uincti tenebantur. Plin. Hanc & longam & magnam compedem uocant.

Cataſthlus. Vide Calaſaſtri.

Cătăſtrōmă.atis.n.t. κατάστρωμα. pen. prod. nauis partem, ſeu pauimentum ſignificat.

Cătăſtrŏphē.es.f.t. καταστροφή. Latinè ſubuerſio, uolumen.

Cătăty̆pōſis.is.f.t. κατατύπωσις. dicitur ſecundũ figuram, quod fit cum aliquid iuxta alterius formã deſcribitur, ut apud Verg.lib.4. Omnia Mercurio ſimilis, uocemq́; coloremq́;.

Cătēchēſis.is.f.t. κατήχησις. inſtructio.

Cătēchizo.as. κατηχίζω. inſtruo, doceo, erudio.

Cătēchūmĕnŭs.ni.m.ſ. inſtructus, ſeu audiens dicitur.

Cătēgŏriă.æ.f.p. κατηγορία. ας. accuſatio. itèm κατηγορέω, accuſo. κατήγορος, accuſator. Item categoriæ, ſiue categoremata Ariſt. id eſt prædicamenta. Quin & poſitiones quædã à Dialecticis categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere poſſumus: à κατηγορεῖν, prædicare.

Cătellŭs.li.m.ſ. & Catella dimin. à Catulus. σκυλάκιον. Plaut. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt. Mart. Os & labra tibi lingit Manuella catellus.

Cătēnă, æ.f.p. σειρά. uinculum eſt ferreum, quo uel ſeruos, uel captiuos uel animalia irretimus ne effugiãt. dicta eſt, quod ſe capiendo teneat, quia in ea annulus annulum capit. Liu. 1. ab Vrbe, Iniecti Turno catenæ. Sen. ad Luc. Vna eſt catena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ.

Cătēno.as.a.p. ligo. πεδάω. à quo concateno cõpoſitum. Cælius ad Ciceronem, Vellem quidẽ uerna propugnaturus tantum animi habuiſſet in ueſtro Domitio, quantum ipſe catenatus in hoc habuit.

Cătēnŭlă. ἁλυσίδιον. dimin. à catena.

Cătĕruă, æ.f.p. σῖφος. propriè Gallorum legio, ſicut phalanx Macedonum, quæ certo numero conſtat. Nam authore Vegetio libro. 2. cap. 2. in caterua erant ſena militum milia. Plerunq; tamen pro multitudine ſumitur. Cice. 1. Tuſc.

Cateruæ contradicentium. Et 7. Verr. Cateruæ teſtium.

Cătĕruārĭi, m. ſ. certatim conglobati. οἱ συστροφοί. Suet. in Auguſto, Sed & cateruarios oppidanos inter anguſtias uicorũ pugnantes temere.

Cătĕruātĭm, aduer. per uarias cateruas. ἰλαδόν. Plinius lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare. Colum. libro 3. cap. 19. Sed illud etiam dicendum eſt, an plurium generum uites habendæ ſint, eæq; ſeparatæ & diſtinctæ ſpecialiter, an confuſæ & miſtæ cateruatim. Id eſt, uermiſchet, undereinandren.

Căthărctĭcă, (καθαρτικὰ) purgatoria: à καθαίρω purgo.

Căthărmătă, n. t. erant homines qui pro peſte, alio'ue morbo expiando immolabãtur dijs, qui ritus expiationis à Romanis uſurpatur. Bud.

Căthedră, æ. f. p. (καθέδρα) dicitur ſubſellium. παρὰ τὸ κατὰ καὶ ἕδρα ſedes, ſeu ſella. Martialis libro 11. De cathedra quoties ſurgis.

Căthedrālĭtĭŭs, a. um. o. ſ. ut, cathedralitius ſeruus, qui cathedras ad herum defert. Mart. Cũ cathedralitios portet tibi rheda miniſtros, Et Libys in longo puluere ſedet eques.

Cathinea, & Cathmæa terra quæ in æs conuertitur, ut fiat aurichalcum. Feſtus.

Căthŏlĭcŭs, a. um. o. ſ. (καθολικὸς) dici poteſt uniuerſalis, quaſi circa omnia uerſetur. Fit enim ex κατὰ. id eſt circa, & ὅλον, quod totum dicunt.

Cătillo, as. are. a. p. catinos lingere. Plautus in Caſ. Operam uxoris polliceor foras, Quaſi catillatum.

Cătillātio, onis. f. t. λιχνεία. graue opprobriũ obijciebatur hominibus generoſis, ſi qui prouincias amicas populi Ro. expoliaſſent, quòd eorum bona liguriſſe uiderentur. Feſtus.

Cătillōnēs, c. t. (λίχνοι) qui catillos lingũt, & pro guloſis accipi ſolent.

Cătillŭs, li. m. ſ. pars ſuperior molæ, ſicut meta pars inferior. Et catillus diminutiuum eſt à catinus.

Cătĭnŭs, ni. m. ſ. (τρύβλιον) quod & Catinum dicitur, pen. prod. uas immenſum eſcarium, ubi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo appellarunt. À catinus fit diminutiuum catillus: à catinum catillum, uel catinolium, παροψίδιον. Vide Bayſ. de Vaſc.

Căto, onis. m. t. (κάτων) quaſi ſapiens & cautus. Catum enim Sabini acutum dicunt. Et cata dicta, accipienda ſunt acute dicta, ut author eſt Varro. Porphyrio tamen catum exponit pro experto & docto, cum ait Horat. Poſt hæc ille catus quantumuis ruſticus ibit. Et Plin. Catos à ſapientia dictos intelligi uult ſicut corculos. Eſt item & proprium nomen.

Cătōblĕpās, aliàs Baſiliſcus dicitur, qui uel ſolo uiſu hominem interficere dicitur, uide Pliniũ lib. 8. cap. 21.

Cătōchītēs, (κατοχίτης) gemma impoſitam manũ uelut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cătōgēŭm, gei. n. ſ. (κατώγεον) domicilium ſubterraneum.

Cătōpȳrītēs. κατοπυρίτης. gemma quæ ex Cappadocia uenit, Plin. lib. 37. cap. 10.

Cătōrthōmă, atis. n. t. (κατόρθωμα) pen. prod. opus uirtutis rectum. Cic. lib. 1. Offic. Recte factum interpretatur.

Cătŭlāſtĕr, ſtri. m. ſ. catuli imitator: ſicut ab Antonio, Antoniaſter. Catulaſter etiam ſignificat ipſum catulum: hoc eſt paruum canem, ſiue filium.

Cătŭlīnŭs. a. um. quod ex catulo. σκυλακινός. unde Plaut. Catulinam carnem eſitauiſſe Romanos oſtendit.

Cătŭlīrĕ, n. q. eſt geſtire, & coitum maris appetere. σκυζᾶν. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt ueris principio. tum enim dicuntur catulire: id eſt oſtendere ſe uelle maritari. Hinc catulitio, (σκυζηθμὸς) ruſticis dicitur cũ canes maritari quærunt, quo etiam tempore terra aperitur.

Cătŭlŭs, li. m. ſ. (σκυμνὸς) pen. cor. proprie ſignificat canis filiolum: dictus propter ſagacitatem. Varro, Catulus à ſagaci ſenſu & acuto. Sed ponitur large pro omni ferarum filio, ſiue immanium ſiue mitium: unde de colubro Verg. Catulos tectis atq; oua relinquẽs. ſic Catuli leonum, urſorũ, murium, ſimiarũ, delphinorum, et lacertarum dicimus. Hinc fit aliud diminutiuũ catellus. Accipitur quãdoq; catulus pro ipſo cane. Apuleius, Catulos ſecum ducens uenaticos atque ſagaceis. Interdum pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plautus Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo.

Cattus,ti.ſ. (γαλῆ) animal muriceps. fœminini generis, ſecundum Seruium libro de Græcolatinis nominibus.

Caua,æ. f. p. foramem in quo aues nidificant. τρῶγλαι. Plin. Multo tamen efficaciſsime, ripariarum pulli, ita uocant in riparum cauis nidificantes. Sed non eſt neceſſe ut cauis à caua deriuetur.

Cauædium,dij.n.ſ.(ut Plin.Iunior in Epi.dictione mutilata:ſiue cauumædiū, ut Varro dictione integra) locus eſt ſub dio uacuus, cinctus undiq; porticibus, ad cōmunem omniū uſum.

Caucalis.lis.f. t. genus herbæ,fœniculo ſimilis, breui caule,flore candido.Plin.lib.22.cap.22.

Cauda,æ.f.p.(οὐρὰ) quam ueteres etiam codam dicebant.unde caudati,& codati,(κέρκωδες) dicuntur qui caudas habent. Interdum ponitur cauda pro uirili membro. Horat. libro 1.
» Accidit ut quidam teſtes caudamq; ſalacem
» Demeteret ferro.

Caudacus.ſignificat ſuauem,& manſuetum.

Caudeca,ciſtellæ appellatæ ſunt ex iunco, ad ſimilitudinem caudæ equæ factæ. Feſtus.

Caudex uel Codex,(κορμὸς) pro cautex, d pro t poſito,m. t. dicitur in fruticibus & arboribus id, quòd à radice ſupra terram ſimplex aſſurgit: ſiue in quod fruticis uel arboris à radice defertur alimonium: differtq; in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex uero ad frutices & arbores pertineat. Lactan. Caudice deſecto lachrymas ſua gaudia palmes. Antiqui etiā tabulas ligneas,in quibus incluſa cera erat,ad aliquid ſtylo deſcribendum, codices ſiue codicillos appellauerunt,quòd ex arborum codicibus,uel codicum partibus tenuioribus, membranulis ſcilicet,ac tuniculis fieri ſolerent. Eſt præterea caudex plurium tabularum contextus, unde tabulæ codices dicuntur. Ponitur et pro duro ſedili,ſeu pro ſede meretricia,quæ plerunq; ex truncis fieri ſolet. Iuuenalis: Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

Caudeus.a.um.quod eſt ex caudice. Plaut. Rud. Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto uidulo.

Caudicalis,le. o. t. ad caudices ſcindendos idoneus.Plaut. Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ.id eſt,præpono te oneri ſcindendorum lignorum.

Caudicariæ naues,quæ commeatus per Tyberim ſubuehunt,quòd ex lignis craſſioribus cauatis fierent. Fitq; à caudice,dum pro trunco ſeu tabula ponitur,quæ & codicariæ dicuntur.

Cauea,eæ.f.p.(ἄντρον) à cauo fit,ſignificatq; locum ſub terra uacuum atq; obſcurum. Quoniam uero in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia, caueas pro ipſis ferarū receptaculis uſurpamus. Apul. Beſtiam immittimus caueæ. Itē cauea,eſt area in medio theatri,(θεωρητήριον) in qua equitum ſubſellia cōſtituta eſſe conſueuerunt, quòd uelis tecta caueæ ſimilitudinem haberent. Plautus Amph. Quandoq; ponitur pro populi conſeſſu. Vergilius 5. Aeneidos. Hic totum caueæ conſeſſum ingentis,&c.

Caueo.es.cautum. act. ſ. (φυλάττομαι) ſignificat cautionem,hoc eſt,diligentiā adhibere,prouidere, conſulere, proſpicere ne aliquid præter ſpē accidat. Varia huius conſtructio eſt. Plautus, Caue nemo id intelligat. Cum datiuo. Ci. Famil.lib.7. Tu qui cæteris cauere didiciſti. & Terent. Eunu. Iſtuc eſt ſapere,ut hoſce inſtruxit,ipſe ſibi cauit loco. Cum datiuo & accuſatiuo. Cato de re Ruſt.cap.5. Scabiem pecori & iumentis caueto.id eſt uideto ne ſcabie afficiantur. Cum datiuo & præpoſitione ab. Plautus Pſeud. Hercle,quin ut tu prædicas,Cauendum eſt mihi abs te irato. Cum accuſatiuo. Cic. Attic. Bibulus Pompeium fecerat certiorem,ut caueret inſidias. Sunt aliæ quoq; in hoc genere loquendi formæ: ut, Caue facias, pro caue ne facias. Caue faxis, pro caue ne feceris. Caue reſponderis, pro caue ne reſpondeas. Quæ omnia cū,ut, aut ne Latine dixeris. Cū ne, Ter. Andr. Tum id cauit,ne unquā infamiæ ea res ſibi eſſet. Cū ut, Plau. Bacchi. Qui iſti caueā? B. Vt reuehat domū. Cauere capite, pro capitis periculo ſe obligare, aut aliū ſibi eodē uinculo obſtringere. Cauere teſtamento. Ci. de Finib.lib.2. Idq; teſtamento cauebit is, qui nobis quaſi oraculū ædiderit,nihil ad nos poſt mortem pertinere? Sic cauere obſidibus de pecunia, eſt dare obſides, quoad pecunia diſſoluatur. Cauere ſibi obſidibus ab aliquo, pro obſides exigere. Et, cauere alicui obſidibus, pro obſides dare.

Cauerna,næ.f.p. (ἄντρον) concauitas quædam

terræ uacua atq; obſcura. Vide cauernoſus. a.um.(ἀντρώδης) pro loco paſſim uacuo, et ue luti cauernis pleno.

Căuiārēs hoſtiæ, quæ & Cauæ. erant enim partes hoſtiæ caudatenus, quæ in ſacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur.

Căuillă.æ.f.p. Cauillum.li. σκῶμμα. irriſio quædam iocoſa. Plaut. Truc. Quid id eſt, amabo? iſthæc ridicularia, cauillationes uis? Opinor, dicere, ita ut pauxillum differat à cauillis.

Căuillo.as.n. & Cauillŏr. aris. σοφίζομαι. dep. à caluo. is î litera abiecta, ſignificatq; fallacia & dolo utor. unde Boëtius ſuper Topic. ſcribens, cauillationem partem quandam logices eſſe dixit. Sic Seneca & Cic. cauillationes dixerũt quæ Græcè σοφίσματα nuncupantur. Caius Iureconſultus definit, quòd ſit ſubdola ratio, quam, conſcij nobis mendacij, uincendi tamẽ cauſa proferimus. Cic. lib. 2. de Orat. Cum duo ſint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue, ſuperior cauillatio, altera dicacitas nominata eſt.

Cauillator.oris.m.t. φιλοσκώπτης, φιλόψογος.

Căulă.læ.f.p.(ἔπαυλις, ὀρκάνη) Latinè ſtabulum dicitur, in quo oues reconduntur, addita c ad αὐλή, quòd non ſolum atrium uel aulam, ſed etiam ſtabulum & omnia ſepta deſignat. Feſtus à cauo caulam deriuat, quòd antiqui ante uſum tectorum, oueis in antra ducebant. Sed uerius ἀπὸ τῆ καυλῶν. nam etiam nunc fiunt ex uiminibus. Verg. 9. Aeneid. Ac ueluti pleno lupus inſidiatus ouili Cum fremit ad caulas.

Căuleſco, is.n.t. (καυλοῦμαι) à caulis eſſe conuenit. Eſt autem cauleſcere uirgam fieri: licet quandoque ponatur pro folia producere. unde & decauleſcere contrarium, quod ſignificat ſine folijs fieri, ἀποκαυλίζεσθαι. Plin. lib. 19. Raphanus uti iucundior detractis folijs antequã decauleſcant.

Căuliās.(καυλίας) ex caule ſuccus, qui in uaſe coniectus admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur.

Căuliculŭs, li.m.ſ.(τὸ καυλίον) diminu. à Caulis paruus caulis. Plin. Teneriorq; cauliculus. idẽ, coliculus.

Căulis, huius caulis uel colis. ma. ge. (καυλός) in herbis dicitur ipſum robur, ſiue ſtipes; id eſt, ea herbæ pars, unde ſe producunt folia aut ramuſculi. Plin. li. 18. Namq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Et accipit ſiliquas pro corticibus, caules pro ſtipitibus. Sed quoniam nulla penè herba maiorẽ caulem habet quàm braſſica, ideo pro braſſica ponitur. Similiter in arboribus & in uite. Caulis dicitur robur ad quem alimentum defertur, & intelligitur quod ſupra terram exurgit. Planta eſt radix, à qua alimentum attrahitur à terra. Ramus, qui à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Verg. lib. 12. Puberibus caulem folijs. Ponitur & pro quibuſcũq; holeribus. Iuuenal. Spes homini, caulis miſeris, atque ignis emendus. Quandoq; pro cauda. Plin. libro 11. Boum caudis longiſsimus caulis, atq; in ima parte hirtus. Quandoq;, ſicut docet Seruius, ſumitur pro uirili membro, quandoq; pro ferro, & pro quolibet haſtili. A caulis fiunt compoſita, unicaulis, & multicaulis. Idem lib. 12. Eſt & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramoſáq; ſunt, ut carduus.

Cāumă.atis.n.t.(καῦμα) Latinè calor, ἀπὸ τῆ καίομαι λέγεται. καίομαι enim uror dicitur.

Căuo.as.a.p. fodio, euacuo. κοιλόω, κοιλαίνω. Plinius lib. 36. In Syphno lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in uaſa coquendis cibis utilia. Huius compoſita ſunt, concauo, excauo, & recauo. pen. cor. Ouid. lib. 2. Metam. Eſt locus in geminos ubi brachia concauat arcus.

Căupo.onis.gen.com. tabernarius: hoc eſt, eſculentorum poculentorũq; uenditor. κάπηλος, οἰνοπώλης. Vlpia. Caupones & ſtabularios æquè nos accipiemus, q cauponã uel ſtabulũ exercẽt.

Căupōnă, næ.f.p. καπηλίς, uocatur tam mulier, quæ uinũ uendit, quàm ipſa taberna uinaria. Ci. in Piſon. Nónne tibi nox erat pro die? caupona pro oppido? Inde cauponula dimi. Idem 2. Philip. Delituit in quadam cauponula.

Căupōnāriă.æ.f.p. ars cauponandi. καπηλική.

Căupōniŭs.a.um. quod ad cauponem pertinet, καπηλικός: ut ars cauponia. Iuſtinus lib. 1. Iuſſitq; cauponias, & ludicras arteis, & lenocinia exercere.

Căupōnŏr, aris.d.p.pe.pro. ſignificat lucri cauſa quaſi ad cauponẽ uẽdito. καταπηλεύω. Ennius: Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.

Căuſiă, æ.f.p.(καυσία) aliâs Cauſea, tegmen capitis

capitis aptum calori. Valc. Max. lib. 5. Quemadmodū Antigonus caput Pyrrhi texit caſia, qua uelatum caput more Macedonū habebat.

Cāuſōn, onis. m. t. (καύσων) *æſtus, ſeu ardor. Inde ab Hippocrate & Auicenna cauſon febris æſtuans appellatur.*

Cāuſſă, æ. f. p. (αἰτία) *proprie dicitur id ex quo, uel propter quod, uel per quod, uel à quo aliquid fit: unde illud frequēs bonis authoribus, Quid cauſæ eſt?* (πῶς ἐκ̀) *id eſt, negare ne quiſquam poteſt, uel cauſam alienam afferret? & cauſam haud dicam: id eſt, per me licet, nō recuſabo. Quatuor autem cauſarum genera ſcripſit Ariſtoteles: Materialem, ex qua aliquid fit. Formalem, per quam aliquid tale ſit. Efficientem, à qua aliquid fit. Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem deum, cauſam cauſarum eſſe affirmat. Per tranſl. tamen cauſſa dicitur omnis actio, quā in ſenatu uel in foro habemus.* δίκη. *Vnde tria eſſe cauſarum genera ſcribit Cicero: demonſtratiuum.* τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος. *deliberatiuū.* τὸ συμβουλευτικόν. *& iudiciale.* τὸ δικανικόν. *Ex his tamē magis propriè cauſſa dicitur quæ iudicialis eſt: unde & cauſſam pro lite ac controuerſia ponimus: ut Cicero diligenter egit cauſſam Milonis. Hinc cauſidici* (ῥήτορες) *dicuntur patroni, qui in cauſis iudiciiſq; uerſantur. Interdū cauſſa dicitur occaſio.* ἀφορμή. *Teren. Eunu. Iam diu aliquā cauſam quærebat. Interdū dicitur excuſatio.* ἀπολογία. *ut, Honeſta eſt cauſſa mei diſceſſus. Interdum ratio.* λόγος. *dicitur. Ouid. libro 1. Faſt. Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum. Interdum dicitur origo.* ἀρχὴ. *unde & quidam cauſſam à caſu dictam exiſtimant, quòd initia & origines rerum, quæ cauſſæ ſunt, caſu eueniant. Nonnulli à* [illegible] *aſpiratione, quòd* [illegible] *omnium cauſſa fuerit. Alij à Græco* [illegible]*, quod ardorem ſeu incendium ſignificat, quòd cauſſa ſit, quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alij à cauendo, quòd ea ſit, quæ cauet ut aliquid agatur, aut non agatur. Ex cauſſa pars appellatur. Lucan. libro 1. Victrix cauſſa deis placuit, ſed uicta Catoni. Diminutiuum à cauſſa eſt cauſſula.*

Cāſſārij milites, (ἀπόμαχοι δι' αἰτίας τινὸς ἢ πολυώνυμοι ἢ ἰνέρχως) *dicuntur à Liuio libro 7. qui propter honeſtam cauſſam, puta ualetudinem à militia ſoluuntur, quaſi ualetudinarij ſiue ſontici, aut qui omnino cauſſam & admonitionem habebant ex morbo, ſenectuté ue. Sic cauſſaria miſſio dicitur, quæ milites propter ualetudinem laboribus militiæ & ſacramento militari ſoluit. Vlpian.*

Cāuſſātio, onis. f. t. (πρόφασις) *quandoq; ponitur pro uitio interiore, & ægritudine. Pallad. lib. 1. Si ſaluo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla eſt, aut rara cauſſatio.*

Cāuſſātiuūs. a. um. o. ſ. quod eſt cauſſa ut aliquid fiat, αἴτιος. *ut, Nimia repletio eſt cauſſatiua infirmitatis: quamuis etiam aliquando cauſſatiuum uocatur, quod antecedentem cauſſam ſignificat: ſicut & cauſſale,* (αἰτιολογικόν) *ut coniunctiones cauſſales, ſeu cauſſatiuæ.*

Cāuſidicūs, ci. m. ſ. pen. cor. dicitur patronus qui in cauſſis iudiciiſq; uerſatur. δικολόγος. *Cic. 1. de Orat. Non enim cauſſidicum neſcio quem, nec proclamatorem, &c.*

Cāuſificŏr, aris. d. p. cauſſam dico, αἰτιολογοῦμαι, σκήπτομαι. *Plaut. Aul. Non cauſſificor quin ego illam habeam potiſſimum.*

Cāuſſo. as. iudico, efficio. κρίνω.

Cāuſŏr. aris. deponens, ſignificat rē geſtæ cauſſam affero ſeu reperio, & excuſationem adduco. προφασίζομαι. *Sueton. in Nerone.* [illegible] *nondum eſſe fatalem horam.* [illegible] *tium ſibi eſſe cauſſatur.* [illegible] *ſtros in longum ducis* [illegible] *culpare eſt,* [illegible]

Cāuſtică [illegible] *quæ habes* [illegible] *lib. 2. ca. 9.* [illegible] *inter cauſtic*[illegible]

[illegible]

Cāu[illegible] *Pallad.* [illegible] *rum præcipit.*

Cau[illegible] *riam conſcientia* [illegible]

Cau[illegible]

quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui inſanabiles inuri ſolent. Præterea cauterium in pictorum inſtrumentis continetur, quo bituminationes, & fortiores quæq; conglutinationes concoquuntur: maxime in ea pictura, quæ ἐγκαυστικὴ appellatur: quæ fit carbonibus inuſtis, reſolutis igne ceris. Martian. Tit. de fund. inſtr. ſic refert: Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliáq; horum legato cedunt. Item peniculi & cauteria, & conchæ.

Cāutēs, tis. f. t. (ῥαχία) uide in dictione Cos.

Cāutĭo. onis. f. t. prouidentia quædam, qua auertimus & uitamus aliquid, ne nobis accidat. Cic. 4. Tuſc. Quoniáq; ut bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus: quæ declinatio cum ratione fit, cautio appellatur: eáq; intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Cautio eſt: id eſt cautione eſt opus. Teren. And. Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt.

Cāutĭōnālĭs. le. adiect. ut cautionales ſtipulationes prætoriæ, apud Vlpian. de præt. ſtipul. lib. 46. digeſtorum.

Cāutē, aduerb. prudenter, callidè. Plaut. Curc. Cautè ut incedas uia. Cautim idem ſignificat. Teren. Heaut. Sed hæc ita ut ſunt, cautim & paulatim dabis.

Cāutŏr, oris. m. t. qui cauet & prouidet. Plautus Epid. Iam cautor ipſe captus eſt.

Cāutŭm eſt, ſignificat prouiſum eſt. ἀπείρηται, διείρηται.

Cāutŭs, a. um. o. ſ. & per ſyncopen Catus, ſumitur pro homine prudenti, qui ſibi ſcit cauere. εὐλαβὴς, φρόνιμος, πεφυλαγμένος. Terentius, Phor. Vt cautus eſt, ubi nihil opus eſt. Nonnunquam pro re cui cauetur. Cic. pro Cecin. Quò res mulieri eſſet cautior. Vnde incautus, (ἀνεξαπάτητος) qui neſcit ſibi cauere.

Cāuŭs. a. um. (κοῖλος) propriè concauum, uacuū: à chaos, quod quaſi uorago quædam erat inanis. Verg. Tum dea nube caua tenuem ſine uiribus umbram.

Cāuŭs, ui. m. ſ. (κοίλωμα) locus cauatus, ſeu concauus. Varro, Facere his cauos oportet laxiores, ubi pullos parere poſſint. Colum. ſcribit cauum eſſe locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut eſſet. Cauæ hoſtiæ. Vide Cauiares.

C ANTE E.

CE, ſyllabica adiectio. quære Met.

Cēdo. is. ſi. ſum. (παραχωρῶ) uide Cado.

Cēdrĕlătē. tes. f. t. genus cedri. Plin. libro 24. capite 5.

Cedrĭūm, drij. n. ſ. genus picis. Plin. lib. 16. cap. 11.

Cedrĭă, æ. f. p. (κεδρία) pix eſt quæ ex cedrelate defluit. Plin. lib. 29. cap. 3. Scabiem corporum ac prúritum oleo & cedria miſtis tollunt.

Cedrĭdēs, f. t. (κεδρίδες) pen. cor. fructus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrides tuſſim ſanant, urinam ciunt.

Cedrōſis, is. f. t. (κέδρωσις) uitis alba. Hæc & Bryonia à Dioſcoride appellatur.

Cedrŭs. dri. f. ſ. κέδρος. arbor maxima, quæ in ædificijs utilitatē præſtabat eò quòd huiuſmodi materies & procera ſit, nec onerosa parietibus. Eius folia ad cupreſſi ſimilitudinem reſpondent, lignum iucundi odoris eſt, & diu du-
» rans, nec à tinea unquam exterminatur. Verg.
» Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum Naui-
» gijs pinos, domibusq; cedrum atque cypreſſos.
Vide Plin. lib. 13. cap. 5. Ex hac arbore naſcitur oleum, quod κεδρέλαιον. dicitur, ut Vitru. lib. 2. inquit. Quo reliquæ res cum ſunt unctæ, uti etiam libri, à tineis & carie non læduntur.
» Iuxta quem ſenſum Perſius dixiſſe uidetur, Et cedro digna locutus. Scribit Theophr. libro 3. Cedrum eſſe iunipero non abſimilem, ſed folijs maximè diſtare. Hinc fit nomen poſſeſſiuum, cedrinus. a. um. κέδρινος.

Cĕlebrēſco, ſcis. n. t. celebris fio. εὐδοκιμῶ. Accius, Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua.

Cĕlebrĭs, & hoc celebrĕ, o. t. διάσημος, περιβόητος, εὐδοκιμώτατος) pen. cor. qui in exiſtimatione magna apud omnes eſt, inſignis, præclarus, quem propter uirtutum ſplendorem et eximiam laudem omnes admirantur, frequentant, & uenerantur. Propriè autem dicitur uelox. Accius, Celebri gradu celeraſſe decet. Quoniam uerò accelerare gradum, frequentare eſt, factum eſt ut celebre pro frequenti accipiatur, & quod in omnium ore uerſatur. Et hoc paſſiue tam ad rem, quàm ad perſonam relatum. Cic. lib. 2. ad Heren. Locus quæritur celebris'ne ſit, an deſertus. id eſt qui celebratur. Hinc celebritas, (πολυπλήθεια) frequentia. Ci. Itaq; nos, qui in maxima celebritate, atq; in

oculis quondam ciuium uiximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum hominum, &c.

Cĕlebritĕr, aduerb. ſignificat cum cultu & honore. ἐπιφανῶς

Cĕlebro, as. a. p. frequento. φοιτάω. Var. Cui non tam cura erat ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret. Per transl. tamen, quoniam quæ frequentamus, etiam colimus, celebrare pro colere & uenerari ponitur, τιμᾶν, ἑορτάζειν: & celebritas, pro cultura atque honore.

Hinc celebrare laudibus, ἐγκωμιάζειν, δοξάζειν. & uirtutum celebritatem ἑορτὴν, εὐφημίαν, ἐπιφάνειαν dicimus. Item celebriorem, & celeberrimum, pro honoratiorem, & honoratiſſimum.

Cĕlĕr, eris. o. t. ſiue hic Celer, hæc celeris, hoc celere: ſiue hic & hæc celeris, & hoc celere, idem eſt quod uelox. ταχύς. Vergil. Celeremq́; fuga præuertitur Hebrum. A quo celerrimus, & celeriſſimus fiunt ſuperlatiua, ſecundum Priſ.

Cĕlĕro, as. n. p. pen. cor. celeriter aliquid facio. ταχύνω. Vergilius 9. Aeneidos, Tum celerare fugam, patriáq; excedere ſuadet. A quo accelero compoſitum.

Cĕlĕritās, atis. f. t. uelocitas. Cic. 1. Acad. In pedibus celeritatem, in manibus uim ponebant.

Cĕlĕritūdo, inis. f. t. idem ſignificat. Varro 3. de re Ruſt. Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

Cĕlĕripēs, edis. c. t. qui leuis eſt pedibus. ὠκύπους.

Cĕlĕritĕr, celeranter, & celeratim, aduerbia, id eſt uelociter.

Cĕlētēs, m. t. (κέλητες, ἀπὸ τοῦ κελλόω) pen. prod. uocantur equi, qui ad curſum ſoli adhibentur, ſiue bigis uel quadrigis: etiam ad nauigia, ut his temporibus fieri ſolet. Nam qui bigis, quadrigiſ ue adhibebantur ad curſum, deſultorij dicebantur. Plin. Antiqui celetas tantum dicebant in ſacris. Poſtea uerò & qui bigis uel quadrigis uiciſſent. Latinè dicuntur deſultorij, quòd ex his facilè deſiliatur. Celetes etiam teſtudines dicuntur.

Cĕleuſmă, atis. n. t. (κέλευσμα) clamor nautarum & aliorũ, cũ uno aliquid iubẽte omnes uniformiter reſpondent, quaſi ſibi inuicem iubentes.

Cĕleuſtēs, ſtæ. m. p. qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco celeuſmata dicuntur etiam à Latinis, Budæus.

Cellă, æ. f. p. dicta eſt, quòd in ea celentur, quæ eſſe uolumus occulta. Græci ἀποθήκην dicunt, in qua res eſculentæ, & poculentæ reponuntur. quamuis propriè ἀποθήκη cella uinaria ſit. Capit autẽ Cella ſignificationem, ut illi adiectiua iunguntur, ut cella uinaria. οἰνὼν. cella olearia, ἐλαιὼν. cella farinaria, pomaria, lignaria, libraria, caſearia, & omnis locus in quo quid reponitur, cella dicitur. Vnde Verg. fauorum cauernas (κυψέλας) cellas uocauit, cum ait, Diſtendunt nectare cellas. Item loca, in quibus lauamur, aut ungimur in domo, cellæ dicuntur. Et cella, pars templi erat ſacratior, in quam ingredi fas non erat. ἄδυτον. Vnde apud Liu. li. 3. In cella Iouis Optimi Maximi habitaret exul.

Cĕllāriă, æ. f. p. locus ubi conditur uinum. οἰνών. Plautus, Mil. Ego eijciar cellaria. Et cellaria (ταμία, Homer.) quæ præeſt in cella. Idem in Mil. Iampridem quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria.

Cĕllārĭŭm, rij. n. ſ. (ταμεῖον) uidetur ea figura dici, qua granarium, penarium, ut pro cella ac repoſitorio accipiatur: ſed eſt paucorum dierum, penu longi temporis. Hanc cellulam promptuariam, ſeu promptuarium appellãt, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad uictum neceſſaria. Plin. lib. 36. cap. 15. Quorum agri quoque minorem modũ obtinuere, quàm iſtorum cellaria. À penore etiã is locus penarium, & penaria, ſeu penuaria cella nuncupatur. Cic. in Verr. M. Cato ſapiens cellam penuariam Reipub. noſtræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. Huius diminutiuum eſt cellariolum.

Cellarĭŭs, m. ſ. (ταμίας) qui in cella præpoſitus eſt, ut rationes ſaluæ ſint, aut penoribus recondendis. Colum. Vt cibus & potus ſine fraude à cellaribus præbeatur. Plautus Cap. Prome quid uis, te facio cellarium.

Cĕllŭlă, æ. diminut. à cella. Teren. Eunu. Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cēlātĭm, aduerbium, abſconditè. κρυβδήν. Gel. Quàm maximè celatim poterat, in inſidijs duo diſponit.

Cello

Cellō,is.a.t.quo ueteres utebantur pro cedo: nūc compoſitis tantum utimur, excello, & procello, & quod eſt excedo, & antecedo. Vide Callo cum diphthongo.

Cēlo,celas,a.p.abſcondo,ſiue ſciri nolo. ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. conſtruitur modò cum uno duntaxat accuſatiuo. Cice.1. de Nat. Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos. Modò cum duobus. Plau. Bac. Aedepol feciſti fur zum ætati malum, cum iſthæc flagitia me celauiſti & patrē. Modò cum ablatiuo mediante præpoſitione. Cice. Treba. Sed Baſſus noſter de hoc me libro celauit. At cum paſſiuè ponitur, res ſiue perſona per quam quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. Terent. Eunu. Vbi ubi eſt, diu celari non poteſt.

Cĕlōx,ocis.f.t.genus naticulæ breuis, à celeritate. Plaut. Aſin. Quò hanc celocem conferam? Apul. lib. de Rep. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Hanc & celotim uocant, & oxiam. ὀξεῖαν ναῦν, κελήτιον.

Cēlsŭs,a.um.o.ſ.altus, ſublimis, (ὑψηλός) excellens. Plin. libro 11. capite 24. Firmiores, celſiores $\mathfrak{q}$ infantes fore. À quo celſitudo, pro excellentia. ὑπεροχή. Vide Cælſus cum diphthongo.

Cēltĭs,(λωτὸς) eſt arbor inſignis, magnitudine pyri, de genere lotorum, in Aphrica creſcit, inciſuræ in folijs crebriores faciūt ne ilicis uideantur, fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus eſt, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur.

Cĕlȳdrŭs,ornatus muliebris. Iuuen. Donant arcana celydros. Vbi alij cylindros legūt, alij Chelydros, quorū utrūuis melius legeretur, quàm Celydrus ſine aſpiratione.

Cēnchrĭs. idis. f.t. (κεγχρίς) auis genus, Latinè tinnunculus dicitur, à tinnitu uocis: ex accipitrum genere, quem Ariſtot. libro 6. de Anim. ſolum ex adunco genere quaterna, & eo plura oua parere dicit. Dicta eſt cenchris, quaſi miliaria. Plin. Fimum cenchridis albugines extenuat. Eſt & cenchris (κεγχρεαὶ) ut inquit Hieron. locus Corintho uicinus, imò portus ipſius Corinthi. Et cenchris, huius cenchris, ſerpens maculis plena, Thebano marmori ſimilis. Lucan. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris, Pluribus ille notis uariatū tingitur aluum.

Cēnchrītēs,(κεγχρίτης) gemmæ ſpecies, quæ ueluti ſparſa milij grana habere uidetur. Plinius lib. 37. cap. 11.

Cēnchrōn,adamantis genus eſt, quòd ſit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. libro 37. cap. 4.

Cĕnōs,κενός. Latinè uacuus. Vnde cenodoxia, inanis gloria.

Cĕnŏtăphĭūm,ij.n.ſ.(κενοτάφιον) uacuum ſepulchrum. κενὸς enim uacuus dicitur, & τάφος ſepulchrū, à θάπτειν ſepelire. Eſt enim ut capſa, quæ ponitur in templo ad officia mortuorum. Verg. 3. Aen. deſcribit Cenotaphium, quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium eſſe dicit. Suetonius honorarium tumulum appellat in Claudio.

Cēnsĕo,es.ſui.cenſum.act.ſ.(ἀξιόω, τιμάω.) pen. cor. ſignificat exiſtimo, puto, arbitror. Liu. libro 6. Bel. Pun. Cenſent eò uenturum obuiam Pœnum. Item conſtituere, deliberare. Nam ſenator cenſet, cum ſententiam dicit (ἀποφαίνεται) de eo, quod ſibi uidetur: aſſentitur, cum alienam approbat. unde dicimus, Senatus aliquid cenſuit, à quo etiam cenſoris nomen tractum uidetur. Item cenſere, ſuccenſere ſignificat. Var. Ne uobis cenſeam, ſi ad me referretis. Item eſſe in æſtimatione, (τιμᾶν.) Boët. in Top. Quoniam faciendi liberi tres ſunt partes. Vna quidem, ut cenſu liber fiat. Inuenitur etiam cenſio. ſis. ſui. ſitum. pen. prod. Ouid. Priſca recenſitis euoluere ſecula faſtis. Aliquando cenſeri, eſt in precio haberi. σπουδάζεσθαι, δοκιμᾶν. Compoſita à cenſeo ſunt, accenſeo, percenſeo: (διεξέρχομαι) quod eſt perfectè cenſeo, numero. Col. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, parteſ$\mathfrak{q}$ ſi uelimus eius percēſere, uix numero comprehendemus. Recenſeo, & ſuccenſeo.

Cēnsĭo,onis.f.t.(τίμησις) caſtigatio. unde cenſionem facere dicebantur cenſores, cum multam equiti irrogabant. Plau. Rud. Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.

Cēnsĭo haſtaria, uocabatur cū militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, ut haſtas daret.

Cēnsŏr,oris.m.t. (τιμητὴς) qui cenſuram gerit. Cenſores magiſtri morum erant, à cenſendo, id eſt arbitrando dicti, quod illis ſummum arbitrium

bitrium erat aliorum morum. Var. Cenſor ad ad cuius cenſionem. id eſt, arbitrium cenſeretur populus. Feſtus: Cenſores dicti, quòd quiſque tanti ſua æſtimaret, quantum illi cenſuiſſent: quod non abſurdum uidetur, quia & rerum & morũ cenſores erant. Erant aũt duo cenſores, qui quinto quoq; anno creabantur.

Cēnsōriæ ueſtes, (ἱμάτια τιμητικὰ) dicebantur quibus cenſores merito uti poſſent.

Cēnsōrĭūs uir, (τιμητικὸς) qui cenſor fuit, uel qui dignus eſt ut cenſor ſit, propter morũ grauitatem, qui alios iudicet. Frequenter tamen iungitur rebus: ut cenſorium dictum, quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorem pertinet.

Cēnsuālēs, qui cenſoribus aſſiſtunt, famulantur Sidon. ad Nam. Miſtus turmæ cenſualiũ.

Cēnsūi agri, dicebantur qui emi & uenire iure ciuili poterant.

Cēnsūră, ræ. f. p. (τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχὴ) cenſoris dignitas, ſicut à prætore prætura: ſicut cum dicimus Cenſor, qui gerit cenſuram. Plin. libro 14. cap. 4. Catonum ille primus, triumpho & cenſura ſuper cætera inſignis. Accipitur interdum pro ſeueritate, correctione, decreto, & lege. Plin. in Pane. Nam uita principis cenſura eſt, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.

Cēnsūs, us. m. q. annuus redditus, & quicquid fortunarum quis habet. οὐσία, τιμημα. Quintil. Abiere uires, cenſus, mens. Iuuen. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio. Vnde qui centum milia æris in poſſeſſionẽ detuliſſent, cenſi dicebantur. Item cenſus dicebatur æſtimatio rerum, ac bonorum facta, (οὐσίας) ſecundum quam tributa pendebantur. unde cenſum agere, (ἐξέτασιν ποιεῖν) eſt recenſere hominum facultates. Et cenſus dicebatur, quod principi aut ærario ſoluebatur uiritim.

Cēnsūs, ſi. m. ſ. (τιμηθεὶς) ſignificat eum, cuius bonis factus eſt cenſus. unde capite cenſus, & capite cenſi.

Cēntaureă, reæ. f. p ſiue Centaureon. (κενταύριον) genus herbæ. Huius duæ ſunt ſpecies, ſcilicet maior & minor. Naſcitur in fine ueris, ambæ calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu. Centaureæ minoris radix excalfacit. Plin. lib. 25. cap. 6.

Cēntēnārĭæ cœnæ, dicebantur in quibus lege Licinia non plus centuſſibus. hoc eſt, centum aſſibus impẽdebatur, qui erãt numi breues ex ære.

Cēntēnārĭūs, rij. n. ſ. & ſimilia in arius, denotant non multiplicationem ſui, ſed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut lapis centenarius, non quòd centuplus ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, non quòd ſit centum geminus, ſed quòd habeat centũ annos.

Cēntĭmănŭs, us. m. q. uel ni. ſ. ἑκατόγχειρ. qui centũ habet manus: qualem fuiſſe Briareũ gigantem Verg. 6. Aen. refert. Horat. 1. Car. Teſtis mearum centimanus Gyges ſententiarum.

Cēntēſĭmŭs. a. um. o. ſ. Centeſimum fructum ager attulit: hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat.

Cēntēſĭmă. æ. f. p. genus uſuræ. Bud. De aſſe.

Cēntĭfŏlĭŭm, lij. n. ſ. roſa. de quo uide Plin. libro 21. capite 4.

Cēntĭgrānŭm, ni. n. ſ. genus tritici: dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Cēntĭpĕdă, æ. f. p. (σκολοπένδρα) uermis eſt à Græcis ita dicta, piloſus, multis pedibus, arcuatim rẽpens: ab aliquibus multipeda, ab alijs millepeda. dicitur & ſcolopendra. Plin. lib. 29. capite 6. Idem ſuperius Auſcaripeda. (bet.

Cēntĭpēs, dis. c. t. (ἑκατόμπους) qui centũ pedes ha-

Cēnto. onis. m. t. (κέντρων, ἐπίσαγμα, σύῤῥαμμα) uelum laneum, quod lana aut tomento confertũ, ut ictus nullos patiatur. Ceſar: Centoneſq; iniecerunt, ne tela tormentis miſſa tabulationẽ perfringerent. Quidã centonem capiunt pro ſtragulæ genere, ſuper quo cubare ſolent. Cato lib. 1. De re Ruſt. centonem poſuit pro ueſtimento ruſtico. hoc eſt, pro interiore ueſtimento, quod ſuper ſubucula ſuperindui ſolet, bombyce inferta. Similiter & Macrobius dum ſcropham ſub centonibus iacere ſcribit, ruſticam ueſtem eſſe declarat. Fieri autem centones cõſtat ex pannis diuerſorum colorum, uel lanis in unum condenſatis atq; conſutis. Vnde Homerocentones, ὁμηροκέντρωνες: & Vergiliocentones, quales fecit Proba Falconia.

Cēntrŭm, tri. n. ſ. (κέντρον) punctum ſphæræ, aut orbis medium, certiſsima obſeruatione deſtinguitur. Nã in omni orbe uel ſphæra medietas centrũ uocatur. Apuleius in Coſmographia. Cardinẽ, inquit, mundi, ſic enim dixerim centrum,

trum, habet tellus. Centra in marmore quæ dicantur, declarat Plinius libro 16. cap. 39. Hinc ſit centralis adiect. κεντρικός. Plin. lib. 2. Quindecies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interueniat.

Cĕntŭm, (ἑκατὸν) nomen numerale & indeclinabile, om. gen. ultra centum uariatur, ut decenti, trecenti, quadringenti, quingenti, ſexcenti, ſeptingenti, octingenti, noningenti. Hinc centenus. a. um. (ἑκατοστός) ut centena milia. Sic ducentenus, trecentenus, quadringentenus, quingentenus, ſexcentenus. ſeptingentenus, octingentenus, noningentenus. Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, & reliqua. Centeſimus, & deinceps. Centies quoq; aduerbiũ, (ἑκατοντάκις) ducenties, trecẽties, quadringenties, quingenties, ſexcenties. ſeptingenties, octingenties, noningenties. Centenarius, ducentenarius, &c.

Cĕntŭmcăpĭtă, (ἑκατογκέφαλος) herba eſt ex aculeatarum genere: & alio nomine Erynge alba, ſiue Eryngium dicitur, (ἠρύγγιον) caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. libro 22. cap. 8.

Cĕntŭmpŏndiŭm, dij. n. ſ. pro immani pondere legitur, etiam ſi centum pondo excedat. Cato de Ruſt. cap 13.

Cĕntŭmuĭrālĭă, iudicia dicta ſunt à centum uiris. Nam cum eſſent Romæ trigintaquinque tribus, quæ & curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, & Centumuiri appellati, licet quinque ſupra centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, Centumuiri dicti ſunt.

Cĕntŭncŭlŭs, li. m. ſ. (γναφάλιον) dimin. pro uili ac ſordida ueſte. Sene. lib. 11. Epiſt. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Liu. & Front. accipere uidentur pro dorſualibus, & inſtratis iumentorum: à ſimilitudine ueſtis centunculi. Item herba quam Plin. penulam uocat libro 24. cap. 15.

Cĕntuplĕx. icis. o. t. Plautus, Perſ. Hæc niſi unde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis paruus eſt.

Cĕntuplĭcātō, aduerb. Plin. lib. 6. cap. 23. Quæ apud nos centuplicatò ueneunt.

Cĕntŭrĭă, æ. f. p. (ἑκατοντάς, τάξις, ἑκατοστύα) in re militari centum continet homines, qui ſub uno centurione ſunt, quorum centenarius iuſtus eſt numerus. Cic. 2. de Diuin. Primum uide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuiſſet.

Centuriæ in agris, ſignant ducenta iugera.

Centuria, à centum iugeribus uocabatur, ſed mox duplicata nomẽ retinuit, inquit Colũ. li. 6.

Cĕntŭrĭātim, (κατὰ τάξεις) ſignificat per centurias, ſiue abundãter copioſeq;: à centurijs, quæ in comitijs ferebãt ſuffragia. Cic. pro Flacco.

Cĕntŭrĭo, onis. m. t. & Centurionus, (ἑκατόνταρχος, ταξίαρχος) dicitur, quia centum peditibus præeſt. In exercitu autem miles centurioni, centurio tribuno, tribunus legato, legatus conſuli obediebat, ſed ſeorſum magiſter equitum ſolum dictatori obtemperabat. Prima cẽturia primipilum uocabatur, quòd circa ſigna grauis armatura conſtituta erat. Centurio ipſe primipili centurio dicebatur, & primipilus, teſte Plin. Hic non modò aquilæ præerat, ſed quatuor centurias, hoc quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur & commoda. Martial. Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili.

Cĕntŭrĭo, as a. p. in centurias ordino. κατατάττω, καταγράφω, κατανέμω. Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducẽta iugera diſtribuit. Et milites centuriati, qui in centurias ordinabantur. τεταγμένοι. Liuius lib. 29. Centuriata comitia, ut Aſconius ſcribit, dicuntur cum ex ſexu & ætate fertur ſuffragium, quòd per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Hinc ſuccenturio, à quo ſuccenturiati dicuntur milites, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maximè collocabãtur. Ex quo in ſuccenturijs, quaſi in inſidijs quempiam poſitũ appellamus. Teren. Phorm. Nunc prior adito tu, ego in inſidijs ero hic ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Propriè autem ſuccenturiare ſignificat explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere.

Cĕntŭſſis, is. m. t. (ἑκατὸν μναῖ) à decem decuſſibus dicitur, quæ ſunt libræ centum, uel à centum aſſibus, qui erant numi breues ex ære: ut, Centuſſe licetur, id eſt centum libris uenditur per auctionem. Perſ. Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Cĕphă-

Cĕphălē, es. f. t. ſiue cephalis, (κεφαλὴ) penul. corr. ſignificat caput.

Cĕphălĭcŭs, ci. m. ſ. (κεφαλικὸς) capitalis.

Cĕphălēă, æ. f. p. (κεφαλαία) morbus quo totum caput infeſtatur. nam hemicranici ab hemicrania ſunt dicti, qui dimidia parte capitis laborant. Plin. lib. 20. ca. 13. Si uerò ſint cephalea, cum farina ordeacea, uel aceto. Sed & Celſus cephaleam acutum quoddam peſtilenſq; malum appellat.

Cĕphălocrūſtēs, æ. m. ſ. (κεφαλοκρούστης) uermis, qui in folijs perſici inuoluitur.

Cĕphălūs, li. m. ſ. (κέφαλος) nomen piſcis apud Græcos, quē Latini mugilem uocant: eò quòd caput in metu occultet, exiſtimans totum ſe abſconditum. À quo cephaleus. a. um. ut, Caro cephalea. Lucil. li. 1. Saty. Abdomina, thynnia uenientibus priua Dabo, cephaleaq; carnem. Vide Gellium lib. 10. cap. 20.

Cēphēnēs, m. t. (κηφῆνες) imperfectæ apes ſunt, & inutiles operi, niſi quod multitudine, quæ calorem confert, fœtum adiuuant. fuci.

Cēpīnă, herba hortenſis. Colum. libro 11. cap. 3.

Cēpīōnĭdēs, æ. gemma cryſtillini nitoris, & imagines reddunt ut ſpeculum. Plin. lib. 37. ca. 10.

Cēpĭtēs ſiue Cepocapites, gemma quæ candida eſt, uenarum nodis coëuntibus, candore imaginem referens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cēpŏrŏs. ri, m. ſ. (κηπουρὸς) hortulanus.

Cēpŏs, (κῆπος) Latinè hortus. Item tondendi genus ad frontis ornamentum. Suidas.

Cēpūrĭcă, (κηπουρικὰ) Græci appellãt quæ noſtri hortēſia holera, ſcilicet quæ in horto ſerũtur.

Cĕrăchātēs, gemma quæ ceræ colorem præ ſe fert. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cĕrămītēs, ſignificat colorem figulini, qualem in plumis quorundam anſerum aſpicimus: unde nomen quoq; gemmarum uni Ceramites. Vide infrà cum aſpiratione.

Cĕrăſphŏrŏs, ri. m. ſ. (κερασφόρος) pen. cor. à noſtris corniger dicitur.

Cĕrās Amaltheas, (κέρας ἀμαλθείας) dicitur Cornucopia, à cornu Amaltheæ capræ quam fabulantur Iouem nutriuiſſe.

Cĕrăſtēs, is. m. t. κεράστης. Latinè cornutus: genus eſt ſerpentis, quod teſte Plinio lib. 8. quadrigemina cornua præfert, ſimillima arietum. nam κέρας. ατος. ſimili modo ceruus dicitur. In genitiuo Ceraſtis & Ceraſtæ. Lucan. Spinaq; uagi torquente ceraſtæ.

Cĕrăſŭs. ſi. f. ſ. (κέρασος) pen. cor. arbor nota, à Ceraſunte Ponti ciuitate ſic dicta, quam cum Lucullus deleuiſſet, inde illam tranſtulit, & à ciuitate Ceraſum appellauit. Sanè arbor ceraſus, fructus uerò Ceraſum. Ouid. de nuce. Audiat hæc ceraſus, ſtipes inanis erit. Dicitur & ceraſum pro arbore. Colum. Ceraſa & tuberes, & armeniacæ amygdalæ, quæ primæ florent, poſſunt inſeri commodè. In plurali ceraſea cæraſeorũ, (κεράσια.) Plin. lib. 14. Ceraſeorum Aproniana maximè rubent.

Cĕrātĭnă. æ. f. p. herba, de qua Plin. lib. 26. ca. 8.

Cĕrătĭă. æ. f. p. uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis & dyſentericis medetur.

Cĕrătĭæ ſtellæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ κέρατος. hoc eſt à cornu, cuius ſpeciem habent. Talis ſtella uiſa fuit, cũ Græcia apud Salamina depugnauit.

Cĕrātĭnæ, (κερατίναι) apud Quint. ſpecies eſt ratiocinationis inexplicabilis: dictæ à cornibus, hoc eſt à materia ipſa qua uterentur, uerborũ, cuiuſmodi eſt: Quod non perdidiſti habes. Cornua non perdidiſti, cornua ergo habes.

Cĕrātĭūm, tij. n. ſ. (κεράτιον) nomen ponderis, medius obolus, ſiliqua.

Cĕrāunĭūm, nij. n. ſ. tuberis genus.

Cĕrāunŭs, ni. m. ſ. Græcè, Latinè fulmen.

Cercitēs, genus temonis, quære in proprijs.

Cercopa, æ. c. p. Græci appellant lucri undiq; cupientem, quaſi κέρκωπα, quem nos quoq; lucrionem uocamus. Feſtus.

Cĕrcōpĭthēcŭs. ci. m. ſ. (κερκοπίθηκος) pen. prod. nomen compoſitum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος ſimia, quaſi ſimia caudata, quam maimonem uulgò dicimus. Plin. lib. 8. Cercopithecos nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris uoce ſunt. Mart. Callidus emiſſas elidere ſimius haſtas, Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

Cercos. ci. m. ſ. (κέρκος) auis de genere accipitrum, claudus altero pede, hunc Romani buteonem nominant.

Cĕrcūrŭs, ri. m. ſ. ſiue Cercuron, nauis Aſiana prægrandis, authore Nonio. Plau. in Stich. Cercurũ quo ego me maiorem non uidiſſe cenſeo.

Cĕrdĭſtŏs, ſti. m. ſ. (κέρδιστος) Latinè ſignificat acutiſsimum, perindeq; prudentiſsimum.

ca? dixi. Secundum Suidam uerò eſt edulium ex multis conſtans, & Lydius cibus ex ſanguine & alijs ferculis: à quo turbare quid καρυκεύειν dicunt. Vulgò dicitur baldoni, farcimen ex ſanguine & alijs eſculentis, quod Lydij primi inuenerunt.

Căryŏn.ij. καρύον.n.ſ. nucis iuglandis genus: de qua ſic Plin.li.15.cap.22. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum. Hinc Caryinus.a.um.o.ſ.ut, Caryinũ oleum. Plin.lib.23.cap.4.

Căryŏpŏn.pi.n.ſ. (καρύοπον) genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin.lib.12.cap.28. In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum à ſurculo ueri cinnami differens, uicina tamen gratia.

Căryŏtæ,arum.f.p. ſiue Caryotides, (φοίνικες) è palmis naſcuntur, quas alij dactylos, alij palmulas, alij margaridas appellant. Varro libro 2. Non ſcitis palmulas caryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non poſſe? Papi. in Syluis, Prægrandes uina capita inimica caryotides cadebant.

Căsă,ſæ.f.p. (γύπανον) domus à curuatione dicta. Nam antiqui cauatas rupeis inhabitabãt. Alij à facilè cadendo dictam uolunt, quòd à cado fit caſo, caſas, frequent. Var. 2 de re Ruſt. cap.10. Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſylueſtribus locis paſcunt, & non in uilla, ſed caſis re- »pentinos imbres uitant. Dimin. eſt caſula. Vergil. Atq; humiles habitare caſas.

Căsābundŭs,a.um.o.ſ. (πλάσιμος) crebro cadẽs.

Căsāriă,æ.f p. dicitur mulier quæ caſam cuſtodit. Feſtus.

Căſcŭs,a.um. (κάσκος) ſignificat uetus: cuius uerbi origo Sabina eſt. Manilius ait, Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt. id eſt uetulam nupſiſſe ſeni.

Căsĕŭs,ei.m.ſ. (τυρὸς) à coëundo, uel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur. nam fit lacte coagulato, hœdino in primis uitulorũ ue coagulo. Verg. Pinguis & ingratæ premetur Caſeus urbi. Caſeus muſteus: id eſt, recens & mollis, qui magis alibilis, quàm uetus & aridus.

Căsĕālĕ,lis.neut.t. ſtabulum equorum, & ſimiliũ animalium. Col.lib.1.ca.15. Quædã quotidie ut culina, et caſeale: quædam pluuijs diebus, ut bubilia & ouilia debent emundari.

Căsĭă,æ.f.p. (κασία) frutex eſt amplitudine cubitorum trium, ſuauiſsimi odoris, & uirtute cynamomi, qui iuxta Cynnami campos in Aethiopia, ſed in montibus craſſior, ſarmento tenui, cute uerius quàm cortice naſcitur. Sunt tamen qui dicũt Caſiam eſſe nomen herbæ, atq; arboris, ſicut balſamus herba & arbor balſa- »mi. Verg. Tum caſia atq; alijs intexens ſuauibus herbis. Vide Plin.lib.12.cap.19. Colum. li. 3.cap.8. Hæc alio nomine dicitur fiſtula.

Căſnăr,ſenex dicitur Oſcorum lingua.

Căſo,as.n.p. frequenter cado: à quo fit aliud frequent. caſito.as. Paul. Iureconſult. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidiũ, poſtea uel ex tabulato, uel ex aliqua materia caſitare non poteſt.

Căſsĭs,ſſis.m.t. rete, quòd uacuas habeat maculas, unde & à raritate rete dictũ. Ouid. Incidit in caſſes præda petita meos. Ein ieger garn.

Căſsĭs,idis.fœ.gen. galea, quòd uacua ſit ad caput recipiendum. Iuue. Lorica & fracta de caſside bucula pendens. Ein helm.

Căſsĭcŭlŭs,li.m.ſ. (ἄρκυον) diminutiuum à caſſis, pro rete. Hieron. Nequaquam aranearum mihi opponas caſsiculos. Dicitur & caſſiculum neutri generis.

Căſsĭdă,æ.f.p. idem quod galea. Propertius: Aurea cui poſtquam nudauit caſsida frontem.

Căſsītă,tæ.f.p. penult. prod. auis quam alij alaudam, alij galeritam dicunt. κορυδαλός. Plinius libro 10.cap.37.

Căſsĭtĕrŭs,ri.m.ſ. (κασσίτερος) pen. cor. Latinè ſtannum, uel plumbum dicitur.

Caſſitias, uiſci ſpecies, in abiete & larice naſcẽs.

Căſſo,caſſas,a.p. ſignificat deleo. καταργέω. con- »tundo. Vergilius, Caſſatæq; rates.

Căſsŭs,a.um.o.ſ. (φροῦδος) quod eſt inane & uacuum, fragile, atque omni re carens: ut, Caſſa »nux à Plauto & Horatio dicta. Lucan. Caſſa fraude parat. Plaut. Aul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem. Ver- »gil. Lumine caſſum, & æthere caſſos dixit, pro uita priuatos & uacuos. unde & caſſis, & per diminutionem caſſiculus. Hinc incaſſum (εἰς κενόν) aduerbium.

Căſtă mola, ἁγνὸν θῦμα) dicebatur ſacrificij genus, quod Veſtales uirgines faciebant.

Căſtănĕă,æ.f.p. (διὸς βάλανος) non à caſto deducitur,

ducitur, ſed Græcum eſt: quippe καςάνεον uocant, è nucum genere. Et tam fructum quàm ipſam arborem ſignificat. Verg. Caſtaneæ molles & preſſi copia lactis.

Căſtănētŭm, ti. n. ſ. locus caſtaneis conſitus. Colum. lib. 4. cap. 33. Propter quæ ſæpe nouella caſtaneta caluefcunt.

Căſtănīnŭm oleum, ex caſtaneis factum.

Căſtellānī, m. ſ. dicti qui caſtellum habitant. κωμῖται. Liuius 4. Bell. Maced. Decem milia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit.

Căſtellātĭm, aduerb. quaſi turmatim, per caſtella disiecti. κατὰ φρούρια. Liu. lib. 7. Vt hoſteis, caſtellatim diſſipatos aggrederentur.

Căſtellŭm, li. n. ſ. dimi. à caſtro, paruus uicus muris circūdatus. ἐπιτείχισμα, φρούριον, προβολή. Cic. pro Cecin. Ecce ipſe Ebutius in caſtellum uenit. Dicitur etiam receptaculum illud, quod aquam publicam ſuſcipit, ex quo fluit aqua fiſtulis. Frontinus, Omnes impenſæ ad aquæductus, & caſtella, & lacus pertinentes inde erogantur.

Căſtĕrĭă, æ. f. p. (κίση) ſignificat locum ubi cum nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. Quin ſi pol repoſui remū ſola ego in caſteria, ubi quieſco. Lactantio dicitur pertica quam in naui hortator remigum tenet, qua ſi inceſſerit, remiges non deſinunt: ſi depoſuerit, conquieſcunt à labore.

Căſtīgo, as. a. p. penult. prod. propriè uerbis reprehendo, quaſi caſtum. id eſt honeſtum ago. νουθετῶ, σωφρονίζω. Verg. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Quandoq; caſtigare eſt uindicare, punire. κολάζειν. Idem libro 6. Caſtigatq; dolos, ſubigitq; fateri. Hinc caſtigatum dicimus correctū, emendatumq;. κεκολασμένος. Inde caſtigatio, κόλασις, & caſtigatiuncula dimin.

Căſtĭtās, atis. f. t. & pudicitia, paria putantur, cū ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera: caſtitas & ab his contiaens eſt & remotis, præterea & religioſa mundicia & puritas. Cic. 2. de leg. Sentiant mulieres in natura fœminarum omnem caſtitatem pati.

Căſtĭmōnĭă, æ. f. p. Căſtĭtūdo, & Căſtŭs, huius caſtus. idem ſignificant quod caſtitas.

Căſtŏr, oris. m. t. (κάστωρ) animal, Latinè fiber ponticus, cuius teſticulos medici caſtoreū uocant. Græcè κάστορος ὄρχις, καςόριον. Hic comprehenſa hominis parte, nō antè, quàm fracta concrepuerint oſſa, morſu reſoluit. Habet caudam piſcium, cætera ſpecies lutræ, pilus mollior pluma, ex genere amphibio eſt, cui in aqua & terra uictus eſt.

Căſtŏrĕŭs. a. um. adiect. ut caſtorius odor. Plin. pro fœtido, & putri, uel acuto. Caſtorea. orū. authore Plin. lib. 32. cap. 3. uocantur teſtes caſtoris. Pharmacopolæ illud quoq; uocant caſtoreum, quod unguentum compoſitum eſt ex caſtoris teſtibus auulſis.

Căſtră, plurali numero appellantur exercitus, cum in procinctu pergunt, aut in certo quolibet loci itinere demorantur. παρεμβολή. Cic. 7. Verr. Similiter locus in quo milites tentoria fixerint, uel ipſa tentoria in quibus milites diuerſantur, ςρατόπεδον. Vnde & de nauibus Verg. dixit, Nos caſtra mouemus, quoniam in illis milites eſſent. Dicta à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, ualloq; quaſi muro circūdari ſolēt.

Căſtrāmētŏr, aris. d. p. penul. prod. caſtra loco, ſiue pono. ςρατοπεδεύω. Liuius 9. ab Vrbe, Eò coſſ. cum ualido exercitu uenerunt: & primò circa ſaltus, cum utrinq; ad hoſtem iniqua uia eſſet, cunctati, caſtrametatiq; ſunt.

Căſtrārĕ, a. p. propriè eſt uirilia amputare. ἐκτέμνειν, ἀνοχίζειν, ὀρχοτομεῖν. Iuuen. Nullus ephebum Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus. Licet & de quacunque truncatione, ſiue priuatione quandoq; dicatur. Pacuuius, Vt eſſet aliquis qui linguā eius caſtraret. Quidam caſtratos, ſpadones, & eunuchos ita diſtinguunt, ut caſtrati ſint, quibus teſtes naturaliter deſint: ſpadones, quibus uiolenter detracta eſt uirilitas: eunuchi, à dominis caſtrātur, ut diutius eis abutantur. Hinc caſtratio uerbale, uiriliū amputatio: & caſtratura. ræ. idē.

Căſtrēnſĭs, & hoc caſtrenſe. o. t. (ςρατιωτικὸς) quod ad caſtra pertinet. Vnde caſtrenſes uigiliæ. & caſtrenſe peculium, eſt quod à parentibus uel cognatis in militia agenti donatū eſt: uel quod ipſe filius familias in militia acquiſiuit. Et caſtrenſia bona dicuntur, quæ licet in militia filiofamilias non acquiruntur, ita tamen fiunt ipſius, ac ſi acquiſita in militia fuiſſent.

Căſtrŭm, ſtri. n. ſ. (ἔρυμα) numero ſingulari lo-

eus eſt muris munitus: dictum à caſa, quòd ſit coniunctio quædam caſarum. Cicero ad Cat. Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtrisq; maximis ſepſi.

Căſtŭlă, læ.f.p. palliolũ quo puellæ nudæ infra papillas præcingebãtur. Varro, Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſucula. Hæc et περιζώνιον, & procinctorium appellatur.

Caſtus.a.um.o.ſ. quaſi uacuus, ſignificat honeſtum, continentem, ſiue (ut Nonius ait) qui eſt ſine libidinis, & turpitudinis nota. ἁγνὸς, σώφρων. Plaut. in Pen. Vt deceat nos eſſe à culpa caſtas. Vnde dicimus uxorem caſtam, & caſtum cantum, in quo nihil eſt laſciuiæ: & caſtam manum, quæ ſe ab alienis continet. Item pro pio & religioſo. Vergi. Quiq; ſacerdotes caſti dum uita maneret. Caſtitudinem pro caſtitate ueteres uſurparunt. ἁγνότης. À caſto fiunt aduerbia, caſtè. id eſt pudicè, (ἁγνῶς) caſtius, caſtiſſimè.

Căſūră.æ.f.p. caſus, ſeu cadendi actus. πτῶμα. Hieron. Totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

Căſŭs, us.m.q. (σύμπτωμα, τύχη) modo fortuna eſt, ut Boëtius lib. 5. de Conſol. Modò inopinatus euentus. Seneca, Multa enim caſu potius quàm ratione eueniunt. Modò ruina, πτῶσις. Curtius, Inopinatò rhedæ caſu oppreſſus. Modò calamitas, & infortunium, σύμβαμα. Verg. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Caſus temerarius à græcis αὐτόματον dicitur, à Cicerone temeritas. Item caſus dicuntur uocabulorum formæ, quia in aliam atq; aliam cadunt effigiem. Caſum ueteres antiquũ uocabant, quaſi iam cadentem.

Cătăbăſis, (κατάβασις) inferior ſolis meatus, deſcenſus.

Cătăbăthynŏn, ni.n.ſ. (καταβάθυνον) dici poteſt demerſum, cauum & profundum.

Cătachrēſis, is.f.t. (κατάχρησις) pen. prod. tropus, quam nos abuſionem, uel uſurpationem dicimus, cũ alienis abutimur perinde ac proprijs, cum propria deficiunt: ut, Facies ſimillima lauro. Nam facies hominis eſt. ex κατὰ cõtra, χρῆσις dicitur uſus. Catachreſticus abuſiuus.

Cătacliſtă, æ.f.p. κατάκλειστος, ueſtis undiq; clauſa: dicta à uerbo κατακλείω. id eſt undique claudo.

Cătaclyſmŭs, mi.m.ſ. (κατακλυσμὸς) diluuium & inundatio dicitur. Varro 3. de re Ruſt. cap. 1. Thebæ, quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur.

Cătacriſis. is.f.t. condemnatio, uel dijudicatio.

Cătadrŏmŭs, mi.m.ſ. (κατάδρομος) pen. cor. Latinè decurſorium. καταδρομεῖν enim decurro. Suet. in Nerone, Notiſsimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit. id eſt, per ſtadium in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio.

Cătagrăphă, æ.f.p. (καταγραφὴ) deſcriptio, deſignatio. Pictores modo excurta appellãt, à breuitate imaginum, quas ita repræſentari (cum ſint obliquæ) poſtulat ratio.

Cătălectĭcŭm metrum, (καταληκτικὸν) dicitur, cui una tantum deeſt ſyllaba, ut apud Horat. Mea renidet in domo lacunar. Eſt enim ſenarium Iambicum perfectũ, una ſyllaba minus.

Cătălēpſis, is.f.t. (κατάληψις) occupatio, deprehenſio.

Cătălēxis, (κατάληξις) terminatio.

Cătălŏgŭs, gi.m.ſ. (κατάλογος) pen. cor. ſermo uel ſcriptura, quæ numerum uel ordinem deſignat. Plaut. Mil. Si minus cum cura aut catalogo loquendi lectura fiet.

Cătălȳmă. atis.n.ſ. (κατάλυμα) refectio, diuerſorium.

Cătălyſis, is.f.t. (κατάλυσις) diſſolutio.

Cătămīdiārĕ, a.p. καταμιδιᾶν. Spartia. de conſtitut. Hadriani loquens, Decoctores bonorũ ſuorum, ſi ſuæ autoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iuſſit. id eſt deridendos omnibus per theatrũ præberi. À Græco catamidio, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat.

Cătămītŭs, ti.m.ſ. (πόρνος) cum i Latino producto, puer meritorius, quo quis abutitur: μισθὸν Græci mercedem dicunt, quaſi κατὰ μισθὸν: id eſt pro pretio. Cic. 2. Philipp.

Cătaphrāctŭs, cti.m.ſ. (κατάφρακτος) undique munitus, ex κατὰ undiq;, & φρακτὸς munitus. Seru. in. 11. Aeneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti ſunt, et equos ſimiliter munitos habent. Eſt etiã cataphracta. καταφράκτη. lorica, ſiue thorax militaris. Vnde Vegetius ſcribit exercitum Romanũ pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitũ. Cataphractarij, qui cataphractis muniti ſunt. Lamp. de Alex. Cataphractæ-

ctæ aũt naues, pro tectis nauibus accipiuntur.

Cătaplăſmă.atis.n.t. (κατάπλασμα) emplaſtrũ ſiue malagma, quod conſtat ex floribus eorũq; ſurculis & axungia. Plin.lib.20.cap.16.

Cătaplŏŏs,(κατάπλους) nauigatio.

Cătăpŏtēs,(καταπότης) dicitur guttur.

Cătăpŏtiă,orum.n.ſ. (καταπότια) pilulæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod eſt deuorare, uel bibere proprie, quoniam neq; eſtur, neq; lingitur id genus, ſed deuoratur. Plin.lib.26.cap.8.

Cătăpultă,tæ.f.p. (καταπέλτης) iaculum celere, uel ſagitta. Plaut. Atq; ita te neruo torquebo, ut catapultæ ſolent.

Cătarrhăctăs,f.p. (καταῤῥάκτας) quidam cœli feneſtras, quidam nubes, quidã ſubterraneas ſpecus interpretantur. Alij à deſcendendo, pro pendulis portis ſumunt ex ligno, ferróue, quæ demitti ac tolli poſſunt. Liu. Pendulas & recidentes portas catarrhactas. Dictæ catarrhactæ, quòd ex alto defluere uidentur. Græci enim καταῤῥάσσειν cum impetu defluere dicũt. Vnde catarrhactæ etiam dicuntur, à terra exeuntes aquæ & ita ex alto defluentes, ut ruere potius quàm defluere uideantur, quales eſſe in Aegypto Nili catarrhactas legimus. Ita loca ipſa è quibus exeunt, catarrhactæ dicũtur, unde in maximis imbribus apertas eſſe cœli catarrhactas dicere ſolemus. Dicitur & hic catarrhactes.

Cătarrhŭs,rhi.m.ſ.(κατάῤῥους) Latinè fluxio, ſiue diſtillatio. Differt à coryza, & brancho. κόρυζα dicitur, cum pituita nares tantũ obſidet, grauedo Latinè dicta: catarrhus uero, cũ fauceis, palatumq;. at βράγχος cum & guttur & arteria corripiatur: ob id & arctericum quandoq; id uitium appellant. omnia hæc tamen Hippocrates coryzas uocat, noſtri diſtillationes, quia Græcè κατασταγμοὶ nominantur in commune. Dictus eſt autem catarrhus à καταῤῥέω fluo, diſtillo.

Cătarrhўtŭs,a.um.o.ſ.(κατάῤῥυτος) pen. corr. Latinè irriguus, ex κατὰ ſecundum, & ῥύαξ riuulus, quaſi iuxta riuos. Plin.lib.5.

Cătăſcŏpium.pij.n.ſ. genus nauigij exploratorij, quòd circunquaq; ſpeculetur. Cic.ad Att.

Cătăſcŏpŭs.pi.m.ſ. κατάσκοπος. Latinè ſpeculator. Eſt enim σκοπεῖν ſpeculari.

Cătăſtă,æ.f.p. τὰ βάθρα. Lucian. locus erat ubi uenales ſerui exponebantur, à καθιστᾶν uerbo Græco, quod ſignificat expono. Tibullus, Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & cataſta machina lignea, qua ſerui uincti tenebantur. Plin. Hanc & longam & magnam compedem uocant.

Cataſthlus. Vide Calaſaſtri.

Cătăſtrōmă.atis.n.t. κατάστρωμα. pen. prod. nauis partem, ſeu pauimentum ſignificat.

Cătăſtrŏphē.es.f.t. καταστροφή. Latinè ſubuerſio, uolumen.

Cătătўpōſis.is.f.t. κατατύπωσις. dicitur ſecundũ figuram, quod fit cum aliquid iuxta alterius formã deſcribitur, ut apud Verg.lib.4. Omnia Mercurio ſimilis, uocemq; coloremq;.

Cătēchēſis.is.f.t. κατήχησις. inſtructio.

Cătēchīzo.as. κατηχίζω. inſtruo, doceo, erudio.

Cătēchūmĕnŭs.ni.m.ſ. inſtructus, ſeu audiens dicitur.

Cătēgŏriă.æ.f.p. κατηγορία. ας. accuſatio. item κατηγορέω, accuſo. κατήγορος, accuſator. Item categoriæ, ſiue categoremata Ariſt. id eſt prædicamenta. Quin & poſitiones quædã à Dialecticis categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere poſſumus: à κατηγορεῖν, prædicare.

Cătellŭs.li.m.ſ. & Catella dimin. à Catulus. σκυλάκιον. Plaut. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt. Mart. Os & labra tibi lingit Manuella catellus.

Cătēnă,æ.f.p. σειρά. uinculum eſt ferreum, quo uel ſeruos, uel captiuos uel animalia irretimus ne effugiãt. dicta eſt, quod ſe capiendo teneat, quia in ea annulus annulum capit. Liu.1. ab Vrbe, Iniecti Turno catenæ. Sen. ad Luc. Vna eſt catena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ.

Cătēno.as.a.p. ligo. πεδάω. à quo concateno cõpoſitum. Cælius ad Ciceronem, Vellem quidẽ uerna propugnaturus tantum animi habuiſſet in ueſtro Domitio, quantum ipſe catenatus in hoc habuit.

Cătēnŭlă. ἀλυσίδιον. dimin. à catena.

Cătĕruă,æ.f.p. στῖφος. propriè Gallorum legio, ſicut phalanx Macedonum, quæ certo numero conſtat. Nam authore Vegetio libro.2.cap.2. in caterua erant ſena militum milia. Plerunq; tamen pro multitudine ſumitur. Cice.1. Tuſc.

Cateruæ contradicentium. Et 7. Verr. Cateruæ teſtium.

Cătĕruārĭi, m. ſ. certatim conglobati. οἱ συσρoφοί. Suet. in Auguſto, Sed & cateruarios oppidanos inter anguſtias uicorũ pugnantes temere.

Cătĕruātim, aduer. per uarias cateruas. ἰλαδόν. Plinius lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare. Colum. libro 3. cap. 19. Sed illud etiam dicendum eſt, an plurium generum uites habendæ ſint, eæq; ſeparatæ & diſtinctæ ſpecialiter, an confuſæ & miſtæ cateruatim. Id eſt, uermiſchet, undereinandren.

Căthărctĭcă, (καθαρτικὰ) purgatoria: à καθαίρω purgo.

Căthărmătă, n. t. erant homines qui pro peſte, alio'ue morbo expiando immolabãtur dijs, qui ritus expiationis à Romanis uſurpatur. Bud.

Căthedră, æ. f. p. (καθέδρα) dicitur ſubſellium. ἀπὸ τ̃ κατὰ καὶ ἕδρα ſedes, ſeu ſella. Martialis libro 11. De cathedra quoties ſurgis.

Căthedrālĭtĭŭs, a. um. o. ſ. ut, cathedralitius ſeruus, qui cathedras ad herum defert. Mart. Cũ cathedralitios portet tibi rheda miniſtros, Et Libys in longo puluere ſedet eques.

Cathinea, & Cathmæa terra quæ in æs conuertitur, ut fiat aurichalcum. Feſtus.

Căthŏlĭcŭs, a. um. o. ſ. (καθολικὸς) dici poteſt uniuerſalis, quaſi circa omnia uerſetur. Fit enim ex κατὰ. id eſt circa, & ὅλον, quod totum dicunt.

Cătillo, as. are. a. p. catinos lingere. Plautus in Caſ. Operam uxoris polliceor foras, Quaſi catillatum.

Cătillātio, onis. f. t. λιχνεία. graue opprobriũ obijciebatur hominibus generoſis, ſi qui prouincias amicas populi Ro. expoliaſſent, quòd eorum bona liguriſſe uiderentur. Feſtus.

Cătillōnēs, c. t. (λίχνοι) qui catillos lingũt, & pro guloſis accipi ſolent.

Cătillŭs, li. m. ſ. pars ſuperior molæ, ſicut meta pars inferior. Et catillus diminutiuum eſt à catinus.

Cătinŭs, ni. m. ſ. (τρύβλιον) quod & Catinum dicitur, pen. prod. uas immenſum eſcarium, ubi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo appellarunt. À catinus fit diminutiuum catillus: à catinum catillum, uel catinolium, παροψίδιον. Vide Bayſ. de Vaſc.

Căto, onis. m. t. (κάτων) quaſi ſapiens & cautus. Catum enim Sabini acutum dicunt. Et cata dicta, accipienda ſunt acute dicta, ut author eſt Varro. Porphyrio tamen catum exponit pro experto & docto, cum ait Horat. Poſt hæc ille catus quantumuis ruſticus ibit. Et Plin. Catos à ſapientia dictos intelligi uult ſicut corculos. Eſt item & proprium nomen.

Cătōblĕpās, aliàs Baſiliſcus dicitur, qui uel ſolo uiſu hominem interficere dicitur, uide Pliniũ lib. 8. cap. 21.

Cătŏchītēs, (κατοχίτης) gemma impoſitam manũ uelut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cătōgēŭm, gei. n. ſ. (κατώγεον) domicilium ſubterraneum.

Cătōpȳrītēs. κατοπυρίτης. gemma quæ ex Cappadocia uenit, Plin. lib. 37. cap. 10.

Cătōrthōmă, atis. n. t. (κατόρθωμα) pen. prod. opus uirtutis rectum. Cic. lib. 1. Offic. Recte factum interpretatur.

Cătŭlāſtĕr, ſtri. m. ſ. catuli imitator: ſicut ab Antonio, Antoniaſter. Catulaſter etiam ſignificat ipſum catulum: hoc eſt paruum canem, ſiue filium.

Cătŭlīnŭs. a. um. quod ex catulo. σκυλακινός. unde Plaut. Catulinam carnem eſitauiſſe Romanos oſtendit.

Cătŭlīrĕ, n. q. eſt geſtire, & coitum maris appetere. σκυζᾶν. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt ueris principio. tum enim dicuntur catulire: id eſt oſtendere ſe uelle maritari. Hinc catulitio, (σκυζηθμὸς) ruſticis dicitur cũ canes maritari quærunt, quo etiam tempore terra aperitur.

Cătŭlŭs, li. m. ſ. (σκυμνὸς) pen. cor. proprie ſignificat canis filiolum: dictus propter ſagacitatem. Varro, Catulus à ſagaci ſenſu & acuto. Sed ponitur large pro omni ferarum filio, ſiue immanium ſiue mitium: unde de colubro Verg. Catulos tectis atq; oua relinquẽs. ſic Catuli leonum, urſorũ, murium, ſimiarũ, delphinorum, et lacertarum dicimus. Hinc fit aliud diminutiuũ catellus. Accipitur quãdoq; catulus pro ipſo cane. Apuleius, Catulos ſecum ducens uenaticos atque ſagaceis. Interdum pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plautus Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo.

Căttŭs.

Cătŭs,ti.ſ. (γαλῆ) animal muriceps. fœminini generis, ſecundum Seruium libro de Græcolatinis nominibus.

Căuă,æ. f. p. foramen in quo aues nidificant. τρώγλη. Plin. Multo tamen efficaciſsime, riparum pulli, ita uocant in riparum cauis nidificantes. Sed non eſt neceſſe ut cauis à caua deriuetur.

Căuădĭum,dij.n.ſ.(ut Plin.Iunior in Epi.dictione mutilata:ſiue cauumædiū, ut Varro dictione integra) locus eſt ſub dio uacuus, cinctus undiq; porticibus, ad cōmunem omniū uſum.

Căucălis.lis.f. t. genus herbæ,fœniculo ſimilis, breui caule, flore caudido.Plin.lib.22.cap.22.

Căudă,æ.f.p.(οὐρὰ) quam ueteres etiam codam dicebant. unde caudati, & codati,(κέρκωδες) dicuntur qui caudas habent. Interdum ponitur cauda pro uirili membro. Horat. libro 1. Accidit ut quidam teſtes caudamq; ſalacem Demeteret ferro.

Căudăcŭs.ſignificat ſuauem, & manſuetum.

Căudĕcă,ciſtellæ appellatæ ſunt ex iunco, ad ſimilitudinem caudæ equæ factæ. Feſtus.

Căudex uel Codex,(κορμὸς) pro cautex, d pro t poſito,m. t. dicitur in fruticibus & arboribus id, quòd à radice ſupra terram ſimplex aſſurgit: ſiue in quod fruticis uel arboris à radice defertur alimonium: differtq; in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex uero ad frutices & arbores pertineat. Lactan. Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes. Antiqui etiā tabulas ligneas,in quibus incluſa cera erat, ad aliquid ſtylo deſcribendum, codices ſiue codicillos appellauerunt, quòd ex arborum codicibus, uel codicum partibus tenuioribus, membranulis ſcilicet, ac utriculis fieri ſolerent. Eſt præterea caudex plurium tabularum contextus, unde tabulæ codices dicuntur. Ponitur et pro duro ſedili, ſeu pro ſede meretricia, quæ plerumq; ex truncis fieri ſolet. Iuuenalis: Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

Căudĕŭs.a.um.quod eſt ex caudice. Plaut.Rud. Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto nidulo.

Căudĭcālis,le. o. t. ad caudices ſcindendos idoneus. Plaut. Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ. id eſt, præpono te oneri ſcindendorum lignorum.

Căudĭcārĭæ naues, quæ commeatus per Tyberim ſubuehunt, quòd ex lignis craſſioribus cauatis fierent. Fitq; à caudice, dum pro trunco ſeu tabula ponitur, quæ & codicariæ dicuntur.

Căuĕă,eæ.f.p.(ἄντρον) à cauo fit, ſignificatq; locum ſub terra uacuum atq; obſcurum. Quoniam uero in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia, caueas pro ipſis ferarū receptaculis uſurpamus. Apul. Beſtiam immittimus caueæ. Itē cauea, eſt area in medio theatri,(θεωρητήριον) in qua equitum ſubſellia cōſtituta eſſe conſueuerunt, quòd uelis tecta caueæ ſimilitudinem haberent. Plautus Amph. Quandoq; ponitur pro populi conſeſſu. Vergilius 5. Aeneidos. Hic totum caueæ conſeſſum ingentis, &c.

Căuĕo.es.cautum. act. ſ. (εὐλαβοῦμαι) ſignificat cautionem, hoc eſt, diligentiā adhibere, prouidere, conſulere, proſpicere ne aliquid præter ſpē accidat. Varia huius conſtructio eſt. Plautus, Caue nemo id intelligat. Cum datiuo. Ci. Famil.lib.7. Tu qui cæteris cauere didiciſti. & Terent. Eunu. Iſtuc eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco. Cum datiuo & accuſatiuo. Cato de re Ruſt.cap.5. Scabiem pecori & iumentis caueto. id eſt uideto ne ſcabie afficiantur. Cum datiuo & præpoſitione ab. Plautus Pſeud. Hercle, quin ut tu prædicas, Cauendum eſt mihi abs te irato. Cum accuſatiuo. Cic. Attic. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caueret inſidias. Sunt aliæ quoq; in hoc genere loquendi formæ: ut, Caue facias, pro caue ne facias. Caue faxis, pro caue ne feceris. Caue reſponderis, pro caue ne reſpondeas. Quæ omnia cū, ut, aut ne Latine dixeris. Cū ne, Ter. Andr. Tum id cauit, ne unquā infamiæ ea res ſibi eſſet. Cū ut, Plau. Bacchi. Qui iſti caueā? B. Vt reuehat domū. Cauere capite, pro capitis periculo ſe obligare, aut aliū ſibi codē uinculo obſtringere. Cauere teſtamento. Ci. de Finib.lib. 2. Idq; teſtamento cauebit is, qui nobis quaſi oraculū ædiderit, nihil ad nos poſt mortem pertinere? Sic cauere obſidibus de pecunia, eſt dare obſides, quoad pecunia diſſoluatur. Cauere ſibi obſidibus ab aliquo, pro obſides exigere. Et, cauere alicui obſidibus, pro obſides dare.

Căuĕrnă,næ.f.p. (ἄντρον) concauitas quædam

terræ uacua atq; obſcura. Vide cauernoſus. a.um.(ἀντρώδης) pro loco paſſim uacuo, et ueluti cauernis pleno.

Căuārēs hoſtiæ, quæ & Cauæ. erant enim partes hoſtiæ caudatenus, quæ in ſacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur.

Căuillă.æ.f.p. Cauillum.li. σκῶμμα. irriſio quædam iocoſa. Plaut. Truc. Quid id eſt, amabo? iſthæc ridicularia, cauillationes uis? Opinor, dicere, ita ut pauxillum differat à cauillis.

Căuillo.as.n.& Cauillŏr. aris. σοφίζομαι. dep. à caluo.is ī litera abiecta, ſignificatq; fallacia & dolo utor. unde Boëtius ſuper Topic. ſcribens, cauillationem partem quandam logices eſſe dixit. Sic Seneca & Cic. cauillationes dixerũt quæ Græcè σοφίσματα nuncupantur. Caius Iureconſultus definit, quòd ſit ſubdola ratio, quam, conſcij nobis mendacij, uincendi tamẽ cauſa proferimus. Cic. lib. 2. de Orat. Cum duo ſint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue, ſuperior cauillatio, altera dicacitas nominata eſt.

Cauillator.oris.m.t. εἰλοχήρημ☉, εἰλόψο☉.

Cāulă.læ.f.p.(ἔπαυλις, ὀρκάνη) Latinè ſtabulum dicitur, in quo oues reconduntur, addita c ad αὐλὴ, quòd non ſolum atrium uel aulam, ſed etiam ſtabulum & omnia ſepta deſignat. Feſtus à cauo caulam deriuat, quòd antiqui ante uſum tectorum, oueis in antra ducebant. Sed uerius ἀπὸ τῶν καυλῶν. nam etiam nunc fiunt ex
» uiminibus. Verg. 9. Aeneid. Ac ueluti pleno lupus inſidiatus ouili Cum fremit ad caulas.

Cāulēſco, is.n.t. (καυλοῦμαι) à caulis eſſe conuenit. Eſt autem caules cere uirgam fieri: licet quandoque ponatur pro folia producere. unde & decauleſcere contrarium, quod ſignificat ſine folijs fieri, ἀποκαυλοῦσθαι. Plin. lib. 19. Raphanis ſui iucundior detractis folijs antequã decauleſcant.

Cāuliās.(καυλίας) ex caule ſuccus, qui in uaſe coniectus admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur.

Cāulicŭlŭs, li.m.ſ.(τὸ καυλίον) diminu. à Caulis paruus caulis. Plin. Tenerior'q; cauliculus. idẽ, coliculus.

Cāulis, huius caulis uel colis. ma. ge. (καυλός) in herbis dicitur ipſum robur, ſiue ſtipes: id eſt, ea herbæ pars, unde ſe producunt folia aut ramuſculi. Plin. li. 18. Namq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Et accipit ſiliquas pro corticibus, caules pro ſtipitibus. Sed quoniam nulla penè herba maiorẽ caulem habet quàm braſſica, ideo pro braſſica ponitur. Similiter in arboribus & in uite. Caulis dicitur robur ad quem alimentum defertur, & intelligitur quod ſupra terram exurgit. Planta eſt radix, à qua alimentum attrahitur à terra. Ramus, qui à caudice exit. Surculus, qui è ramis ori-
» tur. Verg. lib. 12. Puberibus caulem folijs. Poni-
» tur & pro quibuſcũq; holeribus. Iuuenal. Spes
» homini, caulis miſeris, atque ignis emendus.
Quandoq; pro cauda. Plin. libro 11. Boum caudis longiſſimus caulis, atq; in ima parte hirtus. Quandoq; ſicut docet Seruius, ſumitur pro uirili membro, quandoq; pro ferro, & pro quolibet haſtili. A caulis fiunt compoſita, unicaulis, & multicaulis. Idem lib. 12. Eſt & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramoſaq; ſunt, ut carduus.

Cāumă.atis.n.t.(καῦμα) Latinè calor, ἀπὸ τοῦ καίομαι λέγεται. καίομαι enim uror dicitur.

Căuo. as.a.p. fodio, euacuo. κοιλόω, κοιλαίνω. Plinius lib. 36. In Syphno lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in uaſa coquendis cibis utilia. Huius compoſita ſunt, concauo, excauo, & recauo.
» pen. cor. Ouid. lib. 2. Metam. Eſt locus in geminos ubi brachia concauat arcus.

Cāupo.onis.gen.com. tabernarius: hoc eſt, eſculentorum poculentorũq; uenditor. κάπηλος, οἰνοπώλης. Vlpia. Caupones & ſtabularios æquè nos accipiemus, q cauponã uel ſtabulũ exercẽt.

Cāupōnă, næ.f.p. καπηλίς, uocatur tam mulier, quæ uinũ uendit, quàm ipſa taberna uinaria. Ci. in Piſon. Nonne tibi nox erat pro die? caupona pro oppido? Inde cauponula dimi. Idem 2. Philip. Delituit in quadam cauponula.

Cāupōnāriă.æ.f.p. ars cauponandi. καπηλική.

Cāupōniŭs.a.um. quod ad cauponem pertinet, καπηλικός: ut ars cauponia. Iuſtinus lib. 1. Iuſſitq; cauponias, & ludicras arteis, & lenocinia exercere.

Cāupōnŏr, aris.d.p.pe.pro. ſignificat lucri cauſa quaſi ad cauponẽ uẽdito. καταπηλεύω. Ennius: Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.

Cāusiă, æ. f. p. (καυσία) aliâs Cauſea, tegmen

capitis aptum calori. Vale. Max. lib. 5. Quemadmodū Antigonus caput Pyrrhi texit caſia, qua uelatum caput more Macedonū habebat.

Cāuſōn, onis. m. t. (καῦσων) æſtus, ſeu ardor. Inde ab Hippocrate & Auicenna cauſon febris æſtuans appellatur.

Cāuſă, æ. f. p. (αἰτία) proprie dicitur id ex quo, uel propter quod, uel per quod, uel à quo aliquid fit: unde illud frequēs bonis authoribus, Quid cauſæ eſt? (πῶς ἐκ ... id eſt, negare ne quiſquam poteſt, uel cauſam alienam afferre? & cauſam haud dicam: id eſt, per me licet, nō recuſabo. Quatuor autem cauſarum genera ſcripſit Ariſtoteles: Materialem, ex qua aliquid fit. Formalem, per quam aliquid tale ſit. Efficientem, à qua aliquid fit. Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem deum, cauſam cauſarum eſſe affirmat. Per translationem cauſſa dicitur omnis actio, quā in ſenatu uel in foro habemus. δίκη. Vnde tria eſſe cauſarum genera ſcribit Cicero: demonſtratiuum. τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος. deliberatiuū. τὸ συμβουλευτικόν. & iudiciale. τὸ δικανικόν. Ex his tamē magis propriè cauſſa dicitur quæ iudicialis eſt: unde & cauſſam pro lite ac controuerſia ponimus: ut Cicero diligenter egit cauſſam Milonis. Hinc cauſidici (ῥήτορες) dicuntur patroni, qui in cauſis iudicijſq; uerſantur. Interdū cauſſa dicitur occaſio. ἀφορμή. Teren. Eunu. Iam diu aliquā cauſam quærebat. Interdū dicitur excuſatio. ἀπολογία. ut, Honeſta eſt cauſſa mei diſceſſus. Interdum ratio. λόγος. dicitur. Ouid. libro 1. Faſt. Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum. Interdum dicitur origo. ἀρχὴ. unde & quidam cauſſam à caſu dictam exiſtimant, quòd initia & origines rerum, quæ cauſſæ ſunt, caſu eueniant. Nonnulli à chaos, detracta aſpiratione, quòd confuſa illa materia prima omnium cauſſa fuerit. Alij à Græco καῦσις, quod ardorem ſeu incendium ſignificat, quòd cauſſa ſit, quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alij à cauendo, quòd ea ſit, quæ cauet ut aliquid agatur, aut non agatur. Et cauſſa pars appellatur. Lucan. libro 1. Victrix cauſſa deis placuit, ſed uicta Catoni. Diminutiuum à cauſſa eſt cauſſula.

Cāuſārĭi milites, (ἀπόμαχοι, οἱ ἐξ αἰτίας τινὸς ἀπολύμενοι ἢ ἐπίσημοι) dicuntur à Liuio libro 7. qui propter honeſtam cauſſam, puta ualetudinem à militia ſoluuntur, quaſi ualetudinarij ſiue ſontici, aut qui omnino cauſſam & admonitionem habebant ex morbo, ſenectutē ue. Sic cauſſaria miſſio dicitur, quæ milites propter ualetudinem laboribus militiæ & ſacramento militari ſoluit. Vlpian.

Cāuſſātio, onis. f. t. (πρόφασις) quandoq; ponitur pro uitio interiore, & ægritudine. Pallad. lib. 1. Si ſaluo capite in pulmonibus ac thorace, aut hilla eſt, aut rara cauſſatio.

Cāuſſātĭuŭs. a. um. o. ſ. quod eſt cauſſa ut aliquid fiat, αἴτιος. ut, Nimia repletio eſt cauſſatiua infirmitatis: quamuis etiam aliquando cauſſatiuum uocatur, quod antecedentem cauſſam ſignificat: ſicut & cauſſale, (αἰτιολογικὸν) ut coniunctiones cauſſales, ſeu cauſſatiuæ.

Cāuſĭdĭcŭs, ci. m. ſ. pen. cor. dicitur patronus qui in cauſſis iudicijſq; uerſatur. δικολόγος. Cic. 1. de Orat. Non enim cauſſidicum neſcio quem, nec proclamatorem, &c.

Cāuſĭfĭcŏr, aris. d. p. cauſſam dico, αἰτιολογοῦμαι, σκήπτομαι. Plaut. Aul. Non cauſſificor quin ego illam habeam potiſſimum.

Cāuſſo. as. iudico, efficio. γεννάω.

Cāuſsŏr. aris. deponens, ſignificat rei geſtæ cauſſam affero ſeu reperio, & excuſationem adduco. προφασίζομαι. Sueton. in Nerone, Cauſſatus nondum eſſe fatalem horam. Gellius, Negotium ſibi eſſe cauſſatur. Verg. Cauſſando noſtros in longum ducis amores. Cauſſari etiam culpare eſt, αἰτιᾶσθαι.

Cāuſtĭcă medicamenta, (καυστικὰ φάρμακα) ſunt quæ habēt uim cauſticam: id eſt uſtiuam. Plin. lib. 2. ca. 9. Stirpium braſſicæ aridorum cinis, inter cauſtica intelligitur. Mart. Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Cāuſtŏn, καυστόν. Latinè dicitur uſtile, ſiue quod exuri poteſt. Plin. Quartum cauſtum ad ellychnia.

Cāutērēs, m. t. καυτῆρες. idē quod cauteria, quos Pallad. habendos eſſe in inſtrumento ruſticorum præcipit.

Cāutērĭātŭs. a. um. quod eſt cauterio notatum. κεκαυτηριασμένος. unde ab Apoſtolo cauteriata conſcientia dicta eſt.

Cāutērĭum, rij. n. ſ. (καυτήριον) inſtrumentū eſt, quo

quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui inſanabiles inuri ſolent. Præterea cauterium in pictorum inſtrumentis continetur, quo bitumizationes, & fortiores quæq; conglutinationes concoquuntur: maxime in ea pictura, quæ ἐγκαυστική appellatur: quæ fit carbonibus inuſtis, reſolutis igne ceris. Martian. Tit. de fund. inſtr. ſic refert: Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliáq; horum legato cedunt. Item peniculi & cauteria, & conchæ.

Cāutēs, tis. f. t. (ῥαχία) uide in dictione Cos.

Cāutio. onis. f. t. prouidentia quædam, qua auertimus & uitamus aliquid, ne nobis accidat. Cic. 4. Tuſc. Quoniáq; ut bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus: quæ declinatio cum ratione fit, cautio appellatur: eáq; intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Cautio eſt: id eſt cautione eſt opus. Teren. And. Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt.

Cāutiōnālis. le. adiect. ut cautionales ſtipulationes prætoriæ, apud Vlpian. de præt. ſtipul. lib. 46. digeſtorum.

Cāutē, aduerb. prudenter, callidè. Plaut. Curc. Cautè ut incedas uia. Cautim idem ſignificat. Teren. Heaut. Sed hæc ita ut ſunt, cautim & paulatim dabis.

Cāutŏr, oris. m. t. qui cauet & prouidet. Plautus Epid. Iam cautor ipſe captus eſt.

Cāutŭm eſt, ſignificat prouiſum eſt. ἀπείρηται, διείρηται.

Cāutŭs, a. um. o. ſ. & per ſyncopen Catus, ſumitur pro homine prudenti, qui ſibi ſcit cauere. εὐλαβής, φρόνιμος, πεφυλαγμένος. Terentius, Phor. Vt cautus eſt, ubi nihil opus eſt. Nonnunquam pro re cui cauetur. Cic. pro Cecin. Quo res mulieri eſſet cautior. Vnde incautus, (ἀνεξαπάτητος) qui neſcit ſibi cauere.

Căuŭs. a. um. (κοῖλος) propriè concauum, uacuū: à chaos, quod quaſi uorago quædam erat inanis. Verg. Tum dea nube caua tenuem ſine uiribus umbram.

Căuŭs, ui. m. ſ. (κοίλωμα) locus cauatus, ſeu concauus. Varro, Facere his cauos oportet laxiores, ubi pullos parere poſſint. Colum. ſcribit cauum eſſe locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut eſſet. Cauæ hoſtiæ. Vide Cauiares.

C ANTE E.

CE, ſyllabica adiectio. quære Met.

Cēdo. is. ſi. ſum. (παραχωρῶ) uide Cædo.

Cēdrĕlătē. tes. f. t. genus cedri. Plin. libro 24. capite 5.

Cedrĭŭm, drij. n. ſ. genus picis. Plin. lib. 16. cap. 11.

Cedrĭă, æ. f. p. (κεδρία) pix eſt quæ ex cedrelate defluit. Plin. lib. 29. cap. 3. Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria miſtis tollunt.

Cedrĭdĕs. f. t. (κεδρίδες) pen. cor. fructus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrides tuſſim ſanant, urinam ciunt.

Cedrōſis, is. f. t. (κέδρωσις) uitis alba. Hæc & Bryonia à Dioſcoride appellatur.

Cedrŭs. dri. f. ſ. κέδρος. arbor maxima, quæ in ædificijs utilitatē præſtabat eò quòd huiuſmodi materies & procera ſit, nec onerōſa parietibus. Eius folia ad cupreſsi ſimilitudinem reſpondent, lignum iucundi odoris eſt, & diu durans, nec à tinea unquam exterminatur. Verg.
» Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum Naui
» gijs pinos, domibusq; cedrum atque cypreſſos.
Vide Plin. lib. 13. cap. 5. Ex hac arbore naſcitur oleum, quod κέδρινον. dicitur, ut Vitru. lib. 2. inquit. Quo reliquæ res cum ſunt unctæ, uti etiam libri, à tineis & carie non læduntur.
» Iuxta quem ſenſum Perſius dixiſſe uidetur,
Et cedro digna locutus. Scribit Theophr. libro 3. Cedrum eſſe iunipero non abſimilem, ſed folijs maximè diſtare. Hinc fit nomen poſſeſſiuum, cedrinus. a. um. κέδρινος.

Cĕlebrēſco, ſcis. n. t. celebris fio. εὐδοκιμῶ. Accius, Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua.

Cĕlebrĭs, & hoc celebrĕ, o. t. διάσημος, περιβόητος, εὐδοκιμώτατος) pen. cor. qui in exiſtimatione magna apud omnes eſt, inſignis, præclarus, quem propter uirtutum ſplendorem et eximiam laudem omnes admirantur, frequentant, & uenerantur. Propriè autem dicitur uelox. Accius, Celebri gradu celeraſſe decet. Quoniam uerò accelerare gradum, frequentare eſt, factum eſt ut celebre pro frequenti accipiatur, & quod in omnium ore uerſatur. Et hoc paſſiue tam ad rem, quàm ad perſonam relatum. Cic. lib. 2. ad Heren. Locus quæritur celebris'ne ſit, an deſertus. id eſt qui celebratur. Hinc celebritas, (πολυπλήθεια) frequentia. Ci. Itaq; nos, qui in maxima celebritate, atq; in

oculis quondam ciuium uiximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum hominum, &c.

Celebriter, aduerb. ſignificat cum cultu & honore. ἐντιμῶς

Celebro, as. a. p. frequento. φοιτάω. Var. Cui non tam cura erat ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret. Per transl. tamen, quoniam quæ frequentamus, etiam colimus, celebrare pro colere & uenerari ponitur, τιμᾶν, ἑορτάζειν: & celebritas, pro cultura atque honore. Hinc celebrare laudibus, ἐπιφημίζειν, δοξάζειν. & uirtutum celebritatem ἑορτὴν, εὐφημίαν, ἐπιφάνειαν dicimus. Item celebriorem, & celeberrimum, pro honoratiorem, & honoratiſsimum.

Celer, eris. o. t. ſiue hic Celer, hæc celeris, hoc celere: ſiue hic & hæc celeris, & hoc celere, idem eſt quod uelox. ταχύς. Vergil. Celeremq́ue fuga præuertitur Hebrum. A quo celerrimus, & celeriſſimus fiunt ſuperlatiua, ſecundum Priſ.

Celero, as. n. p. pen. cor. celeriter aliquid facio. ταχύνω. Vergilius 9. Aeneidos, Tum celerare fugam, patriaq́ue excedere ſuadet. A quo accelero compoſitum.

Celeritas, atis. f. t. uelocitas. Cic. 1. Acad. In pedibus celeritatem, in manibus uim ponebant.

Celeritudo, inis. f. t. idem ſignificat. Varro 3. de re Ruſt. Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

Celeripes, edis. c. t. qui leuis eſt pedibus. ὠκύπους.

Celeriter, celeranter, & celeratim, aduerbia, id eſt uelociter.

Celetes, m. t. (κέλητες, ἀπὸ τοῦ κελλεύω) pen. prod. uocantur equi, qui ad curſum ſoli adhibentur, ſiue bigis uel quadrigis: etiam ad nauigia, ut his temporibus fieri ſolet. Nam qui bigis, quadrigiſue adhibebantur ad curſum, deſultorij dicebantur. Plin. Antiqui celetas tantum dicebant in ſacris. Poſtea uerò & qui bigis uel quadrigis uiciſſent. Latinè dicuntur deſultorij, quòd ex his facilè deſiliatur. Celetes etiam teſtudines dicuntur.

Celeuſma, atis. n. t. (κέλευσμα) clamor nautarum & aliorũ, cũ uno aliquid iubẽte omnes uniformiter reſpondent, quaſi ſibi inuicem iubentes.

Celeuſtes, ſtæ. m. p. qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco celeuſmata dicuntur etiam à Latinis, Budæus.

Cella, æ. f. p. dicta eſt, quòd in ea celentur, quæ eſſe uolumus occulta. Græci ἀποθήκην dicunt, in qua res eſculentæ, & poculentæ reponuntur. quamuis propriè ἀποθήκη cella uinaria ſit. Capit autẽ Cella ſignificationem, ut illi adiectiua iunguntur, ut cella uinaria. οἰνὼν. cella olearia, ἐλαιὼν. cella farinaria, pomaria, lignaria, libraria, caſearia, & omnis locus in quo quid reponitur, cella dicitur. Vnde Verg. fauorum cauernas (κυττάρους) cellas uocauit, cum ait, Diſtendunt nectare cellas. Item loca, in quibus lauamur, aut ungimur in domo, cellæ dicuntur. Et cella, pars templi erat ſacratior, in quam ingredi fas non erat. ἄδυτον. Vnde apud Liu. li. 5. In cella Iouis Optimi Maximi habitaret exul.

Cellaria, æ. f. p. locus ubi conditur uinum. οἰνὼν. Plautus, Mil. Ego eijciar cellaria. Et cellaria (ταμία, Homer.) quæ præeſt in cella. Idem in Mil. Iampridem quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria.

Cellarium, rij. n. ſ. (ταμεῖον) uidetur ea figura dici, qua granarium, penarium, ut pro cella ac repoſitorio accipiatur: ſed eſt paucorum dierum, penu longi temporis. Hanc cellulam promptuariam, ſeu promptuarium appellãt, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad uictum neceſſaria. Plin. lib. 36. cap. 15. Quorum agri quoque minorem modũ obtinuere, quàm iſtorum cellaria. A penore etiã is locus penarium, & penaria, ſeu penuaria cella nuncupatur. Cic. in Verr. M. Cato ſapiens cellam penuariam Reipub. noſtræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. Huius diminutiuum eſt cellariolum.

Cellarius, m. ſ. (ταμίας) qui in cella præpoſitus eſt, ut rationes ſaluæ ſint, aut penoribus recondendis. Colum. Vt cibus & potus ſine fraude à cellaribus præbeatur. Plautus Cap. Prome quid uis, te facio cellarium.

Cellula, æ. diminut. à cella. Teren. Eunu. Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Celatim, aduerbium, abſconditè. κρυβδηλῶς. Gel. Quàm maximè celatim poterat, in inſidijs duo diſponit.

Cello,is.a.t.quo ueteres utebantur pro cedo:nũc compoſitis tantum utimur,excello, & procello,& quod eſt excedo,& antecedo. Vide Callo cum diphthongo.

Celo,celas,a.p.abſcondo,ſiue ſciri nolo. ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. conſtruitur modò cum uno duntaxat accuſatiuo. Cice.1. de Nat. Nec tu me celas,ut Pythagoras ſolebat alienos. Modò cum duobus. Plau.Bac. Aedepol.feciſti fur tum ætati malum, cum iſthæc flagitia me celauiſti & patrẽ. Modò cum ablatiuo mediante præpoſitione. Cice. Treba. Sed Baſſus noſter de hoc me libro celauit. At cum paſſiuè ponitur, res ſiue perſona per quam quis aliquem celauit,ponitur in nominatiuo. Terent. Eunu. Vbi ubi eſt,diu celari non poteſt.

Celox,ocis.f.t.genus naiculæ breuis,à celeritate. Plaut. Aſin. Quò hanc celocem conferam? Apul.lib.de Rep. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Hanc & celotim uocant, & oxiam. ὀξεῖαν ναῦν, κελήτιον.

Celſus,a.um.o.ſ.altus,ſublimis,(ὑψηλός) excellens. Plin.libro 13.capite 24. Firmiores,celſioresq́; infantes fore. À quo celſitudo, pro excellentia. ἐξοχή. Vide Cælſus cum diphthongo.

Celtis,(λωτὸς) eſt arbor inſignis, magnitudine pyri,de genere lotorum,in Aphrica creſcit,inciſuræ in folijs crebriores faciũt ne ilicis uideantur,fructui magnitudo fabæ,color croci. Tam dulcis ibi cibus eſt,ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur.

Celydrus,ornatus muliebris. Iuuen. Donant arcana celydros. Vbi alij cylindros legũt,alij Chelydros, quorũ utrũuis melius legeretur, quàm Celydrus ſine aſpiratione.

Cenchris. idis.f.t.(κεγχρίς) auis genus, Latinè tinnunculus dicitur,à tinnitu uocis: ex accipitrum genere,quem Ariſtot.libro 6. de Anim. ſolum ex adunco genere quaterna, & eo plura oua parere dicit. Dicta eſt cenchris, quaſi miliaria. Plin. Fimum cenchridis albugines extenuat. Eſt & cenchris (κεγχρειαὶ) ut inquit Hieron.locus Corintho uicinus, imò portus ipſius Corinthi. Et cenchris, huius cenchris,ſerpens maculis plena,Thebano marmori ſimilis. Lucan. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris, Pluribus ille notis uariatũ tingitur aluum.

Cenchrites,(κεγχρίτης) gemmæ ſpecies, quæ ueluti ſparſa milij grana habere uidetur. Plinius lib.37.cap.11.

Cenchron,adamantis genus eſt,quòd ſit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. libro 37.cap.4.

Cenos,κενός. Latinè uacuus. Vnde cenodoxia,inanis gloria.

Cenotaphium,ij.n.ſ.(κενοτάφιον) uacuum ſepulchrum. κενὸς enim uacuus dicitur,& τάφος ſepulchrũ,à θάπτειν ſepelire. Eſt enim ut capſa, quæ ponitur in templo ad officia mortuorum. Verg.3. Aen. deſcribit Cenotaphium,quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium eſſe dicit. Suetonius honorarium tumulum appellat in Claudio.

Cenſeo,es.ſui.cenſum.act.ſ.(ἀξιόω,τιμάω.) pen. cor.ſignificat exiſtimo,puto,arbitror. Liu.libro 6.Bel.Pun. Cenſent eò uenturum obuiam Pœnum. Item conſtituere,deliberare. Nam ſenator cenſet,cum ſententiam dicit (ἀποφαίνεται) de eo,quod ſibi uidetur:aſſentitur,cum alienam approbat. unde dicimus, Senatus aliquid cenſuit, à quo etiam cenſoris nomen tractum uidetur. Item cenſere, ſuccenſere ſignificat. Var. Ne uobis cenſeam,ſi ad me referretis. Item eſſe in æſtimatione,(τιμᾶν.) Boët. in Top. Quoniam faciendi liberi tres ſunt partes. Vna quidem, ut cenſu liber fiat. Inuenitur etiam cenſio.ſis.ſui.ſitum.pen.prod. Ouid. Priſca recenſitis euoluere ſecula faſtis. Aliquando cenſeri,eſt in precio haberi. σπουδάζεσθαι,εὐδοκιμεῖν. Compoſita à cenſeo ſunt, accenſeo,percenſeo:(διεξέρχομαι) quod eſt perfecte cenſeo, numero. Col. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, parteſq́; ſi uelimus eius percẽſere, uix numero comprehendemus. Recenſeo, & ſuccenſeo.

Cenſio,onis.f.t.(τίμησις) caſtigatio. unde cenſionem facere dicebantur cenſores,cum multam equiti irrogabant. Plau.Rud. Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.

Cenſio haſtaria, uocabatur cũ militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur,ut haſtas daret.

Cenſor,oris.m.t.(τιμητὴς) qui cenſuram gerit. Cenſores magiſtri morum erant, à cenſendo, id eſt arbitrando dicti, quod illis ſummum arbitrium

bitrium erat aliorum morum. Var. Cenſor ad ad cuius cenſionem. id eſt, arbitrium cenſeretur populus. Feſtus: Cenſores dicti, quòd quiſque tanti ſua æſtimaret, quantum illi cenſuiſſent: quod non abſurdum uidetur, quia & rerum & morũ cenſores erant. Erant aũt duo cenſores, qui quinto quoq; anno creabantur.

Cēnsōriæ ueſtes, (ἱμάτια τιμητικὰ) dicebantur quibus cenſores merito uti poſſent.

Cēnsōrĭŭs uir, (τιμητικὸς) qui cenſor fuit, uel qui dignus eſt: ut cenſor ſit, propter morũ grauitatem, qui alios iudicet. Frequenter tamen iungitur rebus: ut cenſorium dictum, quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorem pertinet.

Cēnsŭālēs, qui cenſoribus aſsiſtunt, famulantur Sidon. ad Nam. Miſtus turmæ cenſualiũ.

Cēnsŭi agri, dicebantur qui emi & uenire iure ciuili poterant.

Cēnsūră, ræ. f. p. (τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχὴ) cenſoris dignitas, ſicut à prætore prætura: ſicut cum dicimus Cenſor, qui gerit cenſuram. Plin. libro 14. cap. 4. Catonum ille primus, triumpho & cenſura ſuper cætera inſignis. Accipitur interdum pro ſeueritate, correctione, decreto, & lege. Plin. in Pane. Nam uita principis cenſura eſt, eáq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.

Cēnsŭs, us. m. q. annuus redditus, & quicquid fortunarum quis habet. οὐσία, τίμημα. Quintil. Abiere uires, cenſus, mens. Iuuen. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio. Vnde qui centum milia æris in poſſeſſioné detuliſſent, cenſi dicebantur. Item cenſus dicebatur æſtimatio rerum, ac bonorum facta, (κῆνσος) ſecundum quam tributa pendebantur. unde cenſum agere, (ἐξέτασιν ποιεῖν) eſt recenſere hominum facultates. Et cenſus dicebatur, quod principi aut ærario ſoluebatur iurium.

Cēnsŭs, ſi. m. ſ. (τιμηθεὶς) ſignificat eum, cuius bonis factus eſt cenſus. unde capite cenſus, & capite cenſi.

Cĕntaureă, reæ. f. p ſiue Centaureon. (κενταύρειον) genus herbæ. Huius duæ ſunt ſpecies, ſcilicet maior & minor. Naſcitur in fine ueris, ambæ calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu. Centaureæ minoris radix excalefacit. Plin. lib. 25. cap. 6.

Cĕntēnārĭæ cœnæ, dicebantur in quibus lege Licinia non plus centuſsibus. hoc eſt, centum aſſibus impẽdebatur, qui erãt numi breues ex ære.

Cĕntēnārĭŭs, rij. n. ſ. & ſimilia in arius, denotant non multiplicationem ſui, ſed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut lapis centenarius, non quòd centuplus ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, non quòd ſit centum geminus, ſed quòd habeat centũ annos.

Cĕntĭmănŭs, us. m. q. uel ni. ſ. ἑκατόγχειρ. qui centũ habet manus: qualem fuiſſe Briareũ gigantem Verg. 6. Aen. refert. Horat. 1. Car. Teſtis mearum centimanus Gyges ſententiarum.

Cĕntēsĭmŭs. a. um. o. ſ. Centeſimum fructum ager attulit: hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat.

Cĕntēsĭmă. æ. ſ. p. genus uſuræ. Bud. De aſſe.

Cĕntĭfŏlĭŭm, lij. n. ſ. roſa. de quo uide Plin. libro 21. capite 4.

Cĕntĭgrānŭm, ni. n. ſ. genus tritici: dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Cĕntĭpĕdă, æ. f. p. (σκολοπένδρα) uermis eſt à Græcis ita dicta, piloſus, multis pedibus, arcuatim repens: ab aliquibus multipeda, ab alijs millepeda. dicitur & ſcolopendra. Plin. lib. 29. capite 6. Idem ſuperius Auſcaripeda. (bet.

Cĕntĭpēs, dis. c. t. (ἑκατόμπους) qui centũ pedes ha

Cĕnto. onis. m. t. (κέντρων, ἐπίσαγμα, σύῤῥαμμα) uelum laneum, quod lana aut tomento confertũ, ut ictus nullos patiatur. Ceſar: Centonesq; iniecerunt, ne tela tormentis miſſa tabulationẽ perfringerent. Quidã centonem capiunt pro ſtragulæ genere, ſuper quo cubare ſolent. Cato lib. 1. De re Ruſt. centonem poſuit pro ueſtimento ruſtico. hoc eſt, pro interiore ueſtimento, quod ſuper ſubucula ſuperindui ſolet, bombyce inferta. Similiter & Macrobius dum ſcropham ſub centonibus iacere ſcribit, ruſticam ueſtem eſſe declarat. Fieri autem centones cõſtat ex pannis diuerſorum colorum, uel lanis in unum condenſatis atq; conſutis. Vnde Homerocentones, ὁμηροκέντρωνες: & Vergiliocentones, quales fecit Proba Falconia.

Cĕntrŭm, tri. n. ſ. (κέντρον) punctum ſphæræ, aut orbis medium, certiſsima obſeruatione deſtinguitur. Nã in omni orbe uel ſphæra medietas centrũ uocatur. Apuleius in Coſmographia. Cardinẽ, inquit, mundi, ſic enim dixerim centrum,

trum, habet tellus. Centra in marmore quæ di cantur, declarat Plinius libro 16. cap. 39. Hinc ſit centralis adiect. κεντρικός. *Plin. lib. 2. Quin decies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interueniat.*

Cĕntŭm, (ἑκατὸν) *nomen numerale & indeclinabile, om. gen. ultra centum uariatur, ut decenti, trecenti, quadringenti, quingenti, ſexcenti, ſeptingenti, octingenti, noningenti. Hinc centenus. a. um.* (ἑκατοςός) *ut centena milia. Sic ducentenus, trecentenus, quadringentenus, quingentenus, ſexcentenus. ſeptingentenus, octingentenus, noningentenus. Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, & reliqua. Centeſimus, & deinceps. Centies quoq; aduerbiũ,* (ἑκατοντάκις) *ducenties, trecẽties, quadringenties, quingenties, ſexcenties. ſeptingenties, octingenties, noningenties. Centenarius, ducentenarius, &c.*

Cĕntŭmcăpĭtă, (ἑκατογκέφαλος) *herba eſt ex aculeatarum genere: & alio nomine Erynge alba, ſiue Eryngium dicitur,* (ἠρύγγιον) *caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. libro 22. cap. 8.*

Cĕntŭmpōndĭŭm, *dij. n. ſ. pro immani pondere legitur, etiam ſi centum pondo excedat. Cato de Ruſt. cap 13.*

Cĕntŭmuĭrālĭă, *iudicia dicta ſunt à centum uiris. Nam cum eſſent Romæ trigintaquinque tribus, quæ & curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, & Centumuiri appellati, licet quinque ſupra centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, Centumuiri dicti ſunt.*

Cĕntŭncŭlŭs, *li. m. ſ.* (γναφάλιον) *dimin. pro uili ac ſordida ueſte. Sene. lib. 11. Epiſt. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Liu. & Front. accipere uidentur pro dorſualibus, & inſtratis iumentorum: à ſimilitudine ueſtis centunculi. Item herba quam Plin. penulam uocat libro 24. cap. 25.*

Cĕntuplĕx. *icis. o. t. Plautus, Perſ. Hæc niſi unde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis paruus eſt.*

Cĕntuplĭcātō, *aduerb. Plin. lib. 6. cap. 23. Quæ apud nos centuplicatò ueneunt.*

Cĕntŭrĭă, *æ. f. p.* (ἑκατοντάς, τάξις, ἑκατοστύα) *in re militari centum continet homines, qui ſub uno centurione ſunt, quorum centenarius iuſtus eſt numerus. Cic. 2. de Diuin. Primum uide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuiſſet.*

Centuriæ in agris, ſignant ducenta iugera.

Centuria, à centum iugeribus uocabatur, ſed mox duplicata nomẽ retinuit, inquit Colũ. li. 6.

Cĕntŭrĭātĭm, (κατὰ τάξεις) *ſignificat per centurias, ſiue abundãter copioſeq; à centurijs, quæ in comitijs ferebãt ſuffragia. Cic. pro Flacco.*

Cĕntŭrĭo, *onis. m. t. & Centurionus,* (ἑκατόνταρχος, ταξίαρχος) *dicitur, quia centum peditibus præeſt. In exercitu autem miles centurioni, centurio tribuno, tribunus legato, legatus conſuli obediebat, ſed ſeorſum magiſter equitum ſolum dictatori obtemperabat. Prima cẽturia primipilum uocabatur, quòd circa ſigna grauis armaturæ conſtituta erat. Centurio ipſe primipili centurio dicebatur, & primipilus, teſte Plin. Hic non modò aquilæ præerat, ſed quatuor centurias, hoc quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur & commoda. Martial. Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili.*

Cĕntŭrĭo, *as a. p. in centurias ordino.* καταττάττω, καταγράφω, κατανέμω. *Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducẽta iugera diſtribuit. Et milites centuriati, qui in centurias ordinabantur.* τεταγμένοι. *Liuius lib. 29. Centuriata comitia, ut Aſconius ſcribit, dicuntur cum ex ſexu & ætate fertur ſuffragium, quòd per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Hinc ſuccenturio, à quo ſuccenturiati dicuntur milites, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maximè collocabãtur. Ex quo in ſuccenturijs, quaſi in inſidijs quempiam poſitũ appellamus. Teren. Phorm. Nunc prior adito tu, ego in inſidijs ero hic ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Propriè autem ſuccenturiare ſignificat explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere.*

Cĕntūſſĭs, *is. m. t.* (ἑκατὸν μναῖ) *à decem decuſſibus dicitur, quæ ſunt libræ centum, uel à centum aſſibus, qui erant numi breues ex ære: ut, Centuſſe licetur, id eſt centum libris uenditur per auctionem. Perſ. Et centum Græcos curto centuſſe licetur.*

Cĕphă-

Cĕphălē, es. f. t. ſiue cephalis, (κεφαλὴ) penul. corr. ſignificat caput.

Cĕphălĭcŭs, ci. m. ſ. (κεφαλικὸς) capitalis.

Cĕphălēă, æ. f. p. (κεφαλαία) morbus quo totum caput infeſtatur. nam hemicranici ab hemicrania ſunt dicti, qui dimidia parte capitis laborant. Plin. lib. 20. ca. 13. Si uerò ſint cephalea, cum farina ordeacea, uel aceto. Sed & Celſus cephaleam acutum quoddam peſtilensq́ malum appellat.

Cĕphălocrūſtēs, æ. m. ſ. (κεφαλοκρύστης) uermis, qui in folijs perſici inuoluitur.

Cĕphălŭs, li. m. ſ. (κέφαλος) nomen piſcis apud Græcos, quē Latini mugilem uocant: eò quòd caput in metu occultet, exiſtimans totum ſe abſconditum. À quo cephaleus. a. um. ut, Caro cephalea. Lucil. li. 1. Saty. Abdomina, thynnia uenientibus priua Dabo, cephaleaiq́ carnem. Vide Gellium lib. 10. cap. 20.

Cēphēnēs, m. t. (κηφῆνες) imperfectæ apes ſunt, & inutiles operi, niſi quod multitudine, quæ calorem confert, fœtum adiuuant, fuci.

Cēpīnă, herba hortenſis. Colum. libro 11. cap. 3.

Cēpiōnĭdēs. æ. gemma cryſtillini nitoris, & imagines reddunt ut ſpeculum. Plin. lib. 37. ca. 10.

Cēpītēs, ſiue Cepocapites, gemma quæ candida eſt, uenarum nodis coëuntibus, candore imaginem referens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cēpōrŏs. ri. m. ſ. (κηπωρὸς) hortulanus.

Cēpŏs, (κῆπος) Latinè hortus. Item tondendi genus ad frontis ornamentum. Suidas.

Cēpūrĭcă, (κηπουρικὰ) Græci appellāt quæ noſtri hortēſia holera, ſcilicet quæ in horto ſerūtur.

Cērăchātēs, gemma quæ ceræ colorem præ ſe fert. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cĕrămītēs, ſignificat colorem figulini, qualem in plumis quorundam anſerum aſpicimus: unde nomen quoq; gemmarum uni Ceramites. Vide infrà cum aſpiratione.

Cĕrăſphŏrŏs, ri. m. ſ. (κερασφόρος) pen. cor. à noſtris corniger dicitur.

Cĕrās Amaltheas, (κέρας ἀμαλθείας) dicitur Cornucopia, à cornu Amaltheæ capræ quam fabulantur Iouem nutriuiſſe.

Cĕrăſtēs, is. m. t. κεράστης. Latinè cornutus: genus eſt ſerpentis, quod teſte Plinio lib. 8. quadrigemina cornua præfert, ſimillima arietum. nam κέρας. ατος ſimili modo ceruus dicitur. In genitiuo Ceraſtis & Ceraſtæ. Lucan. Spinaq́ uagi torquente ceraſtæ.

Cĕrăſŭs. ſi. f. ſ. (κέρασος) pen. cor. arbor nota, à Ceraſunte Ponti ciuitate ſic dicta, quam cum Lucullus deleuiſſet, inde illam tranſtulit, & à ciuitate Ceraſum appellauit. Sanè arbor ceraſus, fructus uerò Ceraſum. Ouid. de nuce. Audiat hæc ceraſus, ſtipes inanis erit. Dicitur & ceraſum pro arbore. Colum. Ceraſa & tuberes, & armeniacæ amygdalæ, quæ primæ florent, poſſunt inſeri commodè. In plurali ceraſea cæraſeorū, (κεράσια.) Plin. lib. 14. Ceraſeorum Aproniana maximè rubent.

Cĕrātĭnă. æ f. p. herba, de qua Plin. lib. 26. ca. 8.

Cĕrătĭă. æ. f. p. uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis & dyſentericis medetur.

Cĕrătĭæ ſtellæ dicuntur, ἀπὸ τ κέρατος. hoc eſt à cornu, cuius ſpeciem habent. Talis ſtella uiſa fuit, cū Græcia apud Salamina depugnauit.

Cĕrătīnæ, (κερατίναι) apud Quint. ſpecies eſt ratiocinationis inexplicabilis: dictæ à cornibus, hoc eſt à materia ipſa qua uterentur, uerborū, cuiuſmodi eſt: Quod non perdidiſti habes. Cornua non perdidiſti, cornua ergo habes.

Cĕrătĭŭm, tij. n. ſ. (κεράτιον) nomen ponderis, medius obolus, ſiliqua.

Cĕrăunĭŭm, nij. n. ſ. tuberis genus.

Cĕrăunŭs, ni. m. ſ. Græcè, Latinè fulmen.

Cercitēs, genus temonis, quære in proprijs.

Cercopa, æ. c. p. Græci appellant lucri undiq; cupientem, quaſi κέρδωπα, quem nos quoq; lucrionem uocamus. Feſtus.

Cĕrcŏpĭthēcŭs. ci. m. ſ. (κερκοπίθηκος) pen. prod. nomen compoſitum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος ſimia, quaſi ſimia caudata, quam maimonem uulgò dicimus. Plin. lib. 8. Cercopithecos nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris uoce ſunt. Mart. Callidus emiſſas elidere ſimius haſtas, Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

Cercos. ci. m. ſ. (κέρκος) auis de genere accipitrum, claudus altero pede, hunc Romani buteonem nominant.

Cĕrcūrŭs, ri. m. ſ. ſiue Cercuron, nauis Aſiana prægrandis, authore Nonio. Plau. in Stich. Cercurū quo ego me maiorem non uidiſſe cenſeo.

Cĕrdĭſtŏs, ſti. m. ſ. (κέρδιστος) Latinè ſignificat acutiſsimum, perindeq́ prudentiſsimum.

Cĕrdŏſўnē, es. f. t. (κερδοσύνη) aſtutia maximè quæ fallit.

Cĕrdo, onis. m. t. lege Cerdos.

Cĕrdŏs, (κέρδος) Latinè dicitur lucrum. unde cerdones (βαναυσικοὶ) dicti ſunt luciones. Sunt autem artifices ſordidi, & qui arteis illiberaleis quæſtus gratia exercent, quales ſunt ſutores ueterum calceorum, qui à Suet. ueteramentarij appellantur. Mart. lib. 3. Ebrius es, nec enim faceres hoc ſobrius unquã, Vt uelles corio ludere cerdo tuo.

Cĕrĕālis. le. o. t. (Δημητριακὸς) quod ad Cererem partinet. unde Cereales, ædiles duo qui rei frumentariæ apud Romanos præerãt. Et Cereale papauer, quo uſa eſt Ceres ad obliuionem doloris. Verg. 2. Georg.

Cĕrebrŭm, bri. n. ſ. (ἐγκέφαλος) inquit Plin. eſt uiſcerum excellentiſsimum proximumq́ꝫ cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hic habet ſenſus arcem, hic culmen altiſsimum, hic mentis eſt regimen. Dimin. à cerebrum fit cerebellum. παρεγκεφαλίς.

Cĕrebrōſŭs, a. um. o. ſ. (αὐθάδης, παράλογος) dicitur homo ad inſaniam facilis, cui cerebrum moueatur: uel à peruerſo cerebro, qui totus ſuo conſilio hæret, & obſtinatus à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans ſine ratione fertur. Horat. lib. 1. Serm. Donec cerebroſus proſilit unus. Dicitur & de brutis Columella libro 2.

Cērĭă. æ. f. p. potionis genus, quo utuntur Hiſpani. Plin. libro 12. cap. 15.

Ceremonia, æ. f. p. religio ſacrorũ & pontifi. ũ. Cic. 1. in Ver. Sacra Cereris ſumma, maiore noſtri religione cõfici ceremoniaq́ꝫ noluerũt.

Cĕrĭnthē. es. f. t. (κηρίνθη) genus herbæ, mellis cum cera miſti ſaporem habens. Verg. 4. Georg. Et cerinthe ignobile gramen. Habet folium candidum, incuruum, cubitalis, capite concauo, cuius florum auidiſsimæ ſunt apes. à cera deriuatur. Vide Cœrinthe per diph.

Cērĭnŭs. a. um. o. ſ. quod ceræ ſimile eſt: ut, cerinus color. Plautus in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. ſubintellige ueſtimentum: quod & melinum ab eodem dicitur, à mellis colore. Cæra ſuperius per æ ſcribitur.

Cērĭŏn, (κηρίον) Græci dicunt fauum, unde & pro ſuaui & iucũdo poni ſolet. Pli. li. 20. ca. 1.

Cērĭtŭs, ta. tum. o. ſ. (νυμφόληπτος) pen. pro. quaſi cereritus: hoc eſt, Cereris ira & indignatione uexatus. Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. Et ſicut à baccho bacchantem dicimus, ſic à Cerere, ceritum. Horat. in Serm. Ceritus fuit aut commotæ crimine mentis. id eſt inſanus & furioſus. Plaut. Iube hanc pro cerita circunferri.

Cērno. is. creui & ſecundum aliquos, cerni, cretum. a. t. Liui. lib. 7. Et quod haud minus tãemendum erat, ſtolide ferocẽ uiribus ſuis cernerat. & ſignificat uideo. βλέπω. Verg. Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo. Quandoq́ꝫ cernere eſt conſiderare. θεωρεῖν, ut, Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit.

Quandoq́ꝫ iudicare, ſtatuere, deliberare. τάσσω. Cic. lib. 4. de Leg. Quotcunq́ꝫ ſenatus creuerit, populus úe iuſſerit, tot ſunto. Lucilius: Poſtquam præſidium caſtris educere creuit. Quandoq́ꝫ diuidere, ſecernere, cribrare: quod & incernere dicitur. unde & incernicula cribros uocamus. Plin. lib. 18. cap. 11. Rurſus quæ tranſit, arctiore cernitur. Quandoq́ꝫ dimicare. Plaut. Pro patria Amphitryo dum cernit. Quandoq́ꝫ adire (ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν). unde cernere hæreditatem filij parentibus dicti ſunt, hoc eſt, cedere. Actius: Compoſita huius uerbi ſunt concerno, decerno, diſcerno, excerno, incerno, ſecerno, ſuccerno, quod eſt ſubdiuido. Plinius. Farinario cribro ſuccernunt.

Ceroma, atis. neu. t. dicebatur quo athletæ ungebantur, cum certaturi erant: hoc uero ex oleo terraq́ꝫ conſtabat, nec ex omni quidem terra, ſed ex quibuſdam eius generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerãdos æſtus, atq́ꝫ algores firmiora arbitrabantur, ut erat albida quædam terra.

Cērnŭlŭs, li. m. ſ à cerno formari uidetur, quaſi dimin. à cernus, quod nuſquam legi. Hierony. contra Ruf. Quanquam tu occupatus in ſenſibus, & ad inſtruendam mihi calumniam cernulus grammaticorum & oratorum præcepta contempſeris.

Cērnŭŭs, a. um. o. ſ. (ἐπικεκυφὼς) proprie inclinatus, quaſi qui terram cernat. Vergil. lib. 10. Erectoq́ꝫ incumbit cernuus armo. Vbi Seruius: Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem

ciem, quaſi in eam partem, quam cernimus. Vnde & pueri quos in ludis uidemus, ea parte qua cernunt ſtantes, cernui uocantur: ut, etiam Var. in ludis theatralibus docet.

Cērōſtrōtūm, ti. n. ſ. (κηρόστρωτον) pen. prod. compoſitum à κέρας cornu, & στρωτὸς ſtratus: et eſt picturæ genus, cum ex cornibus ramenta tinguntur uarijs coloribus, deinde uermiculatim ligno inſeruntur. Plinius lib. 11. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota, picturæ genere dicuntur. Proprie dicuntur ceroſtrota, cornibus ſtrata: ſicut lithoſtrota, lapidibus ſtrata.

Cērrūs, ri. f. ſ. αἰγίλωψ. genus arboris glādiferæ.

Cērtāmēn, inis. n. ſ. (ἀγὼν, ἆθλον) conflictus qui fit inter duos aut plures: ſiue (ut alij exponunt) res ipſa de qua certatur, ſcilicet uter columbam ſagitta feriat, uter prior decurrat ad metas: certatio uero eſt ipſe actus, contentióq; certantium. Certamen ſignificat etiam priuatam contentionem. Sall. Diu magnum inter mortales certamen fuit, ui ne corporis an uirtute animi, res militaris magis procederet. Certamina etiam in plurali numero dicuntur ludi & ſpectacula.

Cērtātim, aduerbium ſignificat ſingulariter unum cum altero, quiſque pro uiribus ſtudioſe inter ſe contendentes. φιλοτίμως. Vergilius lib. 8. Tunc lecti iuuenes certatim araq; ſacerdos.

Certatio, onis. f. t. contentio. Cice. pro Quint. Non fuit mihi par certatio cum illo.

Certè, & Cērtō, aduerbia affirmantis. Cic. de Finib. 3. Satis ne hoc concluſum uidetur? Certè. Teren. Hoc certò ſcio. Vide in Certus.

Cērtiſſo. as. certus fio. Pacu. Vocant cocos unde certiſſent.

Cērtitūdo, inis. f. t. à certus, unde certitudo, notæ ſignificatiōis. Græcè ἀσφάλεια, πληροφορία.

Cērto. as. n. p. (ἀγωνίζομαι) aliquando rei bellicæ conuenit: aliquando extra hanc ſignificationem eſt omni re contendo, & tam in bonam partem quàm in malam accipitur. Cum datiuo. Verg. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. Cum ablatiuo. Terent. Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Cum De: ut, Certare de agro, Liuius. Cum præpoſitione cum: ut, Curſu cum æqualibus certare. Salluſt. Cum præpo. Inter. Cicero: Officijs certemus inter nos. Cum aduerbijs mecum, tecum, ſecum. Plin. Iun. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. Inde certamen, & certatio. (ἀμφισβήτησις.) Hinc componuntur decerto, & incerto.

Cērtūs. a. um. o. ſ. ponitur pro claro & indubitato, ἀτρεκὴς, δῆλος. à cerno pro uideo, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata ſunt. Vnde, Facio te certiorem, dicimus: hoc eſt, declaro & affirmo tibi ita eſſe. δηλῶ, παραγγέλω. Gell. Certi ſumus non ignorare te, quid uena appellatur. Hinc fit incertus, dubius. Incerto. as. Certitudo. Interdum certus dicitur conſtitutus. Mart. O quàm certa fuit librato dextera ferro. Interdum diſcretus, ἀφωρισμένος. Cicero, Is enim cum certis alijs ad Cæſarem miſſus, paulò antè diſceſſerat. Sall. Apud latera certos locauit. Item certus, firmus, non uacillans. βέβαιος. Ouid. Da mihi quod petitur certo contingere telo. Hinc fit aduerbium certè, ἀμέλει, νὴ δία: quod cum affirmatiuum ſit, aliquando etiam pro ſaltem ponitur, (γοῦν, ἀλλὰ, ἀλλ' οὖν γε) Cic. Marcel. Victi ſumus igitur, aut ſi uinci dignitas non poteſt, certè fracti et abiecti. Si iungatur cū uerbo ſcio, uel ſimilibus, e in o mutari ſolet. Cicero: Et ſi certò σαφῶς ſcio.

Cēruārīūs, a. um. o. ſ. à ceruo: unde lupum ceruarium, à ſimilitudine dicimus, animal ex cerua uel lupo: aut lupa & ceruo genitum, ac miſtum: & ouem ceruariam, quæ pro ceruo immolari ſolebat. Ceruarium uenenum, Plinius libro. 27. cap. 11.

Cērūchūs, chi. m. ſ. (κεροῦχος) pen. prod. Latinè dicitur cornutus, poniturq; pro cornibus naualibus: id eſt, extremis antennis, quæ in utrūq; ueli latus diffunduntur, de quibus Verg. Cornua uelatarum obuertimus antennarū. Quidam ceruchos accipiunt pro cauea illa, quæ in faſtigio nauigij ſuſtollitur, effigie corniculata. Valer. Flac. 1. Argon. Temperet ut tremulos Zetes fraterq; ceruchos.

Cēruī, m. ſ. (ἔλαφοι) animalia, quòd magna cornua gerant, quaſi gerui: g in c mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων: hoc eſt à cornibus, quæ primum bimis oriuntur, ſimplicia quidem & recta ad ſubularū ſimilitudinem, quamobrē ſubulones

bulones per id tempus appellantur. Et cerui dicuntur furcæ, quæ ad caſæ ſuſtentationem figuntur, ad ſimilitudinem cornuum cerui. Vergil. Atq; humiles habitare caſas & figere ceruos.

Ceruinus. a. um. quod ad ceruum pertinet: ut, ceruinum cornu, Var. Ceruinus ſanguis Plin. Ceruinus color qualis eſt pellis cerui, uel caſtaneæ, Pallad. Ceruinus halitus, Martialis.

Ceruicale, & per apocopen Ceruical. lis. n.t. pen. pro. denominatiuum à ceruicibus: ſignificat ceruicis ſuſtentamentum, & munimentum. προσκεφάλαιον. Hoc enim inſtrumento delicatorum ceruices confouentur. Iuuen. Conducit comites ſellam ceruical amicas.

Ceruiſia, æ. f. p. decoctio ex fermentis & ſorbis confecta. ζύθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς. Bacchus illius author fertur. Verg. Et pocula læti, Fermenta atq; acidis imitatur uitea ſorbis.

Ceruix, icis. f. t. (ἰνίον) poſterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad ſpinam. Nam quæ anterior eſt, gula dicitur. Ceruicis hæc cōmoditas eſt, ut ad dextrā ſiniſtram' ue prorſum retrorſumq; uertatur. conſtat enim ex oſſibus orbiculatim uertebratis, ex quibus fit ad circunſpectum facilis. Hinc eſt, quòd qui nec flecti, nec cogi poſſunt, ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quaſi indomabilem ſiue inexorabilem, atq; contumacem, qui & ceruicoſus dicitur, ἀτενάμων. Cato, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio caldo lauito. Hinc ceruicula dimin.

Ceruſſa, ſæ. f. p. (ψιμμύθιον) pen. prod. plumbo in acuto aceto ſoluto comparatur. blyuuiſs. Vitruuius docet quomodo fiat, dicēs: Rhodij dolijs ſarmenta collocantes, aceto ſuffuſo ſupra ſarmenta collocant plumbeas maſſas, deinde ea operculis obturant ne ſpiramentū obturata emittant: poſt certum tempus aperientes, inueniunt è maſsis plumbeis ceruſſam. Ceruſſa uerò cum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur ſandracha. id aūt incendio factum ex caſu didicerūt homines, ex eo multū meliorē uſum præſtari, quàm quæ de metallis per ſe nata foditur.

Ceruſſatus. a. um. o. ſ. ut, Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris cōparandi gratia ceruſſa utuntur. Mart. li. 2. Ceruſſata timet Sabella ſolem.

Ceryx, cis. m. t. (κῆρυξ) Latinè præco & caduceator. Seneca ad Seremum: Non uis niſi conſul aut prytanis, aut ceryx, aut ſuffes adminiſtrare Rem. hoc eſt, caduceator & magiſtratus ad Rempublicam gerendam.

Ceſpes, itis. m. t. (βῶλος) eſt herba cum terra euulſa. Inde ceſpitare (παραφέρεσθαι) uerbum. Vide ſupra per æ diphthongum.

Ceſſatio, onis. f. t. mora. Cic. in Epiſt. Scribito tamen, ne furtū ceſſationis quæſiſſe uidearis.

Ceſſator, oris. m. t. qui tardat & moratur. Cic. ad Quintum fratrem, Ceſſator eſſe nolui.

Ceſsio, onis. f. t. Cicero Top. Aut in iure ceſsio.

Ceſsim ire, (ἀναχωρεῖν) ſignificat regredi, retrocedere. Iuſtin. lib. 2. Commiſſo prælio ite ceſſim, inhibete remos, & à bello diſcedite. Et apud legis conſultos tit. ad legem Aquiliā, Interdum ſuperius plauſtrū ceſsim ire cœpit. Fit autē à cedo: ſed cæſim, ſimplici ſ, à cædendo. id eſt feriendo, contrariū aduerbio pūctim. de hoc antea. Aliud eſt cæſim, de quo ſupra.

Ceſſo. as. n. p. (παύομαι) nihil ago, uaco, intermitto, deſiſto, finem facio, conquieſco, reſpiro, abſtineo, ab opere uaco. Verg. Et ſi quid ceſſare potes requieſce ſub umbra. Item ceſſare. ὀκνεῖν, ῥᾳθυμεῖν. tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Idem, Ceſſas in uota, precesq;: id eſt, tardus es in uota facienda. Terent. Eun. Paululum ſi ceſſaſſem Pythia domi nō offendiſſem, ita iam adornabat fugam. Et ceſſarē dicimus eos, quorum officium deſideramus. Gell. Amici iſti magnam in partem ceſſatores ſunt, (ὀκνηροί.) Huius compoſitū eſt conceſſo. Plaut. Poſtquam aurora eſt, nunquam conceſſauimus lauari aut fricari, aut ornari. Hinc ceſſator. oris. n. t. uerb. otioſus.

Ceſticulus. li. m. ſ. (κεστὸς μικρός) paruū cingulum.

Ceſtrum, ſtri. n. ſ. (κέστρον) inſtrumentum quo cælatur ebur. Alij putant eſſe genus teli Perſico bello inuenti. Iul. Pollux pro ſtimulo ſiue ſtylo accipit. Præterea ſphyrænā piſcem Attici ceſtrum uocant, Latinè ſudim appellatam, quia roſtratus ſit, & ſimilis balanæ. Habetur & herba κέστρον pro betonica, ſeu à uarietate remediorum & efficacia nomine impoſito. Plin. lib. 25. ca. 8. Sed & mugil piſcis ideo κεστρεὺς uidetur à Græcis appellatus, quia teli

modo

modo publica Athenienſium pœna intret adulteros. Vtrunque hoc genus miſsilis, quod Græci κέστρον uocant, noſtri uiriculum, illam & terebram uulgò ita dicimus.

Ceſtus Veneris. Vide in dict. Ceſtus.

Cētāriæ, loca iuxta mare ſtagnante lacu, in quibus thynni & alij huiuſmodi piſces capiuntur, & ſaliuntur. Plin. Carteiæ in cetarijs aſſuetus polypus exire, &c.

Cētārii. m. ſ. (κητοπῶλαι, ἰχθυοπῶλαι) dicuntur maiores piſces capientes, ſeu uendentes: dicti ab eo quòd cete in mari maiora ſunt piſcium genera. Colum. lib. 9. Salſamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euerruntur præberi conuenit.

Cetāriŭs. a. um. o. ſ. ut cetarij fines, ubi capiuntur cete. Plin. li. 31. ca. 8. Nunc è ſcombro piſce laudatiſsimum in finibus Carthaginis Spartiatæ, & cetarijs, ſociorum appellatur.

Cētră, æ. f. p. ſcutum breue loreum, & quo utuntur Aphri. & Hiſpani. Ver. Læuas cetra tegit. Hinc cetrati dicti ſunt milites cetris muniti, quos peltiſtas uocant, de quibus fit mentio apud Cæſarem & Liuium.

Cētŭs. ti. m. ſ. (κῆτος) ſine diph. piſcis marinus maximus in Atlantico mari. Dicitur & cete neutro genere, & numero plurali. Sunt autem cete maiores piſces, non ouum ſed animal gignentes, tantæ magnitudinis, quæ ſi quando ſupernatant fluctibus innare inſulas putes, montes altiſsimos ſummis ad cœlum uerticibus eminere. Hi etiam teſtudines marinæ dicuntur à diuo Hiero. in Epiſt. ad Præſidium.

Ceū aduerb. ſimilitudinis. id eſt uelut: quaſi magis eſt poëtarum, quàm oratorum, ſed quo multi & præſertim Plinius utuntur. Verg. 1. Aeneid. Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti Confligunt.

Cēuă, æ. f. p. genus uaccæ. Colum. lib. 16. cap. 24. Melius etiam in hos uſus alpinæ uaccæ probantur, quas eius regionis incolæ ceuas appellant, &c. Germani adhuc uocant Keu.

Cēuĕrĕ, n. ſ. (σκολοπρωκτιᾶν, σαλακωνίζειν, σαυλοπρωκτιᾶν, διαρρυγίζειν. Ariſtoph. in Auib. σκίνδειν) pen. prod. eſt clunes mouere, quod fit aut adulando, aut in re uenerea. & proprie de maribus dicitur, criſſare uero de mulieribus. Perſius: An Romule ceues?

C ANTE H.

Chălăsĭs, pen. cor. tunicæ genus, quod χάλασιν uocant à laxitate, uel (ut quidam dicunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica ſumitur.

Chălāză, æ. f. p. (χάλαζα) collectio ſub cute, bubonı & Aegyptiæ fabæ ſimilis, doloremſi tangatur afferens, à Latinis grando dicitur.

Chălāzĭās, (χαλαζίας) gemma quæ grandinum colorem & figuram habet adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chălcănthŭm, thi. n. ſ. (χάλκανθον) atramenti genus, à quadam æris ſimilitudine. Vulgò hoc à uitri ſimilitudine uitriolum nominant. Fit multis in locis, præcipuéq; in Hiſpania à puteis ſtagniſq; æs habentibus. Vide Plinium libro. 34. cap. 12.

Chălcĕutĭcē, es. f. t. (χαλκευτική) æraria fabrica. unde χαλκεὺς, faber ærarius, excuſorq; Latinè appellatur.

Chalcis, auis quædam.

Călcĭtēs, (χαλκίτης) lapis ærei coloris, ſed nigrioris. Plinius lib. 37. cap. 11.

Chălcĭdĭx, chalcidicis: uel Chalcides. dæ. lacertæ genus, quam alij ſepam uocant. Plin. lib. 29. cap. 5.

Chălcĭtĭs. tis. fœm. t. lapis ex quo ipſum æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12.

Chălcŭs, ci. m. ſ. genus numiſmatis, quod denariolum ualebat. Plin. li. 21. cap. 34. Eadem ſex obolos pondere efficit, obolus decē chalcos.

Chălcŏphōnŏs, (χαλκόφωνος) gemma quæ illiſa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. ca. 10.

Chălcŏſmărăgdŏs, (χαλκοσμάραγδος) gemma æneis uenis turbida. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chălĕpī, m. ſ. (χαλεποὶ) dicuntur duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt uerſus Vergilianus: Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Chălix, lapidis genus, ex quo deducitur ignis.

Chălybs, bis. m. t. χάλυψ. pro ipſa ferri materia. Ouid. lib. 4. Faſt. Aes erat in pretio, chalybis iam maſſa placebat. Quandoq; pro inſtrumento ex calybe facto. Verg. Vulnificuſq; chalybs. Lucan. Chalybem frenoſq; momordit.

Chămæcĕrăsī, (χαμαικέρασοι) breues cerasi. Sunt autē eius duo genera, ut ait Plin. lib. 16. ſcilicet ſylueſtris frutex, & Alexandrina. ut

n 3 intelligas

intelligas duo eſſe genera:alterum eſt chamædaphne, quam Latini laureolam appellant:alterum laurus Alexandrina.

Chămæāctē. ctes. f.t. genus ſambuci. Plinius lib.24.cap.8.

Chămæcўpărĭſsŏs, herba quæ ex riuo pota, contra uenena ſerpentiū omnium, ſcorpionumq́ pollet. Plin.lib.24.cap.15.

Chămæciſsŏs, (χαμαίκισσος) genus hederæ quæ nunquam ſe ab humo attollit. compoſita dictio ex χαμαὶ, quod eſt infimum, & κισσὸς hedera. Sic chamæplatani, uocātur humiles platani, & coactæ breuitatis.

Chămædăphnē, es.f.t. (χαμαιδάφνη) herba uulgò nota, aliter peruinca, quæ in longum creſcit, obuia quæq; uinciens ac peruinciens: folia habet lauro ſimilia, ideo chamædaphne: hoc eſt, parua laurus appellatur: florem facit uiolæ ſimilem. de hac Plin.lib.21.cap.11.

Chămædrăcōntēs, (χαμαιδράκοντες) genera ſerpentium.

Chămædrўs, yos. f.t. herba quæ Latinè triſſago dicitur, uulgò gamander, aliqui eam chamyropen, alij teucrion appellauere. Plin. lib.24. cap.15. Dicitur autē chamædrys quaſi humilis & terreſtris quercus. Dioſcorides lib.3.ca.111.

Chămælĕă, herba quæ ſimilitudinem foliorum oleæ habet. Plin.lib. 24.cap.15. Vulgus uocat cocum cnidium. Chămēlæă ſcribendum.

Chămælĕōn. onis. maſc.gen. cardui ſpecies. Pli. lib.22.cap.18. Carlinam uulgus uocat.

Chămælĕon. tis.m.f. (χαμαιλέων) quaſi paruus leo, animal eſt diuerſa uarietate conſperſum, ut pardus, & ad colores, quos uidet, conuerſione facilima uariatur. Naſcitur in India, figura & magnitudine lacertæ, niſi quod crura habet recta & excelſiora. Latera uentri iunguntur ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum ſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus, ungues adunci, motus tardior ut teſtudini, aſperſum corpus ut crocodilo, habet oculos corpori concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento, latet hyeme ut lacerta. Eſt & genus herbæ à foliorum uarietate. mutat enim cum terra colores, ad ſimilitudinē chamæleontis animalis. Hanc quidam buphonem uocant.

Chămælēucē, es.f.t. (χαμαιλεύκη) herba quæ tuſſilago dicitur: naſcitur circa fluuios, folio populi, ſed ampliore. Plinius lib.24.cap.15. Vulgus uocat ungulam caballinam. Barbarus populaginem, & bechion.

Chămæmēlŏn, li.n.ſ. (χαμαίμηλον) herba eſt uulgò nota ab odore mali ſic dicta, quam medici recentiores chamomillam barbare uocāt. Eſt etiam chamæmalum, Hermol.

Chămæmўrsĭnē, es. f.t. (χαμαιμυρσίνη) frutex ex quo ſcopæ fiunt, aliâs ruſcus. nonnulli ſylueſtrem myrtum uocant, ex quo fit oleum chamæmyrſinum. Vide Plin. lib.23. cap.9.

Chămæpĭtўs. tyos.f.t. herba quæ Latinè aiuga dicitur. Vide Plinium lib.24.cap.6. Pharmacopolæ Iuam uocant: alij cypreſſen.

Chămærēpēs, (χαμαιρῥῶπες) arbor eſt ſpecie dactylorum, quæ & in Creta & in Sicilia naſcitur, folio latiore ac molli, & ad uirilia utiliſsima, aliter Chamæriphes.

Chămætĕræ, quæ & chămætĕrĭdæ, f.p. (χαμαιτυπίδες) à Græcis dicuntur, humiles, & depreſſæ imagines: id eſt, ſeruæ & pediſſequæ χαμαὶ enim Græcorum aduerbium Latinè ſignificat humi.

Chămæzēlŏs, li.m.f. (χαμαίζηλος) herba eſt ab alijs tomentum dicta, cuius folia ita alba & mollia ſunt, ut planè uideantur tomentum, & pro tomento uſurpentur.

Chamelæa, uide Chamælea.

Chămēlŏpărdălis, lis.f.t. (καμηλοπάρδαλις) pen. cor. animal, cuius eſt ad magnitudinem chameli proceritas, color, pellisq́ pantheræ, maculis ueluti florentibus uariegata, poſtremæ infra aluum parteis humi ſubſident, ſicuti in leonibus uidemus. Humeri, pedesq́ priores, atq; item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix, chamelo caput ſimile, pedibus & cruribus boui. Melius citra aſpirationem ſcriberetur.

Chămēlŭs, li.c.f. (κάμηλος) per ſimplex l, quadrupes, quod crura prolixa, collum longum habet. Sitim ſuſtinet per triduū, ſed cum inuenit aquā tantum bibit, ut præteritæ et futuræ ſiti ſufficiat. Arabici bina in dorſo habēt tubercula. hos Dromedarios uocāt: ſingula Bactriani. Camelus, (κάμηλος) uero pro fune nautico quo

quo nautæ marinas anchoras ligant, generis maſculini eſt: ut apud Euangelium, Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem, &c. Melius ſine aſpiratione ſcribetur, ut ſuprà.

Chanona, næ. f. p. id eſt placenta.

Chăŏnĭdēs, (χαονίδαι) dicti ſunt lupi ceruarij.

Chăŏs, eos. n. t. (χάος) Heſiodus in Theog. omnium rerum initium uocat, quòd ante omneis deos deasq́ natum ſit: de quo & Orpheus initio Argonau. Alij appellant materiam cœli & terræ confuſam atq́ informem, quæ primum ex nihilo facta eſt, de qua poſtmodum omnia ſigillatim per ſpecies uarias formasq́ proprias prodierunt, de qua ſcriptura loquitur, Qui feciſti mundum de materia informi. Eſt autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione contractorum, hoc modo, τὸ χάος, τοῦ χάεος, καὶ χάει: & apud Latinos, Chaus, chai, chao, ſicut Priſcian. declinauit. Verg. li. 4. Geor. Atq́ chaos denſos diuûm narrabat amores. Ouid. lib. 14. Metam. Et noctem noctisq́ deos erebiq́ chaoq́. Dictum chaos à χέω fundo, quòd fuerit fuſio: id eſt confuſio elementorum omnium.

Chărăcātŭs, a. um. o. ſ. adiect. à Græco χάραξ. cis. uallum, & χαράττω ſculpo, fingo. ut uineæ characatæ, id eſt pedatæ, uallatæ. Col. lib. 6.

Chărăcĭās, æ. f. p. (χαρακίας) genus tithymalli, herba ramis digitali craſſitudine, cuius ſemen cum melle decoctum in uſu eſt ad catapotia, hoc eſt pillulas faciendas, ſoluendi alui gratia. Plin. lib. 26. cap. 8. Hanc medici corrupto uocabulo, cataputiam uocant. Alia quoq́ characias eſt (uulgò charancia) quæ ſepti modo in hortis feneſtrisq́ per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac ueteres nihil. Herm. corol.

Chărăctēr, eris. m. t. (χαρακτὴρ) Latinè dicitur ſignum, inſigne, ſiue figura & forma. Colum. lib. 11. cap. 1. Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Item character genus & figura dicendi. Cic. in Orat. Sed iam ipſa forma reſtat, et character ille qui dicitur.

Chărăctēriſmŏs, mi. m. ſ. χαρακτηρισμός. Latinè deſignatio: figura, qua orator uitas eorum de quibus loquitur, deformat, ut eſt apud Iuuen. Et caluo ſeruires Roma Neroni. id eſt Domit.

Chărădrĭŭs, drij. m. ſ. (χαραδριός) rupex, auis maritima, magna & ingluuioſa, quam accipientes icterici liberantur, ſi Suidæ creditur, cum Plin. de icterio aue hoc affirmet.

Chărĭentiſmŏs, mi. m. ſ. (χαριεντισμός) dici poteſt gratificatio. nam χαρίεν eſt gratum uel gratioſum. Figura eſt, cum dura dictu mitius & gratius proferuntur.

Chărĭs, tos. f. t. (χάρις) Latinè gratia, feſtiuitas, beneficium, munus. À quo chariſma (χάρισμα) in eadem ſignificatione.

Chariſius, eſt panis, ſeu (ut Suidas ait) placentulæ ſpecies.

Chărĭſtrŭm, ſtri. n. ſ. genus marmoris uiride. à χάρις gratia, quòd eius color gratus ſit aſpicientibus.

Chărĭſtĭă, (χαριστήρια) neut. gen. & numeri plur. feſta uocabantur, in quibus cognati conueniebant, & munera mutuò mittebant. Ouid. lib. Faſt. Proxima cognati dixere chariſtia. à χάρις gratia. Et χαριστία, Latinè etiam dicitur gratificatio. Valer. lib. 2. Conuiuium ſolenne maiores noſtri inſtituerunt, idq́ Euchariſtiam, (εὐχαριστίαν) appellauerunt.

Chărĭtās, atis. f. t. ἀγάπη. Latinè amor dicitur, à χάρις. Cic. de Amic. Primum ex ea charitate quæ eſt inter natos & parentes, quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. Eſt quidem charitas amoris ſpecies, quæ ad homines tantum ſpectat pro dignitate & qualitate perſonarũ: amor ad omnia. Nam maxima charitas debetur parẽtibus, proxima filijs, & deinceps reliquis.

Chărmăſy̆nŭm, ni. n. ſ. genus ſerici, ex eo quod aſpicienteis delectet. Vide Coccus.

Chărŏpŭs, pi. n. ſ. (χαροπός) pen. cor. Latinè amabilis, blandus, gratioſus dicitur: à χάρις, & ὄψ, ὀπὸς, aſpectus.

Chārtă, tæ. f. p. (χάρτης, ὁ) cum ch aſpirato. Eſt enim dictio Græca, & propriè fit ex papyro: apud Græcos pro eo poni cõſueuit quod nos librũ dicimus. Ouid. lib. 5. de Triſt. Nullus in hac charta uerſus amare docet. Ponitur quandoq́ pro folijs ſeu phyluris, in quib. ſcribimus, ſeu ſint papyraceæ, ſiue membranæ aut ex pergameno, aut ex alia materia. Quintil. Cum aperto codice chartas explicaret. Vnde Sueton in Nerone, Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit. À charta fiunt charteus, chartulanus, & chartaceus. a. um. ò ὁ χάρτης.

quod eſt ex charta. Vlpian. de leg. lib. 3. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, uel chartaceis, uel etiam eboreis, uel alterius materiæ. Item chartarius. a. um. à charta: ut chartariæ officinæ. Plin. lib. 18. ca. 10. Charta uirgo, quæ nunquam peperit, hoc eſt quæ nondum » transſcripta eſt, dicitur à Mart. Cuſtodit ipſe uirginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartæ, cum ex ijs exempla ſumuntur.

Chārtĭlāgo, (χόνδρος) pen. cor. *concauitas illa quæ eſt inter aures. Vide ſuprà Cartilago.*

Chārtŏphy̆lăcĭŭm, cij. n. ſ. (χαρτοφυλάκιον) *Latinè ſcrinium dicitur. Nam* φυλακὴ *cuſtodia,* φυλάσσω *cuſtodio.*

Chārtŭlă, læ. f. p. (χαρτίον) *diminutiuũ: Hieron. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.*

Chārŭs. ra. um. o. ſ. *ſignificat gratum & amore » deuinctum, iucundum, ſuauem* προσφιλῆ. *Verg. Chara deûm ſoboles. Cic. ad Quir. poſt redit. Mihi uerò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium uita ſunt mea chariores.*

Chāſmă. tis. n. t. (χάσμα) *Latinè hiatus, fiſſura, rictus, quoniam* χαίνω *ſignificat hio: unde* χάσμα. *Fit autem chaſma non ſolum in cœlo, ſed etiam in terra. unde ait Iureconſult. Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. Ammianus eleganti uocabulo chaſmaticum appellat terræ motum, quo patefactis ſubito uoratrinis terrarum partes per hiatum abſorbentur.*

Chēlă, f. p. (χηλαὶ) *ſcorpionum & cancrorum brachia, tamen Græcè* χηλὴ *dicitur ungula, » ſed ſciſſa, ut Theod. Gaza lib. 2. pædiæ Cyri. Verg. 1. Georg. Quâ locus Erigonen, inter chelas ꝑ ſequentes. Ambroſius de cancro loquẽs, Et periculoſum eſt inquit, ſi chelam eius includat. Item ſignum cœleſte, & dicitur prima pars ſcorpij.*

Chĕlĭdŏnĭă, æ. f. p. (χελιδόνιον) *herba, ab hirundinibus appellata, quæ Græcè* χελιδόνες *dicuntur. Eo enim auium genere adueniente naſcitur, & diſcedente extinguitur. Fertur etiam quòd hirundines reſtituant oculos pullis ſuis excæcatis ea herba. Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. Item Chelidonia uocatur Fauonius uentus, ab octauo Idus Martias flans, ab hirundinis uiſu. Chelidonia etiã eſt oculus Indicæ teſtudinis, qui eſt lapillus. Item genus ſerpentis ſeu aſpidis, ut Galenus author eſt.*

Chĕlōnē, es. f. t. (χελώνη) *à Latinis dicitur teſtudo.*

Chĕlōnĭă, *gẽma teſtudineo oculo ſimilis.*

Chĕlōnĭtĭdĕs, (χελωνιτίδες) *gemma ſimilis teſtudini, aureis quibuſdam guttis inſignis.*

Chelonium, nij. n. ſ. *tegumentum eſt teſtudinis animalis, quam tortuam uulgò uocant. Eius autem integumenti ſimilitudinem habent Chelonia. id eſt retinacula, quibus intra tigna ſucula retinetur.*

Chĕlydrŏs, dri. m. ſ. χέλυδρος. *teſtudo marina, quaſi cherſydros, quia in aquis & terris degit. Nam cherſum terram, hydros aquam dicimus. Eſt etiam ornatus quidam, quo donaban » tur mulieres. Iuuenalis, Donant arcana chelydros. Ita enim exponitur ab eruditis: quamuis nonnulli legant cylindros, cum cylindros aliud ſignificet.*

Chĕlȳs, yos. f. t. (χέλυς) *animal, teſtudo eſt propriè, ſed capitur pro cithara, ex qua Mercurius eam fecit,* ἀπὸ τῆς χελώνης. *Nam ex teſtudine prima facta eſt cithara à Mercurio, conſumpta iam carne, ſed ſuperſtitibus neruis. Propriè ergo chelys teſtudo, chelyon operimentum teſtudinis.*

Chemites, *ſepulchri ſpecies ebori ſimilis, in quo Darium conditum ferunt.*

Chēnălōpĕcēs, m. t. (χηναλώπεκες) *uulpanſeres, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni.*

Chēnĭſcŭs, ſci. m. ſ. χηνίσκος. *pars proræ, à qua dependent anchoræ, quæ carinæ ſit principiũ. Alij puppis faſtigium appellant. Dictus cheniſcus, quoniam anſeris caput nauium fabricatores ipſi faſtigio poſuerunt. Vel boni augurij gratia nauem anſeri aſſimulantes, cheniſcum appellauerunt, quòd undis more anſeris non madefacta ſupernatet. Apul. Et puppis intorta cheniſco.*

Chēnŏbŏſcĭŏn, ſcij. n. ſ. (χηνοβοσκίον) *locus ubi anſeres aluntur. nam* χὴν, χηνὸς, *anſer dicitur. Colum. lib. 8. cap. 14.*

Chēnŏmy̆chŏn, chi. n. ſ. *herba, ad cuius aſpectum expaueſcunt anſeres. Plin. lib. 21. cap. 11.*

Chēnŏpŭs, pi. m. ſ. (χηνόπους) *Latinè anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & herba, quæ habet effigiem anſerini pedis.*

Chēnotrŏ-

Chinotrŏphīă.orum.n.ſ.nātiū uolucrū auiaria.

Chentūrĭōnēs,cū aſpiratione ſcripſerūt antiqui.

Cheramides,genus lapilli pretioſi, qui (ut Strabo refert) in Mauritaniæ campeſtribus naſcitur.Plin.lib.37. cap.10.

Chĕrĭă,æ.f.p. raphani genus ſylueſtre,χέρα.

Chērsĭnă,æ.f.p.teſtudinis genus terreſtris.

Chĕrſydrŏs, dri. m. ſ. (χέρσυδρος) ſerpens qui tam in aquis, quàm in terris moratur. nam componitur ex χέρσος, terra: ὕδωρ aqua. quaſi uiuens in terra, & in aqua.

Chibis,herba eſt,quam alij ſcortanam uocant.

Chiliărchūs,chi.m.ſ.χιλίαρχος. qui præeſt mille hominibus. Sed in Romanis hiſtorijs pro tribuno militum ita ſemper accipitur,ut Demarchus,(δήμαρχος) pro tribuno plebis. nam authore Ioſepho, ordo in Romanorum militia hic erat, ut milites ad centuriones, illi ad tribunos, quos Græci chiliarchos uocant,mane conuenirent ſalutatum. Hecatontarchos,ſupra centum. Penteſiarchos,ſupra quinquagenos. Decarchus,ſuprà denos.

Chĭlĭăs.dis.f.t.(χιλιὰς) numerus qui mille continet. Chilia enim mille. Hinc chiliarchus, millenarius.

Chīlŏs,li.n.ſ.(χεῖλος) labrum. unde chilones,qui labra improbiora habent.

Chimaſtrum,ſtri.n.ſ. ueſtis hiberna. ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod eſt hyemare.

Chĭmæră,ræ.f.p.prima cor.(χίμαιρα)capella.

Chĭmĕrĭnŏs,ni.n.ſ.(χειμερινὸς) pen.cor.unus ex cæli circulis, qui capricornum contingit, in quo cum ſol eſt,dies breuiſsimi ſunt:& hyemalis interpretatur. Mart. Si daret autumnus mihi nomen Oporinos eſſem, Horrida ſi bruma ſidera Chimerinos.

Chĭrăgră,æ.f.p.(χειράγρα)pen.cor.manuum dolor. χεὶρ manus, ἄγρα irretitio. Martialis primam corripuit: Sed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt. Hinc chirager,& chiragricus, (χειραγρικὸς)qui chiragram habet.

Chĭrĭdōtă,æ.f.p.χειριδωτὰ.tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine macrochera dicitur. unde Scipio Gallo homini delicato obiectat, quòd cum chiridota tunica: id eſt,manicata accubuerit. Has ueſtes Plautus uocat manuleatas. Dicta eſt autem chirodota ἀπὸ τῶν χειρῶν: hoc.eſt, à manibus, quas promiſsiores habent. Hoc ueſtis genere utebātur Dalmatæ, quod hodie Dalmaſcū uocant. Inde Dalmaticus appellatur.Lampr.in Commodo,Dalmaticus in publicum proceſsit.

Chīrogrăphŭs,phi.m.ſ. & Chirographum. χειρόγραφον.eſt quod nos perſcripſimus in fidem alicuius. Aſcon.ſcribit chirographa dici, in quibus tantū quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoq; pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria uoluntate hominū ſcribi ſolet. Iuuen. Vana ſuperua cui dicunt chirographa ligni. Hinc chirographarius à Iureconſ. ponitur pro eo, qui ſuo chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice.

Chirogylius, lij.m. ſ.echinus terreſtris,ut eſt apud Leuiticum cap.11.

Chīrŏmăntīă, æ.f.p.χειρομαντία. in manibus diuinatio,quæ ex linearū,quæ in manibus ſunt, inſpectione fieri ſolet.à μαντεία καὶ χεὶρ.

Chīrōmĭŏn, panacis genus, ab inuentore Chirone centauro,folium lappato ſimile,flos aureus,radix parua.

Chīrōnĭă,æ.f.p.uitis,quam alij Bryoniā dicunt.

Chīrŏnŏmĭă,æ.f.p. χειρονομία. Quint. legem geſtus interpretatur: à χεὶρ manus, & νόμος lex. Sunt enim motus quidam præſcripti, quibus ſaltantes manibus utuntur: quod poſitum in Græcorum uſu fuit. Apud Rom. autem integris adhuc urbis moribus in ſolo theatro exercebatur,& maxime pyrrichia ſaltatio.

Chīrŏnŏmŭs,mi.m.ſ.χειρονόμος.& Chironomon. tis.qui manibus geſticulatur & ludit.unde & pro ſtructore ponitur à Iuuen. qui lege quadā manuum diuidit aues, & cætera eſculenta, cum inquit: Spectas Chironomanta uolanti.

Chīrŏthēcă.cæ.f.p.χειροθήκη.manuū uagina,quæ etiam manica dici ſolet. Cic.in Phil. Solet enim cito ipſe accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere.

Chīrŏthēſĭă,æ.f. p. χειροθεσία. manuū impoſitio.

Chīrūrgĭă,æ.f.p.(χειρουργία.)manuum operatio, quaſi manuū opus, eo quòd manibus hæc ars exerceatur. Cic.ad Atticum, Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Græcè chirurgice.ces.dicitur.

Chīrūrgŭs,gi. m. ſ. & chirurgicus. χειρουργὸς. χειρουργικὸς.medicus uulnerarius. Martia. Chirur

gus fuerat, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Chius, lapis colore nigro, igneus & inter carbunculos propter id à Theoph. numeratur.

Chlænă, næ. f. p. χλαῖνα. ſagum, quod ſuper alia portabatur, poſtea Læna dicta.

Chlămys. ydis. f. t. χλαμύς. propriè ueſtis militaris, pallio penè aduerſa, cũ breuior multo ac ſtrictior ſit. Plautus: Puer cape chlamydem, & da pallium. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Ureconſul. uero inter ueſtimenta puerilia numerant chlamydes. A chlamyde fit chlamydatus, (χλαμυδωτὸς) qui eſt chlamyde indutus. Plau. Pſeu. Quis hic homo chlamydatus eſt? Chlamydula diminut. Idem, Tu ſume chlamydulam.

Chlōriōn (χλώριων καὶ χλωριύς) auis genus apud Ariſtot. & Plinium lib. 10. Gaza uireonem reddidit.

Chlōris (χλωρίς) auicula, quam Gaza luteolam apud Ariſtotelem interpretatur.

Chŏă. æ. f. p. χοὰ. nomen eſt menſuræ, uel uas ubi reponuntur libamina.

Chober, grauis, ualidus, diues.

Chœnix. icis. f. p. χοῖνιξ. & Chœnica. æ. nomen menſuræ quoties ſextarius quater aſſumitur. Quidam dicunt eſſe menſuram diurnæ eſcæ: unde Pythagoreum ænigma eſt, Super chœnice non ſedendum. hoc eſt, non curandum de craſtino eſſe.

Chola, ſmaragdi genus in Arabia, & in ædificijs includitur. Plinius lib. 37. cap. 5.

Chŏlĕră. (χολέρα.) plurali numero, & choleræ, morbi genus eſt præcipitis, in quo & uomitus, & deiectio ſimul fiunt. Unde cholerici. χολερικοί. apud Celſum. Accipitur & pro bile, χολὴ. apud Lampridium.

Chŏliambi. m. ſ. χωλίαμβοι. uerſus ſunt, qui & ſcazontes dicũtur, dicti quaſi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt.

Chōmă. atis. χῶμα. n. t. Bud. Chomata ſunt aggeres qui terra aggeſta facti ſunt, quibusq; Nili aqua coërcetur. Ulpi. De extraord. crimin. lege. ſaccularij: In Aegypto qui chomata rũpit.

Chōndrŏs. χόνδρος. Latinè granũ thuris dicitur

Chŏrāgĭŭum. gij. n. ſ. χορηγία. generali uocabulo dicitur inſtrumentũ & cuiuslibet rei apparatus. Apul. li. 5. De aſin. Iam feralium nuptiarum miſerrimæ uirgini choragium ſtruitur. Feſt. Choragium eſt ſcenicum inſtrumẽtum, quo ſcilicet ſcena inſtruitur, & apparatur, cuius præfectus dicitur choragus (χορηγός) Plautus. in Perſa: Sed πόθεν ornamenta? To. Abs chorago ſumito. Dictum choragium à uerbo Græco χορηγῶ, quod eſt ſuppedito expenſas.

Chŏraulă. læ. f. p. χοραύλη. appellatur ars tibicinum.

Chŏraulēs. lis. m. t. (χοραύλης) à choro & tibijs dicti ſunt, qui modulantur ad choros, uel qui in choro fiſtulas inflant. χορὸς namque chorum & tripudiũ ſignificat: αὐλὸς uerò fiſtulam ſeu tibiam, quòd tibijs ad choreas cãnunt. Apuleius: Erat quidẽ iuuenis ſatis corpulentus, choraula doctiſ. Choraules monumentarij. ἐπιτάφιοι αὐληταὶ. ſunt tibicines, qui ad ſepulchra defunctorum canebant, quales priſci Siticinas uocant, qui apud ſitos. id eſt, defunctos canunt.

Chŏrdă. æ. f. p. Latinè funis. nam Græcum eſt χορδή. Dicitur etiam alio uocabulo fides, huius fidis. Cic. 3. de Ora. Nam uoces ut chordæ ſunt intentæ, quæ ad quenq; tactum reſpondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua.

Chordapſus: uide Cordapſus.

Chŏrdi agni, dicuntur qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in uoluis intimis. Varro lib. 2. de re Ruſt. cap. 1.

Chŏreă. æ. f. p. (χορεία) pen. indifferente, à χορεύω ſalto. Vergil. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.

Chŏriămbŭs. bi. m. ſ. (χορίαμβος) pes ex primà & ultima productis, duabus medijs breuibus ut filiolis. Dictus choriambus, quod iambicam deſinẽtiam habeat, & in choris apud Veteres celebratiſſimus extiterit.

Chŏriŭs. rij. m. ſ. χόριος. pes, qui alio nomine dicitur trochæus. Conſtat enim ex duabus ſyllabis, prima lõga & ſecunda breui, ut mūsă.

Chŏrŏbătēs. χοροβάτης. pen. cor. eſt regula longa circiter pedes XX. quæ habet tranſuerſaria. Vide Vitru. lib. 8. cap. 6.

Chŏrŏcĭthărĭſtæ. m. p. χοροκιθαρισταὶ. qui in choro citharizant: ſicut pſallocithariſtæ, qui pſallũt, id eſt, canunt ad citharam. Suet. in Dom.

Chŏrtŏs. χόρτος. gramen in commune ſignificat, ſed præcipue fœnum.

Chŏrŭs. ri. m. ſ. χορὸς. conuentum & multitudinem ſignificat, & ueluti coronam eorum, qui ad

ad ludos conueniunt, ſiue ſaltantium ſiue canentium. Nam multorum uocibus & concentu conſtat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconſ. li. 1. De legatis: Si chorus legetur, perinde eſt, ac quaſi ſinguli homines legati ſint. Et à χαρὰ (ſecundum Plato. lib. 2. de leg.) quæ eſt lætitia, deducitur. Feſtus à corona deriuat, habetq; primam cor. Verg. lib. 6. Veſcentes lætumq; choro Pæana canentes. Hinc Chorea, & choraules.

Chōrs, chortis. uide in dictione Cohors.

Choum, cælum: uide Cohum.

Chrēsis. χρῆσις. Latinè uſus dicitur. Vnde catachreſis, (κατάχρησις) abuſio.

Chrēſtōn, herba eſt, aliâs Cicorium appellata.

Chriă. æ. f. p. eſt commemoratio alicuius dicti uel facti, uel utriuſq; ſimul, celebrem habens demonſtrationem, ut Iſocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus uerò dulces. Dicta chria, quòd maximè ſit utilis & neceſſaria. χρεία enim, & uſum & neceſſitatem ſignificat.

Chriſis. is. f. t. χρίσις. Latinè unctio dicitur. Vnde chriſma unguentum, & Chriſtus unctus.

Chrōmătĭcŭs. a. um. o. ſ. χρωματικός. coloratus, qui nulla uerecundia colorem mutat.

Chrŏnĭcă. orum. τὰ χρονικὰ. generis neutri (non chronica. æ. ut indocti uſurpant) temporalia dicuntur, propriè annales: à χρόνος tempus. Vnde chroniſmos: id eſt, temporalitas. Synchronus, contemporaneus. Inuenitur et chronicus. a. um. Gel. li. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus têporibus floruiſſent Græci ſimul atq; Romani uiri Chronici, qui de temporibus ſcribunt.

Chrŏnŏs, (χρόνος) Latinè tempus dicitur. Cic. 2. De Natu. Deor. Saturnum eum eſſe uoluerunt, qui curſum & conuerſionem ſpaciorum ac temporum contineret: qui deus Græcè idipſum nomen habet. κρόνος enim dicitur, qui eſt idē quod χρόνος: id eſt, ſpaciū temporis.

Chrȳsălis. idis. f. t. χρυσαλίς. uermis genus, qui ab Ariſtot. xylotrophos uocatur.

Chryſei, ſtellæ radios aureos emittere apparentes.

Chrȳsēlectrŭs. a. um. o. ſ. χρυσήλεκτρος. in colorem lutei electri declinans.

Chryſendētŭm. ti. n. ſ. χρυσένδετον. pen. cor. dici poteſt auro ligatum. Mart. Si ridere potes miſeri chryſendeta Cinnæ.

Chrȳsītēs, (χρυσίτης) gemma eſt, quæ alio nomine philogynos dicitur, oſtreæ ſimilis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrȳsītĭs. idis. f. t. χρυσῖτις. auri ſpuma. Plinius lib. 33. capite 6.

Chrȳsŏăſpĭdæ. m. p. χρυσοάσπιδες. appellati ſunt milites à clypeis auro cælatis.

Chrȳsŏbērȳlli. f. ſ. χρυσοβήρυλλοι. berylli quidem pallidiores, ſed colorem aureum fulgore præ ſe ferentes. Eſt enim beryllus gemma proxima ſmaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chrȳsŏcōllă. læ. f. p. χρυσοκόλλα. humor qui in aurifodinis per uenas auri defluit, & craſſeſcente humore rigoribus hybernis, uſque in duritiam pumicis induratur, quæ ſubtiliſſimè contuſa, auri picturam præbet. Plinius ſcribit hæc lib. 33. capite 5. Chryſocollam terræ genus eſſe quidam dicūt, quam è Macedonia apportari, & illuc fodi, author eſt Vitru.

Chrȳsŏcŏmē. χρυσοκόμη. herba, de qua Plinius libro 21. capite 8.

Chrȳsŏcŏmŭs. mi. m. ſ. (χρυσοκόμης) penult. correpr. comas aureas habens, quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, qui comæ ſunt ſolis aureæ.

Chrȳsŏlāmpĭs, (χρυσόλαμπις) lapillus noctu ignei coloris, licet die palleſcat. Plinius, libro 37. capite. 10.

Chrȳsŏlĭthŭs. thi. f. ſ. χρυσόλιθος. pen. corr. lapis precioſus, aureo nitore tranſlucens. χρυσὸς. aurum, λίθος lapis, quaſi aureus lapis. Ouidius, Per iuga chryſolithi poſitæq; ex ordine gemmæ.

Chrȳsŏmāllŏn. m. ſ. χρυσόμαλλον. Græci appellant arietem illum, qui, ut eſt in fabulis, lanam auream habuit.

Chrȳsŏmēlă. orum. n. ſ. (χρυσόμηλα) ſunt poma aurea, quæ alio nomine dicuntur Armeniaca, quòd colorem aureum habeant. Columella libro 5. capite 10.

Chrȳsŏpăſtŭs. (χρυσόπαστος) lapis auro aſperſus, πάσσω enim ſpargo ſignificat. Plinius. libro 37. capite. 19.

Chrȳsŏprăsŭs. (χρυσόπρασος) penult. corep. lapis auro admiſtus & porri uiriditatem habens. nam πράσον ſignificat porrum. Vnde & Praſinus, pro uiridi.

Chrȳsŏs.

Chrȳsŏs, cum y. χρυσὸς. dicitur aurum, à quo multa deducuntur.

Chryſippea, herba eſt. Plin. lib. 26. cap. 9.

Chūs, (χοῦς) idem quod congius, qui ſexies capit ſextarium. Budæus uerò ſic: Chus, ſiue Choa, genus menſuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſiue cotylas Atticas duodecim.

Chymus (χυμὸς) humor, liquor, ſuccus, alimentum concoctum.

Chytră, æ. f. p. χύτρα. & Chytron, Latinè olla. inde chytropus. odis. olla quæ pedes habet, quæ Chytropoda, æ. dicitur. χυτρόπους. uel inſtrumētum ferreum, ſuper quod olla apud ignem collocatur, ut in ea cibi coquantur. Cato.

C ANTE I.

Cĭbālis. et hoc le. o. t. quod ad cibum pertinet, ſiue idem quod cibatus, (ἐδώδιμον) Var. Eſt enim lac omnium rerum quas cibali cauſa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum

Cĭbārĭŭm. rij. n. ſ. (ἔδεσμα) non ſignificat locum ubi reponuntur cibi, ſed ipſum cibum, & alimentum: ut, Cibaria miſit eis.

Cĭbārĭŭs. a. um. o. ſ. τρόφιμος. σιτικὸς. quod ad cibum pertinet, & non ſolum de pane ſordido, (αὐτόπυρος ἢ πιτυρίας) ſed etiam de alio indigno dicitur. Cic. lib. 1. Tuſcul. Cui cum peregrinanti in Aegyptum, comitibus non ſecutis, cibarius in capſa panis datus eſſet, nihil uiſum illo pane iucundius. Cibarium uinum, pro ignobili. Var. Potus meus uinum cibarium. Sic cibarius homo, ab eodem dicitur pro ſordido & plebeio. Ait enim tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus.

Cĭbātŭs, tus. m. q. idem ferè quod cibus. Plinius, Truncos quidem gratiſſimo in cibatu habēt.

Cĭbo. as. a. p. cibum inſero, alo, nutrio. σιτίζω. Colummel. lib. 9. Atq; ea genera quæ intra ſepta uillæ cibantur, ferè proſecuti ſumus.

Cĭbōrĭŭm, rij. (κιβώριον) genus pomorum Alexandrinorum Horatius lib. 2. Carmi. ode. 7. Obliuioſo leuia Maſſico ciborio exple. Acrō: Ciboria Alexandrina poma, quæ habent ſimilia colocaſij folia, in quorum ſimilitudinem facta pocula, eodem nomine appellantur: aut certè pro cibis poſuit, tanquam cibum poculis compenſaret. Ciborium quoque nunc dicitur ſtructura quædam altare cooperiens, qualia multa Romæ à ſummis pontificibus extructa fuere.

Cĭbŭs. bi. m. ſ. & Victus, (σιτίον, καὶ βίος) differunt ſecundum Donatum, quòd cibus etiam delicatis præbetur: uictus in paruis, aridiſq; alimonijs conſtitutus. Terent. Eun. Viden' otium & cibus quid faciat alienus?

Cĭcādă. dæ. f. p. τέττιξ. dicta eſt quaſi citò cadens Viuit enim rore & citò decidit. Cicada ex omnibus quæ uiuunt, ſine ore eſt, pro eo aculeatum quiddam in pectore habet linguæ ſimile, quo rorem lambit, & pectus ipſum fiſtuloſum quo uocem emittit. Cicadarum autem duo genera. Minores, quæ primæ proueniunt, & nouiſſime pereunt: & maiores, quæ canunt, uocantur achetæ. Vide Plin. li. 11. cap. 26.

Cĭcātrĭcōsŭs. a. um. o. ſ. cicatricibus plenus, οὐλώδης. Columel. De arb. cap. 11. Tum etiam uitis minus cicatricoſa fit.

Cĭcātrix, icis. f. t. (οὐλὴ) propriè eſt ſignum uulneris obducti, quaſi circa cutem, uel quaſi occæcatrix. Eſt enim calloſa caro pro cute inducta, ubi hiatus uulneris qui iam coiuit fuerat. Cic. 7. Phil. Luculentā ipſe plagā accepi, ut docet cicatrix. Vnde cicatrico. as. pen. corr. quod eſt cicatricem induco. ſic cicatrizo.

Cĭccŭm. ci. n. ſ. dicebant antiqui membranam tenuem, quæ eſt, ut in malo Punico diſcrimē. A quo etiam apud Næuium, Ciccum uenire uideo fermè iniuria. Hæc Var. de ling. Lat. Feſtus: Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum. Aliàs cicum, per c ſimplex. Vide Cicur.

Cĭcĕr. ris. n. t. ἐρέβινθος. genus leguminis. Plin. lib. 18. cap. 12. De leguminibus: Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine: ideo ſolum urit, nec niſi madefactum pridie ſe[r]i debet.

Cillere, mouere. unde furcillæ dictæ, quibus frumenta cillentur.

Cĭcērcŭlă. æ. f. p. (λάθυρον) diminut. quaſi minutum cicer, klein zyſer eruuys. Col. lib. 2. ca. 10. Cicercula, quæ piſo eſt ſimilis, menſe Ianuario, aut Februario ſeri debet, læto loco, cœlo humido.

Cĭcērcŭlŭm. li. n. ſ. genus ſinopidis. Plinius lib. 35. cap. 6

Cĭchōrēă. æ. f. p. & Cichoreum, κιχόριον. herba eſt, quam alio nomine intubum erraticum uocant.

cant. Plinius libro 20. cap. 8. Cichoreum refrigerat in cibo ſumptum.

Cici, (κίκι) herba eſt, quam alio nomine ricinum uocamus.

Cicina, næ. f. p. (νυκτικόραξ) auis nocturna. aliâs Cicuma. Gaza habet Cicumo.

Cicindŭlă, ſeu cicindellă. læ. f. p. (πυγολαμπὶς Ariſto.) genus muſcarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore, à Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam noctilucam, alij nitedulam uocant, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicitur: nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compreſſu obumbrata Significat & lichnum penſilem quem uulgò lampadem uocamus.

Cicinia, æ. f. p. parua & gracilis ſerpens in Italia, ferè ueneno carens. Videtur legendum Cæcilia.

Cicōniă, æ. f. p. auis quæ ſerpentibus pullos nutrit. πελαργὸς. Vide Plin. lib. 10. cap. 23. Iuuen. Saty. 14. Serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. Quo etiam nomine uocatur lignum roſtratum, quo è puteis hauriri aqua ſolet apud Hiſpanos: quod & ciconium, (κικώνιον) à nonnullis dicitur. Hiſpani telonem dicunt. Item ciconia menſuræ genus eſt. Colum. lib. 4.

Cicum, uide ciccum.

Cicŭr, is. o. t. (τιθασὸς) pen. prod. animal quod ex fera factum eſt manſuetum: ut aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari: id eſt, manſue fieri poteſt. Quod enim à fero diſcretum eſt, id cicur dicitur. Cic. 5. Tuſ. Earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas, immanes alias, queſdam autem circures, nonnullas abditas, terráq; tectas.

Cicŭro. as. a. p. (τιθασεύω) manſuefacio, uerbum uetus, quod alio uerbo dicitur exarmo.

Cicūtă, tæ. f. p. (κώνειον) pen. pro. herba uenenoſa, caule uiridi & geniculato, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibúsq; ramoſa, folijs coriandri tenuioribus, graui odoratu, ſemine aniſo craſsiori, radice cõcaua, nullius uſus. nam ſemini tantum & folijs refrigeratoria uis eſt. Vulgo ſchirling. Plin. 25. ca. 13. Seruius docet cicutam eſſe, quod eſt inter cannarum nodos. Vergil. Eſt mihi diſparibus ſeptem compactis cicutis Fiſtula.

Cidăris, ris. f. t. (κίδαρις) operimentũ quoddam eſt & ornamentum capitis, pen. cor. Quidam pileum regum Perſarum eſſe dicunt. Alij tiaram ſeu mitram: alij coronam, alij ſtrophium ſacerdotale. unde in Leuitico, Cidari quoq; texit caput.

Ciĕo. es. Cio. is, ambo ciui, citum faciunt, ſed à cieo. es. fit citum pen. cor. à cio uero producitur. Ouid. lib. 1. Metam. Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis. Et cieo quidem ſignificat excitare, commouere. ὁρμάω, κινέω. Verg. Cœlum terrámq; ciebo. Cio uero, uoco proprie. Proprie autem dixi, quoniam uocare aliquò modò mouere eſt, ſicut & mouere uocare, adeò ut alterum pro altero quandoq; ſumi poſſe uideatur. ut illud Verg. Miſſenum Aeolidem, quo nõ præſtantior alter Aere ciere uiros, Martémq; accendere cantu. Colum. li. 7. cio. is. poſuit pro cõmoueo. κινῶ. Nullo, inquit, tẽpore & minime æſtate utilius eſt, boues in curſum cõcitari: nam ea res cit aluũ. A cieo igitur promoueo, fit citus: id eſt, uelox. ταχὺς. & concitus, commotus: & percitus in furorem, iracundiámue motus. Cito. as. frequentatiuum, à quo concito, excito, incito, recito, ſuſcito, reſuſcito, exuſcito, oſcito, procito. Similiter cõcieo, & excieo, & ſi qua ſunt alia compoſita. Primum ſignificat cõmoueo. Liu. Galli, quos prædæ populationúmq; conciuerat ſpes. Secundum, foras moueo & excutio. A cio fit excio. Statius li. 4. Theb. Suus excit in arma Antiquam Tiryntha deus. Accio, ſiue arcio. Procio, prouoco, ſiue à longè uoco. Percio, pulſo, tango, percutio, & ualde commoueo. Concio, ſimul uoco, uel ſimul commoueo, congrego. Hinc concio. onis. Ex quibus etiam fiunt, concito, excito, procito, frequentatiua. Porrò quòd præterita & ſupina eadem amborum ſimplicium ſunt, itémq; compoſitorum, orta eſt non parua interpretandi ea uerba difficultas. Nam cito. as. frequentatiuum eſt amborum primitiuorum, cio & cieo: ideo aliquando uocito, aliquando frequenter moueo ſignificat. Pro uocito, ἐπάγομαι. Cic. in Verr. Act. 4. Citatur reus, cauſa agitur. Pro crebro moueo. Col. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur aluus, eóq; uitio pecus emacietur.

Cilĕo. es. lui. a. ſ. ſignificat moueo. unde & furcillæ,

furcillæ, quòd his frumenta cileantur: id eſt, moueantur.

Cilicium, cij. n. ſ. κιλίκιον, διφθέρα. à Cilicibus populis dictum eſt, apud quos (ut inquit Varro 2. de re Ruſt. cap. 11.) Cilicia primum confecta ſunt. Fiunt autem ex uillis hircorum atque caprarum, quæ adhibentur, ut Vegetius, inquit, ad excipiendum impetum ſagittarum. Aſcon. ſcribit cilicia tecta eſſe de pilis in caſtrorum uſum atque nautarum. Inde cilicina ueſtis.

Cilium. lij. n. ſ. (βλεφαρίς) folliculus ſuperior quo oculus integitur, quòd cillere mouere ſit: uel quaſi celium à celando, quòd oculum celet. Inde fit ſupercilium, extremus genæ ſuperioris ambitus, qui pilis obtegitur. Plin. lib. 11.

Cilliba. f. p. (κιλλίβαντες) pen. corr. menſæ rotundæ. Var. ſcribit cillibam menſam quadratam eſcariam, quæ nunc in caſtris à cibo cilliba dicta, poſtea rotunda facta. Hæc & cilibantum, à cylice poculo Græco: id eſt calice dicitur. Vide Cælium lib. 5. cap. 15.

Cilones. c. t. (φοξοί) dicti ſunt quorum capita oblonga & compreſſa ſunt, uel quibus fons eminentior eſt, ita ut à dextra ſiniſtraq; reciſa uideatur.

Cima. æ. f. tā primæ quàm tertiæ declinationis, (κύημα) herbarum ſummitas eſt. Plin. Et homini non minor rapaciorum gratia quàm cimarum. Columel. Frigoribus caules & ueri cimata mittit. Melius per y pſilon ſcribetur.

Cimacia, ſunt quæ in quadratura extāt per quatuor pedes: ſicut menſæ quadræ fieri ſolent.

Cimex. icis. m. t. uermiculus eſt odore fœdus, ex ligno naſcens chartiſq; & paleis. Mart. lib. 11. Nec toga, nec focus eſt, nec tulus cimice leſus.

Cimolia creta, (κιμωλία) ab inſula Cimolo, qua utuntur fullones in ueſtibus abluendis. Plinius lib. 34. cap. 17. Hanc nunc uulgus terram Saponariam uocat.

Cinabula, cunabula: Cynæ, cunæ. κύειν enim Græce parere dicitur, & eniti. Melius cynabula.

Cinædia, lapilli qui inueniuntur in cerebro piſcis eiuſdē nominis. Plin. lib. 37. ca. 10.

Cinædicus. a. um. o. ſ. (κιναιδικὸς) à cinædus. Plautus in Stich. Cantationem aliquam occipito cinædicam.

Cinædus, di. m. ſ. κίναιδος, καταπύγων, παιδοφθόρος. cum æ diph. puer ad patiendum aptus. à κινέω moueo, uel experior. αἰδοῖα, uerēda. Gel. Nihil intereſt quibus membris cinædi ſitis, poſterioribus an prioribus. Alij cinædos quaſi pudore uacuos appellant. κενὸς enim uacuus, αἰδὼς pudor. Alij interpretantur ſaltatores, uel pantomimos, ἀπὸ τ͂ κινεῖν, quòd libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate ſe exercerent. Cinædus etiam genus piſcis, de quo Plin. lib. 19.

Cincinni. m. ſ. (κίκιννοι) per duplex nn, à κίκι, ſpecie olei, ut quibuſdam uidetur: eoſq; duntaxat capillos ſignificant, qui ita intorti ſunt, ut oleo perfuſi madeſcant. Inde cincinnati dicuntur, qui ita capillos intortos & perfuſos habent. Martial. annulos uocat.

Cincticulus. li. m. ſ. (διαζωμάτιον) diminutiuum à cinctus, amiculi genus quod ferè ſub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. Plau. in Bacch. Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres.

Cinctus. us. m. q. (διάζωμα) à cingo, ſicut cingulum: genus tunicæ infra pectus aptatæ, Porphyr. in Hor. Verg. Cinctuq; Gabino. Varro de ling. Lat. Cinctus & cingulum à cingendo: alterum uiris, alterū mulieribus attributū.

Cinefactum. cti. n. ſ. in cinerem diſſolutum. τεφρωθέν. à cinefacio, quod eſt in cinerem reduco. σποδόω, τεφρόω. Lucil. lib. 5. Aduos horrifico cinefactum te prope cubet.

Ciner, et cinis, tam maſc. quàm fœm. gen. puluis in quem materia uſta redigitur. τέφρα. Cinis aſinina cum oleo ualet ſuper ſcrophulas. Inde fit cinereus. a. um. ut color cinereus. τεφρώδης. Colu. li. 2. ca. 2. Similiter cineraceus. a. um. quod eſt ex colore cineris. Plin. li. 31. Cinericius. a. um. ut panis ſubcinericius, qui coctus eſt ſub cinere. ἐγκρυφίας ἄρτος.

Ciniflones. c. t. à cinere dicti ſunt, & cinelones, & cinerarij, pro paraſitis, ab officio calamiſtrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos criſpabant. Hora. Cuſtodes lecticæ, ciniflones, paraſiti.

Cingo. is. xi. ctum. a. t. ζώννυμι. cocīgeo, & ablatiuum habet cum accuſat. Gell. Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus contra Gallum conſtitit. Per tranſlationem cingere ponitur pro circuire, & circumſepire. περιβάλλειν.

ναν, δορυφορεῖν. Liu.lib.1. Vrbem quam nondum munierat, cingere parat. Aliquando tamen accuſatiuo ſolo contentum eſt. Plinius, Cum eum ſaltum uenatores cinxiſſent. Dictū cingo, quaſi circumago. Huius compoſita ſunt: accingo, diſcingo, de quo in Accingo. Incinctus (ἄζωστος) Liu.lib.10. Intercingo. Plin. Præcingo, idē quod cingo. διαζώννυμι. Plautus, Bacch. Interdum præcingere, eſt præparare. παρασκευάζω. unde præcinctos. (εὐζώνους) ſtrenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus, apparatus bellicus, & expeditus. Ouidius, Hæc in procinctu carmina facta puta. Et procincta claſſis uocabatur, cum exercitus cinctus erat confeſtim pugnaturus. Recingo, retrocingo, uel pro ſimplici ponitur. Ouidius, Velantq́ caput, tunicasq́ recingunt. Succingo, ſubtus cingo, & ad cingulum alligo, cinctu ueſteis ita colligo, ut breuiores reddantur, fiamq́ ad agendum aliquid promptior. παρατῶ, ὑποζώννυμι. Cice. lib.12. Phil. Vnde & ſuccinctam orationem breuem dicimus: & ſuccinctè, breuiter. συντόμως. Hinc ſuccingulum, balteum dicimus. ζωνίον. & ſuccinctorium, ueſtis genus breuiſſime, quo uenter & uerenda teguntur, quod & ſemicinctium uocatur, quòd medium hominem cingat, id eſt ueſtiat.

Cingriæ, tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores eſſent ſubtilioribus tamen modis inſonabant.

Cingŭlă. æ.f.p. qua cinguntur iumenta (ζῶμα) Ouidius De remed. Et noua uelocem cingula lædat equum.

Cingŭlūm.li.n.ſ. (ζώνη) hominis cinctorium dicitur. Cic.in Somnio Scip. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam & circundatam cingulis. Quandoq́ pro annulo ponitur, quòd digitum circuit.

Cinnăbări.n.indecl. (κιννάβαρι) per duplex nn. Latinè cinnabaris, & cinnaber: ut piperi, nos piper. Plin.lib. 29. Et colore dilutum cinnabari clariorem fieri. Dioſc. cinnabarin, inquit, aliqui ſanguinem draconum eſſe dicunt. Venditur hodie magno pretio in officinis ſanguis draconis, cum ſyncerus eſt.

Cĭnnămōmŭm.mi.n.ſ (κιννάμωμον) frutetum in Aethiopia, quod ſitu breui naſcitur fiſtulæ duplo duorum cubitorum altitudine. Vide Plinium libro 8. capite 27.

Cinnămūm, mi.n.ſ. (κίνναμον) ſimilis eſt arbuſcula cum cinnamomo uel eadem eſt, quæ & cinnamomum: de qua Ouid.lib.3. Faſt. Cinnama tum primum captiuaq́ thura dediſti.

Cīnnără. æ.f.p: nomen herbæ, qua reſiſtit uenenatis pabulis ceruus. Plin. libro 8. cap.17. Quidam dicunt eam eſſe cardui ſpeciem. Vulgò articocalon, artichau.

Cīnnilīgiŭm, gij.n.ſ. quo noua nupta præcingebatur.

Cinnŭs, ni.m.ſ. per duplex nn, capillus dicitur. κρώβυλος. Plau. Tru. Tam ego iſtos fictos compoſitos, criſpos, cinnos tuos unguentatos uſq́ ex cerebro expellam. Propriè tamen cinnus eſt plurimorum commiſtio: nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur. κυκεών. Cice.lib.de Orat. Cinnus utriuſq́ particeps, uel utriuſq́, ſi uerū quærimus, expers. Vnde concinnus.a.um. & concinno.as. fiunt, de quibus alibi.

Cippŭs.pi.m.ſ. inſtrumentum ad colligandos pedes. Terra quoq; in tumulum congregata dicitur cippus, (στήλη) quandoque etiam ſepulchrum. Hora.in Serm. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat. Præterea cippus columnam ſignificat. Eſt etiam nomen uiri proprium de quo Valer.Max.lib.6.

Circā, (περὶ) præpoſitio eſt, quæ quandoq́ componitur, & poſt poſita inuenitur cum ablatiuo loco coniunctionis cauſalis. Verg. Quos circa capere antè dolis. Interdum poſtponitur circum, ut circumcirca, κύκλῳ. Sed cum præponitur ſignificat iuxta, & tam locum quàm numerum deſignat: ut, Circa forum uiſus eſt. &, Circa treis annos tecum māſi. Plin. lib. 9. cap. 18. Nec amplius quàm circa eum menſem uiſuntur. Ponitur aliquando aduerbialiter. Plinius, Quanta arte aranei cælant pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas circà graſſantes.

Circānă, auis dicitur quæ uolādo circuitū facit.

Circēĭŭm. ceij.n.ſ. herba quæ & mandragora dicitur. Vide Plin.lib.25.cap.13.

Circēnsēs ludi, (ἱπποδρομίαι) dicti ſunt, quòd in circo fierent. ſiue quaſi circum enſes. Nā ante facta ſpectacula, ut quidam aſtruunt, inter enſeis & flumina locis uirentibus agebant, & medio in loco munera ponebant. Equū

uerò

Digitized by Google

uerò iunctis curribus à circi carceribus diſcedentes, ex uno latere recurrentes, ad primam metam reducebantur. Nam circus oblongus in hemicycli ſpeciem deſinebat, ubi reuoluebantur equi.

Circenſe tomentum dicitur, quòd fit ex ſummitatibus arundinũ mollibus & lanæ ſimilibus. Mart. Tomentum conciſa palus circenſe uocatur, Hæc pro leuconio ſtramina pauper emit.

Circerus.ri. m.ſ. pen. prod. nauis Aſiana prægrandis, ut inquit Noni. Plaut. in Sti. Conſpicatus ſum interim circerum. Vide Cyrcerus.

Circino.as.n.p.pen.corr. rotundum facio περιάγω. Ouidius, Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.

Circinus.ni.m.ſ.pen.cor. inſtrumentum quo circuli uertendo deſignantur. διαβήτης. uulgò ſextus dicitur. Plinius, Omnia autem hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

Circiter, (περίπου, ὡς) à circa fit, idemq́ ſignificat & refertur modò ad tempus. Plaut. in Moſt. Redito huc circiter meridiem. Cice. ad Att. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Modò ad numerum. Plaut. in Mil. Illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium. Sal. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa. Modò ad locum, Plau. in Ciſtel. Loca hæc circiter excidit mihi. Circiter aduerbium. Cice. ad Att. Verum hæc in Arpinati ad ſextum circiter Idus Maias nõ defleamus.

Circites, penul. corr. circuli ex ære facti. Feſtus Eſt & genus olei apud Colum. lib. 5. cap. 8.

Circitores.m.t. περίπολοι. publici urbis cuſtodes.

Circus.ci.m.ſ. accipitris quoddam genus claudum altero pede. Plin. lib. 10. cap. 8.

Circueo, is. ablato m, pro circumeo, circuiui: à circum & eo is ire. n. q. περινοστεῖν. Cæſar, Equitum ſe partem ſequi, partem circuirier. Plaut. Illac per hortum circumiit clam. Vnde circumitio uel circuitio uerbalia: & circuitus.tus. περίοδος.

Circuitores.m.t. uigilarium recognitores. ἔφοδοι, ἐφοδεύοντες, περίπολοι Item ut docet Vlpianus uulgò appellantur, quibus ueſtiarij, uel lintearij dant ueſtem circunferendam uel diſtrahendam.

Circularis & hoc re.o.t. adiectiuum, quod ad circulum pertinet. κυκλικός.

Circulatim, aduerb. ſignificat per circulos, κατὰ κύκλους. Suet. Externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt.

Circulator, oris. m.t. ἀγύρτης, ἀπατεὼν, φιλοκερδὴς, ὀχλαγωγός.) cyclicus, circunforaneus, qui ſua carmina coronæ recitat, præſtigiator. Paul. Iureconſul. ff. de Extraordinarijs criminibus, In circulatores qui ſerpenteis circunferunt, & proponunt: ſi cui ob horum metum damnum datum eſt, pro modo admiſſi actio dabitur. Dictus circulator à circulo.

Circulatorius.a.um. quod ad circulatorem ſpectat. ἀγυρτικός. Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem ſpectantibus hoc eſt, ijs qui garrula quadã circulatorũ feſtiuitate gaudẽt

Circulatrix.icis.f.t. (φιλοκερδὴς) ea dicitur quæ lucri cauſſa urbem circuit, & ſaltando, alioue ludi genere, mercedulam aucupatur. Mart. lib. 10. Et fœda linguæ probra circulatricis.

Circulo.as.a. & circulor.aris.d.p. circundo. κυκλόω. Colum. lib. 12. Iſq; debebit antè circulari foſſula quæ repleatur lapidibus & calce. Seneca, Appion totam circulatus eſt Græciam. id eſt, obiuit omneis oras Græciæ. Circulantem per tranſlationem dixit Cice. de Clar. orat. pro in circulo caput circunferentẽ, quod indicium eſt auditoris oratori non auſcultantis, nec animum orationi aduertentis. Bud.

Circulus.li.m.ſ (κύκλος) & per ſyncopẽ circlus, paruus circus. Vnde circulus terræ, qui ſecũdum Eratoſthenem ducentis quinquaginta mille ſtadijs conſtat. Et per tranſlationẽ, Cic. 1. de Finib. inertes homines cum non habeãt ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari dixit, id eſt cœtus hominum in orbem collectorum, & inter ſe fabulantium: ſemicirculos, id eſt ſeſſiones colloquentium, capitaq́ cõferentium. Hæc Budæus.

Circum, (περὶ) propoſitio acuto accentu deſignatur in ultima, ne accuſatiuus à circus, uel aduerbium eſſe putetur. Hæc autem & componi ſolet & ſeparari. Separata locum tantũ ſignificat, ſicut & compoſita, ut circum theatrum. Quãdoq; loco aduerbij ponitur. Verg. Anne uides toto properari littore circũ? Componitur

ponitur

ponitur uerò cum dictionibus ab a incipientibus, ut circumago: c, ut circumcido: d, ut circunduco: e, ut circumeo: f, ut circunfluo: i, ut circumiacio. à quo circumiectus: l, ut circumlinio: m, ut circummunio: n, ut circumnaſcor: p, ut circumpono: q, ut circunquaq;: ſ, ut circunſcribo: t, ut circuntuli: u, ut circumuenio. Verum iuncta uocalibus integra ſcribi, ſed non proferri debet: ut, circumago, circumeo ſcribantur, ſed proferantur circuago, circueo. Si uerò iungatur cum c d f q t, mutatur m in n, ut circuncido, circundo, circunfero, circunquaq;, circuntuli. Cum alijs remanet m integra: ut, circumſcribo, circumuolo.

Circūmăgo, gis. a. t. ſignificat circunduco. περιάγω, περιάγομαι. Apuleius, Nudumq; hominem circum agens omnibus oſtendebat. Interdum inſequor. ἐλαύνω. Curt. Nec uulneratum & ferè ſeminecem circumagere deſtiterunt. Interdum retrouerto, conuerto. Plin. Cum circumactam anguſtiæ nō caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circūmcircā, compoſitum ex duabus præpoſitionibus, ſignificat ἀμφὶ, περὶ. ſiue ab omni parte: ut circumcirca proſpicere. Plaut. in Aulul. Occœpit ibi ſcalpurire ungulis Circūcirca.

Circūmmitto. περιΐημι. Liuius 4. ab Vrbe. Qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit.

Circūmmūnio, is. a. q. circumſepio, circumroboro. περιφράττω. Colum. lib. 3. Priuſquam pomarium conſtituas, quàm magnum habere uoles circummunito macerie aut foſſa.

Circūmnāſcŏr, (περιφύομαι.) Plinius libro 1. Lacus Sannacus in Aſia circumnaſcente abſynthio inficitur.

Circumpedes, m. t. ſerui erant. Cic. in Ver. 1. Circumpedes homines formoſi, & literati.

Circūmplectŏr, eris. c. t. amplector. περιλαμβάνομαι. Salluſt. Cum montem undiq; circumplexus obſideret.

Circūmſcribo. bis. a. t. ſignificat prout ſonat, id eſt περιγράφω, colligo, comprehendo, intra finem quendam complector, definio. Lactant. Cuius ſcientiæ ſummam breuiter circumſcribo, ut neq; religio ulla ſine ſapientia ſit, nec ulla ſine religione probanda ſapiētia. Per transl. eſt dolo in re contrahenda atq; commercijs aliquem bonis priuare: ut apud Senecam de eo qui fratrem circumſcripſit in diuiſione hæreditatis, cum ex altera parte matrem fratris, ex altera omnia bona poſuiſſet. Item decipere ſignificat. Plin. lib. 7. Vana mortalitas, & ad circumſcribendam ſeipſam ingenioſa.

Circūmſĕcŭs, pen. cor. ſignificat in circuitu à lateribus. Apul. li. 5. Quiq; circūſecus uenuntur.

Circūmſiſto. is. a. t. (περιΐστημι) pro circundo ponitur ſiue ad obtinendum, defendendum, ſeu offendendum circum me pono. Liu. lib. 1. Centuriones ad Metium circumſiſtunt. Verg. At feſſi tandem ciues infanda furentem Armati circumſiſtunt.

Circūmſpĕctŭs, a. um. o. ſ. qui in omnem partem circumſpectat: hoc eſt, prudens et ſagax eſt. πεφυλαγμένος, περιεσκεμμένος.

Circūmsŏnārĕ. a. p. Cic. 3. Off. Conducere arbitror talibus aures tuas uocibus circumſonare. id eſt indeſinenter audire.

Circūmſpĭcĭo. is. a. t. omnia oculis colluſtro. περισκοπῶ. Iuſtin. libro 1. Primo latebras circumſpicit. Hinc circumſpecto. as. frequent. διαπαπταίνω, κατασκοποῦμαι. Teren. Eun. Et properans uenit, neſcio quid circumſpectat. Significat quoq; admirari. Cicero, Vſq; eo ne te diligis, & magnifice circumſpicis? Item accuratè cōſiderare. Idem Fam. 1. Hic ego quantum humano conſilio efficere potui, circumſpectis rebus omnibus, rationibusq; ſubductis, ſummā feci cogitationum mearum omnium.

Circūmſpĭcŭŭs, componitur ex circum, & ſpicuus, & eum ſignificat qui circum aſpicitur. περίβλεπτος.

Circūmſto, as. n. p. circundo. κυκλόω. Verg. Circunſtant animæ dextra læuaq; frequentes. Hinc circumſtantiæ, (περιστάσεις) quæ in unaquaq; controuerſia quæri ſolent, & quaſi quæſtionem circumſtant. Vide in dictione Locus.

Circūmuādo. dis n. t. pen. prod. περιπολέω. Liuius De 2. bel. Maced. Repentè anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis, illinc arce capta, Barbaros circumuaſit.

Circūmuĕho. is. a. t. περιπλανάω. à quo frequent. circumuecto. as. quod eſt ſæpe circunfero. Verg. 3. Georg. Singula dum carptim circūuectamur amore.

Circūmuĕnĭo. is. a. q. idē quod circundo. κυκλόω.

Liu.lib.5. Vt & hoſtibus circumueniri ſe à tergo ratis, terror ac fuga inijceretur. Aliquando eſt circummunire: ut, omnibus neceſſitudinibus circunuentus. Salluſt. Aliquando decipere ſeu inſidijs inuoluere, πλονεκτέω, παραπρόομαι: tractum à uenatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire ſolet. Cic.lib.2. Off. Suum quiſque teneat, & neque tenuiores propter humilitatem circumueniantur. Aliquando opprimere: ut Liu. lib.1. fœnore circumuentam plebem dixit.

Circūmuŏlĭto, tas.n. p. περιπέτομαι. Huius proprius uſus eſt apud Verg.1. Geor. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. Colum. per translationem pro crebro uiſo, ſeu pro celeriter circundo uſus eſt.

Circūncēllĭōnēs.um.c.t. dicti ſunt qui circum cellas uagantur. ἀλῆται. Solent enim ire hac atque illac, nuſquam habentes ſedes.

Circūncīdo.is.a.t. circūſeco. περιτέμνω. Colum. lib.3. Corticem circuncidito, & materiem delibrato.

Circūncŏlo, lis.a.t.pen.cor. circumbabito. περιοικέω. Liu.lib.5. Sinum circuncolunt maris.

Circūncŏlūmnĭūm, nij.n.ſ. locus eſt circunquaque porticus habens, uel ſaltem à tribus lateribus, qualia fieri in ruſticis domibus ſolent. περιστύλιον.

Circūndo, das.a p.(περίειμι.) Cic. Catoni, Vallo & foſſa circundedi. Plaut. in Aſin. Circundato me brachijs, meumque collū circumplecte.

Circūnfĕro, fers.n.anom.pe. cor. circumporto, circunduco. περιφέρω. Salluſt. Fuere item ea tempeſtate, qui dicerent Catilinam, ſanguine uinum permiſtum, pateris circuntuliſſe. Per transl. ponitur pro purgare. Verg.li.6. Idē ter ſocios pura circūtulit unda Spargēs rore leui.

Circūnflĕxŭs, xi.m.ſ. undique flexus. περισπώμενος. inde accentus circunflexus, ex acuto & graui factus.

Circūnflŭo, is.n.t. abundo, circum aliquid fluo, decurro & concurro. περιῤῥέω. Cicero in Lael. Eſt circunfluere omnibus bonis copijs, atque in omni rerum abundantia uiuere. Plin. Id oppidum circunfluit amnis. Idem, Poſtquam uariæ undique gentes circunfluxere.

Circūnflŭŭs.a.um.o.ſ. quod circunfluit. περίῤῥοος. Claud. lib.1. Et aurato trahitur circunflua Ponto.

Circūnfŏrānĕă domus (περιφερὴς οἶκος.) apud Apuleium pro ea quæ mobilis & ambulatoria eſt, facilis ad circunferendum.

Circunforaneæ hoſtiæ dicuntur, non tam quæ circum fora, quàm quæ circū agros & urbeis in ambaruali ſacrificio circunferuntur: à circuferendo dictæ.

Circūnfŏrānī, ſeu Circunforanei, orum.m ſ. (ἀγύρται) qui emitantes & uenditantes circa fora crebro uerſari ſolent, quales nugatores, impoſtoresque, qui fucis & ſtrophis captant quæſtum. Cic. pro Cluent. Tum repentè Anconitanum quendā L. Clodiū pharmacopolam circunforaneū, qui caſu tū ueniſſet, aggreditur.

Circūnĭăcĕo.ces.cui.n.ſ. Liu. Quæque circuniacent Europæ, in ueſtra ſunt poteſtate.

Circūnĭcĭo.cis.ieci.iectum.a.t. à iacio compoſitum. περιβάλλω. Liu.3. bel. Maced. Poſtquam leuo latere nudato, circunijcere haſtas in uenientem ex tranſuerſo hoſtem conati ſunt. Circunijcere uallum, apud eundē, pro circunædificare. Vnde circuniectus.a.um. pro circunpoſitus: ut, Circuniecta urbi loca, Liu. Et circuniectus.us. Cic. de Nat. Qui terram tenero circuniectu amplectitur.

Circūnlĭno.nis.a. q. in præterito circunliui, uel circunleui, & circunlini, eſt circumcirca leuiter induco. Plin. Circunlini aluearia fimo bubulo utiliſsimum. Vnde circunlitio. onis. actus ipſe circunliniendi. Alij circunlitiones uocāt κονιάματα, ſiue politiones, cū operib. perfectis manus ultima admouetur. Pli. li.35. ca.11.

Circūnſĭdĕo.des.a.ſ. circunſedi, circunſeſſum, ſignificat contraſedere, circundare, obſidere. Liuius, In nos uiri armati eſtis, agite, dum ubi hic curiam circunſederitis.

Circŭs, ci.m.ſ.(κύκλος) omnis in gyrū ambitus: à circuo ſecundum Seruium. Mathematici definiunt eum figuram planam, una tantum lineæ contentam, in cuius medio punctus ſit, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, inter ſe ſint æquales. Circus. (κίρκος, Athenæus libro 13.) etiā dicitur locus muris ſeptus. Verg. lib. 5. Mediaque in ualle theatri circus erat. Dicitur aūt circus uel à circuitu, uel à Circe ſolis filia.

Cirnĕă.æ.f.p. uas uinarium. nam κιρνῶ miſceo ſignificat. Plau. in Amph. In'e impleuì cirneā.

Cirri.m.ſ.(βόστρυχοι. πλοκτάνη) à quibuſdam appellantur capilli contorti, ac perinde criſpati, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt. Ouidius, Cirris & à tonſo nomen ſortita capillo. Oſtreorum etiam capillamenta dicuntur cirri. Mart. li. 7. Et oſtreorum rapere liuidos cirros. Alij cirros capillos capitis attonſos putant, à κείρω attondeo, incido. Cato de lib. educādis, Itaq; Ambraciæ primum puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere ſolent. Inde Perſius cirratos uocat pueros, qui cum comam nutrirent, eam Veneri conſecrant detonſam.

Cirsōs, uocat Hippocrat. uarices. Ariſtotel. uerò ἰξίας.

Citācŭs, balſami genus, ſcabro aſpectu, incuruum, fructuoſum, odoratum.

Cis.(κὶς) genus uermiculi, qualis hordearius, triticeriusq; : à quo uermiculo pumex à Græcis (κισσηρὶς) dicitur, quod nihil aliud ferè quàm pertuſum eroſumq; ſignificat.

Cis & Citrā, præpoſit. (ἐντὸς ἐπὶ τάδε, ἐπὶ θάτερα δὲ) differunt, quod cis magis proprijs nominibus fluminum uel montium præponi ſolet, reliquis magis citra: ut cis Rhenum, cis Padum, cis alpes. ἐπὶ τάδε τῶν ἄλπεων. Citra cruorē, citra forum, citra templum. Et habet quidem cis, ſicut & citra contrariam ſignificationem de ultra. Nam hæ particulæ citra, intra, ultra, ut docet Gel. apud ueteres ſingularibus ſyllabis appellabātur cis & uls, dicebaturq; cis Tyberim, & uls Tyberim: mox dici cœptum eſt, citra Tyberim, & ultra Tyberim: & intra Calendas, citra Calendas. Componiq; poteſt & ſeparari: ut Ciſalpina Gallia, & cis Padum. Sciendum quòd quamuis cis habeat uim localem, per tranſlationem tamen, & in tempore, & in alijs rebus uti poſſumus: ut, Cis definitum tempus ueniſti: ſicut, ultra tempus à nobis datum ueniſti. Cis naturæ leges: hoc eſt, minus quàm patiuntur naturæ leges. Citra etiam quandoque pro ſine (χωρὶς) ponitur. Colum. In agricultura uoluntas facultasq; citra ſcientiam ſæpe magnam dominis afferunt iacturā. Quintil. lib. 1. Tum neque citra muſicen grammatice poteſt eſſe perfecta. Quandoque ponitur pro ante, ut citra Calendas: id eſt ante Calendas. Suet. in Auguſt. Fit autem citra à cis: à citra citer, citerior, citimus.

Cisiūm, uel ciſsium. ſij. n. ſ. δίτροχον. genus uehiculi biroti: à quo ciſiarij qui ciſium regunt. Cice. Ciſio celeriter ad urbem uectus, domum uenit capite inuoluto. Iureconſ. lib. 20. Digeſt. Si ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit uel occidit, puta ex locato eſſe in eum actionem.

Ciſsītēs, (κισσίτης) gemma eſt ad ſimilitudinem folij hederæ candicans. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ciſsӯbiūm, bij. n. ſ. ligneum poculum ex hedera. κισσύβιον. Meminerunt Theocrit. & Hom.

Ciſtă, æ. f. p. (κίστη) genus uaſis uiminei. Colum. lib. 12. ca. 52. Fit etiam ciſta ex aſſeribus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia uſui noſtro neceſſaria. Vulgò ein kiſt. Iuuenal. Nanque uetus Græcos ſeruabat ciſta libellos. Huius dimin. eſt ciſtula. Hinc aliud dimin. ciſtella: à quo ciſtellula. Ciſtifer. a. um. qui fert ciſtam. Martialis: Nupſiſti Gellia ciſtifero.

Ciſtērnă, æ. f. p. (δεξαμενὴ) locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos, ad imbres ſuſcipiendos. Vlpian. Ciſterna aquam uiuam non habet. Dicta ciſterna, quòd ſit cis: id eſt infra terram. Hinc ciſterninus. a. um. Colum. lib. 12. cap. 43.

Ciſtŏphŏrŭs, ri. m. ſ. numi ſpecies à Canephoris Palladis Atticæ uirginibus miniſtris dicti. Cice. Att. lib. 11. Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertia bis & uicies.

Citātŭs. a. ū. o. ſ. uocatus, προσκεκλημένος: celer, ὀξύς. Apul. Citato, non teſtudineo greſſu.

Citĕrĭă, æ. f. p. appellabatur effigies quædam, arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ ſolebat. Cato in M. Cælium: Quid ego cum illo diſertum amplius, quem ego denique credo in pompa uectitatum iri ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum?

Cĭthără. æ. f. p. (κιθάρα) pen. cor. inſtrumentum muſicum, alio nomine lyra appellatur, quam Hieronym. ſcribit effici in modum Δ literæ, cum chordis uigintiquatuor. Vide in dictione Pſalterium.

Cĭthăris. (κίθαρις) penult. corr. pileus, uel mitra pontificalis.

Citharista æ. m. p. qui citharam tantū pulſat, nō etiam accinit. Cicero 3. Verr. At etiam illum

Aſpendium citharistam, de quo ſæpe audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit.

Cithăriſtriă, æ. f. p. κιθαρίστρια. quæ cithara canit.

Cithărizo. as. n. p. (κιθαρίζω) cithara cano.

Cithărœdŭs, di. m. ſ. (κιθαρῳδὸς) qui cithara canit. Iuuenal. Accipis uxorem de qua citharœdus Echion. Hinc Citharœdicus. a. um. Sueton. in Ner. Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cĭtimŭs. a. um. o. ſ. pen. cor. ſuperlatiuum à cis, idem eſt quod ultimus, extremus. ἀκρότατος. Et citima uocantur, quæ cœlo proxima ſunt. ἐγγύτατα. Cic.

Cĭto. as. a. p. (προσκαλοῦμαι, προσφέρω) frequent. à cieo, quod eſt uoco, & modo eſt iudiciale uerbũ, pro in ius uocare, iubere adeſſe, & diem alicui dicere: modò uero extra forũ pro fidem authoritatemq́; alicuius obteſtari, & (ut nonnulli) allegare, ſiue (quod Latinis magis probatur) laudare ponitur. Cice. in Ver. 4. Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, citatus accuſator M. Pacilius neſcio quo caſu non reſpondit, non adfuit. De altera ſignificatione, idem de Natur. libro 1. Tu ipſe pauloantè cum tanquam ſenatum philoſophorũ citares, ſummos uiros deſipere dicebas. Huius compoſita ſunt, cõcito pen. cor. quod ſignificat ad iram prouoco. hinc cõcitatus, iratus. Gel. Erat enim aliquanto, concitatior. Incito, excito, ſuſcito, &c. quæ ſunt in dictione Cieo.

Citră, (ἐντὸς) præpoſitio. uide in dictione Cis.

Citrĕŭm. ci. n. ſ. ut Cloatius ſcribit, eſt Perſicum malum uenenis contrarium, quod tritum cum uino purgatiore bibentes ſeruat uiribus ſuis, μηδικὸν, περσικὸν, καὶ θρόμηλον. de quo Vergil. Felicis mali, quo non præſtantius ullum. Oppius lib. de Sylueſt. arbor. Eſt autem odoratiſſimum, ex quo interiectũ ueſti tineas necat.

Citrŏ, cum ultro. ἄνω καὶ κάτω.

Citrŭs. tri. f. ſ. (κίτρον) arbor nobiliſſima, quæ ſola apud Atlantem montem in Mauritania naſcitur: Romanis quondam gratiſſima. nam afferebatur ad ornamenta menſarum & lectulorum. Non multum creſcit, & folia maiora habet quàm laurus. Hinc Citreus. a. um. ut Citreæ menſæ. Dicitur & Citrum, neutro genere pro ligno.

Cittă. tæ. f. p. (κίττα) auis pica, quoniam (ut Galenus ait) terram auis illa mandat: aut quia colores habet ut pica, diſpares, ita grauidæ uarios appetunt cibos.

Cĭtŭs. a. um. o. ſ. celer. ὀξύς. quaſi citatus. Liu. 6. bel. Pun. Eques citus ab Roma uenit. Sall. Modò citus, modò tardus inceſſus eius. Hinc citior, citiſſimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quàm famam reor, citiſſimus omnium rediit. Citò, (ὀξέως, ταχέως) aduerbium, citius, citiſſime. Plaut. in Mil. Ite citò, iam ego uos aſſequor. Interdum citus quando habet pen. prod. ſignificat diuiſum, ut ait Seru. in 8. Aeneid. Vt eſt, inquit, in iure erecto, non cito. id eſt, in patrimonio uel hæreditate non diuiſa: Priſcianus uerò, à Cire quartæ coniugationis, excitum, concitum penul. prod. Ciere autem ſecundæ, pen. cor.

Ciuicŭs. a. um. (πολιτικὸς) pen. cor. idem quod ciuilis: ut ciuica corona, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus fuiſſet in prælio, teſtem uitæ dare ſolebat, ex fronde querna, quoniã cibus antiquiſſimus è quercu capi conſueuerat.

Ciuilis, & hoc ciuile. o. t. quod eſt ciuis, ſeu quod ad ciuem pertinet, πολιτικὸς: ut ciuilis mos, ciuile ius, ciuile odium, ciuile bellum, ciuilis homo, qui eſt peritus eorum quæ ad adminiſtrandam Rempub. pertinent.

Ciuilitās, atis. f. t. (τὸ πολιτικὸν) quaſi ciuilis mos, & accipitur pro moderatione quadam atque modeſtia, magis ciui hominiq́; politico, quam imperatori conueniente, quam in Auguſto fuiſſe ſcribit Sueton.

Ciuilitĕr, aduerb. Iuuena. Saty. 5. Poſcimus ut cœnes ciuiliter. id eſt, ut tibi ſit panis idem qui alijs conuiuijs, iiſdemq́; ferculis utaris, non ut more regio cœnes.

Ciuis. is. c. t. urbis colonus. πολίτης, ἀστός. à coëundo (ut Ciceroni probatur) quòd uinculo quodam ſocietatis in unum coëat cœtum, & ſub legibus uiuat.

Ciuitās. atis. f. t. (πόλις) proprie eſt collecta ciuiũ multitudo, ad iure uiuendum. Aliquando ciuitas dicitur ius ciuium. unde ciuitate donare. πολιτείαν διδόναι. Vſurpatiuè tamen dicitur urbs, hoc eſt, ipſa mœnia & ædificia.

C ANTE L.

CLăbŭlă, uel ut quædam habent exemplaria, clauola, ſciſſio lignorum, uel præſegmina, authore Nonio. Varr. 1. de re Ruſtica, capite 40.

Clādēs. dis. f. t. à calamis, quaſi calamides, hoc eſt calamitas: uel quaſi cades, à cadendo, ἥττα: uel à κλάω, quod eſt amputo, frāgo. Inde κλάσμα, fragmentum, & confractio.

Clām, (λάθρα, κρύφα) præpoſitio ſeparatiua eſt, & caſualibus tantum præponitur, ut clam patre egiſti. Quandoq; reperitur loco aduerbij poſita. Vergil. Clàm ferro incautum ſuperat ſecurus amorū. Sed oratores præpoſitionem potius accipiūt, ſiue iungatur ablatiuo, ut Priſcian. ſentit, ſiue accuſatiuo, ut Donat. opinatur, ut clam me profectus eſt: id eſt, me inſciente. λαθών με. Hinc cōpoſitum perclam, quod eſt ualde occultè.

Clāmārĕ, n. p. eſt uociferari. κράζειν. unde exclamatio. Plautus in Merc. Nec tolerant, ut æquum eſt patres: ſed clamant, indecēter obſtrepunt. Quandoq; uocare. φωνεῖν. Plaut. Plaudunt, partim clamitant me, ut reuertar. Huius compoſita ſunt: acclamo, conclamo: ut uaſa cōclamo. ἀνακράζειν σημαίνω. Item declamo, exclamo, inclamo, proclamo, reclamo, & ſucclamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmŏr, oris. m. t. uox quæ clamando fit. κραυγὴ βοή. & propriè calamorum ſonus, quaſi calamor. cum enim arundines uento agitātur, magnam uocem emittūt. Plin. in Epiſt. Turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul & oppreſſerat. Dicitur & clamos, ſicut arbos.

Clāmōsŭs. a. um. o. ſ. (κραυγαστικὸς) à nominatiuo clamos, quod clamore obſtrepit, uociferaturq;. Iuuen. Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo.

Clāncŭlūm, dimin. eſt à clam. λαθραίως, κρύβδην. Teren. in. Eun. Ad te patris penum omnem cōgerebam clanculum.

Clāndēſtīnō, aduerbium. κρύφα. Plaut. in Mil. Nam hoc negotij clandeſtinò ut agerem, mandatur mihi.

Clāndēſtīnŭs. a. um. o. ſ. penult. prod. occultus. κρυφαῖος. quaſi clàm de aſtu: hoc eſt urbe. Silius libro 7. Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.

Clāngo. is. xi. uel gui. n. t. (κλάζω) tuba cano, uel increpo.

Clāngŏr. oris. m. t. (κλαγγὴ) uox tubarum eſt. Verg. Clamorq; uirûm, clangorq; tubarum.

» Licet etiam dicatur de ſono anſerum, & aliarum rerum conſtrepentium. Colum. lib. 9. Anſer præcipuè ruſticis gratus eſt, quòd nec maximam curam poſcit, & ſolertiorem cuſtodiam præbet quàm canis. nam clangore prodit inſidiantem.

Clārĕo, es. ui. n. ſ. (διαλάμπω, φαίνομαι) clarus ſum, uel manifeſtus, ſeu notus ſum: ut, claret quòd mihi ſis inimicus. Turpil. in prima ſignificatione, Cuius aduentu hodie claret Cypros. Hinc fit compoſitum inclareo, quod eſt ualde clareo: à quo inclareſco, quod eſt ualde clarus fio, περιφαίνομαι.

Clārĭfico, as. a. p. clarum facio, illuſtro. δοξάζω. Plin. lib. 20. cap. 13. Alterum eſt nigrius, quod capitis uitia purgat, uiſum clarificat.

Clārĭgātĭo, onis. f. t. belli denunciatio. Accipitur & pro exactione numaria, maximè quæ principis uel Reipub. edicto conceditur. Liu. lib. 8.

Clārĭgo. as. a. p. pen. corr. clare repeto, bellum indico: à uocis claritate dictum, aut ἀπὸ τοῦ κλήρου, hoc eſt à ſorte. nam bellica ſorte inuadebant agros hoſtiles. unde κληρονόμοι dicuntur, qui iure ſortiuntur bona defuncti. Plin. lib. 22. Hac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatumq; mitterentur uſi. id eſt, res raptas clare repetitum.

Clārĭtās, atis. f. t. luciditas. σιλανότης. ut claritas ſolis. Plin. Claritatis tantæ eſt ueſper. Aliquādo excellentia & ſplendor. εὔκλεια. ut claritas generis, claritas rerum geſtarum. Interdum facilitas: ut, claritas orationis. Dicitur & Claritudo. Salluſt.

Clāro. as. a. p. clarum facio. Auſonius: Pollet Ariſtides ueteres qui clarat Athenas. Hinc Declaro. as. aui. atum.

Clārŭs. a. um. o. ſ. proprie dicitur quod eſt lucidum, non obſcurum: ut clara dies. αἴθριος, λαμπρός. Figurate tamen pro inſigni atq; excellenti accipitur, & eo qui ueluti fulgore quodam famæ reſplendet: qui & inclytus dicitur, quamuis plus ſit inclytus quàm clarus, propter in, quæ ibi auget. Plaut. in Trin. In occulto iacebis cum te maximè clarum uoles. Clarum etiam

pro aperto et manifeſto. σαφὴς. ſumitur: ut clarus ſermo, clara oratio. Terent. Dic clarè. A clarus fit compoſitum præclarus, quod eſt ualde clarus. Cic. O præclarum cuſtodem ouiũ, ut aiunt, lupum.

Claſſiārĭŭs. rij. m. ſ. idem eſt quod aſſiduus & diligens, quia omnium claſſium ciues ſemper parati erãt ad omnem Reipub. neceſsitatem, propter quod ab aſſidendo aſſidui dicebantur. Apul. Et laudum eius claſſiarius, atq; aſſiduus præco. Dicitur & claſſiarius cuſtos, exercitatorq; claſſis, uel is qui in claſſe pugnat. Cæſar. 3. bell. Ciuil. Itemq; per equites diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios inſtituit.

Claſſĭcŭs. a. um. o. ſ. quod eſt claſſis, uel quod ad claſſem pertinet. ναυτικὸς. ut claſſicum bellũ, bellum nauale. Propert. lib. 2. Et canerem Siculæ claſsica bella fugæ. Claſſici etiam dicebãtur præcones (κήρυκες) qui tuba uel cornu iuſſu magiſtratuum ex arce, uel circum muros populum ad comitium uocabãt, dicti à calando. id eſt uocãdo, ſiue à clangore. Vnde claſſica pro ipſis tubis. σάλπιγξ, σημαῖον, σημάντρον. Verg. lib. 7. Claſſica nanq; ſonant. Item claſſicum canere, (σημαίνειν τὴν ἔφοδον) ſignum dare, quo milites pugnã inibant: canere aũt receptui, (ἀνακαλεῖν) cũ reuocabantur.

Claſſis. is. f. t. æquiuocum eſt. ſignificat enim nauium multitudinẽ (στόλος) ἀπὸ τῶν κάλων, hoc eſt à lignis: quamuis abuſiue pro una tantum naui ponitur. Verg. lib. 6. Lyciæ ductorẽ claſſis Orontem. Significat & hominum collegia. τιμήματα. nam Liuius de Ser. Tullij rebus geſtis ſcribit urbem in quinq; claſſes diuiſam. Primæ igitur claſſis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. lib. 7. cap. 13.) centum & uiginti quinq; millia æris ampliuſ ue cenſi erant. Hinc etiam claſſici teſtes, qui & aſſidui, & locupletes, qui (ut inquit Feſtus) ſignandis teſtamentis adhibebantur, hoc eſt primæ claſſis homines, quaſi primæ authoritatis, & idonei ueritatis cenſores. Et metaphoricè claſſicos authores uocat Gellius, quaſi primæ notæ ſcriptores, Latinæq; elegãtiæ teſtes idoneos, cuiuſmodi ſunt Cicero, Cæſar, Salluſtius, Vergil. Ouidius, Horatius, T. Liuius. &c. Intra centum & uigintiquinq; millia cenſus, ſecunda claſsis. Et ſciendum, quod infra claſſem eſſe appellabantur ſecundæ claſſis, cæterorumq; omniũ claſſium, qui minore ſumma æris, quàm claſſici illi, cenſebãtur. Significat & claſſis, equitum ordines. Verg. Scio me Danais è claſſibus unũ. Vnde et claſſis procincta, (παρεσκευασμένη στόλος) dicitur exercitus inſtructus. Apud antiquos claſſes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus uocamus. Quintilianus quoque author eſt, à præceptoribus ſuis pueros in claſſes diſtributos, ordinemq; diſcendi ſecundum uires ingenij datum.

Clāthro. as. a. p. ſignificat clathris claudere. uulgò uergetteren. Vnde feneſtra clathrata, apud Plaut. Colum. lib. 9. Satis eſt autem uacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſq; tranſuerſis ita clathrare, ne ſpaciorum laxitas quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam.

Clāthrŭs, thri. m. ſ. & Clāthrŭm, utroq; modo dicitur. Sunt autem clathra, ligna quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimuſ ue: ut feneſtras, quæ uulgò ferratæ dicuntur. Græcè κλεῖθρον, à κλείω claudo. Horatius, Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clathros. Columella poſuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur: Hirpicem Varro appellat.

Clāuă, æ. f. p. fuſtis teres ad claui ſimilitudinem capitatus. ξύλον κορυνή, ῥόπαλον. Plinius De lino: Iterum deinde in filo politur, illiſum crebro in ſilice ex aqua, tectumq; rurſus tunditur clauis, ſemper iniuria melius.

Clāuārĭŭs, rij. m. ſ. appellatus eſt Suetonij pater, ab eo quod præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites diſpertiẽdo. Vnde Corn. Tacitus ſcribit, clauarium donatiui nomen eſſe.

Clāuātŭs. a. um. o. ſ. (ἡλωτὸς) quod eſt clauorum aculeis modo prominentibus circundatum. Vide clauus.

Clāudĕo. es. n. ſ. idem quod Claudico.

Clāudĭānă tonitrua, dicebantur quæ Claudius Pulcher inſtituit, ut in ludis poſt ſcenã factis, coniectus lapidum ita fieret, ut ueri tonitruũ ſpeciem repræſentaret.

Clāudĭco. as. are. n. p. altero tantum pede incedere, (χωλεύειν) uel alterum pedem infirmum, & inſtabilem, aut curtum habere, ac uacillare. Tranſlatè dicitur de omni eo, quod ſuis partibus rectum non eſt. Liu. 2. bel. Pun. Si altera parte claudicet Reſpub. malis cõſilijs, idem ac bonĳ

boni iuris & poteſtatis erit. Hinc claudicatio, uerbale. Colum. lib. 6. cap. 12. Sanguis demiſſus in pedes claudicationem affert. Et

Clāuditās, atis. f. t. (χωλεία) idē, hoc eſt ipſa claudicandi actio. Plin. Repulſu durioris materiæ claudìtatem illico affert.

Clāudō, is, ſi, ſum. a. t. includo. κλείω. Verg. libro 3. Georg. Aut intus clauſos ſecum ad præſepia ſeruant. Interdum ponitur pro circuire. περιλαμβάνειν. Idem: Claudite Nymphæ Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite ſaltus. Interdum pro obſiſtere, arcere, ut apud eundem libro 10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Interdum pro claudicare. Salluſt. Equi præ labore claudunt.

Clāudŭs, a, um. o. ſ. (χωλὸς) quaſi pedibus clauſus, id eſt impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribuſue uitiatis non poſſunt paſſus facere, nam eos claudunt. Plaut. in Aul. Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Clāuicŭlă, læ. f. p. κλειδίον diminut. à claui, uel à claua uirga. Dicitur quoq; clauicula, capreolus, ſiue pampinus in uite. Cic. de Seneɛt. Vitis quidem quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit fertur ad terrā: eadem ut ſe erigat clauiculis ſuis, quaſi manib. quicqd eſt nacta, cōplectitur.

Clāuicŭlārĭŭs, a, um. o. ſ. qui clauiculam. id eſt uirgam uel clauem gerit. κλειδοῦχος.

Clāuicŭlŭs, li. m. ſ. (γομφίον) diminut. à clauo. Significatur etiam hoc nomine capreolus in uite. ἕλιξ Græcè, & pampinus à noſtris dicitur.

Clāuicŭlātŭs, ἑλιγματώδης, ἑλικοειδής.

Clāuigĕr, uel clauigerus, a, um. o. ſ. κλειδοφόρος. Oui. Clauiger inuidit Vulcani occūbere prolē.

Clāuis, is. f. t. (κλεὶς) eſt qua oſtia, arculæ, & id genus multa & clauduntur, & aperiuntur: à clā, quòd quæ celare uolumus, hac claudere ſolcamus. Cato de re Ruſt. cap. 13. Seram uinariam unam, clauem torculario unam. Habet & clauim in accuſatiuo. Plau. in Moſt. Clauim mihi harunce ædium nunc iam iube efferri. Vnde conclauia, loca quæ ſub una eademq; claue clauſa ſunt: & conclauatus, locus una claue clauſus. Clauē Theodorus Samius primò monſtrauit: à qua faber clauicularius. κλειδοποιός.

Clāuſtrārĭŭs, rij. m. ſ. qui claues, & cætera ad claudendum opera facit. κλειθροποιός.

Clāuſtrinŭs, ni. m. ſ. pen. prod. qui clauſtri ianuæ præeſt. Et clauſtrinus, a, um. quod eſt clauſtri.

Clāuſtrŭm, ſtri. n. ſ. (κλεῖθρον) clauſura, ſiue quo aliquid clauditur. Plaut. in Curc. Nam ſonitū, & crepitum clauſtrorum audio. Verg. Portarum ingentia clauſtra. In plurali tam maſc. quàm neutri generis eſt. Apud antiquos cloſtra pro clauſtra dicebatur.

Clāusŭlă, læ. f. p. dicitur id quod claudit, & rei cuiuſq; pars extrema. Plin. lib. 11. cap. 45. Vngues qui clauſulæ neruorum ſummæ exiſtimā tur, omnibus his ſunt quibus & digiti. Sumitur item pro exitu alicuius rei, utputa fabulæ aut ſententiæ. Cice. pro Cælio: Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulæ, in quo cum clauſula nō inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur.

Clāusūră, ræ. f. p. (κλείδωσις) à clauſtro, ſiue à claudendo dicitur.

Clāuŭs, ui. m. ſ. (ἧλος) dictus eſt quòd claudat, figat, atq; contineat: à claudendo. nam ideo clauum figimus, ut claudat ſeu cōtineat aliquid. Cæſar 3. bel. Gall. Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis craſſitudine. Et clauus, nauis gubernaculum ſiue temo, quòd eam dirigat, rectamq; teneat. πηδάλιον. Cice. in Cat. Ille autem clauū tenens quietus ſedet in puppi. Item clauus genus tuberculi, quòd uulgò callus dicitur, rotunda ſpecie, coloris albi, fit in plantis digitiſq; pedum maximè: ſic appellatus, quia ita pungit, ut quaſi clauus ferreus infixus uideatur. Nam caro dureſcit in callum ſemper ferè pungentem. Fiunt & calloſa quædam in candido oculi tubercula, quæ claui nominantur oculorum. Arbores quoq; clauum huiuſmodi patiuntur, qui & fungus, & patella dicitur, ut inquit Plin. lib. 17. cap. 24. Idem ſcribit clauos innaſci natibus, & purgari ſucco pyxacanthi. Sunt & claui caligares, à caligis militaribus, quibus ſuffigebantur. Idem libro 9. capite 8. Præterea clauus eſt ueſtimenti genus, uelut quibuſdam clauis aureis diſtinctū: quòd & à palmarum ſimilitudine palmatum uocabatur, & à uerrucis clauo ſimilibus uerrucata ueſtis: quòd ſi latior ipſa ueſtis erat, laticlauus (πλατίσημος) dicebatur. Hac ſoli ſenatores & patritij induebantur. Horat. li. 1. Ser. Et latū demiſit pectore clauū. Hinc etiā

clauata dicuntur, ueſtimẽta clauis intexta, uel calceamenta clauis confixa. Et clauati ſocci, quòd ſola habeant clauis intertexta. Clauata uero ſunt ueſtimenta, etiam ſi non ex auro, ſed aut ex cocco, aut alijs coloribus clauos & uerrucas habeāt. Lamp. in Alex. Conuiuiũ neq; opimũ, neq; nimis parcũ, ſed nitoris ſummi fuit, ita tamẽ, ut pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata, aurata uero nunquã. Quæ aũt cũ auro, auroclauata dicuntur, & auroclauatæ ueſtes à textura aureorum clauorũ. Clauus annalis, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædiũ, per annos ſingulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Præclauum, ueſtis ante clauum texta. Afranius, Totum diem præclauum unum texere.

Clēmătĭs, idis. f. t. herba, quæ centunculus ab Italis dicitur. Plin. lib. 24. cap. 10. κληματίς.

Clēmēns. entis. o. t. lenis, mitis, manſuetus, humanus, qui remittit de eo, quod poſsit proſequi: quaſi colat mentem. Cic. 2. de Finibus. Et ſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdũ ſoleo ſubiraſci. Differt à placido, quòd clemẽs ſit circa rectè agentes, placidus circa delinquẽtes: & clementis eſt nullos lædere, placide arridere omnibus: clemens animo, placidus uultu. Teren. in Adelph. Ille ſuam ſemper egit uitam in ocio, in conuiuijs, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Hinc clementia, & aduerbiũ clementer: quibus contraria ſunt, inclementia, & inclementer.

Cleonymus, mi. m. ſ. ῥίψασπις. id eſt, deſertor ordinis, qui & abiecto clypeo fugit, dictus eſt. Vnde prouerbiũ, Cleonymo timidior, Ariſtophanes in Nubibus.

Clĕpo. is. ſi. tum. a. t. furor, furto ſurripio: tractũ à uerbo Græco κλέπτω. unde cleptũ, furto ſubtractum. Liu. Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, néue cui cleptum erit. Plautus, Rape, clepe, harpaga. Cic. de Repub. Nõ modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere diſcunt.

Clĕpſydră, dræ. f. p. κλεψύδρα. pen. cor. duo ſignificat, fontem ſcilicet, & horologium aquarium, horas aqua dimetiens. Eſt enim fons Athenis in arce illa Mineruæ quondã, nunc beatæ Mariæ uirgini conſecrata. Is per alueum ſubterraneum, latentemq; fluens ſtadia uiginti, ſurgit tandem in riuos ad uicum Phalericum. Erat præterea uas quoddam uitreum graciliter fiſtulatum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtenderet. Ad cuius etiam fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret: & ita horæ per aquæ diminutionem, quot eſſent, uideri poterant. Itaq; non abſurde, ſiue de fonte, ſiue de horologio accipias, clepſydra nominatur: ab aquæ furto quòd aquam aut celet, aut furetur. Conſimilia ſunt hoc tempore clepſydris uaſcula illa apud nos uſitatiſsima, quæ in medio inſtar duorum turbinum coarctantur: ex quibus puluiſculus per foramen minutum ſenſim delabitur ex parte ſuperiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Vulgò dicitur horologium puluiſculi.

Clērŏnŏmĭă. æ. f. p. (κληρονομία) hæreditas.

Clērŏnŏmŏs, mi. m. ſ. (κληρονόμος) hæres.

Clērŏs, ri. m. ſ. (κλῆρος) Latinè ſors, ſiue ſorte electus: inde cleri ſortiti, quia de ſorte ſunt domini: uel quia dominus ipſe ſors, id eſt, pars clericorum eſt. Clerus etiam uermiculus. πυραύστης. qui in pauimento naſcitur, ex quo creſcente uelut aranea obducitur alueo, & faui carie pereunt, ipſis ſcilicet cum fœtu putrefactis. Plinius lib. 11. cap. 19.

Clĭbānārĭŭs. rij. m. ſ. qui bene ferro & armis munitus certamen init. Nazarius in Panegyrico ad Conſtant. Operimento ferri equi atque homines obſepti, clibanarijs in exercitu nomen eſt. Dicti clibanarij, quoniam more teſtudinis arcuatis armis, quæ clibani forma eſt, utebantur.

Clībănŭs, ni. m. ſ. (κλίβανος) furnus: uel pectoris concauitas, per quam ſpiritus ultro citroq; cõmeat: à ſimilitudine furni. uel inſtrumentum, quo aliquid coquitur ſub teſta, quod ex ære, ſeu ferro fieri ſolet, ſæpe etiam opere figulino. Plin. lib. 19. Cortices quoq; decuſsi, clibanis & furnis præbent uſum. Vnde panis teſtaceus is dicitur apud nos, quem illi κλιβανίτην. Scribitur à nonnullis cum, υ, κρίβανος. de hoc & in dictione Furnus.

Clīdūchŭs. (κλειδοῦχος) ſignificat clauigerum.

Clĭēns, entis. c. t. (πελάτης, θεράποντες) qui ſub tutela alterius eſt, quaſi colens: quia dominũ honorare debet, & eſt correlatiuũ patroni. nam patronus defenſor cauſſæ eſt dictus, quaſi pa-

ter: cliens autem defenſione indigens: id eſt litigator, qui patronum colit & ſequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectius uim uocabuli intelligas, ſcito quemadmodum Budæus in Pand. ſcribit, moris fuiſſe apud antiquos, ut prouinciales & ſocij Populi Romani in clientelam ſeſe darent proceribus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant non modò publicè, ſed etiam priuatim, ijq́ue clientes eorum dicerentur, inter ſe uerò hoſpites. Ferebat autẽ id huiuſmodi neceſſitudo, ut clientes perpetuo patronorũ ſuorum patrocinio caput ac fortunas ſuas tuerentur, uiciſſimq́ue ipſi patronos ſuos omni obſeruantia atq́ue obſequio colerent, & uenerarentur. Huius diminutiuum eſt clientulus. Clientum ueteres pro clientẽ dixere. Et fœm. genere Clienta. æ. Plaut. in Mil. Habeo eccillam clientam meam, meretricem adoleſcentulam.

Clĭēntēlă, læ. f. p. (πελατεία) clientum, ſiue eorum multitudo, qui potentem aliquem ciuem principem ue, fauore, obſeruantia & obſequio proſequuntur, & cuius dignitatem factionemq́ue tutantur, ducti aliqua mercede uel beneficio. Cic. ad Att. lib. 14. Item clientela dicitur clientum officium erga patronos. Item clientum ſiue clientarum genus dicitur.

Clĭmă. atis. n. t. κλίμα. Græca dictio, quæ ſpacium amplum uel cœli, uel terræ ſignificat: quod etiam tractus dicitur. Vitruu. libro 1. cap. 1. Diſciplinam uerò medicinæ nouiſſe oportet propter inclinationes cœli, quæ Græci κλίματα dicunt.

Clĭmăctērĭcŭs. a. um. (κλιμακτηρικός) ſcalaris. Plin. lib. 12. Nat. hiſtoriæ, Climacteras nuncupauit legem ſcanſilem: Scanſili, inquit, annorũ lege occidua, quam climacteras appellant. Climactericum tempus, dubioſum dicitur: quoniam Chaldæi climacteras appellant pericula uitæ, fortunarumq́ue hominum, quæ fieri grauiſſima in ſeptenarijs dicuntur. Nam ſeptimum quenque annum periculoſum eſſe Cenſorinus autumat.

Clĭmāx, acis. f. t. (κλίμαξ) Latinè ſcala: & figura quæ dicitur Gradatio, ut apud Ouidium: Viderat hanc, uiſamq́ue cupit, potiturq́ue cupita.

Clĭnē, es. f. t. (κλίνη) Latinè lectus, lectica, menſa. unde ἑξάκλινος, thorus diſcubitorius qui ſex capiebat.

Clingo, ueteres pro cingo uſurparunt. à Græco κλείειν.

Clĭnĭcē. ces. f. t. medicina quæ uictu & pharmacis corporibus medetur. Aliqui clinicẽ in duas partes diuidũt: unam diæticen, quæ uictu medetur: alteram pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plin. lib. 29. cap. 1.

Clĭnĭcŭs, ci. m. ſ. (κλινικός) pen. cor. medicus qui curat medicamentis: dictus à lectis ægrotantiũ, quos frequentare ſolet, quaſi lecticularius. Martial. Sotæ filia clinici. id eſt medici. Dicuntur & clinici qui ita morbo affecti ſunt, ut ſurgere è lecto non poſſint, nullaq́ue amplius de eorum ſalute ſpes eſt.

Clĭnĭdĭŏn, dij. n. ſ. (κλινίδιον) lectulus.

Clĭnŏpŏdĭŏn, (κλινοπόδιον) herba quædam, quæ ſpeciem lectipedum præbet, ut inquit Plin. lib. 24. cap. 15.

Clino. as. a. p. (κλίνω) Græcum eſt, & ſignificat inclino. & licet non ſit in uſu, eius tamen compoſita uſurpantur, quæ ſunt: acclino, declino, inclino, & reclino, pen. prod. Verg. lib. 12. Defigunt telluri haſtas, & ſcuta reclinant.

Clĭnŏpălē. les. f. t. (κλινοπάλη) palæſtra lecti dicitur. κλίνη Græcè lectus, πάλη palæſtra, ſiue lucta. Suet. in Domi. Aſſiduitatem cõcubitus uelut exercitationis genus clinopalen uocabat.

Clĭſĭs, ios. uel. is. f. t. (κλίσις) declinatio.

Clĭtēllæ. arum. f. p. dicuntur quibus ſarcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis portantur, qui uulgò baſti uocantur. ἀνάφορα, ἐπισάγματα, ἀστράβαι, σαθμάρια. Horat. in Saty. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Item locus Romæ propter ſimilitudinem, & in uia Flaminia loca quædã deuexa ſubinde, & accliua: quò etiã nomine appellatur quoddã tormenti genus.

Clĭtēllārĭŭs, rij. m. ſ. qui clitellis utitur. ἐπισαγ[illegible], σκευοφόρος. Vnde clitellarij muli dicũtur, qui neq́ue ephippiati ſunt, neque deſultorij: nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, ſed clitellati ferunt onera. Plaut. in Moſt. Muliones mulos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios: magni ſunt oneris quicquid imponas uehunt.

Clĭuĭă auſpicia, (ἀνάντη) quæ aliquid (inquit Feſtus) fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur cliuia. Vnde,

Clĭuŭs, ui. m. ſ. (γήλοφον.) qui eſt locus molliter arduus.

arduus, & pro colle ponitur. Cic. ad Att. lib. 2. Quem ego in cliuo capitolino te ſignifero à principe collocaram. Huius cōpoſita poſſunt eſſe tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis: ut accliuus. a. um. & accliuis, & hoc accliue: decliuus & decliuis: procliuis, quæ habent pe. prod. Dictus cliuus à clino pro inclino. Val. libro 4. cap. 43. Martialis, Debet Aricine conuiua recumbere cliuo.

Cliuŭlŭs. li. diminutiuum à cliuus.

Cliuōsŭs. a. um. o. ſ. adiect. ut cliuoſa loca. Columella De arboribus cap. 4.

Clŏācæ, f. p. (ἀφεδρῶνες) pen. prod. à cloacare, ſiue à colluendo quaſi collucæ. Fiſtulæ quoque foſſæ, ubi & uiæ illæ ſubterraneæ parietibus in modum aquæductuum munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra urbem uel fluuium dilabuntur, cloacæ dicuntur, (ὀχετοὶ) quòd urbem immundicijs purgent: à Clodio Albanorum duce dictæ.

Clŏācālis. & hoc le. o. t. Cato dixit flumen, pro cloacarum omnium colluuie.

Clŏācārĕ. μολύνω. inquinare. unde cloaca.

Clōſtĕr. κλωστὴρ. Latinè filum, uel nexus.

Clōſtrŭm, idem quod clauſtrum. Cato de re Ruſtica, cap. 13. Trullas ligneas duas, claues cum cloſtris.

Clūde. is. a. t. (κλείω) idem quod claudo, quo ueteres utebantur. Mart. libro 11. Sed mors uocis iter properauit cludere blandæ. Huius compoſita magis ſunt in uſu, accludo, concludo, circuncludo, excludo, includo, intercludo, intrrocludo, occludo, (Plaut. Occluſit oſtium ancillæ) præcludo, antecludo. Recludo, aperio. Vergil. Veteres tellure recludit Theſauros. Secludo, ſeorſum claudo. Subtercludo, quæ habent pen. prod.

Clŭĕo. es. ere. n. ſ. perhiberi, putari, nominari. Plaut. in Trin. Ita ſis ut nomen cluet. Idem in Epid. Senatui, qui columen cluent. id eſt, habētur, & reputantur columnæ ſenatus. Cice. De claris ora. Tum duo Cæpiones multum cluentes conſilio & lingua, plus autoritate tamen & gratia ſubleuabant. Cluere etiam pugnare ſignificat. Plin. lib. 15. cap. 29.

Clūmǣ. arum. f. p. (ἔλυτρα, ἄχυρα) ſunt folliculi hordei. Feſtus. Melius Glumæ. uide infrà.

Clūnācŭlŭm, culter ſanguinarius: quòd ad clunes dependeat, uel quia clunes beſtiarum diuidas. Vulgo ein uueydner.

Clūnēs. ium. (πυγαὶ) nates ſiue natiū tumor: tam maſcul. quàm fœminini generis. Iuue. Tremulo deſcendunt clunæ puellæ. Hora. Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix. Ab hoc ſimias clunes appellatas uolunt, quòd clunes tritas gerant. Huius dimin. eſt clunicula. Gellius.

Clŭpĕă, piſculi nomen de quo Plin. lib. 9. cap. 15.

Clūſmĭŭm, ni. n. ſ. far candoris nitidi. Colum. lib. 2. cap. 6. Martial. Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas.

Clўpĕŭs, ei. m. ſ. & Clypeum, ſiue Clupeus, y in u conuerſa, dicitur. Sunt autem propriè clypei ſcuta maiora: & tantum peditum, ſicuti ſcuta equitum, Seruio authore. Liu. li. 6. Clypeis ante Romani uſi ſunt, deinde poſtquam ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere. Dicti clypei, quòd celent totum corpus: uel à clepere, quod eſt furari ab ictibus: uel ἀπὸ τοῦ γλύφειν: hoc eſt, ſculpendo, cælandoq́ deduxit, ita ut dicatur clypeus quaſi γλυπτὸς. id eſt ſculptus, g in c mutata. Scutis enim qualibus pugnatum eſt apud Troiam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum. Hinc Clypeatus, clypeo munitus. Plaut. in Curc.

Clўſmŭs. mi. m. ſ. κλυσμός. Latinè purgatio ſiue lotio dicitur.

Clўſtĕr. eris. m. t. κλυστὴρ. pen. prod. quod & clўſtĕrĭŭm dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod eſt abluere. nam clyſtere aluum ægrotantium lauare ſeu purgare ſolemus. Macer huius nominis pe. corripit, Appoſitus digitis aut intus clyſtere fuſus.

C ANTE O.

CNidĭŭm oleum, quod fit è grano cnidi.

Cŏăcēſco. ſcis. n. t. ex con & aceſco, ſed n abijcitur, ſignificat ſimul ſeu totum acidum fieri, συνοξύζω. Cicero in Cato. Vt enim non omne uinum, ſic non omnis ætas naturæ uetuſtate coaceſcit.

Cŏætānĕŭs. a. um. o. ſ. eiuſdem ætatis: quod dicitur & coæuus: ab ætate illud, hoc ab æuo. Græcè ἡλικιώτης.

Coæuus. a. um. æqualis, cum aliquo ætate conuictus. Cicero in Vat. Nunquam puer, aut adoleſcens inter coæuos fueras?

Cŏăgmentă, orum. n. ſ. coniunctiones arctæ & com

compares, à cogendo: id eſt, ſtringendo.

Cōāgmento. as. a p. coniungo, & compares coniunctiones cogo ac ſtringo. συνίστημι, συναρμόζω, καταρτίζω. Cicero in Catilinam: Viuendi finis eſt optimus cum integra mente, certisq; ſenſibus, opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Plinius paſſiuum protulit: Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatam ueſtitis.

Cōāgŭlo. as. aui. atum. a. p. cogo, conſtringo. πήγνυμι. Gellius, Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur, coagulaturq;.

Cōāgŭlūm, li. n. ſ. à cogendo. id eſt, colligendo, ſiue ſtringendo, dicitur ea pars uiſcerum, qua ad denſandum lac utimur. πυτία. Tibul. Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte. Per metaphoram, quicquid denſat ac coniungit, coagulum dicitur. Gellius, Vinculum illud coagulũ animi atq; amoris.

Cŏāleſco, ſcit, coalui, n. t. concreſco. συνίσταμαι, συμφύομαι. Colum. De arbor. Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus oliuæ. Saluſtius, Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alij alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt, quàm facile coaluerunt.

Coanguſto. as. a. p. idem quod coarcto. Cicero de leg. Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coanguſtari etiam poteſt.

Cōārctārĕ. a. p. comprimere, intro cohibere. Cic. 1. de Orato. Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, ut Craſſus hæc quæ coarctauit & per anguſtè referſit in oratione ſua, dilatet nobis atque explicet. Hinc coarctatio, cohibitio, & compreſſio undiq; circunfuſa.

Cōāſſo. as. n. p. per duplex ſſ, quod & coaxo dicitur, pro contabulo. σανιδόω. unde coaxatio. (σανίδωσις) contabulatio: ab axibus. nam aſſeres tabulæ non ſunt, (Vitru.) ſed craſſior & anguſta in modum paruæ trabis materia: ab aſſidendo parietibus atque tignis appellati, ut inquit Feſtus. Eſt & coaxare, proprium uocis ranarum, κοάζειν. Ariſtophanes ἐν βατράχοις Διονύσου, βρεκεκεκὲξ, κοὰξ, κοάξ.

Cōccētūm, ti. n. ſ. genus edulij ex melle & papauere factum: ſic dictum, quòd ad ignem coquatur.

Cōccĕūs, ſiue coccineus. a. um. idem ſignificant. id eſt. πολυχοβαφής, κόκκινος: ut coccinei acini Plin. & coccea indumenta apud Lamprid.

Cōccĭnĭūm, ni. n. ſ. ſubſtantiuum, penul. cor. ueſtis coccinea. κόκκινος χιτών. Martia. Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ.

Cōccĭnāti. orum. m. ſ. dicuntur qui coccineis ueſtibus ſunt induti. κόκκινοι. Martial. lib. 5. Clamat coccinatus Euclides.

Cōccĭnŭs. ni. m. ſ. κόκκινον. pen. cor. color eſt purpureus, quo panni inficiebantur. Hic color exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendit: qui & ſpadicus & phœniceus, & roſcus uocatur.

Cōccŭm. ci. n. ſ. eſt ueluti granum, quod ex arbuſto ilici ſimili, uel ex rubenti gramine naſcitur: uulgo granum dicitur. Plin. lib. 9. cap. 41. Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritã Luſitaniæ in maxima laude eſt. Frutex eſt fullonius cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quæ Tudertana appellatur: us eſt author Strabo in 10. Quidã id eſſe putant, quod nos carmeſmum dicimus: uide Bayſium. Vnde coccus pro purpura.

Cochlĕă. æ. f. p. (κόχλος ἢ κοχλίας) propriè teſta limacis: licet quandoque pro ea limace, quæ teſtam habet, ſumatur. Limax enim propriè, quæ eſt ſine teſta. Plautus in Pœn. Viciſti cochleam tarditudine. Cochleæ tam terreſtres quàm aquatiles, exerentes ſe domicilio, binaq; ueluti cornua prætendentes, retrahentes' que, ideo corniculis prætentare iter putãtur, quia oculis carent. Similiter cochlea ſiue cochlis. is. turris dicitur, ſiue ſcala rotunda, qua turrim per circuitum à cochlearum ſimilitudine conſcendimus: quemadmodum torcularia ad inſtar cochlearum facta, cochleæ nominãtur. Huius diminutiuum eſt cochleola.

Cochlĕārĕ, (δαίδυξ) & per apocopen cochlear, aris. n. t. inſtrumentũ quo cochleæ, & alia huiuſmodi ueſcendo ſumuntur. Martia. Sum cochleis habilis, ſed non minus utilis ouis: Numquid ſcis potius cur cochleare uocer?

Cochlĕārĭūm. rij. n. ſ. menſura quædam, qua medici in potionibus ægrorum utuntur. Erat autem cochlearium maius, & cochleariũ minus. Plin. lib. 21. cap. 27.

Cōchlĭdĭūm, dij. n. ſ. (κοχλίδιον.) ſcala rotunda.

Strabo

Strabo lib.ultimo: Hæc eſt etiã altitudo quædã manufacta, in quã per cochlidiũ aſcenditur.

Cōclitēs,tum.c.t.pen.corr. luſcos dixerunt antiqui: hoc eſt, qui unum tantum habent oculum, quaſi oclites. μονόφθαλμοι. Nam & Cyclopas coclites legimus, unum oculum habentes.

Coctana,uide Coctona.

Cōctilis,& hoc le.o.t.(ἑφθὸς) pen.corr. accipitur pro re quæ cocta eſt,& non cruda. Plin. lib.7. Epigenes apud Babylonios ſeptingentorũ uiginti annorum obſeruatione ſiderũ coctilibus laterculis inſcriptas docet.

Cōctibĭlĭs,& hoc le. o. t. quod facile coquitur: ut coctibilis caro. Plin.lib.16.cap.6.

Cōctito,(ἑφθόω) frequ. quo Plaut. ſæpe utitur.

Cōctiuŭs.a.um.pe.pro. quod facile coquitur, uel maturatur, ἑψήτιτος. ut coctiua poma, coctiuũ legumen, coctiuæ caſtaneæ. id eſt nigræ, quæ magis in uſu ſunt. Plin.lib.15.cap.23.

Cōctōnă.orum.n.ſ. κυδώνια σῦκα. fici quidã ſic dicti: alij cottana, alij coctana, alij coctona, alij cotona ſcribunt: placet cottana ſcribi. Mart. Teſta rubet, nec quæ cottana parua gerit.

Cōctōnŭm,ni.n.ſ. nonnulli bambatium, uulgares indocti bombycem, literati xylon ſiue goſſypion (γοσσύπιον) appellant: genus illud lini candidiſſimum ex Aegypto. Hæc uox autorẽ non habet, præter uulgus.

Cōctūră.æ.f.p. idem quod coctio. Colum. lib.11. cap.18. Si quinta pars picis Brutiæ in uniuerſam cocturam adijciatur, utiliſſimum fit omni uindemiæ. Coctura dicitur etiam cœli temperies, à perfecta fructuum coctione. Plin. libro 14.cap.4.

Cōctŭs.a.um.(ἑψητὸς) à coquendo, quia coquendo coërcetur, ut ad utilitatem ueſcentium perducatur. Et coctum dicitur, quod eſt multi temporis. Vnde & recocti homines, ipſo uſu & frequẽtia & longitudine tẽporis cautiores exercitatioresq́ꝫ facti dicuntur. Hor. in Serm.

Cōcŭlŭm li.n.ſ. uas æneum coctionib. aptũ. χαλκίον. Plaut. Aeneis coculis excocta eſt mihi omnis materia. Alij cocula accipiunt pro lignis minutis quibus facile decoquuntur obſonia. Idem eſt coculare, & per Apocopen cocular.

Cōcŭlŭs.li.m.ſ.dimi. paruus cocus. μαγείρι[illegible].

Cōcŭs.ci.m.ſ. per ſimplex c. nam primam corripit: ſiue coquus per q. nam & coquo. is. dicimus. Eſt autem cocus, qui cibos coquit ac uendit. μάγειρος.) Martial. Non ſatis eſt ars ſola coco ſeruire palato: Nanq́ꝫ coquus dominĩ debet habere gulam.

Cōccȳx.gis.m.t. (κόκκυξ) auis temporaria, quæ in trium auium nidis oua generat: palumbarum, alaudæ, & chloridos. Hæc uulgo cuculus (κόκκυξ) dicitur, ſiue cucu: cuius uox cocyſmus, (κοκκυσμὸς) quoq́ꝫ dicitur. Eſt autẽ ex accipitrum genere, licet ungues aduncos non habeat. Procedit uere, occultatur caniculæ ortu. Plin lib.10. cap. 9. Eſt & piſcis quidam nobis ignotus eiuſdem nominis apud Græcos.

Cōdăm, ueteres dicebãt quam caudam dicimus.

Cōdătrĕmŭlă,læ.f.p. auis quæ ſemper mouet caudam, aliâs motacilla dicta. σεισοπυγίς.

Cōdĕx.icis.m.t. arboris robur. uide Caudex.

Cōdĭcārĭæ naues, dictæ ſunt à codice pro trunco arboris ſeu tabula, quæ & caudicariæ dicuntur, quòd è caudicibus, hoc eſt, lignis craſſioribus factæ ſint. Varro: Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tyberi naues codicarias appellamus. Vide caudex.

Cōdĭcillŭs,li.m.ſ. dimi. à diminutiuo codiculus. Sunt autem codicilli literæ breues. hoc eſt, epiſtolæ. Sulp. Ciceroni: Puer Acydim mihi obuiam uenit cum codicillis. Budæus in ſecun. æditione Annot. ſcribit codicillos eſſe diplomata: id eſt, chartulas cõplicatas, & lino traiectas, obſignatasq́ꝫ.

Cōdĭcŭlŭs,li.m.ſ.(βιβλίον) dimin. à codex, dum pro libro ponitur.

Cōdĭŏn (κωδία) genus lactucæ, à corij ſimilitudine in petris naſcens, comoſiſſimũ inter omnes.

Cœlĭăci,orum.m.ſ.(κοιλιακοὶ) dicuntur qui ex uitio ſtomachi: id eſt uentris profluuium patiuntur: à κοιλία, id eſt uentriculo ſtomachi, quòd is morbus in ipſius uentriculi porta, ut ait Celſus, conſiſtat. Vnde medicamenta quædã huic uitio contraria cœliaca dicuntur.

Cœloſtomia,æ.f.p. κοιλοστομία. cum uox quaſi in receſſu oris auditur.

Cœlum, uide Cælum.

Cœmēntŭm.ti.n.ſ. cum œ diphth. à κοινὸν, quaſi cœnimentum. uide Cæmentum.

Cœmĭtērĭŭm,rij.n.ſ. κοιμητήριον à κοιμάω, ſopio, quia ibi mortui dormire dicuntur, quaſi mortuorum

tuorum dormitorium. à quibuſdam dicitur ſepulchretum.

Cœ̆nă.næ. & in plurali Cœnæ.arum. f. p. apud antiquos dicebatur (authore Feſto) quod nūc eſt prandium. Veſpertina, quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸς, quod eſt communis, quia multi in commune cœnare conſueuerunt. Martialis, Addideris uerbum, cœna parata tibi eſt. À cœna fit domicœnium, (οἰκοσιτία) quo uſus eſt Martialis. Plautus, Incœné dixit, ſine cœna.

Cœ̄năcŭlārĭă.æ. f. p. à cœnaculum. Vnde cœnaculariam facere, ſiue exercere dicebantur, qui domus totas conductas per ſingula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæſtum facerent, pluris in ſummam locando. Vlpianus, Si quis cœnaculariam exercens, modicum hoſpitium ſibi retinuerit, reſiduum locauerit pluribus, omnes tenebuntur, quaſi in uno cœnaculo habitantes, unde eiectum effuſum ue eſt. Sic cœnacularius homo. ὁ ἐπὶ μισθῷ οἰκῶν. qui cœnaculum conduxit. Idem de pignor.

Cœ̄năcŭlŭm.li. n. ſ. (ὑπερῷον, ἀνώγεων, συνοικία) à cœnando nomen aſſumpſit, locus ad cœnandum idoneus. Varro: Sicut penarium, ubi penus: ubi cubabant, cubiculum: ita ubi cœnabant, cœnaculum.

Cœ̄nātĭcŭs.a.um. o. ſ. (συμποσιακός) quod ad cœnam pertinet: ut apparatus cœnaticus, ſermo cœnaticus, Varro. Cœna cœnatica, & ſpes cœnatica. id eſt ſpes cœnandi, Plaut.

Cœ̄nātĭo.onis. f. t. δειπνητήριον. locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus, & potentiorum erat: unde Iuue. Et algentem rapiet cœnatio ſolem.

Cœ̄nātĭuncŭlă, læ. f. p. diminutiuum. Plinius in Epiſt.

Cœ̄nātōrĭŭs.a.ū. quod ad uſum cœnæ pertinet.

Cœ̄nātōrĭum, rij. n. ſ. ſubſtant. pro ueſte cœnatoria, cum qua diſcumbere in conuiuijs ſolebāt, quæ & alio nomine triclinaris toga dicebatur. Martialis lib. 10. Ebriæq́; noctis Cœnatoria demittit aduocato.

Cœ̄nātŭrio, n. q. (δειπνησείω) laboro ut cœnem: quam ſignificationem habent ferè in rio deſinentia: ut mulier parturit, id eſt, laborat ut pariat. Martial. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit. id eſt, laborat ut cœnet.

Cœ̄nĭpĕtă.tæ. c. p. (ἐπιθυμόδειπνος) penul. corr. qui libenter petit alienas cœnas, & paraſiti ſæpe perſonam induit.

Cœ̄no.as.aui. & cœnatus ſum, neutropaſſ. δειπνέω. Plautus in Moſt. Hic apud nos hodie cœnes. Hinc Cœnito frequentatiuum, frequenter cœno. Cic. lib. 9. Epiſt.

Cœ̄nŏbĭŭm.bij. n. ſ. (κοινόβιον) locus ubi communis uita ducitur. κοινὸς enim communis: βίος uita. Hinc cœnobitæ, pen. prod. qui in commune uiuunt.

Cœ̄nŭlă, læ. f. p. diminutiuum. συμπόσιον. Hiero. Cōmunem cœnulam breuemq́; ad refocillationem potius, quàm ad delectationem.

Cœ̄nŭm, ni. n. ſ. lutum dicitur. βόρβορος. Plin. lib. 19. cap. 11. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & uolutatio in cœno. Per metaph. ponitur pro crimine. Hinc cœnoſus.a.um. plenum cœno. Colum. lib. 7. cap. 10.

Cŏĕo, cois, coiui, coitum, n. q. ex con & eo, ſed n abijcitur. & eſt tam actiuum quàm neutrum: ſignificatq́; conuenio, coniungo, aduno, contraho, ſocio, colligo, congrego. συνίημι, συνέρχομαι, συγχέω, συνίσαμαι. Vergil. libro 11. Coëant in fœdera dextræ Quà datur. Cicero accuſatiuo uſus eſt. 2. Phil. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. Gel. Protulit paſſiuum, Coibatur ſocietas inſeparabilis. Coire etiam concumbere dicitur. ὀχεύειν. Lactan. lib. 3. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum cōiugibus mos fuit? Hinc Coitus, pro concubitu. ὀχεία. Aliquando congredi. συνελθεῖν. Terent. in Phorm. Vide quid agas. Prima coitio eſt acerrima. Propriè autē coire eſt ſimul ire. Cicero libro 1. Offic. Ne coiret inſtituit.

Cœ̄pi, (ἐπιβάλλομαι ἐπιχειρέω, ἄρχομαι) uerbum defectiuum, & n. à cœpio pro incipio, quod apud antiquos in uſu erat. Cato: Cœpio ſeditioſa uerba loqui. Nunc tantum præterito eius pro præſenti utimur cum ſuis deriuatis, cœperam, cœpiſſem, cœpero, cœpiſſe, cœptum ire. Hinc cœptum.ti. pro principio. Ouid. Dij cœptis (nam uos mutaſtis & illas) Aſpirate meis. Cœptus, huius cœptus, idem. Gel. lib. 1. ca. ult. Nos uerò, ut cœptus noſter eſt. Cœpto.as.are. idem quod incipere. Teren. Eun. Quid cœptas Thraſo?

Cŏĕrceo.

Coërceo.es.a.ſ.(κατείργω) ex con & arceo, ſed n abijcitur,& a in r mutatur, ſignificatq́; reſtringere. Cic. in Læl. Quem ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans, coërcet ars agricolarum. Item refrenare, continere, colligere, ſiue ſimul ſtringere. Ouid. libro 1. Metamor. Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos. Item compellere. Cic. lib. 3. ad Heren. Alterum ſequi, alterum uitare coërcemur. Propriè de iis, dicitur hoc uerbum quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt.

Cœton, (κοιτὼν) Græci dicunt thalamum.

Cœtus.tus.m.q. cum æ diphth. conuentus, congregatio. συνοδία, σύστημα. à coëundo. id eſt, conueniendo in unum. Sen. lib. 3. Decla. cœtū eſſe ait nomē magnæ multitudinis coëuntis ex conſenſu quodam.

Cogitatim, aduerbium pro cogitatè ponitur. ἐσκεμμένως.

Cogito.as.n.p. (ἐννοέω, διανοέομαι) frequent. à cogo. is. quòd mens plura in unum cogit, unde elicere poſſit. Nam cogo & cogito, ſic eſt ut ago & agito. Cogitare autem eſt cogere ad aliquid inueniendum, ſiue mente agitare, & uelut in mora eſſe conſilij explicādi. ἐννοεῖν, διανοεῖσθαι. Vnde cogitatio, (διαλογισμὸς, διάνοια) quæ eſt uelut coagitatio, id eſt longa in eadem mora conſilij explicandi agitatio. Item cogitatò, cogitatè & cogitatim aduerbia, pro conſultò, accurate. À cogito fiunt compoſita, excogito. ἐκφροντίζω, κατανοέω. quod proprie eſt perfectè cogito, licet pro inuenio ſumatur. Cic. li. 1. Tuſcul. Quid illa uis, quæ tandem eſt, quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio atq́; excogitatio dicitur? Præcogito, προνοοῦμαι, prius cogito. Recogito, iterum atq́; iterum cogito.

Cognati, orum.m ſ. (συγγενεῖς) ab eo dicti putantur, quaſi unà, communiter ue nati, uel ab eodem orti progenitore. Cic. Pro reditu, Pompilij nulli cognati & affines deprecati ſunt. Cognatum etiam dicitur quod cuiuſcunq́; naturæ proximum eſt, & quodammodo ſimile.

Cognatio.onis.f.t. modo naturæ eſt, & ſanguinis. Cicero 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum iſto cognatio eſt. Modo aliarum rerum, ut cognatio ſtudiorum, Idem.

Cognitor.oris.m.t. qui cognoſcit. ὁ γνώστωρ. & dictio forenſis eſt qua olim appellabantur, qui hodie procuratores iudiciales dicuntur: quāuis proprie cognitor is dicatur, qui litem alterius coram eo, cui datus eſt, tractat: procurator autem (ἐπίτροπος) abſentis nomine actor eſt. Aſcon. & Bud.

Cognobilis, & hoc.le.o.t. (γνωστός) qui cognoſcitur. Gell. His ſolis cognobiles fuerunt.

Cognomen, inis.n.t. (ἐπίκλησις) quod ab euentu imponitur alicui. Dicitur & cognomentum. ἐπωνυμία. Vnde Cognomines, qui eiuſdem nominis ſunt. ὁμώνυμοι. Sic à Plauto duæ ſorores Bacchides nominatæ, uocantur cognomines. Declinaturq́; hic & hæc cognominis, huius cognominis. Nam apud Plaut. legitur, Illa mea cognominis fuit.

Cognomino, as.a.p. cognomen impono. ἐπικαλέω. Fit autem ex con & nomino, n in g mutata. Plin. libro 21. cap. 3. Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negociatoris.

Cognoſco.is.a.t. γινώσκω. ex con & noſco, mutata n in g, ut fiat conſonantior uox. Eſt autem cognoſcere, noſcere eos qui prius incogniti erant: cum agnoſcere, (ἐπιγινώσκειν) ſit olim notos. Verg. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. Confunduntur tamen hæc ſæpenumero. Donatus: Cognoſcere, eſt diligenter attenteq́; conſiderare. Terent. Hecy. Poſtquam ipſe ſeſe, & illam, & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis. Interdum cognoſcere pro intelligere. Terent. Eo pacto & gnati uitam & conſilium meum cognoſces. Interdum concumbere uerecundiæ cauſſa: ut in Euan. Et non cognouit eam. Aliquando ad forum pertinet, ut cognoſcere de hæreditate, cognoſcere cauſſas. Cice. Officio. 2. Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſſas cognouit. Vnde Cognitio, iudicium, iudicatio. γνῶσις. Huius uerbi compoſita ſunt: Præcognoſco, (προγινώσκω) ante ſcio. Plan. Ciceroni. Percognoſco. διαγινώσκω. Plaut. Trucul. Recognoſco, de quo alibi.

Cogo.is. coëgi, coactū.a.t. ex con & ago, in quo a & n abijciuntur, niſi in ſupino. Eſt autem cogere, in unum colligere. συνάγειν. Cic. libro 1. Tuſcul. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, uentiq́; coguntur. Terent. Heaut. Quaſi talenta ad quindecim coëgi. Quandoq́; urgere. ἀναγκάζειν

κάζειν, βιάζειν. Idem libro 3. Offic. Diogenes contrà, Num te emere coëgit? Quandoque ſtringere, denſare, ſiue duriuſculum reddere. πήγνυμι. Vergil. 4. Georg. Nam frigore mella Cogit hyems, eademq́; calor liquefacta remittit. Quandoq; in ordinem ponere. διατάττειν. ut, omnes arbores in ſulcum cogendæ ſunt. Verbalia: ut, Coactio argẽtaria, munus ipſum cogendi pecunias. Sueto. in Veſp. Et coactor, quo nomine dicebantur, qui nunc receptores particulares. Cice. pro Cluentio. Et coactus, huius coactus, idem quod coactio. Ci. ad Brutum: Coactu tuo ſcribam quod ſentio.

Cŏhĭbĕo. es. a. ſ. ἐπέχω, κατασχεῖν. ex con & habeo, quaſi mecum habeo, & retineo apud me, conſtringo, freno. Plini. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.

Cŏhōrs, tis. f. t. (σπεῖρα, τάγμα) à cohortando dicta eſt, quòd tribunus eam ut ſequatur, hortari ſoleat: ſeu quod ipſa ſe mutuo frequenter ad pugnam hortetur. Eſt & cohors, (ἔπαυλις) locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in uilla ſolemus. Var. de ling. Lat. In uilla cohors dicitur, quòd circa eum locum pecus coërcetur. Hinc cohortales gallinæ (σιτευταὶ ὄρνιθες) uocantur apud rei Ruſticæ ſcriptores, quæ in cohorte domi aluntur. Ouid. Abſtulerat multas illa cohortis aues. Dicitur et chors in hac ſignificatione. Varro, In urbana quoq; domo chortem facere poterimus: in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas, anſeres & ſimilia dabitur ad uſus quotidianos.

Cŏhōrtāri, (παρεγγυᾶν) id eſt, ſimul aut uehementer hortari. Cic. ad Teren. lib. 14. Eum ut potui, per literas cohortatus ſum.

Cŏhōrtātio. onis. f. t. idem eſt, quod hortatio. Cicero ad Att. Incredibiliter me commouet tua cohortatio.

Cŏhŭm, hi. n. ſ. lorum quo temo buris cum iugo colligatur: à cauo dictum, inquit Varro quaſi chaum. Choum etiam poëtæ cœlum dixerũt, à chaos, ex quo putabant formatum.

Cŏinquino. as. a. p. pen. cor. κοινῶ. Cic. de Nat. Periculum matres coinquinare regias. Ouid. 4. Faſt. Quid facis? amplexus inquinat illa tuos. uide in dictione Inquino.

Cōis, (βομβύκινον ἱμάτιον) ueſtis ſubtiliſſimæ genus: à Co, (quam alij Cœam dici uolunt) inſula dicta, ubi Pamphila Platis filia prima eius telæ fila retorquere, ac inde texere cœpit. Horat. Altera nil obſtat Cois tibi pene uidere eſt. ubi Cois ſeptimi uidetur caſus.

Coitio. onis. f. t. confœderatio, & pro pugna ipſa ac militum congreſſione ponitur: de quo Cicero multis in locis.

Cōix. cis. κόιξ. genus ſtirpis, cuius folia ad textum ſunt utilia, ſimilia iunceis atque palmeis. Strabo.

Cŏlăphīzo. as. a. p. (κολαφίζω) cum pugno clauſo uerbero.

Cŏlăphŭs. phi. m. ſ. (κόλαφος) & Colaphum. penult. correp. eſt alapa. Terent. in Adelph. Colaphis tuber eſt totum caput. Sic colaphos infringere alicui, pro illidere, infligere, apud eundem: & colaphos incutere, apud Iuuen. Nos colaphum incutimus labenti cruſtula ſeruo.

Cŏlăſis, (κόλασις) genus pœnæ eſt, quod adhibetur caſtigandi uel emendandi gratia.

Cŏlāx. acis. c. t. κόλαξ. Latinè aſſentator dicitur.

Cŏlĕŭs. lei. m. ſ. teſtis, ſiue teſticulus per diminutionem. πυγεών. à colo. is. quòd colat mulieris pubem. unde illud in Priap. Stamus ſub Ioue coleis apertis. Dicitur etiam culeus. Martial. Cum depilatos Chreſte culeos portat.

Cōlĭcŭlŭs, li. m. ſ. (καυλίον) per ſimplex l, eſt exiguus ac tener braſſicæ uel uitis caulis. Varro: Capreolus eſt coliculus uiteus, intortus, uel cincinnus.

Cŏlīnă. næ. f. p. per ſimplex l, à colo. is. quam poſtea culinam, deinde à coquẽdo coquinam uocauere: quòd ibi colebant ignem locupletiorẽ. Vide culigna.

Cōlĭphĭūm, phij. n. ſ. (κολίφιον) panis genus, ἀπὸ τοῦ κόλου καὶ ἴφι: uel ἀπὸ τοῦ κόλικος. Eſt enim colix ſubcinericius panis. Plautus: Coliphia mihi ne incocta detis.

Cōlĭs. is. m. t. (κλῆμα) per ſimplex l, ſignificat pãpinum. Varro, Pampinare eſt ſarmento coles qui nati ſunt, de his qui plurimum ualent ad ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere: ne, relictis colibus, ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Item colis dicitur quaſi caulis, (καυλός, πρέμνος. Ariſtot.)

Ariſtot.) pro haſta & fuſte membri uirilis. Celſus libro 4. Tum maſculis iter urinæ ſpacioſius & compreſſius à ceruice huius deſcēdit ad colem. Hinc colei, quamuis & à colendo quidam deducant. Huius ſuprema pars glans appellatur. βάλανος. & pellicula quæ glandem tegit, præputium. πόσθη. dicitur. Item colis pro caulis. Horatius 2. Serm. Cole ſuburbano nihil eſt elutius horto.

Cōlitiæ, uide Collitiæ cum duplici ll.

Cōllă, læ. f. p. (κόλλα) à Græcis dicitur, quam nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur.

Cōllăbĕfăcĕrĕ, rumpere, deſtruere: & collabefieri apud Cæſ. 2. bel. Ciuil. pro in totum ſicut collapſa perturbari. Vnde collabefactari teſtula. ἐξοστρακίζεσθαι. ſignificat eijci ex urbe per ſigna teſtarum.

Cōllăbĕllo. las. a. p. labra adiungo. Laberius: Perge iam, collabella oſculum. hoc eſt, iunctis labris oſculare.

Cōllăcrȳmo & Collacrymŏr. uide Lacrymo.

Cōllārĕ, ris. n. t. (περιτραχήλιον, περιδέραιον) uinculi genus quo canum colla aſtringuntur, & melium uocauit antiquitas. Fit ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro 2. de re Ruſtica: Ne uulnerentur à beſtijs, imponuntur his collaria. Collaria. fœmi. gene. pro ferro rotundo, quo cōſtringuntur colla malefactorum. Plautus in Capt. Collus collaria caret.

Cōllāctānĕŭs. a. um. o. ſ. (ὁμογάλακτος) qui eiſdē mammis eſt nutritus: ſicut collacteus, (συγγάλακτος) qui uno & eodem lacte. Iuuen. Quid dicat notæ collactea Mauræ.

Cōllātīnŭm ſacrificium, (ἡ ἐξ ἐράνου θυσία, καὶ συναγώγιμος) quod ex collatione offertur.

Cōllātīnŭm uentrem, magnum & turgidū Plau. dixit, quia in eum omnia edulia conferuntur.

Cōllātio. onis. f. t. dicitur quod in unum confertur. ἔρανος, ἀγορά. Eſt etiā collatio idē quod comparatio. Plaut. Mil. Vbi facta erit collatio noſtrarum malitiarum, Haud uereor ne nos ſubdola perfidia peruincamur.

Cōllātis ſignis pugnare, (συσταδὸν) ſignificat unū in locum ad pugnam perlatis.

Cōllātītĭŭs. a. um. o. ſ. (ἀσφαλιστικός, συναγώγιμος) quod collatum eſt. Apul. lib. 4. Choraula doctiſſimus collatitia ſtipe de menſa paratur. Pecunia enim quæ confertur à populo, collatitium dicitur.

Cōllēctă. æ. f. p. quæ ex pluribus locis in unum lecta eſt. ſymbolum aliàs dicitur. Cic. Quoniam collectam à conuiua Craſſe exigis.

Cōllēctānĕŭs. a. um. quod mixtum eſt, et ex diuerſo uſu conflatum: ut æs collectaneum. Vnde collectanea. orum, dicūtur ſcripta quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta ſunt.

Cōllēctītĭŭs. a. um. idem quod collectus uel comparatus, ſiue ad exercitum, copias, manum, uim, gratiam, beneuolentiam, famam, rumorem, inuidiam, aut aliud quodlibet referatur. Cic. Mario.

Cōllēgæ. arum. m. p. (συνάρχοντες) pen. prod. dicūtur duo eiuſdē poteſtatis ſimul miſſi. Vnde et collegiū. συνεδριοσυνάρχοντες. quod eſt proprie collegarū ſocietas. Cic. Bruto, Planco collegæ mandaſti, ut te mihi per literas excuſaret.

Cōllēgĭŭm. ij. n. ſ. congregationem & ſocietatem quoruncunq; hominum ſignificat, ut collegiū fabrorum, augurum, ſtudioſorum, &c. Horat. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ.

Cōllĭcŭlŭs. li. m. ſ. per duplex ll, ſignificat paruū collem. Apul. lib. 1. Flor. Colliculus ſepimine conſecratus.

Cōllīdo. is. a. t. pen. prod. ſimul. percutio. συμβάλλω, συντα ράττω, συγκρούω. Lactant. Duriſsimi rigoris materiæ ſi ictu uehementiore collidantur, ignis excutitur. Hinc colliſio, quæ eſt duorum aut plurium corporum mutua confricatio. πρόσρηξις, συγκρουσμός, σύγκρουσις. Colliſus, huius colliſus, idem Plin. lib. 9. cap. 35. Ceu ſono quoq; & colliſu ipſo margaritarum.

Cōllĭgās, docet Plin. 31. uocari quaſdam ſpeluncas, in quibus aphronitrum inuenitur.

Cōllĭgo. is. a. t. pen. cor. in unum redigo. συγκομίζομαι, συναθροίζω, συλλέγω. Verg. Colligere arma iubet, ualidiſq; incumbere remis. Inde collectio. συλλογή, συγκομιδή. Quandoq; aufero. ut, Colligis omnia furtim. Lucil. Quandoq; lego. Verg. Collige uirgo roſas. Quandoq; pro reficere, & quaſi dilapſum ſpiritum recreare, ponitur. ἀναλαμβάνειν, ἀναζωπυρεῖν. Cic. 4. Tuſcul. Quid eſt aūt ſeipſum colligere, niſi diſsipatas animi partes rurſum in ſuū locū cōgerere? Quod ſi aliū caſum addamus, collegit ſe in arma, idē eſt quod parauit muniuitq;. ἀνέλαβεν. Verg. Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma.

Cōlligĕrĕ rationem. λογίζω. dicitur rectè computare, ita ut quæ colligenda ſunt, colligantur: & quæ ſubducenda, hoc eſt detrahenda, detrahantur.

Cōlligo. as. a. p. συνδεσμεύω. pen. cor. ſimul ligo. Plaut. Amph. Neq; eum colligare quiuit quiſquam in cunabulis.

Cōllimārĕ. a. p. ferire ſignum deſtinatum oculis collimatis. στοχάζω, ἐυστοχεῖν, ἐυστόχως βάλλειν. Cic. lib. 2. de Diuinat. Neq; eſt enim qui totũ diem iaculatus, non aliquando collimet. Apud Plaut. ſignificat obliquis oculis aſpicere. Collimatis, inquit, oculis ad umbram meam.

Collinio. as. a. p. ad lineam rectam facio. κατευθύνω, ὀρθογραμμῶ. Auguſt. Cor tuum quandiu prauum eſt & diſtortum, non poteſt colliniari rectitudine dei.

Cōllis. is. m. t. per duplex ll, minor mons, & quaſi monticulus. βουνὸς, λόφος. & à colendo dicitur. Cic. 5. Verr. Quos ego cãpos antea, colleſq; nitidiſſimos, uiridiſſimoſq; uidiſſem. Varro: Quòd primum ex agro fructus capiebant, caupus dictus eſt: poſteaquam ſuperiora loca colere cœperunt, à colendo coles appellauerunt: ſed metri gratia à poëtis l interpoſitũ eſt.

Collitiæ, arum. f. p. maiores ſulci, in quib. aqua, ſi redundat, excolatur: dicuntur & elices. Colum. li. 2. colloquias uocat. Feſtus, Collitiæ tegulæ, per quas aqua in uas defluit.

Colloco. as. a. p. loco, pono, ſtatuo. Ci. pro Plan. Huius ego manibus in naui tuta collocatus, columnas non rectas collocarat.

Collocutio, onis. f. t. colloquium, ſermo. Cic. in. Epiſt. Hac me mente fuiſſe in noſtris ſermonibus, collocutionibuſq; uidiſti.

Cōlōſsŭs, ſi. m. ſ. per duplex ſſ. (κολοσσὸς) ſtatuæ moles, turri par, à colon membrum, ſeu ἀπὸ τοῦ κολάζειν: quod eſt cruciare, & modum excedere in aliqua re: ut, ſtatuam Solis, ſeu (ut quidam diunt) Iouis apud Rhodum centum & quinque pedes altam, ex ære Cares Lyſippi diſcipulus feciſſe traditur. Plura Plin. lib. 34. cap. 7. Ab hoc coloſſo. Rhodij Coloſſenſes appellati ſunt, quibus ſcribit Apoſtolus. Dicitur etiam Coloſſeus. Lamp. in Alexan. Statuas coloſſeas in urbe multas collocauit. Vitruuius Coloſſicas uſurpauit.

Cōllūco. as. n. p. pen. prod. apud Catonem ſignificat profanæ ſyluæ ramos decido officientes lumini. Columella lib. 2. capite 22. Neque arborem collucare.

Cōllŭm. li. n. ſ. per duplex ll, pars corporis: à colo. is. quia hæc præcipue pars torquibus ac monilibus ornari conſueuit. Græcè τράχηλος, δειρή. Hinc decollo & ſubcollo, de quibus ſuis locis. Legitur & collus apud Plautum. Collum obſtrictum (τράχηλος περιεσφιγμένος) ſeu collum obtortum, uerbum eſt iuris. nam collo conſtricto rei trahebantur. Plaut. in Cur. Collum obſtringe, adduce iſtum in malam crucem. Hieron. Obtorto collo me in ius trahit.

Cōllŭuĭārĭă, dicta ſunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies, & immunditia eiectantur. ὀχετοί. Vitruuius lib. 8. Etiam in uentre colluuiaria ſunt facienda, per quæ uis ſpiritus relaxetur.

Cōllŭuĭārĭs porcus, dicitur qui in colluuie nutritur, cibo permixto. Supra malè ſcribitur caluinaris.

Cōllŭuĭēs. ei. συγχυσις. f. q. ſordes cœni, aut cuiuſuis rei coactæ. Colum. lib. 1. Cœno & fermentata colluuie uenenatas emittit.

Cōllŭuĭo. onis. f. t. idem quod colluuies. Cice. de Senec. Ex hac turba & colluuione diſcedam.

Cōllŭtŭlo. as. a. p. penul. corr. fœdo, dedecoro. ῥυπόω. Plaut. in Trin. Hæc famigeratio te honeſtet, & me collutulet, ſi ſine dote duxerit.

Cōllȳbŭs. bi. m. ſ. κόλλυβος. id detrimentum pecuniæ eſt, quod in ratiocinijs emptionem auri appellant, & uulgò cambium dicitur, cum pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud numularios alijs ſpeciebus commutanda. Vt ſi argentea moneta, aurea mutetur: aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in una prouincia, alio quo genere permutanda ſint, rato, receptoq;, & promulgato in ea prouincia. id enim, quod ex ſumma apud numularium decidit, & ueluti deperit, collybus uerbo Græco appellatur. Cicero 5. Verr. Ex omni pecunia quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primum, pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia iudices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt uocabula. Nam collybiſtes eſſe

qui poteſt, cum utantur omnes uno genere numorum? Collybum appellat pecuniæ permutationem, & numorum quaſi intertrimentum. Bud. in Pand.

Cōllybiſtēs, ſtæ. m. p. κολλυβιστής. numularius. Cicero in Verr. act. 5. Collybiſtes eſſe qui poteſt, cum utantur omnes uno genere numorum? Hieron. Collybiſtas à collybijs uocatos tradit. Collybia uerò, (ut ipſe ait) ſunt quæ tragemata bellariaq; dicuntur, ciceris frixi, uuarumq; paſſarum uilia munuſcula. Vnde collybiſtæ, pro numularijs formis minutatim exercentibus dicuntur. Suidas κολλυβον dixit. Theoph. lib. De gemmis colymbon uocari tradidit genus ponderis eſſe.

Cōllyrā. ræ. f. p. κολλύρα. penul. correp. panis triangulus & modicus, qui alibi dicitur tortus panis. Plautus in Perſa: Collyræ facite ut madeant. Cælius lib. 2. capite 10.

Cōllyrīūm. rij. n. ſ. (κολλύριον) medicamentum oculorū. Horat. Oculis collyria lippis. Et non ſolum oculis adhibetur, ſed aluo quoq; ſubijcitur in cura equorum & boum, ut autor eſt Columella libro 7.

Cōlo, as. n. p. ἠθέω. pen. prod. Manilius: Et colate uagos inductis retibus amnes. Eſt autem colare pauxillatim liquorem aliquem ſtillatimq; emittere. Apule. Non illi norunt aruum colere, uel aurū colare, uel equū domare. Vnde & Cōlā (ἠθμοί) dicta per quæ liquor emittitur. Inde compoſita percolo, excolo.

Cōlo. is. colui, cultum. a. t. adoro, ueneror. σέβομαι, λατρεύω, θεραπεύω. Vergilius lib. 9. Summe deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo, Quē colimus. Plaut. Ego te ſemper ut parentem colui. Colimus pares amore & officio, minores humanitate & beneficijs: hoc eſt, amamus Hinc cultus & cultura, quā Græci λατρείαν. uocant. Item exercere ſignificat: ut, Colere rem militarem, Liu. lib. 1. Item inhabitare domum. νέμεσθαι, οἰκεῖν. Plaut. Aul. Vnde & cœlicolas dicimus, quòd cœlum colant inhabitando. Item diligere: ut, Coli ab amatore, Terent. Heau. Item ducere uitam, Verg. 3. Geor. Arare. γεωργεῖν. ut, Colere agrum., Colum. li. 1. Hinc colonus, agricola. Item ornare. καλλωπίζειν. ut, faceta et culta oratio. Hinc cultus corporis, (καλλωπισμός) dicitur ornatus. A colo ſiunt compoſita, accolo, circuncolo, incolo, excolo, percolo, intercolo, & recolo. pen. cor.

Cŏlŏbĭūm. bij. n. ſ. κολόβιον. genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebantur: ſic dictum quòd ſine manicis eſſet ac mutilatū. Nam κολοβὸν breue, mutilatum, truncum ſignificat. Hæc & cataclyſta ueſtis dicitur.

Cŏlŏcāsĭă, æ. f. p. κολοκασία. faba Aegyptia, de qua Pallad. Hoc menſe colocaſiæ bulbos ponemus. Amant humidum locū, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè ſemper poſſunt, ſi tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore. Colocaſium neutro genere dixit Vergilius in Pollione: Miſtaq; ridenti colocaſia fundit acantho.

Cŏlŏcȳnthă. æ. f. p. κολόκυνθα. quæ à noſtris coloquinta: agreſtis cucurbita, ſecundū Dioſc. Hæc & colocynthis. idis. uel idos. κολοκυνθίς. Hanc Plin. minorem eſſe ait, quàm ſatiuam.

Cōlōn. li. n. ſ. κῶλον. eſt craſſius inteſtinum, tabulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formam, qua egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renemq; ſiniſtrum religatur. Vnde uerbum κολάζεσθαι, pro eo quod eſt torqueri cruciariq;: et colicus dolor. Serenus, Cum colon inuiſum morbi genus intima carpit, Mande galeritam uolucrem quam nomine dicunt, Aut pauidi leporis madefacta coagula pota. Hic morbus & chordios, & cordapſos dici ſolet. Dicitur etiam colon, (κῶλον) membrum orationis. Præterea quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci eodem uerbo κῶλα nuncupant. unde monocolon metrum dicitur unimembre, dicolon bimembre, tricolon trimembre. Et in primo ſignificatu habent pen. correptam, in alijs productam.

Cŏlōnĭă. æ. f. p. ἀποικία. gens ad habitandum aliquam terram miſſa: ab incolentibus inhabitātibusq; terram, ſiue à cultoribus terræ ſic dicta. Græcè ἐργαζομένη γῆ. Aug. lib. 10. De Ciuit. Ciuitates à maioribus ciuitatibus uelut populorum examinibus conditæ, coloniæ appellantur. Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ ſunt, aliæ ex utriuſque, nonnullæ ex peditibus uel equitibus, cum in agrum bello captum ſtirpis augendæ cauſſa mitterentur. Coloniarum autem huiuſmodi ratio erat. Cum in urbe Roma multos

tos ex ueteribus, nouiſq; incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut cenſui ſoluendo non ſufficerent, Triumuiri à ſenatu creabantur, qui locis primum conſideratis, in quibus reipublicæ expediret propugnaculum cõſtitui, noua edicta proponebant, danda eſſe nomina ab illis, qui in nouam coloniam deduci uellent: ſicq; urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo quatuor, ſex, aut ſeptem agri iugera, & quandoq; plus. Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officina.

Cŏlōnĭcŭs.a.um.o.ſ. quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. γεωργικός. Var. Atq; etiam leges colonicas tollis. Colonicum uerò pecus, dicitur hirſutum, cum molle dicatur tectum, ut eſt apud Columellam.

Cŏlōnŭs, ni.n.ſ. ἄποικος. à colendo. id eſt habitando, terraſúe aptando. Nam coloni erãt ciues à Roma ad aliquam urbem habitandam miſſi, qui nõ proprijs, ſed populi Romani legibus uiuebant. Vnde & colonia dicta eſt. Vergil. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni.

Cŏlōnŭs, (κολωνὸς) à Græcis editus locus apud Athenienſes dicebatur, ubi Neptunus colebatur.

Cŏlŏr. oris.m.t. χρῶμα. dicitur id quo aliquid coloratur, & duo ſunt principes colores, albus ſcilicet & niger: alij non dicuntur colores, niſi per participationem. Colores etiam apud rhetores dicuntur ornamẽta orationis. id eſt figuræ, quæ à Græcis σχήματα dicuntur Iuuen. Dic Quintiliane colorem. Ab hoc nomine fiunt compoſita, concolor, eiuſdem coloris, diſcolor, uerſicolor, (ποικιλόχρους) diuerſi coloris. decolor, (κακόχρους) quod eſt colore uitiato, & habent pen.cor. Dicitur & colos.

Colora.ræ. f.p. Latinè camarus. Apitius lib. 2. Vel camarum defrutum mittas, quod Romani coloram uocant.

Cŏlōriæ ueſtes, ſunt quæ ex lana non tincta. hoc eſt, natiuo colore factæ ſunt.

Cŏlōrĭfĭcŭs.a.um. χρωματοποιὸς. quod colorẽ facit.

Cŏlōro.ras.a.p.pen.cor. colorem induco. χρωματοποιῶ, ἐπιχρωματίζω, χρώννυμι. cuius contrarium eſt decoloro. Cic. 1. De Nat. Formare, fucare, colorare, animare non poſſent, Seneca: Flumen aut colorat, aut decolorat. Decoloratur, cuius color uitiatur, nõ mutatur: coloratur id, cuius alia fuit quàm ſit facies. inde decoloratæ manus, dicuntur maculoſæ. Claud. Quomodo montibus Idæ Nigra coloratus produceret agmina Memnon.

Cŏlŏs, (κόλος) podex, à quo colici dicuntur Iulio Pol. Sed melius eſt ab inteſtino, quod κῶλον uocatur, colicos, eius ægritudine affectos denominari: utrunq; certe ω mega habet in prima, eamq; producit.

Cŏlōſtrŭm. ſtri.n.ſ. & Coloſtra.æ. ſpongioſa lactis denſitas à partu prima, uel nouum lac quod ſtatim poſt fœtum emulgetur. brieſch milch. πρωφανίς. Martia Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hœdis, De prima matrum lacte coloſtra damus. Eſt & coloſtratio morbus, quo lactentes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtauerint, quia coloſtrati dicuntur, denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideò infantibus nutricis, nõ matris lac exhibere conuenit, quia matris exitioſum eſt.

Cōlōtŏs, (κώλωτος) penul.prod. Ariſtot. lacertæ genus facit: alij colotem. (κωλώτην) alioquin quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Cōlpŭs, (κόλπος) & Colphus, ſinus appellatur.

Cŏlŭbĕr. bri.m.ſ.penul.cor. ſerpens qui umbras nemorum incolit: anguis & hydrus, qui in aqua: ſerpens, qui in terra ſerpit: draco, templi, ſed ſæpe confunduntur. Hieron. ad Præſid. Coluber ad bibendum ueniens in aqua uenenum deponit, ne eum nenenum aqua concretum occidat. Colubram fœminino genere probat Nonius ex Lucilio lib. 20. Saty. ut, Marſus colubras Diſrumpit cantu.

Cōlŭm. li.n.ſ.penul.prod. uas linteum, ſiue uiminibus contextum ad colandum aptum, à colando. Græce ἠθμός. Vergilius, Coláq; prælorum fumoſis diripe tectis. Vnde colum niuarium, uas ex lapide ſpongioſo factum, ad colandas niues.

Cŏlūmbăr. aris.n.t. genus uinculi. Plaut. in. Ru. Illic in columbum credo leno uortitur. Nam in columbari collus haud multo poſt erit.

Cŏlūmbārĭs. re.o.t. adiect. ut columbare ſtercus, & columbaris cella. Columel. li. 8. Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi, quoniam

niam ferè partes hæ colũbari carent ſtercore.

Cŏlūmbārĭūm. rij. n. ſ. ſiue Columbaria. æ. locus ubi habitant columbæ. περιστερεών. propriè tamen columbarium, loculamentum in periſterotrophio ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, & os habeant quo introire & exire poſſint.

Cŏlūmbārĭūs, rij. m. ſ. qui colũbas curat. περιστεροτρόφος. Var. Quos colũbarij ſolẽt interficere

Cŏlūmbātĭm, aduerbium, ſignificat ad ſimilitudinem columbæ. περιστεριδόν.

Cŏlūmbīnūs. a. um. quod eſt ex colũbis. περιστεριδεύς. Plin. Colũbinus fimus in aqua decoctus.

Cŏlūmbūs, bi. m. ſ. & Columba. bæ. ſ. p. περιστερά. in ſingulari, in plurali magis fœminino genere utuntur authores. Vergil. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martialis, Nec uioles teneras præduro dente columbas. Quidam hoc nomen à colendo deducunt, quod lumbos colat. Et de domeſticis quidem & agreſtibus columbi, palumbes dicuntur tantum de ſylueſtribus. Columbæ agreſtes à colore liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ: domeſticæ uero, cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel è contrario, naſcitur genus tertium columbarum, à noſtris miſcellæ dicuntur, ob duorum generum commixtionem.

Cŏlūmēllă, læ. ſ. p. pen. prod. dimin. eſt à columna. Significat etiã maiorem ſeruũ in familia. Mar. Lucili columella hic ſitus Metrophanes.

Cŏlūmēllārēs dentes, caninis proximi. Var. lib. 2. de re Ruſt. Et incipiunt naſci, quos uocant columellares.

Cŏlūmĕn, inis. n. t. (κίων ἔρεισμα) pen. cor. à columus, id eſt culmus: ſignificat culmẽ, uel columnam. Et Terent. in Phorm. Bone cuſtos ſalue, columen uero noſtræ familiæ. Vbi Donat. Columen familiæ, ſuſtentatio, decus: unde columnæ dictæ.

Cŏlūmĭs, & Incolumis, & hoc me. o. t. pen. cor. utrunq; ſumitur pro ſano. σῶος. Cic. 1. ad Heren. Caſu & fortuitu nauis in portum incolumis delata eſt. Hinc columitas & incolumitas, pro ſalute. σωτηρία. Idem 3. ad Heren. Dicebat nullam utiliorem eſſe incolumitate.

Cŏlūmnæ, arum. ſ. p. dictæ ſunt, quòd culmina ſuſtineant. Pilaria à noſtris uocantur. Eſt autem inter columnas & pilas hæc differentia, quòd columnæ uno ſcapo conſtent, id eſt lapide oblongo perpetuo: pilæ autẽ ſtructura conſtat aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. À columna fit Intercolumnium, quod eſt ſpatium inter columnas. Cic. lib. 4. ad Heren. Aedes, intercolumnium. μεσοστύλιον. angulum, fornicem. Antiqui columam dicebant, detracta n litera pro columna. unde per diminutionem pro columella dicitur, pro columnella.

Cŏlūmnātĭo, onis. ſ. t. κίονωσις. à columno. uide Marmoratio.

Cŏlūmnūs, à ueterib. dicebatur, qui nũc culmus.

Cŏlūrnūs. a. um. o. ſ. dicitur quod eſt ex materia coryli. Vergil. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis.

Cŏlūri, orum. m. ſ. duo ſunt circuli in ſphæra, propter imperfectam conuerſionem ſic dicti: quippe Græci κόλουρον imperfectum uocant. Nunquam enim integri apparent: nam pars in antarcticum uergens aut non eſt, aut ſi eſt, noſtris ſe tamen non ingerit obtutibus. Boeti. de Arith. lib. 2. & Macrob. in Somnium Scipion. Colura quoq; animalia ſunt caudam nõ habentia, uel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificijs non offerebantur.

Cŏlūs, li. m. ſ. tormenti genus, quod fit ex corio, ſicut ſcribit Feſtus.

Cŏlūs. ἠλακάτη, ἀτρακτυλίς. fœminini generis, tam quartæ quàm ſecũdæ declinationis, inſtrumentum quod penſa continet, à quo fuſo fila ducũtur, habetq; pen. cor. Oui. li. 4. Metamorph. Et colus & fuſus digitis cecidere remiſsis.

Cōllūs, per duplex ll, apud Plaut. pro colo legitur.

Cŏlūthĕă, eæ. ſ. p. arbor ſylueſtris apud Theoph. 3. De plantis, fructũ ferens in ſiliqua, magnitudine lentis. Vnde colutheum, ſ. uel ſructus coluthea. Plaut. in Perſa: Commiſce mulſum ſtruthea, coluthea q; appara.

Cŏlȳmbădēs. κολυμβάδες. uocabãtur oliuæ, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare eſt. nam propter ſuam leuitatem urinabant. Plin. li. 15. cap. 3.

Cŏmă. æ. ſ. p. (κόμη) breuis capillorum ornatus, ἀπὸ τοῦ κόπτειν, quod eſt incidere: ſicut apud Latinos à cædendo cæſaries. Eſt & genus morbi, ſimile ueterno. Inde comaticus.

Cŏmārē, n. p. (κομᾶν) eſt longiorem comam habere.

bere. Gel. Equũ fuiſſe dicũt magnitudine inuſitata, ceruice ardua, colore phœniceo, flaua & comãti iuba. Hinc comatus (κομήτης) ſicut à capillo capillatus. Per translationẽ etiam de arboribus herbisq́ue dicitur. Vergil. lib. 4. Georg. Nec ſero comantem Narciſſum. id eſt florem habentem.

Cŏmărŭs, (κόμαρος) arbutus, & genus mori.

Cŏmātŭs. a. um. o. ſ. participium ſine uerbo, qui longiorem habet comam.

Cŏmătŭlŭs. li. m. ſ. pen. cor. diminut. à comatus. Vnde Hieronymus comatulos pueros dixit.

Cŏmōsŭs. a. um. o. ſ. à coma. Plin. li. 16. Hemeris uocatur, breuior, & in orbem comoſa.

Cŏmbăm, Sabini uocant, quam militares lecticam. Inferius cumbam ſcribitur, & cubam.

Cŏmbĕnnōnēs. c. t. uide in Benna.

Cŏmbīno. as. a. p pen. prod. ſignificat quod lingua uernacula dicimus acobiare. συνδυάζειν. Hinc combinatio, quam Græci ἐπίζευξιν uocant, cum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur. Verg. Me me adſum qui feci.

Cŏmbūro. is. a. t. pen. pro. ex con & uro, b interpoſita. ſimul cum alijs uro: uel, ut ſuũ ſimplex, uro, cremo, exuro. ἐμπρήθω, πυρπολέω. Cic. pro Clu. Puer ante noctem mortuus, & poſtridie antequam luceret combuſtus eſt.

Cŏmē. es. f. t. (κόμη) herba eſt, quam barbam hircinam uocant, à comæ ſimilitudine, quòd folia in circuitu ſpargat. Plinius libro 21. capite 15. Et lib. 27. cap. 13.

Cŏmĕdim, pro comedam ſcripſerunt Veteres.

Cŏmĕdo. is. dit. n. t. & Comedo, comes, comeſt. in infinitiuo comedere, uel comeſſe, idem ſignificat quod ſuum ſimplex edo. φάγω, ἐσθίω. Cic. Sed ad extremum pollicetur prolaturũ ſe quæ comeſt. Supinum comeſum & comeſtum Salluſt. Comeſa patrimonia, comeſa patina. Vbi translate ponitur pro conſumere, diſſipare.

Cŏmĕdo. onis. m. t. & comedus. di. pen. cor. qui bona ſua conſumit, ac diſſipat gula.

Cŏmĕs. itis. c. t. dicitur qui ſequendo aliquem ſe maiorem comitatur. ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ἑταῖρος, ſocius uero par eſt. Comes quoq; qui utcunq; alterius ſequitur ductum: ſocius plerunq; in negocijs ſerijsq; rebus, & fortunæ arbitrio ſubiectis: ſodalis. ἑταῖρος. in leuioribus ac ſæpe uoluptuoſis. Cic. ad Her. Qui cum ante lucem ſurrexiſſet comitem ſuum inclamauit. Comes uero pro dignitate, generis com. eſt, quamuis apud uulgus comitiſſa dicatur. Vnde ab Ammiano largiuonum comes dictus eſt, qui præerat largitionibus imperatorijs. Alij pro dignitate comarchum, (κώμαρχον) uſurpant.

Cŏmēſsātiōnēs. um. f. t. δόρποι, κῶμοι. conuiuia ſunt nocturna poſt cœnam, & alia intempeſtiua, ſicut merenda, cibus qui ante cœnã ſumitur, & ientaculũ ante prandiũ. Comeſſari. κωμάζειν. enim eſt poſt cœnam epulari, à Como. uide Comus. Suet. in Vitel. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariã diſpertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comeſſationes. Vnde comeſſabundi, & comeſſatores, qui comeſſatum aut perpotatum eunt, madidi, uinolenti. Sic comeſſabũdus Alex. Magni exercitus dicitur à Cur. quaſi indulgens præter modum prodigis epulis. Habet autem hoc nomẽ primam productam. Martial. Nõ Albana mihi ſit commeſſatio tanti. Dicta commeſſatio à uicis, quos Græci κώμας uocant. Veteres enim in uicis habitantes, antequam oppida conderentur, alij alios cauſa uictus inuitabant.

Cŏmētēs, tæ. uel. tis. κομήτης. pen. pro. crinitus dicitur. Eſt enim ſtella crinita. Lucan. lib. 1. Ignota obſcuræ uiderunt ſidera noctes, Ardẽtemq; polum flammis, cœloq; uolantes Obliquas per inane faces, crinemq; timendi Sideris, & terris minitantem regna cometen.

Cŏmĭnŭs, aduerb. ὁμόσε ἰέναι. non eſt idẽ quod propè, ſed (ut ſic dicam) à propè: ut cominus te inceſſebant lapidibus: hoc eſt, è propinquo loco. Cic. 2. de Diuinat. Nunc cominus agamus, experiamurq;, &c. Significat etiã ſtatim ſine intermiſſione. Verg. li. 1. Georg. Quid dicam? iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur.

Cominia, æ. f. p. genus oleæ.

Cŏmĭs et hoc me. o. t. benignus, facilis, et ſuauis, qui nõ grauatè alijs inſeruit. εὐπροσήγορος. Cic. 2. de Finib. Quaſi quis illum neget & bonum uirum, & comem, & humanũ fuiſſe. Hinc comitas, humanitas, & morũ ſuauitas. φιλοφροσύνη. Cic. de Amic. Comiter, ſuauiter, mãſue

Cŏmĭtātŭs. a. um. o. ſ. particip. à comitor, (τὸ. (παραπέμψας, καὶ παραπεμφθεὶς) actiuè & paſſiuè accipitur. Actiuè. Plinius, Quicunque

eum comitati fuerant. Paſsiue. Vergil. Ipſe uno graditur comitatus Achate.

Cōmĭtātŭs.us.m.q. *clientela ſequens dominum. Cic. ad Lepidum, Tecti ſatis eſt ad comitatũ noſtrum recipiendum. Aliquando pro comite & conuentu ſumitur.*

Cōmĭtĭālis,le.o.t. ἀρχαιρεσιακὸς. *quod ad comitium pertinet: ut dies comitialis, qui comitijs gerendis aptus ſiue dicatus eſt, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrobius, & quò populus Romanus conuenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. Ioue autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. Comitialis homo* (ἐπίληπτος) *qui comitiali morbo laborat. Dictus comitialis, quòd comitia uitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quo die aliquis concidiſſet. Serenus: Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat: Sæpe etenim membris acri languore caducis Concilium populi labes horrenda diremit. Ipſe deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quẽ ſæpe ruina profudit. Hic morbus alio nomine dicitur ſacer, & morbus maior, propter grauitatem: quoniam homo ſubitò concidit & ſpumæ ore mouentur. Docet etiam Ariſtot. hunc morbum à priſcis Herculeum fuiſſe nominatum, quia Hercules eo laboraſſe fertur, idq́ ex atra bile pleriſq́ conſiſtere tradit. Plato & Apuleius diuinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quæ longe ſanctiſſima eſſe uidetur, obſidet. Græci* ἐπιληψίαν *uocant, hoc eſt, contractionem. cõtrahuntur enim hoc morbo nerui. Vulgo caducus dicitur. quod cadere faciat. Plau. tamẽ comitiales homines in Pœnulo appellat litigioſos, qui in comitio propter lites quaſi habitare dicuntur, inquietantes tribunal prætoris qui ſi nihil eſt litium litem ſerunt. Hic etiam à nonnullis lunaticus dicitur, cum tamen ab inuicem ſeparentur, quòd eum qui interlunio natus eſt, hunc ferè pati compertum eſt.*

Cōmĭtĭātŭs.us.m.q. *dicitur ipſa comitialis congregatio.*

Cōmĭtĭŭm.tij.n.ſ. ἀρχαιρεσία, *καὶ τὰ ἀρχαιρέσια. conuentus populi, qui fiebat quando magiſtratus creabantur, à ſimul itando ſic appellatũ. Differtq́ à cõcilio, quod comitium ſit, quum uniuerſus populus conuenit concilium,* (σύνοδος) *quũ populi pars. Fuerunt autẽ comitia conſularia, prætoria, quæſtoria, tribunitia, ædilitia, & omnium deniq́ magiſtratuũ qui ſuffragijs conſularibus crearentur. Comitij nomine (ut inquit Gel. intelligitur locus coëundi, qui pro Aſconij ſentẽtia in foro prope ſenatum erat, quo equitibus Romanis populoq́ Romano licebat coire, ibiq́ ſtans populus ſuffragia ferebat. Cic. pro Sexto: Cum forum comitiũ, curiam multa de nocte armatis hominibus ac ſeruis pleroſq́ occupauiſſent, impetum faciunt in Fabricium. Tempus comitiorum habendorum id erat, quod augures deſignabant. Comitia pro hominibus Cicero ibi poſuit, Venio ad comitia ſiue magiſtratuum, ſiue legum.*

Cōmĭtŏr.aris. συνακολουθέω. pen.cor. *depon. à comes fit. Et eſt propriè minorum erga maiores. Plin. Funerantium more comitantur exequias. Dicitur & comito.as. actiuẽ. Ouid. lib. 2. de Pon. Quempia nobiſcum proles comitauit euntem. Eſt & comitor paſsiuum.* παραπέμπω

Cōmmă.atis.n.t. *per duplex mm.* κόμμα. (*quaſi incisio: à* κόπτω *incido. genus autem eſt diſtinctionis, quando poſt duos uel tres pedes ſuper eſt ſyllaba, quæ partem terminat orationis: ut, Arma uirumq́ cano Troiæ. Quandoque uero poſt duos pedes nihil remanet, & colon dicitur: ut apud Horat. Terruit urbẽ. Hæc tamen nomina apud oratores indifferenter ponuntur, qui integram ſentẽtiam periodon appellant: ut, Nihil tibi profuit nocturnum præſidium palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus omnium bonorũ. Partes autem, cola & commota uocant. Commata etiam ſunt aquarum emiſſoria, & inciſa, ad hoc inuenta ſtructaq́, ut arbitratu Aegyptiorum Nilus uiciſſim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur.*

Cōmmāndūcārĕ.n.p. *maſticare. Unde commanducatus cibus,* (μεμασημένον βρῶμα) *dicitur à Plinio lib. 20. cap. 1. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quẽ manſum Quintil. uocat. Commanducatur, deponens, apud Lucil. li. 4. legitur pro comedit, uel deuorat. Aſſequitur (inquit) nec opinantem, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum. Commanducatus, us. Plin. lib. 24. ca. 4.*

Cōmmẽ

Cōmmeātus,us.m.q.(ἄδεια)licentia,ſiue quod dicitur ſaluus conductus,quem dat imperator militi, præpoſitus inferiori, eundi quò uelit ad præſcriptum diem reuerſuro. Liu.lib. 21. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. Aliquando accipitur pro cibarijs ad alimoniam exercitus & Reip. aut multitudinis alicuius,uel etiam priuatim. τροφή.Saluſt. Si uincimus,omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde. Aliquando pro tranſitu multitudinis. Apule.lib.6.Sed cuneatim ſtipato commeatu difficultates tranſabiremus.

Cōmmĕmŏro.as.a.p.pen.cor.commonefacio, in memoriam reduco. ἀπομνημονεύω, διηγέομαι, λέγω.Cicero in Catilinam, Pythagoreorumq́ more exercendæ memoriæ cauſſa, quid quoque die dixerim,audiuerim,egerim, commemoro ueſperi.

Cōmmĕmŏrātio.onis.f.t.uerbale.Teren.in Andr. Nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.

Cōmmĕmŏrābilis.le.o.t.dignus qui commemoretur.Cic.2. De Natur. Multaq́ alia in alijs locis commemorabilia proferre poſſum.

Cōmmĕndātĭtius.a.um.quod commendari ſolet,uel id quo quis, uel quid commendari ſolet. συστατικός. Cic. Et ſi ſtatueram nullas ad te literas mittere,niſi commendatitias.

Cōmmĕndo.as.a. p.ex con & mando ſignificat probo,alicuius fidei committo, in fide ac humanitate alicuius rem pro qua anxius ſum totam depono, alicuius bonitatem & fidem apud aliquem bonum amicum recenſeo,ut illius animum huic, qui eget ope, conciliem, & reddam erga eum clementiorem & fauorabilem,beneuolum facio,concredo. &c. Cicero: Petis à me ut te quàm diligentiſſime Bibulo commendem. Hinc,

Cōmmĕndātus.a.um.participium.Cic.pro Roſci.Amer. Cui fama mortui,fortunæ uiui cōmendatæ ſunt.Commĕndatus,tus, nomen.m. q.Commendatio,commendator,commendatrix, uerbalia. Commendabilis. le. dignum quod laudetur.

Cōmmĕntācŭlum.li.n. ſ. (inquit Feſtus) uirga qua in ſacris utebantur ad ſacrificia pergentes,ut à ſe obuios homines amouerent.

Cōmmĕntāri.d.p.frequentatiuum eſt à comminiſcor,& ſignificat cogitare,agitare, tractare,mentionem facere, diſputare. διαλαμβάνειν, πραγματεύεσθαι.Cic.ad Att.lib. 4. Veruntamen id ipſum mecum in his locis commentor ut iſta improbē.Inde cōmentatio,id eſt cogitatio,ut idem, Quæ poteſt eſſe in uitio commentatio? Interdum ſignificat fingere.Plau.Caſſin.Vt citò commentatus eſt:ecquid te pudet? πλάττειν. Interdum commentarium ſcribere. ὑπομνηματίζειν. ſcribendo aliquid componere.Plin.lib.18. cap.25.

Cōmmĕntārium,rij.n.ſ.& commentarius rij.m. & commentarij,plurali numero, (ἀπομνημονεύματα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί)pro una eademq́ ſignificatione ſumuntur, ſcilicet pro libris,in quibus non late diffuſeq́ res,ſed quo breuius poterant explicantur, cum in his ſimpliciter & quaſi per capita deſcribuntur. Cic.in Bruto:Non eſt oratio,ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæſaris Commentarij dicuntur, quos Plut.ἐφημερίδας appellat, in quibus ad exequendam hiſtoriam alijs uidetur materiam ſubieciſſe. Gellius:Eſt adeò Probi Grammatici commentarius ſatis curioſè factus.Et iterum: Nonnulli grammatici qui commentaria in Vergilium compoſuerunt. Quidam etiam commentum uocauerunt.Præterea cōmentarius quandoq́ dicitur commentator, (ὑπομνηματιστής)hoc eſt, qui commentarium ſiue commentum compoſuit. Seruius ſuper primo Georg. Superfluam mouent quæſtionam commentarij. Et à commentarium fit diminutiuum commentariolum. ὑπομνημάτιον.

Cōmmĕntītius. a.um. ſignificat partim fictum, & ad tempus commentum, & excogitatum, partim nouum.πλασματώδης,πλασματίας. Cicero 1.De Orat.Vt ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur.

Cōmmĕntum ti.n.ſ.expoſitio. ὑπόμνημα. à con & mente quidam compoſium & deductū uolunt,cum ſit commonitio mentis. Aliquando accipitur pro fictione.πλάσμα. & tunc à comminiſcor fit.Terent. Atqui ipſis commentum placet. Commenta proſcriptis. Cice.Vt ſua commenta & ſcripta meminiſſet.

Cōmmĕo.as. n. p. ex con & meo, quanquam alij à con & eo. is. componi uelint. Vnde

remeare. ἀναστρέφειν. pro redire. Eſt aũt commeare, animo redeũdi abire, ultro citroq; ire, φοιτᾶν. Inde commeatus dari dicitur: id eſt, tempus quo ire & redire commodè poſsit. Et commeare, ire ſeu conferre. Lactanti. lib. 2. Quid ergo interfuit quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſsimam commearet?

Cõmmerciũm, cij. n. ſ. eſt libera commeandi contrahendiq; facultas: ab ijs qui merces ultro citroq; conuehunt. Aliter commercium eſt uiciſsitudo dandi & accipiendi, à con & merces: mercium commutatio, quæ uictus cauſſa inuenta fuit. συνάλλαγμα, ἀλλαγή, ἐπιμιξία. Plinius in Pane. Diuerſasq; gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam, id apud omnes gentes natum eſſe uideretur. Accipitur & pro uſu & conſuetudine. κοινωνία. & tunc præpoſitioni cum iungitur. Plautus Bacchid. Quid tibi commercij eſt cum dijs damnoſiſsimis?

Cõmmĕrĕo, es. n. ſ. committo, male ago, delinquo, pecco, pœna dignum perpetro. ἁμαρτάνω. Terent. in And. Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater? Vbi Donat. Commerui minoris culpæ eſt: peccaui, multo minoris, uel leuioris. Cicero de Orat. Interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maximè diceret.

Cõmmĕto. as. n. p. pen. cor. commeo: hoc eſt, me cõfero. Næuius: Cum ad lupam noſtram tam multi commetant lupi.

Cõmmigro. as. n. p. eſt alium locum habitatum ire. μετοικεῖν. Vall. lib. 5. cap. 58.

Cõmmilĭtõnĕs, m. t. dicuntur qui ſimul ſunt in militia. συστρατιῶται. Suet. in Cæſa. Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones appellabat.

Cõmmilĭtiũm, tij. n. ſ. (συμμαχία, συστρατεία) ipſa belli ſocietas. Iuſtin. lib. 5. Tum uetuſti per tot bella commilitij orat, miſereatur ciuium exulum. Apul. etiam Commilitia. æ. uſurpat.

Cõmminĭſcŏr, eris. d. t. (συμπλάττω, πορίζομαι) à con & mente dictum eſt, cum finguntur in mente quæ non ſunt: ſeu magis à con & miniſcor. unde & reminiſcor, quod eſt cum quæ tenuit mens à memoria, cogitandoq; repetuntur. Plaut. Fac ſis commentus. id eſt, memineris. Cic. 4. de Fin. Ille enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur.

Cõmmĭnũs. uide Cominus.

Cõmmĭſsũm. ſi. n. ſ. ſignificat peccatum, alicuius fidei concreditum, commendatum, ſociatum, coniunctum, inceptum. &c.

Cõmmĭſsũră, iuncturæ, quales ſunt tabularum & aliarum rerum. ἁρμογαί, ἁρμονία, ἀλληλουχία. Cic. de Vniuerſ. Deinde in orbem torſit, ut & ipſe ſecum, & inter ſe ex commiſſura quæ è regione eſſet, iungerentur.

Cõmmĭſtŏr, oris. m. t. (συμμικτὴς) à commiſceo. uide Miſceo.

Cõmmĭtigo. as. a. p. pen. cor. ſignificat mitigare. καταμαλάσσω, κατηπιόω. Terent. in Eun. Vbi Don. Cõmitigari, eſt tundendo deprimi, atq;

Cõmmitto, is. a. t. aliorũ fidei trado, (deponi. commendo, pecco, ἐπιτρέπω, πιστόω. Terent. Ouem lupo commiſiſti. Quãdoq; ſociari, coniungere. συνάπτειν. ſignificat. Verg. Delphinũ caudas utero commiſſa luporum. Aliquando incipere. Idem lib. 5. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Interdum fidem habere. Terent. Hecy. Nunquã tam dices commodè, ut tergum meum tuam in fidem committam. Quandoq; comparare et in contentionẽ deducere, confligere. συμβάλλειν, συγκρίνειν, συρρήγνυναι. Suet. in Calig. Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atq; inter ſe omnes cõmittere. id eſt, in certamen mittere. Propriè tamẽ ratione præpoſitionis con, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere. συζεύγνυμι. Gellius. Vide etiam Vall. lib. 2. cap. 18. & lib. 3. ca. 62.

Cõmmŏdãtă res, (χρῆμα κεχρησμένον) proprie intelligitur, ſi nulla mercede accepta uel conſtituta, utenda res data eſt.

Cõmmŏdãtãrĭũs, ſiue commodo. onis. m. t. qui commodatum accepit.

Commoditas, atis. f. t. aptitudinem quandã conuenientiamq; ſignificat, & utilitatem. ἐπιτηδειότης. Cic. 4. de Finib. Non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis.

Cõmmŏdo. as. a. p. pen. cor. utile & cõmodum facio, ſeu commoditatem præſto. συνωφελέω. Cic. Cæſari: Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratũ. Et commodare eſt mutuò dare, hoc eſt alicuius rei uſum concedere. χρῆσαι, κιχράναι. Cic. lib. 4. ad Heren. Ait cuidam ædes maximas ad nuptias cõmodaſſe. Sumitur nonnunquam

nunquã ſimpliciter pro impendere. καρίζειν. *Hinc fit accommodo.*

Cōmmŏdŭm,di.n.ſ.pen.cor.fit à modo & ſignificat utile,emolumentũ. ὠφέλεια, εὐχρηστία. Cuius cõtrarium eſt incommodum, pro damno. δυσχέρεια. Cic. 2. ad Heren. Cauſſa eſt qua induxit eum commodorũ ſpe,aut incommodorum uitatione. Quandoq; commodum dicitur bonum, aptum, conueniensq́;, quaſi cum modo & ratione. ἐπιτήδειον. ſic & commoditas, Terrent. And. At ſi corrigatur, quot commoditates uide. Idem in Hecy. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum eſt ferre. Inuenitur etiam commodum, (κατὰ ταυτὸ) aduerbium, & ſignificat iam, ſeu tunc temporis, eo momento. Apul. Commodũ cœnare incipientẽ inuenio. Gell. lib. 2. Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi foribus. Commodum ſequente cum, ſignificat uix, uel tantũ. Cic. Att. Commodum diſceſſeras heri, cũ Trebatius uenit. Item pro opportune. Plaut. Merc. Commodum obuiam uenies patri. Idem ſignificat cõmodè, ut commodè agere, audire, dicere, &c. id eſt bene, uel optime, apte. Inde Plaut. formauit diminutiuum in Sticho, Hoc conuiuium eſt Pro opibus noſtris ſatis commodulè nucibus, fabulis, faculis, Olea interrupto lupillo, comminuto cruſtulo ſat eſt ſeruo homini.

Cōmmŏdŭs.a.um.o.ſ. (πρόσφορος, ἐπιτήδειος, δεξιός) quod eſt utile, ſiue aptum: à quo commodus & incommodus. Terent. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi. Cornelius Cel. Sed inter omnia maximè commodum eſt modice exercere.

Cōmmærĕo,es.neutropaſſ.ſ. καταλγῶ. totus, uel in totum triſtor. Plau. in Epid. Neſcio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, ita uoltum uideor uidere commœruiſſe.

Cōmmĕnefăcio,is.a.t. commoneo, adduco. ἀναμιμνήσκω. Sall. in Cic. Videlicet ut nos commonefacias, quàm conuerſa ſit Reſp. cũ in ea domo habitares, &c. Huius paſſiuũ eſt commonefio. Cic. 7. Verr. Quin tui ſceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Cōmmŏnĕo.es.a.ſ. pen. cor. idem quod admoneo. ὑπομιμνήσκω. & conſtruitur cum genitiuo. Quint. Grammaticos ſui officij commonemus. Terentius in Andria, Aliorum exempla commonent.

Cōmmōtrĭæ,arum.f.p. (κομμώτριαι) ſubminiſtræ & ornatrices erant Romæ (ut Feſtus ait) Veſtæ deæ. id eſt eius ſacerdotes. Hinc & inſtrumentum muliebre κομμώτριον, apud Iulium Pollucem.

Cōmmŏuĕo.es.a.ſ. pen. cor. perturbo. à præpoſito deflecto, lædo, recedo. συνταράττω. Terent. Commoui hominem. Cic. Viſi ſumus ſenatũ commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Colum. lib. 2. Ne in radicem maiore nixu uomis impactus colla commoueat. Cic. Tyro: Tu & cura ut ualeas, & te iſthinc ne temere commoueas.

Cōmmūnĭco.as. a.p. κοινωνέω, κοινόω. pen. cor. ex con & munico compoſitum eſt. munico autem à munis fit. & eſt communicare, participari, conferre, impartiri, quando quod eſt, aut eſſe poteſt priuatim, fit uniuerſorum. Varia huius uerbi conſtructio eſt. Cum accuſatiuo. Cic. de Amic. Nam & ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & aduerſas partiens, communicansq́; leuiores. Cum accuſatiuo & ablatiuo habente præpoſitionem cũ. Idem pro Balbo: Eſt enim in populum Roma. graue, non poſſe uti ſocijs excellenti uirtute præditis, qui uelint cum periculis noſtris ſua communicare. Cum accuſatiuo & præpoſitione inter. Idem, Sed hæc (ut ſpero) breui inter nos communicabimus. Item cum inter & præpoſitione de. Idẽ Fa. 15. Tum ut quib. de rebus uellemus, tu tuis, ego meis inter nos cõmunicaremus.

Cōmmūnĭs,nĕ.o.t. (κοινὸς) ex con & munis, quod eſt quaſi cũ munere: ſicut immunis, (ἀτελὴς) ſine munere. Hoc uero commune eſt quod omnium officijs ſubiacet, ſiue expoſitum eſt, ſiue quod aliquis cum alijs commune habet, adeò ut participes unius rei non diuidendæ, dicantur tanquam conmunes, id eſt unius muneris compotes, ſiue uno munere ſimul donati. Dicitur etiam communis, qui omnium eſt, quaſi omnibus conſentiens. à quo communitas. κοινότης. & aduerbium communiter. κοινῶς. pro quibus ueteres munitas & muniter uſurparunt. Siquidem apud ueteres munes & munifici nõ à largitione, quæ ignota erat, dicebantur, ſed ita

appellabantur conſentientes ad ea, quæ amici uellent. Cic. Offic. 1. Magnum eſt enim eadem habere monimenta maiorum, eiſdem uti ſacris, ſepulchra communia. Plaut. in Rud. Mare quidem commune certò eſt omnibus eſſe. Cic. in Verr. Cõmunis omniũ inimicus.

Communes dies, (κοιναὶ ἡμέραι) ad emendationem infauſti nominis dicti ſunt, qui uelut infelices ad omnia cauendi ſunt, prius atri dicti.

Cõmmūto. as. a. p. ἀνταλλάσσομαι, καταλλάσσομαι. pen. pro. ſimul, uel contrà, uel totum ſimul muto: quod fit cum una res pro alia datur, & ille commutat, qui alteri quod habet, concedit, ut aliud quippiam aſſequatur. Plin. in Epiſt. Librum tuum legi, & quàm diligentiſsimè potui annotaui quæ cõmutanda, quæ eximenda arbitrarer. Commutare uerba, (μεταβάλλειν τοὺς λόγους) eſt pro bonis dictis mala ingere: id eſt, iracundia in maledicta compelli, altercari, & iurgia habere. ἀντιλέγειν. Teren. in Andr. Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum eſſe uerbum. Inde commutabilis. le. μεταβλητός.

Cŏmo. is. pſi. ptum. a.x. κομῶ. ſignificat compono, orno. Teren. Dum moliuntur, dum comuntur annus eſt. Hinc comptus. a. um. ornatus, politus. κεκαλλωπισμένος. Plautus in Mil. Capite compto, crines uittasq; habeat. Vnde diminutiuum Comptulus. κομμωτής.

Cõmœdiă, æ. f. p. κωμῳδία, ἀπὸ τῆς κώμης. id eſt, à uico & ᾠδῆ cantilena. genus poëmatis, quod in initio in uicis iuuenes quæſtus gratia cantare ſoliti eſſent, crebro conuenientes. Comœdia eò confecta creditur, ut affectus noſtros moderaremur in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram uitæ quotidianæ uideremus. Eſt autem poëma, in quo humiles ferè perſonæ inducuntur, & amores, uirginumq; raptus deſcribuntur. Huius nominis pen. cor. apud Latinos, acuitur Græcis. Horat. Interdum tamen & uocem comœdia tollit.

Cõmmœdicē, aduerb. ſignificat manſuetè, ſuauiter: ſicut tragœdicè, crudeliter. Plaut. Euge aſtitiſti & dulcè, & comœdicè.

Cõmmœdiŏr, aris. (κωμῳδέω) ſignificat ridiculè ac loquaciter loquor.

Cõmœdŭs, di. m. ſ. (κωμῳδός) qui repræſentat comœdias, ſicut Calliopius Comicus (κωμῳδοποιός, κωμικός) qui componit, ut Terentius.

Comoſis, primum fundamentum operis apum dicitur, teſte Plinio lib. 11. cap. 7.

Comoſus. Vide ſupra poſt comatulus.

Cõmpāctūm, cti. n. ſ. (συνθήκη) dicitur quod inter aliquos conuenit. Plau. Rem de compacto geris. id eſt, ex eo quod inter ſe conuenerat.

Cõmpāgĭno. as. a. p. (συναρμολογέω) pen. cor. coniungo, copulo, quòd paginæ ſimul iunguntur. Auguſt. Vt autem ſimus membra eius, unitas nos compaginauit.

Cõmpāgo. ginis. & Compages, compagis, pen. pro. f. t. pro coniunctione & compoſitione. Ouid. Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ. Cic. de Senect. Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur.

Cõmpār, aris. o. t. idem quod par. ἴσος. Liuius. lib. 1. ab Vrbe, Id enim demum compar connubium fore. Inuenitur & compar, pro ſocio, ſeu coniuge. Plautus in Caſſ. Meus ſocer, compar, commaritus, uillicus. id eſt, ſocius, uel æqualis. Plin. lib. 18. cap. 23. Coniuges fermè uagantur, nec niſi cum compare uita eſt.

Cõmpărătiuūs. a. um. o. ſ. (συγκριτικός) quod adæquat. Vnde dicimus comparatiuum gradum, cuius proprium eſt ſuperare poſitiuum in ea qualitate quam obtinet, licet quandoq; pro poſitiuo ponatur. Eſt aũt comparatio, ut docet Priſcianus ad unũ uel ad plures, tam ſui generis quàm alieni. Stat. lib. 8. Theb. Sed pectora flectas, Et melior ſis quæſo deis. Valerius Max. lib. 4. Idem ſentit Fabricius Licinius, honoribus & authoritate omni ciue temporibus ſuis maior. Cõparatiua & ſuperlatiua quæ à præpoſitionibus ueniunt, præter ſuam conſtructionem ablatiui & genitiui, aliquando accuſatiuo iunguntur. Cic. Octauium: Propius urbem. Salluſt. Proximè Hiſpaniam Mauri ſunt.

Cõmpăro, ras. a. p. pen. cor. uerbum eſt ſemper aliquid efficiens, parans. Vnde multiplex eius uſus eſt. Significat enim aliquando comparationem facere, ſiue adæquare. συμβάλλειν. & conſtruitur cũ datiuo, & præpoſitionibus cũ & ad. Cic. Ami. Memineră Paulum, uideră Caiũ, ſed ij comparantur Catoni maximo, & ſpectato

ſpectato uiro. Idē de Sen. Quæ ſunt igitur uoluptates corporis cū authoritatis præmijs cōparandæ? Idem Offi. 1. Hæc etiā inter ſe comparare & in his dubitare turpiſsimum eſt. Teren. Eun. Hau, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Item conſtituo, adapto. παρασκευάζω. Cic. de Nat. Ego me ita comparaui. Et natura ita comparatū eſt. id eſt, conſtitutū (ἔτως πέφυκε.) Item præparo, paro, quæ uidetur propria eſſe ſignificatio huius uerbi. συσκευάζω. Cic. in Verr. Act. 2. Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium comparabat. Sic comparare copias, exercitum: & per tranſlationem, comparare riſum, dolum, inſidias, malum alicui. Item do. Idem ibidem: Et omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. Item ſocio, coniungo. προσάγω. Plautus in Aſin. Prehende auriculas, cōpara labella labellis. Item compono, machinor. συσκευάζομαι. ut, Comparare malum, Siſen. lib. 4. Hiſt. Item emere. πορίζομαι, ἀντικαταλλάσσομαι. Cato de re Ruſt. Prædium cum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Accipitur etiam pro quærere, ſiue acquirere. Cice. de Orat. Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. Hinc.

Cōmpărātĭo, onis. f. t. uerbale, idem quod apparatus: ut, comparatio belli. Item acquiſitio: ut, comparatio uoluptatis. Item conſtitutio. Liuius, His Volſcis ſiue ſorte, ſiue comparatione prouincia data eſt. Quid autem Grammaticis ſit comparatio, uide Comparatiuus.

Cōmpărātē, aduerb. Cic. in Top. Aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè.

Compareo. es. n. ſ. appareo. Cic. Atti. Pompeium comparere.

Cōmpāſco. is. a. t. ſimul paſco. ἐπινέμομαι. Varr. Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. Inde compaſcuus ager, (σύννομος ἀγρὸς) qui relictus eſt ad paſcendum communiter uicinis. Valer. lib. 6. cap. 7.

Cōmpēdēs, dum. d. t. (πέδαι, ποδοκάκκη) pen. cor. à ſingulari compes, quod non eſt in uſu, uinculi genus, cuius arctura rei cuſtodiuntur: à compedio. is. (πεδάω) quod ex con, & pedio componitur. Genera autem compedum ſunt numellæ, boiæ, pedicæ, neruus.

Cōmpĕdĭo, compedis. pen. cor. cōpediui, ditum. a. q. ſignificat pedes ligare, & uincire. Var. Domum intro, & pedes corrigijs compedio.

Cōmpĕdītŭs, a. um. o. ſ. participium, (Hinc, (πεπεδημένος) compedibus ligatus. Plaut. in Capt. In lapidicinas compeditum condidi.

Cōmpĕdo, as. a. p. occido. Auguſt. ſuper Leui. Solet & uulgò apud nos dici, Compedauit illum: quod eſt, occidit illum.

Cōmpĕllo. is. compuli, cōpulſum, a. t. propriè ſignificat (inquit Seruius) diuerſa uel diuerſorum generum animalia eodem cogere. (συνελαύνειν, συνωθεῖν.) Verg. lib. 7. Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis, Compulerantq́ue greges Corydon & Thyrſis in unum. Quin etiam de hominibus dici ſolet. Cicero de Inuen. Qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſilueſtribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit. Et per tranſlationem, Idem 4. Acad. Cum ſit enim campus in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus?

Cōmpēllo, as. a. p. ad aliquem loquor, alloquor: κοινολογοῦμαι, ἐντυγχάνω. Verg. lib. 2. Vltro flens ipſe uidebar Compellare uirum. Aliquando infamo, accuſo. προσκαλοῦμαι. Cic. ad Atti. lib. 2. Nigidium minari in concione, ſe iudicem qui non adfuerit, compellaturum. id eſt, incuſaturum.

Cōmpēndĭārĭŭs. a. um. o. ſ. breue & ſummum, ſiue optimum. σύντομος. Cic. lib. 2. Offi. Præclarè Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, & quaſi cōpendariā dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet.

Cōmpēndĭōſŭs. a. um. quod eſt ualde utile, λυσιτελής. Colum. lib. 1. Quod & per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen ſit compendioſum. Interdum dicitur ualde bene. συνοπτικὸς. quòd ea quæ ſimul penduntur, celerius expediantur.

Cōmpēndĭŭm, dij. n. ſ. (ἐπιτομὴ, σύνοψις) à compendo, quod in uſu non eſt, cum tamen compenſo eius frequentatiuum inueniatur, quòd ima compenderet. Et eſt id quod parſimonia quadam ſeruamus: ſicut econtrariò diſpendiū (βλάβη) quod uel incuria, uel immoderatione diſpendimus. Plin. Bubulas carnes, caules caprifici, magno lignorū cōpendio percoquunt.

Compen-

Compendium dicitur etiam utilitas, lucrum, ὠφέλημα. ſicut diſpendium, damnum. Cic. 4. ad Heren. Duæ res ſunt, quæ poſſunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atq; auaritia. Item compendium breuitas in qua tamen utilitas eſt, quales ſunt libri in quibus breuiter materia colligitur. Vnde Plautus in Mil. Quàm potes, tam uerba confer ad compendium.

Cōmpēndifăcio, cis. a. t. duco ad compendiū. id eſt, breui utor oratione. συντέμνω, μινθύνω. Plau. in Moſt. Orationis operā cōpendifacito.

Cōmpēnſo. as. a. p. quaſi ſimul pondero, retribuo. ἀνταμείβομαι, ἀνταλλάσσομαι. Valer. Max. Tarditatemq; ſupplicij grauitate compenſat. Modeſt. Compenſatio, eſt debiti & crediti inter ſe contributio. ἀμοιβή.

Cōmpĕrēndino. as. a. p. pen. cor. ſignificat in longum de die in diem differo. ἀναβάλλομαι, ὑπερημερεύω. Vnde Comperendinatio, (ἀναβολή) quæ eſt (ſicut docet Aſco.) ab utriſq; litigatoribus inuicem ſibi denūciatio in perendinum diem. Cic. in Verr. Actio. 3. Vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum comperendinatum iudicaret. Dies comperendinaria, dicebatur iudicium in tertium diem conſtitutum. Dies comperendini, (κύριαι ἡμέραι) quibus uadimonium iuberi licet, ut inquit Macrobius. Val. lib. 2. cap. 13. Bud. in Annot.

Cōmpĕrĭo, & comperiŏr deponens differunt, authore Diomede, quòd comperiri eſt ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. καταλαμβάνειν. Salluſt. in Iug. Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, ſimul & Romanum, & Numidā ſpe pacis detinuiſſe. Comperire uero ab alio cognoſcere. πυθέσθαι. Teren. Item alio die quærebam, Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquā attinere. Compertum eſt mihi, & exploratum eſt mihi. hoc eſt, per inueſtigationem πιστὴν βέβαιον συνῆσθαι. Ariſtot. & πληροφορῆσθαι.

Cōmpērēs, ium. o. t. dicuntur homines genibus plus iuſto coniuncti, qui longos habent pedes. Lucil. lib. 17. Saty. Compernem, aut uaram fuiſſe Amphitryonis coniugem Alcmenam.

Cōmpēſco. is. cōpeſcui, a. t. eſt unà paſcere, & in uno loco, ac uelut in eodem paſcuo continere, inquit Feſt. Sed transfertur, & pro cohibere, ſiue coërcere ponitur. συστέλλειν, συνείργειν. Plin. in Epiſt. Nullam deniq; inſtrumentū ad incendia cōpeſcenda. Iuuen. Digito cōpeſce labellum.

Cōmpĕto. is. a. t. pen. cor. ſignificat honorem, uel coniugium, & quicquid aliud aduerſus alium, & quaſi ſimul peto. συμμετίεμαι. Vnde competitores, (συμμετιόντες) dicuntur, qui in magiſtratibus, officijs, & honoribus petendis concurrunt. Et ſic eſt actiuū. Aliquando competere eſt parem eſſe, contingere, conuenire. συνάδειν, συμπίπτειν. Vnde in æſtimatione rerum dicimus, Hoc illi competit. Senec. Nihil ei magis competebat. Hic cōpetet, capitur pro ſufficiet. Et competentia, (ἀναλογία) pro conuenientia. Gell. lib. 2. Membrorum omnium competentiā modificatus eſt. Quandoq; eſt cōſtanter ualere. Sall. li. 1. Hiſt. Si uero quaſi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribus, aut lingua competeret. & ſic eſt neutrū.

Cōmpīlo. as. a. p. pen. prod. undiq; ſurripio. ἐνσκευάζω, περιαυλάω. Dictum à πιλῶ, quod eſt complano, non à pilis uellendis, cuius prima corripitur, uel ab eo quòd pilotas fures Græci appellant. Vnde compilare, & expilare hæreditatem dicimus. id eſt, fraudare & diripere. & compilati, (περισεσυλημένοι) furtum paſſi, quòd qui è domo ſupellectilem detrahunt, æquare & complanare omnia uideantur. Cic. 1. De Nat. Deor. Alij omnia, quæ poſſunt fana cōpilant. Interdū cogo, (ῥαψῳδῶ) & in unum condo. Vnde compilatores, (ῥαψῳδοί) qui multa in unum cogunt.

Cōmpīngo. is. compegi, compactum. a. t. compoſitum ex con & pango, ſignificat contrudo, cōpello, detrudo. συνωθέω. Plau. Amph. Quid faciam nunc, ſi tres uiri me in carcerem compegerint? Interdum compono, coniungo. συμπήγνυμι. Verg. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

Cōmpĭtă, orum. n. ſ. (ἄμφοδα) pen. cor. dicuntur loca, quæ petunt homines per diuerſas uias. Sunt enim quadriuia, quòd quaſi in unum petunt locum: uel à coëundo, quòd multæ uiæ in unum coëant: uel à compotando, quòd ibi ruſtici ſacrificare ſolerent. Verg. 2. Georg. Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum.

Cōmpĭtālĭă, ium. n. t. (ἀμφόδια) feſta quæ in compi-

compitis peragebantur. et compitalitius dies, in qua compitalia celebrabantur. & deus qui compitis præeſt, ἀγυιεύς. Hinc compitalitius. a. um. ut dies compitalitius: compitalitiæ ambulationes, Cic. Gell. lib. 10. cap. 24.

Cōmplāno. as. a. p. (χθαμαλόω, ὁμαλόω.) pen. pro. plano, planum reddo. Cic. pro Domo. S. P. Melij regnum appetentis domum eſt complanata. id eſt deſtructa, ſolo æquata.

Cōmplēctŏr, eris. complexus ſum, c. t. ſimul, uel in totum amplector, contineo, meo ſinu complexuq́; recipio, ruo in collum, περιπλέκομαι, περιέχω. Teren. in And. Accurrit, mediã mulierem complectitur. Complector amore, (περιβάλλομαι) ſignificat amo. Cõplector cogitatione, cogito. Complector animo, conſydero. Cic. Etenim cũ complector animo, quatuor reperio cauſſas, cur ſenectus miſera eſſe uideatur.

Cōmplĕo, es. a. ſ. ex con, & pleo, ſignificat ad ſummum ſeu undiq; impleo. συναναπλήθω, συμπληρόω. Gell. Ventus à latere ſæuiens nauem undis compleuerat. Per translat. pro finire. πληρόω. Idem in Catil. Leontinus Gorgias centũ & ſeptem compleuit annos. Interdũ pro ſupplere, perficere, integrare. Sall. Duas legiões inſtituit, cohortes pro numero militũ cõplet.

Cōmplēx, icis. o. t. (συνάτης, συνεργός) particeps ſceleris, & qui in eodem crimine ueluti complexus eſt. à complectendo.

Cōmplēxŭs. us. m. q. nomen à complector. Plau. in Amph. Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexu tenet. Complexus pro amore. Cic. 5. de Fin. Deinde totius complexu gentis humanæ. Cōmplēxŭs, uel copulatio, (συμπλοκὴ) dicitur apud Iureconſultos plurium in idem in unitate ſermonis coniunctio, & fit ab homine, uel à lege.

Cōmplēxio, onis. f. t. uerbale, idem quod complexus. Cic. in Orat. Nec aceruatim multa frequentans, una complexione deuinciet. Complexiones, copulationes, & adhæſiones. Cic. 1. de Finibus. Complexionem orationis Cice. ſic definit libro 1. De Inuent. Complexio eſt, in qua utrum cõceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus eſt, cur uteris? ſin probus, cur accuſas?

Cōmplico, as. a. p. (συμπλέκω) à quo complicatio. quære Plico.

Cōmplōdo. is. (συγκροτέω) Vide explodo.

Cōmplūră, (συχνά, συμπλείονα) Vide Plus.

Cōmplūrĭēs, (πλειστάκις) aduerbium, factum ab eo quod eſt cõpluria, & ſignificat ſæpe. Cato, Contumelias mihi dixiſti compluries.

Cōmplŭuĭŭm, uij. n. ſ. à pluuia dicitur, quòd de diuerſis tectis aqua pluuialis in eundem defluit locum. Colum. lib. 4. cap. 24.

Cōmplŭuĭātŭs, a. um. o. ſ. ut, compluuiata uinea. dicta à cauis ædium compluuijs. Var. 1. De re Ruſt. cap. 8. Iugationis ſpecies duæ, una directa, ut in agro Canuſino: altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, ut in Italia pleræq;.

Cōmpōno. is. a. t. pen. prod. continet in ſe multarum rerum conuenientiam, atq; aptam compoſitionem. ſignificat enim ſimul pono, cõiungo. συντίθημι, συνάζω. Verg. Cõponens manibusq; manus, atq; oribus ora. Item diſponere conſtituere. συντάττειν, καταλοχίζειν. Verg. li. 1. Quam tuta poſſis urbem cõponere terra. Item comparare, (συμβάλλειν) Sall. Vbi Metelli dicta cum factis componit. Quandoq; ornare. κοσμεῖν. Idem lib. 4. Georg. Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Nam compoſitio ornatum facit. Quandoq; colligere. συνάγειν. Cic. in Verr. Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi, neſcio quis, ex alijs orationibus compoſitum dedit. Quandoq; reficere, recreare. Verg. Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra. Quandoq; lenire. παύειν. Ambroſius lib. 1. Offic. Cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos noſtros ratio componat. Quandoq; finire, claudere. Verg. Antè diem clauſo componet ueſper olympo. Quandoq; concordare. συναρμόττειν, καταρτίζειν. Plaut. in Curcul. Si poſſum hæc inter uos componere. Quandoq; conuenire, paciſci. συντίθεσθαι. Plin. Nihil non compoſito fecimus, pactum ſeruauimus. Quandoq; fingere, ſimulare. πλάττειν. Salluſt. Non ſunt compoſita mea uerba, parui id facio, ipſa uirtus ſatis oſtendit. Hinc fit compoſitor, compoſitio, compoſitura, uerbalia. Item compoſitò, aduerbium, (ἐκ συνθήκης) quod ſignificat ex pacto, & ponitur ſine præpoſitione. Non enim dicimus, ex compoſito. Teren. in Phorm. Compoſito factũ eſt, quomodo hanc amans

amans habere poſsit ſine dote. Et compoſitè ſimiliter aduerbium. Cic. de Orat. Sin oratoris nihil uis eſſe, niſi compoſitè, ornatè, copiosè eloqui. id eſt, eleganter.

Cōmpŏs, otis. o. t. dicitur, qui habet uel aſſecutus eſt aliquid. ἐγκρατὴς, ἐπίβολος, ἐπιτυχής. Plaut. in Capt. Atq; ita me rex deorū atq; hominū faxit patriæ cōpotem. id eſt, obtentorem. Impos. (ἀκρατὴς) qui nō poteſt aliquid. Compos animi, (νουνεχὴς, ἔμφρων.) id eſt, compotentis animi, uel qui habet ſanum animum. Impos animi, qui animi ſui potens non eſt. Salluſtius, Neq; animo aut lingua ſatis compos. Terent. Adelph. Vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. Sic compos uoti, & impos uoti. Cic. Nā quo modo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciūt: ſic uictos è contrario uoti impotes, qui non poſſunt facere quod uolunt. Sunt autem compos & impos compoſita à pos potis. Vnde & poſſum & poſſideo. Pos autem idem eſt, quod potens, & potis genit. quo nunc loco nominatiui utimur. Verg. Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo. Quod aūt Perſius dicit, Qui pote, uis dicā? nugaris: Pote pro potis accipitur (metri cauſa.

Cōmpŏſitio, onis. f. t. modò ſtructuram, modò ornatum, modò pactum ſignificat. σύνθεσις, συνθήκη. Vide compono.

Cōmprædēs, c. t. (σύνεγγυοι) eiuſdē rei ſponſores.

Cōmprānſŏr, oris. m. t. qui ſimul prandet. Cic. 2. Philip. Hunc tu agrum compranſoribus, & colluſoribus diuidebas.

Cōmprĕhēndo. is. di. ſum. a. t. propriè eſt manu capio. Cic. de Nat. 1. Quid opus manibus, ſi nihil comprehendatur? Sic cōprehendere hoſtem & comprehendere aliquem in fuga apud Cæſarem: & comprehendere arma, apud eundem pro capere. Sed in tranſlatione ponitur aliquando pro percipere, uel intelligere. Cic. Fam. lib. 6. Quæ didiciſti, quæq; ab adoleſcentia pulcherrimè à ſapientiſsimis uiris tradita, memoria & ſcientia comprehendiſti, ijs hoc tempore utare. In qua ſignificatione dicimus quoq;, comprehendere animo, mente, ratione, ſenſibus, intelligentia, &c. Aliquando ponitur pro perſtringere, concludere, uel continere. Cic. De Orat. Ac ne plura quæ ſunt penè innumerabilia, conſecter, comprehendam breui. Aliquando pro proſequi. Cic. Fam. 13. Vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentē humanitate tua, quæ eſt ſingularis, cōprehenderis. id eſt, cōplexus fueris.

Cōmprĕhēnsūm, ſi. n. ſ. ſubſtantiuè. Cic. 4. Acad. Cum quamobrem ita oporteret, nihil haberet cōprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti. Comprehenſè aduerbium, ut comprehenſe loqui, Cic. Comprehenſibilis. le. Cic. 1. Acad. Id autem uiſum cum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile feretis. Comprehenſio, pro accuſatione, & reprehenſione. Cic. 2. Philip.

Comprobo. as. a. p. approbo, collaudo. Cic. pro Pom. Sententiā tuam laudo, uehemētiſsimeq; comprobo. Inde comprobatio, & cōprobator.

Cōmprĭmo. is. a. t. pen. cor. promo. συμπιέζω. ut, Vuæ comprimuntur, quo uinum effluat. Item cohibeo, contineo. συνέχω. Plautus in Amph. Ego tibi iſtam hodie ſceleſte comprimam linguam. Item uitio. βιάζομαι. Martial. Villica uti duri compreſſa eſt nupta coloni, Incaluit quoties ſaucia uena mero. Vnde Compreſſus. us. & Compreſsio, pro coitu. φθορά. Plaut. Nunc ad amicā decimo die Athenas uiſo, quam grauidam hic reliqui compreſſu meo.

Cōmptūm, pti. n. ſ. genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant.

Cōmptŭs. us. m. q. pro ornatu. καλλώπισμα. Don. in Eun. Terentij ait, quòd hæc magis amanda ſit, quæ naturæ beneficio non factis comptibus aut induſtria facta eſt pulchra. Vnde comptulus dimin. à comptus.

Cōmpūlſo. as. a. p. ſæpe collido. συναράττω. Col. lib. 1. Eadem quæ ſemper mare conſpicit, compulſatur ac fluctu conſpergitur.

Cōmpūnctūs, a. um. o. ſ. ſignatus. στιγματίας. Cic. lib. 2. Offic. Compunctum notis Threicijs.

Cōmpūngo, gis. compunxi. ctum. a. t. idem quod pungere. καταννύσσω, κατανύσσω. Hinc compunctio uerbale. κατάνυξις. Plin. lib. 11. ca. 19. Aliquando ſignificat animi habitum pertinacem, & ad malum immutabilem, ut apud Apoſt.

Cōmpŭto. as. a. p. pen. cor. ſimul puto, ἀποτέμνω: quod & ad arbores & ad mentem referri poteſt. Cum ad mentem refertur, pro exiſtimo ſiue iudico (λογίζομαι) accipi poteſt. Plin. lib. 9. ca. 15. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantū Curius aut Fabricius in triumphum tulerint,

tulerint, & imaginentur eorum fercula. Item connumero, ſiue, quod uulgò dicitur, computum facio. Pli. in Epi. Si computes annos, exiguũ tempus. Hinc cõputatio, uerbale. Pli. li. 17. ca. 22. Operarũ iſta cõputatio eſt. Et cõputabilis. le. quòd cõputari poteſt, & numerari.

Comus. m. m. ſ. deus commeſſationũ & nocturnarum ſaltationum. Inde comeſſari uerbum, & comeſſatio, ut inquit M. Varro. Vnde etiam Crapalocomus, uinolentorum hymnus apud Ariſtophanem in Ranis.

Cõn, & Cũm (σὺν) idem ſignificant: ſed Cum ferè ſeparata, Con uerò ſemper cõpoſita reperitur: & ſignificat ſimul, ut coniungo. Interdum contra, ut contendo. Interdum ualde, ut concrepo. Et eſt ſciendum quòd quando cõponitur cum dictione à uocali, uel ab h incipiente, ſemper n abijcitur, ut coapto, coapoſtolus, coërceo, cohortor, cohibeo: in comedo n mutatur in m: in cogo, n & a tolluntur. Quando componitur cum b, m et p, tranſit n in m, ut combibo, commoueo, compareo: cum c uerò, d f g n q ſ t i. & u conſonantibus, manet n integra: ut concurro, condo, confugio, congero, coniecto, connecto, conquiro, conſequor, contineo, conuenio. In reliquis n mutatur in ſequentem literam, ut colligo, colluuies, corrigo.

Concamero, as. a. p. idem eſt quod Camero. Pli. li. 36. ca. 14. Templum concamerare inchoauerat. Inde concameratio. Budæus, Concamerationes ſunt, quæ arcuato opere conſtant.

Concalefacio, & concalfacio, & concaleſco, & paſſiuum concalefio, calidum fieri.

Cõnãmẽntũm. ti. n. ſ. Plin. lib. 19. cap. 2. de ſparto loquens, Ad reliquos uſus laborioſe euellitur, ocreatis cruribus manibuſq́;, tectis manicis conuolutum, oſſeis ligneiſue conamentis. hoc eſt adiumentis, & fulcimentis ligneis.

Cõncãtẽno, as. a. p. συναρμόζω. à uerbo cateno, quod ſignificat ligo, inuoluo.

Cõncãuũm, ui. n. ſ. adiect. ſinuoſum, uacuum κοῖλον. à cauo. Vnde concauitas. Cic. 2. De Nat. Deor. Speluncarum concauas altitudines, ſaxorum aſperitates.

Cõncẽdo. is. n. t. pen. prod. prodo, permitto. παραχωρέω, δίδωμι. Cic. in Ver. 2. Da mihi hoc, concede quod facile eſt. Item recedere. ἀναχωρέω. Teren. Hecy. Hic uideo me eſſe inuiſam immerito, tempus eſt concedere. Aliquando credere, conſentire. συγχωρέω. Teren. Phor. Nunquã ne hic hodie cõcedes mihi, neq; intelliges?

Cõncẽſſũs. us. m. q. pro permiſſu. Ci. pro Cæl. Datur enim conceſſu omniũ huic aliquis ludus ætati.

Cõncẽnto. as. n. p. συνᾴδω. frequent. à concino. is.

Cõncẽntŏr, oris. m. t. (συνῳδός) in Decretis canonicis dicitur is, qui conſonat & concinit canenti: ſicut ſuccentor, qui uoce ſubſequens canendo reſpondet. Præcentor, qui uocem præmittit in cantu.

Cõncẽntũs, us. m. q. ſimul cantus, cantus mixtus. id eſt, ſymphonia, & diuerſarum modulatio uocum, ut cum è multis diuerſis uocibus unus efficitur ſonus. Verg. lib. 1. Georg. Hinc ille auium concentus in agris. ex con & cano. & concentus concordia.

Cõncẽptãcũlũm, li. n. ſ. aut Conceptabulũ, quod aliquid cõtinet. ὑποδοχή, ἐκδοχεῖον. ut uena eſt conceptaculum ſanguinis. id eſt, in qua ſanguis continetur. Plin. Superbia alicubi conceptaculum, ſed in ſupercilijs ſedem habet.

Cõncẽptã uerba, (διειλημμένα ῥήματα, καὶ ἐπακτὰ) ſunt quæ prout enunciantur, ita perſcribi ſolent, nec aliquid præpoſterè dici fas eſt. Sæpe iuſiurandum offerri ſolet conceptis uerbis. Plaut. in Aſin. Vbi uerbis conceptis, quod aliud ſciens periuratis.

Cõncẽptiuæ feriæ, (τεταγμέναι ἑορταὶ) quæ certis diebus quotannis obſeruabantur, ut Sementinæ & Compitalitiæ.

Cõncẽptio, onis. f. t. (σύλληψις) apud Grãmaticos ſchema eſt, cũ unum genus concipit. hoc eſt, ſimul apprehẽdit aliud genus, uel una perſona aliã.

Cõncẽptũs. a. um. o. ſ. (συνειλημμένος) participiũ, quod apprehenſum ſiue deſtinatũ ac congregatum eſt. Conceptus. us. nomen, quod & Conceptũ dicitur, de eis quæ in uentre fœminæ, & in animo fiunt. Vide etiã Concipio.

Concerpo. is. a. t. conſcindo, lacero. Cice. Atti. Eas epiſtolas concerpito.

Cõncẽrno. is. uide in dictione Cerno.

Concerto. as. n. p. ſimul certo, & contendo. Cic. pro Pom. Qui ſæpius cũ hoſte cõflixit, quàm quiſquam cum inimico concertauit. Inde concertatio, & concertatorius.

Cõnchã

Cōnchă, æ.f.p. (κόγχη) genus piſcis ex cancro-rum genere. Conchæ & oſtrea dicuntur fir mioris teſtæ piſces. Conchæ quæ teſtam leuem ac politã habent, ſiue uniformiter rugatam: & teſtæ ipſæ duriores propriè conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum atq; concharum. Ouid. Oſtrea quæ in conchis tuta fuere ſuis. Concharũ genera enumerat Plin. lib. 9. ca. 33. & earum naturã explicat. 35. Eſt & uaſis genus concauũ ac ſuperius patulum, Plin. Rurſus tunditur, deinde lauatur in conchis, ſiccaturq́. Alio nomine Alueos & alueolos dicimus, & præſertim in longum porrectos, ligno excauato, ut monoxyla. Aliquando ponitur pro tuba. Verg. li. 7. Aen. Sed dum fortè caua dum perſonat æquora concha. Seruius hoc nomen à Græco κόγχη trahit. Alij Latinum putant, à concauitate deductum, atq; ſine aſpiratione ſcribunt. Conchæ Cytheriacæ dicebantur quæ margaritas producebant. Martia.

Cōnchĭs, f.t. (κογχὶς) fabæ genus, ſiue edulium ex faba. Iuuen. Cuius concha tumet. Sunt qui dicant eſſe fabam cum cortice ſuo elixam, ad differentiã fabæ frixæ* quidam freſæ legunt, quæ ſine cortice coquitur: à ſimilitudine concharum, quod fracto cortice uelut implicita » conchis ſuis caruncula uideatur. Martial. Si » ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lau- » torum cœnis ſæpe negare potes. Huius diminutiuum eſt conchicula.

Cōnchŏn, chi. n. ſ. (κόγχον) Græci appellant, uas ſeu cauum oculorum. author Iulius Pollux.

Cōnchŭs, chi. m. ſ. lapis quidã in cõcha piſce, qui à nonnullis unio, ab alijs margarita, ſiue perla

Cōnchўlĕ. lis. n.t. (κογχύλη) pen. pro. (dicitur. & Conchylium, genus piſcis eſt ex cõcharum genere, ut ait Plin. lib. 9. ca. 15. In mari Aſſyrico & Medico, quem muricem, & ſarram, & oſtrum appellant. Ex cuius inciſu conchæ colligitur ſuccus tingendis ueſtibus expetitus. Ex eo enim inficitur purpura, qui color auſterus in glauco eſt, & iraſcenti ſimilis mari. Vnde conchyliata ueſtis. κογχυλιωτὸς ἐσθὴς, πορφυρὶς. dicitur purpurea. Ponitur quandoq; conchyliũ pro ipſo colore, ſicut purpura, murexq́. Plin. Concharum ad purpuras & conchylia eadem eſt materia. Cruor conchylij ſiue muricis, oſtrũ dicitur ab oſtris: quapropter conchylium, muricem, oſtrum, in eadem ſignificatione accipimus. Vergil. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem, Vt gemma bibat, & Sar- » rano dormiat oſtro. Iuue. Sat. 3. Horum ego non fugiam conchilia? hoc eſt luxurioſas ueſtes & murice infectas.

Cōnchўtă. tæ. m. p. qui conchylia quærit in mari. Plau. in Rude. Saluete fures maritimi, conchytæ, atq; hamiotæ. Conchyliarij etiã dicuntur.

Cōncīdo. is. a. t. pen. pro. concidi, cõciſum, ſimul uel minutatim cædo. συγκόπτω, κατακόπτω. Pli. Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. Item frangere. καταχίζω. Idem: Et nucleus dentib. conciſus ſuper uulnus imponitur. Ab hoc conciſa oratio, (περιτετμημένος λόγος) quæ non continua, ſed ueluti membratim cæſa eſt. Et conciſus ſonus, fractus.

Cōncĭdo. is. pen. cor. cõcidi, concaſum. n. t. ſignificat in totũ cadere. καταπίπτω. Plaut. Amph. Vt quiſquis inſtiterat, concidit crepitu.

Cōncĭlĭābŭlŭm, li. n. ſ. locus in quem concilium conuenit. σύλλογος, ξυνέδριον. Plautus in Bac. Quid ſi apud te ueniat de ſubito in prandium aut potatio fortè, aut cœna, ut ſolet fieri in iſtis conciliabulis?

Cōncĭlĭābŭndŭs, a. um. o. ſ. qui conciliat. προσαγωγὸς, ξυναπτικός. à concilio uerbo.

Cōcĭlĭātrĭx, icis. f. t. dicitur mulier, quæ uiros mulieribus, & uxores uiris conciliat. προξενήτρια.

Cōncĭlĭo. as. a. p. (προσάγομαι, ἐπισπῶμαι, ξυνάγω) beneuolum facio, aut amore coniungo. Liui. lib. 1. Aeneas aduerſum tanti belli terrorẽ, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, &c. Item contrahere, ſeu comparare, & hoc tam in malum quàm in bonum. προξενεῖν, ἐπάγεσθαι. Plaut. in Trin. Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atq; tuos affinitatem ut conciliarem & gratiam. Sic dicimus, concilio mihi odium, inimicitias, quod eſt quaſi comparo, acquiro. Hinc conciliatus, pro empto. Terentius, Prodi male conciliate. id eſt, magno precio empte. Et conciliatio, (σύνθημα) pro conuentione. Plau. Extat conciliatio ſeruanda promiſſa.

Cōncĭlĭŭm, lij. n. ſ. à concalando. id eſt, uocando: uel (ut Varro ait) à coactione: ſecundum Feſtum, à populi cõſenſu: et proprie uirorum eſt. ξυνέδριον, σύλλογος. Verg. Conciliumq; uocat diuûm pater atq; hominum rex.

Cōncinnātitiūs.a.um, o.ſ. quod breuiter collectum & aptè ſitum eſt. ἐνάρμοστος. *Apul.lib.2. Nam Milonis boni concinnatitiam menſulam rogatus accubueram.*

Cōncinnentiă.æ.f.p.continentia, conuenientia. *Sidonius ad Conſentium: Quod domicilium parietibus attollitur ad concinnentiam ſcilicet architectonicam fabrefactis.*

Cōncinnitūdo,inis.f.t. conuenientia. ὁμολογία, ἁρμονία. *Cice.lib.2. Artis ueteris: Splendoris & feſtiuitatis, & concinnitudinis minimum.*

Cōncinno.as.a.p.per duplex nn,conſentio,aptè compono, & quaſi conuenire facio, ut pellis concinnata eſt ad calceos. Græcè συντίθημι, συμβιβάζω, συσκευάζω. Plautus: Auceps quando concinnauit aream, eſcas effudit. Et concinnatores cauſarum uel redemptores. δικοῤῥάφοι, συγκολληταί, ἐργολάβοι.

Cōncinnūs.a.um ἐμμελὴς, κομψὸς, ἐναρμόνιος, εὐθέμων. idem eſt quod compoſitus & ornatus,ex con & cinnus.ut oratio concinna. ἐγκατάσκευος λόγος. id eſt,compta,& aptè compoſita. Plaut.in Perſa. Sat Pol concinna facie. Cōcinnè. (κομψῶς) compoſitè, conuenienter: ut concinnè diſtribuere rem aliquam, Cic.2. De Orat. In quo etiam ſenſu accipi poteſt, concinnè. pen.cor. quod fit à concino.

Cōncino.is.concinui,concentum.n.t. ſimul cano. συμφωνεῖν. Cic.lib.1.Acad. Qui cum ſimilitudine concinere maxime ſibi uidentur. Per tranſlationem ponitur pro conuenire. ὁμολογεῖν. Concinit enim qui conſonat. & ſic cum datiuo conſtruitur.

Cōncio.is. conciui.a.q. conuoco, συγκαλῶ. ut concire multitudinem, Liu. Item commouere. Terent.in Hecy. Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit.

Cōncio.onis.f.t.(ἐκκλησία) à concio.is. tria ſignificat: ſcilicet ſuggeſtum unde uerba fiunt. Liu.lib.1. Vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Multitudinem populi aſſiſtentis conuocatā uel ex magiſtratus iuſſu, uel publici ſacerdotis, uel ſua authoritate: & proprie ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum. Salluſt. Itaq; concione aduocata, huiuſmodi orationem habuit. Et orationem ipſam. (δημηγορίαν) quæ ad populū habetur: Cic. Dolabellæ: Legi concionem tuam, nihil illa ſapientius.

Cōnciōnālis,le.o.t.qui idoneus eſt ad concionandum: aut qui concionari conſueuit, qualis hodie uulgò prædicator appellatur. Curius Cic. Quod quidem ſi inter uos ſenes concionales uenale præſcripſerit, egerit non multum.

Cōnciōnātōriūs.a.um. δημηγορικός. quod ad concionem pertinet. Gell. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem uenit.

Cōnciōnŏr.aris.d.p.orationem habeo. δημηγορῶ, ἐκκλησιάζω. Cum Lepidus concionaretur, atq; omnibus ſcriberet ſe conſentire cum Antonio. Hinc concionator. δημηγόρος. eſt qui orationem habet.

Cōncĭpĭlo.as.act.p.apud Næuium, ponitur pro corripio, & inuoluo.

Cōncĭpio.is.a.t.pen.cor.ſimul capio, apprehendo. συλλαμβάνω. Vnde concipere mulieres dicuntur, (ἀπολαμβάνειν, κύειν) cum genitale ſemen apprehenditur ad fœtum faciendum. Lact. li.3. Quid, quòd uxor poteſt eſſe communis, filius non poteſt: quoniam concipi non niſi ex uno neceſſe eſt. Inde Conceptus, & conceptio. Transfertur ad animū, pro ἐς νοῦν λαβεῖν, ἐμβάλλεσθαι, νοεῖν. Quint. Nec tantum cōcipere animo ſcelus potui. Hinc cōceptus mentis, (ἔννοια) dicitur, quo comprehendimus & imaginamur. Et apud Geometras, communes animi conceptiones uocantur, quæ omnes tāquam manifeſta & indubitata profitentur: ut, Omne totum eſt maius ſua parte: &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent inter ſe æqualia ſunt. Interdum concipere eſt deliberare ac deſtinare. βουλεύεσθαι. Sen. Iamdudum animo conceperat quid eſſet acturus. Interdum congregare, in unum reducere. συναθροίζειν. Colu.lib.1. Ne cum à uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat.

Cōncito,as.a.p.pen.cor. παρορμῶ, παροξύνω. ualde commoueo. Cic.4. Acad. Quò enim ſpectat, cum artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur? Sic cōcitare diſcordiam, apud eundem. Et concitare equum contra aliquem, Liu.1.ab Vrbe. Hinc concitatus. Gellius: Erat enim aliquando concitatior.

Cōnclāmātūm eſt, (σύμπρακται) quod tranſactū & finitum eſt: ut conclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad uitæ officia. Conclamatum eſt. id eſt, ſatis deploratum, ſatisq́ uociferatum eſt. Lucan. Corpora nondum Conclamata iacent.

Cōnclāuātūs locus, (γομφωτὸς) dicitur una claue clauſus: à conclauo. as. (γομφόω) cuius paſſiuum eſt conclauor.

Cōnclāuē. μυχὸς. pen. prod. neut. gen. & conclauis, fœm. gen. locus ſecretior in interioribus tectis, ubi colloquia fieri ſolent. Habetq́ unam clauem communem domeſticis, quòd intra eum multa loca clauſa ſint adhærentia triclinio. Cic. Conclaue triclinium interpretatus eſt. Terent. in Eun. Dum apparatur, uirgo in conclaui ſedet. Conclauium, idem ſignificat.

Cōnclūdo. is. a. t. pen. pro ſimul claudo. συγκλείω, καθείργω, συγκατακλείω. à quo concluſus annulus dicitur. Teren. in Adel. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam, id tutiſſimum eſt. Item perorare, id eſt orationē terminare. συμπεραίνειν, ἐπιλέγειν. Cic. 6. Verri. Vt aliquando totam huius generis orationē concludam ac definiam. Vnde concluſio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, noſtri modò perorationem, modò cumulum uocant. nam cumulus proprie aceruus eſt, & in concluſione omnia quaſi in unum aceruum colliguntur.

Cōncōrdārē. n. p. eſt concordem eſſe. ὁμογνωμονεῖν. Terent. Phorm. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblectet.

Cōncōrdiă, æ. f. p. (ὁμόνοια) diſcordiæ contraria eſt. Salluſt. Concordia paruæ res creſcūt, diſcordia maximæ dilabuntur.

Cōncōrpōro. as. a. p. ſimul corporo. συσσωματόω quod fit quum duæ plures ue res mixtæ unū quid efficiunt. Plin. Semper mulſum ex uetere uino facillime cum melle concorporatur.

Cōncōrs. dis. o. t. à coniunctione cordis dicitur, qui unius cordis, ſiue unius animi eſt. ὁμογνώμων, ξυνωνύμος. Cic. 1. Tuſ. Alijs cor ipſum animus uidetur, ex quo excordes, uecordes, cōcordesq́ dicuntur. Inde Concordia. Itē Concorditas, pro cōcordia apud Pacuuiū, alioſq́ ueteres. Concorditer, dior, diſſimè, aduerb. Cic. pro Rab. Et concordo uerbum.

Cōncrēdo. is. uide in dictione Credo.

Cōncrĕpo. as. n. p. pen. corr. perſono. διαλακέω. Et plus eſt quàm ſono. Nā con ibi auctiuum eſt. Teren. Sed oſtium concrepuit.

Cōncrētūm. ti. n. ſ. conglutinatum & coniunctū dicimus. συμπεπηγός. Verg. Multa diu concreta modis inoleſcere miris.

Cōncŭbĭtŏr. oris. m. t. qui coit. συγκοιμητής.

Cōncŭbĭūm. bij. n. ſ. μεσονύκτιον, τὸ μέσον νυκτῶν. noctis primus ſomnus, ſeu intempeſta nox, quia tunc tempus agendi eſt nullū, quòd ferè omnes cubent. Alij ab eo quòd ſiletur, ſilentiū noctis, quod Plau. conticiniū uocat. Siſen. li. 4. Hiſtor. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtium munitionē (ſuccedunt.

Cōncŭbo. as. n. p. pen. cor. & Concumbo. is. n. t. συγκαθεύδω. ſimul dormio, ſimul quieſco. Per tranſlat. de re uenerea dicitur. Teren. in Hecy. Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus. Vnde & Concubinus, (σύνευνος) & Concubina. ὁμευνέτις. quòd ſimul cubent. Hinc & Concubitus. us. (συνουσία, μίξις) coitus.

Cōncūlco, (καταπατέω, ἐνάλλομαι.) uide Calco.

Cōncŭpīſco. is. n. t. ἐπιθυμέω. uide Cupio.

Cōncŭpīſcēntiă. æ. f. p. (ἐπιθυμία) quæ eſt bonarum æquè ac malarum rerum appetitus.

Concurro. is. n. t. conuenio, conuolo, confugio. Cice. Verba ne aſpere concurrant.

Cōncŭtio. is. concuſſi, concuſſum. a. t. διασείω, uide in dictione Quatio.

Cōndălĭūm. lij. n. ſ. annuli genus, teſte Feſto: dictum ab eo, quòd digitum concludat. Plaut. Trinu. Sat in thermopolio condaliū. Vide Cō(dulus.

Cōndĕcĕt. προσήκει. uide Decet. Vnde condecens. προσήκων. Condecenter. προσηκόντως. Gell. lib. 6. ca. 12. Commodè hæc quidem omnia, & condecenter. Condecentia εὐσχημοσύνη. Cic. 3. de Oratore.

Cōndēmno. as. a. p. ex con & damno, ſignificat iudico. καταγινώσκω, κατακρίνω. Et conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Cice. Tyroni, Etiam ſceleris condemnat generū ſuum. Idem Curioni, Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Condenſo, ſas. a. p. cogo, ſpiſſo. Colum. li. 8. Rurſusq́ ponderibus condenſatur.

Condepſo, pſis. a. t. cōmiſceo, ſubigendo mollio à græco δέψω. Cato lib. 11. cap. 72. Poſtea farina

na conſpergito condepſitoq́.

Cōndĕcōro,as.a.p.pen.cor.honeſto.κοσμέω, τιμάω. Penultima uero prod.orno, politum reddo. Teren. in Prol. Hecy. Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.

Cōndico.is.a.t. pen.prod.ſimul dico,ſimul determino,conſtituo.διαγορεύω, συγκροτέω, καταγγέλλω. Iuſtin.li.3. Nā inducias, quas proprio nomine condixerant,ex ſociorum perſona rumpebant. Vnde Condictus, ſimul dictus & promiſſus.συγκεκροτημένος. Item repetere. Iulius: Si alienam rem mortis cauſa donauero, eaq́ uſura parta ſit, uerus dominus eam condicere non poteſt. Itē contradicere. Plau. Hic ſcit poſſe ſibi condici, ſi conualuerit donator. Item ſecundū Iureconſul. pro dicendo denunciare, ſed proprie quando actio datur in perſonā. Suet. in Tyberio, Cœnā à lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret.

Cōndictio.onis.f.t. & pronunciationem quandam & actionem ſignificat. Eſt & Condictio (ut docet Feſtus) indiem certum eius rei, quæ agitur denunciatio.

Cōndictūm. cti.n.ſ. quod in cōmune eſt dictum. id eſt promiſſio, ſeu pactum inuicem factum.

Cōndignūm, (ἄξιον) pro digno ab aliquibus uſurpatur. Plaut. Amph. Aecaſtor condignū donum, qualis eſt qui donum dedit.

Cōndio.is,condiui, uel condij, conditum,a. q. pen.prod. ſapidum facio, quod fit cum epulæ ſale aut pinguedine, ſeu aromatibus condiuntur. ἡδύνω, ταριχεύω, ἀρτύω, ἡδύνω. Iuuenal. Et quadringentis numis condire guloſum Fictile. Hinc condimenta (ἀρτύματα, ἡδύσματα) dicuntur, quæ ad condienda obſonia fiunt.

Condiſcipulus,li.m.ſ. qui cum alio diſcit. Cice. Tuſc. Dicæarchus cum Ariſtonopeno æquali & condiſcipulo ſuo.

Cōndĭtānĕūm.nei.n.ſ.ἀρτυτικόν. modò à condendo, modò à condiendo fit: ſignificat quod condi uel cōdiri poteſt: ut, Conditanea olea apud

Cōnditio,onis.f.t.κατάστασις. ſine c, à (Varr. condo.is. fit, & pro fortuna, ac ſorte fortunarum, temporum, & rerum poni ſolet. Cic. O miſeram conditionem adminiſtrandi conſulatus. Conditio pacis, ὁμολογία. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Martial. Conditio melior ſi tibi nulla, ueni.

Cōndĭtītĭūs.a.um.o.ſ. quod conditum eſt & ſeruatum. ἀπόθετος. ut, Conditiția cibaria. Columella lib. 9. De columbis.

Cōndĭtĭuūs.a. um. quod aptè condi & ſeruarē poteſt. ἀποκεῖσθαι δυνάμενος, ἀποκείμενος. Colu. lib. 8. Itaq́ mane priuſquam procedant in paſcua, conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt, ne immaturis herbis citetur aluus.

Cōndĭtŏr.oris. m.t.pen.corr. qui aliquid facit, uel rei alicuius author. ἄρξας, δημιουργός, κτίστης, ἀρχηγέτης: ut, Conditor legum, diſciplinæ militaris. Cōnditor uero penult.prod. à condio. is. qui fercula condit. ὀψαρτυτής.

Cōndĭtōrĭūm.ry.n.ſ. à condendo, ſepulchrum dicitur. θήκη. Plin. Tam rara in amicis fides, tā parata obliuio mortuorum, ut ipſi nobis debeamus conditoria conſtruere, omniaq́ hæredum officia præſumere. Suetonius ſcribit cōditorium Alexandri Magni aureum fuiſſe. Ammianus uocat conditorium muralium tormentorum, repoſitorium machinarum.

Cōndĭtūrā.æ.f.p. idem quod condimentum. σκευασία, ἄρτυμα. Colu. lib. 12. cap. 4. Nonnulla tamē pura prout conditio cōditura exegerit.

Cōndo.dis.didi.a.t. συγκαλύπτω, ἀποσώζω, ἀποκρύπτομαι, ταμιεύω) pen. cor. ſignificat in unum interiorem locum ad cuſtodiam do, ut fit, cū quempiam compeditum in carcerem condimus & abſcondimus. Vergil. Et nota conduntur in aluo. Quandoq́ conſtituo, ædifico. κτίζω. quaſi ſimul do: ut, Troiani Romam condiderunt. Quandoq́ repono, ἀποτίθημι. Plin. Formicæ condunt æſtate fructus quibus hyeme fruantur. Quandoq́ potior. Verg. lib. 7. Optato conduntur Tybridis alueo. Huius uerbi compoſita ſunt, abſcondo, & recondo.

Cōndŏcĕfăcio,cis.a.t. inſtruo. συμβιβάζω, συμπαιδεύω. Cic. lib. 5. Tuſc. Nemo eſt enim qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq́ condocefaciat, ut ea quæ bona maláue audiantur, poſſit contemnere.

Condris, herba eſt, quam nonnulli pſeudodyctamum uocant: & ferè ubiq́ creſcit dyctamo folio ſimili, ramulis minoribus.

Cōndūcĭbĭlis. lĕ.o. t. quod utile eſt. λυσιτελής, ἀνύσιμον. Plaut. in Bacch. Non ego iſtuc facinus mihi conducibile eſſe arbitror. Item quòd conduci poteſt.

Cōndūco.is.a.t.pen. prod. ſimul duco: uel pro ſimplici ponitur. Plaut. in Epi. Mane me iuſsit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. Interdum colligo, congrego. συνάγω. Var. Mane ſuſcitat roſtra, populum in fo» ra conducit. Interdum conuerto. Lucilius: Et » uirtute tua & claris conducere chartis. Interdum emo, precio accipio. Plaut. in Pſeud. Quantulo argenti te conducit Pſeudolus? Sic conducere domum, conducere fundum. Conducere etiam is dicitur, qui precium accipit pro re aliqua facienda: quod & redimere dicitur. Vlpianus, Si quis ſeruum docendum conduxerit. In tertia autem perſona uel infinito, ſignificat utile eſſe. συμφέρειν, συμβάνειν. Et ſi de homine loquamur, cum datiuo tantum conſtruitur. Colum. lib. 1. Nam id minime conducit agricolæ. Si autem de re alia, tunc quoq; accuſat. exigit. Plaut. in Capt. Vt potiſsimum quod in rem recte conducat tuam, id petam, id proſequar corde, animo, atq; uiribus. À conduco, fit participium conductus.a.um. (μεμισθωμένος) & conductus.us.nomen.

Cōndūctitiūs.a.um.o.ſ. (μισθωτὸς) quod conduci ſolet, uel conducit, ſiue ex eorum numero eſt quæ conducuntur. Plautus in Epi. Sed una res me turbat, ratioq; apodici, quo modo oſtendam fiduciā aliquam conductitiam. Conductitia domus (ἀπόμισθος οἶκος) tamen dicitur quæ conducta eſt. Sic conductitia opera, dicitur mercenaria.

Conductio. onis. f. t. redemptio, collectio. Cic. pro Ceci. Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.

Conductor.oris.m.t. redemptor. Cic. ad Quint. Fr. Is reſpondit ſe eius operis HS.CCCVI. conductorem fuiſſe.

Cōndŭlūs, (κόνδυλος) & Condalius, lij.m.ſ. annulus. Plin. Id Græci à digitis condulum quoq; & condalium annulum dixerunt, quòd in illo digitus recondatur, forte inſtrumentum quo ſutores utūtur, ne digitos offendāt. Plau. in Trin. Inter eos ne homines condalium redipiſci poſtulas? Hinc etiam ſymbolum & ungulum priſci dixerunt. Vide Condylus.

Conduplicatio.onis.f.t. exornatio quædam Rhetorica, apud Hermolaum, Conduplicatio eſt eiuſdem, unius, aut plurium uerborū iteratio.

Conduplico.as. conduplicare, a.p. quaſi ſimul duplicare, & duplicem facere. Cic. de Di. Tenebræ conduplicantur.

Condurdon, herba ſolſtitialis, flore rubro, inquit Plin. lib. 26. cap. 5.

Condus, di.m.ſ. qui condit & ſeruat bona domini ſui, ſicut promus, qui promit. Plau. Pſeud.

Cōndўlōmă.atis.n.t. (κονδύλωμα) pen. pro. morbus (ut Iul. Poll. inquit) naſcitur circa coronam ani, ſiue podicis, tuberculum inſanabile, & circa ſedem fiunt condylomata magna, ſed non laborioſa. naſcuntur ex inflammatione, nec ſunt hæmorrhoides, ſed eminentes tumores, nunc molles, nunc duri, figura rotunda & nihil eminentes. Celſus lib. 6.

Cōndўlŏs, li.m.ſ. (κόνδυλος) pen. cor. iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ſtricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, ut ſcribit Ariſtoteles, ternos habent condylos, pollex uero duos. Græci etiam (κόνδυλον) pugnum uocāt, qui fit complicatis digitis in condylos & tuberculum. Martianus lib. 1. Complicatiſq; in condylos digitis uulnerabat. Vide Condulus.

Confabulo, as.n.p. & confabulor, aris.d.p. fabulas narro, colloquor de rebus uanis.

Confatalis, le.o.t. idem quod fatalis. Cic. de Fato, Copulata enim res eſt, & confatalis.

Cōnfărrĕātĭo, onis.f.t. quære in dictione Diffarreatio, à confarreo. Apuleius formauit participium confarreaturus: Talis (inquit) mulieris publicitus matrimonium confarreaturis.

Cōnfĕrcio.is.a.q. ex con & farcio componitur, ſignificat compleo. ἐμφορέω, συσκευάζομαι. Cic. in Catil. Vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti. Inde confertus.a.um. ἀθρὸς, συστεκρασμένος, à quo confertiſsimus pro frequentiſsimus, ſiue creberrimus. Liuius libro. 2.

Cōnfĕro, ers.a. anom. pen. cor. ſimul pono. Cic. 1. Offi. Omnes curas cogitationesq; meas conferebam. Ponitur aliquando pro confero. unde conferre pedem. ὁμόσε χωρεῖν τινί. Verg. li. » 9. Et ſi cōferre manum furor iraq; monſtrat. Pro diſputo, ſeu in comparationem deduco. συμβάλλω. Et dicimus Confero te illi, & » cum illo. Oui. Confer Amyclæis medicatum

uellus

uellus ahenis, Murice cũ Tyrio, turpius illud erit. Pro paro, diſpono. Plau. Curc. Ita tuum conferto amare ſemper, ſi ſapis, ne id quod a mes, populus ſi ſciat tibi ſit probro. Pro impono, injcio. ἐπάγω. Idē Amph. Ne poſterius in me culpã conferas. Pro cõmunico, Teren. Heaut. Syrus cum illo noſtro conſuſurrat, cõferuntq; cõſilia adoleſcentes. Pro coniungo. συνάπτω. Ci. ad Oct. Nouiſsima conferã primis. Sic conferre uerba in pauca, (διὰ βραχέων εἰπεῖν) pro cõcludere, reducere. Plau. Nunc uerba in pauca conferã. Pro transfero, traduco. μεταφέρω. Terent. Eun. Metuet ſemper quem ipſa nunc capit fructum, ne quando iratus tu alio conferas. Quandoq; pro ualeo, ſeu proſum. συμφέρω, συντελέω. Colum. lib. 1. Cæterũ ad æſtiuos temperandos calores plurimum conferunt ſalientes riui. Quandoq; pro dono (κατατίθημι) ut, multa contuli in Catonem. Similiter ire: ut, contuli me domum, & contuli me ad Catonem.

Cõnfĕruãm, herbam uocant, à conferminando, quæ in aquis dulcibus naſcitur, ſpongia uerius aquarum quàm muſcus aut herba, uilloſæ denſitatis ac fiſtuloſæ. Plin. lib. 27. cap. 8.

Cõnfĕſſŏr. oris. m. t. qui confitetur rogatus. ὁμολογητής. Cice. ad Atticum lib. 2. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modo te confeſſore ſpectare liceat.

Cõnfĕſtĭm. aduerb. id eſt, eueſtigio. παραχρῆμα, παραυτίκα. Cæſar 5. Bell. Gall. Cæſar præmiſſo equitatu, cõfeſtim legiones ſubſequi iuſſit.

Cõnfĭcio. is. confeci, confectum. a. t. compoſitũ eſt ex con & facio, & eiuſdem ferè ſignificationis eſt, niſi quòd ipſum conficere ſemper rei finem, ſiue perfectionem abſolutionemq; deſiderare uidetur: & ſignificat efficio, expedio, perficio, compleo, exequor, transigo, crucio, finio. &c. Huc pertinent uariæ loquendi formulæ, ut Cõficere mandata, Cice. 9. Phil. Officium legationis. Cæſar. 3. bell. Ciu. Nuptias, Terent. Andr. Negotium, Plautus Ciſtel. Pacem, Cic. pro Flac. Iter, Idem Att. Annales, librum, pro ſcribere, componere. Pecuniam, pro curare, comparare, diſſipare, Cicero pro Syll. Exercitum, pro cogere milites. Idem. Bibliothecam, pro omnis generis libros undique conuocare. Idem. Att. Bellum, bello finem imponere. Idem. 5. Fam. Conficere cum aliquo de aliqua re, id eſt tranſigere, Idem Quint. Frat. Nunc in malam partem: ut, Conficere eſcas, id eſt conterere. Argentum, pro male abſumere, diſſipare. Terent. Phor. Sic conficere patrimonium. Cicero. Hominem conficere, eſt gladio confodere, aut uulneribus grauiſſimis ad mortem compellere, aut alio quouis modo corpus eius miſerè dilacerare & contundere. Transfertur quoque ad moleſtiarum dolorumq; magnitudinem, & interdum actiue. Cicero Att. 11. Me conficit ſolicitudo, ex qua etiam ſumma infirmitas corporis. Interdum paſſiue, & cum ablatiuo. Idem Offic. 3. Quid ſi Phalarim crudelem tyrannum & immanem, uir bonus, ne ipſe frigore conficiatur, ueſtitu ſpoliare poſſit, nonne faciat? Interdum abſolute. Idem: Conficior ueniſſe tempus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere poſſim. Ab hoc uerbo deducuntur confectio, confector, confectura, &c.

Cõnfīdo. is. n. t. πέποιθα, θαῤῥῶ. pen. pro. ſpero, nitor, adſum animo, timorem omitto, credo, & certus ſum. Et de præterito, præſenti, & futuro tempore dicitur. Val. li. 5. cap. 10. Cice. Quoniam probatam rationem officij mei uobis eſſe confido. Et dicimus, Confido tibi, & in te. Verg. Et afflictis melius confidere rebus. Aliquando confidere ſignificat audere, niti. ἰσχυρίζεσθαι, σκέπτεσθαι. quod & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cicero lib. 3. De legibus: Vir excellens & fortis confidere ſibi debet, & ſuæ uitæ, & actæ & conſequenti. In malam etiam accipitur. unde confidentem (τολμηρὸν, θρασὺν, πρόβολον) dicimus, qui leges iuraq; contemnit, & nihil timet. Quamobrem & pro temerario, imprudenti, & improbo poni conſueuit. Verg. Nam quis te iuuenum confidentiſſime noſtras Iuſſit adire domos? Hinc confidentia. (θράσος) quæ eſt audacia cum improbitate. Terent. in And. O ingentem confidentiam. Aliquando tamen confidens ponitur pro conſtanti & graui. θρασὺς. Idem ibidem: Neſcio quis ſenex uenit modò, ellum confidens. Hinc Cõnfidẽtiă. æ. f. p. conſtantia, duritia, & patientia. Plau. Aul. Et confidenter. θαῤῥούντως. conſtanter

ſtanter, temerariè. Accius: Qui in puellæ domum tam confidenter irrupit.

Conſfiguro, ras. a. p. intentis oculis intueor. Colum. lib. 4. ca. 20. Ne prauitas ſtatuminum, ad ſimilitudinem ſui uitem configuret.

Cōnfīnis, & hoc. ne. o. t. pen. prod. qui ſimul finit. ὅμορος. unde cōfines agros dicimus qui eodem loco finiunt. Liu. 4. ab Vrbe: Excurſiones inde in confinem agrum Labicanum factæ fuerunt. Confinis meus. Martial. lib. 2. Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum. Confine per translationem, idem ferè quod ſimile. Quintilianus lib. 6. ca. 4. Ei confine eſt, quod dicitur per ſuſpicionem.

Cōnfinĭūm. nij. n. ſ. idem quod cōfinis. μεθόριον. Colu. lib. 4. Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniā in confinio boni maliq́ poſita eſt.

Cōnfio, is. (συμπράττομαι) uide in dictione Fio.

Cōnfirmo. as. are. a. p. firmum facere. Cice. pro lege Manil. Mithridates aūt et ſuam manum iam confirmarat, &c. Aliquando aſſeuerare. Cic. de Amicit. Nemo unquam erit, & (ut cōfirmare poſſum) nemo certe fuit. Vnde confirmator, confirmatio, uerbalia. & confirmitas,

Cōnfiſcārĕ. a. p. eſt in publici (apud Plau. ærarij ius redigere. uide in Fiſcus.

Cōnfitĕŏr, eris. cōfeſſus ſum. c. ſ. (ὁμολογῶ) idem quod fateri, niſi quod confiteri ſit ſponte quodammodo fateri, uel alio ſuadente, aut cum alio fateri, in ſignificatione actiua. Lactan. li. 5. Vt doceret quib. pœnis affici oporteret, qui ſe cultores Dei confiterentur. Solet aſsignari differentia inter confiteri & profiteri, quòd illud neceſſitatis, hoc uolūtatis ſit. Cic. pro Manilio: Hoc ego non ſolū confiteor, uerumetiam

Cōflagro, as. n. p. ardeo. Plin. de Vi (profiteor. ris illuſt. Fulmine ictus cū regia cōflagrauit.

Cōnflāgēs. ſ. t. σύμπνοες. dicuntur loca, in quæ diuerſi conflant uenti, à conflo. as. Feſtus.

Cōnflārĕ, a. p. ſimul flare. συμπνεῖν. quòd proprie dicuntur uenti facere, cum ſunt diuerſi. Interdum eſt ſufflare. φυσᾶν. Plin. Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem cōflante puero. Interdum ſignare. χωνεύειν. quia hoc non niſi conflato igne fieri poteſt. Vnde conflatā pecuniam dicimus, hoc eſt ſignatam. Interdum ex . ompoſito et conſenſu multorum adorno. Cicero in Verr. Actio. 3. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium eſt. Interdum concitare, contrahere, & ut plurimum de malis dicitur. Dicimus enim, Tu tibi hodie conflaſti inuidiam, inimicitias, odium. Salluſt. Magnam illi inuidiam conflauerant. Item, Mihi conflaui æs alienum, quod eſt, feci me debitorem alienæ pecuniæ. Quibus correſpōdet, Diſſoluo æs alienū, quod eſt, æs alienū quod conflaueram reſtituo, Cic. Interdum cōgregare. Lact. lib. 2. Ita conflauit ex his omnibus populum. Interdum conficere, creare. Verg. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. hoc eſt, cuduntur, fabricantur. Vnde conflatura.

Cōnflātilĕ. χωνευτὸν. quod conflando factū eſt.

Cōnflātūră. ræ. f. p. excoctio, ſiue liquefactio, aut confuſio metallorum, ut quod purificatum ac iam ſincerum ſit confluat in unum.

Cōnflicto. as. n. p. διαμάχομαι. quod eſt frequenter pugno, percutio, ſimul affligo. Cic. li. 2. ad Heren. Malo magno eſt hominibus auaritia, idcirco quòd homines magnis & multis incōmodis conflictantur. hoc eſt, concutiuntur, cōcertant, uexantur. Dicitur & conflictor. aris. deponentaliter. id eſt, ἀγωνίζομαι, ἀγωνιστεύομαι, ἐρίζομαι. Terent. Andria, Nam qui cum ingenijs cōflictatur eiuſmodi. id eſt, atteritur. Vnde conflictatio, uerbale, quæ eſt, ut ait Donatus, corporum inuicem & colliſio. Et conflictus. us. idem: ut, conflictus corporum, conflictus nubium, Cicero.

Cōnflīgo. is. a. t. pen. prod. ango, pugno, cum dimicando ſe homines inuicem ſternunt. συμβάλλω, συνταράττομαι, συμπίπτω, συῤῥάσσω. Sal. Statuit cū Antonio quamprimùm cōfligere. Hinc cōflictio, uerbale. Cic. 1. de Inuent. Conſtitutio eſt prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta, hoc modo: feciſti, non feci, aut iure feci.

Cōnflŭĕrĕ. n. t. ſimul fluere. συῤῥεῖν, συμβάλλειν. Plin. lib. 13. ca. 22. Et in ipſa excauant radice, quo ſuccus confluat. Et per translationē pro conuenire. Plaut. Epid. Id ego experior cui multa in unum confluunt, quæ meum pectus pulſant. Hinc confluxus, et confluuium. σύῤῥους. quò multi riui ſimul fluunt. Confluus. a. um. quod ſimul fluit.

Cōn

Cōnflūens, entis. maſcu gen. tertiæ decl. eſt alueus in quem duo flumina conueniunt.

Cōnflūgēs, f. t. (σύῤῥοι) pen. prod. loca ſunt, in quæ riui diuerſi defluunt.

Confodio, idem propemodum quod fodio.

Cōnfœdūſtī, m. ſ. apud Veteres dicebantur fœdere coniuncti.

Cōnfætā ſus, dicebatur quæ cum omni fœtu ad hibebatur ad ſacrificium.

Cōnfōrmis, me. o. t. quod eſt eiuſdem formæ. σύμμορφος. Per translat. ſumitur pro conuenienti & congruo. ἁρμόνιος. Vnde

Cōnfōrmo. as. a. p. proprie ſignificat in formam fieri, & configurari. Colum. lib. 9. Diebus quibus animantur oua in ſpeciem uolucrum conformantur. Vnde & pro conuenire, adaptare, aſsimulare ponitur. Cic. Lent. Veruntamen ipſe me conformo ad eius uoluntatem.

Cōnfōrto. as. a. p. & confortor paſsiuum. Hiero. li. 2. Reg. Cōforta bellatores tuos aduerſus urbē, ut deſtruas eam, id eſt anima et accēde.

Cōnfūgio, n. t. (καταφεύγω) Confugium, confugela, (καταφυγή.) uide Fugio.

Cōnfūndo, dis. a. t. perturbo, & omnia in unum miſceo. συγχέω, συνταράττω. Item terreo. Liu. li. 6. Confuſam eā ex recenti morſu animi cū pater forte uidiſſet. uide in dictione Fundo.

Cōnfūto. as. a. p. pen. pro. ex con & futo, ſicut & refuto, pen. prod. ſignificat redarguo, opprimo, conuinco, conficio. ἀνασκευάζω. Inde confutatio, contrariorum locorum diſſolutio. ἀνασκευή. Item συγκινεῖν, commouere. Titin. Coquus magnum ahenum quando feruit paula confutat trua.

Congelo. as. n. p. cōglatio. Cic. epiſt. Gaudebam ſane, & cōgelaſſe amicū noſtrū lætabar ocio.

Congenero, as. a. p. adiungo, aſſocio. Accius ſi diemis, Quam uehat grato tibi congenerat gentium aut generum affinitas.

Cōngĕnŭlārĕ, n. p. eſt genu replicato cadere, uel genibus flecti. γονάτισαι. Cæcilius: Ipſe regit ferit pectus, aduerſum congenulat, percuſſu deijcit dominum.

Congermino, nas. n. p. coaleſco, conſocior. Varro, Rerum Ruſt. lib. 3. Poſtea his unam temp. coniuncti & congerminati tenuere.

Cōngĕrro, onis. m. t. cum quo familiariter uerſamur, & facetè confabulamur. Plaut. in Truc. Nequam ueniunt ad ſcorta congerrones. hoc eſt, quaſi ſimul cum ſcortis garrientes. Vide & in dictione Gerro.

Cōngĕro. is. pen. cor. congrego, & coaceruo. συμφορέω. Tibul. Diuitias alius fuluo ſibi cōgerat auro. Hinc Cōgeſtitius. a. um. quod congeſtū eſt. συγκομιστός. ut congeſtitia humus, Col. li. 2.

Cōngĕrĭēs. riei. f. q. coadunatio, agger. Plin. lib. 10. ca. 43. de coruo qui cōgeſſerat lapides in ſitulā, ut biberet cōmodius: Ita deſcendere pauentē expreſsiſſe tali cōgerie, quæ potuïro ſuffi

Cōngĭārĭum, rij. n. ſ. (χαμαιπεδίνοις) (ce et. munus imperatoriū, ſiue donatio imperatoria, ut ſcribit Senec. 4. De benefic. Hoc donabatur populus, ſicut donatiuo milites donabantur. Eſt & congiarium menſuræ genus, ut apud Paul. Iureconſ. Quint. lib. 6. Cōgiarium commune eſt liberalitatis atq; menſuræ.

Cōngĭūs, gij. m. ſ. (χοῦς, χοῦ) pars amphoræ. Congius enim cum deeſt, efficit quidem ut ne ſit iuſtæ menſuræ amphora, ſed cum accedit & additur, non ille unus facit amphoram, ſed ſupplet. Veteres ſextario & dimidio conſtare uoluerunt. Secundum Dioſc. decem libras continet: & ut ſentit Priſc. ſextaria.

Conglacio. as. n. p. congelo, dureſco. Cic. de Nat. Aquam non conglaciari frigoribus.

Cōnglŏbo. as. a. p. pen. cor. à globus fit, ſignificat coaduno, ἀλίζω. Liu. 8. Ad urb. Qui Latinorum pugnæ ſuperfuerant, multis itineribus diſsipati, cum ſe in unum conglobaſſent, Veſtia urbs receptaculum fuit. Hinc conglobatim, aduerbium: quod ſignificat per globos. ἀθρόως, σφαιρηδόν.

Conglomero, as. a. p. inuoluo, ſuperaddo. Ennius, Heu mea Fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.

Conglutino, as. a. p. coniungo, & ferrumino. Cic. de Sen. Sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit natura diſſoluit.

Cōngrātŭlŏr, aris. d. p. (ξυνήδομαι, συγχαίρω.) unde congratulor. Vide Gratulor.

Congrego. as. a. p. pen. cor. congregare uerbum notæ ſignificationis, à grege deriuatum, colligo, contraho, conuoco, coaceruo, aggrego, cogo, frequento, coniungo, in unum locum cōpello, copias unum in locum cōuenire facio. Cic. pro Quint. Qui cum te uoluntas cōgregauit.

Cōngrĕdiŏr, eris. d. t. uerſor, ſimul gradior. συνδιατρίβω, συνέρχομαι. Var. Omnesq́ in unam domum cōgreſsi ſimul diſcubuere. Item ad obſiſtendum, uel pugnandū, uel diſputandū ire. συμφέρεσθαι, συμπλέκεσθαι, προσίστασθαι. Gell. Qui ter cum hoſte congreſſus, uictor rediјt. Vnde & congreſſus, (συμβολὴ) pro pugna. Sall. Multi in eo congreſſu perierunt.

Cōngrǣcŏr. aris. depon. & Congræco. as. actiuum: compotationibus indulgere, genialem uitam agere. Plaut. Bacch. Quodq́ in luſtris comedam, & congræcem pater. Tractum eſt ex more Græcorum, qui compotationibus ac delitijs plus æquo indulgent.

Cōngrĕx, gis. m. t. dicitur grex copulatus, commixtusq́. συνάγελος. Apul. lib. 7. Namq́ me congregem paſtor egregius aliquando permiſit. Sic ſegrex, (ἀτιμάγελος) à grege ſegregatus ob excellentiam. Seneca in Hippol. Segregem ſparſi per agros.

Cōngrŭo. is. grui. n. t. conuenio. συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ὁμοφρονῶ. tractum à gruibus, quæ non ſe ſegregant, ſiue cum uolant, ſiue cum paſcunt. Plaut. in Gurg. Sanè illi inter ſe congruunt concorditer. Vnde congruum. κατάλληλον. & incongruum, ἀκατάλληλον. Congruens, & incongruens. Lactan. lib. 2. Eſt autem peruerſum & incongruens, ut ſimulachrum hominis in ſimulachro Dei colatur. Congruenter aduerbium. Cic. 3. de Orat.

Cōngrŭs, & Cōngĕr, gri. m. ſ. (γόγγρος) utroq́ modo dicitur pro quodam piſcis genere. Terent. Et congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper.

Cōniĕctārĭŭm, rij. n. ſ. (εὔστοχον) efficax, atq́ perfectum. Cic. Illud uero mihimet cōiectarium.

Cōniĕcto. as. a. p. frequentatiuum, exiſtimo, iudico. τεκμαίρομαι. Teren. in Eun. Neq́ ſcio quid dicam, aut quid coniectem.

Cōniĕctŏr, oris. m. t. interpres ſomniorum, & ominum. ὀνειροπόλος. à coniectura, hoc eſt directione quadam rationis ad ueritatem. Cic. Defert ad coniectorem quidā ſomniaſſe ſe, ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis.

Cōniĕctūră, ræ. f. p. (στοχασμὸς) à coniectu, id eſt directione quadam rationis ad ueritatem: uel ut ait Speuſip. eſt rei latentis indicium, & eſt id quod quis per rationes, & ſigna, & tempora, & huiuſmodi conijcit. id eſt, cogitat & colligit. Ci. Corni. Quantū copiarū haberet, tum ipſa cōiectura conſequi poterā, tum ex literis tuis cognoui.

Cōniĕctūrālĕ, lis. o. t. (στοχαστικόν) adiectiuū, quod per cōiecturā colligitur, & proponitur. Cic. li. 1. ad Heren. Coniecturalis eſt cū de facto controuerſia eſt. Hoc modo, Aiax in ſylua poſtquàm reſciuit quæ feciſſet per inſaniā, gladio incubuit: Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur, corpore telū cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrē occiſum, et inimicū fratris cū gladio cruentato uidet capitis accerſit. Hic quoniā coniectura uerum quæritur, de facto erit cōtrouerſia, & ex eo cōſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur.

Cōniĕctŭs, ut. m. q. (στόχασις) Plin. li. 26. ca. 4. Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari cōiectu, tactu clauſa omnia aperiri. Sic cōiectus radiorū, apud eundem: & cōiectus oculorū. Cic.

Cōnĭfĕră arbor, (κωνοφόρον δένδρον) dicitur quæ conos fert, hoc eſt nuces pinei ſimiles. Ouid. Et coniferæ cypariſsi. Coniferos, (κωνοφόρους) uocabant Græci, qui in Bacchi exercitu dum in Indiā proficiſceretur, thyrſos ferebāt, quòd thyrſi pineæ nucis ſpeciem habeant.

Cōniĭcĭo. is. (ἀφίημι) pen. cor. à con, & iacio, & ſignificat peto, confero, & accommodatur multis ſignificationibus: ut, ſe cōijcere in intimū. Cic. In fugā; Idē. In uincula, Sal. Veſtem in collū. Plaut. in Epid. Intrò, pro ſe propere intro arripere, Teren. Heau. In lætitiā, Ibid. In pedes, pro fugere, in Phor. In aliquē tela, eſt eum telis petere aut ferire. Liu. Per trāſla. uero ſignificat interpretor, cogito, colligo, diuino, coniectura aſſequor, cognoſco, auguror, exiſtimo, confero. Teren. Eun. Quid illud mali eſt, nequeo ſatis mirari, neq́ conijcere. Plau. in Cur. Mane ſis dum huic conijcio ſomnium.

Cōniŭgālis torus, dicitur in quo nuptæ ſunt. Coniugalis myrtus, apud Catonem.

Cōniŭgātă, n. ſ. (σύζυγα, συνεζευγμένα, συζυγοῦντα) apud Rhetores ſunt quæ ab uno genere ueluti iugo flectuntur: ut à iuſtitia, iuſtus, iuſtè, iuſtum. Hinc locum à coniugatis dicimus, cum ita argumentamur, Si riſus gaudium eſt, ergo eſt ridere gaudere.

Cōniŭgo. as. a. p. pen. cor. ſimul iugo, quaſi in unū iugum iungo. συζεύγνυμι. Vnde coniugatio, συζυγία

Digitized by Google

(συζυγία) in uerbis dicta eſt apud Grammat. quòd ſibi ad unum ſonum multa coniungat, & quaſi uno iugo aſtringat. Cic. 1. Offi. Eſtq́ ea iucundiſſima amicitia, quàm ſimilitudo morum coniugauit.

Cōniŭgiŭm, gij. n. ſ. eſt adoleſcentis & puellæ ex conſenſu duarum familiarum cōiunctio, aut ipſa matrimonij uel etiam duorum inter ſe contractio. Vergil. Coniugio iungam ſtabili propriamq́ dicabo.

Cōniŭm, nij. n. ſ. (κώνειον) genus herbæ noxium, quæ cum tritico naſcitur. Cicuta.

Cōniŭngo. is. xi. ctum. a. t. copulo. συνάπτω. tractum à iugo: ut, coniungere boues ferijs, apud Cato. de re Ruſt. ca. 138. Caſsius ad Cic. lib. 12. Caſtra oppido coniunxit. Idem ad Marcell. lib. 15. Cui mecum ſtudia communia, beneficia paterna, tuáq; iam antè coniunxerant. Vnde coniunctura. συναφὴ. coniunctio. σύνδεσμος. coniunctiuus. a. um. συναπτικὸς. & coniunctim aduerbium. συνημμένως.

Cōniūnx, gis. c. t. ſecundum Priſci. & coniux, ſine n, ſecundum Phocam, à coniugo. as. abiecta go ſyllaba, & addita x. Coniuges inquit Feſt. eiuſdem iugi pares. ὁμόζυγοι.

Cōniŭgŭs. a. um. o. ſ. (συζευκτικός) quod coniungit, & quod coniugatum eſt. Plin. lib. 8. cap. 23. de aſpidibus: Coniuga fermè uagantur, nec niſi cum compare uita.

Cōniūro. as. n. p. pen. pro. quaſi contra iuro, frequenter in malum dicitur, ſicut & conſpiro. συνίσταμαι, συνόμνυμι. Salluſt. Sed antè coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. In bonum cum honeſta cauſa fit. Vnde Mutius Scæuola, Trecenti (inquit) coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia graſſaremur. Eſt etiam coniurare ſimpliciter iurare. Gell. Verbis conceptis coniuraſti ſciens, ſcienti animo tuo. Vnde coniuratio, uerb. Teren. in Hecy. Quæ hæc coniuratio?

Cōnnăto, as. n. p. ſimul nato. συννήχομαι. Connatat nobiſcum, dixit Plautus, per translationem, pro riualis eſt.

Cōnnĕcto, is. a. t. (συμπλέκω, συνείρω.) Vide Necto. Inde connexio, συμπλοκὴ.

Cōnnīuĕo, & cōnnīuo. is. iui. uel xi. tum. n. ſ. oculos genis intego. καμμύω. ἐπιμύω. Plin. Columbæ & ſimilia utraq; gena conniuent. Transfertur etiam ad alia. Hinc conniuere, eſt diſsimulanter & manibus clathratis oculis uidere, & ut in Prouerbio habent Germani, Proſpicere per digitos, durch die finger ſæhen. Sueto. in Cæſ. Delicta neq; obſeruabat omnia, neq; pro modo exequebatur, ſed deſertorū, ac ſeditioſorum inquiſitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. id eſt, reliqua uitia oculis ueluti clauſis præteribat, tanquā diſſimulanter illa contueretur. Habet hoc uerbum ni ſyllabam productam. Silius: Conniuent, ſolemq́; pauent deprendere uiſu.

Cōnno. as. are. n. p. ſimul nare. Vide Nato.

Cōnnubĭŭm, bij. n. ſ. uariat antepenult. (συγγαμία) ius legitimi matrimonij: à nubo, cuius prima producitur, cum in connubio quandoque propter metri neceſsitatem corripiatur. Vergil. Connubio iungam ſtabili. eſt enim ſiſtole.

Cōnŏīdēs, dis. ſ. t. (κωνοειδὴς) cupreſſus fœmina dicitur, quæ in faſtigium conuoluitur.

Cōnōpeŭm, pei. n. ſ. (κωνωπεῖον) cum æ dipht. tentorium ſeu uelum, et papilio ille lineus, uel laneus, ſeu bombycinus, qui toro circundatur ad arcendum culices: quo maxime utūtur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Proper. lib. 3. Fœdaq́; Tarpeio conopea tendere ſaxo.

Cōnōps, opis. m. t. (κώνωψ) apud Ariſtophanem in Pluto ſpecies muſcæ, culex.

Cōnŏr. aris. d. p. tento, experior, molior, enitor, incumbo, do operam ut aliquid fiat. πειρῶμαι. Terent. in Andr. Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe. P. Hem ego ne iſtuc conari queam?

Conquaſſare, a. p. Cato cap. 52. Qualum incidito ex una parte prope imum: ſi uero calix erit, conquaſſato, cum eo qualo, aut calice in ſcrobem ponito. Inde conquaſſatio.

Conqueror, eris. d. t. deploro. Cic. in Epiſt. Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror.

Cōnquĭniſco. is. n. t. conqueri, caput inclino. ἐπικύπτω. Plaut. Faciendum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.

Cōnrĕgĭōnĕ, Veteres pro è regione dixerunt.

Cōnſălūtārĕ, a. p. eſt ultro citroq́; ſalutationem dare. ἀσπάζεσθαι. Cic. 2. de Ora. Qui cum inter ſe amiciſsimè conſaluaſſent.

Cōnſāngŭĭnĕī, m. ſ. (συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ἀγχίσποροι) dicuntur qui ſanguine inter ſe connexi

ſunt. Plaut. in Pœn. Meis conſanguineis nolo te iniuſte loqui. Et conſanguinei dicuntur fratres. Vergi. Et conſanguineus leti ſopor. Nam ſomni ſoror mors eſt.

Cōnſānguĭnĭtās, atis. f. p. (συγγένεια πρὸς αἷμα τὸ) ipſa coniūctio. Liuius 7. Ab urb. Ceritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat.

Cōnſcendo, dis. a. t. (ἀναβαίνω.) à quo Conſcenſus, (ἀνάβασις) Vide Scando.

Cōnſcĭentĭă, æ. f. p. ſui ſcientia, ſiue certiſſima ſcientia, & ueluti certitudo eius rei quæ animo noſtro ineſt, ſiue bona ſit, ſiue mala. συνείδησις, συνείδησιν. Cic. Cōſcientia bene actæ uitæ, multorūq; benefactorū recordatio iucūdiſſima eſt.

Conſcindo. is. a. t. lacero. Cic. Epi. Epiſtolam tuam cōſcidi innocentē: & cōſcindo eſt in multas partes ſcindere. hinc conſciſſura, ipſa ruptio.

Cōnſciſco. is. conſciui. itum. n. t. conſentio, ſtatuo apud me, decerno. ὁμοψηφίζω. Liu. lib. 1. Cenſuit, cōſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret. Valla lib. 5. cap. 89. ſcribit hoc uerbum ad mortem ferè pertinere, ut conſciſcere ſibi mortem. Per translat. ponitur pro contrahere. ἐπισπάω. Colum. lib. 6. Diligensq; paſtor ſtabulum quotidie conuerrit, nec patitur ſtercus humorem conſciſcere.

Cōnſcius, a. um. o. ſ. propriè qui rem ſcit. συνειδώς. Cice. M. Rutilio: Cum & mihi conſcius eſſem quāti te facerem. Nonius tamen de uerborum differentijs ait, Scius, ſecum: conſcius cum alio ſcius eſt, licet conſcium indifferenter legamus. Sall. Populares conſcios ſceleris ſui. Verg. 1. Aen. Et mens ſibi conſcia recti.

Cōnſcrībillo, pro conſcribo ueteres dixerunt. ἐπιξέω, ἐπιγράφω. Var. Columna: Itaq; eas in cerā conſcribellauit Herculis ad litem. Non.

Cōnſcrībo, bis. a. t. ſimul ſcribo, aut ſimpliciter ſcribo: ut conſcribere quæſtionem, conſcribere leges, Cic. Cōſcribere milites, eſt cogere, & in certum numerū ac ſcriptum redigere. Conſcripti, (προσεγγεγραμμένοι) qui in ſenatu ſcriptis annotati erant, qui per inopiam ſenatorum ex equeſtri ordine in ſenatorum numerum recipiebantur. Liu. lib. 2.

Conſcriptio. onis. f. t. partitio, & digeſtio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias.

Cōnſecrānĕum, nei. n. ſ. quod eſt conſecratum. ἀφιερωμένον. Vocabulum ferè in caſtris repertum, qualia ſunt conterraneum, commilitaneum, militaneū, ſuffarraneū, limitaneū. Tertullian. conſecraneos uocat, qui quaſi uni ſectæ mancipati ſunt.

Cōnſecro. as. a. p. pen. cor. idem quod ſacro, id eſt Deo dico, & ſacrum facio. καθιερῶ, ἱεράζω. Cic. lib. 1. Tuſc. Quaſi addicti & conſecrati.

Cōnsectānĕus, a. um. o. ſ. accipitur pro eo qui in eadem hæreſi eſt. ὁμογνώμων.

Cōnsĕctārĭum. rij. n ſ. Cic. 4. de Fin. Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ cōſectaria eſſe dicebas: & primū illud, quo nihil poteſt eſſe breuius.

Cōnsectŏr, taris. d. p. in totū uel ſæpe ſequor. προσδιατρίβω, συνομιλῶ, διώκω, θηρῶμαι. Lact. lib. 1. Quæras ab his quid ſibi uelint, cū fœminas tā rabidè conſectantur, ut uix diuelli queant.

Cōnsēnsio, onis. f. t. ut Speuſip. ait, communio rerum omniū, cogitationum, ſuſpicationumq; concordia. Cic. ad Caſſ. Populi uerò Romani totius Italiæ mira conſenſio.

Cōnsēntĭă ſacra, quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta.

Cōnsēntio, is. n. q. (ὁμολογέω, ὁμοδοξέω, προσίεμαι, συμφωνέω, ἑνόομαι) et cōſentaneus. a. um. (σύμφωνος, ὁμολογούμενος) quære in dictione Sentio.

Cōnsēptūm, pti. n. ſ. & Conſeptio, dicitur quod undiq; clauſum munitūq; eſt. περίφραγμα. Liu. lib. 10. Ibi medijs ferè caſtris, locus eſt conſeptus cratibus, pluteisq; ex lignis contectus.

Cōnsĕquĕntĭă, æ. ſ. p. eſt quæ ex præcedentibus infertur. ἀκολουθία.

Cōnsĕquĭæ, arum. f. p. ſequelæ, à conſequendo: ſicut ab exequendo, exequiæ. Apul. lib. 10. Nouiſſimis trahebantur conſequijs.

Cōnsĕquŏr, eris. d. t. pen. cor. immediatè ſequor. ἀκολουθέω. Verg. lib. 5. Quem deinde Cloanthus conſequitur. Item obtineo, adipiſcor. τυγχάνω. Cic. in Verr. Act. 1. Quod ego meo laborē & uigilijs cōſecutus ſum. Item exprimere. ἐξισῶν. Idē Cæſari Iuniori, Extrema uerò quanta & qualia ſint, uerbis conſequi non poſſunt.

Cōnsĕro, ris. a. t. pen. cor. conſerui, conſertum, ſimul miſceo. συμβάλλω, ἀγχιμαχῶ. Ver. 2. Aen.
» Multaq; per cæcam congreſsi prælia noctem
» Conſerimus. Sic conſerere manum cum hoſtibus, quaſi manui manū admouere. Lactan.

libro

lib.5. Tum inter ſe manus conſerere cœperunt & inſidiari, & gloriam ſibi ex humano ſanguine comparare. Vnde milites conſerti dicuntur, dum pugnant.

Cōnsĕro, pen. cor. conſeui, conſitum, n. t. ſimul » ſero, dum pro planto ſeu ſemino ponitur. φυτεύω. Verg. En quis cōſeuimus agros? Lactan. lib.2. Quem in partibus orientis omni genere ligni arborūq; conſeuit. Inde conſitio. φυτεία, φυτεργία. Cic. in Catone, Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones.

Conſeruo, uas. a. p. cuſtodio, tueor, retineo, ſeruo, tutor. Cice. in Epiſt. Quos conſeruaui. inde cōſeruatio, conſeruator, & conſeruatrix.

Cōnsĕſsŭs, us. m. q. (σύνεδριον) non eſt conſeſsio, ſed homines in uno loco ſedentes: ſicut conuentus non eſt conuentio, ſed homines qui in unum locum conueniunt.

Cōnsidĕo. es. n. ſ. pen. cor. uel Cōnsīdo. is. pen. pro. n. t. cōſedi, conſeſſum, ſignificat ſimul aſsido. Et Colu. lib.8. Neq; aut recubet, aut conſidat. id eſt ponat ſe ad ſedendum. Aliquando ſignificat manere. Cic. de Fin. Cuius in mente cōſedit iuſtitia. Aliquando pro ſedari. Liu. Vbi ira conſedit. Aliquando pro commorari, conſiſtere, deſidere. Cic. Phil. 13. Martiam legionem Albæ conſediſſe ſciebat.

Cōnsĭlĭārĭŭs. rij. m. ſ. qui conſilium præbet. βουλευτὴς, σύμβουλος. Et conſiliarius. a. um. adiect. ut, conſiliarius amicus. Plaut. in Epid. Iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium.

Conſiligo, ginis, herbæ genus. Colum. lib.6.

Cōnsĭlio. is. lui. uel liui. conſultum. n. q. ſimul ſalio. συνάλλομαι. Vnde

Conſulto. as. frequentatiuum.

Cōnsĭlĭŏr, aris. d. p. conſilium capio. βουλεύομαι.

Cōnsĭlĭŭm, lij. n. ſ. eſt, ut ſcribit Cic. li.2. Artis ueteris, aliquid faciēdi nō faciendi ue ratio excogitata. βούλευμα, βουλή. Quandoq; ſumitur pro iudicibus deputatis. Cic. pro Roſc. Dij prohibeant iudices ut hoc quod maiores conſiliū publicū uocari uoluerunt, præſidiū ſectorum exiſtimetur. Dictū à con & ſileo, quòd uno conſulenti cæteri conſileant: uel à concilio, ut ſit conſilium quaſi concilium: uel ex con & ſalio, eo quòd in unam ſententiam plurium mentes conſiliant & conueniant. Conſilium dare, eſt ſuadere. συμβουλεύειν. Quintil. Cum Ciceroni dabimus conſilium, ut Antonium roget.

Conſimilis, le. o. t. contrarium eſt à diſsimilis. Cic. de Orat. Cum rem geſsiſſet conſimilem rebus ijs quas ego geſſeram.

Cōnsĭſto. is. conſtiti, n. t. propriè eſt iter inceptū mora interrūpere: & intranſitiuè ponitur. Teren. Ocioſe nunc iam illico hic conſiſte. Vbi Don. Cōſiſtere eſt audacter & cōſtanter ſtare. Sic conſiſtere in anchoris, uel ad anchoram, Cæſ. Sed trāsfertur: ut conſiſtere in ſententia, oratione. Cic. ad Qu. Fr. Cato. ca. 135. Et ſi aluus nō conſiſtet. Var. Vt ſi pluerit, aqua nō conſiſtat. Sic, conſiſtit ſalus, fides, ſpes, &c. Conſiſtimus quoq; cū recuperatis uiribus firmiores incipimus eſſe, et ualidiores, ita ut ſine ulla corporis imbecillitate poſsimus ingredi. Cic. Fam.7. In eas herbas cū incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primū uidear cōſiſtere. Verg. » pro erigor poſuit: Conſtitit in digitos.

Cōnsĭſtōrĭŭm, rij. n. ſ. locus in quo conſultādi gratia homines conſiſtunt: uel (ut Suid. ait) conſiſtentiū multitudo. Itē cōſiſtoria dicūtur archiua Cæſarea, & imperatoris Palatinæ domus, quæ etiā uocantur Auguſtalia. unde cōſiſtoriani ab Ambroſio dicūtur, qui ſenatorij ordinis, uel ampliſsimi ad principale conſiliū eligebantur.

Cōnſobrini, orum. m. ſ. (ἀνεψιοί) qui ex duabus ſororibus ſunt editi, quaſi conſororini. Amitini, qui quæ ue ex ſorore & fratre propagātur. Sed ferè uulgus omnes iſtos cōmuni appellatione conſobrinos uocat. Itē qui ex fratribus, patruelib. aut cōſobrinis propagantur, uel amitinis, cōſobrini uocātur. Patrueles. ἐξάδελφοι. aliquando q̃ ex fratribus nati ſunt.

Cōnsōlābūndŭs. παρηγορητικός. à conſolor: ſicut & conſolamen & conſolatio (παραμυθία.)

Cōnsŏlĭdă, æ. f. p. herba eſt quæ & conſerua, & coagulum dicitur. Græcè σύμφυτον.

Cōnsōlŏr, aris. c. p. pen. prod. ſolatiū præſto. παραμυθέομαι, παρηγορέω. et propriè uerbis fit conſolatio. Cic. Sulp. Dices quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris, & quaſi perpetuis Reip. Hinc cōſolatorius. a. um. quod cōſolatur, ut epiſtola conſolatoria. παραμυθητικὸς. Cic. ad Att. li.12. Conſolabilis, conſolabile, quod conſolari poteſt. Cic. ad Sul. Cōſolatio uerbale. Reperitur et cōſolo actiuū apud Var. in Thyeſtæ.

Cōnsŏno

Cōnsŏno,nas.n.p.pen.cor.ſimul ſono. συμφωνέω. Varr.de apibus: Cũ iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant uehementer perinde ut milites faciunt, cũ caſtra mouent. Inde conſonantes dictæ ſunt. σύμφωνα. quòd cũ uocalibus ſonent,nõ per ſe.Per trãslat.ſignificat concordare.Hinc conſonantia,uocũ concordantia, quæ Græcè ἁρμονία dicitur.

Cōnsōrs.ortis.c.t.κοινωνὸς,ὁμότιμος.eiuſdẽ ſortis:id eſt,conditionis & fortunæ & qualitatis in omni re & negotio.Sappho ad Phaonem, Non tantum Alcæus conſors patriæq; lyræq; Laudis habet. Conſortem Propertius poſuit pro ſimili,cum inquit, Tu qui conſortem properas euadere caſum.

Cōnſōrtĭūm,tij. n.ſ.ipſa ſocietas. κοινωνία,ἑταιρεία.Dicitur & conſortio.nis. Liu.lib.5.Quænam iſta ſocietas,quænam conſortio eſt?

Conſpargo.is.a.t.idem quod ſpargo. Cice.Hic me complexus eſt conſperſitq; lachrymis.

Conſpectus,us.m.q.aſpectus,& præſentia.Cic. Att.Subito cepi conſiliũ, ut exirẽ,ne qui conſpectus fieret, aut ſermo. & cõſpectu priuare.

Cōnſpĭcio.is.a.t.pen.cor. uideo , cerno . ἀφορῶ. Plaut . Amph . Qui ipſus equidem nunc primum iſthanc tecũ conſpicio ſimul. Vnde conſpectus pro aſpectu. σκοπιὰς, περιωπή. Vergil. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Dicitur & de mente. Cic. pro C.Bal. Vt conſpiciatis eum mentibus, quem oculis non poteſtis.

Cōnſpĭcĭlĭūm,lij.n.ſ.διόπτρα. dicitur,unde clanculum conſpicere poſsis.Plaut.In conſpicilio aſſeruabam. Item quod oculis adhibemus,ut melius intueamur , uulgò ocularia dicuntur Idem: Cedò uitrum, neceſſe eſt cõſpicilio uti.

Cōnſpĭco.as.a. p.pen.prod. & conſpicor deponens, à con & ſpico , uel ſpicor componitur. Spicor aũt à ſpica uel à ſpiculis. unde deſpico,cor.inſpico,cor.perſpico,ſuſpico,cor. Eſt autem conſpicari.ἰδεῖν,ὁρᾶν. conſpicere,ſeu in conſpectu habere. Terent.Eun. Cur te ego in his conſpicor regionibus ? Inſpico protulit Verg.li.1.Georg.Peruigilat,ferroq; faces inſpicat acuto.Priſcianus à ſpicio ſentit deduci, ſed rectius à ſpico uel ſpicor.

Cōnſpĭcŭŭs.a.um.o.ſ. περίβλεπτος. à conſpicor, ſicut perſpicuus à perſpicor, modò ſignificat ſagacem,perſpicacem,acutũ. ἔμφρων. Quint. Conſpicuus,ſagax,callidus. Modò clarum, & qui ab omnibus cõſpicitur. Vnde Martial. Conſpicuum amphitheatrum appellat.

Cōnſpiro,ras.n.p.συμπνέω,συμπράττω. pen.pro. ſimul ſpiro.συμπνέω ſicut cõflo. Colu.li.4.Omnibus partibus ad educandam prolem nouem conſpiret. Per translat.ſumitur pro coniurare,& conſentire. συνίσταμαι. Vnde conſpiratio,(σύστασις)quæ in bonum & in malum capitur.In bonum,Cic.2.Offic.Magnas utilitates adipiſcimur cõſpiratione hominum,atq; conſenſu . In malum, Plin. in Epiſtol. Proinde conſpirate,conſentite, maioremq; animum ex meo ſumite . Dicitur & conſpiratus . us. quo Gell . utitur libro 1. cap. 11. Conſpirare quoq; ponitur pro conuoluere . συνειλεῖν. dictum à ſpiris , quæ ſunt reuolutiones , ſiue circuli,qui in ſeipſos recurrunt.Vnde non ineleganter conſpirare ſerpentes dicimus , cum ſe in circum conuoluunt.

Cōnſpōndĕo.es. quære in dictione Spondeo.

Conſpuo.is.ui.utum.a.t.ſputo aliquem fœdo,cuius paſsiuum eſt conſpuor.Plau.Ab omnibus riſus,atq; conſputus.

Conſpurco. as. a.p. commaculo. Colum. lib. 8. cap.5.Nam ſuperſiliens auis proluuie uentris cibos,& aquam conſpurcat.

Conſtabilio.is.a.q.ſtabile,& firmũ facio. Plau. Capt.Rem meam conſtabiliui.

Cōnſtĕrnĭūm,nij.n.ſ.(ἀποδυτήριον)dicebatur,locus prope thermas,ubi ueſtes deponebantur.

Cōnſtĕrno.as.aui.atum.a. p. ſignificat deijcio. συστέλλω.Sall.Qua uictoria elati hoſtes,noſtri territi,atq; animis conſternati diſceſſere. Inde conſternatio,(συστολή,ἔκπληξις)quæ eſt concitatio quædã ſubita ex aliquo metu: & à ſternutamento deduci uidetur, quòd eo toto con cutimur corpore.

Cōnſtĕrno uerò.is.a.t.con ſtraui & conſternui. καταστορέω,καταβάλλω.diuerſum eſt,et ſignificat idẽ quod ſterno.Verg. It ſtridor & altè Conſternunt terrã concuſſo ſtipite frondes. Sic conſternere areã ſilicibus & lapide.Colu.lib.1.Area ſi competit,ita conſtituenda eſt,ut uel à domino,uel à procuratore deſpici poſsit,eaq; optima eſt ſilice cõſtrata.

Cōnſtĭtŭo,is.a.t.(βουλεύομαι)ſtatuo,propono,decerno.Verg.Qui teneant(nam inculta uidet) homines

hominesne feræne, Quærere cõſtituit. Item locum, ſiue tempus determino. ἀφορίζω, τάττομαι, διομολογοῦμαι. Cic. Mario: Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. Quandoq; ſignificat conuenire & pactũ facere. καταστάλαν, συγκροτᾶν. Terent. in Hec. Nam conſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturum. Quandoq; formo, & quaſi bonam diſputationem infundo. διατίθημι. ut corpus bene conſtitutum quod Medici barbare dicunt bene complexionatum, Cic. lib. 2. Tuſc.

Cõnſtĭtūtĭo corporis, (ἕξις) dicitur ipſa complexio. Conſtitutio etiã quandoq; dicitur ſtatus, quæ in cauſis potentiſsima eſt, cum ſit prima cauſarum conflictio. στάσις. Vide in dictione Status. Aliquando conſtituere, eſt gubernare. Cic. Incuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. Interdum decernere. διατάττειν. à quo conſtitutiones, διατάξεις, παραδόσεις. Nonnunquam parare. συσκευάζειν. ut, Conſtituere malum. Cice.

Cõnſtĭtūtŭs. a. um. participium. διατεταγμένος.

Conſtitutus. us. m. q. nomen, quo hominum conſiſtentium multitudo ſignificatur.

Cõnſto. as. conſtiti, conſtitum, & conſtatum. n. p. Martialis, Conſtatura fuit Megalenſis purpura centũ. Eſt autem conſtare, conſtanter permanere, perſeuerare, ratum habere. ἐμμένειν. Cic. Qua in ſententia ſi conſtare uoluiſſent, ſuam autoritatem cum ſalute recuperaſſent. Dicimus etiam, Conſtat pedibus, conſtat animo. (ἱδρύεται) pro firmat. Verg. Et paribus Cyllenius alis Conſtitit. Interdum eſt ualere, (τιμᾶσθαι) & paſsiuè ſumitur pro empto, aut uendito. Cice. Quod mihi conſtat carius, quàm ſi in foro emiſſem. Interdum compoſitum eſſe. συνίσταμαι. Cic. Vt hæc elementa ex quibus omnia conſtant. Interdum ſimul ſtare: Siſen. lib. 4. hiſto. Multitudinem procul hoſtium conſtare uiderunt. Interdum ſuppeditare. παρεῖναι. Iuuenal. Quis feret uxorem cui conſtent omnia? In tertia perſona ſumitur pro manifeſtum eſt, φανερόν ἐστι, ὁμολογεῖται. Cic. lib. 2. ad Caeſ. iuniorem: Cum conſtet Lupercis id uectigal dediſſe, qui antè poterat i ! conſtare? Rurſus pro conuenit: ut, Hoc mihi tecum conſtat: id eſt, cõuenio tecum in hoc, & aſſentior tibi. Cice. lib. 1. ad Heren. Rationem conſtare, ſignificat æquam legitimamq; rationem aut oſtendi, aut apparere oſtendi poſſe. Vlpian. A conſto, quantum ad primam ſignificationem, ſit conſtans, pro eo, qui firmus eſt, & tenax propoſiti. ἀσταθής. Cicero ad Lentul. Hoc tantã uim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis ſenatus conſilium eſſe uideatur. A quo conſtantia, animi firmitudo. ἀστάθεια. Cic. 2. Verr. Et conſtanter aduerb. firmiter. βεβαίως. Cic. de Amic. Quibus contraria ſunt inconſtans, (ἀσταθής) inconſtantia, & inconſtanter.

Cõnſtrŭĕrĕ. a. t. ſimul ſtruere, ordinare, fabricare. συντάττειν. Cic. in Catone: Vt nauem, aut ædificium idem deſtruit facilimè qui conſtruxit: ſic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura diſſoluit.

Conſualia, ludi dicebantur quos in honorem Conſi, quem deum conſilij exiſtimabant, faciebant, Feſtus.

Conſuanetes, inter Alpinas gentes enumerat Plin. lib. 3. cap. 20.

Cõnſuēſco. is. eui. & conſuetus ſum. etum. n. t. (ἐθίζομαι, συνδιατρίβω) in bono & in malo dicitur. In bono, cũ familiaritatem & conuerſationem quampiam cum aliquo habere ſignificat: ut ſit conſueſcere, ſimul ſueſcere. id eſt, ſimul conuerſari. Plautus in Aſin. Bene ſalutando conſueſcunt, compellandò blanditer. Teren. in Adelph. Quid illi tandem credis fore animi miſero, qui cum illa conſueuit. id eſt conuerſatus eſt? In malo, cum de re uenerea dicitur, (συγγίνομαι) Idem in Phorm. Cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum. id eſt, coiuit. Accipitur etiam pro uiuere. Columella. lib. 9. Nec magis humo quàm ſtagno conſueuerunt.

Cõnſuēfăcĭo. is. a. t. uſu doceo. ἐθίζω. cuius contrarium eſt diſuefacio. Terent. Adelph. Ea ne me celet conſuefeci filium.

Cõnſuētūdo. inis. f. t. συνήθεια. Plaut in Mil. Hoc adeò fieri credo conſuetudine. Et pro conuerſatione, ac familiaritate. Cic. ad Curi. Ego te abfuiſſe tandiu à nobis & doleo, quod carui fructu iucundiſsimæ conſuetudinis, &c.

Cõnsŭl. lis. m. t. (ὕπατος, πρόβουλος, Plut.) tutor annuus Reip. & magiſtratus nomẽ, quòd cõſulat

populum

populum & ſenatum. nam & hoc conſulere ueteres uocauerunt. unde adhuc remanet illud, Rogat bonum conſulatis, id eſt iudicatis. Cicero in Piſon. Animo conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto deniq; munere conſulatus, omni officio.

Cōnsŭlāris uir, qui conſulatum geſsit, uel qui conſulari dignitate dignus eſt. ὑπατικὸς. Cic. Lent. Qu. Max. qui filium conſularem amiſit.

Cōnsŭlātŭs. us. m. q. (ὑπατεία) officium, uel dignitas, ſiue tempus quo conſul in officio eſt. Plin. lib. 14. cap. 15.

Cōnsŭlo. is. conſului, conſultum, pen. cor. a. t. cum accuſatiuo ſignificat conſilium peto. προσανατίθεμαι. ut, conſului doctos: id eſt, à doctis conſilium petij. Quint. Ego aures conſulens meas. Dicimus etiam conſulo te bonum conſilium, & Conſulo te boni, & boni conſuluit, ſine accuſat. Cum datiuo neutrum eſt, & ſignificat conſilium do. βουλεύω. ut, medicus conſuluit mihi: & conſulo tibi tuum commodum. id eſt do tibi conſilium quod ſit futurum commodum. Quandoq; habet accuſat. cum in, pro contra. βουλεύομαι. Terent. Peſsimè iſthuc in te atq; illum conſulis. Interdum prouideo, proſpicio, & præſidium fero. Cic. Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. hoc eſt, mallem quòd Cæſar prouideret tibi, quàm te interrogaret. Interdū eſt deliberare, ſed in plurali tantum, & abſolutè: ut, conſulunt ſenatores. id eſt, deliberant. Cæſar 7. Bell. Gall. Bis magno cū detrimento repulſi Galli, quid agant conſulunt. Grauiter de ſe conſulere, eſt aliquid pernicioſum ſibi conſtituere & exequi, ac mortem ſibi conſciſcere.

Cōnsŭlto, tas. a. p. conſilium frequenter capio, uel conſilium frequenter do, ſiue frequenter delibero. βουλεύομαι, χρηματίζω. Sal. Delecti quibus corpus animis firmum, ingenium ſapientia ualidum erat, Reipub. conſultabant.

Cōnsŭltō, aduerb. deliberatè. βεβουλευμένως.

Cōnsŭltŏr. oris. m. t. qui alium conſulit: id eſt, qui conſilium ab alijs inquirit. ὁ συμβουλευόμενος. Cic. pro C. Balbo: Qu. Scæuola ille augur, cum de iure prætorio conſuleretur iureconſultiſsimus, conſultores ſuos nōnunquam ad Furium et Camillum reijciebat. Accipitur quandoq; pro eo, qui alij conſulit. σύμβουλος, βουλευτάς. ut apud Salluſt. in Iugur. Simul ab ab eo petijt, ut fautor conſultorq; ſibi adſit. Et in illo uerſu prouerbiali, Conſilium malum conſultori peſsimum eſt.

Cōnſŭltōrĭă hoſtia, (συμβουλευτική) erat, qua diuina uoluntas per exta diſquirebatur. Vergilius, Mactat lectas de more bidentes.

Cōnsŭltŭs, ti. m. ſ. (στοχαστικὸς ἀνὴρ) quando participium eſt, ſignificat eum, qui conſulitur: hoc eſt, à quo conſilium petitur: ut, medicus conſultus dixit te febribus laborare. Quandoq; nomen eſt, & ponitur pro prudenti & ſa»pienti. δεινός. Ouid. lib. 1. De arte, Sit tibi credi»bilis ſermo, conſultaq; uerba. id eſt, prudentiæ plena. Eſt autem nomen duobus modis, ſci»licet cum per ſe ponitur. Horat. Eris tu qui »modò miles Mercator, tu conſultus, modò ruſticus? Vel quando habet genitiuum. Liu. 10. Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquentiæ conſultos. Hinc dicimus conſultus iuris, (ἐξηγητὴς τῶν νόμων) & iuris conſultior, & conſultiſsimus. Idem lib. 1. Conſultiſsimus iuris, ut illa quiſquam ætate eſſe poterat. Sic inconſultus poteſt eſſe participium & nomen.

Cōnsŭltŭs. tus. m. q. & Conſultum, pro re quæ conſulitur. Horat. in Epiſt. Qui conſulta patrum, qui leges iuraq; ſeruat. Et conſultum, (συμβούλευμα) decretum, ſtatutum, quod aliquando reſoluitur in infinitiuum, ut illud Sall. Nam & priuſquam incipias, conſulto, & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt. id eſt, conſulere ſiue ut conſulas.

Cōnsūmmo. as. a. p. per duplex mm, ſummam ſimul capio. ἀποτελέω. Lactan. lib. 7. Quoniam rationem totius myſterij magni conſummauerat, in unumq; collegerat, nec ſummū bonum comprehenderat. Item perficere, (ἐκποιεῖν) quòd quæ perfecta ſunt, omnia ſibi ſumpſiſſe uideantur. Lactant. lib. 2. Mundum deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus, ſex dierū ſpacio conſummauit. Vnde & conſummatus »homo, (τέλειος) perfectus dicitur. Martialis. »Quod magni Thraſeæ cōſummatiq; Catonis.

Cōnsūmo. is. a. t. pen. pro. tero, cōtero, exhaurio, diſsipo, in nihilū redigo. δαπανῶ. Solin. Sunt etiā in Lycia ſaxa, quæ uiuentiū quoq; corpora adalligata conſumunt. Sall. Ego non rem familiarem modò, uerumetiā ædem conſumpſi.

Cōnsūo

Cōnsŭo.is.a.t.ſimul ſuo. συῤῥάπτω. cōpono, coniungo. Plaut. in Amph. Aduenisti audaciæ columen, conſutis dolis? Imò equidem tunicis conſutis huc aduenio, non dolis.

Cōnsȳdĕrātē, aduerb. cum conſyderatione. περιεσκεμμένως. Cic. ad Caſsium: Hircius nihil conſyderatè, ut mihi crebris literis ſignificat, acturus uidebatur.

Cōnsȳdĕrātŭs, (περιεσκεμμένος) dicitur qui agenda conſyderat, non qui conſyderatur, ſcribit Valla lib. 1. cap. 31. Cic. pro Cecin. Verum & illud conſyderati hominis eſſe putauit.

Cōnſȳdĕro.as.a.p. (σκέπτομαι) à ſyderum cōtemplatione dici uidetur, ut ſcribit Feſtus. Cic. Terentiæ: Reliquū eſt, quod ipſæ optimè conſyderabitis, ueſtri ſimiles fœminæ ſint'ne Romæ. Vnde conſyderatio uerbale. Cic. 4. Acad. Et conſyderantia. Idem ad Qu. frat.

Contabeſco, idem quod tabeſco, de quò infrà.

Cōntāgĭūm, gij. n. ſ. & contagio, & contages, pen. pro. morbus qui ex contactu contrahitur, ex con, et tago. is. quod eſt tango. Ver. Dira per incautū ſerpant contagia uulgus. Iuuen. Creticè polluces, dedit hanc cōtagio labem. Lucret. lib. 4. Quæ contage ſua palloribus pingunt.

Cōtāmĭno.as.a.p.pen.cor. ex con & tamino, & eſt fœdo, maculo, manibus lutulentis quicquam attingo. Vnde cum res rei ita immiſcetur, ut neutra incorrupta maneat, contaminari dicitur. Teren. in prologo And. Contaminari non decere fabulas. A cōtaminatus, ſit compoſitū incontaminatus, de quo Liu. li. 4. Quas quantaſq; res C. Camuleium aggreſſum colluuionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorū priuatorumq; afferre, ne quid incontaminati ſit. Sunt & attamino, intamino, quæ ſunt contraria. Horat. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus. id eſt, incorruptis & indiminutis.

Contechnor, aris. d. p. commachinor, & fallaciam aliquam compono. Plaut. Pſeud. Vide modo ne illic ſit contechnatum quidpiam.

Cōntĕmĕro.as. are. a. p. contaminare, fœdare, polluere. Mart. lib. 1. Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum, Auſus tam notas contemerare manus.

Cōntĕmno. is. pſi. tum. a. t. ſperno, uilipendo. ἐξουθενῶ, ἐλέγχω, ὀλιγωρέω. Plau. in Aſin. Tu uerbero imperiū meum cōtempſiſti. Et eſt minus quàm deſpicio. Cic. de Sene. Contemni ſe putant, deſpici, illudi. Componitur enim ex con, pro ualde, & temno, reijcio. Hinc cōtemptus. us. deſpectio. ὀλιγωρία. ut, tu es omnibus contemptui: id eſt, deſpiceris ab omnibus Contemptim, aduerb. Plaut. Pœn. Ne nos tam contemptim conteras.

Cōntēmplātĭo, onis. f. t. (θεωρία, σκέψις) mentis agitatio. & Cōtemplatiuus, à cōtemplor. Vnde cōtemplatiua uita, quæ cōtemplationi dedita (eſt.

Cōntēmplŏr. aris. d. p. à templo dicitur: id eſt, à loco qui ab omni parte aſpicere poteſt, uel ex quo omnis pars poteſt uideri, quē antiqui templum nominabant: ſignificatq; diligenter intueor, & conſydero. κατανοέω, ἀποσκοπέω. Cic. pro Deiot. Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Inuenitur & contemplo. Plaut. in Aſinar. Hem meum caput contempla, ſiquidem ex re conſultas tua.

Cōntĕmpŏrānĕūs, eiuſdem temporis. σύγχρονος.

Cōntēmptĭbĭlĭs, le. o. t. à contemno: id eſt contemnendus. εὐκαταφρόνητος. Vnde contemptibilitas. item contemptè, contemptim, (ὀλιγωρημένως) & contemptibiliter, aduerbia.

Cōntēmpto. as. a. p. frequent. à contemno. Plaut. Mirari noli, neq; me contemptarier.

Cōntēndo, dis. n. t. contrà tendo, quod eſt contrà proficiſcor. σπεύδομαι. Cæſar lib. 1. Ipſe de quarta uigilia, eodem itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit. Item certare, ἀμφισβητεῖν. Verg. lib. 4. Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? Item contendendo, ſiue cum conatu ac nixu petere, ſeu aliquid agere, σπουδὴν ποιεῖσθαι, διατείνεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι. Vnde contenta corpora dicimus, (σύντονα σώματα) quæ omni nixu intenduntur aduerſus labores, ut in arcu neruus. Cic. lib. 1. Tuſc. Sunt quædam animi ſimilitudines cum corpore, ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſsis opprimunt. Cic. lib. 1. Offic. Miſerrima omnino ambitio honorumq; contentio. Eſt præterea contentio. ἀγὼν. oratio acris ad confirmandum & confutandum accommodata, unde à Plinio dicta eſt in Epiſt. oratio pugnax & contentioſa. Conſtat autem contrarijs uerbis, quæ ἀντίθετον. id eſt, contrapoſitum dicitur, ut illud pro Cluen.

Vicit

Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Item continuare: ut lib. 3. De Orat. Nihil pernicioſius quàm ſine intermiſsione cōtentio. συντονία. Item feſtinare. προθυμεῖσθαι, κατατείνειν, ἐπείγεσθαι. Vergil. Quæ p littora proxima curſu Contendunt petere. Item aſtringere, intorquere. σωτάναν. ut lib. 4. Georg. Tanto nate magis contende tenacia uincla. Item comparare. Cic. lib. 1. ad Heren. Si noſtram cauſſam laudando extollemus, & aduerſariorum per contentionem deprimemus. Item extorquere. βιάζεσθαι. Cice. Extremum autem præceptum in beneficijs operáq; danda, ne quid contra æquitatem contendas. Item iacere, dirigere. βάλλειν, κατατείνειν. Vergil. Qui tamen aërias telum contendit in auras. Item intendere. ἐπιτείνειν. Cic. Magna eſt animi contentio adhibenda. Idemq́; ferè eſt contentio, (διάτασις) & intentio, cum uehementiam quandam ſignificant in uoce. Tracta ſimilitudine ab arcu, ſeu cithara, cuius nerui quãto uehemẽtius intenduntur, tanto uehementiorem ſonũ efficiunt.

Contentè aduerb. pro parce, & continenter.

Contentio, onis. f. t. conatus ad aliquid agendum. & contentio eſt continuatio, intentio, perſeuerantia, & concertatio, comparatio, & proſternatio. Vide Contendo.

Cōntĕntŭs. a. um. o. ſ. (ἀρκούμενος, ἀγαπῶν) cum eſt participium à contineor, paſsiuæ ſignificationis eſt, non actiuæ, ſicut putauit Valla: quoniam ablatiuum habet, ut is accipiatur qui continetur ab eo quod animo ſuo ſatisfacit, ſiue etiam à ſeipſo contineatur. Non enim ſicut compos qui poſſeſſor ſiue obtentor alicuius rei eſt, ita contentus accipitur: quoniam qui contentus eſt, ab eo poſſeſſus eſt, à quo, uel quo contentus eſt, quia neceſſe eſt, ut aliquid ſit, à quo quis contineatur, ut contentus dicatur, ut apud Terentium in Eunu. Neq; tu uno coutenta eras, neq; ſolus dedit. Quis hic exponat, Neq; tu unum cōtinebas, qui animo ſatisfaceret tuo? Continere enim eſt cohibere, (ἐπέχειν) ſiue te, ſiue alium, ne quid fiat reprehenſione dignũ, & ad uirtutem fermè ſemper pertinet. Hoc aũt loco culpatur meretrix, nõ quòd ſe à libidine non contineret, ſed quod uno nõ contenta erat: id eſt, uno non continebatur ut alijs abſtineret. Id etiam oſtenditur per affirmationem. Plaut. in Mer. Nam uxor contenta eſt, (quæ bona eſt) un ouiro. Nec hic uxor bona continet unum uirum, ſed ſe continet, ſiue continetur uno uiro, aut ab uno uiro. Eſt etiam contentus participium, (ἐπιτεταμένος) à contendo.

Conterminus, a. um. o. ſ. finitimus, et uicinus, quaſi eundem terminum inhabitans. Colum. lib. 1. cap. 3. Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus. & Contermina Indis gens Ariana. Plin. lib. 12. cap. 8.

Cōntĕrrānĕŭs, a. um. o. ſ. (ὁμοχώριος) dicitur, qui ex eadẽ terra eſt, quapropter Catullũ conterraneũ ſuũ Pli. in Præfatione prima uocat, qui non Veronæ, ſed in Benaci inſula natus erat.

Cōntēſtārī litem (διαμαρτυρεῖν, προκατάρχεσθαι δίκης) dicuntur duo aut plures aduerſarij, quòd ordinato iudicio utraq; pars dicere ſolet, Teſtes eſtote. uide in dictione Teſtor.

Contexto, uide texto.

Cōntĭcĕo. es. n. ſ. pen. cor. ſimul cum cæteris taceo. κατασιγᾶν. Verg. Conticuere omnes, intentiq́; ora tenebant. Cic. in Catil. Recitatis literis debilitatus atq; abiectus, conſcientia conuictus repente cōticuit. Hinc

Cōntĭcēſco. is. n. t. quod eſt cum alijs tacitus fio. κατασιγῶ. Plinius lib. 11. cap. 10. Tunc repentè omnes conticeſcunt.

Cōntĭcĭnĭŭm noctis, (πρώτη νύξ, νυκτὸς ἀρχή, Poll.) primum tempus quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. Plaut. in Aſin. Redito huc conticinio.

Cōntĭgno. at. n. p. (σανιδόω, συνάπτω) uide Tignus. Hinc contignatio, (σανίδωμα) quæ eſt ſolarium domus, ſiue ſtratum ſit cæmento, lateribus úe, ſiue non ſtratum, qualia ferè ſunt ſolaria domorum in Apulia. Eóq; pro muraculo apud Liuium infertur, bouem in tertiam contignationem conſcendiſſe. Plin. Seſquipedalis paries non plus, quàm unam contignationem tolerat. Eſt enim ſuperior & inferior contignatio.

Cōntĭnēns, entis. o. t. participium, (τὸ περιέχον) ea poteſt ſignificare quæ continent. Continens uerò fœm. gen. (ἤπειρος) ſumitur pro terra, quæ non eſt inſula, quam uulgò terram firmam appellant, qualis eſt Italia, ut ex Sicilia ad con

ad continentem parũ intercapedinis eſt. Nam inſula eſt, quæ mari circundatur: ut, Sicilia, Sardinia. Iſthmos ita undiq; mari cingitur, ut tamen in aliqua parte continenti iungatur. Scribit Vlpia. continentes prouincias accipi debere eas quæ Italiæ coniunctæ ſunt, utputa Galliam. Continens neut. generis à Rhetorib. accipitur pro firmamento orationis. τὸ συνέχον. Cic. in Top. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hæc continentia uocentur, quaſi firmamenta defenſionis, quibus ſublatis defenſio nulla ſit.

Cōntĭnēntĕr, aduerb. modò ſignificat parcè. ἐγκρατῶς, συνεσταλμένως. Plaut. Quanquam illũ pater arctè & continenter habet. Modò coniunctè, iugiterq;. συνεχῶς. Idem: Trium dierũ ſitim continenter tulit. Cæſar: Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt.

Cōntĭnēntĭă, æ. f. p. ἐγκράτεια. fit à continens, de qua Cic. lib. 1. Offic. Sed ualetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſeruatione earũ rerum, quæ aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe: & continentiam in omni uictu omniq; cultu corporis tuendi cauſa, & in prætermittendis uoluptatib. Eius contraria eſt incontinentia.

Cōntĭnĕo. es. pen. cor. cōtinui, contentum. a. ſ. propriè continemus fluuium ſuo alueo, aut ripis, uel beluas ſeptis. Item cōtinemus nos domi, cum in publicũ non prodimus. (ἀκράτεια. Ponitur aliquãdo pro moderari, temperare, uel coërcere. κατασχεῖν. Vnde continens. ἐγκρατὴς. pro abſtinente & integro, cuius contrarium eſt incontinens. ἀκρατής. Lactan. li. 5. Da libidinoſum, adulterũ, ganeonem, iam ſobrium, caſtum, continentem uidebis. Aliquãdo eſt intra ſe tenere. περιέχειν. ſic dicimus urbem continere homines, & locum continere locatum. Item continuare, (συνέχειν) unde & Continens, (τὸ συνεχὲς) dicitur continuatum. Liuius: Continens imperium uſq; ad nos habebitis. Curtius: Omnia uelut continenti incẽdio ardere uiſa. Cice. lib. 2. Officio. pro ſimul tenere poſuit, (συνέχειν) & quaſi inuitum tenere, cum inquit: Nec ulla res tam uehementer rempublicam continet, quàm fides.

Cōntingo, gis. contigi, contactũ. a. t. idem quod tango. Colu. li. 1. Plurimis & his anguſtis illuſtratum feneſtris, atq; à terra ſic editis, ne manu contingi poſſint. Verg. Funemq; manu contingere gaudent. Ponitur et pro accidere ſiue euenire. ὑπάρχειν, ἐνδέχεσθαι. Cice. lib. 5. Tuſc. Quod non modo ſingulis hominib. ſed potiſſimis philoſophis contigit. Imperſonale uerò cum infinitiuo: ut, Contigit mihi eſſe felici, uel felicẽ. Quandoq; abſolutè, ut apud Teren. Hanc mihi expetiui, contigit, conueniunt mores. Hinc contactus participium: ut, contactus religione dies, Liu. Et Cōtactus, ctus, nomẽ. Colu. li. 13. ca. 3. Contactu eius langueſcunt incrementa uirentium. Contiguus. a. um. quod contingit. Plin. lib. 2. cap. 9. Sed aliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus.

Cōntĭnŭo, as. a. p. perſeuero, perago. διατελέω. Plin. lib. 14. cap. 22. Biduo duabusq; noctibus perpotationem continuauit. Sic continuare ſermonem, συνείρειν τοὺς λόγους. Vnde continuatio, uerbale & continuitas.

Cōntĭnŭŭs. a. um. quod eſt ſine interuallo. διηνεκής. & opponitur intermiſſo. Plautus in Mil. Quin ubi triduum continuũ fuerit, iam odio ſus ſiet. Vnde continuò aduerbium, pro confeſtim, ſtatim. Teren. Egomet continuò mecũ, certe captus eſt, &c. Et continuè, (διηνεκῶς) pro perſeueranter, aſſiduè.

Cōntŏr, aris. uide in dictione Cunctor.

Cōntōrtŭm. ti. n. ſ. dicitur id, quod cum ſequitur, non conuenit cum ſuperiore. συνεστραμμένον. Et contortæ res, (συνδεδεμένα,) dicuntur perplexæ, & perturbatæ, et ſibijpſis minime cohærentes. Cic. li. 1. de Orat. Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus.

Cōntrā, (ἀντὶ, κατὰ cum genitiuo) præpoſitio eſt, quæ & ſeparatur et cōponitur, ſignificatq; aduerſum, locum uel perſonam deſignans. Separata apud Verg. Contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam. Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d, ut contradico: e, ut contraëo: u, ut contrauenio. Inuenitur etiam contrà aduerbij loco poſitum, ſignificatq; è regione, ſiue ex oppoſito. ἐναντίον. Iuuen. Stat contrà ſtariq; iubet. Plautus. Amph. Hoſtes crebri cadunt, noſtri cōtrà ingruunt. Aliquando ponitur pro uiciſſim. αὖ, πάλιν. Terent. in Adelph. In eo me oblecto ſolum, (id eſt charum mihi) ille ut item contrà me habeat, facio ſedulò.

Cōnducō.is.a.t.pen. prod. ſimul duco: uel pro ſimplici ponitur. Plaut. in Epi. Mane me iuſsit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. Interdum colligo, congrego. συνάγω. Var. Mane ſuſcitat roſtra, populum in fora conducit. Interdum conuerto. Lucilius: Et uirtute tua & claris conducere chartis. Interdum emo, precio accipio. Plaut. in Pſeud. Quantulo argenti te conducit Pſeudolus? Sic conducere domum, conducere fundum. Conducere etiam is dicitur, qui precium accipit pro re aliqua facienda: quod & redimere dicitur. Vlpianus, Si quis ſeruum docendum conduxerit. In tertia autem perſona uel infinito, ſignificat utile eſſe. συμφέρειν, συμβάλλει. Et ſi de homine loquamur, cum datiuo tantum conſtruitur. Colum. lib. 1. Nam id minime conducit agricolæ. Si autem de re alia, tunc quoque accuſat. exigit. Plaut. in Capt. Vt potiſsimum quod in rem recte conducat tuam, id petam, id proſequar corde, animo, atque uiribus. A conduco, fit participium conductus.a.um. (μεμισθωμένος) & conductus.us. nomen.

Cōndūctītīūs.a.um.o.ſ. (μισθωτὸς) quod conduci ſolet, uel conducit, ſiue ex eorum numero eſt quæ conducuntur. Plautus in Epi. Sed una res me turbat, ratioque apodici, quo modo oſtendam fiduciā aliquam conductitiam. Conductitia domus (ἐνοίκιος οἶκος) tamen dicitur quæ conducta eſt. Sic conductitia opera, dicitur mercenaria.

Conductio. onis. f. t. redemptio, collectio. Cic. pro Cęci. Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.

Conductor.oris.m.t. redemptor. Cic. ad Quint. Fr. Is reſpondit ſe eius operis HS. CCCVI. conductorem fuiſſe.

Cōndŭlŭs, (κόνδυλος) & Condalius, lij.m.ſ. annulus. Plin. Id Græci à digitis condulum quoque & condalium annulum dixerunt, quòd in illo digitus recondatur, ſorte inſtrumentum quo ſutores utūtur, ne digitos offendāt. Plau. in Trin. Inter eos ne homines condalium redipiſci poſtulas? Hinc etiam ſymbolum & ungulum priſci dixerunt. Vide Condylus.

Conduplicatio.onis.f.t. exornatio quædam Rhetorica, apud Hermolaum, Conduplicatio eſt eiuſdem, unius, aut plurium uerborū iteratio.

Conduplico.as. conduplicare, a.p. quaſi ſimul duplicare, & duplicem facere. Cic. de Di. Tenebræ conduplicantur.

Condurdon, herba ſolſtitialis, flore rubro, inquit Plin. lib. 26. cap. 5.

Condus, di.m.ſ. qui condit & ſeruat bona domini ſui, ſicut promus, qui promit. Plau. Pſeud.

Cōndȳlōmă. atis.n.t. (κονδύλωμα) pen. pro. morbus (ut Iul. Poll. inquit) naſcitur circa coronam ani, ſiue podicis, tuberculum inſanabile, & circa ſedem fiunt condylomata magna, ſed non laborioſa. naſcuntur ex inflammatione, nec ſunt hæmorrhoides, ſed eminentes tumores, nunc molles, nunc duri, figura rotunda & nihil eminentes. Celſus lib. 6.

Cōndȳlŏs, li.m.ſ. (κόνδυλος) pen. cor. iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ſtricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, ut ſcribit Ariſtoteles, ternos habent condylos, pollex uero duos. Græci etiam (κόνδυλον) pugnum uocāt, qui fit complicatis digitis in condylos & tuberculum. Martianus lib. 1. Complicatiſque in condylos digitis uulnerabat. Vide Condulus.

Confabulo, as. n. p. & confabulor, aris. d. p. fabulas narro, colloquor de rebus uanis.

Confatalis, le.o.t. idem quod fatalis. Cic. de Fato, Copulata enim res eſt, & confatalis.

Cōnfărrĕātĭo, onis. f. t. quære in dictione Diffarreatio, à confarreo. Apuleius formauit participium confarreaturus: Talis (inquit) mulieris publicitus matrimonium confarreaturis.

Cōnfĕrcĭo.is.a.q. ex con & farcio componitur, ſignificat compleo. ἐμφορέω, συσκευάζομαι. Cic. in Catil. Vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti. Inde confertus.a.um. ἀθρὸς, συνεσκευασμένος, à quo confertiſsimus pro frequentiſsimus, ſiue creberrimus. Liuius libro. 2.

Cōnfĕro, ers.a. anom. pen. cor. ſimul pono. Cic. 1. Offi. Omnes curas cogitationeſque meas conferebam. Ponitur aliquando pro confero. unde conferre pedem. ὁμόσε χωρεῖν τινί. Verg. li. 9. Et ſi cōferre manum furor iraque monſtrat. Pro diſputo, ſeu in comparationem deduco. συμβάλλω. Et dicimus Confero te illi, & cum illo. Oui. Confer Amyclæis medicatum

uellus

uellus ahenis, Murice cũ Tyrio, turpius illud erit. Pro paro, diſpono. Plau. Curc. Ita tuum conferto amare ſemper, ſi ſapis, ne id quod ames, populus ſi ſciat tibi ſit probro. Pro impono, iniicio. ἐπάγω. Idẽ Amph. Ne poſterius in me culpã conferas. Pro cõmunico, Teren. Heaut. Syrus cum illo noſtro conſuſurrat, cõferuntq́; cõſilia adoleſcentes. Pro coniungo. συνάπτω. Ci. ad Oct. Nouiſsima conferã primis. Sic conferre uerba in pauca, (διὰ βραχέων ἀπάγειν) pro cõcludere, reducere. Plau. Nunc uerba in pauca conferã. Pro transfero, traduco. μεταφέρω. Terent. Eun. Metuet ſemper quem ipſa nunc capit fructum, ne quando iratus tu aliò conferas. Quandoq; pro ualeo, ſeu proſum. συμφέρω, συντελέω. Colum. lib. 1. Cæterũ ad æſtiuos temperandos calores plurimum conferunt ſalientes riui. Quandoq; pro dono (κατατίθημι) ut, multa contuli in Catonem. Similiter ire: ut, contuli me domum, & contuli me ad Catonem.

Cõnferuãm, herbam uocant, à conferminando, quæ in aquis dulcibus naſcitur, ſpongia uerius aquarum quàm muſcus aut herba, uilloſæ denſitatis ac fiſtuloſæ. Plin. lib. 27. cap. 3.

Cõnfeſſor. oris. m. t. qui confitetur rogatus. ὁμολογητής. Cice. ad Atticum lib. 1. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modo te confeſſore ſpectare liceat.

Cõnfeſtim. aduerb. id eſt, e ueſtigio. παραχρῆμα, παραυτίκα. Cæſar 5. Bell. Gall. Cæſar præmiſſo equitatu, cõfeſtim legiones ſubſequi iuſſit.

Cõnficio. is. confeci, confectum. a. t. compoſitũ eſt ex con & facio, & eiuſdem ferè ſignificationis eſt, niſi quòd ipſum conficere ſemper rei finem, ſiue perfectionem abſolutionemq́; deſiderare uidetur: & ſignificat efficio, expedio, perficio, compleo, exequor, tranſigo, crucio, finio. &c. Huc pertinent uariæ loquendi formulæ, ut Cõficere mandata, Cice. 9. Phil. Officium legationis. Cæſar. 3. bell. Ciu. Nuptias, Terent. Andr. Negotium, Plautus Ciſtel. Pacem, Cic. pro Flac. Iter, Idem Att. Annales, librum, pro ſcribere, componere. Pecuniam, pro curare, comparare, diſſipare, Cicero pro Syll. Exercitum, pro cogere milites. Idem. Bibliothecam, pro omnis generis libros undique conuocare. Idem. Att. Bellum, bello finem imponere. Idem. 5. Fam. Conficere cum aliquo de aliqua re, id eſt tranſigere, Idem Quint. Frat. Nunc in malam partem: ut, Conficere eſcas, id eſt conterere. Argentum, pro male abſumere, diſſipare. Terent. Phor. Sic conficere patrimonium. Cicero. Hominem conficere, eſt gladio confodere, aut uulneribus grauiſſimis ad mortem compellere, aut alio quouis modo corpus eius miſerè dilacerare & contundere. Transfertur quoque ad moleſtiarum dolorumq́; magnitudinem, & interdum actiue. Cicero Att. 11. Me conficit ſolicitudo, ex qua etiam ſumma infirmitas corporis. Interdum paſſiue, & cum ablatiuo. Idem Offic. 3. Quid ſi Phalarim crudelem tyrannum & immanem, uir bonus, ne ipſe frigore conficiatur, ueſtitu ſpoliare poſſit, nonne faciat? Interdum abſolute. Idem: Conficior ueniſſe tempus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere poſſim. Ab hoc uerbo deducuntur confectio, confector, confectura, &c.

Cõnfido. is. n. t. πέποιθα, θαῤῥῶ. pen. pro. ſpero, nitor, adſum animo, timorem omitto, credo, & certus ſum. Et de præterito, præſenti, & futuro tempore dicitur. Val. li. 5. cap. 10. Cice. Quoniam probatam rationem officij mei uobis eſſe confido. Et dicimus, Confido tibi, & in te. Verg. Et afflictis melius confidere rebus. Aliquando confidere ſignificat audere, niti. ἰσχυρίζεσθαι, σκήπτεσθαι. quod & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cicero lib. 3. De legibus: Vir excellens & fortis confidere ſibi debet, & ſuæ uitæ, & actæ & conſequenti. In malam etiam accipitur. unde confidentem (τολμηρὸν, θρασὺν, πρόβολον) dicimus, qui leges iuraq́; contemnit, & nihil timet. Quamobrem & pro temerario, imprudenti, & improbo poni conſueuit. Verg. Nam quis te iuuenum confidentiſſime noſtras Iuſſit adire domos? Hinc confidentia. (θράσος) quæ eſt audacia cum improbitate. Terent. in And. O ingentem confidentiam. Aliquando tamen confidens ponitur pro conſtanti & graui. θρασύς. Idem ibidem: Neſcio quis ſenex uenit modò, ellum confidens. Hinc Cõnfidẽtiã. æ. f. p. conſtantia, duritia, & patientia. Plau. Aul. Et confidenter. θαῤῥηκότως. con

ſtanter, temerariè. Accius: Qui in puellæ domum tam confidenter irrupit.

Configuro, ras. a. p. intentis oculis intueor. Colum. lib. 4. ca. 20. Ne prauitas ſtaminum, ad ſimilitudinem ſui uitem configuret.

Cōnfīnis, & hoc. ne. o. t. pen. prod. qui ſimul finit. ὅμορος. unde cōfines agros dicimus qui eodem loco finiunt. Liu. 4. ab Vrbe: Excurſiones inde in confinem agrum Labicanum factæ fuerunt. Confinis meus. Martial. lib. 2. Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum. Confine per tranſlationem, idem ferè quod ſimile. Quintilianus lib. 6. ca. 4. Ei confine eſt, quod dicitur per ſuſpicionem.

Cōnfīnĭūm. nij. n. ſ. idem quod cōfinis. μεθόριον. Colu. lib. 4. Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniā in confinio boni maliq; poſita eſt.

Cōnfio, is. (συμπράττομαι) uide in dictione Fio.

Cōnfirmo. as. are. a. p. firmum facere. Cice. pro lege Manil. Mithridates aūt et ſuam manum iam confirmarat, &c. Aliquando aſſeuerare. Cic. de Amicit. Nemo unquam erit, & (ut cōfirmare poſſum) nemo certe fuit. Vnde confirmator, confirmatio, uerbalia. & confirmitas, (apud Plau.

Cōnfiſcārĕ. a. p. eſt in publici ærarij ius redigere. uide in Fiſcus.

Cōnfitĕŏr, eris. cōfeſſus ſum. c. ſ. (ὁμολογῶ) idem quod fateri, niſi quod confiteri ſit ſponte quodammodo fateri, uel alio ſuadente, aut cum alio fateri, in ſignificatione actiua. Lactan. li. 5. Vt doceret quib. pœnis affici oporteret, qui ſe cultores Dei confiterentur. Solet aſsignari differentia inter confiteri & profiteri, quòd illud neceſſitatis, hoc uolūtatis ſit. Cic. pro Manilio: Hoc ego non ſolū confiteor, uerumetiam (profiteor.

Cōflagro, as. n. p. ardeo. Plin. de Viris illuſt. Fulmine ictus cū regia cōflagrauit.

Cōnflāgĕs. f. t. σύμπνοι. dicuntur loca, in quæ diuerſi conflant uenti, à conflo. as. Feſtus.

Cōnflārĕ, a. p. ſimul flare. συμπνεῖν. quòd proprie dicuntur uenti facere, cum ſunt diuerſi. Interdum eſt ſufflare. φυσᾶν. Plin. Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem cōflante puero. Interdum ſignare. χωνεύειν. quia hoc non niſi conflato igne fieri poteſt. Vnde conflatā pecuniam dicimus, hoc eſt ſignatam. Interdum ex compoſito et conſenſu multorum adorno. Cicero in Verr. Actio. 3. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium eſt. Interdum concitare, contrahere, & ut plurimum de malis dicitur. Dicimus enim, Tu tibi hodie conflaſti inuidiam, inimicitias, odium. Salluſt. Magnam illi inuidiam conflauerant. Item, Mihi conflaui æs alienum, quod eſt, feci me debitorem alienæ pecuniæ. Quibus correſpōdet, Diſſoluo æs alienū, quod eſt, æs alienū quod conflaueram reſtituo, Cic. Interdum cōgregare. Lact. lib. 2. Ita conflauit ex his omnibus populum. Interdum conficere, creare. Verg. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. hoc eſt, cuduntur, fabricantur. Vnde conflatura.

Cōnflātĭlĕ. χωνευτόν. quod conflando factū eſt.

Cōnflātūră. ræ. f. p. excoctio, ſiue liquefactio, aut confuſio metallorum, ut quod purificatum ac iam ſincerum ſit confluat in unum.

Cōnflicto. as. n. p. διαμάχομαι. quod eſt frequenter pugno, percutio, ſimul affligo. Cic. li. 2. ad Heren. Malo magno eſt hominibus auaritia, idcirco quòd homines magnis & multis incōmodis conflictantur. hoc eſt, concutiuntur, cōcertant, uexantur. Dicitur & conflictor. aris. deponentaliter. id eſt, ἀγωνίζομαι, δυσχεραίνομαι, θλίβομαι. Terent. Andria, Nam qui cum ingenijs cōflictatur eiuſmodi. id eſt, atteritur. Vnde conflictatio, uerbale, quæ eſt, ut ait Don. tactus corporum inuicem & colliſio. Et conflictus. us. idem: ut, conflictus corporum, conflictus nubium, Cicero.

Cōnflīgō. is. a. t. pen. prod. ango, pugno, cum dimicando ſe homines inuicem ſternunt. συμβάλλω, συναγωνίζομαι, συμπίπτω, συῤῥάσσω. Sal. Statuit cū Antonio quamprimùm cōfligere. Hinc cōflictio, uerbale. Cic. 1. de Inuent. Conſtitutio eſt prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta, hoc modo: feciſti, non feci, aut iure feci.

Cōnflŭĕrĕ. n. t. ſimul fluere. συῤῥεῖν, συμβάλλειν. Plin. lib. 17. ca. 22. Et in ipſa excauant radice, quo ſuccus confluat. Et per tranſlationē pro conuenire. Plaut. Epid. Id ego experior cui multa in unum confluunt, quæ meum pectus pulſant. Hinc confluxus, et confluuium. σύῤῥοι. quò multi riui ſimul fluunt. Confluus. a. um. quod ſimul fluit.

Cōn

Cōnflūēns,entis.maſcu.gen.tertiæ decl.eſt alueus in quem duo flumina conueniunt.

Cōnflūgēs,f.t.(σύῤῥοι)pen.prod.loca ſunt,in quæ riui diuerſi defluunt.

Confodio,idem propemodum quod fodio.

Cōnfœdūſti,m.ſ.apud Veteres dicebantur fœdere coniuncti.

Cōnfētā ſus,dicebatur quæ cum omni fœtu ad hibebatur ad ſacrificium.

Cōnfōrmis,me.o.t.quod eſt eiuſdem formæ.σύμμορφος. Per tranſlat.ſumitur pro conuenienti & congruo.ἁρμόνιος.Vnde

Cōnfōrmo.as.a.p.proprie ſignificat in formam fieri,& configurari.Colum.lib.9.Diebus quibus animantur oua in ſpeciem uolucrum conformantur. Vnde & pro conuenire,adaptare, aſsimulare ponitur. Cic.Lent. Veruntamen ipſe me conformo ad eius uoluntatem.

Cōnfōrto.as.a.p. & confortor paſsiuum.Hiero.li.1.Reg. Cōforta bellatores tuos aduerſus urbē, ut deſtruas eam,id eſt anima et accēde.

Cōnfūgio,n.t.(καταφεύγω) Confugium,confugela,(καταφυγή.)uide Fugio.

Cōnfūndo,dis.a.t.perturbo,& omnia in unum miſceo.συγχέω,συνταράττω. Item terreo. Liu. li.6. Confuſam eā ex recenti morſu animi cū pater forte uidiſſet. uide in dictione Fundo.

Cōnfūto.as.a.p.pen.pro.ex con & futo,ſicut & refuto, pen prod.ſignificat redarguo, opprimo,conuinco,conficio.ἀνασκευάζω. Inde confutatio, contrariorum locorum diſſolutio. ἀνασκευή. Item συγκινεῖν, commouere. Titin. Coquus magnum ahenum quando feruit paula confutat trua.

Congelo.as.n.p.cōglatio.Cic. epiſt. Gaudebam ſanè,& cōgelaſſe amicū noſtrū lætabar ocio.

Congenero,as.a.p.adiungo,aſſocio. Accius fidicinis, Quam uehat grato tibi congenerat gentium aut generum affinitas.

Cōngēnūlārē, n. p. eſt genu replicato cadere, uel genibus flecti.γονατίζω. Cæcilius: Ipſe regis ferit pectus, aduerſum congenulat, percuſſu deijcit dominum.

Congermino,nas.n.p.coaleſco,conſocior.Varro, Rerum Ruſt. lib.3.Poſtea his unam remp. coniuncti & congerminati tenuere.

Cōngērro,onis. m.t.cum quo familiariter uerſamur, & facetè confabulamur. Plaut. in Truc. Nequam ueniunt ad ſcorta congerrones. hoc eſt, quaſi ſimul cum ſcortis garrientes.Vide & in dictione Gerro.

Cōngēro.is.pen.cor.congrego,& coaceruo.συμφορέω.Tibul. Diuitias alius fuluo ſibi cōgerat auro. Hinc Cōgeſtitius.a.um. quod congeſtū eſt.συγκομιστὸς.ut congeſtitia humus, Col.li.2.

Cōngērīēs.riei.f.q.coadunatio, agger. Plin. lib. 10.ca.43.de coruo qui cōgeſſerat lapides in ſitulā,ut biberet cōmodius: Ita deſcendere pauentē expreſsiſſe tali cōgerie,quæ poturo ſuffi

Cōngiārīūm,rij.n.ſ.(λαμπρὰ ἐπίδοσις) (certe munus imperatoriū,ſiue donatio imperatoria, ut ſcribit Senec.4.De benefic.Hoc donabatur populus, ſicut donatiuo milites donabantur. Eſt & congiarium menſuræ genus, ut apud Paul. Jureconſ.Quint.lib.6. Cōgiarium commune eſt liberalitatis atq; menſuræ.

Cōngīūs,gij.m.ſ.(χοῦς,χοῦ)pars amphoræ.Congius enim cum deeſt,efficit quidem ut ne ſit iuſtæ menſuræ amphora, ſed cum accedit & additur, non ille unus facit amphoram, ſed ſupplet. Veteres ſextario & dimidio conſtare uoluerunt.Secundum Dioſc.decem libras continet:& ,ut ſentit Priſc.ſextaria.

Conglacio.as.n.p.congelo,dureſco.Cic.de Nat. Aquam non conglaciari frigoribus.

Cōnglōbo.as.a.p.pen.cor. à globus fit,ſignificat coaduno, ἀλίζω. Liu. 8. Ad urb. Qui Latinorum pugnæ ſuperfuerant, multis itineribus diſsipati,cum ſe in unum conglobaſſent, Veſtia urbs receptaculum fuit. Hinc conglobatim,aduerbium:quod ſignificat per globos. ἀθρόως,σφαιρηδόν.

Conglomero,as.a p.inuoluo, ſuperaddo. Ennius, Heu mea Fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.

Conglutino,as. a. p. coniungo, & ferrumino. Cic.de Sen. Sic hominem eadem optime,quæ conglutinauit natura diſſoluit.

Cōngrātūlōr,aris.d.p.(ἐυφραίνομαι,συγχαίρω.) unde congratulor.Vide Gratulor.

Congrego.as.a.p.pen.cor. congregare uerbum notæ ſignificationis,à grege deriuatum, colligo,contraho,conuoco,coaceruo, aggrego,cogo,frequento,coniungo,in unum locum cōpello,copias unum in locum cōuenire facio.Cic. pro Quint.Qui cum te uoluntas cōgregauit.

Cōgrĕdiŏr, eris. d.t. uerſor, ſimul gradior. συνδιατρίβω, συνέρχομαι. Var. Omnesq́ in unam domum cōgreſsi ſimul diſcubuere. Item ad obſiſtendum, uel pugnandū, uel diſputandū ire. συμμίγνυσθαι, συμπλέκεσθαι, προσίστασθαι. Gell. Qui ter cum hoſte congreſſus, uictor rediȷt. Vnde & congreſſus, (συμβολὴ) pro pugna. Sall. Multi in eo congreſſu perierunt.

Cōgrăcŏr. aris. depon. & Congræco. as. actiuum: compotationibus indulgere, genialem uitam agere. Plaut. Bacch. Quodq́ in luſtris comedam, & congræcem pater. Tractum eſt ex more Græcorum, qui compotationibus ac delitȷs plus æquo indulgent.

Cōgrĕx, gis. m.t. dicitur grex copulatus, commixtusq́. συνάγελος. Apul. lib. 7. Namq́ me congregem paſtor egregius aliquando permiſit. Sic ſegrex, (ἀτιμάγελος) à grege ſegregatus ob excellentiam. Seneca in Hippol. Segregem ſparſi per agros.

Cōgrŭo. is. grui. n.t. conuenio. συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ὁμοφρονῶ. tractum à gruibus, quæ non ſe ſegregant, ſiue cum uolant, ſiue cum paſcunt. Plaut. in Gurg. Sanè illi inter ſe congruunt concorditer. Vnde congruum. κατάλληλον. & incongruum, ἀκατάλληλον. Congruens, & incongruens. Lactan. lib. 2. Eſt autem peruerſum & incongruens, ut ſimulachrum hominis in ſimulachro Dei colatur. Congruenter aduerbium. Cic. 3. de Orat.

Cōgrŭs, & Cōngĕr, gri. m. ſ. (γόγγρος) utroq́ modo dicitur pro quodam piſcis genere. Terent. Et congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper.

Cōiectārium, rȷ. n. ſ. (ἄυτοχον) efficax, atq́ perfectum. Cic. Illud uero mihimet cōiectarium.

Cōiecto. as. a. p. frequentatiuum, exiſtimo, iudico. τεκμαίρομαι. Teren. in Eun. Neq́ ſcio quid dicam, aut quid coniectem.

Cōiectŏr, oris. m.t. interpres ſomniorum, & ominum. ὀνειροπόλος. à coniectura, hoc eſt directione quadam rationis ad ueritatem. Cic. Defert ad coniectorem quidā ſomniaſſe ſe, ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis.

Cōiectūră, ræ. f. p. (στοχασμὸς) à coniectu, id eſt directione quadam rationis ad ueritatem: uel ut ait Speuſip. eſt rei latentis indicium, & eſt id quod quis per rationes, & ſigna, & tempora, & huiuſmodi conȷcit. id eſt, cogitat & colligit. Ci. Corni. Quantū copiarū haberet, tum ipſa cōiectura conſequi poterā, tum ex literis tuis cognoui.

Cōiectūrālĕ, lis. o.t. (στοχαστικόν) adiectiuū, quod per cōiecturā colligitur, & proponitur. Cic. li. 1. ad Heren. Coniecturalis eſt cū de facto controuerſia eſt. Hoc modo, Aiax in ſylua poſtquàm reſciuit quæ feciſſet per inſaniā, gladio incubuit: Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur, corpore telū cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrē occiſum, et inimicū fratris cū gladio cruentato uidet capitis accerſit. Hic quoniā coniectura uerum quæritur, de facto erit cōtrouerſia, & ex eo cōſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur.

Cōiectŭs, us. m. q. (στόχασις) Plin. li. 26. ca. 4. Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari cōiectu, tactu clauſa omnia aperiri. Sic cōiectus radiorū, apud eundem: & cōiectus oculorū. Cic.

Cōnĭfĕră arbor, (κωνοφόρον δένδρον) dicitur quæ conos fert, hoc eſt nuces pinei ſimiles. Ouid. Et coniferæ cypariſsi. Coniferos, (κωνοφόρους) uocabant Græci, qui in Bacchi exercitu dum in Indiā proficiſceretur, thyrſos ferebāt, quòd thyrſi pineæ nucis ſpeciem habeant.

Cōnĭĭcĭo. is. (ὑποφέρω) pen. cor. à con, & iacio, & ſignificat peto, confero, & accommodatur multis ſignificationibus: ut, ſe cōȷcere in intimū. Cic. In fugā, Idē. In uincula, Sal. Veſtem in collū. Plaut. in Epid. Intrò, pro ſe propere intro arripere, Teren. Heau. In lætitiā, Ibid. In pedes, pro fugere, in Phor. In aliquē tela, eſt eum telis petere aut ferire. Liu. Per trāſlatio uero ſignificat interpretor, cogito, colligo, diuino, coniectura aſſequor, cognoſco, auguror, exiſtimo, confero. Teren. Eun. Quid illud mali eſt, nequeo ſatis mirari, neq́ conȷcere. Plau. in Cur. Mane ſis dum huic conȷcio ſomnium.

Cōniŭgālis torus, dicitur in quo nuptæ ſunt. Coniugalis myrtus, apud Catonem.

Cōniŭgātă, n. ſ. (σύζυγα, συνεζευγμένα, συζυγοῦντα) apud Rhetores ſunt quæ ab uno genere uelut iugo flectuntur: ut à iuſtitia, iuſtus, iuſtè, iuſtum. Hinc locum à coniugatis dicimus, cum ita argumentamur, Si riſus gaudium eſt, ergo eſt ridere gaudere.

Cōniŭgo. as. a. p. pen. cor. ſimul iugo, quaſi in unū iugum iungo. συζεύγνυμι. Vnde coniugatio, συζυγία

(συζυγία) in uerbis dicta eſt apud Grammat. quòd ſibi ad unum ſonum multa coniungat, & quaſi uno iugo aſtringat. Cic.1.Offi. Eſtq; ea iucundiſſima amicitia, quàm ſimilitudo morum coniugauit.

Cōniūgĭŭm,gij.n.ſ. eſt adoleſcentis & puellæ ex conſenſu duarum familiarum cōiunctio, aut ipſa matrimonij uel etiam duorum inter ſe contractio. Vergil. Coniugio iungam ſtabili propriamq; dicabo.

Cōnīūm,nij.n.ſ. (κώνειον) genus herbæ noxium, quæ cum tritico naſcitur. Cicuta.

Cōniūngo.is.xi. ctum.a.t. copulo. συνάπτω. tractum à iugo: ut, coniungere boues ferijs, apud Cato. de re Ruſt. ca. 138. Caſſius ad Cic. lib.12. Caſtra oppido coniunxit. Idem ad Marcell. lib.15. Cui mecum ſtudia communia, beneficia paterna, tuaq; iam antè coniunxerant. Vnde coniunctura. συναφή. coniunctio. σύνδεσμος. coniunctiuus.a.um. συναπτικός. & coniunctim aduerbium. συνημμένως.

Cōniūnx,gis.c.t. ſecundum Priſci. & coniux, ſine n, ſecundum Phocam, à coniugo.as. abiecta go ſyllaba, & addita x. Coniuges inquit Feſt. eiuſdem iugi pares. ὁμόζυγοι.

Cōnĭŭgŭs.a.um.o.ſ. (συζευκτικός) quod coniungit, & quod coniugatum eſt. Plin. lib.8. cap. 23. de aſpidibus: Coniuga fermè uagantur, nec niſi cum compare uita.

Cōniūro.as.n.p.pen. pro. quaſi contra iuro, frequenter in malum dicitur, ſicut & conſpiro. συνίστημι, συνόμνυμι. Salluſt. Sed antè coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. In bonum cum honeſta cauſa fit. Vnde Mutius Scæuola, Trecenti (inquit) coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia graſſaremur. Eſt etiam coniurare ſimpliciter iurare. Gell. Verbis conceptis coniuraſti ſciens, ſcienti animo tuo. Vnde coniuratio, uerb. Teren. in Hecy. Quæ hæc coniuratio?

Cōnnāto,as.n.p. ſimul nato. συννήχομαι. Connatat nobiſcum, dixit Plautus, per tranſlationem, pro riualis eſt.

Cōnnĕcto,is.a.t. (συμπλέκω, συνείρω.) Vide Necto. Inde connexio, συμπλοκή.

Cōnnīuĕo, & cōnniuo. is.iui.uel xi.tum.n.ſ. oculos genis intego. καμμύω. ἐπιμύω. Plin. Columbæ & ſimilia utraq; gena conniuent. Transfertur etiam ad alia. Hinc conniuere, eſt diſsimulanter & manibus clathratis oculis uidere, & ut in Prouerbio habent Germani, Proſpicere per digitos, durch die finger ſehen. Sueto. in Cæſ. Delicta neq; obſeruabat omnia, neq; pro modo exequebatur, ſed deſertorū, ac ſeditioſorum inquiſitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. id eſt, reliqua uitia oculis ueluti clauſis præteribat, tanquā diſſimulanter illa contueretur. Habet hoc uerbum ni ſyllabam productam. Silius: Conniuent, ſolemq; pauent deprendere uiſu.

Cōnno.as.are.n.p. ſimul nare. Vide Nato.

Cōnnubĭūm,bij.n.ſ. uariat antepenult. (συγγαμία) ius legitimi matrimonij: à nubo, cuius prima producitur, cum in connubio quandoque propter metri neceſsitatem corripiatur. Vergil. Connubio iungam ſtabili. eſt enim ſiſtole.

Cōnŏĭdēs,dis.ſ.t. (κωνοειδὴς) cupreſſus fœmina dicitur, quæ in faſtigium conuoluitur.

Cōnōpeūm,pei.n.ſ. (κωνωπεῖον) cum æ dipht. tentorium ſeu uelum, et papilio ille lineus, uel laneus, ſeu bombycinus, qui toro circundatur ad arcendum culices: quo maxime utūtur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Proper. lib.3. Fœdaq; Tarpeio conopea tendere ſaxo.

Cōnōps,opis.m.t. (κώνωψ) apud Ariſtophanem in Pluto ſpecies muſcæ, culex.

Cōnŏr.aris.d p. tento, experior, molior, enitor, incumbo, do operam ut aliquid fiat. πειρῶμαι. Terent. in Andr. Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe. P. Hem ego ne iſtuc conari queam?

Conquaſſare,a.p. Cato cap. 51. Qualum incidito ex una parte prope imum: ſi uero calix erit, conquaſſato, cum eo qualo, aut calice in ſcrobem ponito. Inde conquaſſatio.

Conqueror,eris.d.t. deploro. Cic. in Epiſt. Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror.

Cōnquīniſco.is.n.t. conqueri, caput inclino. ἐπικύπτω. Plaut. Faciendum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.

Cōnrĕgĭōnē, Veteres pro è regione dixerunt.

Cōnſălūtārĕ, a.p. eſt ultro citroq; ſalutationem dare. ἀσπάζω. Cic.2. de Ora. Qui cum inter ſe amiciſsimè conſalutaſſent.

Cōnſāngŭĭnĕī, m.ſ. (συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ἀγχίσποροι) dicuntur qui ſanguine inter ſe connexi

ſunt. Plaut. in Pœn. Meis conſanguineis nolo te iniuſte loqui. Et conſanguinei dicuntur fratres. Vergi. Et conſanguineus leti ſopor. Nam ſomni ſoror mors eſt.

Cōnsānguĭnĭtās, atis. f. p. (συγγένεια πρὸς αἷμα τό) ipſa coniūctio. Liuius 7. Ab urb. Certem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat.

Cōnſcendo, dis. a. t. (ἀναβαίνω.) à quo Conſcenſus, (ἀνάβασις) Vide Scando.

Cōnſcĭentĭă, æ. f. p. ſui ſcientia, ſiue certiſſima ſcientia, & ueluti certitudo eius rei quæ animo noſtro ineſt, ſiue bona ſit, ſiue mala. συνειδὸς, συνείδησις. Cic. Cōſcientia bene actæ uitæ, multorūq; benefactorū recordatio iucūdiſſima eſt.

Conſcindo. is. a. t. lacero. Cic. Epi. Epiſtolam tuam cōſcidi innocentē: & cōſcindo eſt in multas partes ſcindere. hinc conſciſſura, ipſa ruptio.

Cōnſciſco. is. conſciui. itum. n. t. conſentio, ſtatuo apud me, decerno. ὁμοψηφίζω. Liu. lib. 1. Cenſuit, cōſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret. Valla lib. 5. cap. 89. ſcribit hoc uerbum ad mortem ferè pertinere, ut conſciſcere ſibi mortem. Per translat. ponitur pro contrahere. ἐπισπᾶσθαι. Colum. lib. 8. Diligensq; paſtor ſtabulum quotidie conuerrit, nec patitur ſtercus humorem conſciſcere.

Cōnſciūs, a. um. o. ſ. propriè qui rem ſcit. συνειδὼς. Cice. M. Rutilio: Cum & mihi conſcius eſſem quāti te facerem. Nonius tamen de uerborum differentijs ait, Scius, ſecum: conſcius cum alio ſcius eſt, licet conſcium indifferenter legamus. Sall. Populares conſcios ſceleris ſui. Verg. 1. Aen. Et mens ſibi conſcia recti.

Cōnſcribillo, pro conſcribo ueteres dixerunt. ἐπιγράφω, ἐγγράφω. Var. Columna: Itaq; eas in cerā conſcribellauit Herculis ad litem. Non.

Cōnſcrībo, bis. a. t. ſimul ſcribo, aut ſimpliciter ſcribo: ut conſcribere quaſtionem, conſcribere leges, Cic. Cōſcribere milites, eſt cogere, & in certum numerū ac ſcriptum redigere. Conſcripti, (προσεγγεγραμμένοι) qui in ſenatu ſcriptis annotati erant, qui per inopiam ſenatorum ex equeſtri ordine in ſenatorum numerum recipiebantur. Liu. lib. 2.

Conſcriptio. onis. f. t. partitio, & digeſtio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias.

Cōnſecrānĕūm, nei. n. ſ. quod eſt conſecratum. ἀφιερωμένον. Vocabulum ferè in caſtris repertum, qualia ſunt conterraneum, commilitaneum, militaneū, ſuffarraneū, limitaneū. Tertullian. conſecraneos uocat, qui quaſi uni ſectæ mancipati ſunt.

Cōnſecro. as. a. p. pen. cor. idem quod ſacro, id eſt Deo dico, & ſacrum facio. καθιερῶ, ἱεροῦν. Cic. lib. 2. Tuſc. Quaſi addicti & conſecrati.

Cōnsēctānĕūs, a. um. o. ſ. accipitur pro eo qui in eadem hæreſi eſt. ὁμογνώμων.

Cōnsēctārĭūm. rij. n ſ. Cic. 4. de Fin. Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ cōſectaria eſſe dicebas: & primū illud, quo nihil poteſt eſſe breuius.

Cōnsēctŏr, taris. d. p. in totū uel ſæpe ſequor. προσδιατρίβω, ἐπιδιώκω, διώκω, θηρῶμαι. Lact. lib. 1. Quæras ab his quid ſibi uelint, cū fœminas tā rabidè conſectantur, ut uix diuelli queant.

Cōnsēnsĭo, onis. f. t. ut Speuſip. ait, communio rerum omniū, cogitationum, ſuſpicationumq; concordia. Cic. ad Caſſ. Populi uerò Romani totius Italiæ mira conſenſio.

Cōnsēntĭă ſacra, quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta.

Cōnsēntĭo, is. n. q. (ὁμολογέω, ὁμοψηφίζω, προσίεμαι, συμφωνέω, ὁμονοέω) et cōſentaneus. a. um. (σύμφωνος, ὁμολογούμενος) quære in dictione Sentio.

Cōnsēptūm, pti. n. ſ. & Conſeptio, dicitur quod undiq; clauſum munitūq; eſt. περίφραγμα. Liu. lib. 10. Ibi medijs ferè caſtris, locus eſt conſeptus cratibus, pluteiſq; ex lignis contectus.

Cōnsēquēntĭă, æ. f. p. eſt quæ ex præcedentibus infertur. ἀκολουθία.

Cōnsēquĭæ, arum. f. p. ſequelæ, à conſequendo: ſicut ab exequendo, exequiæ. Apul. lib. 10. Nouiſſimis trahebantur conſequijs.

Cōnsēquŏr, eris. d. t. pen. cor. immediatè ſequor. ἀκολουθέω. Verg. lib. 5. Quem deinde Cloanthus conſequitur. Item obtineo, adipiſcor. τυγχάνω. Cic. in Verr. Act. 1. Quod ego meo labore & uigilijs cōſecutus ſum. Item exprimere. ἐξισοῦν. Idē Cæſari Iuniori, Extrema uerò quanta & qualia ſint, uerbis conſequi non poſſunt.

Cōnsēro, ris. a. t. pen. cor. conſerui, conſertum, ſimul miſceo. συμβάλλω, ἀμφιμαχῶ. Ver. 1. Aen.
»Multaq; per cæcam congreſsi prælia noctem
»Conſerimus. Sic conſerere manum cum hoſtibus, quaſi manui manū admouere. Lactan. libro

lib.5. Tum inter ſe manus conſerere cœperunt & inſidiari, & gloriam ſibi ex humano ſanguine comparare. Unde milites conſerti dicuntur, dum pugnant.

Cõnsĕro, pen.cor. conſeui, conſitum, n. t. ſimul ſero, dum pro planto ſeu ſemino ponitur. φυτεύω. Verg. En quis cõſeuimus agros? Lactan. lib.2. Quem in partibus orientis omni genere ligni arborũq; conſeuit. Inde conſitio. φυτεία, φυτουργία. Cic. in Catone, Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones.

Conſeruo, uas. a. p. cuſtodio, tueor, retineo, ſeruo, tutor. Cice. in Epiſt. Quos conſeruaui. inde cõſeruatio, conſeruator, & conſeruatrix.

Cõnsĕſsũs, us. m. q. (ϭυνέδριον) non eſt conſeſsio, ſed homines in uno loco ſedentes: ſicut conuentus non eſt conuentio, ſed homines qui in unum locum conueniunt.

Cõnsīdĕo. es. n. ſ. pen. cor. uel Cõnsīdo. is. pen. pro. n. t. cõſedi, conſeſſum, ſignificat ſimul aſsido. Et Colu. lib.8. Neq; aut recubet, aut conſidat. id eſt ponat ſe ad ſedendum. Aliquando ſignificat manere. Cic. de Fin. Cuius in mente cõſedit iuſtitia. Aliquando pro ſedari: Liu. Ubi ira conſedit. Aliquando pro commorari, conſiſtere, deſidere. Cic. Phil. 13. Martiam legionem Albæ conſediſſe ſciebat.

Cõnsĭlĭārĭũs. rij. m. ſ. qui conſilium præbet. βουλευτὴς, σύμβουλος. Et conſiliarius. a. um. adiectiu, conſiliarius amicus. Plaut. in Epid. Iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium.

Conſiligo, ginis, herbæ genus. Colum. lib.6.

Cõnsĭlio. is. lui. uel liui: conſultum. n. q. ſimul ſalio. ϭυνάλλομαι. Unde

Conſulto. as. frequentatiuum.

Cõnsĭlĭŏr, aris. d. p. conſilium capio. βουλεύομαι.

Cõnsĭlĭũm, lij. n. ſ. eſt, ut ſcribit Cic. li.2. Artis ueteris, aliquid faciẽdi nõ faciendi ue ratio excogitata. βούλευμα, βουλή. Quandoq; ſumitur pro iudicibus deputatis. Cic. pro Roſc. Dij prohibeant iudices ut hoc quod maiores conſiliũ publicũ uocari uoluerunt, præſidiũ ſectorum exiſtimetur. Dictũ à con & ſileo, quòd uno conſulenti cæteri conſileant: uel à concilio, ut ſit conſilium quaſi concilium: uel ex con & ſalio, eo quòd in unam ſententiam plurium mentes conſiliant & conueniant. Conſilium dare, eſt ſuadere. συμβουλεύειν. Quintil. Cum Ciceroni dabimus conſilium, ut Antonium roget.

Conſimilis, le. o. t. contrarium eſt à diſsimilis. Cic. de Orat. Cum rem geſsiſſet conſimilem rebus ijs quas ego geſſeram.

Cõnsīſto. is. conſtiti, n. t. propriè eſt iter inceptũ mora interrũpere: & intranſitiuè ponitur. Teren. Ocioſe nunc iam illico hic conſiſte. Ubi Don. Cõſiſtere eſt audacter & cõſtanter ſtare. Sic conſiſtere in anchoris, uel ad anchoram, Caſ. Sed trãsfertur: ut conſiſtere in ſententia, oratione. Cic. ad Qu. Fr. Cato. ca.115. Et ſi alius nõ conſiſtet. Var. Ut ſi pluerit, aqua nõ conſiſtat. Sic, conſiſtit ſalus, fides, ſpes, &c. Conſiſtimus quoq; cũ recuperatis uiribus firmiores incipimus eſſe, et ualidiores, ita ut ſine ulla corporis imbecillitate poſsimus ingredi. Cic. Fam.7. In eas herbas cũ incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάρροια arripuit, ut hodie primũ uidear cõſiſtere. Verg. pro erigor poſuit: Conſtitit in digitos.

Cõnsīſtōrĭũm, rij. n. ſ. locus in quo conſultãdi gratia homines conſiſtunt: uel (ut Suid. ait) conſiſtentiũ multitudo. Itẽ cõſiſtoria dicũtur archiua Cæſarea, & imperatoris Palatinæ domus, quæ etiã uocantur Auguſtalia. unde cõſiſtoriani ab Ambroſio dicũtur, qui ſenatorij ordinis, uel ampliſsimi ad principale conſiliũ eligebantur.

Cõnſobrinĩ, orum. m. ſ. (ἀνεψιοὶ) qui ex duabus ſororibus ſunt editi, quaſi conſororini. Amitini, qui quæ ue ex ſorore & fratre propagãtur. Sed ferè uulgus omnes iſtos cõmuni appellatione conſobrinos uocat. Itẽ qui ex fratribus, patruelib. aut cõſobrinis propagantur, uel amitinis, cõſobrini uocãtur. Patrueles. ἀδελφοί. aliquando qui ex fratribus nati ſunt.

Cõnsõlābũndũs. παραμυθητικός. à conſolor: ſicut & conſolamen & conſolatio (παραμυθία.)

Cõnsŏlĭdă, æ. f. p. herba eſt quæ & conſerua, & coagulum dicitur. Græcè σύμφυτον.

Cõnsõlŏr, aris. c. p. pen. prod. ſolatiũ præſto. παραμυθέομαι, παρηγορέω. et propriè uerbis fit conſolatio. Cic. Sulp. Dices quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris, & quaſi perpetuis Reipub. Hinc cõſolatorius. a. um. quod cõſolatur, ut epiſtola conſolatoria. παραμυθικός. Cic. ad Att. li.12. Conſolabilis, conſolabile, quod conſolari poteſt. Cic. ad Sul. Cõſolatio uerbale. Reperitur et cõſolo actiuũ apud Var. in Thyeſtæ.

Cōnſŏno,nas.n.p.pen.cor.ſimul ſono. συμφωνέω. Varr.de apibus: Cũ iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant uehementer perinde ut milites faciunt, cũ caſtra mouent. Inde conſonantes dictæ ſunt. σύμφωνα. quòd cũ uocalibus ſonent,nõ per ſe. Per trãslat.ſignificat concordare. Hinc conſonantia,uocũ concordantia, quæ Græcè ἁρμονία dicitur.

Cōnſōrs. ortis.c.t.κοινωνὸς,ὁμότιμος.eiuſdẽ ſortis:id eſt,conditionis & fortunæ & qualitatis in omni re & negotio. Sappho ad Phaonem, Non tantum Alcæus conſors patriæq; lyræq; Laudis habet. Conſortem Propertius poſuit pro ſimili,cum inquit, Tu qui conſortem properas euadere caſum.

Cōnſōrtĭūm,tij.n.ſ.ipſa ſocietas.κοινωνία,ἑταιρεία. Dicitur & conſortio.nis. Liu.lib.5.Quænam iſta ſocietas,quænam conſortio eſt?

Conſpargo.is.a.t.idem quod ſpargo. Cice.Hic me complexus eſt conſperſitq; lachrymis.

Conſpectus,us.m.q.aſpectus,& præſentia.Cic. Att.Subito cepi conſiliũ, ut exirẽ,ne qui conſpectus fieret, aut ſermo.& cõſpectu priuare.

Cōnſpĭcio.is.a.t.pen.cor. uideo , cerno . ἀθρέω. Plaut . Amph . Qui ipſus equidem nunc primum iſthanc tecũ conſpicio ſimul. Vnde conſpectus pro aſpectu. σκοπιὸς, περιωπή. Vergil. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Dicitur & de mente. Cic. pro C.Bal. Vt conſpiciatis eum mentibus, quem oculis non poteſtis.

Cōnſpĭcĭlĭūm,lij.n.ſ.Δίοπτρα. dicitur,unde clanculum conſpicere poſsis.Plaut.In conſpicilio aſſeruabam. Item quod oculis adhibemus,ut melius intueamur , uulgò ocularia dicuntur Idem: Cedò uitrum,neceſſe eſt cõſpicilio uti.

Cōnſpĭco.as.a. p.pen.prod. & conſpicor deponens, à con & ſpico , uel ſpicor componitur. Spicor aũt à ſpica uel à ſpiculis. unde deſpico,cor.inſpico,cor.perſpico,ſuſpico,cor. Eſt autem conſpicari. ἰδεῖν,ὁρᾶν. conſpicere,ſeu in conſpectu habere. Terent.Eun. Cur te ego in his conſpicor regionibus? Inſpico protulit Verg.li.1.Georg.Peruigilat,ferroq; faces inſpicat acuto. Priſcianus à ſpicio ſentit deduci, ſed rectius à ſpico uel ſpicor.

Cōnſpĭcŭūs.a.um.o.ſ. περίβλεπτος. à conſpicor, ſicut perſpicuus à perſpicor, modò ſignificat ſagacem,perſpicacem,acutũ. ἔμφρων. Quint. Conſpicuus,ſagax,callidus. Modò clarum, & qui ab omnibus cõſpicitur. Vnde Martial. Conſpicuum amphitheatrum appellat.

Cōnſpīro,ras.n.p.συμπνέω,συμπράττω. pen.pro. ſimul ſpiro.συμπνέω ſicut cõflo. Colu.li.4.Omnibus partibus ad educandam prolem nouem conſpiret. Per translat.ſumitur pro coniurare,& conſentire. συνίσταμαι. Vnde conſpiratio,(σύστασις)quæ in bonum & in malum capitur.In bonum,Cic.2.Offic.Magnas utilitates adipiſcimur cõſpiratione hominum,atq; conſenſu . In malum, Plin. in Epiſtol. Promde conſpirate,conſentite, maioremq; animum ex meo ſumite . Dicitur & conſpiratus . us. quo Gell . utitur libro 1. cap. 11. Conſpirare quoq; ponitur pro conuoluere . συνειλεῖν. dictum à ſpiris, quæ ſunt reuolutiones , ſiue circuli,qui in ſeipſos recurrunt.Vnde non ineleganter conſpirare ſerpentes dicimus , cum ſe in circum conuoluunt.

Cōnſpōndĕo.es. quære in dictione Spondeo.

Conſpuo.is.ui.utum.a.t.ſputo aliquem fœdo,cuius paſsiuum eſt conſpuor.Plau.Ab omnibus riſus,atq; conſputus.

Conſpurco. as. a.p. commaculo. Colum. lib. 8. cap.5.Nam ſuperſiliens auis proluuie uentris cibos,& aquam conſpurcat.

Conſtabilio.is.a.q.ſtabile,& firmũ facio. Plau. Capt.Rem meam conſtabiliui.

Cōnſtĕrnĭūm,nij.n.ſ.(ἀποδυτήριον)dicebatur,locus prope thermas,ubi ueſtes deponebantur.

Cōnſtĕrno.as.aui.atum.a. p. ſignificat deijcio. συστέλλω.Sall.Qua uictoria elati hoſtes,noſtri territi,atq; animis conſternati diſceſſere. Inde conſternatio,(συστολή,ἔκπληξις)quæ eſt concitatio quædã ſubita ex aliquo metu: & à ſternutamento deduci uidetur, quòd eo toto concutimur corpore.

Cōnſtĕrno uerò.is.a.t.conſtraui & conſternui. καταστορέω,καταβάλλω. diuerſum eſt,et ſignificat idẽ quod ſterno.Verg. It ſtridor & altè Conſternunt terrã concuſſo ſtipite frondes. Sic conſternere areã ſilicibus & lapide.Colu.lib.1.Area ſi competit,ita conſtituenda eſt,ut uel à domino,uel à procuratore deſpici poſsit,eaq; optima eſt ſilice cõſtrata.

Cōnſtĭtŭo,is.a.t.(βουλεύομαι)ſtatuo,propono,decerno.Verg.Qui teneant(nam inculta uidet)

homines

homines ne feræ ne, Quærere cōſtituit. Item locum, ſiue tempus determino. ἀφορίζω, τάττομαι, διομολογοῦμαι. Cic. Mario: Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. Quandoq; ſignificat conuenire & pactū facere. καταττάττειν, συγκροτᾶν. Terent. in Hec. Nam conſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturum. Quandoq; formo, & quaſi bonam diſputationem infundo. διατίθημι. ut corpus bene conſtitutum quod Medici barbare dicunt bene complexionatum, Cic. lib. 2. Tuſc.

Cōnſtĭtūtĭo corporis, (ἕξις) dicitur ipſa complexio. Conſtitutio etiā quandoq; dicitur ſtatus, quæ in cauſis potentiſſima eſt, cum ſit prima cauſarum conflictio. ςάσις. Vide in dictione Status. Aliquando conſtituere, eſt gubernare. Cic. Ineuntis enim æſtatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. Interdum decernere. διατάττειν. à quo conſtitutiones, διατάξεις, παραδόσεις. Nonnunquam parare. συσκευάζειν. ut, Conſtituere malum. Cice.

Cōnſtĭtūtŭs. a. um. participium. διατεταγμένος.

Conſtitutus. us. m. q. nomen, quo hominum conſiſtentium multitudo ſignificatur.

Cōnſto. as. conſtiti, conſtitum, & conſtatum. n. p. Martialis, Conſtatura fuit Megalenſis purpura centū. Eſt autem conſtare, conſtanter permanere, perſeuerare, ratum habere. ἐμμένειν. Cic. Qua in ſententia ſi conſtare uoluiſſent, ſuam autoritatem cum ſalute recuperaſſent. Dicimus etiam, Conſtat pedibus, conſtat animo. (ἱςάμεται) pro firmat. Verg. Et paribus Cyllenius alis Conſtitit. Interdum eſt ualere, (τιμᾶσθαι) & paſſiuè ſumitur pro empto, aut uendito. Cice. Quod mihi conſtat carius, quàm ſi in foro emiſſem. Interdum compoſitum eſſe. συνίςαμαι. Cic. Vt hæc elementa ex quibus omnia conſtant. Interdum ſimul ſtare: Siſen. lib. 4. hiſto. Multitudinem procul hoſtium conſtare uiderunt. Interdum ſuppeditare. παρεῖναι. Iuuenal. Quis feret uxorem cui conſtent omnia? In tertia perſona ſumitur pro manifeſtum eſt, φανερόν ἐςι, συνῳδόν. Cic. lib. 2. ad Cæſ. iuniorem: Cum conſtet Lupercis id uectigal dediſſe, qui antè poterat ei conſtare? Rurſus pro conuenit: ut, Hoc mihi tecum conſtat: id eſt, cōuenio tecum in hoc, & aſſentior tibi. Cice. lib. 1. ad Heren. Rationem conſtare, ſignificat æquam legitimamq; rationem aut oſtendi, aut apparere oſtendi poſſe. Vlpian. A conſto, quantum ad primam ſignificationem, fit conſtans, pro eo, qui firmus eſt, & tenax propoſiti. ἀνσαθὴς. Cicero ad Lentul. Hoc tantā uim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis ſenatus conſilium eſſe uideatur. A quo conſtantia, animi firmitudo. ἀνςάθεια. Cic. 2. Verr. Et conſtanter aduerb. firmiter. ςαθερῶς. Cic. de Amic. Quibus contraria ſunt inconſtans, (ἄςαθὴς) inconſtantia, & inconſtanter.

Cōnſtrŭĕrĕ. a. t. ſimul ſtruere, ordinare, fabricare. συντάττειν. Cic. in Catone: Vt nauem, aut ædificium idem deſtruit facilimè qui conſtruxit: ſic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura diſſoluit.

Conſualia, ludi dicebantur quos in honorem Conſi, quem deum conſilij exiſtimabant, faciebant, Feſtus.

Conſuanetes, inter Alpinas gentes enumerat Plin. lib. 3. cap. 20.

Cōnſuēſco. is. eui. & conſuetus ſum. etum. n. t. (ἐθίζομαι, συνδιατρίβω) in bono & in malo dicitur. In bono, cū familiaritatem & conuerſationem quampiam cum aliquo habere ſignificat: ut ſit conſueſcere, ſimul ſueſcere. id eſt, ſimul conuerſari. Plautus in Aſin. Bene ſalutando conſueſcunt, compellando blanditer. Teren. in Adelph. Quid illi tandem credis fore animi miſero, qui cum illa conſueuit. id eſt conuerſatus eſt? In malo, cum de re uenerea dicitur, (συγγίνομαι) Idem in Phorm. Cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum. id eſt, coiuit. Accipitur etiam pro uiuere. Columella. lib. 9. Nec magis humo quàm ſtagno conſueuerunt.

Cōnſuēfăcio. is. a. t. uſu doceo. ἐθίζω. cuius contrarium eſt diſuefacio. Terent. Adelph. Ea ne me celet conſuefeci filium.

Cōnſuētūdo. inis. f. t. συνήθεια. Plaut in Mil. Hoc adeò fieri credo conſuetudine. Et pro conuerſatione, ac familiaritate. Cic. ad Curi. Ego te abfuiſſe tandiu à nobis & doleo, quod caruì fructu iucundiſſimæ conſuetudinis, &c.

Cōnsŭl. lis. m. t. (ὕπατος, πρόβουλος, Plut.) tutor annuus Reip. & magiſtratus nomē, quòd cōſulat populum

populum & ſenatum. nam & hoc conſulere ueteres uocauerunt. unde adhuc remanet illud, Rogat bonum conſultis, id eſt iudicatis. Cicero in Piſon. Animo conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto deniq; munere conſulatus, omni officio.

Cōnſŭlāris uir, qui conſulatum geſſit, uel qui conſulari dignitate dignus eſt. ὑπατικός. Cic. Lent. Qu. Max. qui filium conſularem amiſit.

Cōnſŭlātŭs. us. m. q. (ὑπατεία) officium, uel dignitas, ſiue tempus quo conſul in officio eſt. Plin. lib. 14. cap. 15.

Cōnſŭlo. is. conſului, conſultum, pen. cor. a. t. cum accuſatiuo ſignificat conſilium peto. προσανατίθεμαι. ut, conſului doctos: id eſt, à doctis conſilium petij. Quint. Ego aures conſulens meas. Dicimus etiam conſulo te bonum conſilium, & Conſulo te boni, & boni conſuluit, ſine accuſat. Cum datiuo neutrum eſt, & ſignificat conſilium do. βουλεύω. ut, medicus conſuluit mihi: & conſulo tibi tuum commodum. id eſt do tibi conſilium quod ſit futurum commodum. Quandoq; habet accuſat. cum in, pro contra. βουλεύομαι. Terent. Peſsimè iſthuc in te atq; illum conſulis. Interdum prouideo, proſpicio, & præſidium fero. Cic. Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. hoc eſt, mallem quòd Cæſar prouideret tibi, quàm te interrogaret. Interdū eſt deliberare, ſed in plurali tantum, & abſolutè: ut, conſulunt ſenatores. id eſt, deliberant. Cæſar 7. Bell. Gall. Bis magno cū detrimento repulſi Galli, quid agant conſulunt. Grauiter de ſe conſulere, eſt aliquid pernicioſum ſibi conſtituere & exequi, ac mortem ſibi conſciſcere.

Cōnſŭlto, tas. a. p. conſilium frequenter capio, uel conſilium frequenter do, ſiue frequenter delibero. βουλεύομαι, χρηματίζω. Sal. Delecti quibus corpus animis firmum, ingenium ſapientia ualidum erat, Reipub. conſultabant.

Cōnſŭltō, aduerb. deliberatè. βεβουλευμένως.

Cōnſŭltŏr. oris. m. t. qui alium conſulit: id eſt, qui conſilium ab alijs inquirit. ὁ συμβουλευόμενος. Cic. pro C. Balbo: Qu. Scæuola ille augur, cum de iure prætorio conſuleretur iureconſultiſsimus, conſultores ſuos nōnunquam ad Furium et Camillum reijciebat. Accipitur quandoq; pro eo, qui alij conſulit. σύμβουλος, βουλευτής. ut apud Salluſt. in Iugur. Simul ab ab eo petijt, ut fautor conſultorq; ſibi adſit. Et in illo uerſu prouerbiali, Conſilium malum conſultori peſsimum eſt.

Cōnſŭltōrĭă hoſtia, (συμβουλευτική) erat, qua diuina uoluntas per exta diſquirebatur. Vergilius, Mactat lectas de more bidentes.

Cōnsŭltŭs, ti. m. ſ. (σχολαστικὸς ἀνήρ) quando participium eſt, ſignificat eum, qui conſulitur: hoc eſt, à quo conſilium petitur: ut, medicus conſultus dixit te febribus laborare. Quandoq; nomen eſt, & ponitur pro prudenti & ſapienti. σοφός. Ouid. lib. 1. De arte, Sit tibi credibilis ſermo, conſultaq; uerba. id eſt, prudentiæ plena. Eſt autem nomen duobus modis, ſcilicet cum per ſe ponitur. Horat. Eris tu qui modò miles Mercator, tu conſultus, modò ruſticus? Vel quando habet genitiuum. Liu. 10. Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquentiæ conſultos. Hinc dicimus conſultus iuris, (ἐξηγητὴς τῶν νόμων) & iuris conſultior, & conſultiſsimus. Idem lib. 1. Conſultiſsimus iuris, ut illa quiſquam ætate eſſe poterat. Sic inconſultus poteſt eſſe participium & nomen.

Cōnsŭltŭs. tus. m. q. & Conſultum, pro re quæ conſulitur. Horat. in Epiſt. Qui conſulta patrum, qui leges iuraq; ſeruat. Et conſultum, (συμβούλευμα) decretum, ſtatutum, quod aliquando reſoluitur in infinitiuum, ut illud Sall. Nam & priuſquam incipias, conſulto, & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt. id eſt, conſulere, ſiue ut conſulas.

Cōnsūmmo. as. a. p. per duplex mm, ſummam ſimul capio. ἀποτελέω. Lactan. lib. 7. Quoniam rationem totius myſterij magni conſummauerat, in unumq; collegerat, nec ſummū bonum comprehenderat. Item perficere, (ἐκποιεῖν) quòd quæ perfecta ſunt, omnia ſibi ſumpſiſſe uideantur. Lactant. lib. 2. Mundum deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus, ſex dierū ſpacio conſummauit. Vnde & conſummatus homo, (τέλειος) perfectus dicitur. Martialis. Quod magni Thraſeæ cōſummatiq; Catonis.

Cōnsūmo. is. a. t. pen. pro. tero, cōtero, exhaurio, diſsipo, in nihilū redigo. δαπανῶ. Solin. Sunt etiā in Lycia ſaxa, quæ uiuentiū quoq; corpora adalligata conſumunt. Sall. Ego non rem familiarem modò, uerumetiā ædem conſumpſi.

Cōnsūo

Cōnſuo.is.a.t.ſimul ſuo. συῤῥάπτω. cōpono, coniungo. Plaut. in Amph. Aduenisti audaciæ columen, conſutis dolis? Imò equidem tunicis conſutis huc aduenio, non dolis.

Cōnſydĕrātē, aduerb. cum conſyderatione. περιεσκεμμένως. Cic. ad Caſsium: Hircius nihil conſyderatè, ut mihi crebris literis ſignificat, acturus uidebatur.

Cōnſydĕrātŭs, (περιεσκεμμένος) dicitur qui agenda conſyderat, non qui conſyderatur, ſcribit Valla lib. 1. cap. 32. Cic. pro Cecin. Verum & illud conſyderati hominis eſſe putauit.

Cōnſydĕro.as.a.p. (σκέπτομαι) à ſyderum cōtemplatione dici uidetur, ut ſcribit Feſtus. Cic. Terentiæ: Reliquū eſt, quod ipſæ optimè conſyderabitis, ueſtri ſimiles fœminæ ſint'ne Romæ. Vnde conſyderatio uerbale. Cic. 4. Acad. Et conſyderantia. Idem ad Qu. frat.

Contabeſco, idem quod tabeſco, de quò infrà.

Cōntāgĭŭm, gij. n. ſ. & contagio, & contages, pen. pro. morbus qui ex contactu contrahitur, ex con, et tago.is. quod eſt tango. Ver. Dira per incautū ſerpant contagia uulgus. Iuuen. Cretice polluces, dedit hanc cōtagio labem. Lucret. lib. 4. Quæ contage ſua palloribus pingunt.

Cōtămĭno.as.a.p.pen.cor.ex con & tamino, & eſt fœdo, maculo, manibus lutulentis quicquam attingo. Vnde cum res rei ita immiſcetur, ut neutra incorrupta maneat, contaminari dicitur. Teren. in prologo And. Contaminari non decere fabulas. A cōtaminatus, fit compoſitū incontaminatus, de quo Liu. li. 4. Quas quantaſq; res C. Camuleium aggreſſum colluuionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorū priuatorumq; afferre, ne quid incontaminati ſit. Sunt & attamino, intamino, quæ ſunt contraria. Horat. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus. id eſt, incorruptis & indiminutis.

Contechnor, aris. d.p. commachinor, & fallaciam aliquam compono. Plaut. Pſeud. Vide modo ne illic ſit contechnatum quidpiam.

Cōntĕmĕro.as. are. a. p. contaminare, fœdare, polluere. Mart. lib. 1. Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum, Auſus tam notas contemerare manus.

Cōntĕmno. is. pſi. tum. a.t. ſperno, uilipendo. ἀφροντίστως ἔχω, ὀλιγωρέω. Plau. in Aſin. Tu uerbero imperiū meum cōtempſiſti. Et eſt minus quàm deſpicio. Cic. de Sene. Contemni ſe putant, deſpici, illudi. Componitur enim ex con, pro ualde, & temno, reijcio. Hinc cōtemptus. us. deſpectio. ὀλιγωρία, ut, tu es omnibus contemptui: id eſt, deſpiceris ab omnibus. Contemptim, aduerb. Plaut. Pœn. Ne nos tam contemptim conteras.

Cōntĕmplātĭo, onis. f.t. (θεωρία, σκέψις) mentis agitatio. & Cōtemplatiuus, à cōtemplor. Vnde cōtemplatiua uita, quæ cōtemplationi dedita (eſt.

Cōntĕmplŏr. aris. d.p. à templo dicitur: id eſt, à loco qui ab omni parte aſpicere poteſt, uel ex quo omnis pars poteſt uideri, quē antiqui templum nominabant: ſignificatq; diligenter intueor, & conſydero. κατανοέω, ἀποσκοπέω. Cic. pro Deiot. Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Inuenitur & contemplo. Plaut. in Aſinar. Hem meum caput contempla, ſiquidem ex re conſultas tua.

Cōntĕmpŏrānĕus, eiuſdem temporis. σύγχρονος.

Cōntĕmptĭbĭlis, le. o.t. à contemno: id eſt contemnendus. εὐκαταφρόνητος. Vnde contemptibilitas. item contemptè, contemptim, (ὀλιγωρημένως) & contemptibiliter, aduerbia.

Cōntĕmpto. as. a. p. frequent. à contemno. Plaut. Mirari noli, neq; me contemptarier.

Cōntĕndo, dis. n.t. contrà tendo, quod eſt contrà proficiſcor. ἵεμαι. Cæſar lib. 1. Ipſe de quarta uigilia, eodem itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit. Item certare, ἀμφισβητεῖν. Verg. lib. 4. Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? Item contendendo, ſiue cum conatu ac nixu petere, ſeu aliquid agere, σπουδὴν ποιεῖσθαι, διατείνεσθαι, φιλονεικεῖσθαι. Vnde contenta corpora dicimus, (συντεταμένα σώματα) quæ omni nixu intenduntur aduerſus labores, ut in arcu neruus. Cic. lib. 1. Tuſc. Sunt quædam animi ſimilitudines cum corpore, ut onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſsis opprimunt. Cic. lib. 1. Offic. Miſerrima omnino ambitio honorumq; contentio. Eſt præterea contentio. ἀγών. oratio acris ad confirmandum & confutandum accommodata, unde à Plinio dicta eſt in Epiſt. oratio pugnax & contentioſa. Conſtat autem contrarijs uerbis, quæ ἀντίθετον. id eſt, contrapoſitum dicitur, ut illud pro Cluen.

Vicit

Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Item continuare: ut lib. 3. De Orat. Nihil pernicioſius quàm ſine intermiſsione cõtentio. συντονία. Item feſtinare. προθυμεῖσθαι, κατατείνειν, ἐπείγεσθαι. Vergil. Quæ littora proxima curſu Contendunt petere. Item aſtringere, intorquere. συντείνειν. ut lib. 4. Georg. Tanto nate magis contende tenacia uincla. Item comparare. Cic. lib. 1. ad Heren. Si noſtram cauſſam laudando extollemus, & aduerſariorum per contentionem deprimemus. Item extorquere. βιάζεσθαι. Cice. Extremum autem præceptum in beneficijs operáq; danda, ne quid contra æquitatem contendas. Item iacere, dirigere. βάλλειν, κατατείνειν. Vergil. Qui tamen aërias telum contendit in auras. Item intendere. ἐπιτείνειν. Cic. Magna eſt animi contentio adhibenda. Idemq; ferè eſt contentio, (διάτασις) & intentio, cum uehementiam quandam ſignificant in uoce. Tracta ſimilitudine ab arcu, ſeu cithara, cuius nerui quãto uehemẽtius intenduntur, tanto uehementiorem ſonũ efficiunt.

Contentè aduerb. pro parce, & continenter.

Contentio, onis. f.t. conatus ad aliquid agendum. & contentio eſt continuatio, intentio, perſeuerantia, & concertatio, comparatio, & proſternatio. Vide Contendo.

Cõntẽntŭs. a. um. o.ſ. (ἀρκούμενος, ἀγαπῶν) cum eſt participium à contineor, paſsiuæ ſignificationis eſt, non actiuæ, ſicut putauit Valla: quoniam ablatiuum habet, ut is accipiatur qui continetur ab eo quod animo ſuo ſatisfacit, ſiue etiam à ſeipſo contineatur. Non enim ſicut compos qui poſſeſſor ſiue obtentor alicuius rei eſt, ita contentus accipitur: quoniam qui contentus eſt, ab eo poſſeſſus eſt, à quo, uel quo contentus eſt, quia neceſſe eſt, ut aliquid ſit, à quo quis contineatur, ut contentus dicatur, ut apud Terentium in Eunu. Neq; tu uno coutenta eras, neq; ſolus dedit. Quis hic exponat, Neq; tu unum cõtinebas, qui animo ſatisfaceret tuo? Continere enim eſt cohibere, (ἐπέχειν) ſiue te, ſiue alium, ne quid fiat repreheſione dignũ, & ad uirtutem fermè ſemper pertinet. Hoc aũt loco culpatur meretrix, nõ quòd ſe à libidine non contineret, ſed quod uno nõ contenta erat: id eſt, uno non continebatur ut alijs abſtineret. Id etiam oſtenditur per affirmationem. Plaut. in Mer. Nam uxor contenta eſt, (quæ bona eſt) un ouiro. Nec hic uxor bona continet unum uirum, ſed ſe cõtinet, ſiue continetur uno uiro, aut ab uno uiro. Eſt etiam contentus participium, (ἐπιτεταμένος) à contendo.

Conterminus, a. um. o.ſ. finitimus, et uicinus, quaſi eundem terminum inhabitans. Colum. lib. 1. cap. 3. Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus. & Contermina Indis gens Ariana. Plin. lib. 12. cap. 8.

Cõntẽrrãnĕŭs, a. um. o.ſ. (ὁμοχώριος) dicitur, qui ex eadẽ terra eſt, quapropter Catullũ conterraneũ ſuũ Pli. in Præfatione prima uocat, quĩ non Veronæ, ſed in Benaci inſula natus erat.

Cõntẽſtãrĩ litem (διαμαρτυρεῖν, προκατάρχεσθαι δίκης) dicuntur duo aut plures aduerſarij, quòd ordinato iudicio utraq; pars dicere ſolet, Teſtes eſtote. uide in dictione Teſtor.

Contexto, uide texto.

Cõntĭcĕo. es. n.ſ. pen. cor. ſimul cum cæteris taceo. κατασιγᾶν. Verg. Conticuere omnes, intentíq; ora tenebant. Cic. in Catil. Recitatis literis debilitatus atq; abiectus, conſcientia conuictus repentè cõticuit. Hinc

Cõntĭcẽſco. is. n.t. quod eſt cum alijs tacitus fio. κατασιγῶ. Plinius lib. 11. cap. 10. Tunc repentè omnes conticeſcunt.

Cõntĭcĭnĭŭm noctis, (πρώτη νὺξ, νυκτὸς ἀρχή, Poll.) primum tempus quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. Plaut. in Aſin. Redito huc conticinio.

Cõntĭgno. as. n. p. (σανιδόω, συνάπτω) uide Tignus. Hinc contignatio, (σανίδωμα) quæ eſt ſolarium domus, ſiue ſtratum ſit cæmento, lateribus úe, ſiue non ſtratum, qualia ferè ſunt ſolaria domorum in Apulia. Eóq; pro muraculo apud Liuium infertur, bouem in tertiam contignationem conſcendiſſe. Plin. Seſquipedalis paries non plus, quàm unam contignationem tolerat. Eſt enim ſuperior & inferior contignatio.

Cõntĭnẽns, entis. o.t. participium, (τὸ περιέχον) ea poteſt ſignificare quæ continent. Continens uerò fœm. gen. (ἤπειρος) ſumitur pro terra, quæ non eſt inſula, quam uulgò terram firmam appellant, qualis eſt Italia, ut ex Sicilia ad con

ad continentem parũ intercapedinis eſt. Nam inſula eſt, quæ mari circundatur: ut, Sicilia, Sardinia. Iſthmos ita undiq; mari cingitur, ut tamen in aliqua parte continenti iungatur. Scribit Vlpia. continentes prouincias accipi debere eas quæ Italiæ coniunctæ ſunt, utputa Galliam. Continens neut. generis à Rhetorib. accipitur pro firmamento orationis. τὸ συνέχον. Cic. in Top. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hæc continentia uocentur, quaſi firmamenta defenſionis, quibus ſublatis defenſio nulla ſit.

Cōntinĕntĕr, aduerb. modò ſignificat parcè. ἐγκρατῶς, συνεσταλμένως. Plaut. Quanquam illũ pater arctè & continenter habet. Modò coniunctè, iugiterq;. συνεχῶς. Idem: Trium dierũ ſitim continenter tulit. Cæſar: Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt.

Cōntinēntĭă, æ. f. p. ἐγκράτεια. fit à continens, de qua Cic. lib. 2. Offic. Sed ualetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſeruatione carũ rerum, quæ aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe: & continentiam in omni uictu omniq; cultu corporis tuendi cauſa, & in prætermittendis uoluptatib. Eius contraria eſt incontinentia.

Cōntinĕo. es. pen. cor. cotinui, contentum. a. ſ. (ἀνακρατέω.) propriè continemus fluuium ſuo alueo, aut ripis, uel beluas ſeptis. Item cōtinemus nos domi, cum in publicũ non prodimus. Ponitur aliquãdo pro moderari, temperare, uel coërcere. κατασχεῖν. Vnde continens. ἐγκρατὴς. pro abſtinente & integro, cuius contrarium eſt incontinens. ἀκρατὴς. Lactan. li. 5. Da libidinoſum, adulterũ, ganeonem, iam ſobrium, caſtum, continentem uidebis. Aliquãdo eſt intra ſe tenere. περιέχειν. ſic dicimus urbem continere homines, & locum continere locatum. Item continuare, (συνέχειν) unde & Continens, (τὸ συνεχὲς) dicitur continuatum. Liuius: Continens imperium uſq; ad nos habebitis. Curtius: Omnia uelut continenti incẽdio ardere uiſa. Cice. lib. 2. Officio. pro ſimul tenere poſuit, (συνέχειν) & quaſi inuitum tenere, cum inquit: Nec ulla res tam uehementer rempublicam continet, quàm fides.

Cōntingo, gis. contigi, contactũ. a. t. idem quod tango. Colu. li. 1. Plurimis & his anguſtis illuſtratum feneſtris, atq; à terra ſic editis, ne manu contingi poſſint. Verg. Funemq; manu contingere gaudent. Ponitur et pro accidere ſiue euenire. συμβαίνειν, τυγχάνειν. Cice. lib. 5. Tuſc. Quod non modo ſingulis hominib. ſed potiſſimis philoſophis contigit. Imperſonale uerò cum infinitiuo: ut, Contigit mihi eſſe felici, uel felicẽ. Quandoq; abſolutè, ut apud Teren. Hanc mihi expetiui, contigit, conueniunt mores. Hinc contactus participium: ut, contactus religione dies, Liu. Et Cōtactus, ctus, nomẽ. Colu. li. 13. ca. 3. Contactu eius langueſcunt incrementa uirentium. Contiguus. a. um. quod contingit. Plin. lib. 2. cap. 9. Sed aliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus.

Cōntĭnŭo, as. a. p. perſeuero, perago. διατελέω. Plin. lib. 14. cap. 22. Biduo duabusq; noctibus perpotationem continuauit. Sic continuare ſermonem, συνείρειν τὸς λόγος. Vnde continuatio, uerbale & continuitas.

Cōntĭnŭŭs. a. um. quod eſt ſine interuallo. ἀδιάλειπτος. & opponitur intermiſſo. Plautus in Mil. Quin ubi triduum continuũ fuerit, iam odio ſus ſiet. Vnde continuò aduerbium, pro confeſtim, ſtatim. Teren. Egomet continuò mecũ, certe captus eſt, &c. Et continuè, (ἀδιαλείπτως) pro perſeueranter, aſſiduè.

Cōntŏr, aris. uide in dictione Cunctor.

Cōntŏrtŭm. ti. n. ſ. dicitur id, quod cum ſequitur, non conuenit cum ſuperiore. συνεστραμμένον. Et contortæ res, (συνδεδεμένα,) dicuntur perplexæ, & perturbatæ, et ſibijpſis minime cohærentes. Cic. li. 1. de Orat. Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus.

Cōntrā, (ἀντὶ, κατὰ cum genitiuo) præpoſitio eſt, quæ & ſeparatur et cõponitur, ſignificatq; aduerſum, locum uel perſonam deſignans. Separata apud Verg. Contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam. Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d, ut contradico: e, ut contraeo: u, ut contrauenio. Inuenitur etiam contrà aduerbij loco poſitum, ſignificatq; è regione, ſiue ex oppoſito. ἐναντίον. Iuuen. Stat contrà ſtariq; iubet. Plautus. Amph. Hoſtes crebri cadunt, noſtri cōtrà ingruunt. Aliquando ponitur pro uiciſſim. αὖ, πάλιν. Terent. in Adelph. In eo me oblecto ſolum, (id eſt charum mihi) ille ut item contrà me habeat, facio ſedulò.

Cōntrāctō.as.ſimul tracto,frequen.à contraho. Lact.de Opi.poſuit pro comprehendo: Quæ à nobis longe remotæ,neq; oculis contractari, neq; tāgi manu,neq; percipi ſenſibus poſſunt. Dicitur & contrecto. ψηλαφάω. Plin.li.18.ca.1.Tabeſq; animi contrectata adurit culpantium omnia.

Cōntrādico,cis.n.t.ἀντιλέγω. Cice.1. Tuſc. Vt cum is, qui audire uellet,dixiſſet quid ſibi uideretur,tum ego contradicerem.

Cōntrāeō.is.uado contrà. ἀντιπορεύομαι.

Cōntrāho.is.contraxi,contractum.a.t.colligo, & omnes in unum congrego.Verg.Contrahimusq; uiros.Quandoq; compono,conflo. ἐπισπάομαι..ut,æs alienum contraxi.Quandoq; committo.Cic.ad.Qu.Fratr. Ea moleſtiſsimè homines ferre debent,quæ ipſorū culpa cō tracta ſunt.Quandoq; paciſcor,(συντίθεμαι) & conuentionem facio, ut fit in emendis uendendiſq; mercibus.Idem lib.3.Offic.Tollendū eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Inde contractus. ἀλλαγὴ, συμβόλαιον. Quandoq; conſtringo,retraho. συστέλλω:puta cum nerui contrahuntur rigore aut metu, ita ut extendi nequeant. unde Contractio, συστολή.Idem lib.4.Tuſc. Animoſq; demittunt & contrahunt, ſcilicet timore. Quandoq; conquiro, ἀντιποιοῦμαι.Idem lib.1. ad Heren. A noſtra perſona beneuolentiam contrahemus, ſi noſtrum officium ſine arrogantia laudabimus.Contrahere frontem,(ἀνασπᾶν τὸ μέτωπον)eſt fronti rugas inducere.Plaut. Amph. Quid contraxiſtis frontem,quia tragœdiam dixi hanc?

Cōntrārĭŭs.a.um.o.ſ.à contra fit,ſignificatq; oppoſitus & repugnans.ἐναντίος.Ex quo contrarior.ἐναντιοῦμαι.uerbum,repugno, aduerſor,

Cōntrārĭē,aduerb. Cic.1.de Orat. (Perottus. In quo aut ambiguè quid ſit ſcriptū, aut contrariè.

Cōntrāſto.as.ἀντίστημι.uide in Sto.

Cōntrāuĕnĭo.is.n. q. ἀπαντῶ. Cice.1.Tuſc.Ego uero facilè ſum paſſus,ne in mentem mihi aliquid contraueniret,ita iſti faueo ſententiæ.

Cōntrŏuērsĭă. æ.f. p. eſt certarum perſonarum de re propria contentio.ἀμφισβήτημα, ἀντίθεσις.Cic.Aelio proconſuli:Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuerſiā eum hodie habiturum. Sine controuerſia, ſignificat ſine dubio.ὁμολογουμένως.Idem li.1.Offic.

Cōntrŏuērsĭōsŭs,litigioſus.ἐπίδικος,ἀμφισβητήσιμος. Liuius li.3.Quem enim ſine hoc priuatæ rei iudicem feciſſet, ut controuerſioſam adiudicaret rem.

Cōntrŏuēr.ŏr,aris.ex contra & uerſor,per mutationem a in o,ſignificat contendo,ἀμφισβητῶ.uerbum deponens ab actiuo uerbo factū. Cic.in Protagora, Nunc à uobis Protagora & Socrate poſtulo, ut de iſto concedatis alter alteri, & inter uos de huiuſmodi non controuerſemini.

Cōntrŏuērsŭs.a.um.quaſi aduerſus. ἀμφισβητήσιμος. Gellius: Argumenta autem cenſebat aut probabilia eſſe debere, perſpicua,& minime controuerſa.Et controuerſa res dicitur illa,de qua eſt controuerſia.

Cōntŭbērnĭŭm.nij n.ſ. ὁμωροφία.uerbum caſtrēſe,ſicut ſcribit lib.2.De re milit.Vegetius,uocabatur manipulus, ab eo quòd cōiunctis manibus pariter dimicabant. Et propriè decem milites ſub uno papilione degentes dicebantur contubernium, quibus præerat decanus, qui caput erat contubernij.Cæſar 3. bell.Ciu. Depoſitis in contubernio armis, uallum relinquebant.Vnde accipitur pro conuictu, & ſodalitate. Cice.7. Verr.Vbi illud contubernium muliebris militiæ,in illo delicatiſſimo littore? Inde contubernales, (σύσκηνοι, σύσκηνοι) uulgò ſodales dicuntur, quòd iiſdem tabernis utantur.Colum.lib.1. Et contubernalitatem Cypri. appellat ſodalitatem. Dictum contubernium à tabernis.

Cōntŭmāx,acis.o.t. penul. corr. qui per tumorem, id eſt ſuperbiam inobediens eſt: & propriè qui tribus propoſitis edictis, uel uno pro tribus, quod uulgò peremptorium appellatur, literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit.ἀνυπάκουτος, ἀπειθής. Contumax(inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Mart. libro 2. Me ne dixeris eſſe contumacem. Dicitur quandoque etiam in bonam partem. Corn.Tacitus: Contumax etiam aduerſus tormenta ſeruorum fides,ſupremæ clarorum uirorum neceſſitates. Hinc contumacia,inobedientia. ἀπείθεια, αὐθάδεια.Cicero, pro Roſc.Accipitur quoque in bonum, quemadmodum & contumax.Cicero 1.Tuſc.Contumaciter.aduerbium.Plin.libro 17.capite 7.

Cōn-

Cōntŭmēlĭă, æ.f. p. (ὕβρις) conuitium: à contendo, ſeu (ut Vlpianus & Seneca aiunt) à contemptu.

Cōntŭmēlĭōsŭs, a.um.o.ſ. qui contumeliam inferre ſolet. ὑβριστής. Quintilian. lib. 10. cap. 7. Tam contumelioſos in ſe ridet inuicē eloquentia. Contumelioſe, aduerbium. Cicero 1. de Or.

Cōntŭndo. is. contudi, pen. indifferente, contuſum. a. t. ſignificat ſimul ſiue totū tundo, frango, comminuo, percutio. συντρίβω, φλάω, κατάσσω. Horat. lib. 1. Epiſt. Speratum meritis, duram qui contudit hydram. Inde contuſum, (συντετριμμένον) confractum. Colum. lib. 7. Plus etiam eiuſdem radix contuſa prodeſt.

Cōnŭōti oculi, ſunt in anguſtum coacti, continentibus palpebris: à contuendo. id eſt, ſimul aſpiciendo dicti.

Cōntŭs, ti. m. ſ. (κόντος) ſudes, ſiue haſta longior, duriorq; ad percutiendum apta. Vergil. Aſſueti longo muros defendere conto. Vnde contatos milites Veget. appellat. Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. à quo percontor Donatus deducit. Verg. Ipſe ratem conto ſubigit. Et Græcum eſſe nomen oſtendit Suidas.

Cōnuāllis, lis. f. t. (συνάγκεια) planicies ex omni parte comprehenſa montibus collibusq;, dicta (ut inquit Var.) quaſi cauata uallis. Vallis uerò ex duobus montibus incluſa planicies. Vel dicitur arcta uallis, quaſi coniuncta, quales ſunt quas metaphoricè fauces appellamus. unde conuallis appellatur ſciſsio terræ manu facta, ad deducendam aquam. Plin.

Cōnuāſo, as. a. p. pen. prod. ſignificat furto omnia colligo. συσκευάζομαι. Terent. in Phorm. Aliquid conuaſaſſem, atq; hinc me protinus coniicerem in pedes.

Cōnuĕnæ, arum. c. p. pen. cor. dicuntur qui ex diuerſis populis gentibusq; in una mœnia conuenerunt, ſimulq; coaleſcunt. σύγκλυδες. Plin. lib. 5. cap. 17. In dies ex æquo conuenarum turba renaſcitur.

Cōnuĕnĭēntĭă, æ. f. p. non ſolum pro congruentia ponitur, ſed etiam pro conuentu. ὁμολογία, ἁρμονία. Cice. 2. de Natu. Deor. Conuenientiam temporum non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio.

Cōnuĕnīrĕ, n. q. ſimul uenire, congregari, coire. συνιέναι. Liu. Poſtera die arma capiunt, quò miſsi erant conueniunt. Salluſt. Poſtquam unum in locum omnes conuenēre. Hinc conuentus, πανήγυρις, πρόσοδος. Per translat. quandoq; concordare. ὁμολογεῖν. Ouid. Non bene conueniunt, nec in una ſede morantur Maieſtas & amor. Quandoq; interpellare, ſeu in iudicium uocare. δίκην γράφειν. Cicero in Ver. 2. Quandoq; ſtatuere. συντίθεσθαι. Apuleius: Conuenimus ad portum quamprimùm ire. Quandoq; alloqui. ἐντυγχάνειν. hinc conuentio. ἔντευξις. Terent. And. Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem. Quandoq; placere, pactum facere, & controuerſia carere, (ὁμολογούμενον ἐστὶν συμφωνεῖν) ſed in tertia perſona frequentius. Cic. lib. 5. de Fin. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Dicimus etiam, conuenit hoc inter nos, (συνδοκεῖ) conuenit mihi tecum, conuenit tibi mecum quod dixiſti: id eſt, hoc quod dixiſti, inter me & te ſine cōtrouerſia eſt. Conuenit nobis inter nos: id eſt, concordes inuicem ſumus. Iuuen. Sæuis inter ſe conuenit urſis.

Item Terent. in Adel. Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent. id eſt, diſſentimus ab inuicem in his, & diſsimiles ſumus. Sic dicimus, De precio conuenit: id eſt, concordes ſumus. Conuenire in manu, uel in manum uenire, eſt uxorem fieri. Duobus autem modis fit, ſcilicet uſu & coëmptione. Quæ in manum per coëmptionem conuenerat, ea materfamiliâs uocabatur: quæ autem uſu, nequaquam. Coëmptio autem certis ſolennitatibus fiebat, & ſeſe coëmendo inuicem interrogabant. Vir ita, an mulier ſibi materfamiliâs eſſe uellet. Illa reſpondebat, uelle. Item mulier interrogabat uirum, utrum ſibi paterfamiliâs eſſe uellet. Ille reſpondebat, uelle. Itaq; mulier conueniebat in manum, & uocabantur hæ nuptæ per coëmptionem. Et erat mulier materfamiliâs.

Cōnuēntæ, conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptijs, & earū conditione habebatur.

Cōnuēntĭcŭlŭm, li. n. ſ. (συνουσία) plerūq; in malā partē accipitur: hoc eſt, pro conuentu ſeditioſorum aut ſceleratorū. Cic. pro Seſt. Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur.

Cōuenĭo.onis.f.t.congruentia,conſenſus, conſpiratio. τὸ συμφωνεῖν, ὁμολογία. & eſt nomē generale ad omnia pertinens,ut ſcribit Vlp.de quib. negotij contrahendi tranſigendiq; cauſſa conſentiunt,qui inter ſe agūt.Nam ſicut cōuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in unū locum conueniunt, ita qui ex diuerſis animi motibus cōſentiunt,& in unam ſententiā con(currūt.

Cōuentūm.ti.n.ſ.conuentionē ſigni= ficat,συνθήκη.Græci conuenta τὰ συνδόξαντα (dicunt.

Cōuentūs.us.m.q.συνουσία.dicitur cum homines ſimul uenerint. Fit aūt quatuor modis.Vno,cum quemlibet hominem ab ali= quo conuentum eſſe dicimus. Altero, cum ſi= gnificatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in unum locum. Tertio, cum à magiſtratibus iudicij cauſa populus cō gregatur.unde cōuentus iuridici.Plin. Quarto,cum aliquem in locum frequentia hominū ſupplicationis,aut gratulationis gratia colli= gitur.Ponitur interdum pro coniugio. Iuuē. Conuentum tamen & pactum eſt, ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

Cōuerſŏr,aris.d.p.utor,& conſuetudinem habeo,διατρίβω:à quo conuerſatio.διατριβή.Plinius li.10.ca.33.Ne cui frequentior conuerſatio ſuſpecta ſit.

Cōuerto,tis.a.t.& Conuertor.eris.d.t. τρέπω. pro eodem accipiuntur.Plaut.in Amph. Sed tamen fuga in ſe nemo conuertitur. Conuer= tere ſe domum, pro reuerti. Terent. in Adel. Sic conuerti ad dolos,Plin. de uiris illuſtrib.

Cōuexūm.xi.n.ſ.curuum,ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cœli, quod ex omni parte ad terram uerſus declinatum eſt.Verg. Aſpice conuexo nutantem pondere cœlum. Hinc cōuexitas, ipſa porrectio aduerſus nos, tractū à concauitate nauiū, quæ extrinſecus huiuſmodi formā habēt,quæ alio nomine Ca(rinata dicta.

Cōuicinĭūm,nij.n.ſ.παροικία. ubi plures inter ſe uicini ſunt.

Cōuitiŏr.aris.d.p.contumeliam dico. λοιδοροῦμαι. Vnde conuitiator, qui conuitium dicit, uel facit.Cic.in Sall.Si de mea uita,atq; artibus huic conuitiatori reſpondero.

Cōuitiūm.tij.n.ſ. λοιδορία. contumelia, inquit Labeo iureconſult.quaſi conuocium,mutata litera;à concitatione,uel conuentu.id eſt, collatione uocum. Cum enim in unum complures uoces conferunt, cōuitium dicitur. Feſtus tamen à uicis, in quibus primo habitatū eſt, deriuat. Alij dicunt conuitium eſſe maledictum cum contumelia,& à uitio deriuari.Cicero, pro Cælio: Maledictum autem nihil habet propoſiti præter contumeliam,quæ ſi petulantius iactatur,conuitiū:ſin facetius,urbanitas nominatur.Vide Val.lib.6.cap.52.

Cōuictŏr,oris.m.t.dicitur quotidianus conuiua,& qui nobiſcum uiuit familiariter. ξύσσιτος, ὁμοδίαιτος. Horatius: Nunc quia ſum tibi Mecœnas conuictor.

Cōuiuālĕ,lis.o.t.quod ad conuiuium pertinet. Liu. Multaq; cōuiualia ex auro & argēto ua(ſa.

Cōuiuārī.d.p.conuiuiū facere,aut ſimul cibum ſumere. εὐωχεῖσθαι, ἑστιᾶν. Terent.Heaut. Scortari uolunt, crebrò conuiuarier. Vnde conuiuator. δαιτύμων, ἑστιάτωρ. dicitur,qui parat conuiuium: Conuiuæ uero, & conuictores,dicuntur inuitati ad conuiuium. συνδείπνοι.Teren.Heaut. Egomet conuiuas moror.

Cōuiuōnēs.um.m. t.συμπόται.à conuiuendo, compotores dicuntur.

Cōuiuĭūm.uij.n.ſ.à uiuo fit,de quo Cicero de Sen.Bene maiores noſtri accubationem epularum,quia uitæ coniunctionem haberet,conuiuium nominauerunt. Græcè εὐωχία.

Cōuiuo.is.ere.n.t.uiuere,uel ſimul uiuere, & comeſſari.Plaut. Amph.Miſiſti ad nauim Soſiam,ut hodie tecum conuiueret.

Cōuŏluŏlūs.li.m.ſ.(ἴψ)pen.cor.uermiculi genus minoris eruca,multipedis, erodentis pubeſcentes uuas,quam alij uoluocē appellant: à conuoluendo,quia ſe inuoluit in pampino.à Plau.inuoluulus,à Colu.inuoluola, à Suida ἴψ appellatur. Cōuoluolus. κλημάτις ἑτέρα. etiam eſt herba per fruteta naſcens,nullo odore,nec crocos intus habens, ſed florem tantū ac candorem lilij referens, ueluti rudimentū naturæ lilia facere condiſcentis.dictum,quòd ſeſe rei cui adhæret,inuoluat.

Cōuōti,dicebatur ijſdem uotis obligati.

Cōnūs,ni.m.ſ.κῶνος.proprie nux picea.Colum. li.7.Remedio ſunt cupreſſini quindecim coni, totidemq; gallæ.Propter quod geometræ eiuſmodi figuram conū appellant. Hinc conus dicitur curuatura,quæ in ſummitate galeæ prominet.

minet, (λόφος) ſuper quam criſtæ ponuntur: licet quandoq; pro criſta ponatur, quem lingua uernacula pinarium uocamus. Vergil. Aen. » Et conum inſignis galeæ, criſtasq; comantes. Et coniferæ arbores, quæ conos: hoc eſt, nu» ces pineis ſimiles ferunt. Ouidius: Et conife» ræ cypariſſi. Quidam accipiunt pro capitio acuminato. Coniſcare apud Quintil. ſignificat arietare, & fronte frontem percutere: Et » ſatiati agni ludunt, blandeq; coniſcant. Hinc etiam conoides, (κωνοειδὴς) arbor ferens cupreſſos fœminas. nam à rotunditate in acumen leuatur.

Conyla, læ. f. p. herba eſt, quæ & cunilago dicitur. Plinius libro. 2. cap. 9.

Cooperio, is. cooperui, coopertũ. a. q. tego, ut co opertum telis corpus. Liui. 8. ab Vrbe.

Coopto. as. a. p. lego, eligo, recipio: ut, Cooptatus in collegium Augurum, Cicero de Cle. Inde cooptatio.

Cōpĕn, Veteres pro copioſo poſuerunt. Plaut. Atq; ego nunc ut glorioſum faciam, & copi pectore. Hinc copona primum, deinde caupona, taberna uinaria, propter copiam rerum quæ ibi uenduntur.

Cŏphĭnŭs, ni. m. ſ. (κόφινος) penul. corr. Latinè » corbis. Iuuen. Cum dedit ille locum cophino » fœnoque relicto.

Cōpĭă, æ. f. p. (ἀφθονία) à con & ope, uel à capio, ut ſit copia, quaſi capia, quòd multa capiat. In ſingulari quidem abundantiam, eloquentiam, facultatẽ, (ἐξουσία) poteſtatemq; ſignificat, ut faciam tibi copiam ſpectandi ludos. Ouid. Ante ait, emoriar, quàm ſit tibi copia noſtri. Neq; apud oratores cum alio uerbo iungitur. » Poetæ cum do iungunt. Verg. Poſtquã intro» greſſi, & coram data copia fandi. Cum alijs uerbis abundantiam ſignificat, ut magna copia frumenti auecta eſt. Sic Copia pecuniarum, & copia orationis. In plurali pro eodem ſignificatu quandoq; ſumitur: ut noui copias tuas, & omnium rerum copias habeo. (καταςκευή) peculiariter tamen ſignificat exercitus multitudinem. δυνάμεις. ut copiæ Pompeij, copiæ Cæſaris. Cic. 1. Tuſc. Copias maximas duxit ad Troiam. Aliquando etiam in ſingulari ponitur pro multitudine, (πλῆθος.) Pompeius ad Domit. Etiam hortor ut cum omni copia quàm primum ad me uenias. A copia copioſus. a. um. εὔπορος. abundans. Cicero 3. Verr. Magnificè, & ornatè, ut erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium compa rat. Copioſe, abundanter, Idem de Sen.

Cōpĭŏr, aris. d. p. caſtrenſe uerbum eſt, pro copias cogere. Gellius libro 17. cap. 2. Et Romani multis armis & magno commeatu prædaq; ingenti copiantur. Exq; eadem figura eſt, qua lignantur, & pabulantur, & aquantur.

Cōpĭŏ, as. n. p. quod eſt copias augeo, ſiue cogo: ſicut lignor, aquor, quæ ſunt uerba caſtrẽſia.

Cōpĭŏlă, læ f. p. dimin. ſignificat paruam copiã.

Copo. onis. idem quod caupo. Cic. pro Clu.

Cōpŭlă, læ. f. p. (σύνδεσις, σύνεξις) quæ copulat: id eſt, coniungit, quales ſunt apud grammaticos, &, q;, & huiuſmodi. Accipitur & pro nexu & uinculo, (ἅμμα) à copulando: id eſt, nectendo. Apul. lib. 9. Copulæ ſparteæ tritura continua exulcerati. Nam iumenta cerui cibus exulcerata & colla detrita ob iugum ui » demus. Ouid. Copula detrahitur canibus. id eſt, uinculum colli. Plautus in Epid. poſuit copulas pro loris ad colligandum accommodatis, cum ait: Quæritant me, in manibus geſtant copulas. Dicitur & copula, (συνδυασμὸς) cuiuslibet rei duplex numerus: unde copula matrimonij.

Cōpŭlo, as. are. a. p. colligare, uincire, coniungere. Plin. li. 17. cap. 19. Inſociabilesq; arborum naturæ copulentur. Plau. in. Pœn. Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas? Copulor. aris deponens, idem ſignificat. Plau. in Epid. Caue ſis cum filia mea. Hanc copulari, neq; conſpicere.

Cōpŭlātiuŭs. a. um. o. ſ. quod copulat, uel copulare poteſt. συναπτικός. unde coniunctio copulatiua, à copulo, coniungo.

Cŏquīnă. næ. f. p. (μαγειρεῖον,) uide Colina.

Cŏquīnāri. d. p. μαγειρεύειν. eſt coquinariam artem exercere. Plaut. Hodie ad Bacchas ueni, in Bacchanal coquinatum.

Cŏquīnārĭă. æ. f. p. μαγειρική. ars coquendi quæ ad uictum ſpectat.

Cŏquīnārĭŭs. a. um. quod ad coquinã pertinet. μαγειρικός. unde uaſa coquinaria dicta.

Cŏquĭto. as. pen. cor. frequent. eſt à Coquo.

Cŏquo. is. xi. ctum. a. t. à cogendo, quoniam co

ctum cogendo coërcetur, ut ad utilitatem ueſcendi perducatur. Et duo ſignificat: ſcilicet per ignem, ut carnes coctæ. ὀπτὰ κρέα. & maturare, id eſt maturum facere. πεπαίνειν, πέπτειν. Plinius: Antequam fici coquantur autumno. Huius compoſita ſunt concoquo, (συμπέπτω, ἐκπέπτω) ſimul coquo, ſeu digero. unde concoquitur cibus calore ſtomachi. Plin. lib. 27. Et per translat. concoquere iram. πέψαι τὴν ὀργήν. Decoquo, in totum coquo. Excoquo, perfecte coquo, digero. ἐκπεπαίνω. Colum. propriè, cum ait: Vis frigoris excoquit terram. Incoquo, coquendo applico. ἐνέψω. Nam cum metallum aliquod deplumbamus, uel de argentamus, uel deauramus, incoquere dicimus. unde uaſa ænea, ſtanno ad ignem illita, incoctilia dicũtur. Plin. Deinde & argentum incoquere ſimili modo cœpere. Proprie tamen eſt intus coquere. Ver. 4. Geor. Huius odorato radices incoque Baccho. Percoquo, ualde ſeu perfecte coquo. ἀνέψω. Plin. lib. 11. Diſcoquo. Idem lib. 19. Præcoquo, antè coquo, uel antè maturo. à quo præcox fructus, & præcoqua uua: id eſt, præmatura. Recoquo, rurſus coquo. Plin. Et omnia habent pen. cor. A coquo ducitur uerbale coctio. onis. ipſe coquendi actus. unde coctionem facere, pro cõcoquere, & conficere cibum in uentriculo, quod uulgus digerere uocat. Plin lib. 20. ca. 9. Et coctura. ræ. idem quod coctio. Columella lib. 11. cap. 18.

Cŏquŭs, uel Cŏcŭs, ci. m. ſ. qui cibos coquit aut uendit: qui & coquinarius dicitur. μάγειρ@.

Cor, cõrdis. n. t. ſyllaba recti, nunc breuis, nunc longa reperitur. καρδία. unum eſt ex uiſceribus (nam omnia interiora uiſcera dicuntur) in quo (ut inquit Plin.) habitat mens, & fons eſt uenarum, arteriarum & ſenſuum. Et ſicut ait Auicen. eſt principium uirtutis uitalis, fons uitæ & radix, dicitur ab interprete Galeni. Aliquando tamen accipitur pro mente, (φρήν) Cice. lib. 1. Tuſc. Cor ipſum animus uidetur. Vnde concors, (ὁμόφρων) diſcors, excors, ſocors, uecors, (ἀπονενοημένος) grauicors, & cordatus. Cordi eſt, id eſt delectat, & placet. καταθύμιον ἐστί, πρὸς θυμοῦ. Teren. Si hæ nuptiæ ſunt tibi cordi. id eſt, iucundæ.

Cŏrăcīnŭs. a. um. o. ſ. κοράκινος. pen. pro. coruinus. Plinius etiam piſcem quendam coracinum appellauit.

Cŏrālliŭm, uel cŏrāliŭm, aut cūrāliŭm. lij. n. ſ. κοράλλιον. lapis rubei coloris. Plin. Coralliũ religioſum in primis geſtamen eſſe exiſtimant amoliendis periculis. Planta eſt (ut inquit Dioſc.) marina. Naſcitur enim in mari rubro, & in Perſico, & circa Orchadas inſulas, & in Siculo circulo circa Drepanum. Forma ei eſt fruticis, color uiridis, baccæ candidæ, ſub aqua molles, exemptæ confeſtim lapideſcunt, & rubeſcunt quaſi corna, ut ſcribit Theophraſtus de gemmis. Huius nominis quidam primam producunt. Ouid. lib. 4. Metamorph. Nunc quoq; coralijs eadem natura remanſit. Alij breuiant. Claud. Mergit ſe ſubito, uellitq; corallia Clotho.

Cŏrāllŏăchātēs, lapis eſt guttis aureis, corallij modo diſtinctus.

Cōrăm, præpoſitio eſt, quæ contrariam habet ſignificationem à clàm: ut, Coram ſenatu orationem habui. Differt tamen à palam, quòd coram magis ad perſonas certas, palàm ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, palam non indiget. Et differt ab ante, quòd ante oculos lõge intelligi poteſt, coram proximitatem ſignificat. Teren. in Eun. Quæ mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum.

Cŏrāmblă, blæ. f. p. κοράμβλη. herba quæ oculos retundit, & hebetes facit. Ideoq; dicta coramble: nam κόρα pupillam ſignificat. ἀμβλὺς dicitur retuſus & hebes. braſſica. & per ſyncopen κράμβη.

Cŏrāx, cis. m. t. (κόραξ) Latinis dicitur coruus. Cic. libro de Orat. Quare coracem ueſtrum iſtum patiamur? Hinc componitur, nocticorax, ſeu nycticorax: corax nyctorinos, coruus nocturnus.

Cōrbis, bis. d. t. κόφινος. uas ex uiminibus factũ. Cic. pro. Seſt. Meſſoria ſe corbe contexit. Dicta ſecundum Var. ab eo, quòd ſpicas aliudue quid eò corruebãt. Hinc minores dictæ corbulæ. γυργάθια. Cato uillicum dixit habere oportere corbulas amerinas quatuor. Colum. uero ait, Corbulæ decemmodiæ, trimodiæ. Dicimus autem hic uel hæc corbis.

Cōrbĭtæ. f. p. penul. prod. naues onerariæ: dictæ quòd in earum malo ſummo pro ſigno corbes

bes ſolerent ſuſpendi. Plaut. Tardiores quàm corbitæ ſunt etiam in tranquillo mari.

Cōrbito.as.are.a.p. in corbitā immittere. Plaut. Caſsin. Ego noui ambas eſtrices, corbitant, Vbi comeſſe poſſunt. Per translat. dixit, pro uentrem implent, & quaſi nauigium onerant.

Corbonam, (κορβονάν) pen. cor. Iudæi ſacrum theſaurū dicūt, Ioſepho & Euſebio autorib.

Cōrcāllis, gemma eſt, quæ modo nigro, modo cæruleo colore eſt.

Cōrchōrŭs, ri. m. ſ. uile olus apud Plini. Vnde Prouerb. contra eos qui magnis honoribus inhiant, cū ipſi ſint nihil, Corchorus inter olera.

Cōrcŭlŭm, li. n. ſ. dimin. à cor. Plaut. Meum corculum, meus molliculus caſeus. Et corculus acutus, quaſi cor ſapiens. Feſt. Corculum dicebant antiqui ſolertem, & acutum. Cic. lib. 1. Tuſc. Et Naſica ille prudens, bis conſul, corculum appellatus.

Cordapſus, pſi. m. ſ. (χορδαψὶς) morbus tenuioris inteſtini, quem iuniores iliacum nominant. Chordapſus ſcribendum.

Cōrdātŭs homo, (ἔμφρων, νουνεχὼν, νουνεχές. id eſt, inſignis corde, & præſtans memoria, qui ſolertia multa pollet & ingenio, quemadmodum & corculum. Cic. 1. Tuſc. Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Corcholipis, genus ſimiæ, quæ ultimam partem caudæ uilloſam habet, Feſtus.

Cōrdĭăcŭs morbus, (καρδιακὸς) aliâs cardiacus, ἀπὸ τῆς καρδίας: & melius.

Cōrdirē, Veteres dixerunt pro eo quod eſt animo cedere.

Cōrdōlĭŭm, lij. n. ſ. (καρδιαλγία) commiſeratio, et quaſi dolor cordis. quod uocabulū in quotidiano ſermone eſt uſitatiſsimum, quo & uetuſtiſsimi autores utuntur. Plaut. in Pœn. Ibi tibi erit cordolium, ſi quam ornatam melius forte aſpexeris. Idem ſcribit mulieri non eſſe cordoliū, nā mulier nulla cordicitus dolet et animo.

Cōrdŭs. a. um. o. ſ. (ὄψιγον@) quod ſerotina fœtura natum eſt: ut cordum fœnum autumnale: id eſt, quod autumno ſecatur. Col. lib. 7. ca. 1. Sic corda frumenta dicta ſunt, quæ ſero matureſcunt. Et cordi agni, ſerotini, qui poſt tempus debitum naſcuntur, quos uulgus uocabulo inde deducto cordiſcos nominat. Plin. lib. 8. cap. 47. Eſt ergo cordus cognomen eorum qui tarde naſcuntur. Varro de re Ruſt. lib. 2. cap. 1. per aſpirationem ſcribit chordum, & à χορίυ deriuat, quod ſignificat uoluam intimam, ſiue inuolucrum, quo fœtus in utero matris deuoluitur.

Cōrgo, aduerbium, apud Veteres pro profectò, quaſi ex corde ago: id eſt, loquor.

Cŏrĭācĕŭm, quod ex corio eſt. σκύτινον.

Coriaceſia, genus herbæ. Plin. lib. 24. cap. 17.

Coriandrum, dri. n. ſ. herbæ genus, de qua Plin. lib. 20. cap. 20.

Corias, coriæ, genus piſcis. Plin. lib. 32. ca. 11.

Cŏrĭāgo, inis. ſ. t. infeſta (ut Colum. inquit lib. 7.) peſtis bubulo pecori, ſcilicet cum pellis ita tergori adhæret, ut apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſsit. Ea res non aliter accidit, quàm ſi bos, aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt, aut ſudans in opere faciendo refrixit, aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt. Vide Colum. lib. 7. cap. 13.

Cŏrĭārĭŭs, rij. m. ſ. qui coria concinnat, præſertim craſsiora. βυρσοδέψης. Coriarius præterea eſt frutex rhuis herbæ. Plin. lib. 24. cap. 11.

Cŏrĭnthĭārĭŭs, à Suetonio poſitum eſt pro amatore nimio Corinthiorum uaſorum.

Cŏrĭnthĭă uaſa, (κορίνθια σκεύη) dicuntur ex ære Corinthio fabrefacta, quòd auro, argentoq; cum ipſo ære confuſis fiebant. Nam æs Corinthium maxime laudabatur. unde factum eſt, ut omnia uaſa ex ære elegantia Corinthia ſint appellata. Propter quæ apud Veteres tanto in precio fuerūt æris metalla, ut argēti quoq; atq; auri precium tranſcenderint.

Coriolana pira, dicuntur à forma.

Coriſcus, ſci. m. ſ. leue miſsile in modum ſagittarum. Verg. Coriſciq; leues, & latifer arcus, Nonius.

Cŏrĭŭm, rij. n. ſ. (βύρσα, σκῦτ@) animalium eſt, præſertim eorum quæ craſsiorem pellem habent ac duriorē: quamuis quandoq; pro quacunq; pelle (δέρμα) dicatur etiam rerum inanimatarum. Cæſar 2. Bell. Ciu. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cicero 1. de Nat. Deor. Quarum aliæ corijs tectæ ſunt, aliæ uillis ueſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Apud Plin. Corium terræ eſt, non tam cutis eius facieſq; ſumma, quàm tectorium & ſtatumen quoddam craſsius,

craſſius, cui & aliud quoq; ſubeſſe poteſt corium. Nam in parietibus ſtruendis, ordines ipſi laterum coria à Vitruuio dicuntur: hoc eſt, quæ uulgò turba opificũ appellat curſus. Bu. Annot. in Pand. Dicitur & corius maſcul. ge. Plau. in Pœnu. Heri in tergo meo tres facile corios contriuiſti bubulos. A coriũ fit excorio. as. (δαίρω) quod eſt corium detraho.

Cõrnẽtũm, ti. n. ſ. (κρανιὼν) locus ubi ſunt frequentes corni, ſicut à pino pinetum.

Cõrnẽũs. a. um. quod ex corno eſt. κράνινος. Plau. Duram ac corneam uirgam. Poteſt etiam eſſe à cornu deductum nomẽ. unde hybernæ coronæ corneæ dictæ ſunt: quoniam negãte tum flores terra, laminis è cornu tinctis fieri ſolebant. Vnde corneum roſtrum, Cice. & corneus color, qui cornu, uel corni ſimilitudinem refert, Plin. Corneolus, diminutiuum, Cicero de Natur. Deor. 2.

Cõrnĩcẽn. cinis. m. t. pen. cor. qui cornu canit. κεραύλης, ὁ σημαίνων κέρατι. Iuuẽ. Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia dotẽ Cornicini, ſiue hic recto cantauerit ære. Dictũ ita, quia quod nunc ex ære eſt, tunc fiebat bubulo cornu.

Cõrnĩcõr. aris. pen. pro. deponens, ſignificat more cornicũ garrio. κρώζω. Perſius: Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

Cõrnĩcŭlãrĭũs rij. m. ſ. nomen eſt ordinis in militia, ſicut cõmentarienſis, et acceſus. Docet Aſconius, perinde ac cornicularis à corniculo inclinatur, ſic à cornu cornicen. Nã qui ſub corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur.

Cõrnĩcŭlũm, li. n. ſ. dimin. à cornu. κεράτιον. quo etiam nomine uocatum eſt oppidũ iuxta Tarquinios, (κόρνικλον:) à quo oppidani Corniculani (κορνικλανοὶ) appellati ſunt. Et corniculum ornamẽti genus eſt quo donabantur milites ab imperatoribus pro re bene geſtá. Liuius libro 10.

Cõrnĩgẽrũs. a. um. o. ſ. quod eſt ex genere cornua habentium. κερατοφυὴς. ſicut caprigenum quod ex genere caprarum eſt.

Cõnĩgẽr. geri. m. ſ. pen. cor. gerens cornua. κερατοφόρος, κεραοφόρος. unde Bacchus corniger dictus eſt, quia ſimulachro Liberi patris cornua adijciebãtur, quòd uini inuẽtor fuerit. Homines enim nimio uini potu truces reddũtur.

Cõrnĩpẽs. dis. c. t. κερατόπους. pen. cor. animal pedes habens cornutos, ſicut equus & capra, & huiuſmodi unguiũ aut pedũ animalia. Ouid. li. 2. Faſt. Cornipedi Fauno cæſa de more capella.

Cõrnĩx. icis. f. t. κορώνη. auis quæ dux auium eſſe dicitur. uulgo ein krey. Cornices etiam accipi ſolent pro ijs, qui ſe ſapientiores ac duces aliorum uideri uolunt. unde Cornicum oculos configere, prouerbio dicimus. Huius diminutiuum eſt cornicula.

Cõrnũ. n. q. Cornum, & hic Cornus ſecundum Priſcian. à curuore (ut ſcribit Varro) nominatur. Plinius lib. 18. cap. 11. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Hinc fiunt, unicornium, μονόκερως. bicornium, δίκερως. tricornium, quadricornium. Per tranſlationem cornua fluminum dicuntur flexus, curuitateſq; alueorũ, quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur. Item cornua antennarum ſignificant utranque partem antennæ. Verg. Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Similiter in prælio cornua dicuntur utraq; pars exercitus. In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu, & quod inter utrunq; eſt, dicitur medium. Terent. Eun. In medium huc agmen cum uecti Donax: Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum. Item cornu, genus eſt tubæ obtortæ, à quo cornicines dicti ſunt.

Cornucopiæ. n. indec. κέρας ἀμαλθείας. quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus ei detraxit: hoc Naiades acceptũ, & omnium fructuum primitijs refertum, Copiæ conſecrarunt: unde apud Ouid. Achelous, Rigidum fera dextera cornu Dum tenet infregit, truncaq; à fronte reuellit. Naiades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarũt, diueſq; mea bona copia cornu eſt.

Cõrnũpẽtã. tæ. c. p. κορυπτίλος. penul. corr. animal quod cornibus petit: id eſt, ferit.

Cõrnũs, (κρανέια) fœm. gene. tam quartæ quàm ſecundæ declinationis, ſecũdum Priſcianum: arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus ſimiles, fructum circa ſolſtitia facit, primo candidum, poſtea ſanguineum. Vergil. li. 9. Coniecto ſternit iaculo, uolat Itala cornus: id eſt, telum ex corno factum. Cornum, (κράνον) genere neutro, fructus. Idem, Baccæ lapidoſaq́ue corna.

Cõrnũ-

Cōrnūtŭs.a.um. quod habet cornua. κεϱατώδης, κεϱάτινος. Varro 2. de re Ruſt. cap.7. Poteſt etiam dici cornutum, quod procedit ex cornu. Martial. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornuti quadrupedes, à Veteribus dicebantur elephanti: nam quod in his dentes multi dicunt, cornua ſunt.

Cŏrōllă, læ. f. p. diminu. parua corona. Proper.
„Me iuuat externis poſitum languere corollis.

Cŏrōllārĭūm, rij. n. ſ. (ἐπιφορὰ, πϱοκατάβλημα, ἐπίῤῥησις, ἐπίμετϱον) authore Var. lib.1. ſignificat id quod additum eſt ſupra menſurā, præterquam quod debitum, tanquam auctarium quoddam. à corollis nomen deductum, quòd hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ ſint. unde & corollaria dicuntur ipſæ coronæ. Plin. 21. Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollarijs, poſtquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Hæc autem; cum precij parui forent, factum eſt, ut corollarium, pro re leuiori accipiatur. Plin. li.9. Apuleius ſymbolicōs corollarium uocauit poſticum concubitum.

Cŏrōnă, næ. f. p. eſt quam Græci ϛέφανον uocāt, à noſtris olim ſtrophia, à ϛϱοφεῖν quod eſt uertere. Poſtea per diminutionē ſtrophiola eſt appellata deinde à ferendo, ferta. Et cum uideatur corona à choro dici, caret tamen aſpiratione. Fuerunt aūt apud Romanos diuerſorū generum coronæ in magno precio habitæ: ſcilicet, Triumphalis, quæ fiebat ex lauro & triumphanti dabatur. Obſidionalis, quā liberati ab obſidione dabant ei, qui ipſos ab obſidione liberauerat. Ciuica, quā ciuis ciui, à quo ſeruatus erat in prælio, teſtē uitæ ſalutiſq; perceptæ dabat. Muralis erat, qua donabatur, qui primus murū ſubijt, inq; oppidum hoſtium per uim aſcendit, & aurea erat. Vallaris, quæ & Caſtrenſis dicitur. Hac donabatur qui primus hoſtium caſtra pugna introiuit. Naualis, qua donari cōſueuerat, qui primus maritimo prælio, in nauem hoſtiū ui tranſiliebat. Oualis, myrtea erat, qua utebantur Imperatores qui ouantes introibant ciuitatē, quando bellū leuiter, & ſine cruore perfeciſſent. Corona
„etiā dicitur ornamentum muliebre. Horat. li.
„1. Carm. Et ſcindit hærentem coronā crinibus. Item ponitur pro conuentu hominum circumſtante. Item pro circulo circa lunam, (ἅλως) Item pro ſigno cœleſti. Verg. 1. Georg. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ.

Cŏrōnāmēntŭm, t. n. ſ. coronarum multitudo. ϛεφάνωμα, τὰ ϛεφανωτικά. Plin. Atria quippe coronamentis referta. Aliquando accipitur pro floribus frondibuſq;, & alijs ex quibus coronæ fiunt. Idem.

Cŏrōnārĭŭs. rij. m. ſ. adiect. qui coronas conficit. ϛεφανοπλόκος. Plin. Factum id eſt ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectæ illi. Et coronarius. a. um. adiectiuum, quod ad coronas pertinet. ϛεφανωτικός. unde aurum coronariū, ex quo coronæ conficiebantur. Cic. pro lege Agrar. Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. lib.25. cap.10.

Cŏrōnĭs. pen. pro. coronidis, fœm. gen. (κοϱωνὶς) ſummitas, ſeu apex alicuius rei, uelut montis, aut ſtructuræ alicuius. Significat & puppim nauis, quòd ſit in eius apice curuatum roſtrum. Vſq; ad coronidem dicimus, cum extremum finem rei cuiuſpiam ſignificamus.
„Coronis etiam interdum dicitur quod accedit
„abſoluto operi: ut Mart. lib.10. Sed nimius ui-
„deor, feraq; coronide longus Eſſe liber: legito
„pauca, libellus ero.

Cŏrōno. as. a. p. coronam capiti impono. ϛεφανόω. Verg. 1. Aen. Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant.

Cŏrōnŭlă. dimin. parua corona. ϛεμμάτιον.

Cŏrōnŏpŭs, pi. m. ſ. oblonga herba eſt cum fiſſuris. ſeritur interim, quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere toſta. Plin. lib.22. cap.19. Et lib.21. cap.16.

Corophium; phij. n. ſ. piſcis de genere cancrorum. Plin. lib.32. cap.11.

Cŏrpŏrālĕ, lis. o. t. σωματικόν. quod eſt, uel quod habet corpus. Incorporale, (ἀσώματον.)

Cŏrpŏrātĭo, onis. f. t. idem quod corporatura. σωμάτωσις. Colum. lib.17. Cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, uel ſtatura, uel uiribus impar cum uiolentiore iungatur: nam utraq; res inferiori celeriter affert exitium.

Cŏrpŏrātūră, ræ. f. p. corporis quantitas: hoc eſt, habitus & ſtatus ipſius corporis. Colum. li.7. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet eſſe.

Cōrpŏrĕŭs,a.um.(σωμάτικὸς, σωματώδης)quod eſt ex ſubſtātia corporis,ut lapis:è diuerſo incorporeus,ut uirtus.Cic.2.de Nat.Deor.Contrà ille corporeus,uitalis & ſalutaris,omnia conſeruat,alit, auget,ſuſtinet,ſenſuq; afficit.

Cōrpŏro.as.a.p. interficio, & corpus ſine anima relinquo.Ennius: Corpus contemplatur, unde corporet uulnere.Hinc fiunt compoſita, concorporo(συσσωματόω)& incorporo.

Cōrpŭlēntŭs,ta.tum.o.ſ.dicitur homo obeſi corporis.μεγαλόσωμος. Plaut.in Epid.Euge corpulentior uidere,quàm agilior.Sic corpulentum pecus apud Columellā. libro 6. capite 3. Hinc corpulentia,carnoſitas.πάχος. Plinius, libro 11.capite 53.

Cōrpŭs. poris. n. t. (σῶμα) maſſa iſta compacta ex artubus & membris. Seneca, Corpore truncato caput abeſt. Aliquando pro ſola carne ponitur.Cicero Gallo,Ego hic cogito commorari quo ad me reficiam: nam & uires & » corpus amiſi.Martial.utranque ſignificatio» nem poſuit, Viuebant laceri membris ſtillantibus artus, Inq; omni nuſquam corpore corpus erat. Hinc corpulentos dicimus obeſi corporis homines.

Cōrrādo.is.a.t.(συνάγω)penult.prod.ſimul,ſiue totum rado, aufero, uendo, alieno. Terentius in Heaut. Nihil relinquo in ædibus, nec uas,nec ueſtimentum, corraſi omnia. id eſt, uendidi uel alienaui.

Cōrrĭgĭă,giæ. f.p.à corrigo deductum eſſe nomen uidetur:& eſt lorum,quo uerberabantur ſerui,ut corrigerentur & emendarentur. Cic.2. de Diu. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis,& abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda.

Cōrrĭgo.is.pen.cor. correxi, correctum.a.t.ex con & rego,ſignificat emēdo. διορθόω,εὐθύνω. Lactan.lib.4. Antequam mores aliorum corrigas,tuos corrige.Terent.in And. Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Inde corrector, emendator. ἐπανορθωτής.

Cōrrĭpĭo.is.a.t.pen.cor. reprehendo.ἐπιτιμάω, ἐπιλαμβάνομαι. multi enim corripiuntur, qui tamen non corriguntur.Plinius in Epiſt. Repeto me correptum ab eo cur ambularem. Corripimus uerò magis uerbis, quàm uerberibus. Proprie autem eſt aliquid celeriter ra» pere. Vergilius, Hic arcumq; manu celereſq; » ſagittas Corripuit. Adaptatur hoc uerbum ad omnes actus humanos: ut, corripitur ſomno, corripitur febribus, & multa alia huiuſmodi.

Cōrrĭuārĕ,n. p. eſt riuum ducere, ſeu facere. Plin.lib.3.cap.5.Albula è media ferè longitudine Apennini,finibus Aretinorum profluit, tenuis primo,nec niſi piſcinis corriuatus.hoc eſt,auctus, & primos ex piſcinarum beneficio riuos faciens. Sic corriuati amnes & torrentes dicuntur, cum diſparſi per agros in unum riuum confluunt.Idem lib.31.cap.3.Plerunq; uerò damnoſi torrentes corriuātur detracta collibus ſylua. Corriuare etiam dicitur de brutis,cum potandi gratia ad eundem riuum conueniunt. Aliquando tranſitiuè. συνοχετεύειν. Vnde corriuales, qui duo aut plures eandem amicam habent, uel quòd eundem riuum accedere uideantur: uel quòd inuicem contendant, ut feræ, quæ ex eodem riuo hauſtum petunt. (ἀντεραστάι.)

Cōrrōbŏro. as. a.p. pen.cor. confirmo, roboro, ſancio. Cic. de Orat. Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. Inde corroboratus,firmatus,confirmatus,cui robur acceſſit. uide Roboro.

Cōrrōdo,is.ſimul rodo,pen.pro.uide Rodo.

Cōrrŏgo.as.antepen.pro.rogo multis precibus. uide Rogo.

Cōrrūdă, æ.f.p.pen.prod. ſylueſtris aſparagus Cato: In harundineto corrudam ſerito, unde aſparagi fiant.

Cōrrūgōs uocant à corriuatione, & ſunt aquæ ex montium iugis ductæ ad lauādum aurum, authore Plin.lib.33.cap.4.

Cōrrūmpo.pis.a.t.(διαφθείρω)contamino,uitio, deſtruo,tam ad animam quàm ad corpus refertur.unde corruptor,(φθορεύς)& corruptela.Teren.Adel Piſces ex ſentētia nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cautio eſt. Lactan. lib.3. Cœleſtes literas corruperunt, ut nouam ſibi doctrinam ſine ulla radice ac ſtabilitate componerent. Aliquando eſt ſubornare, inuitare, & illicere muneribus: ut, Corruptus munere iudex.

Cōrrūptēlă,læ.f.p. quod corrumpit,& contaminat.διαφθορά.Teren.Adelph. Communis corruptela

ruptela noſtrûm liberûm.

Cōrs,cortis,(ἔπαυλις) uide in dictione Cohors.

Cōrsōīdēs,(κορσοειδὴς) lapis canicici hominis ſimilis.Plin.lib.37.cap.10.

Cōrtēx,icis.d.t. (φλοιὸς, κέλυφος, λέπισμα, λέπος)eſt ueluti corium cuiuſq; rei, ut in arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium eſt.Ouidius 1.Met. Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus. Vergil. Raptus de ſubere cortex. Huius diminu.eſt corticula, φολίδιον. Colum. Corticulis reſolutis. Hinc decortico. as. & excortico. ἀπολέπω. Vnde etiam

Cōrticōſūs,a.um.Plin.lib.12.cap.14.Quod in arbore hæſit,ferro depectitur,ideo corticoſum. Corticatus. a. um. quod corticem habet. Colum.lib.12.cap.23.

Cōrtīnă,næ.f.p.pen.pro. multa ſignificat. Nam cortinæ ſunt uaſa in quibus pigmenta coloresq; coquuntur,quibus lanæ intinguntur, & uela pinguntur immerſa. Plin. lib.19. Decimo fermè die liquatis cortina uelis elutriatū mergitur in experimentum. Seruius accipit cortinam pro tripode Apollinis, uel quòd Apollinis tripos corio Pithonis ſerpentis tectus ſit: uel certa illic reſponſa fundantur, quaſi certina. Verg.Neq; te Phœbi cortina fefellit.Vel quia illic cor uatis tenetur. Illuc enim raptæ Phœbades uaticinabantur. Cato cortinam plumbeam accipit pro uaſe quo oleum fluit, ubi oleum in torculario factores premunt, ait enim: Cortinam plumbeam in lacum ponito, quò oleum fluat. Item cortinæ, (γωρτινίαι, παραπετάσματα)dicuntur aulæa & uela ad locum contegendum. unde Hierony. libro Exodi: Decem cortinas facito de byſſo retorta.

Cōrtīnālĕ, lis.n.t. à cortina ſumitur pro loco in quo ſunt cortinæ,hoc eſt,uaſa quibus ſapa decoquitur. Colum.lib.1.

Cortinon,ni.n.ſ.gramen eſt,ſiue(ut alij uolunt) raphani ſemen.

Corūs,ri.m.ſ.eſt menſuræ genus, quadraginta quinq; modios continentis. Modius uero capit uiginti duo ſextertia.

Cŏrūſcārĕ, n. ſ. non ſolum ſplendere,ſed etiam uibrare ſignificat. ἀστράπτειν, σείειν. Verg. Talia uociferans ſequitur, ſtrictumq; coruſcat Mucronem. Et criſpare. Idem,Tum ſyluis ſcena coruſcis.

Cōruūs,ui.m.ſ. nota auis,omnium nigerrima: ideo niger epitheton eſt corui. Græcis κόραξ dicitur, quo uerbo aliquando Latini utuntur.Cic. Quare coracem iſtum ueſtrum patiamur nos, quòd pullos excludat ſuos? Inde coruinus, (κοράκινος) ut coruinum roſtrum,coruinus adeps.

Cōrȳcæī,m.ſ. (κωρυκαῖοι) dicuntur curioſi.Cic. ad Att. Omnes enim corycæi ſubauſcultare uidentur quod loquor.Vide in proprijs.

Cōrȳcīūm, cij. n. ſ. (κωρύκιον, κωρυκὸς) perula,pera,panarium, (θυλάκιον) quod apud nos bulgidion, uel rete, (πλέγμα) capiens panem.Suid.

Cŏrȳdălūs, li.m.ſ. (κορυδαλος) pen.cor.auis eſt galea dicta. κόρυς enim Latinè galea, noſtri galeritam à galero,& alaudam uocant.

Cŏrȳlētūm,ti.n.ſ.locus conſitus corylis.

Cŏrȳlūs, li.f.ſ. penul.corr. arbor & fructus, à noſtris dicitur auellana. Verg. lib. 2.Georg. Plantis eduræ Coryli naſcuntur. A corylus etiam colurna opera dicta ſunt, ex corylo arbore facta.

Cŏrȳmbī, orum. m.ſ. (κόρυμβοι) uuæ hæderarum, quibus coronabatur Bacchus. Tibul. Sed uarij flores, & frons redimita corymbis.Eſt etiam corymbus fructus chryſocomæ, ſiue chryſitis herbæ.Plin.lib.21. cap.8. Chryſocome, ſiue Chryſitis non habet Latinam appellationem,palmi altitudine eſt,comantibus fulgore auri corymbis,radice nigra.

Cŏrȳmbĭfĕr,ri. m.ſ. (κορυμβοφόρος) qui fert corymbos, ſiue hederam. Ouid. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Cŏrȳmbītēs,herba tithymalli ſpecies,πλατύφυλλος uocata, nec ullius latiora ſunt folia. Piſces necat, aluum ſoluit radice, uel folijs, uel ſucco.Plin.lib.26.cap.8.

Cŏrȳnēphŏrŏs,ri.m.ſ. (κορυνηφόρος)Latinè dicitur,clauam ferens.

Cŏrȳphæūs, æi.m.ſ. (κορυφαῖος)eſt cuiuſq; ordinis caput & præcipuus.Cice.1.De Nat. Xenonem,quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, cum Athenis eſſem,audiebam frequenter.

Cŏrȳti, orum.m.ſ.(γωρυτοὶ)penult. prod.ſunt thecæ arcuum,ſiue ſagittarum:quamuis ſagit » tarũ propriè dicuntur pharetræ. Nonius Co » ryci legit. Stat.lib.9.Theb.Cœleſtibus implet » Coryton telis.Verg.lib.10.Corytiq́ leues hu » meris,& lætifer arcus,Paruulus ex humero » corytus, & aureus arcus, Pendentesq́ ſo » nant aurata lynce pharetræ.

Cŏrȳză,zæ.f.p.(κόρυζα)morbus cum humore obturatur naſus.Latinè grauedinem uocant.

Cōs,cotis,f.t.lapis quo cultri acuuntur. Liu.1. Ab urb.Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem diſciſſurum. Proprie tamen cos,ſiue cotes, cautes ue dicitur ſaxum aſpe » rum atq; abruptum. Verg. Quam ſi dura ſi » lex,aut ſtet Marpeſia cautes.Sed quod nos cotem uel cautem dicimus,Græci ἀκόνην appellant in utroq; ſignificatu. Hinc cotes,ſiue aconas olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferrum oleo,has aqua madefacimus. Huius diminutiaum eſt coticula,de quo infrà.Et compoſitum decotes.

Cōſmētă,tæ.c.p.(κοσμητὴς)pen.prod. ornator, ſiue ancilla ſeruiens dominæ ad ornatum. Iu » uenalis:Ponunt coſmetæ tunicas. Et Coſmeta,imperator dicitur.

Cōſmĭcŭs,a.um.o.ſ.(κοσμικὸς)adiect.idem quod » mundanus.Martialis lib.7. Coſmicos eſſe tibi » Semproni Tucca uideris: Coſmica Semproni tam mala quàm bona ſunt.

Cōſmĭto, pro committo, m literam in s uertentes ueteres dixere.

Cōſmŏgrăphĭă,æ.f.p.mundi deſcriptio.

Cōſmŏgrăphŭs,phi.m.ſ.deſcriptor mundi.

Cōſmŭs,mi. m.ſ.(κόσμος) nomen Græcum, & Latinè dicitur ornatus,& mundus: id eſt,orbis,à κοσμέω orno & decoro. Ponitur interdũ » pro ipſo unguento, quo quis ornatur. Mart. » Qui coſmi redolent alabaſtra fociq; deorum.

Cōſsī,orum.m.ſ.(σκώληκες ἐκ τῶν δένδρων) uermes in ligno editi, qui apud Phryges & in Ponto pro delicatiſsimis cibis ſumuntur. Pli. li.17.Luxuria coſſos roborũ delicatiores adhibuere in cibo.A ſimilitudine horũ coſſorũ homines rugoſi corporis, ab antiquis coſsi dicti (ſunt.

Cōſtă,æ.f.p.(πλευρά)Verg.3.Geor.Et pedibus ſubigit terram,fricat arbore coſtas.

Cōſtŭs,ſti.f.ſ.& coſtum.n.(κόστος)& diminutiue κοστάριον. Strabo & Hermo. radix eſt magni odoris, ſeu arbuſcula aromatica. Plin. lib.12.cap.12.

Cōtĭcŭlă,læ.f.p.(βάσανος)dimin.eſt à cote,licet non ſeruet ſignificatum primitiui. Non enim eſt parua cos, ſed lapis quo fit auri uel argenti experimentum. Modicus quidem eſt,& raro quaternas uncias longitudinis,binasq́ latitudinis excedens.

Cŏtĭdie,aduerb.(ὁσημέραι,καθεκάστην)quamuis à quoto & die componatur, per c,& non per q ſcribendum eſſe quidam,ut Victorin.de Ortographia,exiſtimant, quia tanta eſt affinitas inter c & q,ut q in c mutari facile patiatur:ut ſequor ſecutus,loquor locutus,qui cuius.Vide Quint.lib.1.Inſtit.

Cŏtōnĕă,æ.f.p.herba à Venetis uocatur, quam Galli Halũ nominãt,ſimilem cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcẽ & ſitim ſedantem.

Cŏtōnēs,m.t.(χειροποιητοὶ λιμένες) pen.cor.à coton,portus in mari arte & manu facti,qui etiam Cotonia ſecundum Seruium dicuntur.

Cŏtōnĕŭm,nei.n.ſ.(κυδώνιον)& per excellentiam μῆλον dicitur, eſt pomi genus. Plin. libro 15.cap.11.

Cŏthūrnī,orum.m. ſ. (κόθορνοι) tragica calciamenta,quibus calciantur tragœdi,qui in theatro dicturi ſunt alta uoce,humile calciamentorum genus in modum crepidarum, & ἀμφοτερόδεξιον,ut dextro & læuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento ſubleuato ſubere,quo mulieres grandiores apparcãt. » Iuuenalis: Si breue parui Sortita eſt lateris » ſpacium,breuiorq́ uidetur Virgine pygmæa » nullis adiuta cothurnis Aliquando pro alto dicendi genere.Verg. Sola Sophocleo tua carmina dicta cothurno. A cothurno, fit cothurnatus. a. um. Martialis, Grande cothurnati pone Maronis opus.

Cōtūrnix, icis. f.t. auis aduena,terreſtris magis quàm ſublimis. noſtri qualeam dicunt: uulgò ein uuachthlen.Græcè ὄρτυξ.unde ortygometra, (ὀρτυγομήτρα.) dicta coturnix (autore Feſto)à ſono uocis.

Cŏtȳlē,les.f.p.(κοτύλη)omne concauum poculi, & menſuræ genus, ſextarius, iunctura coxæ cum natibus, & pondus nouem unciarum. Huiuſmodi uaſis genere Diogenes Cynicus

eus uſus eſt antequam uidiſſet puerum manu concaua bibentem.

Cōtylēdōn, herba, de qua uide Plin. lib. 25. ca. 13.

Cŏuĭnŭm, ni. n. ſ. rheda. unde couinarius eques à Tacito nuncupatur qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinarios, cataphractos intelligunt.

Cōŭs, coi. m. ſ. eſt in talo: id eſt, taxillo numerus cani contrarius, qui & uenus dicitur. & is qui talorum iactu hunc numerum reddidiſſet, ſex lucrifaciebat: & qui canem, unum tantum.

Cōxă, æ. & cōxĕndix, icis. f. t. pro eodem accipiuntur. Eſtq́ (ut docet Val. lib. 4. cap. 58.) pars ſupra fœmora: uertebrumq́; ipſum quoties uitiatum eſt, aut os illud quod in uertebro uoluitur fractum, coxa uitiata fracta úe dicitur. Græcè ἰσχίον. unde iſchiadici dicuntur coxendicibus laborantes. Plin lib. 25. Coxendicibus et articulis omnibus cum axungia utiliſsima. Suet. de Auguſto: Coxendice, & fœmore, & crure ſiniſtro non perinde ualebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret.

C ANTE R.

CRabrōnēs, um. m. t. (ἀνθρῆνοι, σφηκίαι) ueſpis ſimiles ſunt, degũt in ſylueſtrium arborum cauernis, uita bimatum non transeũt, creantur ex equis. Vulgò hornuſſen. Vide Plin. li. 11. ca. 22. & lib. 70. ca. 13. & li. 16.

Crāmbē. es. fœm. gen. braſsicæ ſpecies (cap. 4. eſt, das zām Kœl kraut. de qua uide Plin. lib. 20. capite 9.

Crānŏs, (κρᾶνος) ſiue craniũ, nij. n. ſ. (κρανίον) apud Græcos ſignificat capitis caluariam.

Crāpŭlă, læ. f. p. (κραιπάλη) id eſt lucta capitis, & omnis noxa à uino facta. Plin. lib. 23. cap. 1. Nouitium reſinatũ nulli conducit, capitis dolorem & uertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt. Siue ἀπὸ τοῦ πηλὸς, qua uoce (ut Phocion ait) poëtæ uinum ſignificant: quia πάλλειν: id eſt, uibrare faciat. Ariſt. in Problematib. Crapula eſt feruor quidam & inflammatio, quæ plus conflictat quàm temulentia, quòd illa mentem quatit & alienat: crapula uerò mente conſtante dolorem admouet, ἀπὸ τοῦ κάρας: id eſt, à capitis dolore. Crapulam ſedat braſsica. uide Acræpula.

Crāpŭlŏr. aris. d. p. pro uino ſe ingurgitare.

Crās, aduerb. (αὔριον) non ſolum ſecundum conſuetudinem accipitur pro die proximè futuro, ſicut heri pro die proximè elapſo, ſed etiam pro futuro tempore. Horat. Quid ſit futurum cras, fuge quærere. Martial. Cras te uicturum, cras dicis Poſthume ſemper. Neſcio cras illud Poſthume quando uenit.

Crāsĭs, ſis. f. t. (κρᾶσις) Latinè dicitur temperamentum, complexio, mixtio.

Crāſsāmĕn. inis. n. t. à craſſus. Col. lib. 12. cap. 25.

Crāſsāmēntŭm, ti. n. ſ. (πάχος) craſsities. Gell. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiuſdem longitudinis, deraſi atq; ornati ſimiles. Sic Colum. craſſamentum uini feculenti dixit. & lib. 12. cap. 25. craſſamen dixit pro craſſamento.

Craſſator. oris. m. t. notum eſt uocabulum. Cic. de Fat. Hoc modo uiator bene ueſtitus, cauſa craſſatori fuiſſe diceretur, cur ab eo ſpoliare (tur.

Crāſsēſcĕrĕ, n. t. eſt pinguem fieri. παχύνεσθαι. Colum. libro 9. de Turturibus: Nec quia tritico uel alijs frumentis minus craſſeſcant, uerum quòd ſemine eius maximè delectentur. Interdum eſt craſſum ſiue denſum fieri. Plin. lib. 1. Qui neq; in nebulam denſetur, nec craſſeſcat. id eſt craſſus fiat.

Crāſsĭuēnĭŭm. nij. n. ſ. aceris genus, à uenarum craſsitudine dictum.

Crāſsŭs, a. um. o. ſ. (παχυλὸς, παχὺς) pinguis ac ponderoſus. Teren. Hecy. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Significat & denſum, ſpiſſum. Cic. 1. Tuſc. Craſſus & concretus aër. Plin. lib. 11. cap. 38. Animalium fortiora quibus ſanguis craſsior. Hinc craſsities & craſsitudo, pro pinguedine. σύστασις, παχύτης. Cæſ. 2. Bel. Ciu. Craſsitudo parietum quinq; pedum. Et craſſare, (παχύνειν) pinguem facere: ut, Incraſſatus, (παχυνθεὶς) id eſt impinguatus, recalcitrauit.

Crāſtĭnō, aduerb. idem quod cras. Gell. Si dominus meſſem ad amicos reiecit, craſtinò ſeges non metetur.

Crāſtĭno. as ſignificat diem de die traho, & differo. ἀναβάλλομαι. Hinc procraſtino, & recraſtino, eiuſdem ſignificationis.

Crāſtĭnŭs. na. num. ὁ ἐπιὼν. pen. cor. à cras fit: ſicut ab heri, heſternus: ut dies craſtina. Et non ſolum pro die ſequenti hodiernum, ſed pro quolibet alio. Vergil. Si uero ſolem ad rapidum,

Digitized by Google

» rapidũ, lunasq́ ſequentes Ordine reſpicies,
» nunquam te craſtina fallet.

Crătægŏnŏn,ni. n.ſ.(κραταίγονον)genus ſatyrij herbæ, ſemine lini maiore, duræ ceruicis, cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Vide Plin.lib.17.cap.8.

Crātĕră.ræ.f.p. penul. prod.ſiue Crātēr, (κρατήρ) crateris, cuppa grandis ac patens, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod eſt tenere, capere, uel potius ἀπὸ τοῦ κεράω, quod eſt miſceo. unde & crama & craſis dicuntur, prima longa, abiecto ε. Nam ſi à κρατεῖν deſcenderet, prima corriperetur. Quidam aiunt tres urnas continere, urnam uero quartarium dici certum eſt, quòd quatuor ſextarios contineat. Horat. in Serm. Si» ue grauis ueteri crateræ limus adhæſit. Ver. » Craterasq́ duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Et crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & labrum dicitur, ex quo fiſtulis aqua decurrit, ſicut & caſtellum. Item ſignum cœleſte, quod oritur decimoſexto calendas Martij ueſpere.

Crātĕrĭtēs, gemma eſt, inter chryſolithi & electri colorem. Plinius lib.37.cap.10.

Crātēs.is.f.t.tabula uiminibus contexta. ταῤῥός. Plautus: Sub cratim ut iubeas ſeſe ſupponi. Cæſar 7.Bell.Gall. Proximam foſſam cratibus contegunt. Vnde Cratitius.a. um. quod eſt factum ex cratibus.

Crătĭcŭlă, læ.f.p. à crates diminutiuum, in qua cibi torrentur. Mart. Parua tibi in curua craticula ſudet ofella.

Crātĭo.is.a.q.cratibus operio. ταῤῥόω. Plin.lib. 18.ca.28. Vtiliſsimum ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atq; ex præſepibus fœno delapſum ſpargere, priuſquam cratiantur.

Crătŏs, (κράτος) Latinè potentia, imperium.

Crĕārĕ, a.p. à carne deriuatur, & ſignificat producere. κτίζειν, δημιουργεῖν. Cic.1. Tuſc. Nam principiũ extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec à ſe aliud creabit. Alij cernendi uerbũ à creando deducunt, & creandi uerbũ ab eo (ut autor eſt Feſtus) quòd cum aliquid creatũ eſt, tunc deniq; uideatur. Dicimus quoq; creare fraudẽ alicui, cõmoditatẽ, cædes, liter, magiſtratũ, &c. Cæſar 7.Bell.Gall. Hinc creator, (δημιουργός.) creatio, creatrix, creatura, (κτίσις.) Cõpoſita ſunt, procreo, quod pro ſimplici ponitur. Recreo. ἀναλαμβάνω. pro inſtauro, & quaſi nouam carnem facio. Plin.

Crēbĕr, bra. brum.o.ſ. frequens, quaſi creſcens numero, denſus. συχνός, θαμινός. Plaut. in Aul. Crebro ſalicto oppletus locus. Cic. ad Att. lib. 14. Et in ſcripto multo eſſem crebrior. Hinc aduerb. crebrò, (συχνῶς) frequenter. Plautus in Truc. In urbem crebrò conuenio. Crebritas, & Crebritudo, (συχνότης) frequentia, & ſpiſsitudo. Cic. ad Att. lib.13.

Crēbrēſco. is. brui.n.t. celeber fio, & diuulgor, maior fio. διατρυλλῶμαι. A quo percrebreſco. Nonnulli ſcribunt crebeſco.

Crēbrĭsūrŭs, ri.m.ſ. ſignificat uallum crebris ſuris: hoc eſt, palis munitum. Feſtus.

Crēdĭbĭlĕ, lis.o.t. quod ita uerisimile eſt, ut facile credi poſsit. πιστόν, πιθανόν. Plaut. in Pœn. Credibile æcaſtor dicit: crede huic mi pater. Credibiliter aduerb. uerisimiliter. Cice. pro » Deiot. Oui. Credibile eſt illos pariter uitijsq́ (iocisq́, &c.

Crēdĭtŏr, oris.m.t. dicitur cui debetur ex quacunq; actione, uel perſecutione, uel iure. χρέστης, δανειστής. Caius. De uerb. ſig. Creditorũ appellatione, non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur, ſi cui ex empto, uel ex locato, uel ex alio ullo cõtractu debetur.

Crēdĭtŭm, ti.n.ſ. δάνεισμα. appellatur id quod nobis debetur.

Crēdo, is. credidi, creditum, a.t. πιστεύω. ex cre et do, ſecundum Priſcian. quaſi à cretum & do, ſignificat dictis uel factis fidem habeo, adhibeo, autoritatem attribuo uel adiungo. Et poniter uel abſolutè. Cicero in Bruto: Audiui equidem iſta de maiorbus natu, ſed nunquam ſum adductus ut crederem. Vel cum accuſat. Cice. Att.7. Omnia facilius credere poſſum, quàm quod ſcribitis. Vel cum datiuo. Verg. » Nimium ne crede colori. Vel cum præpoſitione de. Idem Fam. 3. Bis ad te ſcripſi, me purgans diligenter, te leuiter accuſans in eo, quòd de me citò credidiſſes. Aliquando fidei committere, ſeu ſeruandum tradere, (παρακαταθέσθαι) Plaut. in. Aulul. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit. Interdum reuelare, manifeſtare ac mandare ſignificat. Lactant. lib.4. Iudæi quoq; quibus ſolis arcanum

num dei creditũ fuerat. Quandoq; mutuare, (δανείζειν). Martial. Dimidium donare Lino, quàm credere totũ Qui mauult, mauult perdere dimidiũ. Hinc creditor, & creditũ. Cum accuſatiuo mediante in, ſignificat immittere, iniĳcere. Verg. 1. Georg. Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere. Huius uerbi compoſita ſunt, accredo, concredo, quod eſt omnino credo, ſiue committo. Colum. in Præfa. Veteres creduas pro credas dicebãt. Plaut. Ipſus nec amat, nec tu creduas.

Crēdŭlŭs, li. m.ſ. (εὐπειθὴς) qui omnia facile uel temerè credit. Cic. de Amic. Hæc etiam in fabulis ſtultiſsima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum. Vnde credulitas, (ταχυπείθεια) credendi facilitas Plancus Ciceroni: Credulitas enim error magis quàm culpa eſt: & tamen in optimi cuiusq; mentem facile irrepit. Incredulus, qui non facile credit. ἀπειθὴς, ἄπιστος.

Crĕmāſtērēs. m.t. (κρεμαστῆρες) nerui à quibus teſtes dependent. Columella lib. 7. Priuſquam ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis, regulis, ueluti forcipibus apprehende teſtium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent.

Crēmēntŭm, ti. n.ſ. (αὔξησις) à creſco: id eſt augmentum.

Crēmĭŭm, mĳ. n.ſ. caro frixa in frixorio, quæ quo magis torretur, eo magis uirtus & humor euacuatur. Pſalmographus, Et oſſa mea ſicut cremum aruerunt. Quidam frixoriũ uolunt eſſe: alĳ durum illud quod in frixorio remanet: Hæc ſine claſsico autore. Cæterum Columella lib. 26. cap. 8. ruſticos dicit ita nominare ſurculos aridos & minutos: quanquam ſcriptum eſt Cremia. hæc Græci φρύγανα uocant.

Crĕmo. as. a.p. comburo. καίω. Plin lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit urbem. Plin. de Viris illuſtrib. Qui libri, quia leues quaſdam ſacrorum cauſas continebant, ex autoritate patrũ cremati ſunt. Huius compoſitũ eſt concremo. καταφλέγω. Liu.

Crēmŏr, oris. m.t. (Hermolaus κρίμνον dici putat) apud Catonẽ accipitur pro lacte expreſſo, ex grano aqua macerato. Celſus: Morbus ipſe non patitur, in uicem eius cremor ptiſanæ ſumendus eſt.

Crēnǣ, arum. f.p. (γλυφίδες) ſunt inciſuræ, à quibus creneta herbarum folia uocantur: hoc eſt, ſerrata, ſectaq; per ambitum. Hodie quoq; multis locis ſigna, quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habent, crenæ appellantur. In ſagitta quoq; partis extremæ ſectio in quam neruus inſeritur, arcum tendere uolentibus, crena dicitur. Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur ſedetq; neruus.

Crĕpǣ, arum. f.p. à principio capræ ſunt appellatæ, quòd cruribus crepent.

Crĕpĕrŭs, a. um. o.ſ. pen. cor. idem quod dubius: unde creperũ bellum, anceps & dubium. Et ſenes decrepiti, in dubio uitæ conſtituti.

Crĕpī, orum. m.ſ. luperci dicti ſunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt uerberantes.

Crĕpĭdă. æ. f.p. pen. cor. & Crepis. idis. teſte Seruio, Thuſcum calciamentum, quod corrigĳs ligabatur. Perſius, Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Huius diminutiuum eſt crepidula. κρηπίδιον. Gell. libro 13. cap. 12. Quidam hoc nomen à crepitu: hoc eſt à ſono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Hinc crepidarius. ĳ. (κρηπιδοποιὸς) qui crepidas conficit. Et crepidarius. a. um. quod ad crepidas pertinet: ut crepidarius cultellus.

Crĕpīdo. dinis. f.t. (κυματωγὴ, ῥηγμίν) penul. prod. ſignificat oram terræ quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepitat cum currit, aut undas appellit. Columel. lib. 9. Præiaciuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo conſiſtens piſcis ſedibus ſuis non exturbatur. Per tranſlationem uero & putei extremam oram, quæ ad ipſum puteum reſpicit, quæ uulgò dicitur os putei: & editioris cuiuſque loci extremitatem ſolemus crepidinem appellare. Seneca: Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium, aut fuiſſe, aut futurum conſulem? Vnde etiam pro abrupti ſaxi altitudine ponitur. Vergilius libro 10. Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato:

Crĕpĭtācŭlŭm, li. n.ſ. (σεῖστρον, κρόταλον) ſiſtrum, inſtrumentum quod manibus percuſſum reddit ſonum. Val. lib. 4. cap. 29.

Crĕpito

Crĕpĭto.tas.n.p.(ψοφῶ) penul. cor. de cymbalis & huiuſmodi dicitur, quamuis & de alijs rebus dici poſsit, pro crepitum facere. Plin. Myrtata deprehendũtur, crepitantq; in igne.

Crĕpĭtŭlŭm, li.n.ſ. ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit.

Crĕpĭtŭs.tus.m.q.(ψόφος, κορκορυγὴ, βρόμος) ſonitus & concuſsio, qui ex impulſu reſultat, ut pedentis, quos Stoici liberos eſſe aiunt. Plaut. in Curc. Eos ego ſi offendero, ex uno quoq; eorũ eijciam crepitum polentarium. Et crepitus plagarum dixit Cic. in Verr. 7. Crepitus dentium, Cic. 4. Tuſc. Armorum, Plin. lib. 2. cap. 57. Forium, Plaut. in Curc. Frenorum, Varro lib. 2. ca. 7. Gladiorum, Hirtius lib. 6. Imbrium, Plin. lib. 12. ca. 1. Pedum, Cic. in Topicis.

Crĕpo. as. pui. pitum. n. p. unde crepitus & crepitare. ſignificat aũt ſonare. λακεῖν. Plaut. in Men. Dic mihi, nunquam tibi inteſtina crepant? Cui ille reſpondit: Vbi ſatur ſum, nulla crepant, quando eſurio crepitant. id eſt, murmurant & ſonant, id quod inteſtinis inanibus accidere ſolet. Et intranſitiuè ponitur. Plau. Amph. Orationem cõprimam, crepuit foris. Per translat. ponitur pro dolere, queri, accuſare. Horat. lib. 1. Carm. Quis poſt uina, grauem militiam, aut pauperiem crepat? Hinc componuntur, Concrepo, id eſt perſono. διακαλέω. ferio, μυκῶ. Cic. Offic. 3. Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſsit in locupletũ teſtamenta nomen eius irrepere. Increpo, crepitũ uel ſonum emitto. Item reprehendere, ſed ueluti cum crepitu, id eſt uerborum pedum ue ſtrepitu. Cicero 4. Acad. Percrepo, ualde crepo. Idem in Verr. Et habent penult. cor.

Crĕpūndĭă, orum.n.ſ. dicuntur prima munuſcula quæ dantur pueris, ut ſunt faſciolæ, linteoli, ueſtes, bullæ, corallia, enſiculi, crepitacula, et puerilia ornamenta huiuſmodi quibus pueri nutricantur: à crepando, id eſt tinniendo dicta, quoniam infantes huiuſmodi crepitaculis maximè gaudent. Plaut. Rud. Sunt crepundia. D. Ecca, uideo, quæ facie ſunt. Enſiculus eſt aureolus primum literatus. Pòſt altrinſecus eſt ſecuricula anceps, item aurea litera eſt. Pòſt ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ. Et ſucula, & bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali die.

Crĕpŭſcŭlŭm, li.n.ſ.(ἄλη) lux dubia, quæ fit ante ſolis ortũ, & ante occaſum, ἀμφιλύκη. à crepero, quia tunc multis dubium eſt, dies ſit iam an nox. Colu. lib. 7. Nam id quoq; ſemper crepuſculo fieri debet. Lucan. Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phœbo. Hinc crepuſci apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam ueſpertinam crepuſculaſcentem dixit.

Crēſco. ĭs. creui, ſicut cerno. n.t. Creſcere augeri eſt. φύομαι, αὐξάνω, προάγομαι. Iuuen. Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Hinc crementum pro augmento. Huius compoſita ſunt accreſco, adaugeor. ἐπιφύομαι. Cõcreſco, ſimul creſco & coniungor. συμπήγνυμαι. unde concretum, (συμπεπηγὸς) conglutinatum. Verg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ: id eſt, congelaſcũt. Decreſco, diminuor. Excreſco, & increſco, ualde creſco. unde incrementum. Recreſco, rurſus creſco, ἀναφύομαι. Plin. lib. 9. Subcreſco, inferius uel paulatim creſco. Supercreſco.

Crētă,,tæ.f.p. dicitur terra tenax, (κρήτη, λιμνία γῆ) à Creta inſula, in qua melior eſt. Vel à creſcendo, quoniã proprietas eius eſt, ut in macerãdo creſcat, quod inprimis cretæ Vmbricæ accidit, quã uocant ſaxũ, quæ nõ niſi poliendis ueſtib. adhibebatur, duntaxat candidis. Erant et Cimoliæ cretæ duo genera, candidũ unũ & alterũ ad purpuriſſum inclinans, utrunq; ueſtibus aptũ. Hac medici aduerſum morbos utuntur. Laudatur & creta Theſſalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorẽ argenteum reddens. Vtiliſsima creta, qua pedes uenalium trans mare aduectorũ notare mos erat. Iuue. Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat al(bis.

Crētātŭs. ta. tum. quod eſt creta inſperſum, ut Cretati pedes. Plinius.

Crētērră, ræ.f.p.(ὑδρία) ſitula ad hauriendum aquam. Ennius: Vidimus prope amnem creterris ſumere aquam ex ponte.

Crētĭcŭs, ci.m.ſ. ſubſtantiuum, (κρητικὸς) genus pedis eſt, qui conſtat prima & tertia longis. Aliò nomine amphimacrus.

Cretio, onis. f. t. hæreditatis aditio apud Iureconſul. & Ciceronem ad Att.

Crētōſŭs

Crētōſŭs.a.um.quod eſt creta plenū.κρητώδης.
Creui, creuiſti, à uerbo cerno, Cicero de Leg. Quodcunq; ſenatus creuerit,agunto.
Cribro.as.n.p.purgo.σήθω.Cribramus enim triticum & huiuſmodi, ut à puluere & rebus immundis ſecernatur.Cribrarius.ria.rium. (κοσκινικὸς) quod ad cribros pertinet.Plin. libro 18. Item cribraria quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro.
Cribrūm,bri.n.ſ. inſtrumentum ex pellibus ſuillis ut plurimū crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda. κόσκινον, ἠθμὸς, λίκμος.Sunt & cribra,quæ è ſetis equorum,farinæ à furfuribus ſeparādæ gratia facta ſunt: farinaria, ſetacea, & ſubcernicula dicuntur. Sunt excuſſoria è lino,& pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo,incernicula dicta ſunt,quibus frumenta emundamus.
Crimēn,inis.n.t. (αἰτία) propriè dicitur delictū. Cic.ad Marium:Sunt enim qui, cum meus interitus nihil fuerit Reipub.profuturus, criminis loco putant eſſe quòd uiuam.Item appellatur id quod per contentionem alicui obijcitur. (ἔγκλημα) & obtrectatio.Cic.in Phil.Vtinam hoc tuum uerum crimen eſſet.Et ſic dicitur à » cerno,ſicut à diſcerno diſcrimen.Verg. Diſijce cōpoſitam pacem, ſere crimina belli. id eſt, cōtentiones,iurgia, ex quibus bellum oriatur. » Aliquādo ponitur pro falſa ſuſcipione. Idem: Formidine crimen acerbat.
Crīminālis.lē.o.t. (ἐγκληματικὸν) quod eſt criminis,ut criminalis cauſa.
Crīminārī,c.p.(κατηγορεῖσθαι,διαβάλλειν) eſt culpare,accuſare,contumelioſè reprehendere.et dicimus,Criminor te furti illi, uel apud illum. Terent.Hoc metui ne criminaretur tibi.Vnde criminatio uerbale.
Crīminōsŭs.a.um.cōtentioſum,contumelioſum, & crimen inferens. συκοφαντικός. Colum.lib. 1.Vnde criminoſè,aduerbium.Cice.pro Roſc. Amer.
Crīnēs,m.t.capilli. τρίχες:à κρίνειν, hoc eſt diſcernendo,dicti.
Crinicŭli, ut docet Auguſt. ſuper Pſal. ſunt qui fiunt in torquendo. πλόκαμοι.
Crinīrĕ,a.q.τριχοφυεῖν. eſt crines emittere. Vnde crinitus.a.um. quod multos ſiue longos crines habet.Verg.Crinitus Ioppas. Transfertur etiā ad arbores:unde à Papinio dictum eſt, Crinitur arbos,pro eo quòd eſt frondeſcit.
Crīnŏn,dicitur lilij genus,aliàs cynorrhodon,& eſt rubri coloris. Plin.lib.21.cap.5.
Crīsĭs.ios.f.t.Latinè iudicium.
Crīſpŭs.a.um.adiect.eſt: ut, criſpus capillus,id eſt intortus.Plaut.in Truc. Cōpoſitos, criſpos, cinnos tuos unguentatos.
Crīſpŭlŭs.li.m.ſ.dimin.Mart.lib.5.Criſpulus iſte » quis eſt? uxori ſemper adhæret Qui Mariane » tuæ,criſpulus iſte quis eſt?
Criſpo.as.are.a.p.Plin.lib.28.cap.8.Fimi cinere criſpari capillum.Criſpiſulcans adiect. ut criſpiſulcans fulmen.Cic.in Top. At cum in Aiacis nauim criſpiſulcans igneum fulmen iniectum eſt,inflammatur nauis neceſſariò.
Criſta.æ.f.p.nota eſt uox:ut criſta galeæ, & criſta galli.Eſt etiam ſpecies herbæ, de qua Plin. lib.27.cap.5.
Crīſārĕ.n. p. (πεδιγίζειν) pædicare, & ceuere, non niſi magno cum pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierū aptè ſe motantium » dum in re Venerea ſunt.Iuuen.Frictum criſſantis adorat. Alterum maſculorum dum pædicantur. Martial. Sed pædicaris,ſed pulchrè Neuole ceues.Ceuere etiam adulātium geſtus ſignificat.Perſius:An Romule ceues?
Crĭtæ.arum. m. p. Latinè dicuntur iudices, qui muſicis agonibus:id eſt,ſcenicis præerant.
Crĭtĭcŭs.a.um.o.ſ.(κριτικὸς) pen.cor. iudicans, ſiue arguens,ἀπὸ τοῦ κρίνω,delibero,iudico. Vnde poëtarum interpretes, quos poſtea grammaticos dixerūt,critici dicebantur,quaſi iudicantes de poëmatibus & arguētes.Vnde Seru. ſuper 11. Aen. dicit, Critici culpant hoc loco. Et critici dies uocantur à medicis iudiciarij, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudiciū poteſt: quos noſtri decretorios uocare poſſunt,ſcilicet ſeptimum,decimumquartum, uigeſimum,uigeſimumſeptimum: quòd illis ferè diebus morborū initia lunæ ſidus à ſignis quatuor atq; ſex,coitu excepto,uideat.
Crōbўlŏn.li.n.ſ. (κρώβυλον) Græci appellant reticulum ſeu reticulum, quod comam continet.
Crocallis,gemma,quæ ceraſum:uel,ut alij, cerā repræſentat.Plin.lib.37.cap.10.
Crocio,uide Crocare.
Crŏcārĕ,& Crŏcīrĕ,n.p.&. q. (κρώζειν) uerba

factitia à uoce corui. A quibus crocatio, et crocitus, tus. pen. prod. ipſa uocis corui prolatio. κρωγμός. Et Crŏcĭto. tas. frequent. Plaut. Simul radebat pellibus terram, & uoce crocitabat ſua.

Crŏcĕātūs. ta. tum. o. ſ. (κροκώδης) quod crocei coloris eſt: unde dicimus pannum croceatum, uel ſtem croceatam.

Crŏcĭās, æ. f. p. (κροκίας) gemmæ ſpecies, à croci ſimilitudine ſic dicta.

Crŏcĭnūm, ni. n. ſ. pen. cor. unguentum, quod κρόκόμαγμα dicitur. Fiebat ex croco trito, & uino præcipuè dulci. Hoc Romani non ſolum corpora, ſed & pulpita ſpargebant. Propert. Pulpita ſolennes non oluêre crocos.

Crŏcĭnūs. na. num. o. ſ. idem quod croceus, quod eſt lutei coloris. κροκοειδής, κροκωτὸς. Plin. lib. 21. cap. 19. Semen his optimum crocinum.

Crocitare, uide Crocare.

Crŏcŏdīlīnūm. ni. n. ſ. (κροκοδείλιον) quod ad crocodilum pertinet.

Crŏcŏdīlūs. li. m. ſ. (κροκόδειλος) pe. prod. animal quadrupes. Hic præ omnibus ex minimo fit maximus. Ex ouo enim ad duo & uiginti cubitos excreſcit. Quatuor menſes hyemales non comedit, & ſola beſtiarum nõ habet linguam. » Horat. Stercore fucatus crocodili. Ex eo dictũ autumãt, quòd κρόκον δειλιᾶ: id eſt crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quod mellã cõficientes in Aegypto ſternunt, ne mel abſumant crocodili, quoniam mirum in modum eo delectantur. Ex genere amphibio eſt: uiuit enim in terra & in aqua.

Crŏcŏdīlĕă, animal ſimile crocodilo. Plin.

Crŏcŏdīlĭūm, herbæ ſpecies. Plin. lib. 27. cap. 8.

Crŏcŏmāgmă. atis. n. t. (κροκόμαγμα, ἔκμαγμα Galen.) fex & retrimentũ croci, cuius uſus eſt in medicina efficax.

Crŏcŏpeplŏn. c. ſ. (κροκόπεπλον) poëtæ Græci auroram uocant, à ueſte coloris crocei.

Crŏcōtă, tæ. f. p. (κροκωτὸς) ueſtis muliebris eſt, & in feſtis Bacchi ſolennis, crocei coloris. Cice. de Aruſpicum Reſp.

Crŏcōtŭlă, læ. f. p. (κροκώτιον) dimin. Plaut. in Epid. Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crŏcōtŭlārĭūs, rij. m. ſ. crocotarũ ueſtiũ infector. Plau. Aul. Cũ incedũt infectores crocotularij.

Crŏcōtillūm. li. n. ſ. Veteres ualde exile dicebant. Plaut. Extortis cum crocotillis cruſculis.

Crŏcŏtyrĭūm, rij. n. ſ. genus operis piſtorij.

Crŏcūs, ci. m. ſ. (κρόκος) uel Crocum, flos qui ſafranum dicitur. Hinc crŏcĕūs. a. um. (κρόκινος, κρόκιον) pro colore, qui uulgò dicitur gialdus: ut ueſtis crocea. Plin. lib. 22. cap. 18. Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Idem color Plinio etiam flammeus dicitur. Et crocatius, & crocinus ſimiliter adiectiua, ut crocinũ ſemen.

Crŏcūtă, tæ. f. p. eſt fera naſcens in Aethiopia, dentibus omnia frangens, protinusq́ deuorata uentrali calore conficiens. Ex cane & lupo concipi tradunt. Spartianus.

Crŏtălūm. li. n. ſ. pen. cor. crepitaculum, inſtrumentum muſicum, quo Aegyptij in deorum ceremonijs utebantur. Pulſantur autem laminis quibuſdam crotala ex ære rotundis, ſeu orbiculis ſonum ex colliſione reddentibus: à pulſatione dicta. κροτεῖν enim pulſare atq; percutere eſt. Sunt qui dicunt crotalum eſſe annulum æreum, qui ferreo baculo percutiebatur ad ſonum fiſtulæ reddendum. Verg. de Coppa: Coppa Syriſſa caput Graia redimita mitella Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

Crŏtălūs, (κρόταλος) maſc. genere dicitur, qui lingua eſt expeditiore, & uoce ſonanti, ac propè tinnula, & loquaci.

Crūcĭnūm uinũ, inſuaue, quòd bibendo cruciet.

Crūdārĭă, æ. f. p. argenti uena, quæ in ſummo reperta eſt. Plin. lib. 33. cap. 6.

Crūdēlis, le. o. t. à cruore, qui eſt immitis et aſper. ὠμός. Cic. pro Deio. Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. Verg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas. Vnde crudelitas. tatis. & crudeliter aduerbium.

Crūdēſcĕrĕ, n. t. eſt crudũ fieri. ὠμοῦσθαι. à crudeo. es. Inde incrudeſco & recrudeſco quaſi renouari, & ad priſtinam acerbitatem redire.

Crūdūs. a. um. recens atq; acerbum: ut crudum uulnus, id eſt recens, & quaſi adhuc cruentũ. Val. lib. 4. cap. 118. Es crudum in paſſiua ſignificatione, quod non eſt coctum. ἄπεπτον, ἄτριπτον. à ſimilitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruenta eſt. Similiter cruda poma dicuntur, quæ acerba & immatura ſunt. ἄωρα, τρυφερά. Cicero De

Senect.

Sen. Item crudi cibi, indigeſti & nondum concocti in ſtomacho. Iuuen. Et crudum pauonẽ in balnea portas. In actiua uero ſignificatione, ut crudus homo, cuius ſtomachus non facile concoquit, ἄπεπτος. Quintil. Crudo oratori declamandum non putat. Hinc cruditas, ἀπεψία. Colum. lib. 7. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac uentris ſonitus, faſtidia cibi.

Crŭento. as. act. p. cruore inficio. αἱματόω, αἱμάσσω. Cic. de Aruſp. Reſpon. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit.

Crŭentŭs. a. um. (αἱματηρὸς, αἱμωπὸς) quod cũ cruore eſt: ut, cruenta uictoria. Salluſt. Aliquãdo ponitur pro crudeli: ut, cruenta uox, & cruenta oratio. Huius contrarium eſt incruentus. a. um. (ἀναίμωτι) quod eſt ſine ſanguine.

Crŭmēnă, næ. f. p. (βαλάντιον) penul. prod. loculus, à κρεμάω ſuſpendo, quòd plerunq; ſuſpenſa geſtetur. Quidam cum h ſcribunt, ἀπὸ τ͂ χρήματος, quæ eſt pecunia. Iuuenalis, Quis enim te deficiente crumena. id eſt pecunia. continens pro contento. Crumenula diminutiuum eſt.

Crŭŏr. oris. m. t. ſanguis, qui ex aliquo uulnere effunditur. αἷμα. ἰχώρ. Verg. 8. Aeneid. Tepiduſq; cruor fumabat ad aras.

Crūs, crūris, n. t. (σκέλος) tibia, quòd illo curramus. Sunt autem crura à genibus uſq; ad inferiorem pedem, nõ æquali modo ducta, ſed teretibus ſuris extantibus, ſenſimq; tenuatis firmata. Tibia eſt os, ſura caro poſterior: crus ex ſura & tibia conſtat, cuius diminutiuum eſt cruſculum. σκελίδιον. Mart. Pectus cicadæ, cruſculumq; formicæ.

Crūſmă. atis. n. t. propriè dicitur ſiſtrum, & uelut cymbalum quoddam tintinabulis refertũ, quo geſtientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τ͂ κρούειν, hoc eſt à crepando, quem ſonum emittere uidebatur dum pulſaretur. Martial. lib. 6. Edere laſciuos & Bethica cruſmata geſtus, Et Gaditanis ludere dicta modis. Bethica autem cruſmata uocat, quòd ijs mulieres Hiſpanæ uti ſolerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ.

Crūſtă. æ. f. p. (πλὰξ, ὄστρακον) ſignificat id excrementum, quod uel ob putredinem, uel concretionem ſuper alicuius rei ſuperficie naſcitur. Verg. lib. 4. Georg. Concreſcũt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Item cruſta, qua quid integitur. ut Cruſta locuſtæ, Plin. Cruſta argenti cælati, Cic. Cruſta parietum. Plin. Huius diminutiuum eſt cruſtula. Iuuen. Cruſta etiam dicitur, quam uulnus ſeu hulcus ducit, quando ſolidatur, qua detracta ferè remanet cicatrix.

Crūſtārĕ, a. p. κονιάω. cruſtam inducere, & uelut emblemata quædam alicui operi applicare. uulgò tunchen, glaſieren. Plin. li. 15. cap. 17. Mala uero generoſiſſima eadem ratione cruſtant gypſo uel cera. Vnde cruſtati parietes, κεκονιαμένοι τοῖχοι: id eſt cruſta marmoris intecti. Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. Hinc uaſa quæ uitreis cruſtis tecta ſunt, cruſtata dicuntur. Et cruſtata animalia, cruſtis intecta. Cruſtuoſus. a. um. quod cruſtam habet.

Crūſtārĭŭs. rij. m. ſ. κονιάτης. qui incruſtat. Plin. Habuit & Teucer cruſtarius famam.

Crūſtārĭŭs. a. um. o. ſ. quod ad cruſtas pertinet. Vnde cruſtariæ tabernæ, in quibus cruſtata opera uenduntur.

Crūſtŭlātă. æ. f. p. τὰ μαλακόστρακα. idem quod cruſtulum. Spartianus: Pentapharmacum edulij genus eſt, ex quinque confectum, quod reperiſſe dicitur Helius uerus Romano. imperator: hoc eſt, ſumen, phaſianus, pauo, cruſtulata & aprugna.

Crūſtūm, ſti. n. ſ. ψώμιον. eſt eorũ quæ comeduntur, ſiue ſit pars panis, uel placentæ, uel alterius edulij. Verg. Patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti. Vnde per diminutionem cruſtulũ. Horat. Vt cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Quod genus dulciarij eſſe putat Porphyrio. Varr. de Ling. Lat. Cruſtulum à cruſta pultis, eo quòd ut corium exuritur, cruſta dicta.

Crūſtŭmĭnă, pira ſunt quæ ex parte rubentia putantur, glaciola nunc dicta: à Cruſtumino oppido ſic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15. Colum. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10.

Crūx, cis. f. t. σταυρὸς. furca, ſiue patibulum, in quo damnati figuntur. dicta à κρούειν, quod eſt ferire, pulſare. Plaut. in Curc. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Crux etiam dicitur, quicquid nos cruciat, torquet, & affligit. Terentius in Eunucho, Et illis crucibus, quæ nos noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam. Hanc Veteres gabalum uoca-

uere. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum ſuffigimus homines: uos non barbari, quòd noxios abſoluitis. Hinc crucio. as. torqueo, affligo. ἀνιάω. Plaut. in Bac. Vt ipſus ſe cruciat ægritudine. A quo cruciatus. tus. (λύπη) tormentum, afflictio. Cruciamentum: ut cruciamenta morborum, Cice. Cruciabilitas. atis, Plaut. Et Cruciabiliter aduerb. ut cruciabiliter interfecti, Hirt. Hinc etiam Crucifigo. gis. (ἀνασταυρόω, σταυρόω) in crucem tollo. Quintil. libro 7. capite 2. Inuenerunt ducem crucifixum.

Crȳptă, æ. f. p. (κρύπτη) ſubterranea cauerna, uel teſtudo: à κρύπτω, occulto. Iuuen. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.

Crȳptĭcŭs. a. um. (κρυπτικὸς) ſignificat occultum & ſubterraneum. Sidonius, Potens antiquus crypticis arcubus fornicauit. Iul. Firmicus crypticos homines appellat ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Crȳptŏpŏrtĭcŭs, us. f. q. nomen compoſitum ex Græco Latinoq́; et ſignificat ſubterraneas porticus, cum amplis feneſtris, quibus refrigerandi gratia per æſtatem utimur. Poteſt etiam dici porticus undiq́; ſepta, & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquã ſubterranea. Plin. in Epiſt. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentaq́; aëre ſuo, nec deſyderat auras, nec admittit.

Crȳſtăllŭs, fœm gene. & Cryſtallum, dicitur ex κρύος, quod eſt gelu, & στέλλω, contraho. Nam (ut ſcribit Plinius) ex gelu uehementiore concreta naſcitur. Nõ alibi certè reperitur, quàm ubi hybernæ niues rigent, glaciemq́; eſſe certũ eſt. Vnde Cryſtallinus. a. um. (κρυστάλλινος) pe. corr. quod eſt ex cryſtallo. Martial. Frangere dum metuis cryſtallina frangere peccas.

C ANTE T.

Ctĕnĕs, è dentium genere, ſicut & gelaſini, & dichaſteres. uide in Dens.

Ctĕnĭātri. orum. m. ſ. (κτηνιάτροι) ſunt medici iumentorum & pecorum, quaſi mulomedicos dixeris. Firmicus, Centauro oriente qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equitarius. Hunc Columella & Varro ueterinarium uocant: uulgò marckſtaller.

Ctēnŏs, (κτῆνος) Latinè iumentum dicitur.

C ANTE V.

Cŭbă, bæ. f. p. Sabinis uocatur, quam milites lecticam: unde uidetur deriuatũ eſſe cubiculum, Feſtus. Aliter Cumba, & aliter Comba.

Cŭbātŭs. us. m. q. (κοίτη) ipſa cubãdi actio. Plin. Si in cubatu tonuerit, oua pereunt.

Cŭbĭcŭlāris. rĕ. o. t. (θαλαμικὸς) quod ad cubiculum pertinet: ut ueſtis cubicularis, qua in cubiculis utimur: & cubicularis lectus, apud Cice. lib. 5. Tuſc. quæſt.

Cŭbĭcŭlārĭŭs. rij. m. ſ. qui in cubiculo miniſtrat. κατακοιμιστής. Plutar. Cic. Hunc ueſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt.

Cŭbĭcŭlŭm. li. n. ſ. locus in quo cubile ſternitur, ut ibi ſupercubetur, οἴκημα, κοιτών. Seneca ad Luc. Quid proſunt multa cubicula? in uno iacetis. Val. lib. 1. cap. 5.

Cŭbīlĕ, lis. n. t. (κοίτη, εὐνή) pen. pro. lectus, quòd in eo cubetur: & cubilia loca, in quibus feræ cubant. Dicitur & de ſtructura. Plin. lib. 35. Ea, inquit, maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. Vtitur hac uoce Vitruuius lib. 2. Cubile ſalutatorium, dicitur in quo ſimulachra deorum imponi ſolent: quod & lararium alio nomine dicitur.

Cŭbĭto. as. n. p. frequentatiuum. κοιτάω. Cice. pro Cælio, Et propter nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit.

Cŭbĭtŭs, ti. m. ſ. & Cubitum, utroque modo dicitur, curuatura brachij ubi lacerto iungitur. πῆχυς, ἀγκών. Plaut. in Caſ. Pectus mihi agit nunc cubito. Accipitur etiam pro menſura cubiti. Plin. lib. 7. Inuenimus in monumentis Salaminæ Cautimenos filium in tria cubita triennio accreuiſſe. Conſtat autem cubitũ ex ſex palmis digitiſq́; quatuordecim: ut autor eſt Vitruu. lib. 3. Seſquipes, hoc eſt pes unus cum dimidio facit cubitum Pes eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro, cubitus quarta. Eſt præterea cubitus regius, qui maior eſt cõmuni cubito tribus digitis, ſicut refert Herod. lib. 1. Eſt & cubitus geometricus, qui tantũ ualet, quantum ſex noſtra cubita, ut Origenes, Auguſtinusq́; tradiderunt. A cubitus pro menſura fit adiectiuum cubitale. πηχυαῖος. ut herba cubitalis, Plin. Cauea cubitalis, Liu. id eſt uno cubito.

bito alta. Inuenitur etiam ſubſtantiuè, pro ornaměto cubiti. Horat. in Serm. Ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubitale, focalia.

Cŭbo.as.bui.bitum.n.p. quamuis cubatio nō cubitio: ſicut & eius compoſita, quæ tam primæ quàm tertiæ coniugationis inueniuntur: ut accubo.as.& accumbo.is. Decubo.as.& decumbo.is. Incubo.as.& incumbo.is. Recubo.as.& Recumbo.is. Occubo.as.et occumbo is. Verg. » Nec adhuc crudelibus occubat umbris. id eſt, iacet mortuus. Idē, Seu uerſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. Secubo. as. & ſecumbo. is. quod eſt ſeorſum & ſeparatus cubo. Propert. Miles depoſuis annoſus ſecubat armis. Habet tamen cumbo aliqua compoſita, quæ non habet cubo, ut diſcumbo, quod eſt cibi capiendi gratia iaceo, non diſcubo: procumbo, non procubo. Similiter cubo habet aliqua cōpoſita, quæ non habet cumbo. ut excubo, non excumbo, ſupercubo, non ſupercumbo. Eſt autē cubare, iacēre. κατακεῖσθαι, κοιμᾶσθαι. ut Cubare in lecto. Plaut. Cubare in ſpecu. Plin. Cubare in faciē. Cubare ſupinus, apud Iuuenal. Et abſolutè apud Cic. Cum iſte etiam cubaret, in cubiculū introductus. Sic ire cubitū, & ſurgere cubitu, Cat. Dicitur & de ægrotis. Horat. Cubat hic in ualle Quirini. id eſt ægrotat, ſicut interpretes exponunt.

Cŭbŭs.bi.m.ſ.(κύβος) eſt figura ex omni latere quadrata: quales ſunt teſſeræ, quibus in alueolo luditur, ex quo ipſæ appellatæ. In numeris etiam cubus dicitur, quum omne latus eiuſdē numeri æqualiter in ſe ſoluitur: ſicut fit, quando ter terna dicuntur, atque idem ipſe numerus triplicatur.

Cŭcŭbo.as.n.p.pen. cor. proprium eſt uocis no» ctuæ. ὕζω. Ouidius, Noctua lucifuga cucu» bat in tenebris.

Cŭcŭlĭo,onis.m.t. eſt (ut Capitolin. docet) genus pilei uiatoriū, quo capite obtecto uagari nocte ſolent. Cato de re Ruſt. cap. 2. Quæ opera per imbrē fieri potuerint, nouos fieri centones, cuculiones'ue familiam oportuiſſe ſarcire. Videtur aūt cuculionem hic pro cucullo accepiſſe.

Cŭcŭlŭs, li.m.ſ.pen. cor. & Cŭcŭllŭs per duplex »ll, auis nota (κόκκυξ, [illegible].) Martialis, Quā» uis perplures cuculus cantauerit annos. Ho» rat. in Serm. Cui ſæpe uiator Ceſſiſſet magna » compellans uoce cucullum. Cucullus etiā ge» nus ueſtis eſt. Iuuen. Sumere nocturnos mere» trix anguſta cucullos. Sunt qui accipiant pro nautico aut ruſtico tegmine, ad arcendas plu» uias. Iuuen. Contentusq́; illic uento duroq́; cu» cullo. Lege Cuculio.

Cŭcŭmæ.arum.f.p.pen.corr. uaſa ænea ſunt ad calefaciendum aquam. Petronius Arbiter in Saty. Frangitur ceruix cucumæ, ignemq́; ualeſcentem reſtinguit. Bud. ſcribit cucumā eſſe genus baculi ferrati. Hinc cucumella, dimin.

Cŭcŭmĕr & Cŭcŭmis, huius cucumeris. m.t.(σί» κυς) pen.cor. à curuore dicitur. Verg. Creſceret in uentrē cucumis, nec ſera comantē. Plin. lib.20.cap.22. Cucumeres quaſi curui merces. Eſt & cucumis piſcis, apud Plin.lib.32.ca.ult.

Cŭcŭmĕrārĭŭm, rij. n.ſ. (σικυὼν) locus, in quo ſunt cucumeres. Pro tugurio cuſtodiarum Cyprianus poſuit. Solet enim fieri tuguriaculum, in quo cuſtos uigil obſeruat, ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cŭcŭmĭōn, dimin. Græca forma, Latinè uero cucumula, uaſis genus. σίκυον.

Cŭcŭrbĭtă, tæ. f. p. (κολόκυνθα) proprie auguria eſt. Plin. lib. 19. cap. 5. Cucurbita omni modo faſtigiatur, uaginis maximè uitilibus coniecta in eas poſtquam defloruit. Creſcit qua cogitur forma: plerunq́; & draconis intorta figura. Libertate uero penſili conceſſa, iam uiſa eſt nouē pedum longitudinis, &c. Sed apud Celſum lib.2.cap. 11. cucurbitam, & per diminutionē cucurbitulā eam appellari legimus, quæ nunc uulgò uentoſa dicitur, ſiue ein ſchrepfhœrnli. Hac utuntur medici ad ſanguinem leui ſcarificatione educendum. ait enim, Vſus cucurbitulæ præcipuus eſt, ubi nō in toto corpore, ſed in parte aliqua uitium eſt.

Cŭcŭrbĭtĭnă pira (κολοκύνθινα) dicimus, & cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ ſimilitudinem. Cato de re Ruſt. cap. 7.

Cŭcŭrbĭtārĭŭm, rij.n.ſ.(κολοκυνθὼν) locus in quo ſeruntur cucurbitæ.

Cŭcŭrbĭtārĭŭs.a.um.o.ſ.(φιλοκολόκυνθος) amator cucurbitarum.

Cŭcūrĭo.is.n.q.(κοκκύζω) pen.prod. gallorū pro» prium eſt. Ouid. Cucurire ſolet gallus, gallina » gracillat.

Cūdo.is.cuſi & cudi, à cædendo, ut quibuſdā ui-

» detur. a.t. Verg. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Seru. id eſt feriendo elicit: nam cudere, ferire eſt. κόπτω, τύπτω, κολάπτω. unde & incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus: id eſt, feriamus. Cuditur pecunia dum imprimitur. Terent. in Heaut. Argentum cudo, quod tibi dem: Paſſiuum protulit idem in Eunuch. At enim in me iſthæc cudetur faba, quod eſt, in me hoc malum recidet. Huius compoſita ſunt, accudo, excudo, incudo, procudo, percudo & recudo, quod eſt iterum cudo. Varro, Vt hi ſolent qui uetera metalla recudũt. & habent penult. prod.

Cŭiās, cuiātis. o.t. (ποδαπὸς) ſignificat unde, & non tantum patriam, gentem, nationemq́ innuit, ſed etiã partes et ſectam: ut, Cuiates philoſophi uos eſtis? Stoici ne, an Epicurei? Sic noſtras & ueſtras. Cic. Non ſolum etiã iſta ueſtra oratoria, ſed & hæc etiam leuia noſtratia. Dicitur & cuiatis communi genere. unde apud Plautũ frequenter legitur, Cuiatis es? id eſt cuius patriæ et gentis? Actius, Qui neq; cuiatis eſſet, unquam potuimus multa rogantes ſcire.

Cŭiŭs, cuia, cuium, o.ſ. antiqui dicebãt: ut meus, mea, meum, & per q, quius ſcribere ſolebant. Refertur autem ad perſonam hominis. Verg. » Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? Teren. in And. Cuium puerum hic appoſuiſti? dic mihi. Plaut. in Curc. Cuiam uocem audio? Nunc potius interrogamus per Cuius genitiuum à qui, quæ, quod, ad quem non reſpondetur ſemper in eodẽ caſu in poſſeſſiuis tam pronominibus quàm nominibus. Plaut. in Amph. Cuius es? Amphitryonis inquam Soſia.

Cŭiŭſmŏdi, uox eſt indeclinabilis. om. gen. compoſita ex genitiuo cuius à quis et modus. admiratiuum eſt, et interrogatiuum. Plaut. in Men. Cuiuſmodi homines erunt? Cuiuſmodicunq;. Cic. pro Cluent. Nam illud me non præterit, cuiuſmodicunq; mater ſit, tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici uix oportere. Dicitur & cuiuſcunq; modi per diuiſionem.

Cŭlcĭtră. træ. f.p. (ἐφάπλωμα) à calcãdo, ad quietem paratur: dicta quòd in ea tomentum, uel ſagum, aliud'ue quid inculcetur. Non eſt ergo quæ ſuper nos habetur, cum dormimus, ſed ſuper quam quieſcimus. Cic. li. 4. Tuſc. quæſt. Erigiamus huic ægritudinem. quo modo? collocemus in culcitra plumea, pſaltriã adducamus. Vnde culcitrula diminutiuum.

Cŭlcĭtŭlă. læ. f.p. faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur.

Cŭlĕŭs, lei. m.ſ. (κωλεὸς) uter, ſiue ſaccus lino uel canabi, uel corio factus, ab occulendo: id eſt claudendo. Eo utimur ad portanda frumenta. Plin. lib. 7. Iunius Valens meruit in prætorio diui Auguſti centurio, uehicula cum culeis donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. Factus eſt etiam culeus pœna parricidarũ. Nam parricidæ ſanguineis uirgis uerberati, in culeo cũ cane, ſimia, & gallo, & ſerpente incluſi mari » inijciebãtur. Vnde Iuuen. Quis tam Perditus, » ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius » ſupplicio non debuit una parari Simia, nec ſer» pens unus, nec culeus unus. Eſt & culeus nomen menſuræ uiginti amphorarum capacis, uel triginta modiorum. Culeus item pro coleo, id eſt teſticulo, ponitur, ut ſuprà dictũ eſt.

Cŭlĕx, icis. m. t. generaliter eſt uermiculus paruus, alatus, (κώνωψ.) Vide Plinium lib. 11. cap. 2. Plaut. Curc. Vt muſcæ, culices, pedeſq́, pulicesq́, cimices.

Cŭlignă, næ. f.p. (κυλίχνιον) potatoriũ uas. Cato, Culignã in fœnogræco ponito, ut bene oleat.

Cŭlīnă, næ. f.p. (μαγειρεῖον) pen. prod. ut Varro de uita Po. Ro. ſcribit, dicta eſt ab eo, quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. Iuuenalis continens pro contento poſuit, ſcilicet pro cibis coctis, cum inquit, Sequitur ſua quenque culina. Inde culinarius, (μαγειρικός.) & culinor. aris. (μαγειρεύομαι) quod eſt culinam exerceo. Vide etiam in Colina.

Cŭllĕŏlă, orum. n.ſ. ſunt cortices nucum uiridiũ, ſimilitudine culeorum quibus oleum aut uinũ continetur, cuius diminutium uidetur. Vide inferius Gulioca.

Cŭlullŭs, li. m.ſ. calix fictilis, quo in ſacris utebantur pontifices, & Veſtales uirgines. Accipitur & pro urceolo. Horatius, Reges dicuntur » multis urgere culullis, Et torquere mero, quẽ » perſpexiſſe laborant.

Cŭlmĕn, inis. n.t. (στέγος) quod culmis tegitur. Ab antiquis culmina dicta ſunt tecta, quia ædificia de culmo: id eſt paleis è meſſibus contegebant. Verg. 1. Ecloga, Pauperis & tuguri con» geſtum ceſpite culmen.

Culmus.

Cūlmŭs,mi.m.ſ.(κάλαμος,καλάμη,ἀνθέριξ) frumenti calamus, à radice uſq; ad ſpicā: dictus quòd colatur, qui & columus dicebatur. unde & columen primo, poſtea culmen. Verg.1. » Geor. Culmumq; leuem ſtipulaſq; uolātes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipſe calamus: ſtipulæ uero, folia quæ ambiunt culmum.

Cūlpă.pæ.f.p.(αἰτία) ut ſcribit Donatus, eſt eius qui neſciens aliquem læſit. Plautus in Epid. Mihi ut ignoſcas, ſi quid imprudens culpa peccaui mea.

Cūlpo.as.are.a.p. cōtrarium eſt uerbo laudare. Plaut. in Bacch. Illum laudabunt boni, hunc etiā ipſi culpabunt mali. Vnde culpito.as.are. frequentatiuum. Plau. in Ciſtel. Verum haud metuo ne iurandū noſtrum quiſquā culpitet.

Cūltĕr, & Cultrum.tri.n.ſ. inſtrumentū hoc quo utimur in menſa.(μάχαιρα) Propert. Et canis » in noſtros nimis exporrecta dolores, Cum fal» lenda meo pollice cultra forent. Feſtus, Clunaculum, eſt cultrum ſanguinarium. Hinc cultellum & cultellus,(μαχαιρίς,μαχαιρίδιον,μαχαίριον) diminutiua.

Cūltĕllātŭs,a.um.o.ſ. qui formam cultelli habet: ut dorſum cultellatū Plin.lib.32.cap.2. Cultratus.a.um. ut cultratus mucro, qui ſcindit uelut culter. Plin.li.13.ca.4. Folia cultrato mucrone.

Cūltrāriŭs.rij.m.ſ. miniſter qui uictimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur uictimarius. Sueton. in Calig. Elato altè malleo cultrariū mactauit.

Cūltŭs.us.m.q. à colo.is. dicitur, & modò ad rem ruſticam pertinet. Cic. de Legib.1. Nullius autem agricolæ cultu ſtirps tam diuturna. Modò extra rem ruſticam, ut cultus animi, cultus & curatio corporis, cultus deorum.

Cultio,onis.f.t. cultura. Cice. de Senect. Qui ſe agri cultione oblectabant.

Cultor.oris.m.t. Cic. de Off. Alij ueritatis cultores, fraudis inimici.

Cultura.ræ. cultio, cultus. Cic. de Senect. Heſiodus de cultura agri ſcripſit.

Cūm,(σὺν,μετὰ) cum genitiuo præpoſitio copulatiua, quæ ablatiuo ſolet coniungi notanti ſocietatem & coniunctionem animi: ut, Summa cum beneuolentia, ſumma cum hilaritate illum excepi. Itē ſi comite aliqua perſona quis fecerit quippiam: ut, Cum Socrate profectus ſum: &, Mihi cum illo negocium eſt: et cum hoſte pugno. πρός. In compoſitione uero poſtpoſita inuenitur: ut mecum, tecum, ſecum, quicum, quibuſcum. Aliquando aduerbium eſt, & accipitur pro quando. ὅτι, ἡνίκα. Cic. Nonnihil me conſolatur, cum recordor quanta me complecteris beneuolentia. Iungitur modo indicatiuo: ut, cum dico, cum dicebam, cum dixi, cum dicam. Modò ſubiunctiuo: ut, cum dicerē. Iunguntur quandoq; cū & tum. καὶ καὶ. licet idem ferè ſignificent, diuerſo tamen modo ordinantur. Quint. Quod cum omnibus cōfitendum eſt, tum nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono uiro non ſeparamus, id eſt omnibus multum, mihi autem maximè. Aliquando etiā cum & tum coniunctiuo iunguntur. Cic. Graui teſte priuatus ſum amoris erga te mei, patre tuo clariſſimo uiro, qui cum ſuis uirtutibus tum uero te filio ſuperaſſet omnium fortunas, ſi ante te uidiſſet quàm uita diſcederet. Ponitur quandoq; tum ſine cum, geminatum uel triplicatum in rebus paribus. Quint. Nec indignetur Herodotus æquari ſibi Titum Liuium, tum in narrādo miræ iucunditatis, clariſſimiq; candoris, tum in cōcionibus, ſuprà quàm enarrari poteſt, eloquentē, ita dicuntur omnia tum rebus tum perſonis accommodata. Ponitur nonnunquam tum pro partim. Cic. Tum hoc, tum illud argue. Quandoque pro tunc. τότε. » Verg. Tum primum noſtri Cacum uidere tre» mentem. Quandoq; eſt aduerbium ordinis » pro deinde. ἔπειτα. Idem, Aeneas matri Eumeni» dum, magnæq; ſorori, Enſe ferit ſterilemq; ti» bi Proſerpina uaccam, Tum Stygio regi no» cturnas inchoat aras.

Cūmălter, una particula, antiqui pro cum altero uſurpabant, breuitatis gratia.

Cum dicto,(ἅμα λέγων, σὺν τῷ λόγῳ) ſignificat ſtatim poſt uerba, & uix dum finito ſermone. Apul. Et cum dicto ſutili centunculo, faciem ſuam iamdudū punicantē præ pudore obtexit.

Cum imperio eſt,(ἀρχὴ) dicebatur de eo, cui nominatim demandabatur à populo imperium.

Cummaxime,(ὅτι μάλιστα) una pars eſt, & ſignificat nimis. Terent. Hecy. Hanc Bacchidem amabat, ut cum maxime tum Pamphylus, cum pater uxorem ut ducat, orare cœpit.

Cū partim, ueteres dixere pro partim. Cato, Ibi

pro ſcorto fuit in cubiculo, ſurrectitauit è con uiuio cum partim illorum iam ſæpe ad eundé modum erat.

Cum poteſtate eſt, (αὐτοκράτωρ) dicebatur de eo, qui à populo alicui præficiebatur negocio: ſeu qui magiſtratum gerebat. Cice.lib.2. Artis uet. Felix an infelix, priuatus an cum poteſtate ſit.

Cum primis, (ὡς τὰ πρῶτα) ſignificat in primis. Apul. Hic cum primis nobilis ac facundus. Sic dicitur Cumprimè.

Cum ſtomacho aliquid facere (κακοστομάχως) dicimus, hoc eſt, cum indignatione ſiue faſtidio.

Cum tempore, (χρόνῳ) hoc eſt, cum mora & ſpacio temporis.

Cum uenia tua, (σοὶ πεθαῤῥηκῶς, συγχωροῦντος σου) dicimus, hoc eſt pace tua, & te permittẽte.

Cŭmātĭlis, color, (κυματίας) qui & cæſius, & cæruleus alio nomine dicitur. Nam Græci κύματα fluctus uocant. Plaut. Cumatilem togā aut plumatilem. aliàs Cymatilis.

Cūmbăn, Sabini uocant lecticā. Suprà Combam ſcriptum habes, & alibi Cubam.

Cŭmĕră. ræ. f. p. pen. cor. uas ingens uimineum, uel etiam fictile, quo frumenta conduntur, ut inquit Acron. Modò dicitur uas quod capit quinq; uel ſex modios, quod lingua Sabinorū trimodium uocatur. Horat. lib. Serm. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris?

Cŭmĕrŭm. ri. n. ſ. uas nuptiale, à ſimilitudine cumerarum dictum.

Cŭmīnŭm, mi. n. ſ. uide in dict. Cyminum.

Cŭmŭlārĕ. a. p. implere, coaceruare, & quaſi ad cumulum addere. σωρεύειν, ἐπιτιθέναι. Tractū à menſuris, quibus nihil poteſt addi: & dicimus, Cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cic. ad Att. lib. 14. Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd uulgò hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus. Hinc cumulatim, aduerb. pro aceruatim. Var. de re Ruſt. lib. 3. cap. 15. Siue cumulatè, abundanter. Cic. 2. de Diuin.

Cŭmŭlŭs. li. m. ſ. pen. cor. proprie dicitur maiorū rerum ueluti aceruus quidam. σωρός. Liui. 10. ab Vrbe, Corpus eo die quia obrutū ſuperſtratis Gallorum cumulis erat, inueniri nō potuit. Et cumulus eſt, qui additur menſuræ plenæ, (πρόσδομα) ut inquit Feſtus.

Cūnæ. arum. f. p. & Cūnābŭlă, (κοιτίδες) pro eodem accipiuntur, dicta quaſi cynæ, & cynabula. Nam κυεῖν Græci eniti dicunt, & parere, y in u Latinè conuertitur. Sunt autem lectuli in quibus infantes ſolent iacere, uel loca in quibus naſcuntur. Cice. 1. Tuſc. Iidem ſi puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: ſi uero in cunis, ne quærendum quidem. Dicuntur & incunabula. nam In præpoſitio hoc loco nihil ſignificat, ſicut & in aliquibus dictionibus, ut columis & incolumis. Sunt qui cunabula & incunabula à cunis deducant, & ea proprie dici exiſtiment, quæ ad cunas muniendas & ornandas pertinent, in quibus iacet & conditur infans. Plautus in Amph. Sed puer ille quem ego laui, ut magnus eſt, & multū ualet, nec eum quiſpiam colligare quiuit in cunabulis. Per translat. idem in Pſeud. Sed iſtic ſeruus Cariſto huc qui aduenit, quid ſapit uſq; à cunabulis. id eſt uſq; ab infantia, uel uſq; à puero: hoc eſt, ab ea ætate quæ in cunabulis agitur. Verg. libro 3. cunabula pro originibus poſuit: Mons Idæus ubi, & gẽtis cunabula noſtræ Centum urbes habitant. Cic. lib. De opt. or. pro initijs poſuit. Non fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere. Quandoq; incunabula uocamus nutritionem puerilem, à cunabulis. Suet. de Veſpaſ. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum aſſiduè frequentauit.

Cūnctātŏr. oris. m. t. procraſtinator. μελλητὴς, σχολαῖος. Liuius 6. ab Vrb. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.

Cūncti, orum. o. ſ. σύμπαντες. ſignificat quidem omnes, ſed qui ſunt coniuncti: omnes uero, etiam ſi ſunt diſiuncti, & diuerſis locis. Vergil.
» Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.
» Idem 1. Aeneid. Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Cūnctŏr. aris. atus. d. p. cum c ante t, à cunctus fit: contor. aris. cum o, ſine c, à contus, quæ eſt pertica: & ambo ſignificant immorari, differre. μέλλειν: ab eo, quòd cuncti ſimul ſine difficultate moueri nō poſſint: uel ab eo, quòd qui contis uada rimantur, paulatim procedunt. Liuius lib. 1. Alij dum cunctantur in ripis inter pugnæ fugæq; cōſilium oppreſſi. Cunctanter, cum mora. σχολαίως. Incunctanter, ſine mora. ἀπνευστί. Liu. lib. 1. Ponitur quandoq; cunctari, pro

pro dubitare. ὀκνῶν. Suet. de Aug. Cunctari ſe ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum. Quan»doq; pro manere. Verg. Reginã thalamo cunctantem. A cunctor fiunt compoſita, percunctor, & recunctor, quod eſt iterum moror.

Cūnctātĭo, ſiue cōtātio. onis. f. t. (μέλλησις, ὄκνος) mora ſeu dubitatio.

Cŭnĕātĭm, aduerb. ſignificat per cuneos. κατὰ σίφη. Cæſar 7. bel. Gal. Hoſtes re noua perterriti, muro, turribusq; deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

Cŭnĕātŭs. a. um. quod eſt in formam cunei factum. σφηνωμένος. Vnde à Liuio forma ſcuti cuneatior appellatur, cuius ſumma latius, imum ſtrictius erat: & cuneatus ager, apud Colu. in cunei formã factus. Plin. lib. 3. Hiſpania cuneatur anguſtijs. id eſt in cunei formam efficitur. Hinc Excuneatus, de quo in dictione Cuneus, & diſcuneatus. uide loco ſuo.

Cŭnĕŭs. nei. m. ſ. quo ſcindimus ligna. σφήν. Huius prima pars acutior eſt, ut quãuis rimulam facile intret, ſequens autem latior et amplior. »Verg. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. Per tranſlat. ſumitur pro peditum multitudine in cunei formam redacta, quæ cuncta in acie prima anguſtior, deinde latior procedit, (σίφος) ut Veget. lib. 1. ſcribit. Ab huius etiam cunei ſimilitudine dicta ſunt loca in theatro. Vitru. lib. 7. Cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidantur, ut anguli trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigant aſcenſus, ſcalasq; inter cuneos ad primã præcinationem. Inde theatrum eleganti epi»theto cuneatum dicitur. Verg. Cuneati hic læta theatri. Excuneati, ab Apul. dicti ſunt, qui bus ſedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & conſtipatam turbam, cuneos dicimus. Cyprian. Stipatus clientum cuneis.

Cŭnĕŏlŭs. li. m. ſ. diminutiuum à cuneus: quo utitur Cic. de Vniuer.

Cŭnĭcŭlŭs, li. m. ſ. (δασύπους) animal lepori ſimile, qui ſub terra effoſſa latere ſolitus eſt. Mart. »Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Ideo autem hoc nomine appellantur, ut Varro de re Ruſt. cap. 12 ſcribit, quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateãt in agris. Eſt & cuniculus foramen ſub terra occultum. ὑπόνομος. aut ab animali, quod ſimile eſt lepori, cui ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum: aut à cuneorũ ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Feſtus cuniculum neutro genere enunciauit. Plin. Tentata per cuniculum fuga. Vnde cuniculis oppugnare, per tranſlationem, hoc eſt dolo & fraude aliquid moliri, & negocium alicui faceſſere. Et agere cuniculos, quod uulgus minare dicit, uel minas facere. Cic. 3. Off. Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet ne id magiſtratibus filius? Cuniculus inſuper pro canali accipitur. Plin. lib. 9. cap. 38. Item cuniculus eſt diminutiuũ à cuneo, à quo cuniculus animal appellatus eſt, ut inquit Varro. Vnde

Cŭnĭcŭlātĭm, aduerb. Plin. lib. 9. cap. 31.

Cŭnĭlă, læ. f. p. (quæ & cunilago quandoq; à Plinio dicitur, ab Ariſtotele κόνυζα) herba eſt, quam Theodorus Gaza pulicarẽ uertit, quia pulices necat. Colum. lib. 10. Cunilæ noſtratis, quam ſatuream ruſtici uocãt. Huius uero herbæ multa ſunt genera, de quibus uide Plin. li. 19. cap. 8.

Cŭnīrĕ, n. q. eſt ſtercus facere. Dictum à cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

Cŭnnĭlingĭ. orum. m. ſ. dicebãtur homines ſordidiſſimi, à cunnis lingendis.

Cŭnnŭs, ni. m. ſ. per duplex nn, pars mulieris pudenda. ὑστέρα, τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον.

Cūpæ, arum. f. p. uaſa uinaria maiora, quæ uul»go uegetes appellantur. Lucan. Namq; ratem »uacuæ ſuſtentant undiq; cupæ. Cupis enim naues in mari ſuſtinẽtur, cum ipſarum latera carinæq; reſarciuntur: à priſcis caupæ dictæ, à cauo. Vnde caupones à caupis.

Cŭpēdĭnārĭĭ. orum. m. ſ. ὀψοποιοί. qui eſculenta & poculenta uendunt. Terent. Eun. Ad macellum ubi uenimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij omnes.

Cupedinarĭŭm forum, & Cupedinis forũ, à cupiditate: uel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. Var. li. Rerũ hum. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exiliũ actis, publicata ſunt eorũ bona, et ædes ubi habitabãt dirutæ: itaq; ædificatus eſt locus, in quo uendebãtur ea, quæ ueſcendi cauſa in urbẽ erant allata. Itaq; ab altero macellum, ab altero forum Cupedinis appellatũ eſt.

Cŭpēncus, lingua Sabinorum, ſacerdos appellatur.

Cŭpēs, & Cupedia.orum.n.ſ.ab antiquis dicebãtur lautiores cibi, ſiue cupiditas lautiorum ciborum, quòd rebus cupidinis alimenta præbent. Plaut. in Sticho, Melius dicis, nihil moror cupedia. Cupedia, cupediæ, idem. Cic. 4. Tuſcul. Cupedula.æ. dimin. ut, Cupedulæ ciborũ, Gellius. Eſt etiam Cupes, qui lautiores cibos frequentat. Plaut. in Trin.

Cŭpīdō, dinis.f.t. pro cupiditate, quamuis cupiditas leuior ſit quàm cupido. Lucil. lib. 19. Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars ſit temperatior defluens à cupidine.

Cŭpĭdŭs.a.um.o.ſ. auidus. πλεονεκτικός. Genitiuo iungitur, & nonnunquam ablatiuo. Teren. in Hec. Eius uidendi cupidus. Plaut. in Pſeud. Vino modò cupidæ eſtis. Cupidè aduerb. Cice. pro Roſc. Ego uero cupidè & libenter mentiar tua cauſa. A cupidus fiunt comparatiua & ſuperlatiua, cupidior, cupidiſſimus & cupiditas, (ἐπιθυμία.) item cupienter.

Cŭpĭo. is. cupiui, cupitum, a.t. ſignificat optare, deſyderare. Cic. 4. Verr. Quem igitur ab ijs equitibus Rom. qui iſtius cauſa cupiunt omnia, qui ab eo benigniſſimè tractati ſunt, condemnari neceſſe eſſet, &c. Cupire in quarta coniung. apud antiquos legitur. Lucret. lib. 1. Perfringere ut arcta Naturæ primus portarum clauſtra cupiret. Cupiens nomen. Plautus in Mil. Huius cupiens corporis eſt. Cupienter aduerbium. Plaut. Pſeud.

Cuprēſſŭs, ſi. f. ſ. κυπάρισσος. uide Cypariſſus. Vergilius, Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.

Cuprŭm, pri. n. ſ. (κύπρειος χαλκός) genus quoddam æris. Vnde apud Palladium cuprini claui dicuntur. Legimus quoq; Cyprium.

Cŭr, interrogandi aduerbium ſignificat quare. τίνος ἕνεκα, διὰ τί. licet quidã qur per q ſcribendum putent, & à quare per ſyncopen atq; apocopen deductum, a & e literis detractis. Terent. And. Cur me excrucio? cur me macero? cur meam ſenectutẽ huius ſolicito amentia? Et ſine interrogatione. Cicero pro Roſc. Com. Nam fuit cauſſa, cur tantum laborẽ caperes.

Cūră, ræ. f. p. (φροντίς) eſt flagrans in corde ſtimulus, unde dicta eſt ſolicitudo, anxietas, quaſi cor eda, quòd cor edat, & excruciet. Verg. Quando hæc te cura remordet. Quandoq; ponitur pro ſtudio & diligentia: ut, ſalus tua eſt mihi curæ: id eſt ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. Quandoq; pro opere quod adhibita cura ſit. Martial. Teq; piget curæ præmia ferre tuæ. id eſt præmia operis abs te facti. Quandoq; pro amore. Vergil. At regina graui iamdudum ſaucia cura.

Cūrātio. onis. f. t. ut docet Donatus, medicorum eſt, cura mentis, curatura diligentiæ. Cice. ad Tyron. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio: ſed planè curationes eius non probo.

Cūrāntiă. æ. f. p. idem quod curatio. Cice. Quin. frat. lib. 2. Quòd me admones de nõ curantia, ſuadeſq; ut meminerim Iouis orationem.

Cūrātŏr, oris. m. t. generali nomine dicitur præpoſitus alicui negocio. ἐπίτροπος, ἐπιμελητής, ἐπόπτης, ἔφορος. Feſtus ſcribit curatorem eſſe, qui pupillis loco tutoris datur, quaſi qui pupillarium bonorum curam gerat. Sic curator, qui rei frumentariæ & agris diuidundis præpoſitus eſt. Sueton. in Calig. Curatorem munerum ac uenationum per continuos dies in conſpectu ſuo catenis uerberatum non prius occidit quàm offenſus putrefacti cerebri odore.

Cūrātōrĭŭs. a. um. (ἐπιμελητικὸς) quod ad curatorem pertinet: ut curatoria actio.

Cūrcŭlio. pen. cor. huius curculionis. m. t. animal paruum frumentum corrodens, quaſi gurgulio, eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur uidetur. Græcè τρώξ. Eſt etiam curculio (aut potius gurgulio) γαργαρεών. uia patens, ſeu fiſtula in gutture, per quam ſpiritus attrahitur atq; emittitur.

Cūrĭă, æ. f. p. (βουλευτήριον, ἀρχεῖον) à cura dicta, duplex eſt, ſacrorum ſcilicet & ſenatus. In curijs enim uel ſacerdotes res diuinas, uel magiſtratus humanas curabant. Et non ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus ſumitur. βουλή. Lucanus, Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Curia in qua habebatur ſenatus, tẽplum erat. habebatur autem modo in æde Apollinis, modò in delubro Cõcordiæ, modò in hoc, modo in illo templo. Curia Calabria, nũcupata eſt à uocãdis calendis, nonis, & idibus.

Cūriālēs dicuntur, qui ſunt eiuſdem curiæ. m.t. φυλέται, πάροικοι. ſicut tribules, eiuſdē tribus. Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata. Plaut. in Aul. Nam neq; quiſquā curialium Venit, neq; magiſter, quem diuidere argentum oportuit.

Cūriātūs. a. um. adiectiuum, ut curiata lex, à curiatis comitijs dicta, id eſt tributim coacta. Et curiata comitia, cōuentus qui litium cauſa in curijs fiebant, de quo & in dictione Comitium.

Cūrio. onis. m.t. ſacerdos curiæ. in curijs enim ſacerdotes ita res diuinas curabāt, ſicut ſenatus res humanas in curia Hoſtilia curare ſolebat, ut ſcribit Varro. Vulgò uicarium appellant. Et Curio maxim. cuius autoritate curia, omnesq; curiones regebantur. Curiones quoq; dicti ſunt præcones. Euſeb. lib. 4. Eccle. hiſt. Miſſo curione ad populū, iubet uoce maxima proteſtari Polycarpū, tertiò cōfeſſum ſe eſſe Chriſtianum. Plaut. uero in Aul. agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam ſit emaciatus, confectusq;. unde à cōtrario Apul. in Flor. agnum opimum & pinguem dicere uolens, appellauit incurioſum. Item Curiones dicti ſunt quidam Romani ciues.

Cūriōnātūs. us. ipſe magiſtratus.

Cūriōnium, nij. n. ſ. dicebatur æs quod dabatur Curioni, ob ſacerdotium curionatus.

Cūriōſūs, a. um. o. ſ. (περίεργος, κηδεμονικός) à multa cura dicitur, ſiue in bonum, ſiue in malum, quoties plus diligentiæ quàm oporteat, rebus uel noſtris uel alienis adhibetur. In bonū, cum cura ſupra modū utimur ad res bene gerendas. Eſt igitur curioſus, qui multum ſiue diligenter aliquid curat. Cice. Appio Pul. Ita eſt homo non modò prudens, uerumetiam æquus uir & curioſus. In bonum quoq; Col. lib. 5. uſus eſt aduerbio: Sin autē ipſam uitem ſternere uoles, iuxta radicem ita, ne ipſam lædas curioſe fodito. Cuius contrarium eſt incurioſe. id eſt negligenter. Gell. Si quis non incurioſe legat. Non eſt ergo curioſus, à parua cura, uti Valla putauit, ſed à diligenti & optima. A curioſus fit curioſitas. πολυπραγμοσύνη. pro affectione & diligentia: ab incuria incurioſus. id eſt negligens. Aliquando incurioſus capitur pro pingui, ut Apud Apuleium.

Cūris, (κύρις) lingua Sabinorum haſta dicitur: unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, eſt dictus: & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Et Iuno Curitis, quia eandem haſtam ferre putabant.

Cūrmūndūlă, orum. n. ſ. pira erant gratiſſimi ſaporis, corticis tenerrimi: quapropter à multis nequaquam corio detracto edebantur.

Cūro, as. are. aui. atum. a. p. ſignificat operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere. In qua ſignificatione ponitur interdum abſolutè. Terent. And. Sat eſt. curabo. Et hoc aliquando cum ut. Ci. Fam. 16. Cura igitur nil aliud, niſi ut tu ualeas. Aliquando cū ne. Idem Fam. 2. Vnum illud te præcipuè rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negocij aut oneris accedat, aut temporis. Interdum cum accuſatiuo. Idem Fam. 7. Mandatū tuum curabo diligēter. Sic curare pecuniam (πορίζεσθαι) ſignificat pecuniam ad diſſoluendum conficere, & comparare. Idem, L. Cincio H S. DCCC. pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui. Et curare, eſt ſeipſum reficere (φιλοσωματεῖν) Plautus Pſeud. Qui ſe, ſuamq; ætatem bene curant, edunt, bibunt. Cicero Fam. 16. Cura igitur te, & confirma. Significat quoq; hoc uerbum mederi, curationem adhibere, (ἀκεῖσθαι, θεραπεύειν.) Cicero de Senectute, Adoleſcentes grauius ægrotant, & triſtius curantur. Et cum ablatiuo, addita præpoſitione ab. Idem pro Cluent. Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. Huius compoſita ſunt, accuro. unde accuratus. Concuro. Plautus Bacch. Magis unum in mente eſt mihi. Nunc ſatis ut commode pro dignitate obſonij hæc concuret coquus. Procuro, de quo alibi. Percuro, perfecte curo. Colu. lib. 7.

Cūrrĭcūlō, aduerb. ſignificat curſim, ſtatim, celeriter. δρομαίως. Plaut. in Epid. Nam ut apud portum te cōſpexi, curriculò occœpi ſequi. Terent. Heaut. Curriculò percurrere.

Cūrro. is. cucurri. curſum, n. t. cuius compoſita quandoq; geminant ſyllabam, quandoque nō. Liuius li. 22. Quà cuiq; proximum fuit decurrerūt. Cato contra Piſonem: Video hac tempeſtate concurriſſe omnes aduerſarios. Terent. in

Hecy.

Hecy. Vna illarum interea properè præcurrit. Eſt autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate uiam quaſi uorare. Cic. Attic. 10. Cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur. Sic currere curſum, currere ſpacium dicimus. Plin. lib. 11. cap. 51. Et Cicero currere orationē dixit, de Finibus. Ab hoc uerbo participium eſt currens. Vnde currentem incitare dicimus, pro incitatum iam & in rem aliquā incumbentem inſtantius hortari uel impellere. Cic. Attic. Legitur quoque curritur imperſonaliter. Teren. in prol. Heaut. Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Cōpoſita huius uerbi ſunt accurro, (προστρέχω) quod eſt ad aliquem locum, uel hominem auxiliandi cōplacendi' ue cauſa curro. Teren. in And. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Concurro ſimul curro. ὁμοδρομῶ, συνθέω. Lact. lib. 2. Tum uero alacres ad deorum templa concurrunt. Aliquando ſignificat cōtra, ſiue aduerſus currere. Nam cum duo exercitus collatis ſignis prælium ineunt, concurrere dicuntur. Verg. Audetque uiris concurrere uirgo. Circumcurro, à quo circumcurſo, περιθέω. Decurro. Diſcurro. (διατρέχω) per diuerſa loca curro, aut huc et illuc curro. Excurro, (ἐκτρέχω) extra curro: quod uerbum in maxima celeritate poſitum eſt, & tam reditum, quàm abitum habet. Cic. Appio Pul. Mandaui utrique eorum, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire poſſem. Incurro, (εἰσβάλλω) Introcurro. Liu. libro 1. In fines Romanos incurrerūt populabundi magis quàm iuſti more belli. Intercurro, (διαθέω) inter medium curro. Occurro. Præcurro, id eſt antecurro, προτρέχω, ſiue cito anteeo. Terent. in Eunu. Abi, præcurre, ut ſint domi parata omnia. Procurro. Percurro, (διατρέχω) perfectè, ſiue ad finem uſque curro. Recurro. (παλινδρομέω.) retro curro, Cice. Terent. Etſi Deſippo quoque ita imperaui ſtatim ut recurreret. id eſt, ſubitò reuerteretur. Hinc recurſo. as. ἀνατρέχω. quod eſt ſæpe currendo & recurrendo, aut uoluendo & reuoluendo eo. Verg. Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat. Succurro, tranſcurro, (παρατρέχω) ultro, uel de loco ad locum ſubitò uado. Terent. in Eunu. Tu abi, atque obſera oſtium intus, dum ego tranſcurro ad forum.

Cŭrrūcă, cæ. f. p. parua auis quæ alienos pullos proprios putans, nutrit. ἐπιλαὶς, ὑπολαὶς alibi. Iuuen. Tu tibi nunc curruca places, fletumque labellis Exorbes.

Cŭrrŭs. us. m. q. uehiculi genus. ἅμαξις, ἅμαξα. dictum, quod eo ueteres ueherentur ad curſum. Verg. Quadriiugo inuehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ, unde triumphales currus, continentur. Per tranſlationem ponitur pro triumpho. Huius diminutiuum eſt Cŭrrĭcŭlŭs, uel curriculum, breuiſſimum uehiculi genus, quòd eo ueteres ad curſum in ludis uterentur. Cur. lib. 8. Eſt etiam curriculum curſus. δρόμος, δολιχός. Iuuenal. Et totas effudit habenas Curriculo, quem ſi reuoces ſubſiſtere neſcit. Item curriculum ſignificat tempus. Cic. pro Rabir. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunſcripſit, immenſum gloriæ. Et curriculum, locum ſiue interuallum ubi curritur denotat, à carceribus ad calcem, qui σταδιοδρόμος dicitur Græcè. Apul. Quos ſæpe in curriculo uectores ſuiſſe conſtat.

Cŭrsĭm, aduerb. ſignificat currendo. δρομαίως. & incurſim, celeriter. Cæl. Nullus ſum, niſi meam rem propero incurſim perdere. Plaut. Curſim curram: quod eſt currendo curram.

Cŭrſo. as. n. p. ſæpe curro, uel continuo, ſæpe uado. περιστίχω, ἀνατρέχω. Teren. in Hecy. Trepidari ſentio, & curſari horſum ſurſum. Hinc aliud frequentatiuum curſito. ἐμφροδρομέω. Teren. in Hecy. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitando atque ambulando totum hunc contriui diem.

Cŭrsŏr. oris. m. t. qui currit. δρομεύς. & curſor tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Martialis: Curſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora.

Cŭrsōrĭŭs. a. um. o. ſ. (δρομικὸς) quod ad curſum pertinet, ut nauis curſoria. Sidonius: Tiphim curſoriam aſcendi.

Cŭrsūră. æ. f. p. idem quod curſus. δρόμημα. Varr. Equi alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admiſſuram, alij ad curſuram.

Cŭrsŭs. us. m. q. & Cŭrsĭo, (δρόμος) currendi actum ſignificant, quod & de nauigāte & equitante poteſt intelligi. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto curſu per ſinus impellunt.

Cŭrtŭs.a.um.o.ſ.inculeus, quaſi mutilus. κολοβός. »Horatius: Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel ſi libet uſque Tarentum. A Martiale dictus eſt »curtus calix, id eſt fractus. Et à Perſio curta ſuppellex, & à Cicerone curta ſententia. Hinc curto.as. à quo decurto, (κολοβόω.) de quibus in dictione Decurtatus.

Cūruāmĕn, inis.n.t. ipſa curuatio. ἐπικαμπὴ, κλίμα. Ouid. lib. 2. Metamorph. Sectus in obliquũ eſt lato curuamine limes.

Cūruĕſco.n.t. curuus fio. κυρτοῦμαι. Huius compoſitum eſt incurueſco, quod protulit Cicero in Tuſc. Ramos baccarũ ubertate incurueſcere.

Cūruĭpēs.dis.c.t. dicitur qui curuos habet pedes. ἀγκυλόπους.

Cŭrūlĕ, neutri gene. per ſimplex r: & curulis fœ. gen. ſedes ex ebore, qua maiores magiſtratus »utebantur in curru. Horatius lib. 1. Epiſt. Cui»libet hic faſces dabit eripietq; curule, Cui uolet, importunus ebur. Nam ſenatores qui curulem magiſtratũ: hoc eſt, maiorem honorem geſſiſſent, honoris gratia in curiam uehi ſoliti erant curru, in quo ſella eſſet, ſupra quam conſiderent. Curules etiam dicebantur equi quadrigales, uel magiſtratus qui curulibus uehe»bantur. Lucan lib. 1. Prætor adeſt, uacuæq; loco ceſſere curules.

Cūruo.as.a.p. flecto deorſum, aſpicio capite de»flexo. καμπυλιάζω, κάμπτω, κύπτω. Vergilius 2. Georg. Ithurios taxi curuantur in arcus. Lactant. lib. 2. Ille uobis ſublimem uultum dedit, uos in terrã curuamini. Huius conpoſita ſunt, accuruo; quod eſt iuxta curuo. Columella lib. 4. Recuruo, (ἐπικάμπτω) rurſus curuo. Idem libro 3. Duritia humi coërcita recuruatur. Incuruo eſt eiuſdẽ cum ſimplici ſignificationis.

Cūruŭs.a.um.o.ſ. quod eſt inflexum ac contor»tum. ἐπικαμπὴς, καμπύλος. Verg. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. A quo incuruum, ualde curuum. Teren. in Eun. Incuruus, tremulus, labijs demiſſis. Procuruus. Verg. Neq; illa procuruam Expectant falcem. Recuruus. Curuum etiam dicitur bura, quæ quaſi temo eſt inter boues.

Cūſo.as.a.p. frequentatiuum à cudo. à quo accuſo, excuſo, incuſo, & recuſo.

Cūſpĭs.idis.f.t. acuta illa pars gladij, haſtæ, cla»ui, & huiuſmodi. ἐπιδορατίς, αἰχμή. Mart. Ae»tolia cuſpide fixit Aprum. Cuſpis longa pro ueru. Mart. lib. 14. Spumeus in longa cuſpide fumet aper. Cuſpides, pro tubulis fictilibus. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 8. Hinc componitur trĩcuſpis. τριγλῶχις. & deriuatiuum cuſpido. as. ἐπιδορατίζω. quo uſus eſt Plin. lib. 11.

Cūſtŏdēlă, à ueteribus cuſtodia dicebatur.

Cūſtōdĭă, æ.f.p. obſeruatio, præſidium, uigilia, excubiæ. Item carcer. Columella lib. 1. Explorent an diligenter uincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæq; ſint. Quandoq; etiã ponitur pro eo, qui cuſtodit. Tibul. Sed pre»ciũ ſi grande feras, cuſtodia uicta eſt. Quandoq; pro eo qui cuſtoditur, (ὁ ἐν τῇ φυλακῇ, φυλακίτης.) lib. ff. de Reor. Cuſt. Et ſi cuſtodia ſe interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ aſcribitur.

Cūſtōdĭārĭŭm. rij. n. ſ. locus in quo quis aliquid cuſtodit. Cypria. Derelinquetur filia Sion, ſicut caſa in uinea, & ſicut cuſtodiarium in cucumerario.

Cūſtōdĭo.is.iui.itum. a. q. aſſeruo, tueor, præſideo, ſeptum cuſtodia teneo. φυλάττω, σώζω. Cic. Dolabellæ: Fac ut diligentiſſimè teipſum mi Dolabella cuſtodias.

Cūſtōdĭtĭo, onis. f. t. (φύλαξις) eſt opera ad aliquid cuſtodiendum ſumpta.

Cūſtōdĭtŭs.a.um.o.ſ. (πεφυλαγμένος) quod cum cuſtodia eſt. Incuſtoditum. ἀφύλακτον. quod ſi»ne cuſtodia eſt. Mart. Incuſtoditis & apertis »Lesbia ſemper liminibus peccas.

Cūſtōs.odis. c. t. (φύλαξ) qui rem aliquam tuetur & curat. Vnde cuſtodem oſtij. θυρωρὸν. dicimus, qui curat ne quis iniuſſus ingrediatur. Sic Cuſtos horti. κηπωρὸς. Cuſtos ſacrorum. θεωρὸς. qui ſacra miniſtrat atq; obſeruat. Verg. »At domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. Cic. lib. 7. Offic. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis, metus.

Cŭtĭōnēs, num.m.t. dicti uidentur à contractione, quaſi Curtiones, quòd in emendis uendendiſq; mercibus tardi perueniant ad iuſti precij finem.

Cŭtĭs, tis.f.t. pellis ſiue corium. χρὼς, δέρμα. Plin. Ergo cutis ipſa ſenſu caret maximè in capite ubicunq; per ſe ac ſine carne eſt, uulnerata nõ coit, ut in bucca ciliôq;. Huius dimin. eſt Cuticula. δερμάτιον. Cõpoſita ſunt, intercus, mor-

bus:

bus: intercutaneum, quod intra cutem eſt: ſubcutaneum, quod eſt ſub cute: ſubtercutaneum, quod ſubter cutem eſt. Recutiti etiam à cute dicuntur Iudæi: id eſt, circuncisi: & cute, hoc eſt præputio priuati.

C ANTE Y.

Cyămeă, eæ. f. p. gemma quæ fracta fabæ ſimilitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyanea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

Cyămŭs. mi. m. ſ. (κύαμος) faba, genus leguminis, & magicalis eſt.

Cyănĕŭs. a. um. o. ſ. (κυάνεος) color cæruleus. Var. Cyanea penula amictus graſſatur. Dicitur & Cyanus. Plinius: In nomine eſt & Cyani color. Hinc Cyanos gemma appellatur, ex iaſpidum genere colore cæruleo.

Cyăthiſſo, as. n. p. (κυαθίζω) uerbum: id eſt, potũ ſubminiſtro, propino. Plautus, Non ſcis quis ego ſim, qui tibi ſæpiſſimè Cyathiſſo, apud nos quando potas?

Cyăthŭs, thi. m. ſ. (κύαθος) calicis genus, à χύειν quod eſt fundere dictus, mutatione literæ aſpiratæ in tenuem. Succeſſit autem in ſimpuli locum in conuiuijs, ut docet Varro. Inde translatus eſt ad menſuram, quorum duodecim ſextarium complent. Ad cyathum ſtare, uel à cyathis eſſe (κυαθίζειν) dicebatur οἰνοχόος, qui potus menſurã cyathis (id quod antiqui ſolebãt) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alij pincernam. Plin. lib. 22. ſcribit, cyathum per ſe pendere drachmas decem.

Cybiſtētēres, m. t. (κυβιστητῆρες) urinatores dici poſſunt, à quibus eodem nomine & ſaltatores quidam appellati ſunt, qui in caput conuolui, manibus pedibusq; adductis didicerant: à cubo, id eſt teſſera, uerbo deducto, qui cum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde cybiſtema, neutri generis, illud genus ſaltationis & exercitij dicitur à Luciano in capite de gymnaſijs. Bud. in Annot.

Cybiŭm, bij. n. ſ. (κύβιον) piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, ut mediũ æquè pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum. Plin. libro 32. Cybium eſt conciſa pelamis. Cybiũ ſcribit Budæus, appellatum illud uas à Græcis, quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione quæ ſuperius poſita eſt in cybio piſce.

Cyclămĭnŭm, herba de qua Plin. lib. 15. cap. 9.

Cyclăs. adis. f. t. (κυκλὰς) ueſtis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον circulum, & κυκλόω circundo dicunt. Propert. Et longa cyclade uerrit humum. Videtur autem eſſe ueſtis tenuiſſima, explicatilis & ſpacioſa, qualem ſolent hodie Romanæ & Florentinæ ac Senenſes mulieres in Italia geſtare.

Cycli, orum. m. ſ. (κύκλοι) quaſi circuli, loca erãt Athenis, ubi mancipia ueniebant. Id autem nomen eſt tractũ à circulari circumſiſtentia uendendorum. Cyclus enim rotundum ſignificat.

Cydărŭm. ri. n. ſ. pen. cor. genus nauiculæ.

Cydōniă mala. uide in dictione Cotoneum.

Cygnŏlŏgo. is. apud Martianũ ponitur pro dulciter canens in ſimilitudinem cygni, qui moriturus amœnè canit.

Cygnŭs uel cycnus ni. m. ſ. (κύκνος) Latinè olor, auis candida, anſere maior, argutã uocem habens, & cum ad mortem peruenit, maximo dolore angitur, adeò ut flere uideatur. Ouidius:

» Dulcia defecta modulatur carmina lingua
» Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Fuit autem cygnus Phaëthontis amator, poſt illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus eſſe dicitur in fabulis. Cygneus. a. um. (κύκνειος.) ut uox cygnea, quæ eſt cygni. Quandoque cygneus dicitur candidus.

Cylindrācĕŭs. a. um. quod eſt factum ad ſimilitudinem cylindri: hoc eſt teres & oblongum. κυλινδροειδὴς. Plin. ſcribit ſiliquas piſi, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe. Et Anaximander dixit terram eſſe formæ cylindraceæ.

Cylindrŭs. dri. m. ſ. (κύλινδρος) columnula lapidea rotalis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream æquari iubent. Verg. 1. Georg. Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίειν: id eſt, à uoluendo. Præterea cylindrus dicitur omne quod rotatu facile eſt. Cic. De Fato: Sed reuertatur ad cylindrum, & turbinem ſuum, quæ moueri incipere, niſi pulſa non poſſunt. Sunt & cylindri lapilli teretes: hoc eſt, oblongi atq; uolubiles, quibus mulieres & donabantur, & ornabantur. Plin. lib. ult. de beryllis, qui mira longitudine placebant, ait: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quàm gemmas, quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Solinus ſimiliter ſcribit:

ſcribit: Indici reges hoc genere gemmarum in longiſſimos cylindros amant fingere. In qua ſignificatione quidā chelydros ſcribi debere putant, quaſi genus illius ornatus ſimile eſſet ſpiris ſerpentium, quos chelydros appellant.

Cyliſma.atis.n.t. uolutabrum, uolutatio.

Cylix, (κύλιξ) poculum, & Calix Latinè dicitur.

Cylydros genus ſerpentis, ex κυλίω uoluo, ὕδρος ſerpens, quaſi uolubilis ſerpens, quòd eundo ſæpe ſe inuoluat. Apud bonos autores Chelydros tantum legitur.

Cyllo, cyllonis.m.t. uidetur idē ſignificare quod mutilus, debilis, & cui craſſa ſunt genitalia. Cice. in Salluſt. Quicquid impudicarum, cyllonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in urbe, &c.

Cyma.æ.f.p. uel cyma.atis.n.t. eſt tenerior delicatiorq́; braſſicæ cauliculus & quaſi fœtus partusq́; braſſicæ. κύημα enim fœtum ſignificat. Celſus, Mali eſt ſucci braſſica, magisq́; etiam cyma eius. Columel. Maior pars eius braſſicæ in cymam proſilit.

Cymatilis, (κυματίας) ueſtis illa dicitur, quæ inſtar undarum fluctuat: ab undis & fluctibus, quæ cymata nominantur. Nam cymatilis ex eo nomen accepit, quod fluctuum ſimilis, & textura ipſa fluctus imitetur, qualia hodie ueſtimēta ſymbalota nominant, quæ magis cymbalota dici debent. Aliter cumatilis.

Cymba, bæ.f.p. (πορθμεῖον, κύμβη) genus nauis piſcatoriæ. Iuue. Atq; una tranſire uadum tot millia cymba. Cymbula. æ. dimin. Plin. in Epiſt. Sæpe maiores minoribus, uelut cymbulæ onerarij adhæreſcunt.

Cymbaliſtæ.m.p. (κυμβαλισταὶ) qui pulſant cymbala: ſicut tympaniſtæ, qui tympana pulſant. Apuleius De deo Socratis.

Cymbalum.li.n.ſ. (κύμβαλον) inſtrumentum muſicum quod in ſacris matris deûm cum tympanis habebatur. Vnde cymbaliſſare, cymbala quatere. Caſſius Hemina.lib.4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbaliſſabat.

Cymbium.bij.n.ſ. genus poculi uinarij procerū, ac cymbæ ſimile, quæ Græcè κυμβίον dicitur. Ver.lib.3. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Videtur diminutiuū à cymba. Alij cymbium quaſi ciſſymbium per ſyncopen dici uolunt, à ciſſos hedera, quòd ex ligno hederæ fieret. Sed et ab Apuleio cymbium dicitur, quod Latinè Seruius ſitulam uocat.

Cyminum, ni.n.ſ. (κύμινον) pen.prod. quod nos y in u uertentes, cuminum dicimus. Eſt autem cyminum & ſatiuum, & ſylueſtre, quaternis aut quinis folijs, ueluti ſerratis, multis ægritudinibus magno uſui, ſed pallorem bibentibus gignit. Perſius: Et pallentis grana cymini.

Cynanche. es.f.t. (κυνάγχη) à canibus dicta eſt, quos infeſtat: præfocatio eſt nocturna maximè, pituita craſſa & lenta in fauces ceruicesq́; delata: ἀπὸ τ κυνὸς καὶ ἄγχω. id eſt, à cane & ſuffoco, quod eſt angere. (Feſtus.

Cynaſonas, acus, quibus mulieres caput exornāt

Cynegetica.orum.n.ſ. (κυνηγετικὰ) dicuntur uolumina de uenatione conſcripta. κυνηγὸς καὶ κυνηγέτης uenator.

Cyniphes.is.f.t. (κνίφες) pen.cor. muſca minutiſſima longis cruribus, in capite habēs roſtrū, quo perforant pellem hominis. Naſcuntur ex humore, & iuxta aquas abundant.

Cynocephalea, eæ.f.p. (κυνοκεφαλέα) herba canino capiti ſimilis. κεφαλὴ caput dicitur. Plin. lib.30.cap.2. ſcribit eſiriten uocari.

Cynocephali.lorum.m.ſ. (κυνοκέφαλοι) pen.cor. beſtiæ ſimiles hominibus præter capita canina, in Aethopia, uiolenti ad ſaltum, feri morſu. Auguſtinus lib.16. De ciuit. Dei, Quid dicā de cynocephalis, quorum canina capita atq; ipſe latratus magis beſtias, quàm homines confitentur. lib.9.cap.5. & Plin.lib.7.

Cynodontas, m.t. (κυνόδοντας) dentes caninos dicunt, qui in ultimo ſenio oriuntur.

Cynogloſſa, æ.f.p. (κυνόγλωσσον) herba quæ dicitur lingua canis. γλῶσσα enim lingua dicitur et cynogloſſus. Plin.lib.25.cap.8.

Cynomyia.æ.f.p. κυνομυῖα. muſca canina. κύων κυνὸς canis. μυῖα. muſca, quæ ſanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum auribus inſidet, & uulnerat eas. Eſt & genus herbæ, de qua Plin.lib.25.cap.15.

Cynorhodon, di.n.ſ. (κυνόῤῥοδον) pen. cor. roſa ſylueſtris: id eſt canis roſa, ſic dicta quia eius radix ad morſum canis rabidi unicum remedium oraculo quodam compertū fuit. Quidā dicunt eſſe lilij genus rubens. Plin.li.25.cap.2.

Cynoſorchis. κυνὸς ὄρχις. quaſi caninus teſtis, herba quæ & orchis, & Cynoſarconia dicitur, folijs

lijs oleæ mollibus ternis, paruis'que, ſemipedis longitudinis, in terra ſtratis, radice bulboſa, oblonga, duplici ordine. ſuperiore, quæ durior eſt, & inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in uineis forte inuenti. Plin. lib. 27. cap. 8.

Cy̆nōsbătŭm, ti. n. ſ. (κυνόσβατος.) *alij cynoſpaſton, genus rubi: foliū habet ueſtigio hominis ſimile, fert & uuam nigram, in cuius acino neruum habet. Plin. lib. 24. cap. 14.*

Cy̆nōzŏlŏn, *aliàs chamæleo niger, herba ſic dicta, quòd fœtore eius ricini canum auribus decidant. Alij cynozon dicunt. uide Pliniū libro 22. cap. 18.*

Cynomorium. rij. n. ſ. *herba quæ & Orobanche dicitur. Plin. 22. cap. 25.*

Cy̆pă̆riſsŭs, ſi. f. ſ. *arboris nomen, et per ſynær. Cypreſſus, deinde cōuerſione y in u Cupreſſus dicitur. Verg. Aëriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi. Idem, Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum. Dicta cypariſſus, quòd corpus eius à rotunditate in aërē erigatur. Vnde & conos dicitur alta rotunditas, quo nomine et fructus eius appellatur. Hac arbor natu moroſa eſt, & Plutoni ſacra, quoniam ſucciſa non regerminat. Ideo funebri ſigno ad domos defunctorum illam poſuere maiores. Petro. in Saty. Gaudent ferali circum tumulata cupreſſo. A cypariſſus fit cypariſſinus, (κυπαρίσσινος) & à cupreſſus cupreſſinus deducitur.*

Cȳphĭ (κῦφι) *thymiamatis compoſitio eſt, dicata dijs, qua abunde Aegyptij ſacerdotes utuntur. Conſtat (ut Plutarchus ait) ex melle, uino, uua paſſa, cypero, reſina, ſeſeli, aſpalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, utroq; iunipero, cardamomo, lapatho.*

Cy̆pĕrŏn. ri. n. ſ. (κύπειρον) *genus eſt herbæ paluſtris, ſeu iunci angularis, quæ et Cyperus. Vide Plin. lib. 21. cap. 15.*

Cy̆pirŭs uerò. m. (ξιφίον, κύπαιρον uel κύπειρον) *alia herba eſt, quæ gladiolus dicitur, radice bulboſa, & odore uicina nardo. Eſt & per ſe Indica herba quæ cypĕris uocatur, gingiberis effigie, commanducata croci uim reddens.*

Cȳprĭnŭs, ni. m. ſ. (κυπρῖνος) *genus piſcis, de quo Plin. lib. 32. cap. 11. & Ariſtot.*

Cy̆prĭŭm *Sabini bonum appellant.*

Cyprĭŭm æs, (κύπριος χαλκὸς) *dicitur quod uulgari uſu nominatur cupriū. unde cuprini claui. Plinius: Teritur cyprio ære in cyprio mortario. Cyprium abſolutè, pro ære cyprio: hoc eſt, quod ex Cypro inſula aduehitur. Plinius libro 36. cap. 26.*

Cȳprŭs. pri. f. ſ. *dicitur uua florēs, & ſpecies quædam extrinſecus uirgulti in Aegypto, ferens etiam floridum quendam fructum in modum florentis uuæ prolatum. Plin. lib. 12. cap. 24. dicit arborem odoratam in Aegypto folijs & ſemine coriandro ſimilem, coquitur in oleo, & exprimitur. Inde unguentum regale, quod Cyprus ſiue Cyprinum dicitur. Naſcitur in multis locis, ſed in Cypro inſula odoris ſuauitate præſtat, ideo Cyprus eſt appellata.*

Cȳpsēlli. orum. m. ſ. (κύψελλοι) *aues quæ & hirundines, dictæ ex eo quòd nidū ſpecie cypſelli (id eſt ciſtellæ) ex luto fingunt. Plin. lib. 10. cap. 29.*

Cȳrcērŭm, ri. n. ſ. *nauis Aſiana prægrandis. Vide Circerus cum iota.*

Cȳrĭŏs, rij. m. ſ. (κύριος) *Latinè proprius, autenticus, dominus. unde Cyriacus, dominicus nomen proprium.*

Cȳrnĕă, eæ. f. p. *uaſis uinarij genus. Plaut. Cadus erat uini, inde impleui cyrneam. Melius Cirnea ἀπὸ τῆς κιρνᾶν.*

Cȳſsŭs & Cȳſthŭs *perperam hic, antea per y ſcribebātur. ſunt enim Græcæ ſtirpiū uoces: κισσὸς, id eſt hedera, & κίσθος frutex medicis notus. Plin. meminit lib. 24. cap. 10.*

Cȳtĭnŭs, ni. m. ſ. (κύτινος) *flos ſatiuæ punicæ, ut balauſtium ſylueſtris, ut eſt apud Dioſc. Plinius uero cytinum interpretatur pomū ipſum immaturum, & primum partum eius florere incipiētis: flores uero ipſos in ipſo cytino erumpentes balauſtia, naturæ aſtringentis. Solet tamen appellatio hæc & ad alia quoque genera congruere. Dioſcorides Appollinaris herbæ flores cytinos appellauit.*

Cy̆tĭsŭs, ſi. m. ſ. (κύτισος) *pen. cor. genus fruticis inter campos & ſyluas, ouium pabulum, quod lac auget. Plin. lib. de Animal. 13. Inuentus primo in Cytiſo inſula, inde, ut ait idem, tranſlatus in Cycladas & urbes Græcas. Colum. libro 13. cap. 28. Cytiſum (quem Græci aut zeas, aut carnicin, aut tripharin uocant) quàm plurimū habere expedit, quòd gallinis, apibus, ouibus, capris & omni generi pecudū utiliſſimus eſt.*

D ANTE A.

D LITERA quandoque pro th aſpirato ponitur, ut theos deus. Quandoq; conuertitur in b, ut quod olim duellum, nos iam bellum dicimus, & duellona bellona. Quandoq; in l, ut à ſedeo olim ſedda dicebatur, quæ nunc ſella. Quandoq; in r, ut meridies, ab eo quod eſt, medius dies. Interponitur nonnunquam in compoſitis hiatus prohibendi cauſa, ut in prodeſt, redarguo. Subtrahitur quando ſequens ſyllaba ab ſ cũ alia conſonante incipit, ut aſcendo, aſpicio. Quando aũt conuertatur in alias literas dictum eſt in (Ad.

Dacnădĕs, uide Dagnades.

Dachrўmās pro lachrymas, Liuius.

Dăctўliŏn, lij. n. ſ. (δακτύλιον) Græci anulum dicunt, à δάκτυλος. unde & dactyliotheca, pro anulorum repoſitorio.

Dăctўlŭs, li. m. ſ. δάκτυλος. pen. cor. à Latinis dicitur digitus. Ad cuius ſimilitudinem metri pes uocatur. Item dactyli caricæ: id eſt fructus palmæ, Apitius. Eſt & dactylus uuæ genus, in longum porrectæ, unde à Colu. dactylides dicuntur uuæ à digitali gracilitate.

Dæmōn, uide in proprijs.

Dæmŏnĭcŭs. a. um. o. ſ. quod eſt dæmonis, δαιμονικόν. Lactan lib. 4. in fine: Sed illi dæmonicis fraudibus irretiti, diuinũ nomen cultũq; per(diderũt.

Dæmŏnĭŭm, nij. n. ſ. δαιμόνιον. idẽ quæ dæmon, numen, deitas.

Dæmŏnĭōſŭs. a. um. o. ſ. & dæmoniacus. δαιμονιῶν. qui à dæmone poſſidetur.

Dagnădĕs. f. t. auiculæ quas potantes Aegyptij ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quæ cantitando & morſitando non paterentur dormire potantes. Melius, Dacnades.

Dălmătĭcātŭs, a. um. o. ſ. Dalmatarum ueſtibus indutus. Lamp. in Commodo: Dalmaticatus in publicum proceſſit.

Dāmă. æ. πρὸξ. genus capræ ſylueſtris, tam maſcu. quàm fœm. generis. Verg. Cum canibus timidi ueniet ad pocula damæ. Mart. Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. Imbelles damæ quid niſi præda ſumus? Huius diminutiuum eſt damula.

Dāmnās, (ἁλοὺς, ὄφλων) pro damnatus apud Iureconſultos. Marcellus: Quiſquis mihi hæres erit, dare damnas eſto.

Dāmnĭfico, cas. a. p. damnũ facio. ζημιόω. Damnificus, qui facit damnum. Plau. in Ciſtel. Imitatur nequam beſtiam, & damnificam. Damnigerulus. Idem in Trucul. Ite hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Dāmno, as. a. p. damno afficio. βλάπτω. Unde Indemnis, (ἀζήμιος) qui nullo afficitur damno. Sed cum de peccato, uel de peccati pœna agitur, (καταγινώσκω) quandoq; ablatiuo, quandoq; genitiuo iungitur. Cice. lib. 4. ad Heren. Maiores noſtri ſi quam unius peccati mulierẽ damnabant, ſimplici iudicio maleficiorũ multorum cõuictam oportebat. Quo pacto? Quoniam, quam impudicam iudicauerant, eam ueneficij quoq; damnatam exiſtimabant. Et lib. 1. Tuſc. Sed plurimi contrà nituntur, animosque quaſi capite damnatos morte mulctant. Quando uero nõ apponitur precium uel peccatum pœnaq; peccati, accuſatiuo tantum iũgitur, & ſignificat culpo. Cic. lib. 4. Tuſc. Rerum naturam quàm errorem damnare uoluimus. Interdum accipitur pro exhæredare, ἀποκληρῶσαι. unde è duobus filijs alterum hæredem inſtitutum, alterum damnatum legimus. Interdum pro compellere, obligare, & neceſſitate obſtringere. Teren. Tuus eſt damnatus gnatus, non tu. Damnare uoti & uotorum, pro liberari, & conſequi quod petimus. Liu. 7. ab Urbe: Inter ipſam dimicationem ædem Iunoni Monetæ uouit: cuius damnatus uoti, cum uictor Romam reuertiſſet, dictatura ſe abdicauit. A participio damnatus fit cõpoſitum indemnatus, (ἄκριτος) qui indicta cauſa: id eſt, non defenſa, aut incognita damnatus eſt. Salluſt. Hi primo cœpere quenq; peſſimũ, & omnibus inuiſum, indemnatum necare. Aliquando dicitur non damnatus. Liu. libro 2. Eum indemnatum indicta cauſa non debere uiolari. Compoſita à damno ſunt, condemno, & prædamno. προκατακρίνω. quod eſt antè damno. Liu. lib. 4. Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

Dāmnŭm, ni. n. ſ. & Dāmnātio, onis. f. t. βλάβη, ζημία. ab ademptione, quaſi diminutione, cum

minus de re factum eſt, quàm quanti conſtat. Teren. in Adelph. Niſi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum eſt. Damnum infectum, eſt damnum nondum factum, quod futurum ueremur, apud Caiũ Iuriſconſultum.

Dāmnōsŭs. a. um quod eſt cũ damno. (ζημιώδης, βλαβερός. Colum. lib. 1. Aliquando ſumitur actiuè: ut res damnoſa, quæ damnum infert. Plaut. in Bacc. Quid tibi commerci eſt cum dis dãnoſiſsimis? Aliquando paſsiuè, ut apud eundem in Epid. Damnoſo ſene, pro eo qui damnum ſubeat. Damnoſus, profuſus. Sueto. Nõ in alia re damnoſior, quàm in ædificãdo.

Dănīſmă, atis. n. t. (δάνεισμα) mutuum, uſura.

Dănīſtă, ſtæ. c. p. (δανειστής) fœnerator, creditor. Plaut. Morigerus eſt mihi daniſta, qui de me argentum non petit. ἀπὸ τοῦ δανείζειν. quod eſt mutuare.

Dănīſtĭcŭs, (δανειστικός) fœneratorius.

Danunt, quandoq; à Veteribus dicebatur pro dant: & Duis pro dederis. Plaut. Cui ſeruitutem Dij danunt lenoniam.

Dăpālis cœna, (λιπαρὸς, δαψιλής) quæ diuerſis & amplis dapibus conſtat. Plin. lib. 10. cap. 10. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius, depali cœna ſacerdotij.

Dăpātĭcē, aduerbium: id eſt, lautè. λιπαρῶς.

Dăpātĭcŭs. a. um. o. ſ. (μεγαλοπρεπής) quod eſt amplum, magnificum: ut, negocium dapaticum.

Dăphnĭă, gemma comitialibus morbis utilis exiſtimata. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dăphnŏīdēs, (δαφνοειδής) lauri genus, frutex eſt ramoſus, craſsiore ac molliore folio, quàm laurus. Plin. lib. 24. cap. 15.

Dăphnōn, onis. m. t. (δαφνών) lauretũ dicimus. » Martial. lib. 10. Diſpoſuit daphnôna ſuo Torquatus in agro.

Dăpĭfĕr, a. um. o. ſ. (σιτοφόρος) dapes ferens.

Dăpīno. as. n. p. penul. prod. ſignificat dapes parare. Plautus in Capt. Aeternum tibi dapinato uictum.

Dâps, dapis, f. t. inquit Feſtus, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna ſemente, aut uerna: quod uocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Quomodo uerò dapes conſtruantur, uide Catonem de re Ruſt. cap. 132. Cæterum dapes non ſolum deorum, uel noſtræ in ſacrificijs, ſed etiam magnifici & opipari appara-
» tus ſunt. ἐδέσματα. Mart. Illa quidem lauta
» eſt, dabibusq; inſtructa ſuperbis. Ver. 4. Aen.
» Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant.

Dăpsă, æ. f. p. apud Veteres genus ſacrificij, quod fiebat aut hyeme ſæuienti, aut uere: à Græcis δάψ uocatur.

Dăpsĭlē, (δαψιλῶς) aduerbium, abundanter. Sueto. in Veſp. Sed & conuiuabatur aſsiduè, ac ſæpius rectè ac dapſilè.

Dăpsĭlis, le. o. t. (δαψιλής) pen. cor. abundans, liberalis, largus. Colum. lib. 4. At ſpionia dapſilis muſto: δαψίλειαν largitatem, abundantiam rerũ liberalitatemq;, unde noſtri quoq; dapſiles aliquãdo lautos & liberales, appellant.

Dărdănārĭ, orum. m. ſ. (προπῶλαι) qui omnia præemunt, uti demum carius uendant: dicti à Dardano quodam cõtaminatiſsimo & profligatiſsimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes, à Colum. uocantur magicæ. eius ſunt uer-
» ba hæc, At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem, Dardaniæ ueniunt artes.

Dărdănŭm, ni. n. ſ. δαρδάνιον) genus ornamenti quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Cuius ſceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatẽ per anulos fecit, ut habeãt in lacertis iam quiddam & uiri, quod è Dardanis uenit, ut dardanum uocabatur.

Dărīcŭs, ci. m. ſ. (δαρεικὸς) pen. cor. numiſma priſcum, Darij imagine percuſſum.

Dăſeĭă, (δασεῖα) denſitas ſpiritus, & ſignum eſt uocalis aſpiratæ, quod hac nota formatur. ͨ

Dăſȳpūs, huius daſypodis, m. t. (δασύπους) animal ex leporum genere. Plin. lib. 10. cap. 63. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant, ſicut lepores. A partu ſtatim implentur: concipiunt quamuis ubera ſiccante fœtu, pariunt non cæcos.

Dătārĭŭs, rij. m. ſ. qui in poſtulationibus ac literis manu Pontificis Max. ſubſcriptis, diem & locũ notat, quibus datæ ſunt literæ. Datarius. a. um. quod eſt dandum, lingua uernacula dadare. Plaut. Eho, an non prius ſalus? nulla eſt mihi ſalus dataria.

Dătātĭm, aduerbium, ſignificat in uicem dando. ἀντιδιδόντως. Pomp. In lecto datatim luſi tecum. id eſt coiundo. Nam datatim ludere, eſt mutuo coitu uti.

Dăuiă,

Daūtiā, quæ lautia dicimus, & dantur legatis hoſpitij gratia. Feſtus.

Daūcūs, herba, de qua uide Plin. lib. 29. cap. 9.

D ANTE E.

DE, (παρὰ) præpoſitio eſt, quæ ſeparata ſignificat ἀπὸ, hoc eſt, à uel ab uel ex, ut audiui de patre meo. Item περί: ut cum dicimus, De partibus orationis, περὶ μερῶν τοῦ λόγου. Item propter. Terent. in Eunucho, Quantum me amas de fidicina hac. Item deorſum: ſicut ſus ſurſum. unde ſuſque deque fero Veteres dicebant: hoc eſt, ſurſum an deorſum res feratur, paruifacio. Item memoratiuam uim habet: ut, Cicero ſcripſit de Offic. Compoſita uero aliquando detractionem notat, ut decortico, delibro, deueſtio, deplumo, depilo, decaluo, dearmo. In aliquibus deorſum (κατὰ) ut deſcendo, defluo. Interdum non, ut delumbe, quod eſt non habens lumbos. Interdum auctiua eſt, ſiue intenſiua, ut deamo, deprauo. Interdum diminutiua, ut decreſco, deferueſco. Interdum priuatiua, ſiue negatiua, ut deſperatus, demens, dedecet. Interdū localem uim obtinet, ut deambulo. Interdum deficientem uim ſui ſimplicis indicat, ut diſco, dediſco: tego, detego: doceo, dedoceo. Interdum eſt honoris exhibitiua, ut defero, deduco. Significat etiam quandoque in totum uel omnino, ut demando. Quandoque apertè, ſeu palàm, ut demonſtro. Componitur autem cum dictione incipiente ab a, ut deamo: b, ut debacchor. c, ut decerno: d, ut deduco: e, ut deerro: f, ut defero: g, ut deglutio: h, ut dehiſco. i, ut deijcio: l, ut delabor: m, ut demiror: n, ut denudo: o. ut deoſculor: p, ut depello: q, ut dequutior: r, ut deriuo: ſ, ut deſudo: t, ut detraho: u, ut deuenio. Patitur tamen nonnunquam eliſionem metri gratia: ſicut in deinde, & dehinc. Vergilius, Oſcula libauit natæ, de hinc talia fatur: ubi eliditur e.

Dĕă, deæ. θεὰ. fœmininum à deus, in ablatiuo deabus. Vergil. 1. Aeneid. Nec uox hominem ſonat, ô dea certè.

Dĕăcĭnātŭs. a. um. o. ſ. adiectiuum: ut deacinata dolia. Cato de re Ruſt. capite. 26. Vbi erit lectum poſt dies triginta, ſi bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Dĕālbo. as. a. p. albū facio. Cic. in Verr. 1. Quòd ſi tāta pecunia columnas dealbari putaſſem, certè nunquam ædilitatē petiuiſſem. λευκαίνω.

Dĕămbŭlātōrĭŭm, rij. n. ſ. περίπατος. locus in quo deambulamus.

Dĕămbŭlo, las. n. p. περιπατέω. de loco ad locum ambulo: uel hinc inde ambulo, ut ſit ſalutis uel relaxationis cauſa. Teren. Adelph. Deambulare huc libitū eſt. Cice. 1. de Legibus, Vbi cum ſatis erit deambulatum, requieſcimus.

Dĕămo, ualde amo, quod uulgo dicitur cordialiter amo. στέργω. Terentius in Heaut. Næ ego ſum fortunatus, deamo te Syre.

Dĕārtŭo. as. a. p. ἀπαρθρῶ. quaſi per artus incido. Plau. in Capt. Deartuatus ſum miſer ſceleſti huius technis.

Dĕaūro. as. a. p. à ſummo uel ad imum auro. χρυσόω. Vnde deauratus, διάχρυσος.

Dēbācchārī, d. p. παροινεῖν. proprie eſt præ ebrietate ualde furere. Terentius in Adel. Si ſatis debacchatus iam es leno, audi ſi uis nunc. Per translationem uerò dicitur, cum quis ira percitus furit.

Dēbēllārĕ. a. p. bello uincere, uel capere. καταπολεμῶν, καταγωνίζεσθαι. Et proprie debellamus homines, expugnamus caſtra, urbes, naues, & huiuſmodi. Liu. lib. 8. Debellatum eſt cū Græcis. id eſt, finitum eſt bellum. Vergil. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Dēbĕo, es. debui, debitum. n. ſ. ὀφείλω. pertinet ad omnia, quibus deuincti ſumus: quod uulgò teneor, ſeu debitor, ſiue obligatus ſum, dicitur. Cic. Planco: Perfice ut ne minus Reſp. tibi, quàm tu Reip. debeas. Aliquando eſt dare debere. Plau. in Curc. Diues ſum ſi non reddo eis quibus debeo. Sall. Res autem opportuna uidebatur, quòd eis priuatim egregia liberalitate, publicè maximis muneribus grandem pecuniam debebat. Aliquando accipitur pro oportet: ut, Debes uirtutibus operam dare.

Dēbĭlĭs, le. o. t. (ἀσθενὴς) ex de & habilis, quaſi parum habilis: hoc eſt, malæ habitudinis: id eſt, infirmus. Teren. in Adelph. Membra metu debilia ſunt. Hinc debilitas. ἀσθένεια. & debilito. as. ἐξασθενίζω, ἀπογυιόω. Plin. Quibuſdam debilitas ſterilitatem non necem affert.

Dēbĭlĭto. as. a. p. debilem facio, frango, infringo, comminuo, & neruos propemodum incido, eneruo, affligo. Cic. pro Flac. Membra uxoris

debilitauit lapidibus. Vnde debilitatio.

Dēbĭtŏr, oris. m. t. δεδανεισμένος, χρέστης, ὀφειλέτης. proprie dicitur is, à quo inuito exigi pecunia poteſt, docet Modeſtinus. Plinius in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Debitio ipſe actus. ὄφλησις. Cic. Perquàm diſſimilis eſt pecuniæ debitio et gratiæ. nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert.

Dēbĭtūm, ti. n. ſ. & participium & nomen eſſe poteſt. Quando nomen eſt, ſignificat id quod debetur. χρέος, ὀφείλημα. ut, Omne debitum dimiſi tibi. Quando participium, dicitur obligatum. χρεωστούμενον. Liu. lib. 22. Cum Romanus plures quàm Pœnus recepiſſet, argentūque pro eis debitum ſæpe iactatū in ſenatu re, quàm tunc conſuluiſſent patres, tardius erogaretur.

Dēbrĭŏr, aris. d. p. idē eſt quod ebrior. Nūquid unus quia debriatur & turpis ui detur?

Dĕcă, (δέκα) decem, à quo componitur undecim, duodecim. Deriuata ſunt decimus, à quo undecimus, duodecimus, cum reliquis. Denus, à quo undenus, duodenus. Denarius, à quo undenarius, duodenarius, decenarius, & quæ ſequuntur. Decies, (δεκάκις) aduerbium. Plaut. in Stich. Quin & ipſa decies in die mutat locū. à quo undecies, duodecies, &c. Decenus, à quo undecenus, &c. Colum. lib. 4. Vt ego exiſtimo tricenas & decenas certe amphoras percipiet.

Dĕcăchĭnārī. d. p. ἀποκαγχάσαι. eſt deridere: ut eſt apud Tertullianum.

Dĕcăchŏrdūm, di. n. ſ. δεκάχορδον. inſtrumentum muſicum decem chordas habens.

Dĕcăcūmĭno. as. a. p. (ἀκρωτηριάζω, βλαστολογέω. unde βλαστολογίαν Theod. decacuminationē uertit) pen. corr. cacumen præcido, ſiue cacumine priuo. Colu. lib. 6. Poteſt etiā ulmus ſic diſponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem decem & quinq; pedum excedat.

Dĕcădōrŭs, (δεκάδωρος) penul. prod. longus decem palmis.

Dĕcălcātūm, (ἀσβεστωμένον) calce litum.

Dĕcălŏgŭs, gi. m. ſ. δεκάλογος. pen. corr. ſacrum uolumen, quod decē legis præcepta continet.

Dĕcăluo. as. (ἀποφαλακρόω.) uide in dict. Caluo.

Dĕcănto, as. are. a. p. idem quod cantare, & celebrare. Cic. 3. Tuſc. Hæc omnia uidi, ſed & iam decantauerant fortaſſe.

Dĕcăphŏrŭs. ri. m. ſ. δεκάφορον. pen. cor. lectica quæ fertur à decem hominibus: ſicut hexaphorus, quæ à ſex.

Dĕcăpŭlo. as. a. p. pen. cor. depleo, euacuo: à capulis deductum, quæ ſunt uaſa anſata. Plini. li. 15. ca. 6. Quare ſæpius die decapulandum. Vnde & capulator, de quo ſuprà.

Dĕcărchŏn. m. ſ. (δέκαρχον) Græci eum appellant, qui decem præeſt equitibus. Inuenitur etiam decadarchus.

Dĕcăs, decadis. f. t. ſignificat aliquid decenarium numerum continens. Hinc T. Liu. libros ſuos decades nuncupauit, quòd decem uolumina ſingulæ continerent. Δεκάς.

Dĕcaūlēſco. n. t. caules amputo. Plin. lib. 19. cap. 7. Raphanus utiq; iucundior detractis folijs, antequam decauleſcat. Mihi magis arridet decauleſcat accipi, pro in caulem excreſcat. ἀποκαυλοῦμαι.

Dĕcēdo. is. n. t. ſignificat diſcedo. ἀποχωρέω. propriè uerò à mandato cuſtodiæ loco recedo: ut conſules de prouincia dicuntur decedere, & præſides de urbibus. Cice. ad Att. Non putet nos ſenatus antè oportere decedere, quàm nobis ſucceſſum ſit. Item decedere, eſt deorſum ire, ſiue minui. ἀπογίνεσθαι, ἐλαττοῦσθαι. Lactan. li. 1. Id autem ſolidum exiſtimandum eſt, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil poſſit accedere. Decedere uia, (ἐξίστασθαι τῆς ὁδοῦ.) eſt per errorem, ſiue honoris gratia digredi. Sueton. in Cæſare, Et cū luminibus extinctis deceſſiſſet uia diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Decedere de ſuo iure, eſt non ſummo iure agere, ſed aliquid ſui condonare comiter. τῶν δικαίων ἑαυτοῦ ὑφίεσθαι. Cicero 2. Offic. Eſt enim liberale, paululum nonnunquam de ſuo iure decedere, & interdum fructuoſum. Rurſus decedere ponitur pro mori, (ἀπαλλάττομαι) & per ſe plenum eſt, ut ſubintelligatur uita, tanquam de cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci, ut eo modo dicatur, deceſſit, quo defunctus eſt. Cicero ad Attic. lib. 1. Pater nobis deceſſit ad VIII. Ca-

Ca-

Calend. Decembr. Aſcon. Apud quem illa ex partu deceſſit. Aliquando ſimpliciter. Cicero, Att. Sic cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet ſubito febris deceſſit. Habet aliquando hoc uerbum ablatiuum cum præpoſitione de, aliquando uero ſine ea: ut decedere uia, uel de uia: decedere iure ſuo, uel de iure ſuo: inſtituto, uel de inſtituto, id eſt inſtitutum mutare. Decedere de ſumma, eſt aliquid de ſumma detrahere Terent. Adelph. Mea quæ præter ſpem euenere, utantur ſine, De ſumma nihil decedet.

Dĕcĕm, numerale, indeclinabile. om. gen. à Græco δέκα. Teren. Heau. Decem dierum uix mihi eſt familia. Vide ſuprà in dictione Deca.

Dĕcēmbĕr. bris. m. t. (ποσειδεὼν) nomen menſis quòd decimum locum teneat.

Dĕcĕmiŭgis, (δεκάζυγος) currus quem decem equi iuncti trahunt.

Dĕcĕmpĕdă. dæ. f. p. δεκάπους. penul. cor. pertica qua menſuratur terra, à numero pedum dicta: ſicut quincupeda, à quinq; pedibus. Cic. 17. Philip. Vrbem iam peritus metatur, & callidus decempeda ſua Saxa diuiſerat. Saxa hoc loco eſt proprium nomen amici Antonij. Hinc decempedator. Idem 13. Philip. Cauebat etiā L. Antonius, qui fuerat æquiſſimus agri priuati, & publici decempedator.

Dĕcēmſcālmŭs, mi. m. ſ. actuariolum, quod decē ſcalmis agebatur. Scalmus autem lignum illud erat, in quo remus aptabatur ad facilius nauigandum. Cicero ad Attic. libro. 16. Hæc ego condeſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decemſcalmi.

Dĕcēmuĭri dicebantur, qui ad Rempub. gubernandum ſucceſſerunt conſulibus. Liuius 3. ab Vrb. Anno trecenteſimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab conſulibus ad decemuiros, quemadmodum à regibus antè ad conſules uenerat.

Dĕcēmuĭrālis. le. o. t. ut Decemuirales leges, quæ ſunt leges XII. tabularum, quibus perferendis decemuiri conſulari poteſtate creati ſunt. Liuius libro 3. Prius quàm urbem egrederentur, leges decemuirales, quibus tabulis duodecim eſt nomen, in æs inciſas publicè propoſuerunt.

Dĕcēmuĭrātŭs, tus. dignitas & officium decemuirorum. Cicero de lege Agr. Vt ij decemuiri ratum habeant, quos plebs deſignauerit.

Dĕcēndiŭm, dij. n. ſ. ſpacium decem dierū. nam decennium, (δεκαετηρία) ſiue decennis, decem annorum dicitur. Decennale, (δεκαετὴς) quod eſt decem annorum: ut bellum decennale.

Dĕcēntĕr, decorè. Cic. pro Cecin. Iura à maioribus decentiſſimè deſcripta. εὐπρεπῶς.

Dĕcērmĭnă. num. n. t. (τὰ μοτά). dicuntur quæ purgandi cauſa decerpuntur.

Dĕcērno. is. decreui, decretum. n. t. (ψηφίζομαι) proprie conſtituo, definio, ſiue de magnis rebus certam ſententiam profero, ut ſenatus decretum. Cic. li. 1. Offic. Quare expectāda quidem magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Terent. Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. id eſt, deliberauerunt. Interdum eſt ex poteſtate conſtituere. unde decreta fatorum, & ſyderum. Scribit Firmic. Sydera decernere fœlicitates infœlicitatesq; mortalibus. Per tranſlationem uero pertinet ad ea quæ ſunt dimicationis. κρίνεσθαι. Ver-
»gilius. 11. Aeneid. Ipſum armis, ipſumqúe iu-
»bet decernere ferro.

Dēcērpo. is. decepſi, decerptū. a. t. ex de, & carpo, ſignificat detraho, ſiue inde carpo. ἀπολέγω, ἀποδρέπομαι. ut decerpere uuas. Plini. in Epiſt. Sic decerpere fœtus arborum, idem li. 4. cap. 12. Decerpere folia, Colu. lib. 5. cap. 10. Vnde decermina.

Dēcērto. as. frequēt. n. p. ἁμιλλῶμαι. Cæſ. 2. Bell. Ciui. Hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri uiderentur. Idem 3. Bell. Ciui. Ne ciues cum ciuibus armis decertarent.

Dĕcĕt. n. ſ. πρέπει. conuenit, honeſtum eſt, aptum eſt, conſentaneum eſt tempori ac perſonæ, ut Cice. de Opt. ſcribit. quòd tum in factis ſæpiſſime, tum in dictis ualet. Contra itemq; dedecere. Et modò perſonale eſt. Ouidius de
»Remed. Lude decent animos mollia regna tuos. Modò imperſonale eſt, quod nonnunquam cum datiuo conſtruitur. Terentius, Facite ita ut uobis decet. Plautus: Nobis decet eſſe bonis. Huic contrarium eſt dedecet, ἀπρεπὲς, ἀπρεπές ἐστι. quod eſt inconueniens, ineptum, turpe, ſiue inhoneſtum. Ouid. lib. 6. Metamorph. Admouiq; preces quarum me dedecet uſus. A decet ſit decens, (πρέπον, καθῆκον) conuenient.

niens. Decentia, (εὐκοσμία) conuenientia quædam, & pulchritudo. Cic. 2. de nat. Deor. Decenter. ior. iſſimè. (καθηκόντως) aduerbiū, pulchrè, aptè, conuenienter. Cice. pro Cecin. Decus, decor, decorus, decorum, idem quod Decentia. Compoſita ſunt, condecet, indecet, & dedecet. penul. cor. A quibus condecens, indecens: condecentia, indecentia: condecoro, indecoro, & decoro.

Dēcīdo, is. a. t. ἀποκόπτω. penul. pro. deorſum ſeco, ut fit cum ex lardo frustum incidimus. Plaut. in Merc. Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar. Per translat. uero ſignificat determinare. διαλύειν. Cic. 7. Verr. Quibus rebus omnibus actis atq; deciſis, producuntur è carcere. Eleganter etiam pro litem conſenſu mutuo dirimere ponitur, quod trāſigere plerunq; iureconſulti uocant: translatione ſumpta ab ijs, qui rem controuerſam ſcindunt, ut quiſque partem æquam auferat, & à controuerſia diſcedatur. Cicero 4. Verrin. Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur. Vide Bud. in Annot. Ita decidere dubia dicimus, quaſi amputando ſuperflua, quod integrū eſt oſtēdere.

Dĕcĭdo, is. n. t. pen. cor. deorſum cado. καταπίπτω. Cic. 2. Off. Ficta omnia celeriter tanquā floſculi decidunt. Decidere equo, uel ex equo. Cæſ. 1. Bel. Gall. & Plin. li. 28. ca. 8. Sic per metaphorā, Decidere ſpe, uel à ſpe, Cic. et Liu. Ab hoc uerbo fit deciduus. a. um (κατάπιπτος) ut folia decidua. Plin. li. 11. ca. 37. de cornibus animalium, Omnibus autem caua et in mucronem demum concreta ſunt, ceruis tantum ſolida, & omnibus annis decidua.

Dĕcĭmæ, arum. f. p. ſiue Decumæ, ſignificat decimam partem quarumcunq; rerum, quæ ſoluuntur principibus & ſacerdotibus. δεκάτη. Plautus, Ut decimas ſolueret Herculi.

Dĕcĭmānŭs, ſiue Decŭmanus. a. um. o. ſ. δεκαταῖος. magnus. Unde decumana porta caſtrorū, quæ in his maxima eſt, erantq; in poſtica caſtrorum parte, ut ex Cæſaris lib. Bell. Gal. intelligitur. Decumana oua, & decumani fluctus dicuntur, qui ſunt magni. Nam & ouum decimum maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, ut ſcribit Feſtus Pomp. Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. Et decumanus limes in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem ſecat. Nam alter ex tranſuerſo occurrens, cardo appellatur. Plin. lib. 18. Decumani etiam (ut Aſco. Pædia. docet) uocantur publicanorum principes, à quibus decumæ ſiue decimæ exigebantur. Cic. 4. Ver.

Dĕcĭmārĕ, a. p. eſt decimam partem detrahere. ἀποδεκατοῦν, δεκατεύειν. Et decimari legiones dicuntur, quando decimus quiſq; ſupplicio afficitur ab imperatore. ἐκ δεκάδος ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ. Polyb. Liu. libro 2. Cætera multitudo ſorte decimus quiſq; ad ſuppliciū lecti. Sic uigeſimare, & centeſimare dicitur. Huius uerbi compoſita ſunt, addecimo, & ex decimo, eligo. Unde exdecimatum, electum.

Dĕcĭmŏdiæ, orum. f. p. ſiue decem modiæ, decē modios capientes. Colu. li. 12. cap. 18. De uindemiæ apparatu, perenne fabricādæ decimodiæ, et trimodiæ, et fiſcellæ texēdæ, et picādæ.

Dĕcĭmŭs, a. um. o. ſ. δέκατος. non ſolū numerum, ſed quandoq; etiam magnitudinē ſignificat: ut decimū quodq; ouum, decimus quiſq; fluctus: hoc eſt præcipuus magnitudine. Antiqui decumus ſcribebāt.

Dĕcĭpĭo, is. pen. cor. defraudo, deduco. ἐξαπατάω. à capio compoſitum, Plau. in Rud. At ego etiam qui ſperauerint, ſpem decepiſſe multos. Terentius. in And. Deceptus ſum, at non defatigatus.

Decipula, læ. f. p. παγίς. quoddā laquei genus ad decipiendas capiendaſq; aues. Et Decipulum idem quod decipula. Apule. lib. 8. Opportunum decipulum nactus.

Dĕcĭrcĭno. as. n. p. ἀποκυκλόω. pen. cor. contrarium eſt ſuo ſimplici circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio. Manil. lib. 3. Quam tereti natura ſoli decircinat orbem.

Dĕcīrēmĭs, f. t. nauigij genus decem habens remos. Plinius lib. 7. cap. 56.

Dĕcīſio, onis. f. t. tranſactio, uel diremptio litiū mutuo conſenſu. διάλυσις, σύμβασις. Cic. pro Q. Rabir. Dicā deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt. Idem pro Flac. Deciſionis arbiter C. Cæcilius fuit.

Dĕcĭtăt, pen. cor. frequen. eſt à decet. Apul. li. 2. Plantis roſcidis decitantes, hoc eſt decorātes.

Dēclāmārĕ, n. p. μελετᾶν. eſt in ficto themate ſe exercere. Caluus ſcribit declamationem, (μελέτην)

λέτην)eſſe domeſticā exercitationem,quæ res plurimum conducit eloquentiæ. Solebant enim Romani adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi, exercendi ingenij gratia, inuehi orationibus in eos, quos ſcirent aliquo crimine poſſe notari. unde Senecæ,& Quintiliani declamationes, quæ ſunt præludia quædam orandi. Hieronymus ad Damaſcenū.Nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ. Seneca: Declamationis nomen apud nullum authorem antiquum ante ipſum Ciceronem inueniri poteſt. Hinc declamito.as.are.frequentatiuum. Et declamator,qui aut in ſcholis aut ſecum fictā cauſam agit,ut poſsit ueram rectius agere. Et declamatio uerbale.Cic.1.Tuſcul.

Dēclāmātōrĭē. aduerb. ſignificat declamando. μελετητικῶς.Hieron.More eorum,qui declamatorie loqui ſolent ad populum.

Declamatoriŭs.a.um, quod ad declamandum pertinet. μελετητικὸς, γυμναστικὸς. ut declamatorius liber, qui declamanda cōtinet. Cic. ad Qu. frat.lib.3.Et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci,& delectari uidetur.

Dēclārārĕ.a.p.eſt apertè mōſtrare, ἐμφανίζειν, δηλοῦν. plus enim eſt quàm ſignificare,& tam ad facta quàm ad dicta pertinet. Cice.Offi.1. Declarauit id modo temeritas C.Cæſaris,qui omnia iura diuina & humana peruertit.

Dēclino.as.a.p.(ἀποκλίνω, ἐκκλίνω, ἀφίστημι) pen. pro. ſignificat deorſum aliquid flectere. ſed quoniam (inquit Riccius) ſæpius caput, aut etiam totum corpus declinando,periculum deuitatur,conſuetudo inualuit,ut pro uitare poneretur: & neq; tantum deorſum, ſed quoquo uerſus ſe quis flecteret, idem ſignificaret: quemadmodum in gladiatoribus uidemus, qui ut petiones aduerſariorum facilius declinare poſsint,modò ſe huc,modo illuc,uel toto corpore, uel parte aliqua flectunt. Sed uarie conſtruitur.Ponitur enim uel abſolutè: ut, Paululum declinare. Cice.pro Seſt. Vel cum accuſatiuo. Idem Offic.1.Declinetq; ea, quæ ei nocitura uideantur. Vel cum ablatiuo & præpoſitione: ut, Declinare à malis, Idem Tuſc.4. Aliquando ſignificat,deflectere uel diuertere,& hoc quoq; aliquando cum accuſatiuo: ut, Ad urbem mihi amiciſsimam declinaui. Cic. pro Plan. Aliquando cum præpoſitione à. Cice.Atti.Non arbitratur eū à Capua declinaturū. Vel de.Idem de Fin.5. Ad dextrā de uia declinaui.Quod etiā tranſlatè ponitur pro de ſummo iure decedendum eſt,& aliquid amicitiæ condonandum, Idem Cic.de Amic.& Plau.Aulu. Nam ego modo declinaui paululū me extra uiam. Interdum pro deduco,hoc eſt ab uno loco ad alium duco:ut, Declinare agmen Liui.lib.1. Interdum pro alieno,eximo & diſcrepo:ut, Declinans mulier ingenio. Terent.in Hecy.

Dēclĭuĭs,ue.o.t.inclinatus,atq; incuruus. Caſ.1. Bell.Gall.Collis à ſummo æqualiter decliuis. Plin.in Epiſto.Aetate decliuis. Decliuitas. atis.ipſa inclinatio.Cæſ.7.Bell.Gall.

Dēcōllo.las.lare.a.p.de collo depono. ἀποδειροτομῶ, ἐκτραχηλίζω.Cæcilius: Notonicaſioni habes uide,tibi tradidi, in tuo collo eſt,decolles caue. Significat etiam caput alicui auferre.Feneſtella lib.2. Quemadmodum Cæſar à piratis captus ſit, utq; eos poſtea ceperit & decollauerit. Per metaphoram pro deſtituere & fruſtrari, ſiue decipere. Plaut. in Capt. Nunc ibo ad portum hinc: eſt illic mihi una ſpes cœnatica,Si ea decollabit,redibo huc ad ſenem ad cœnam aſperam. Et hoc intranſitiuè, ſed (ut Riccius docet) comica admodum eſt dicendi figura, ut etiam deartuare opes. Quin etiam Columella eandem rem quæ eſt apud Varronem lib.1.de re Ruſt.tractans pro decollare,deeſſe ſcripſit lib.1.cap.3.

Dēcōlōr,oris.c.t. κακόχρους, δυσανθής.penul.cor. » adiectiuum,ſignificat quod colore uitiato eſt, » uel ſine colore.Tibul.Quæ feret à celeri deco» lor Indus aqua.

Dēcŏlōro.as.a.p.pen.pro.colore priſtino priuo, aut colorem uitio. τὸ χρῶμα διαφθείρω, ἀμαυρόω. Cice. 2. ad Heren. Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore conſtat eſſe.

Dēcŏquo,is. a.t. pen. cor. paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere. ἀφεψεῖν. Plin.lib.31.ca.3. Neronis principis inuentum eſt decoquere aquā. Ita decoquere muſtum, uel aliud ad tertias,& quartas, Colu.& Plinius ſæpe. Vnde decocta aqua, & decoctum: ἀφέψημα. Plin.lib.22. decoquere pro conuer-

tere accipere uidetur: Omnem illico ſuccum alienum ſaporemq́ in uenenũ decoquit. Quandoq; ſumitur pro perfectè digerere. Item pro ſubſtantiam conſumere, ſeu prodigere, & creditores ſolutione fraudare. χρεοκοπεῖν. quod ſæpe euenit ijs, qui gulæ omnia dedunt, aut ſcorta ſectantur: translatione ſumpta ab ijs rebus, quæ ad ignem diutius commoratæ, ad nihilum redigi ſolent. Et ferè intranſitiuè ponitur. Cicero 2. Philip. Tenes'ne memoria, prætextatum te decoxiſſe? Columel. libro 12. Nã quamuis interdum emendatum ſit perperam factum uel prudentia aut negligentia, res tamen ipſa iam domino decoxit. id eſt, detrimentum dedit. Hinc decoctor. oris. dicitur qui patrimonio abſumpto ad inopiam redactus eſt. ἄσωτος. Cicero in Catil. Item decoctum, decocti, ſubſtantiuè, quod decoctum eſt. Plinius libro 24. cap. 9. Decoctum eorum in uino potum, uel impoſitum cum roſaceo & cera ſedat. Vulgus pharmacopolarũ, decoctionem uocat. Decoctus. us. quartæ declinationis, ipſe decoquendi actus. Plinius li. 37. capite 12. Et decoctura. ræ. Idem Plin. lib. 23. cap. 1.

Dĕcŏr. ōris. pen. prod. maſculini generis, eſt (ut Val. lib. 4. capite 15. docet) quaſi pulchritudo quædam ex decentia rerum perſonarumq́; in locis, temporibus, ſiue in agendo, ſiue in loquendo. κάλλος. Verg. lib. 5. Et Doryali coniunx diuini ſigna decoris. Hinc dĕcōrŭm. ὡραῖον, σεμνὸν. pen. prod. quod non tam ipſum honeſtum ſignificat, quàm quod hominibus, & communi opinioni honeſtum uidetur & pulchrum, & probabile. Cicero 1. Offic. Quæ autem pars ſubiecta eſt eius generi, eam ſic definiunt, ut id decorum uelint eſſe, quod ita naturæ conſentaneum ſit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Verg. 2. Aen. Clypeiq́; inſigne decorũ Induitur. Et dĕcōrē, pulchè. πρεπόντως, εὐκόσμως, εὐσχημόνως. Cic. 1. Offic. Decor uerò, decoris, pen. cor. eſt adiectiuum, à decus pro decorus. a. um. κόσμιος. Salluſti. Equis & armis decoribus uultus. Inde fiunt compoſita, indecor, & dedecor. ἄκοσμος. Verg. 10. Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Inuenitur tamen hic & hæc indecoris. Acti. Cuius ſit uita indecoris mortem fugere, haud conuenit. Verg. lib. 12. Nec genus indecoris, ſine me hæc haud mollia fatu. Vbi patet indecoris ſubſtantiuum eſſe: nam ſi adiectiuum eſſet indecore dixiſſet. iungitur enim neutrum communi, ut pauperi regno.

Dĕcŏro, as. a. p. pen. cor. quod eſt pulchrum uiſu aut auditu facio, ſiue orno, honeſto, honorifico. ἐπιπρέπω, τιμάω. Horatius: At bene numatum decorat Suadela, Venusq́.

Dēcōrtĭco. a. p. pen. cor. corticem detraho, ἀποφλοιόω. Plin. lib. 6. cap. 39. Cædi intempeſtiuum quæ decorticentur. Scribonius Largus excaſtrare uocat. Decorticatio, uerbale. Plinius libro 17. capite. 24.

Dēcōrŭs. a. um. o. ſ. pen. prod. idem eſt quod pulchrum, ſiue decor adiectiuè. εὐσχήμων, πρεπώδης, σεμνός. Plin. lib. 12. cap. 5. Sepes munita uallo arboris decora ſpecie ſubter intuenti. Opponitur huic indecorus. a. um. Et indecorè. παρὰ τὸ καθῆκον.

Dēcōtēs, dictæ ſunt togæ attritæ, quaſi cotibus detritæ, atq; conſumptæ ſint: habetq́; pen. pro.

Dēcrĕpĭtī, adiect. o. ſ. ἐσχατογήροντες, παρήλικες. dicuntur ſenes quaſi clamoſi, à crepitu: nam crepare ſonare eſt. clamoſos autem & querulos eſſe ſenes, notum eſt. Alij decrepitos dici uolunt, quaſi in dubio uitæ conſtitutos: à crepero quod anceps & dubium ſignificat. Plau. in Aſina. Atq; unam amicam ductet decrepitus ſenex. Terentius in Eun. Dum meo decrepito hoc eunucho.

Dēcrēſcĕrĕ, n. t. eſt diminui: μειοῦσθαι.

Dēcrētōrĭŭs. a. um. ponitur pro iudiciario, in quo ſcilicet iudicium ferri poteſt: ut dies decretorius, (κρίσιμος ἡμέρα) qui & criticus. Et decretorium ſydus uel tempus dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudicium. Plin. lib. 18. Res ſumma uitium agitur, decretorio unius ſydere illo, quod caniculam appellauimus. Aliquando dicitur quod eſt decretum, firmatum, extansq́; ad aliquid arguendum iudicandumúe: ut, Pugna decretoria, Quintilianus.

Dēcrētŭm, ti. n. ſ. conſultum, interdictum, nomen, ſignificat id quod definitur. δόγμα, ψήφισμα. Plin. in Epiſt. Decreta quibus damnati erant proferebantur. Vnde decreta pontificum, conſtitutiones dicuntur. Decretũ. ἐγνωσμένον.

μένον. participiũ, ut cum dicimus, decretum eſt. id eſt, ſtatutum et definitum. Decreta ſenatus. τὰ βεβουλευμένα, τὰ ἐγνωσμένα. à conſultis ſic diſtinguuntur, ut decretum dicãt particulam quandam eſſe Senatuſconſulti, ut cum prouincia alicui decernitur: tanquã decreta ſint ſpecialia, conſulta generalia.

Dĕcŭbo, as. n. p. pen. cor. iaceo, quaſi deorſum cubo. κατακοιμῶμαι. Apul. Decubantem excitaui feram.

Dēcūlto, as. a. p. ex de & occulto, in quo abijcitur o, & ſignif. ualde occulto. καταχρύπτω. Feſt.

Dĕcŭmă, æ. f. p. decima pars, quam arator decumano dabat. Cic. 1. Ver. Quantũ decumanus edidiſſet, tantũ ſibi decumæ dare oportere.

Dĕcŭmānŭs, ni. m. ſ. magnus & publicanus, qui decumas exigit.

Dĕcūmbo, is. n. t. (κατάκειμαι) idem quod decubo. Hiero. Quintũ iam diem decumbens lectulo, nimia feſtinatione dictaui. Signifi. etiã ad mẽſam ſedere. Teren. in Phor. Prior bibas, prior decũbas. Aliquãdo mori. Cic. li. 2. Tuſc.

Dĕcūpă, æ. quid ſit, à uiris etiã doctis dubitatur, legitur tamen apud Ciceronẽ in Piſonem: Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & uinũ à propola atq; decupa. Quo loco legendum putat Budæus de cuppa ✱ aliàs de cupa per ſimplex p. ut ſit ſenſus, Piſonem non uiuere frugaliter, & ut ſolẽt quibus cura domeſtica, ſed uinum à propolis emere, atq; id è cuppa, hoc eſt non diffuſum aut aſſeruatum, ſed quemadmodum è cuppa affertur, hoc eſt penè muſteum. non enim futuris annis prouidebat.

Dĕcuplātŭs. a. um. o. ſ. (δεκαπλάσιος) ut numerus decuplatus, qui decies reſumitur. Decuplus, adiectiuũ. id eſt, decies tantum. Liui. 9. Bell. Maced. Vti ea quoq; decuplo tanto pluris qui quanti eſſent æſtimarentur.

Dĕcŭrēs, m. t. antiqui pro decurionib. uſurparũt.

Dĕcŭrĭă, æ. f. p. dignitas erat, ſiue ipſe magiſtratus. Nobilitas enim Romana in decurias, cæteri in centurias erãt diuiſi. Singularũ decuriarum primi, dicti ſunt decuriones. Col. Claſſes etiã non maiores quã denûm hominũ faciundæ, quas antiqui decurias appellauerunt.

Dĕcŭrĭārĕ, a. p. eſt decurionis officium exercere & in decurias diſtinguere. συμμορίζειν, καταλοχίζειν, διατάττειν, συστῆσαι συμμορίας. Vnde decuriata (καταλελοχισμένα) comitia: ſicut à centurio. as. centuriata comitia. Cic. pro Do. ſua: Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum. Inde decuriatio, uerbale. Cic. pro Plan.

Dĕcŭrĭo, nis. m. t. λοχάρχης, δεκάρχος. dictus eſt (autore Vlpiano) quòd initio, cum deducerentur coloniæ cõſilij publici gratia, decima pars deductorum conſcribi ſolita ſit. unde Cicero in Orationibus citat decreta decurionũ. Erant tamen alij urbani, alij municipales decuriones. Vrbanus decurio turmæ præerat, quæ duobus & triginta equitibus conſtabat.

Varro autem tradit in ſingulis turmis equitum decuriones eſſe ternos. Itaq; cum turma in tres decurias diuidatur, ſingularum decuriarum præfecti decuriones dicti ſunt, ex eo quòd denis equitibus præſint. Cice. Recita quæſo Sexti, quid decreuerint Capuæ decuriones. Hinc ſit Decuria & Decurionatus ipſa ordinis huius dignitas, δεκαρχία. Colum. Claſſes etiam non maiores, quàm denûm hominum faciundæ, quas decurias appellauerunt antiqui.

Dĕcūrro, is. decurri, & decucurri, decurſum, n. t. καταθέω. deorſum curro. Verg. Summa decurrit ab urce. Item decurrere, idem quod currendo accelerare, & feſtinare. Plin. Iun. Ad tacita ſuffragia, quaſi ad remediũ decurrerunt. Decurrere etiã milites dicuntur, cum præpoſito certamine exercent ſeſe. Verg. 11. de Palantis funere, Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos, ter mæſtum funeris ignem Luſtrauere in equis. Per tranſlationem eſt à principio ad finem uſq; currere. Lactan. lib. 4. Quæ oratio tantæ affluentiæ ubertate decurrẽs? Item præterire. παρατρέχειν. Idem lib. 7. Decurſo temporum ſpacio. ἐπιδιαδραμμένου. Vnde decurſus, us. nomen. Gell. lib. 7. Vt in decurſibus ludicris, aut ſimulachris præliorum fieri uidemus. Decurſorium locus in quo decurritur: noſtrates Torneamentum dicunt.

Dĕcūrtātŭs, a. um. o. ſ. participium à decurro, idem eſt quod mutilatus, breuiatus. κολοβὸς, κεκολοβωμένος. Cice. Mutila ſentit quædam & quaſi decurtata.

Dĕcŭs, oris. pen. cor. & gen. neutri, honeſtum

t. rr ſignificat,

ſignificat, & honorificentiam ex rebus geſtis. τιμὴ, τὸ ἀξιωπρεπές. Vergil. lib. 5. Oblitus decoris'q; ſui, ſociûmq; ſalutis. Vnde decora militiæ, laudes, honores, honeſtamenta militi in bello comparata. Huius contrarium dedecus. αἰσχύνη. quod pro ignominia ſiue infami turpitudinis genere ſumitur. Hinc decoro. as. κοσμέω. pen. cor. eſt honeſto, ſeu honorifico. Horatius, At bene numatũ decorat Suadela Venus'q;. A decoro fit condecoro, pro honeſto. Dedecoro, (καταισχύνω) pro uitupero, ſiue turpifico. Teren. in Hecy. An quicquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt, quæ me & te & familiam dedecoras? Ex his omnibus patet, quod plus eſt decus, quàm decor: & plus eſt dedecus, quàm indecorus: & decoro, pen. cor. quàm decoro, pen. pro. quoniã decoro, pen. cor. ſignificat honorifico: decoro. pen. pro. pulchrũ uiſu aut auditu reddo. unde decorum & indecorũ minus eſt quàm decus & dedecus. Cic. lib. 1. Offic.

Dĕcūſsārĕ, n. p. (χιάζειν) eſt in decuſſes formare, atq; diuidere, & per integrã longitudinem diſſecãdo trahere: ſiue (ut alij exponunt) in longitudinem aliquid, ut uimen æquis partibus, diſcindere. Colum. lib. 4. Nam duas regulas eius latitudinis, quo paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciẽ Græcæ literæ χ decuſſabimus.

Dĕcūſsātĭm, aduerb. ſignificat per decuſſes. κατὰ χιασμόν. Col. li. ult. Rapã in alueo aut ſeria componito, deinde ſicut conſueuerunt Salgamarij decuſſatim ferramento lunato incidito.

Dĕcūſsĭs, m. t. dicitur à decem aſsibus, numerus denarius perfectus, & abſolutus eſt.

Dĕcūtĭo, is. pen. cor. ſsi. ſſum. a. t. ex de & quatio, demeto, decido. ἀποσπάομαι. Liu. lib. 1. Rex uelut deliberabundus in hortũ ædium trãſit, ſequente nuntio filij, ibi inambulãs tacitus ſumma capita papauerũ dicitur baculo decuſsiſ(ſe.

Dĕdĕcūs. αἰσχύνη, ἀκοσμία. pen. cor. & Dedecoro. as. καθυβρίζω, uide in Decor.

Dĕdĭco, as. a. p. pen. cor. per uerba conſecro, ſiue honoris gratia deputo, aut dicendo defero. ἐγκαινίζω, ἀφιερόω. Liu. 1. ab Vrb. Multa alia ſacrificia, locaq; ſacris faciendis, quæ Argeos pontifices uocant, dedicauit. Dedicatio. Cic. pro Domo ſua: Niſi quẽ fortè illius caſtiſsimi ſacerdotis, ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

Dĕdignŏr, aris. d. p. (ἀπαξιόω) uide Dignor.

Dĕdiſco. is. dedidici, n. t. quod didici, id obliuiſcor. Val. lib. 5. ca. 1. μεταμανθάνω, ἀπομανθάνω. uide in dictione Diſco.

Dĕdĭtĭtĭūs. a. um. o. ſ. à deditus fit, & is eſt, qui ſe in alterius imperium dedidit. ἔκδοτος, ὑπόχειρος. Curtius: Multitudo dedititiorum incolis nouarum urbium cum pecunia capta dono data eſt.

Dĕdo. is. dedidi, deditũ, a. t. ἐκδίδωμι. ſignificat in perpetuum do, uel totum ſubdo: ſiue in manus poteſtatem ue & arbitrium do. Vnde dedere ſe hoſtibus dicitur, qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa deditio dicitur, & qui ita ſe dedunt, dedititij uocantur. Liu. lib. 1. Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar lib. 1. Heluetij omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eũ miſerũt. Forma deditionis deſcribitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Aliquando dedere eſt ſimpliciter dare. Terent. Verberibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam.

Dĕdŏcērĕ, a. ſ. eſt ſecus ab eo quo quis doctus eſt docere, uel falſum eſſe oſtendere. μεταδιδάσκειν. Quin. lib. 2. Dedocendi quidem onus plus quàm docendi eſt. Cice. 1. de Finib. Si à Polyæno familiari ſuo geometriã diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedocere.

Dĕdŏlĕo, les. n. ſ. pen. cor. non doleo, uel dolore me priuo. ἀπαλγέω. Ouid. lib. 5. Faſt. Quid me in deſertis morituram Liber harenis Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.

Dĕdŏlo, as. pen. cor. n. p. ſignificat dolabra uel eiuſmodi ferramento deorſum pulchrè dolo, cædo. ἀποξέω. Colum. lib. 5. Pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſq; eorum putres dedolandæ.

Dĕdūco, cis. penul. prod. deduxi, deductum, a. t. Multiplex eius uſus eſt ſiue conſtructionem ſpectes, ſiue ſignificationẽ. Et cõſtruitur cum præpoſitionibus à, de, & ex, & primum ſignificat ex alto ſiue deorſum ducere. Verg Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam. Aliquando de loco ad locum, ſiue de re ad rem ducere: ut, Præſidia deducere. Cice. Sic dicimus quoq; deducere ex præſidijs, & alijs locis cohortes, ut eſt apud Cæſarẽ. Deducere ex regno pro priuare & auferre regnũ, Hirtius de bel-

de bel. Alexan. lib.4. Cic.Fam. 1. Quod dat accipimus, quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt. id eſt retrahi, abduci, remoueri, reuocari. Lact. lib.4. Diximus nomen religionis à uinculo pietatis eſſe deductũ, quod hominẽ ſibi deus religauerit. Et cum præpoſitione in. Caſ. bel. Ciui. li.3. Spe enim conficiendi negocij propè in noctem rem deduxerant. Ad eundem modum rem aliquam dicimus deduc in controuerſiam, in iudicium, in ius. Item deducere in fraudem, in diſcrimen, in periculum. Item cum præpoſitione ad. Cæſar. lib.8. Si qua hominum æquitate res ad ociũ deduci poſſet. id eſt traduci. Cicero pro Flacco, Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudẽtes qui ad hoc iudicium deducti non ſunt. id eſt adducti. Lactan. lib.2. Homines autẽ ipſos ad tantam cæcitatem eſſe deductos, ut uiuo ac uero Deo mortuos præferant. Sunt & alij huius uerbi loquendi modi ſine aliqua præpoſitione, ut cum ponitur cũ ablatiuo, ſequente quominus. Cice. Fam. 14. Deq́ legis improbiſsimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitij, & amicitiæ ius officium'q́ præſtaret. id eſt territus eſt, ἀπὸ τῆ φρονήματος καθέλκω. Et cũ accuſatiuo: ut, Deducere cibum, Teren. Eun. Vbi propriè (in quit Donatus) deducunt, pro ſubtrahunt, uel ſubducunt. Pro prolongare: ut, Deducere dies, Cic. Acad. lib.1. Pro attenuare & exilem reddere: ut, Deducere uocem ita ut mulieris uideatur, Pomp. Pro ſubtiliter & nihil ſubruſticum proferre. Horat. Cum lamentamur non apparere labores Noſtros, & tenui deducta poëmata filo. Pro irrigare. Ver. Riuos deducere, nulla Relligio uetuit. Significat & deducere de ſumma aliquid demere. Cic. Offi. li.1. Deducere etiam is dicitur, qui alicui officij gratia uel honoris præſtat comitatum. Liuius: Frequentes'q́ eum domum deduxerunt. Eiuſdem generis ſunt, Comitor, aſſector, & proſequor. Deducimus quoq́ ſponſam marito uel ad maritũ, uel amicam ad amantem. Tibullus, Vt iuueni primũ uirgo eſt deducta marito. Huius cõtrariũ eſt reducere. ἀνάγω. Ci. in Cato. Hæc enim ipſa honorabilia, quæ uidẽtur leuia atq́ cõmunia ſalutaria, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli.

Dēdūctio, onis. f.t. uerbale eſt à deduco. Cic. de Diuin.1. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio eſt.

Dēerrārē, n. p. (ἀφαμαρτάνειν, ἀποπλανᾶσθαι) eſt de uia ſiue ratione declinare. Cic. Si tranſitionibus nullis utemur, & ſi non deerrabimus à propoſito.

Dēfalcārē, n.p. (ἀποκόπτειν) ſignificat tollere & amputare.

Dēfāmo, as. n.p. βλασφημέω. pen. pro. fama priuo, ſicut diffamo. Gell. Vt uocabula eorum quoq́ defamata atq́ deformia cum ipſis uiderentur. Sed ex Græco omnino ueniunt, φημὶ & φήμη: id eſt, dico, & fama.

Dēfæco, as. a. p. cum diphthon. ἀποτρυγόω, διαθλίβω. ſignificat à fæce purgo, quaſi fæcem detraho. Plin. lib.18. Per brumam uitem ne colito, uina tamen defæcari, atq́ etiã diffundi Hyginius ſuadet. Vnde omina pura, inturbata, & ſine ſordibus & fæcibus, defæcata (ἀμίαντα, ἀποτρυγωθέντα) dicuntur. Plaut. in Aulul. Nunc defæcato demum animo egredior domo. id eſt, ab angore purgato. Propriè Columella lib. ulti. Et defæcatum uinum in amphoras bonas adijcito.

Dēfătīgātĭo, onis. f.t. laſſitudo. Cic.1. A. Nulla res ei finẽ cædendi, niſi defatigatio & ſatietas afferat. Vnde defatigatus, languẽs. κάματος.

Dēfătīgo, as. a. p: defatigationem, uel laborem affero. Cic. ad Att. Te hortor, ne defatigare, neu diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis. καταπονῶ.

Dēfēctio, onis. f.t. (ἀπόστασις, ἀποστασία) receſſio ſeu rebellio, uel militũ ab imperatore, uel ciuitatis à domino: qui dicuntur deficere, cum ab eorum gubernatione diſcedunt. Val. libro 4. cap.6. Liu. lib.1. Ob reſiduas bellorum iras maximè ſollicitatũ, ad defectionẽ uoluntarios traxere. Aliquando dicitur diminutio & decretio, (ἔκλειψις) Idem in Cat. Quoniam delectabãtur ad defectionis ſolis & lunæ, multo nobis antè prædicere. Sunt & defectiones in corpore humano. λιποθυμία. quales mulierib. à conceptu accidere ſolent. Plin. in Proœ. li.13.

Dēfēctĭuūs, a. um. quod eſt mancum.

Dēfēctūs, a. um. o. ſ. perfectus, afflictus, participiũ à deficio, uel deficior, habet ſignificationem actiuã in uoce paſſiua, ut defectus robore animi. ἄθυμος. Colum. Diligentis patrisfamiliàs

ſamiliâs eſt, primam quanq; arborem ſenio defectam tollere. id eſt, quæ deficit. Hinc fit comparatiuum defectior, & ſuperlatiuum defectiſsimus. Colum. in præfat. Defectus paſsiuè. Cic. in oratione Antequam iret in exilium: Nunc uel ſolus defectus ad calamitatem, uel primus uocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere.

Dēfĕctŭs. us. m. q. nomen. ἔλλειμμα. ſignificat penuriam, nō uitium aut culpam, aut morbum: ut, Defectu ciborum dedimus nos hoſtibus. Interdū dicitur diminutio, aut defectio. Cel. lib. 2. Sed de lunæ motibus ſolisq; defectibus.

Defectus animi, ſiue defectus animæ (ut Celſo moris eſt loqui) λειποθυμία, λειποψυχία Græcè, à noſtris etiam animi deliquium dicitur: & uerba linqui animo, & intermori, & deficere, eſt extinctæ animæ ſpeciem præbere: quos Plin. & defectos animo quandoq; appellat. Ouid. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Dēfĕndo. is. defendi, defenſum, a. t. ex de & fendo (quamuis fendo non reperiatur) ſignificat tueor, auerto, depello, prohibeo, ἀπείργω, ἀμύνω, προβάλλομαι. Lactantius: Qui ſæpe etiam malas copioſe defendiſti cauſas. Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur, uel cum ipſi defendimus nos, uel cum alius defendit nos ab alio, tanquam iniuriam inferente. Vt ſi nobis aduerſarentur iudices, & Cicero tueatur, recte dicimus, defendi nos à iudicibus: nō quod illi nos defendant, ſed quod præſidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Differt tamen defendere à propugnare, quia defenſio eſt quocunq; modo fiat, propugnatio autem non niſi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. Ver. Solſtitium pecori defendite, iam uenit æſtas. Et alibi: Hic ego dum teneras defendo à frigore myrtos. Hinc

Dēfēnſo, as. are. a. p. frequentatiuum. Plaut. Bacchid. Noſter eſto dum te poteris defenſare iniuria. Inde

Dēfēnſito, tas, aliud frequen. eſt. προΐσταμαι. Cic. lib. 1. Offic. Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere: illa tamen præſtare debebit, quæ erunt in illius poteſtate.

Dēfĕro, pen. cor. detuli, delatum, a. inconſeq. eſt leui quodā ac celeri curſu aut uia ferre. Plau. in Amph. Quid ſi è portu nauis huc nos dormientes detulit? Regitq; ſemper accuſatiuum caſum, & hoc aliquando cum datiuo, & præpoſitionibus in & ad. Idem in Trin. Hos ego quæro quibus me oportet has deferre epiſtolas. Idem Aſin. Ad te deferā. Et, defertur Meganus in Rhenum, Plin. Iun. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. Significat quoq; nunciare, certiorem facere. Cic. Fam. 15. Quæ ad me delata eſſent, ſcribenda ad uos putaui. Interdum habet hoc uerbū accuſationē. Plau. Aul. Ad tres uiros iam ego deferā tuum nomen. Cic. in Verr. Serui cuiuſdā nomen defertur: is accuſatur, ficti teſtes in eum dantur. Vbi ſciendum deferre nomen alicuius, nō eſt propriè accuſare, ſed ante accuſationē apud iudicem uel magiſtrum aliquem de aliquo crimine denunciare. Vnde delator, uerbale, occultus accuſator & calumniator. Sueto. de Domit. Deferebaturq; uox eius, Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. Deferre quoq; cauſam dicitur cliēs ad patronum, cum eum conſulit, & illi controuerſiæ ordinem argumentumq; exponit. Cic. in Verr. Pertinet etiam ad dignitatem & honorem & uenerationem & officiū, uarijsq; modis ponitur ac conſtruitur. Liu. lib. 1. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernūt. id eſt, offerendum atq; tradendū. Et paſsiuè. Nauis in portum delata eſt. (κατηνέχθη) id eſt deuecta. Hic delatus eſt lectica. id eſt, deportatus.

Dēfĕruĕfăcĕrĕ, a. t. refrigerare. Cato cap. 157. Poſtea in ollam conijcito, deferuefacito bene. ἀναψύχειν.

Dēfĕruĕo, es. n. ſ. miteſco, placidus fio. πραΰνομαι, καταψύχομαι. Plini. in Epiſto. Cum iam ſatis ille primus impetus deferueſceret, & languidior indies ira ad iuſtitiam rediſſet.

Dēfĕrueſcĕrĕ, n. t. ſignificat ardorem animi inuita ratione excitatum deponere. ἀποθυμαίνομαι. Cic. lib. 4. Tuſc. Aut rogandi orandiq; ſunt, ut ſi quam habent ulciſcendi uim, differant in tempus dum deferueſcat ira. Sed hoc per tranſlationem, quaſi ira ſit ignis quidam animum incendens. Col. propriè pro refrigerari (ἀποψύχειν) poſuit, lib. 2. de fœno loquens, Prudentes

dentes agricolæ, quamuis iam illatum tecto non antè componunt, quàm per paucos dies temere congeſtum in ſe concoqui & deferueſcere patiantur.

Dēfetiſcŏr, eris. defeſſus ſum, inquit Priſc. d. t. ſignificat labore deficio, (κάμνω, κοπιῶ) Compoſitum autem eſt à fatiſcor feſſus, quod quidam à fateor deriuari uolunt. Sed Diomedi aſſentiendum puto, qui ait, Feſſus appellatio eſt. poſtea ſequitur: Differt autem fatigatus à feſſo, quòd fatigatus dicitur, cum quis per alium laborare compellitur, ut laſſatus: feſſus uerò cum quis labore deficit, ut laſſus. Feſſus igitur nomen eſt non participium, quia ſicut laſſus nō eſt participium, ita nec feſſus: quòd eorum ſignificatio quaſi eadem planè oſtendit uerius, quàm docuit. Ex quo oſtenditur non eſſe idem feſſus & fatigatus. Igitur nec à fatiſcor feſſus, neq; à defetiſcor defeſſus: quia feſſus nomen, & eius compoſitum eſt defeſſus. Ipſa uerba ſupinis atq; præteritis carere exiſtimo, quemadmodū & fatiſcor. Et quoniam fatiſco in uſu eſt, nimirum fatiſcor obſoleuit: compoſitum tamen defetiſcor remanſit, & eadem penè ſignificatione ſumitur qua fatiſco, quod eſt deficio: (λείπω) defetiſcor uero ceſſo ſiue deficio. Et ſic duo uerba nobis relicta ſunt: alterum neutrū ſimplex, & alterum deponens compoſitum. De fatiſco Verg. 1. Georg. Neu puluere uicta fatiſcat. De defetiſcor Teren. in Phorm. Iſthæc res mihi ſollicitudini eſt, Neq; defetiſcar unquam ego experirier, Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. De defeſſus idē in Adel. Defeſſus ſum ambulando. Eius cōtrariū indefeſſus. (ἀκάματος.)

Dēficio, deficis. n. t. (ἐπιλείπω, ἐκκάμνω) ex de & facio, conſtruitur cum datiuo, & ſignificat deeſſe, uel non ſufficere. Cic. Seruio Sulp. Sed opprimor interdū, & uix reſiſto dolori, quòd ea mihi ſolatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. Hinc defectus pro priuatione deducitur. Legimus etiam deficere abſolutè poſitum pro deeſſe. λείπεσθαι, ὑστερεῖν. Hirtius: Quare neq; tanti ſum animi, ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam: neq; tanti timoris, ut ipſe deficiam. Aliter alibi dixit, Martius Ruffus quæſtor in caſtris relictus à Curione, cohortatus ſuos ne animo deficiant. id eſt, terreantur, & animus deſit, (λιποψυχῶσι.) Inuenitur etiam cum accuſatiuo, pro derelinquere poſitum: quanquam in ſenſu idem ſit cum deeſſe. (καταλείπειν.) Cicero: Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæſar: Fruſtra meæ uitæ ſubuenire conamini, quem iam ſanguis uiresq; deficiunt. id eſt, ἐξαθυμοῦντι. Accommodatur huiuſmodi nominatiuus rebus inanimatis, ut dies me deficit, uox deficit, (ἐπιλείπει) & oratio illum deficit. Et notanter dixi rebus inanimatis accommodari in hac ſignificatione: quia non rectè dixeris Vxor uel res me deficit, ſed à me deficit. Item deficere cum accuſatiuo ſignificat non ſuggerere. Vergil. Cum iam glandes atq; arbuta ſacræ deficerent ſyluæ. id eſt, non ſuggererent glandes atq; arbuta. Interdum abſolutè ponitur pro finire, deſinere. καταλήγειν. ut, Hic præ mœrore defecit. Martianus: Tum demum id agere conſilium erat, cum uita defecit. Capitur & pro diſſentire, recedere, ſeu rebellare, deſciſcere, deſerere. ἀφίσταμαι. & tunc ablatiuo iungitur cum præpoſitione. Saluſt. in Iug. Quod oppidum primum ominū poſt malam pugnam ab rege defecerat. Cic. in Lælio: Difficile eſt amicitiā manere, ſi à uirtute defeceris. Inde defectores (ἀποστάται) qui tranſeunt de uno exercitu ad alium.

Dēfīgo, is. a. t. pen. prod. defixi, deorſum figo, implanto, immitto. Colum. lib. 2. Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Verg. 2. Geor. Altius & penitus terræ defigitur arbos, Eſculus in primis. Plau. Perſa: Di deaq; te omnes perdant, Niſi hodie, ſi prehendero, defigam in terram colaphis. Defigere ſicam in corpore, apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde, & defigere gladiū iugulo, apud Liuium. Ex hac uerbi ſignificatione, elegātes ſimul ac uariæ trāſlationes exiſtunt: ut cum aliquem dicimus pauore defixū eſſe, aut ſtupore mœſtitia úe. Habetq; ſingularem cū animus & oculus nominibus elegentiā. Cic. pro domo ſua: Ad quam ſententiā dixi? primū eam, quam populi ſermo in animis ueſtris iam antè defixerat. Lactan. li. 1. Oculos ſuos ab alto deijciunt, ſoloq; defigunt. Plin. lib. 8. cap. 17. Cum pro catulis fœta dimicat, ocu

eat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne uenabula expaueſcat. Aliquando pro ferio, uel transfodio. καταπαράω. Perſius: Oreteris medico pallentes radere mores Doctus, & ingenio culpem defigere ludo. Aliquando defigi pro defatigari ponitur, ac uiribus attonitorum modo linqui, ut apud Plinium lib. 7. Defigatur, poſtremò expiret.

Dēfīnĭo. is. n. q. (ὁρίζω. ὁρίζομαι.) pen. pro termino, decerno, & quaſi finiendo certos rei, de qua agitur, terminos præſcribo. Cice. de Amicitia: Altera ſententia eſt, quæ definit amicitiam paribus officijs ac uoluntatibus. Sic definire imperiũ, prædia, hortos, pro dimenſa inter ſe diuidere. Definitum eſt, apud Plaut. Ciſtel. Vnde definitio, & finitio (ὅρος, ὁρισμὸς) eſt oratio explicãs quid ſit id de quo diſputatur. Eſt enim coactæ in ſe atq; complicatæ rei explicatio, uelut cũ dicimus, Homo eſt animal rationale & mortale. Quint. Finitio, eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breuiter cõprehenſa uerbis enunciatio, aliâs deſcriptio dicitur. fit multis modis.

Dēfĭŏcŭlŭs, li. m. ſ. (ἑτερόφθαλμος) dicitur qui eſt captus uno oculo, quem luſcum alio nomine uocitamus. Martialis: Hinc defioculus, & inde lippus.

Dēfit, deeſt. n. & defect. (λείπει) cum datiuo conſtruitur. Terent. in Hecy. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit benignè præbeatur. Vergi. Lac mihi non æſtate nouum, nec frigore defit. Vbi Priſcian. deficio, loco paſſiui defio facit, & deinde defectus.

Dēflăcco, as. attero. λιπτρίβω. Tractum à ueſtibus ſiue à flacco, ut ait Nonius.

Dēflăgro. as. n. p. pen. prod. uehementer comburor. καταφλέγομαι, ἐμπρήθομαι. & cum ablatiuo conſtruitur. Cic. lib. 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Idem 2. De Natu. Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe. Significat & per translat. langueſcere, deferueſcere. Luc. Sic deflagrare minaces Incaſſum, & uetito paſſus langueſcere bello.

Dēflecto, is. a. t. torquere, & curuare. κατακάμπτω, ἀποκλίνω. Colum. lib. 5. Cum iam ſatis amplum incrementum ſuſceperit, ramum oliuæ deflecte, & crus arboris ficulneæ religa. Cic. lib. 3. Offic. pro declino per translationem poſuit: Hoc autem de quo nũc agimus, idipſum eſt quod utile, in quo uerbo lapſa conſuetudo de uia deflexit. Deflexus. us. nomen. Colum. Ne deflexu frangatur.

Dēflōccāti ſenes, qui florem uirium depoſuere. Plaut. in Epid. Nam per urbem adeò deflocati ſenes Quæritant me.

Dēflōrērĕ, n. ſ. eſt ſine floribus eſſe, quod fit cum flores decidunt. Vnde defloreſcere, quod eſt ſine floribus fieri. ἀπανθεῖν, ἀπανθίζω. Plin. lib. 17. Peſsimum inter omnia, cũ defloreſcentem uitem & oleam percutit imber, quoniam ſimul defluit fructus. Cic. ad Heren. per tranſlat. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate. Eiuſdem ſignificantiæ eſt effloreo. Aliquando etiam deflorere, eſt flores emittere. ἀνθοποιεῖν. Colum. lib. 2. Et cum totam ſpicam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem deuenit. Sic effloreſcere, eſt ualde floridum fieri. ἐξανθεῖν. Cic. in Lælio: Quæ tamen effloreſcit amicitia, etiamſi tu minus eam ſecutus ſis.

Dēflŭĕrĕ, n. t. deorſum fluere. καταρρεῖν. & propriè de fluminibus dicitur. Plin. lib. 6. cap. 7. Defluit in Rhenum Magonus. Per translationem ſignificat decurrere, delabi. Cic. in. Lælio: Ad leues amicitias defluxit oratio. Sallu. in Iugurt. Vbi per ſocordiam uires, tempus, ingenium defluxere: quod eſt quaſi cecidere & periere. Lact. lib. 3. pro in nihilum redigere poſuit, Nauis ſine gubernatore abit peſſum, & corpus relictum ab anima defluit. Quandoq; pro ſubtus fluere. Verg. in Georg. Vdis aries in gurgite uillis Merſatur, miſſuſq; ſecundo defluxit amni. Defluere etiã dicitur, quod ætate morbo ue ſoluitur. ἀπορρυεῖν, ῥεῖν. Vnde defluere capillus (τρίχες ῥεῖσαι) dicitur. & quia defluit, dicitur defluus, & defluuium (ἀλωπεκία) capillorum fluxus. ἀπόρροια. Plin. Sed defluuia comarum facere dicitur. Item Hippocrates capillorum mulierum defluos fricari raphanis iubet.

Dēflūxŭs, us. m. p. (κατάρρους) idem eſt quod defluuium.

Dēfŏdio, is. a. t. pen. cor. ſepelio, obruo. κατορύττω. Liu. Fuerantq; defoſsi annis quindecim ſupra quingentos, & durauerant, ſcilicet libri. Plautus in

tus in Prol. Aulul. Domi ſuæ defoſſam multis cum opibus aulã inuenit. Et defodere eſt infrà ſiue deorſum fodere. καταςκάπτειν. Col. li. 2. Solum in altitudinẽ trium pedum defodiatur.

Dēfœtūs, a, um. o. ſ. per œ diphthon. idem quod deſtitutus: ſicut effœtus, fœtu deſtitutus. παρηκμακὼς, ἄγονος. Ouid. in Ibin, Sit quoq; quod rarum eſt ſolito defœta fauore Fortunæ facies inuidioſa tuæ. Hinc defœtiſsimus. Col. Defœtiſsimum quenq; annis & uiribus in agrum relegat. In dictione Defectus citatur idem Columellæ teſtimonium, ubi non defœtiſsimum ſed defectiſsimum legitur.

Dēfōmicātūm, ti. n. ſ. à fomitibus ſucciſum, quibus confoueri erat ſolitum lignum. Feſtus.

Dēfōrmĕ, adiect. o. t. turpe, quaſi deorſum à forma. ἄμορφον. Plin. in Epi. Placuit locus in quo fuit aliquãdo domus (ut audio) pulchra, nunc deformis ruinis. A quo deformitas. ἀμορφία, αἶσχος. quæ cum ad animum tum corpus refertur. Cic. de leg. 1.

Dēfōrmo, as. a. p. deſtruo, & quaſi de forma deijcio, priſtinam bonam formam aufero, ab integra forma ad corruptã traduco. ἀπομορφόω, ἀμαυρόω. Apu. li. de Aſin. Alius furore ac miſera macie deformatus. Cic. Qui ſunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenſes. Item deformare eſt figurare, deliniare, & noua forma inſignire. διατυπῶν. Vitru. Architectus ſit graphicis peritus, ut deformare poſsit lineis imitationem quã uelit ædificiorũ. Hinc deformatio. onis. uerbale. Liu. 9. ab urb. Deformiter aduerb. Quint. li 8. cap. 3. Iura deformiter

Dēfrāudārĕ, a. p. (παραλογίζομαι, ἀποσο (ſonat: [illegible]) uel per ſyncopen defrudare, eſt per fraudem aliquid decerpere, & exquirere, uel fructum diminuere, aut priuare: ut eſt illud, Qui ſophiſtice loquitur odibilis eſt, in omni re defraudabitur. Plaut. Aſin. Me defrudato. L. Te ne ego defrudẽ, cui ipſi nihil eſt in manu? Cic. in Ora. Ne breuitas defraudaſſe aures uideatur, ne ue longitudo obtudiſſe. Defraudare genium, eſt intercipere uoluptatem, & naturæ quod appetit negare. Teren. Phorm.

Dēfrico, as. a. p. pen. cor. ualde frico. Columella lib. 2. Totumq; eorum palatum ſale defricato.

Dēfrigo. gis. xi. (κατασφύγω) uide Decoquo.

Dēfringo, a. t. deorſum uel ualde frango, ſiue decerpo, decido. ἀπορρήγνυμι. Colum. lib. 6. Plerunq; fit, ut aut crure aut cornibus boum ramuli uitium defrangantur. Vergil. Aut ſummas defringe ex arbore plantas.

Dēfrūgo, as. a. p. pen. prod. omnem fructum exhaurio. καρπίζομαι, ἐκκαρπίζομαι. Defrugare ſegetem uidetur, qui uel nimia fœtura exinanit agros, uel per inſcitiã aut negligentiam perdit laceſsit ue fruges: omnino cum uel feſtinata ſementis eſt, uel ſerotina, præpropereq; aut præpoſtere quid agitur, defrugare ſegetẽ contingit. Plin. lib. 18. Oraculum illud magnopere cuſtodiendũ: Segetem ne defruges. Col. Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

Dēfrūtārĕ, n. p. muſtũ decoquere, ut inde defrutum fiat. ἑψεῖν. Col. lib. 2. Sed defrutũ quoq; facere et defrutare uinũ licet. Hinc defrutarius. a. um. ἑψητικὸς. ut uaſa defrutaria apud Col. li. 12. ca. 19. dicuntur, quæ ad defrutũ idonea ſunt. Sic cella defrutaria apud eundem lib. 1.

Dēfrūtūm, ti. n. ſ. à deferuendo (ut inquit Pall.) uinum decoctum, Plinio autore, uſq; ad mediam partem. ἕψημα, ἑψητόν. Hippo. σιραῖον. Sapa uero à ſapiditate, muſtum eſt ad tertiã partem decoctum. At Colu. aliter, Muſtum, inquit, quàm dulciſsimum decoquitur ad tertias, & decoctũ, ſicut ſupra dixi, defrutum uocatur. Sic Non. Sapa, quod nunc mellaciã, muſtum ad mediã partem decoctum, defrutũ, ſi ex duabus partibus ad tertiam redigatur.

Dēfūgĕrĕ, n. t. recurſare, in totum fugere. ἀναδύνειν. Cæſar 8. belli Gall. Aditũ eorum ſermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiãt. Cic. pro Sylla, Itaq; attende iam Torquate, quàm ego defugiam authoritatem conſulatus mei.

Dēfūndo, dis. a. t. deorſum fundo. καταχέω. Cato de re Ruſt. Aquam defundito non omnem, eo addito oleum. Colum. Poſtea cum refrixerit, in uaſa defundas, & operias.

Dēfūngŏr. eris. (ἀφοσιοῦμαι) uide Fungor.

Dēgĕnĕr, ris. o. t. pen. cor. qui maiorum ſuorum moribus non reſpondet. ἀνδραποδώδης, ἀπορριπτὴς, ἀγεννής. Vergil. 2. Aeni. Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Ponitur quãdoq; pro ignobili & uili. Verg. Degeneres animos timor arguit. Eſt aũt generis omnis in ablatiuo degenere uel degeneri. Lucan.

Si me

„Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte.

Dēgĕnĕrārĕ,n. p.idem eſt, quod à genere deſciſcere. ἐξίστασθαι, μεταπίπτειν, ἐκπίπτειν. Verg. „2. Georg. Pomaq́ degenerant ſuccos obli„ta priores.id eſt,deteriorantur in ſapore.Pro„pert.Dij mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis. Dicimus autem degenerare tam à malo quàm à bono.Liu.lib.9.Ne degeneraueris à familia imperioſiſſima,& ſuperbiſsima.

Dēgĕro.is.ere.idem quod gerere.Plaut. in Menæch.Mea ornamenta ad meretrices degerit. id eſt,defert. Quidam legunt Apud meretrices, & degerit pro abſumit exponunt. Idem, Atq; illud tuæ degeris amicæ.

Dēglabārĕ, a. p. (ἀποψιλοῦν)depilare, & glabrum facere.

Dēglūbo.is.ere. deglubi, deglubitum, a.t.corticem eximere,ſiliquam aut folliculum excutere,& granum ſua nudare tunica.Varro 1.De re Ruſt. cap. 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. Vnde per metaphoram prouerbio dici ſolet, Boni paſtoris eſt tondere pecus,non deglubere,quaſi pellem detrahere.

Dēglūtino.as.a.p.pen.corr. diſiungo quod glutinatum erat.Plin.li.25.ca.13. Ad cicatricem perducunt,palbebras deglutinant.

Dēglūtītio,onis.f.t.eſt nutrimenti humidi & ſicci à ſtomacho ad uentriculum attractio. Vel ſic: Deglutitio eſt humidi & ſicci alimenti ex ore per ſtomachum in uentriculum delatio. καταπίνωσις.

Dēgo.is.n.t. ex de & ago,ſed abijcitur a:præteritum facit degi, ſupinum nuſquam legi.Neutrum eſt, ſed in tertia perſona paſsiue eo uti poſſumus: & quandoq; abſolutè, quandoq; cum accuſatiuo, ſignificatq; deduco, ſiue ad finem uſq; duco, & ago.Teren.Nam hunc diem Miſerè nimis cupio ut cœpi,perpetuũ in lætitia degere. Item uiuere. Lactan. lib.5.Idcirco eum uoluit ſub aliena ditione atq; imperio degere,ut ne rerũ proſperitate correptus, in luxuriam laberetur. Ita degere ætatem, degere uitam.Item expellere,detrahere.Plau. In Aulul. Nunc ego iſtum ſoror laborem degam & diminuã.id eſt,demam.Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

Dēgrăuo.as.are.a.p.graue & ponderoſum reddere, premere, moleſtare. Liuius 4.ab Vrbe, Alios in aquam compulſos gurgites ferunt: etiam peritos nandi laſsitudo, & uulnera, & pauor degrauant. Labore operis degrauari, apud Columellam lib.6.cap.2. Paulatim degrauatum pondere ſuo præceps attrahetur, apud eundem lib.1.cap.5.

Dēgrūmmārī,ſignificat à grumma menſura dirigere.ἀπευθυρομβεῖν. Lucil.Viamq; degrummari uis,ut caſtris menſor fecit olim.Nonius.

Dēgŭlo,as.a.p.pen.cor.gulæ trado. καταλαιμάω. Plaut. Poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus.

Dĕhinc. id eſt, poſthac. τοῦντεῦθεν,ἀπὸ τότε. Terent. And.Dehinc ut quieſcant porrò moneo. Item ſignificat deinde, (ἔπειτα) ut ſit aduerbium ordinis. Salluſtius, In primis arduum uidetur res geſtas ſcribere: primum quòd facta dictis exæquanda ſunt: dehinc quia pleriq; delicta.&c.

Dĕhiſcĕrĕ, n. t. ualde hiſcere, ſiue deorſum peſſum ue aperiri. hic enim de auget. Plin. lib.9. Acus ſiue belone, unus piſcium dehiſcente propter multitudinem, utero parit. hoc eſt ſe aperiente.

Dĕhŏnĕſtāmēntūm,ti.n.ſ.dicitur id,quod gratiam & honeſtatem alicui rei adimit. αἶσχος. Vnde uultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix, uultum hominis dedecorans, aut oculi effoſsio.Gell.lib.2.Quo dehoneſtamento corporis maxime lætabatur.

Dĕhŏnĕſto.as. a.p. (ἀτιμάζω) contrarium uerbi honeſto,ſignificat afficio contumelia.

Dehoneſtūs, a. um. o. ſ. quod eſt ualde honeſtum. πεισήμονος. Gell. Dehoneſtum deculpatumq; uerbum.

Dēiēro,as.n.p.pen.cor.ualde uel ſanctè ſeu libere iuro.ἐπομόσασθαι,διομόσασθαι,ἀπομόσαι.Teren.in Eun.Illũ liquet mihi deierare his menſibus Sex uel ſeptem prorſum non uidiſſe proximis. Idem in Hecyra, Phidippe, Bacchis deierat perſanctè,&c.

Dēiicio.is.a.t.pen.cor. deorſum iacio,uel deor„ſum mitto. καταβάλλω. Vergilius, Toto geni„trix quæ plurima cœlo Deijcit in terras. Liu. lib.1. pro iaciendo, defigo poſuit. καταπήγω. Dum intentus in eum rex totus auerteret, alter elatã ſecurim in caput deiecit.Per transla. ponitur pro auerto. ἀποτρέπω. Cice. in Phil.

Nec uero

Nec uero uſquã, nec à Republica oculos deijciebam. Item pro depellere. παρωθεῖν, ἐξελαύνειν. ut apud eundem, Si me ædilitate deieciſſet. Ab hoc uerbo fit deiectus. us, pro deiectione. καταβολή. Liuius. 9. ab Vrb.

Dĕīn, (ἐντεῦθεν) ex de et in, ſumitur pro deinde: exin, pro exinde: proin, proinde. ἔπειτα. ſubin, ſubinde. Et hæc habent accentum in prima, ſignificatq́ deinde, poſtea. & eſt una pars orationis, ut docet Seruius, & in tertia à fine accentum habet, licet penultima producta ſit: quod ideo factum eſt, ut oſtenderetur una pars eſſe orationis, ne præpoſitio iungeretur aduerbio, quod uitioſum eſſe uidetur.

Dĕincĭpĕm, ueteres proximum quenq́ captum dicebãt: quẽadmodũ principẽ primũ captũ.

Dĕinceps, aduerb. (ἐφεξῆς) proprie ſignificat gradatim, per ordinẽ, ſiue per uices: ſiue quod dicere ſolemus, unum poſt aliũ. Liuius libro 1. Ita duo deinceps reges alius alia uia: ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Interdum ſumitur pro deinde, ſiue poſtea: interdum pro præterea. Liuius, Cædem deinceps tyranni, ſeq́ eius autorem oſtendit.

Dĕindĕ, idem quod dein, uel ſecundo loco. Videtur tamen etiam aliquando poni, ubi non præceſſit primum, aut aliud ordinis aduerbium. Cice. ad Qu. Fr. Quas ad te deinde literas mittemus.

Dĕinſŭpĕr. pen. cor. ſignificat deſuper. ἄνωθεν. Sall. lib. 1. Ad medium deinſuper aſtantium manibus in murum attollitur.

Dĕintegrō, pen. cor. ſignificat totum denuo, ſiue à principio ad finem ἐξ ὑπαρχῆς. Teren. in And. Poſthac quas faciet deintegrò comœdias.

Dĕiūgo. gas. a. p. pen. cor. diſiungo. ἀποζυγόω. cui contrariũ eſt Coniugo. Pacuu. Perq́ noſtram egregiã unanimitatẽ, quã memoria deiugat.

Dĕiūrium, rij. n. ſ. ſanctum iuſiurandum. ὁρκισμὸς, διορκος. Gellius, Octo ad hoſtes redire uoluerunt, quod deiurio uincti forent, duo reliqui Romæ manſerunt.

Dĕiūro, as. are. pro Deiero. Plaut. in Caſin. Per deos omnes, & deas deiurauit. Idem in Rud. Deiura te mihi argentum daturum.

Dĕiūrus, pen. pro. qui ſancte & ualde iurat.

Dĕlābŏr, eris. delapſus ſum, d. t. ſignificat deorſum labi, decidere (καταπίπτω, κατολισθαίνω.) Vergil in Buc. Serta procul capiti tantum delapſa iacebant. Liuius, Cœlo repente delapſus. Et cum præpoſitione. Cic. Offi. 1. Ita conſilijs diligentiaq́ noſtra celeriter de manibus audaciſsimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. Et tranſlatè idem de Oratore, Inſperãti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberer. Idem in Lælio, Iam enim à ſapientum familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio noſtra delabitur. Idem Atti. 7. In ualetudine tua moueor, & Piliam in idem genus morbi delapſam, curam tibi afferre maiorem ſentio. Cum infinitiuo idem Offic. lib. 2. Habenda aũt eſt ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt. id eſt, conſumi, & ad nihilum redigi. ὀλιχεῖν.

Dēlăcĕrārĕ, pro dilacerare, & abſumere, ſed eſt antiquum.

Dēlachrўmārĕ, a. p. eſt lachrymas, uel aquam more lachrymantis demittere. ἀποδακρύειν. Columella libro 5. de uite loquens ait, Vt interdum potius deuexa quàm in germine delachrymet.

Dēlānĭco, cas. pen. cor. diſcindo, & quaſi lanã traho. διαξαίνω. Vnde Lanius, qui pecus diſcindit.

Dēlăpĭdātă, (λιθόστρωτα) dicuntur lapide ſtrata: quales ſunt uiæ apud Bergomum.

Dēlăſſo. as. a. p. ualde laſſo. καματόω. Plaut. in Aſin. Eum etiam hominem in ſenatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delaſſatum totam noctem ſtertere.

Dēlātōrēs, m. t. occulti accuſatores. συκασαὶ, ἐνδεῖκται, ἐγκαλούμενοι. Et delatio (ἔνδειξις, φάσις) talis accuſatio. Vide in Deſero.

Dēlcānī, orum. m. t. à Delcano amne dicti piſces, ſalſamentis idonei, quos alij Leptinios, & Lebianos cognominant.

Dēlēbĭlĕ, adiect. o. t. quod deleri poteſt. ἐξάλειπτον. Martialis lib. 7. Caſibus hic nullis nullis edelebilis annis Viuet. Cuius contrarium eſt indelebile. ἀνεξάλειπτον.

Dēlectāmentŭm, ti. n. ſ. recreatio. Cicero de Senectute, Poſſem perſequi permulta delectamenta rerum ruſticarum: ſed ea ipſa quæ dixi ſentio eſſe longiora.

Dēlectātĭo, onis. f. t. (τέρψις.) inquit, Cicero lib. 4. Tuſcul. eſt uoluptas ſuauitate auditus animum deleniens, & qualis hæc eſt aurium,

tales ſunt oculorum, & tactuum, & odorationum, & ſaporum, quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ uoluptates.

Dēlĕcto & oblecto, a. p. frequentatiua ſunt, & compoſita à Lacio.is. Delecto enim à delicio, & oblecto ab oblicio, quod ex de & lacio componitur, unde fit lacto.as. Delecto ſæpius in tertia perſona utuntur autores. Cicero Rufo, Itaq; me & ſuperiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter uidebam. Et habet nihilominus in ſe ſignificationem actiuam, quandoq; etiam paſsiuam, eodemq́; modo conſtruitur quemadmodum oblecto. Idem Pæto, Plures etiam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos. tu te iſthic Atheniano iure delectato, ego me hic Hirciano. Oblecto uero, (εὐφραίνω) plerunq; in ſe ſignificationem paſsiuam habet, quamuis & actiuam. Et quanquam paſsiuam habeat, tamen regit accuſatiuum non alterius perſonæ aut rei, quàm eius qui ſe oblectat. Et ultra accuſatiuum, ablatiuum poſtulat, ex quo paſsiua ſignificatio monſtratur. Terentius in Eunucho, Me ſperes, me te oblectes. Quo item modo delecto ſumitur ex ſuperiore Ciceronis authoritate. Quandoq; cum ablatiuo mediante in: & hoc ut oſtendatur maior uis delectationis. Terentius in Adelphis, In eo me oblecto ſolum, id eſt in eo ſolo conſiſto, tanquam in delectatione mea præcipua. Et fit oblecto ab oblicio, ſicut à delicio delecto. & ſicut à delecto fit delectatio, delectamen, & delectamentum: ſic ab oblecto, oblectatio, oblectamen, & oblectamentum. διαγωγή, παιδιά, ἐπανάπαυσις. Delectare uero, (ἐφέλκω) proprie ſignificat attrahere, ducere. Ennius, Et me Apollo ipſe delectat ac ducit Delphicus. Et quoniam quæ grata ac iucunda ſunt, nos attrahere ſolent, factum eſt ut delectare ſit gratum eſſe, ac iucunditate afficere. Legimus etiam delector, (χαίρω, εὐφραίνομαι, φιληδέω) quod quidam deponens eſſe putauerunt, ſed magis paſsiuum eſt, licet non habeat ablatiuum cum præpoſitione. Colum. lib. 1. Iucundius uti. p uiro, ſi etiam matrona comitatur: cuius ut ſexus, ita & animus delicatior, amœnitate aliqua delectādus erit, quo patientius moretur cum uiro. Sic oblector, & huiuſmodi, quæ ſignificationem paſsiuam innatam habent. Lact. lib. 2. Auro & gemmis, & ebore delectantur. Idem, Oblectatur friuolis, & ſpecie ſimulachrorum capitur.

Dēlēctŭs, us. m. q. κρίσις, ἐκλογή. à deligo, quod ſignificat eligo, & differentiam facio. Vnde delectum rerum habere, (κρίνειν) eſt inter res ipſas circa quas humana uita uerſatur.

Dēlēgātĭo, onis. f. t. nulla indiget interpretatione, ſatis eſt per ſe notum. Cic. ad Att. Perdere malo delegatione in mancipes.

Dēlēgo, as. a. p. (ἐπιτρέπω) pen. pro. deputo, præficio: ut cum quempiam mei loco, officio, negocioúe exequendo præficio. Cicero, Poſt delegatam mihi hanc prouinciam. id eſt, poſt onus mihi impoſitum. Hinc ſubdelegare dicimus, delegatas nobis à principe cauſas, alteri cognoſcendas iniungere. Delegare etiam ſignificat legatos mittere. ἀποστέλλειν. Liuius, Decernunt, ut duodecim delegarentur ad regem. Veteres pro diſcedere & diſpertire poſuerunt. Plautus in Amph. Si cui fautores delegatos uiderit. Et delegata, dixerunt dijs conſecrata, quæ nunc dedicata. (ἀφιερωμένα.) dicimus.

Dēlēnĭo, is. ire. a. q. quod & delinire dicitur, & idem ſignificant. Colum. lib. 10. Sed tamen iracundia notæ melioris facilè delenitur, aſsiduo interuentu eorum qui curant aluearia.

Dēlēnĭfĭcŭs, a. um. o. ſ. blandiloquus. Plau. Mil. Domi dolos, delinifica uerba, domi fallac

Dēlĕo, les. deleui, deletum, a. ſ. ex de & (ciaſ.) leo (ut inquit Priſc.) ſignificat deſtruo. (ἐξαλείφω, παραγράφω: & refertur ad lineā & ad notam, tractū à tabella geometrica: nam ibi ſcribunt ſeu lineas faciunt, quas poſtea delent, ut aliæ ſuperfiant. Cice. pro Cluent. Eadem hac Dinea teſtamentū faciente, cum tabulas prendiſſet Oppianicus, qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit, &c. Per metaphoram Cæſar 2. Bell. Ciui. Quin ſpe prædæ in urbem irrumperent, urbemq́; delerent. Aliquando eſt in totum leuare & remouere. Terent. Delebo omnes dehinc ex animo mulieres. Diomedes uero, deleor, delitus & deletus. Varro, Delitæ literæ, quod tamen à delino eſſe poteſt.

Dēlētē=

Dēlētērĭŏn, (δηλητήριον) Latinè uenenum.

Dēlētĭlis, le. o. t. penult. cor. quod delet. Varr. Si diſplicet tibi iam magnum, ſumam ſpongiam deletilem. Interdū deletile, ſeu deletitiū eſt deletum. παλίμψηστος. ut charta deletilis, ſeu deletitia, quæ abraſis priorib. literis reſcribitur.

Dēlībātōrĭūm, rij. n. ſ. locus delibationi accōmodatus. Pli. li. 16. Fuit et memoria noſtra in porticibus ſeptorū à M. Agrippa relicta, æque miraculi cauſa, quæ delibatorio ſuperfuerat uiginti pedib. breuior ſeſquipedali craſsitudine.

Dēlībĕrārĕ, a. p. dictum eſt à libella, qua quid perpenditur, & ſignificat definire. διαγνῶναι. Cic. in Ver. Deliberatū eſt. id eſt, fixum & decretum eſt. δέδοκται. Aliquando dubitare. βουλεύομαι. Cice. 3. Offic. Eſt enim totum ſceleratum & impium, qui deliberant, utrum id ſequantur quod honeſtum eſſe uideant.

Dēlībĕrātiuūm, ui. n. ſ. (συμβουλευτικόν) genus eſt, quod in conſulatione poſitum, habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem.

Dēlibo. as. a. p. (ἀπολάβω) pen. prod. ſignificat decerpo, quaſi libando minuo. Cic. pro Seſt. Vt undiq; floſculos carpam, atq; delibem. Item more religioſo libo & oſculor, deguſto, primis labris attingo. Idem Fami. 10. Putabamus poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam. Liu. Nec ſatis conſtat, cur primus ac potiſsimus ad nouum delibandum honorē ſit habitus. Interdū uiolo, deſtruo, uitio. Columel. libro 2. cap. 2. Neue aut cornu bos ad ſtipitem uehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumq; deplantet. Gel. lib. 1. Rependitur quippe & compenſatur leue damnum delibatæ honeſtatis. id eſt, uitiatæ. Sed cum Græcum ſit, uide quid ſignificet λάβω.

Dēlibro. as. n. p. pen. cor. decortico librum, id eſt corticem arbori detraho. ἀπολέπω. Colum. lib. 5. In ea nitidiſſimū ramū eligito, & eiuſmodi ſpacij corticem circumcidito, & materiā delibrato. Eſt etiam Dēlibro à libra deductum, & compoſitum à libro. as. cuius pen. prod. de quo in dictione Libro.

Dēlĭbūtūs, ta. tum. o. ſ. (ἀλειφόμενος) inunctus, quaſi oleo aut alio liquore imbutus. Col. lib. 7. cap. 4. Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbibe: it. Cice. lib. 3. ad Heren Aut ſi quam rem deformabimus turpem, ut ſi cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrico delibutam inducamus. id eſt, conſperſam. Transfertur & ad animum. Teren. in Phor. Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? Eſt autem participium ſine uerbo, nec ſcio an compoſitum ſit.

Dēlĭcātŭs, a. um. o. ſ. à delitium fit, & idem eſt quod plenus delitijs, ſeu qui in delitijs uiuere aſſuetus eſt. τρυφερός, ἁβρὸς, ἁβρυντός. Cic. 6. in Verr. Tam delicati eſſe non poſſumus. Et per metaphoram mollis ac tener dicitur. Colum. Cultam ueſtitamq; familiam, utiliter magis habeat, quàm delicatè.

Dēlĭcĭās facere, (θρύπτεσθαι, κατατρυφᾶν, κατεγχλιδᾶν) ſæpe legitur pro eo, quod eſt fermè laſciuire ac luſitare, & quodammodo faſtidire, ac ſe ſuperiorem eſſe uerbis, aut geſtu oſtendere: quod aliter dicitur deliciari, (ἐντρυφᾶν) Plaut. Eia delicias facis mi Menæchme, quin amabò is intro.

Dēlĭcĭūm, cij. n. ſ. in ſingulari: & Deliciæ. arum. ſ. p. in plurali. τὰ παιδικά. oblectamentum, oblectamentaue, quæ nobis uoluptati ſunt: à delicio, quod ex de & lacio componitur. Mart. »Stellæ delicium mei columba, Verona licet »audiente dicam, Vicit maxime paſſerem Catulli. Sueton. Titus amor ac deliciæ generis humani. Dicitur etiam delicia fœmin. Plautus, Mea uoluptas, mea delicia. Licet delicia dicatur etiam genus tigni, quod à culmine ad tegulas angulares infimas uerſus faſtigiatum collocatur. Vnde tectum ipſum deliciatū, & tegulæ deliciares dicuntur, ſiue colliciares. Cato, Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

Dēlĭco. as. a. p. pen. cor. indico, explano. Titin. Quid iſthuc eſt, aut iſte uult ſermo? mater delica. id eſt, explana. Veteres etiam delicare, pro dedicare quandoq; dicebant. Vnde delicata. orū. dicebantur dijs conſecrata, quæ nunc dedicata appellantur.

Dēlĭctūm, cti. n. ſ. (ἁμάρτημα) peccatum, à delinquo. is. quod qui peccat, delinquat officiū ſuū. Nam proprie delictum eſt, quū non fiunt quæ debent: peccatum, cum fiunt quæ fieri non debent. Plinius lib. 4. cap. 1. Atque etiam in delictis pœnam ipſam ignorat.

Dēlĭgo. gis. (ἐκλέγομαι) uide in uerbo Eligo.

Dēlimo,as.a.p.pen.prod.deorſum,ſeu de aliqua materia limo.Plin. Alij delimatam æris ſcrobem aceto ſpargunt. Apuleius delimatum poſuit pro delinito: Anus,inquit muneribus delimata conſenſit. Eiuſdem ſignificationis eſt elimo, quo uſus eſt idem Plin.lib.34.

Dēlīnīmēntūm,ti.n.ſ.oblectamentum.θέλγητρον. Liu.4. ab.Vrb. Aptiſsimum tempus erat uindicatis ſeditionibus delinimentum animi Volani agri diuiſionem obijci.

Dēlīnio,is.a.q.pen.prod. ualde linio, ungo,ſeu frico. χναλίω, θέλγω. per translat. ponitur pro permulcere, irretire. Cice.Iam eſt biennium, cum uirtuti nuncium remiſiſti,delinitus illecebris uoluptatis.Col.lib.10.Sed tamen,inquit, iracundia notæ melioris facile delinitur aſsiduo interuētu eorū,qui curāt aluearia.Plau. in Stic. Contraq́ uerbis delinitur commodis.

Dēlĭnĭo,as.a.p.ex de & linio, quod à lineâ fieri certum eſt,ſignificat deſigno, ut fit cum articulatim homines aut res à pictoribus initiantur.γράφω,διαγράφω,καταγράφω.Plinius, De Apelle, Arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete deliniauit. Vnde liniamenta (γραμμαὶ) dicta ſunt.

Dēlĭno,is.a.q.(καταχρίω)pen.cor.delini,deleui, & deliui,delitū,pen. cor.fœdare,corrumpere. Vnde delitus, pro fœdatus. Cicero Caluo, Tuli moleſtè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ ſunt.

Dēlinquo,is.deliqui,delictum.n.t.fallo,ſeu à bono deficio,nō prætereunda prætermitto.πλημμελέω.Plau.in Amph.Ex me quæris quid deliqueris? Quoniam uero prætermittere ea quæ præteriri non debent, peccare eſt, delinquere pro peccare ponitur. Cice.de Nat. Feret'ne ciuitas ulla latorem iſtiuſmodi legis,ut condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet?

Dēlĭquĭūm,quij.n.ſ.defectus. ἔκλειψις. Plaut.in Capt. Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſſam dico,quin mihi Et parentum,& libertatis apud te deliquio ſit. Et deliquium ſolis, cum ſol in curſu ſuo deficit. Deliquium animi (λειποθυμία) cum animus linquitur, & quis animo deficit.quidam ſyncopam uocant.

Dēlĭquŭm, qui. n.ſ. id eſt minus. Plaut. in Caſ. Siue amet, ſiue quod lubet id faciat, quando tibi nil domi Deliquum eſt.

Dēlĭquĕo.es.ere.uide Liqueo.

Dēlĭquo,as.uide Liquo.

Dēlīro,as.n. p.pen.pro.à recto decedo. παραληρέω,παραπαίω, παρανοῶ, παρακόπτω τῇ διανοίᾳ. Trāslatio ab aratore,nam lira eſt recta foſſa, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quā uligo terræ decurrit. Et quia rectus eſt ſulcus, delirare dicuntur,qui ultra ſulcū.id eſt, à recta uia declinant.Plaut.in Epid.Profectò deliramus interdum ſenes. Horat. Quicquid delirant reges,plectuntur Achiui. Eſt autem compoſitum ex de,& liro. Lirare uero,eſt agros in ſulcos dirigere.

Dēlīrŭs,a.um.o. ſ.pen.pro.qui inſanit, & qui à ratione diſcedit. παραπλὴξ, παράφρων. Ratio enim eſt uia recta, per quā omnes ducuntur.
» Lucretius: Quod facit hic idem delirus eſſe
» uidetur: Nam contra ſenſus à ſenſibus ipſe repugnat.Vide in dictione Lira.

Dēlĭtĕo,tes.n.ſ. pen. cor. ex de & lateo, ſignificat deorſum latens ſto.λανθάνω,φωλεύω,ἐγκρύπτομαι. Sed non inueni. niſi in præterito, quod
» eſt delitui. Verg. Limoſoq́ lacu per noctē ob-
» ſcurus in ulua Delitui. Hinc deliteſco,quod eſt eo ut lateam.Var.1. De re Ruſt.cap.12.Vbi interdiu lepores deliteſcūt in uirgultis atq́ herbis. Refertur etiam ad res. Cicero pro A.Cecin. Iuris iudicium cum erit & æquitatis, caue in iſta tam frigida, tam ieiuna calumnia deliteſcas.

Dēlphīdēs,fructus de genere cariotarum.

Dēlphīn, inis. uel inos.m.t.(δελφὶν, δελφὶς) & delphinus, genus piſcis,uel potius maris bellua.Parit catulos decimo menſe, interdum binos nutrit uberibus ſicut balæna, & decem annis ad ſummā magnitudinem peruenit.Hi etiā ſimones dicuntur,ad quod nomen uocati accurrere feruntur.Ferunt delphinū non modò omniū marinorum, ſed etiam terreſtrium animaliū uelociſsimū penè uolucrem æquantem,& ad puerorum amorem deduci ſolere. Lingua eſt his, contra naturam aquatilium, mobilis,ſuillæ ſimilis,pro uoce gemitus humano ſimilis,dorſum repandum. Mulcetur muſica arte præſertim ſymphoniæ.

Dēlūbrŭm,bri.n ſ.(τέμενος τὸ) locus in quo dei ſimulachrum dedicatū eſt. Alij accipiunt pro

loco

loco ante aras, ubi aqua currit: à diluendo. Religio enim ſacrificij apud antiquos exigebat, ut ante ſacrum ſacrificulus manus ablueret. Alij delubrum dei ſimulachrum accipiunt (ξόανον) à delibrato ligno ita dictum. Seruius ait id eſſe, quod uno tecto plurima complectitur numina. Plin. Præcipuam eam eſſe arborem circa Ammonis delubrum.

Dēlūctŏr. aris. Vide Luctor.

Dēlūdo, is. a. t. (παραπαίζω.) Vide Ludo.

Dēlūmbis, be. o. t. adiectiuum, & Delumbo. as. are. a. p. Vide Lumbus.

Dēlŭo, deluis, delui, delutum, a. t. depurgo, diligenter lauo. ἀπολύομαι. Cato, Laſerpitiũ aceto deluito. Et deluere eſt madefaciendo aliquid delere. Var. Oborteq́ inter legendum lachrymæ literas deluebant.

Dēlūto. as. Vide luto. Vnde delutamentum.

Dema, æ. f. p. herba eſt, quam alij calligonon, nonnulli πολύγονον dicunt.

Dēmăgis, ualde magis, ex de & magis. Lucil. lib. 16. Item demagis antiquì pro minus dicebant, ait Feſtus.

Dēmāndo, as. a. p. in totum committo. ἐπιτρέπω. Liui. 5. ab Vrbe, Simulq́ plures pueri unius curæ demandabantur.

Dēmĕācŭlŭm, li. n. ſ. (καταπορεία) deſcenſio ad loca ſubterranea. Sic remeacula, à remeando. Apuleius lib. 6. Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum demeacula.

Dēmĕārĕ, n p. (καταπορεύεσθαι) eſt deorſum penetrare, diſcedere. Apul. Quæ ſuis pedibus ad tartarum demeare cogitur.

Dēmēns, entis. o. t. (παράφρων, παράνους) qui eſt mente diminuta. Teren. in And. Quid hoc? adeóne eſt demẽs ex peregrina? Vnde dementia. παράνοια. Cice. 3. Tuſcul. Nec minus illud acutum, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemq́ dementiam.

Dēmēnsŭm, ſi. n. ſ. quaſi menſuratum uel æquatum: ut argentum demenſum, apud Plau. Eſt etiam id quod ſeruis dabatur ſingulis menſibus, unde uiuerent. σιτομέτριον. Serui enim quaternos modios accipiebant frumenti in menſem. Terent. in Phor. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo, Suum defraudans genium, comparſit miſer. Vtrũ uero à menſe, an à metiendo deducatur, incertum eſt.

Dēmĕntĭă, æ. f. p. ſtultitia & inſania. Cic.

Dēmĕntio, tis. n. q. de mẽte exeo, deliro, inſanio. παραφρονῶ. Lact. lib. 4. Ecce aliquis inſtinctu dæmonis percitus, dementit, effertur, inſanit.

Dēmĕnto. as. n. p. deſipio, inſanio, dementio, ἐξιστῶ, μωραίνω. Apul. in Magia, Confeſſa eſt ſeſe mea Magia in amorem deductam dementare. Dementare in actiua ſignificatione legitur pro impellere ad inſaniam, ſed in ſacris tantum literis, ut in Actis apoſtolicis, de Simone quidã Mago, qui Samaritanos dementauerat.

Dēmĕrĕo, res. rui. ritum. n. ſ. quaſi lucror. πορίζομαι. Gell. Thais Corinthia ob elegantiam uenuſtatemq́ grandem pecuniam demerebat. Plaut. in Pſeud. Quid mercedis petaſus hodie domino demeret?

Dēmĕrĭŏr, eris. d. ſ. (ἀναιροῦμαι, ἀναλαμβάνω) de aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placo, beneuolum facio, beneficium præſto, & exigit accuſatiuum. Ouid. Dic mihi quid feci, ſi non te ſemper amaui, Crimine te potui demeruiſſe meo. Quintilian. Simul ut pleniorĩ obſequio demererer amantiſsimos mei. Eſt & demereri, ualde mereri. Lactant. lib. 4. Si una hoſtia placabilis, placabiliores utiq́ hoſtiæ plures, quia multiplicata demerentur potius quàm offendant.

Dēmētiŏr, iris. d. q. (διαμετρέω) diligenter & quadam ratione metior. Cice. Quæ non inſidijs, ſed aperte & palàm laborat, ut uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Dēmĕto, tis. n. t. (καταμάω) uide Meto.

Dēmigro, as. n. p. pen. prod. μετοικίω. demigrare eſt, inquit Vall. lib. 5. domicilium mutare, & aliò ſe ad habitandum conferre, relicta priore habitatione. Cice. 1. Tuſc. Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare.

Dēmĭnŭo, is. ere. a. t. idẽ quod diminuere. Plaut. in Amph. Tuum deminuam caput.

Dēmīrŏr, aris. d. p. prod. ualde miror. ὑπεράγαμαι. Terent. in Hecyr. Sed demiror quid ſit, quamobrem tantopere hoc omnes nos celare uolueris. Aliquando demirari, eſt neſcire: quoniam (ut Donatus inquit) admiratio ignorantiam facit.

Dēmĭtto, tis a. t. deorſum mitto. καθίημι. Verg.

» Cœlo demittitur alto. Sallu. Cum machinis ſtrepitu demiſſum uictoriæ ſimulachrum coronam capiti imponebant. Inde demiſsitiæ tunicæ (ποδήρεις) dictæ à Plauto, longæ & demiſſæ ad talos & nulla zona ſuccinctæ. Item demittere, eſt humiliare. καταβάλλειν, ταπεινόειν. Ita dicimus eſſe demiſſo animo, qui eſt deiectis ſpiritibus. κατηφὴς, ſυνεσταλμένος. Cicero, Timido animo, humili, demiſ» ſo. Et Verg. lib. 1. Georg. Demiſſæ aures, in» certus ibidem Sudor. Idem Aen. 1. Vultum » demiſſa profatur. Item demittere ſignificat » defodere. καταρύττειν. ut Georg. 2. Alteꝗ iubebis In ſolido puteum demitti, omnemꝗ repones Rurſus humum.

Dēmĭūm, mij. n. ſ. gemma eſt à pinguedine dicta. Græci enim δημὸν pinguem dicunt: & hoc Homerus frequẽter utitur. Nec fuit in uſu antiquorum gemma ulla frequentior, ut Menandri fabulæ teſtantur. Plin. lib. 37. cap. 7.

Dēmĭūrgŭs, gi. m. ſ. nomen eſt magiſtratus apud Græcos. Liui. lib. 8.

Dēmo. is. a. t. ex de & emo abiecta e: ſignificat detraho. ἀφαιρῶ μαι. Terentius in Eunu. Inde aurum mulier ſibi clàm demit. Cic. 3. De Nat. Idemꝗ Aeſculapij Epidauri barbam aure- am demi iuſsit.

Dēmŏcrătĭă, æ. f. p. principatus populi.

Dēmŏcrătĭcŭs, ci. m. ſ. (δημοκρατικὸς) qui fouet principatum populi, παρὰ τὸ δῆμος καὶ κρατῶ.

Dēmōlĭōr, ris. d. q. à mole deductũ eſt, & ſignificat diruo, deijcio. καταστρέφομαι, ἀφανίζω. Cic. Offi. Demoliti ea quorũ altitudo officeret auſpicijs. Plau. in Bacch. De me culpã hanc de- molibor iam, & ſeni faciam palàm. Inuenitur & Demolio. Lact. lib. 4. actiue uſus eſt: Dereliquerunt te filij Iſraël, & altaria tua demolie(runt.

Dēmōnſtrătĭuŭs, a. um. o. ſ. (ἀποδεικτικὸς) quod demonſtrat, uel demonſtratur, uel aptum eſt demonſtrari: ut genus demonſtratiuum cauſæ ab oratore accipitur, in quo orator demonſtrat quod ſit in alicuius perſonæ laudem, uel uituperium.

Dēmōnſtro, as. a. p. apertè, uel palàm monſtro. ἀποδείκνυμι. Plaut. in Aſin. Et ædes demonſtraui noſtras. Vnde demonſtratio, quam dialectici definiunt eſſe, cum certis ac neceſſarijs rationibus aliquid probatur.

Dēmŏrĭōr, in totum morior. ἀποθνήσκω. Columella lib. 5. Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim uimina.

Dēmŏrŏr, aris. d. p. pen. cor. multum moror ſeu detineo. διαμένω, κατέχω. Lactan. lib. 4. Cum Moyſes dux eorum aſcendit in montem, atꝗ ibidem quadraginta diebus demoraretur. De » morari, pro expectare. Ver. 10. Aen. Et tua progenies mortalia demoror arma.

Dēmūlcĕo, ces. a. ſ. (καταμαλάσσω, κνήθω) ualde ſeu leniter mulceo, ſicut fit catulis, cum manus ſuper eos tractamus. Terentius in Heaut. Non poſſum pati, quin tibi caput demulceã.

Dēmūm, (τὸ τέλος τελευταῖον δή) ſignificat ad poſtremum. Terentius in Adelph. Ego nouus maritus, anno demum quinto & ſexageſimo fiam? Ponitur etiam pro duntaxat, uel omnino. Cic. in Salluſt. Ea demum magna uoluptas, æqualem & parem uerbis uitam agere.

Dēmūſsātă contumelia: id eſt, diſsimulata, & cum ſilentio indignationeꝗ tranſmiſſa: ut Apulei. lib. 3. Muſsitare enim propriè eſt diſsimulandi cauſſa tacere: dictum uel à muto, uel ab m, quæ litera eſt nimium preſſæ uocis, ac penè nullius. Terent. in Adelph. Accipienda & muſsitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus exponit, patientia, cum ſilentio perferenda.

Dēnārĭŭs, ria. rium. (δεναριαῖος) adiectiuè, idem quod decenarius. Vnde denariæ ceremoniæ dicebantur, ſicut tricenariæ, quibus ſacra aditurìs decẽ continuis diebus, uel triginta certis quibuſdã rebus carendũ erat. Hinc undenarius, duodenarius, & huiuſmodi. Denarius, uerò ſubſtantiuũ eſt genus monetæ argenteæ, quod denas libras æris ualeret, ut tradit Var. Dicitur & denariũ, (δηνάριον) neutro gen. Plaut. in Rud. Quis me eſt mortalium miſerior, qui uiuat alter hodie, quẽ ad recuperatores modò damnauit centũ denaria philippea. Verũ Annibale Romano ſurgente, placuit denariũ aſsibus permutari, quinariũ octonis: in militari tamẽ ſtipendio, ſemper denarius pro decem aſsibus datus. Nota denarij argentei fuerẽ bigæ atꝗ quadrigæ, unde bigati quadrigatiꝗ dicti. Fuit & uictoriatus numus argenteus, uictoriæ nota inſignitus. unde & nomen. Budæus ſcribit denarium ualuiſſe qua-

ternos

ternos ſeſtertios numos. hoc eſt (inquit) quaternos caroleos noſtros, & binos denariolos turonicos. Idem: Denariũ nũc appellare poſſumus, caroleum numum argenteum, qui antiquorum ſeſtertium ualet. Ioach. Camerarius docet, denarium idem quod drachmam Atticam eſſe, & ualere rapos uiginti: ſicut quinarium, triobolum, rapos decem. Mart. uidetur antepen. corripere: Denarijs tribus inuitas.

Dēnārro, n.p. per ordinem narro. καταλέγω. Gel. lib. 1. Hæc nobis Fauorinus ſumma cum elegantia uerborum, totiusq́ ſermonis comitate atq; gratia denarrauit.

Dēnāſcŏr. eris. d.t. pro mori. Caſsius Hem. Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt.

Dēnāſo. as. a.p. pen. pro. naſũ aufero. ἀποῤῥινόω. Plau. in Cap. Nãq; ædepol ſi habites propius, os denaſabit tibi mordicus. id eſt deſtruet.

Dēnăto. tas. n.p. (καταvήχομαι) pen. cor. frequẽt. eſt uerbi deno. as. quod eſt deorſum nato.

Dēndrăchātēs, gemma eſt uelut arbuſcula inſignis. δένδρον enim arborem dicunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dēndrītis, gemma quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurim hebetari. Plin. li. 37. cap. 11.

Dēndrŏciſsŏs. (δενδρόκισσος) hedera eſt quæ ſine adminiculo ſtat, ſic ea propter dicta ἀπὸ τ̃ δένδρου καὶ κίσσου: id eſt, ex arbore & hedera.

Dēndrŏīdēs, (δενδροειδὴς) tithymalli ſpecies, & ramoſum interpretatur.

Dēnĕgo. as. a.p. pen. cor. dare nego, ſeu non do. ἀπαρνοῦμαι. Terentius in Andria: Denegarat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam.

Dēnĭcālēs feriæ celebrabantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Col. lib. 2. cap. 22. Nos apud pontifices legimus ferijs tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

Dēnĭgro. as. a.p. pen. cor. nigrum facio. μελαίνω. Plinius, Capillum denigrat ſuffitu.

Dēniquĕ (τέλος) ſignificat ad extremum, ut cũ plura ſunt enumerata, ſubiungitur deniq;, ſignando ultimum omnium. Cicero: Cum ibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, nõ pecuniam ſibi præſto uiderent, non deniq; ullam rẽ quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. Fitq; à denus, ſiue (ut quidam uolunt) à denuo. Ponitur interdum pro omnino. πάντως. Ouid. Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt.

Dēnōmĭnātĭuă, orum. n.ſ. (παρώνυμα) dicuntur quæcũq; ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem, ut à grammatica grammaticus. Nomen enim denominatiuum habet cõmunicare cum nomine uniuoco in principio, ſed differre in fine, ut à grammatica grãmaticus. In denominatione autem tria requiruntur: ſcilicet denominãs, denominatum, & denominatiuum. Denominans eſt forma accidentalis, quæ importatur per nomen abſtractum: & dicitur denominans, quaſi de ſe aliud nominans quia de ſe dat concreto quod prædicetur, & denominet ſubiectum. Sed denominatiuum eſt accidens quod prædicatur denominatiuè de ſuo ſubiecto, ut album uel nigrum.

Dēnōmĭno, as. a.p. (ἀπονομάζω) ex de & nomino. Hic enim de ſignificat diuerſitatem, ut ſit quaſi de alio nomine, ut homo albus. Quint. lib. 1. ca. 10. Propria ſunt uerba, cum id ſignificant, in quod primo denominata ſunt.

Dēnŏto, as. a.p. pen. cor. idem quod noto. tas. σημαίνομαι. Cic. pro lege Manil. Vno die tota Aſia, tot in ciuitatibus, uno nuncio, atq; una literarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandosq́ denotauit.

Dēns. dentis. m.t. ab edendo: ſicut Græci ὀδοὺς ab ἔδω. Sed omne quod aliquid teneri uel exécari poteſt, ſolet dens appellari. Ver. lib. 6. Tum dente tenaci Ancora fundabat naues. Hinc bidens, tridens, & huiuſmodi. Sed dentes diuerſa ſortiuntur nomina. qui enim primum apparent apertis labijs, primores uocantur, lati & acuti, quibus fit morſus. τομεῖς, διχαστῆρες, γελασῖνοι. Ipſi enim nec cibo tantũ & alimẽtis neceſſarij, ſed uocis ſermonisq́ regimen tenent, concentu quodam accipientes ictum linguæ. Qui uero ſequuntur quaſi rotunda ſpecie acuti in modum ſerræ, ſerrati dicuntur: ab antiquis canini appellantur in quocunq; animali. κυνόδοντες, καρχαρόδοντες, κτένες. Plin. li. 11. Lupi dextræ caninus in magnis habetur operibus. Sequũtur maxillares qui duplices ſunt, cibũq; conficiunt, ob id molares dicti. γόμφιοι. Iuuenal. Interq; molares Difficili creſcente cibo. Genuini, nouiſsimi

naſcuntur homini,(σωφρονιστῆρες) ut ait Plinius. Quidam continui, ut homini & equo. Quidam exerti, hoc eſt extra os producti, ut apro & elephanto. χαυλιόδοντες.

Dēnſātĭlĭă ſunt, quæcunq; preſſatilium ſtabilem, fixamq́; habent preſſationem 4. Meteoro. ca. 9.

Dēnſĭfĭco,(πυκνόω) à denſum & facio.

Dēnſo. as. a. p. cogo, ſpiſſo. πυκνόω, συμπαγνόω. Lucr. lib. 4. Denſaturq́; globus quantum pede prima relato. Verg. 1. Georg. Et Iupiter humidus auſtris Denſat, erāt quæ rara modò & quæ denſa relaxat. Hinc condenſo. Colum. lib. 8. Torrido ſale contingitur, rurſusq́; ponderibus condenſatur. Legitur etiam denſeo. ſes. Verg. 7. Aen. Agmina denſentur campis. Plin. lib. 10. capite 14. Ideo in mammarum miſtura familiares ipſæ acceſſere, ut coire denſereq́; lac non patiantur. πυκνοῦμαι. Et denſeſco. is. denſus fio.

Dēnſŭm, ſi. n. ſ. adiect. coarctatio nimia coniunctarum partium. δασὺ. Plin. libro 10. cap. 69. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo atq; ſurdo naturæ elemento. Rarum contrà, in quo interuallis frequentibus laxior partium uidetur eſſe coniunctio. μανόν. Hinc denſitas. Plin. li. 11. ca. 1. Quamuis arcente ſpiritum denſitate & altitudine humoris. Et denſitudo. δασύτης, πυκνότης. Compoſitum, condenſum.

Dēntālĕ, lis. n. t. γύης. lignum quo uomer arandi cauſa inducitur: ſed pro uomere poni ſolet. Colum. lib. 7. Et dentalibus terram ſubigere, quo minoris bubus id adminiſtrari poſſit. Dicitur etiā dens, (ut Var. ſcribit) quod eo quaſi dente moleretur terra.

Dēntātĭm & Denticulatim aduerbia, ſignificant ad ſimilitudinem dentium. (ὀδοντομιγῶς, ὀδόντων δίκην.)

Dēntātŭs, a. um. o. ſ. qui magnos habet dentes: qui & dentoſus dicitur, ὀδοντώδης. Plinius tamen dentatum dictum fuiſſe M. Curium lib. 7. ſcribit, quoniam cum dentibus natus fuerit. Hinc edentatus, qui eſt ſine dentibus. Macrobius: Edentatæ belluæ morſus. Similiter edentulus. νωδός.

Dēntĕx, icis. m. t. (ὁ συνόδων, καὶ ἡ συνάγρις) genus eſt piſcis.

Dēntĭcŭlātŭm, ti. n. ſ. adiect. quod eſt ad ſimilitudinē denticuli factū. ὀδοντωτός. Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

Dēntĭcŭlo, as. n. p. dentes imprimo. ὀδοντόω.

Dēntĭcŭlŭs, li. m. ſ. paruus dens. ὀδόντιον.

Dēntĭfrāngĭbŭlŭm, li. n. ſ. ὀδοντόκλασις. Plautus in Bacch. Næ tibi Hercle haud longe eſt os ab infortunio, ita dentifrāgibula hæc meis manibus geſtiunt.

Dēntĭfrĭcĭŭm, cij. n. ſ. medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi. ὀδοντότριμμα. Plinius docet ex pumicibus fieri dentifricia. Apuleius in Magia: Primo igitur legêre è ludicris meis epiſtolium de dentifricio uerſibus ſcriptum.

Dēntĭlŏquŭs, a. um. o. ſ. (ὀδοντοφωνος) qui loquitur dentibus. Liuius libro 9. Bell. Macedon. dentiloquos Macedones uocat. Plau. uerò aliter in Capt. Dentiloquos omneis mortales faciam, quenq; offendero. hoc eſt dentes loquentes. id eſt, ex ore emittentes uerborum loco, faciam: quia illis adeò dentes concutiam, ut ſuis ſedibus eiectos expuant. Sunt tamen, qui legant apud Plautum, dentilegos.

Dēntĭo, is. n. q. dentes emitto. ὀδοντάω, ὀδοντοφυῶ. Plin. lib. 30. cap. 3. Cinis eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. Plaut. in Mil. Venter creat omnes has ærumnas, auribus peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.

Dēntĭſcălpĭŭm, pij. n. ſ. inſtrumentum quo ſcalpuntur dentes. ὀδοντογλυφίς.

Dēntĭtĭo, onis. f. t. dentium emiſſio. ὀδοντίασις. Plin. lib. 28. Infantibus nihil butyro utilius per ſe, & cum melle priuatim, & in dentione, & ad gingiuas, & ad oris ulcera. Dens lupi adalligatus infantibus, prohibet pauores, dentientiq́; morbos.

Dēnūbo, is. a. t. coniungi matrimonio. Apuleius in Or. 1. Apol. At tu dum eam putas etiā nūc claro fratri tuo denuptam, falſa ſpe inductus, filioq́; eius Pontano author aſſentiendi fuiſti. Colum. lib. 10. cap. 16. Semina depoſitis cupiant denubere plantis.

Dēnūdo, as. a. p. pen. pro. ſpolio, nudum reddo. ἀπογυμνόω. Cicero 7. Verr. Excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices Po. Romanus aſpiciat.

Dēnūncio, as. a. p. futurum aliquid nuncio. ἐπαγγέλλω, παραγγέλλω, Cicero de Senectute: Aut

ſenatui

ſenatui quæ ſunt gerenda præſcribo, & quomodo Carthagini malū diu cogitanti bellum inferatur multo antè denuncio. Ponitur etiā pro ſignificare. Cic.1.Tuſ. Nos uerò ſi quid tale acciderit, ut à deo denunciatum uideatur ut exeamus è uita læti. Vide in dictione Indico.

Dēnŭō, aduerbium, ſignificat rurſus quaſi de nouo, deintegro. ἐξ ὑπαρχῆς. Liu.10.Bell. Puni. Fabius in Hetruria rebellante denuò, quatuor millia & quingentos Peruſinorū occidit.

Dēnūs, idem quod decem. Cic.4. Verr. Pueri annorū ſenum ſeptenumq́ denū.

Dēōro, as. n.t. ἐπιλέγω. pro peroro nōnulli uſurparunt, & deoratum pro perorato ſcripſerunt, ut Pomponius teſtatur.

Dēorſŭm, (κάτω) cuius contrarium eſt ſurſum, notam habet ſignificationem, capiuntur tamen ambo pro ultro citroq́. Terent. in Eun. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam, ne ſurſum deorſum (ἄνω κάτω, & ἄνω καὶ κάτω) curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, urbs uerò in editiore loco ſita eſt.

Dēpălmārĕ, a.p. eſt palma percutere. κολαφίζειν. Gel. Quencunq́ depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas uiginti & quinque aſſes iubebat.

Dēpāngo, is. planto, ſeu defigo, in terram pono. καταπήγνυμι. Colum. lib.4. Deinceps paſtinatur malleolus uitibus inſerendus, cumq́ ſat erit medio ſpacio quod uacat in uites per unā lineam depangere. Inde depactus.

Dēpărcŭs. uide in dictione Parcus.

Dēpāſco, is. a.t. paſcendo abſumere.

Dēpĕcīſcŏr, eris. depectus ſum. d.t. συντίθεμαι. ex de & paciſcor, ſignificat ſicut ſimplex, & tam in bonam quam in malā partem accipitur. Teren. in Phorm. Ita me dij bene amēt, ut mihi liceat tam diu quod amo frui, Iam depeciſci mortem cupio. Cic. Quidam cum circunſederetur, neq́ effugere ullo modo poſſet, depectus eſt cum hoſtibus, ut arma & impedimenta relinqueret, milites educeret. Alij legunt depaciſcor.

Dēpĕcto, ctis. xui uel xi. xum. a.t. diligenter pecto. κτενίζω. Ouid.l.3. Faſto. Interea Liber depexos crinibus Indos Vicit, & Eoo diues ab orbe redit. Plin. lib.19. Ars depectendi digerendiq́ iuſtum eſt è quinquagenis faſcium libris quinas denas carminare. Per transla. & in malam partem. Terent. Heaut. Ego ne? ſi uiuo adeò exornatum dabo, Adeò depexū, ut dum uiuet, meminerit ſemper mei. id eſt, ornatum, cultum. Dictum à contrario ſenſu. A depecto fit depexo. as.

Dēpĕcūlŏr, aris. c.p. κλέπτω. pen. pro. ex de & peculor: quod à peculium deducitur. Peculium uerò ſignificat lucrum, uel quicquid ſua induſtria quis acquiſiuit. Qui autem peculium, ſiue quid peculij ſurripuerit, depeculator (κλέπτης) dicitur. Quanquam ſint qui dicant, depeculari propriè eſſe furari ea quæ ad Remp. ſiue principē, ſiue ad ſacra pertinent. Sed Cic. lib.1. Ad Heren. docet aliud eſſe furtū, aliud peculatum, Si quis (inquit) peculatus accuſatur, quòd uaſa argentea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe, poſſit dicere, cum definitione ſit uſus, quid ſit furtum, quid ſit peculatus, ſecum furti agi & non peculatus oportere. Et in Verrem act.1. Quib. in prouincijs multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus.

Dēpello, is. depuli, depulſum. a.t. deorſum pello. ἀπελαύνω. Cic.3. De Legib. Quid iam de Saturni ſupplicio reliquisq́ dicam? quos ne depellere quidem à ſe ſine ferro potuit Reſpub. Lactan. li.2. Inueteratos depellimus errores. Quandoq́ abducere, remouere, (ἀποτρέπειν, ἀπάγειν) Depulſor, depultrix (ἀπαγωγός) Verg. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis. Depulſis propriè poſuit, nam agnos quadam ui ab uberibus matrum depelli conſtat, dum repugnant ne inde amoueantur. Inde depulſus dicitur contra uoluntatē amotus. Depelli portenta dicuntur, cum mala quæ ex ijs fiunt, precibus, ſupplicijs, religione, & deorum ceremonijs fugantur.

Dēpēndĕo, des. n.t. deorſum pendeo. ἀποκρέμαμαι. Columel. lib.4. Sed ſi per unumquenque pampinum maior numerus uuarum dependeat. Aliquando eſt ſuſtentari. ἀπαρτῶμαι. Cic. Omnis illorū ſalus à noſtra ſalute depēdebat.

Dēpēndo, dis. n.t. ἐκτίω, κατατίθημι ferè pro ſimplici pendo eſt, quod uariè ſumitur: ut, pecuniam uel tributum pendere, eſt dare, uel ſoluere, ſeu pati pœnam. Apul. li.8. Precio depēſo: id eſt ſoluto. Sed de hoc in dictione Pendo.

Deperdo

Deperdo,(ἀποβάλλω)uide in dictione Perdo.

Depĕrĕo,ris. n.q.ex de & pereo, accipitur pro morior.παραπόλλυμαι. Colum. lib.4. Nos tamen plus quatuor millibus conſerimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit. Quandoq; eſt impatienter amare.ἐπιμαίνομαι, τινί.Plau. in Cap. Hic ipſus Caſinā deperit.

Dēpēſco,is.ſcui.a.t.διορίζω. ſignificat pecus deduco,ut compeſco.συνέχω.unà duco & paſco, & in uno loco contineo.

Dēpēſtă,poculi genus, quo uetuſtiſſimi utebantur.Δέπαστρα.

Dēpĭlēs,adiect.o.t.pen.corr. qui ſunt ſine pilis. ἄτριχες,ψιλοί.Varro libro 1.de Vita pa.Quòd ludis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.

Dēpĭlo,as.a.p.penul.corr. pilos detraho.ψιλόω Martialis,Cum depilatos Chreſte coleos portes. Item rarefacio. Lucilius: Depilati omnes ſumus.

Dēpingo,gis.xi.ctum.a.t.perfectè pingo,aut etiam deſcribo ſignificat.Cice.de Orat. Pamphilum neſcio quem ſinamus infulis tantam rem,tamq; pueriles delicias depingere.

Dēplāno, as.a.p.pen. prod.in planum deduco. ἰσομαλόω. Lactanti.libro 4.Ego anteïbo, & montes deplanabo.

Dēplānto,tas.(καταφυτεύω)uide Planto.

Dēplĕo.ples.a.ſ. (καταπλήθω)Columel. libro 12. capite 50. Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Papinius,Da mihi ſi ueteres digno de pleuimus hauſtu.

Dēplōro,ras.ἀποδύρομαι,κλαίω.pen.prod.conqueror plorando,lamētor,& fletu proſequor. Cic.in Cato.Non libet deplorare mihi uitam, quod multi & indocti fecerunt.Aliquando eſt plorandi finem facere. Vnde deplorata cadauera dicebantur,quibus ultimus luctus perſolutus erat. Liu.4.ab Vr. Et deploratum, de quo conclamatum eſt, neq; ei aliquo remedio ſuccurri poteſt, ut deplorata reſp. quæ iam euerſa eſt. Et morbus deploratus, & ægroti deplorati dicuntur, qui morbo inſanabili laborant.Et Plin.libro 26.capite 6. Conſtat deplorata aurium uitia eo remedio ſanari.Diciturq; in omni re iam deperdita.Inde & indeploratum (ἄκλαυστον) dicitur. Ouidius in Ibin. Indeploratum proijcere caput.

Dēplūmis,& hoc deplume.o.t. quod nullas aut raras habet plumas. Plin.li.10.ca.14.Hirundines inuentæ ibi nudæ atq; deplumes.

Dēpōnĕrĕ,a.t.κατατιθέναι.eſt deorſum ponere, ut deponere ſarcinam.Plau. Moſtel. Ecce autem hic depoſuit caput,& dormit,ſuſcita.Cicero per translationem dixit pro dimittere, Exiſtimaui honeſtiſſimè moleſtias poſſe deponi,ſi me ad philoſophiam retuliſſem. Sic deponere inuidiam,dolorem,curas,ſimultatem, inimicitias.Item deponere memoriam,uel ex memoria,uel memoria,pro obliuiſci. Sic Deponere ædificationem,ab ædificatione ceſſare,Cice. Fam.13. Et deponere prouinciam. Idem Attic. Eſt autem (ut tradit Riccius) deponere prouinciam, cum quis ſponte ſua ante legitimum tempus eam recuſat,uel coactè magiſtratum abdicat,non autem cum exacto prouinciali tempore ex prouincia magiſtratus decedit. Item pro priuare.καταλύειν. Plaut.Vt me deponat uino, eam affectat uiā. Suet.Ne imperio turpiter depoſitus,priuatus uiueret.Aliquando derelinquere,& quaſi deſperare. Vnde depoſiti, deſperati dicuntur. Verg. Ille ut depoſiti proferret fata parentis. Deponere etiā dicuntur certantes pignus, cū aliquid apud arbitrum deponunt quod futurum ſit uictoris Verg. Ego hanc uitulam, ne forte recuſes,Depono. Nonnunquam ad ſeruandum dare, & alicuius fidei committere. Cice.li.3.Offic. Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit,repetat inſaniens, reddere peccatum ſit,officium non reddere.

Dēpōnēns uerbum.ἀπόθετον.ideo dicitur,quia deponit aliquid de quantitate communis uerbi:ſcilicet futurum participium in dus,à ſignificatione paſſiua. Nam cum participia quatuor habeat uerbum commune,ut criminans, criminaturus, criminatus, & criminandus, hoc non habet deponens,ſcilicet futurū à paſſiua ſignificatione,ut minor,minans,minaturus,& minatus:non autem minandus.

Dēpōntānŭs,pen.pro. uide infrà Pons.

Dēpŏpŭlārī,d.p. eſt deſtruere, ſiue deprædari, paſſimq; & publicè populatim diripere.καταστρέφειν.διαπορθεῖν. Plin.lib.18.cap.20.Salaſſi cum ſubiectos Alpibus depopularentur agros, Legitur etiam depopulo actiuè apud

Hirci.

Hircium libro 6. de bello Hiſpa. Agros (inquit) ueſtramq́ prouinciam ueſtro impulſu depopulauit.

Dēpōrtārĕ, a. p. eſt de aliquo aliquid portare. ἀνακομίζειν, κατακομίζειν. Cicero Attic. Quæ arma ſuperabant, ea Brunduſium iumentis deportaueritis, uehementer Reipublicæ profueritis. Vnde deportati dicuntur, quibus aqua & igni interdictum eſt, uel quibus princeps prouinciam annotauit. Vlpian. Hæc eſt differētia inter deportatos & relegatos, quòd in inſulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis poteſt. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas annotauit, uel de quibus deportādis ſcripſit. Trāſfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudem & uituperationem habent, ut cū laudem aliquam, uel dedecus ex aliquo loco deportaſſe dicimus. Cice. Trebat. Mihi crede, nihil ex iſta prouincia potes quod iucundius ſit, deportare. Pro deporto uulgò reporto dicitur, cum reporto, (ἀνακομίζω, ἀναφέρω) retro porto, ſeu reueho, reducoúe, ſignificet. Lactantius lib. 4. Repentè uiribus roborati, ipſi lectulos ſuos reportarunt, quibus fuerant paulò antè delati. Verg. Iſq́ adytis hæc triſtia dicta reportat.

Dēpōſcĕrĕ, depopoſci, a. t. eſt multum deſiderare, ſiue ratione quadam exigere. ἐξαιτεῖν. Cæſar 8. Bell. Gall. Principem ſceleris ipſius, & cōcitatorem belli Cutruatum ad ſupplicium depoſcit. Colum. lib. 2. Canabis ſolum pingue ſtercoratumq́ & riguum, uel planum atq́ humidum, & alte ſubactum depoſcit.

Dēpŏſĭtōrĭūs, qui aliquid deponit. καταθέτης. Depoſitarius, qui depoſitum accipit. καταθήκης φύλαξ. Vide lib. 16. Digeſtorum, titulo Depoſiti & contrà.

Dēpŏſĭtūm, ti. n. ſ. (παρακαταθήκη.) quod deponitur: hoc eſt quod alicui ſub fide traditur, uel quod pignoris loco dimittitur, uel quod ſequeſtro. μεσεγγύημα. à pluribus in ſolidum certa cōditione cuſtodiendum reddendumq́ cum fuerit de iure diſcuſſum traditur: & ſic eſt nomen. Cicero, Quid? ſi quis apud te pecuniam depoſuerit, bellum patriæ inferat, reddes ne depoſitum? Non reddere depoſitū, maxima iniuſtitia eſt.

Dēprædŏr, aris. d. p. populor (καταϲυλάω, λαφυραγωγῶ.) à quo deprædator & deprædatrix, uerbalia nomina.

Dēprāuo, as. a. p. pen. pro. prauum facio, uitio, ut cum quid eſt ſcriptorum aut maledicorum uitio corruptum. λωβῶ, διαστρέφω, παραφέρω, στρεβλόω. Terent. in Phorm. Nihil eſt tam bene dictum, quin male narrando poſſit deprauarier. Deprauatè aduerbium. Cic. 1. de Fin. De quibus neq́ deprauatè iudicāt, neq́ corruptè.

Dēprĕcŏr, aris. d. p. pen. cor. quandoq́ ponitur pro ſimplici. unde Hier. Noluit (inquit) ueniā deprecari. Quandoq́ uehementiam ſupplicationis denotat, ut ſit uehementer ſiue ſuppliciter precari. ἐξαιτεῖσθαι. Sueto. in Cæſa. Satis conſtat Syllam, cum deprecantibus amicis & ornatiſſimis uiris aliquandiu denegaſſet, atq́ illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe. Habet quandoq́ contrariam ſuo ſimplici ſignificationē, & præcis negationem ſeu detractionē importat (ſicut in dedecet, deſpero, & huiuſmodi) & ſic ſignificat recuſare. παραιτοῦμαι, ἀπεύχομαι. Verg. Equidem merui, nec deprecor inquit. Ouid. li. 1. de Ponto: Sæpe precor mortem, mortem quoq́ deprecor idem. Liu. de Bello Maced. utranq́ ſignificationem complexus eſt: Ego ſi quid ſceleratè in fratrem admiſi, nullam deprecor pœnam: ſi innocens ſum, ne inuidia conflagrem, cū crimine non poſſim, deprecor. Quandoq́ eſt depellere, abigere, propulſare, ſiue redarguere prece adhibita, uel quouis alio modo. unde dicimus, Ignominiā & inuidiam & pœnā deprecari. Cic. lib. 4. Ad Heren. audes uerbum facere? audes quicquā petere? Audes ſuppliciū deprecari? Vbi non ſignificat recuſare, neq́ deprecari, ne de ſe ſuppliciū ſumatur, ſed depellere ſiue redarguere. Quint. lio. 2. ſcribit deprecationem depulſionem eſſe. Item. Cice. in Cati. libro. 1. Nunc ut à me P. C. quandam propè iuſtam quærimoniam deteſter atque deprecer, percipite quæſo diligenter quæ dicam. Quandoq́ deprecari, eſt precibus eximere. ἐξαιτεῖσθαι. In quo ſignificatu dicitur deprecatio. ἐξαίτησις.

Dēprĕhēndo, is. a. t. ſignificat cautè uel incautū quempiam capio. φωράω, καταλαμβάνω. ut, Deprehenſus ſum in adulterio, in ſcelere, in ſermone

mone, (ἁλοὺς) Deprehenſus ab hoſtibus, à tem=peſtate. Verg. Deprenſis olim ſtadio tutiſſima nautis. Vnde & deprehenſa genus animad=uerſionis militaris, qui certo in errore depre=henſi fuiſſent, caſtigatione maior, ignominia minor. Interdum deprehendere, eſt animad=uertere, cognoſcere. αἰσθάνομαι. Lactan. lib. 1. de Ioue loquens: Nonne à ſua prima pueritia impius & penè parricida deprehenditur? De=prehenſor. oris. ὁ ἁλώσας.

Dēprĭmo, is. depreſſi. a. t. pen. cor. deijcio, humi=lio, in inferiorem partē demitto, defigo. ταπει=νόω, πιέζω. Varro: Ab eo depreſſus, à quo erigi extolliq́ ſperabam. Lactan. lib. 1. Ita dum ho=minem quærit extollere, rem ipſam depreſſit. id eſt, in imo defixit, humiliauit. Cice. Anteq. iret in exil. Nam quem uirtutis gloria cū ſumma laude ad cœlum extulit, eundem inimico=rum inuidia indigniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium. Depreſſus, depreſſior, nomen ex participio: ut depreſſior locus. Colum lib. 1. cap. 2. Cum ex depreſſiore loco fuerint or=ſa fundamenta.

Dēprōmo, mis. a. t. προφέρω. pen. prod. uide in dictione promo.

Dēpſo, is. n. t. δέψω. ſignificat ſubigendo mani=bus aliquid molle & tenerum reddo. Cato de re Ruſt. cap. 76. Deinde manibus bene depſi=to. Huius compoſitum eſt condepſo: & deri=uatiuum depſiticus. a. um. δεψητικός. Cato ca. 74. Panem depſiticum ſic facito, &c.

Dēpūbĕr, is. c. t. pen. prod. dicitur is qui ad pu=bertatis annos non potuit peruenire. ἄνηβος. Hinc depuberem porcum dicimus, quem la=ctentem occidimus.

Dēpŭdĕt, pen. cor. pudorem abijcit. ἀπερυθριᾷ. Ouid. Depuditus profugusq́; pudor ſua ſigna reliquit. Hieron. ad Euſto. uſus eſt depude=ſco, Non depudeſco (inquit) infelicitatis meæ qui potius plango non eſſe quod fuerim.

Dēpūdīco, as. a. p. pen. prod. ſignificat uiolo, ſtupro, et pudicitiā aufero. διαφθείρω. Vſus eſt Laberius in Mimis, teſte Gel. li. 16. ca. 7. in principio.

Dēpūgnārĕ. a. p. probè pugnare. διαμάχομαι. Lactan. lib. 1. Retinuit id quod erat ei contrarium, cum quo depugnare poſſet. Cic. de Senect. Depugnauit apud Thermopylas.

Dēpūrgo, as. a. p. probe uel deorſum purgo. ἐκκαθαίρω. Cato de re Ruſt. Terram cum ſtercore bene permiſceto, depurgato ab herba graminibusq́. Liu. 9. Bell. Maced. Filium mittere Romam ſimul ad depurganda crimina, ſimul ad deprecandum iram ſenatus ſtatuit.

Dēpūro, as. a. p. ex de & puro, extraho, exicco. ἐξικμάζω, ἀποπιέζω. Vnde depuratum dicimus, ſiccatum & mundatum.

Dēpŭto, as. n. p. pen. cor. propriè deorſum puto. κατατέμνω. Colum. lib. 3. In agro macro & ſicco uineam imbecillam in brumam amputato, quam partem non deputaueris, circa calendas Februarij repetito, & deputato. Item de=putare eſt exiſtimare, cenſere, iudicare. ἀπολο=γίζεσθαι. quod uulgo dicitur reputare, non ut multi putant, delegare. Teren. in Hecy. Aede=pol næ meam eſſe herus operam deputat parui precij, Qui ob rem nullam me miſit fru=ſtra, ubi totum deſedi diem.

Dēpuuĭo, is. ex de & pauio: hoc eſt, cædo. Lu=cilius: Palmiſque miſellam Depuuit me. id eſt, uerberauit.

Dērĕlinquĕrĕ, a. t. ſignificat prorſus ſeu in totū relinquere, deſerere. καταλιμπάνειν. Cice. pro Cecinn. Derelinquo iam communem cauſam populi Rom. ius in ueſtra fide ac religione depono. Vnde derelictio. onis. uerbale. Cicero 3. Offic. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam eſt.

Dērĕpēntĕ, (ἐξαίφνης) tota una dictio, quia (ut docet Donatus) aduerbijs præpoſitionem ſeparatim non addimus. Si enim ſeparaueris, non eſt Latinum derepente. Teren. in Hecy. Ita corripuit derepente tacitus ſeſe obuiam.

Dērīdĕo, des. a. ſ. pen. prod. ſignificat cum alterius contemptu rideo. καταγελῶ, καταμωκάω. Plautus in Aulu. Neq; ædepol ego te deriſum uenio, neq; derideo. Vnde deriſor. καταγελα=στής. Deridiculum, irriſio. Plautus in Pſeud. Quàm illum mihi uerba per deridiculum dare. Deridiculus. a. um. deriſione dignus. κατάγε=λως, καταγέλαστος. Varro de re Ruſt. Sequetur ut duos uillicos, & duas uillicas habere debeat, quod eſt deridiculum.

Dērĭpĭo, a. t. pis. καταρπάζω. pen. corr. tam in bonum quàm in malū ſumi poteſt. In bonum. Verg. li. 2. Georg. Colloq; prælorū fumoſis deripe tectis. id eſt, confeſtim defer. In malum.

Lactan.

Lactan.lib.5. Quomodo ſe rapinis & fraudibus abſtinebunt, qui Mercurij furta nouerūt, docentis non fraudis eſſe deripere, ſed aſtutiæ. id eſt, ſurripere. Diripere uero ſignificat diuerſa diuerſe rapere, ut fit in urbium expugnatione. Gellius, Nam cum oppidum Toloſanum in terra Gallia Qu. Cepio conſul diripuiſſet, multumq́ auri in eius oppidi templis inueniſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabiliq́ exitu perijt.

Dĕrīuo.as.a.p. παροχετεύω. pen. pro. à riuus deſcendit, cum aqua deflectitur aliquò. unde & deduco riui more, ſiue deflecto ſignificat. Per translationem pleriq́ uſi ſunt. Teren. in Pho. Quid uis, niſi ut maneat Phănium, atq́ ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atq́ omnem in me deriuem iram ſenis? id eſt deflectā. Donatus: Deriuatio (μετάστασις) dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertineat, ad eum ad quem non pertinet. Colum. libro 1. propriè dixit: Crebrosq́ ſulcos aquarios (quos nonnulli elices uocant) faciamus, & omnem humorem in cloacas, atq́ inde extra ſegetes deriuemus. Cic. pro Mil. poſuit pro deuitare: Fecerunt id ſerui Milonis (dicam enim non deriuādi criminis cauſſa, ſed ut factum eſt) neq́ imperāte, neq́ præſente domino, quod ſuos quiſque facere ſeruos uoluiſſet. Hinc fit deriuatiuus.a.um. quod ab alio deducitur. παράγωγος.

Dĕrŏgo, as.n.p. (ἀφαιρέω) penul. cor. cum quid ex lege ueteri, quo minus fiat, ſancitur lege noua, inquit Feſtus, quod patet ex eius contrario Arrogo. Inde etiam Derogare fidem, alicui, uel de magnificentia alicuius, apud Cic. pro detrahere. Cic. li. 2. Ad Heren. Cum duæ leges inter ſe diſcrepant, uidendum eſt primum, num quæ abrogatio aut derogatio ſit. Quid eſt ergo derogatio, niſi detractio aliqua legis? Abrogatio, (ἀφαίρεσις) ipſius legis ablatio? Illa partis legis, hæc totius ſublatio eſt. Derogo igitur, detraho, quod ſimiliter fit, cū dignitati honoriq́ alterius detrahitur.

Dērūncĭnārĕ, a.p. diſſecare, & diſſipare, ἐκβαταρίζω. tractum à runcinis, quæ maiores ſerræ dicuntur, quibus fabri lignarij maiora ligna ſecant. Plautus in Mil. Ut lapide deruncinauit militem.

Dērŭo, is.n.t. deorſum ruo, cado (καταβάλλω). Apuleius: Prolapſus deruiſſem. Cicero ad Attic. libro. 16. Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Dēs, olim probes, dicebatur as, dempto triente. Eſt enim des, octo uncicarum pondus.

Dēsæuĭo, is.n.q. ualde ſæuio. ἀγριαίνομαι. Hieron. in. Prol. lib. Reg. Latrantes canes, qui aduerſus me rabido ore deſæuiunt. Item ſæuire deſino. ἀφυβρίζω. Lucanus: » Nec dum deſæuiat ira, » Expectat.

Dēſcēndo, is.n.t. ex de & ſcando, propriè ſignificat, de loco excelſo ad imum deuenio. καταβαίνω, κατέρχομαι. cuius contrarium eſt aſcendo. Liuius lib. 2. ab Urb. Tum ad equites dictator aduolat obteſtans, ut feſſo iam pedite deſcendant ex equis. Per translat. uerò dicimus, Deſcendo in prælium, deſcendo in campum, deſcendo in forum, & huiuſmodi alia: quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de uita ad mortem eſt iſte deſcenſus ſiue ad animam, ſiue ad corpus, ſiue ad utrunque ſpectet. Perſius pro humiliare poſuit: Ut » nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo, Sed præ» cedenti ſpectatur mantica tergo.

Dēſcio, is.n.q. non ſcio. Plaut. in Mercatore, Athenæ deſciuerunt.

Dēſciſco, (ἀφίστημι) uide Aſciſco.

Dēſcŏbĭnātŭs, ſaucius, abraſus, ſectus. ἀποξυρημένος. Varr. in Melea, Sin autem delectationis cauſſa uenamini, quanto ſatius eſt, ſaluis cruribus, in circo expectare, quàm his deſcobinatis in ſylua curare? Nonius.

Dēſcrībĕrĕ, a.t. ἀπογράφειν. propriè ſignificat de exemplari ſcribere, in qua ſignificatione etiam ſunt exſcribere, & transſcribere. Cic. Corni. Dicam tuis, ut eum, ſi uelint (librum ſcilicet De optimo gen. dicen) deſcribant, ad teq́ mittant. Per translationem uerò ponitur pro diſponere, ſeu deſignare. διατάττειν, διαγράφειν, διατυποῦν. Idem in Lælio: Mei ſunt ordines, mea eſt deſcriptio. Itē pro pingere. Plautus in Aſina. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam. Item pro denunciare. Lactantius libro 7. Quod prophetæ multo antè deſcripſerant. Pro diſpoſitione & accurata ſcriptione operis ponitur. Vergil. Imò hæc in uiridi nuper quæ cortice fagi Carmina deſcripſi, & modulās alterna notaui, Experiar.

Pro

Pro reddere creditã pecuniam. Teren.Phor. Ego deſcripſi porrò illis quibus debui. De ex ſcribo uide in dictione Tranſcribo. Scribere proprium eorum eſt, qui aliquid condunt.

Dēſĕco,as.a.p.pen.cor.ferro incido. ἀποτέμνω. Colum.lib.1. Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato. Idem lib.11.Bonus operarius prati iugerum deſecat.

Dēſĕro,is.pen.cor.rui.tum.a.t.derelinquo, deſicio. ἀπολείπω. Terent.Andr.Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturũ. Hinc milites, patriæ deſertores dicuntur, qui patriam deſerunt, quam defendere deberent. λιποτάκται. Sueto.in Cæſ.Deſertorum ac ſeditioſorum inquiſitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Hinc deſertum locum appellamus inhabitatum, quaſi ab hominibus derelictum, quem Græci ἔρημον nominant. Vergil.1.Aenei. Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta per agros. Quomodo autem differat deſertor ab emanſore, uide Emanſor.

Dēſerto,as.a.p. frequentati.eſt. ἐρημόω. Actius Cum me ſolum uterq; parens deſertaſſent.

Dēſērtūm,ti.n.ſ. & participium & nomen eſſe poteſt. Participium, idem eſt quod derelictũ. ἀπολελειμμένον. & quandoq; aſperum atq; incultum ἔρημον. Vergil.Rupe ſub aduerſa deſerti ad Strymonis undam. Nomen ſumitur pro loco inhabitabili, ut ſuprà in uerbo Deſero.

Dēſĕruīrĕ,n.q. eſt obtemperare, ſeu diligenter humiliterúe ſeruire. θεραπεύειν, ὑπουργεῖν, δουλεύειν. Cic.Tyroni, Indulge ualetudini tuæ cui quidem tu adhuc, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis.

Dēſĕs,deſidis,o.t.à deſideo, qui nihil agit, & ocioſus ſedet: uel qui ſtat ſæpius ad ſedendum, ſuper his quæ tranſigenda properè forent. νωθής, ῥάθυμος. Liu.lib.1. Deſidem Romanum regem inter ſacella & aras acturum eſſe regnum rati. Vnde Dēſidiōſus, qui totus deſidet, & nihil agit. Ouidius, Quæritur, Aegyſthus quare ſit factus adulter? In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.

Dēſĭdĕo,des. deſidi, deſidere.n.ſ. ocioſum ſedere. Terent.in Hecy. Qui ob rem nullam miſit, fruſtra ubi totum deſedi diem.

Dēſīdo,dis.deſedi. n.t. nam præteritũ à ſedeo mutuatur, teſte Valla lib.5. idem eſt quod ſedere, ſed cum motu. Cic.1. de Diuin. Eo tempore ipſo cum hoc calamitoſum prælium fieret, tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribusq; inſulis, totaq; in Italia factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labefactæ ſint, terræq; deſederint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint.

Dēſīdĕrātiuă uerba, (ἐφετικὰ ῥήματα) ſunt quæ à Priſciano meditatiua uocantur. Ea terminantur in rio, ut eſurio, parturio. Nam deſiderium magis quàm meditationem denotant. Cic.2.Phil. Vtinam aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iamdiu parturit. Sic parturio propriè, pro cupio parere ſumitur, quanquam interdũ pro pario ſumptũ inueniatur. Scaturio pro primitiuo ſcateo capitur. non enim deſideratiuũ eſt ſignificatiõe, ſed uoce tantũ. Amaturio autem, lecturio, dicturio, quãdo illis docti uſi non ſunt, omittenda hic cenſeo.

Dēſīdĕrĭūm,rij.n.ſ. (ἐπιθυμία, πόθος) pro uehementi amore atq; affectione: ut apud Iuuen. Cur deſiderio bibulæ Sertorius ardet? Et propriè de rebus gratis, optatis, aut amiſſis dicitur. Hinc dicimus poſt pugnam deſiderari milites qui perierunt. Cic.in Lælio: Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri negem, quàm id rectè faciam, uiderint ſapientes.

Dēſīdĕro,as.a.p. ἐπιποθέω, ἐπιθυμέω. ex de & ſidero. Sidero uerò à ſidus deducitur. Dictũ deſiderare pro cupere, quòd ueluti lucẽ ſideris, quod amamus, optemus. Cic.de Senect. Non caret is, qui non deſiderat. Et Plau.in Sticho, Nũc me gratiam abs te inire uerbis nihil deſidero. id eſt, non curo, non multum laboro. Per tranſlationem ponitur pro deficere, (ὑστερεῖν) ſeu mori. Curtius, In eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia deſiderata ſunt. Sunt qui ſydus à σιῶ & εἰδεῖν deducunt, & per y ſcribunt deſydero. Alij à ſido, ſidis, & per i Latinum ſcribendum cenſent. Deſidero autem, (ut Feſtius ait) à ſideribus dici certũ eſt.

Dēſĭdĭă,æ.f.p. ἀργία. eſt uitium ignauiæ. Sallu. Non fuit conſilium ſecordia atq; deſidia bonum ocium conterere.

Dēſignārĕ.a p. ſignificare, quaſi per ſigna demonſtrare. ἐπισημαίνειν, σημειοῦσθαι. Cicero in Catil. Notat & deſignat oculis ad cædem unum quemq; noſtrum. Aliquando ſignificat deputo,

puto, decerno, ſeu deligo. ἀποδεικνύω, ἀποφαίνω, προχειρίζομαι. ut deſignatur ſenator, λαγχάνει βουλευτής, Salluſtius, Catilina nihilominus in proximum annum conſulatum petebat, ſperans, ſi deſignatus foret, facilè ſe ex uoluntate Antonio uſurum. Columel. lib. 3. Ipſum autem agrum, quem ſeminario deſignaueris planum & ſuccoſum. Aliquando ſignificat rem nouam facere. καινουργεῖν, καινοποιεῖν. in utranque partem, bonam & malam. Terent. in Adelph. Nam illa quæ facta ſunt Omitto, modò quid deſignauit? Ab hoc uerbo deducitur uerbale Deſignatio, quæ eſt contractio conductioque populi in unum. hoc enim ei contingit, qui aliquo flagitio populi in ſe oculos & ora conuertit, & ſpectaculo eſt uulgo. Hinc deſignatores dicebantur qui conſtituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præerant, unicuique incedendi locũ, ordinemque præſcribebant. Cice. ad Att. lib. 4. Deſertus à ſuis uix iam decimum deſignatorem uel Gellium retinet. Budæ. in Annot.

Dēſilio, is. n. q. (καταπηδάω, ἀφάλλομαι) pen. cor. deſilui, deſultum. Vide in Salio.

Dēſino, is. a. t. pen. corr. ex de & ſino, ſignificat omitto, finio, ceſſo παύομαι, καταλήγω. ut, Deſine plura loqui. Terent. in Phorm. Imò haud deſinam, donec perfecero hoc. Cice. Mario: Libenter me Hercle artem deſinerē, tecumque & cum ſimilibus noſtri uiuerem. Gell. lib. 15. Omnium tum Athenienſium conſenſu diſciplina tibijs canendi deſita eſt. Aliquando pro terminare accipitur. Plin. in Epiſt. Deſinit ibi triclinium. Hinc deſinentia, finis, terminus. κατάληξις.

Dēſipio, is. (παραφρονῶ, ἀφραίνω) pen. cor. deſipui, deſipiui, & deſipij, n. t. ex de & ſapio, ſignificat inſipienter ago, ſiue de ſapientia decido, uel aliquid à cōmuni ſenſu ſapientiaque minus habeo, & conſtruitur cum ablatiuo. Cic. M. Cælio: Cũ obiurgaret quòd nimio gaudio penè deſiperem. Lact. li. 2. Denique poeta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc ſolo non poëticè, ſed aniliter deſipuit. id eſt, more anili inſipienter egit. Plau. in Epid. genitiuo iunxit, Deſipiebam mentis, cum illa ſcripta mitterem. Huius contrarium eſt reſipiſco. Nam reſipio in uſu raro eſt, reſipiſco frequenter: deſipio in uſu eſt, deſipiſco non. Et hæc omnia ad mentem proprie pertinent. Eſt enim reſipiſcere, ad mentem redire, (ἀνανήφειν.) Lact. lib. 6. Diuin. inſtit. Reſipiſcit enim, ac mentem ſuam quaſi ab inſania recipit.

Dēſiſto, is. n. t. ceſſo. ἀφίσταμαι, ἀπολήγω. Vergi. „Me ne incœpto deſiſtere uictam? Plautus in Rud. Deſiſte dictis nunc iam Miſeram me conſolari. Idem in Menæch. Quid tu es triſtis? quid ille abs te iratus Deſtitit? neſcio quid uos uelitati eſtis inter uos duos. id eſt, receſſit. Deſiſtere etiã ſtare in loco ſignificat. Plau. in Moſt. Quid illic deſtitiſti obſecro tandiu? Deſiſtere, inquit Vlpian. eſt à negocio abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat. Inde deſtitiſſe is uidetur, non qui diſtulit, ſed qui liti renunciauit in totum.

Dēſmōtēriŏn, (δεσμωτήριον) Latinè carcer.

Dēsōlātōrĭŭs, a. um. (ἐρημικός) quod deſolatur. id eſt, deſtruitur.

Dēsōlo, las. a. p. pen. longa, quaſi ſolum & deſertum facio. ἐρημόω. à ſolus. a. um. Verg. 11. Aen. „Sat funera fuſi, Vidimus ingentes & deſolauimus agros. Ibidem: Diſiectique duces, deſolatique manipli.

Dēsōlŏr, aris. d. p. (ἀπαραμυθέομαι) pen. prod. à ſolor compoſitum eſt, & contrariam ſuo ſimplici habet ſignificãtiam. Sed per translationem in ſignificatione differt. cum enim quis aliquem ſolatur, quaſi de ſolo lapſum, in ſolum ſiue ſoliditatem alleuat. Paſſiuè tamen deſolatus accipitur apud Hierony. ad Tyra. Sola ſeparatione dormientis æſtuans, deſolatus ſolatio pij pignoris iactor.

Dēſpēctio, onis. f. t. idem quod deſpectus. καταφρόνησις. Cic. in Horten. Conſolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.

Dēſpēcto, as. a. p. ſæpe deorſum aſpicio. κατακύπτω, καθοράω. Claud. lib. 3. Deſpectant uerticе lucũ. Verg. Nunc terras ordine longo Aut „capere, aut captas iam deſpectare uidentur.

Dēſpēctŭs, a. um. o. ſ. participium, quod eſt contemptum. παρορασθείς.

Dēſpēctŭs, us. m. q. nomen. παρόρασις. Cæſar 3. Bell. Gall. Omnes colles, & loca ſuperiora, unde erat propinquus deſpectus in mare, ab exercitu tenebantur.

Dēſpē

Dēſpērātĭo, onis. f. t. ut inquit. Cic. lib. 6. Tuſ. eſt ægritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum. ἀπόγνωσις. Sal. Ne fortè deſperatione adducti, uitæ mortem præferrent.

Dēſpēro, as. n. p. pen. pro. non ſpero, extra omnẽ ſpem ſum. ἀπογινώσκω, ἀπελπίζω. Hic enim de negat. Cic. in Lælio, Cuius aures clauſæ ſunt ueritati, ut ab amico uerum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Dicimus autẽ deſperare ſaluti, uel ſalutẽ, uel de ſalute. Deſperatus in morbo dicitur, de quo nulla ſalutis ſpes habetur. Item deſperatus, qui nullam habet ſpem. Vnde uetus prouerbium, Non eſſe cum deſperatis certandum.

Dēſpĭcābĭlĭs, & hoc le. o. t. εὐκαταφρόνητος, φαῦλος, παρημελημένος. contemptibilis. à quo deſpicabilior. liſſimus.

Dēſpĭcĭēntĭă, æ. f. p. ὑπεροψία) deſpectus, ſiue deſpectio, & in ſe plus continet quàm contemptio, ut apud Cic. li. 1. Tuſc. Totam uim bene uiuendi in animi robore ac magnitudine, & in omni rerum humanarum contemptione, ac deſpicientia ponamus. Et illuſio plus eſt quã contemptio deſpicientiaq́ue, ut in Cato. idem Cice. Contemni ſe putant, deſpici, illudi.

Dēſpĭcio, is. a. t. καθοράω. pen. corr. deorſum aſpicio. Colum. lib. 1. Area ſi competit, ita conſtituenda eſt, ut uel à domino, uel certè à procuratore deſpici poſſit. Per translationem ponitur pro contemno, ſiue paruifacio. παρορῶ, ὑπερόπτομαι. Nam cum quis alium contemnit, deſpicere uidetur, quaſi infra ſe aſpicere. Cicero. 2. Offi. Deſpiciunt autem eas, & contemnunt, in quibus nihil uirtutis neruorũ putant.

Dēſpĭcŏr, aris. atus. d. p. pen. corr. deſpicio. παρόπτομαι. Teren. Eun. Quæ nos noſtramq́ue adulescentiam habent deſpicatam. Don. Deſpicatam, contemptam, atque deſpectã. à deſpicor

Dēſpĭcŭŭs, a. um. à deſpiciendo, intentus, uigil. cuius exempla apud Apuleiũ frequentiſſima.

Dēſpŏlĭārĕ, a. p. eſt exuere. ἀποσυλάω, ἀποδύω. Plau. in Caſ. Vir te ueſtiat, tu uirum deſpolies. Cic. ad Att. lib. 7. Cum ferret literas ad buſtum Baſilij, uulneratus & deſpoliatus eſt.

Dēſpōndĕo. es. a. ſ. ex de & ſpondeo. Spondeo autem à ſponte fit, quod Veteres pro dico uſurpabant, quia qui ſpondet, ſponte. id eſt, uoluntariè dicit. unde reſpondeo factũ eſt, quod eſt poſteriore loco dico. Poſtea uerò ſpondere, uſurpari cœptum eſt, pro ſponte promittere ὁμολογεῖν, καθομολογεῖσθαι. Vnde qui puellam ſpondet, ſponſor: quæ ſpondetur puella, ſpõſa: cui ſpondetur, ſpõſus: ſtipulatio qua rogatur pecunia dotis à ſponſo, ſponſio, hoc eſt promiſſio appellatur: & dies qua puella promittitur, ſponſalis: & ſponſalia, mentio & promiſſio futurarum nuptiarum. Eſt autem deſpondere, promittere, quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum præcipue, cuius intereſt locare mulierem uiro, ſiue uirum mulieri. Et deſpondere animum ille dicitur, qui ſuæ ſpontis ſtatuit finem, & quaſi ex deſperatione mori decreuit, & lucis tædio affectus eſt. Liuius lib. 3. Nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis. Apud Senecam & Columellam abſolutè legitur deſpondere. nam de turdis ſic ait, Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clauſi, plurimi deſpondent. id eſt, ἀθυμοῦσι. Similiter dicimus deſpondere ſapientiam illum, qui deſperat ſe poſſe ad ſapientiæ faſtigium peruenire, & ob hoc deſiſtit ab incœpto. Colu. lib. 12.

Dēſpōnſo, as. a. p. à deſpondeo fit. μνηστεύω.

Dēſpūmo, as. a. p. penult. produ. ſpuma priuo. ἀπαφρίζω. Vergilius libro 1. Georg, Et folijs undam tepidi deſpumat aheni. Plinius libro 9. capite. 38. Ita deſpumatis ſubinde carnibus, quas hæſiſſe uenis neceſſe eſt, &c. Per translationem ponitur pro decoquere. Hieron. ad Oceanum, Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidines.

Dēſpŭo, is. a. t. deorſum ſpuo, ſeu ſpuendo execrationem demonſtro. καταπτύω. Perſius: Eſt
» prope te ignotus, cubito qui tangit & acres
» Deſpuat in mores.

Dēſquāmo, as. a. p. ſquamis exuo. ἀπολεπίζω. Plau in Aulul. Dromo deſquama piſces, tu Machærio Congrum, murenam exdorſua, quantum potes. Deſquamare etiã de arboribus & alijs rebus dicitur. Plin. Summo cortice deſquamato, altiore plaga ſiccantur.

Dēſtĭno, as. a. p. pen. cor. ex de & ſtino. unde & perſtino. Eſt autem deſtinare, deliberare, aſſignare, deputare, parare, eligere. προορίζειν, τάττειν, προστάττειν, ἀποτάττειν, ὑπογράφειν. Col. li. 2.

Itaq; conſiderandum erit, ut ſolum quod exco lere deſtinamus, pingue ſit. Cic. lib. 1. Tuſc. Ad horam mortis deſtinatam. Quandoq; ponitur pro alligare. Apul. lib. 4. de Aſino, Arreptũ me loro quàm ualido, ad anſulam quandam deſtinatum. Quandoq; mittere (ἀναπέμπειν) ſignificat. Iuuena. Deſtinat hoc monſtrũ cymbæ linic; magiſter Pontifici ſummo. Aliquando emere. Lucilius: Facio ab lenone tribus ut libertatem millibus deſtinet. Quandoq; taxare, ſiue pro precio deputare. (τιμᾶν.) Plautus in Rud. Minis triginta ſibi puellam deſtinat, dataq; arrabonem & iureiurando allegat. Hoc idem ſignificat perſtino. Apul. Et percontato precio, quòd centum numis indicaret, aſpernatus, uiginti denarijs, inquit, perſtinaui. Eſt & præſtino, de quo alibi. A deſtino fit cõpoſitum prædeſtino, (προορίζω) quod eſt præordino, præmitto. Auguſt. Prædeſtinatio à præ mittendo & præueniendo uel præordinando futurum aliquid dicitur.

Dĕſtĭtŭo. is. a. t. ex de & ſtatuo, ſignificat derelinquo, demitto, deſero, μεθίημι, καταλείπω, προΐεμαι. Verg. Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Interdum eſt priuare, & ſic conſtruitur cum ablatiuo. Colum. lib. 9. Rurſus nimiã ſiccitatem deſtituere plantas naturali alimento. Interdum diſſoluere. Næuius: Multo nauem iubet deſtitui anchoris. Interdum ſtatuere. Cæcilius: Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

Dĕſtringo. gis. a. t. καταστλεγγίζω. deorſum ſiue de alijs ſtringo, colligo, aut excido. Colum. lib. 11. Tum & olea deſtringenda eſt, ex qua uelis uiride oleum efficere. Item deſtringere, pro ſtrigilibus radere. Plin. lib. 3. Epiſt. Dum deſtringitur, tergiturq;, audiebat aliquid. Eſt autem (inquit Marcellus interpres Dioſcoridis) deſtringere, lacinia, ſtrigili ue, aut manu ipſa, quæ corpori hærent, abradere, & extergere.

Dĕſtrūctĭlĕ. n. t. pen. cor. quod deſtrui poteſt, & deſtruetur in fine. ἀφανιστὸν, φθαρτόν. Lactant. libro de Ira Dei: Deſtructilia ſunt omnia quæ manu fiunt.

Dĕſtrŭo. is. xi. ctum. a. t. (ἀποσκευάζω, ἀνασκευάζω, ἀποτέμνω, λυμαίνομαι) ſignificat quod ſtructum erat corrumpere: cuius crebriora ſunt apud authores exempla, quàm fuerit opus huc congerere. Quintil. lib. 5. cap. 7. Interim & ſingulos ut exornare, ita deſtruere contingit. id eſt, oſtendere ijs moribus eos eſſe, ut in teſtimonio reddendo non ſint recipiendi.

Dēsŭbĭtō, aduerbium, idem quod ſubitò, & celeriter. Plaut. in Moſt. Quamuis deſubito facile eſt facere nequiter.

Dēsŭbŭlo. as. a. p. à ſubula, ſignificat perfodere. Varro: Alterum Carneadem deſubulaſſe bona corporis.

Dēsūdo. as. n. p. (καθιδρόω) pen. prod. ualde ſudo. per trãslationem ponitur pro laborare. Vnde deſudaſco & deſudaſcitur imperſonale. Plau. Homo adoleſcens penetrem huiuſmodi palæſtram, ubi damnis deſudaſcitur.

Dĕſuēſco. is. deſueui, & Deſueo. es. eui. Primum neutrum, ſecundũ actiuum. Vnde Nonius in priſcis dictionibus, Deſueui illum, pro deſuefeci illum. id eſt, conſuetudinem illi abſtuli. Titi. Paraſitos amoui, lenonem ædibus abſterrui, deſueui, ne quò ad cœnam iret extra conſilium meum. Hic deſueui à deſueo in actiua ſignificatione capitur. Nam quamuis Priſc. Conſueſco, cõſueui, cõſuetus ſum dicat, addit tamen, Chariſius conſueo ponit. Idcirco priſco more iuxta Chariſium, iuxtaq; ſignificationem actiuam, quæ in præterito deſueui à Nono prolata eſt, neceſſe eſt, ut ſueo ſimplex ſit, unde formatur ſueſco: ex quo componuntur cõſueſco, deſueſco, aſſueſco, inſueſco, quæ ſignificationẽ paſſiuam innatam habent, uti caleſco, erubeſco: & augmentatiuã, ut oleſco, adoleſco: cum tamen oleo & adoleo actiuam ſiue neutralem habeant. Ita ſueo, conſueo, deſueo, actiuam ſiue neutralem habere conuenit. ea enim quantum intelligo, iam aboluere, propterea in eorum locum ſucceſſiſſe, cõſuefacio, aſſuefacio, & huiuſmodi puto. Simplicis autẽ ſueſco præterita ſunt, quæ dicam. Claudia. lib. 3. de Rap.
» Poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu, ſummoq;
» Ioui deducere paruam Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis. Cicero Metello: A te id quod ſueſti peto, me abſentem diligas, atque defendas. Quandoq; deſueſcere, nõ per negationem, ſed per affirmationem ex ui præpoſitionis De ponitur quaſi deorſum ſueſcere, ſiue deſcendere ſueſcere. Plau. in Aſin. Auceps quando concinnauit aream effundit cibum,

aues Deſueſcunt : neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum. Quandoq; deſuetus, dicitur ualde ſuetus.

Dēſuēfăcio.is.ere.deſueſeci, deſuefactum, a.t. cōſuetudinem prætermitto, uel relinquo, à conſuetudine abſtraho. Cicero pro Cluent. Qui quòd roſtra iamdiu uacua, locumq́; illum poſt aduentum L. Syllæ, à tribunitia uoce desertū oppreſſerat, multitudinemq́; iam deſuefactam à concionibus, ad ueteris conſuetudinis ſimilitudinem reuocauerat, idcirco cuidam hominum generi pauliſper iucūdior fuit. Sic Dēſuēfio, deſuefis, deſuefieri. Varro 2. de re Ruſt. ca. 9. Duobus menſibus primis à partu non diſiunguntur à matre, ſed minutatim deſuefiunt.

Dēſuētūdo, dinis. f.t. ἀήθεια, τὸ ἀηθές. à deſueſco: ſicut conſuetudo, à cōſueſco, quæ cōtraria ſunt. Liu. lib. 1. Mitigandū ferocem populum armorum deſuetudine ratus.

Dēſūltōrēs, m.t. (κελητισαὶ) qui equos eligunt, alunt ac docent, quorum ars eſt binos trahere equos, & alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſſultare. Liu. lib. 23. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modū binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſſultare mos erat, tanta uelocitas ipſis, tamq́; docile equorum genus eſt. Deſultorij uerò ipſi equi duo ſine ephippijs, κέλητες dicti, quòd ex his facilè deſiliant deſultores, qui ſingulis equitibus præſto erant, exercitatis ita militibus, ut altero de uia feſſo deſilire poſſent in recentem. Suet. de Cæſare: Quadrigas bigasq́; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Per tranſlationem Apul. in primo de Aſin. Iam hæc quidem ipſa uocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo, quem acceſſimus, reſpondet.

Dēſŭm, dees, n. & anom. ſignificat deficere. ἀπορέω, λείπω. Seneca: Felix eſt cui nihil deeſt ad bene beateq́; uiuendum.

Dēſŭpĕr, hoc eſt, supernè. ἄνωθεν. Cæſar. 1. Bell. Gall. Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus reuellerent, & deſuper uulnerarent.

Dēsūrsŭm. ὑπερθεν. idem quod deſuper.

Dētĕgo.is.a.t. pen. cor. aperio, nudo. ἀποκαλύπτω, ἀπογυμνόω. Plaut. in Moſtel. Texit, detexitq́; me illico. Per tranſlat. Liu. 10. ab Vrbe. Ite igitur, dicite, inquit, detegant nequicquam conditas inſidias.

Dētĕr, ſiue Dētĕrŭs.a.um. pen. cor. dicitur cui aliquid deeſt, & quaſi detritum ne bonum ſit. καταδεής. à quo deterior, deterrimus. Plaut. in Bacch. Vidi ego hominem nequam, uerùm te neminem deteriorem.

Dētērgĕo.es.a.ſ.ſi.ſum. & detergo.is.a.t. depurgo. ἀποψάω, ἐναπομόργνυμαι. Colum. li. 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Plaut. in Menæch. Menſam quando ego detergeo. Ponitur aliquando tranſlate: ut Detergere faſtidia, pro auferre, Colum. lib. 8. cap. 10. & Detergere ſpurcitias, idem lib. 1. cap. 5.

Dētērmino, nas.a.p. terminos impono: uel terminis, & uelut limitibus quibuſdā deſigno. Plaut. in Pœn. Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei finitor factus ſum ego. Per tranſlat. Cic. de Orat. Et id quod dicit, ſpiritu, non arte determinat.

Dētĕro.is. pen. cor. detriui, detritum, a.t. ex de & tero, ſignificat propriè terendo deijcio, trituro. κατατρίβω, ἀλοάω. Nam ſpicis percuſſis, frumenta in illis depoſita deteruntur, cum grana in terram minuta diſſiliunt. Colum. lib. 1. Area optima eſt ſilice cōſtrata, quòd & celeriter frumenta deterantur. Significat etiam damnum infero, frango, deſtruo, corrumpo. Plin. Nimia cura deterit magis quàm emendat.

Dētērrĕo, deterrui, a.ſ. ualde terreo, & quaſi terrore quodam prohibeo, remoueo ue. ἀνείργω, καταπλήσσω, ἀποτρέπομαι. Cicero 1. Tuſc. Itaque non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus, quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ nunquàm longè poteſt abeſſe.

Dētēſtābilĕ, adiect. o.t. abominabile. ἐνάγισον, μυσαρὸν. Cic. 2. Philip. Non te execrandum populo Rom. non deteſtabilem, non omnes tibi deos futuros ſcias?

Dētēſtŏr. aris. meo teſtimonio rem abominor, improbo, execro. μυσάττομαι, ἀφοσιοῦμαι. deponens, quamuis & commune uerbum inueniatur. Horat. 1. Carm. Bellaq́; matribus deteſtata. Lactan. lib. 6. Hinc eſt illa Plauti deteſtanda ſententia, Male meretur, qui mendico dat quod edat: nam & illud quod dat, perit, & illi producit uitam ad miſeriam. Apud Iureconſultos

ſultos deteſtari ponitur prò abſenti denunciare. Inde deteſtatio, denunciatio facta cum teſtatione, ut docet Vlpian. Aliquando genitalium abſciſſio. Apul.lib.7. Ob id truces, ueſanoſq; adhibita tali deteſtatione manſuetos exinde factos. Deteſtari prætereà ſignificat uehementer teſtari. Plaut.in Menæch. Summum Iouem deoſq; deteſtor, me neque iſti malefeciſſe mulieri, &c.

Dētĕxo.is.a.t. ὑφαίνω. *ualde texo, perficio. Verg. Viminibus molliq; paras detexere iunco. nam De, augentis eſt.*

Dētĭnĕo,es.a.ſ.pen.cor. *remoror, occupo.* ἐπιλαμβάνομαι, κατέχω, παρατείνω. *& propriè ad eos pertinet, qui prius non tenebantur, & quouis modo detinentur, ſiue capiuntur, ne abeãt iniuſſu eius qui detinet. Terent.in Eun. Detineo te fortaſſe, tu profecturus aliò fueras. Retineo autem pertinet ad eos, qui prius tenebantur, & ne abeant retinentur. Et hæc tam in bonam quàm in malam partem ſumi poſſunt.*

Per translationem uero Terent.in Phor. Pol me detinuit morbus. Salluſt. Me ambitio mala detinuerat. De retineo, Teren.Adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri ſatius eſſe credo, quàm metu. Hinc detento.as.frequentat.

Dētondĕo.es.detondi.a.ſ. *quod tamen antiqui ſicut ſuum ſimplex geminabant: à ſummo uſque deorſum tondeo.* ἀποξυράω, ἀποκείρω. *Colum. lib.8. Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis, neq; frigus, ſi lanam detraxeris, neq; æſtum, ſi nondũ detonderis, ſentiat, uerum cum quæque detonſa fuerit, ungi debet tali medicamine.*

Dētŏno.as.n.p.pen.cor. *ualde tono.* ἀποβροντάω. *Hier. Et cum perſecutionis detonaret procella, in uillam remotiorem ſeceſſit.*

Dētorno.as.are. *Vide Torno.*

Dētorquĕo.es.ſi.tum.a.ſ. *ſignificat deflecto.* κατακάμπτω, παραφέρω. *Colum.lib. 4. Sed quod in ſalicto conſerendo uitauerimus, id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem eſt neceſſe longiorem facere, ſi uolumus detortum pangere. Cicero per translationem li.2.Offic. Nam & uoluptates blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent.*

Dētrēcto.as.a.p. *frequẽtatiuum, ſignificat defugio, deuito, recuſo, nego.* διαλύομαι, ἀπολέγομαι. *Verg.lib.3.Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo, Aut iuga detractans, interdumq; aſpera cornu. Iuſtinianus, Nec ipſe detractauit certamen. Aliquando detractare, eſt male tractare, ſeu maledicere.* καταλαλεῖν, ψιθυρίζειν.

Dētrāctōrēs,m.ſ. *dicuntur, qui famæ alicuius derogant.* ψίθυροι.

Dētrăho.is.xi.ctum.a.t. *cum accuſatiuo, propriè ſignificat exuo id quod indui, ſiue quicquid manu contingi & detrahi poteſt: ut detrahere ueſtimenta, ſoccos, palmites, & huiuſcemodi. Teren.in Heaut. Occurrũt ſerui, ſoccos detrahunt. Plaut.in Aſin. Nudo detrahere me ueſtimenta iubes? Interdum remouere, auferre.* ἀφαιρεῖν. *Auguſt.in Ioan. Detrahe uerbum, & quid eſt aqua niſi aqua? Accedit uerbũ ad elementum, & fit ſacramentum. Ita etiã detrahi fama, gloria, honor, opinio dicitur.* διασύρειν. *& tunc cum datiuo conſtruitur. Ouidius de Triſt. Detrahat authori multum fortuna licebit. Hinc detractor, & detracto.as.*

Dētrīmēntūm,ti.n.ſ. βλάβη, βλάμμα. *damnum, dictum ſecundum Varronem à detritu, quòd ea quæ trita ſunt, minoris precij ſunt. Sic intrimẽtum ab eo, quòd duo inter ſe ſint diminuta. Differuntq; ab inuicem, quòd detrimẽtum, ut Pædian. docet, uel unius parti dici poteſt: intrimentum uerò ad utriuſq; partis ſpectat, dantis, accipientiſq; incommodum. Inferius etiam Interimentum ſcribitur.*

Dētrūdo.is.a.t.pen.pro. *deorſum trudo, ſiue trudendo deijcio.* καταθέω. *Liu. lib.2. Iam impetu conabantur detrudere uirum. Per translationem Cic.li.1.Offi. Sin aliquãdo neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij non erunt.*

Dētrūllāre, *eſt de trulla in trullam deplere, quo uſus eſt Apitius. quod ipſum & diffundere ſecũdũ Pliniũ uocatur, ſicut in oleo decapulare.*

Dētrūnco.as.a.p. *truncando deijcio, ſiue intrunco, aut detrunco, ſeco.* ἀποκόπτω, κολοβόω. *ut, Arborẽ detruncauit. Liu.1.Bell.Macedo. Poſteaq; gladio Hiſpanienſi detruncata corpora, brachijs abſciſſis, aut tota ceruice. Diſtrunco autẽ in diuerſas partes trunco. Plaut. in Truc. Iam ego te hic agnũ faciam et mediũ diſtruncabo.*

Dētūrbo.as.a.p. *ferè ſicut detrudo ſumĩtur, niſi quòd in deturbo maior ſit uiolentia q̃ in detru-*

do.Eſt enim deturbare,deorſum cum uiolentia deijcere. καταταρταρόω.Verg.Puppi deturbat ab alta.Per tranſl.Cice.Cn. Pompeio Sed hoc ſcito,tuos ueteres hoſtes,nouos amicos uehementer literis tuis perculſos, atq; ex ſpe deturbatos iacere.

Dētŭrgĕo.es.deturſi.ἀπογκῶμαι.Vide Turgeo.

Dētŭrpo.as.a.p.ex de et turpo.μολύνω,αἰσχύνω. id eſt turpem ac deformem reddo. Suet.in Calig.Pulchros & comatos,quoties ſibi occurrerent,occipitio raſo deturpabat.

Dēuāſto.as.are.aui.atum.a.p.deprædari,ſpoliare,profligare.

Dēuĕho.is.a.t.deorſum ueho, defero. καταφέρω. Plin.in Epiſt.Medios ille agros ſecat,nauium patiens,omnesq; fruges deuehit in urbem.Cic. 1.ad Heren. Qui parentem necaſſe iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio, deuehatur in profluentem.

Dēuĕnĭo.is.n.q.pen.cor.de loco editiore deſcendo. καθίκω. Verg.lib.4.Speluncam Dido,dux & Troianus eandem Deueniunt. Et aliquādo pro ſuo ſimplici,uenio. Plaut. in Mil. Quibus cum comitata recte deueniat domum.Per tranſlationem uerò cum de diuitijs in paupertatem,de gloria ad ignominiam,de iuſtitia ad iniquitatem,de proſperis in aduerſa cadimus. (περιπίπτομεν.) Cice.libro 4.ad Heren.Videtur eſſe arrogantia illa relinquere, & ad ſua deuenire.

Dēuĕnŭſto.as.a.p.deturpo.λυμαίνομαι.Gell.Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Dēuerbĕro,as. a.p. ualde uerbero. σχολίω. Terent. in Phorm. Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſque ad necem, Hoſpites, tum etiam ciues?

Dēuerbĭŭm.bij.n.ſ.(ἀπόῤῥημα) à uerbo,quod ſignificat extremitatem & deſinentiam uerbi, & in quod uerbum deſinit:quaſi deorſum tendens uerbum.

Dēuerro.is.a.t. probè uerro, ſiue de loco uerro. κατασαίρω.Colum.lib.8.Stabula uerò frequēter deuerrenda & purganda,humorq; omnis urinæ deuerrendus eſt.

Dēuerſŭs,Veteres dicebāt quaſi deorſum uerſus

Dēueſtio.is.a.q.ueſte exuo. ἐκδύω. Apul. libro 1. Iamprimum omnibus lacinijs ſe deueſtit.

Dēuexo.as.a.p.ualde uexo.καταθλίβω.Lactan. lib.4.Et cum corpora hominum occupant, animosq; deuexant,adiurantur ab his,& nomine Dei ueri fugantur.

Dēuexŭs.a.um.à uexus eſſe conuenit cōpoſitum, à quo uexo.as.eſſe uidetur.unde & conuexus. Ponitur autem deuexus pro decliui ac deflexo:ut,Deuexus collis.Col.lib.1.Et deuexa terra, apud Plin. in Epiſt. Hinc Deuexitas.atis. decliuitas:ut,loci deuexitas apud eūdē in Epi.

Dēuincĭo.is.a.q. perfecte uincio, uehementer ligo. ἀναρτῶμαι,ἐξαρτῶ,καθάπτω. Plaut.in Cap. Iſtas maiores catenas, quibus ſunt deuincti,demitto.Per tranſlationem Teren.in Heaut.Verum ubi ſemel animus cupiditate deuinxit mala,Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

Dēuinco.is.a.t.idem quod uinco,ſupero.κατανικάω.Cic.de Sene.Qui Pœnos claſſe primus deuicerat.Terent. in Andr. Hic animus partim uirginis miſericordiæ Deuictus,partim uictus huiuſce iniurijs.

Dēuĭo.as.n.p.ex de & uio.as.à recta uia recedo. ἀφαμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ. Abuſiuè, pro deflecto ſumitur.

Dēuirgino.as.a.p. uirginitate priuo. διακορέω. Aliàs deuirginati dicebantur pueri,cum ex ephebis deceſſerant.

Dēuīto.as.a.p.pen.pro.declino. ὑποστέλλομαι,ἐκφεύγω.Teren.in And.Poſt hac incolumem ſatis ſcio fore me,hoc nunc ſi deuito malum.

Dēuĭŭs.a.um.o.ſ.quod eſt à recta uia remotum. unde Cic. Anagninos uocat deuios, quòd eſſent extra uiam militarem collocati. Et Horatius ſcortum deuium dixit, quaſi à uia remotum. Propert. Lætor quòd ſine me deuia rura colis.Cicero in Læl.per tranſl. Quid poteſt eſſe tam flexibile,tam deuiū, quàm animus eius qui ad alterius non modò ſenſum ac uoluntatem, ſed etiam uultum atq; nutum cōuertitur?

Dēunx.cis.m.t.as.dempta uncia. id eſt undecim unciæ,quaſi unica ex aſſe dempta uncia.

Dēuŏco.as.a.p.pen.cor.uocādo deduco,ſiue inde aut deorſum uoco. μετακαλέω. Liu.libro 4. Cum à faucijs hoſtibus ſciſcitando comperiſſet,caſtra Volſcorum deſerta eſſe,lætus à tumulo ſuos deuocat.Cic.lib.Tuſc. per tranſlationē locutus eſt,Socrates primus philoſophiam deuocauit è cœlo,quod eſt quaſi deduxit.

Dēuŏlo.as.n.p.pen.cor.de alto uolo. καθίπταμαι. Plaut.

Plautus in Amph. Poſtquàm in cunis conditus, Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi. Per tráslationem autem ponitur pro decurro. Liu. li. 1. Alij inter tumultum præcipites, pauore in forum deuolant. Cic. ad Her. Ita falſi amici ſereno uitæ in tempore præſto ſunt, ſimulatq; homini fortunæ inuiderint, deuolant omnes. id eſt diſcedunt.

Dēuŏluo. is. a. t. (καταχυλίω) omnibus aptatur, quæ à ſummo deorſum decidunt, ſeu delabuntur, ut ſaxa, ut aqua, ſiue cū homines inde præcipitantur. Liu. 1. Bell. Pun. Saxa ingentia in agmen deuoluūt. Per translat. uerò dicimus, Deuoluta eſt res, deuoluta eſt hæreditas, quod uulgo dicitur, de manu in manum. Idem libro 3. Et eò deuolui rem, ut aut patricij, aut patriciorum aſſeclæ habendi Tribu. plebis ſint.

Dēuŏro. as. a. p. penul. cor. uorando deijcio. καταπίω, καταφάγω, τρώγω, ἀναχάπτω. præ edendi auiditate non manſum cibum deglutio. Cato de re Ruſt. Bos ſi ægrotare cœperit, dato continuò ieiuno ouum gallinaceum crudum, & integrum facito deuoret. Refertur etiam ad alios ſenſus. Martial. Oculis deuorantibus draucos. Plaut. Auſcultate atq; operam date, & mea dicta deuorate. Illud enim oculorum, hoc aurium auiditatem ſignificat. Item pro concoquere. id eſt, perferre. ὑποφέρειν. ut, Hoc tædium mihi deuorandum eſt.

Dēuŏtĭōnēs, num. f. t. (κατάραι, προσευχαί.) uide in Deuoueo.

Dēuŏto. as. pen. pro. frequētatiuum ex deuoueo. ἐκδίδωμι. Cicero: Quæ uis patrem Decium, quæ filiū deuotauit, ac immiſit in armatas hoſtium copias?

Dēuŏtōrĭŭs. a. um. adiectiuum, ut carmina deuotoria apud Liuium, & Macrobium, quibus homines urbeſq; deuouētur, ut de Decio legimus.

Dēuōtŭs, a. um. o. ſ. deſtinatus. προσνενεμημένος, καθωσιωμένος, ἀποτεταγμένος. Varro: Tum deuoto tibi animo utere. Verg. Præcipuè infelix peſti deuota futuræ. Accipitur & in malum, pro diro & execrando. ἐναγής, κατάρατος, τῇ ἀρᾷ ἔνοχος. Ouid. Viuite deuoto fœmina uirq; thoro.

Dēuŏueo. es. a. ſ. pēn. cor. ſignificat ſolenniter uoueo. καθιερόω. Vouere autem eſt aliquid ſanctè promittere. Verg. lib. 12. Quorum ſe deuouet aris. Cice. lib. 3. Offic. Quid? Agamemnon cum deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam. Vnde et pro morti ſe dedere ponitur. Liu. lib. 9. Equidē mortem pro patria præclaram eſſe fateor, & me deuouere pro populo Romano legionibuſq;, uel in medios me mittere hoſtes paratus ſum. Item eſt diris imprecationibus malū alicui optare. καταρᾶσθαι. Ouidius in Ibin: Illum ego deuoueo, quem mēs intelligit Ibin. Hinc deuotio, (κατάρα) pro execratione. Suet. in Calig. Lenis adeò & innoxius, ut Piſoni decreta ſua reſcindenti, nō prius ſucceſere in animū induxerit, quàm ueneficijs quoq; et deuotionibus impugnari ſe cœpiſſet.

Dĕūs, dei. m. ſ. unde deducatur, uariè exponi ſolet. Nam alij à θεὸς deriuant, quod deum ſignificat. Alij ἀπὸ τοῦ δέους, quod timor dicitur: quoniam ipſo nihil maius. Vnde Statius, Primus in orbe deos fecit timor. Alij uero à dando, quia hominibus det quicquid eſt commodum. Sunt qui deum dici putent, quòd nihil ei deſit. Hinc deitas. θεότης, θειότης. quæ & diuinitas dicitur. Auguſt. lib. 7. de Ciuit. Hanc diuinitatē, uel ut ſic dicam deitatem. nam & hoc uerbo uti iam noſtros non piget, ut expreſſius è Græco transferant, quod illi theoteta appellant. Deum & diuum quidā indifferenter accipiūt. Alij deos uolunt perpetuos eſſe, diuos uerò ex hominibus factos. τοὺς ἐξηθανατισμένους, ἀποθεωθέντας. Et licet deus definiri nequeat, tamen ita deſcribi poteſt: Deus eſt mēs uniuerſi: uel, deus eſt animus per immenſas mundi partes, omnemq; naturam cōmeans atq; diffuſus, ex quo omnia quæ naſcūtur animalia uitam capiunt: uel, Deus eſt infinita mēs, quæ per ſeipſam mouetur. Speuſippus philoſophus ſic ait, Deus uiuens immortale, per ſeipſum ad bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. Deus penetralis (ἑρκεῖος) dicebatur, qui intra conſeptum domus cuiuſq; colebatur: à nōnullis Iupiter Ercius dictus.

Deūſ. c. ē. id eſt, crematæ toſtæq; in prunis. Colū. lib. 6. cap. 17.

Dĕutĕrĭā (δευτερία) à Græcis dicuntur uina aqua mixta: hoc eſt ſecundaria. nam δεύτερον ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua uinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

Dĕxtāns,antis.m.t.dicitur,quia aſſi deeſt ſextās, id eſt unciæ decem,quemadmodum duodeuiginti,& deunx. Feſtus.

Dĕxtĕr,dextri,uel dexteri, m.ſ. qui dextræ partis eſt.δεξιός. Verg. Quò tandē mihi dexter abis? Interdum dicitur aptus,conueniens,agilis: ab aptitudine dextræ manus.Stat.lib.3.Syl.Signa frenatæ moderatus alæ Caſtore dextro. Hinc dexterior fit & dexterrimus,pro aptior & aptiſſimus. Dexteritas,aptitudo.δεξιότης. Antiqui dextimum & ſiniſtimum,pro dextro & ſiniſtro dicebant. Salluſt.in Iugur. Sylla cum equitatu apud dextimos,in ſiniſtra parte Aulus Manlius cum funditoribus & ſagittarijs. Aliquando etiā dexter dicitur proſper,propitius. Verg. lib.8. Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. Dexter, pro aduerbio dexterè: id eſt proſperè,poſuit Liu.9.ab Vrb.

Dĕxtĕrā,ræ.f.p. uel dĕxtrā manus. δεξιά. quæ quoniam ualidior eſt ſiniſtra, dare dextram dicimus,non modò manum porrigere,ſed etiā auxilium præſtare.Vergil. Da dextrā miſero. Dextram Numa Pompilius (ut ait Liuius) Fidei conſecrauit.Dextra ſe antiqui uenerabantur,per dextram iurabant,tanquā fidei ſedem & uirtutis miniſtram.

Dĕxtĕrē,aduerb.feliciter.Liu.1.ab Vrb.

Dĕxtĕro.as. (ζεύγνυμι) ſignificat equos bigarios iungo. Solin. Tarpeium Iouem terna dextratione luſtrauit.

Dĕxtrālĕ,lis.n.t.περιδέξιον.ornamentū dextræ, commune uiris & mulieribus.

Dĕxtrārii. ζύγιοι. dicuntur equi maxime bigarij.

Dĕxtrŏchĕrĭŭm,rij.n.ſ. muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formā, gemmis precioſiſſimis integebatur. Iulius Capitol.ſcribit Maximinum pollice fuiſſe tam uaſto,ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo.

Dĕxtrōrſŭm,& Dextrorſus, aduerbiū ſignificat uerſus dextram partem,ſiue à dextra parte.ἐπὶ τὰ δεξιά. Cicero 1. de Diuin. Dextrorſum orbem flammeum.Plin.lib.24.cap.19.Efficaciſſimum remedium eſſe aiunt, ſi tres quoque trium nationū homines perungāt dextrorſus.

Dĕxtrōuĕrſŭm,aduerbium,à dextra parte. Plautus in Curcul. Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo.

D ANTE I.

Di & dis præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt,quia ambæ ſeparatiuæ,& in compoſitione ſolum reperiuntur. Componitur autem di cum dictionibus incipientibus à d,ut diduco:g,ut digero:l,ut diluo:m,ut dimitto:n,ut dinumero:i,ut dijudico:u, ut diuerto,& ubiq; producitur,niſi in dirimo,& diſertus.Dis uerò modò negationem denotat, ut difficilis,diffido.modò diuerſitatem, ut diſſideo.modò diuiſionē,ut diſſocio,diſiungo.modò ſignificat ualde,ut diſcrutior, diſcurro, diſcupio.modò uariè, ſiue in diuerſas partes, ut diſpono,diſſemino. Quandoq; male,ut diſpereo, male pereo. Compointur cum c, ut diſcumbo:f,ut diffundo,ubi ſ mutatur in f, euphoniæ cauſa:p,ut diſputo:q,ut diſquiro: r, ut diſrūpo:ſ,ut diſſimulo:t, ut diſturbo:i cōſonante,diſiungo. Aliquādo dis Græca dictio eſt,et ſignificat bis,uel duo:ut digamus, didrachma.

Dīă,(διὰ) præpoſitio Græca, apud nos per, & propter ſignificat.

Dĭăbathră,æ.f.p.genus ſolearum Græcarum, inquit Feſtus. Diabathrarius, qui ſoleas huiuſmodi conficiebat. Plaut.in Aulu. Propolæ, linteones,calceolarij, Sedentarij,ſutates,diabathrarij,ſolearij,&c.

Dĭăbŏlŭs,li.m.ſ. (διάβολος) Latinè calumniator dicitur,διαβολὴ calumnia. διαβάλλω criminor.

Dĭăchēron,idem aſpalatho ſpinæ.Plin.lib.24.

Dĭăcōdĭōn,(διακωδίων) medicamentum, quod ex capitibus papaueris fit.Plin.lib.20. cap.18.

Dĭăcŏnŭs,ni.m. ſ. eſt miniſter, à διακονέω miniſtro.Diaconia,miniſterium. Nos diaconium dicimus,& diaconatum pro ordine diaconi.

Dĭădēmă,atis.n.t.(διάδημα) penul.prod. quod quidam cum dipht.ſcribunt,geſtamen regis,à διαδέω,circumligo. nam habet duo appendicula quibus caput ligatur. Plin.lib.11.cap.16. Regibus apum in fronte macula,quodā diademate candicans.Hinc Diadematus, diademate ornatus:ut diadematus Apollo, Plin. libro 34.cap.8.

Dĭădŏchŭs, (διάδοχος) gemma berillo ſimilis. Plin.lib.37.cap.10.

Dĭærĕſĭs,ſis.f.t.(διαίρεσις)dici poteſt diuiſio:figura cum una ſyllaba in duas diuiditur:ut apud Hor.Nūc mare,nūc ſyluæ,Syluæ triſillabū eſt.

Diæta.

Diætă,tæ.f.p. (δίαιτα, ἀγωγή) cœnaculū in quo æſtate cœnatur ad umbram, hyeme ad ſolem: quod & cœnatio dicitur, ſiue cœnatiuncula. Plin. in Epiſt. Ex triclinio in diætam ſiue cœnatiunculam tranſitus. Quod nomen quidā à Græco deriuāt, διαιτάομαι uiuo, & cōuerſor. in his enim cœnaculis uiuimus, & uerſamur. Varro uerò quòd in ea per diem edatur, dici exiſtimat. Apud Græcos ſumitur pro iudiciorum loco, & pro loco quo arbitri conueniunt, à διαιτάω, iudico ut arbiter. Diæta præterea uiuendi modus, ac medicinæ pars quæ diætetica nominatur, quæ Celſo teſte lib. 1. ex moderata uictus ratione ſanitatem tuetur, uulgus regimen uocat. Cic. ad Att. lib. 4. Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Diætārĭī, orum. m.ſ. (διαιτικοί) uocantur miniſtri diætæ ſeruientes, quorum meminit Vlp. de fundo inſtr. Dicuntur & qui in aliena cœnacula furandi gratia ſe dirigebant, quos Vlpianus ſcribit plus quàm fures eſſe puniendos. Itaq; aut ad tempus relegādos, aut in opus publicum dandos, aut fuſtibus cædendos. tit. de iniur. & famo. libel. l. ſacculariĭ.

Diætetæ, (διαιτηταὶ) Latinè appellātur arbitri.

Diaglaucion, genus collyrĭj. Plin. lib. 27. cap. 10.

Dĭăgrāmmă, atis. n.t. (διάγραμμα) geometria deſignata, ſiue quadrangulus, ſiue triangulus, uel inſcriptio libri. Vitruuius lib. 6. cap. 1. Vti in diagrammate muſico, medianæ uocis habent ſonitum.

Dĭălēctĭcă, cæ. f.p. (διαλεκτική) Latinè diſputatoria dicitur, à διαλέγομαι diſputo. à διὰ per, & λέγομαι ſermocinor: quia per ſermocinationem diſputatio proſequitur. Hinc dialecticus. a. um. Hier. contra Ruffinianum: Septem modos concluſionum dialectica me elementa docuerunt.

Dĭălēctŏs, f.ſ. (διάλεκτος) Græci uocāt loquendi genera, ſicut docet Quintil. lib. 1. quæ apud illos quinq; ſunt: ſcilicet Ionica, Dorica, Attica, Aeolica, & communis lingua.

Dĭălēxĭs, (διάλεξις) Latinè diſputatio.

Dĭālis, & hoc le. o. t. (διάσιος, ὁ τοῦ Διὸς) adiect. à Diie, quod Iouem ſignificat, ut flamen Dialis, id eſt Iouialis. Et dialis αἴθριος, pro aëre. Vnde ſubdialis. ὑπαίθριος. ſub aëre. Plin. lib. 36. Illa ſuper terrā ex ſubdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. Dialis quoq; à die dici poteſt. ἡμερήσιος. ut conſul dialis, qui uno tantum die conſul fuit, Cicer. & Horat. Nouendiales diſſipati ſunt cineres.

Dĭāllăgē, ges. f.t. (διαλλαγή) à noſtris transfertur conciliatio. Figura eſt, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quintilian. lib. 9.

Dĭălŏgŭs, gi. m.ſ. (διάλογος) diſputatio, oratio, ubi diſputantes introducuntur, quotquot autori libuerit. à διὰ per, λέγομαι ſermocinor uel diſputo. Cice. ad Att. 3. lib. 13. Feliciter uelim, inquam, teq; laudo: ſed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore: quoniam rem probat. Ego, inquam, ſentio priuſquam proficiſcaris, ita patri quoq; morem geſſeris. Faciam, inquit, ut cenſes. Hic dialogus ſic concluſus eſt: Sed heus tu, &c.

Dialutenſes, Pelagiæ genera purpuræ, quæ uario ſoli genere paſcuntur.

Dĭălȳtŏn, (διάλυτον) pen. cor. dici poteſt diſſolutum. διαλύω diſſoluo. figura cum ſine coniunctionibus dictiones proferuntur punctatim: ut, Ite, ferte citi ferrū, date tela, impellite remos.

Dĭămĕtĕr, tri. m.ſ. (διάμετρος) pen cor. eſt recta linea, figuram qua longiſſimè patet ex æquo ſecans: ueluti diametros orbis eſt, quæ ſic à ſummo ad ſummū tenditur circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in Somnio Scipionis lib. 2. Nec ab hoc diſſentit Euclidis definitio. Latini figuram hanc dimetientem uocant. à dimetiendo, Col. lib. 6. Eſt area rotunda, cuius diametros habeat pedes ſeptuaginta.

Dĭănœă, æ. f.p. (διάνοια) à noſtris dicitur mens, ſiue intellectus. unde ab oratoribus ponitur pro quadam figura, quæ ſenſum magis quàm uerba deſignat. Quint. lib. 1.

Dĭăpăſmă, atis. n.t. (διάπασμα) inſpergimē, quo ad ſudores coërcēdos utimur, cuiuſmodi ſunt quæ ſiccis odoribus conſtant, ut ſcribit Plinius lib. 13. cap. 1. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ διαπάσσω, inſpergo. Mart. Quid quòd olet grauius mixtū diapaſmate uirus?

Dĭăpāſōn, (διὰ πασῶν) penult. cor. muſicæ artis ſymphonia, cōſtans ex quinq; tonis, & duobus ſemitonis. id eſt, de diapente & diateſſaron.

Dĭăpēntē, (διὰ πέντε) id eſt, quaſi de quinque, quia totidem uoces refert.

Diăphănŭm,ni.n.ſ.(διαφανὲς) pen.prod. Latinè dicitur tranſparens,ſicut & cryſtallum.
Diăphōniă,æ.f.p.(διαφωνία)diſſenſio,diſcordia. διαφωνέω, diſcordo,diſſono.
Diăphŏră,ræ.f.p.(διαφορὰ) pen.cor. Latinè differentia.diaphorus,diuerſus.
Diăphŏrĕtĭcă,(διαφορητικὰ) uis diſcuſſoria:hoc eſt diſſolutoria. diſcutiuntur incipientia tubercula,emittuntur concocta & ſuppurantia.
Diaphrăgmă.atis.n.t.(διάφραγμα) dicitur omne medium,& narium diuiſio.unde & pro pariete accipitur,ſeu membrana quadam tenui, in retis ſimilitudinem facta in corpore,quæ ueluti paries quidam cor pulmonemq; ſepiat,& à iecore lieneq; ſeparet: nam φράττω ſepio, & obſtruo dicitur.Hanc membranã Latini tranſuerſum ſeptum appellant.Cor.lib.4.
Diăpŏnī, orum.m.ſ. dicti Cretenſium canum aliqui,quaſi qui ſemper in certamine foris congrederentur.
Diăpŏrēſis,is.f.t.(διαπόρησις) pe.pro.Latinè dubitatio. Figura oratoria,quæ fit, quoties omnia & magna uidentur & paria,ita ut orator neſciat,à quibus potiſſimũ dicere incipiat. Teren.in Eun. Quid cõmemorem primũ,aut laudem maximè illum, qui dedit mihi conſilium, ut facerem, an me qui auſus ſim incipere, an fortunam collaudem,quæ gubernatrix fuit?
Diăpſălmă,atis.n.t.(διάψαλμα) quid ſignificet, docet Hier.ad Marcellam ſcribens,cuius ſunt hæc uerba, Quidam diapſalma commutationem metri dixerunt eſſe, alij pauſationem ſpiritus ſancti, nõnulli alterius ſenſus exordium: ſunt qui rhytmi diſtinctionem. Et quia pſalmi tunc temporis iuncta uoce ad organum canebantur, cuius cauſa muſicæ uarietatis exiſtiment ſilentium: nobis nihil horũ uidetur, quũ Aquila, qui uerborum Hebræorũ diligentiſſimus explicator eſt,Sela.hoc eſt diapſalma,ſemper tranſtulerit: & inueniamus in pſalmorum quoq; fine diapſalma poſitum, ut eſt in tertio, Dentes peccatorum contriuiſti. Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua, Sela.id eſt ſemper.&,Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus uirtutum:ipſe eſt rex gloriæ,ſemper. Hoc uerbũ ſuperiora pariter & inferiora connectit,aut certè docet ſempiterna eſſe, quæ dicta ſunt:ut eſt illud, Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus in deo ſuo,ſemper.
Diārĭŭm,rij.n.ſ.à die fit,& ſignificat uictũ quotidianum:id eſt, quod in unius diei cibũ datur. » Mart. Sed lupus uſurã,puerìq; diaria poſcunt. Sumitur & pro libro ſeu hiſtoria, quæ per ſingulos dies ſcribitur,quæ Græcis ephemeris dicitur:uulgo regiſtrum uocant,quod regeſtum dici poteſt à regero, quo uerbo Quintilianus eſt uſus. Hinc etiam febris ephemera Galeno, quam Latini diariam febrem uocant: nempe quæ quolibet die ſemel aut bis apprehendit.
Diārrhўtŏn,(διάῤῥυτον) Latinè aquis circundatum, & madentem paluſtri ſolo, quo nomine dictus eſt Hippon.
Diārrhœă,æ.f.p.(διάῤῥοια) eſt profluuium uentris,non recens,ſed longi temporis cum torminibus,& multis excretionibus,quæ omnia corpus attenuatum debilitant.
Diăsātўrĭōn,(διασατυρίων) compoſitio quædam medicorum ad excitandam Venerem.
Diăſtăſis,is.f.t.(διάστασις) pen.cor.Latinè diſtantia:ex διὰ, quæ aliquando ob & longè ſignificat.& στάσις diſtantia.
Diăſtēmă.atis.n.t.pen.pro.Latinè ſpacium.
Diăſtŏlē,es.f.t.(διαστολὴ) penult. corr.diſtinctio, uel dilatio. Figura cum una dictio uel ſententia ab alia diſtinguitur,uel cum breuis ſyllaba producitur.
Diăsўrmŏs, (διασυρμὸς) dici poteſt diſtractio. διασύρω diſtraho. Figura cum una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Vergil. Interſtrepere anſer olores.id eſt, malus poëta inter bonos. Fit etiam quando quis magna uerbis comminuit,& minima extollit.
Diătēſſărŏn,(διὰ τεσσάρων)Latinè de octo,quia octo uoces habet.
Diăthēcă.cæ.f.p.& Diatheca.orum, pro teſtamẽto ponitur,& pro hæreditate, quæ teſtamento obuenit. Cum autem teſtamentum ſignificat, pluraliter plerunq; affertur. Martialis libro 11. » O quantum diatheca ualet,& quinq; comati.
Diăthĕſis,is.f.t.(διάθεσις) pen. cor. affectus, & unum ex accidentibus uerbi, quod Latini genus uocant.
Diatrētŭm, & tretũ Græcè (διάτρητον,τρητὸν) foratile,tornatile,aut torno factũ ſignificat, à uerbo τιτρῶ,& διατιτρῶ,unde διάτρητον.ſunt igitur calices diatreti,celati & tornatiles.

Diaulŏs,

Diaulōs,(δίαυλος) Latinè certamen, uel curſus uocatur, & ſpacium quod pedes habet mille ducentos.

Dibăphă,orum.n.ſ. (δίβαφα) pen.corr.purpura bis tincta,unde precioſior,quali utebatur magiſtratus in prætexta.nam δὶς bis,βαφὴ autem tincturā ſignificat.Cicero Cælio: Curtius noſter dibaphum cogitat,ſeu eum infector moratur. Scribit Seruius:Dibapha loca Tyri,ubi repetita infectura lanæ tingebantur.

Dică,cæ.f.p.(δίκη) cauſa. Terent. in Phor. En unquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam? Interdū dicitur iudicatio, & accuſatio, crimen.nam δίκη iudicium,et accuſatio.Plautus in Aulul.Scribam dicam.

Dicācitās,atis.f.t. (εὐτραπελία) eſt ſermo cum riſu alios inceſſens.

Dicācŭlŭs,li.m.ſ.(σκωπτικός Ariſtoph.& εὔγλωττος) & dilacula,diminutiua ſunt. Plautus in Amph.Satis dicacula es amatrix.

Dicæŏdŏtēs,tæ.m.p. (δικαιοδότης) qui iura reddit,& iuris ditionem habet,& in cuius poteſtate ſunt iudicia.

Dicæŏlŏgiă,æ.f.p.(δικαιολογία) iuſtificatio dicitur. Figura eſt,cum æquitatē cauſæ quàm breuiſſimè complectimur.

Dicæŏsyně,nes.f.t.(δικαιοσύνη) iuſtitia,ſiue iuſti intelligentia.Menander poëta comicus, δίκαιον γῆν,id eſt,iuſtam terram nominat,quæ tantundem reddit,quantum accepit.

Dicāx,acis.o.t.(φιλοσκώμμων) qui malignis ſalibus maledicit.Cic.2.de Orat.Quod eſt hominibus facetis & dicacibus facillimum.

Dichŏreŭs,rei. m.ſ. (διχόρειος) genus pedis de quo ſic Cic.in Oratore,Longa eſt narratio,ſed ſumma ſequar faſtigia. Dichoreus uocatur, cum duo extremi chorei ſunt,id eſt in ſingulis longis & breuibus.

Dichŏtŏmŏs, (διχότομος) apud nos idē eſt quod dimidiata, ſiue diuidua: qualis ſeptimo quoq; die poſt plenum orbem luna uiſitatur.

Dico.as.a.p.prima.cor.ad obſequium do,conſecro, offero. ἀνατίθημι. unde in uſu eſt, Sacerdos dicatus eſt numini. Cic.Cæl.lib.1. Balbum quanti faciam,quamq; me ei totum dicauerim ex ipſo ſcies. Huius uerbi compoſita ſunt,abdico,dedico,indico,prædico,uendico, & uindico,quæ habent pen.correptam.

Dico.is.pen.prod.dixi,dictum.a.t.propriè ſignificat loquor,ut ſi quis me roget, Quid dicis? ego ita reſpondeo, Nihil dico. Apud oratores uerò loqui eſt,qualiacunq; uerba proferre:dicere uerò eleganter & facunde. Quintil.libro 10. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, niſi qui diſpoſitè,ornatè, copioſe dicit. Dicere etiā uocare,nominare eſt.Verg. Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt. Quandoq; ponitur pro conſtituere. τάττειν. Terent. Andr. Hic nuptijs dictus eſt dies. Pro indicare.Vergil. Dic mihi Damœta cuium pecus, an Melibœi? Pro denunciare. παραγγέλλειν. Terent. in Andria: Sed dico, ne temerè facias. Pro promittere.ἐπαγγέλλομαι. Pom. in Pictoribus: Numos certos dico quinquaginta millia. Pro affirmare.Martial. Quum uerus patriæ diceris eſſe pater. Pro dare. Vergil. Sed tamen iſte deus qui ſit,da Tytire nobis. Dicare. Idē: Iunoni infernæ dictus ſacer. Pro aſſignare, ut ille dixit diem mihi ad populum:id eſt, aſſignauit diem ad reſpondendum. Pro defendere, ut Cicero dixit cauſam Milonis. Pro cantare. Vergil. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. Pro pronunciare. Quintil. Apud iudices quidem ſecundum legem dicturos ſententiam de confeſſis præcipuè ridiculum eſt. Dicere leges, aliud eſt quàm ferre leges. feruntur enim leges ad ſuos, dicuntur ferè ad uictos,ut dicere leges, ſit imperare. Liu. Quando perinde ac uicto iam ſibi leges dicerentur. Dicere diem eſt accuſare. ἐπάγειν δίκην. Nam qui accuſat, diem reo denunciat, quo ad cauſam dicendam præſtò ſit. Huius uerbi compoſita ſunt,addico,condico,cōtradico,edico,indico,interdico,prædico,benedico, maledico & redico, quæ habent penultimam productam.

Dicrŏtŭm,ti.n.ſ. (δίκροτον) genus nauigij. Cice. ad Attic. ἄφρακτα Rhodiorum & dicrotū habebam.

Dictāmĕn.inis.n.t.à dicto. as. ſignificat id quod dictatur. φωνή. idē & dictatio denotat, à quo dictatiuncula diminut. Hieron.

Dictāmŭs,mi.f.ſ.(δίκταμνος)& dictamnum penult.pro. Melius enim cum n poſt m, ut in Græco. herba medicinalis, qua lacertæ ſe refouent quotieſcunque cum ſerpentibus pugnam habuerint.

buerint. Vulgo dictam, uel uuilder poley. Vergil. lib. 12. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida. quo in loco docti omnes legendum putant, dictamnum, interpoſita n litera: alioqui uerſus non ſtaret. Cice. 2. de Natur. Deor. Capras auditum eſt in Creta feras, cum eſſent cõfixæ uenenatis ſagittis, herbam quærere, quæ dictamus uocaretur, quam cum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicũt è corpore. Dicta eſt hæc herba etiam artemidum, uel artemideſion: à Diana, quam Græci Artemida uocant. Dioſcor. lib. 3. cap. 33.

Dictātŏr. oris. m. t. (δικτάτωρ, δικτάτωρ, ἀρχηγὸς τῶν πολιτικῶν) qui dictat, & qui dictaturam gerit, quod à conſule diceretur, cuius dicto audiẽtes omnes eſſent. Creabatur uiua uoce, non per ſuffragia, & durabat per ſex menſes. Et is quoq; magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Var. cuius ſumma erat poteſtas, habens ius animaduertendi in cuiuſcunque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocãdi ius erat. nec alio pacto creari ſolebat, quàm cum uis aliqua maior repentè oborta ingentem urbi cladem minitari uideretur. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat, à quibus dictandis quidam dictatorem appellatum uoluerunt. Dictatorius, a. um. quod ad dictatorem pertinet, ſeu quod eſt dictatoris. Liu. Poſtremò dictatoriũ fulmen in ſe intentatum.

Dictātūră, ræ. f. p. (δικτάτωρ@ ἀρχὴ. Plutarch.) ipſa dictatoris dignitas. Liuius: Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit.

Dictēriă, orum. n. ſ. ſunt breuiter & acutè dicta, uel quaſi dicta non ſeria. alio nomine σκώμματα & ἀποφθέγματα à Græcis dicuntur. Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

Dictio, onis. f. t. (ut grammaticis placet) eſt uox cum aliqua ſignificatione, ex qua inſtruitur oratio, & in quam reſoluitur. Aliquando ponitur pro enunciatione. Teren. in Phor. Cauſam orare non ſinunt, neq; teſtimonij dictio eſt. Accipitur etiam pro uocabulo, ſeu uerbo, prout dictio ſignificat generaliter loqui. Item pro facunda & oratoria oratione. φράσις. Cic. lib. 2. Tuſc. Itaq; cum ante meridiem dictioni operã dediſſemus.

Dictito. as. pen. cor. à dicto, aliud frequent. & ſignificat frequentibus temporibus, ac frequentibus locis dicere. λογοποιῶ. Cic. 3. Verr. Vt hoc iam palàm dictitent.

Dicto. as. a. p. (ἀποστοματίζω, ὑπαγορεύω) frequentat. eſt à dico. Eſt enim dictare, dicere & enunciare, quod alius excipiens notet, uel eſt autoris alicuius uerba ſenſumq; excutere. Vnde dictata dicũtur ueluti themata atq; præſcripta, quæ magiſter ludi pueris præbere conſueuit. Horat. Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro. Nec in literis tantum, ſed in alijs quoq; artibus dictata dicuntur, ut illud Iuuen. Peragit dicta ta magiſtri Omnia. Dicitur etiam, Ratio dictat, quale eſt illud Plinianum in Epiſt. O ſylua, ô littus, quàm multa cõponitis, quàm multa dictatis.

Dictūm, cti. n. ſ. (ῥῆμα, ἀπόφασις) & nomen, & participium eſſe poteſt. Terentius utrunq; complexus eſt, cum dixit: Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius: nam primũ eſt nomen, ſecundum participiũ. εἰρημένον. Et ſciendum quod licet dicta de omni ſermone dicantur, apud ueteres tamẽ pro facetijs & iocis poni ſolent. Cic. lib. 2. ad Cor. Nepotem.

Dictūrio. is. n. q. (λεξείω) pen. cor. dicere cupio, ſiue dicere molior. Macrob. Sed perge Auiene, ne ultrà te dicturientem retardem.

Dictŏthĕtūm uocãt reticulatam ſtructuram, quã frequentiſſime Romæ ſtruunt, riuis opportunam. Hæc Plin. lib. 36. cap. 22.

Dĭdăſcăliă, æ. f. p. Latinè doctrina.

Dĭdăſcălŭs, li. m. ſ. (διδάσκαλος) præceptor.

Didōrŏn, (δίδωρον) duorum palmorum. uide in Doron.

Didrăchmă, æ. f. p. (δίδραχμον) bis drachma, ex δὶς καὶ δραχμή. numus eſt duas drachmas continens.

Dīdūco. is. a. t. pen. prod. uariè duco. διαιρῶ, διαλαμβάνω. Colum. lib. 6. Validam uitem in ramos diducere cenſeo. Quandoq; eſt detrahere diuidere. διείργειν. Vergil. 1. Georg. Quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena.

Dĭdўmŭs, mi. m. ſ. Latinè geminus dicitur. Græci enim δίδυμον geminum uocant.

Dīēcŭlă, (ἡμερίδιον) diminut. à die gen. fœm. ſignificat tempuſculum. Et accipitur pro mora. (χρόνος. Demoſt.) Terent. in Andr. Non ſatis ha-

tis habes, quòd dieculam addo? id eſt, aliquam temporis dilationem.

Diequarti & diequartæ, pro die quarto. Diequinti & diequintæ, pro die quinto. Die priſtini uel priſtinæ, pro die priſtino, quod nos conuerſo cōpoſitionis ordine dicimus pridie. Die craſtini pro die craſtino & alia multa. Videntur autem ueteres differētiam feciſſe inter die quarto, & die quartæ: ut illud pro præterito ſit, quod nos nudiuſquartus dicimus, hoc pro futuro. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbijs accipiuntur.

Dierecti, orum. m. ſ. à die uocati ſunt crucifixi, quaſi ad diem erecti, à dierego. is. Feſtus ſcribit dierectum per antiphraſim dici apud ueteres, uolentes ſignificare malum diem. unde dierecta aduerbialiter dicimus. Plaut. Quin tu i dierectà cum ſuccula & cum porculis. Dierectà (inquit) quaſi in malam diem.

Dies, ei. q. (ἡμέρα) tam maſc. quàm fœm. generis eſt numero ſingulari, plurali uerò tantum maſculini: dictus quòd diuini ſit operis, ſiue à Διὸς id eſt, Ioue qui eius putabatur rector. Sciendum eſt ſecundum Pædianum, quòd dies fœminini generis ſignificat tempus interminatū, & ideo diminutiuum eius eſt diecula, quod ſignificat breue tempus & morā. Dies uerò duodecim horarū, gen. maſculini eſt, quod eſt tempus terminatum. unde hodie dicitur, quaſi hoc die, & heſterno die ad te ueni. Sic dicimus, ad diem non uenit, id eſt præſtituto tempore non uenit. Iuuena. Longa dies quid contulit? id eſt, longum tempus. Verg. Multa dies, uariusq́; labor mutabilis æui Rettulit in melius. Et Iureconſulti, bima, trima, quadrima die, pro tempore uſurpant biennij, triennij, quadriennij. Sed confunditur quandoq; hæc differentia. Dies qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentem (ut Macrob. libro 1. cap. 3. tradit) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, ſiue gallicantus. ἀλεκτρυοφωνία. quòd tum galli cantent. Inde conticinium. ἀμφιλύκη νύξ. quum & galli conticeſcunt, & homines etiam tunc quieſcant. Deinde diluculū ὄρθρος. cum incipit dignoſci dies. Inde mane. πρωΐ. cū dies eſt clarus. Inde meridies. ἡ μεσημβρία, μεσοῦσα ἡμέρα. diei medium. Inde iam ſuprà uocatur occiduum tempus. δείλη. quod & ſerum diei. ὀψὶ, uocatur. & nox ſuprema tempeſtas: hoc eſt, diei nouiſſimū tempus: ſicut eſt expreſſum in duodecim tabulis, Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde ueſpera ſeu ueſper. ἑσπέρα. à ſtella quam Græci heſperam. Plaut. ueſperuginem, Ennius ueſperum, Mart. phoſphorum. Verg. heſperon appellant. Inde crepuſculum ueſpertinum. δείλη, ὀψία. à crepero, quod dubium ſignificat, tanquam lux dubia, ut incertū ſit, id tempus noctis an diei exiſtat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primū faces: hoc eſt, lumina inferri incipiant. νυκτὸς ἀρχὴ. deinde nox concubia, à cubando: deinde intempeſta, quæ non habet idoneū tempus rebus agendis. In has partes diſtribuebant diem, qui conſtat ex uiginti quatuor horis, & lucem tenebrasq; continet. Interdum diem dicimus, ut ſolam lucem intelligamus, tenebras uerò ſub noctis nomine. Verg. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Eſt & dies naturalis ab ortu ad occaſum ſolis. Item qui ab occaſu incipiat, & in ſequentē occaſum finiat. Huius nominis genitiuus eſt diei, dij, dies, & die. Cice. pro Sex. Equites non daturos illius dies pœnas. Verg. Libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas. Idem: Munera lætitiamq; dij. Sal. in Iug. Vix decima parte die, pro diei. Ablatiuus die, uel diu. Idem: Die noctuq; labora.

Deriuatiua à die ſunt, quotidie, pridie, meridies, nudiuſtertius, nudiuſquartus, diarium, dietum, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. Dies qui hebdomadem conſtituunt, à ſeptem planetis cognominati ſunt. Primus ſeptimanæ dies à ſole, dies Solis, ſiue Phœbi dicitur, ἡλίου ἡμέρα, πρώτη, κυριακή. Secundus à Luna, Lunæ. σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεος. Quartus à Mercurio, Mercurij, ἑρμοῦ. Quintus à Ioue, Iouis, Διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno. Saturni, κρόνου. Dies critici. κρίσιμοι ἡμέραι. à medicis dicuntur iudiciarij, in quibus ſcilicet de ægritudine ferri iudicium poteſt.

Dieſcit, (ἡμέρα γίνεται) dies fit: ſicut nocteſcit, nox fit, quæ carent ſuppoſito & appoſito.

Dieteris, idis. f. t. (διετία) pen. pro. tempus duorum annorum: ſicut trieteris, trium annorum: penteteris, quinq;. τὸ ἔτος annus, τρεῖς tres.

Diffamo.

Diffāmo,as.a.p.(διαφημίζω)pen.pro. per diuerſas partes famam diuulgo. Auguſt. lib. 5. de Ciuit. Romanũ imperium tam longè lateq; nõ poſſet augeri,et tam grandi gloria diffamari.

Diſfarreātio,onis.f.t.ſacrificij genus inter uirũ & uxorẽ,quaſi diſſolutio. Confarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.

Diffĕrĭtās,atis.f.t. pro differentia, quo antiqui utebantur.

Diffĕro,a.inconſeq. ſpacium temporis extendo. ἀναβάλλομαι.Verg.lib.6.Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.Vnde dilatio. ἀναβολή. temporis prorogatio ſiue extenſio dicitur. Interdũ eſt in diuerſa loca ferre.διαφέρειν.Plautus in Cur.Iam ego te faciam ut hinc formicæ te fruſtulatim differant.Interdum diffamare, diuulgare.Plau.in Trin.Ne mihi hanc famam differant.Interdum diuidere,ſcindere, diſſipare.διασπείρειν. Terent. in Adel. Me miſeram, differor doloribus.Interdum in ordinem ponere.διατάττειν.Verg.4. Georg. Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos. Interdum diſtare. Cic.in Verr. At uide quid differat inter meam opinionem et tuam.Hinc differentia.διαφορά. indifferens,ἀδιάφορον.

Diffĭbŭlārĕ,a.p.eſt exinuare,aperire,diſcingere. » ἀποπορπάω.Papin. Emicat, & toruè chlamydem diffibulat aura.

Diffĭcĭlĭs,& hoc le.o.t.(χαλεπός) non facilis.ui de Facilis.

Diffĭcŭl,Veteres pro difficulter dicebant.

Diffīdo.is.n.t.pen.pro.nõ fido, credulitatem depono.ἀπιστέω.Seneca : Nec ſecundis rebus nimis fidendum,nec aduerſis diffidendũ eſt.Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te.Ser. Sul. Ciceroni,Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere. Cic.ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Diffindo,dis.a.t.in diuerſas partes findo. σχίζω, » διασχίζω.Vergilius,Et media liquefacto tem» pora plumbo Diffidit, ac multa porrectum » extendit arena.

Diffīnĭo,is.a.q.pen.pro.ex dis & finio eſt, quaſi diſpertiendo diſtinguo. ὁρίζω. Vnde diffinitio. (ὅρος,ὁρισμὸς) quæ & definitio & finitio appellatur, conſtans ex genere & differentijs, ut homo eſt animal rationale,mortale.Quin.Finitio eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breuiter comprehenſa uerbis enunciatio. Dicta autem eſt diffinitio huiuſmodi breuis oratio,ſumpta translatione ab his,qui fundos prædiaq; diuidunt alia ab alijs. Nam illi agrum ab agro diffiniunt,atq; habitam de finibus cõtrouerſiam diſtinguunt.

Diffĭtĕōr,eris.d.ſ.ex dis, & fateor, ſignificat nego.ἀπαρνοῦμαι. Colum.li.4.cap.10. Nam quòd in profundo ſemina frigore laborare dicuntur,nos quoq; non diffitemur.

Diffluo,is.n.t.διαρρέω.uide in dict. Fluo.

Diffŭgĭo.is.n.t.pen.correpta,in diuerſas partes » fugio.διαφεύγω.Verg.3.Georg. Quo tota ex» territa ſyluis,Diffugiunt armenta. Ponitur etiam translatè pro uitare.Cic.5.Ver. Diffugerunt enim permulti, id quod oſtendam. Et pro refugere, renuere. Var. 2. de re Ruſtica, Nec tamen diffugio, quin dicam, quæ ſcio de ſuillo pecore.

Diffundo,dis.a.t. uariè fundo:hoc eſt, hinc inde ſpargo & hilaro.διαχέω. Col. lib. 2. Nam uel reſpuit duritiam ſoli dens aratri,uel ſi qua parte penetrauit, non minutè diffundit humum.

Dĭgāmmă, (δίγαμμα) bis aut duplex gamma, quæ eſt tertiæ alphabeti Græci litera : unde F noſtrum digamma dicitur, quia figuram duplicis gamma retinet.

Dĭgămŭs,mi.m.ſ.pen.cor.idem qui & bigamus, qui duas duxit uxores.δίγαμος. Hier. contra Iouin.Non damno digamos.Sic digama mulier dicitur,quæ duos habuit maritos.

Dĭgĕrĭēs,ei.f.q. diſpoſitio,diſtributio. διακόσμησις,διάταξις.Macro.Nec mirũ, ſi digeries morſu reprehenſionis euaſit.

Dĭgĕro.is.pen.cor.digeſſi,digeſtum.a.t.ordino, diſpono.διατάττω,διευθετῶ,διακοσμῶ. Verg. » Digeret in numerum. Ita dicimus aliquid digeſtum:id eſt,cõpoſitum.ἐν τάξει κεῖσθαι. Quãdoq; dilucido,interpretor.ἐξηγοῦμαι. Idem lib. » 2. Ita digerit omnia Calchas. Quandoq; concoquo.καταπέσσω. Vnde et digeſtio.πέψις. Cic. ad Att.li.4. Locus ille animi noſtri, ſtomachus ubi hebetabat olim,concaluit,ut digerat multa cruda facilius.Macr.Igitur in uentre ſit prima digeſtio.

Dĭgĭtālĕ,lis.o.t. quod eſt digitorũ.δακτυλιαῖον. Plin.lib.11. Et ancuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine. Digitalia. δακτυλήθρα. ſubſtantiuum.

ſtantiuum,digitorum tegmenta dicũtur.Varro lib.1.de re Ruſt.

Digitus,ti.m.ſ.(δάκτυλος)à digerendo quidam deriuari putant, quòd natura miro decentiq; ordine digitos digeſſerit:id eſt,diſpoſuerit.Digitorum nomina ſunt hæc: Pollex, ἀντίχειρ,ὁ μέγας:Index, λιχανὸς,δεικτικός: Infamis,ſiue famoſus,μέσος,σφάκελος: Medicus, παράμεσος,δακτυλιώτης,ἰατρός.id eſt medicinalis,ſeu anularis:Minimus,μικρὸς,ὠτίτης. Indicem qui pollici proximus eſt, alio nomine ſalutarem ueteres uocauerunt. Martian.lib. De nupt.Phil. Quidam redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari,ſilentium commonebat. Medius digitus alia habet nomina.Nam dictus eſt uerpus,à uerrendo podice. Ob quam etiam cauſam impudicus,& infamis uocatus eſt. Et quãdo porrigebatur,ſignum deriſionis & cõtumeliæ erat.Martial.Oſtende digitum,ſed impudicum Alconti, Daſioq; Symmachoq;. Perſius: » Frontem atq; uda labella Infami digito & luſtralibus antè ſaliuis Expiat. Huius diminutiua ſunt digitulus,et digitellus.δακτυλίσκος. Terent.in Eun.Eſt & digitellus herba,de qua Plin.lib.18.cap.17.Digitũ tollere. χειροτονῶν. ſignificat fauere,ſuffragari, ſicut digitum deprimere,ſuffragium derogare.Horat.Vulgus utroq; ſuum laudabat pollice ludum.

Digitatus,a.um.o.ſ.qui digitos habet.Plin.lib.11. ca.47.Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digladiari,d.p.eſt uariè gladijs certare.διαξιφίζομαι,διαμάχομαι. Cic. per translationem pro diſſentire,contendere,& ueluti gladijs dilaniari: Quid Antipater digladiatur cũ Carneade tot uoluminibus?

Dignatio.onis.f.t.(ἀξίωσις) apud Eccleſiaſt.pro manſuetudine,lenitate,facilitateq; capitur. Apud Liuium pro familiaritate ſiue gratia, cũ libro 2.inquit, Apius interpres lectus,haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit. Propriè tamen dignatio eſt id,quod Græci ἀξίωμα dicunt:id eſt dignitas, & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum: uel propter oris, morumq; maieſtatem. Sueto. in Veſp.Exinde ſortitus Africam,integerrimè, nec ſine dignatione adminiſtrauit. Indigna» tio.ἀγανάκτησις.ira. Iuuenalis, Si natura ne» gat,facit indignatio uerſum.

Dignitas,atis.f.t.amplitudo,ſplendor,decus,authoritas, & fit à dignus, ſignificatq; quod dignum eſt, ſeu honorem alicui propter merita uel impenſum,debitum.ἀξία,ἀξιοπρέπεια. Gel. Cuius dignitas nec augeri laudibus,nec minui detractionibus poteſt. Interdum ſumitur pro uirili pulchritudine. τὸ ἀξιωματικὸν,σεμνοπρέπεια. Idem lib.1. Offic. Pulchritudinis duo ſunt genera:unum muliebre, quã uenuſtatem appellamus:alterum uirile, quam dignitatem dicimus. Eſt etiam dignitas in ſermone.σεμνοπρέπεια. cum ſcilicet oratio eſt grauis & uoce remiſſa,de qua Cic.ad Heren.Huius cõtrarium eſt indignitas,pro dedecore,ſiue ignominia,& quod indignum eſt,ſiue quod eſt contra dignitatem.Idem 4.ad Heren. Nequeo uerbis conſequi indignitatem rei.

Digno.as.a.p.dignum puto.ἀξιῶ.Pacuius,Quis deos infernos, quibus cœleſtes dignet honoribus? Huius paſsiuum eſt dignor, quod eſt di» gnus,habeor.ἀξιοῦμαι. Verg.Coniugio Anchi» ſa Veneris dignitate ſuperbo. In frequentiore uſu eſt dignor deponens, pro dignum iudico, ſeu habeo. Sueton.in Aug.Vniuerſum deniq; genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt.Huius cõtrarium eſt dedignor,quod eſt nõ dignor, uel » indignum reputo,contemno. ἀπαξιοῦμαι.Ver» gil.Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. Indignor uero,iraſcor,ſeu moleſtè fero. δεινὸν ποιοῦμαι,ἄχθομαι.quaſi ea patiens, quibus nõ ſum dignus.Ser.Sulp. Hem nos homunculi indignamur,ſi quis noſtrum interierit. Aliquando conſtruitur cum datiuo.

Dignoto.as.a.p.(σημειοῦμαι) ſigna imprimo: ut fieri ſolet in pecoribus,ut dignoſcantur.

Dignoſco,ſcis.a.t. idem quod agnoſco, cognoſco,aut diſcerno.διαγινώσκω. Lactan.li.6. Inuicemq; ſe dignoſcunt. Plin. lib.12.cap.17. Dignoſci uix poteſt à maſtiche uera.

Dignus.a.um.(δίκαιος) quod meretur: ut, dignum laude.δίκαιος ἐπαινεῖσθαι: quod meretur laudem: dignum caſtigatione, quod meretur caſtigationem.Plaut.in Rud.Neq; digniorem » cenſeo uidiſſe anum me quanquam. Huius » contrarium eſt indignum.Martial.Digna tuo curſis,indignaq; nomine dicã. hoc eſt, dicam, cur merearis, & non merearis hoc nomen.

Dignè

Dignè ſignificat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ouid. Quæ uenit indignè pœna, dolenda uenit. Quidā etiam dignanter uſurpant, quod eſt uel indignè, uel ſecundum merita. Indignanter, per indignationem.

Digrĕdiŏr, eris. d. t. diſcedo. ἀπαλλάττομαι. Verg. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Inde Digreſſio, & digreſſus. ἀπαλλαγή. pro diſceſſu.

Dïiāmbŭs, bi. m. ſ. (δίϊαμβος) ex dis & iambus, ſed s abijcitur. pes eſt ex duobus iambis conſtans, ut amœnitas.

Dĭi mānēs dicebantur, quod per omnia manere credebantur.

Dïiūdĭcō, cas. a. p. diligenter aut diuiſim iudico. διαδικάζω. Cicero in Tuſc. Vtrum igitur inter has ſententias dijudicare malimus, an ad propoſitum redire?

Dīlābŏr, eris. d. t. pen. prod. diffugio, ſeu diſcedo. παραλισθαίνω. Cic. li. 1. Tuſc. Sed neſcio quomodo dum lego, aſſentior: cum poſui librum, & mecum ipſe de immortalitate animarum cœpi cogitare, aſſenſio illa omnis dilabitur. Propriè uerò dilabi, eſt deorſum uariè labi, corruere. Lactan. lib. 3. Domus ab habitatore deſerta dilabitur. id eſt, corruit. Cice. in Læl. Iam enim à ſapientium familiaritatibus ad uulgares amicitias oratio noſtra dilabitur. id eſt διαφέρεται, deſcendit, ſiue decurrit.

Dīlăcĕro. as. a. p. (διασπάω, διασπαράττω.) uide in Lacero.

Dīlăpĭdo. as. a. p. pen cor. diſperdo. διαφθείρω. Cice. ad Auguſtum, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Propriè tamen dilapidare, eſt lapidibus purgare. Cato de re Ruſt. cap. 46. Locum bipalio uortito, dilapidatoq́. hoc eſt, lapides auferto.

Dīlāto. as. a. p. pen. pro. latum facio. πλατύνω. Plinius lib. 33. cap. 3. Nec aliud laxius dilatatur, aut numeroſius diuiditur.

Dĭlēmmă. atis. n. t. & Dilemmatū, (δίλημμα τὸ) per duplex mm, argumentum eſt, quod utrinq; aduerſarium capit. Hieron. contra Ruf. Hoc eſt uerum dilemmatum tuum, non ex dialecticea arte, quam neſcis, ſed ex carnificum officina & meditatione prolatum.

Dĭlĭgēns, entis. o. t. (ἐπιμελὴς) à legendo dicitur, ſtudioſus, quòd eorum quæ amamus, ſtudioſiſſimus. Cice. de Amic. Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligentiores eſſent, ut capras & oues quot quiſq; haberet, dicere poſſet: amicos quot haberet, dicere non poſſet. Hinc diligentia. ἐπιμέλεια. ſtudium, cura. Plaut. in Rud. Curate hæc ſultis magna diligentia. Diligenter, aduerbium, ſtudioſe, cum cura & ſolicitudine. Terent. in Eunu. Curato iſtam diligenter uirginem. Horum contraria ſunt negligens, & indiligens, ὀλίγωρος. Negligentia, & indiligentia, ὀλιγωρία. Cice. de Opt. gen. Sed quædā etiam negligentia eſt diligentia. Idem in Phorm. Pol mei patris parta bene indiligenter curantur.

Dīlĭgo. gis. pen. cor. dilexi, dilectum, a. t. ſignificat amo, quamuis minoris uis ſit, ut ſuprà in Amo dictum eſt. Quandoque diligere ſignificat diuidere. Plaut. in Curc. Clypeatus elephantum, ubi machæra diligit. Titin. Pernam totam diligit.

Dĭlŏgĭă, æ. f. p. (διλογία) figura eſt, cū ambiguū dictum duas res ſignificat: ἀπὸ τ δὶς, καὶ λόγος.

Dīlōrĭco. as. a. p. pen. pro. ſignificat diſcindo. διαρρήγνυμι. Cic. 2. de Orat. Qui in cauſa perorananda non dubitauit reum excire conſularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere. Ægeſippus lib. 3. Momentanei bellatoris gladios occulentes quencunq; reperiebāt diloricabāt: quod eſt loricam diſſoluebant.

Dīlūcĕo. es. ere. diluxi, n. ſ. diſtinctè, ſiue perfectè lucere. Horat. in Epiſt. Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum. Dilucere per tranſlationem, pro clarum & apertum eſſe. Liu. 3. ab Vrbe, Dilucere res magis patribus atq; coſſ.

Dīlūcēſcĭt, dies fit. Cic. in Catilin. ad Quint. Prætoribus traduntur, ipſi cōprehenſi ad me, cum iam diluceſceret, deducuntur.

Dīlūcĭdŭs, a. um. o. ſ. clarus. ἐμφανής. Plin. lib. 9. cap. 39. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoq́; dilucidior, quanto magis uellera eſuriunt. Dilucido uide in Lucido.

Dīlūcŭlāſcĭt, diluceſcere incipit.

Dīlūcŭlō, aduerbiū, ſignificat ſummo mane, ante lucem. λυκόφως. Cic. ad Att. lib. 16. Cum ante lucē de Sinueſſano ſurrexiſſem, ueniſſemq; diluculò ad pontem Tiretium.

Dīlūcū-

Dīlūcŭlo.as. uerbum exemptæ actionis & imperſonale.penul.cor.ſignificat diluculum fieri ὀρθρεύω. Gell.Die craſtino ubi primum diluculabit,fac amicos adeas,& roges ut ueniant.

Dīlūcŭlŭm,li.n.ſ. (περίορθρον) ante ſolis ortum aurora,quaſi parua dici lux, quòd tum dies luceſcere incipiat.Hiero.ad Euſtochiū: Horam tertiam,ſextam,nonam, diluculū quoq; & ueſperam nemo eſt qui neſciat.

Dīlūdiă,orum.n.ſ.ludorum intermiſſio.

Dīlŭo.is.dilui,dilutum,a.t.(ἀπολύομαι) ex di & luo,ſignificat lauo, purgo, reſoluo. Cæſar 2. Bell.Ciu. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Item aquam,uel alium liquorē miſcere, tem» perare.βρέχειν,κεράσαι.Vergil.Cui tu lacte fauos,& miti dilue Baccho.Translatè Cic. lib.3. Tuſc. Quæ cogitatio una maximè omnes moleſtias extenuat & diluit. id eſt, ſoluit,& eneruat: quemadmodū uinum aqua dilutum ſubneruatur. Ita etiā diluere crimina dicimus, id eſt purgare & refellere, ut oratores quando refellunt obiectiones aduerſarij. Ponitur etiam pro explicare,declarare. Plaut. in Rud. Abſtine maledictis,et mihi quod rogaui,dilue.

Dīlūtŭs.a.um.(κεκραμένος,διαμεμιγμένος) pen.pro. quod eſt miſtum: unde uinum aqua miſtum di» citur dilutum. Mart. Diluti bibis unciam Fa» lerni. A quo dilutius & dilutiſſimum, prout minus plus'ue aquæ admiſtum fuerit. Hieron. uinum dilutius uocat aquatius. Meracius uinum dicitur. ζωρότερον. quod minus dilutum ſiue aquatū eſt. Dilutus color dicitur, cum uelui aqua adhibita minus eſt intenſus. Gell. Luteus color rufus eſt dilutior. Dilutum etiam neut.gen.uocatur id liquidum,in quo aliquid certo tēpore infuſum fuit, ut ſi in uas uini appoſitum abſynthium fuerit,deinde poſt interiectum tempus abſtractū,id uinum abſynthij dilutum dicetur. Plin. Bibitur & madefacti abſynthij dilutū. Ita enim appellatur hoc genus.

Dīlŭuĭŭm, uij. n. ſ. quod uariè diluit. κατακλυσμὸς. nam diluuium diuerſorum purgamentum fuit,omnia diluens: quando ſcilicet immodicis imbribus uel uexatur terra,uel obruitur, quæ & inundatio dicitur. Plin. in Epiſt. Hic aſſiduæ tempeſtates,& crebra diluuia. Diluuium metaphoricè pro euerſione Troiæ dixit » Vergilius:Diluuio ex illo diuerſa per æquora uecti. Dicitur & diluuies,diluuiei fœm.gene. » Hor.lib.4.Car.Horridumq; cultis Diluuiem minitatur agris.

Dīmāno.as.n.p.pen.pro.diuerſe ſiue diuiſim mano,defluo.διαρρέω,διαθρυλλοῦμαι.Cic.pro Cælio Ratio dimanauit ad exiſtimationē hominū paulò latius cōmendatione & iudicio meorū.

Dīmēmbro,bras. act. p.à membro,ſignificat ſeparo,diuido.διαμελίζω.

Dīmētĭŏr.iris. dimenſus ſum.d.q.idem quod metior,uel etiā demetior,de quo ſupra:ut Dimetiri curſum aſtrorum,apud Cic.

Dīmĭco.as.n.p.(ἀγωνίζομαι) penult cor.pugno, quod propriè fit re,contendo uero uerbis tan» tum.Ouid.Vitricus & gladijs & acuta dimicet haſta.Liu.2.ab Vrb.Nec tamen perpelli potuere,ut acie dimicarent. Dimicatio.onis.uerbale.Cæſar 7.ab Vrb.

Dīmĭdĭŭs.a.um.quaſi per medium diuiſus. ἡμίτομος.Et dicitur de rebus quæ ſeparatæ ſunt. » nam eſt pars altera ex dimidiato.Martialis,Di» midiū donare Lino,quàm credere totū Qui mauult,mauult perdere dimidium.

Dīmĭdĭātŭs.a. um. dicitur de rebus quæ cōtinuæ ſunt,& non ſeparantur: quaſi diſmediatus, & in partes duas pares diuiſus.Cic. in Verr. Exemit ex anno unum dimidiatumq; menſem. Sicut autem qui ex mille denarijs,qui ei debebantur,quingentos recepit, dimidium ſe recepiſſe dicet,nō dimidiatum : ita ſi ſcyphus argenteus cum alio communis,in partes duas diuiſus ſit, dimidiatum dicemus, non dimidium ſcyphū. Gell.lib.3.cap.14.

Dimidiatim,aduerb.Plautus in Mil.Sed percellunt,ſed perducunt,dimidiatim dum appetūt. id eſt ſibi uolunt dari dimidiam partem.

Dīmĭnŭo. nuis. a.t. quaſi in diuerſas partes minuo.μειόω,ἀποτρίβω. Terent. in Adelph. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum.

Dīmiſſōrĭæ literæ, inquit Modeſtinus, ſunt quæ uulgò epiſtolæ dicūtur, quòd per eas cauſa ad eum qui appellatus eſt,dimittitur.

Dīmitto.is.a.t.diuersè mitto.διαπέμπω. Salluſt. Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimiſit. Aliquando eſt abire permittere,licentiam dare,ceſſare. διαλύειν,ἀπολύειν,ἀφιέναι,ἀπαλλάττειν. Salluſtius. Deinde ei pollicitus

pollicitus operam ſuam, domũ dimittit. id eſt » licentiat. Aliquando mittere. Verg. Equidem » per littora certos Dimittam. Inde dimiſſi, lega » ti dicuntur. Aliquando dare. Verg. Dimiſſaq́; nomina gentis ab Ioue. Aliquando eſt permittere, in poteſtatem dare. ἐπιτρέπειν. Cicero libro 1. De Repub. Tum annui conſules, tum dimiſſi populo faſces. Aliquando humilio. ὑφίημι. Verg. Deiecit uultum, & dimiſſa uoce locuta eſt. Aliquando demittere: hoc eſt deſuper mittere. Salluſt. Cum ſtrepitu dimiſſum uictoriæ ſimulachrum.

Dĭmȳxŏs, xi. c. ſ. δίμυξος. lucerna dicitur ad duo ellychnia ferenda.

Dīmūlgo. gas. diuerſè publico. ἐκφέρω. Cice. Appio, Quare uiſum eſt occultius agendum, neq; ullo modo dimulgandum.

Dīnōſis, is. f. t. pe. pro. (δίνωσις) Latinè grauitas.

Dĭŏbŏlārēs, (διώβολοι) meretrices dicuntur, quæ duobus obolis ducuntur. Plaut. in Pœn. Seruulorum ſordidorum ſcorta diobolaria. Sunt qui ſcribant diolares: hoc eſt uiliſſimæ meretrices, quæ ſub dio paruo ſtipendio proſtant.

Dĭœcēſis, is. f. t. (διοίκησις) cum œ diph. pen. pro. Latinè gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, ſiue iuriſdictio: à διοικέω guberno, tueor. unde diœceſani Epiſcopi uocantur. Vſurpata eſt uox etiam à Cicerone.

Dĭŏnyſiſci, orum. m. ſ. ſunt tubercula quæ in temporibus capitis naſcuntur.

Dĭœcētēs, tæ. m. p. διοικητὴς. uocatur ille, & præſertim ab Aegyptijs, qui poſt regem totius regiæ curationem habet.

Dĭŏptră, æ. f. p. (διόπτρα) inſtrumentum geometricum, ab explorando perſpiciendóq;, in qua ſignificatione utitur Pollux. Sed Vitruuius lib. 8. accipit pro regula ad librandas aquas, cum ait, Libratur aqua dioptris.

Dĭŏrȳgēs, gum. m. t. (διώρυγες) ſunt foſſæ manu factæ, qua dictione utitur Pompon. & Strabo.

Dĭŏrȳctŏs, (διωρυκτὸς) ſignificat abſciſſam continenti, & eſt nomen inſulæ.

Dĭōtæ, arum. f. p. (δίωτα) ſunt uaſa, ſeu dolia fictilia, duas anſas habentia, & ad ſeruanda ui- » na accõmoda. Horat. Deprome quadrimum » Sabina ô Thaliarche merum diota.

Diphris, gemma eſt, quæ candida aliquando reperitur. Ferunt hanc morbis comitialibus utilem eſſe. Plinius lib. 37. capite 10.

Diphryx quid ſit, declarat Plin. lib. 34. cap. 13. his uerbis, In ærarijs officinis & pſegma fit, iam liquato ære, atq; percocto, additis etiamnũ carbonibus, &c. diphryga Græci uocant, ab eo quòd bis torreatur. Græci ferè omnes in genere neutro ſolum τὸ διφρυγὲς enunciant.

Dĭpthĕră, ræ. f. p. (διφθέρα) alio nomine Beta, (βαίτη) ueſtis paſtoritia ex pellibus ouium aut caprarum conſutis.

Dĭphtōngŭs, gi. f. ſ. (δίφθογγος) eſt conglutinatio duarum uocalium uim ſuam ſeruantium: ex δὶς, & φθόγγος, qui uocalis eſt ſonus. Et ſciendum, quòd ubicunq; a uel e in nominibus ante finalem reperiuntur, ferè ubiq; a & u, e & u diuiduntur, ut Nicolaus, Archelaus: alueus, cereus. Excipiuntur laus, fraus & heus, in quibus eſt diphthongus. In Græcis uero dictionibus aliquãdo habentur diphthongi. Vergilius, Orpheus in ſyluis, inter delphinos Arion.

Dĭplōmătă, tum. n. t. (διπλώματα) genus tabellarum. Seruius ſcribit diploma eſſe epiſtolam, uel ſcripturam aliquã ad alium miſſam, à uerbo Græco διπλόω duplico. Inde diploma, duplicatio literæ, eo quòd duplicentur. Alij putant diplomata eſſe ſingularium uirorũ & uicorum priuilegia in tabellis ſcripta, & in quibus principis nomen inſcribitur. Vulgus bullas, ſemidocti ſupplicationes, docti ſupplices libellos uocant, (ἱκεσίας) quæ breues dicuntur. Cicero pro Corn. Balbo, Mitto diplomata tota, in prouincia paſſim data.

Dĭplŏïs. idis. f. t. (διπλοΐς) genus pallij, quaſi duplex pallium. διπλόος enim duplex dicitur.

Dĭpōndĭūm & Dipondius ſiue Dupondiũ & Dupondius, à duobus ponderibus dicitur. Nam (ut Varro docet) duos aſſes pendebat. At uero numus libralis, & dupondium numus bilibris dicebatur. Vnde dipondiarius, dipondiaria, dipondiarium, adiectiuum.

Dĭpſăcŏn, ci. n. ſ. ſpinæ ſeu cardui genus.

Dĭpſās. adis. (διψὰς) ſerpentis genus uiperæ ſimile: à διψῶ ſitio dictum. ſuo enim morſu humorem omnem conſumens, ſitim maximam indu- » cit. Inde Lucanus lib. 8. In medijs ſitiebant dipſades undis.

Dĭptōtă, n. ſ. (δίπτωτα) pen. prod. dicuntur nomina duos tantum caſus habentia.

Diptȳchūm,

Dĭptўchūm,chi.n.ſ.(δίπτυχον) penul.corr.dicitur duplicatum.

Diræ,arum.f.p.ἀραὶ. execrationes & imprecationes ſunt, quæ in maleuolos effundebantur, horrendæ, deos quoſdam inauditos compellantes, quibus quiſquis obnoxius erat, neceſſe erat illum maximo affici inſortunio. Horat. » Diris uos agam dira deteſtatio.

Dirĕctārĭi.orum.m.ſ.dicuntur, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, quos plus quàm fures puniendos cenſet Vlpian.

Dĭrĭbĭtōrĭūm, rij.n.ſ. locus erat in quo recenſebatur exercitus, & ſtipendia militiæ numerabantur: à diribendo, hoc eſt diſtribuendo. Et diribitores, diſtributores. Cic. de red. ſuo ad ſen. Quando, inquit, ulla dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodeſq; uidiſtis? hoc eſt diuiſores, diſtributoreſq;, qui inter tribus uiritim pecuniam diuiderent. Plaut. in Aul. curiarum magiſtros appellauit. Ex hac ſimilitudine ſtructores epularum, & omnino præpoſiti negocijs, uocabulum id quandoq; accipiunt pro loco, in quo miniſtri diuerſantur. Apul. libro 2. De Aſin. au. Frequens, inquit, ibi epulonum diribitores pluſculi, ſplendidè amicti, fercula copioſa ſcitulè ſubminiſtrata.

Dĭrĭgĕo,ges.gui.n.ſ. πήγνυμι, συμποδηγῶ. præ frigore, aut timore, aut alio caſu uiribus » deſtituor. Vergil. Diriguit uiſu in medio, calor oſſa reliquit.

Dĭrigo,gis.a.t.pen.corr.ex di & rego, ſignificat obliquum emendo. ἰθύνω, συντείνω. Plin. in Paneg. Nam uita principis cenſura eſt, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo. Hinc participium directus: ut, directi pedes, directum iter, directus ordo. Et aduerbium directè, ſiue directò. ἐπ' εὐθείας. Cic. in Partit. Alterum ad fidem directò ſpectat. Ibidem, Vt cum ſemel dictum ſit directè

Dĭrĭmo,mis. διαλύομαι, διείργω, ἀπορῶ, διαλαμβάνω. pen.cor. diremi, diremptum.a.t. ex di et emo, & interpoſita r: ſiue ex dis & emo, s in r mutata, componi uidetur, ſignificat diuidere, ſiue ſeparare: ut cum quis ſe mediū ponit inter concertantes, ſiue aliud quippiam quomodo» cunque componit, aut ſeparat. Vergil. Et præ» lia uoce diremit. Sic dirimere litem, id eſt diſſoluere, & decidere. Inde diremptio, productio temporis uel magiſtratus in aliud tempus. Cicero. Aliquando dirimere ſignificat irritum facere. Sall. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res cōſilium diremit.

Dĭrĭpĭo,pis.a.t. ἄγω καὶ φέρω, διαρπάζω. penultima correpta. uide in Deripio.

Dĭrĭtās,atis.crudelitas. Cicero in Vat. Quanquam in omni diritate atque immanitate teterrimus. ὠμότης.

Dīrūs,a.um.o.ſ.crudele, infeſtum: quaſi deorum ira immiſſum. ἀπάρατος, παλαμναῖος. Vergil. » Priuſquam Dira per incautum ſerpant conta» gia uulgus. Hinc diræ, furiæ, quaſi deorum iræ. Aliquando accipitur pro magno. Idem, Iam tum relligio, pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Hinc diritas, (ἄγος) crudelitas. Cic. Intelligi poteſt ex his fratribus, qui in Adelphis ſunt, quanta in altero diritas, in altero comitas.

Dīrūmpo,pis.a.t. uariè rumpo, ſeu uiolenter ſcindo. διαρρήγνυμι. Plautus in Curc. Geminos in uentre uideor habere filios, nihil metuo, niſi medius dirūpar miſer. Refertur quādoq; ad animū. Cic. ad Attic. li. 7. Dirumpor dolore.

Dīrūncĭno,nas. uide in dictione Runcino.

Dīrūncĭo,is. ſignificat depurgo, & quaſi dirum eijcio. Verbum agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod inſtrumentum eſt putandis uitibus idoneum.

Dĭrŭo,is.a.t. deijcio, euerto atq; deſtruo. Liu. li. 1. Fragor tectorum quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur.

Dīs, præpoſitio diſiūcta de qua ſuprà dictū eſt.

Dīs,itis.m.t. diuitiarum deus, & ponitur pro diuite. πλούσιος. Plaut. in Aul. Dites diuitijs, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Hinc ditior & ditiſſimus.

Dīſcăpēdĭno,as.a.p.pen. cor. à capedine fit, ſignificatq; refero, aperio. διαίρω. Apuleius, Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinauit.

Dīſcēdo,dis.n.t.pen.prod. pro recedo. ἀποχωρέω. Plini. Faceſsite hinc, atque à nobis diſcedite. Interdum ponitur pro excipere. ἀπαλλάττομαι. Cicero Lentulo, Cum à uobis ſalutis meæ authoribus diſceſſerim, uelim te exiſtimare neminem eſſe, cuius officijs me eſſe tam deuinctum, non ſolum confite=

ar, ſed etiam gaudeam, id eſt exceptis authoribus. Interdum pro diſtendi, diuidi. χαίνειν, διαιρεῖσθαι. Idem lib. 3. Off. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra diſceſſiſſet, magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit. Eſt etiam hæc uox forenſis, ut diſcedere in ſententiam, id eſt aſſentire alicuius cõſilio. Hinc Diſceſſus. us. abitus. ἀπαλλαγή. Cic. 5. de Finib. Et diſceſſio (χάσμα, ῥωχμὸς) diuiſio, ſeparatio. Terent. in And. Nempe incommoditas denique huc omnis redit, Si eueniat (quod dij prohibeant) diſceſſio.

Diſcĕpto, tas. n. p. (διακρίνομαι ἀμφισβητῶ) diſputo, contendo, diſcordo, decerto: & cum præpoſitione de ponitur. Cic. Fam. 4. Poſtquã armis diſceptare cœptum eſt de iure publico. Aliquando etiam moderor, compono, iudico, arbitror, cognoſco. in qua ſignificatiõe accuſatiuum regit. Cicero libro 4. Tuſc. Cum Academici eorũ controuerſias diſceptarent. Hinc diſceptator. διαιτητής. rei ſententiæq; moderator, arbiter, iudex, ut docet Cic. in Partit. ad filium. Diſceptatio. διαχαρονία, διάγνωσις.

Diſcĕrnĭcŭlŭm, li. n. ſ. idem quod diſcriminale. λύσωμα τῶν τριχῶν. Varro lib. 4. de Lingua Latina, Diſcerniculum eſt, quo diſcernitur capillus. Nonius, Diſcerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à diſcernendo. Significat & differentiam atq; diſcrimen. διαφορά. Gellius, Tum comperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi & nigri.

Diſcĕrno, is. diſcreui, diſcretum. a. t. ſeparo, diuido. διαλέγω, διακρίνω. Plin. li. 12. cap. 19. Eſt fama forte cremia diſcerni. Quandoq; ſignificat certare. κρίνεσθαι. Apuleius, Armis potius diſcernere, quàm iure uti uoluerunt. Quandoque diſtinctè cognoſco. διαγινώσκω. Terent. in Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis, nequeo ſatis diſcernere.

Diſcĕrpo, pis. pſi. ptum. a. t. ex dis, & carpo, uariè cædo, diſtraho, diſcindo. διασπῶμαι, διασπαράσσω. Liuius libro 1. Fuiſſe tum quoq; aliquos, qui diſcerptum regem patrum manibus taciti arguerent.

Diſcinctŭs, a. um. o. ſ. participium à diſcingo. ἄζωνος. Liuius, Diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituit. Antiqui negligentes & deſides appellabant diſcinctos, καταβεβλακευμένους. cõtrà accinctos, ſolertes, ſtrenuos uocabant, quòd à re ipſa deductũ eſt. molles enim demiſſis diſcinctisq; ueſtibus uti ſolent, ſtrenui uero atq; induſtrij, quo ſint ad res exequendas promptiores, ſuccincti incedunt. Perſ. Nõ pudet ad morem diſcincti uiuere Nacæ?

Diſcindo, dis. diſcidi. a. t. pen. corr. à dis, & ſcindo. καταῤῥήγνυμι, διακόπτω. Diſcidi uero pen. prod. fit à dis, & cædo. Terent. in Adelph. Vide ut diſcidit mihi labrum. Idem in Eunuch. Veſtem omnem miſerè diſcidit.

Diſcĭplīnă, næ. f. p. dicitur prout à diſcipulo percipitur. μάθημα, μάθησις, ἀγωγή. doctrina uero (διδασκαλία) eſt prout à doctore traditur. Accipitur autem & in malam partem. Plau. in Bac. Eadem'ne erat hæc diſciplina olim cũ tu adoleſcens eras? Et in bonam, pro bono uiuendi modo in Repub. unde Cice. queritur ſe incidiſſe in perturbationẽ ueteris diſciplinæ.

Diſcĭplīnōſŭs. a. um. o. ſ. dicitur qui tam bonas quàm malas artes facile diſcit. εὐμαθής. Hinc in reprehenſione dictus eſt diſciplinoſus gladiator à Catone.

Diſcĭpŭlŭs, li. m. ſ. & fœm. diſcipula, (φοιτητής, μαθητής, ὁμιλητής) dicitur ille qui diſciplinam percipit, imitator. Iuuen. In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres. id eſt qui ſequebantur Syllam in proſcribendis ciuibus.

Diſclūdo, dis. a. t. excludo, ſeparo. διακλείω. Lucanus, Cũ parib. iungi res, & diſcludere mundum. Cæſ. 7. Bel. Gal. Qui Aluernos ab Heluetijs diſcludit. id eſt disiungit. Significat & ſeparatim includere. Varro 3. de re Ruſtica, cap. 17. Hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.

Diſco, is. didici. n. t. propriè rem ignotam aſſequor medicando, uel ab alio diſcendo. μανθάνω. Cicero. 4. Acad. Ab eo enim Stoico dialecticam didicerat. Terentius in Adelph. Pater eſſe diſce ab alijs qui uerè ſciunt. Huius compoſita ſunt, addiſco, condiſco. Horatius, Anguſtam amici pauperiem pati Robuſtus acri militia puer Condiſcat. Dediſco, μανθάνω, μεταμανθάνω. quod didici obliuiſcor, ſeu à mente reijcio. Plautus in Amph. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit. Ediſco, memoria complector. (παρατίθημι τῇ μνήμῃ)

Quin

Quint. Perdiſco, Perfectè ſeu ualde diſco.

Diſcŏbŏlus, li. m. ſ. (δισκοβόλος) penul. cor. qui diſcum iaculatur. ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον. id eſt à iaciendo diſco. Quintil. lib. 2. Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille diſcobolus Myronis?

Diſcōuĕnĭo, is. n. q. non cōuenio. διαφωνῶ. Horat. Et uitæ diſconuenit ordine toto.

Diſcōrdia, æ. f. p. (διαφωνία) quaſi cordium diſſenſio, ſeditio: cum ſcorſum eundo, populo ſocum diſcordante, res ad manus uocantur. Cic. 4. Tuſc. inquit, Diſcordia eſt ira acerbior intimo odio & corde cōcepta. Veteres autem pro diſcordia dixere diſcordias: & inde diſcorditer aduerbium. Diſcordabilis. le. quod diſcordat, & diſconuenit. Plaut. in Cap. Me hic ualere, & tute audacter dicito Tindare inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili. Diſcordialis, qui lites generat & parit. Plin. lib. 17. cap. 10. Diſcordioſus, qui diſcordias ſeminat, & lites ſerit: ut, uulgus diſcordioſum, Sallust. in Iug.

Diſcōrdo. as. n. p. diſsideo, diſcrepo, diſſentio cū aliquo. Cic. de Finibus, Animus à ſeipſo diſsidens, ſecumq́ diſcordans.

Diſcōrs, dis. o. t. ex dis, & cor: qui corde, hoc eſt animo diſsidet, διχογνώμων. ut, Secum ipſa diſcors, apud Liu. 2. ab Vrbe. Antiqui dicebant Diſcordis, huius diſcordis. Pompon. Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis. Hinc uerbum Diſcordo. as. are. diſsidere, diſſentire. Cic. 1 de Finib. Sed intus etiā in animis incluſæ inter ſe diſsident atq; diſcordant.

Diſcrĕpo. pas. n. p. (διαφωνῶ, διίσταμαι, διαφέρομαι) pen. cor. diuerſo modo crepo: id eſt crepitum facio. unde pro diſcordo, & non conuenio. Et ad multa transfertur. Cic. lib. 1. Offic. Vt in fidibus, aut in tibijs, quamuis paulum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti ſolet. Liu. lib. 38. poſuit imperſonale: Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoq;. Hinc diſcrepantia. Cic. 1. Offic. In actiones, omnemq́ uitam, nullam diſcrepantiam conferre debemus.

Diſcrĕtio, onis. f. t. ſeparatio. διάκρισις. Cic. lib. 4. ad Heren. ſic definit, Diſcretio nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam & dilucidam cū grauitate expoſitionem. Aliquando pro delectu, (κρίσις.)

Diſcrētus, ta. tum. participium paſsiuæ ſignificationis, διακεχωρισμένος. ut Diſcreta ſemina, Colum. id eſt ſeparata. Huius compoſitum protulit Plin. Indiſcreta proprie ſpecie fuere, id eſt indifferenti. ἀδιαχωρίστῳ.

Diſcrīmĕn, inis. n. t. pen. pro. ſeparatio, differentia. διαφορὰ, τὸ μέσον. Salluſt. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum eſt diſcrimen. Vnde & pro diuiſione, & capillorū dimidiatione ſumitur, quæ fit diſcerniculo. κόσμημα. Et diſcrimen, certamē κρίσις. Vergil. Poſt hos æquo diſcrimine Priſtrix Centaurusq; locum tendunt ſuperare priorem. Rurſus diſcrīmen, periculum, (κίνδυνος, ἀγὼν) dicitur. Idem lib. 1. Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.

Diſcrīmĭnālĕ, lis. n. t. (κόσμημα) acus eſt quæ crines diuidit ad concinnandum caput: ut apud Eſaiam, Diſcriminalia, & periſcelides, & murenulas, & olfactioriola.

Diſcrīmĭnātim, aduerb. ſignificat differenter. κεχωρισμένως. Varro libro 1. de re Ruſt. Eadem de cauſa ſunt quæ non poſſunt uiuere niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua, & diſcriminatim.

Diſcrīmino, nas. n. t. pen. cor. diuido. διορίζομαι, διαχωρίζω, διακρίνω. Cic. in Philip. Hetruriam diſcriminat Caſius.

Diſcrŭcĭŏr, aris. d. p. ualde crucior. ἀνιῶμαι. Plautus in Caſſ. Ego diſcrucior miſer amore. Diſcrutior animi, pro animo, more Græco. Plaut. in Aulul. Diſcrucior animi, quia ab domo abeundum eſt mihi.

Diſcŭbĭtōrĭus, a. um. o. ſ. ut, lectus diſcubitorius apud Plinium, in quo, uel ſuper quo diſcumbebant antiqui cœnaturi, ut differret à triclinari, uel cubiculari lecto.

Diſcūmbo, is. n. t. diuerſis locis accumbo. κατάκειμαι, ἀνάκειμαι. Gellius: Apud cœnam Fauorini philoſophi, cum diſcubitum fuerat, cœptusq; apponi cibus, ſeruus aſsiſtens menſæ legere incœptabat.

Diſcŭnĕātus, a. um. o. ſ. (διεσφηνωμένος) quaſi īmiſſo cuneo apertus ac patens, ſicut ligna diducta ſiunt, & hiantia adactis cuneis. Plin. libro 9. Conchæ ſe contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatæ.

Diſcūrro,ris.n.t. in diuerſas partes curro. διατρέχω. *Liuius lib.1. Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit. Hinc diſcurſo. as. Lactant. de Opif. Totos dies in huiuſmodi diſcurſione conſumunt.*

Diſcūrsŭs,us.m.q. ipſe diſcurrendi actus. Cæſar 8. Bel. Gal. Magno clamore diſcurſuq́ paſſim ſe fugæ mandant.

Diſcŭs,ſci.m.ſ. δίσκος. *uas latum, (ut Iulius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Apul. Cœnarum reliquis diſcus ornatus Vnde à Hieronymo dictus eſt diſcophorus ille, qui Danieli prandium portauit. Eſt & diſcus genus ludi: hoc eſt rotunda moles ſaxea uel plumbea, ſiue ferrea, cuius iactu iuuenes inter ſe certabant, fortior iudicandus qui aut altius in ſublime, aut longius in tractu ultra deſignatum ſpacium proieciſſet. Martialis, Splendida cum uolitent Spartiani pondera diſci, Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocens. Sunt etiam qui dicant diſcum fuiſſe metallica figura, ut nobis ſolis corpus appareret. Ideo etiã Græci ſolare corpus diſcũ dicũt.*

Diſcŭtio,tis.pen.cor.diſcuſſi,diſcuſſum.a.t. ex dis & quatio, proprie in diuerſas partes quatio & deijcio. διασείω, διαφορῶ. *Liu. Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſſit. Per tranſlationem modò ponitur, pro remoueo, ſeu reſoluo.* διαλύω. *Colum. lib.7. Etiam languor & nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inſeras. Modò uarijs modis examino, inueſtigo.* ἐξετάζω, ἀνακρίνω. *Lactan. Hæc enim prauitatis eſt cauſa ignoratio ſui, quam ſi quis cognita ueritate diſcuſſerit, ſciet quemadmodum ſibi uita degenda ſit. Hinc diſcuſſum dicimus, quod examinatum, aut iudicatum eſt. Et actus ipſe diſcuſsio.* ἀνάκρισις. *Et diſcuſſor, qui diſcutit.* ἐξεταστής. *A diſcutio fit aliud compoſitum, quod eſt Exdiſcutio, & ſignificat per uarios modos concutio, extra eijcio. Item diſcuſſorium, adiectiuum, quod diſcutit. Plin. lib.30. cap.10. Et per ſe cinis inanium cochlearum ceræ miſtus diſcuſſoriam uim habet.*

Diſertŭs,ta.tum.o.ſ. λόγιος. *cum ſimplici ſ. quãuis diſſero per duplex ſcribatur. & is eſt, qui probè diſſerit, uel qui ornatiſſimis uerbis abũdat. unde M. Antonius apud Ciceronem ait, à ſe diſertos uiſos eſſe multos, eloquentem uero neminem. Horatius Fœcundi calices quem non fecere diſertum?*

Diſĭicĭo,cis.a.t.pen.corr. in diuerſas partes iacio. διαῤῥίπτω. *Verg. Diſiecitq́ rates.*

Diſiūngo,gis.a.t.ſeparo. διαζεύγνυμι, διίσχω. *Terent. in Hecy. Atqui ea res multo maxime diſiunxit illum ab illa. Vnde diſiunctio, ſeparatio.* διάζευξις, διαχώρισις: *ut cum alter ab altero abeſt. Cic. Neq́ enim nõ poteſt mihi non moleſtiſſima eſſe diſiunctio noſtra in tanta rerum omnium uarietate. Hinc etiam diſiunctiuæ coniunctiones, (* διαζευκτικοί*) quæ res uel perſonas diſtinguunt: ut, Hoc uel illud meum uel tuum erit.*

Diſpālēſcĕrĕ, n.t. eſt palam omnibus innoteſcere. διαθρυλλεῖσθαι. *Plaut. in Bacch. Si plus perdundum ſit, periſſe ſuauius eſt, Quàm illud flagitium uulgò diſpaleſcere.*

Diſpālo,as.a.p.pen.prod. ex dis, & palo. Palare uero uagari, & errare ſignificat: à palis caſtrorum, hoc eſt ſudib. modò huc, modò illuc errantis. Diſpalor itaq́, eſt paſſim digredi uel ſeparari. ἀποπλανῶμαι. *Siſen. li.3. Hiſt. diſpalati, ab ſignis digreſſi omnes ac diſſipati.*

Diſpăr,aris. o. t. ἄνισος. *diſparilis, impar, diſſimilis, diuerſus, uarius, Cic. pro Mur. Par dignitas, ſed diſpar fortuna in hoc et in illo fuit.*

Diſpărĭlis,le.o.t. idem quod diſpar. Cice. de Diuin. Ex diſparili aſpiratione terrarum.

Diſpārtĭo,tis.a.q. diuido: & diſpartiŏr. iris. Cic. de Nat. Dijs immortalibus hominibus diſpartiri, & diuidi ſomnia. Et de Legibus, Iureconſulti quod poſitum eſt in una cognitione, id in infinita diſpartiuntur.

Diſpĕllo. lis. diſpuli, diſpulſum.a.t. uarijs locis uarijſue modis pello. διελαύνω. *Liuius libro 5. Cum equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi, Veientium maxima pars Tyberim effuſi petunt. Verg. Teucrorumq́ alios acer quos æquore turba Diſpulerat. id eſt diſiecerat, ſiue ſegregauerat.*

Diſpēndĭōsŭs,ſa.ſum. damnoſus. ζημιώδης. *Colum. lib.1. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Accipitur etiam pro ſumptuoſus.*

Diſpēndĭūm. dij.n.ſ. dicitur quod incuria, uel negligentia, aut immoderatione diſpendimus. δαπάνη. *Plinius, Magno id lignorum diſpendio*

dio ſit, addito ſale. Aliquando dicitur damnum, quod in diſpendendo ſolet minus fieri. eſt enim contrarium compendio. Plautus in Merc. Amorem multos illexiſſe in diſpendiũ.

Diſpĕndo, dis. n. t. uariè pendo: id eſt expendo, diſtribuo. διανέμω. Colum. lib. 8. ca. 2. Parandi autem modus eſt, ducentorum capitũ, quæ paſtoris unius diſpendat curam. Aliquando ſignificat expando. διατείνω. et tunc non à pendo, ſed à pando componitur. Plau. Vbi lubet diſpẽdite hominẽ diuerſum atq; diſtendite.

Diſpĕnno, is. a. t. expando. διαπετάννυμι. Tractum à pennis & uolatu auium. Plau. in Mil. Diſpennite hominem.

Diſpĕnsātŏr, oris. οἰκονόμος. qui æs penſans expendit, & neceſſaria in familiam diſtribuit. Nam apud Romanos, cum aſſes librales eſſent, appendebantur. Martial. lib. 6. Diſpenſatoris nobile cernis opus.

Diſpĕnſo, as. n. p. δίειμι οἰκονομέω. frequentatiuum à diſpẽdo, quod magis uſurpatur quàm diſpendo. Liui. 1. ab Vrb. Intercalares menſibus interponendo ita diſpenſauit, ut, & cætera. Hinc diſpenſatio. Cicero. ad Attic. 15. Profectionem meam, ut uideo, erroris diſpenſatio impedit.

Diſpĕrĕo, ris. n. q. ex dis, & per, & eo componitur, ſignificatq; uario modo, aut in totum pereo, & deficio. ἀπόλλυμαι, ἔῤῥω. Varro 1. de re Ruſt. Fructus ſolent diſperire. Diſperea̅m, iurantis uox. Plaut. in Amph. Diſperea̅m, ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc miſerim.

Diſpĕrdo, dis. diſperdi, (διαφθείρω) uide Perdo.

Diſpĕrgo, gis. diſperſi. ſum. a. t. (διασκεδάζω.) uide in Spargo.

Diſpĕrtio, tis. a. q. & diſpertior. tiris. deponens, ex dis & partior: in diuerſas partes diuido, huic & illi partes do. διανέμομαι. Plautus in Aulul. Hercle iniuria diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habent. Cic. Verr. A quibus initia uitæ atque uictus, legum, morum, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac diſpertita eſſe dicuntur.

Diſpĕſco, cis. cui. a. t. (διείργω, διαλαμβάνω) ex dis, & paſco, quaſi pecus à paſtione deduco, ſed a mutatur in e, ut docet Feſtus. Ponitur etiam pro ſeparare, ac dirimere. Pin. libro 5. ca. 9. Inde Africam ab Aethiopia diſpeſcens.

Diſpĕſſŭs, expaſſus. διαπεπταμένος. Plautus, Credo ego iſto exemplo tibi eſſe eundum extra portam, diſpeſſis manibus.

Diſphĕndŏmĕnă, erat genus quoddam ſupplicij fœdum & inhumanum apud Perſas, de quo abunde apud Alex. ab Alex.

Diſpĭcĭo, cis. a. t. penul. corr. diſcerno. διακρίνω. Quint. lib. 1. Nam proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium. Item diuerſe, diligenterúe inquirere, conſiderare, ſeu mẽte circumſpicere & prouidere, (σκέπτεσθαι) & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. Cic. lib. 1. Tuſc. Tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Inde ſit diſpicientia, (περίσκεψις) quæ eſt circumſpectio, & prouidẽtia, uel conſideratio diligens, atq; diſcretio.

Diſplōdo, is. a. t. in diuerſas partes plodo. διακροτέω. Var. li. 2. de re Ruſt. Pedibus non latis, neque ingredientibus qui diſplodentur, nec cuius ungulæ diuaricent.

Diſpōndeŭs, dei. m. ſ. (διςπόνδειος) quaſi bis ſpondens, pes, qui conſtat ex quatuor ſyllabis longis, ut Oratores.

Diſpōno. nis. διατίθημι. pen. pro. uide Pono.

Diſpŏsĭtĭo, onis. f. t. ordo, collocatio. διακοσμία. Cice. de Inuent. Diſpoſitio eſt rerum inuentarum in ordinem diſtributio.

Diſpūngo, is. a. t. componitur à dis & pungo. (διακεντῶ) cuius ſignificatio ſatis per ſe nota eſt. Eſt autem diſpungere rationes, computum (ut noſtri dicũt) examinare. Vlp. Diſpungere, inquit, eſt conferre accepta, & data.

Diſpŭto, tas. n. p. pen. corr. ex præpoſitione dis, & uerbo puto, quod ualet purum facere: & ſignificat (inquit Varro) ualde purum facere. Et per translationem pro diſceptare & diſquirere. Plautus Moſtel. Eam rem uolutaui, & diu diſputaui. Item diſputare rationem cum aliquo, idem in Aulul. dixit, Vbi diſputata eſt ratio cum argentario, Etiam plus ipſus debet argentario. Et diſputare, ſignificat quoque rem aliquam agitare, ita ut uerum tandem cognoſcatur. Cicero de Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior uidebatur perſona, quæ de illa ætate loqueretur. Hinc diſputatio. διάλεξις, λόγος. & diſputator uerbalia, ut Diſputator ſubtilis, Cicero Offic. 1.

Diſquiro,ris.a.t.ἐξετάζω,διαψηφίζομαι.pen.pro. per omnes partes quæro, ut inquirendo nihil me lateat. A quo diſquiſitio (ἐξέτασις,διαψήφισις)quæ eſt inquiſitio uoluntatis iudicij diuerſorum'que, & pertinet etiam ad forum. Liuius. Sed non quid ego fecerim in diſquiſitionem uenit,ſed quid iſti pati debuerint. id eſt, nō rogantur ſententiæ de me.

Diſrāro,as.a.p.ſignificat caſtro, & diuerſis modis quod ſpiſſum erat, rarum facio. ἀραιόω. Colum. lib.5. Sed illud de integro refodi debet,hoc poteſt intercidi & diſrarari, quod opus ruſtici caſtrationem uocant.

Diſsāuiŏr,aris.d.p.καταφιλέω,κύω.cū lætitia & uoluptate oſculor:ex dis,& ſuauior. Suauior autem à ſuauium ſiue ſauium,per diminutionem ii. Cic.Tyr. Ego uos ad quartum Calen. uidebo, tuoſque oculos, etiamſi te ueniens in medio foro uidero, diſſauiabor. id eſt multum ſiue ſæpius ſauiabor.

Diſsĕcātŭs,ta.tum.quod eſt per anatomen exenteratum. ἀνατετμημένος. Quod enim Græci τὴν τομὴν, nos diſſectionem & confectionem uocamus,ut apud Plin.& Celſum accipi poteſt. Ariſtoteles, Chamæleon diſſectus totus, ſpirare præterea diu poteſt. Fit autem à uerbo diſſeco.

Diſsĕco,cas.a.p.pen.cor. dilanio,& uarijs modis ſeco,ſiue in uarias partes diuido. χίζω,διατέμνω,ἀνατέμνω. Plin. lib.11.cap.37. Tertio caſto Lacedæmonij pectus diſſecauere cauſa uidendi. Vnde diuiſiones patrimoniorum inter conſortes,dicuntur diſſectiones.

Diſsĕntānĕŭs,a.um.o.ſ.diſſentiens,nō conueniens.ἀνοίκειον,ἀπᾳδὸς,διαφερόμενον:ſicut conſentaneum, conueniens. Nigidius, Eum locum facit diſſentaneum.

Diſsĕntĭo,tis.n.q.uel diſſentior.iris.quaſi diuerſè ſeu aliter quàm alij ſentio. ἀντιγνωμονῶ, διαστασιάζω. Cic.de Amic. Ab ijs, qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referūt, longè diſſentimus. Vnde diſſenſio, (διχοστασία) quæ eſt ſententiarū diuerſitas. Diſcordia aliud eſt.

Diſsēpto, tas.a.p. περιφράττω. frequentatiuum eſt à diſſepio.pis.

Diſsĕro,ris.pen.cor. diſſeui, diſſatū.a.t. uariè ſemino. κατασπείρω. Colu. Panax utroque tempore,leni & ſubacta terra, rariſſimè diſſeritur.

Diſſero uero diſſerui,diſſertum.n.t.ſignificat diſputare,enarrare,declarare. διαλέγομαι,διαλογίζομαι,διηγεῖσθαι. Cic.de Amic.C. Lælij perſona uiſa eſt idonea fuiſſe, quæ de amicitia ea ipſa diſſereret, quæ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus Scæuola.

Diſsērto,as.n.p. frequentatiuum à diſſero. Gellius, Cum de antiquitate quorundam uerborum diſſertaremus .hoc eſt, diſſertationibus contenderemus.

Diſsĭdĕo,des.n.ſ.pen.cor.propter diſsidium alienus ſum. στασιάζω, διαφέρομαι, διίσταμαι, ἑτεροδοξῶ. Cice.in Lælio, Cum is Tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio diſsideret, qui tum erat conſul. Transfertur etiam ad inanimata,& pro diſcordo, ſeu non conuenio ponitur. Plin.lib.37. Adamas diſſidet cum magnete lapide in tantum,ut iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi.

Diſsĭdĭŭm,dij.n.ſ.ſegregatio, diſcordia.(στάσις, διάστασις. Terent. Valeant,qui inter nos diſſidium quærunt. Ouid.lib.14. Metamorph.pro » diſceſſu,à ſeorſum ſedendo, quando ait, Non » bene diſſidium Phrygij latura mariti.

Diſsĭdēntĭă,æ.ſ.p.diſcordantia. Plin.li.29.ca.4. Dominante illa eadem rerum diſsidentia.

Diſsĭlĭo,lis.n.q.pen.cor.ex dis, & ſalio, ſignificat loco moueor. ἀναπηδάω. Apuleius: Vertibulo oſſa diſsilierant. Propriè autem eſt in diuerſas partes ſalire. Plin. lib.36. Lunenſem ſilicem ſerra ſecari, at Tuſculanū diſsilire igni. Aliquando pro crepare,frangi. Verg. Aeráque diſsiliunt uulgo.

Diſsĭmŭlārēs partes hominis ſunt,brachium,caput,organa.

Diſsĭmŭlo,las.n.p. (μὴ προσποιοῦμαι) diligenter & aſtutè celo, ne quid noſci poſſit uel intelligi. Plautus in Mil. Diſsimulabo hos,quaſi nō uideam. Cuius contrarium eſt ſimulo, ὑποκρίνομαι. Simulamus enim falſa, diſsimulamus uera. Simulamus eſſe quæ non ſunt, diſsimulamus non eſſe quæ ſunt. Ab his fiunt aduerbia,ſimulanter,& diſsimulanter. ſimulatim, & diſsimulatim, εἰρωνικῶς. Cic de clar. Orat. Non apertè,nec eodem modo ſemper, ſed uariè diſsimulanterque concluſis.

Diſsĭmŭlāntĭă,æ.f. p. idem quod Diſsimulatio. Cic.de Orat. Socratē opinor in hac ironia diſsimu

ſimulantiaq́ꝫ longè lepôre & humanitate omnibus præſtitiſſe.

Dĭſsĭpo.pas.a.p. pen cor.ex dis & ſipo, ſignificat diſpergo, diuulgo. διαφορέω, διασκεδάννυμι. Colum.lib. 2. Quatuor & uiginti uehes ſtercoris in iugerum diſponemus, diſsipabimusq́ꝫ. Dicimus etiam diſsipare famam alicuius rei, diſsipare rumorem, diſsipare ſermones, &c. Hinc diſsipabilis.le. quod diſpergi aut ſeparari facile poteſt. Cicero 3. de Nat.

Dĭſsĭtŭs, a.um.o.ſ. (ἀπέχων, ἀποσπασθείς) pen. cor. diſcluſus, diuaricatus, diſtans, remotus, quaſi procul ſitus: cuius contrarium eſt adſitus quod eſt iuxta ſitus. Apuleius in Flor. hæc duo uelut inter ſe contraria oppoſuit atq́ꝫ diſſeparauit, ſic ſcribens: Homines neq́ꝫ longulè diſsita, neq́ꝫ proximè adſita poſſumus cernere.

Dĭſsŏcio.as.a.p. (διαλύω) diſſoluo, & à ſocietate diſiungo ac ſeparo. Cic. de Am. Quorū diſsimilitudo diſſociat amicitiā. inde diſſociatio.

Dĭſsŏluo, is.a.t. (διαλύω) quod ligatum erat non ligatum facio, diſcingo, religo. Refertur ad multa. Lactan. libro 1. Diſſoluat hoc argumentum, ſi quis poteſt. Sic diſſoluere interrogationes, Cic. Eſt etiam diſſoluere, expedire. Terent. in Heaut. Diſſolui me ocyus, operam ut tibi darem. Ita diſſoluere aliquē, eſt abſoluere, et ei paucis quod uolumus dicere. Plau. Merc. Obſecro diſſolue iam me, nimis diu enim pendeo. Item diuerſis perſonis ſeu uaria debita ſoluere. Cic. 2. Offic. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutū.

Dĭſsŏlūtŭs, a.um.o ſ. participium, aut nomen ex participio, nimium remiſſus, & quod non eſt ligatum. Plinius lib 28. cap. 7. Alibi ſeruatur, ut nudis pedibus eant, capillo, cinctuq́ꝫ diſſoluto. Dicimus etiam diſſolutos, qui moribus, legibusq́ꝫ ſoluti, luxum uitæ ſequuntur, quos Græci aſotos dicunt. Cic. 6. Verr. Negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus? Diſſolutè aduerbium, Cic. pro Cæcin. Nec contenderit aliud, quàm ne ius ſuū diſſolutè relinquere uideretur. Diſſolutio, uerbale, cuius contrarium, coniunctio. Cic. in Partit. Conſtructioq́ꝫ uerborū tū coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. Diſſolubilis. le. quod diſſolui poteſt. Cic. 2. de Nat. Mortale igitur omne animal, & diſſolubile.

Dĭſsŏnŭs.a.um.penult.cor. quod non eſt conueniens: ut, Diſſonus clamor. ἀπηχής. Liuius 4. ab Vrbe. Vnde diſſono, pro diſcordo. διαφωνέω, ἀπηχέω. Colum. libro 1. cap. 1. An uniuerſa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ reſpondeant, an aliqua diſſonent.

Dĭſsuādĕo.es. a.ſ. deterreo, contrarium eſt ſuo ſimplici, quod eſt ſuadeo. Cicero in Verr. Cn. Lentulus Marcellinus diſſuaſit. hinc diſſuaſor & Diſſuaſio.

Dĭſsuāuĭŏr. uide diſſauior.

Dĭſcŭlcŭs, ci.m.ſ. porcus dicitur, cum in ceruice ſetas diuidit. Feſtus.

Dĭſsŭo.is.a.t. diſſoluo. Cic. Magis cenſent, ſapientes docere ſenſim, diſſuereq́ꝫ repentè quàm præcidere. διαλύω.

Dĭſsulto.tas.n.p. frequent. componitur ex dis & ſalto: quod eſt, quaſi diuerſè ſalto. διαθρώσκω. Plin. lib. 37. Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferreum utrinque diſſultet, incudesq́ꝫ etiam ipſæ diſsiliant.

Dĭſtædĕt, (ἐξαπορέομαι) multum aut uariè tædet. Teren. Phor. Demipho te appello: nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui.

Dĭſtare, n.p. ſignificat differre. διαφέρειν. Cic. 1. Offic. Quibus rebus exculta hominum uita tantū diſtat à uictu & cultu beſtiarum. Item abeſſe. Pli. Quod circiter quinq́ꝫ millia paſſuum diſtat ab urbe. Hinc diſtantia, quæ modò differentiā, modò interuallum ſignificat. Cic. de Amic. Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe morum, ſtudiorumq́ꝫ diſtantia.

Dĭſtĕndo, dis.a.t. in diuerſas partes tendo. διατάνω. Colum. lib. 5. Stabilior eſt uinea, quæ ex utraque parte iugo deuincta, pari libramento, uelut anchoris quibuſdā diſtenditur. Eſt & diſtendere, uariè implere. ἀναπιμπλάναι tractum ab utre, qui cum plenus eſt diſtenditur: cum uacuus, relaxatur. Verg. Et dulci diſtendunt nectare cellas.

Dĭſtēntio, membrorum ſpaſmus eſt. σπασμός.

Dĭſtēntŭs, a.um.o.ſ. plenus. διατεταμένος. Plin. Diſtentus ſolitaria cœna. Transfertur quoq́ꝫ ad animum, ut apud eundem, Diſtentus imperij curis. περισπώμενος.

Dĭſtermĭno, as.a.p. diuido. Plin. lib. 12. cap. 14. Arabia Iudæam ab Aegypto diſterminat.

Dĭſtĕro, ris.a.t. (κατατείβω) penul. corr. multum

ſiue crebrò tero: quod fit, cum aliquid ſubtiliter teritur. Cato: Libum hoc modo facito, Caſei pondo duo bene diſtere in mortario.

Dīſtichŏn, chi. n. ſ. (δίστιχον) pen. cor. geminus uerſus. δὶς bis, στίχον uerſum Græci dicunt. Sic tetraſtichon, (τετράστιχον) dicimus quatuor uerſus. Hexaſtichon, (ἑξάστιχον) ſex.

Diſtillārĭūs. uide in ſtillo.

Diſtillo. las. n. p. paulatim fluere, καταῤῥέω, καταστάζω. Verg. 3. Georg. Lentum diſtillat ab inguine uirus. unde diſtillatio, quā Græci catarrhum, coryzam, uel branchū uocant. Plin. lib. 20. cap. 6. Sanguinem uero excreantibus & phthiſicis diſtillationibus longis, uel ſuccus, uel ex ipſo cibus prodeſt.

Diſtinctē, aduerbium, ſeparatim, diuiſim. Cic. de Orat. Diſtinctè, explicatè, abundanter, & illuminatè dicere.

Diſtinctĭo, onis. f. t. diuiſio, ſeparatio. Cicero de Legibus, Lex eſt diſtinctio iuſtorum & iniuſtorum.

Diſtinĕo, es. a. ſ. pen. cor. uariè, ſiue diuerſis rebus cauſis ùe impeditum teneo. περισπῶ. Cic. Mario: Nouis legibus ita diſtinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaletur, ut quamprimùm te uidere poſſimus. Item arcere, repellere. ἀνείργειν. Vergil. libro 11. Dum diſtinet hoſtem Agger murorum, neq; inundant ſanguine foſſæ.

Diſtinguo, guis. a. t. diuido. διορίζω, ἀποδιαστέλλω, καταστίζω, διαλαμβάνω, ἀφορίζω. Colu. lib. 1. Sed & lateribus diſtinguuntur granaria, ut ſeparatim quæq; legumina ponantur.

Diſtito, as. n. p. pen. cor. frequentatiuum, à diſto. διίστημι. Colu. lib. 7. Diſtitent inter ſe aliquāto ſpacio, ne in colluctatione alter alteri noceat.

Diſto, as. are. n. p. abeſſe, differre. Plin. Quinq; millia paſſuū diſtat ab urbe. hinc diſtantia.

Diſtōrquĕo, es. a. ſ. (διαστρέφω) diuerſè torqueo. Terent. Eun. Ah illud uide os ut ſibi carnifex diſtorſit. inde diſtortio.

Diſtōrtūs, a. um. o. ſ. nomen ex participio. Cic. pro Muræn. Solos ſapiētes, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites.

Diſtrăho, his. a. t. diuersè traho, diuido. περισπάω, ἀφέλκω, διασπάω. Vergil. lib. 6. Turbatis diſtractus equis. Vlpian. De tranſact. Si uni pluribus ùe fundus ad alimenta fuerit relictus, uelintq; eum diſtrahere, neceſſe eſt prætorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Refertur plerunq; ad animum, cum ad uarias ſententias & occupationes trahitur. Item pro compono, ſedo, finio. διαλύω. Cic. pro Cecin. Iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. Diſtractio uerbale, ſeparatio, alienatio. Cic. 3. Offic.

Diſtrĭbŭo, is. a. t. diuerſis modis tribuo. διανέμω, μερίζω. Terent. Adelph. Id diſtributum eſt ſanè ex ſententia. Vnde Diſtributor, & diſtributio uerbalia. Et diſtributè, aduerbium diſtinctè, ſiue diuiſim. Cic. 2. Tuſc.

Diſtrīngo, gis. a. t. ualde ſeu uariè ſtringo. διατείνω, διασφίγγω. Cic. 3. Offi. Fraus diſtringit, non diſſoluit periurium. Quandoq; defrico, ſeu radendo ſordes detergo. καταξύω. Vnde diſtringentes uocamus, qui ſepeliunt, & ſordes corporis radunt: id quod ferè poſt quietem ſolent omnes. Mart. Pergamus, has miſit curuo diſtringuere ferro, Nō tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Quandoq; ſignificat intendere, minitari: tractum à gladiatoribus, qui contra aduerſarium ſuum enſem ſtringunt, id eſt nudant. γυμνοῦσι. Cic. 3. Offic. At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, iurauitq; ſe illum ſtatim interfecturum. Quandoq; colligere. συγκομίζειν. Colum. lib. ult. Sereno cœlo manibus diſtringi oliuam oportet, & ſubſtratis tegetibus aut cannis, cribrari & purgari. Quandoq; diſtraho. περισπῶ. Quint. Quibus componendis, paulò plus quàm biennium, tot alioqui negocijs diſtrictus, impendi. id eſt diſtractus & impeditus.

Diſtŭrbo, bas. a. p. diſijcio. διαῤῥίπτω, ἀνασπάω. Cic. pro Domo ſua: Etiam ſe uidere diſtrahi à complexu ſuorum, diſturbari tecta, diripi fortunas. Col. lib. 11. cap. 2. Si qua præterea in uineis aut foſſor diſturbauit, &c.

Dītĕo, tes. n. ſ. diues ſum. πλουτέω. à quo diteſco, diues fio.

Ditio, onis. f. t. à ditior comparatiuo, nominis dis ditis, cum pro diuite accipitur: ſignificat imperium, dominium. ἐπικράτεια. Plin. lib. 34. ca. 10. Alexādria in ditionem redacta. Cic. 2. de Legib. Ditione atq; numine deorum geruntur res. Seruius negat nominatiuū ditio in uſu

in uſu eſſe, in compoſitione.

Ditò, tas. a. p. à dis ditis fit, ſignificatq; ditem fa cio. πλουτίζω.

Ditrŏchæŭs, ei. m. ſ. (διτροχαῖος) pes, bis tro chæus. conſtat enim ex duobus trochæis, hoc eſt ex longa & breui, & iterum longa & bre ui, ut Cāntĭlēnā.

Diū, (μεθ᾽ ἡμέραν) aduerbium, pro die, à quo ſit interdiu. Plautus, Nec noctu, nec diu quietus. Interdum ſignificat longo tempore. δηθὰ, πο λὺν χρόνον, μέχρι, πόῤῥω. Vnde fit diutius, lon giori tempore: diutiſsimè, uide infrà. Item tan diu, id eſt tanto tempore. Quandiu, quan to tempore. Iamdiu, olim. Diutius producit antepenultimam, cum diuturnum corripiat. Vergil. in Diris, Iſtius atq; utinam facti mea culpa magiſtra Prima foret, letho mihi ui ta diutius eſſet.

Diuăgŏr, aris. d. p. pen. cor. uariè uagor. πλανῶ μαι. Lact. lib. 5. Vbi animus in multa diſper ſus, huc atq; illuc diuagatur.

Diuărico, cas. a. p. pen. cor. ex di & uarico: ſicut & præuaricor, ex præ & uaricor. unde & a ſtiuum uarico intelligimus, & uaricor depo nens, licet non ſint in uſu, & à uaricibus di cuntur: ſignificatq; diuaricare, diuidere, quod quidam faciunt, qui ſtant diducti. Quint. Va ricare (inquit) ſupra modum in ſtando defor me eſt, & accedente motu propè ſcenicum. Nonius: Diuaricari dictum eſt diſtendi, ab his qui uitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis, ut eos in diuerſum habeant ſeparatos.

Diuello, lis. diuulſi, diuulſum, a. t. uariè uello. σπάω, σπάζω, καταστάω, σπαράττω. Salluſt. Rapi uirgines, pueros, diuelli liberos à com plexu parentum.

Diuendo, dis. a. t. diuiſim uel uariè uendo. διαπιπράσκω. ut ſit, huic & illi, & modò hoc, mo dò illud. Liu. lib. 1. Cum diuidenda præda, quadraginta talenta argenti effeciſſet.

Diuērbĭa, orum. n. ſ. (qualia ἐπιῤῥήματα) partes comœdiarum, ubi plures perſonæ uerſantur: à perſonarū uarietate dicta. Liu. Inde ad ma num cantari hiſtrionib. cœptū, diuerbiaq; tan tum ipſorū uoci relicta. Seruius: Diuerbium, primus actus comœdiæ, Græcè protaſis.

Diuērsĭto, tas. n. p. penult. cor. frequent. à diuer to, pro deflecto. τρέπομαι. Gellius: Ad ipſa Pla tonis penetralia, ipſarumq; rerum pondera & dignitatis pergendum eſt, non ad uoculae rum eius amœnitatem, nec ad uerborum ue nuſtates diuerſitandum.

Diuērsŏr, ſaris. d. p. (ἐπισταθμεύω, κατάγομαι, κα ταλύω) modò diuerto ſignificat, modò conuer ſor. Valer. lib. 1. Tabernamq; in qua is diuerſa batur, petere conatus. Cicero 6. Ver. Apud quem diuerſatus es?

Diuērsŏr, ſoris, m. t. qui in caupona hoſpitatur. καταλύτης. Cic. lib. 2. Artis ueteris: Caupo cū quibuſdam diuerſoribus, illum qui antè exie rat, conſequitur, in itinere hominem cōprehen dit, homo in urbem ab illo deducitur.

Diuērsōrĭūm, rij. n. ſ. (καταγώγιον, κατάλυμα.) à diuertendo, accipitur pro uilla, & quaſi pro hoſpitio, quod ibi magis nos recipimus & cō moramur, quàm habitemus. Cice. in Catone, Ex uita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquā ex domo: cōmorandi enim natura di uerſorium nobis, nō habitandi dedit. Propriè au tem capitur pro hoſpitio, ut apud eundem: Quieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in ali quo opportuno diuerſorio. Hinc diuerſorio lum diminutiuum. Cic. ad Cornific. Niſi quòd Sinueſſanum diuerſoriolum cōtempſiſti. Di citur & diuerſorius. a. um. adiectiuè. καταλυ τικός. ut taberna diuerſoria.

Diuērsūs, a. um. o. ſ. adiect. qui deflexit de itine re. Plaut. in Rud. Sed cum inde ſuam quiſq; ibant diuerſi domum. Diuerſus item contra rius. Suet. De clar. gramma. Interrogatus diu à Varrone diuerſæ partis aduocato, quid nam ageret, & quo artificio uteretur.

Dĭuērsĭtās, tatis. f. t. contrarietas: ut, Diuerſitas ingeniorum, Plin. in epiſt.

Dĭuērsē, aduerb. in diuerſas partes. Hirtius 5. Bell. Afric. Horum corpora toto campo pro ſtrata diuersè iacent.

Dĭuērtĭcŭlūm, li. n. ſ. (ἐκτροπή) eſt uia, per quam à militari uia, ſiue de itinere noſtro aliò diuer timus. Terentius in Eunuc. Cum ſenſi, redeo rurſus: male uero me habens, ubi ad ipſum ue ni diuerticulum, conſtiti. Seruius, Diverticu la ſunt ſemitæ tranſuerſæ, quæ ſunt à latere uiæ militaris. Diuerticula (καταλύσεις) eti am dicuntur domicilia in uia, ad quæ diuer tendum ſit.

Diuerto.tis.a.t.& diuertor. eris. de una re ad aliam uerto, deflecto. ἐκτρέπομαι, ut cum quod cœpi relinquo,ut aliud agã:ſiue aliò me uerto. Lactantius lib. 8. Sed huc neceſſario diuertendum fuit,ut oſtenderem,tot ac tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta. Etiam diuertere eſt hoſpitari,et in hoſpitium ire. καταλύειν. Columel.lib.1.Hæc autem prætereuntium uiatorum populationibus,& aſsiduis hoſpitijs diuertentium infeſtat rem familiarẽ. Dicimus eleganter, diuerto ad te,& apud te.

Diues,diuitis,o.t.(πλούσιος χρηματικὸς ἀνὴρ)à diuo fieri dicitur:quòd qui diues eſt, quaſi deus,nihil indigere uideatur.Et modò conſtruitur cũ genitiuo:ut,Inſula diues opum. modò cũ ablatiuo. Cic.lib.2.Offic.Publius Craſſus, tum cognomine Diues,tum copijs,fructus eſt ædilitio maximo munere. Et eſt generis omnis, facit enim accuſatiuum diuitem,& hoc diues.Ouid. lib.1. de Arte: Addit externo marmore diues opus.Hinc diuitior comparatiuũ.Cicero,Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

Diuexo.xas.a.p.uariè uexo.ἄγω καὶ φέρω,ἐλαύνω. Lactan.lib.7.Vt ſi qui fortè tum fuerint boni, prædæ ſint ſceleratis, ac diuexentur undiq;.

Diuidia.æ.f.p.tædium. Actius, Huius me diuidia cogit plus quàm eſt par loqui. Interdum etiam dicitur diſcordia.

Diuidiculi,orum.n.ſ. caſtella,ex quibus à riuo communi aquam quiſq; in ſuũ fundum ducit.

Diuidium,dij.n.ſ.(ἡμίσυμον)à diuiſione: ſicut dimidium,à dimenſione.Teren. Adelph. Totum diuidium face,& pro eo dimidio.

Diuido.dis.a.t.penult.cor. diuiſi,diuiſum,compoſitum uidetur, licet eius ſimplex non legerim.& eſt diuidere,διαιρεῖν,διανέμειν.ſeparare,partiri.Cæſar 3.Bell.Ciu.Cæſar copias ſuas diuiſit,partemq; legionum.Vergilius,Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Diuiduus.a. um. o.ſ(διχόνομον διαιρετὸν)quod ſeparabile & ſeparatum eſt, cuius cõtrarium eſt indiuiduum, (ἀδιαίρετον,ἄτομον).Plau.in Rud. Diuiduũ talentum faciã.id eſt,in duas partes diuiſum. Hinc diuiduè, Idem in Caſ. Nam quo tibi agrè eſt, idem mihi eſt diuiduè.

Diuinipotens,entis.c.t.θεοκρατὴς. qui in diuinis poteſtatem habet. Apuleius; Saga & diuinipotens cœlum deponere.

Diuinitus, aduerb. ſignificat à diuinis, ſiue à deo. θεόθεν. ſicut humanitus ab humanis rem demonſtrat.Diuinè uero (θείως,θεῖως) & humanè,ad deorum atq; homin: ſimilitudinem.

Diuino,nas.n.p.pen.prod. non tantum de præterito dicitur,ſed etiam de præſenti,pro uerũ dico. μαντεύομαι. Vnde prouerbium, Aiunt diuinare ſapientem, quia qui dicit uerum de dijs,diuinus eſt.Terent. in Hecy.Planè hic diuinat,nam id eſt. Plerunq; tamen eſt augurari. Cic.de Leg.Diſciplina ueſtra quaſi diuinari uideatur prorſus poſſe. A quo diuinatio, prudentia futurorũ,quæ quandoq; etiam dicitur iudiciũ,ut ait Caius Baſſus. utpote quando res agitur ſine teſtibus, & ſine tabulis, & his remotis,argumenta leuia ſequantur,& iudices quaſi diuinent. Huius compoſitum eſt, prædiuino, quod Plinius poſuit pro præſenſio,cum ait lib.10. Tum uniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. prædiuinant enim uentos imbreſq;,& tunc ſe continent tectis.

Diuinus,a.um. (θεῖος) quod eſt dei,uel quod ad deum pertinet: ut, opus diuinum,res diuinæ. Plau in Curc.Nũc rei diuinæ operam dabo, certum eſt me bene curare. Diuinæ rei operam dare, & rem diuinam facere, eſt dijs ſacrificare. Cato dixit, Diuina uerba facere, pro ſacrificare, uel deos præcari. Hinc diuinitas,ſicut à deo deitas, (θειότης) Plin.lib.19. ca.11.Opus ingens,occultumq; diuinitatis,& quo nullum reperi poſſit maius. Item diuinus,(μάντις,θεοπρόπος) qui diuinat,prædicit. Martialis: Non ſum diuinus, ſed ſcio quid facias.

Diuiſio,onis.ſ.t.(διαίρεσις) ut Cic.lib.1.ad Heren.ea eſt,per quam aperimus quid conueniat,quid in controuerſia ſit: uel per quã exponimus, quibus de rebus dicturi ſumus. Inter diuiſionem & partitionẽ hoc intereſſe putatur, quòd diuiſio eſt generis in ſpecies, partitio aũt eſt totius in partes diſtributio. Quint. li.7. Sic igitur diuiſio rerũ pluriũ in ſingulas: partitio ſingularum rerũ in partes diſcretus (ordo.

Diuiſor,oris.m.t.(διαδότης)cũ ſit uerbale nomen à diuido, plerunq; apud Ciceronem criminis eſt.hiq; antiquitus diuiſores uocabãtur,qui apud Romanos,in petitione magiſtratuum

giſtratuū pecunia largitioneq́ ſibi ſtudia conciliabant ſuffragatorū, & per centurias tribusq́ diuidebant numos. Cic. pro Planco: Tu doce id quod debes per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & diuiſor, qui pueros corrumpit. Ci. Pæto: Quid enim? num honeſtum eſt uerbū diuiſor? at ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo. Sunt ergo diuiſores non ſolum crimino ſi, ſed etiam obſcœni, ut qui obſcœno coitu præpoſteraq́; libidine nates diuidant, qui & emaſculatores, & pædicones dicuntur.

Diuitiæ, arum. f. p. (πλοῦτος) numero tantū multitudinis, ita ab opibus differunt, quòd diuitiæ ſunt quibus utamur, opes ut alijs opitulemur. Cic. Sunt ergo diuitiæ ad neceſſarium uſum, opes uero ad magnificentiam.

Diuito, tas. a. p. pen. cor. diuitem facio. πλουτίζω. Actius: Nihil credo auguribus, qui aures uerbis diuitant alienas, ſuas ut auro locupletent.

Dium, dij. n. ſ. ſubſtantiuū diurnum (domos. ſub cœlo lumen. Cœlum Græci δῖον dicunt. Vnde adhuc ſub dio fieri aliquid dicimus, cū non ſit ſub tecto. Horat. lib. 2. Carm. Vitamq́ ſub dio, Et trepidis agat in rebus.

Diunt, id eſt dant, ut apud Plaut. & Lucret.

Diuortium, tij. n. ſ. (ἀποζευγμα) ſeparatio & proprie diſtractio matrimonij (ut inquit Modeſtinus) quod inter uirū & uxorem fieri dicitur, quamuis ad alia etiam transferatur. Cic. Sic doctrinarū facta diuortia. Verg. Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota. id eſt ad fluxus uiarum. ἐκτροπὰς, παρόδους.

Diurno, as. n. p. diu uiuo: ſicut perenno. as.

Diurnus, a. um. (ἡμερινός) à die fit, ſicut nocturnus à noctu. Cic. de Senect. An cenſes me tantos labores diurnos nocturnosq́; domi militiæq́ ſuſcepturum fuiſſe, &c. Vnde & diurni, (ἐφημερίδες) dicuntur libri in quibus ſcribuntur geſta ſingulorū dierū. Iuue. Longi relegit tranſacta diurni. Aliàs diurnū accipitur pro uictu atq; mercede unius diei. Seneca: Diurnum accipit, in centunculo dormit.

Dius, a. um. (δῖος) dicitur generoſus, ἀπὸ τοῦ διὸς, id eſt ab Ioue. Verg. lib. 11. Quas ipſa decus ſibi dia Camilla delegit. Dius, in compoſitione accipitur pro dia, ut perdius.

Diutilè, (ἐπ' ὀλίγον) pen. corr. aduerb. diminutiuum, ſignificat aliquandiu. Gellius: Cum diutile tacitus cogitando fuiſſem.

Diutinus, na. num. pen. cor. longus ſeu cōtinuus. διαρκὴς. Cice. Libertatis deſiderio, tædioq́; diutinæ ſeruitutis. Sic Cæſar, Dutinus labor. & Liuius, Diutinum bellum. Antepenultima à Prudentio pruducitur.

Diutiſſimè, (πλεῖστον χρόνον) id eſt longiſſimo tempore. Cic. de Amicitia.

Diutius, uide Diu.

Diuturnus, na. num. (μακρόβιος, χρόνιος) idē quod diutinus, à diu deriuatū: ut uſus diuturnus, ſilentiū diuturnū. Cic. de Senect. Quas quidē ſic auidè arripui, quaſi diuturnā ſitim explere cupiēs. Vnde diuturnitas. atis. ut diuturnitas belli, Cæſ. Diuturnitas temporū, Cic. Ouid. in Ibin. Corpore luſtrauit non diuturna ſuo.

Diuulgo, as. a. p. foras do, edo, in medium profero, & quaſi commune omnibus facio. Cic. ad Attic. Volo enim librum diuulgari.

Diuus, a. um. o. ſ. (θεῖος) idem quod diuinus, quod etiā diū dicimus, quaſi ἀπὸ τοῦ διὸς. hoc eſt à Ioue genitū: uel quia ueteres in ſingulari diū dicebant, hoc eſt deū. Vnde nunc quoq; in plurali dicimus à dio dijs, ut illud frequens Ciceroni, Si dijs placet, quod indignitatem denotat: ſicut à deo dei. Cum autem dicimus diuam fœminam; intelligimus eam quæ ſua uirtute diuinitatē meretur. Seruius: Deos æternos dicimus, diuos uero qui ex hominibus fiunt. Diuum pro aëre, Horatius: Sub diuo moreris uictima nihil miſerantis Orci.

D ANTE O.

DO, dās, dare, dedi, datum, a. p. (δίδωμι) cuius compoſita, ſi ſint ex monoſyllabis præpoſitionibus, ſunt tertiæ coniugationis, & præteritū geminant, ut reddo. dis. reddidi: perdo. dis. perdidi. Excipitur ſedo. das. ſedaui, ex ſe, & do. Et dicitur uerbū datiuum, quoniam ultra accuſatiuū poſtulat datiuum, & quicquam dare ſedulò reperitur. Et ita datiuo delectatur, ut quandoq; duos datiuos exigat, pro aſſcribere, ſeu imputare: quanquam alter non ſemper ponatur, ſed ſubintelligatur. Cicero libro 2. Offic. Nec Marco quidem Seio uitio datum, quòd in caritate annonæ aſſe modium dedit populo. Terent. unum tantum expreſſit; Nunc quam rem uitio

uitio dent, quæſo animaduertite. ſubintelligitur poëtæ. Aliquando ultra datiuum ponitur accuſatiuus cum ad. Cic. ad Q. fratr. Oculos autem natura nobis, ut equo et leoni ſetas, & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit Aliquando præter datiuum ponitur accuſatiuus cũ in. Teren. in Phorm. Dic quid uelis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus. Nõnunquam accuſatiuus ponitur cum ad, & datiuus remouetur. Cice. 2. Philip. Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum. Quandoq; non per ablatiuũ, ſed per accuſatiuum cum per. Colu. libro 9. Aſcenſus deinde auibus ad tabulata per utrãque cellam datur. Sepius tamen poſt accuſatiuum datiuum regit. Plautus in Epidico, Si æquum ſit me plus ſapere quàm uos, dederim uobis conſilium cautum, quod laudetis. Capitur etiam ſicut uendo: ut, Quòd in caritate annonæ aſſe modium populo dederit. Item pro offerre, obijcere. παρέχειν. Terentius in Hecy. Profectò hoc ſi eſt, ut puto omnibus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus. Item inferre, inducere. Verg. Magnam dabit ille ruinam arboribus. Item promittere. Terenti. Hecyr. Si mihi fidem das, te taciturum, dicam. Item dicere. φράζειν. Terent. in Heaut. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. Item obtemperare. Idem in Adel. Da te mihi. id eſt, accõmoda te meæ uoluntati. Item proſtituere. Martialis, Caſta igitur nulla eſt? caſtæ ſunt mille, quid ergo Caſta facit? non dat, non tamen illa negat. Item facere. Terent. in Adelph. O Aeſchine, pol haud paternum iſthuc dediſti. Item cõcitare, ut apud eundem in Eunu. Ludum iocumq; dices fuiſſe illum alterũ, præ ut huius rabies quæ dabit. Dare manus, eſt ſe uictũ fateri. τὼ χεῖρε προΐσχειν. Dare pœnas, eſt ſuſtinere. δίκην ἐπέχειν. Lact. lib. 8. Dare ueniam, (συγγνώμην ἀπονέμειν) eſt concedere quod petitur. Terent. Da ueniam quæſo filio tuo. Dare operam, (προσέχειν) eſt adiuuare, inſeruire. Teren. Dare poteſtatem. δοῦναι ἐξουσίαν. eſt rem in alterius arbitrio permittere. Plin. Dare fidem, (πίστιν διδόναι, ἐπιτιθέναι) eſt aliquid ſanctè promittere. Dare in manum, ἐγχειρίζειν. ſignificat de manu in manum tradere. Dare ſe in diſciplinam, (μαθητεύω) ſignificat do operam diſciplinæ. Gell. lib. 5. cap. 10. Datũ eſt. id eſt fato decretoq; conceſſum eſt. δίδοται. ut, Nõ dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis. Huius uerbi compoſita ſunt, abdo, addo, condo, circundo, credo, dedo, edo, indo, ἐντίθημι. obdo, perdo, prodo, prædo. à quo prædor paſsiuũ, de quo alibi. reddo, ſubdo, ſedo, ſatiſdo, peſſundo, trado, uenũdo, & mando.

Dŏcĕo, deces, docui, doctum, a. ſ. cuiuſq; rei cognitionem do. παιδεύω, διδάσκω. cõſtruiturq; cum duobus accuſatiuis: ut, doceo te literas. Aliquãdo preciũ apponitur in ablatiuo uel genitiuo. Cic. li. 2. Philip. Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil ſapere docuit. Iuuen. Tanta Chryſogonus quanti doceat, uel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo. Vergilius libro 4. Paucis aduerte docebo. Aliquando abſolutè. Idem, Docuit poſt exitus ingens. Ponitur etiam pro monere, (παραινεῖν) Cic. Appio Pul. Ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut ubi te uiſurus eſſem. Huius compoſita ſunt, addoceo, dedoceo, edoceo, perdoceo, (ἐκδιδάσκω) quæ ambo ſignificant perfectè doceo. Salluſtius, Cicero per legatos cuncta edoctus. Plautus in Sticho, Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, προδιδάσκω. prius doceo. Salluſt. in Iug. Subdoceo. ὑποδιδάσκω. loco alicuius doceo. Cic. ad Att. lib. 8.

Dŏcĭbĭlis. le. o. t. qui idoneus eſt ut doceatur. διδακτός. Hieron. Ingenium docile, & ſine doctore docibile eſt. Sic Cyprian. Docibilis eſt, qui eſt ad diſcendi patientiam lenis & mitis. Nec facile reperias, niſi apud Eccleſiaſticos. Priſcian. autem uult ſignificare docibile id, quod facile diſcitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. Val. lib. 6. cap. 26.

Dŏcilis. le. o. t. pen. corr. qui attentè uult audire, inquit Cic. li. 1. ad Heren. uel qui facile docetur. εὐμαθής. Var. lib. 1. de re Ruſt. Caſſius ſcribit hæc, operarios parandos eſſe qui laborem ferre poſſint, ne minores annorũ uiginti duorum, & ad agriculturam dociles. Hinc docilitas, (εὐμάθεια) aptitudo, qua quis facile docetur. Plin. li. 8. De elephantis: Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant.

Docti

Dōctrīnă, næ. f. p. (διδασκαλία) à doctore proficiſci dicitur, diſciplina uero à diſcipulo comprehendi.

Dŏcŭmēntŭm, ti. n. ſ. à præterito docui, ſicut à monui monumentū: & eſt id quod nos docet, ſiue ex quo quid docemur. δίδαγμα. Salluſt. Quarum rerum ego maxime hæc documēta, (δόγματα) habeo.

Dōctŭs, a. um. o. ſ. (ὁ ἐν τοῖς λόγοις ἐυδοκιμῶν, πεπαιδευμένος) dicitur qui rationem rei tantum tenet: peritus, qui cum ratione experientiam & conſuetudinem tenet. ἀπὸ τῆς πείρας. id eſt experientia. Itaq; minus eſt doctus, quàm peritus. Cic. 3. Off. Itaq; cū ſint docti à peritis facile deſciſcūt à ſentētia. Maiorē tamen uim habet doctus, quàm eruditus. Idem lib. 1. Off. Nec ſolū uiui ac præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atq; docent, ſed hoc idem etiam pòſt monumentis literarum aſſequuntur. Quint. lib. 1. à pædagogis exigit, ut ſint eruditi, quo adoleſcentes erudire queant: at ſe non eruditos eſſe ſciant, ne mala pro bona illos imbuant literarum eruditione. Doctus cum quo cōponitur indoctus, (ἀπαίδευτος) nomen eſt, tametſi participium eſſe poſsit. Cic. Cornific. Scripſi de optimo genere dicēdi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro, ſicut doctū hominem à nō indocto, paulū diſsidere. Semidoctus, (ἡμιμαθὴς) ſimiliter & participium & nomē eſſe poteſt. Plau. in Aſin. Tua iſta culpa eſt, quæ diſcipulū ſemidoctū abs te remoues.

Dŏctŏr, oris. m. t. uerbale, qui docet. Plinius in Paneg. Quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes?

Dŏchimĭus, mi. m. ſ. genus pedis apud Oratores, de quo Cicero in Oratore.

Dŏcŭs, ci. m. ſ. (δοκὸς) Latinè tignum uel trabs. Plinius lib. 2. cap. 26. Trabes ligneæ, quas docos uocant.

Dōdră, dræ. f. p. potionis genus, quæ ex nouem rebus fiebat. Auſonius: Dodra, ex dodrante eſt: ſic collige ius, aqua, uinum, Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Dōdrāns, antis. m. t. nouem unciæ, (φιμοιεία) dempto quadrante, id eſt, nouē partes aſsis. Dicitur & nouūcius Mart. li. 8. Soluere dodrantem nuper tibi Quinte uolebat. Unde dodrantalis. le. Col. lib. 11. ca. 3. Et dodrantalis ſtirps.

Dōgmă, atis. n. t. (δόγμα) & Dogmatum, dogmati, noſtri modò decretum, modò ſcitum, modò placitum appellant. Sunt enim dogmata, uniuſcuiuſq; ſectæ decreta, quæ (ut inquit Cicero) prodere ſcelus eſt, non minus quàm patriam, ſine quibus nec ſectæ philoſophorum, nec religionum uires conſtare poſſunt. Unde Laërt. ait, ſectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. Refertur quoq; ad artes liberales, quæ & ſua dogmata, id eſt decreta habent, ut medicina. Plin. frequenter placita appellat, ut illud ex lib. 2. Babyloniorū placita, motus terræ hiatuſq;, et cætera omnia ui ſyderum exiſtimant fieri. Idem Magorum placita appellat. Græcè etiam ψήφισμα, ἀρεσὸν dicitur, teſte Budæo.

Dōgmătiſtēs, ſtæ. m. p. qui alicuius dogma ſequitur. δογματιστής. Hieronymus, Nunc uero cum interpres magis apoſtoli fuerim quàm dogmatiſtes.

Dŏlabră, bræ. f. p. penul. cor. inſtrumentum fabrorum quo ligna dolant. ἀξίνη. Colum. libro 3. Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito.

Dŏlābēllă, læ. f. p. diminutiuum à dolabra. ἀξινάριον. Colum. libro 5. Semper circa crus dolabella dimouenda eſt terra.

Dŏlābēllĭānă pyra, longiſsimi pediculi, ab inſitore Dolabella ſic dicta.

Dŏlabro, as. n. p. aſcia uel dolabra diminuo.

Dŏlēntĭă, æ. f. p. idem quod dolor. ἀλγηδών. Huic opponitur indolentia. Cic. Ut qui rem expetendam uel uoluptate, uel indolentia metiuntur.

Dŏlĕo, les. dolui, dolitum, n. ſ. à dolore deriuatur ſignificatq; dolore cruciari uel affici. ἀλγέω. Terent. Eunuch. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero. Hoc uerbum ſi ad corpus referatur, neutrum acquiſitiuum eſt. Plaut. in Amph. Mihi etiam miſero nunc malæ dolent. Sin de rebus alienis, effectiuum eſt: ut, Doleo tuis rebus aduerſis. ἄχθομαι. Aliquando etiam cum accuſatiuo: ut, Doleo tuam miſeriam. Doleo uicem Reipub. ὑπεραλγῶ τῶν κοινῶν. Salluſt. Quaſi dolens eius caſum. Hinc dolenter, aduerbium. Cic. ad Plancum: Sed quicquid tibi ſcribo, dolenter me Hercle magis, quàm inimicè facio. Huius compoſita

poſita ſunt condoleo, quod eſt, ſimul uel in totũ doleo. συναλγέω, συμπαθῶ, συμπάσχω. Plau. in Truc. Mihi de uento miſerè condoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dōlĭă, orum. n. ſ. πίθοι. ſunt uaſa grandia, quibus uinum reconditur. Teren. Heaut. Releui omnia dolia, omnes ſerias. Veteres dolia fictilia in cellis uinarijs ſeruabant, quæ ſi duas aures habuiſſent, diotæ dicebantur.

Dōlĭārĭs, & hoc doliare. o. t. quod ad dolia pertinet. Vnde Plau. in Pſeud. feſtiuiter appellat anum uentroſam, doliarem: Ego deuortor extra portã huc in tabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam, craſſam.

Dōlĭārĭūm, rij. n. ſ. (πιθών) quod apud Iureconſultos poni uidetur pro dolio, uel cella in qua dolia uinaria ſunt. ſic enim ſcriptum eſt, Si ex doliario pars uini uenierit, ueluti metretæ centum. Doliarius ſignificat etiam eum, qui dolia facit, & cõponit. Plinius lib. 3. cap. 6. Aenaria inſula à ſtatione nauium Aeneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimant, ſed à figulinis doliariorum.

Dŏlĭchodrŏmī, orum. m. ſ. (δολιχόδρομοι) qui ſexies ſtadium curriculo obibant.

Dŏlĭchūs, chi. m. ſ. (δολιχός) cõtinet ſtadia duodecim: diaulos, mille ducentos: milium, ſtadia octo.

Dōlĭŏlă, læ. f. p. (πιθάκνοι) diminutiuum à dolijs, unde & locus in urbe fuit ſic uocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus ſacra Romanorum in eodem loco doliolis condita, illic defoſſa fuerunt à flamine Quirinali, ſicut T. Liuius lib. 5. ſcribit.

Dŏlo, as. n. p. aſcia cædo, uel dolabra, ſeu falce. ξέω. Proper. Stipes acernus eram properanti falce dolatus. Dicitur & dolio, dolis, doliui, dolitum. πελεκάω. Varro in Agam. Num nam cælatus in manu dextra ſcyphus, cœlo dolitus, artem oſtentat Mentoris? Huius uerbi compoſita ſunt, Dedolo, & edolo, de quibus locis ſuis.

Dŏlōnēs, num. m. t. (δόλωνες) à fallendo dicti ſunt ingentes conti, ferro breuiſsimo, quòd decipiant, cum ſpeciē præferant ligni, intus autem ferrum acutum habeant. Verg. lib. 7. Pila manu ſæuoſq; gerant in bella dolones. Vbi Seruius ait, dolonem flagellum eſſe, intra cuius uirgam lateat pugio. Apud Liuium accipi uidentur dolones, pro armamentis naualibus: Sublatis (inquit) raptim dolonibus Epheſum petit fuga. Idem lib. 36. Dolonibus erectis altum petere intendit. In nauigijs enim ſunt maiora & minora uela, atq; alia in proris, alia in puppibus panduntur.

Dŏlŏr, oris. m. t. (ἄλγος τὸ) eſt animi uel corporis cruciatus: à dolando, id eſt minuendo. augentur enim corpora lætitia, dolore minuuntur. Cic. 2. Tuſc. Dolor eſt motus aſper in corpore, à ſenſibus alienus.

Dŏlōrĭfĭcūs, a. um. quod dolorē facit. ἀλγεινός.

Dŏlōro, ras. aui. atum. a. p. dolore afficio.

Dŏlūs, li. m. ſ. δόλος. à dolendo, uel à dolando, id eſt lædendo & minuendo: accipitur pro fraude & machinatione, quæ fit cum aliquid ſimulatur, uel diſsimulatur ad fallendum aliquem. Plau. in Capt. Nam doli non doli ſunt, ni aſtu colas. Veteres tamen etiam in bonam partem accipiebant, pro ſolertia & calliditate, quæ aduerſus hoſtes adhibebatur. Vnde nunc dolum malum, (κακούργημα) dicimus, quoniam & bonus dolus dicebatur. Cice. 3. Off. Nondum enim Aquilius collega & familiaris meus pertulerat formulas, in quibus ipſis cum ex eo quæreretur, quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cum aliud ſimulatum, aliud actũ. Hinc doloſus, pro fraudulento. δολερός. Plau. in Epid. Ego aliquam parabo doloſam fidicinam, numo conducta quæ ſit. Doloſè, aduerbium. Cic. 3. Offi. Cum dicitur inter bonos bene agier, quicquam agi doloſè aut malitioſe poteſt? Subdolus, (ἀπατηλός) occultus deceptor: à ſub, id eſt ſubtus.

Dōmă, matis. n. t. (δῶμα, δόμος) tectum. Nam (ut inquit Hiero.) in Aegypto et in Palæſtina, ubi uel ſcripti diuini libri, uel interpretati ſunt, non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ uel ſolaria, uel mediana uocantur: id eſt plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentantur. Deniq; & Petrus in Act. Apoſtol. quando aſcendit in doma, in tectum ædificij aſcendiſſe credendum eſt. Et quando præcipitur nobis, ut faciamus domati noſtro coronã, hoc præcipitur, ut in tecto faciamus per circuitum quaſdam eminentias, ne facilis in præceps

in præceps ſit lapſus. Et in Euangelio: Quæ *audiſtis in aure, dicite ſuper domata.*

Dŏmĕſtĭcātĭm, (κατ᾽οἰκήματα) *aduerbium ſignificat per uarias domos, ſiue per domeſticos. Suet. in Cæſ. Quæ ad epulum pertinerent, quam uis macellarijs oblocata, etiam domeſticatim apparabat.*

Dŏmĕſtĭcŭs, ca. cum. *quod ad domum pertinet.* οἰκειακός. *ut domeſtica negocia, domeſtica, exempla, domeſticum lenocinium. Domeſticus uſus, & conſuetudo, apud Cic. Aliquãdo domeſticus dicitur mãſuetus ac mitis.* ἥμερος. *Plin. Mite animal atq; domeſticum. Et domeſtici,* (ἐφέστιοι, οἰκεῖοι) *dicuntur, qui ex eadem domo ſunt & nobiſcum habitant.*

Dŏmĭcĭlĭŭm, lij. n. ſ. (οἰκητήριον) *habitatio longi temporis. unde mutare domicilium dicuntur, qui migrant ut aliam urbem habitent, tanquã illius ciues futuri. nam qui ad tempus habitat, mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. Ver. Sedem antiquam, diuinum domiciliũ nocturno latrocinio atq; impetu compilauit.*

Dŏmĭcœ̆nĭŭm, nij n. ſ. (οἰκοσιτία) *cœna quæ fit domi, apud Mart. Si triſti domicœnio labo=*

Dŏmĭnŏr, aris. d. p. *imperiũ gero.* δεσπόζω (ταῖ. *lω,* κρατέω: *& modò genitiuum regit, modò datiuũ. Verg. Victis dominabitur Argis. Modò accuſatiuũ, cum in. Ouid. lib. 1. Metamor. Et quod dominari in cætera poſſet, Factus homo. Cic. Felix ſenectus ſi uſq; ad ultimum ſpiritũ dominabitur in ſuos. Modò ablatiuũ. Verg. lib 2. Incenſa Danai dominantur in urbe. Dominor aliquando paſsiuè accipitur. Cic. 1. Offic. O domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris. Inde fit dominatio,* (δυναστεία) *imperium. Idem 5. Verr. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? Et dominatus, principatus.* τυραννίς. *Idem 4. de Finib. Et dominatrix Idem 1. de Inuent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.*

Dŏmĭnŭs, ni. m. ſ. (κύριος, δεσπότης.) *à domo fit, & is propriè dicitur qui domui præeſt, & qui domus imperium habet. Terent. in Eun. Apparet ſeruum hũc eſſe domini pauperis. Item domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiam ſi uſusfructus alienus ſit. Abuſiue tamen & filijfamilias, & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarij, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano. Item dominus uocatur cui ſeruitur, & cui populi ſubſunt. Verglius: Romanos rerum dominos. Hinc dominium, pro imperio & principatu. Rurſus dominus dicitur maritus. Idem lib. 4. Connubia noſtra Reppulit, ac dominũ Aeneam in regna recipit. Item mulierum amator: & domina, pro amica ſeu amante dicitur. Ouidius: Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe, puella ſuo. Et iterum: Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.*

Dominus quoq; & domina, ſumi ſolent pro deo ac dea. Ouidius, Et domino ſoluere uota Ioui. A Dominus fiunt deriuatiua, dominicus. κυριακός. *ut, dominicus dies, qui antea dies ſolis dicebatur, quòd deo ſacer ſit. Domitius, & Domitianus.*

Dŏmĭportă, tæ. f. p. *hoc eſt cochlea ita appellata ad ſimilitudinem Græcorum, qui eam* φερέοικον *appellant, hoc eſt domum portantem. Cic. de Diuin. Vt ſi quis medicus ægroto imperet, ſumat terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam, potius quàm hominum more cochleam.*

Dŏmĭs *à poëtis dominus aliquando dictus eſt. Lucretius: At cum membra domis præſentis frigida ſeruis.*

Dŏmĭtālĭs, & hoc le. o. t. (τιθασευτής) *qui eſt aptus ad domandum.*

Dŏmĭtūră, ræ. f. p. *domandi actus.* δάμασις. *Colum. lib. 6. Curandum ne domitura bos calce aut cornu quenquam contingat.*

Dŏmo, *domas, domui, domitum: uel domaui, domatum, a. p.* καταπονῶ, δαμάζω. *unde domitor & domator.* δαμαστής, δαμάτωρ. *Ouid. de Triſtib. Quid tibi de tetrico referam domitore chimæræ? Fuit autem hoc uerbũ, ſi Priſciano credimus, olim tertiæ cõiugationis, quemadmodum & cætera omnia primæ coniugationis uerba quæ præteritũ faciunt per ui diuiſas ſyllabas: inde remanſerunt domui domitum & domitor. Eſt aũt domare, mãſuefacere, & domeſticũ reddere. Plaut. in Caſſ. Sed quid ais? iam domuiſti animũ, potius ut quid uir uelit fieri, &c. Plin. de Viris illuſtrib. Prætor Gal=*

tor Galliam domuit, conſul Hiſpaniam, altero conſulatu Sardiniam. à quo domitos hoſtes dicimus: id eſt, uictos: & domitos populos, in poteſtatem redactos. Vnde & equorum domitores. πωλοδάμναι. domiti, (εὐάγωγοι.) atque indomiti equi, (ἀνάγωγοι.) Indomitæ gentes, feroces. Hinc componitur perdomo, penult. correpta, quod eſt ualde domo, uel ad finem domo. Iuſtinian. libro 1. Terminos uſque Libyæ perdomuit.

Dŏmŭĭtĭo, onis. f. t. dictio compoſita ex domo & itio: id eſt, reuerſio ad domum. Apuleius lib. 3. Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici ſicut reditiones & abitiones, teſtis eſt Terent. qui in Phormione ait: Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ?

Dŏmŭs, us. f. q. & ſ. (οἶκος, δόμος) propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus conſtat. Impropriè pro quocunque habitaculo. Vnde & templa, & auium nidi, » domus (οἰκήματα) dicũtur. Verg. lib. 6. Oſtia » iamque domus patuere ingentia centum Spon» te ſua. Idem: Antiquasque domus auium cum » ſtirpibus imis Eruit. Aliquando domus dicitur familia, (οἰκία) Idem lib. 5. Sergeſtusque, domus tenet à quo Sergia nomen. Aliquando ſumitur pro patria: ut, Da propriam Tymbræe domum, da mœnia feſsis. Et ſciendum, quòd domus facit genitiuum domus, & domi, datiuum domui, accuſatiuum domum, uocatiuum domus, ablatiuum domo. Sed cum dicimus domi, (οἴκοι) locum ſignificamus in quo quis manet, ut domi maneo. οἰκουρῶ. Terent. in Adelph. Quid ais bone uir, eſt frater domi? Domi, & in domo, (ἐν τῷ οἴκῳ) idem ſignificant. Quint. In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit. Dicimus etiam, Reuertor domum, & ad domum. οἴκαδε. Exeo domo, uel è domo. οἴκοθεν. Frequenter iungitur cum mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra, aliena: ut, Erant domi meæ, Tu eras domi tuæ, & ſic de cæteris. Huius nominis diminutiua ſunt domuſcula, domuncula, οἰκίσκος, οἰκημάτιον.)

Dōnă, orum. n. ſ. (δῶρα) ſunt quæ aut propitiandis dijs dantur, aut hominibus pro benefactis, quæ nulla neceſsitate iuris, ſed ſponte præ» ſtantur. Ouid. Munera, crede mihi, placant » homineſque deoſque: Placatur donis Iupiter ipſe datis. Donatus in Teren. Eu. Donum præmium eſt, & munus præmium: ſed donum, præmium dijs datur: munus, præmium hominibus. Et donum munuſque tam ante factum quàm poſt factum datur: præmium non niſi poſt factum eſt. Aliquando donum dicitur » de rebus pernitioſis. Verg. Quas illi Philome» na dapes, quæ dona pararit.

Dōnārĭă, orum. n. ſ. loca ubi reponuntur dona, quæ deo offeruntur. ἀναθήματα, ἀφιερώματα. » Abuſiuè ipſa templa. Verg. lib. 3. Georg. Tem» pore non alio dicunt regionibus illis Quæſi» tas ad ſacra boues Iunonis, & uris Imparibus » ductos alta ad donaria currus. Aliquando donaria dicuntur ipſa dona, unde Spartianus ſcribit, Antonium dediſſe populo cõgiarium, & militibus donarium.

Dōnātĭcæ coronæ dicebantur, quibus ueteres in ludis donabantur, quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſunt ſuper modum aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt, cum lares ornant. Feſtus.

Dōnātĭuŭm, ui. n. ſ. munus quòd à principe uel imperatore donatur. ἐπίδοσις. Aliquando dicitur quod diſpoſitum eſt donationi, ſiue deputatum. Suet. in Domit. An duplum donatiuum militi donaret?

Dōnātĭuŭs, ui. m. ſ. qui donare poteſt. δόσιν ἔχον. Paulus Iurecon. Si duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor uni acceptũ tulit, & conualuerit, eligere poteſt utri cõdicat.

Dōnātŭs, a. um. o. ſ. dicitur cui aliquid donatum » eſt. δωρητός. Vergilius: Nemo ex hoc numero » mihi non donatus abibit. Huius contrarium indonatus. ἀδώρητος.

Dŏnāx, acis. m. t. (δόναξ) eſt calamus craſsiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla: fruticoſiſsimus, & non niſi in aquaticis natus, ſagittarijs aptiſsimus: longiſsima internodia habet, & dum calefactus eſt facile flectitur. Hinc apud Plinium calamus fruticoſiſsimus donax dictus eſt.

Dōnĕc, (ἕως, ἔστ' ἄν) aduerbium, modò tempus finitum deſignat, ut dormiam donec exciter ab aliquo. Iungitur autem tam indicatiuo quàm ſubiunctiuo, cum ſignificat tempus finitum

nitum:ut, Seruiā tibi donec uiuo, id eſt quam diu uiuo. Seruiam tibi donec moriare: id eſt uſq; ad mortem. Silius lib. 5. Donec abundanter diffuſo ſanguine latè.

Dōno. nas. a. p. munus do. δωρέομαι. Plaut. in Aulul. Ab eo donatur auro, uxore & filio. Vnde donatio, (δόσις, δωρεά) quam Vlpianus proprie dici exiſtimat, cū quis ea mente dat, ut ſtatim uelit accipientis fieri, nec ullo caſu adſe reuerti: & propter nullam aliam cauſam facit, quàm ut liberalitatē & munificentiam exerceat, quòd ſi ſub conditione fiat, non eſt uera donatio. Et dicimus, Dono tibi munus & dono te munere. Donare ciuitatem, eſt efficere ciues, & iura ciuium dare. Cic. pro Archia, Quid à Qu. Metello Pio familiariſsimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neq; per ſe, neq; per Lucullos impetrauiſſet? Huius uerbi compoſita ſunt, condono, quod quandoque pro ſimplici ponitur, quandoque ſignificat, quicquam ad aliorum petitionem do: quādoq; ignoſco, (συγχωρέω.) Teren. in Phor. Argentū quod habes condonamus tibi. Redono, ponitur pro ſimplici. Auguſtinus: Redona quod rogamus, excuſa quod timemus. Et habent penultimam productam.

Dōrcădiās herba, aliàs muſtium, paſsionibus hepatis confert.

Dōriphăgi, orum. m. f. appellantur, quaſi donivori, & dona eſitantes. noſtro tempore nonnulli uiſceripetæ, & cupedipotæ, uel etiam cupediuori appellari poſſunt.

Dōrcās, adis. f. t. (δορκὰς) animal, dama, ſeu caprea, ab eo quòd acute uideat: hoc eſt, ἀπὸ τοῦ ὀξέως δέρκειν.

Dōrmio, is. n. q. ſomnum capio, ſopitus ſum, quieſco, cubo, (κοιμάομαι, καθεύδω) uerbum abſolutum. Plaut. in Trin. Egomet autem cū extemplò arcum Mihi & pharetrā & ſagittas ſumpſero, caſsidem in caput, dormibo Placidè in tabernaculo. Aliquando cum accuſatiuo, & præpoſitione in: ut, Dormire in utrumuis aurē, quod eſt animo otioſo, ſecuro uacuóq; eſſe. Teren. in Heaut. Dormire in utramuis oculum, idem ſignificat. Plau. Pſeud. Huius compoſita ſunt, addormio, à quo addormiſco, quod eſt contrarium uerbi expergiſcor. Suet. de Claudio: Et quoties poſt cibum addormiſceret, quod ei ferè accidebat, oleatum ac palmularum oſsibus inceſſebatur. Obdormio, (καταδαρθάνω) quod modò dormio, modò ſoporor ſignificat. Prædormio, (προκαθεύδω) ante dormio. Redormio, iterum dormio. Plin.

Dōrmīto, as. n. p. (νυστάζω) pen. pro. frequent. eſt: quamuis diminutionem ſignificati quandoq; habeat. Hora. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Eſt autem proprie dormitare, ſomno detineri. Inde dormitator, uerbale, qui ſolet dormire, & omnia negligentius agere. Plaut. in Trin. Mira ſunt, Ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonatus.

Dōrmītōrĭŭs, a. um. adiectiuum: ut, cubiculum dormitorium, ubi dormitur: quemadmodum dormitorium ſubſtantiuè, idem quod dormitorium cubiculum. Plinius libro 30. cap. 4. Poſthæc iubent eum in pariete dormitorij, tecto ue includi.

Dōrŏdŏcĭă, æ. f. p. (δωροδοκία) corruptio eſt muneribus facta, quā iuriſconſulti ſordium uerbo ſignificare ſolent: dicitur autem & de corrumpente, & de corrupto. Vnde dorodocos iudices Demoſthenes appellat, quos nummarios nos appellamus, id eſt ſordidos.

Dōrŏn, (δῶρον) donum. Vnde antidora, (ἀντίδωρα) remunerationes. Item palmum appellant. Plin. lib. 35. ca. 14. & ideo dora munera, quia manu darentur. Vnde didôron, tetradôron & pentadôron lateres in ſtructuris ædifi rum nominantur, qui quoquò uerſus duorū, quatuor ſiue quinq; palmorum ſunt, id autem eſt ſeſquipes, id eſt cubitus unus.

Dōrŏphŏrŭs, Latinè dona ferens dicitur.

Dōrsŭālĭă, ium. n. t. (ἐπινώτια) tegumēta quibus equi & boues teguntur. Iul. Cap. Proceſſerūt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorſualibus apricis diſcoloribus præfulgētes.

Dōrsŭm, ſi. n. ſ. & Dorſus. us. m. q. (νῶτον) ſecundum Probū, dicitur tota poſterior pars, quòd ea pars corporis deuexa ſit deorſum. Plau. in Mil. Timeo quid rerum geſſerim, ita dorſus totus prurit. Non ſolum autem dicitur de hominibus, cæteriſq; animalibus, ſed etiam de inanimatis: ut de littoribus, aquis, montibus, & huiuſmodi. Verg. Dorſum immane mari in ſummo. Idem: Nanq; inflicta uadis, dorſo dum pendet iniquo. Significat enim duriorem

Z arenam

arenam (ut inquit Seru.) quæ remeātibus fluctibus et euntibus denſatur, quod à nautis puluinus uocatur. Antiqui tamen doſſum dicebant, quod nunc dorſum, & ita uulgo uſurpatur. Vnde Doſſuaria iumenta à Varrone dicta lib. 20. cap. 10. quæ doſſo uehunt.

Dŏrȳ, yos. n. t. apud nos lanceam ſignificat. unde Doryphorus. δόρυ.

Dŏrȳphŏrŭs, ri. m. ſ. (δορυφόρος) pen. cor. Latinè ſpiculator uel ſatelles dicitur, portans lanceam. Curt. lib. 10. Cognatorū Darij regis turbam quindecim millia hominum fuiſſe, muliebriter propemodū cultam, luxu magis quàm decoris armis cōſpicuā dorypbori uocabātur.

Dōs, dotis. f. t. (ἕδνον, προὶξ) dicitur cum datur & accipitur. niſi enim acciperetur, dos non eſſet, & datione & acceptione firmatur. Nec poteſt uideri datum id quod nō ſit acceptum. Plau. in Amph. Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur, Sed pudicitiam, &c. Non ſolum autem hoc nomine cōprehenduntur ea quæ marito ab uxore dantur, ſed etiam quicquid alicui datum eſt (τἀγαθὰ) uel à natura, uel ab hominibus. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, iuſtitia, fortitudo, & huiuſmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia. Mart. lib. 13. Nec poteris ſimiles dotes numerare, nec uſus. Cic. 1. de Orat. Cuius artem cum indotatam eſſe atque incomitatam, & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletaſti, & ornaſti.

Dŏsĭs, is. f. t. (δόσις) datio, à uerbo Græco dictū quod eſt do.

Dōtālĭs, le. o. t. quod ad dotem pertinet, ſiue quod uulgo dicitur, per dotem. Vnde dotalia bona, dotales fundi. Plaut. in Aſin. Dotalem ſeruum Sauream uxor tua adduxit, cui plus in manu ſit quàm tibi.

Dōto, as. a. p. dotem do. ἑδνόω. Vnde dotatū hominem dicimus, qui dotem habet: & indotatum, (ἄεδνον) qui dotem non habet. Plaut. in Aſin. Hæ ſunt atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, ſumptusque intolerabiles. Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt uiri: dotatæ mulctant & damno & malo uiros.

Dŏxă, æ. f. p. (δόξα) Latine opinio dicitur. Vnde & paradoxa, (παράδοξα) quæ admiratione digna ſunt, & opinionem hominum ſuperant, uel potius præter opinionem. Interdum maieſtas dicitur, item gloria. Vnde eudoxa, uera gloria.

D ANTE R.

DRăbis, herba. Dioſcorides.

Drăchmă, mæ. f. p. (δραχμὴ) genus ponderis ex decem & octo ſiliquis: id eſt, tribus ſcrupulis conſtans. ein quintlin. Eſt & genus numiſmatis, denarium ualens. bi zvvey en batzen. Iul. Pollux, Drachmon Athenis numiſma, quod etiam bos dicebatur, quia boue ſignatum erat.

Drăco, onis. m. t. (δράκων) genus animalis uenenoſi. Plin. lib. 8. ſcribit ueris dracombus ora parua eſſe, & admodum non dehiſcentia: ſed arctas fiſtulas per quas trahunt ſpiritus, & linguas exerunt. Cice. libro 13. Philip. An is non reddet, qui domini matrimonium complexus, quaſi theſaurum draco? Apud Indos & Aethiopas dracones ſunt uiginti cubitorum. Dictus draco à δέρκω, nam ſunt oculorum acie acutiſſima. Dracones etiam dicuntur à Plinio lib. 8. cap. 13. ex tortuoſitatis ſimilitudine, palmites emeriti, pluribusque annis indurati. Eſt etiā draco herbæ genus, quam aliter pyreteum uocant aliqui, ſed falsò, aduerens linguam & mordicans tam folio quàm radice, gratiſſima in acetarijs: ueruntamen nec ſalem nec acetum exigens, cum utriuſque naturam in ſe habeat.

Drăcōnītēs, (δρακονίτης) ſiue Draconitas, gemma eſt quæ fit ex cerebro draconum, ſed non niſi uiuentibus abſciſſo. gemmaſcit inuidia animalis mori ſe ſentientis, quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt enim colore translucido, nec poliri poteſt, aut artem admittere. Plin. lib. 37. cap. 10.

Drăcōntĭŭm, tij. n. ſ. (δρακόντιον) herba hortenſis. Vide Plin. lib. 24. cap. 16.

Drăcūncŭlŭs, li. m. ſ. (δρακόντιον) dimin. ſignificat paruum draconem. Eſt & herbæ genus, de qua Plin. lib. 24. cap. 16. & lib. 25. cap. 2. Dicitur & lingua colubrina, quod colubro ſimilis maculoſo cortice ſurgat.

Drāgmă, atis. n. t. (δράγμα) apud Græcos dicitur, quod nos rapinā ſeu manipulū dicimus.

Drāmă, atis. n. t. (δρᾶμα) ſine c, & ſine g dicitur, ut in ſcenis agi fabula ſolet, ubi diuerſæ perſonæ

ſonæ introducuntur: & alijs accedentibus, alijs aũt diſcẽdentibus, à diuerſis & ad diuerſos textus narrationis expletur, ſicut in comœdijs: quod genus carminis (inquit Hiero.) cantari ſolebat. Vnde etiam in Canticis ſcribitur, Ante thorum huius uirginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Hinc dramaticus ſtylus dicitur qui miſtus non eſt, ubi poëta nuſquam loquitur: ut ſunt comœdiæ & tragœdiæ: exegematicus, in quo ſolus poëta: miſtus, ubi promiſcue & poëta & perſona. Dictus dramaticus, (δραματικός:) id eſt, actiuus, à δράω, facio.

Draŭcŭs, (καταπύγων.) uide Pathicus.

Drimўphăgĭă (δριμυφαγία) cibi ſunt acriores ad ciendos uomitus parati.

Drŏmĕdārĭŭs, rij. m. ſ. (κάμηλος) animal à currendi uelocitate dictum, naſcitur in regione Sabba. Dicitur & dromoda. dæ. Liu. lib. 7. Bel. Maced. Ante hunc equitatũ falcatæ quadrigæ & cameli, quos appellant dromedas.

Drŏmŏnēs, piſces. Plinius libro 32. cap. 11.

Drŏmŏs, (δρόμος) Latinè curſus. & accipitur non ſolum pro actu currendi, ſed etiam pro loco ubi curritur. Hinc catadromus. Suet. in Ner. Elephanto ſuperſedens per catadromum decurrit.

Drŏpāx, acis. m. t. unguenti genus. Mart. lib. 3. Pſilothro faciemq; lauas, & dropace caluam.

Drŭĭdē, uide Dryidæ, in proprijs.

Drŭpæ. δρυπετεῖς. oleæ ſunt, nondum teneræ eſui: neq; olearum modò, ſed alias quoq; baccas ita uocamus. uide Drypetæ.

Drўŏphўtæ, genus ranarum apud Plinium lib. 32. capite 7.

Drўŏphŏnŏn, herba. Plin. 27. cap. 9.

Drўŏptĕrĭs, filici ſimilis, in arboribus naſcitur, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta. Plin. lib. 27. cap. 9. Nonnulli eam eſſe putant, quæ uulgò apud Gallos Oſmunda regalis uocatur.

Drўŏsbўphĕăr, genus uiſci copioſiſsimũ in quercu.

Drўpĕtæ, (δρυπετεῖς) genera olearum ſunt.

D ANTE V.

Dubenus, ni. m. ſ. pro domino Veteres dixerunt. Pacu. Tum dubenus ſeruos ligatos peſsimè uerberat. (agat.

Dŭbĭo, as. n. p. in dubio ſum. Plau. Dubitat quid

Dŭbĭto. as. n. p. idem quod dubio. ἀμφιβάλλω, ἀπορῶ. Iuuen. Quis tam Perditus, ut dubitet Senecã præferre Neroni? Huius compoſita ſunt addubito, quod eſt etiam, uel ad aliquid dubito. Liu. lib. 2. Proditoribus extemplò in uincula coniectis, de legatis paulum addubitatum eſt. Subdubito, parum dubito. Cice. Cælio. A dubito ſunt dubitatio, & dubietas. ἀπορία. Aduerbia dubitanter, quod eſt à dubitans: & dubitatim, (ὀκνηρῶς) à dubitatus. Cæcil. Imperator clamat de medio, ut uelites à ſiniſtro cornu remoueant, & Gallis non dubitanter immittant. Siſenna: Quòd hoſtem non dubitatim cum pluteis & ſcalis iter facere cernebat. Et dubitare pro uereri, cunctari. ἀποκνεῖν.

Dŭbĭŭs. a. um. o. ſ. (ἀμφίβολος, ἄπορος) dicitur qui duas uias habet, & utram eligat, neſcit: ſicut ambiguum, quod in ambas agi partes poſsit. Liu. 4. ab Vrb. Cum equites procul uiſi nõ ſine terrore, ac dubijs quinam eſſet, mox cogniti, &c. Cice. lib. 1. ad Here. Dubium genus eſt, cum habet in ſe cauſa & honeſtatis & turpitudinis partem.

Dŭbĭē, aduerb. ἀμφιβόλως. Cic. 1. de Diuin. Poteſt autem accidere, ut aliquid ſignum dubiè datum pro certo ſit acceptum. Indubiè, (ἀναμφιβόλως) ſine dubio.

Dŭbĭōſŭs, a. um. adiectiuum. Gell. lib. 5. cap. 10. Dubioſum hoc, inexplicabileq́.

Dŭcātŭs, us. m. q. (ἀγωγὴ) ipſa ducendi actio: ut eſt illud, Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Et ducatus dicitur regio cui dux dominatur, uel etiam ipſa ducis dignitas, præfectura, & imperium militare. σατραπεία, τομή, ἡγεμονία, ταγεία. Iul. Capit. Petenti ſignum prima die tribuno, dedit militi munus, exprobrans uitiq; ſegnitiem temporum ſuperiorum, quod quidem etiam antè in omnibus ducatibus dederat. Ducatus. ti. m. ſ. eſt aureus nummus ducalis.

Dŭcēnārĭŭs, m. ſ. qui duas centurias, id eſt ducentos milites ducebat in acie ſecunda, qui & primus haſtatus dicebatur. Apud Suetonium legitur quartam iudicum decuriam ab Auguſto additam eſſe, quæ ducenariorum diceretur, iudicaretq́; de leuioribus ſummis. Ducenarij autem uidentur nominati,

à cenſu ducentorum ſeſtertiorum.

Dūcēs, um.c.t.dicti ſunt qui alios ducunt. ἡγεμόνες, στρατηγοί, ἀγοί. Vnde & ducem belli dicimus, & ducem gregis.

Dūco,is. duxi, ductum, a.t. ἄγομαι, συμποδηγῶ. propriè ducimus uolentes, trahimus inuitos. Seneca, Fata uolentem ducunt, nolentem trahunt. Quãdoq; ſignificat diſpicere, iudicare, exiſtimare: ἄγειν quoq; Græcis & ἡγεῖσθαι. Vergil.lib.10. Tanton'me crimine dignum Duxiſti? Quandoq; ineſcare, allicere, & delectatione quadam demulcere. Cic.in Ver. Si quis honore aut gloria ducitur. ἄγεται. Quandoq; uoluere, pertractare. Verg.li.6. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurũ. Quandoq; nudare, educere. ἑλκύειν. ut, Ducere gladium. Idem lib.12. Quandoq; contrahere. ut, Ducere colorẽ. Idem. Quandoq; agere ſeu pati. Idem, Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Quandoq; ſtruere, erigere. ἐλαύνειν. Idem, Pars ducere muros, Moliriq; arcẽ. Quandoq; auerto, ſiue contraho. συσπᾶν. Martialis, Qui ducis uultus, & num legis iſta libenter? Quandoq; in longum pertrahere. ἐκτείνειν. Cic.ad Caſ.Iun.lib.1. Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antiarius in alium locum transferretur. Quandoq; gerere. Vergil. lib.9. Hi bellum aſsiduè ducunt cum gente Latina. Quandoq; ad ſupplicium ducere. ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ: ut apud Curtium ait Hermolaus ad Alexandrum, Nos duci iube. Huius uerbi compoſita ſunt abduco, adduco quæ ſunt contraria: cõduco, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, introduco, obduco, perduco, produco, reduco, ſeduco, ſubduco, ſuperduco, & traduco.

Dūco, as. a. p. guberno. ἡγέομαι. Varr. Ab eo quòd ſit ducare qui eſt dux, aut ductor, qui ita inducit ut doceat. pen. cor.

Dūctārĭŭs, a.um. (ἑλκτὸς) qui ducit. Vnde ductarius funis, dictus eſt, qui per orbiculos trochleæ traijcitur.

Dūctĭlĕ, lis.o.t. pen.cor. quod facile ducitur attenuaturq;. ἐλατὸν, εὐάγωγον. Vnde æs ductile, quod malleis obſequitur, attenuaturq; in laminas. Plin.lib.34.cap.8. In Cypro æs coronarium & regulare eſt, utrunq; ductile.

Dūctim aduerbium, ſignificat cum mora. Col. lib.4.ca.25. Maior autem pars operis in uinea ductim potius quàm cæſim facienda eſt.

Dūctito, as. a.p. ſæpe circunduco. περιάγω. Terent. in Adelph. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis?

Dūcto, as.a.p. ſæpe duco, aut huc illucq; guberno. ἄγω, ἡγεμονεύω. Plautus in Capt. Me uti lubitum eſt, ductauit dolis. Ductare etiam apud Plautum eſt ſcortum conducere, qui pudendam eſſe uocem oſtendit dicens: Errabo potius, quàm me ductet. Et Quint. ait, Ductare exercitum, non niſi cum rubore dici.

Dūctŏr, oris.m.t. & Dūctrix, uerbalia. Verg. Fracti bello fatisq; repulſi Ductores Danaûm.

Dūctŭs, us. m. q. nomen, idem eſt quod ductio. ἀγωγὴ. ut ductus orationis. Et Cic. 2. Offic. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Dicitur & aquæductus pro eodem.

Dūdŭm, quaſi diu dum, id eſt longe antè. πάλαι, ἐκ πολλοῦ. Eandem uim habet quã iamdudum, & eſt indefiniti temporis, ut dudum intrauit, dudum te expecto: id eſt, hora, uel duæ, uel tres ſunt, ex quo intrauit, & ex quo te expecto. Plinius lib.4. Fabri qui dudum aſſueti apud Pœnos.

Dŭēllă, duæ ſextulæ ſunt. Sextula uerò continet drachmam & ſcrupulum.

Dŭēllo, as.n.p. bello. μάχομαι. Vnde duellator, (πολεμιστής) qui duellum peragit. Plautus in Cap. Domi belliq; duellatores optimi. Duellicus, a.um. ut Ars duellica, id eſt bellica, apud Plautum in Epid.

Dŭēllŭm, li. n.ſ. bellum, quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur: nõ tantum duorum, ut quidam exiſtimauerunt, ſed multorum & ipſorum exercituum: alioquĩ non diceretur à Plauto duellum inter Thebanos & Theleboas: & ab Horatio, Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

Dŭĭcēnsŭs, cum altero cenſus.

Dŭĭdēns, entis.f.t. hoſtia bidens.

Dŭĭt, pro dederis antiqui ſcripſere.

Dūlcădĭŭm, dij. n.ſ. (γλυκύπανον) pen.cor. dicitur id quod dulciſsimis rebus eſt illitum.

Dūlcĭs, dulce, o.t. (γλυκερὸν, γλυκὺ) ſuaue: quod quidam à delicio deducunt, quod dulcia maximè alliciant. Plaut. in Truc. Nunc poſtquã ſcio dulce atq; amarum quid ſit ex pecunia.

Eius

Eius compoſita ſunt prædulce,(πάγγλυκυ) ualde dulce. Subdulce, (ὑπόγλυκυ) aliquantulum dulce.

Dūlcēdo, inis.f.t. Dulcitās, Dulcitūdo,& Dulcōr,oris.m.(γλυκύτης) in eodem ſenſu accipiuntur. Plinius: Contracta dulcorem amittit. Nau.O ſuauis linguæ ſonitus,ô dulcitas,con ſpirilum animæ. Act. Tanta huic inuaſit in corda dulcitudo.Ouid. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Dūlcēo,ces.dulcui,n.ſ.(γλυκαίνομαι.) à quo dulceſco.is.dulcis fio. Cic.in Cat. Primo uua eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.Huius compoſitum eſt obdulceſco,quod eſt in totum dulcis fio.

Dūlcē,& Dūlcitēr,aduerbia. Plaut. in Mil.Hercle aſſitis & dulcè & comœdicè. Cice. 1. de Finib. Aut enim eam uoluptatem tueretur, quam Ariſtippus.id eſt,quam ſenſus dulciter ac iucundè mouet.

Dūlciārĭūs,a.um.adiectiuum:ut dulciarius panis.χαίσιος ἄρτος. qui conficitur ex ſaccharo & nucibus pineis, uel amygdalis ad ientacula.Piſtor dulciarius,qui panes,et mellita concinnat edulia Lamprid.de Heliogabalo:Dulciarios habuit,qui de dulcib.exhiberent quæcunq; coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent.

Dūlcicŭlūs,a.um.diminutiuū eſt à dulce:ut dulciculus caſeus,Plaut.& dulcicula potio,Cic.

Dūlciflŭūs,(γλυκύῤῥοος)dulciter fluens.

Dūlcilŏquūs,a.um. o.ſ.(μελίγηρυς)pen.cor.dulciter loquens.

Dūlciſŏnūs,a.um. o. ſ. (γλυκύφωνος) pen.corr. dulciter ſonans.

Dūlco,n.p.dulce facio.γλυκαίνω. Sidon. Apoll. ad Agricolam: Pareo libens, laudaturus uitæ tam dulcatæ ſolicitius ingenuitatem.Hinc edulco.as.quod eſt ualde dulco.Cn.Martius: Quapropter edulcare conuenit uitā,curasq; acerbas ſenſim gubernare.

Dūliā,uide in dictione Adoratio. δουλεία.

Dūm, aduerbium temporale eſt, & modò pro quando(ὅταν)ponitur: ut,dum dormis,fures domum intrant. Modò pro donec. ἕως. Saluſt. Poſtremò neq; ſumptui, neq; modeſtiæ ſuæ parcere,dum illos obnoxios fidosq; ſibi faceret.id eſt donec,uel ut. Modò pro poſtquàm,(ἐάν) cum coniungitur præterito ſubiunctiui. Martialis: Audieris dum grande ſophos. id eſt, poſtquàm audieris. Et poſita poſt nec, uel non, uel haud,(πω) ſemper aduerbium temporis eſt: ut necdum, nondum, hauddum,(μήπω,οὔπω) pro non adhuc. Eſt etiam coniunctio, & ſignificat modò.Salluſt. Neq; id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quicquam penſi habebat. Aliquando dummodo. Ponitur nōnunquam pro expletiua. πω, ποτέ. Terent. Adeſdum, paucis te uolo. Componitur cum qui,ut quidum:cum age,ut agedum:cū modo,ut dummodo:& cum taxat,ut duntaxat.

Dūmētūm,ti.n.ſ.locus,ubi ſunt dumi.φραγμών. Antiqui dumetoſum locū dicebant pro dumoſo:& quæ nos dumeta,appellabant dumecta, quaſi dumiceta. Cic.5. Tuſc.Septum undiq; & ueſtitum uepribus & dumetis.

Dūmūs,mi.(φραγμὸς)gen. maſc. dicitur omnis ſpina:à quo dumoſus.a.um.frondoſus,ſpinoſus,uepribus plenus.Verg. Dumoſa pendere procul de rupe uidebo.

Dūntāxāt, (γοῦν,γε,μόνον) componitur ex dum aduerbio,& taxo.as.pro æſtimo,& ſignificat ſolum. Cic. pro Deiot. Quod ipſum & ſi iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo.

Dūo, o finale huius dictionis iuxta aliquos indifferens eſt,iuxta alios uerò ſemper corripitur.(δύο,& δύω Atticè)& ambo,ſicuti docet Priſcianus, genitiuos & accuſatiuos ſecundum ſecundam declinationē proferunt, duorum,amborum,duos,ambos:quamuis in neutro differentiæ cauſſa duûm ſoleat dici,ut duûm millium amphorarum.Necnon & accuſatiuus maſculinorū eſt quandoq; ſimilis nominatiuo, proferturq; in o more Græco. Verg. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros.id eſt duos. A duo fit duodecim. δώδεκα. à quo duodecimus.δωδέκατος.& duodenus, duodenarius:duodeuiginti.δυοῖν δέοντα εἴκοσι. & huiuſmodi. Ducenties,ducentenus,duodecies,(δωδεκάκις) duodeuicies, ducenties, duodeuigeſimus,ducenteſimus.

Dūōnūm,Veteres pro bonum dixerunt.

Dūo, is. dui. dutum, ſignificat do. Plautus in Capt. At ob eam rem mihi libellum pro eo argenti ne duis.

Duplāris numerus,(διπλοῦς)dicitur,in quo minor bis numeratur.Duplares,ſiue duplarij,torquati dicebantur milites, qui in legione Romana ob uirtutem duplas conſequebantur annonas.

Duplĕx,duplicis,o.t. (διπλοῦς, διττὸς)quandoq; ſignificat duo. Vergil. Duplices tendens ad ſidera palmas.Quandoq; latum.Idem,Duplici aptantur dentalia deorſũ. Duplices tantum numero plurali, generis maſc. tabellarũ genus eſt, in quibus literæ ſcribi ſolebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant, in quibus res amatoriæ ſcribebãtur.Martial.
Tunc triplices noſtros nõ uilia dona putabis,
Cum ſe uenturam ſcribet amica tibi. Sic duplices,triplices, quadruplices, & quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarũ duplicati, triplicati,quadruplicati,& quintuplicati ſunt. Vitru.lib.5.

Dupliciārius dicebatur miles ille, cui duplex ſtipendium dabatur,doppelſolder.

Duplico, as. a. p. duplicem facio,gemino. διπλόω.ut, Duplicare numerum, Cic.1.de Nat. Vnde & pro augere. Verg. Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras. Hinc conduplico,& reduplico.ἀναδιπλόω. Duplicatò,aduerbium.Plin.lib.2.ca.17.Rurſus Saturni & Iouis duplicatò digrediuntur.

Duplo, as.a.p. (διπλόω) uerbum à duo. Vnde duplus.a.um. bis tantum. Plaut. in Pœnulo: Duplum pro furto mihi opus eſt. Duplum, dupli,ſubſtantiuum:ut,condemnari dupli,ea forma dictum,qua condemnari capitis.Cato de re Ruſt.in Præfat.Maiores enim noſtri ſic habuere,& ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari,fœneratorem quadrupli: id eſt,ut bis tantum reddat, quantũ furatus eſt.

Dupliōnĕm, Veteres pro duplo uſurpabant. Plin. lib. 18.cap.3. Noxam úe, duplionem úe prætoris arbitratu decerni.

Dūrābilĕ, quod durare poteſt, διαρκὴς. Ouid.
Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Dūrăcĭnă Perſica, dicuntur quorum corpus ligno adhæret, auelliq; nequit. Plin. lib. 5. Sed Perſicorum palma duracinis.

Dūrăcĭnæ uuæ,dicuntur quæ duram & firmam corticem habent,à duricie,uel à duris acinis. Suet.ex Epiſt.Auguſti:Dum lectica ex regia redeo, panis unciam cum paucis acinis uuæ duracinæ comedi.

Dūrāmĕn,mĭnis.n.t.& Duramĕtum, (σκλήρωμα) brachium uitis. Columella lib.5.ca.21.& 22.

Dūrātĕus,a.um.(δουράτεος)idem quod ligneus. Lucret. libro 1. Nec cum durateus Troianis
Pergama partu Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.

Dūrē, & Duriter, (σκληρῶς) aduerbia inter ſe differunt ſecundum Donatum: quòd duriter ſit,ſine ſenſu laboris: Durè, crudeliter. illud ad laborem, hoc ad ſæuitiã refertur:ſed durè in alterum,duriter in nos aliquid facimus. Terent.in And.Primum hæc pudicè uitam,parcè ac duriter Agebat.

Dūrĕo,es. durui.n.ſ. durus ſum, σκληρύνομαι. à quo dureſco,durus fio. Colum.lib.9. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant. Lucanus tamen, Totoſq; induruit artus, ab indureo, in eadem ſignificatione qua induro protuliſſe uidetur. ſed huiuſmodi præterita raro à dureo compoſita reperiuntur, ſæpe autem ab his, quæ à dureſco ſunt. Indureſco.Verg.lib.1. Georg. Styriaq; impexis induruit horrida barbis. id eſt ualde dura,ſiue in ſe dura facta eſt. Obdureſco, undiq; durus fio. ἀποσκληρύνομαι: Cice. M. Cæl. Perdureſco, ualde durus fio. Columella libro 7.Hæc iam perduruit. id eſt, nimis dura facta eſt.

Dūrĕtăm,uas Hiſpani uocãt,quo uel in balneis, uel domi, uel quouis alio loco ſedentes lauantur, in quo ſignificato etiã dolium accipitur.

Dūrĭcĭă,æ. & Duriciēs. ei.f.q. firmitas, & ſoliditas.σκληρότης,σκίῤῥωμα.Plin.lib.9.ca.36. Tanta duricia aculeo eſt. Accipitur & pro aſperitate,crudelitateq;.Teren.in Heau.Tum hoc timet, Ne tua duricia illa antiqua etiam adaucta ſiet.Cic.in Cat.Quanta in altero comitas,in altero duricies.

Dūrĭcŏrĭă, orum. n.ſ. (σκληρὰ) dicuntur quæ ſunt duri corij.Vnde ficus duricoriæ,quæ habent duram corticem.

Dūrĭcōrs,dis.c.t.(σκληροκάρδιος,σκληραύχην) à nonnullis dicitur pro eo qui eſt duri cordis.

Dūro,as.a.p.durũ facio,firmo,ſolido.σκληρύνω. Col.lib.7.Annicula mula rectè à matre repellitur,& amota montibus aut feris locis paſcitur,ut ungulas duret,ſitq; poſtea longis itineribus

ribus habilis. Per trãslat. Quint. li. 1. Multa linguæ uitia niſi primis eximũtur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur. Aliquando ſignif. tolerare. καρτερεῖν. Verg. Durate, & uoſmet rebus ſeruare ſecũdis. Itẽ perſiſtere, perſeuerare, permanere longo tempore. παραμένειν, διαρκεῖν. Plau. Amph. Durare nequeo in ædibus. Huius cõpoſita ſunt, Eduro ualde durum facio, et quaſi ad laborẽ aſſuefacio. Col. A pueritia ruſticis operib. edurãdus futurus uillicus. Induro. Plin. lib. 8. ca. 51. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutoq́ tergorantes. Obduro, quod idem ferè cum ſimplici ſignificat. Præduro, citò duro. Col. Perduro, ualde uel ad finem duro. Idem lib. 8. Eſt etiã non ingrati ſaporis iniuria perduratus. Reduro, quod eſt aperio, contra id quod dicitur obduro, ut inquit Non. Et omnia habent pen. productam.

Dūrŭs, ra. rum. quod eſt ſolidum, ac firmum, & firmitate naturæ corruptionem ſui non facilè admittit. σκληρὸς, ἀντίτυπος, στερρός. Cuius contrarium eſt molle, in quo eſt natura luxurioſior, nec ad cõtraria repellenda ſufficiens. Verg. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Per translationem capitur modò pro patiente ac tolerante laborũ. Idem, Gens dura & aſpera cultu. Modò pro aſpero & nocente. Idem: Aut durum tinea genus. Modò pro crudeli, & qui nulla humanitate molleſcit: ut, Durus amor, apud eundem.

Dŭūmuĭrī, orum. ſ. Alciatus in Latinis municipijs duũuiri primi in albo deſcribebantur. Hi carceribus præerant, publica locabant, faſcibus utebantur.

Dūx, cis. m. uel c. t. dicitur qui alios ducit. (ἡγεμὼν, στρατηγὸς) Vnde ducem belli, & ducem gregis dicimus.

D ANTE Y.

Dȳăs, (δυὰς) Latinè dualitas. δύο, duo.

Dȳnăſtēs, æ. m. p. δυνάστης, ἀπὸ τὸ δυνάσθαι) dominus regni, potens, optimas. & hi qui magiſtratus gerunt, & iudicijs præſunt. Scribit Strabo reges dynaſtas uocari propterea quod plurimum poſſunt, pollentq́: & populos quò uelint, aut ui, aut perſuaſione perducant. Cic. ad Att. Erit nebulo iſte cum iſtis dynaſtis in gratia?

Dȳnăſtīă, æ. ſ. p. (δυναστεία) uis, potentatus.

Dȳs, (δὺς) in compoſitione malum uel difficile, aut impoſſibile ſignificat.

Dȳſcŏlīă, æ. ſ. p. (δυσκολία) difficultas.

Dȳſcŏlŭs, li. m. ſ. (δύσκολος) pen. cor. difficilis, malus ue, ſiue pernicioſus, ex δὺς καὶ κέλομαι, iubeo, ita ut dyſcolus dicatur, cui difficulter iubetur.

Dȳſēntĕrĭă, æ. ſ. p. (δυσεντερία) dici poteſt inteſtinorũ exulceratio. ex δὺς quod malum denotat, et ἔντερον inteſtinũ. Et Latinè tormina autore Celſo dicũtur. uide in Tormina.

Dȳſnŏmĭă, æ. ſ. p. (δυσνομία) dicitur peruerſa iuris legumq́ conſtitutio.

Dȳſpēpſĭă, æ. ſ. p. (δυσπεψία) difficilis & ægra concoctio.

Dȳſphĭlŭs, (δύσφιλος) pen. cor. quaſi malus amicus. Iuue. Non eſt Romano cuiquã locus hic ubi regnat Protogenes aliquis uel dyſphilus.

Dȳſpnœă, æ. ſ. p. (δύσπνοια) ſpirãdi difficultas. Docet Hippoc. in Aphoriſ. In ſenectute ſtrangurias, dyſpnœas, dyſurias, cachexias eſſe frequentes.

Dȳſūrĭă, æ. ſ. p. (δυσουρία) & ſtranguria. στραγγουρία. difficultas urinæ dicitur: quæ (ut Galenus inquit) fit ex ueſicæ paſsionibus, urinam ſupprimens, quod quidem ſine calculis & inflammatione non poteſt accidere.

DE LITERA E.

E & Ex, (ἐκ, ἐξ) præpoſitiones ſunt, quæ & ſeparãtur & componuntur. Separatæ, modò temporales ſunt: ut, Ex illo celebratus honos. Modò locales: ut, E cœlo. Modò ponuntur pro à uel ab, ut: Audiui è patre meo. Modò ſignificant pro, uel ad, (πρὸς cum genitiuo) ut, ex dignitate, ex uſu, ex utilitate: hoc eſt pro dignitate, uel ad dignitatem. E Repub. pro Repub. Modò ſecundum, κατὰ. ut, Ex Platonis ſententia: id eſt ſecundum Platonis ſententiam, ſiue pro Platonis ſententia. Modò In. Cic. E renibus laborabat. id eſt, morbum patiebatur in renibus. Compoſitæ quandoq; priuationem indicant, ut elinguis, exanguis. Quandoq; uehementiam uel perfectionem, ut eludo, exoro. Quandoq; extra, ut educo, excludo. Componitur autem e

 cum

cum b, ut ebibo: d, ut educo: g, ut egredior: i, ut eijcio: l, ut eludo: m, ut emitto: n, ut enitor: r, ut erigo: u, ut eueho. Ex uerò cõponitur cũ a, ut exaudio: c, ut excurro: e, ut exeo: f, ut efficio: o, ut exoleo: p, ut expello: q, ut exquiro: s, ut exequor: t, ut extundo: u, ut exuro. Verum quando poſt ex ſequitur f, mutatur x in f, ut effundo: cum uerò ſequitur ſ, abijcitur ſ, ut exequor, & exicco, in alijs integra manet.

E ANTE A, ET B.

EĂr, earis. n. t. (ἔαρ) Latinè uer: à quo Earinus, (ἐαρινὸς) uernus.

Ĕātĕnŭs, (καθ᾽ ὅσον, ταύτῃ) pen. cor. ſignificat uſq; eò, uel ad eum modum: cui reſpondet quatenus, uſq; quò. Suetonius in Tyb. Ac primò eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret.

Ēbĕātī, orum. m. ſ. dicuntur, qui felicitate aliqua ceciderunt.

Ĕbĕnŭs, ni. m. ſ. uel Ĕbĕnŭm. (ἔβενος, & ἔβενον, Suid.) pen. cor. nomen Græcum, & Arabicanus dicitur. lignum nigrum eſt, ſolidum, pulchrum, tenuiſq; (ut Aetius tradit) ſubſtantiæ, & abſtergentis uirtutis. unde oculorum caliginem diſcutere creditur, & alijs oculorũ medicamentis miſcetur. Hæc arbor naſcitur in India, quæ cæſa dureſcit in lapidem, uriturq; odore iucundo. Vergil. 2. Georg. Sola India nigrum Fert ebenum. Vbi Seruius, Atqui & in Aegypto naſcitur: ſed Indiam omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Vide Plinium lib. 12. cap. 4.

Ēbĕo, as. a. p. (ἀπομακαρίζω) beatitudine priuo, eius paſsiuum eſt ebeor.

Ĕbŏrātŭs, a. um. quod extrinſecus ex ebore eſt, quod & eburatũ dicitur. ἐλεφαντώδης. Plaut. in Perſa: Lectos eburatos, auratos.

Ĕbŏrĕŭs, a. um. ab ebor fit: ſicut à marmor marmoreus. Eburneus uerò & eburnus, ab ebur, (ἐλεφάντινος) & ſignificat quod ex ſolido ebore. Quint. lib. 6. Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata.

Ēbrĭo, as. a. p. ebrium facio. μεθύσκω, οἰνόω. unde & inebrio, uerba actiua. Plau. Homo ebriatus ſomno ſanari ſolet. Noni. legit Ebriacus.

Ēbrĭŏlo, as. a. p. pen. cor. ebrium facio. Sunt tamen qui hæc aſpirent, ab hauriendo potu illa deducentes. Laberius, Ebriolati mentem hilaram arripiunt.

Ēbrĭŭs, brij. m. ſ. & ebria, æ. f. p. (μεθύων, μεθυσθεὶς, μέθυσος) à bria quod eſt uas uinariũ. eſt enim ebrius qui nimio potu alienatus eſt mente. Cuius contrarium eſt ſobrius, quaſi ſine ebrietate, qui in cibo & potu temperans eſt, & qui non eſt actu ebrius. unde non ſobrius, pro ebrio ſumitur. Mart. Et non ſobria uerba ſubnotaſti. Hinc ebrietas, (μέθη) quam Cato dicebat nihil aliud eſſe, quàm inſaniam uoluntariam. Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plaut. Facite, mihi cœna ut ebria ſit. id eſt abundans & opiparè parata. Ebrioſus, qui ſæpe fit ebrius. οἰνόφλυξ. Plini. lib. 30. cap. 14. A quo ebrioſitas. οἰνοφλυγία. Cic. 4. Tuſc. Vt inter ebrietatem & ebrioſitatem inter eſt, aliudq; eſt eſſe amatorem, aliud amantem. Huius contrarium eſt ſobrioſus, ſobrietatis affectator, quo uſus eſt Cyprianus. Inter ebrium, & ebrioſum hoc intereſt: nam poteſt qui ebrius eſt tum primum eſſe, nec habere hoc uitium: & qui ebrioſus eſt ſæpe extra ebrietatem eſſe: ſic ebrietas ab ebrioſitate ſeiungitur, quòd alterum affectionis ſit, alterum habitus.

Ēbullo, as. (καχλάζω) uide in dictione Bullio.

Ĕbŭlŭm, li. n. ſ. (ἀκτῆ, χαμαιάκτη) herba eſt faciens baccas rubras & ueluti ſanguineas in ſimilitudinem ſambuci. Vulgò attich. Vergil. Sanguineis ebuli baccis. Colum. Et rutilas ebuli credat uuida baccas. Legitur & ebulus.

Ĕbŭr, is. n. t. & Ebor (ἐλέφας) utroq; modo dicitur pro elephanti dente, quaſi è barrho: id eſt elephanto. Cicero 4. Acad. Non enim eſt è ſaxo ſcalptus, aut ebore dolatus. Ebur pro uaſis aut alijs rebus ex ebore dolatis. Horati. lib. 2. Carm. Ode 18. Non ebur, neq; aureum Meo renidet in domo lacunar.

Ĕbŭrnĕŭs, a. um. quod eſt ex ebore. ἐλεφάντινος. Plin. lib. 36. cap. 5. Iouem fecit eburneum in Metelli æde, qua campus petitur. Aut quod inſtar eboris album eſt, ut eburnea facies. Ouid. 3. Metamor. Impubeſq; genas & eburnea colla decuſq;. Eburneolus, dimin. Cic. 3. de Orat. Cum eburneola ſolitus eſt habere (fiſtula.

Ĕbŭrnŭs, a. um. idem quod eburneus. Tibull. Hanc primum ueniens plectro modulatus eburno.

E ANTE C.

Ecaſtor, aduerbium iurandi. Donatus: Ecaſtor, per Caſtorem & Pollucem, ornatiua ſunt iurandi, apta fœminis. Plau. in Amph. Ecaſtor te experior quanti facias uxorem tuam. Terent. in Andr. Perecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.

Ecbaſis, is. f. t. (ἔκβασις) pen. cor. figura eſt, quæ Latinè dici poteſt excurſus. nam componitur ab ἐκ & βαίνω, quod eſt egreſſus. Verg. lib. 1. Georg. cum deſcribit tempeſtatem præcauendam à ruſticis.

Ecbolia, orum. n. ſ. (ἐκβόλια) medicamenta ſunt, quibus medici utũtur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & phthoria dicuntur, apud Dioſcoridẽ uerba ſunt crebra. Latinè eiectoria, & eiectrices medicinæ dici poſſunt.

Eccè, (ἰδοὺ) aduerbiũ demonſtrãdi, quod apud Vergilium aliquid repentinum inſperatumq́ ſignificat: ut, Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, Horreſco referens. Scribit Aſconius etiam hoc proprium eſſe Ciceronis, ut in rebus improuiſis hac particula utatur, cum apud alios interdum in rebus lætis uſurpetur. Ouid. Ecce Corinna uenit. Et modò accuſatiuo, modò nominatiuo iũgitur.

Eccerè, iuſiurandum eſt, acſi dicatur, per Cererem, (νὴ τὴν δήμητρα.) ut Ecaſtor, ædepol. Alij Eccere accipiunt pro ecce. Plautus in Amph. Eccere, iam tu autẽ facis, ut tuis nulla apud te ſit fides.

Eccleſia, (ἐκκλησία) Latinè cœtus, concilium, concio, congregatio. In Decretis Canonicis ſumitur quandoque pro fidelium omnium congregatione.

Eccleſiaſtes, ſtæ. m. p. (ἐκκλησιαστὴς) cõcionator.

Eccubi, (ἐ κοῦ) per duplex cc, & pen. cor. componitur ex ecce & ubi.

Eccum, eccam, eccos, eccas: quaſi ecce eum, ecce eam, ecce eos, ecce eas. Sic ellum, ecce illũ: ellam, ecce illam: ita exponit Donatus. Teren. in And. Eccum uideo. Alij exponunt eccum, ecce hic, ſubintellige uirum de quo agebamus. Eccam, ecce hic, ſubintellige fœminã de qua agebamus. Ellum, ecce illic, ſcilicet uirum, reſoluendo per aduerbia, non per nomina ut apud eundem. Eccum me, quod non licet exponi, ecce eum me.

Ecdicus, ci. m. ſ. (ἔκδικος) Latinè dicitur perſecutor, ultor, uindex. Cic. ad Thermum, lib. 13. Epiſt. fam. Dixerat mihi Euthydemus cum Epheſi eſſem, ſe curaturum ut ecdici Mileſij Romam mitterentur, id factum non eſt. Ecdicorum autem munus erat iudicio experiri contra eos, qui aurum uel argentum, & pecuniam Reipub. deberent.

Echemythia, æ. f. p. (ἐχεμυθία ab ἐχέμυθος) Latinè taciturnitas dicitur & auſcultatio. Vnde echemythos à Græcis dictos cenſet Budæus auſcultatores, & cenſendi immunitatem habentes in ſenatu. Idem alio loco interpretatur echemythos cunctatores, & ſermonis homines parciſſimos, qui aures duas habere ſe, unicam linguam in cauſis etiam publicis meminerint.

Echeneis, idis. m. t. (ἐχενηὶς) genus piſciculi, quem ferunt per aquam ſiſtere nauem, quamuis immenſam, & uelo & remis concitatam, ne poſſit iter inſtitutum peragere, ἀπὸ τοῦ ἔχω, habeo, teneo, & ναῦς nauis: ſiue ab ἔχομαι hæreo, quod nauem teneat, uel naualibus tabulamentis adhærens remorari compellat. Plinius lib. 9. Eſt paruus admodum piſcis aſſuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur, inde nomine impoſito. Ob quã rem à Græcis ἐχῖνος dicitur, à noſtris remora à morando, remigioq́ nominatur. Lucan. lib. 6. Non puppim retinens Euro tendente rudentes In medijs echeneis aquis. Ferunt hunc piſcem fluxum grauidarum utero ſiſtere, partusq́ ad puerperium continere.

Echidna, næ. f. p. (ἔχιδνα) Latinè hydra, ea potiſſimum quæ ab Hercule interfecta eſt. Ouid. lib. 5. Faſt. Sanguine centauri Lernææ ſanguis echidnæ Miſtus ad auxilium tempora nulla dabat. uide in Excetra.

Echinometra, (ἐχινομήτρα) echinorum genus, quorũ ſpinæ longiſſimæ, calices minimi, nec omnibus idem ruſus & uitreus color.

Echinus, ni. m. ſ. pen. pro. tegmen ſpinoſum, quo ſeruantur caſtaneæ. uulgò ricium uocant. unde caſtaneæ echinatæ. Plinius libr. 15. capi. 23. Nuces uocamus & caſtaneas, quanquam accommodiores glandiũ generi, armatum his echinato cortice uallũ eſt. Ab huius tegminis

ſimilitudine dictus eſt echinus piſcis quidam, quem Plinius lib.9.cap.31. ſcribit eſſe cancrorum genus, quibus ſpinæ pro pedibus ſunt, cui ingredi eſt, in orbem uolui. Græci χῖρον hirtum uocant. Marti. Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit. Saxa petit, inter quæ ſe locat ne à fluctibus iactetur. Eſt et echinus apud Græcos terreſtre animal, cui eſt apud noſtros hericio nomen, quod ipſum ab hærendo deductum eſt, & æquè ſpinis hirſutus eſt atq; marítimus echinus, de quo Ambro. lib. Hexam. Echinus iſte terrenus quem uulgò hericium uocant, ſi quid inſidiarum præſenſerit, ſpinis ſuis clauditur, atque in ſua arma ſe colligit. Præterea echinus genus uaſis ænei eſt, in quo calices lauantur, quam alij ampullam dicunt eſſe uitream. Horat. Serm. Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, aſtat echinus.

Ĕchĭnŏphŏră, genus conchæ: Plin. li.32. cap.11.

Ĕchĭŏn, medicamentū quoddam, dictum à uipera, quā Græci ἔχιν nominant. Plin. li.29. ca.6. ἔχιον. & herba pulegio ſimilis eodē authore.

Ĕchītēs, lapilli ſpecies, uiperæ ſimilis, colore uiridi ſubobſcuro. Plin. lib.37. cap.11.

Ēchō, chus. f.t. ſoni uel uocis repercuſſio. Græcè ἠχὼ ſonus, & ἠχέω reſono. Ouid. lib.3. Metamor. Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo. Fit enim in conuallibus & locis cōcameratis, ubi ſcinditur reſultans aër, in quibus acceptæ uoces numeroſiore repercuſſu multiplicantur, nomenq; echo eiuſmodi uoci à Græcis datum eſt, ut Plini. ſcribit, quoniam non eſt uagandi liberrimus campus, ſed obiectu reflectitur. Quæ cauſa etiam multas uoces, multis in locis reciprocas facit, ſicut in urbe Cyzico turres ſeptem acceptas uoces multiplicant. Et Olympiæ porticus fuit, quā Heptaphonon appellant, quoniam ſepties eadem uox redditur. Hæc echo, à Latinis dicitur imago. Horat. Quem deûm cuius recinit iocoſa Nomen imago. Vbi Porphyr. expoſuit quòd imago dicitur quaſi imitago. Vide etiam Ouid. libro 3. Metamorph.

Ēchōs, (ἠχοῦς) etiam Græci uocant argutas ualles, ab ἠχέω, ut inquit Columella lib.10.

Ĕclĕgmă, atis. n.t. ἔκλειγμα. Latinè linctum dicimus, frequentiſſimum medicis omnibus. Sunt enim eclegmata, quæ fiunt lingendi gratia, non edendi neq; deuorandi: hoc eſt, cum aliquid in ore tenentes, paulatim diſtillando ſorbemus. ἀπὸ τοῦ ἐκ & λείχω. Vulgus medicorum electuarium uocat. Plin. lib.21. de thymo: Diutinæ tuſſi eclegmate faciles excreationes facere exiſtimatur.

Ĕclipſis, is. f.t. ἔκλειψις. Latinè defectio. ἐκλείπω enim deficio. Figura eſt, cum deeſt dictio aliqua neceſſaria, quam deſiderat præciſa ſententia. Terent. in Andr. Verbum unum caue de nuptijs. deeſt, dicas. Eclipſis lunæ: hoc eſt, defectus lunæ, nempe dum ſol per interpoſitionem terræ ita lunæ opponitur, ut luna ipſa lumine ſuo proprio carere uideatur. Eclipticus. a. um. defectiuus. Plin. lib.2. cap.16.

Ĕclŏgă, gæ. f.p. ἐκλογή. electio, electus, explanatio: ab ἐκλέγω, quod eſt eligo. Dicitur & ſermocinatio, ſeu colloquium. unde Eclogæ Vergilij. & eclogarij apud Cic. ad Att. li.16. id eſt ſermocinatores, uel auditores ſermonum. Neque ſermonem de capris ſignificat, tunc enim ægloga dicitur.

Ĕcnĕphiăs, æ. m.p. ἐκνεφίας. procella eſt, cum nubes rupta, & in pronum ſoluta fuerit. Plin. li.2. ca.50. meminit. Latinè procella dicitur, quæ ut inquit Ariſto. uentus is eſt, qui diſiecta nube, craſſitudinem eius in ſeſe diſcuit abſumitq;: ob id Plin. ſiccam ab eo nubem rumpi tradit, hoc eſt ſine imbribus. Nam qui cum imbribus nubem repente frangunt, exhydriæ nominantur.

Ĕcŏnăs. εἰκόνας. uocāt imagines ex membris aliquorum ſimilitudine expreſſas, inquit Plin. li.34. Vnde & econcula diminutiuum. Sueton. in Nero. Dicitur etiam icona, & iconcula.

Ĕcontrārĭō, (ἐναντίως, ἐμπαλιν, & ad uerbum ἐξ ἐναντίας) ſignificat è diuerſo, contrà.

Ĕcphrăſis, eſt mera puraq; enarratio.

Ĕcpieſmŭs, mi. m.ſ. (ἀπὸ τοῦ πιέζειν) quando ita premuntur oculi, ut exerti perſeuerēt, & plus iuſto patentes ſunt, ut contingit athletis certamine compreſſis.

Ĕcquāndo, (ἦ ποτε) id eſt, num quando, uel ſin aliquando, & aliquo tempore. Cic. pro Lege Agr. Quæro à populari Tribuno plebis, ecquando niſi per triginta tribus creati ſint?

Ĕcquĭs, (ἦ τις) ex en pro ecce, & quis, ubi en

ratione

ratione q ſequentis mutatur in c. ex quo oſtenditur eandem uim habere c & q, & ſignificat numquis. Nam particula en iuncta dictionibus incipientibus à q interrogatiuè poſitis, ſignificat an, uel ne, uel num? ut ecquid, nonne, nunquid? Teren. in Eun. Ecquid nos amas de fidicina iſthac? id eſt, aliquantulum me amas propter fidicinam?

Ĕcſtăſis, is. f. t. ἔκστασις. Latinè ſtupor. Et ἐκστατικοί, qui mente facile commouentur. Hos Plin. mente cõmotos appellat li. 23. id eſt fanaticos.

Ĕctăſis, ἔκτασις. dici poteſt productio. Figura eſt, qua ſyllaba naturaliter correpta producitur: ab ἐκτείνω produco, ut Italiam fato profugus.

Ĕcthlipſis, is. f. t. ἔκθλιψις. Latinè eliſio. Cæſura eſt, quam cum uocali eliditur. Ab aliquibus ellepſis, à Quintiliano detractio transfertur. ἀπὸ τοῦ ἐκ, καὶ θλίβω.

Ĕctrăpĕli, (ἐκτράπελοι) quaſi horrentes, & auerſati communem & uſitatum naturæ modum. Plinius libro 7. capite 16.

Ĕctropium, pij. n. ſ. ἐκτρόπιον. dicitur cum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, ſed pendens hiat, nec cum ſuperiore committitur. Lagophthalmos uerò, cum ſuperior palpebra non deſcendit.

Ĕctўpă, (ἔκτυπα) dicuntur opera quæ ex ipſis typis formata ſunt. Plinius libro 37. capite 10. Hæ ſunt gemmæ quæ ad ectypas ſcalpturas aptantur.

Ĕcўră, (ἑκυρὰ) penul. corr. ſocrus Latinè dicitur. Vnde Terentij fabula. Similiter ἑκυρὸς, ſocer, pater uiri. Sunt tamen qui hoc nomen aſpirent. Hecyra.

E ANTE D:

Edāx, acis. o. t. ἀδδηφάγος. accipitur pro uorace, conſumptore. Cice. pro Flacco: Edax hoſpes. Terentius in Phorm. Alere nolunt hominem edacem. A quo edacitas. ἀδδηφαγία. pro ingluuie, uoracitate. Plaut. in Perſ. Neq; edacitate eos quiſquã poterat uincere. Vnde edax currus, & edaces triremes, quòd magnis conſtent impendijs.

Edem, (ἔδεμ) interpretatur uoluptas.

Edentātus, a. um. o. ſ. dentibus priuatus (ἀποδοντωμένος. Et edentare, edentulum facere, excuſſis dentibus. ἀποδοντῶσαι. Plautus in Rud. Nimis uelim improbiſſimo homini malas edentauerint.

Ēdentŭlŭs. a. um. o. ſ. ἀνωδὸς. qui ſine dentibus eſt. Plautus in Caſ. Propter operam illius improbi edentuli.

Ĕdĕră, ræ. f. p. κισσὸς. ab edendo dicta, quòd parietes edat: quamuis alij ab hærendo potius dictam uelint, licet primam correptam habeat, quòd hæreat ſemper, et ſequatur quicquid proximum eſt. Eſt enim arbor omnibus inimica ſatis, ſepulchra ac muros rumpens, ſerpentiũ frigori gratiſſima. Vide Plin. libro 16. cap. 33. Hinc Ederaceus. a. um. quod ex edera eſt: ut, ederaceum uas, Cato cap. 3.

Ēdīco, cis. pen. produ. edixi, edictum. a. t. ſignificat iubeo, pronuncio, decerno. παραγγέλλω. & eſt propriè magiſtratuum. Vnde edicta, (διατάγματα, προγράμματα, διαγράμματα) quæ ſunt conſulum, prætorum, et ædilium literæ, quibus aliquid imperatur. Eſt etiam edictum priuati hominis. Terent. Heau. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduerſus edictũ tuum Facere eſſe auſam. Item edicere pro denunciare. Terentius Hecy. Ibo intrò, atq; edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant. Vnde & edicere diem ad conueniendum, edicere conuentum, edicere militibus prædam, apud Liuium.

Ēdictŭm, cti. n. ſ. uide Edico.

Ĕdĭlĭă, orum. n. ſ. (ἐδώδιμα) dicuntur omnia quæ ad eſum pertinent. Gellius, Eadem Edulia, uide Edulis.

Ĕdiſsĕro, ris. a. t. penul. corr. extra diſſero, explano, declaro. διεξίημι, κατὰ διέξοδον ἐπεξίημι, ἐκδιηγεῖσθαι. Vergilius libro 2. Aeneid. Mihiq; ediſſere uera roganti. Cicero de claris Orat. Quis dicendo, ediſſerendoq; ſubtilior? Ediſſerto. as. frequentatiuum Plautus in Amphi. Ordine omne, ut quicquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus ediſſertauit.

Ĕdo, es, eſt, edi, eſum, uel eſtum, a & anom. uel edo, edis, cor. prima ſyllaba ab ἔδω. ſignificat ueſcor. ἐσθίω, τρώγω. Verg. Eſt mollis flamma medullas. Cic. ad Att. li. 13. Itaq; & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè ſanè, & apparatè. Infinitiuus Eſſe in actiuo, ab edo, es: edere uerò ab edo, edis fit, ſed pro præſenti utimur ut uolo eſſe, uolo comeſſe. Edor, ederis, eſtur, præteritũ eſus. Pli. 20. ca. 9. Et in Egypto pro-

pter eius amaritudinem non eſtur. Quandoq; edo ſignificat conſumo. Horatius: Quæ lædunt oculos, feſtinas demere, ſi quod Eſt animum, differs curandi tempus in annum. Vergil. Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio. Ambedo, circumedo. περιφάγω. Idem: Ambeſas malis abſumere menſas. Comedo, à quo excomedo, exedo, obedo, peredo, & ſuperedo, quæ habent penul. corr. Ab edo deducuntur eſito. as. & eſurio.

Ēdo, is. prima prod. edidi, editum a. t. eſt emittere, & quaſi extra dare, de quo in Aedo. Apud iureconſultos edere eſt, quod nunc per ſcriptum dare, uel per declarationem dicunt. ſed multiplex eius uſus eſt. Pautus: Edit quiſque quod poteſt. id eſt, profert & agit. Edere librum. Cice. Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem ederet librum. Edi in lucem, ſignificat naſci. Edere animam, pro mori. Sic edere uitam. Edere frondem, ſiuè fructum dicitur arbor apud Columel. Sic edere herbas campi. Edere leges, eſt cõſcribere, & ſtatuere, uel imponere. Edere nomen pro imponere. Liu. Eſt etiã edere nomẽ, proferre uel efferre. Edere oraculum, eſt diuinare. Edere rationes, facere computum cum aliquo. Edere ſcelus, cõmittere, patrare. Edere teſtes, proferre, producere. Vnde editus participium, ut Editus Iouis ſatu, apud Ciceronẽ Offic. 1. Et editus nomen ex participio, pro altus. Liui. Tumulo editiſſimo communierunt. Edititius, adiectiuum. Iudex edititius quem altera pars elegerit. Editio, uerbale, ut editio librorum. Item editio accipitur pro creatione magiſtratuum, & illa promulgatione dignitatis, quæ cõmunibus omniũ uocibus ac ſuffragijs decernitur. Liuius 4. ab Vrbe.

Ĕdo, edonis. m. t. φάγος. idem quod edax, qui et manduco dicitur. Nonius. Edones, & phagones, ab edacitate. unũ Latinũ, et aliud Græcũ.

Ēdŏlo, as. n p. pen. cor. perfectè, polio. καταξέω. Nonius: Edolare fabrorum eſt, cum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo uerbo laudandi ſcriptores uetuſtatis, etiam ad alias fabricas rerum. Varr. Vnum ego libellum non edolem? Cicero ad Att. libro. 13. Quod iuſſeras edolaui.

Ĕdŏr, à ueteribus dicebatur ſacrificij genus, quod nunc ador uocamus.

Ēdūco, cis. pen. prod. eduxi, eductum. a. t. extra duco. ἐξάγω. Liuius. li. 1. In aciem copias eduxit. Vergilius pro extraho poſuit libro. 10. Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquando eſt erigere. Idem li. 6. Aramq; ſepulchri Congerere arboribus, cœloq; educere certant. Aliquando nutrire. ἀνάγειν. Teren. in Adelph. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo.

Ēdŭco, as. are. a. p. pen. cor. quod eſt nutrire. ἄγειν, ἀνάγειν. Vnde liberorum educatio. παίδων ἀγωγή. Varro de Lib. educ. Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus. Liui. 2. ab. Vr. Pauperes ſatis ſtipendij pendere, ſi liberos educent.

Ĕdūlis, le. o. t. pen. pro. quod manducari poteſt. βρώσιμος. Horat. Vinea ſummittit capreas non ſemper edulis. Idem, Edilis.

Ĕdūlĭūm, lij n. ſ. dicitur quicquid ad prandiũ cœnamq; edendi gratia apponitur & ſumitur præter panem. ἔδεσμα, ἐδωδή. Hieron. Cuius edulio primogenita perdidit.

Ēdūrŭm, ri. n. ſ. ἀπόσκληρον. non durum, quaſi extra durum. ibi enim e priuationem ſignificat, ut in enode: nã eduras corylos dicimus, hoc eſt non duras. Verg. 2. Georg. Plantis eduræ coryli naſcuntur.

Ēdūro, as. are. a. p. ualde durum facere, & quaſi ad laborem aſſuefacere. Columella: Quare docendus, & à pueritia ruſticis operibus educandus futurus uillicus.

E ANTE AE, ET F.

Eæ, (αὐταί) fœmininum eſt ab Ea pronomine, numeri multitudinis.

Ēffāri, atus. d. p. propriè eſt eloqui. ἐκφάναι, ἀποφάσκειν. Cic. pro Do. ſua: Neq; uerbũ ullum ſolenne potuit effari. Effari templa, ab auguribus dicuntur, cũ fines notantur. Cice. At. li. 13. Opinor augures nihil habere ad templum effandũ. Vnde effata, ſunt ultimæ præcationes augurũ, quas poſt fines auſpiciorũ extra urbẽ ſunt effati, ut Var. & Serui. aiunt.

Ēffarcio, is. effarſi, effartũ. a. q. maximè impleo. ἐκπληρόω. Cæſ. li. 7. Hæc aũt quæ diximus interualla grãdibus in fronte ſaxis effarciũtur.

Ēffāxillo, as. ab axilla fit, & ſignificat exero, quòd exerto brachio axilla oſtendatur.

Ēffēro,

Effĕro, pen. cor. effert. a. anom. extra fero. ἐκφέρω. ſed omnino Græcū eſt φέρω. Plaut. Amph. Sed uide efferantur ex nauibus. Efferre pedem. Vergil. libro 2. Méne efferre pedem genitor? Hinc efferri cadauer dicitur. κομίζεσθαι, ἐκκομίζεσθαι, ἐκφέρεσθαι, κηδεύεσθαι. cum celebratur funus, uel dum ſepelitur, quaſi extra domum ferri. Liu. 2. ab Vrb. Nihil aliud ad eū nuncium à propoſito auerſus, quàm ut cadauer efferri iuberet. Et efferri dicuntur mala, quæ patiendo uincimus, & quaſi tumulamus. Cic. 4. Tuſc. Interdum efferre. ἐξαίρειν. eſt prouehere, exaltare & laudare. Verg. Extulit hæc Decios, Marios, magnoſq́; Camillos. Sed hæc per tranſlationē, propriè uero idem alibi, Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & aliè Extulit. id eſt, in altum leuauit. Interdum pronunciare. Cic. lib. 2. de Orat. Illa autem quæ aut conciliationis cauſſa leniter, aut permotionis uehementer aguntur, contrarijs commotionibus efferenda ſunt, ut odio, beneuolentia, miſericordia, inuidia tollantur.

Effĕro, as. a. p. pen. cor. efferum, hoc eſt crudelem inſtar feræ facio. ἀγριόω, ἀποθηριόω. Stati. lib. Achil. Et raptum ſuperis Mars efferat aurum. Lact. li. 3. Nam ſi homo ad aſpectū alterius hominis efferaretur, quod facere uidemus animantes, quorum natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet hominum ſocietas. Efferare quoq; ferarum imagines effingere.

Effĕrueſco, ſcis. n. t. erumpo. Cic. de Nat. Aquæ efferueſcunt ſubditis ignibus.

Effĭcax, acis. o. t. dicitur quod ad agendum aliquid uim habet, ac maximè conducit, promptū ac paratum. ἐνεργὴς, δεινός. Plin. lib. 24. ca. 15. Efficacibus exemplis non maria plus temerata cōferre mercatori, quàm ſedulū ruris larē. Hinc efficacia. id eſt uis. ἐνέργεια. Plin. li. 11. cap. 5. Quos efficaciæ induſtriæq; comparemus neruos? Et efficacitas idem ſignificans. Et efficaciter aduerbium. Plin. lib. 28. cap. 11. Capitis ulcera manantia, urina tauri efficaciter ſanat.

Effĭcio, is. pen. corr. a. t. perfectionem denotat. Terent. And. Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Dicitur etiam affectum dare uel reddere. Hinc efficientia. æ, ut efficientia ſolis, quòd is diem efficiat. & efficientia uoluptatum, Cic. 2. de Natu. Efficienter, aduerbium. Cic. de Fato. Effectus. us. nomen. Plin. in Paneg. Perge modò Cæſar, & uim effectumq; cenſuræ tuum propoſitum, cui actus obtinebant. Effector. Cice. de Diuin. Magna ſtultitia eſt earum rerum deos facere effectores.

Effĭgiēs, ei. f. q. (εἰκὼν, ἐκμαγεῖον, ἐκσφράγισμα) ſignum eſt ad alterius uiuam ſimilitudinē, uel ad uarietatis imaginem factum, tam in picturis, quàm in ſculpturis, ut ſcribit Valla lib. 5. Effigies humanitatis & probitatis patris filius, apud Cic. 2. de Finib. Ponitur & quandoq; pro aſpectu. Dicitur etiam effigia. Plau. in Rud. Veneris effigia hæc quidem.

Effĭgio, as. a. p. ad effigiem formo. εἰκονίζω. Auguſt. li. 7. de Ciuita. Quid ſunt idola, niſi quòd oculos habent, & non uident? & quicquid tale de materijs, licet à fabro effigiatis, tamen uita ſenſuq; carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem, qui non habet aliquam formā.

Effĭlātum. uide in dictione Filo.

Effingo, is. a. t. eſt effigiem rei alicuius ad uiuū exprimo, uel ad alterius formā fingo, & qualem uolo fingendo formam repræſento. διατυπῶ, ἀπεικάζω, ἀπομιμοῦμαι. Cice. 1. Tuſcul. Quæ porrò tam immenſa magnitudo, quæ illa multa poſſit effingere?

Efflăgito, as. a. p. λιπαρῶ. cum clamore, ſeu cum magna inſtantia flagito: hoc eſt, poſtulo. & eſt plus quàm poſtulare. Verg. Ille ſemper fugiens Rutulos ſimul increpat omnes, Nomine quenq; uocans, notumq; efflagitat enſem.

Efflăgĭtātus, us. nomen m. q. pro uehementi poſtulatione. Cic. 7. in Verr. In iudicio coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos.

Efflăgĭtātio, onis. f. t. Cic. ad Brut. Studio, atq; efflagitatione omnium.

Effligo, gis. a. t. pen. pro. efflixi, efflictum, idem ſignificat quod affligere. Plau. in Aſin. Quā tu propediem (niſi quidem illā antè occupauit te) effliges ſcio. Efflictim. ὑπερφυῶς. aduerbium, pro ualde & uehementer. Plau. in Amph. Sic efflictim amare, perinde ut hic te efflictim deperit.

Efflō, as. n. p. extra flo, ſpiro. ἐκφυσάω. Var lib. 1. de re Ruſt. Præterea quòd ab ſole toto die illuſtratur ſalubrior eſt, quòd et beſtiolæ, ſi quæ propè naſcuntur, aut inferūtur, aut efflantur,

aut

aut aritudine citò perirent. Inde efflare animam, ἐκπνεῖν. dicimus. Sue. Priuſquam efflaret animam pro mortuo deſeri iuſſit.

Efflōrĕo, es. n. ſ. ἀπανθέω. à quo effloreſco, uide in Defloreo.

Efflŭo, is. n. t. extra fluo, effundo. ἀπορρέομαι, ἐκρέω. Cice. 2. Tuſc. Num tu ingemuiſſe Epaminondam putas, cum unà cum ſanguine uitam effluere ſentiret?

Efflŭentiă, æ. f. p. Plin. lib. 26. ca. 10. Illita quoq; radix genitalibus, inhibebit non ſolum Venerem, ſed effluentiam genituræ.

Efflŭxiōnes, num. f. t. uocantur miſſiones menſtruorum, & ſeminis concepti ad inſtar lactis eruptiones intra ſeptimũ diem à conceptione.

Effŏdio, dis. a. t. pen. pro. extra fodio. κατασκάπτω, ἐξορύττω. Plaut. in Caſ. Ex ſterquilinio effoſſa tua illhæc præda eſt.

Effœmino, as. pen. cor. in muliebrem molliciem atq; laſciuiam conuerto. ἀποθηλύνω. Cice. 1. Tuſc. Cogitationibus moleſtiſſimis effœminamur. Vnde & effœminati. ἀποτεθηλυμμένοι, ἐκθηλυνθέντες. molles & laſciui dicuntur.

Effœta, tæ. f. p. ἀποκυήσασα. cum œ diphth. accipitur pro ea, quæ fœtum emiſit. unde illud Colum. lib. 8. Primus effœtæ partus amouendus eſt, quoniam tiruncula, nec rectè nutrit. Item ſumitur effœtus, pro fœtu qui emiſſus eſt. Idẽ libro 4. Poſtremò die cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. Effœta (ἄγονος) quoque dicitur, quæ non amplius parit, quaſi frequenti partu laſſata. Plin. Hinc effœtus, fœtu deſtitutus, eneruatus, exhauſtus & laſſatus: à ſimilitudine mulierum, quas partus debiles reddidit. Verg. Frigentiq; effœtæ in corpore uires. Similiter effœtam tellurem dicimus, ut idem lib. Georg. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Serui. Continua fertilitate laſſatos, ſicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Cic. in Cato. Libinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. id eſt debile & infirmum, quia uacuum uiribus & eneruatum.

Effrēnŭs, (ἀχάλινος, δυσήνιος) uide Frænum.

Effŭgio, is. n. t. pen. cor. extra fugio, euado. διαδύομαι. Vnde effugium, effugia. æ. ἀποφυγή. uide in Fugio.

Effŭndo, is. a. t. extra ſpargo. προΐημι, ἐκχέω. Lactan. lib. 1. Nam præter uerborum licentiam, quibus obſcœnitas omnis effunditur. Plautus: Totamq; effundit fideliam. id eſt, ſparſit quicquid in fidelia erat. Per transla. conſumere ſignificat, ut effundere patrimoniũ. Cic. 2. Offic. Emittere. Verg. Ruuntq; effuſi carcere currus. Poſternere, profligare. τρέπομαι. Sall. Effuſo ac profligato peditatu, paulatim retrocedere cœperunt.

Effūtio. effutis. n. q. pen. prod. ineptè & inconſultè loquor, euacuo, nihil contineo, inanis ſum, & dico cum mendacio. ἐκλαλέω, ἐξαγορεύω, ψευδολογῶ. Translatio à uaſe futili, quod patulo ore, fundo acuto, inſtabile, nihil in ſe contineat. Terentius in Phorm. Eo perperam olim dixi, ne uos fortè imprudentes foris Effutiretis? Horatius, Effutire leues indigna tragœdis uerſus.

E ANTE G.

Egelidor, aris. d. p. pen. cor. regelor, geluq; diſſoluor. ἀποκρυσταλλοῦμαι. Sidonius, Egelidarentur fibræ glaciales. Egelidus. a. um. quod non eſt calidum, neq; frigidũ. Ouid. Sed gelidum Boreã, egelidumq; Notũ. Columella, Nunc uer egelidum, nunc eſt molliſſimus annus. Seruius pro ualde frigido expoſuit apud Vergil. 8. Aneid. Et procul egelido ſecretum flumine uidit.

Egēnŭs, a. um. o. ſ. pen. prod. qui aliquid habet, & aliquo indiget. ἐνδεής. Pauper, qui nihil habet. πένης. Inops, ſine ope. ἀκτήμων. Liuius 9. ab Vrb. Omnium egeni corpora humi proſtrauerũt.

Ĕgĕo, es. egui. n. ſ. alicuius rei neceſſitatem habeo, ἀπορῶ. δέομαι. & tam genitiuo, quàm datiuo iungitur. Plautus in Aſina. Quia tui abeuntis egeo. Lactan. libro 5. Tantam eſſe innocentiæ uim, ut non egeat nec armis nec uiribus. Hinc componitur indigeo, δέομαι. Deriuantur uerò egeſtas, egens, egentior, egentiſſimus.

Ēgĕro, is. a. t. ἐκφέρω, pen. cor. ſſi. ſtũ. uide Gero.

Ēgĕſtās, atis. f. t. indigentia, paupertas, inopia, mendicitas, domeſtica difficultas. Vergil. 1. Geor. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Ēgĕſtōſŭs, a. um. o. ſ. ἄπορος. ab egeſtate formatur: ſicut à ſobrio ſobrioſus. Cyprianus: Quũ nulla fuerit opportunitas ſcandali, ubi tranſeuntes

unter, quod peius eſt egeſtoſam habuerit man(ſionē.

Ēgrĕdĭŏr, eris. d.t. extra gradior, exeo. ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι. Terent. in And. Egreditur ab ea. id eſt, de domo eius. Cice. ad. Att. lib. 13. Quo faciliùs ſuſtentari nos poſſemus, pedem è uilla adhuc egreſſi non ſumus. Dicimusq́ egredior templo, & è templo, & templum: id eſt, extra gradior templum. Inde egreſſus, & egreſſio. παρέκβασις.

Ēgrĕgĭŭs. a. um. quaſi ex toto grege electus, excellens, eminens & præſtans. ἐξαίρετος, ἐπίσημος, ἔκκριτος. Teren. in And. Forma egregia & ætate integra. Hinc contra grammaticorum regulas Iuuen. formauit comparatiuū

» Egregius cœnat meliusq́ miſerrimus. Sic

» Luc. Nam nihil egregius quàm res ſecernere apertas A dubijs. Egregiè, (ἐξαιρέτως) aduerbium, excellenter, ualde, nimis, ut apud Terent. in And. Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat.

Egula, læ. f.p. tertium genus ſulfuris, cuius uſus eſt ad ſuffiendas lanas, quia candorem tãtum mollitiemq́ confert. Plin. lib. 35. ca. 15.

Ēgurgĭto, as. a.p. pen. cor. ſignificat exhaurio. ἐκφορέω. Plaut. in Epid. Atque egurgitem domo prorſus.

E ANTE H, ET I.

EHō. ἆ, ἆα. interiectio eſt ad ſe uocantis, uel nutus eſt intentionem depoſcentis eius, cum quo uult loqui. Terent. in Andr. Ehò dum ad me. Aliâs interiectio admirantis, ut apud eundem, Eho, an tute intellexiſti hoc aſſimularier?

Ei, uel una ſyllaba ēi. οἱ, αὐτῷ. datiuus ab Is, ea, id. Aliquando habet qualitatis uim. Terent. in And. Eíne ego ut aduerſer? hoc eſt tali, tam bono. In metro plerunq́ monoſyllaba dictio eſt, ſicut cui & huic, licet quandoq́ etiam duarum ſyllabarum reperiatur: ubi e modò corripitur, modò producitur. Iuuen. Iuuenes hortantur, ut illam Ire uiam pergant, & eidem incumbere ſectæ. Lucretius lib. 6. Scilicet & fluuius qui uiſus maximus ei.

Ēiă. ἆα. modò adhortantis eſt, modò corripien(tis.

Ēĭcio, is. a.t. extra iacio, excludo. ἐκβάλλω. Verg. Nec non Tarquinium eiectum Porſenna iubebat Accipere. Quandoq́ extenſo. Idē, Eiectoq́ incūbit cernuus armo. Eiectum quoq́ pro naufrago idem poſuit: Eiectū

» littore egentem Excepi. Hinc eiectitius. a. um. quod eijci poteſt. ἐκβόλιμος. Plinius.

Ēiŭlārĕ, a.p. eſt uoce in altum ſublata plorare: magisq́ mulierum eſt proprium. βοᾷν, ὀλολύζω. Cic. 2. Tuſc. Ipſum enim Herculem uidebat in Oeta magnitudine dolorum eiulãtem. A quo eiulatio, & eiulatus, dicitur ploratus rationis expers. ὀλολυγμός. Ci. de Aruſp. Reſp. Nō ſunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ.

Ēiūrārĕ, a.p. eſt extra ius facere, renunciare, iuramento negare.. ἐξομνύναι, ἀναδύεσθαι. quemadmodum exaugurare, extra augurium facere. Plin. in Epiſt. Et quaſi eiurato magiſtratu priuatum me facerem. id eſt, renunciarem.

Ēiūſmŏdī. & Ēiūſcĕmŏdī, (τοιοῦτος) pronomina ſiue nomina ex ſe inuicem compoſita genitiui caſus, omnibus alijs figuratè adiuncta.

E ANTE L.

ELābŏr, eris. d.t. διεξάγω, ἐκπίπτω. pen. pro. pro extra labor, effugio eo modo, quo lubricus anguis, aut anguilla manu comprehenſa lapſu fugit. Verg. Ecce autem elap

» ſus Pyrrhi de cæde Polites. Plau. in Cap. Ea ſpes elapſa eſt. id eſt effugit.

Ēlăbōro, as. n.p. διεργάζομαι, ἐκπονέω, διαπονέω, ἐκπονέω. uide in dictione Laboro.

Elacata, genus ſalſamenti de quo Colum. lib. 9. Scombri, carchari, elacatæq́ uentriculos, & & ne ſingula enumerem ſalſamentorum omnium purgamenta.

Ēlæmpŏrĭă, æ. f.p. uel (ut aliqui uolunt) elemphoria, & hoſpitatura apud Alexandrinos, olei publicè coemendi cura. Bud. in Pand.

Ēlæŏn. ἔλαιον Latini oleū uocant. Ex quo componitur elæomeli, (ἐλαιόμελι) oleum in Syria ſponte ex ipſis oleis manans ſapore melleo: aluum mollit, bilē detrahit. Vide Plin. 15. ca. 7.

Ēlæŏthĕſĭŭm, ſij. n. ſ. Latinè unctuarium. & ſumitur pro loco, ubi unctores corpora ungere ſolebant poſt lauationem. (us.

Ēlăphēbŏlĭōn, onis. m.t. ἐλαφηβολιών. Februari

Ēlăphŏbŏſcŏn, (ἐλαφόβοσκον) herba eſt ferulacea, geniculata, digiti craſſitudine, ſemine corymbi, dependentibus folijs oluſatri: commendata in cibis, contra ſerpētium omniumq́ aculeatorum ictus. Vide Plin. lib. 22. cap. 22.

Ēlăphŏs, phi. c. ſ. ἔλαφος. pen. cor. Latinè ceruus.

Ĕlăpĕ, genus ſerpentis. Plin. lib. 32. cap. 5.

Ĕlătĕ, es. generis fœm. genus palmæ. Plin. li. 23. cap. 5. Palma ſiue elate medicinæ confert. Alioquin abietem Græci uocant ἐλάτην.

Ĕlătērĭūm, rij. n. ſ. genus eſt medicamenti. Plin. lib. 20. cap. 1. Vide Dioſcoridem.

Ĕlătīnĕ, es. fœminini gen. t. herba eſt quæ folia helxines habet. Plin. lib. 27. cap. 9.

Ĕlătītēs, lapis eſt Plinio lib. 36. cap. 20

Ēlātŭs. a. um. o. ſ. pen. pro. excelſus, eminens, ſuperbus: ab effero. μετέωρος, ὑπερμεγής.

Ēlēctio, onis. f. t. recta eſt approbatio ſimpliciter

Ēlēcto, as. frequent. formatũ ab electum ſupino. ἐφέλκομαι, ἐπάγομαι. Plaut. in Aſin. Ibo aduerſum atque electabo, hoc eſt mulcebo, & bono modo ſæpe foras exire faciam.

Ēlēctrĭdăs, (ἠλεκτρίδας) nonnulli dicunt eſſe in Britannia arbores electrum emittētes. Alij dicunt inſulas eſſe in mari Adriatico, ad quas Padus dilaberetur: quod falſum eſſe manifeſtum eſt. Plin. lib. 37. cap. 2.

Ēlēctrŭm, tri. n. ſ. (ἤλεκτρον) gummi ſiue lachryma, ſuccus ue ex arboribus pinei generis profluens, quod à Latinis ſuccinum dicitur. Naſcitur (ut inquit Plini.) in exoticis inſulis, ſub metalli ſpecie, & gleſſum dicitur à Romanis, à Latinis ſuccinum. Hinc electriferas inſulas, gleſſarias uocant.

Electuarium, rij. n. ſ. uulgus literatorum uocat, quod Græci ἔκλειγμα, à lingendo.

Ĕ lēēmŏſÿnă, æ. f. p. (ἐλεημοσύνη) munus quod inopi datur, ab ἔλεος, quod miſerationem ſignificat: quod nomen apud gentiles raro legitur, cum apud Chriſtianos frequentiſſimè inueniatur. Spartianus de Caracalla, Nō tenax in largitionem, non lentus in eleemoſynam.

Ēlĕgāns, antis. o. t. pen. cor. nomen eſt, non participium, ab eligo, ac idem eſt quod cultus, ornatus, politus, quaſi qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſibi ſit eligendus. εὐπρεπής, κομψὸς, ἐκλελεγμένος. Teren. Regē elegantē narras. Gell. libro 11. capi. 2. Elegans homo non dicebatur cum laude, ſed id ferè uerbum ad ætatem M. Catonis uitij, non laudis fuit.

Ēlĕgāntiă, æ. f. p. εὐκοσμία, κομψότης. dicta eſt quòd ſit electa & ſeparata à uulgari opinione, et accipitur pro cultu & ornatu, quæ tamē apud ueteres, non ad ingenij opera, ſed duntaxat ad nimis amœnum lautumq́ cultum ac uictum applicabatur, nec ſine uitio erat, nunc elegans ſolū laudando dicitur, ut elegans oratio. Eſt & elegantia orationis pars, quæ facit, ut unumquodq́ uerbum purè apertéq́ dici uideatur. Huius duæ ſunt partes, Latinitas, & explanatio. Latinitas, quæ ſermonem purum ſeruat ab omni uitio. Explanatio eſt, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Et duabus rebus comparatur, ſcilicet ut uſitatis uerbis utamur, & proprijs. Vſitata ſunt, quæ uerſantur in conſuetudine quotidiana. Propria ſunt quæ eius rei de qua loquimur uerba ſunt, aut eſſe poſſunt.

Ĕlĕgiă, æ. f. p. ἐλεγεία, ἐλεγεῖον. pen. prod. ſiue elegia, miſerabilis, uel miſera: ab ἐλελεῦ miſereor. Vnde elegi uerſus, dicti ſunt quòd ad fiſtulam luctus cantari ſoliti erant, aut quòd his miſerabiles hominum ærumnæ, & amoris quærimoniæ decantantur. Romani id genus carminis, quod cum lamentatione accinitur mortuis, næniam nuncuparunt. Inde tractum ut epitaphia quoque defunctorum elegis uerſibus ſcribantur. Ouidius, Flebilis indignos elegia ſolue capillos, Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit. Dicitur elegium metrum, & elegia, & per diminutionem elegidion, (ἐλεγείδιον.) Perſius, Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres. Huius metri princeps fuit Callimachus, ſecundus Philetas. Elegus, elega, um. ut. elegus uerſus, flebilis. Horatius libro 1. Odarum, ad Tibullum, Albi ne doleas plus nimio memor, Immitis Glyceræ, neu miſerabiles decantes elegos. Ab elegus fit elegiacus. a. um. ἐλεγειακός. Elegiographus. ἐλεγειογράφος. qui elegiā ſcribit.

Ĕlĕmēntă, orum. n. ſ. (στοιχεῖα) ſunt principia omnium rerum, à quibus ſumitur incrementum, & in quæ reſoluuntur. Vnde notas literarum ſcriptores elementa uocant, eo quod ſint principia orationis. Sic lex Moyſi, & omne uetus teſtamentum, elementum dicitur ab Apoſtolo, quibus quaſi ab elementis & religionis exordijs Deum diſcimus. Ars quoque muſica habet elementa ſua, & geometria ab elementis incipit linearum, & dialectica atque medicina habent εἰσαγωγὰς ſuas. Sunt autem quatuor elementa rerum

rum principia, aër, ignis, terra, aqua: quòd & omnia ex his gignuntur alunturq;, ab alendo dicta: uel potius (ut Hieron. ſcribit in Epiſtola ad Hebræos) quaſi eleuamēta, quòd ex ipſis cætera originem ſumāt, initia uidelicet, & fundamenta creaturarum. A quibuſdam etiam dicuntur elimenta per i literam, quaſi fabricamenta, ab eo quod eſt elimo.as. quòd ex eis fabricata ſint omnia. Pythagoras cæteriq; Phyſici principia quatuor elementa propoſuerunt, ex quibus animalia conſtant, quæ in corporibus noſtris euidenter apparent, Carnes & oſſa, terrena ſunt: humor & ſudor, aquatici, reſpiratio ex aëre, calor ex igne.

Ĕlēnchŭs, chi. m. ſ. (ἔλεγχος) Latinè reprehenſio ſiue argumentum dici poteſt, ab ἐλέγχομαι, argumentor. Plerunq; tamen pro argumento ſophiſtico & cauillatorio accipitur. Eſt etiam elenchus index libri, quem uulgò uocamus tabulam, ab ἐλέγχω, quod aliquādo ſignificat inueſtigo, uel exploro. Indicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere continetur. Sunt etiam elenchi margaritæ proceriores, faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Plin. lib. 9. cap. 35. » Iuuenalis, Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Ēlĕo. es. maculo. Lucil. Si hic ueſtimenta eleuit luto ab eo riſum magnum ad cachinnum imprudens ſubijcit.

Ĕlĕphās, elephantis, m. t. (ἐλέφας) & Elephantus. ti. animal eſt omniū terreſtrium maximū, Europæ incognitum, niſi ex Aſia aut Africa inuectum. Duos habet dentes, ſiue potius cornua, ex quibus fiunt opera eburnea, unde etiā poëtæ nōnunquam elephantum pro ebore po» ſuerunt. Verg. 3. Georg. In foribus pugnam ex » auro ſolidoq; elephanto. Elephanti biennio utero graueſcunt, nec amplius quàm ſemel gignunt, nec plures quàm ſingulos, uiuunt annos trecentos. Hos primum uidit Italia, Pyrrhi regis bello in Lucanis, et boues lucas nominauit: quoniam noſtri maximam quadrupedem quā haberent, uocarent bouem.

Ĕlĕphāntŏgrăphi, m. ſ. (ἐλεφαντογράφοι) à Plutarcho in Periclis uita, uocantur pictores qui ebore pingunt.

Ĕlĕphāntĭă, æ. f. p. ſiue elephantiaſis, (ἐλεφαντίασις) & elephas, eſt ceu lepræ quoddam genus, elephantorum cuti ſimile, crebris ſumma corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim ſe in atrum uertente. His nō ora tantum atq; manus, ſed ſuræ ac pedes quoq; inflātur, ut hinc recentiorū pleriq; nō alios putent eſſe elephātiacos, quàm quibus crura ſic intumeſcūt, ut pedes elephantorum habere uideantur. Origo morbi ex atra bile, non quidem omni, ſed retorrida, morbus inexpugnabilis, atque totius corporis quaſi cancer exiſtimatur. Plin. lib. 26. Elephantiaſis non fuit in Italia ante C. Pompeij tempora.

Ĕlĕphāntĭăcŭs, a. um. o. ſ. (ἐλεφαντιῶν, ἐλεφαντικὸς) qui morbum elephantiæ habet.

Ĕlĕphāntini libri, apud priſcos fuerunt, in quibus ſenatuſconſulta ſcribebantur, quæ ad principes pertinebant.

Ĕlĕphāntinŭs. a. um. ἐλεφάντινος. pen. cor. nomen poſſeſſiuum, ut pellis elephantina.

Ēlŭuiēs, ei. f. q. purgatio. Lucilius, Vt eleuiem facere per uentum uelis.

Ēlĕuo. as. a. p. pen. cor. ſurſum leuo, in altum tollo. μετεωρίζω, ἐπαίρω. Plautus, Cape dum lapidem hunc, atq; eleua. Item aufero. unde eleuatum pro ablato ponitur. Item extra leuo, minuo, extenuo, & res geſtas uerbis deprimo. ἐκφαυλίζω, & ἐκφλαυρίζω, εὐτελίζω, tractum à re ponderoſa, quæ ut par ſit, eleuatur. id eſt, imminuitur. Liu. lib. 3. Si uana noſtra P. C. authoritas ad plebem eſt, uos eleuatis eam, quippe quia plebs ſenatus conſultum in continuandis magiſtratibus ſoluit. Idem li. 28. Quin. Fabius res geſtas in Hiſpania eleuauit: id eſt, depreſſit.

Ēlĭcēs, um. f. t. (ἀγωγὰ) pen. cor. ſulci aquarij, per quos aqua collecta ex agro educitur, ab eliciendo dicti. Colum. lib. 2. cap. 8.

Ēlĭcĭo. is. (ἐξάγω) pen. cor. elicui, elicitum. a. t. uel elixi, elictum. ſignificat educo, extraho. Plaut. in Bacch. Vt eum ex lutulento cœno propriè hinc elicias foras. Ouidius, Credibile eſt lachrymas elicuiſſe Deo.

Ēlĭcĭto. as. (ἐξέλκω) pen. cor. frequentatiuum formatum à ſupino elicitum.

Ēlĭco. cas. pen. cor. inuerto.

Ēlĭco. onis. pen. cor. inuerſor & inuolutor rerū.

Ēlīdo. dis. pen. pro. eliſi, eliſum, a. t. effringo, exprimo, excludo, præfoco, diſſipo, occido. ἐκθλί-

ϑλάω, ἐκϑλίβω, ἐκϑλίβω. Cicero 2. Tuſc. Hæ ſunt illæ fibræ ſtirpium, quas initio dixi, perſequendæ, & omnes elidendæ, ne ulla unquam poſſit exiſtere. Sueton. in Cæſ. Ac ſæpe præ turba eliſi exanimatiq; ſunt. Item eſt collidere. Verg. 3. Ter ſpumā eliſam & rorantia uidimus aſtra.

Ēligo. gis. a. t. pen. cor. eſt de quouis numero, & quauis multitudine electionem facere, uel ad noſtrum emolumentum, uel dignitatem illius, qui eligitur. ἐκλέγομαι, ἐπιλέγομαι, αἱρῶμαι. Cice. 4. Acad. Quam potiſſimum ſententiam & diſciplinam melius eliget? Hinc electio. Item electus participium, & nomen. Elegans, & elegātia. Deligo. is. ere. uero ſignificat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendū. Delegit ſibi ſæpe Popu. Romanus imperatorē ad bella, ut Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoq; deligit milites, non eligit, ad rem uidelicet bellicam idoneos, & inter eos agit delectum, qui cui rei ſit magis accōmodus. Et agricola delectum agit inter tauros quos ſcindendo ſolo, quosq; procreandæ ſoboli deſtinet. at ſi ex multis daretur optio, quem ſibi uellet, eligeret, non deligeret. Ideoq; ſemper ferè dicitur in eodem ſenſu, datur tibi, ſiue offertur optio: &, datur tibi, ſiue offertur electio. Hinc Delectus. a. um. participiū: & delectus. us. nomen. Valla lib. 5. cap. 63.

Ēlimino. as. a. p. penul. cor. extra limen eijcio, excludo. ἐκφέρω. Actius, Egredere, exi, effer te, elimina urbe. Varro in Serano, Occipitium Arino deo oſtendo, ex oraculo elimino mihi.

Ēlimo. as. pen. pro. (ἀποξύω) Vide in Delimo.

Ēlinguis, & hoc elingue. o. t. (ἄγλωττος, ἄφωνος) qui ſine lingua eſt. Item qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etiam ſi linguam habeat. ἄφωνος. Cice. pro Flacco, Conuicit, & elinguem reddidit.

Ēlinguo. as. a. p. linguam extraho, ſeu lingua priuo. ἀπογλωττίζω. Plautus in Aulul. Si Hercle ego te non elinguandam dedero uſque ab radicibus, Impero, authorq; ſum, ut me cuiuis caſtrandum loces.

Ēliquo. as. pen. cor. Vide in dictione Liquo.

Ēlixo. as. n. p. aqua coquo. ἕψω, ἑψίω. L. Valla, Quod in prādio carnes quaſdā parū elixaſſet.

Ēlixum, xi. n. ſ. (ἑφϑόν) dicitur aqua coctū, quòd lix, ignis, cinis appellatur. Nā cinere ollæ ſuppoſito coqui ſolent carnes non aſſandæ. Varro autē per translationem Calceos elixos ſcribit quaſi madefactos, ut eſt caro quæ elixatur.

Ēllum, aduerbium apud Comicos demonſtrantis eſt, inquit Donatus, pro ecce illum.

Ēllychnium, nij. n. ſ. (ἐλλύχνιον, θρυαλλίς) dicitur funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, canabinus ue, aut ſtupeus, qui ſtans in oleo peruritur: quē & thryallida, & phlomon quoq; Græci appellant. Plinius, Et è medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt.

Ēllobia, orum. n. ſ. (ἐλλόβια) genus inauriū (inquit Iul. Pollux) à fibris aurium, quas Græci λοβὶς uocant.

Ēlogium, gij. n. ſ. (μαρτυρία) teſtificatio de aliquo honoris uel uituperationis cauſa. Vituperationis, Quint. Non eſt iudices, quòd putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Honoris, Seneca, Deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorū reliquit formoſam uxorem hæredem, & adiecit elogiū, Quia pudicam comperi. Et aliquando ſimplex teſtificatio ſententiæ. Cicero, Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorum, & lachrymis uacare. Dicitur etiā elogius, ſicut epitaphiū, & epitaphius.

Ēlocutio, onis. f. t. (ἑρμηνεία) quæ ab elocutum ſupino fit: eſt idoneorum uerborum ac ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

Ēlongo, as. a. p. (ἀφίστημι) longe facio, remoueo: ut, Elongaſti à me amicum & proximū. Aliquando protraho, differo. Plin. Quo maximè tempore dies elongatur.

Ēlops, pis. m. t. (ἔλοψ) piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus, unus ſquamis ad os uerſis, à nonnullis acipenſer dictus. Plin. lib. 9. cap. 17.

Ēloquentia, æ. f. p. (λογιότης) dictio ex omni parte perfecta, totum Rhetoricæ corpus cōtinens. Teren. in Eun. Dixi ne ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam?

Ēloquium. quij. n. ſ. (λόγιον) modò ſermonē, modò facundiā, modò elogiū ſignificat. Plautus, Dulci ac blando eloquio, amicā ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis nos natos eſſe.

Ēloquor, eris. d. t. pen. cor. ſignificat ſicut ſuū ſimplex Loquor. ἀποφϑέγγομαι, ἀποφϑέγγομαι. Vergilius,

plius, Eloquar an ſileã? Plautus in Amphitryone, Res quæ ut facta eſt eloquar: quaſi apertè loquar. Aliquando eloqui, eſt dicere. (φράζειν) quod proprium eſt oratoris. Á quo eloquentes, (λόγιοι) dicuntur qui in dicendi ratione perfecti ſunt.

Ēlōtæ, (εἵλωτες) ſeu Elotia, (εἱλωτεία) ſua publica appellant mancipia famulitia Lacedæmonij. id eſt, publicos miniſtros, ut ſunt apparitores, lictores. apud Theſſalos Peneſtæ.

Ēlūcĕo, ces. n. ſ. lucidum eſſe: & per transl. manifeſtum & apparens. Cic. 1. de Diuin. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Elucet animi excellētia in deſpiciendis opibus. Cic. 1. Off.

Ēlūcēſcĕrĕ, n. t. ſignificat ualde lucidũ fieri. παρεκφαίνειν. Hieronymus, Quod ut clarius eluceſcat, ſumamus exemplum ab his corporalibus ſenſibus.

Ēlūcĭfico. as. a. p. luce priuo. ζοφόω. quamuis Nonius interpretetur lucidare. Laberius, Volo elucificare exitum ætatis meæ.

Ēlūcubror, aris. d. p. elaboro, excudo. Cicero ad Att. Epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi.

Ēlūcūm, m. ſ. pen. prod. languidum, uel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, ſiue halonem. hoc eſt, heſterno uino languentē uocant.

Ēlūdo, is. a. t. pen. pro. manifeſte ſeu perfectè derideo, decipio. διαπαίζω. Cic. 4. Acad. Sed uos ab illo irridemini, & ipſi illum uiciſſim eluditis. Eſt & ludo finem dare. Terent. in Eunu. Eludet ubi te uictum ſenſerit.

Ēlumbūs, & Elumbis, (ἀπεψοιωμένος) qui euulſum habet lumbum, uel qui præ lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

Ēlŭo, is. elui, elutũ. a. t. ſignificat lauo, ſeu lauando exhaurio, extra purgo. (ἐκπλυνω) Colum. lib. 1. Quod etiam uenenati liquoris eluit perniciem. Lactant. lib. 5. Quanto ſatius eſt mentem potius eluere, quæ malis cupiditatibus ſordidatur? At eluare eſt gulæ inſeruire, ſeu luxurioſe effundere. λαφύσσειν. Cic. pro. Sex. Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij eluabare?

Ēlūſcārĕ, a. p. eſt luſcũ facere. (πηροῦν τὴν ὄψιν) Apud Iureconſultos ad legem Aquiliam ſcribitur, Aquilia eum teneri, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

Eluuia, orum. n. ſ. auraria metalla uocantur. Plinius lib. 34. cap. 16.

Ēlŭto. as. a. p. (ἐκπιέζω, ἐκπλυνω) exprimo, foras aquam colo, ſeu quid ſimile ex luto aut alia re fœda. Verg. 2. Georg. Aqua elutabitur omnis. id eſt, exprimetur. Sed hoc loco Virgilij eluctabitur legendum.

Ēlūtrĭo. as. n. p. de uaſe in uas transfero. (διαχέω.) Dicitur & tranſuerſo, ſed rarius. Fortè à lura, quæ os culei eſt. Vnde lurcones, capacis gulæ homines. Plin. lib. 14. cap. 17. Sufferuefactis decies, mox elutriatis, atq; ita inueteratis.

Ēlŭuiēs, (κατακλυσμὸς) f. q. ſpurcitia, & proprie dicitur quod expurgatur, præſertim aquarum fluxu, ut cloaccalis feculentia. Plin. Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Eluuie aquarum euertentur ciuitates, id eſt aquarũ inundatione. Lactant.

E ANTE M.

Ēmăcĭātūs, a. um. σωματικὸς, τετρυμμένος, ἀπεσκληκὼς τὸ σῶμα: ab emacio. as. quod eſt macrum facio. Colum. lib. 2. de Medica herba: Omne emaciatũ ex ea pingueſcit, ægrotanti pecori remedium eſt.

Ēmāncĭpo, as. a. p. (ἐκποιῶ) pen. cor. manumitto, à patria poteſtate libero: eum quem in poteſtate habeo ſui iuris efficio, et quaſi extra meũ dominium pono. Vnde pater dicitur emancipare filium, cum eum paterno iure liberat, & ſui iuris efficit. Id quibus modis fieri ſoleat, uide in Inſtit. de adopt. & emancip. Vnde emancipati. (ἐκποίητοι) qui ex patris iure exceſſerunt, & ſui iuris facti ſunt. Aliquando emancipatus, idē eſt quod dedititius, & ueluti in mancipium adſcriptus. Cic. in Cat. Ita ſenectus ni mis honeſta eſt, ſi ſeipſam defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi uſq; ad altimum ſpiritum dominatur in ſuos. Qui emancipat, dicitur emancipator. Emancipare agrum, eſt alienare: è mancipio, id eſt dominio, & poſſeſſione ſua emittere, & alteri poſſidendum tradere. Emancupo me tibi. id eſt, tuæ poteſtati me trado. Plaut. Bacc.

Ēmānĕo, extramaneo, à quo emanſor.

Ēmāno, as. n. p. (ἀπορρέομαι, ἐκρέω) pen. pro. extra manare, exire, produci atq; emitti. Colum. libro 5. Et ſale cum adipe defricatur, dum ſa-

nlei uie emanat. Plin.lib.13.cap.3. Vtilis & ſaniem emanantibus.id eſt, emittentibus, ſiue expurantibus. Emanare res aliqua dicitur, cũ reſcitur, & ſpargitur in uulgus. Liu. Periculũ erat, ne uera eo ipſe quòd celarentur, ſua ſponte magis emanarent. Cic.Att.2. Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat, ſed ita compreſſeram ut nunquam emanaturam. Emanare in, uel ad uulgus ἔκφορον, καὶ ἔκπυστον γίνεσθαι. Cicero, Ego etiam ſi omnia quæ dicenda ſunt libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire atque in uulgus emanare poterit.

Ēmānſŏr, oris. m. t. dicitur qui diu uagatus ad caſtra regreditur: ſicut deſertor, qui per tempus longum uagatus reducitur.

Ēmārcŭm, genus uuæ à Galliarum incolis ſic dictæ, teſte Col.lib.3.cap.2.

Ēmārgĭno.nas.a.p.pen.cor. ſignificat cruſtas & puluillos, & margines ulcerum adimo. Plin. libro 28.cap.9. Item equarum, præterquam uirginum, erodit, emarginat, ulcerat.

Ēmăſcŭlo.as.a.p.caſtro, & uirilitatem depono. εὐνουχίζω. Seruius ait apud quoſdam populos ſacerdotes ſolitos ſe quibuſdam herbis emaſculare, ut Venerem arcerent, & coire non poſſent. Item eſt puerum ſtuprare, ut apud Apuleium.

Ēmāx, acis. gen. cõmunis, qui uel quæ facile inclinatur ad emendum. ὠνητικός. Cato de re Ruſt.cap.2. Patremfamilias uendacem, non emacem eſſe oportet. Hinc emacitas, (τὸ ὠνητικόν) facilitas & inclinatio uoluntaria emendi. Colum.li.5. Quoſdã emacitas in armentis, quoſdã exercet in cõparandis mancipijs cura.

Ēmbāmmă, atis.n. t. (ἔμβαμμα) condimentum, quod ad condienda obſonia fit. Colum.lib.12. cap.55. Hoc ſinapi ad embammata, non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo uteris. Quidam embammata intelligunt immerſiones, quando intingimus uel panem uel obſonium in uaſculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτειν fieri uidetur, quod eſt immergere, intingere. Vnde & Latinè intinctus. hoc eſt, liquores ſapidiſſimi. uulgus ſapores appellat, gulæ prorſus irritamenta. Alexander ab Alex.lib.5.cap.9.

Ēmbătæ naues. Plin. lib.19. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) embatæ ſunt. Eſt autem uulgare uerbum, aut nauticum, quod ad hanc ſignificationem attinet à uerbo ἐμβαίνω deductum, quod conſcendo nauem ſignificat. Vnde Bud. in Annot.

Ēmblēmătă, tum. n.t. (ἐμβλήματα) ſunt opera, quæ ex teſſerulis ſtructa ſunt. quale eſt muſeatum in parietibus ſeu pauimentis, & teſſellatũ in lignis, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, quod eſt interſero. Emblematum quædam dicuntur uermiculata ſiue muſeata, ut quæ in parietibus fiũt, quædam ſegmentata quæ in lignis, et quædam teſſellata quæ in pauimentis. Sed ſæpe cõfunduntur. Bud. in Annot. Emblema, inquit, uermiculatum opus ſignificat, ex teſſellis inſitiijs aptatum atq; conſertũ. Inde illud Ciceronis in Oratore perfecto de collocatione uerborum loquens ex Lucilio, Quàm lepide λέξεις compoſtæ, ut teſſerulæ omnes, arte, pauimento atque emblemate uermiculato. λέξεις inquit, id eſt, dictiones in oratione tam lepide cõpoſitæ, quàm in pauimentis uermiculato opere factis teſſerulæ. Huiuſmodi autẽ hodie uiſitur in Italiæ opus, in æde Senenſi pulcherrimum. Emblemata etiam in uaſis argenteis aureiſq; & Corinthijs ornamenta erant apud antiquos exemptilia, cum libitum erat, cuiuſmodi ætas iſta nõ nouit, ut arbitror, quod ex Marci Tullij uerbis intelligi facile poteſt in Verrem Actione quinta. Verba Ciceronis hæc ſunt, Vaſa autem ad Verrem deferuntur, Cybiratæ fratres uocantur, pauca improbãt. quæ probarent, iis cruſtæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excuſſis delicijs cum argento puro domum reuertuntur. Quod unquam iudices huiuſmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Hinc factum eſt quia emblema inſertũ quoddã & inſitum ſignificat iniunctumq;, ut pro ornatu temporario & exemptili ponatur, ut apud Fabiũ lib.2. Inſtitutionis oratoriæ.

Ēmbŏlĭŏn, lij.n.ſ. ἀπὸ τοῦ βάλλω. id eſt, ab in, & iacio. (Vnde emboliaria mulier dicitur) quaſi argumentum & ingreſſus quidã ſcenicus, quale ſub Domitiano repræſentatũ eſt, ut teſtatur Martialis his uerſibus, Iunctam Paſiphaën Dictæo, credite, tauro Vidimus, accepit fabula priſca fidem. Cicero ad Att. Embolium nouũ cogito. Dicitur & ſtabilitas ipſa embolon, & roſtra quoq; nauium eodem nomine dicuntur. Sed & acies in rhombi modo inſtructa, nominatur

Digitized by Google

natur embole,(ἐμβολὴ)ſicut & pars arietis extrema machinæ muralis qua ingruit. Ipſa quoque fibula rotarum axibus firmandis immitti ſolita,quam ruſtici clauiculam appellant,Græcè nomen habet embolium.

Ēmbŏliſmŭs,mi.m.ſ.dicitur intercalatio.ἐμβόλιμος.atq; etiam ἐμβολιμαῖος.Latinè intercalaris & inſititius dicitur. Intercalare enim interſerere eſt,ſi Macrobio credimus. Menſis Februarius intercalaris ob hoc dicitur,quòd ei unus dies interſeritur.

Ēmbry̆on,(ἔμβρυον) accipitur pro eo quod in utero matris uiuit,antequam liniamenta ſuæ ſpeciei accipiat,partus imperfectus,atque (ut Suidas ſcribit)νεογνὸν βρέφος,ἢ τὸ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον.Ex ἐν & βρύω germino.

Ēmĕdŭllo.las.a.p.per duplex ll.(ἀπομυελόω.) Vide in Medulla.

Ēmēndĭco.cas.a.p.pen.pro.ſignificat more mendicantium expeto.ἐρανίζω.ὁμαι,ἐπαιτέω. Suet. in Cæſare, In Hiſpania à proconſule & à ſocijs pecunias accepit,emēdicatas in auxilium æris alieni.

Ēmēndo,as.a.p.ἐπανορθῶ.corrigo,aufero:& ab menda deducitur. Plin.lib.24.Succus hederæ tædia narium graueolentiamq; emendat,præcipue albæ ſatiuæ.

Ēmĕrgo,is.emerſi,emerſum,n.t. (ἀνακύπτω.ἀναφέρομαι,ἀναδύομαι.) Vide in Mergo.

Ēmĕrĕo,res.emerui,& emeritus ſum, n.ſ. idem quod merere ſignificat.Plaut.Aulu.Quid ego emerui adoleſcens mali?

Ēmĕrĕŏr,reris.emeritus.d.ſ.idem quod mereor, (ἀντιμεῖμαι,παύομαι μισθοφορῶ,ἀφίημαι.)Emereri gratiam,(καταπράττομαι,περιποιοῦμαι.)Lactant.lib.4.Etenim cum conſtet homo ex carne & ſpiritu,& oporteat ſpiritum iuſtitiæ operibus emereri,ut fiat æternus.Vnde emeriti milites,qui militia perfuncti, ab eaq; abſoluti uacationem iam habent,nominātur.Emerita arma.id eſt,uictricia,& finem belli imponentia. Emeritum ſtipendium,paſſiue dicitur (inquit Budæus) quod peractum eſt, cum iam milites miſſionem ut ueterani impetrauerunt. Emeritos boues Vergilius per tranſlationem appellat,pro defeſſis, & opere ac labore ſolutis. Emeritæ apes,Plin.lib.11.cap.11.Sunt autem fuci ſine aculeo imperfectæ apes,nouiſſimæq; à feſſis & iam emeritis inchoatæ. *at,im*

Ēmētĭŏr,tiris.emenſus ſum.d.q.idem quod metiri ſignificat. Liuius per tranſlationem,Et inde una nocte ignaris hoſtibus, & ob id quietis aliquantum emenſus eſt iter.

Ēmĕto.tis.pen.cor.emeſſui.Vide Meto.

Ēmĭco.as.pen.cor.Vide Mico.

Ēmĭgro.as.pen.prod.Vide Migro.

Ēmĭnĕo,nes.n.ſ.pen.corr.nui. quaſi extra alios, hoc eſt,præ alijs maneo. is enim eminere dicitur,qui cæteris altior eſt (προκύπτω,ὑπερκύπτω,ἐξέχω.) Plin.lib.16.cap.31. Eſculus quantū corpore eminet,tantum radice deſcendit.Et cum præpoſitione ex. Cic.Tuſc.1.Globus terræ eminens è mari. Cum extra præpoſitione.Plin lib. 17.cap.21.Deſcendat quæ proxima arbori fuerit,duo oculi extra terram emineant. Et cū per.Liu. Eminet ferrū per coſtas. Per tranſlationem,pro apparere. Cicero in Verr. Toto ex ore crudelitas eminebat.Et Tuſcul. 2. Amplitudo animi maxime eminet contemnendis doloribus. Sic eminere aliquis dicitur,qui cæteris antecellit.Cic.in Orat.Tantum abeſt, ut noſtra miremur, ut uſq; eò difficiles, ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi,tamen non ſemper implet aures meas. Ex his omnibus ſatis opinor, apparet Eminere de omnibus ſiue perſonis,ſiue rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem,aut magis expoſitam, idq; cōmode transferri poſſe ad quaſcunque res reliquis excellentiores. Vnde eminens nomen ex participio. Cæſar. 2. Bell. Ciu. Has trabes paulo longiores atq; eminentiores, quàm extremi parietum erant,effecerunt. Cicero Tuſcul.3. Eminens effigies uirtutis. Et eminentia. Idem. Academ.lib.2. Quis eſt, quin cernat quanta uis ſit in ſenſibus? Quàm multa uident pictores in umbris & eminentia, quæ nos nō uidemus? Huius uerbi compoſita ſunt, præemineo, uel præmineo,quod eſt anteſto,præſum, quaſi ante alios maneo. Promineo, porrigor. Supermineo.

Ēmĭnŏr,pen.cor.naris.d.p. idem quod minari. Plautus Cap. Eminor, interminorq; ne quis obſtiterit obuiam. Vnde eminatio uerbale. Idem,Dentilegos omnes mortales faciā,quem

 que

pici offendero. Aeg. Quæ illæc eminatio eſt? an te queo mirari ſatis?

Ēmĭnŭlŭs,a.um.o.ſ.(ἀναπάμφθος) pen. cor. *parum eminens, ſeu parum à longe. Var. libro 2. cap.5. Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſubſcriſpam, compactis cruribus, potius breuioribus quàm longis, rectis genibus et eminulis, diſtantibus inter ſe. Idem de canibus, Spina neq; eminula, neq; curua.*

Ēmĭnŭs,(πόῤῥωθεν,μακρόν) pen. cor. aduerb. *ſignificat à longinquo loco, quaſi ab extra manente. & differt à longè, quòd non rectè dixeris, eminus habito, ut longe habito, ſed eminus iacula mittebat. Similiter commus. ἐγγύθεν, ἐντεῦθεν. à loco propinquo, nõ in loco propinquo, neq; propè: ut comminus te percutiam, non cominus ſedeo. Valla in Rau.*

Ēmiſſārĭŭm,rij.n.ſ.(διέξοδος) *locus per quam aqua è lacu aut ſtagno emittitur. Suet. in Claudio, Fecit & emiſſarium Fucini lacus, portũq; Hoſtienſem.*

Ēmiſſārĭŭs,rij.n.ſ.(προάγγελος) *qui ante exercitum emittitur, uel ad explorandum (κατάσκοπος) uel ad prælium laceſſendum, (προάγγελος) uel qui dominum circũſtat, ut eius iuſſu obtẽperet, & præſto ſit, ut emitti poſſit. Item qui paratus eſt inuehi in aliquem. Cicero Mario, Perſuaſeratq; nõnullis inuidis meis, in me emiſſarium ſemper fore. Item furtorum conciliator (ſicut Aſcon. docet) atq; internuncius, quæ à magiſtratibus uel à dominis committuntur. Cic. in Verr. act. 5. Dubitaturum quenquã exiſtimas, quin illis emiſſarijs hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit? Et emiſſarius uocatur equus, aries, & huiuſmodi, qui emiſſus ſit in ſolitudinem, uel qui ad generandam ſobolem emittitur. Plin. lib. 17. cap. 23. Emiſſarium appellat palmitem, qui emiſſus ex deputatione infertur imis ſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat.*

Ēmiſsitĭŭs, adiect. *explorator, quaſi ad perquirendum miſſus. Et oculi emiſſitij, extra educti, qui huc & illuc aſpectant, & ueluti ſeſe eiaculantur. Plautus Aulul. Circunſpectatrix cum oculis emiſſitijs.*

Ēmitto,tis.emiſi,emiſſum,a.t. ἐκπέμπω, προΐημι, ἐκφέρω. *extramitto: et emittitur, quod aliquo modo cõtinebatur. Multiplex eius uſus eſt. Plaut. Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat uerticem. Cicero ad Herenn. 4. Quod ſi nunc hæc urbs inuictiſſima uocem emittat, non hoc pacto loquatur? Sic etiam emittere arcu ſagittas aut tela. Plin. lib. 9. ca. 8. de Delphinis: Nam cum fame cõfecti, fugientem in uada ima perſecuti piſcem, diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſſi ad reſpirãdum emicant, tantáq; ui exiliunt, ut plerunque uela nauium tranſuolent. Admittit quoq; & præpoſitiones. Cic. in Verr. Quæro, cur hunc eundẽ repẽte de carcere emitti iuſſerit. Idẽ pro Plan. Emiſſus aliquis è carcere. Et Att. 2. Emittat ad me Publius, qui obſignent. Cæſ. Bell. ciu. 1. Emittunt noctu per uallum. Liuius. Primos equites clamore ſublato in hoſtem emiſit. Emittere manu aliquem, pro manumittere, & in libertatem aſſerere. (ἀφίημι) Plautus Capt. Nõ erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Ponitur etiam aliquando pro manifeſtare, edere. (ἐκδίδωμι.) Cicero Fam. lib. 7. Epi. ult. Vt etiam ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus.*

Ēmmĕlĭă,æ.f.p.(ἐμμέλεια) *eſt quoddam genus ſaltationis pacatũ, de qua uide Bud. in Pand.*

Ĕmo,emis,emi,emptum,a.t. (ὠνοῦμαι, ἀγοράζω) *pecunijs, uel gratia aut præmio, uel alio quouis modo aliquid mihi comparo: cõſtruiturq; cum ablatiuo uel genitiuo horum nominum, tanti, quãti, pluris, minoris, & huiuſmodi. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius uoluit. Gell. Libros plurimos ære pauco emi. Eius compoſita ſunt, abemo, adimo, coẽmo, ſimul emo, uel ex omnibus locis emo: eximo, interimo, perimo, & redimo, quæ habent penultimam correptam. Vnde etiã Emptitare, de quo mox. & empſitare apud Plaut. Caſ. Non ego iſtud uerbum empſitem titiuilitio.*

Ēmŏlŭmentŭm,ti.n.ſ.(ὠφέλημα, λυσιτέλημα) *utilitas quam ex opera & labore aſſequimur: & à molimine deſcendit. Cic. 3. Offi. Si ſic erimus affecti, ut propter ſuum quiſq; emolumentum ſpoliet, aut uiolet alterum, dirumpi neceſſe eſt eam, quæ maxime ſecundum naturam humani generis eſt, ſocietatem.*

Ēmortŭālis dies, θνησιμαῖος dicitur, *in quo quis mortuus eſt, ſicut natalis, in quo quis natus eſt. Plautus; Certum eſt mihi hunc emortualem facere*

facere ex natalibus.

Ēmphăſis,is.f.t.(ἔμφασις) pen.cor.expreſſio, ſignificatio,demonſtratio:figura eſt, qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo ſunt genera:unum, quod plus ſignificat quàm dicit: alterum, quod etiam id quod non dicit, uel quod maius dicit,ſub quo etiam minus uolumus intelligere. Verg.li.1.Georg. Cum iam glandes atq; arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ. hoc eſt non ſolum aliæ,ſed etiam ſacræ.

Ēmphўtĕōſis,is.f.t.(ἐμφυτέωσις)Latinè melioratio: quia ab initio ſterilia tantum per hunc cõtractum concedebantur, ut is qui acciperet rem,in meliorem ſtatum reduceret. Hinc emphyteota.

Ēmphōnŏs,(ἔμφωνος) pen. prod. Latinè canorus,uocalis.

Ēmphrăctă,orum.n.ſ.ἔμφρακτα. nauigia tecta, à uerbo Græco ἐμφράττω obturo. E diuerſo ecphracta,(ἄφρακτα) aperta intectaq; nauigia,apud Iureconſ. Titul.de exercit.act. Quædam naues onerariæ,quædam emphractæ.

Ēmpīrĭcŭs,ci.m.ſ. experimentator, ab ἐμπειρία quod eſt experimentum.ἔμπειρος,expertus.ἐμπειρικὴ,pars medicinæ, quæ per experientiam curat.Diuidũt enim medicinam in empiricen, logicen,& methodicen.Plin.lib.29.cap.1.Alia factio ab experimentis ſe cognominans,empirice,cœpit in Sicilia.

Ēmplăſtrātĭo,onis.f.t.(ἐμφύτευσις) in arboribus dicitur,cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore. Eſt autem Emplaſtratio nomen uerbale,à uerbo Emplaſtro, cuius paſſiuum uſurpauit Colum.lib.11.cap.2. Poſſunt, inquit, ſi iam librum remittũt inſeri oleæ,uel emplaſtrari,cæteræq; pomiferæ arbores eodem emplaſtrationis genere inſeri.Inde particip. Emplaſtraturus quo idem autor uſus eſt lib.5.cap.11.

Ēmplăſtrŭm,ſtri. n. ſ. (ἔμπλαστρον,ἔμπλαστρος) Latinè fictum,uel infirmatũ: ex ἐν & πλάττω, fingo,ſeu formo,quod ſcilicet ex diuerſis rebus confingi & formari conſueuit,quod nunc uulgò unguentum dicitur. Plin.lib.21. cap.4. Imponuntur emplaſtra uulneribus, malagmata ſuper integrã cutem inijciuntur. Ab alijs emplaſtrum dicitur cataplaſma.

Ēmpŏrĕtĭcă charta,(ἐμπορετικὸς χάρτης)dicta eſt, qua merces inuoluuntur à mercatoribus,inutilis in ſcribendo.

Ēmpŏrĭŭm,rij.n.ſ.(ἐμπόριον) locus mercatus & nundinarum. Latinè dicitur emptorium,ubi res uenales exponuntur:ab ἐμπορεύω,lucror,negotior.Plaut.in Amph.Apud emporium, atq; in macello,in palæſtra,atq; in foro.

Ēmpŏrŏs,ri.m.ſ.(ἔμπορος) mercator.

Ēmpŏreŭmă,atis.(ἐμπόρευμα) negociatio.

Ēmphrōſthŏtŏnŭs, (ἐμπροσθότονος.) Vide Tetanici.

Ēmptĭtĭŭs,a.um.o.ſ. qui eſt de numero eorũ qui empti ſunt,ſiue emi ſolent ὠνητὸς. Varro lib.3. De re Ruſt.Hic aprum glans cum paſcit emptitia,facit pinguem: illic gratuita exilem.

Ēmptĭto,tas.(ὠνοῦμαι) pen. cor. frequenter emo, uel frequenter mercandi ſeu acquirendi uſum habeo.Plin.lib.33.Alios corijs,alios ferro captiuisq; rebus emptitaſſe tradit.Colum.lib.8.cap. 10. M. Terentius ternis ſæpe denarijs ſingulos emptitatos eſſe ſignificat. Empſitare quidam legunt apud Plautũ in Caſ. Non ego iſtud uerbum empſitem titiuilitio.

Ēmptŭrīrĕ,n.q.cupere emere.Varro in Procem. lib.2.Propterea quòd te empturientem in campos macros adducunt crebro pedes.

Ēmptĭōnālĭs,le.o.t. qui frequens eſt in emptionibus & proſcriptionibus bonorum.Cæl.ad Cice.Quod quidem ſi inter uos ſenes emptionales uenale proſcripſerit. alij cõcionales ſenet.

Ēmpўĭcŭs,(ἐμπυϊκὸς)ſuppuratus,cui uomica & pus circa pectus & præcordia abundat.

Ēmpўrĭŭm,(ἐμπύριον)Latinè igneũ,à πῦρ quod eſt ignis.Vnde cœlum empyrium.

Ēmūnctōrĭŭm,rij.n. ſ. inſtrumentum ad emungendum.

Ēmūngo,gis.emunxi,emunctum, a.t. ἀπομύττω, nares purgo, quod fit, cum pus ex eis detrahitur.Mungo enim eſt,quaſi mucum ago è naribus.Mucus uero eſt narium humiditas.Emungere lucernam uel candelam eſt extremam el lychnij partem quæ iam exuſta lumini officit, digitis aut emunctorio auferre. Per translat. ſæpe ponitur pro ſpoliare ſeu fraude extorquere.Terent. Emunxi argento ſenes.Vnde emunctus,exhauſtus,& pecunia denudatus. Emunctæ naris homo, dicitur qui eſt acri exactoq; iudicio,elegans & facetus. Eraſ.

Ēmūnĭo.nis.niui.nitum.idem quod munio.

Ēmūſco,as.n.p purgo, & muſcum adimo. Col. lib.11.cap.2.

Ēmūſſĭcātā.(ἰσαθμηνμέα.) uide in Amuſsis.

Ēmūtĭo,tis.tiui.titum.n q.pen.prod.tanquã mutus ſignum facio,uel ſtrepitum: qua uoce utitur Plaut.in Mercatore.

E ANTE N.

EN,(ἰδὲ,ἠνὶ)ſignificat ecce. & nominatiuo pariter & accuſatiuo iungitur, uel indicando:ut, En Priamus. uel exprobrãdo: ut,En agros,& quã bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius.Cicero,En crimen.

Ēnānthrōpĭſĭs,is.f.t. (ἐνανθρώπησις) incarnatio hominis dicitur.

Ēnārgĭă,æ.f.p.pen.pro. Græcè ἐνάργεια, Latinè euidentia,ſiue repræſentatio illuſtratióq;: cum res ita deſcribitur,ut cerni uideatur.

Ēncǣnĭă,orum.n.ſ.(ἐγκαίνια) cum æ diphthongo,innouatio.Auguſt.Encænia, feſtiuitas erit dedicationis templi.Græcè enim καινὸν dicitur nouũ.Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum,encænia uocatur.

Ēncānthĭs,idis.f.t. ἐγκανθὶς. morbus oculorum, cum in ipſorum angulo tuberculum eſt, quod palpebras parum diduci patitur.

Ēncauſtēs,ſtis.m.t. (ἐγκαυστὴς) qui igni adhibito aliquid fingit.Vitruuius, Quod facere ab encauſte didicerat. Encauſtice. ces. genus illud picturæ,quod adhibito igne fingitur. Apuleius: Encauſticen oppidò exercens,ſe & duos filios ſuſtentabat.

Ēncauſtūm,ſti.n.ſ.(ἔγκαυστον) materia eſt aduſta ad picturam apta. Latine inuſtum dicitur. Plinius: Figulinum opus encauſto pinxit. Hoc genus picturæ primus Nicia in uſu habuit. Hinc ortum ut uulgus atramentum librariũ, appellare cœperit encauſtum. Vide Hermol. in Caſtigationibus.

Ēnchīrĭdĭōn,dij.n.ſ. (ἐγχειρίδιον) diminutiuum à manu dictum,quaſi promptuariũ, & quod ad manum ſemper haberi debeat, ceu in enſe capulus:genus libelli parui,quod manuale Latini dicunt,quòd ἐν χειρὶ. id eſt, in manu contineri poſſit, quale eſt Enchiridion Auguſtini.Sed & gladiolum ſeu militarem pugiunculum ſignificat,et remi partem illam quam nautæ manu comprehendunt,enchiridion uocari Iul.Pollux tradit.

Enchiros,animal orientis,ad magnitudinẽ tauri,ſimile aliquãtulum tauro,ſed ſunt in eo longi crines deſcendentes ad duas ſcapulas. Color eſt inter nigrum & rufum,ad nigredinem declinans:uox quaſi tauri, & cornua multum ad intus inflexa, caret dentibus ſuperioribus.

Ēnchōrĭi,orum.m.ſ.(ἐγχώριοι) dicũtur regionales. Vt auium quædam ſunt enchoriæ,quædã alienigenæ.

Ēnchrīſtă,(ἔγχριστα)apud Celſum medicamenta ſunt liquida quæ illinuntur.

Encimibomata,tũ.n.t.ueſtes ſunt puellares. Cato: Vt puellæ habent potius in ueſtitu chlamydas,encimibomata,et parnacidas,quàm togas.

Ēnclĭſis,is.f.t.(ἔγκλισις) inclinatio, & unum de accidentibus uerbi, quod Latini modũ dicũt. Hinc encliticum, inclinatiuum. Et encliticæ coniunctiones, q;,ue,ne,quoniam inclinant ad ſe accentum.

Ēncōlpĭæ, (ἐγκολπίαι) ut ait Ariſtot.uenti ſunt, qui è mari ueniunt per ſinus.

Ēncrȳphĭă,dicuntur azyma ſubcineritia.

Ēncyclĭōs,(ἐγκύκλιος) Latinè dicitur orbis doctrinarum omnium.Vitru. libro quinto. Gratias agit parentibus, quòd ſe erudiendum curauerint encyclio doctrinarum omnium diſciplinæ. Seneca quoq; encyclias, liberales artes appellari teſtatur à Græcis.

Ēncyclŏpǣdĭă, æ.f.p.Latine dici poteſt circularis uel orbicularis ſcientia. Eſt enim omnium artium & diſciplinarum perfecta ſcientia.Ratio nominis procul dubio tracta eſt à circularis figuræ perfectione.

Ēncyclĭās, (ἐγκυκλίους,ἐξωτερικὰς) Ariſto. in Ethicis,commentationes intelligit, quas Gellius extrarias. hoc eſt, exoticas, Martianus cyclicas,cuiuſmodi & Problematum ſunt libri, & quæ populares à Cicerone,ac Themiſtio quæſtiones appellantur, quòd de rebus omnibus, tanquam in circulo paſſim quæreretur.Encyclias quoq; doctrinas Veteres dicebant, quaſi orbiculares, quoniam connexæ & coagmentatæ ſunt uti corpus unũ. Annuũ etiam ſtipendium: encyclium dicitur,quòd in ſua terga uolutatur annus.

Ēncyŏn,Latinè fœtum,& habens uterum.

Ēndĕlĕchiă,æ.f.p.(ἐνδελέχεια) per d. ut Cicero lib.1.Tuſc.ſignificat continuationem,& perpetem quendam actum ſiue motionem, qualis in anima cognoſcitur. Endelechiſmos, continuata mobilitas. Entelechia, (ἐντελέχεια) uero per t, eſt perfectio quædam & conſummatio. Et entelechus perfectus. Sciendum tamen (ut Hermolaus inquit) tantam inter d & t eſſe germanitatem, ut in pleriſq; mutuo ſe impellant, elidantq;. Nam & attraphaxim uocamus herbam, quæ adraphaxis ab Hippocrate dicebatur: & entelechiam Ariſtoteles pro endelechia uſurpat. Politian. Miſcel. cap.1. Budæus de Aſſe lib.1. & De contrariarum rerũ formatione.

Ēndēplōro,ras.pen.prod.imploro, quod eſt cum quæſtione inclamo, et cum fletu rogo, quod eſt propriè uapulantis.

Ēndiădys.ἓν διὰ δυοῖν.figura, cum duo diuerſa nomina in unam cõuenientiam iunguntur: ut apud Verg. Molemq; & montes inſuper altos. id eſt molem montium.

Ēndŏitiŭm, initium: endeplorato, pro implorato, endoprocinctu, pro in procinctu. Feſtus.

Ēndŏprŏcīnctŭm, Veteres dicebant, cum ex caſtris in prælium exitum eſt.

Ēndrŏmis.midis.f.t.ἐνδρομίς.ueſtis Gallica, hirſuta,& uilli longioris, nomen tantum Græcũ ſortita, quæ potiſſimum arcendo frigori cõueniebat. Marti. Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnã, Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet: Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri Dona, peregrinam mittimus endromida. Hanc athletæ poſt curſus certamina induere ſolebant. Dicta endromis, quòd ἐν δρόμῳ, hoc eſt in curſu, eam habeant propriè.

Ēnnĕăphthŏngŏn. ἐννεάφθογγον. chelym, apud Martialem legimus. id eſt, quæ habebat uoces nouem.

Ēnĕrgiă,æ.f.p.ἐνέργεια. Latinè efficatia ſeu operatio. Hieron. Habet neſcio quid latentis energiæ uiuæ uocis actus. Componitur autem ex ἐν & ἐργάζομαι, quaſi agilitas quædã ſit & operatio interior, quæ eſt ueluti uia ac dux ad exteriorem corporis actum.

Ēnĕrgĭfĭcŭs, a.um.v.ſ. efficax.

Ēnĕruo, uas.a.p. quaſi ſine neruis facio, debilito. ἐκνευρίζω. Cic. in Cat. Non planè eneruauit ſenectus, non afflixit.

Ēnĕruŭs,a.um. ſicut eneruis. ἄνευρος ἐκνευρ...Θ. quaſi ſine neruo. Vnde eneruа ſaltatio apud Apuleium, quæ ſinuoſis flexibus, & corpore plicatili fit. Plin. in Paneg. Viſum eſt ſpectaculum inde non enerue, nec flexum, nec quod animos uirorum molliret & frangeret.

Ĕnhydrĭs.ἐνυδρίς.coluber in aqua uiuens, unde nomen accepit, inquit Plin. lib.32. cap.7.

Ĕnhydrŏs.ἔνυδρος. lapillus abſolutæ rotunditatis, & cum candore leuitatem habens.

Ĕnĭm.γὰρ.cauſalis coniunctio: ut, Cole pudicitiam, hæc enim hominem uindicat à ſcelere. Quandoq; eſt copulatiua. Vergilius, Progeniem, ſed enim (ἀλλὰ γὰρ) Troiano à ſanguine duci Audierat. Quandoq; affirmatiua. Terentius: Enim non ſinam. Iuncta autem cum uerò, ponitur pro at, ἀλλὰ μὴν. Cicero: Hic cum alijs ex alia parte enimuero ferendũ aſtu. Sciendum quod Enimuero in principio poſitum, ſignificat certe. Cicero: Enimuero ferendum hoc non eſt. Poſtpoſitum autem indignanti accommodatur, & ferociter reſpondenti. Plautus T. in. Eho tu is es? Ch. Is enimuero ſum. Aliquãdo ſine indignatione, et in affirmatione. Cic. Ille enimuero negat. Liuius, Tunc enimuero deorum ira admonuit.

Ēnĭtĕo, tes.ἐκλάμπω. pe.cor. Vide in dict. Niteo.

Ēnĭtŏr.φιλοτιμοῦμαι, ἀποτείνω. pen.cor. à quo enixus. Vide in dictione Nitor.

Ēnīxĭm.φιλοτίμως, ἐντόνως. aduerbium, pro enixè. uide Nitor.

Ēn năm.ἦ γὰρ. ſignificat etiam ne.

Ēnnĕăphōnŏs.ἐννεάφωνος. pen.prod. habens nouem uoces.

Ēnnĕăphyllŏn.ἐννεάφυλλον. herba eſt, quæ longa folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne urat latus. continuo enim puſtulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utiliſſima. Plin. lib.27. cap.9.

Ēnnĕăs, ados.ἐννεάς. nouem complectens.

Ēnōdĕ, pen.prod. planum, ſine nodo. Verg. Enodes trunci. Et per metaphoram enode etiã dicitur, quod ſine difficultate eſt. Plin. in Epiſt. Recitabat ἀμφιπαίγνιον, eruditam ſanè luculentamq; materiam (ſcriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiam, ut popoſcit locus.

Ēnōdo, das. (διαλύω) quaſi ſine nodo facio. uide in Nodo.

Ĕnōrchis, gemma, quæ diuiſa fragmentis teſtiū effigiem repræſentat.

Ēnōrmĕ, mis. o. t. (ἄμετρον, ἔκτοπον) dicitur magnū, ſine menſura, nimium, eo quòd normam & menſuram excedat. Plin. in Epi. Omnis enim aduertit, quod eminet & extat: ſed acri intentione dijudicandum eſt, immodicum ſit, an grande, altum, an enorme. Enormiter, aduerbium. Plin. lib. 37. cap. 6. Simili modo ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

Ĕnōs, ἐνώς. Latinè uerus homo interpretatur. Neminem enim putant uerum eſſe hominem, præter eum qui uerum Deum & cognoſcat, & pie colat. Alios uero nihil à pecoribus differre arbitrantur, quia uidelicet ueluti beſtiæ ad terram proni, uentri, & Veneri obediant. Propriè uero Enos (ſi uerbum de uerbo Latinè exprimas) obliuiſcentem denotare uidetur, qualis natura rationalis corpori alligata efficitur. Quod enim uere incorporeum, diuinū, rationaleq́ue eſt, non ſolum tranſacta recordatur, ſed etiam futurorū, propter ſublimitatem ſpeculationis, habet cognitionem. Quod autē carni coniunctum eſt, quodq́ue magno corporis pondere premitur, ignorantia obliuioneq́ue inuolutum, rectè Iudæorum ſermo Enos. id eſt obliuiſcentem appellauit.

Ēns, ĕntis. n. t. uel om. gen. τὸ ὄν. et entia, τὰ ὄντα. à uerbo ſum deducta, à philoſophis uſurpata.

Ēnſis, is. m. t. (ξίφος) gladius, mucro, ſpata. Vergil. Rigidus enſis. Funeſtus enſis, Cicero. Ab enſis fit diminutiuum enſiculus. ξιφίδιον. Plautus in Rud. In eo enſiculo literarum quid eſt?

Ēntĕriōnē, pen. pro. ἐντεριώνη. medulla.

Ēntĕrŏcēlă, læ. f. p. ἐντεροκήλη. dicitur cum inteſtina dilabuntur in ſcrotum. Epiplocele. ἐπιπλοκήλη. cum omentum. Hydrocele. ὑδροκήλη. cū in alterum è teſtibus humor confluit: omneſq́ue has ſpecies, noſtri uocant hernias, inquit, Celſus. Ramices uero qui ſequuntur, porocela. πωροκήλη. cum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit. Sarcocela. σαρκοκήλη. cū in ipſo ſcroto concreuit caro. Cirſocela. κιρσοκήλη. cum uenæ intumuerūt, tunicis teſtium integris, uel in ipſo ſcroto, uel (cum bubonocela dicitur) in inguine. Eſt tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupreſſi. Enterocelicus, qui enterocela laborat. Plin. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur ueſicæ uitijs.

Ēnteron. ἔντερον. Latinè inteſtinum. Hinc quidam exenterare, (ἐξεντερίζειν) pro euiſcerare, & inteſtina detrahere, deduci putant. Vide ſuo loco.

Ēnthēcă. ἐνθήκη. accipitur pro gazæ repoſitorio.

Ēnthĕōn, thei. n. ſ. ἔνθεον. medicamentum, à præſtantia remedij dictum.

Ēnthĕsis. ἔνθεσις. pen. cor. Latinè interpoſitio.

Ēnthĕūs, a. um. o. ſ. ἔνθεος. diuinum, quaſi deo plenum, & furore afflatum. Vnde enthei Pythonici, qui Apollinis ſpiritu repleti præbebāt oracula.

Ēnthūsĭāſmūs, mi. m. ſ. ἐνθουσιασμός. afflatus poëtici furoris diuinus.

Ēnthȳmēmă, atis. n. t. pen. prod. & Enthymematum. ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖν. quod eſt mente concipere, animaduertere, conſiderare: cōmentum uel commentationem Quintilianus interpretatur, quòd mentis actio omnis atq́ue ſententia enthymema nominetur, ſicut docet Cicero in Topicis. Poniturq́ue pro argumēto ex uno aſſumpto cōcludente. Hinc imperfectus ſyllogiſmus dicitur: ut, Homo eſt ſubſtantia, ergo animal eſt ſubſtātia. Nam ut inquit Ariſt. fit ex uocibus & ſignis. id eſt ex probabilibus & neceſſarijs propoſitionibus.

Ēntŏmă. ἔντομα. pen. cor. inſecta.

Ēnūclĕo, as. n. p. aperio, & nucleum extraho. nucleus uero. πυρὴν. à nuce deducitur, quod tenerum in nuce includitur. Per translat. enucleare ſignificat declarare & explanare. σαφηνίζειν. Cic. in Partit. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum eſt. Enucleatè aduerbium, purgatè, exquiſite, ac ſine aſperitate, ab eo, quòd nucibus ſeparatis à teſtis, nucleorū uſus utilis ſit. Cic. lib. 4. Tuſc.

E ANTE O.

Ĕ O, is, iui, uel ij. itum. n. q. πορεύομαι, εἶμι. cum omnibus compoſitis ſignificat iter capio: à Græco ἐάω, quod eſt omitto, quia eundo locum omittimus in quo eramus. Vergilius: It triſtis arator. Interdum ſignificat uenire. βαδίζειν. Terent. Adel. Quæſo ut unà mecum ad matrem uirginis eas. Ire autem in ſen-

tentiam

tentiam pedibus,(προσίθεσθαι) eſt alterius ſententiæ non uerbo, ſed corpore accedere. Liuius, Qui hoc ſentitis, in dexteram partem pedibus tranſite, quæ maior pars erit, eo ſtabitur conſilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus tranſierunt. Hæc ratio inuenta eſt, quod nõnunquam longum eſt audire ſingulos, dum plurimi ſunt, uel duo capita ſentẽtiarum ſunt, ut res expeditiores fiant. Aliquando ne pedibus quidem, præ multitudine ad ſententiam ire poſſumus, ideóq; manu ſententiam ſignificamus. quod Quintilianus intelligit, ubi ait: Manibus pedibuſq; imus in ſententiam neceſſitatis. Huius uerbi futurũ indicatiui modi tam in am, quàm in bo, cum ſuis compoſitis facit, licet Diomedes tantum bo dicat. Sciendum quoque eſt, quòd Eo cum ſit neutrum in compoſitione tamen plerunq; mutat terminationẽ: ut adeo, adeor: obeo, obeor: intereo, intereor: ſubeo, ſubeor. Iuuenalis: Quòd ſi ſubeuntur proſpera caſtra. Claudi. Pugna acriter commiſſa, ac multis utrinq; inieritis. Vergil. lib. 10. Morte obita, quales fama eſt uolitare figuras. Componitur Eo cum ab, abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ cauſa: ante, anteeo: circũ, circumeo: con, coëo, in quo abiicitur n: contra, contraëo: ex, exeo: in, ineo: inter, intereo: intro, introëo: ob, obeo: per, pereo: pro, prodeo, in quo d interponitur ſonoritatis gratia: præ, præeo: pro prælego diſcipulo. προηγοῦμαι, προσδοκῶ. præter, prætereo: re, redeo: ſe, ſedeo, quaſi ſeorſum eo: ſub, ſubeo: ſuper, ſuperbio: ubi interponitur b, & e mutatur in i: trans, tranſeo: uænum uæneo. A ſupino itum, itu, fit itus. us. & itio. πορεία. Cicero, Quid noſter itus & reditus? Idem: Nam plura de obuiam itione ſimul loquuti fueramus.

Eo uænum, (ἀπεμπολοῦμαι) dictum eſt ab antiquis, uendor. Gellius: Sues aut fœminas, ſi ſteriles eſſent, uæniſſent, ex edicto ædilium poſſe agi. Malui compilare quàm uænire.

Ĕō, (τούτῳ) pro tanto: ſicut & quo, pro quanto ponitur, ut eo magis, quo magis. Salluſt. Statui res geſtas populi Romani carptim, ut quæque memoria digna uidebuntur, perſcribere; eo magis, quòd mihi à ſpe, metu, partibus Reipub. animus liber erat. Quandoq; ponitur pro ideo, uel propterea. Terent. in Eunu. Eóne es ferox? (ἐπὶ τοῦτο) Et in eadem, Eò ad eam nõ admiſſa ſum. Aliquando ſignificat huc, uel uſque illuc. Liu. lib. 2. Ipſa ueſtigia quærentẽ dominum eò deductura erant. Sic dicimus, eò magnitudinis, quod eſt ad eam magnitudinem. Eò ſapientiæ. εἰς τοῦτο σοφίας. deuenit: id eſt ad eam ſapientiam.

Ēōŭs, eoi. m. ſ. (ἠῷος) prima ſyllaba prod. oriens dicitur: ab ἠὼς, quod eſt manè & aurora. At Ĕōŭs prima cor. à lumine, appellatus eſt unus ex equis Solis, quaſi lucifer, ac orientalis, quòd mane aſſurgens orbẽ illuminet. ἠὼς enim Græcè lux dicitur, (unde ἑωσφόρος lucifer.) pro quo nos dicimus Eoum. Vergil. 1. Georg. Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous. Ouid. lib. 4. Metamorph. Modo ſurgis Eoo Temporius cœlo, modo ſerius incidis undis.

Eouſq;, (ἐπὶ τοσοῦτον) in tantum. Valeri. Max. lib. 1. Natam uitem eouſq; creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes inumbraret.

E ANTE P.

Ĕpāctă, (ἐπάκτα) ab ἐπάγω, quod eſt addo, ex ἐπὶ & ἄγω compoſitum.

Ĕpăgōgē, ges. f. t. (ἐπαγωγή) figura quæ fit ex rerum ſimilium collatione, uel argumentorum, ſalua tamen ſimilitudine rerum, ut Vergilius, Improuiſum aſpris ueluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens.

Ĕpăgōn. gontis, m. t. (ἐπάγων) artemo à noſtris uocatur, trochleáq; id genus eſt, quæ in machinis tertia dicitur, quod & ergeta dicitur à Vitruuio, idq; uernacula ſimplicitas appellat organum.

Ĕpănădiplōsĭs, is. f. t. (ἐπαναδίπλωσις) figura cũ idem uerbum in eadem ſententia & primum eſt, & extremum: ut, Ante nouis rubeant quã prata coloribus ante.

Ĕpănŏdŏs, di. f. ſ. (ἐπάνοδος) penultima correpta, regreſſio. ex ἐπὶ & ἀνὰ, quæ retro indicãt, & ὁδὸς uia, quaſi retro poſt uiam: ut, Principatus bonus, nõ autem bonus qui in tyrannidem commutatur.

Ĕpănălēpsĭs, is. f. t. ἐπανάληψις. replicatio, uel repetitio: ab ἐπὶ & ἀνὰ, quæ duo ſimul, & re & iterũ denotant, atq; λῆψις acceptio: figura quæ fit, quando una dictio in principio uerſus ſumpta, iterũ in fine uerſus ponitur. Iuuenal. Creſcit amor numi, quãtum ipſa pecunia creſcit.

Ĕpănăphŏră,(ἐπαναφορὰ) Latinè repetitio.

Epaphrŏdītŭs,ti.m.ſ. (ἐπαφρόδιτος) penultima correpta,dicitur uenuſtus,iucundus.

Ĕpārchĭă,æ.f.p.(ἐπαρχία) prouincia.

Ĕpārchĭōtēs,tæ.m.p.prouincialis,

Ĕpārchŭs.(ἔπαρχος) præſes prouinciæ.

Ĕpaūxĭs.ἔπαυξις. dici poteſt incrementum: aut potius epauxeſis.

Ĕpĕctăsis,is.f.t.ἐπέκτασις. pen. corr. dici poteſt porrectio: figura qua in medio dictionis litera uel ſyllaba interponitur: ut induperator pro imperator.ex ἐπὶ ſuper,ἐκτείνω extendo.

Ĕpēnthĕsis,is.f.t.(ἐπένθεσις)pen. cor. interpoſitio,ex ἐπὶ & ἐν,& θέσις poſitio,ut relligio pro religio.

Ĕphēbĭă,æ.f.p.(ἐφηβία)pubertas dicta eſt:id eſt prima ætas adoleſcētiæ: adoleſcentia uerò extrema pueritiæ, ut tradit Don. Cenſorinus de Die nat.ita deſtinguit ephebiā,ut decimoquinto ætatis anno,cum primum pueritiam egreſſi ſumus,dicamur μελλέφηβοι,hoc eſt futuri ephebi:decimoſexto,ἔφηβοι: decimoſeptimo ἐξέφηβοι,quaſi ephebiam egreſſi. Inde ephebum,(ἐφηβεῖον) dictum palæſtre membrum, in quo ephebi exercentur. de quo Vitr.lib.5.

Ĕphēbŭs,bi.m.ſ.(ἔφηβος)pen.pro.pubes dicitur, quòd iam ſit in pube, & ad annos pubertatis „peruenit:ex ἐπὶ & ἥβη pubertas. Iuuenalis, Armenius zelotes cunctis narratur ephebis.

Ĕphedrŏn, (ἵππουρις) apud quoſdam herba eſt, quā equiſetū uocāt:à ſimilitudine ſetæ equinæ. eſt enim pus terræ. Hæc curſorū lienes extinguit,fictili nouo decocta.Plin.lib.18.cap.28.

Ĕphēgēsis,pen.pro.(ἐφήγησις) Latinè expoſitio prioris dicti.Epexegeſis melius dicetur.

Ĕphēlis,idis.f.t.(ἐφηλίς) pen. prod. eſt aſpredo quædam cutis,mali odoris,in facie.

Ĕphēmĕrīnŏs,(ἐφημερινὸς)febris unius diei. Amphemerinos uerò quotidiana eſt,& ex humoribus corruptis,præſertim pituita coaleſcit.

Ĕphēmĕris,idis.f.t.(ἐφημερίς) pen.corr. liber in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur. Latinè acta diurna,& diarium dicitur:ab ἐπὶ & ἡμέρα dies. Mos fuit Romanis,ut ſinguli rerū ſuarum tabulam conficerent. unde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinatio„nes erant, cum ait:In cuius manibus, ceu pin„guia ſuccina tritas Cernis ephemeridas. Propertius uero pro libro fœneratoris,in quo ſummas pecuniæ mutuatitiæ fœneratæq; perſcribit, & ratiunculam per ſingulos dies expenſi acceptiq; ſubducit, & lucra damnaq; cōputat. „dicit enim, Me miſerum, his aliquis rationem „ſcribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Calendarium à Seneca dicitur.

Ĕphēmĕrŏn,(ἐφήμερον) animal ortū apud Hippanim fluuium,apud Boſphorum. Ariſtot.libro 5. Animal. Eſt etiam ephemeron genus herbæ.folia habens lilij,ſed minora:caulem parem,florem cæruleum, ſemen ſuperuacuum. Plin.lib.25.cap.13.

Ĕphēſtĭŭs,ſtij.m.ſ.(ἐφέστιος) Latinè domeſticus, familiaris dicitur.

Ĕphēſtris,idis.f.t. ἐφεστρίς. à Græcis dicitur ueſtis quæ armatis ſuperinduitur.

Ephi,(οἶφι) eſt menſura trium modiorū,de qua fit mentio in ſacris literis.

Ĕphĭāltēs,tis.m.t.(ἐφιάλτης) à noſtris dicitur incubus.

Ĕphippĭă,orum.n.ſ.(ἐφίππια,ἀπὸ τοῦ ἐπὶ & ἵππος) proprie tegmina ſeu ſtragula, quibus equi ſternuntur: uel ſellæ equis ad inſidendum impoſitæ. Horatius,Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Hinc equites ephippiati, qui ephippia habent in equis. Cæſar. Equi ephippiarij, quibus ſellæ imponuntur, propter molliorem uecturam. uide in dictione Strata.

Ephod. ἐφοὺδ. dictio Hebræa,qua ſignificatur ſuperhumerale pontificis ueſtimentum.

Ĕphŏdĭŭs,ſiue ephodion,dij.n.ſ.(ἐφόδιον) uiaticum,& quandoq; ſumitur pro apparatu.

Ĕphŏrŭs,ri.m.ſ.(ἔφορος) pen.cor. Lat. ſuperinſpector,præſes,præfectus,epiſcopus, ab ἐπὶ & ὁρῶ,aſpicio. Quo uocabulo Cicero utitur pro quodam magiſtratu Lacedæmoniorum. Erāt enim ephori tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis. Olim pro miniſtris regum fuerunt, paulatim deinde omnem potentiam in ſe transferentes,ad id licentiæ peruenerūt, ut ſenſim à rege magiſtratum proprium conſtituerint,nòmine ephoriam. Ephoria. ἐφορεία. tutela.

Ēpĭālŏs. ἠπίαλος. genus febris eſt,ex pituita frigida uel uitrea putrefactaq;. Nomen dedit ei placidi pellacia ponti ſubdola,quam Græci ἀπὸ ἠπιότητα,quoniam agitatum ex tranquillo

difficil-

difficillimũ efficitur: uel ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἀλεαίνειν. quia blande ac modice calefaciat.

Ĕpĭbătæ,orum. m. p. (ἐπιβάται) ſunt bellatores in re nautica. Hircius in Comment.belli Alexand. Capta eſt una hoſtium quadriremis,depreſſa eſt altera,alteraq́; perturbata,deinde omnes epibatis nudatæ. ἐπιβάτης tamen propriè aſcenſor dicitur,ἀπὸ τοῦ βαίνω.

Ĕpĭbatră,træ.f.p.pen.pro.ſcala nautica.

Epicharida,pen.cor.genus nauiculæ.

Ĕpĭchērēmătă, tum. n.t. argumentationes ſunt quæ nonnulli rationes appellauerunt, Cicero ratiocinatiua. Hieron.ad Augu. Ego ſimpliciter fateor dignationi tuæ,licet ſtylus & ἐπιχειρήματα tua mihi uiderentur,tamen non temere exemplaribus literarum credendum putaui. Vide Quint.lib.5.cap.10.

Ĕpĭchriſtă,orum.n.ſ.(ἐπίχριστα) apud Galenum in eundem ferè uſum accipiuntur quo circumlitiones,quas Dioſcor. περίχριστα, καταβλήματα appellat:à circũliniendo,quod eſt expolire.

Ĕpĭchȳſis,is.f.t.(ἐπίχυσις) uaſis genus, infundibulum Latinè. ἐπιχύω,infundo.

Ĕpĭcēdĭŭm,dij.n.ſ. ἐπικήδιον. carmen eſt,quod in laudem defuncti ante cadauer ſepultum cani ſolet: aliter nænia,uel monodia dictum.

Ĕpĭcœnŭm,ni.n.ſ.ἐπίκοινον. Latinè ſubcõmune, promiſcuum ex ἐπὶ & κοινόν. Intereſt autem inter genus cõmune & epicœnon,quòd in genere cõmuni & homines ſunt & pecora, in epicœno pecora tantum. Et in genere cõmuni ambo articuli ſunt,hic & hæc,cum nomine cõmunicantes,ut hic & hæc canis:epicœnon autem cum articulo uno maſculino communicat nomen fœmininũ,ut hic paſſer,ſub quo intelligitur fœmina. Et ſub neutro intelligitur fœmina,& hoc pecus. Verg. Lenta ſalix fœto pecori,id eſt grauido.

Ĕpĭcnōmŭs,mi.m.ſ.ἐπιγνώμων.recognitor. Nã ἐπίγνωσις recognitio dicitur.

Ĕpĭcrŏcŭm,ci.n.ſ.pen.cor.genus ueſtimenti,croceo colore infectum,cuius meminit Varro.

Ĕpĭdīctĭcōn,ci.n.ſ.ἐπιδεικτικὸν.dicitur demonſtratiuũ.Nam ἐπιδεικνύω,oſtendo ac demonſtro ſignificat.Cic.in Orat.

Epidipnidæ ſeræ,hoc eſt epulæ, quæ in extrema cœna uel prandio adferũtur.Mart.li.11. Hinc ſeras epidipnidas parabit.Melius ἐπιδειπνίδας.

Ĕpĭdrŏmēs.ἐπίδρομοι.dicuntur funes quibus retia tenduntur circa ſummã & imam partem: quòd in his retia diſcurrãt. ἐπὶ enim ſignificat in,δρομῶ curro. Quidam accipiũt pro anulis, quibus cortina chordæ impeditur. Alij epidromon uocant uelum, quod in puppi panditur, quod nautæ mezanam uocant.

Ĕpĭēcĭă. ἐπιείκεια. Latinè æquitas dicitur.

Ĕpĭgămĭă.miæ.f.p.ἐπιγαμία.cõnubium, affinitas cum alijs gentibus.

Ĕpĭglōſſĭs,ſeu Epiglottis. ἐπιγλωττίς.fiſtula exterior eſt. Quo etiam uocabulo dicitur eius fiſtulæ ſuperior pars, qua cibus potusq́ feruntur, totaq́ curculus uocatur.

Ĕpĭgrămmă.tis. n.t. ἐπίγραμμα. ſeu epigrammatum.ti.dicitur inſcriptio,uel ſuperſcriptio: ab ἐπὶ ſuper, γράμμα litera,uel ſcriptio. Cice. pro Archia poëta: Quòd epigrãma in eũ feciſſet,tantummodo alternis uerſib. longiuſculis.

Ĕpĭgrāmmătārĭŭs,rij.m.ſ. & epigrammatiſta, (ἐπιγραμματιστής) pro eo qui epigrammata componit.

Ĕpĭgrăphē.es.f.t.ἐπιγραφὴ pen.cor.titulus, inſcriptio, cenſus: id eſt, dinumeratio ciuium, luſtrum.

Ĕpĭgrȳphŭs,a.um.o.ſ.ἐπίγρυπος.penul.cor.habens aduncum naſum.

Ĕpĭlēpſĭă,æ.f.p.ἐπιληψία.pen.prod. Latinè correptio,ſeu apprehenſio dicitur. Morbus eſt ſic dictus,quòd mentem apprehendens corpus pariter poſſideat ex melancholico humore. contrahuntur enim nerui ex hoc morbo. Dicitur et morbus caducus. Vulgus appellat lunaticũ. Idẽ comitialis appellatur,de quo in Comitialis.

Ĕpĭlēptĭcŭs,ci.m.ſ.(ἐπιληπτικὸς) qui ex epilepſia laborat.

Ĕpĭlĭgnă, unguenti genus uiliſſimũ, quo paſſim utebantur.

Ĕpĭlŏgĭſmŭs,mi.m.ſ.cogitatio,computatio.

Ĕpĭlŏgŭs,gi.m.ſ.pen.cor. Latinè cõcluſio,nouiſſima pars orationis. Nam quas nos concluſiones dicimus,Græci ἐπιλόγους appellant:ab ἐπί, quæ diminutionem hic donotat, & λόγος ſermo. Cic.4.de Fini. Patronus'ue cauſæ in epilogo pro reo dicẽs negaret eſſe malũ exilium, publicationem bonorum,&c. Alij cumulum, alij perorationem uocant. Rhetorici tripartitum epilogum faciunt, conſtantem enumeratione,

tione, amplificatione, & commiſeratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις. id eſt, recapitulatio. Per amplificationem concitantur animi auditorum, per cõmiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

Ĕpĭmēlās, quæ colorem nigricantẽ habet in candida gemma.

Ĕpĭmēdĭūm, dij. n. ſ. ut Plin. lib. 27. cap. 9. ſcribit, eſt herbæ genus folijs hederæ.

Ĕpĭmŏnē, es. f. t. ἐπιμονή. pen. cor. Latinè perſeuerantia: figura quando ad maiorem certitudinem in eadẽ dictione perſeueratur: ut Verg. Sic ſic iuuat ire ſub umbras. Hæc etiam Epizeuxis ἐπίζευξις uocatur.

Ĕpĭmȳthĭŏn, thij. n. ſ. (ἐπιμύθιον) fabulæ eſt expoſitio, eiuſq; utilitas: ut cum apologi rationem & ſententiam authores mythologici attexunt: ut ſunt apud Aeſopum appendices fabularũ, quaſi affabulationes. Budæus.

Ĕpīnĭcĭă, orum. n. ſ. (ἐπινίκια) Græci uocãt præmium & celebritates pro parta uictoria: ab ἐπὶ & νικάω. Suetonius uerò accipit pro carminibus ac laudationibus compoſitis, cum in Nerone ſcribit, Sequenti die lætũ inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oporteret.

Ĕpĭnȳctĭdēs. ἐπινυκτίδες. puſtulæ minutæ, ſeu uari: dicti à nocte, in qua maxime proueniũt. Iuli. Poll. Epinyctis, puſtula ſubliuida, modice humeſcẽs, & plena ſanguinis in tibijs et pedib.

Ĕpĭōdĭūm, ſeu epicœdium, dij. n. ſ. canticum quod dicitur cadaueri nondum ſepulto: alio nomine nænia dicitur. ex ἐπὶ ſuper, & ᾠδὴ canticum.

Ĕpĭpĕdŏn. ἐπίπεδον. Latinè planum, ſiue ſuperficies dicitur.

Ĕpĭphănēs. ἐπιφανής. pe. cor. Latinè illuſtris. ex ἐπὶ ſuper, φανὴς clarus.

Ĕpĭphănīă. ἐπιφάνια τὰ. apparatio, ſeu manifeſtatio dicitur. φαίνω enim manifeſto. Hierony. Dies epiphaniorum Græco ſermone ſic uocatur. Quod enim apud nos apparitionem uel oſtenſionem dicimus, Græci epiphanium uocãt. Hoc autem ideo, quia dominus noſter hodie ſaluator apparuit in tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Maria, & triginta annorũ expleſſet ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus eſt, quo ad Ioannem Bapti. ut in Iordane baptizaretur, aduenit, & uox de cœlo Patris intonantis audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Epiphania quoque uocatur, cum latitudo menſuratur cum longitudine. uide in Grãme.

Ĕpĭphōnēmă, atis. n. t. ἐπιφώνημα. rei narratæ, uel probatæ ſumma acclamatio.

Ĕpĭphŏră, ræ. f. p. ἐπιφορά. pen. cor. morbus oculorum, quem uulgo lachrymam uocant, cum deſcenſus humoris oculos angit: ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν. hoc eſt ab inferendo. Plin. Caro peponum epiphoris oculorum & doloribus prodeſt. Dicitur & de alijs membris. Plin. Teſtium uerò epiphoris cum ramis laureæ teneræ adeò peculiaris eſt.

Ĕpĭplēxĭă, æ. f. p. ἐπιπληξία ſiue Apoplexia, dicitur ſubita percuſſio: πλήσσειν enim pcutere eſt.

Ĕpĭplŏcēlē, es. f. t. (ἐπιπλοκήλη) dicitur omenti in ſcrotum deſcenſus, quem noſtri cõmuni nomine herniam uocant.

Ĕpĭrhēdĭūm, dij. n. t. uehiculi genus, nõ diſſimile bennæ: compoſitum nomen ex ἐπὶ, & rheda. » Iuue. Tritoq; trahunt epirhedia collo.

Ēpīrōtĭcă mala. ἠπειρωτικὰ μῆλα. dicũtur orbiculata, à figura orbis in rotunditatẽ circumacti.

Ĕpĭſchĭdĭŏn. ἐπισχίδιον. apud Vitruuium accipitur pro cuneo.

Ĕpĭſcŏpātŭs, us. m. q. ἐπισκοπὴ. ipſius epiſcopi officium, dignitas ue.

Ĕpĭſcŏpĭūm, pij. n. ſ. ἐπισκοπεῖον. epiſcopi habitatio dicitur.

Ĕpĭſcŏpĭŭs, a. um. o. ſ. ἐπισκόπιος. ponitur pro exploratorio. Cice. ad Att. Conſcendi in phaſelũ epiſcopiam. id eſt nauem exploratoriam.

Ĕpĭſcŏpŭs, pi. m. ſ. ἐπίσκοπος. pen. cor. magiſtratus nomen, penes quem ſummus erat rerum arbitratus, ſicut ephorus. ἐπισκοπεῖν enim eſt ἐφορᾷν. Hodie ad antiſtites trãsferimus, ut quorum omni ſtudio & opera Reipub. Chriſtianæ prouidere officium ſit. Latinè ſpeculator dici poteſt. Apud Homerum eodem nomine & epiſcopum & regem appellatũ eſſe nouimus. Et proprie qui præeſt pani, cæteriſq; uenalibus rebus, ciuitatibus ob quotidianũ uictum neceſſarijs, epiſcopus dicitur. Cic. ad Att. lib. 7. Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat epiſcopũ, ad quẽ delectus & negotij ſumma referatur.

Digitized by Google

Ĕpĭſpăſtĭcă,orum.n.ſ.ἐπισπαστικὰ, medicamenta quæ pertinent ad ulcus purgandum, puſq; extrahendum.

Ĕpĭſtătēs,tæ.m.ſ. ἐπιστάτης. Græce dicitur qui à nobis uillicus procuratorq;, ac præpoſitus rei faciendæ uocatur. In fœminino genere epiſtata uillica, quæ præeſt diligenter familiæ ruſticanæ. Cato de re Ruſt. cap. 56.

Ĕpĭſtŏlă,læ.f.p. ἐπιστολὴ ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν quod eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. Eſt autem literata locutio quæ ab abſente ad abſentem fit, inquit Liban. Plaut. in Pſeu. Herus me tibi ſalutem multam uoluit dicere: Hanc epiſtolam accipe à me, hanc me tibi iuſſit dare. Hinc epiſtolare, quod ad epiſtolam pertinet. ἐπιστολιμαῖος. Hieron. Neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur.

Ĕpĭſtŏlĭŭm,lij.n.ſ. parua epiſtola. Catullus: Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.

Ĕpĭſtŏmĭŭm,mij.n.ſ. (ἐπιστόμιον) dicitur in fontibus manu fabrefactis, in quibus ſunt fiſtulæ plures aquam tranſmittentes. Seneca ad Lucil. Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint, & adhuc plebeias fiſtulas eloquor.

Ĕpĭſtrŏphĕă. ἐπιστροφέα. & Strophea, nominant Græci primam ceruicis ex ſeptem uertebram, quam Hippocrates odonta uocat.

Ĕpĭſtȳlĭŭm,lij.n.ſ. (ἐπιστύλιον) capitellum quod ſuper columnam ponitur. Vide multa de epiſtylijs apud Vitruuium.

Ĕpĭſȳnălœphă,æ.f.p. (ἐπισυναλοιφὴ) conglutinatio duarum ſyllabarũ in unam, quod in diphthongo & ſynæreſi fieri contingit. Nam συναλοιφὴ coniunctio dicitur.

Ĕpĭtăphĭŭm,phij.n.ſ. (ἐπιτάφιον) Latinè ſupra ſepulchrum. τάφος enim ſepulchrum, & ſumitur pro laude poſt ſepulturam. Eſt enim elogium, quod in ſepulchris marmoreis inciſum uidemus, cõpleta ſepultura. Accipitur & pro titulo, & pro oratione funebri. Cic. 5. Tuſ. Quid uerò in epitaphio, quo modo idem?

Ĕpĭthălămĭŭm,mij.n.ſ. (ἐπιθαλάμιον) ſacer hymnus, qui in ſponſalitijs canitur: quaſi iuxta thalamum.

Ĕpĭthēmă,atis.n.t. ἐπίθημα. pe. pro. dici poteſt ſuperimpoſitũ operculũ, & quicq́d alicui rei imponitur. Ex quo et medicamẽta, quæ ad refrigerandũ cor imponũtur, epithemata dicũtur.

Ĕpĭthĕſĭs. ἐπίθεσις. pen. cor. impoſitio, impoſtura, aggreſſus.

Ĕpĭthĕtēs,tæ.uel, tis. ἐπιθέτης. moleſtus, impoſtor, fraudator.

Ĕpĭthĕtŏn,ti.n.ſ. ἐπίθετον. pen. corr. à Quintiliano dicitur appoſitum, ab alijs adiectiuum, ab ἐπὶ & τίθημι. Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur. Diſcretionis: ut, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Proprietas: ut, Terribili implexum ſetaq; & dentibus atris. Ornatus: ut, Alma Venus.

Ĕpĭthȳmĭă,miæ.f.p. (ἐπιθυμία) Latinè dicitur cõcupiſcentia, deſiderium, uaporatio ſacrorũ.

Ĕpĭtŏgĭŭm,gij.n.ſ. genus pallij, quod ſupra togã ferebatur: ab ἐπὶ & toga.

Ĕpĭtŏmē,mes. f. t. & epitoma. mæ. ἐπιτομή. pen. cor. breuiarium uel inciſio dicitur, & compendium, ab ἐπὶ & τμή. Cic. ad Att. lib. 13. Epitomen Bruti Cælianorũ uelim mihi mittas. Nec unquam dicitur neutro genere epitomata, niſi ab indoctis, teſte Budæo.

Ĕpĭtrăgŭs,gi.m.ſ. (ἐπιτραγίας) pen. corr. genus piſcis, ab hirci ſterilitate ſic appellatum.

Ĕpĭtrăpĕzĭă,orum.n.ſ. (ἐπιτραπέζια) dicuntur generaliter menſis apta, quæ ſunt uaſcula & potoria & eſcaria, ab ἐπὶ & τράπεζα.

Ĕpĭtrĭtŭs,ti.m.ſ. ἐπίτριτος. penul. cor. pes ex quatuor ſyllabis conſtans, quarum una ſemper ab alijs tribus diſcrepat. Primus cõſtat ex iambo & ſpondeo: id eſt ex prima breui & tribus longis, ut ſăcērdōtēs. Secũdus ex trochæo & ſpondeo. id eſt ex ſecunda breui, alijs longis, ut cōndĭtōrēs. Tertius ex ſpondeo & iambo, id eſt tertia breui, alijs longis, ut hērēdĭtās. Quartus ex ſpondeo & trochæo, id eſt ex quarta breui, cæteris longis, ut cǣlēſtĭnŭs. Epitritus enim propriè numerus dicitur qui continet aliquem numerũ, & eius partẽ tertiam, ut quatuor ad tres duodecim ad nouẽ, quadraginta ad triginta.

Ĕpĭtrŏchāſmŏs,mi. m. ſ. ἐπιτροχασμὸς. uerborũ ſuper ſe inuicem effuſio uel ſupermenſio, quæ fit aduerſarij turbandi cauſſa.

Ĕpĭtrŏpē,pes.f.t. ἐπιτροπὴ. pe. cor. Latinè procuratio & tutela.

Ĕpĭtrŏpŏs,pi.m.ſ. ἐπίτροπος. procurator.

Ĕpĭtȳrŭm,ri.n.ſ. ἐπίτυρον. genus edulei ſeu caſei Siculi. Fit enim ab ἐπὶ et τυρὸς caſeus. Plautus in Mili. Si unum epityrũ edam apud illum

eſuriens

eſuriens. Epithyrum etiam, ſiue pithyrum dici tur, à confracta oliua, quæ Græcè dicitur πι θὸς. unde apud Columellam Epithyrum, cõ dituram oliuarum legimus.

Ēpizeūxis, is. f. t. (ἐπίζευξις) *combinatio, figura cum dictio in uerſu abſq; medio aliarum com binatur. Verg. Meme adſum qui feci.*

Ēpōlōnes *dicebant ueteres, quos nunc epulones dicimus. Feſtus.*

Ēpops, opis. m. t. (ἔποψ) *auicula ſordidiſſima eſt, eaq; criſtata, quam à ſoni fictione Vpupam nominamus.*

Ēpōpteiă, æ. f. p. (ἐποπτεία) *Latinè dicitur inſpe ctio, meditatioq;, in qua uoce poſſis & ſpecta cula accipere, quandoquidem ipſas ſpeculas Græci ἐποπὰς & ἐποπίδας uocant, ab epop teià, ſiue à uerbo ἐποπτεύειν. Dicuntur etiã epo ptæ inter myſtas, ephori quoq; dicti: quoniam poſt annum quàm initiati eſſent, admitteren tur ad ſpectandum ſacra.*

Ēpŏs, eos. n. t. ἔπος. *carmen heroicum, diuina rum rerum & heroicarum, humanarumq; cõ prehenſio. Martial. lib. 11. Scribebamus epos, cœpiſti ſcribere, ceſſi, Aemula ne ſtarent car mina noſtra tuis.*

Ēpōdŏs, di. m. ſ. ἐπῳδός. *carminis pars poſterior. Componitur à præpoſitione ἐπί. id eſt, poſt & ᾠδὴ, qui & cantus apud nos dicitur, quaſi car minis cantus, & inde epodium. ἐπῴδιον. dimi nutiuum, id eſt paruum carmen, quòd à Lyri cis clauſula breuis dicitur, quaſi præciſos uer ſus integris ſubijciat: ut apud Horat. Beatus il le qui procul negotijs. Deinde ſequitur præci ſus: ut Priſca gens mortalium. & ſic deinceps alterni quibus aliqua pars deeſt, & ſunt ipſis præcedentibus ſimiles.*

Ēpŏrhĕdicæ, *à Gallis dicuntur boni equorũ do mitores. unde urbi Eporhediæ (Ἐπορεδία, Stra bo) inditum nomen.*

Ēpŭlæ, arum. f. p. σιτία. *ab opulentia, ſiue ab e dendo, quaſi edipulæ, ſunt cibi miniſterio ho minum in noſtrum uſum cõparati. Cic. 3. Phi lip. Vino, & epulis retentus, & alea eſt: ſi epu læ potius, quàm popinæ nominandæ ſunt. E pulæ, etiam beſtiarum cibus quotidianus dici tur. Vergil. 4. Aeneid. Epulaſq; draconi Quæ dabat. Epulum uerò ſignificat ſolenniores ci bos: & propriè publicum cõuiuium in propa tulo ciuibus exhibitũ, ſiue in dedicatione tem pli, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludo rum cauſa. ἑστίασις, ὑποδοχή. quale imperato res apud Rom. & quale factum eſſe conſtat à pluribus, qui teſtamento legauerunt epulum quotannis ad ſepulchrũ, roſis & uarijs reſper ſum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Sed confunduntur quandoque: nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio in communi. Cice. pro Planco, Sepulchrũ L. Catilinæ floribus orna tum, hominum audaciſſimorum ac domeſtico rum hoſtium conuentu epuliſq; celebratũ eſt.*

Ēpŭlāris, re. o. t. (θοινητικός) *quod ad epulas per tinet: ut epulare ſacrificiũ, epularis ſermo, qui in conuiuio fit. Cicero 3. De Orat. Cum eſſent ipſi à Numa, ut etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Epulares etiam uocabantur, ἑστιάτορες, qui in ſacris epulaban tur, Varro.*

Ēpŭlāri, d. p. *eſt in conuiuio eſſe, ſeu conuiuari.* εὐωχεῖσθαι, σιτεῖσθαι. *Liui. lib. 15. Vulgò apertis ia nuis in propatulo epulati ſunt.*

Ēpŭlātōrĭŭs, ria. rium. o. ſ. (εὐωχητικός) *quod ap tum eſt, ut in epulis comedatur.*

Ēpūlis, idis. f. t. (ἐπουλίς) *dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excreuit.*

Ēpŭlōnes, num. m. t. (δαιτυμόνες) *dicti ſunt con uiuæ. unde & coëpulones, (συνδαίτυμοι) qui ſi mul epulantur. Item epulones dicebantur, quos pontifices propter ſacrificiorum multitu dinem eſſe uoluerunt, ut ludorum epulare ſa crificium conficerent, author eſt Cicero lib. 3. de Oratore, & Liu. 3. Bel. Mace. Hi epulas Io ui cæteriſq; dijs inſtituendi poteſtatem habe bant. Vide Auguſt. lib. de Ciui. aſſeruit epulo nes perpetuos fuiſſe, qui ad curã Iouis men ſam ſtatuæ appoſitam perpetui erãt conuiuæ: ut mimorum potius & paraſitorum contuber nia, quàm Dei ſacra celebrarentur. Coëpulo nus dicitur à Plauto in Perſa, conuictor, & iiſ dem epulis ueſcens: ait enim, O mi Iupiter ter reſtris & coëpulonus.*

E ANTE Q.

E Quāpĭŭm, pij. n. ſ. *apij herbæ genus, à Græcis ἱπποσέλινον dictum.*

Ēquārĭus. a. um. *quod ad equum perti net: ut equarius medicus. ἱππίατρος. qui equis medetur.*

medetur. Valer. Max. libro ult. Herophilus equarius medicus, Ca. Marium ſepties conſulem auum ſibi uenditando, ſe extulit. Equaria uero ſubſtantiuũ, idem quod equile. Varro in Proœ. de re Ruſt. 2. Quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

Ĕquĕs, itis. com. t. ἱππεύς. ſignificat hominem inſidentem equo, unde equites à peditibus diſtinguuntur. Vergil. lib. 8. Interea præmiſſi equites ex urbe Latina. Sumitur quandoq; pro ipſo equo. Idem, Dorſoq́ue equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Et eques dicitur, qui equeſtrem dignitatem adeptus eſt.

Ĕquĕſtĕr, ſtris. ἱππικὸς. ab eques fit, ſicut à pedes pedeſter. Unde pedeſtres & equeſtres copiæ. Equeſtrem uerò ordinem, (ἱππικὸν τάγμα) medium fuiſſe conſtat inter patritios & plebem. Hi olim ſub Romulo regibusq; Celeres dicebantur, à Celere Remi interfectore: deinde à flectendis animis, quoniam iudices erant: ſiue potius à flectendis equis, Flexumines uocitati, poſtea Troſſuli, à Troſſulo oppido Tuſciæ, quòd id ſine ullo peditum adiumento equites cepiſſent.

Equeſtrĕ æs, dictum eſt quod equiti dabatur.

Equeſtriă, ium. n. t. ἱππικὰ. loca erans in quibus ſedebant equites. Sen. lib. 7. de Ben. Equeſtria omnia equitum Romanorum ſunt. Sic popularia dicebantur, ubi plebs ipſa in theatro ſedebat. Sueton. in Domit.

Ĕquicĕruŭs, ui. m. ſ. ἱππέλαφος. animal in Oriente, habens cornua & iubas poſt collum deſcẽdentes uſq; ad ſcapulas, & barbam ſub mento, & ſoleas ſicut equus, & corpus ad cerui quantitatem.

Ĕquidĕm, (γε, καὶ δῆτα) non ab ego & quidem compoſita cõiunctio, ſed ſimplex eſt. Sal Ego equidem ſic exiſtimo. Nam ſi eſſet compoſita non ſubiungeretur ego, quanquã apud Verg. ubiq; ego quidem ſignificet: Equidem merui, nec deprecor, inquit. Perſius poſuit pro quidem, Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo Cõſentire dies. ſignificat itaq; ego quidem, ego uero, & quidem: neq; tantum ad primam perſonam, ſed etiam ad ſecundam & tertiam refertur.

Ĕquĭfĕrŭs, ri. m. ſ. ἵππος ἄγριος. pen. cor. equus ferus, id eſt non domeſticus. Plin. lib. 28. In primis efficax equiferorum ſanguis.

Ĕquŭlă, læ. f. p. diminu. eſt ab equa. Varro, Nemo eſt tam negligens, quin ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſaliat equulam.

Ĕquīlĕ, lis. n. t. ἱππόστασις, ἱπποστασία. pen. prod. ſtabulum equorum, ſicut ab oue ouile. Varro.

Ĕquīmĕntŭm, ti. n. ſ. merces quæ datur pro admiſſura equi. Varro, An ſi equam emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſem, dediſſes equimenti?

Ĕquīnŭs, na. num. ἵππειος. poſſeſſiuum. Horati. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi uelit.

Ĕquĭo, is. n. q. ἱππομανῶ. de equis dicitur cum coitum appetunt, ſicut catulio de canibus, & ſubo de ſuibus. Colum. lib. 7. Equienti mulæ cruda braſſica datur.

Ĕquĭrĭă, orum. n. t. (πολεμιστήρια, Ariſtoph.) ludi quos Romulus Marti inſtituit. In his enim ludis currere in Martio campo equi ſolebant.

Ĕquĭſēſſŏr, oris. m. t. ἔφιππος. qui ambulat pedibus equinis, id eſt qui equitat: ſicut qui in lectica geſtatur, ambulat pedibus lecticariorum.

Ĕquĭſētŭm, ti. n. ſ. ἵππουρις. uide Ephedron.

Ĕquĭſo, onis. m. t. ἱπποκόμος. equorum domitor. Var. Nam ut equus qui ad uehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tollutim incedere. Et nõ tantum equorum magiſtrũ, ſed etiam omniũ rerum, quarum ei regimen conceditur, equiſo ſignificat.

Ĕquĭtābĭlis locus. ἱππάσιμος τόπος. in quo equi facile inambulare poſſint. Liu. Opportuna explicandis copijs regio erat, equitabilis & uaſta planities. Idem contrarium poſuit, Imber uiolentius quàm aliàs fuſus, campos lubricos inequitabiles fecerat.

Ĕquĭtātŭs, tus. m. q. τὸ ἱππικόν. modo equitum turmam ſignificat, ſicut peditatus pro pedeſtribus copijs. Modò actum equitandi, ἱππασία, ἱππεία. Plin. lib. 33. Femina equitatu atteri & aduri ſolent. Modò ordinem equeſtrem. Idem libro 33. Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe uariatum eſt, in ijs quoq; qui ad equitatum trahebantur.

Ĕquĭtĭŭm, tij. n. ſ. equorum mandra, ſiue equarum armentum. ἱπποφόρβιον. Ulpian. Equitij

uſu legato uidendum, an & donare poſſit, & ad uehendum ſub iugo uti.

Equito, as. n. p. ἱππεύω, ἱππάζομαι, ἐλαύνω. *dicitur de homine equo inſidente, & de equo. Lucilius de Equo, Nempe hunc currere equum nos atq; equitare uidemus. Cic. 1. Tuſc. Apud quos autem uenandi & equitandi laus uiget. Huius compoſita ſunt, adequito,* (παριππεύω) *quod eſt iuxta equito. Liui. Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circumequito. Idem. Obequitare iubet hoſtium portis. Perequito, ſicut peragro, ut apud eundem, Cum perequitaſſet aciem, tantum iniecit ardoris, ut non ultra ſuſtinuerint impetum equi,* (ἐλασία, ἔλασις.) *Equitatio.* ἱππεία.

Equuleus, lei. m. ſ. ἱππάριον. *diminutiuum, ſumitur pro pullo equino & nouello. Cic. in Ver. Equuleos argenteos nobiles, qui maximi fuerunt, aufert. Eſt et tormenti genus (aliter eculeus) quod quidam ardẽtem laminam eſſe tradunt, qua homines cruciabiliter torquentur. Seneca lib. 2. Epiſt. Sæuitia commenta eſt equuleos, cruces, uncum & tunicam illam alimentis ignium illitam & intextam. Cic. lib. 5. Tuſc. Hæc etiam in equuleum inijciuntur, quò uita non aſpirat beata. Sic etiam.*

Equulus, li. m. ſ. diminutiuum ab equus eſt. ἱππάριον. *Cicero libro 3. de Natura, Omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora, ut in equo, quàm equulo: in cane, quàm in catulo: in uiro, quàm in puero.*

Equus, equi. m. ſ. ἵππος. *animal ut omnibus notum, ita humanis uſibus & neceſſitatibus maxime neceſſarium, ab æqualitate dictus, detracta prima litera quæ diphthongum faciebat: quia pares eligebantur, qui bigis quadrigisq́ue iungerentur.*

E ANTE R.

Erciſcere, n. t. priſca lingua ſignificat diuidere. inde iudicium familiæ erciſcundæ. Quidam erciſcundum, ab ercium antiqua dictione dici uolunt, à cohercendo.

Erctum. ἀρκτόν. *in libris antiquis legitur, pro arctum ab arcendo.*

E regione. ἀντικρύ. *ex aduerſo & oppoſito.*

E re nata, ſignificat, ex occaſione rei præſentis capto conſilium. Et aliquando dicitur abſolutè, è re nata. & aliquando cum coniunctio, ut E re natum exordium dixit Quintil. intelligi uolens ſubito inuentum. Apu. E re nata fallacia. ſignificatur enim muliebris dolus, ad fallendum ſubito excogitatus, non domi antè cõpoſitus, ſed ex ipſa re & negocio expromptus.

Eremodicium, cij. n. ſ. (ἐρημοδίκιον) *apud Iureconſultos dicitur quaſi deſolatum ac deſertũ, ſeu deſertio cauſſæ, abſentia ſeu negligentia partiũ facta. Dicitur autem eremodicium, iudicium in quo reus abſuit & quaſi deſertum.*

Eremus, mi. ſ. ſ. ἔρημος. *pen. pro. ſolet tamen ab aliquibus corripi: ut, Præpotens martyr eremiq; cultor. ſignificat ſolitudinem. Hinc Eremitæ, & eremitani.* ἀναχωρῖται, ἐρημῖται.

Ereptor, oris. n. t. qui aliena rapit. Cicero, pro Quin. Iſte bonorũ poſſeſſor, expulſor, ereptor.

E republica. κοινῇ συμφέρον. *id eſt ex utilitate & commodo publico. Suet. in Cæſ. Plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionẽ è republica fieri. E contrario dicimus, Ab re eſt, pro eo quod eſt, contra commodum.*

Eretria, æ. ſ. p. ceruſſæ genus, quæ terræ ſuæ nomẽ habet, qua præcipue uſus fuiſſe Parrhaſius dicitur. Plin. lib. 35. cap. 6.

Erga, (πρὸς) *præpoſitio, licet eandem uim habere uideatur cum contrà, beneuolentiæ tamen plena eſt: ut, Pro meo ſummo erga te amore onus ſubeo. Cic. Lent. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus.*

Ergaſia. ἐργασία. *operatio. Ergaſimos, fabricalis.*

Ergaſterium, rij. n. ſ. ἐργαστήριον. *officina, ubi aliquid operamur, ut eſt in Decretis diſtinctio. 44. Nulli clerico liceat tabernam, aut ergaſterium habere.*

Ergaſtes, ſtis. m. t. ἐργαστής. *ſiue ergaſticus, operarius dicitur, ab* ἐργάζομαι.

Ergaſtularius, rij. m. ſ. ὁ τῶν ἐργαστηρίων ἐπιστάτης. *qui præeſt ergaſtulis Col. lib. 1. docet, quo modo ergaſtuli ab ergaſtularijs tractari debeant. Ergaſtularij ſerui,* ἀρχιδέται, πεπεδημένοι.

Ergaſtulum, li. n. ſ. ἐργαστήριον. *pen. corr. taberna uel officina, ubi lapides metallaue fodiuntur, uel aliud quippiam operis à uinctis ſeruis fit, quos Plin. his uerbis deſcribit: At nunc eadem illa uincti pedes, dãnatæ manus, inſcripti uultus exercent. Dictum ergaſtulũ ab* ἐργάζομαι, *quod eſt operor. Iuue. Nempe in Lucanos & Tuſca*

Tuſca

» Tuſca ergaſtula mittas. Sed quoniam in diuerſis locis ſerui durius operari cogerentur, factum eſt, ut ergaſtula modò ipſos damnatos, ſeruosúe operantes. τοὺς ἐργαζομένους, δεσμί, »modò carcerem ſignificent. Varr. Miſitq; mox eo uirum, qui tota ergaſtula donaret libertate.

Ĕrgăſtŭlŭs, li.m.ſ. ἐργαστήρ. cuſtos pœnalis loci, aut qui ſeruus ergaſtulo incluſus, uel ex uinculis aut compedibus opus facit. Plin. Coli rura ergaſtulis peſſimum eſt, ut quicquid agitur ſit tanquam à deſperantibus.

Ĕrgo, (ἄρα, τοίνυν) illatiua ſiue copulatiua coniunctio eſt, quæ minoribus adhibetur clauſulis, ſicut igitur. Aliquando inceptiua eſt, conueniens maxime indignationi. ἆρα. Iuuenal. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas, Hic elegos? Aliquando hortatiua, (ἀλλ' ἄγε) quæ ponitur ut hortemur, qui tale aliquid faciunt, & affectum exprimit reprehendentis. Vergilius, Ergo age chare pater. Aliquando aduerbium eſt, & ponitur pro cauſſa, (ἕνεκα) circumflectiturque ultima ac ſemper producitur, cum alioqui ambigua ſit. Vergil. libro 6. Illius ergô Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Siſenna lib. 3. Milites, ut lex Calphurnia conceſſerat, uirtutis ergô ciuitate donati.

Ĕrgŏn, (ἔργον) Latinè opus ſignificat.

Ĕrgūmĭnŭs, penul. cor. qui à dæmone agitatur: ab ἔργομαι, agitor, prohibeor.

Ĕrīcă, cæ.f.p. ἐρείκη. frutex eſt quam & alij ſiſarum nominant, folia habet amaraci ſimilia. Hæc tamen herba ſola floret in ſyluis, ideóq; melli nomen præbet. Plinius libro 16. cap. 9. inde mel ericæum.

Ĕrigĕnnētŏn, ti.n ſ. (ἠριγγενητὸν) herba, à uerno tempore dicta.

Ērigo, erigis, erexi, erectum, a.t. ab ex, & rego compoſitum, ſignificat eleuare. Cicero pro Roſ. Ame. Quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit.

Ērinācĕŭs, cei.m.ſ. (ἐχῖνος) animal non maius ericio (ut ſcribit Hieronymus) ſimilitudinem urſi muriſq; habens. Vnde in Palaſtina arcomys dicitur, & magna eſt in iſtis regionibus huius generis abundantia, ſemperq; in cauernis petrarum & terræ foueis habitare conſueuerunt. Dicitur ab aliquibus cyrogryllus, quod nomen ab horrendo quidam deducunt, & cum h ſcribunt.

Ĕrīnĕōn. ἐρινεόν. Græci uocant caprificum.

Ērĭpĭo, pis. a.t. pen. corr. extra rapio. ἐξαρπάζω, ἐξαιρέομαι. Et conſtruitur cum datiuo ferè in malam partem: ut Eripuiſti mihi ſubſtãtiam. Aliquando cum ablatiuo in utranq; partem: Teren. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi ereptũ tam ſubitò è faucibus. Idem in Adelp. Domo me eripuit, uerberauit. Plini. in Epiſt. Eripe me huic tormento.

Ĕ rĭs, idis.f.t. id eſt, contentio, lis. ἔρις.

Erithacus, uide in dictione Erythacus.

Ĕrīthāllĕs, herba, quæ & Erigenneton dicitur.

Ĕrōdĭŭs, dij.m.ſ. ἐρωδιός. & erodion, auis maxima omnium uolatilium, & aquilam uincit & comedit. Latinis ardea uocatur.

Ērŏgo, gas. a. p. (ἐπιδίδωμι) penult correp. diſtribuo, & quaſi rogatoribus diſtribuo. Inuenitur etiam exrogare, quod eſt (ut Feſtus inquit) ex lege uetere aliquid per nouam legem eximere.

Ĕ rōs, tos. m.t. ἔρως. amor Latinè dicitur: unde erotica carmina. id eſt, amatoria.

Ĕ rōtēma, atis. n.t. pen. pro. ἐρώτημα. interrogatio Latinè dicitur: ut, Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem?

Ĕ rōtēmătĭcŭs. ἐρωτηματικός. interrogatiuus.

Ĕ rōtўlŏs, gemma ſilici ſimilis.

Ĕrrābūndŭs, a. um. o.ſ. πλανώμενος, περινοστῶν: affatim, uel ualde errans, uagabundus. Vergil. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis ueſtigia.

Ĕrrātĭcŭs, ca. cum. πλανητικός. quod ubiq; ſerpit, ſeu ubique naſcitur: ut uitis erratica, herba erratica. id eſt agreſtis, & omnibus communis. Plin. lib. 19. cap. 8. Eſt & erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium uocant.

Ĕrrātŭs, tus. m.q. & erratum. ti. peccatũ. σφάλμα, ἁμάρτημα. Cic. Tyroni, Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata meæ ætatis, ut non ſolum animus à factis, ſed aures quoq; à commemoratione abhorreant.

Ĕrrōnēs, num. m. t. ſunt uagabundi. πλανῆται, »περιφερόμενοι, ἀλῆται. Tibullus atq; iterum erronem ſub tua ſigna uoca. Vlpianus, Errones appellantur ſerui, qui non quidem fugiũt,

ſed frequenter ſine cauſa uagantur, & tempo ribus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt.

Ērrŏr, oris. m. t. πλάνη. ſcribit D. Auguſt. libr. Enchir. eſt exiſtimatio uel approbatio ueri pro falſo, & certi pro incerto, uel econuerſo. Et errare. σφάλλομαι, πλανῶμαι. eſt putare uel approbare uerum eſſe quod falſum eſt: uel falſum eſſe, quod uerum: uel certum pro incerto, ſiue falſum ſiue uerum ſit. Vnde ſciendum, quòd licet quis abſq; ignorantia errare nequeat, non tamen qui aliquid neſcit, continuò errat, ſed qui ſe exiſtimat ſcire quod neſcit, & falſum pro uero, ſiue incertum pro certo approbat. Accipitur etiam quandoq; error pro uagatione, & errare pro uagari & diſcurre»re. πλανᾶσθαι. Vergil. Vidiſtis ſi quam hic er»rantem fortè ſororum. Sed quoniam pecudes errando, id eſt uagando paſcuntur, errare »ponitur pro paſcere. Vergilius, Mille meæ Si»culis errant in montibus agnæ. Inter errorem et errationē hoc intereſſe Donatus exiſtimat, quod error animi ſit, erratio pedum. πλανοδία. Teren. in Adelph. Sanè hac multò propius ibis, & minor eſt erratio. Compoſita uerbi erro ſunt, aberro, quod eſt ualde erro, uel longè uagor. ἀφαμαρτάνω. Cice. in Tuſc. Sed redeat, unde aberrauit oratio. Deerro, oberro, circumerro. Lactan. lib. 2. Vulgus exiſtimat mortuorum animas circa tumulos & corporum reliquias oberrare. Pererro, per totum erro. Col. Exerro, ualde erro. Cyprian. ad Ianuariū, Ne quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud hæreticos iungeretur.

Ērŭbĕſco, ſcis. n. t. (ἐρυθριάω) rubens fio.

Ērūcă, cæ. f. p. pen. pro. ſi Apuleio creditur, ab hærendo uenit, quoniam rebus, quas occupat tenaciter inhæreat. Verum alijs magis ſine h, & ſine diphthongo ſcribi placet, et ab erodendo deduci. Eſt autem genus uermis, qui in olerum folia repit, abroditq;, præſertim braſsicas. Colum. lib. 11. Vbi uerò apricis regionibus, poſt pluuias, noxia inceſſerunt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, Græcè autem campæ nominantur, uel manu colligi debent, uel matutinis temporibus frutices olerū concuti. Eſt etiā herba quædam (εὔζωμον) uirtutis calidæ, dicta ſimiliter quod erodat: nam beſtiolas omnes corpori innaſcentes erodit, »Veneremq; excitat. Ouid. de Remed. Nec mi»nus erucas iubeo uitare ſalaces.

Ērūcto, as. n. p. (ἐξερεύγω) ex e, & ructo, quod eſt frequentatiuū uerbi erugo. is. & ſignificat propriè extrà ructū, id eſt ſonitum crudi ſtomachi emitto uel edo, quod ſolet accidere ijs qui plus æquo onerant uentriculum ingurgitatione. Ructo autem à rugo. gis. xi. ctum. ἐρεύγω, ἐρυγγάνω. Vnde fit ructus. ἐρυγή. A ructo quoq; fit ructito aliud frequent. Colum. lib. 7. de boue ægrotante ſic inquit, Gemitus exprimit locoq; ſtare non patitur, ſæpe decumbere & ructitare cœpit, caudamq; crebrius agere. Dicitur & ructuo. as. & ructuor. Hinc à Sidon. dicta eſt ructuatio eſculenta, ex quo eructuo. Auguſt. Illi audiūt tanquam uerbum eructuatum, illi tanquam ſcientiam annunciatam. Per translat. accipitur pro quouis modo eijcere. Verg. 6. Aen. de Acheronte, Vaſtaq; uoragine gurges Aeſtuat, atq; omnem Cocyto eructuat arenam. Eſt & irructo. ἐνερεύγω. Plaut. in Pſeud. Quid tu, malum, ergo in os mihi ebrius irructas?

Ērŭdĕro, as. n. p. penult. corr. ab e, & rudero. Rudero uerò à rudus. eris. & ſunt rudera purgamenta, puta cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiuſmodi ruinis congeſta. Hinc ruderatus ager, qui ueterum ædificiorum materia ſcatet. Eruderare itaq; eſt purgare, & extra iacere. Var. 1. de re Ruſt. ca. 2. Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuum, ut euerti facilè poſsit.

Ērŭdio, is. a. q. penult. corr. ſignificat ex rudi doctum facio. σοφίζω, παιδεύω. Hinc eruditio, pro doctrina. παίδευσις, παιδεία. Et eruditus, doctus. πεπαιδευμένος, ἀσκητός. Vide in dictione Doctus.

Erugo, as. a. p. quaſi rugas aufero. Plin. lib. 13. ca. 12. Iterum conſtricta erugatur, atq; extenditur malleo. Hinc Erugatio.

Ēruilă, læ. f. p. (ὦχρος, ut aliquando reddit Gaza) idem quod eruum. Colum. Sarſena putat agros ſtercorari lupino, faba, uitia, eruila, lente, cicercula, piſo. Alij diuerſum dicunt, eſſe ſcilicet leguminum genus, quo Varro ait pingueſcere pecus. Vſitatius dicetur Eruilia.

Ērūmnă. Vide Aerumna.

Ērūmpo

Ērūmpo, pis. n. t. exeo, euado, euomo, efferueſco, exardeo, & eruptionē facio. Cic pro Do. Omnis improborum uis diu collecta, & inueterata compreſſo odio erumpebat in actum. Hinc Eruptio.

Ērūnco, as. βοτανίζω. uide ſuprà in Aberunco.

Ērŭo, is. a. t. extraho. ἐξαίρω, ἐξαιρέω. Colum. lib. 7. cap. 5. Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, uel alumine & ſulphure atq; aceto mixtis rite eruentur. Plin. lib. 11. cap. 37. Certe nulli ſine redundantia eius eruitur oculus. Interdum eſt in totum deſtruere. ἀνατρέπειν. Idem lib. 7. Eruentur funditus ciuitates.

Ērŭūm, ui. n. ſ. ὄροβος. genus pabuli ſeu leguminis. Colu. Eruum lætatur loco macro nec humido: quia luxuria plerunq; corrūpitur. Dictū eruum ab eruēdo. carpitur enim, & manu uellitur.

Ēryngiōn, (ἠρύγγιον) herba aculeatæ mordacitatis, ſpinoſa ueluti carduus, ſatiua, in cibis probatur radice tantum, quæ melle, cynamomo & gariophyllo condita, guſtui non iniucunda eſt. Dicitur aliter erynge alba Vulgo manstruw, uel rodter diſtel. Plin. li. 22.

Ērythācē, ces. f. t. σανδαράκη. herba, quam alij ſandaracham, alij cerinthum nominant. Sic etiam uocatur apum, dum operantur, cibus, qui ſæpe in fauorum inanitatibus inuenitur ſepoſitus, ſaporis amari, ſed plenus humoris. Var. 3. de re Ruſt. cap. 16. Erythacen uocant, qua fauos extremos inter ſe conglutinant. Erithace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim ἐρύθημα rubor appellatur. Aliâs Erithace cū iota. Vide Cærinthe, & cerinthus.

Ērythācŭs, ci. m. ſ. ἐρυθακός. auis hyeme dicitur, phœnicurus æſtate, quam uulgo pectus rubeū uocant. ἀπὸ τοῦ ἐρυθραίνομαι. hoc eſt à rubeſcendo. phœnicurus uerò, quòd caudam rubeam habeat, phœnix purpureum ſignificat, οὐρὰ cauda eſt.

Ērythrānūm, quāquam legendum uidetur ἐρυθρὸν. hederæ ſpecies. Plinius.

Ērythrōs, herba eſt, de qua Xenocrates dicit nullum eſſe corporis malum, cui non ſit ſalutaris hæc herba, uocatur & Strychnium, & Neuris. uide Plin. lib. 24. cap. 11.

Ērythrŏtāŏnēs, num. m. t. ἐρυθροτάωνες. ex anſerum genere uolucres, in quibus nitor eximius, abſolutaq; nigritia, & in ſupercilijs cocci rubor. ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ. id eſt rubro, et ταῶ, pauone.

E ANTE S.

ESalos, li. m. ſ. (αἴσαλος) accipitris genus qui ſolus omni tempore apparet. Romani buteonem appellant. Plin. lib. 10. cap. 72. hanc auem Eſalonem uocat. * Prima per æ diphthongum ſcribenda.

Ēſcă, ſcæ. f. p. ἐδωδή, βρῶσις. ab edendo dicta: cibus non ſolum quo communiter utimur, ſed etiam qui auibus cæteriſq; ad ineſcandum datur. Cic. de Senect. Diuinè enim Plato eſcam malorum uoluptatem appellat, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo piſces. Unde ineſco. as. δελεάζω. & eſculentus, (ἐδώδιμος. adiectiuum, & eſito.

Ēſcārĭūs. a. um. o. ſ. σιτηρός. quod ad eſcam pertinet, ut eſcaria uaſa. Plinius: Ad eſcaria uaſa totum rubens uitrum, non tranſlucens. Eſcaria menſa, quadrata, uel in qua homines epulantur.

Ēſchără, (ἐσχάρα) medicamen undiq; erodens.

Ēſcŭlēntŭs. a. um. quod ad edendum pertinet. τρώξιμος, βρώσιμος. Plinius libro 10. Notatum miluos nihil eſculenti rapere unquam ex funerum ferculis.

Ēſcŭlŭs, li. f. ſ. δρῦς. arbor glandifera, quòd ueteres ex eius fructu eſcam ſumerent. Aliqui primam per æ diphthongum ſcribunt.

Ēſĭto, as. a. p. pen. cor. frequentatiuum eſt à ſupino eſum formatum. κατατρώγω, προσφέρομαι. Cato de re Ruſt. cap. 157. Lotium conſeruato eius, qui braſſicam eſitauerit.

Ēſſĕdă, orum. n. ſ. pen. corr. uehicula Gallorum Britannorumq;, apud Belgas primò reperta. Cicero ad Attic. libro 6. Hic Veduis uenit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Silius de Aſturc. Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Hinc eſſedarij, qui eſſeda regunt Cæſ. 5. Bell. Gall. Equites hoſtium eſſedarijq; acriter prælio cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt.

Ēſſĕntĭă, æ. f. p. οὐσία. fit ab infinitiuo eſſe, & idem eſt quod eſſe, quando nominaliter accipitur, quale eſt apud Perſ. Velle ſuum cuique eſt. Ut enim uelle idem eſt quod uoluntas, & ſcire ipſum quod ſcientia, et poſſe ipſum quod potentia, & uiuere ipſum quod uita: ita eſſe idem eſt quod eſſentia. Auguſt. libro 12. de Ci-

tuitate Dei, Sicut ab eo quod eſt ſapere, uocatur ſapiẽtia: ſic ab eo quod eſt eſſe, uocatur eſſentia, nouo quidẽ nomine quo uſi ueteres non ſunt Latini ſermonis authores, ſed iã noſtris tẽporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod Græci appellant οὐσίαν. hoc enim uerbum è uerbo expreſſum eſt, ut diceretur eſſentia. Hinc eſſentiale, (οὐσιώδης) quod eſt eſſentiæ: & eſſentialiter, (οὐσιωδῶς) ſecundum eſſentiam.

Ēſto. ἔστω. futuri temporis imperatiui. Interdum concedentis aduerbium eſt. Vergil. » Eſto ægram nulli quondam flexêre mariti.

Ēsŭrĭālis feriæ, dicuntur à Plauto in Captiuis, quibus ab edendo feriamur. Neque ieiunioſiorem, (inquit) neque, magis effractum fame uidi, & cætera. Ita uenter, gutturq́ue reſident eſuriales ferias.

Ēsŭrĭēs, ei. f. q. eſuritio. onis. eſurigo. inis. & fames, (πεῖνα) idem ſunt: hoc eſt edendi auiditas. Varro: Vbi lubet, ire licet accubitum accedo ſtrenuoſus, ſilimus, quòd eſurigo findebat coſtas.

Ēsŭrio, is. ire. pen. cor. iui. itum. n. q. cupio edere, abſolutum eſt quanquam & cum accuſatiuo inueniatur. Plaut. Curc. Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, Niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Teren. in Heaut. Modò liceat uiuere, eſt ſpes. C L. Quæ? S. Nos eſurituros ſatis. Vnde eſuritor, uerbale. Martial. lib. 3. Romam petebat eſuritor Turius.

Ēsŭrio, eſurionis. m. t. qui eſurit. Plau. in Perſa: O Saturio opportunè aduenisti mihi. S. Mendacium ædepol dicis, atq; haud te decet. Nã eſuriens uenio, non aduenio ſaturio.

E ANTE T.

ET, coniunctio. Græca eſt τε, quam per literarum transpoſitionem etiam Latini ſuſceperunt. Modò copulatiua: ut Cicero eloquens fuit, & Philiſophus. Duplicaturque interdum, ac completiua eſt in diuerſis rebus. Vergil. Multum ille & terris iactatus & alto. Modò cauſalis: ut, Quorum Iphitus æuo Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyſſi. Modò interrogatiua, ſeu expletiua. Vergil. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſſa uidendi? Modò indignatiua. ἄρα. Idem: Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem? Modò confirmatiua: ut, Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis? Ponitur interdum pro id eſt. Plaut. Annos natus iam ſexaginta, & ſenex. Interdum pro etiam. καὶ. Quint. Tamẽ ſi quid aduerſus te ipſe commiſit, ſit hoſtis & » meus. Verg. Natus & ipſe Dea. Interdum » pro quia. Idem, Audieras, & fama fuit. Quint. Has primum audiet puer, harum uerba effingere imitando conabitur: & natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ mollibus animis percipimus. Plerunque ſententiarum initijs competit. Idem, Et finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur. Deſeruit etiam affectui, & quaſi interrogandi uim habet. Cic. Et ſunt qui de uia Appia loquantur, taceant de Curia. Interdum ponitur pro aduerbio ordinandi: ut, Corpuſq; lauant frigentis & ungunt. id eſt, deinde ungunt. Item pro quamuis. Cicero, Defendi legem Voconiam magna uoce bonisq; lateribus, & uidetis annos meos. id eſt, quamuis ſim iam ita ſenex. Huius compoſita ſunt, etſi, (εἰ καὶ) tametſi.

Ĕtĕnim. ἐπείπερ, καὶ γάρ. ſignificat quia, & modò primũ locum, modò ſecundum obtinet in oratione. Plin. Etenim multa de hac magni tradiderunt, quæ non ſunt à nobis cõmemoranda.

Ĕtēsĭæ, orum. m. p. ἐτησίαι. uenti, qui certo anni tempore flant. Hos Strabo lib. 3. Subſolanos uocat, hoc eſt euros. Hi quotannis in uigore æſtatis perflant 40 diebus poſt caniculæ exortum. Dicti eteſiæ. id eſt, annui. ἔτος enim annus, ἐτήσιος annuus, quòd ex omnibus uentis hi maximè ſtati ſint, & ſingulis annis eodem tempore redeant. De his Plinius lib. 37. capite 1. & Gell. lib. 2. cap. 28.

Ēthănĭŏn, nij. n. ſ. uaſis ænei genus eſt, quo Aegyptij uti conſueuerunt. Nam teſte Athenæo in Aegyptiorum omnibus penè domibus tria erant uaſa ænea, cyathus, phiala, & ethaniũ, quod eſt colaris alueus.

Etheſios lapis mortariorum. Plin. lib. 36. ca. 22.

Ēthĭcŭs, a. um. o. ſ. ἠθικός. pen. cor. Latinè moralis.

Ēthnărchēs. ἐθνάρχης. gentis princeps.

Ethnearchia, principatus uel præfectura.

Ēthnĭcŭs, a. um. o. ſ. ἐθνικός. pen. cor. gentilis, ab ἔθνος quod gentem ſignificat. Hieron. contra Iouini. Et ſi ducendæ eſſent, uxores Chriſtianas

nas tantum accipi iuberet, an & ethnicas?

Ēthŏlŏgŏs, ἠθόλογος. penul. cor. moris expreſſor, qui geſtu ipſo corporis, & ſono uocis ita exprimit mores hominum, ut geſtus & mores eorũ loqui uideatur: ab ἦθος mos, conſuetudo, & λόγος ratio. Cice. 2. de Ora. Mimorum eſt enim & ethologorum, ſi nimia eſt imitatio.

Ēthŏpœi, ijdem ſunt, atq; ethologi. id eſt, hiſtriones, qui mores imitantur eius perſonæ quam ſuſtinent. Budæus.

Ēthŏs (ut inquit Quintilianus) uno uerbo Latinè dici non poteſt. hoc enim omnes mentis habitus continentur: à quo pictores quidem & ſtatuarij ethici dicti ſunt. Budæus.

Ĕ ĭăm componitur ex &, & iam, & ſignificat quoq;. Plautus: Tune etiam id reſciſti miſer? Aliquando ſignificat adhuc. ἔτι. Terentius in Andr. Nihil ſuſpicans etiam mali. Aliquando præterea. Idem, Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Etiam, reſponſio pro ita. Plin. ad Tacit. Studes inquam? Reſpondit etiam. Eſt & aduerbium affirmantis, pro ſic uel ita. Cic. pro Roſcio: Si non, quomodo tabulas conficis, ſi etiam, quamobrem cum cætera nomina in ordinem referebas? hoc nomẽ triennio amplius, quod erat in primis magnũ in aduerſarijs relinquebas? Et pro, quin potius. Plini. Paneg. Nullius ab eo magiſtratu ius, nullius authoritas imminuta eſt, aucta etiam. Ponitur quoq; interdum ita, ut in eo intelligatur Non ſolum. Cic. ad Lentul. Cumq; ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructũ tuliſſet. hoc eſt, non ſolum domi & in urbe, ſed foris etiam & extra urbem. Etiam atq; etiam pro ualde, ſummopere. Cice. Fin. 5. Atqui iſte locus eſt Piſo tibi etiam confirmandus. Etiam dum, pro adhuc. Terent. Hoc ego mali nõ pridem inueni, neque etiam dum ſcit pater.

Etiamne, id eſt amplius ne, uel plus ne? Cic. Attic. 10. Etiam ne Balbus in ſenatum uenire cogitat? Etiamnum, prouſq; tunc, uel uſq; ad id tempus. Plautus. Truc. Mihi etiamnum quid ſit negocij, falſus incertusq; ſum, niſi quia Timeo tamen. Etiam nunc pro uſq; nunc, uſq; ad iſtud tempus. Idem Amphit. Laſſus ſum hercle è naui ut uectus huc ſum, etiam nunc nauſeo. Ponitur & pro nunc nunc, extemplo. Idem Aulu. Abſcede hinc etiam nũc, etiam nunc, etiam, ohe Iſtic adeſto. Etiam tum, pro uſq; tunc, uel uſq; ad id tempus. Terent. Hecy. Me educit foras, narratq; ut uirgo ab ſe integra etiam tum ſiet. Hadrianus Card. Quod multi (inquit) inſcitè quidem & minus Latine dicunt, uſq; nunc, uſq; tunc, uſque ad id tempus, perfecti illi Romani ſermonis parentes, etiam nunc, etiam tunc, uel etiam num, etiam tum dicebant.

Ĕ tĭămnŭm. καὶ νῦν. uide Etiam.

Ē trĭ, coniunctio, quãuis & indicatiuo iungitur.

Ĕ tўmŏlŏgĭă, æ. f. p. ἐτυμολογία. Latinè ueriloquium. ἔτυμον uerum, λόγος rationem ſignificat. Cic. 1. Acad. Verborum etiam explicatio probabatur. id eſt, qua de cauſa quæq; eſſent ita nominata, quam etymologiam appellant. Sed quia ueriloquium (ut inquit Boëtius) minus in uſu Latini ſermonis habetur, Cice. etymologiam uocat notationem, quia notã facit rem de qua prædicatur. Ariſtot. ſymbolum nominat. Alij uim intuiti, originationem uocant.

Ĕ tўmŏn, etymi. n. ſ. idem quod etymologia. Varro 1. de re Ruſt. cap. 48. uidetur uocabulum etymon habere à glumendo.

Ĕ tўmŏlŏgŭs, gi. m. ſ. qui rationem uerborum indagare ſolitus eſt.

E ANTE V.

E Văcŭārĕ, a. p. exinanire.

Ēuădo, dis. ſi. ſum. n. t. finem maximè ſpectat, & ſignificat extra uadere, effugere, exire, euolare, erumpere. διαδύομαι, ἐκφεύγω. Verg. Aeneid. 9. Noſtrasne euadere demens Speraſti te poſſe manus? Cæſar: Reliqui equites conſectati, paucos, qui ex fuga euaſerant, reliquerunt. Sic euadere è manibus noſtium, apud Liuium: & euadere ex iudicio aliquo, apud Cice. & liberationem quandam præ ſe ferre uidetur, quemadmodum Idem. 1. Tuſcula. Accedit, ut eò facilius animus euadat ex hoc aëre. Ponitur etiam hoc uerbum pro euenire, uel exitum habere. Terent. And. Quàm timeo, quorſum euadas. id eſt, ad quem finem perueniat oratio tua. Item pro fieri. ἀποβαίνειν. Cic. in Verrem, Tu eiuſmodi euaſiſti, in furis ac diuiſoris diſciplina educatus. Idem, Ex philoſophorũ ſcholis tales ferè euadũt. Euadere ad uel in, pro aſcẽdere. Ver. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Sic Eua

dere in muros, euadere in ſum num, euadere ardua, apud Liuium. Euadere ante oculos, pro apparere. Verg. Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentis. Euadere ad coniecturam. id eſt, conſequi coniectura. Plautus, Nunquam hodie quiui ad coniecturam euadere. Euadere in malum. Teren. Adelph. Verum nimia illaec licentia Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Ēuălēo, es, n. ſ. pen. cor. à quo eualeſco, (κρατοῦμαι) ualde eualidus fio, ἐπιῤῥώννυμαι, ἰσχύω. Plin. li. 15. Quæ poſtquam eualuit, flacceſcente patritia Marſico bello, languida authoritas patrum facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas.

Ēuăluo, as. a. p. (ἀποθυρίζω) extra ualuas excutio, è ualuis eijcio. Plin. lib. 18. Et ipſe autem quæ eualuantur, uariam picturarum rationem habent.

Ēuān, (εὐοῖ) interiectio, & exclamantis uox laudantium Bacchũ: et interpretatur, bone puer. » Poteſt tamẽ declinari ſecundum Priſc. euantis. Verg. lib. 6. Euantis orgia circum.

Ēuānēo, es. n. ſ. (ἀφανίζομαι) pen. pro. à quo euaneſco, quod eſt uanus fio, ſeu in nihilum redigor. Lact. lib. 7. Non eſt animæ uitiũ, ſi uiſus euanuit. Cic. de Claris orat. Iſq; & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt. Idem ad Atti. lib. 3. Poſtquã extenuari, & euaneſcere ſpem noſtram uidi, mutaui conſilium.

Ēuānĭdŭs, a. um. (ἀμαυρωτὸς, ἀφίταλος) ſine fructu. Columel. de Arb. cap. 17. Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt.

Ēuāngĕlĭūm, lij. n. ſ. (εὐαγγέλιον) Græcè ſignificat bonum ſiue lætũ nuncium: ab εὖ bonum, & ἀγγέλλω nuntio: quaſi bona nuntiatio. Salutem enim (ut inquit Athanaſius) nunciat omnibus Dei. Quare autem bona ſit nunciatio, Euſebi. li. de Præparatione ſic oſtendit: Euangelium dicimus, quòd æternorum atq; incorruptibilium bonorum, quæ certè ſuprema & maxima ſunt, & ex antiquiſsimis prædicta temporibus, nuper uero ſplendore ſui orbẽ illuſtrantia, cunctis hominibus annunciat. Quod non cæcas caducasq; huius ſeculi diuitias, nec breuem hanc calamitoſamq; uitã, nec inſtabilia corporis commoda: ſed animarũ, quæ intellectuales ſubſtantiæ ſunt, à quib. etiã corporum bona quaſi umbrã conſequẽtia dependent, ſummam propriamq; nobis affert felicitatem. Euangelia, orum. pluraliter, & neutro genere, dicuntur ſacrificia & ſupplicationes, quæ pro iucundo nuncio decerni conſueuerunt, uel etiam merces allati iucundi nuncij. Cic. Att. O ſuaues duas epiſtolas, quibus euangelia deberi fateor.

Ēuānno, as. are. n. p. uentilare, uel mouere: à uanno, in qua legumina uentilantur. Var. 1. de re Ruſt. cap. 51. Ita fit, ut quod leuiſsimum eſt in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream.

Ēuāſto, as. are. a. p. idem quod uaſtare ſignificat. Liu. 10. ab Vrbe, Ibi duo conſulares exercitus, diuerſis uagati partibus, omnia quinq; menſium ſpacio euaſtauerunt.

Ēuăpĕlōs, pen. prod. ſtolidos & amentes dictos refert Phocion grammaticus.

Ēuāx, (εὐοῖ) interiectio exultantis. Plaut. Euax iurgio uxorem tandem abegi.

Ēucărĭă, æ. f. p. (εὐκαιρία) Latinè opportunitas ſiue occaſio dicitur. Cic. 1. de Fin. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellamus eucæriam) non fit maior productione temporis.

Ēuchărĭſtĭă, æ. f. p. (εὐχαριστία) Latinè bona gratia. ex εὖ & χάρις gratia, gratitudo & gratiarum actio. Euchariſticon liber, in quo gratiæ redduntur.

Ēuchȳlă, orum. n. ſ. (εὔχυλα) res dicuntur, quæ ſunt boni ſucci, ut eſt caſeus mollis. Caſeus uerò uetus à Cor. Celſo numeratur inter res cacochylas. id eſt, quæ ſunt mali ſucci, ut ſunt legumina, ſalſamenta.

Ēudōxĭă, æ. f. p. Latinè bona fama dicitur. Cic. 3. de Finib. De bona autem fama, quam appellant εὐδοξίαν. aptius enim eſt hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

Ēuĕho, is. a. t. (ἐξάγω) extra ueho. Liu. lib. 5. bel. Pun. Vbi primũ tranquillitas maris in altum euexiſſet. Et 1. ab Vr. Vt in collem Exquiliarum eueheretur. Per translat. ſignificat extollo. (προάγω) unde Euectio (προαγωγή) extollentia. Et Budæus, Euectiones (inquit) dicuntur diplomata, ſiue chartulæ ſigno principis obſignatæ. Euectus. tus. uectio & portatio, quæ fit uel nauibus uel curribus in aliquẽ locum. Plinius lib. 8. cap. 5. Cato inter prima ſpectari.

ſpectari iubet, num ſolum ſua uirtute ualeat qua dictum eſt poſitione, ut operariorum copia prope ſit, oppidum'q; ualidum, ut nauigiorum euectus uel itinerum.

Ēuĕllo, lis. euelli, & euulſi, euulſum, a.t. ui quadam uellere, ſiue extrahere, extirpare: ut, Euellere ſibi capillum luctu, Cic. 3. Tuſc. Et ad Att. 15. Exciſa eſt enim arbor, non euulſa. Per tranſlationem, Euellere ſibi ſcrupulum ex animo, Cic. pro Roſc. & pro Cluen. Euellere opinionem aliquã ex animis hominum. Vnde & euulſio uerbale. Cic. de Nat. Qui primus purgationes alui, dentiſ'q; euulſionem inuenit. Vide Vello.

Ēuĕnio, euenis, pen. cor. eueni, euentum, n.q. uenire, accedere, redire. Plaut. Caſina, Sine modò rus eueniat, remittã ad te uirum. Item, quemadmodum euadere, eſt per quamcunq; difficultatẽ ad aliquid peruenire, exitum habere. Plautus Moſt. Hei mihi, commiſta hæc blanda dicta quò eueniant madeo metu. Sæpius tamen ponitur pro contingere, accidere. συμβαίνειν, ἀποβαίνειν. & tam in malũ quàm in bonam partem accipi ſolet, Plau. in Perſa: Quid agitur? T. Viuitur. S. ſatin ergo ex ſententia? T. Si eueniunt quæ opto, ſatis. Idem Mercat. Omnia mihi hodie eueniunt præter ſententiã. Cic. Offic. 3. Quod autem in poëmatibus & in picturis uſu euenit, in alijſ'q; compluribus, ut delectẽtur imperiti. Dicitur quoq; de prouincijs, & magiſtratibus ſorte alicui uenientibus. Sall. in Iug. Metellus & Syllanus COSS. deſignati prouinciam inter ſe partiuerant, Metello'q; Numidia euenit. Euenit, imperſonaliter, pro ita cecidit. Teren. in And. Quid tu Athenas inſolens? C. Euenit.

Ēuĕntŭs, tus. m.q. (σύμβαμα, ἀπόβασις) dicitur, quod caſu aut fortuna nobis euenit, tam in bonum quàm in malum. Cic. lib. 1. de Orat. Vt enim quis optime dicit, ita maximè dicẽdi difficultatẽ, varioſ'q; euentus orationis, expectationem'q; hominum pertimeſcit. Similiter dicitur euentum neutro genere, quòd in plurali euenta facit. Lucret. lib. 1. Euentum dici poterit, quodcunq; erit actum. Cice. in Part. Si cuiuſq; facti & euenti cauſa ponetur. Idem de Diuin. Si euenta quærimus, quæ exquiruntur auibus. Quod eſt contra Vallã & Sipontinũ. Aliquando etiam euentus (τὸ τέλος) finis rei dicitur. Ouid. Careat ſucceſsibus opto, Quiſquis ab euẽtu facta notanda putat. Euentum præſtare, eſt periculũ alicuius rei in ſe recipere.

Ēuĕrriātŏr, oris. m.t. dicitur qui iure acceptâ hæreditate iuſta facere defuncto debet, quæ ſi nõ fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. Inde nomen ductũ à uerrendo: nam exuerræ, ſunt purgationes quædã domus, ex qua mortuus ad ſepulturã ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra uerrẽdo dictarum.

Ēuĕrrĭcŭlŭm, li. n.ſ. rete eſt piſcatorium, ſagena à Græcis dictum: & à uerrenda aqua ſic appellatũ. Var. de re Ruſt. ca. 17. Cum neq; euerriculo illi in littus educere poſſent uiuam ſagenam plebeiæ cœnæ piſces. Cicero 6. Verr. Quod unquam (inquit) iudices huiuſcemodi euerriculum in illa prouincia fuit? alludens ad Verris nomen, & ad ſignificationem uerbi. Inde euerriculum malitiarũ omnium, eſt iudicium ſiue actio de dolo malo, quo ſcilicet euerruntur fraudes hominum è uita ciuili: eſt enim hæc actio prodita ad terrorem hominũ ſubdolorum, qui ignominiam eius iudicij formidant. Hæc Budæus.

Ēuĕrro, is. euerri, euerſum, a.t. uerrendo nitidum facio, extra ſeu ualde uerro. ἐκκορέω, ἐκσαρόω. Col. li. 8. Stabula frequenter euerrenda & purganda, humor'q; omnis urinæ deuerrendus eſt. Cic. 3. Verr. O Verrea præclara, quoquam ſi acceſsiſti, quò non attuleris iſtum diem? Etenim quam tu domum, quã tu urbem adijſti, quod fanum deniq;, quod non euerſum atq; exterſum reliqueris?

Ēuĕrto, euerti, euerſum, a.t. extra uerto, eruo, demolior. καθαιρέω, παραλύω, ἀνασατῶ. Semper enim ſignificat ruinã alicuius magnæ rei. Ci. 1. Off. De euertendis diripiendiſ'q; urbibus ualde illud conſiderandum eſt. Vnde & euerſiones, (ἀνατροπαὶ, ἀναστάσεις) dictæ ſunt.

Ēuĕſtīgiō, (παρ' αὐτὰ, αὐτὰ, αὐτίκα) aduerbium pro cõfeſtim, properãter: & dicitur uel quod ſtans aliquis in eodem ueſtigio facit, unde ſtatim dicitur: uel quantũ tempus eſt in uno ueſtigio faciendo, quod eſt breuiſsimum. Vel tractum eſt ab his, qui ſe planta mouentes nihil tardant aliquid perficere, & illi negocio quod

cis imminet, nullam aliam rem anteuortunt. Vel cum aliquid repente fieri uolumus, ita dicere ſolemus, Antequam è ueſtigio moueare, hoc exquire. Cice. Fam. 4. Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe, qui hæc nunciaret, & rogaret, uti cogerem medicos. Coëgi, & è ueſtigio eò ſum profectus prima luce.

Eŭgē, (εὖγε) interiectio aſſentientis, quaſi ſponte ſua congratulantis.

Eugĕniæ, arum. f. p. uuæ à generoſitate nuncupantur. Græco enim uocabulo, εὐγένεια dicitur nobilitas. Cato lib. 6. de re Ruſt. cap. 15.

Eūgiŭm, gij. n. ſ. (νύμφη, μύρτον, ἐπιδερίς) caro eminula, inter cunni ſymplegadas. Vnde ſcindere eugium, eſt puellam inſcendere. Næuius: Sine eugio puellam inuenit. Laberius, Quænam mens, quæ diritas uos ſuppilatores fecit, cum cano eugio uelitari?

Ēuidēns, entis. o. t. pen. cor. quod apertè uidetur & intelligitur, non quòd uidet & intelligit. δῆλος, ἐναργής. Cic. de Vniuerſ. Atq; ut eſſet menſura quædã euidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates, tarditatesq; declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum. Vnde euidentia. (ὑποτύπωσις) denominatiuum. Cicero 4. Acad. Propterea quòd nihil clarius ἐνάργεια, ut Græci: perſpicuitatem aut euidentiam nos, ſi placet nominemus, fabricemusq; ſi opus erit, uerba. Euidenter aduerbiũ, (ἐναργῶς) Liuius 6. ab Vrbe. Vel fateri nobis ea, cũ tam euidenter pœnituerit, tutum cenſemus.

Ēuirātŭs. ti. m. ſ. (εὐνουχισμένος, ἀπεστερημένος) modò cui amputata ſunt uirilia dicitur. hoc eſt, eunuchatus: modò laſciuus, perditus, atq; effœminatus. Plaut. Aduleſcens euiratus ac mollis. Ab euiro. as. quod ſignificat uirilitatẽ aufero, & effœmino. Vnde & euiratio pilorũ apud Plin. lib. 29. ca. 1. quæ eſt deglabratio & uirilitatis ablatio per pilorũ abraſionem.

Ēuiſcĕro, as. a. p. ἐκσπλαγχνίζω. Vide Viſcus.

Ēuito, as. a. p. ἐναρίζω. pen. pro. uitam eripio, uita ſpolio: ſicut letare, eſt leto multare. Eſt tamen uetus uerbum, planeq; poëticum. Cic. 3. Tuſc. Hæc omnia uidi inflammari, Priamo uitam euitari. Euitare etiam dici poteſt ualde uitare, cauere, fugere. Horat. 1. Carm. Metaq; feruidis Euitata rotis.

Eūlŏgĭŭm, gij. n. ſ. dicitur benedictum. εὐλογία benedico. εὐλογία benedictio, munificentia, beneficẽtia. Eulogos, rationabilis. Cic. ad Att. lib. 13. Locum hominibus nõ ſanè probo quòd eſt deſertior, ſed habet εὐλογίαν. Vbi interpres, Eulogiam, honeſtam rationem, uel probabilem: & rationabiliter mihi cõmodus erit, qui deſertiſsima quæro, ac loca inacceſſa, quò nulla humana ſit uia trita pede. In Decretis canonicis eulogia pro benedictionibus ſiue muneribus, quæ minutili ſacerdotes ad ſynodum conuenientes, maioribus ſummatibusq; ſacerdotibus deportant.

Eūmēcēs, balſami genus, quod leui cortice cæteris ſit procerius. εὐμήκης enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 25.

Eūmetris, idis. f. t. gemma, quæ capiti ſuppoſita, nocturna uiſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Eūnŏmiă, æ. f. p. (εὐνομία) eſt recta iuris legũq; conſtitutio: quo nomine Dea illa uocatur, quã Demoſthenes alteram iudiciorum præſidem facit. Duplex eſt Eunomia, una quidem recta iuris conſtitutio, altera uerò rectè iuri conſtitutio obtemperatio. Et eunomi, (εὔνομοι) populi dicũtur, qui recta legum inſtitutionumq; ratione utuntur. Budæus.

Ēunūchizo, as. a. p. (εὐνουχίζω) caſtro. Hieron. contra Iouin. Sunt eunuchi, qui de utero matris ita nati ſunt: & ſunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati ſunt: & ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerũt propter regnum cœlorum.

Eūnūcho, as. a. p. (εὐνουχίζω) eiuſdem ſignificationis. Var. in Lege Mæuia, Si quis patriam maiorem parentẽ extinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſua parte is, qui ſe eunuchat, aut alibi liberos producit.

Eūnūchŭs, chi. m. ſ. (εὐνουχίας, εὐνοῦχος) pen. pro. caſtratus: ab εὐνή, quod eſt cubile, & ἔχω cuſtodio: quia id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus regum, quaſi eunoëchus, & per ſyneresim eunuchus.

Ēuŏcāti, orum. m. ſ. (ἔκκλητοι) dicuntur non quia iuſti milites ſunt, ſed quia repẽtina aliqua neceſsitate ex agris in bellũ tumultuariè uocantur. Sueton. in Galba.

Ēuŏco, as. a. p. (ἐκκαλέω, παρακαλέω) penult. cor. extra uoco. Plau. in Amph. Euocate huc Soſiã. Teren. Eun. Num quẽ euocari hinc uis foras?

foras? Sic euocare ad cœnã, euocare ad colloquium, euocare ad pugnã, &c. Cic. Att. 2. Tuas Numeſtio literas dedi: ſic te his euocabam, ut nihil acrius, neq; incitatius fieri poſſet. Euocare aliquem Romam, aut ad aliã urbem, eſt ſuadere alicui, ut eum locum in quo eſt deſerat, & ad nos ueniat, ſiue Romæ ſimus, ſiue alibi. Cicero in Verr. actione 3. Pericles Epheſius homo nobiliſsimus Romam euocatus eſt, quòd author iniuriæ illius fuiſſe argueretur. Euocare deos, eſt inuocare & implorare. Vnde euocatio ſacrorum, de quo Macrob. 3. Satur. cap. 8. Euocare, inquit, Seru. eſt ad diuerſa loca aduerſos cogere exercitus. Cæſ. Bell. ciuil. 1. Magnus numerus equitum Romanorum & decurionum, quos ex municipijs Domitius euocauerat. Per translationem eſt quaſi extraho, retraho. Cice. 1. Tuſc. Nam quid aliud agimus, cum à uoluptate, id eſt à corpore, cũ à re familiari quæ eſt miniſtra & famula corporis, cũ à republica, cum à negocio omni euocamus animum?

Ēuŏlārĕ. Vide in Volare.

Ēuŏmo, is, ui itum, n. t. extra uomo. Vide Vomo.

Ēupătōrĭă, æ, f. p. uel Eupatoriũm, rij, n. ſ. (εὐπατόριον) herbæ genus, caulis lignoſi, nigricantis, hirſuti, cubitalis, aliquãdo & amplioris. Plin. li. 25. ca. 6. Omnino eſt ea herba, quã Dioſcorides ait à Latinis Agrimoniam uocari: à Germanis odermeng, uel bruchvvurtz.

Ēŭpĕtălŏs (εὐπέταλος) gemma igneum in primis colorem habens, ſed cæruleo & mynij, ac mali coloribus admiſtis. Plini. lib. 37. cap. 10.

Ēŭphāntăſĭōtŏs, (εὐφαντασίωτος) Latinè dici poteſt, qui bene aliquid imaginatur.

Euphemia, æ, f. p. (εὐφημία) nomen mulieris, & Latinè dicitur laus, fauor. Euphemus, (εὔφημος) boni nominis.

Ēuphōnĭă, æ, f. p. bona ſonoritas uel uocalitas.

Ēuphōnŭs, ni, m. ſ. (εὔφωνος) concinnus.

Ēuphōrbĭŭm, bij. n. ſ. (εὐφόρβιον) & euphorbia, herba ab Euphorbio medico Antonij Muſæ fratre dicta. Naſcitur in Aphrica monte Tmolo. in Mauritaniæ parte, è regione Hiſpaniæ. Plinius libro 25. cap. 8.

Ēuphrăſўnŭm, ſeu Euphroſinum, ni. n. ſ. herba eſt, alio nomine bugloſſa. Sic dicta quòd lætificet. Græci enim εὐφραίνειν lætificari dicunt. Plin. libro 25. cap. 8.

Ēuplĕctŏn, ſtructuræ genus in ædificijs tantummodo, frondibus politis, quaſi εὔπλεκτον. id eſt, bene cæſum.

Ēuprĕpĭă, æ. f. p. (εὐπρέπεια) Latinè decor, ex εὖ bonum, & πρέπον decens.

Eureos, gemma quæ nucleo oliuæ ſimilis eſt. Plinius libro trigeſimoſeptimo. capite 10.

Euripidius, dij. m. ſ. (εὐριπίδειος) numerus in talis quadragenarius ab Euripide inuentus.

Euripus, pi. m. ſ. (εὔριπος) dicitur fretum. id eſt, mare anguſtum, qualis eſt Euripus Taurocomitanus in Sicilia, & alter in Eubœa. Plinius libro 35. capite 10. Et libro. 6. cap. 23. Per Euripos tamen quoſdam peragitur. de Ocroate flumine loquens. Item Euripi, pen. prod. canales, ſeu ductus aquarum aliunde deductarum in ſublime ſalientium, ſi paulò minutiores ſint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: ſi autem maiuſculi ſint, Nili dicuntur. Cicero lib. 1. de Legibus: Ductus aquarum, quos iſti Nilos Euriposq; uocant, quis cũ uiderit, non irriſerit? Euripi quoque ſunt foſſæ, in ludis circundatæ pro ſeptis, quorum loca temporaria prius cloſtra fuerunt, authore Plinio. Spartianus in Helio. Euripis uino plenis nauales Circenſes exhibuit. Quidam euripos interpretantur piſcinas.

Eurocias, gemma quæ ſitu uidetur operire nigriciem. Plinius libro 37. cap. 10.

Ēuſĕbēs, gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua facile dij ſurgebant. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ēuſĕbĭă, æ. f. p. (εὐσέβεια) pietas, religio.

Ēuſўmbŏlŏs, Latinè bonum omen dicitur.

Ēutăxĭă, æ. f. p. Latinè bona ordinatio dicitur.

Ēuthălē, les. f. t. (εὐθάλη) lauri genus. Vide in dictione Daphnoides.

Ēuthўmĭă, æ. f. p. (εὐθυμία) animi tranquillitas. Laertius in uita Democriti, Finem eſſe rectum quietumq; animi ſtatũ, quem euthymiã dicit, dum nullo metu, nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur. Cic. 5. de Fin. Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquã trãquillitas, quã appellãt euthymiam, eo ſeparãda fuit ab hac diſputatiõe, quia iſta animi tranquillitas eſt ipſa beata uita.

Ēūthўŏrĭă, æ. f. p. (εὐθυωρία) ſignificat non per diuerticula.

diuerticula itinerum quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerunque neceſſaria ſunt, ſed in directum acta menſura.

Eūtrăpĕlŏs, li. m. ſ. (εὐτράπελος) pen. cor. quidam aiunt ſignificare tricubitos. Martial. Eutrapelos tonſor dum circuit ora luperci. Alij putant hoc nomen ſignificare apud Græcos eum, qui facilitate quadam morum præditus eſt, hoc eſt comis, lepidus, elegans & facetus.

Ēutrăpĕlĭă, æ. f. p. (εὐτραπελία) comitas, facetia.

Ēutўchŭs, chi. m. ſ. εὔτυχος. Latinè fortunatus, cui omnia ex ſententia ſuccedunt. Nam εὖ bonum, & τύχη fortunam ſignificat.

Ēuzōmŭm, mi. n. ſ. (εὔζωμον) bonum ius. εὖ bonum, ζωμὸς ius, quod comeditur. Græci erucam herbam ſic uocant.

Ēuzōnŏs, ni. m. ſ. (εὔζωνος) ſtrenuus. ζώνη cingulum. Nam qui militant, cinctos dicimus, diſcinctos inhabiles.

E ANTE X.

EX. ἐκ, ἐξ. præpoſitio, de qua ſuprà in E, & Ex. Ex aduerſo appellare, uide in dictione Appellare.

Ex diſpoſito. Ex præcepto. Ex præparato. Ex tempore. Ex ordine. Ex præſcripto. Ex iure. Ex uinculis cauſam dicere. Vide infra.

Ēxāctŏr, oris. m. t. ἀναπράκτωρ. & Exactio. πρᾶξις, ἀνάπραξις. Vide in dictione Exigo.

Ēxāctūm, cti. n. ſ. præteritum, tranſcurſum. παρεληλυθὸς, παρῳχημένον. Verg. 3. Georg. At tribus exactis, tibi quarta acceſſerit æſtas. Exacti menſes dicuntur, qui circa partum ſunt. ἐμβρυοτόκος. Idem, Exactis grauidæ cum menſibus errant. Item exactum, diligens. Et exacte. τελείως, ἀπηκριβωμένως. Valer. Max. Quia nunquam remotos ab exactiſsimo cultu ceremoniarum oculos. Item exhauſtum, ſuperatum, ἐκτετλημένον. Sene. Vt tot procellis tempeſtatibusq́ exactis, aliquando in portum ueniamus. Exactum ſubſtantiuũ, ſignificat exactionem. Quint. de paſtu cadauerum, Sacroſanctus mercator opportunus, opinor, inuenit mercis exactum. Exactus uerò. cta. ctum. ea ſignificat quæ exigo. Habet & alia ſignificata, de quibus in dictione Exigo, gis.

Ēxăcērbo, as. are. a. p. irritare, ad iracundiã prouocare. Liu. 8. ab Vrbe, Cum omnes affirmarent infeſtius Papyrium exarſurum, agitatum contentione ipſa, exacerbatumq́, clàm ex caſtris Romam profugit. Suet. in Galba, Atq́ eo quidem nomine omnes qui ubique erant, exacerbauit.

Ēxăcērbēſco, ſcis. n. t. (πικραίνομαι, παροξύνομαι) ualde acerbus, id eſt aſper fio: quod ab exacerbeo. bes. fieri conſtat, licet acerbeo rarò inueniatur. Apul. in Apologia, Quis eſt tam mitis quin exacerbeſcat?

Ēxăcŭo, is. a. t. acuo, & cohortor. Cic. Att. 198. Velim cohortere & exacuas Cloatium. & de Leg. 168. Cum homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona diligenda, & reijcienda contraria.

Ēxædĭfĭco, cas. n. p. perfecte ædifico. ἐξοικοδομέω. Aliquando ſignificat domo priuo, domo eijcio. Plaut. in Trin. Nam exædificaſſet me ex his ædibus, ſi abſq́ te foret. Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem: hoc eſt exacerbare, uel cõtinuare. Idem, Qui exædificaret ſuam inchoatã ignauiam. Vide in dictione Aedifico.

Ēxæſtŭo. Vide in dictione Aeſtuo.

Ēxăggĕrātĭo, onis. f. t. (αὔξησις, περίβλημα) magna coaceruatio, ponituŕq pro altitudine & excellentia. Tranſlatio ſumpta à terra, quæ exaggerata, & in aggerẽ erecta ſuſtollitur in faſtigium. Cic. lib. 2. Tuſc. Hoc tibi propone, amplitudinem animi, & quaſi quandam exaggerationem quàm altiſsimam animi, qui maxime eminet in contemnendis & deſpiciendis doloribus, unam eſſe omnium rem pulcherrimam. Oratores exaggerationem, (δείνωσιν, ἀδρολογίαν) facere dicuntur, quando pluribus uerbis unam eandemq́ rem uehementer dicunt, quæ res maxime uenuſtat orationem. Apud Catonẽ luculenta illa exaggeratio eſt, Succidias humanas facis, decẽ funera facis, decem capita libera interficis, decẽ hominibus uitam eripis, indicta cauſſa, iniudicatis, indemnatis.

Ēxăggĕro. Vide Aggero.

Ēxăgĭto, tas. a. p. ſignificat uehementer uexo. διεγείρω. Plaut. in Mercat. Mala bilis cruciat me, atq́ exagitat. Cic. 5. Ver. Spoliati & exagitati aratores. Item ſignificat exaſpero, ad iram prouoco. Salluſt. Tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis lenienda, quàm exagitanda uidebatur.

Exāgōgā.æ. penul.prod.maſculini gen. qui educit & exportat: ut, exagoga bonorum. Plautus in Trucul. In hac ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones, Bonorum exagogæ. Exagoga, fœmini. gen. eductio, prouentus, reditus. Plaut. in Truc. Iſte dum ſic faciat domum Ad te exagogam. Idem in Rud.

Exālbiſco.is.ere. n.t. palleſcere, & colorem priſtinum in album commutare. Cic. 1. de Ora. Equidem & in uobis animaduertere ſoleo, & in meipſo ſæpiſsimè experior, ut axalbeſcam in principijs dicendi, tota mente, atq; omnibus artubus contremiſcam.

Exālbidūs.a.um. idem quod albidus, niſi ex præpoſitio aliquid minuat de ſignificatione. Plin. lib. 24. ca. 19. Folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia.

Exālbūrno.nas. (μηλανδρυῶ.) Vide Alburnum.

Exālto.tas.a.p. in altū eleuo. μετεωρίζω, ἀνυψῶ. Colu. Senûm pedum latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntq; & exaltant in tres pedes. Per tranſlationem, ſignificat magnificè laudo.

Exālūmĭnātūs.ta.tum. o.ſ. denominatiuum ab alumine. Plin. lib. 9. cap. 35. De unionibus, Summa laus coloris eſt, exaluminatos uocari. id eſt ad colorem aluminis accedentes.

Exāmĕn, inis. n.t. (ἑσμὸς, σμῆνος) noua apum ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogunt, quòd hæc ita uniantur, ut ſimul ligatæ uideantur. Nec ſolum de apibus, ſed etiam ad alia refertur: ut, Examina piſcium, Plinius. Examina infantium, Plin. Iun. Examina ſeruorum, Cic. Rurſus examen, (ῥοπὴ) ſtylus eſt in lance ſiue ſtatera, qui quò pondus ſe uergit, exit. Verg. lib. 10. Iupiter ipſe duas æquato examine lances. Hæc bilancis ſeu ſtateræ lingua, ab alijs æquamentum, ab alijs libramentum, ab alijs æquilibrium & trutina dicitur. Vnde metaphoricè ponitur pro æquamento, & iudicij inueſtigatione. ἀνάκρισις. Perſius, Examenq; improbum in illa Caſtiges trutina?

Exāmĭno.nas.a.p. penul. cor. ſcrutor, & inueſtigo æquandi cauſſa. ἐξετάζω, ἀνακρίνω. Plinius in Epiſtolis, Examina ſingula uerba, & expende. Cicero 2. de Oratore. Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

Exāmūrcāri oleum, (ἀπαμοργοῦσθαι) dicitur, quando ab amurca defecatum ſit. Apuleius lib. 4. Ac dum cœleſtis uaporis flāmis examurcatur.

Exāmūſsim, (ἀπηκριβωμένως) uide Amuſsis.

Exānclo.clas. n.p. ſiue potius exantlo, (ἐξαντλάω) ab ex, & antlo, Priſciano docente: antlo uero pro antlor, ſignificat effundo, exhaurio, ſupero. Plaut. in Stich. Næ iſte ædepol uinum poculo exantlauit. Aliquando exantlare, eſt perpeti. Lucil. lib. 10. Quantaſq; modo ærumnas quantoſq; labores exantlaris. Aliquando perficere. Pacuuius, Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exantlari clauus.

Exānguĭs, & hoc guĕ. o. t. (ἐξαιμος, ἄναιμος) dicimus quod ſine ſanguine eſt, & pro pauido capitur. Cic. 7. Verr. Ne deniq; etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror, &c.

Exānĭmālis, le. n.t. quod nō eſt animal, uel quod eſt ſine anima. ἄψυχος. Plaut. in Bacch. Nam neq; Bellona mihi unquam, neque Mars creduat ni illum exanimalem faxo, ni ue exhæredem fecero uitæ ſuæ.

Exānĭmō eſt, (ἐκ ψυχῆς, ἐκ τῆς καρδίας) ut natura fert: hoc eſt, ut refert naturalis ingenita actio. Ex animo facio, ſignificat facio quod in animo uolo, ut ſit quaſi ex animi ſententia.

Exānĭmo.as.a.p. (συνέχω, ἐκπλήσσω) Quādo ab animo fit, ſignificat perterreo, perturbo. Plau. in Aulul. Nimis male timui, priuſquam intus redij, exanimatus fui. Quando uero ab anima eſt, ſignificat anima priuo, ſiue neco. ἀποκτείνω. Curtius, Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorum aduſsit pedes, plurimorumq; oculis præcipuè perniciabilis fuit.

Exānĭmūs, ma. mum. & Exanimis, me. & Exanimatus. ta. tum. (ἄψυχος) ambo duplicem, eandemq; ſignificationē habent, licet Seruius uelit hæc inter ſe differre. Exanimus enim ſiue exanimis, idem eſt quod mortuus, ut apud Liuium lib. 8. Vt uno ictu exanimē equo præcipitaret. Vergil. Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles. Interdum idem eſt quod exterritus. Idem lib. 4. Audijt exanimis, trepidoq; exterrita curſu, Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit. Sic exanimatus, non ſolum pro exterrito, ſiue peturbato, ſed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liu. lib. 22. Vnā in ipſa por

tæ.

ta, ſoſpite filio repentè oblato, in conſpectu eius expiraſſe ferunt: alteram cui mors filij falsò nunciata erat, mœſtam ſedentem ad primum conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam.

Exănio, nias. a. p. eſt ſaniem uel pus, aut alium quemuis liquorem inutilem exprimo. Colum. lib. ult. Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet.

Exănthēmătă, tum. n. t. (ἐξανθήματα) appellantur à Plin. eruptiones, pituitæ, item papulæ.

Exărdĕo, es. n. ſ. ualde inflammatū eſſe. Transfertur ad multas res: ut ſi dicatur exardere iniuria, dolore, ambitione. Item exardere aliquē ira & indignatione. Exardere in iras, ut apud Martialē, quod eſt ueluti excandeſcere.

Exărdēſco, is. ere. n. t. ardentem fieri. Cic. 2. De Orat. Nulla materies tam facilis ad exardeſcendum, quæ niſi admoto igni, ignem concipere poſsit.

Exăreſio, neutropaſſ. t. (μαραίνω) idem ſignificat quod exareſco, niſi quòd exareſco propriè extrinſecus fit, exareſio intrinſecus, ut de ſucco marino dixit Plini. libro 26. Sed omnibus articulis morborum impoſitus, antequam exareſiat.

Exărēſco, ſcis. n. t. perfectè areo. μαραίνομαι, ἀναίνομαι. Colum. lib. 4. Et ſole, ac uento penitus ſiccari, atq; exareſcere.

Exărmo, as. a. p. armis ſpolio. ἀφοπλίζω, ἀφοπλίζω. Sueto. in Domit. Mineruā, quam ſuperſtitioſè colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantemq; ultrà ſe eum tueri poſſe, quòd exarmata eſſet à Ioue. Exarmare feras: hoc eſt dentes, ungues, uel alia noxia mēbra eis adimere. Vnde exarmatæ beſtiæ, pro cicurib. & manſuefa

Exăro, ras. n. p. (ἐξαρῶ) pen. cor. perfectè (ſcis. aro. Cic. de Diuin. 1. Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente. Vnde exarare frumentum: hoc eſt aratione percipere, quantum frumenti producere poſſit ager unus. Cic. 5. Verr. Sed per translationem ſignificat ſcribo. διαχαράττω. Qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere uidentur. Ineſt autem in hoc uerbo tacita quædam breuitatis ſignificatio, cū ſcilicet raptim ſcribitur. Cic. Cornif. Hæc cum eſſem in ſenatu, exaraui.

Exărtĭcŭlātio, onis. f. t. ἐξάρθρωσις. eſt oſsis ſecundam naturam moti ex concauitate profunda exceſsio in locum minimè naturalem.

Exăſciārĕ, n. p. aſcia polire, leuigare. ξέω, ἀξίως ξέω. Translatio à fabris lignarijs ſumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plau. in Aſin. Iam hoc opus eſt exaſciatum. id eſt perfectè dolatum.

Exăſpĕro, as. a. p. ualde aſperum facio. ἐξαγριόω, ἐξαγριαίνω. Sil. Saxoq; exaſperat enſem. Per metaphoram pro irritare, ſiue concitare ponitur. Col. lib. 9. cap. 15. Neq; enim conuenit æſtu medio exaſperatas apes laceſsiri.

Exătio, as. are. a. p. idem quod ſatiare. Liu. lib. 8. Bell. Maced. Populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exatiari, niſi & ipſius fama ſepulti laceraretur.

Exătŭro, as. are. a. p. idē quod ſaturare. Tranſlate apud Cice. 7. Ver. Cum eius cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos, animumq; exaturare uellent, poteſtas aſpiciendi nemini facta eſt.

Exăuctŏro, ras. a. p. pen. cor. ſignificat ab auctoramento, hoc eſt obligatione militari atq; ſtipendio libero priuoq;. ἀφίημι. Vnde exauctorati (ἀφαιμένοι, ἀπεζωσμένοι) milites dicuntur, qui miſsionem habuerunt. Et quamuis frequenter cū dedecore exauctorare dicitur, perſæpe tamen ſignificat miſſos facere à militia milites citra uituperationem. Liu. lib. 26. Cum deſeruiſſet, exauctoratos dimiſit. Vlpia. exauctorare interpretatur, inſignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur: ut eſt apud Lampridium, qui ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauiſſe.

Exăudio, dis. a. q. (ἐξακούω) perfectionem audiendi denotat, & hoc duobus modis. Vno cum quod petimus, impetramus. Verg. Et nulli exaudita deorum Vota precesq; meæ. Alio, cū ſignificat proximè, ſeu uehementer audio. Liu. li. 1. Equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet.

Exbălliſto. ſtas. a. p. à balliſta fit, & ſignificat balliſta proſterno, & metaphoricôs decipio. Plau. Ego hunc communem meum, atq; noſtrum omnium hoſtem exballiſtabo lapide.

Excălfăcio, (ἐκθερμαίνω. & excalfactorius, (θερμαντικός.)

μαντικός, uide in dictione Calefacio.

Excandeſcentia, æ.f.p. ab Apul. lib. de Dogmatibus Platonis appellatur ea animæ pars, quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde, quam alio nomine iraſcentiam nominat. Cicero 4. Tuſc. Excandeſcentia autem ſit ira modò naſcens, & modò deſiſtens: quæ θύμωσις Græcè dicitur.

Excanto, as. a.p. (ἐξᾴδω) ſignificat quod incantatum eſt, alio incantamento libero: quod & recanto dicitur. Plin. lib. 28. Qui fruges excantaſſet. Aliquando excantare, capitur pro excludere. Plautus, Nam credo cuiuis excantare cor poteſt.

Excandeſco, ſcis. n. t. & excandefacio, (ἐκφλέγομαι, Herod. θυμόω, ἄγαν θυμοῦμαι.) uide in dictione Candeo.

Excarnia, (ἄσαρκα) loca uocãtur in corpore humano, quæ carne intecta non ſunt.

Excarnificare, a.p. dilaniare, in partes diuidere, quaſi carnes ex aliquo corpore facere: quod proprium eſt lanionum & carnificum. Suet. in Vitel. Apud Gemonias minutiſsimis ictibus excarnificatus atq; cõfectus eſt. Per tranſlationem pro excruciare ponitur. Teren. in Heaut. Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me carnifices.

Excedo, dis. n.t. pen. pro. diſcedo, egredior. Cæſar 4. Bell. Gall. Nam cũ omnibus ſuis domo exceſſerant, Rhenumq; tranſierãt. Item ultrà cedo, tranſeo. ἐξίημι, ἀπαλλάττομαι, ἐξελθεῖν. Colum. lib. 7. Cum exceſſerint annos decem, fœtibus inutiles ſunt. Item ſupero. ὑπερβαίνω. ut, Cicero facile excedit omnes eloquentia.

Excello, lis. excului, excelſum, a.t. & Excelleo. les. excellui, ſignificat ſupero, præſto, antecello, emineo, eniteo, princeps ſum. ὑπερέχω, ὑπερβάλλω, ὑπερβαίνω. Cicero pro lege Manil. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris. Hinc excelſus, (μετέωρος) magnus. Gellius libro. 1. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem. Excellentia. æ. ut, Excellentia animi, Cicero. Excellenter aduerbium. Idem 1. Offic. Quæ magno animo & elato fortiter excellenterq; geſta ſunt. Excelſitas, altitudo. Plin. li. 21. ca. 5. A lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, ut in omnes urbis montes leuarentur. Excelsè aduerbium, hoc eſt altè, & in ſublime. Colum. lib. 4. cap. 1. Si modo ſcandit excelſius, plus alimenti, terræq; deſiderat.

Exceptio, onis. ſ.t. (παραγραφή) excluſio, quæ (ſicuti Vlpian. docet) interponitur actioni cuiuslibet rei, ad excludendum id quod in intentionem contentionemq; deductum eſt.

Excepto, tas. a.p. ſæpe extra capio, uel ad me frequenter traho. ἐξαιρέω, ἐκλαμβάνω. Verg. lib. 3.
» Georg. Ore omnes uerſæ in Zephyrum ſtant
» rupibus altis, Exceptantq; leues auras, &
» ſæpe ſine ullis Coniugijs uento grauidæ,
mirabile dictu. id eſt, frequenter ad ſe trahunt & capiunt.

Excerebro, bras. a.p. cerebrum excipio. ἐγκεφαλόω. ut apud Eſaiam, Qui mactat pecus, quaſi qui excerebret.

Excetra, uide in nominibus proprijs.

Excerno, nis. excreui, n.t. excretum, purgo. ἐκκρίνω, ἀποκρίνω, ἀποκριθμόω, διαττῶ. Col. lib. 2. Itaq; in area detrita frumẽta ſic aggeranda, ut omni flatu poſsint excerni. Ita dicimus excernere aluum, uel ſimpliciter excernere, pro eo quod eſt onus uentris deijcere. Celſus lic. 4. Quoniam portæ modo in inferiores partes ea quæ excreturi ſumus, emittit. Hinc excrementum, (περίττωμα) purgamentum & ſtercus. unde Plin. lib. 10. cap. 43. ſcribit, quòd quia coruus excrementis calciamenta fœdauerit, à mancipe examinatus ſit.

Excerpo, pis. pſi. ptum. ſignificat ſecernendo extraho. ἀπολέγω, ἐκλέγομαι. Terent. in Por. Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt. Vnde excerpta (ἀνάλεκτα) dicimus, quæ ex libris ueluti floſculos extrahimus.

Excidium. dij. n. ſ. & Excidio, (ἀνάστασις, ἅλωσις) ab excidio deduci manifeſtũ eſt, pro peremptione, et quaſi nece urbis aut prouinciæ, ut cũ cæſis hominibus mœnia ad ſolum deducũtur. Liu. 7. Bell. Pun. Magnũ ſe excidio eius urbis terrorẽ cæteris earũ iniecturũ. Hæc etiam à cadendo dici uideri poſſunt, quod magis placet. corripitur enim antepen. Verg. 5. Aen.
» Septima poſt Troiæ excidiũ iã uertitur æſtas.

Excido, dis. n. t. (ἐκπίπτω) pen. cor. ab ex et cado, a in i mutata, præteritum excidi, ſupinum ex
» caſum facit. ſignificat, deorſum cado. Verg.
» li. 2. Geor. Nam ſæpe incautis paſtoribus ex

cidit

cidit ignis. Vnde per tranſlationem, excidere animo, eſt in obliuionem dare. Idem, Necdum etiam cauſæ irarum, ſæuiq́ dolores Exciderant animo. Interdum diſſentire. Lucil. lib. 28. Ego ab Archilocho excido.

Ēxcido, dis. pen. pro. excidi, exciſum, a. t. extra uel de aliquo cædo. ἐκτέμνω, ἐκκόπτω. Cic. lib. 2. Offic. Nec lapides ex terra exciderentur ad uſum noſtrum neceſſarij. Item penitus deſtruo. Idem in Catil. De qua uereri non antè deſinam, quàm illam exciſam cognouero.

Ēxcĭĕt, pro excutiet, Veteres dixere. Feſtus.

Ēxcīndo, is. a. t. excido, deſtruo, diruo, extirpo: ut Excindere urbem. Cic. pro Planc.

Ēxcio, cis, exciui, excitum, a. q. pen. prod. extra uocare uel accire. Plaut. Epid. Quid eſt pater, quòd me exciuiſti ante ædes? id eſt, euocaſti. Aliquando expergefacere. ἐγείρειν. Liu. lib. 1. Hercules ad primam aurorã ſomno excitus. Sic excire cubilibus, apud eundem: & excire animas ſepulchris, Verg. Aliquando ſignificat commouere. Plautus in Ciſtel. Et mihi exciuiſti lachrymas.

Ēxcĭpio, pis. a. t. pen. cor. extra capio, demo, tollo. ἐξαιρῶ. Cic. lib. 1. Tuſc. Nam ſi ſolum eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum qui uiuerent, exciperes. Aliquando idem eſt quod recipio, præſertim afflictos. Lact. lib. 2. Hunc errantem, atq; inopem Ianus excepit. Vergil. lib. 3. Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? Aliquando inquirere. Cic. lib. 2. de Ora. Quædã dari ex hac uita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum uoluntates. Aliquando ſeparare. Verg. lib. 9. Ipſum illum clypeum criſtasq́ rubentes Excipiam ſorti. Aliquando per dolum capere, opprimere. Idem, Excipit incautũ, patriasq́ obtruncat ad aras. Aliquãdo colligere. ἐκδέχεσθαι. Martial. Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro. Aliquando abſcondere. Plaut. in Aul. Nec partem tibi ab eo indipiſces, neq; furem excipies.

Ēxcĭpŭlă, læ. f. p. (ἐκδοχεῖον) ab excipio: ſicut decipula à decipio: & eſt ſeptũ ex arundinibus contextis ad capiendos piſces. Plin. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ uoluũtur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiantur.

Ēxcĭpŭŭs, a. um. o. ſ. quod excipitur. Feſt.

Ēxciſſo, ſas. a. p. (ἀποσκολύπτω) pen. prod. lanio, uerbero. Plaut. in Ciſtel. Capillo ſciſſo, atq; exciſſatis auribus.

Ēxciſſātŭs, a. um. o. ſ. Veteres pro uulnerato & lamato dixerunt.

Ēxcĭto, tas. a. p. pen. cor. frequent. ab excieo, eadem ſignificatione eſt cum uerbo excio. nam aliquando ſignificat commouere: ut, Excitare aliquem ad uirtutem, Cæſar 7. Bell. Gall. Excitare ad arma ciuitatem, Cice. 1. de Diuin. Aliquando expergefacere. Liuius 5. Bell. Pun. Scipiones me ambo dies noctesq́ curis inſomnijsq́ agitant, & excitant ſæpe ſomno. Aliquando prouocare, ſollicitare: ut, Excitare opus certamine. Colum. lib. 1. Excitatè, excitatius. iſsime, aduerb. hoc eſt uehementer, & lucidè. Plin. lib. 37. cap. 7.

Ēxclāmārĕ, a. p. ἀνακράζειν, ἀναβοᾶν, ἀναφωνεῖν, uociferari, & quaſi è medio pectore uocem maximam emittere, quod aut indignationis, aut doloris cauſſa fieri ſolet. Terent. in Phor. Facinus audiui: itaq; penè Hercle exclamaui gaudio. Hinc Exclamatio, uerb. quæ fieri ſolet ſine aliquo adminiculo, modò per nominatiuũ, modò per accuſatiuũ, modò per uocati.

Ēxclūdo, dis. pen. prod. excluſi. ſum. a. t. extra claudo, eijcio. ἐκκλείω. Plaut. in Aſin. Homo hercle hinc excluſus eſt foras. Per transla. ponitur pro liberare. Actius, Qua uirtute hic ſe ſeruitute excluſit? Item pro incubando pullum emittere. Columel. Columbæ excludunt uigeſimo die. Item excludere eſt rei rudi aliquam inducere formam. Vnde argentarij dicuntur excluſores, quòd maſſas informes ad alicuius rei formã exprimant. Excludi tempore, aut tẽporis ſpacijs, eſt impediri ne quisquid poſsit agere propter tẽpus. Cic. in Verr. Anguſtijs temporis excluduntur omnes.

Ēxcŏlo, lis. pen. cor. excolui, excultum, a. t. ornare, & expolire. ἐπικοσμῶ, ἐξαγλαΐζομαι. Liu. Excultũ perfecte adoro. Lact. lib. 6. Nam ſi deorum cultores ſimulachra inſenſibila excolũt, & quicquid precioſi habent in ea conferunt.

Ēxcōmmūnĭcātĭo, onis. f. t. (ut in Decret. 3. (quæſt. 4.) diſtinguitur ab anathemate, tanquã

excom

excommunicatio ſit minor, anathema maior. Vnde anathematizati, ab eccleſia omnino ſeparantur, cum talibus neq; ſermone congreſſus, neq; cibus cõmunicatur. Hos Cyprianus abſtentos uocat eleganti uocabulo.

Ex compoſito, (ἐκ παρασκευῆς) idem ſignificat quod compoſito, ablatiuus: quaſi dicas, dedita opera, & ut conuenerat inter eos, ut ſubaudiri uideatur alius datiuus (negocio) nempe, ex compoſito negocio. Liuius, Tum ex compoſito orta uis, ſignoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit.

Excŏrio, as. a. p. (ἀποδέρω.) uide in dict. Coriũ.

Excōrs, dis. o. p. extra cor, quaſi ſine corde: hoc eſt animo quo ſapimus. In corde enim (ut inquit Plinus) habitat mens. unde ponitur pro inſipiente. ἄφρων. Cic. de Amicitia, Apertè adulantem nemo non uidet, niſi qui admodum eſt excors.

Excrĕo, as. n. p. eſt quadam ui expuo. ἐκπτύω, χρέμπτομαι. Plau. in Amph. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excrees. Celſus, Et interdum aliquid purulenti excreat. Excreabilis. le. adiectiuum, quód excreari poteſt. Plin. lib. 20. cap. 14. Pulmonum uitia excreabilia facit.

Excrēmĕntŭm, ti. n. ſ. (περίττωμα) quod egeritur ex cibo potuq;: & eſt duplex, ſiccum ſcilicet & humidum. Conceptaculum humidi dicitur ueſica: conceptaculum ſicci, aluus nominatur. Vide excerno.

Excrēſcĕrĕ, n. t. ualde, ſiue extra creſcere. ἐκφύεσθαι, ἀναυξάνομαι. Colum. lib. 5. Si ſatis excreuerint, iugo ſupponantur. Huius uerbi ſupinum eſt Excretum, quod commune habet cum uerbo Excerno, & ſignificat quod ualde » creuit. Verg. lib. 3. Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hædos.

Excrētio. onis. f. t. eſt ſuperfluitatum egeſtio.

Excrētŭm, ti. n. ſ. (ἔκκριμα, ἀπόκριμα) ſupinũ ab excerno, ſignificat egeſtum. Vnde excreta tritici dicuntur uulgò granaria, hoc eſt quæ ex incerniculo pro immundis ſeponuntur. Colu. lib. 8. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minutè commodè dantur gallinis. Ibi excreta nomen. Participium uerò eſt ubi paulo pòſt ait, Furfures à farina excreti.

Excrŭcio, as. a. p. conficio, exanimõ, interimo, de quo uide Crucio.

Excŭbĭæ, arum. f. p. (φρουρά) uigiliæ. licet uigiliæ tantum nocturnæ dicantur: excubiæ, & diurnæ & nocturnæ. Plin. lib. 10. cap. 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillũ pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens, indiligentiã ſono coarguat. de gruibus loquẽs.

Excŭbĭtŏr, oris. m. t. (φρουρός) qui excubat. Vnde gallus dicitur excubitor, qui peruigil cantu horas indicat. Caſ. ſeptimo Belli Gall. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præſidijs tenebantur.

Excŭbo, as. n. p. (φρουρέω, φυλάττομαι.) pen. cor. excubui. bitum. uigilo, cuſtodiã facio, & quaſi minimè iaceo: ut milites extra caſtra, uel extra tentorium, ad imperatoris cuſtodiam noctu armati conſidunt. Salluſt. in Iugurt. Liuium, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt.

Excūdo, is. n. t. (ἐκχαράττω, ἐκτυπόω) pen. prod. excudi, uel excuſi, excuſum, cudendo elicio. » Verg. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit » Achates. Sic excudere ignem, apud eundem. Transfertur aliquando, ut excudere opus, id » eſt cõponere. Verg. Vt uarias uſus meditan» do excuderet artes, id eſt ſtudioſe reperiret. ἀναμάττομαι. Col. lib. 11. ca. 1. Excudit mihi cultus hortorũ proſa ut oratione conſcriberem. id eſt, uehementer à me contendit. Excudere dicuntur etiã gallinæ oua, quando ex illis pulli naſcuntur, quod & excludere dicimus. Colum. lib. 9. Negatur anſer aliena excudere oua niſi ſubiecta ſua quoq; habuerit.

Excŭlpo, is. n. t. uel ut alij, excalpo, idem ſignificat, quod perfectè ſculpere, ſiue ſcalpere. Pli. lib. 33. cap. 9. Quinetiã pocula ita figurantur, exculptis intus crebris ceu ſpeculis, ut &c.

Excūrio, as. a. p. uerbum à curia, quaſi extra curam eijcio. Varro. Apollonium ideo excuriauit, quia nihil habebat.

Excŭrro, is. n. t. extrà curro: unde excurſio, decurſio, latrocinium, & incurſio, & excurſor.

Excūſābĭlĕ, lis. n. t. quod excuſatione dignũ eſt.

Excūſātōrĭŭs, a. um. (ἀπολογητικὸς) quod ad excuſationem pertinet, ut Excuſatoria epiſtola.

Excūſo, as. a. p. pen. prod. obiectum crimen purgo, & à me repello. (ἀπολογοῦμαι, προΐσχομαι.)

Cic. Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Et excuſare, eſt afferre in excuſationē, (προφασίζω) id quod peccandi cauſam præbuit, quod potius per accuſo dici debere uidetur: ueluti ſi latrones aut flumina impedimento fuerunt, ne ad diem adeſſe poſſem. Liuius de Torquato, Oculorum ualetudinem excuſauit.

Ēxcūſſōrĭŭs, a, um. o. ſ. quod ad excutiendum pertinet (ἐκσειστικός.) ut excuſſorium cribrum, quod excutit & tranſmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis ſecundarius. Plin. lib. 18. cap. 11. Hiſpaniæ lino excuſſoria ſiunt, & pollinaria.

Ēxcŭtio, tis. pen. cor. ſsi. ſſum. a. t. ab ex, & quatio: ſignificat proprie extra quatio, ſiue quatiendo deijcio. Perſius, Calidumq́; trientem » Excutit è manibus. Ouid. de Nuce, Atq; utinam ſubitæ raperēt mea poma procellæ, Aut » poſſem fructus excutere ipſa meos. Habet hoc uerbum uarios uſus, & metaphoras non inuenuſtas, diuerſasq́; ſignificationes pro diuerſitate conſtructionis, habetq́; ferè ſemper poſt ſe accuſa. rei inanimatæ, modò perſonæ. Cic. 2. de Na. Hoc qui exiſtimat fieri potuiſſe, non intelligo cur non idem putet, ſi innumerabiles unius & uiginti formæ literarum, uel aureæ, uel qualeslibet aliquò conijciantur, poſſe ex his in terrā excuſsis, annales Ennij, ut deinceps legi poſsint, effici. Excutere ignem, Plin. quòd aliàs excudere dicitur. Excutere oculos, apud Plaut. pro eruere. Excutere clauum lapide apud eundem, pro expellere. Teren. in Heau. Lachrymas excuſsit miſer. id eſt fecit, ut ſubitò exciderēt. Cic. pro Syl. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. id eſt eiectos, euulſos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem. Excutere iugum, pro nolle obedire. Cum accuſatiuo perſonæ. Verg. 7. Aenei. Quinetiam patria » excuſſos infeſta per undas Auſa ſequi. Plin. Excuſſo circenſibus auriga. id eſt deiecto. Vnde excuſſores dicuntur, qui ſeſſorem equo deijciunt. Cic. de Aruſp. Non ignouit, mihi crede, non: niſi fortè ignotum putas, quòd te iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum. id eſt ſpoliatum pecunijs, quibus eos corrupiſti, & (ut uulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Aliquando ineſt hoc eſt uerbo diligens quædam inquiſitio, & ſcrutatio. Sueto. in Claud. Nec ægrum unquam uiſitauit, niſi explorato prius cubiculo, culcitrisq́; & ſtragulis prætentatis & excuſſis. id eſt diligenter contrectatis & diuentilatis, ne gladius intus eſſet. Cic. pro Roſc. Nihil eſt Glaucia, quod metuas, non excutio te. id eſt, non inquiro ea diligentia qua poſſem. Idem 2. Offic. Explica atq; excute intelligentiam tuam. id eſt tuos ſpiritus ſenſusq́; omnes ad intelligentiam collige & excita.

Ēxdĕcĭmo, as. a. p. (ἐκδεκατόω) eligo. & exdecimatum, electum dicimus, à uerbo decimo, quod eſt decimam partem detraho.

Ex diſpoſito (ἐκ παρασκευῆς) dicimus, hoc eſt de induſtria, & quemadmodum à nobis conſtitutum eſt.

Ēxdōrsŭo, as. a. p. dorſum confringo, uel dorſo nudo. ἀπονωτίζω. Plau. in Aul. Tu Machærio congrum, murenā exdorſua quantum potes. Hæc duo præter regulā componūtur cū ex. Non enim ex, ſed e cōponitur cū d, ut educo.

Ēxsĕco, cas. n. p. pen. cor. ab ex & ſeco, ſed s abijcitur, & ſignificat excido, extra ſeco. (ἀποτέμνω) Colum. lib. 5. Arborem quam inſerere uoles, diligenter execato ea parte, qua maximè nitida, & ſine cicatrice eſt.

Ēxecro, as. a. p. pen. cor. ab ex & ſacro, adiecta s, & a in e mutata: ſiue, quod eſt magis in uſu, execror deponens, pro horrori & abominationi habeo. προβάλλομαι, καταρῶμαι. Verg. » Et terram altricem ſæui execrantur Vlyſsis. Cic. 3. Offic. Itaq; accepimus Socratem execrari ſolitum eos, qui primum hæc natura cohærentia diſtraxiſſent. Hinc execratio, κατάρα, βδέλυγμα. quæ aliquādo ſumitur pro ſacramenti genere, quo quis diras capiti ſuo imprecatur, ſi peierauerit, ut eſt apud Salluſt. in Catilina. Deducuntur hinc & alia duo uerbalia, Execrabilis & execrandus, quæ idem ſignificant quod deteſtandus & abhorrendus.

Ēxĕdo, dis. a. t. pen. cor. exedis, uel exes: corrodo, cōſumo. (κατέδω, κατεσθίω.) Pli. 26. Naſcūtur quoq; in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Cic. Tuſc. Aegritudo lacerat, exeſt animā, planeq́; cōficit. Aliquando exedere, eſt extra ſeu de aliquo uaſe edere. Terent. Phor.

Tu tibi hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

Ēxedră, æ. f. p. (ἐξέδρα) locus ſpacioſus, quaſi tricliniũ, quæ quaſi ad occidentem uerſa eſſe ſolebat. Cic. libro 3. de Orat. Tunc dedita opera quieſcentibus alijs, in eam iam exedram uenisse, in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet. Dicitur autem ab ἐξ, & ἕδρα ſedes, & cum κατὰ ſit cathedra.

Ēxēgēmătĭcūs, ci. m. ſ. (ἐξηγηματικὸς) character, dicitur in quo tantum poëta loquitur, ut Verg. in ſuis Georg. uide in Drama.

Ēxēgētĭcōn, ci. n. ſ. (ἐξηγητικὸν) id eſt expoſitiuum, uel enarratiuum.

Ēxĕmplŭm, pli. n. ſ. ſcribit Feſtus, quod ſequamur aut uitemus. παράδειγμα. Exemplar, ex quo ſimile faciamus. ἀντίτυπον, ἀντίγραφον, ἀπόγραφον. Plinius. lib. 35. Sunt qui Venerem Anadyomenen illo pictã exẽplari putant. Sed ſæpe cõfunduntur, ut exemplũ ſit, ex quo ſimile faciamus. Sall. Literas quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earũ infrà ſcriptũ eſt. id eſt earũ forma infrà ſcripta. Sic Muſici uocẽ dicentiũ, pictores opera priorũ, ruſtici probatã experimento culturã in exemplũ intuentur. Cic. pro Muræn. Domeſticũ te habere dixi exemplum ad imitandum. Et iterum, Ad imitandum uero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt, quàm tibi. Dicitur & exemplariũ pro exemplari. Plinius, Iuba hæc emiſit in hoc tractatu, niſi exemplarium uitio ſum eſt. Sciendum tamen quòd exemplum dicitur quandoque grauis pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. Terentius in Eunu. Quæ futura eſſe debent exempla in eum indigna. Rurſus dicitur illud, quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis uocatur ab exemplis. Et in elocutione exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non poteſt. Similiter dicitur, ſpecimen alicuius rei quam uenalem habemus, ut cum ex aceruo frumenti aliquantulum in uaſculo offerimus, ex quo reliquum emptor poſſit extimare. uulgò lamoſtra. Cic.

Ēxēmptī, dicuntur excepti. ἐξῃρημένοι. Exemptus apud Iurecõſultos dicitur, qui à ſuo iudice, ſiue iuriſdictione ordinarij ſubductus eſt. Exemptus rebus humanis, qui mortuus eſt.

Ēxēmptĭlis, le. o. t. pen. cor. quod auferri & eximi poteſt. περιαιρετὸς, ἀφαιρετὸς, ἐξαιρέσιμος. Colum. lib. 9. Quadratæ perticæ paxillis ſupponuntur, ut auem recipiant aſſilientem. Sed idcirco ſunt exemptiles, ut cum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum conuenientibus ſtabulum præbeant.

Ēxĕo, exis. n. q. extra eo, egredior. ἐξέρχομαι, ἔξειμι. Terentius in Adelph. Fieri potis eſt, ut ne quà exeat. Idem in Eunuch. Exi foras ſceleſte. Et cõſtruitur tam cũ accuſatiuo, quàm cum ablatiuo: ut exeo domum, & exeo domo. Per tranſlationem eſt liberari. Lucil. libro 28. Ne hoc faciat, atq; ærumna exeatis. Item uitare. Verg. Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. Item erumpere, ut apud eundem libro 2. Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exit. ἐξαίγνυται. Dicitur etiam, exit in laudem, in uituperationem, in acta, in fabellas, in memoriam, in rigorem, & ſimilia. id eſt, fit uel efficitur. Exire de poteſtate, (ἐξεκκρέναι) ſignificat mentis impotem fieri. Cicero libro 4. Tuſcul. Itaque iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate. id eſt de conſilio, de ratione, de mente.

Ēxēntĕro, ras. a. p. (ἐξεντερίζω) penult. cor. interiora aufero, quod propriè de piſcibus dicitur, cũ apparãtur. Sic per tranſlationem dixit Plautus in Epid. Acutum cultrum habeo, Qui exenterem marſupium ſenis.

Ēxĕquĭæ. arum. f. p. ἐναγίσματα. funebre officiũ, quod ſcilicet in funere exequimur: ab eo dictæ, quòd homines pompam poſt ſequũtur. Cic. 2. de Legib. Sepultura, ac iuſtis exequiarum caruerunt. Hinc exequior, quod eſt exequias facio, uel exequijs conuiuor. ἐναγίζω. Varro, Ipſum propter ius liberti ſemitracti exequiantur.

Ēxĕquŏr, eris. d. t. pen. cor. ſignificat declaro, ex primo: ut, exequi uerbis. Vlciſcor, ut exequi iniuriam accuſatione Plin. lib. 3. Epiſt. Significat et perficio, & executioni mãdo. ἐπιτελέω, ἐκπληρόω. Plau. Truc. Nullã rem oportet aggredi doloſe, niſi aſtutè, accuratéq; exequare.

Ēxērcĕo, ces, exercui, exercitum, a. ſ. ab ex & arceo, quaſi extra arceo, premo, fatigo. κατατρύχω. Terent in Adelph. I ſanè, ego te exercebo hodie, ut dignus es ſilicerniũ. Quãdoq; eſt

" operam ponere. ἀσκεῖν. Verg. lib. 3. Georg. "Exercete uiri tauros. Quandoq; tractare. μεταχειρίζειν. Colu. lib. 4. Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. Exercere cum hoſtibus ſimultates, id eſt habere, Sall. Quandoq; lucrari: ut, Exercere ſumptum. Terent. Heaut. Quandoq; probè terram colere. ἐξασκεῖν. "Verg. 1. Geor. Exercetq; frequens tellurē, atq; "imperat aruis. Quandoq; inſequi. διώκειν. ut, Exercere odijs, Verg.

Ĕxĕrcĭo, cis, iui, itum, n. q. ab ex, & ſartio componitur, & ſignificat ſarcio.

Ĕxĕrcĭtĭūm, tij, n. ſ. eſt ipſe actus, & uſus exercendi operandiq;. γυμνασία, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα.

Ĕxcĭto, tas, a. p. frequent. ab excieo, moueo, ſtimulo. γυμνάζω. Cicero pro Cluent. Homo inprimis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Hinc exercitatio, de qua idem lib. 1. ad Herennium, Exercitatio eſt aſsiduus uſus conſuetudoq; dicendi.

Ĕxĕrcĭtōrĭūs, qui ſe exercet. γυμναστικός.

Ĕxĕrcĭtūs, a, um, o. ſ. participium ab exerceo: ut homo exercitus, qui multis negocijs aſſuetus ſit, & experientia doctus & detritus. καταγεγυμνασμένος, τετριμμένος: ut, Homo lectione multa exercitus. Gel. Cic. lib. 5. Tuſc. uſus eſt inexercitus, (ἀγύμναστος) pro non exercitato, cum ait: Aeſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitū philoſophū. Aliquādo ſumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus "perferendis aſſueto. Verg. lib. 3. Nate Iliacis "exercite fatis. Sall. in Iug. Nabdalſa exercito corpore: id eſt ſolidato, ut exponit Nonius.

Ĕxĕrcĭtūs, tus, nomen, m. q. ſignificat militum copiam, στρατός, στρατιά, ab exercendo, quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. Vegetius libro 2. Numerus militū exercitatur, unde & re ipſa atq; opere exercitus nomē accepit, ut ei nunquā liceret obliuiſci, quod uocabatur. Non aūt una aut altera cohors exercitū conficiunt, ſed plurimæ cōiunctæ, ut docet Vlpia.

Ĕxĕro, is, a. t. pen. cor. exerui, exertum, ab ex, & ſero, ſignificat extra eo, emitto, extraho. ἐξαίρω, ἐξέλκω. Statius, Fulgentemq; exerit enſem. "Ouidius libro 1. Faſtorum; Credibile eſt illos "pariter uitijsq; iocisq; Altius humanis exeruiſſe caput. Idem, Exerit hic humerum, ueſtes trahit ille per altas. id eſt, ἐξωμίας. Columel. lib. 9. poſuit pro exuo, (ἀνακύπτω) cum ait: Nam dum uincula exerere conantur, non quieſcunt.

Ĕxērtī dentes. Vide in dictione Dens.

Ĕxērto, tas, a. p. frequent. ab exero. προφαίνω, "προκύπτω. Verg. At Scyllam cæcis cohibet ſpe"lunca latebris Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.

Ĕxĕtăſtĭcōn, Latinè inquiſitiuum dicitur.

Ĕxſĭo, is, a. q. (ἐκθυμιάω) ſignificat purgo, à quo exſitus, tus, pro purgatione.

Ĕxſir, Veteres pro purgamento poſuere.

Ĕxgrūmārĕ, (ἀποθρομβόω) dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilietes. Grumus enim terræ collectio, à congerie dictus eſt. Varro 3. de re Ruſt. ca. 14. Deniq; ipſæ exgrumantes ad propalam uitam diu producunt, cum ad eam rem pauca laurea folia intericiant, & aſpergant furfures non multos.

Ĕxhærēdārĕ, (ἀποκηρύττειν.) uide in Abdico.

Ĕxhærēsĭmūs dies, id eſt exemptilis: propterea ſic dictus, quòd ex menſe eximi ſolebat, ut annus cū Solis ac Lunæ ratione cōgrueret. Cic. 3. Verr. Cōſuetudo Siculorum eſt, cæterumq; Græcorum, quòd ſuos dies menſesq; congruere uolunt cum Solis Lunæq; ratione, ut nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi exhæreſimos dies nominant. Budæus in Annotationibus.

Ĕxhālo, as, n. p. pen. prod. extra halo, ſpiro. (ἀναθυμιάω, ἐξατμίζω, ἐξερεύγω. Verg. lib. 7. Sæ"uamq; exhalat opaca Mephitin. Cic. 5. Verr. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiā Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent. Exhalatio, expiratio. ἀναφορά, ἀναθυμίασις. Plin. Certior multa nebuloſa exhalatio eſt. Vnde exhalationes terræ, ſunt tenues ſpiritus, qui per æſtum maximum terra diffuſa exhalantur, & ſurſum in aëra feruntur. Cic. 1. Tuſc. Quod & humidum & caliginoſum eſt, exhalationes terræ.

Ĕxhaurĭo, is, exhauſi, exhauſtum, a. q. exinanio, conſumo, aliquid uacuum facio: tamq; dicimus quod extrahitur exhauriēdo, quàm quod uacuum fit, exhauriri: ut Exhaurire uinum, Cicero Exhaurire poculum, Liuius. Habet hoc uerbum multas elegantes translationes.

Cice-

Cic. pro Seſt. M. Craſſus eadem ſibi manu ui tam exhauſit, qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus. Idem in Vat. Aerariũ exhaurire, Remp. compilare. Ad Attic. 2. Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet iniuria. id eſt deleri. Ad Qu. Frat. 1. Exhauſtus enim eſt ſermo hominum. id eſt, de ea re iam loqui eſt deſitum. Ad Att. 5. Reliquum eſt, ut antequam proficiſcare, mandata noſtra exhaurias. id eſt, exequaris. Verg. 4. Aeneid. Heu, quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhauſta canebat? id eſt finita. Inexhauſtus (ἀνεξάντλητος) pro infinito: quale illud, Gratias Deo inexhauſtas replico.

Exhĕbĕnũm, gẽma qua aurifices aurũ poliunt.

Exhĕrbāre, n. p. eſt herbas extirpare. (ἐκβοτανίζειν) Colum. lib. 5. Et cum germinauit, ad unam perticam ſummittitur, crebróq; foditur atq; exherbatur, nec minus quàm uinea pampinatur. Et alibi: Exherbandus eſt locus.

Exhĭbĕo, es. a. ſ. pen. cor. profero, & in publicum deduco, & uidendi tangendiq; hominis facultatem præbeo, uel re oſtendo, quaſi extra ſecretum habeo. (ἀποφαίνω, παρισῶ, φανεροποιῶ.) Paulus: Exhibere eſt facere in publicum, poteſtatẽ, ut ei qui agit, experiundi ſit copia. Exhibere negocium, (παρέχειν) eſt labore uel moleſtia afficere. Cicero lib. 1. Officio. Quod quum audiſſet adoleſcens negocium exhiberi patri. Sic exhibere laborem, exhibere moleſtiam, &c.

Exhĭlăro, as. a. p. idem quod hilaro. Cice. Epiſt. 142. Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram?

Exŏmŏlŏgēſis, is. f. t. (ἐξομολόγησις) Latinè dicitur confeſsio. Auguſtin. Qui criminum ſuorum ſorde pollutus eſt, exomologeſis ſatisfactione mundetur.

Exhŏrrĕo, es. n. ſ. à quo exhorreſco, pro expaueſco, præ timore horreo, & contremiſco. φρίσσω. Verg. actiuè dixit, li. 7. Adueniat, uultus neúe exhorreſcat amicos.

Exĭbilo, as. a. p. pen. cor. ſignificat cum ſono uocis, & populari tumultuariáq; ſibilatione expello, derideo. (ἐκσυρίττω, σιμβλίζω, Cicero: Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerum, aut ſi uerſus pronunciatus una ſyllaba breuior aut longior, exibilatur atq; exploditur.

Exĭſĭlāre, (ἀποσυρματίζειν) aliquem dicebant Veteres dum populari & tumultuaria ſibilatione eum expellebant.

Exĭgo, is. pen. cor. exigi, exactum. a. t. excludo, eiicio, expello, quaſi extra ago. (ἐξωθέω, ἐξάγω) Plaut. Itaq; omnes exegit foras. Item debitum repetere. ἀπαιτέω. Cicero Caſsio: Longiores expectabo, uel potius exigam. Hinc exigere pecuniam dicimur, (ἐξαιτεῖν, διάγειν) quæ nobis debetur. Et exactores uocantur qui pecunias exigunt. Interdum eſt conuenienter poſtulare. ἐξαιτεῖν. Lactant. lib. 4. Sapientia ſpectat ad filios, quæ exigit amorem. Interdum agere ſeu traducere. διάγειν. Terent. Hec. Illíq; exopto, ut reliquam exigat uitam. Interdum perdiſcere, inquirere. ἀνακρίνειν, ἐξετάζειν. Vergil. Quærere conſtituit, ſociiſq; „exacta referre. Interdum definire, conſtitue„re. Idem lib. 4. Decreuitq; mori, ſecum ipſa „modumq; Exigit. Interdum complere. πληροῦν. Plautus in Amph. Menſes iam tibi exactos eſſe uides.

Exĭgŭus, a. um. o. ſ. paruus, modicus. Vergil. 4. „Georg. Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent. Plin. in Epiſto. Qui nunc exiguiſsima legata theatralis operæ corollariũ accipient ab hærede, qui non ſpectabat. Exiguitas, atis. ut, Exiguitas lactis, Var. Exiguitas cibi, Col. Exiguitas temporis, Liu. Exiguitas corporis, Cæſ. Exiguè aduerbium. Terent. in Heaut. Præbent exiguè ſumptum.

Exĭlĭcus, a. um. (φυγαδικὸς) quod ad exilium pertinet. ut exilica cauſa: quæ aduerſus exules agitur.

Exĭlĭum, lii. n. ſ. priuatio patriæ: quaſi extra ſolum. φυγὴ, φυγαδεία. Seneca in lib. de Conſol. Exilium nempe loci commutatio eſt. Cic. 5. Tuſc. Iam uerò exilium, ſi rerum naturam, non ignominiã nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt?

Exĭlio, is. n. q. pen. cor. ab ex, & ſalio, ſignificat exeo, & quaſi ſaltando prorumpo. ἀναπηδάω, ἐκθορέω. Cice. in Tyrone: Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Terent. Heauton. Non aduorti primò, ſed poſtquam aſpexi, ilico Cognoui, ad te exilui. hoc eſt, ueluti ſaliendo & geſtiendo cucurri. Huius frequent. eſt exulto. ἀγαλλιάζομαι.

Exilis.le.o.t.pen.pro.id eſt,tenuis:ut,exilis uox, Plin.Var.3.de re Ruſtica,ca.2. Et hic aprum glans cum paſcat emptitia,facit pinguem,illic gratuita exilem.hoc eſt gracilem,& male ſaginatum.Exilitas.atis.denominatiuum:ut. foliorū exilitas,Plin.Exilitas uitis,Columel. Exiliter aduerbium,tenuiter & frigide.Ci.1. de Oratore,Etenim uidemus iiſdem de rebus ieiune quoſdam & exiliter diſputauiſſe.

Eximium,mij.n ſ. (διαφέρον, πρόκριτον, ἐξαίρετον) excellens,egregium:ab eo quod in ſacrificijs optimum pecus de grege eximebatur, uel quòd eximia ſpecie animal numini offerendū. Vnde Vergil.Eximias hoſtias dixit,quæ ad ſacrificiū deſtinatæ eximuntur à grege:ut,Quatuor eximios præſtanti corpore tauros. Dicitur & in malum.Cicero in Verrem,Sin hanc uos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe. Eximiè,aduerbium,excellenter:ut,Eximiè ornatum templum,Liui. Eximiè diligere,Cic.

Eximo.is.a.t.(ἐξαίρω,ἀπαλλάττω,ἀφαιρῶμαι,ἐκκείνω)penul.corr.ab ex & emo,ſignificat excipio,ſeu aufero. Plau. Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc laſsitudinem eximent. Pertinet aliquando ad forum.Pomponius Iuriſconſul.Eripere eſt de manibus auferre per raptum: eximere uero quoquo modo auferre. Cicero ad Quint. Fratrem 2. Tum Clodius rogatus,diem dicendo eximere cœpit. Quod hic Cicero,eximere diem, alio loco tollere diem dixit. Aliquando cum datiuo conſtruitur: ut,Eximere noxæ,eſt pro abſoluto habere, uel pœnam remittere, gratiam criminis facere: hoc eſt remiſsionem (ut uocant) dare. Liuius 8. ab Vrbe, Bene habet Quirites, uicit diſciplina militaris, uicit populi maieſtas: non noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit. Eximere honoribus: id eſt priuare. Plinius in Epiſtol. Quid enim miſerius,quàm exactum,& exemptum honoribus ſenatorijs,laboribus & moleſtia non carere? Eximere numero, eſt reijcere,& tanquam indignum ab aliorum numero excludere. Quintil.lib.1.Authores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Cōſtruitur & cum ablatiuo:ut Eximere metu.Plaut.in Rud.

Exin. (ἐντεῦθεν.)pro exinde,ſignificat propter hoc,quapropter,ideo. Liuius lib.1.Vti igitur paulò ante animum inter Fidenatem Romanamq́; rem ancipitem geſsiſti, ita iam corpus paſsim diſtrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis, in curru earum diſtentum illigat Metium.

Exinanio.is.a. q.ab ex, & inanio,euacuo,attenuo,& ad nihilū redigo, (κενόω)Plin.lib. 10.ca.60.Oua ſale exinaniri creduntur. Exinanitio. Plinius, Succurrit aliquando præceps alicui exinanitio.

Exinde,deinde,exin.Cic. de Diuin. 46. Exinde mari finitimus aër die ac nocte diſtinguitur.

Exinſperato,(παρ' ἐλπίδα,ἐξ ἀπροσδοκήτου)aduerbi. quod non ſperabatur. Liu.lib.1.Tum clamore,qualis ex inſperato fauentium ſolet,Romani adiuuant militem ſuum.

Exiſtimo.as.a.p. pen.cor.ab æſtimo,diphthongo in i longam conuerſa:puto,iudico,& quaſi ex æſtimatione ſtatuo atq; decerno. (ὑπολαμβάνω,λογίζομαι)Quint.Ex præteritis exiſtimari ſolent præſentia. Hinc exiſtimatio, (δόξα) ferè ſemper paſsiuæ ſignificationis eſt, & pro reputatione ac bona fama capitur, ut homo magnæ exiſtimationis: id eſt, de quo omnes bene opinantur.Et dicimus exiſtimatum eſſe, pro clara opinione præditum. νομίζεσθαι Paulus Iureconſ. Exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto noſtro autoritate legum aut minuitur aut conſumitur.

Exiſto,is.n.t.appareo,emineo,prodo, exurgo, exalto,ἀνακύπτω, ἀναφαίνομαι, Cicero de Diu. Summerſus equus uoraginibus nō exiſtit. Et iterum,Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis.

Exitiabile, idem quod exitiale, (ὀλέθριον, ἐξώλης.)Ouid.lib.6. Metam.Dumq́; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exitialis & hoc le.o. t.θανάσιμον. mortiferū, calamitoſum, damnoſumq́;.Plin.lib. 8. Ille contrà urinam ſpargit prudens,hanc quoque leoni exitialem.Vergil. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ.

Exitium,tij.n.ſ.ab exeo.is. Feſtus,Exitium antiqui ponebant pro exitu, nunc exitium,peſsimum exitum dicimus. unde & mors dicitur. Aliquando calamitas.Teren. in Phor. Quod ego nunc

ego nunc ſubito huic exitio remidium inueniam miſer?

Ēxĭtŭs, us. m. q. euentus, caſus. Cic. de Cla. 176. *Beſtia bonis initijs orſus tribunatus, triſtes exitus habuit conſulatus.*

Ēx iūrĕ *manum conſerere, dicitur quaſi ſimul coniungere, & commiſcere manus in rem, de qua erat controuerſia.*

Ēxiūro.. as. a. p. *antiquum, pro iuramento aſſerere, & affirmare. Plau. in Amph. Quin ueni quando uis intrò, faxo aut quicquã ſit moræ, quando exiuraſti te mihi dixiſſe per io: um.*

Ēxlēx, e. t. *qui ſine lege uel extra legem uiuit.* (ἄνομος) *Lucil. Satyra 2. Non dico, uincat licet, & uagus exulet, erret Exlex. Varr. Poſtremò quæro, parebis legibus an non? an'ne exlex ſolus uiuis?*

Ēxŏchē, es. f. t. (ἐξοχὴ) *eminẽtia uel excellentia. unde καθ' ἐξοχὴν dicitur per excellentiã. Ver. 1. Georg. Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Vbi Ser. Peluſium unum eſt de ſeptem oſtijs Nili, ubi optima lens naſcitur, unde καθ' ἐξοχὴν locutus eſt.*

Ēxŏcœtŭs, ti. m. ſ. *piſcis ſic dictus ab eo quod in ſiccum ſomni cauſa exeat. Plin. lib. 9. cap. 10.* ἐξώκοιτος.

Ēxŏdiŭm, dij. n. ſ. (ἐξόδιον) *genus cantus, ut inquit Iul. Pol. quẽ cedentes de theatro cantare conſueuerant, ab* ἐξῳδῶν. *Sunt, qui exponant exodium eſſe cantũ, ab* ἔξω *extra.* ᾠδὴν *cantũ. Erant enim ſecundum eos exodia ridicula uerſibus intexta, fabellis Attellanis potiſſimum inſerta, quæ ſine cantu ſolebant iuuenes iactare. Sed illis ſyllabæ quantitas aduerſabatur. Iuuen. Tandemq́ redit ad pulpita notum Exodium. Et iterum: Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ.* ἐξόδιον *etiam ſignificat exitum, quaſi* ἔξω τῆς ὁδοῦ, *id eſt extra uiam. Vnde Varro finem uitæ appellat exodium. Idem, Quod cœperas modo in uia narra, ut ad exodiũ deducas. Vnde etiã Exodus liber, quo Iudæorũ exitus ab Aegypto deſcribitur.*

Ēxŏlēſco, is. lui. uel leui. n. t. *ab exoleo fit, & ſignificat creſcere deſino.* ἐξίσταμαι, ἀπομαραίνομαι. *Vnde exoletus,* (ἔξωρος, ἀποταξάμενος παῖς) *maſculum ſcortum, ſeu pathicum concubinum iam adultum, & ferè dimiſſum; quod creſcere deſinit, ſignificat. Olim Alexander Romanorum Imperator exoletos Heliogabali iuſsit deportari, aliquos etiam naufragio mergi. Aliquando exoleſcere, eſt uehementer creſcere.* ἐπακμάζειν. *Vnde Exoletus. a. um.* (ἀκμαῖος) *pro uehementer adulto. Plaut. Reliqui domi exoletam uirginem. Aliquando ſignificat ueterem fieri, deficere. Agretius: Adoleſcere augmenti eſt, inoleſcere coaugmenti, exoleſcere uaneſcentis. Columel. lib. 2. Nam multa ſunt (ut dixi) quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia. Vnde Exoletus.* ἀπηρχαιωμένος. *uetuſtus, & ab uſu remotus. Quintil. libro 8. Obſcuritas fit in uerbis etiam ab uſu remotis, ut ſi commentarios quis pontificum & uetuſtiſsima fœdera, & exoletos ſcrutatus authores, id ipſum petat.*

Ēxōluo, is. a. t. (ἀπολύω, ἐκτίνω, ἐκπληρῶ) *quod ligatum erat perfectè ſoluo, expedio, libero: & refertur ad multa, conſtruiturq́ aliquando cum accuſatiuo ſolo, aliquando cum accuſatiuo & ablatiuo. Plaut. in Amph. Age dum eam ſolue ciſtulam. S. Quid? ego exoluam? Plin. Impleui promiſſum, priorisq́ epiſtolæ fidem exoluam. Lactan. lib. 1. Religionum animos nodis exoluere pergo. Liui. ab Vrb. 9. Nam quòd deditione noſtra negant exolui religione populum, id eſt ſcrupulum adimi. Terent. in Hecy. Illas errore, & te ſimul ſuſpicione exoluas.*

Ēxŏcŭlāſſo, is. a. p. (ἐξοφθαλμίζω.) *uide* Oculo.

Ēxŏcŭlātŭs, a. um. o. ſ. (ἐξωμματωμένος) *oculis priuatus. Apuleius, Cæcam, & prorſus exoculatam eſſe fortunam.*

Ēxōmĭdăs, (ἐξωμίδας) *pen. cor. appellant ueſtes ſine manicis, quaſi humerótenus exertas, & citra humerum deſinentes. Talibus uſi ſunt monachi, qui hodie æquè figurantur exertis extra ueſtem brachijs. Quod genus ueſtiũ colobia nuncupant, quaſi truncata, & mutilata ſine manicis. Sunt qui comicorum ueſtimentum eſſe intelligant exertis humeris.*

Ēxōmphălŏn, *tumor & inflatio umbilici.*

Ēxōmŭs, (ἔξωμος) *expeditus, & exertis humeris.*

Ēxōnĕro, are. a. p. *uide* Onero.

Ēxŏpīnātō, *aduerbium. Liu. 4. Vrbe, Ipſe parte copiarum paruo circuitu locum maximè ſecretum ab tumulo petit, unde nec exopina-*

to aduerſum hoſtem inuadat. hoc eſt, inſperatò, & præter ſpem.

Ēxōpto, tas. a. p. uide Opto.

Ēxōpŏlĭs, is. c. t. (ἐξώπολις) pen. cor. dicitur, qui extra muros urbis habitat, quaſi extramuranus.

Ēxōrbĕo, es. a. ſ. haurio, & helluor. Cic. de Ora. 104. Ne iniquo iudicio exorbeatur ſanguis me

Ēxōrābŭlă, orum. n. ſ. (ἀναπείστήρια) ab Apuleio uocãtur omnia artificialia argumẽta, quib. orator per uim eloquẽtiæ iudices exorat.

Ēxōrbĭto, tas. n. p. pen. cor. quaſi exorbita recedo. περικτρέπομαι, ἀφαμαρτάνω τῆ ὁδῦ) Auguſt. lib. 9. de Ciuit. Non eis cedentes ad aliquid approbandum uel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ & lege iuſtitiæ.

Ēxōrcĭſmŭs, mi. m. ſ. (ἐξορκισμὸς) adiuratio.

Ēxōrcĭſta, ſtæ. m. p. (ἐξορκιστὴς) adiurator.

Ēxōrcĭzārĕ, (ἐξορκίζειν) inquit Auguſt. lib. 1. de Beata uita, eſt per diuina immundum ſpiritum adiurando expellere.

Ēx ōrdĭnĕ, (ἑξῆς) ſine intermiſsione. Verg. lib. 4. Georg. Septem illum totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe.

Ēxōrdĭŏr, iris. exorſus. d. q. (προοιμιάζω, ἀνακρούομαι) incipio. Plaut. in Aſin. Pergam quo occœpi, & ibi conſilia exordiar.

Ēxōrdĭŭm, dij. n. ſ. initiũ. προοίμιον, ἀρχὴ. Verg. lib. 4. Aeneid. Quò nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? quæ prima exordia ſumat? Cic. 1. ad Heren. Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris uel iudicis conſtituitur, uel apparatur ad audiendum. Dictum exordium, quòd ex re & cauſæ uiſceribus oriri debet. Sic exorſum, pro eodem. Vergil. 2. Georg. Non hic te carmine ficto, Atq; per ambages, & longa exorſa tenebo. Id eſt, ſimpliciter uniuerſa deſcribã: neq; ut in Aeneide aliquibus figmentis, aut ullis utar ambagibus. Et Exorſus. us. maſc. gen. ut, Exorſus orationis. Cic. pro lege Manil.

Ēxōrĭŏr, iris. d. q. naſcor, emergo, exurgo. ἀναφαίνομαι, ἀνατέλλω, Vergil. Exoriturq; clamorq; uirûm, clangorq; tubarum. Aliquando pro inuadere. nam (ut Donat. ſcrib.) qui expectans aliquem inuadit, exoriri dicitur. Exoritur rex, id eſt, fit rex, & creatur in regem. Cic. 3. Offic. Sed repentè anuli beneficio rex exortus eſt Lydiæ.

Ēxōrtŭs, us. m. q. ut exortus ſolis, & ſyderũ. Pli.

Ēxōrtĭuŭs, a. um. adiect. idem quod orientalis. Plin. lib. 18. cap. 34. A parte exortiua ſolſtitialem habebit exortum. id eſt orientem uerſus.

Ēxōrno, as. a. p. ualde orno, ſeu magnifice apparo, inſtruo. διασκευάζω, ἐνσκευάζω, καταχοσμέω.) Teren. in Eun. Ita uiſus eſt dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit, nunc eò uidetur tibi fœdus, quia illam non habet. Interdum fœdare ſignificat authore Nonio. Idem in Heauton. Adeò exornatum reddam, ut dum uiuat, meminerit ſemper mei.

Ēxōro, as. a. p. (δυσωπέω, καταδυσωπέω, αἰδέομαι) pen. prod. impetro, placo, orando induco, ſeu orando impetro. Teren. Phor. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? Idem: Orator ad uos uenio ornatu prologi, ſinite exorator ſim. Interdum pro magna gratia orare, præſertim quando cũ duobus accuſatiuis conſtruitur: ut, Hoc unum te exoro: hoc eſt, unum pro magna gratia, ſiue unum magnopere te oro. Id præpoſitio ex, & oro commode & naturaliter expetunt.

Ēxōrābĭlis, le. o. t. qui exorari poteſt, & à quo facilè obtinemus, quod petimus. Cicero ad Quint. frat. libro 1.

Ēxōrs, tis. o. t. extra ſortem (ἀπόκληρος) cui contrarium eſt conſors. ὁμόκληρος. Verg. 5. Aen. Nam te uoluit rex magnus Olympi, Talis cus auſpicijs exortem ducere honorem. Sic exors amicitiæ, Liuius 3. bell. Pun. & Exors culpæ, id eſt ſine culpa, apud eundem lib. 2. Belli Punici.

Ēxŏs, exoſsis. o. t. ſine oſſe. (ἄνοςος.) Lucilius. Exos & exanguis tumidos perfluctat artus. Plautus in Menæch. Faciam quod iubes, ſecurim capiam ancipitem, atq; hunc ego ſenem exoſſem reddam.

Ēxōſſo, as. a. p. oſſa detraho (ἐξοςίζω.) Terentius in Adelphis, Congrum iſtum maximum in aqua ſinitio ludere pauliſper, ubi ego uenero, exoſſabitur. Apuleius, Exquamatus atq; exoſſatus piſcis uix palpitat amplius. Plautus in Amphit. Exoſſatum eſſe oportet, quem probè percuſſeris.

Ēxōſŭs, a. um. adiectiuum, actiuè dicitur, qui odio habet. Vergil. 5. Aen. Iupiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum Traianos, ſi

quid.

quid pietas, &c. Accipitur aliquãdo paſſiuè, ut apud Gell. lib. 1. ca. 18. Eius Epicteti etiã de ſe ſcripti duo uerſus feruntur, ex quibus latenter intelligas, nõ omnes modò dijs exoſos eſſe.

Exōticus, a. um. pen. cor. peregrinus, aduentitius. ἐξωτικός. Plaut. in Moſt. Non omnes poſſunt olere unguenta exotica. hoc eſt aliunde apportata. Dictum exoticum ab ex, extra, & otion auris, quaſi à noſtris auribus alienum.

Expallēſco, ſcis. n. t. palleo, pallidus fio. Cic. ad Heren. 7. Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe.

Expallio, as. are. a. p. pallium auferre. Plaut. in Caſ. Neq; quibus modis purgem ſcio me meæ uxori, expalliatus ſum miſer.

Expalpo, as. a. p. elicio. ἀποθωπεύω. Plau. in Aul. Nunc ſeruus argentum à patre expalpabit.

Expando, is. a. t. aperire, extendere. ἐξαπλόω, διαπετάννυμι. Colum. lib. 11. ca. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & ſub umbram expanduntur. Expandere dictis, explicare. Luc. lib. 1. Et rerum naturam expandere dictis. Vnde expanditor uerbale: ut, Expanditor amnis qui ſe latè extendit. Plin. in Paneg.

Expăpillo, as. a. p. uſq; ad papillam denudo, unde brachium expapillatum dicitur. Plaut. Mil. Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

Expăto, as. a. p. penul. corr. in locum patentem me do. Pacuuius: Expatant ſe omnes, publiceq; oſtendunt. Et ſic à pateo ſit. Quidam à ſpacium deriuant, ut ſit in ſpacium ſe conferre.

Expecto, as. a. p. ab ex & ſpecto, maneo, operior. Solemus enim aliquẽ expectantes ſæpius expicere an ne ueniat, περιμένω, ἀναμένω, προσδέχομαι. Teren. in Phor. Senẽ quoad expectatis ueſtrum? Item pro deſiderare, quoniam quæ deſideramus, cum uoluptate aſpicimus. Verg. lib. 2. Expectate uenis. Terent. in And. Expectatus quoq; pro odioſo & moleſtæ uitæ: ut, expectati parentes, quorũ mors in dies ſingulos expectanda & exoptanda eſt. Item pro ſperare. προσδοκᾶν. Verg. 1. Georg. Sed illos expectata ſeges uacuis eluſit ariſtis. Expectatio, deſiderium ut, mouere expectationem, pro excitare deſiderium. Cice. ad Att. lib. 2. Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? Vincere expectationem omnium, hoc eſt opinionem & exiſtimationem. Cicero 7. Verrina.

Expectŏro, ras. a. p. pen. cor. extra pectus eijcio. ἀποστερνίζω. Cic. 3. de Orat. Tum pauor mihi ſapientiam omnem examinato expectorat.

Expĕcūliāti, dicuntur ſerui ſine peculio. Plaut.

Expĕdio, dis. a. q. pen. cor. libero, & quaſi pedum ligamenta diſſoluo. ἀπολύω. Siſen. lib. 3. hiſtor. Inermes armat, impeditos expedit. Aliquando ponitur pro explico. ἀναπτύσσω. Sen. Iandiu quid utile ſit, expedi. Aliquãdo pro extra fero, profero. Verg. Cereremq; caniſtris Expediunt. Aliquando pro extollo. Idem, Tum uerò augurium Rutuli clamore ſalutant, Expediuntq; manus. Et expedire, eſt utile ſeu bonum ac neceſſarium eſſe. συμφέρειν. ſed hoc tantum in tertia perſona ſingularis uel pluralis numeri. Teren. in Heaut. Expedit bonas eſſe uobis. Idem in Phormione, Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe. Eſt etiam euentum habere. ἀνύειν. Plau. in Amph. Nequiter penè expediuit.

Expĕdītŭs, a. um. o. ſ. nomen ex participio, id eſt paratus. Cæſ. 1. Bell. Gall. Cæſar ſex legiones expeditas ducebat. Cic. 11. Phil. Expedito nobis homine & parato P. C. opus eſt. Expedita cœna, breuis & ſuccincta, apud Plin. in Epiſt. Expeditum iter, Cic. Att. lib. 16. Expeditior labor, facilior, apud Colum. libro 2. cap. 4. Sic expediti milites, expedita legio, expeditus exercitus, expedita ſubſidia, in quibus milites ſunt leuis armaturæ, & ſine impedimentis, & qui facilè huc & illuc perducuntur. Liuius 4. Bell. Pun.

Expĕdītio, onis. f. t. (ἐκβολή, στρατεία) uocatur, cum exeunt milites ad bellum, quòd expediunt Rempub. aut ſe à cæteris negocijs. Curtius: Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Et ſuſcipere expeditionem. ἐπιστρατεύειν.

Expello, lis. expuli. a. t. eijcio. ἐξωθέω, ἐλαύνω. Plautus, Ancillam domo expulit Cæſar. 3. Bell. Ciuil. Magnis copijs cum ſorore Cleopatra gerens bellum, quam paucis antè menſibus per ſuos propinquos atque amicos regno expulerat.

Expendo, dis. di. ſum, a. t. pondero. σταθμῶμαι. Plau. Aſin. Quot pondo te cenſes eſſe nudũ? At pol

At pol ego qui te expendi ſcio, nudus uinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. Quandoque ſignificat exacte examino, conſidero. λογίζομαι, ἐξετάζω. Cic. lib. 1. Offic. Contemplantes expendere oportebit, quid quiſque habeat ſua eademque moderari. Quandoque eſt perfecte ſoluere. ἐκτίειν. Vergilius 2. Aen. Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt: id eſt perſoluiſſe. Quandoque exponere, erogare. ἀναλίσκειν. Vnde

Ēxpēnsă, æ. & Expenſum ſi. n. ſ. δαπάνη. ſumptus: hoc eſt, quod erogatur. Plau. in Trucu. Vſuraria accipiat illico expenſa. Plini lib. 33. cap. 3. Et adhuc expenſa in rationibus dicuntur. Expenſum ferre, eſt ſcribere ſe pecuniam dediſſe, ut ſcribit Aſconius. Cice. 3. Verr. Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expenſum illis nō tuliſſe? Item expenſam ferre, non ſolum de pecunia, ſed etiam de alijs operibus dicitur. Cælius Cic. Mentio facta eſt de legione ea quam expenſam tulit Caio Cæſari Pompeius.

Ēxpērgīſco, is. & Expergefacio, & Expergiſco, actiuam ſignificationem habent. ἀνεγείρω. Plin. Vrtica letargicos expergiſcit tactis cruribus, magis fronte. Aul. Gell. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cicero, Experge te facias, dixit pro te expergefacias. Expergiſcor, & expergefio, paſſiua. Cicero, Expergiſcimini aliquando, atque exurgite. Ab expergiſcor fit experrectus ſecundum Diomed. Expergitus ab expergor: & Expergefactus ab expergefio. Expergitus dicitur, qui ſatiatus ſomno, ſponte uigilat. unde & Lucil. ait. Ego è ſomno pueros quum manè expergitus, clamo. Experrectus, à quiete impeditus. Sallustius: Experrecti ſomno, arreptis armis tumultum fecere. Expergefactus. ἀφυπνισθείς. qui per alium ſomno excitatus eſt. Feſtus aliter, Experrectus, qui per ſe uigilare cœpit: Expergitus, ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum.

Ēxpērgo, gis. rectū. a. t. quaſi exporrigo, à ſomno excito. ἀφυπνίζω, ἀνεγείρω. Cice. Experge te iam. Actius in Antig. Heus uigiles properate, expergite pectora tarda Sopore, exurgite. Vnde experrectus, excitatus, quòd recentes à ſomno porrigi & extendi ſolemus. Cicero 1. De Deuin. Cum autem experrectus eſſes horâ ſecunda ferè, &c.

Ēxpērĭēntĭă, æ. f. p. ἐμπειρία, ἀπόπειρα. cognitio nullo docente per uſum reperta, & propriè ſingularium: ars uerò uniuerſalium, ut ait Ariſt. 1. Met. Man. li. 1. Per uarios uſus artē experientia fecit, exemplo monſtrante uiam.

Ēxpĕrĭŏr, riris. expertus. c. q. ἀπόπειραν ποιοῦμαι, πειρῶμαι. ſignificat ſentire, probare, & tentare, ac periculum facere. à peritia deriuatum. Terent. in Eun. Omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet. Vnde inexpertus. ἀπείρατος, ἄπειρος. intentatus, indoctus, Vergilius. Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat. Et experiri, doceri. Idem, Vos & Cyclopea ſaxa Experti reuocate animos.

Ēxpĕrĭēns uir, qui ualde experitur, uel qui multa eſt expertus. Cic. pro Aul. Cluc. & Horat. Et decus, & precium rectè petit experiens uir.

Ēxpĕrĭmēntūm, ti. n. ſ. Pli. in Pan. Diſcat igitur Aegyptus, credatque experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare.

Ēxpērs, tis. o. t. ἄμοιρος. extra partem, uel ſine parte, & ponitur pro ignaro rudique, & nullam rerū experientiam habente. Plau. in Amph. Diues operis, & laboris expers. Apuleius. Homo rudis, omnium bonarum artium expers. Quādoque etiam pro eo qui non ſentit. Vnde expers doloris, qui non ſentit dolorem. Expers mortis, qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucem. Quidam hoc nomen cōponi uolunt à pars, quidā ab experior.

Ēxpērsūm, ſi. n. ſ. διάβροχον. madefactum dicimus. Verg.Ślanieque experſa natarent Limina.

Ēxpēs, ei. o. q. ἄελπις. ab ex, & ſpes, ſed s abijcitur, & ſignificat extra ſpem, uel ſine ſpe.

Ēxpĕto, tis. a. t. ἐφίεμαι. pen. cor. opto, cupio, quo ad ſignificationē cupiendi, uide in Appeto. Interdū expetere ſignificat euenire, ſicut appetere, aduentare. Plaut. in Amphit. Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua. Interdum uelle. ἐξαιτεῖν. Pacuuius: Dij me etſi perdiunt, tamē ad uitam expetunt. id eſt uolunt me (uiuere.

Ēxpĕtīſco, is. ere. a. t. uehementer deſiderare. Plau. in Mil. A luculenta, atque feſtiua fœmina, Quæ te amat, tum quæ expetiſcit pulchram pulchritudinem.

Ēxpĕtēſſo, is. ere. idem quod petere, ſiue deſiderare.

rare. Plau. in Trinũ. Sed hoc non liquet, Nec ſatis cogitatum, utram potius harum mihi artem expeteſſam. Idem in Aſin. Vltro amas, ultro expeteſſis, ultro ad te accerſi iubes.

Ēxpĭcio, cuius frequentatiuum eſt expecto, ab ex præpoſitione, & ſpecio inuſitato uerbo.

Ēxpīlo, las. a. p. ἄγω καὶ φέρω, περιαυλάω. pen. pro. diripio, deprædor, furtiue fraudo, quaſi ne pilum quidem relinquo, & ſi alij dictum exiſtiment à pilis, Romanorum telis, uel à Græco πιλῶ, id eſt complano, quod qui è domo ſupellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia uideantur. Inde apud Iureconſ. titulus eſt de Crimine expilatæ hæreditatis. Et qui alienam hæreditatem expilauerit, extraordinariè ſolet coerceri. Cic. in Part. Si ſocios ſpolias, ærarium expilas. Ouid. libro 3. Met. Expilatiq; genis oculos.

Ēxpĭo, as. a. p. purgare, & mundum ac purum facere. καθαίρω, ἁγνίζω, ἀποδιοπομπέομαι. Liu. Itaq; ut cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Expiare ſcelera, id eſt punire. Cice. in Piſ. Tua ſcelera dij immortales in noſtros milites expiauerunt. id eſt, propter te afflixerunt noſtros.

Ēxpīro, as. n. p. ἀποψύχομαι, ἐξατμίζω. pen. pro. dictum à ſpiritu effuſo, uel à ſpiraminibus, quaſi ſpiritum emitto. Lucr. libro 3. Expirans animam pulmonibus æger agebat. Aliquando per ſe plenum eſt, expirauit. id eſt, mortuus eſt. ἐξέπνευσεν. Liuius 2. ab Vrb. Inter primam curationem expirauit.

Ēxpiſcŏr, aris. d. p. ἐξακριβόομαι. eſt diligentiſſime quærere ubi nam piſces lateant, authore Donato: ſed tranſlate pro indagare ſumitur. Terent. in Phor. Perinde expiſcare, quaſi non noris. Quandoq; lucrifico. θηράω. Plaut. Tandemq; neſcio, quid ab eo expiſcatur.

Ēxpiſſo, as. are. a. p. ſpiſſum facere. Plin. li. 25. cap. 13. Semine trito expreſſus, & ſole denſatus in paſtillos, necat ſanguinem expiſſando. Idem lib. 20. cap. 7. Expiſſatum. lac.

Ēxplāno, as. a. p. τρανόω, ἐμφανίζω, διασαφίζω. penul. pro. interpretor, illuſtro, planum facio: ut, Explanatus in denos pedes cortex, apud Plin. lib. 16. ca. 8. Explanare etiam eſt declarare, manifeſtare, exponere. Terent. in Phor. Quem amicum tuum ait fuiſſe iſtum? explana mihi. Cic. 7. Verr. Explanandum eſt enim diligentius eorum cauſa, qui locũ ignorant.

Ēxplĕo, ples, a. ſ. perfecte impleo, ſeu ſatio. ἐμπλήθω, ἀναπληρόω. Verg. lib. 4. Georg. Improbus ingluuiem raniſq; loquacibus explet. Salluſt. Neq; prius iugulãdi finis fuit, quàm Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit. Interdum cõpleo, ſeu perficio. Vergil. Diſcedam, explebo numerum, reddarq; tenebris. Interdum conſolor. Terent. in Heau. Hem tot mei ſolius ſoliciti ſunt cauſſa, ut me unum expleant. Interdum minuo: nam Ex quandoq; priuatiua eſt. Ennius: Nauibus explebant ſeſe, terriſq; replebant. Explere animum curis, pro exonerare. Terent. in Hecy. Explere animum, pro ſatisfacere animo. Teren. in And. Explebilis. le. quod expleri poteſt. Cicero Tuſc. Indigentia, libido explebilis.

Ēxplēnūnt, pro explent, ſcripſerunt Veteres.

Ēxplĭco, as. explicui, & explicaui, explicitum & explicatũ. a. p. ſignificat extendo, euoluo, enodo, extrico, expedio, & propriè de ijs reb. quæ plicis inuolutæ ſunt: ut, Explicare ueſtes, Cic. Explicare uelum, Plaut. Explicare plagas. Mart. Dicitur & de alijs reb. Mar. de pauone: Miraris quoties gẽmantes explicat alas. Oui. Atq; explicat enſem. Et apud Liu. Explicare aciem, ſiue ordines ſiue agmẽ dicuntur imperatores, cum milites ſuos in patentem locũ exponunt ad concertationẽ ineundam. Apud Cic. Explicare literas, ſiue epiſtolã, pro aperire, & clauſam reſerare. Explicare uolumẽ aut negotiũ aliquod ſiue mandatũ, pro abſoluere, expedire, exequi. Explicare ſe laqueis, & periculis, pro liberare. Caeſ. Trãsfertur etiã ad res obſcuras & difficiles, & pro explanare atq; oſtendere ponitur Cic. Att. 13. Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda. id eſt ſcribendo aliquid planius in philoſophia. Hinc deducũtur, Explicatio, uerbale. Explicatus. us. nomẽ. Cic. de Nat. 3. Mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Et explicabilis. le. ut, Explicabilis menſura, Plin. Et explicatè aduerb. pro clarè & apertè. Itẽ explicitè. Caeſ. 1. Bel. Gal. Sed ex propoſitis cõſilijs duobus, explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti: id eſt expeditius, & celerius.

Ēxplō-

Ēxplōdo,is.pen.prod.exploſi,exploſum. a.t.ab ex,& plodo.ſignificat eijcio, exibilo, & cum ſono elido,quod fit cum rem quæ non placuit,clamore,& geſtu,ac ſtrepitu damno. Nec propriè idem eſt,quod manibus cum ſono pulſantibus eijcio, ſicut Lauren. Valla docuit: nec ſupplodo,eſt pedem terræ incutio:nec cōplodo ſignificat aduerſas manus inuicem collido,quod nō ſignificat ex ſe,alioqui Cic.fruſtra pedem adiecißet,li.1. de Orat.Pedem nemo in illo iudicio ſupploſit. Aliquando per translationem ſupploſus, pro reiectus ponitur. Apuleius ſcribit, complodere uacuas manus doloris & mœſtitiæ ſignum eſſe. Quintil. lib.11. Nam etiam & complodere manus ſcenicum eſt, pedes applodere interim licet. Referuntur à Plodo compoſita etiam ad alia licet ſuperiora refragentur. Lactan. libro de Opifi. ad linguæ actum uſus eſt Complodo, cum dixit, Beſtias etiam potu adiuuat, protenta enim cauataq; hauriunt aquam, eamq; comprehenſam linguæ ſinu, ne tarditate ac mora effluat, ad palatum celeri mobilitate complodunt.Cicero pro Cluent.Te uerò illud idem quod tum exploſum & eiectum erat, nunc extuliſſe demiror,id eſt reprobatum. Quandoq; explodere ſignificat aliquid tanquam indignum ſeu inutile eijcere.Idem.2.de Diuinat.Sed hoc genus diuinationis uita iam communis exploſit. Applodo etiam Hieronymus pedibus accommodauit,ſicut ſupplodo, contra Vigilantium ſcribens: Recordare quæſo illius diei,quando me de reſurrectione corporis prædicante,ex latere ſubſaltabas,& plaudebas manu, & applodebas pede. Igitur applodo,complodo, explodo,ſupplodo, & ſi qua alia reperiantur,ſecundum rei actū cui applicantur, ſumi oportet. Et quicquid ſignificat quatio eiuſq; compoſita,idipſum plodo eiuſq; compoſita deſignant, niſi quòd in ſono pulſationis diuerſa eſſe exiſtimo,& quibuſdam actibus rerū iſta non accōmodari,quibus (illa.

Ēxplōro,as.a.p.pen.pro.exclamo,& cū fletu quodam uocifero. ἀποδύρομαι. Varro, Gemit,explorat,turbam omnem concitat.Interdum obſeruare.Verg.li.9.Nec non & trepidi Troës formidine portas Explorant. Et ſagaciter inquirere. καταπυρέω.Vergil.Exire, locoſq; Explorare nouos. Hinc exploratores. id eſt indagatores. Interdum deliberare, (σκέπτεσθαι). Vergilius: Tuus ô regina quod optas Explorare labor. Interdum ſiccare. Idem lib.4.Georgic. Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus. Exploratum eſt mihi, ſiue exploratum habeo, id eſt ſcio per inueſtigationem.Cice.de Sen. Quis eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad ueſperam eſſe uicturum?

Ēxplōrātŭs, a.um.o.ſ. participium, ſignificat, certum:ut,explorata ſalus:cuius contrarium, ſalus deplorata.Cicero ad Ap.Vt conſolarer fortem uirum atq; ſapientem, quàm ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, &c. Explorate, aduerbium, hoc eſt certè. Cicero ad Quint.Frat.Hæc ita ſentio, iudico, ad te exploratè ſcribo.

Ēxpŏlio,is.a.q. idem quod polio ,de quo in ſimplici ſuo,hoc eſt polio,plura: unde expolitio.

Ēxpōno,nis.a.t. pen.prod. ab ex & pono,ſignificat emittere, & quaſi extrà ponere: ut, Exponere uaſa,Cice.Exponere in ſole fœnum ut ſiccescat,Colum.Exponere in terram copias, Li.Exponere ex nauib.milites,Cæſ.et Verg. 11. Socios de puppibus altis Pontibus exponunt.Aliquando ſignificat abijcere,et ſorti ac fortunæ committere.Vnde infantes abiecti ut pereant,expoſiti dicuntur.Teren.Heau.Cum exponendam do illi, de digito anulum detraho,et cum dico ut unà cum puella exponeret. Cicero 3.Ver. Cum tibi expoſita eſſet omnis Pamphilia ad prædandum. Aliquando ſignificat declarare,explicare, interpretari. Cic.1. Phil.Antequam de rep.ſcribam,P.C.exponā uobis breuiter cōſilium profectionis & reuerſionis meæ.Vnde Expoſitio uerbale,explicatio.Ponitur etiam interdum pro expendo. Solinus: Cum magnam is pecuniā expoſuiſſet.

Ēxpōſco,ſcis.ἐξαιτέω.uide in dictione Poſco.

Ēxpōſtŭlo,las,a.p.pen.cor. δικαιολογοῦμαι, ἐγκαλῶ. exquiro, conqueror, ſeu quærelam apud eum ipſum depono,qui fecit iniuriam, & cū quærela amico inſto,et quaſi officiū amicitiæ in alio deſydero.Teren.in Adel. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominū numero,qui ita putant Sibi fieri iniuriam, ultro ſi quam fecere ipſi expoſtulant, Et ultro accuſant. Vnde ex-

expoſtulatio. ἐγκάλεσις, μέμψις. querela aduerſum illum ipſum qui peccauit. Et expoſtulator. ἐγκληματικός. Aliquando ſignificat uehementer poſtulare, id eſt uehementer uelle, ratione ex, quæ multum auget. Cic. pro Roſc. Com. Vix mediusfidius tu Fanni à Ballione, aut aliquo eius ſimili hoc expoſtulare audeas, & impetrare poſſes.

Ēx prǣcēptō. Colum. lib. 1. cap. 1. Sacrificia niſi ex præcepto domini facere neſciat: id eſt, niſi præceperit dominus.

Ēx prǣpārātō, uice aduerbij ponitur. Liu. li. 1. Tumultuario prælio ac præcurſu magis militum, quàm ex præparato, aut iuſſu imperatorum orto: id eſt, dedita opera.

Ēx prǣſcrīptō. Colum. lib. 1. cap. 1. Neq; enim ſemper eundem, uelut ex præſcripto, habitum gerunt: nec omnibus annis eodem uultu uenit æſtas.

Ēxprĭmo, mis. a. t. (ἐκπιέζω, ἐκβιάζομαι.) pen. cor. premendo extraho, & elicio: ut exprimere oleum, exprimere liquorem. Plin. Expreſſo uino infunditur aqua uinaceis. Idem lib. 18. ca. 9. Dein liquatæ, per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis. id eſt tranſcolantur. Aliquãdo declaro, (διαρρέω, ἀναμάσσομαι) manifeſto. Macrob. Nihil unquam locutus fuit expreſsius. Plin. in Epiſt. Poſſumus apud Pruſenſes area, quam uacare ſcribis, uti: illud tamen parum expreſsiſti. Aliquãdo repræſentare, aſsimulare. Idem ibidem, Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoq; artifice exprimatur, non ne debemus? &c. Exprimere inter alia etiam ſignificat, ui & neceſsitate impetrare & auferre: ut enim extorquere, ſic exprimere dicitur, quaſi manibus preſsis auferre & extendere. Cic. pro Quint. Eripiendum atq; exprimendum eſt, de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. Exprimere formulas, pro conficere. Cic. pro Roſc. Com. Expreſſæ ſunt enim ex uniuſcuiusq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicè à prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Expreſsè, aduerbium, manifeſtè, apertè: ut, Expreſſe dicere, Plinius in Epiſt.

Ēxprŏbro, bras. a. p. (ὀνειδίζω) pen. cor. quæ alijs præſtiti commemorans, impropero. Terent. Nam iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficî. Cic. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Exprobrare, reijcere. Plin. lib. 8. cap. 52. Catonis Cenſoris orationes exprobrant callũ aprugnum. Sumitur tamen pro qualemcunq; culpam obijcere. Ouid. lib. 12. Metamorph. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Aliquando eſt obijcere culpam non uerbis, ſed re & aliquo facto. κατηγορεῖν, καταμεμφέσθαι, παρασσῶν. Plinius in Epiſto. Nam mala emptio ſemper ingrata, eo quòd exprobrare ſtultitiam domino uidetur.

Ēxprōmīttĕrĕ, a. t. eſt pro alio promittere, hoc eſt fideiubere. ἐγγυᾶσθαι. Vlpian. de Donatione, Si quis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiſerit. Et expromiſſor, fideiuſſor, ſponſorq; ἐγγυώμενος. Pompo. De uerb. obligat. Satisfactioq; ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo petantur.

Ēxprōmo, mis. a. t. (προφέρω.) penult. prod. uide in Promo.

Ēxpūgno, as. (καταπολεμῶ.) uide in Pugno.

Ēxpūlsim, (μετὰ ὠθισμοῦ) aduerbium, ſignificat frequenter pulſando.

Ēxpūlſo, ſas. a. p. frequentat. quod ſignificat frequenti pulſu agito. ἐξωθίζω. Mart. Si me nolis libus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam. Hinc expulſor, ἐλατής, ἀπαγωγός. & expultrix, διώκτρια, ἐλάτειρα, uerbalia. Cicero, Expultrix uitiorum.

Ēxpūngo, gis. a. t. extrudo atq; amoueo. Perſius, Expungam, nanq; eſt ſcabioſus, & atra Bile tumet. Vnde etiam milites ab exercenda militia repellere, ademto ſtipendio ſignificat. Milites enim punctis ſcripti, inſeruntur legioni, & iurant, ut docet Veget. lib. 2. Inde expuncti, dicti deleti, & à militia remoti. Plaut. in Curcul. Miles pulchrè centuriatus eſt expuncto in manipulo. Et expungi dicuntur iudices, quando amouentur à iudicando, ueluti cancellati ex albo iudicum.

Ēxpŭo, puis. n. t. cũ faſtidio aliquid eijcio, quaſi pus extra mitto. ἐκπτύω, ἀποπτύω. Pus autem eſt omnis humor corpori oneroſus: ut, Periculoſam

ſam cum tuſſi miſer expuo ſaliuam. Terentius per translationem in Eunuch. dixit, Illam ubi expueret miſeriam ex animo.

Expūto, tas. n. p. penul. corr. ab ex & puto componitur, & ſignificat putationem & inciſionem ſuperfluorũ ramorum aut ſarmentorũ, quæ aut ex arboribus aut uitibus runca eximuntur. Colum. libro 3. cap. 15. Deinde uelut ueteranam uitem totam exputare, & ad unã materiam firmiſſimam redigere. Per translationem ponitur pro putare, & mente uolue re. ἀναλογίζω. Plãcus Ciceroni, Inſulſa cum efflagitatione tranſtulerint, exputare non poſſum. id eſt apud me perpẽdere, & ratiocinari.

Exquīro, is. a. t. ἐξετάζω. pen. pro. quæro, inueſtigo, perſcrutor, diligẽter inquiro, ſecerno, eligo. Teren. Nũc ea me exquirere, iniqui patris eſt. Plau. in Amph. Te certè heri aduenientem illico & ſalutaui, & ualuiſſes ne uſque, exquiſiui. Exquiſitus. a. um. nomen ex participio, electus, quaſi diligenter quæſitus: ut Exquiſita doctrina philoſophus, exquiſita uerba, exquiſita opera: id eſt ἐξηκριβωμένα. Cic. Exquiſita ingenia: Exquiſitæ epulæ, Plinius.

Exrŏgārĕ, ex lege uetere aliquid eximere per legem nouam. Feſtus.

Extă, orum. n. ſ. ἱερὰ. in plurali, proprie iecur, cor, & pulmo dicuntur, quia in parte ſuperiori locantur, ab extando. Et lien & iecur hoc nomine appellantur, quoniam ſupra inferiora inteſtina locantur. Vergilius 2. Georg. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis. Vbi omnia ſimul complexus eſt. Scribit Plinius libro 30. præcordia uocari uno nomine exta in homine.

Extēmplō, (αὐτίκα) aduerbium, tota una dictio, ſignificat ſtatim, quaſi extra tempus, hoc eſt temporis commoditatem. Templum enim dicitur locus manu deſignatus in aëre, poſt quem illico captantur auguria: ſeu quòd augures ſtatim uiſis auſpicijs, uel à templo cœli oculos auertebant, uel à templo terræ diſcedebant. (mus.

Extēmpŏrānĕŭm, nei. n. ſ. pro ſubitario accipi-

Ex tēmpŏrĕ, duæ partes ſunt, & ſignificat ex improuiſo, & impræmeditate. Cic. Quos credimus expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. Inde uocatur extemporalis, ſiue extemporaria oratio, (αὐτοσχέδιος, ἀμελέτητος, αὐτοσχεδιασμός.) uide in Temporalis. Aliquando ſignificat ex tempore, pro temporis conditione. Cicero libro 1. Officiorum, Huius generis quæſtiones ſunt hæ omnes, in quibus ex tempore officium quæritur.

Extēndo, dis. (ἐκτείνω, ἀποτείνω.) uide Tendo.

Extēnŭo, as. a. p. oblimo, ualde tenuem facio, ſiue minuo. πειστίνω, καταναλίσκω. Cic. 2. ad Heren. Defenſor autem cauſam fuiſſe negabit, ſi poterit, aut eam uehemẽter extenuabit.

Extēr, tera. terum. o. ſ. penultima correp. idem quod externus. ἐξότερος, ξένος. Vnde Statius, Exter honos, dixit pro extraneo.

Extĕrebro, bras. penul. cor. extra uel ualde terebro. ἐκτρυπάω. Per translationem ſignificat aliquid extorqueo, ſcrutor, et curioſius quæro. Varro: Atque omnes adeò perquirit atque exterebrat artes.

Extērmino, nas. pen. cor. extra terminos mitto, demolior. ἐξορίζω. Cic. 1. Offic. Atq; hoc omne genus peſtiferum atq; iniurium ex hominum communitate exterminandum eſt.

Extērno, nas. a. p. (σοβέω) ab ex, & ſterno, dementem facio. Pacuuius: Sed eccam miſeram quam frequens luctus externauit.

Extērnŭs, na. num. o. ſ. quod non eſt ex patria, alienigenum, peregrinũ. ὁ ἔξωθεν, ἀλλότριος. Liuius libro 1. Timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem uis aliqua externa adoriretur. Propriè autem quod foris & palàm eſt.

Extĕro, ris. a. t. pen. corr. extra tero, aut terendò extraho. ἀποσμήχω, ἐκτρίβω. Varro libro 1 de re Ruſt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quòd ungulis è ſpica exteruntur grana. Exterere etiam dicimus aciem ferri, ut exacuta ſit.

Extĕrŭs, ra. rum. idem quod exter. Verg. lib. 4. Et nos fac extera quærere regna. Fitq; ab exter, quod ab extra deduci certum eſt. Hinc exterior, extimus. ὁ ἐξωτάτω. ſicut ab interus interior, intimus.

Extĕrrānĕŭs, a. um. o. ſ. ἀλλόφυλος. aduena, quaſi ex alia terra: ſicut conterraneus, qui eſt ex eadem terra: quamuis id nomen parum ab eruditis uſurpetur. Exterraneus etiam uocatur, qui antè tempus natus, uel potius eiectus eſt: dictus, quòd eum mater exterrita eiecerit.

Extĕr-

Exterrĕo, res.rui.ritum. a.ſ.καταφοβέω,ἐκπλήττω.uide in Terreo.Hinc exterritus, quòd modò pauefactum ſignificat. ἐκπλαγείς. Vergil. Plauſum'que exterrita pennis Dat tecto ingentem. Modò accenſum,inflammatum. Idem: Sæuit agris,aſper'que ſiti atque exterritus æſtu.

Ēxtillo,las.n.p.ab ex & ſtillo,eſt guttatim effluere.Colum.lib.12.ca.48. Sic'que triginta dies pati exudaſcere, atque omnem amarcam extillare. Extillare lachrymis,eſt totũ in lachrymas diſſolui.Terent.in Phorm.Hiſce ego dictis illam tibi ita incenſam dabo, Vt ne reſtinguas lachrymis,ſi extillaueris.

Ēxtimēſco,(φρίττω)ualde timeo, actiuæ tantum ſignificationis reperi. Cæſar 3.Bel. Gall.Quarum rerum omnium noſtris nauibus caſus erat extimeſcendus.

Ēxtimūs,a.um.o.ſ.(ὁ ἔσχατος)& extimè,ſuperlatiua ſunt,ab exterior & exterius comparatiuis.Quanquam & Latinè extremus, (ἔσχατος) & extremè dicitur.de quo inferius.

Ēxtinguo,is.a.t.ἀποσβέννυμι.opprimo, deleo, reſtinguo, ab ex & tinguo: propriè dicitur de ijs, quæ incenſa ſunt. Plaut. in Aſin. Poſt id, ſi lucerna extincta ſit.Idẽ in Perſa: Da illi cantharum,extingue ignem,ſi cor uritur, Caput ne ardeſcat. Per translationem uero accipitur pro opprimo, ſic tamen ut minorem in ſe uim habeat,quàm opprimo.Cicero in Lælio: Primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſsidia fiant:ſin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ,quàm oppreſſæ uideãtur. Quaſi quod extinguitur,poſſit redamari:quod opprimitur, non queat. Aliquando pro occidere,deſtruere.διαφθείρειν.Lactan.libro 3. Cœleſtes animas una cum corporibus extinguunt. Aliquando eſt perfectè diſtinguere.ἀφορίζειν.Cic.in Hòrten. Quam ſi ſubtraxeris,qui extingues artificem ab inſcio?

Ēxtirpo, as.n.p. propriè ſignificat radicitus euellere, & cum ſtirpe ipſa totam plantam ex terra extrahere: per metaphoram tamen ad alia quoque transfertur.unde extirpari uitia dicimus,quaſi funditus tolli. Colum.li.2.cap.2. Et extirpandis radicibus.

Ēxtiſpicēs, cum. c.t.σπλαγχνοσκόποι, ἱεροσκόποι.pen.cor.dicti ſunt haruſpices,qui ab extis inſpectis futura prædicunt.Var.Sarrano,Te conſulem mihi pelũ cedere ſubſilio,& hoſtia, ſed extiſpici diſputãti relinquo. Extiſpiciũ,& extiſpicina, ipſa extorum inſpectio, quæ alio nomine haruſpicium dicitur,uel haruſpicina. Accius in Medea,Principio extiſpiciũ ex prodigijs congruens ars te arguit

Ēxto,as.extiti.n.p. ſupinum extitum & extatũ, unde participium Extaturus, uel extiturus: emineo,ſuperſum, appareo.ἐξέχω, ἀναφαίνομαι.Verg.Torpent mole noua,& ſummis uix cornibus extant. Col. Faſciculos ſarmentorũ brachij craſſitudinis demittito ita,ut ſupra terram paululum extent, Extare etiam dicitur quod nondum intercidit, unde opus aliquod extare dicitur quod nõ deperijt.Cic.Quæ (ut ſcis)extat oratio. translatio ſumpta eſt à ſtatua,quæ ſtat & apparet. Inde etiam pro manifeſtè eſſe ponitur.

Ēxtōllo,lis. extuli,elatum.ἐξαίρω.uide Tollo.

Ēxtōrquēo, ques.a.ſ.extorſi, extorſum, uel extortum: exprimo,aufero,eripio,tormentis uel alia quauis ui aliquid elicio. Vnde extorquere ueritatẽ, eſt adhibitis tormentis uerã confeſſionem exprimere.Donatus,Torquemus hominem,extorquemus ueritatem. Cic. in Catil. Nec mihi hunc errorẽ, dum uiuo, extorquere (uolo.

Ēxtōrrĭs,is.c.t.ἄπολις,ἀφέστιος. qui eſt extra terram,id eſt patriam eiectus, ſimul exul,extra ſolũ, uagabundus.Gell.Exul,extorris'que eſto. Sappho ad Phaonem,At uos extorrem tellure remittite noſtrum.

Ēxtrā.ἔξω,ἐκτός.præpoſitio ſeparata, cui contraria eſt intra,(ἔσω.)Ab extra deducũtur exter,exterus,extraneus,extrarius,extrinſecus, extrorſum.εἰς τὰ ἔξω. extremus, & extro.tras.

Ēxtrānēŭs,a. um.o.ſ.ἀλλοδαπός,ὀθνεῖος. qui eſt ex altera terra,quaſi exterraneus. Vnde extraneus hæres apud Sue.in Claudio,Ac ne hæredem quidem conſtituit, niſi inter tertios,ac (penè extraneos.

Ēxtrāōrdĭnārĭi milites.

Extraordinariũm, dicimus quod præter ordinem fit. Vnde extraordinariæ pecuniæ nomine ſordida lucra & furta intelligit Aſcon.

Ēxtrārĭūs.a.um.o.ſ.ξένος,ἀλλότριος.alienus,qui extra focum,ſacramentum,ius'que eſt. Pompõ. Præterea minabatur,ſi extrario nupſiſſet,nihil ſe filijs eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum.Hic accipitur pro eo, qui non

non ſit domeſticus, & ex eadem familia.

Ēxtrēmūs,a.um. (ἔσχατος, ἄκρος) ultimus, poſtremus, & modò initiū alicuius rei ſignificat. Plau. Ab extremo narrare incipiam. Modò finem. Vergilius: Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. Ponitur nonnunquā pro ſæuo, perditiſſimo, ac nequiſſimo, & quaſi à conſortio humanitatis remoto. Vergilius, Illam Terra parens ira irritata deorum Extremam, ut perhibent, Cœo Enceladoq́ ſororem Progenuit. hoc eſt peſſimam. Seneca. In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia. id eſt maxima, & ultra quā nihil ſit. Quod non ſine ratione eſſe uidetur, quandoquidem medici affirmant, deteriores eſſe qui ultimi naſcuntur.

Ēxtrāho,is.ere.extraxi,extractū. a.t. extra trahere: ut extrahere ſerpentes cantu, extrahere uenena corpori, Plin. Cic. pro Cluent. Extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Extrahere diem, trahere in lōgum, & differre, ac propriè procraſtinare, Cæſar. Extrahere aliquem, pro inducere, & uehementer ſolicitare, ut aliquid faciat. Liuius 2. Bel. Pun. Vulgus etiam extrahere ad conſulatum nitebatur. Extractorius.a.um. Plin. lib. 24. cap. 11. Vulgaris arundo extractoriam uim habet. hoc eſt uacuatoriam, & eductoriam.

Ēxtrico,cas.a.p. ἐκλύω, ἀπαλλάσσω. pen. pro. ab ex & trico, quod à tricis fit. tricæ autem ſunt impedimenta & implicationes. Eſt igitur extricare, explicare, liberare. Lactan. li. 3. Denique muta quoque animalia cum fraude capiuntur, ſi aliquo ſe modo in fuga extricauerint, fiunt poſtmodum cautiora. Extricare locum aliquem, pro purgare, & mundare. Colu. lib. 4. Syluestris ager præcipue eſt eligendus, qui etſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt, facile extricatur. Hinc extricabile, à quo exiri poteſt. Cuius contrarium eſt inextricabile: ut, Labyrinthus inextricabilis, Plinius libro 36.

Ēxtrinſēcūs. ἔξωθεν. pen. cor. uide Intrinſecus.

Ēxtro, tras. n.p. exeo. nam. ſicut intrare ingredi eſt, ita extrare egredi. Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

Ēxtrōrſūm, (ἔξωθεν, εἰς τὰ ἔξω) ſignificat extra uerſus, ſicut intr orſum, intra uerſus.

Ēxtrūdo,dis. a. t. (ἐξωθέω) penult. product. extra trudo, per uim expungo, expello. Plautus in Aul. Nam qua nunc me cauſſa extruſiſti ex his ædibus?

Ēxtrŭo,is. n. t. ædifico, conſtruo (κατασκευάζω) Cæſ. 3. Bell. Gal. Omnem eam materiā, quæ erat celſa, conuerſam ad hoſtem collocabat, & pro uallo ad utrunque latus extruebat. Extruere ædificium in alieno, apud Cicero. pro Mil. Extruere ſtramenta in aceruum, apud Columellam libro 6. capite 3. Extruere menſas epulis, & poculis, Cic. 5. Tuſc.

Ēxtūbĕro,as.n.p. fit à tuber, et ſignificat inflor, excreſco, & quaſi in tuberis formam efficior. ἐπιχύομαι. Plin. lib. 21. cap. 13. Neq́ in omnibus terris eſt, radice folioſa, ex qua media ueluti extuberat. Extuberatio. Plin. lib. 31. capite 9. Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus, hoc eſt tuberculis per corpus enaſcentibus.

Ēxtūndo,is. extudi, extuſum.n.t. ἀποθλάσσω, ἐκτινάσσω. extorqueo, uel inuenio, ſcribit Nonius. Vergil. libro 1. Georg. Vt uarios uſus meditando extunderet artes Paulatim. Sueton. Nec ut appeteret, compelli niſi à matre potuit: ea demum extudit magis conuitio, quàm precibus. Extundere, ſtudioſe facere. Vergilius 8. Aen. Lanigerosq́ apices, & lapſa ancilia cœlo Extuderat.

Ēxtūrbo, bas. a. p. è loco deijcio, extra turbo, expello (παρωθοῦμαι) Cic. pro Cluent. Lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadē domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atq; exturbata filia, iubet.

Ēxtūſsio, is. ire. n. q. tuſſire, & ſimul cum tuſſi aliquid eijcere. Plinius libro 31. capite 15. Purulenta quoque extuſſientibus, & contra ſcorpionum ictus.

Ēxūbĕro, ras.n.p. penul. corr. quaſi ſuperabundo. πλεονάζω. tractum ab uberibus lactantibus, Columel. in præfat. In Aſia Myſiaq́ denſa & glutinoſa terra maxime exuberat. Vergilius, Pomisq́ exuberat arbor.

Ēxūccūm, quod eſt ſine ſucco. ἄχυμον, ἄχυλον.

Ēxūdo, das. n.p. pen. prod. ueluti per ſudorem emitto. ἀφιδρόω, ἐξιδίω. Plinius: Eſt autem trium generum: unum arbor ipſa exudat humi, modo alterum manat in plaga. Verg. li. 1. Georg. Exudat inutilis humor.

Ēxuērrā

Exuerræ,arum.f.p. ἀποσαρώσεις.purgatio quædam domus,ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt,quæ purgatio fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra uerrendo dictæ.uide in Euerro.

Exūgo,gis.a.t.pen.cor.xi.ctum.quod et exugeo.ges.dicitur pro extra ſugo. ἐκθηλάζω,ἐκμυζάω. Plaut. Iam ego me conuertam in hirudinem, atq; eorum exugebo ſanguinem.

Ex uinculis cauſſam dicere, ſignificat uinctum reſpondere criminib. δεσμώτης ἀπολογεῖσθαι.

Exŭl,lis.c.t.extorris,eiectus in exilium, & ſi Nonio Marcello credimus, dicitur quaſi extra ſolum eiectus. φυγάς. Fit autem propter aliquid morte dignum,cuius cauſſa in exilium profugit.Cic.pro Aul.Cecin.Exilium non eſt ſupplicium,ſed profugium,portusq; ſupplicij. Nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eò ſolum uertunt:hoc eſt,ſedem & locum mutant. Exul tamen etiam quis dicitur,cum ſit innocens, ob ſuſpicionem ſeditionis aut proditionis. Cice. pro Domo ſua: Hunc tu etiã portentoſa peſtis exulem appellare auſus es,cũ tantis ſceleribus eſſes notatus? Apud Iureconſul.exules hi proprie ſunt,quibus aqua & igni interdictum eſt. Cætera non exilia, ſed relegationes ſunt.

Exŭlābundŭs,a.um.o.ſ.(φυγαδικός) abunde exulans,& in exilio uitam agens.

Exŭlo,as.n.p.pen.cor.patria priuatus ſum. μετοικέω,φεύγω. Et duobus modis dicitur,ſcilicet de loco in quo exul eſt, & de quo eiectus eſt. Teren.in Eun.Perij,nam domo exulo. Plaut. in Moſt. An id mauis,ut abeat foras Vrbem, exuletq; à patria ſua cauſſa tui?

Exŭltābundŭs,(γαυριῶν) abunde exultans.

Exŭltārĕ, n. p. (ἀγάλλομαι,γαυριάω,αἰωροῦμαι τῇ ψυχῇ,πηδῶμαι) ab ex & ſalto,a in u mutata, ſignificat ſupra modum exilire,atque efferri,& quaſi geſtibus ſaltibusq; affectum animi oſtendere,ſiue ira id fiat,ſiue ſæuitia,ſiue uoluptate,aut alia animi affectione. Cic.li.de Repub. Eſt igitur quiddã turbulentum in hominibus ſingulis,quod uel exultat uoluptate,aut moleſtia frangitur.Verg.lib.5.Exultantiaq; haurit Corda pauor. Proprie uero eſt extra ſaltare. ἐκθρώσκειν.Verg.lib.3. Exultantq; uada, atq; æſtu miſcentur arenæ.Plin.lib.8.ca.53. E monte aliquo in alium trãſire cupientes,atq; recurſu pernici quò libuerit,exultant.

Exŭm,exes,exeſt,n.incõſeq.extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdã ſacris clamitare ſolebat:Hoſtis uictus,mulier uirgo exeſto.hoc eſt, non introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur.

Exŭndo,as.n.p. ualde undo, ſiue alueum exeo. πλημμυρέω,ὑπερβαίνω. Plin.libro 2.cap.103. In Tenedo inſula fons ſemper à tertia noctis hora in ſextam ab æſtiuo ſolſtitio exundat.

Exŭngo,is.ere.a.t. idem quod ungere. Plaut. in Rud. An te pœnitet In mari quod delaui, nĩ hic in terra quoq; eluam? S. Eluas tu,an exungare ſiccus?

Exŭngŭlo,as.are.a.p. ungues auferre. Plaut.in Truc. Quæ nunc duo ſciam. Exportãtur,peſſimum,hem tuos exungula,male uiuitis.

Exŭo,is.a.t.ab ex & ſuo,quaſi diſſoluo, & exoluo. ἀποδύομαι Verg. Extulit, exutas tendens ad ſidera palmas. Quandoq; ſpolio,& indumentum detraho, cui contrarium eſt amicio. Lactant.lib.1.Exuuntur etiam ueſtibus flagitante populo. Quandoq; detraho.Verg.lib.9.Sic ait lachrymans, humero ſimul exuit enſem. Quandoq; denudo.Idem:Magna oſſa, lacertoſq; Exuit. Quandoq; depono. Cice. pro Liga.Nonne humanitatẽ omnẽ exuiſſes?

Exŭpĕro,as.a.p. ὑπερβάλλω,ὑπερβαίνω.pen.cor. ab ex et ſupero,idem quod ſuperare ſignificat, & excellere. Cic.4.Tuſc.Quis homo te exuperauit unquam gentium impudentia?

Exŭrdo,das. (ἐκκωφόω) actiuum, cuius paſſiuũ poſuit Val.Max. lib.1.Græcis actionibus aures curiæ exurdantur.id eſt,obtunduntur.Plinius lib.32.cap.10. Paniculæ flos, ſi aures intrauerit,exurdat.

Exŭuiæ,arum.f.p.ab exuendo,ſicut induuiæ ab induendo, dicuntur ſpolia hoſtibus detracta. ἔναρα,λάφυρα.Verg.2.Aeneid.Qui redit exuuias indutus Achilli. Et non ſolum hominũ tegmina,aut ueſtes dicuntur,ſed etiam animalium.Idem 2.Georg.De ſerpente: Cum poſitis nouus exuuijs,nitiduſq; iuuenta Voluitur.

DE LITERA F.

F Litera à Priſciano inter mutas numeratur ab alijs inter ſemiuocales, eo quòd à uocali incipiat, & in ſeipſam terminetur. Hæc alio nomine digāma Aeolicum dicta eſt, quia duplicis gāmæ figurā præ ſe ferat. Eundē ſonū habet apud Latinos quem apud Græcos φ. Vnde etiā dictiones aliquot Græcæ in Latinorū uſum receptæ apud eos per F ſcribuntur, ut ſunt Fama, fanū & ſimilia. Vetuſtiſſimi hac litera loco aſpirationis uſi ſunt. Dicebant enim Fordeum, trafo, ueſo, pro hordeum, trabo, ueho, &c.

Făbă, bæ. f. p. (κύαμος) genus leguminis, notius quàm ut à me declaretur. Terent. in Eunu. At enim iſthæc in me cudetur faba. Huius diminutiuum eſt fabula. læ. Plaut. in Sticho: Pro opibus noſtris ſatis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Făbāciă, æ. f. p. κυαμίτης. à ueteribus dicebatur genus libi. Plin. lib. 18. cap. 12. Quin & priſco ritu fabacia ſuæ religionis dijs in ſacro eſt.

Făbāgĭnŭs, a. um. adiect. ut fabaginum acus, apud Caton. de re Ruſt. cap. 54.

Făbāliă, ium. n. t. (περικύσματα τῶν κυάμων) ſunt purgamenta fabarum. Colum. lib. 2. Veteres ruſticos plerunque dicentes audio, malle ſe matura fabalia, quàm fructum trimeſtrem.

Făbārĭŭs, a. um. (κυαμικὸς) quod ad fabam pertinet, ut inſulæ fabariæ, de quibus Plin. Inſulis, quas ob id Fabarias appellant, quia ſcilicet ſponte fabas generent. Et fabariæ Calendæ Iuniæ dicebantur, quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur.

Făbēllă, læ. f. p. (μῦθος) dimin. eſt à fabula. Cic. pro Cæl. Verum hæc tota uetus, & plurimarum fabellarum poëtria.

Făbĕr, bri. m. ſ. (τέκτων) à faciendo nomen accipit, & habet amplam ſignificationem, quæ tamen limitatur ex ſignificatione adiectiui adiuncti, ut Faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit. ſic intellige & de reliquis, ut aurarijs lignarijs, &c. Plaut. Vt fortunati ſunt fabri ferrarij. Qui apud carbones aſſident, ſemper calent.

Făbĭtōrĕm, Veteres dixerunt, quem nunc fautorem dicimus.

Fabrē, aduerbium politè, artificiosè. δαιδαλέως. Plau. Vt apologiam facit? quàm fabrè? Et Faberrime, id eſt elegātiſſime, à quo faberrimus. Apul. lib. 2. Flor. Et anulum in læua aureum, faberrimo ſignaculo, quem oſtendebat ipſe. Veteres affabre, (περιτετεχνημένως) pro eo quod eſt pulchrè, dixerunt: ſicut infabre, fœdè, turpiter.

Fabrefăcĭo, n. t. ædifico, artificiosè compono. καλλιεργῶ, κατασκευάζω, τεκταίνω. Plautus in Capt. Nec fabulam aſtutiorem ullus fecit poëta, atq; hæc fabrefacta à nobis. Vnde fabrefactum opus, artificiosè factum.

Fabrică, cæ. f. p. (ἐργαστήριον, τεχνικὸν) propriè fabri lignarij officina, quamuis & de alijs officinis dicatur. Ponitur etiam pro arte & fabricatione alicuius rei. μηχανή. Vnde & ædificiū fabricam dicimus, & machinationem. Plaut. Nunc hoc conſilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filias dicas tuas.

Fabrĭco, cas. n. p. & Fabrĭcŏr. aris. deponēs, (τεκταίνομαι, σκευοποιῶ, κατασκευάζομαι) penul. cor. in eadem ſignificatione pro compono. Ouid. lib. 13. Metam. Cratero Aeneæ quem iam fabricauerat Alcon. Transfertur etiam ad animum. Curtius: Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hoſtem poſſet.

Fabrīlĕ, lis. n. t. pen. pro. quod eſt fabri, ſiue quod ad fabrū pertinet, ut opus fabrile. τεχνικόν. Horatius: Quod medicorum eſt, Promittūt medici, tractant fabrilia fabri.

Fābŭlă, læ. f. p. res cōmentitia, ſcena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum, & proprie eſt ſermo & rumor populi, & res paſſim diuulgata, etiam ſi uera ſit, à fando dicta. Iuuenal. It noua nec triſtis per cunctas fabula cœnas. Et fabula, quæ ad delectationem & utilitatem inuenta eſt, rerū nec uerarum nec ueriſimiliū, ut quòd Daphne uerſa ſit in laurum. Sciendū eſt, quòd fabulæ nomen, ab autoribus fœm. genere proferri ſolet. Terent. in Eunuchum ſuā. Iuuenalis uero maſculinū protulit, Nec dum finitus Oreſtes.

Fābŭlŏr, laris, d. p. (μυθολογῶ, ὁμιλέω) à fando deriuatur: & ſignificat loqui. Plautus in Capt. Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor?

bor? Eius compoſitum eſt confabulor. προσμυθολογία, Terent. Si quando ad eum acceſſerat confabulatũ. Dicitur quoq; fabulo in actiua uoce, pro eodem. Plau. in Mil. Mala es. P. Imò æcaſtor ſtulta multum, quæ uobiſcum confabulem. Vnde fabulator, oris, facetus collocutor. Sueton. in Octauio, Si interruptum ſomnũ recuperare, ut euenit, nõ poſſet, lectoribus, aut fabulatoribus accerſitis reſumebat. Et fabularis: ut, hiſtoria fabularis, in qua multa falſa & minimè uera ſcribuntur. Suet. in Tyb.

Fābŭlōſŭs, ſa. ſum. o. ſ. (μυθώδης) celeberrimũ, de quo omnes fantur: uel de quo multa finguntur. Horat. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabuloſus lambit Idaſpes. Vnde fabuloſè, aduerbiũ: hoc eſt mendoſè. Plin. libro 5. cap. 1. Colonia à Claudio Cæſare facta Lixos, uel fabuloſiſſimè ab antiquis narrata. Fabuloſitas. tis. denominatiuum. Idem lib. 7. cap. 52. Corui effigie magna quidem fabuloſitate.

Făceſſo. ſis. faceſſi, ſecundum Priſc. faceſſitum, ſecundum alios faceſſum, ſecundum alios uero non habet ſupinum. n. t. & ſignificat ad faciendum eo, ut uiſo, ad uidendum eo. Vergil. Haud mora, continuo matris præcepta faceſſit. Interdum eſt diſcedere. Teren. in Phorm. Hæc hinc faceſſat, id eſt ſua curatum abeat. Donatus, Faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt abeat. Cicero in Horten. Faceſſant igitur, qui docere nihil poſſunt, quo melius ſapientiusq; uiuamus. Interdum ſignificat exhibere, ſeu inferre. παρέχειν. nec tamen à ſignificatione ſua faciendi recedit. Cice. Appio Pulch. Cum eſt nobis allatum de temeritate eorum, qui tibi negocium faceſſerent.

Făcētĭæ, arum. f. p. (εὐτραπελία) ſunt quaſi deliciæ quædã ſermonis, & dicta urbana ſine ſcurrilitate, quæ etiã in factis intelligi poſſunt. Catullus, Eſt enim leporum Diſertus pater & facetiarum. Cic. 1. Offi. Sale uero & facetijs Cæſar Catuli patris frater uicit.

Făcētŭs. ta. tum. o. ſ. (εὐτράπελος, κομψός) à fando ſiue à faciendo deduci uidetur, & dicitur, ſalſus, urbanus, uenuſtus, ſcitus, concinnus, feſtiuus, argutus, & dulcis feſtiuiq; ſermonis, & in omni oratione ſimulator, qui ſalibus & ſermonis urbanitate, citra ſcurrilitatem tamen, abundat. Plautus in Mil. Cauillator facetus, uel commodus conuiua item ero. Cic. 1. de Legibus. Facetiſſimus poëta ueteris comœdiæ Ariſtophanes. Hinc facetè, aduerbium pro eleganter, urbanè. κομψῶς, χαριέντως. Cice. pro Roſcio Amer. Nosq; ab iſto nebulone facetius eludimur. Facetoſus. a. um. o. ſ. adiectiuum Cic. 2. de Finibus.

Făcĭēs. ei. f. q. (πρόσωπον, πρόσοψις) os, ſpecies oris & uultus. Differunt autem, quòd uultus uolũtatis ſit, quæ pro motu animi in facie oſtenditur. unde Seruius, Vultus eſt uoluntatis indiciũ, qui pro uoluntatis uarietate mutatur. Vergil. Spem uultu ſimulat, premit altũ corde dolorem. Facies uero, ipſa ſpecies, (εἶδος.) Sall. Prorſus in facie uultuq; uecordia inerat. Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent. in Eunu. O faciem pulchram. Vt enim ab aſpectu ſpecies, à fingendo figura, ita à faciendo, uel à factura corporis, dicitur facies. Plaut. in Pœn. Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi. Neq; ſolum de hominibus dicitur, ſed etiã de rebus inanimatis, ut mari, montibus, literis &c. ut, egregia literarũ facies. Salluſt. Quibus rebus permota ciuitas, atq; immutata urbis facies erat. Dicimus tamen confuſe, facie fœdata, & uultu fœdato.

Făcĭlĕ. (ῥᾳδίως, εὐχερῶς) aduerb. ſine labore: ut, Non facile dici poteſt. Eſt etiam confirmantis aduerbium, & ſignificat haud dubiè, liquidò, certò, nullis aduerſantibus, (νὴ μάλα) ut, Cæſar illius ciuitatis facile princeps. Et iunctum cum nomine exigit ſuperlatiuum, ut facile doctiſſimus. Quandoq; ſignificat libenter, ut facile patiar me à te laudari. Antiqui tamen faculter, & facul, pro facile dixerunt.

Făcĭlis. & hoc lĕ. o. t. pen. cor. dicitur ſine labore. εὔχερής, εὔκολος, ῥᾴδιος. ut hæc res eſt facilis factu. Teren. Mihi ſi unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre. Cuius contrarium eſt difficilis, (χαλεπός) res quæ non ſine labore fieri poteſt: & difficiles terræ dicuntur, quæ nõ ſine labore fructum producunt. Vergilius, Difficiles primum terræ, collesq; maligni. Aliquando facilis, dicitur exorabilis, & ad ignoſcendũ paratus: ut, Faciles uenerare Napæas.

Făcĭlĭtās, atis. f. t. (ῥᾳστώνη, πρᾳότης) habitus eſt, quo quis aliquid facile facit, uel facilis eſt ad faciendum aliquid. Facilitas (inquit Don.)

 illius

illius eſt, qui iram facile deponit, nempe placabilitas. Terent. in Hecy. Etſi ego meis me omnibus ſcio etiam adprime obſequentem, Sed nō adeò ut facilitas mea illorum corrumpat animos. id eſt indulgentia, exorabilitas.

Făcĭnŏrōsŭs, a. um. o. ſ. ſceleſtus & flagitioſus. κακοῦργος. Cic. in Catil. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum.

Făcĭnŭs, oris. n. t. (ἀνδραγάθημα, ἔργον.) factum inſigne tam bonum quam malum, flagitium, ſcelus, à facio deductum. In bomen apud Salluſtium, Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. In malum. κακούργημα. Cic. lib. 3. Off. Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit.

Făcĭo, cis. feci, factum, act. (πράττω, δράω) ago, molior, efficio, exequor, gero, fabricor, elaboro, creo, tranſigo, exerceo, cuius paſſiuum eſt fio. Apud antiquos tamen in uſu fuit Facior, quod adhuc remanſit in compoſitis cum præpoſitionibus, ad, con, de, ex, in, ob, pro, præ, per, re, & ſub, plerunque fit actiuum. ut afficio, afficior: deficio. (ἀπολείπομαι) pro derelinquo, deficior: efficio, efficior: inficio, inficior: officio, officior: perficio, perficior: proficio, proficior non inueni, ſed proficitur imperſonali uſus eſt
» Statius lib. 3. Thebaid. Proficitur bello. Præficio, præficior: reficio, reficior: ſufficio, ſufficior. Eſt autem facere proprie in opere eſſe: id eſt, qui rei quam facit, faciem quandam imponit. Vnde à faciendo facies dicitur. Qui enim facit uas, uaſis faciem illi imponit: qui ueſtimentum, ueſtimenti faciem. Interdum ſumitur pro æſtimare. ποιοῦσι. Plin. libro 29. Sed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides ijs ſit, & facile diſperdantur. Sic dicimus magnifacio, nihilifacio, paruifacio, tantifacio: quod eſt, ſummè æſtimo, nullius æſtimo, tanti æſtimo. Iungitur & genitiuis lucri, ſed non in hoc ſignificato, uerum in ſuo, ut lucrifacio. ἐργάζομαι. Plautus in Perſa: Non ædepol nauis trecentis cara eſt, Feciſti lucri: quòd exponi poteſt, feciſti multum lucri. Similiter ſumptifacio: id eſt, in aliqua re emenda ſumptum facio. Idem. Nō autem hæc pro compoſitis exiſtimāda ſunt, cum multa ex his apertè diuiſa ſint. Plau. Curc. Reſpicio uos nihili meā gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. Cicero Cecinnæ, Vtebar familiariſſimè Cæſare, Pompeium faciebam plurimi. Transfertur hoc uerbum facio ad omnia. Nam & facere uerba, dicimus: id eſt loqui: facere iter. (ὁδοιπορεῖν.) id eſt ire: facere terrorem. id eſt terrere: facere aliquem certiorem: id eſt reddere alicuius rei indubium: facere gratum, facere ludos, facere ſolennitatem, exhibere: facere urinam, meiere: facere ſordes, ſordeſcere: facere pediculos, emittere: facere copiam. (ἐξουσίαν δοῦναι) poteſtatem præbere: facere lucrum, lucrari. Facere, etiam pati eſt: ut feci iacturam, damnum, naufragium. Item facere, ſacrificare. ἱερουργεῖν.
» ἱεροποιεῖν. Vergil. Cum faciam uitula pro fru
» gibus, ipſe uenito. id eſt, cum ſacrificabo. Item conuenire. συντελεῖν. Martialis: Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones. Item prodeſſe. Plinius: Hoc & tuſſi facit. Item rem obſcœnam facere. Plautus: Mauult ancillæ facere, quàm libertæ. Facio iniuriam. (ἀδικέω,) iniuſte facio. Terentius in Hecy. Et facis iniuriam, cum fingis falſas cauſas ad diſcordiam.

Faciam, te ut plurimum amem, id eſt, plurimum amabo. Faciam, ut tibi proſim. id eſt tibi prodero. Fac (τίθει) te eſſe qui ſum. id eſt finge te eſſe me, uel ponte te loco mei. Facto opus eſt, fieri opus eſt. (ποιεῖν δεῖ, ποιητέον.) id eſt factu. Dici opus eſt, dicto opus eſt, pro dictu. Factum iri audio illi iniuriam, ſignificat ad contumeliam faciendam operam dari, quo fiat iniuria. Item, Factum itur mihi contumelia. Cato pro ſe contra Caſſium. A facio item fiunt uerba primæ cōiugationis in co terminata, quæ proprie infinita ſunt: ut ſacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, uiuifico, mortifico, iuſtifico, falſifico, & huiuſmodi. Facere ludos, ſignificat irridere. ἐντρυφᾶν. Plautus in Aulul. Quem tu ſenecta ætate ludos facias.

Făctĭo, onis. f. t. (αἵρεσις) partes, ſecta, ab initio honeſtum uocabulum: unde factiones hiſtrionum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc nomine factionis ſeditio (στάσις) & arma dicuntur. Nam eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, cum aliqui ſe principes facere in ciuitate conantur, inter quos æmulatio. Salluſt. in Iugurtha,

gurtha, Cæterum nobilitas factione magis pollebat. Et qui eos ſequuntur, factioſi appellantur, quia ſcilicet affecti ſunt ad factionem: id eſt diſcordiam & ſeditionem. Salluſt. in Catil. Erat eodẽ tempore Cn. Piſo adoleſcẽs nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus: quẽ ad perturbandũ Rempub. inopia, atq; mali mores ſtimulabãt. Interdum factio capitur pro opulentia & autoritate alicuius in ciuitate. Plaut. in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Et factioſus, diues & opulentus. Idem in Aul. Venit hoc mihi in mentem Megadore te eſſe hominem diuitem, Factioſum: me item eſſe hominem pauperum pauperrimum. Item factio dicitur ea res quæ fit à quopiam. ποίημα. Cicero in Topic. Quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio ut nulla eſſet. Factionum principes, ſiue capita dicuntur, qui per fas & nefas factioſorũ multitudinem ſibi conciliant.

Făctĭtĭŭs. a. um. (σκευαστὸς, παρεγγραπτὸς) quod de aliqua re fit in aliam. Plin. lib. 12. Ergo in utraque gente bina laudaui genera, terrenum & factitium. Factitium etiam dicitur, ab alicuius ſimilitudine factum: unde factitia uerba, (πεποιημένα) quæ ab alicuius uocis ſimilitudine facta ſunt. Vt balantes, à balando, oues dicuntur.

Făctĭto. as. a. p. (ἐνεργῶ) penult. cor. ſæpe facio. Cice. libro 2. Offic. Hæc apud maiores noſtros factitata. Terent. in Eunu. Idem hoc Pyrrhus factitauit.

Făcto debebat eſſe frequentatiuum à facio, ſed pro eo utimur factito.

Făctŏr, oris. m. t. (ποιητὴς) nomen uerbale, qui aliquid facit: ut cum dicimus, Deum factorẽ cœli & terræ. Interdum dicitur, qui uinum, uel oleum, uel quid ſimile facit. Similiter qui alterius manualia negotia gerit, ut qui fruges domum uehit. Cato: Lectum ſtratum, ubi duo cuſtodes liberè cubent, & tertius ſeruus unà cum factoribus ubi cubet.

» Făctŭm, (πρᾶξις) res geſta. Vergil. Fortia facta patrum.

Făctūră, ræ. f. p. (ποίησις) compoſitio rei quam facimus. Plin. lib. 34. cap. 14. Alicubi uena bonitatem hanc præſtat, alibi factura, ut Sulmone aqua, ui dicimus.

Făctūrĭo, ris. n. q. (δρασείω) pen. cor. facere deſidero, quod nonnulli ad rem uenercam transferunt. Plautus: Facturit, poſtquam ancillam aſpexit: hoc eſt, coire cupit.

Făctŭm, cti. n. ſ. ſubſtantiuum. Teren. in And. Dictum ac factum, inuenerit Aliquam cauſam, quamobrem eijciat oppido. Factum mutare, pro ſententiã mutare. Terent. in And. Haud muto factum.

Făctŭs, ctus. m. q. dicebatur quod uno tempore conficeretur, quẽ alij centum quadraginta modiorum, alij centum uiginti. Cato cap. 67. Factoribus det in ſingulos factus, olei ſextarios, & in lucernam, quod opus ſiet.

Făcŭlă, læ. f. p. (δᾳδίον, λαμπάδιον) penul. cor. parua fax, inciſus fuſtis. Fit autẽ ex piceis arboribus præcipuè, ſiue arundinibus aridis. Eſt autem diminut. à fax.

Făcŭlārĭi, (δᾳδοῦχοι) dicũtur qui faculas geſtãt.

Făcultās, atis. f. t. (περιουσία) propriè facilitas agendi: ut, Non eſt mihi facultas adeundi pontificem. Terent. in And. Dij date facultatem obſecro Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi locum. Cuius contrarium eſt difficultas. Aliquando pro poteſtate. Plin. Si mihi facultas daretur, utrum mallem, eligendi. Et facultas, eſt uis quædam, quæ facit, ut id facilius fieri poſſit, quod de unaquaq; arte præcipitur. δύναμις. Eſt enim genus omnium artium, quod ſic definiri poteſt: Dialectica, eſt facultas diſſerendi. Rhetorica, eſt facultas dicendi, & ſic de alijs: quoniam per eas facilè inſtruimur. Facultates quoque in plurali tantum numero dicuntur opes: quoniam cum diues quis exiſtit, facilè quod uult agit. Cice. ad Att. libro 11. Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, cum id uidebamur ſapienter facere, detulimus.

Făcundus. da. dum. o. ſ. (λόγιμος, εὔφραδης) diſertus: à fando, qui ea quæ mente conceperit, ad audientes facilè atq; ornatè profert. Ouidius: Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Quintil. In omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis. Hinc facundia, (λογιότης) quæ eſt facultas diſſerendi cum gratia. Plin. libro 7. cap. 30. Facundiæ literarum Latinarum parens Cicero. Facundè, aduerbium, diſertè. Facundioſus,

dioſus, adiectiuum. Gell. li.4.cap.9. Facta ſua ſpectare oportere, dicta nõ, ſi minus facundioſa eſſent.

Fæcātūm uinum, (τετρυγωμένος οἶνος) quod è fæcibus expreſſum eſt, inquit Cato: hoc eſt quod inter uina operaria numeratur, cum ſit aquatum. Vnde & defæco.cas. à fæce purgo.

Fæcĭnĭæ uuæ dictæ ſunt, quæ plus quàm cæteræ fæcis afferunt. Et alio nomine à colore Rubellanæ uocantur, & nomentanæ, authore Columella lib.3.cap.2.

Fæcŭlēntŭs, ta.tum. (τρυγώδης) quod eſt fæcis plenum: ut, Fæculenta aqua. Plin. lib.31.cap.3.

Fæcūtīnŭs, na.num. (τρύγινος) pen.prod. ſimiliter à fæce fit. Gell. Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas grammaticas ſpectaueris, ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fæx, fæcis. (τρὺξ, ὑποστάθμη.) per æ diph. (ut Apuleius docet) tam maſculini quàm fœm.generis eſt, & hoc, ut differat in datiuo, à præterito uerbi facio. & eſt excrementum cuiuſcunq; rei: cuius diminutiuum eſt fæcula, deduciturq; à facio. Fæcē ciuitatis, homines uiles & abiectos aliquando uocamus, non quòd homines ſint ſordes, ſed quod uitam agant ſordidam et abiectam. Cic. pro Flac.

Fāgŭs, uide in dictione Phagus, (φηγός.)

Fălǣ, orum.f.p. turres ligneæ, ob altitudinem dictæ à fando, quod Tuſci cœlũ uocabant. Quidam tamen per ph ſcribunt, unde & Phalarica, de quo ſuo loco.

Fālcārĭĭ, orum.m.ſ. (δρεπανηφόροι) qui falcibus utuntur. Cic. lib.1. Inuecti. contra Catil. Dico te prima nocte ueniſſe inter falcarios. id eſt in locum, ubi ſunt falcarij, Priſciano authore.

Fālcārĭŭs, ria.rium. o.ſ. (δρεπανικὸς) quod ad falcem pertinet: ut cotes falcariæ, quibus falces acuuntur.

Fālcātŭs, ta.tum. (δρεπανηφόρος, δρεπανοειδής) quod formam falcis habet. Plin. lib.10. de gallo loquens, Ipſum uerò cantum plauſu laterum, in ſublime quoque caudam falcatam erigens. Rurſus falcatum, dicitur falcibus inſtructũ. unde falcati currus dicti ſunt. Macro.

Fālcŭlă, læ.f.p. (δρεπάνιον, δρεπανίς) diminuti. parua falx. Colum. libro 12.cap.18. Nec minus falculæ, & ungues ferrei quàm plurimi parandi. Cato cap.54. Quod falcula ſecueris, non renaſcetur. Falculæ etiam pardorum & pantherarum, dicuntur extremitates unguium in falcis formam incuruatæ. Plin. lib.8.cap.15.

Fālcĭfĕr, ri.m.ſ. (δρεπανηφόρος) falcem ferens. Martial. lib.5. Nam ſi falciferi defendere templa tonantis.

Fālcĭto, tas.a.p. pen.corr. falce cædo. Auguſt. in Pſal. Adduxiſti me ad uineam, ut falcitem illam, & amputem.

Fālco, cas. unde & defalco, amputo, ſiue tollo.

Fālco, onis.m.t. (φάλκων) auis eſt ex accipitrum genere ita dicta quod ungues more falcis habeat introrſum reflexos. Itaq; non ſolum quòd falcatis unguibus, ſed quòd roſtro, & alis, & tota falcata ſit in rapinam, falco dicitur. Eſt etiã auis ſacra augurio, & ideo dicitur accipiter, quaſi auis acceptater. Affert enim & nunciat optimum augurium rebus agendis uolatu in ſiniſtram, idcirco Græci eum à ſanctitate ἱέρακα appellant. Omnes autem ſunt fœminæ, maſcul. tamen genere declinantur: & qui uulgò dicuntur moſcardini ſunt mares. Ita errorem deprehendit poſterior ætas, ut affirmant principum aucupes.

Fălĕrĕ, neutri generis. Varro de re Ruſt. cap.5. Vt luſciniolæ ac merulæ, quib. aqua miniſtratur per canaliculum, cibus obijcitur ſub rete. ſubter columnarum ſtybolatum eſt lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinq;, &c. Verbum architecturæ incognitum.

Fălĭſcŭs, ſci.m.ſ. uenter ſuis eſt nõ diſſimilis Lucanicæ, inuentus primò in Faliſcis. Papin. lib.4. Syl. Non Lucanica, nõ graues Faliſci. Martial. lib.1. Et Lucanica uentre cum Faliſco.

Fāllācĭǣ, orum.f.p. (στροφαὶ, ἐξαπάται) technæ, doli mali: dicuntur uerba ad fallendum compoſita. Cic. 2. de Diuin. Tota res eſt inuenta fallacijs, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. Inde fallacioſus. ſa. ſum. (ἀπατηλὸς) quod eſt plenum fallacijs. Gell.

Fāllācĭtĕr, aduerb. idem quod fraudulenter. δολίως. Cic. 1. de Diuin. Fallaciter portenta interpretari.

Fāllăm, pro fallacia dixere Veteres.

Fāllāx, acis.o.t. (ἀπατεὼν) fraudulentus, doloſus, qui mentiendo decipit: ut Fallax interpres, apud Cic. ad Brutum.

Fāllo.

Fāllo, lis. fefelli, falſum, a. t. ἐξαπατάω, παρακρούω. decipio, induco, fraudo, à fando deductū uer=bum (ut inquit Var.) quòd contrà quàm dixi=mus, faciamus: nam ſi quis re fallit, impropriè fallere dicitur. Terent. in And. Quiduis cupio dum ne ab hoc me falli comperiar. Ponitur & pro lateo. κλέπτω, λανθάνω. Liu. Speculator Carthaginenſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſus, præciſis manibus dimitti=tur. Huius compoſitum eſt refello.

Fallonia, æ. f. p. eſt culpa, iniuria, propter quam uaſallus amittit feudum. nomina barbara.

Fālsārĭŭs, rij. m. ſ. (μεταγράφων, ψευδογράφος) qui decipiēdi gratia ſcripta publica falſificat.

Fālsĭdĭcŭs, a. um. o. ſ. penult. cor. & falſiloquus, (ψευδολόγος, τερατολόγος) qui falſa loqui con ſueuit: ſicut ueridicus, qui uera fari conſue=uit: Plaut. in Capt. Me meamq́ rem, quod in te uno fuit, Tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs di=lacerauiſti.

Fālsĭiūrĭŭs, adiectiuum, qui falſa iurat.

Fālsĭlŏquŭs, qui falſa loquitur.

Fālsĭfico, cas. (παρασφραγίζω.) decipiendi gratia ſcripta publica falsò ſcribo. Inde falſificatio.

Falſĭfĭcŭs, ci. m. ſ. qui facit fallacias. Plautus in Mil. Domi habet animum falſiloquum, falſifi=cum, falsiiurium.

Fālsĭtās, atis. f. t. (ψεῦδος) dicitur qua id puta=tur eſſe quod non eſt. Cui contrarium eſt ueri tas, quæ oſtendit id quod eſt.

Fālſo, ſas. a. p. (παραποιῶ, μεταγράφω) falſum fa=cio. Falsò. ψευδῶς. aduerbium, non uerè. Sal luſt. Falſo quæritur de natura ſua genus hu=manum. Falsè, aliud aduerb. Plaut. in Capt. Tace modo, ego Philocrates Falsè faciam, ut uerus hodie reperiare Tyndarus.

Fālsŭm habere. παρακρούομαι. eſt fallere. Sall. in Iugurtha, Neq; ea res me falſum habuit.

Fālsŭs, nomen, id eſt fallax: ut, falſus ſol. Verg. » 1. Georg. Solem quis dicere falſum Audeat? id eſt fallacem. Participium uerò paſſiuè ſumi=tur. Terent. in Andr. Falſus es: id eſt deciperis. Falſus (ψευδὴς) tamen tutor dicitur, qui non eſt tutor: ſicut falſum eſt teſtamentū, quod non eſt teſtamentum. Falſus liber, impropriè di=citur mendoſus. Rectè autem falſum iudi=cium, falſa ſententia, falſum nomen, pro non ueris, non quod fallendi gratia dicta ſint, ſed quod hominum opinionem fefellerint.

Fālsŭs. a. um. adulterinus, inanis, mendax, ua=nus, actiuè accipitur pro eo quod uerum non eſt. Cic. pro S. R. 36. Pro re certa ſpem falſam domum retulit. unde falsè aduerbium.

Fālx, falcis. f. t. (δρέπανον, ἅρπη) à farre, litera cō mutata, ut Varro exiſtimat: eſt qua ſecātur fru menta, herbæ, & ſimilia. Vergil. Incidere falce nouellas. Plin. lib. 18. cap. 28. Falcium duo ge nera: Italicum breuius, ac inter uepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris com pendij, quippe medias cædunt herbas, breuio=resq; prætereunt. Cic. 5. Tuſc. Immiſſi cum fal=cibus multi purgarunt, & aperierunt locum. Falx, bellica machina, quæ adunco præfige=batur ferro: ſic dicta quòd incuruata eſſet, ut ex muris lapides extraherentur. Cæſar 3. Bel=li Gallici.

Fāmă, æ. f. p. (φήμη) opinio, exiſtimatio, nomen, rumor, à fando dictio media. Eſt enim quic quid de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum. Vergil. lib. 4. Neq; enim ſpecie fama úe mouetur. id eſt infamia, ut exponit Nonius. Fama etiā dicitur de re inueterata firmataq́; » in hominum opinione, quamuis incerta. Mart. » Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quin til. Fama eſt, olim Iouem in imbrem aureum conuerſum, puellæ in gremium deſcendiſſe. » Vergil. Sum pius Aeneas, fama ſuper æthera notus. A' fama diffamo, & infamo deducun tur, de quibus alibi.

Fămĕlĭă, primò à famel, quod apud Oſcos ſer=uum ſignificabat, deinde mutatione unius lite ræ, familia dicta, pro ipſis ſeruis.

Fămēlĭcōsŭs, (βουλιμιώδης) qui frequenter fame licus eſt. Vnde famelicoſam terrā, paluſtrem Veteres uocabant.

Fămēlĭcŭs, a. um. o. ſ. (βούλιμος) pen. cor. à fame & edendo dictus eſt, qui fame laborat. Plaut. Poſt id, cùm laſſus fueris & famelicus, Noctu ut condignè recubes, curabitur.

Fāmēllă, diminut. eſt à fama.

Fāmĕn, inis. n. t. (φάτις, βάξις) locutio, & ſermo » à fando dictum eſt. ut illud, Ne leui ſaltem ma culare uitam Famine poſſes.

Fāmĕo, es. (λιμώττω) ex quo fameſco. ſcis.

Fāmēs, is. f. t. (λιμὸς) edendi cupiditas, à φάγω e= do. & differt ab inedia, quòd fames eſt ſemper

cum appetitu edendi: inedia etiam ſine appetitu, ut in ægrotis. ἀσιτία. Vnde melius inedia dicitur, abſtinentia uel impotentia comedendi, non comeſtio. Cic. ad Terentiam, Etiam illud uerendum eſt, ne breui tempore fames in urbe » ſit. Verg. Auri ſacra fames.

Fāmĭgĕr, pen. cor. qui fert famā. ἀγγελιαφόρος.

Fāmĭgĕrābĭlis, le. o. t. diuulgādus, cognobilis, fama notus. διαβόητος. Apul. de Aſino aureo, Satis famigerabilis conſector.

Fāmĭgĕrātŏr, oris. m. t. qui fert famam. διαφημιστής. Plaut. in Trinum. Ego de uerbis eorum famigeratorum inſcius proſilui.

Fāmĭgĕro, as. a. p. diuulgo. διαφημίζω. Famigeratus, γνώριμος diuulgatus.

Fāmĭgĕrŭlŭs, li. m. ſ. idem quod famigerator.

Fămĭlĭă, æ. f. p. (οἶκος, οἰκία.) agnatio, cognatio, gentilitas, genus, gens, ſecta, qua appellatione comprehendūtur tam liberi quàm ſerui utriuſq; ſexus: non enim unus aut duo homines familiam cōſtituunt ſed multi, quorum rector & gubernator ſiue præpoſitus paterfamiliâs dicitur, quo modo & materfamiliâs. Hoc autem nomen primo à famel, deinde mutatione literæ e in i, familia dicta, pro ipſis ſeruis. Deinde paulatim inualuit uſus, ut etiam liberi familiæ nomine, & quicunq; in eadem domo uiuerent, cōprehenderentur. Poſt hæc ad eos quoq; translatum eſt, qui ex eadem ſunt cognatione. ut Cæſarum familia, Scipionum familia.

Fămĭlĭārĭă. orum. dicuntur ſepulchra, quæ quis ſibi ac familiæ ſuæ conſtituit, ſicut ſcribit Iureconſult. de religioſis.

Fămĭlĭārĭs, re. o. t. quando adiectiuum eſt, ſignificat quod ad familiam pertinet. οἰκιακός. unde familiaria negotia, res familiaris, res domeſtica. Cicero: Etſi negotijs familiaribus impediti, uix ſatis otij ſuppeditare poſſumus. Gell. lib. 3. Memoriæ mandatum eſt, Platonem philoſophum tenui ad modum pecunia familiari fuiſſe. Quando uerò eſt ſubſtantiuū, ſignificat amicum nobiſcum uerſantem, & diuturna conſuetudine nobis aſtrictum. συνήθης: quaſi in eadē familia nobis coniunctum. Vnde quia Cicero delectabatur lectione Terentiana, appellat Terentium familiarem ſuum libro de Amicitia: quamuis etiam familiaris dicitur & de eo qui ex eadem familia eſt. Cicero ad Quintum fratrem: Aeſopi tragœdi familiaris ſeruus tibi notus aufugit.

Fămĭlĭārĭtās, atis. f. t. (συνήθεια) cōſuetudo ipſa, quæ eſt inter familiares & amicos. Terent. in Heaut. Mihi magna cū eo iam inde uſq; à pueritia ſemper fuit familiaritas.

Fămĭlĭārĭtĕr, aduerb. domeſticè, ad ſimilitudinē familiarium. συνήθως. Plautus in Rud. Ah nimium familiariter me attrectas. Cic. 6. Verrin. Præſertim cū is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter uteretur. Familiariter mortē alicuius ferre, id eſt grauiter & moleſtè. Terent. in And. Huius mortem tam fert familiariter.

Fāmĭnŏr, ſecunda perſona multitudinis imperatiui futuri à uerbo faris, quo Veteres pro dicito uſurpabant.

Fāmōsŭs, ſa. ſum. (εὔφημος, δύσφημος) tam in bonum quàm in malum. In bonum. Iuuenalis, » Famoſos equitū cum dictatore magiſtros. In malum. Cicero lib. 2. de Orat. Me ad famoſas uetuit mater accedere.

Fămŭlāntĕr, (δουλικῶς) aduerbium à famulans, ſignificat ſuppliciter.

Fămŭlāris, re. o. t. quod pertinet ad famulum ſiue famulam. Cic. 1. Tuſc. Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari ueſte, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio.

Fămŭlārĭŭs. a. um. (δουλικὸς) quod ad famulatū pertinet. Vnde uerba famularia dicta ſunt, quia infinitis famulari uidentur. uide in dictione Incipio.

Fămŭlātio, onis. f. t. famulorū famularumq; multitudo. θεραπεία. Apul. lib. 2. Et ecce mulierem quampiam, frequenti ſtipatam famulatione.

Fămŭlātŭs, us. m. q. Famulitas, & Famulitium, δουλεία. pro ſeruitute. Cic. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint. Var. Apud ignauum dominum, duro famulitio aſtrictos. Dicitur etiam famulitiū ſeruorum copia. Macrobius, Vnus è famulitio, cui prouincia erat, admittere uolentes dominum conuenire.

Fămŭlus, li. m. ſ. ὑπηρέτης. qui & famul, originē habet ab Oſcis populis, apud quos ſeruus fa» mul dicebatur. Mart. Argolico famulum nō te » ſeruire tyranno Vidiſſent gētes, ſæuáq; regna » pati. Famula. læ. ancilla. Ci. 5. Tuſc. Sin autem uirtus ſubiecta ſub uarios incertosq; caſus, famula

mula Fortunæ eſt. Vnde et famulor. aris. quod eſt ſeruio tanquam ſeruus. ὑπηρετέω. Plin. lib. 2. cap. 63. Vt alimentis noſtris famuletur.

Fānāticŭs. a. um. o. ſ. κατόχιμος, κακοδαιμονῶν, ἐκστατικός, νυμφόληπτος, pen. cor. inſanus dicitur, quoniā ſacerdotes, cum reſponſa dabāt, furore pleni, inſanire uidebantur, ſe cōcutientes. Dicitur & fanaticus, (νεωκόρος) qui fano præeſt, aut fani cuſtos. Iuuenal. Et crine ſenex fanaticus albo ſacrorum antiſtes.

Fānniānă, pyri genus à Fannio quodā ſic dicta.

Fānŭm, ni. n. ſ. (σηκός, ναός) templum, locus religioſus, à Faunis dijs, qui ſolēt diuinare, ut ait Martianus Capella: uel à Fauno, qui (authore Probo grammatico) primus cōditor fuit. Feſtus: Fanum à fando, quod pontifex in dedicatione templi, certa uerba præfari ſolet. Sunt tamen qui hoc nomen per ph ſcribant, ἀπὸ τοῦ φανῶ, quod ſignificat manifeſtū, quòd è phano reſponſa dabantur. Ab hoc nomine adiectiuū deducitur, profanus, ſiue prophanus. a. um.

Fār, fārris, n. t. (χόνδρος) apud ueteres de omnibus frugibus dicebatur, quia id ferret terra: uel à frangendo, ſeu à faciendo, quòd in piſtrino fiat. Nam apud antiquos molarum nō erat uſus, ſed frumentum in pila miſſum frangebāt, uocabantq́ adoreum, ab adolendo: id eſt ſacrificando. Verg. Ingentem farris aceruum.

Fārcīmĕn. inis. n. t. pen. prod. inteſtinum uariè ac minutim conciſa carne refertum. ἀλλᾶς. Varro lib. 6. de ling. Lat.

Fārcio, is. farſi, fartum, a. q. (συμπληρόω) ſaturo, quaſi farre impleo, & per translationem ſagino, pinguefacio. Colum. lib. 9. Hæc enim ferè communis eſt cura farcientium: nam illi qui uolunt non ſolum opimas, ſed etiam teneras aues facere, mulſea recente aqua prædicti generis farinam cōſpergunt, & ita farciunt. Significat & implere, per metaphoram. Plin. in Epiſt. Huius uerbi compoſita ſunt, confercio, effercio, infercio, (συσσάττω, ἐμβύω) affercio, à quo offertiſſimum, pinguiſſimum. Plaut. Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimā. Refercio.

Farfarium uocat Plautus in Pœnulo arborem pupulum inquiens, Proſternebam eos, ut folia farfari, quæ leui pulſu uenti alicuius, autumno uniuerſa aliquando cadunt. Sic Marcellus libro 3. Dioſc.

Farfenum, ni. n. ſ uirgulti genus, Feſtus.

Fārfūgiūm, gij. n. ſ. arbor quæ & chamæleuce dicitur. Plin. lib. 24. cap. 15. Chamæleucen apud nos farfanum, ſiue farfugium uocāt, naſcitur ſecus fluuios, folio populi, ſed ampliore. Quidam putant eam eſſe quæ populus alba uulgò dicitur. Nonnulli uerò eam eſſe herbam putāt, quæ bechion & tuſſilago appellatur. habet enim folia ſubtus alba, et circa fluuios naſcitur.

Fārīnă, næ. f. p. (ἄλευρον, ἄλφιτον) à farre, ut Plinius lib. 18. docet, denominata eſt, ideo per duplex rr ſcribi deberet: uerum apud poëtas prima corripitur. Martial. Paſcitur & dulci facilis gallina farina. Ouidius de Med. fa. Nam quæ pulueree fuerint confuſa farinæ. Appellatur autem farina id, quod ex farre exprimitur, uel mola, uel pedum conculcatione. Plinius libro 18. cap. 9. Nam quæ ſicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ ſalſa aqua ſparſa, candidiorem medullam, uerum plus retinent in furfure.

Fărīnācĕŭs. a. um. o. ſ. (ἀλευρώδης) quod factum eſt ex farina.

Fărīnārĭŭm, rij. n. ſ. (ἀλευρών) locus ubi ſeruatur farina.

Farinariŭs, a. um. quod ad farinā pertinet. Plin. lib. 18. Farinario cribro ſuccernunt.

Fārĭs, d. p. (φάσκεις) uel fare, fatur, fatus, à fero deductum eſt. nihil enim aliud eſt ferre, quàm fari: id eſt loqui. Quanquam Varro inter fari & loqui hoc intereſſe ſcribit, quòd fatur is, qui primus ſignificabilem uocem ore emittit, nullo uerborum ordine ſeruato. unde pueri antequam id faciant, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui ſuo loco unumquodq́ uerbum ſciens ponit. Vergil. li. 6. Sic fatur lachrymans, claſſiq́ immittit habenas. Plin. lib. 11. capite 51. Qui celerius fari cœpere, tardius ingredi incipiunt. Huius uerbi prima perſona debet eſſe for, ut inquit Priſcian. Eius compoſita ſunt, Effaris, extra loqueris. Affaris, ad aliquē faris. προσειπεῖν. Cicero in Cat. Licet mihi iiſdem uerſibus affari te ô Attice, quibus affatur Flaminium ille uir. Præfaris, ante faris. προλέγειν. Columella in Præfat. Profaris, ultra faris. Vergil. Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur.

Fārrācā, penultima produ. dicuntur cibaria è farre.

Fārrāgo, (χιλὸς, γράστις) pen. prod. farraginis, f. t. à farre, & eſt id quod ex multis ſatis, & hordeo, uitia, & leguminib. ſit, pabuli cauſa. Var. Inde quòd far ferro cæſum, farrago dictum: aut quòd primum in farracea ſegete ſeri cœptum ſit: uel dicitur à farciendo, hoc eſt ſaturando. Diuerſarum quoq; rerum cōmixtio far» rago dici poteſt. Iuuen. Quicquid agunt ho» mines, uotum, timor, ira, uoluptas, Gaudia, di» ſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

Fārrĕātio, onis. f. t. genus ſacrificij, quod fiebat à farreo libo, quoties nuptiæ cōficerentur. Hæc enim confarreatio dicebatur: at cum diſſoluerentur matrimonia, differreatio.

Fārrĕūm, rei. n. ſ. (χονδρίτης, ψαιστὸς) genus libi ex farre factum. Plin. Nouæ nuptæ farreū præferebant. Farreum, quoq; Veteres à farre: ſicut granarium à grano, & horreum ab hordeo dixerunt.

Fārſilis, le. o. t. pen. cor. qui inſtar farciminis farcitus. Vnde Apitius porcellum farſilem, leporem farſilem uocat, qui in edulijs farciuntur uarijs condimentis. Dicitur & fartilis ex cognatione quæ eſt inter s & t. ut pulſo pulto, merſo merto.

Fārtĭlĭā, quibus implentur ea quæ decoquūtur. Plin. Iecur anſerinum fartilibus creſcit mira magnitudine. Apud eundē fartilia pro turundis: id eſt paniſicijs, quibus ſaginantur aues, à farciendo.

Fārtim, (συμπεφορημένως) ſignificat farciendo congeſtim, cumulatim. Apul. Parabat fiſcum fartim conciſum.

Fārtōrēs, m. t. (ἀλλαντοπῶλαι) qui farcimina faciunt ex inſecta carne & adipe, et huiuſmodi. Terent. in Eunu. Cupedinarij omnes, cetarij, lanij, coqui, fartores.

Fārtŭm, ti. n. ſ. eſca qua quid farcitur, uel fartū eſt. Colum. lib. 3. Semper proderit, ſimul ac folia agere cœperit ficus, rubricā amurca diluere, & cum ſtercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici ſpecioſius & plenius. Fartum ueſtis pro ipſo corpore poſuit Plautus in Moſtel. Non ueſtem amatores mulieres amant, ſed ueſtis fartum.

Fārtūrā, ræ. f. p. quod fartum eſt, ſiue actus modus ue farciendi in altilibus dicitur. Col. lib. 9. Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturæ præceſſerint.

Fās, n. indecl. à fando deducitur. Et fas quidē pium, religioſum, & fari dignū dicitur: & ad deos refertur, ſicut iuſtū ad homines. Ver. Fas » & iura ſinunt. id eſt diuina & humana iura » permittunt. Idem 1. Geor. Quippe ubi fas uerſum, atq; nefas, tot bella per orbem, Tam multæ ſcelerum facies. Fas eſt: id eſt licitū. Plaut. in Aſin. Neq; pol te accuſo, neque id me facere fas exiſtimo. Huius contrarium eſt nefas, (ἀθέμιτον) quod eſt impium & execrabile.

Fāſciā, æ. f. p. ἐπίδεσμος, σπάργανον. genus ligaturæ, qua pueri, uel aliud quid ligari ſolet. Et propriè, pro tegumento crurum pedumq; faſciæ poni conſueuerunt, ideoq; crurules peduleſq; dicuntur. Vlpian. Faſciæ crurules peduleſq; ueſtis loco ſunt, quia partem corporis ueſtiunt. Columella libro 7. Recte genibus applicantur ac faſcijs circundantur. Arroſæ faſciæ Plin. li. 18. Itē faſciæ dicūtur zonæ, ſiue plagæ. uide in dictione Faſceæ. Martianus: Orbis terræ in quinq; zonas, ſiue melius faſcias diſcernitur. Aliquādo ponitur pro nube, in modum fa» ſciæ cœlum percurrente. Iuuen. Nil faſcia nigra minatur.

Fāſcio, as. a. p. eſt faſcia ligo. σπαργανόω. Spart. de Ant. Pio, Sed cum eſſet longus & ſenex incuruatuſq;, tiliacijs tabulis in pectore poſitis fa» ſciabatur, ut rectius incederet. Marti. Nec faſciato naufragus loquax trunco.

Fāſcĭcŭlŭs, li. m. ſ. δέσμη. diminut. paruus faſcis: ut, Faſciculus literarum, Cic. ad Qu. Frat. li. 2. Accipitur & pro olfactoriolo. ὀσφραντήριον. Cic. lib. 3. Tuſcul. Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores, & ſertis redimiri iubebis & roſa.

Fāſcĭno, nas. a. p. pe. cor. maleficium infero, malefico aſpectu alicui noceo. καταγοητεύω. Ver» gil. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Fit autem à uerbo Græco βασκαίνω, quod ſignificat inuideo, indignor, iraſcor, accuſo. Huius compoſitum eſt effaſcino, eiuſdē ſignificationis. Solinus: Quædā in terra Aphrica hominum familiæ ſunt, uoce atq; ligua affaſcinantes. Quæ ſi impenſius fortè laudauerint mœnio

pulchras arbores, ſegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes paſtu atq; cultu opimas, emoriuntur repentè.

Făſcĭnŭs, & Faſcinū, ni. n. ſ. βασκανία. *pen. cor. à fando, quoddā incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpéq; ad extremam maciem deueniant. Horat. in Epo. Minuſue languet faſcinum. In obſcœno tamen carmine ponitur faſcinum pro uirili membro.*

Făſcĭŏlă, læ. ſ. p. diminutiuū, paru: faſcia. ἐπιδέσμιον. *Cic. de Aruſp. reſpon. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureiſq; faſciolis, à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis.*

Făſcis, is. m. t. (δέσμη) *lignorum aut alterius cuiuſque rei congeries, quæ ligando fit. Cæſar 8. Bell. Gal. Faſces ſtramentorum, ac uirgultorum. Sic faſces calamorum, apud Martial. lib. 14. Per translationem quandoque ponitur pro onere.* ἄχθος. *Nam faſces lignorum, ſeu aliarum rerum, graues ſunt portantibus. Verg. Ego hoc te faſce leuabo. Pluraliter ſignificat Romanam magiſtratus inſigne. Verg. lib. 2. Georg. „Non illum populi faſces, non purpura regum „Flexit. Hinc ſummittere faſces, eſt authoritatem uimq; imperij, reuerentiæ alicuius ſubmittere. Nonnunquam etiam numero ſingulari pro conſule. Idem: Iniuſto ſub faſce uiam dū carpit. Fiebant autem faſces conſulares ex betula arbore in eum uſum ex Gallia in Italiam translata.*

Făſēlŭs, generis maſculini uel fœm. qui & Phaſelus dicitur, genus nauigij Campani. Vergil. „libro 4. Georg. Et circum pictis uehitur ſua „rura faſelis. In genere maſculino, genus eſt leguminis exilis & teretis, qui & phaſeolus & phaſilus dicitur, de quo infrà in dictione Phaſelus.

Făſti dies, (αἱ ἔνδικοι, δικάσιμοι ἡμέραι) *dicti ſunt, quibus ſine piaculo prætoribus licebat tria uerba fari, ſcilicet do, dico, addico: & ne„faſti, quibus non licebat fari. Ouidius: Ille „nefaſtus erit, per quem tria uerba ſilentur. Fa„ſtus erit, per quem lege licebit agi. Faſtorū libri, in quibus totius anni res populi Romani ſcriptæ continebantur, & cauſæ feſtiuitatum explicabantur; ut in Faſtis Ouidij, de quibus idem: Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. Et quò ſit meritò quæq; notata dies. Inuenies illic & feſta domeſtica uobis. Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus. Et eſt faſtus ſecundæ & quartæ declinationis. Lucan. Nec „meus Eudoxi uincetur faſtibus annus. Varro in Ephemeride: Cæſar faſtus correxit. Et (ut author eſt Priſci.) eadem forma dicitur faſtus uel faſti, qua ſenatus uel ſenati. Faſtus uerò pro ſuperbia,* (τῦφος) *ſemper eſt quartæ: & eſt propriè indigna ſui ipſius per ſuperbiam exiſtimatio. Plin. libro 9. cap. 35. Superbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix. Faſto„ſus, qui magno faſtu contemnit. Mart. libro 10. „Ad nocturna iaces faſtoſæ limina mœchæ.*

Făſtīdĭo. dis. penult. prod. diui. ditum. a. q. à faſtu fit. nam propriè faſtidire eſt cum faſtu quodam contemnere. (ἀποστρέφομαι, δυσαρεστῶ, παραφρονέω, ἀνασχαίνω) *Vergilius, Inuenies a„lium, ſi te hic faſtidit Alexis. Dicitur etiam de ſtomacho quando cibum aliquem reſpuit. „Horatius in Serm. Nam eſuriens faſtidis omnia præter Pauonē rhombumq;. Cicero pro Milone, Sed etiam rectè factis ſæpe faſtidiunt. id eſt, faſtidium faciunt.*

Făſtīdĭōsŭs. a. um. o. ſ. qui omnia faſtidit, uel qui alijs eſt faſtidio. (ἀπάρεσκος, προσκορής) *Cicero de Claris orat. Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur facilis in cauſis recipiendis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat. Faſtidioſe aduerbium. Cicero 1. de Orat. Quàm diligenter, quàm ſæpe faſtidioſe iudicamus?*

Făſtīdītŭs, ta. tum. o. ſ. (παροφθείς) *faſtidio habitus. Lucanus, Pars magna ſenatus Faſtidita iacet.*

Făſtīdĭŭm, dij. n. ſ. contemptus, atq; etiam tædiū. (κόρος) *Cic. 12. Philippica, Si eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. Quintil. lib. 9. cap. 3. Quotidiani, et ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidiū leuat. Faſtidium meū, quo ego alios faſtidio: faſtidium mei, quo ab alijs faſtidior. Quintil. Ceu mulier omnibus expoſita mortalibus, uanitatem faſtidio mei deſpectuq; captauit.*

Făſtīgĭo, gias. n. p. (ὀροφόω) *acumino, & quaſi in faſtigium erigo. Plin. lib. 18. Frumenta hyeme in herba ſunt, uerno tempore faſtigiantur*

in ſtipulam, quæ ſunt hyberni temporis. Sic faſtigiatus in mucronem. Plin. lib. 18. cap. 18. & faſtigiata folia, apud eundem.

Făſtigiŭm. gij. n. ſ. (ὀροφὴ, κολοφὼν) altitudo, & ſummitas operis, cum faſtigiũ erigitur ſupra ædificiorum columen, ornatus cauſa, & à tota latitudine ſurgere incipiens, paulatim tollitur in acumen, quod uulgus frontiſpicium uocat. Hinc illam formam in quacunq; re, faſtigium » dixere. Verg. Et faſtigia ſuſpicit urbis. Quandoq; eſt, quod uulgus ſtatum uocat. unde apud Liuium, ciues eiuſdem faſtigij. ἴσοι τὴν τάξιν. Curtius: Humanum faſtigium exceditis, id eſt dignitatem. Hinc attollere faſtigium: id eſt, augere nomen exiſtimationemq;. Quandoq; di» citur ima pars. Verg. 2. Geor. Forſitan & ſcro» bibus quæ ſint faſtigia, quæras. Quandoq; finis. Cic. lib. 3. Offic. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus.

Fātālis, lĕ. o. t. (πεπρωμένον) quod pernicioſum eſt, & mortale, ut dies fatalis. Dicitur etiã quicquid nobis ex fato debetur, ſiue bonum ſit, ſiue malum. λειτουργικὸς εἱμαρμένον, προσειμαρμένον. Cic. 2. de Diuin. Si enim prouideri nihil poteſt futurum eſſe rerum quæ caſu fiunt, quia eſſe certa non poſſunt, diuinatio nulla eſt. Sin idcirco poſſunt prouideri, quia certa ſunt & fatalia, rurſus, diuinatio nulla. Aliquando dicitur ſalubre. Valer. lib. 1. Eò legatis miſſis, unicam fatalis remedij opem impetraturam ſe credidit. Fataliter aduerbium: ut, Dicis fataliter. Cic. 2. de Diuin.

Fătĕŏr, teris. faſſus ſum. c. ſ. affirmo ſponte. (ἀνομολογοῦμαι, σύμφημι, ὁμολογέω) Martial. lib. 5. Ingeniũ, ſtudiumq; tibi, moresq; genus Sunt equitis, fateor cætera plebis habes. Seruius inquit, fateri eſſe coactorum & culpabilium. » Verg. 4. Aen. Anna (fatebor enim) miſeri poſt » fata Sichæi, &c. Donatus item, Fateri non te» ſtis eſt, ſed rei. Huius cõpoſita ſunt, confiteor, diffiteor, infiteor: quæ ſignificant nõ fateor, nego. Profiteor, uide infra.

Fătiſcĕrĕ, n. t. (χαίνειν) eſt abundanter aperiri, quaſi effatim hiſcere. Vergil. Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiſcũt. Vbi Seruius, Fatiſcunt, abundanter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus. unde & affatim. Hiſce re autem aperire. Fatiſcor à fateor deduci, notauit Aul. Gell. li. 17. cap. 2. ex. Qu. Claudij Analium lib. 1. Fatiſcere, deficere. Colum. lib. 2. cap. 14. Sed omni ſolo quod prædictorum leguminum ſegetibus fatiſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercore adiuues, & abſumptas uires hoc uelut pabulo refoueas. Verg. 1. Georg. Ne puluere uicta fatiſcat.

Fātĭdĭcŭs, a. um. o. ſ. (ἔνθεος, μάντις, λόγιος, χρησμολόγος) pen. cor. qui futura prædiuinando ſolet fari, quũ nobis fata, id eſt decreta deorum exponit. Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant decem Sibyllarum libri, qui & ab hiſtoricis fatales appellãtur. Fatidici uates, & fatidica Manto nominatur: quoniam erat fatiloqua, quæ faticinabatur diuini» tate prædita. Verg. 8. Aen. Quam memorãt » nymphæ priſcum Carmentis honorem Vatis » fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos.

Fātĭfĕr. a. um. (μόριμος) pe. cor. quod eſt mor» tiferũ Verg. 8. Aen. Interq; manus & brachia » uerſat Terribilem criſtis galeam flammasq; uomentem, Fatiferumq; enſem.

Fātĭlŏquŭs. a. um. o. ſ. adiecti. idem quod fatidicus. Liuius 1. ab Vrbe, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Fătīgo. gas. a. p. pen. produ. quaſi fatim ago: hoc eſt, abundanter agito, & ad laſſitudinem deduco. (καταπονῶ, καματόω) Vergil. lib. 5. Veloces iaculo ceruos curſuq; fatigat. Aliquando percutio. Verg. Verſaq; iuuencum Terga fatigamus haſta. Aliquando perturbo, commoueo. ἐνοχλέω, ἐλαύνω: ut, Quæ mare nunc terrasq; metu, cœlumq; fatigat. Aliquando excito. Idem, Sociosq; fatigat, Præcipites uigilate uiri. Aliquando cohibeo. εἴργω. Cic. 3. Off. Qui non uerbis ſunt & diſputatione philoſophorum, ſed uinculis & carcere fatigandi. Huius compoſitum eſt defatigo, quod eſt deorſum uel ualde fatigo. Teren. Adel. Vtinã quidẽ, quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit uelim, ut triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.

Fātĭm, aduerbium, abundanter, (ἀφθόνως:) à fando, quia uerborum quàm rerũ maior ſit copia

pia, uel quòd fari facile ſit. Hinc componitur affatim.

Fătŏr, taris. d. p. multũ loquor. (πολυλογία) Eſt enim frequentatiuũ à faris. Feſtus, Fatantur. id eſt multa fantur.

Fătŭĭtās, atis. f. t. ſtultitia, ineptia, ſtoliditas. (εὐήθεια) Cic. ad Att. lib. 11. Ego huius miſerrima fatuitate conflictor.

Fātŭm, ti. n. ſ. (εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον) à fatus, ut Priſcianus ſentit. id eſt dictus. Eſt enim fatum, teſte Chryſippo, dictum quoddam, determinatumq́; diuinitus. Scribit Cicero fatũ eſſe cõnexionem rerum per æternitatem ſe inuicem tenentem, quæ ſuo ordine & lege uariantur, ita tamen ut ipſa uarietas habeat æternitatem. Seneca in Quæſt. nat. Quid intelligis fatum? Exiſtimo neceſſitates rerum omnium actionumq́; quas nulla uis rumpat. Apud poẽtas fatum quandoq; capitur pro natura. Vergil. Nam quia nec fato merita, nec morte peribat. Quandoq; pro uoluntate. id enim Plato dicit eſſe uoluntatem, (πρόνοιαν) & iuſſionẽ diuinã. Verg. Fatis Iunonis iniquæ. Quandoq; pro oraculo, (λόγιον) quod Dij fantur. Idem, Oblitus fatorum. Quãdoq; pro morte, quia nihil tam neceſſarium impẽdet homini, quàm mors: unde fato concedit, qui moritur.

Fătŭŭs, a. um. o. ſ. adiect. inſipiens. (ἀνόητος, εὐήθης, μωρός:) tractum à ſapore ciborum, qui cũ non ſapiunt, fatui dicuntur. Martial. Vt ſapiãt fatuæ fabrorum prandia betæ, O quàm ſæpe petet uina piperq́; coquus. Terentius in Eunucho: Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Varro hoc nomẽ à fando deriuat, Fatuus, qui fatur ut puer primo fatur: hoc eſt, qui inepta loquitur.

Făuĕo, es. faui, fautum, n. ſ. propriè eſt bona fari, ſeu fauorem facere. προσίθεμαι, συμπράττω, συνδοκῶ. Terent. in Eunu. Bene ædepol narras, nam illi faueo uirgini. Hinc fauor, (εὐφημία) uox bene precãs alicui, ſiue alicuius commodum & laudem tuens. Fauere etiam tacere eſt, ut docet Donatus. Terẽtius in Andria: Fauete, adeſte æquo animo. Similiter fauere linguis, eſt tacere. ἐπέχειν τὴν γλῶτταν. In ludis uerò ore fauere, (inquit Seruius) eſt dicere bona uerba: quia in illis neceſſarius eſt fauor. A faueo fiunt, fautor & fautrix.

Făuillă, læ. f. p. (αἰθάλη, μαρίλη) quaſi cinis extinctus, quòd ignem tectum foueat, quaſi fouilla, eſt enim deſerta igne: ſiue potius quaſi flauilla, à colore. nam & Pacuuius flauum dixit puluerem. Plin. Cum cõtectus ignis à ſe fauillam diſcutit. Scintilla, (σπινθήρ) uerò propriè eſt, quæ è ſilice, cum is cæditur, exilire ſolet. Verg. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Făuiſſæ, arum. f. p. (θησαυροί) cellæ quædam & ciſternæ in area Capitolina, ubi reponi ſolebant ſigna, & alia quædam religioſa donarijs cõſecrata: author Gellius. Dictæ fauiſſæ, quòd in eis non rude æs, argentumq́; ſed flata ſignataq́; pecunia conderetur. Vnde & à priſcis Latinis flauiſſas dictas fuiſſe cõperitur, quas Græci theſauros appellant.

Făuōnĭānă, pyra rubra.

Făuŏrābĭlis, le. o. t. (δημοτικός) dicitur, qui & gratioſus, & impetrabilis, ac fauoris plenus eſt apud omnes. Suet. in Calig. Sic uulgò fauorabilis, ut plurimi tradunt, quoties aliquò adueniret, uel ſicunde diſcederet, præ turba occurrentium proſequentiúmue, nonnunquam eum diſcrimen uitæ adijſſe. Dicitur etiam fauorabilis, à quo fauorem accipimus. Liu. 2. Bell. Pun. Iam ad cõſulatus ſpem cum attolleret animos, haud parum callide auram fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petit.

Fauſtŭs, a. um. à fauore, proſperũ, ac proprium ſignificat cui omnes fauent. εὐτυχής. Terent. O fauſtum & felicẽ. Hinc aduerbium fauſtè. Cic. pro Murena, Ea res fauſtè, feliciter, proſpereq́; euenit. Horum contraria ſunt, infauſtum, & infauſtè.

Fautŏr, ōris, m. t. qui fauet alicui, uel alicuius ſententiæ: antiqui fauitorem dicebant. & fautrix fœmininum.

Făuŭlŭs, li. m. ſ. dimin. paruus fauus. Plautus, Meus dulciculus fauulus.

Făuŭs, ui. m. ſ. (τὸ κηρίον) apum domus & cellulæ: à fouendo, quòd in his ſobolem foueãt. Vergil. Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces Suſpendunt ceras. Plinius Iunior, Buccellam panis dedit, et fauum mellis. hoc eſt fruſtum operis apiarij, melle plenum.

Faux, cis. f. t. ſuperior pars gulæ mento propinqua, ſed interior, ubi os anguſtatur. ἀντιάδες, φάρυγξ. Plin. lib. 11. Summum gulæ fauces uocãtur, poſtremum ſtomachus. In faucibus ſunt

foramina

foramina duarum fiſtularum, cibalis ſcilicet et ſpiritualis, quæ continua humectatione indigent, ſiccæ enim exulcerantur. Ouid. lib. 6. Caret os humore loquentis, Et fauces arent, uix eſt uia uocis in illis. Fauces per tranſlationem dicuntur ſtricti ingreſſus uallium, ſeu alterius loci: ut, Fauces Orci, Vergil. Fauces populi, Plin. Fauces portus, Liu. A faux fiunt, offoco, præfoco, & ſuffoco.

Fāx. acis. f. t. in obliquis a corripitur. (δαλὸς) fuſtis inciſus, & cera uel oleo inunctus, ac cōpoſitus ad lumen faciendū: fitq; præcipuè ex arundinibus aridis, & piceis arboribus, & tæda. Faces prius dicebātur, poſtea fax. Varro, Cōſtituit mulierū tota Roma, quæ noctu fieri initia ſolita, etiam nunc picea fax indicat. Per tranſlat. accipitur pro incitamento et authore alicuius facinoris. Cice. pro Domo ſua, Nonne ſenatui prouidendū fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax ſeditionis adhæreſceret? Primam facem, noctis principium uocitabant, quòd tum primum uti face incipiunt. Gellius, Sed cum iam prima fax noctis, & denſiores eſſe tenebræ cœpiſſent, diſceſſimus.

Fāxo. is. n. & defect. pro faciam. (ποιήσω.) Vergil. lib. 12. Ego ſidera faxo Firma manu. Faxim, fecerim. Faxint, (ποιήσαιεν) faciant. Terent. in Heaut. Vtinam dij ita faxint.

F ANTE E.

Febricito. as. n. p. pen. cor. & febricitor deponens in eadē ſignificatione. πυρέττω. Colum. lib. 7. Febricanti boui conuenit abſtinere cibo uno die. Mart. lib. 11. Febricitantem baſiabit & flentem.

Febricŭlă. læ. f. p. (πυρέτιον) diminut. parua febris. Planc. Ciceroni, Qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam.

Febricŭlōſŭs, a. um. o. ſ. (πυρετώδης) qui habet multam febrē. Gell. Non morbus hic febriculoſus, aut nimium grauis. Catul. Verum neſcio quid Febricŭlōſi Scorti diligis.

Febrīlĕ. lis. n. t. pen. prod. quaſi ad febrem pertinens. Apuleius, Ardore æſtuans febrili.

Febrio. is. iui. itum. n. q. febrem patior. πυρέσσω. Macer, Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti.

Febris. is. f. t. (πυρετὸς) à feritate morbi mali: uel ſicuti Seruius docet, à feruore: eſt (ut medici docent) calor natiuus uerſus in ignem. Cicero ad Tyronem, Is etſi mihi nunciauit & planè febri carere, & belle habere, &c.

Februŏ. as. a. p. luſtro, purgo, (φοιβάζω) à ferueo. hoc enim adolendo, & flammis feruentibus fieri ſolebat. Vel à Sabinorum lingua, qui februum purgamentum dicunt. Hinc Februarius menſis (ἐλαφηβολιὼν) dictus eſt, quòd tū, id eſt extremo anni menſe, populus februaretur. id eſt purgaretur. Et quæcunq; purgamenti cauſſa in quibuſcunq; ſacrificijs adhibebantur, februa appellabantur. Et id quod purgatum erat, februatum dicebatur. Plin. Vulgata priſcis temporibus opinio obtinuit, februa eſſe omnia, quibus malefactorum conſcientia purgaretur, delerenturq; peccata, aut manes animabus defunctorum placidi redderentur.

Fēciālēs. lium. m. t. (φετιαλεῖς Plut.) dicti ſunt à ferendo, quòd belli paciſq; ferendæ apud eos ius erat. Neq; enim licebat bellum alicui inferre, niſi hi & iuſta cauſſa ſuſceptū declarauiſſent, & prius indixiſſent. Varro, Itaq; bella tarde, nec magna licentia ſuſcipiebant, quòd bellum nullum niſi pium putabant geri oportere. Sunt etiam, qui feciales à faciendo deriuari exiſtiment.

Fēl, fellis. n. t. χολὴ. eſt purgamentum ſanguinis peſſimum, cui tantum ineſt uirus, ut hominem totum decolorem reddat, & maxime oculos, ut in homine irato cernimus. Fel enim iræ ſedes eſt. Vel ſic, Fel eſt humor flauus in corpore ſub ima hepatis parte in ueſicula quadā contentus, quam ciſtulam fellis appellant. Humor autē ipſe à medicis atra bilis uocatur. Eſt autem bilis atra quam Græci melancholiam uocant, inſaniam generans. Plaut. in Amph. Delirat uxor, atra bili percita eſt. Aliquando fel, cum ſit peſſimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Trucul. In melle ſunt linguæ ſitæ ueſtræ atq; orationes, Corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto. Fel terræ, genus herbæ (quæ & centaurion, teſte Plinio lib. 25. cap. 6.) propter amaritudinem ſummā appellatur. Felleus. a. um. Plin. lib. 26. cap. 12. Sudores enim felleos mouent.

Fēlis, is. f. t. (γαλιάτης) animal quadrupes, quod nobiſcum in domibus tenemus ad murium uenatum, uulgò catus dicitur ab inſigni aſtutia.

Vete-

Veteres enim catos dicebant eos, qui cauti & aſtuti erant, unde Catones primò uolunt appellatos, à Græcis αἴλουρος dicitur. Plin. li. 10. Feles quo ſilentio, quàm leuib. ueſtigijs, quàm multo ſpeculatu in muſculos exiliunt? excrementa ſua obruunt terra, intelligentes odorē illum, indicem ſui eſſe.

Fēlix, felicis. o. t. uide Fœlix.

Fēllīcōnēs, homines mali, & nullius uſus.

Fēllo. las. a. p. lac exugo, & ſuctu ebibo. (λαικάζω.) Mart. Si fellas & aquam bibis, nil Lesbia peccas: Qua tibi parte opus eſt Lesbia, ſumis aquam. Solinus in Collectaneis, Nequaquam mater equa pullo præbet ubera fellicanda. Etiam fellare dicebantur qui uirilia intra os recipiunt, & illa perinde ac papillas exugunt: qui uero uirilia huic libidini per uoluptatem accommodabant, irrumare dicebantur. Inde fellator, λαικαστὴς. & fellatrix, & fellito. as. frequentatiuum.

Fēmĕn. inis. n. t. ſumitur ſicut femur. Propriè tamen femina ſunt interiores partes, femora exteriores: femina poſteriores, femora anteriores. Plin. lib. 11. ſic de apibus ſcribit, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura ſcabra. Et libro 28. Femina, inquit, atteri aduriq́ equitatu notum eſt. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Exiſtimat Seruius femen in nominatiuo non reperiri. Priſcianus docet eſſe in raro uſu. Feſtus femen declinat. Femina etiam inferiores partes ſignificant, nam à flexu dicta uidentur. Vbi enim iunctura cum flexu pedis eſt, femina dicuntur. Plautus in Aſin. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Col. lib. 6. Femina ſecari & interdum inuri ſolent.

Fēmĭnālĭă. ium. n. t. περισκελίδες. tegumenta feminum, & ſubligacula.

Fĕmŭr. oris. n. t. μηρὸς. quod & femor dicitur, ſecundum Phocam, à ferendo, quòd his præcipuè partibus ſuſtinetur animal atque feratur. Plaut. in Mil. Ecce autem aduortit, nixus læuo in femore habet manum: Dextera digitis rationem computat feriens femur dexterum. Liu. 4. Bel. Pun. Scipionis femur tragula confixum erat. Hinc femoralia, (περιζώματα) pro uerendorum teguminibus. Sueton. de Auguſto, Femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Fĕnĕſtră. θυρὶς, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. quod eſt lucere. Fit enim ad lucem reddendam. Oui. Quà lumen thalamis parua feneſtra dabat. Interdū ponitur pro aditu & uia. Terent. Hui, quantam feneſtram ad nequitiam pateféceris. Plin. feneſtrare uerbum uſurpat pro feneſtras aperire. ſic enim ait lib. 11. cap. 37. Media oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

Fĕnĕſtrātŭs. ta. tum. quod eſt apertum, perforatum. πολύθυρος. Plautus, Nulla eſt feneſtratior domus.

Fĕnĕſtellă. læ. f. p. (θυρίδιον) ſimiliter & feneſtricula, diminutiua ſunt. Colum. libro 1. capite 1. Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.

Fĕnĕſtrĕnŭlă, parua feneſtra. Hieron. Sit autem una, uel plures feneſtrenulæ, iuxta diſpoſitionem epiſcopi.

Fĕrābĭtēs, pe. pro. dicitur agreſtis. Siſenna, Partim ferabites, partim lauro ac pinu abundant.

Fĕræ. arū. f. p. (θῆρες) à ferendo dictæ ſunt, quòd toto corpore ferantur: ſiue quòd cum impetu, & ſine ratione ferantur: aut quòd naturali utantur libertate, & pro deſiderio ferantur. Propriè autem feræ dicuntur, quæ ferocitatem habent, ut leones, pardi, lupi: quæ ubi manſuefactæ ſunt, cicures appellantur. Cice. 4. Acad. Quod ut feram, & immanē belluam, ſic, &c.

*Fĕrālis. le. o. t. adiect. ſignificat funeſtum, dirū, exitiale. θανάσιμος, νεκρικὸς, ἐπιτάφιος. à feralibus ſacrificijs. Vergilius, Solaq́ culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Veteres quoq; feralia. orum. (νέκυα, ἐναγίσματα) dixerunt dijs manibus ſacratam diem: à ferendis epulis ad tumulum in cœnem, quam & ipſam feralem nuncupant. Apuleius, Rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad menſem referrent. Ouidius, Hanc quia iuſta ferūt dixere piacula * aliter fĕrālĭă, lucē, Vltima placandis manibus illa dies.*

Fĕrālēs uittæ, quæ ſunt funeri accommodatæ.

Feralia amicula, ſunt ueſtimenta quibus cadauera defunctorum ueſtita ſepulchro conduntur. Feralia fœdera, tedæ ferales, & arma feralia, quaſi mortifera. Feralia officia, ſunt quæ inferis & defunctis exhibētur. Feralis cultus, pro funebri et lugubri. Feralis arbor, Pli.

libro

libro 26. capite 10. Picea, montes amat, atque frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita.

Ferales præcones, quos anteambulones atratos Latine appellare poſſumus, ex quorum grege ſunt funerum indictores. Budæus.

Fĕrāx, acis. o. t. (εὔφορος) dicitur quod abundãter ex ſe producit. Plaut. in Epid. Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico Aequè feracem, quàm hic noſter Periphanes. Colum. lib. 1. cap. 3. Nullus feracior, & uberior locus, &c. Inferax contrarium. Hinc feracitas. εὐφορία. Colum. lib. 3. cap. 2. Vbi nihil erit, aut non multũ quod proritet feracitatem, potius ſequemur.

Fērbĕo, bes. bui. n. ſ. bullio. (ζέω.) Horatius lib. 1. Carm. Velatumq́; ſtola, mea quũ deferbuit ira. Vnde & ferbeſco. ſcis. Huius compoſita ſunt, deferbeo, quod eſt à bulliendo ceſſo. Gell. propriè, Puer interea uenerat, & aula deferbuerat, tempusq́; eſſe cœperat edendi. Efferbeo, (ἀναζέω) extra uel ualde bullio.

Fērcŭlŭm, li. n. ſ. à ferendo. unde & fercula pulmentariorum, (παρατιθέμενα, παραφερόμενα, παραθέσεις) ab eo, quòd menſæ inferantur. Iuuenalis, Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus? Aliquando ſumitur pro geſtamine, quo pompa deferri ſolet. φορεῖον. Sueton. in Cæſare, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium uerborum prætulit titulum, Veni, uidi, uici. hoc eſt, inter pompæ triumphalis geſtamina. Acron etiam docet fercula eſſe pulpita, in quibus deorum ſimulachra ſint: quia in pompa Circenſi huiuſmodi ſimulachra deorum feruntur. Cic. 1. Offi. Cauendum eſt, ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, ut ſimiles pomparum ferculis eſſe uideamur.

Fĕrē, (παρὰ μικρὸν, σχεδὸν) aduerbiũ, fermè, propè, propemodum, penè, ut ferè hominem occidiſti. id eſt parum abfuit, quin hominem occideris. Interdum in oratione ita conſtituitur, ut intelligatur quædam uniuerſitas, (πάντες) Quintilianus, Hæ ferè ſunt emendatæ loquendi ſcribendiq́; partes. id eſt ferè omnes. Cicero Memini in eum ſermonem incidere, qui tum ferè erat in ore. id eſt ferè ſemper.

Fĕrēntārĭi, orum. m. ſ. (ἀκροβολισταί) leuis armaturæ milites, auxiliatores: à ferendo auxilio, ut quicquid opus eſſet auxilio ferrent, excurſu leues, armis grauibus non impediti, ſed enſe & telis tantum inſtructi. Vel dicti ſunt ferentarij, quia fundis, lapidibusq́; pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur. Salluſtius, Poſtquam eò uentum eſt, unde à ferentarijs prælium committi poſſet. Cato eos Ferentarios dixit, qui tela ac potiones militibus pugnãtibus miniſtrãt.

Fereola uitis. Colum. lib. 3. cap. 2. Irtiolam fereolamq́; non facile aſſeuerem quo gradu habendæ ſint. Eſt autem huiuſcemodi uitis, nomen, quemadmodum & multa alia, ſecundum regionis morem inditum, fortaſſis à ferendo dictum.

Fĕrĕtrŭm, tri. n. ſ. à fero, pen. corr. lectus, uel aliquid aliud quo mortuus ferri ſolet, ſeu in quo aliquid cum pompa fertur. Alio nomine capulus dicitur, à capiendo. Liuius, Spolia ducis ſuſpenſa, fabricato ad id aptè feretro gerens, in Capitolium aſcendit. Quidam Græcum putant φέρετρον. Græci enim pheretra uocant, argentum, aurum, gemmas, imagines principũ, ſpolia hoſtiũ, & cætera quæ in põpa feruntur.

Fĕrĭæ, arum. f. p. (ἑορτὴ, σχολὴ.) dies feſtus, à feriendis uictimis, dicti ſunt dies ceſſationum ab opere, uel ab epulis ferendis. in his enim epulæ fiebant ex pecorũ, frugumq́; prouentibus. Cic. 2. de Legibus, Ferijs iurgia amouento. Feſtus, Ferias antiqui feſta uocabant. & aliæ erant ſine die feſto, ut nundinæ: aliæ cum feſto, ut Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum, frugumq́;. Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Erant præterea propriæ familiæ feriæ, quas quæq; familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruabat, ut Claudiæ feriæ, & Aemiliæ. Item ſingulorum, ut natalium dierũ, quæ natalitiæ dicuntur. & fulgurum, & funerum expiationes. Et feriæ aliæ legitimæ, aliæ indictæ. Indici autem dicũtur, quia paupertas maiorum ex collatione ſacrificabat, aut de bonis damnatorum: unde & ſupplicia dicuntur ſupplicationes. A ferijs feſti dies dicti ſunt feriati: hoc eſt, in quibus feriæ celebrabantur.

Fĕrīnŭs, a. um. pen. prod. quod eſt ferarum, (θήρειος, θηριώδης) Apuleius, Ferino ac belluino ritu. Sallu. Getulis cibus erat caro, ferina. Ferina abſolutè aliquando uſurpatum, & ſubintelligitur

intelligitur caro. Vergilius, Implentur ueteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ.

Ferio, ris. a. q. percuſſi, præteritũ mutuatur à percutio, idemq; ſignificat. παίω, τύπτω. Verg. Cornu ferit ille, caueto. Et ferire, ſancire, firmare: unde ferire, ſeu percutere fœdus dicimus. Cic. pro Domo ſua, Sed uno tẽpore cautiones fiebant pecuniarũ, fœdera feriebantur prouinciarum. Ob id aũt dictum quidam putant, quòd dum antiqui fœdus & pacem ſolenni pompa cum hoſtibus inirent, porcã dijs immolarent. Ferire etiã pulſare eſt. κόπτειν. Plau. Amph. Feriam fores, aperite. Ferire iugulum, eſt inferre mortem, iugulare. Huius compoſitum eſt, referio, quod eſt repercutio.

Ferio, as. & Ferior deponens, ſignificat uaco ab aliquo opere uel ſtudio. σχολὴν ἄγω, σχολάζω. Trebonius Ciceroni, Illud quoq; nobis erit curæ, ut Crathippus unà cum eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab ijs ſtudijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Vnde feriatus, adiectiuum, qui ocioſus eſt, & nihil agit. Plautus, in Mil. Tibi ego dico, feriatus ne ſis. Martial. Nec feriatus ibat ante carrucam. Feriati dies, in quibus feriæ aguntur. Plinius in Epiſtolis.

Feritas, atis. f. t. ἀγριότης. naturæ quædam aſperitas, & à ferus deducitur.

Ferme, aduerbium, idem quod ferè. ὀλίγου δεῖν. Terentius, Iam ferme moriens me uocat. id eſt quum parum abeſſet quin moreretur. Ponitur quandoq; pro facile. ῥᾳδίως. Idem in And. Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum.

Fermenteſcere, eſt creſcere. ζυμοῦσθαι. Plini. Cum teratur inter digitos fermenteſcens.

Fermento, tas. n. p. miſceo, ſeu creſcere facio. ζυμόω. Plinius, Cum fieret panis hordaceus cicerculæ farinæ admixtione, fermentabatur. Col. lib. 2. poſuit pro pinguefacio, Maximè, inquit tamẽ columbinum probamus, quòd modice ſparſum terram fermentare cõperimus.

Fermentum, ti. n. ſ. farina quæ ſubigitur priuſquàm addatur ſal, ad pultis modum decocta, & relicta donec areſcat. Dictum quod feruẽdo creſcat. Plin. lib. 18. cap. 7. Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Iacere in fermento uel eſſe, per tranſlationem dixit Plaut. in Merc. Nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet. id eſt inflata eſt, & irata. Fermentum, tranſlatum ad terram, nempe pro terra quæ intumit. Col. li. 4. ca. 1. Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxaq; uelut fermento quodam intumeſcit.

Fero, fers, tuli, latum, (φέρω) tetuli ſecundũ Diomedem. Teren. Huc tetuliſſem pedem. a. incõſequent. Propriè ſignificat porto. Vergil. lib. 1. Vix illam famuli Phegeus Sagariſq; ferebant. Aliquando tolero, patior. Teren. in Heaut. Nam quem feret, ſi parentem ſuum non feret? Aliquando duco, dirigo. ἄγω. Verg. li. 6. Hinc uia tartarei quæ fert Acherontis ad undas. Aliquando dico, nomino. λέγω. Idem, Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Poſthabita coluiſſe Samo. Aliquando exhibeo. Idem, Sacra Dioneæ matri Diuiſq; ferebam. Aliquando concupiſco. γλίχομαι. Saluſt. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proſcriptiones locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, atq; alia omnia quæ bellum & libido uictorum fert. Aliquando extollo. αἴρω. Idem, Conſulares omnes, itemq; ſenatus magna pars ſententiam eius laudant, uirtutem animi ad cœlum ferunt. Aliquando gigno, produco. Verg. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. Aliquando habeo. Idem, Ferre ſui dederat monumentũ & pignus amoris. Aliquando confero. συμφέρεσθαι. Idem, Quibus acer Erix in prælia ſuetus Ferre manum. Aliquando oſtento. ἐνδείκνυμαι. Idem, lib. 11. Captiuo ſiue ut ſe ferret in auro Venatrix. Aliquando conſulo. χρηματίζω. ut, Pompeius tulit ad populum. Aliquando aufero. Verg. Poſtquam te fata tulerunt. &, Omnia fert ætas. id eſt aufert. Aliquando aſſequor. Teren. Eun. Hoc ſi effeceris, quoduis donũ à me præmium optato id optatũ feres. Quòd ſi cum hoc uerbo, præ me, præ te uel præ ſe addantur, ſignificat dicto uel facto, uel geſtu aliquid oſtendo, confiteorq;, & ipſa ſtatim fronte, de aliqua re aut homine: ut, præ te fers irã. Quint. Fiduciam igitur præ ſe ferat orator, ſemperq; ita dicat, tanquam de cauſa optime ſentiat. Ferre auras, eſt aſſueſcere aëris uarietati, quæ obeſt. Verg. 2. Georg. Cum ſemel hæ ſerunt aruis, auraſq; tulerunt. Cõpoſita ſunt: affero, aufero, antefero, confero, circunfero,

deſero, differo, effero, inſero, introfero, offero, perfero, præfero, profero, refero, ſuffero, ſuperfero, & transfero, quæ habent pen. cor.

Fĕrōcio, cis. ciui. uel ferocij, ferocitum, ferociam exerceo, ferox fio. ἀγριαίνομαι, ἀγεῖομαι. Ouid. Diſce bonas artes: nullis aſſueta iuuentus, Mox intractati more ferocit equi.

Fĕrōcĭtās, atis. f. t. θράσος. crudelitas, ſæuitia, & ut inquit Speuſippus, exceſſus audaciæ, haud metuens quæ metuenda ſunt. Cic. 1. Offic. Sicut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent, ut his facilioribus poſſint uti.

Fĕrōx, cis. o. t. elatus, ſæuus, fortis, inuictus, præanimoſus ad certādum cum altero, & ad uim alteri inferendam, atq; nocendum. πλημμελής, αὐθάδης. Horat. Vrbes genteſq; & Latium ferox. Verg. Stat ſonipes & frena ferox ſpumantia mandit. Plaut. pro cordato & faceto in Mil. poſuit: Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. Hinc ferocia, & ferocitas. Cic. 6. de Repub. Qui comperit eius uim, & effrenatā illam ferociam. Ferociter. Plau. in Amphi. Superbi nimis árociter legatos noſtros increpant.

Fĕrōcŭlŭs, a. um. o. ſ. dimin. Hirt. de Bell. Aſiat. Quid tu, inquit, miles tyro tam feroculus es?

Fĕrrāmĕntŭm, ti. n. ſ. χάλκωμα. inſtrumentū ex ferro. Vnde ferramenta fabrilia, & ferramēta tonſoria dicimus. Colu. li. 5. Nonnumquam etiam cum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt. Hinc ferramentarius. χαλκοποιός. ferrementorum confector.

Fĕrrārĭă, æ. f. p. ſubſtantiuum. σιδηρεῖα. locus in quo ferrū foditur: ſicut auraria, argētaria, æraria, in quibus aurum, argentum, & æs effoditur. Cæſar 7. Bel. Galli. Apud eos magnæ ſunt ferrariæ.

Fĕrrārĭŭs, a. um. σιδηρευτικός. quod ad ferrum pertinet, ut faber ferrarius, fodina ferraria, metalla ferraria, Plin. li. 14. Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. Plin. lib. 28. cap. 16.

Fĕrrĕŭs, a. um. σιδήρεος. quod ex ferri materia eſt, ut maſſa ferrea, anulus ferreus. Plini. lib. 10. cap. 42. Hæc cum loqui diſcit, ferreo uerberatur radio, nō ſentit aliter ictus. Ferreus per translationem pro duro, & inexorabili. Cicero ad Atti. O te ferreum, qui illius periculis non moueris.

Fĕrro, ras. a. p. ferrum induco. σιδηρόω. unde ferrata ſpicula, & ferratas lanceas dicimus. Verg. lib. 3. Georg. Vndiq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes. Huius compoſitum eſt præferro, quod eſt antè uel in anteriori parte ferrum induco. Plin. lib. 18. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato.

Fĕrrūgĭnĕŭs, a. um. quod eſt coloris ferruginis, uulgò uiridis, ſubniger, obſcurus. ὑακίνθινος. Verg. Et ferrugineus hyacinthus. Plini. Et ferrugineas maculas habentes. Quidem ferrugineum colorem accipiunt pro cæruleo, marinis fluctibus ſimili. Dicitur & Veget. uenetus lib. 4. de Re militari.

Fĕrrūgo, inis. f. t. lìs σιδήρου. pen. prod. rubigo ferri proprie dicitur, ſicut ærugo æris. Plini. Sudor uirgæ cornu arboris lamina candente ferrea exceptus, nō contingente ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas ſanat. Per translationem ferrugo compreſſæ purpuræ color ruſus, nigrioris rubedinis, quaſi uiolacei: uulgò morellum dicunt à ſimilitudine coloris ferri, dum eſt rubiginoſum. unde Vergilius libro 9. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Hyberna.

Fĕrrūm, ri. n. ſ. σίδηρος. uel à ferendo, quod in agros colendi gratia feratur: uel à feriendo, quòd cætera eo feriantur: hoc eſt, domentur. Sua enim ſæuitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit. Plin. lib. 12. cap. 25. Ferro lædi uitalia odit. Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cice. pro Roſ. Ame. Vulneratus ferro Phrygio.

Fĕrrūmĕn. inis. n t. σιδήρωμα, συναφή. pen. pro. quaſi gluten, iunctura ſeu ligatura, quæ ex ferri excrementis uel ramentis fieri ſolet. Plini. li. 26. Ea maximè cauſſa, quod fluto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur.

Fĕrrūmĭno, as. n. p. penult. correp. iungo, aut ſimul tempero. συνάπτω. propriè de metallis dicitur, quamuis ad alia transferatur. Pomponius Iureconſul. Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaueris, non dubitatur tuum ſcyphum eſſe. Plinius pro glutino poſuit libro 36. Vitrum ſulphu

ri

ri incoctum ferruminatur in lapides, quaſi glutinatur in formam lapidis.

Fĕrtilis, le. o.t. εὔφορον. penul. correp. ſicut ferax ſumitur. Columel. libro 4. Vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maxime fertiles. Hinc fertilitas, εὐκαρπία, εὐθηνία, εὐφορία. ſicut à ferax feracitas. Idem, Id enim non accidit palmitis fertilitate.

Fērtŭm, ti. n. ſ. φθοὶς. genus libi, à fero dictum, quòd ſæpe ad ſacra ferebatur. Perſius, Attamen hic extis & opimo uincere ferto Intendit. Vel dicitur fertum, quòd pluribus uarijsq; rebus fartum eſſet. Nam ut Cato De re ſtica ſcribit, ſtruē farris, tritici, hordei, fabæ, ſeminis rapacij, ture ac uino additis, ante meſſem parabant in porcæ præcidaneæ immolatione, Ianoq; ac Ioui, & Iunoni ſacrificabant, quæ diuerſarum rerum congeries fartum nominabatur.

Fĕruĕo, es. n. ſ. (ζέω) præteritum format feruui per duplex uu, uno conſonante, altero uocali, quod & per ſyncopen dicimus ferui, in eadem ſignificatione, quia non ſolum ex incendio calere ſignificatur, ſed etiam ex quibuſcunque moleſtijs perturbari. Vnde & iactus marini, & æſtuatio animi, ſub hac ſignificatione rectè poni ſentiuntur Feruere opus dicimus, dum ſtudio & diligentia elaboratur. Et hominem ira, odio, aut calore feruere, dum ira, aut odio, aut calore incenſus eſt. Cicero pro Quintio, Vſque eò feruet, ferturq; auaritia, ut de ſuis commodis uelit aliquam partem amittere, ne quam partem huic propinquo ſuo illius ornamenti relinquat. Martialis, Fora litibus omnia feruent. Huius contrarium eſt deferuere, quod eſt miteſcere, & placidum fieri, ſeu à calore deficere. Compoſita à ferueo ſunt, deferueo, efferueo, ualde ſeu extra ferueo: referueo, rurſus ferueo. Plinius, Item terebinthinam in ſartagine referuenti. A quibus deferueſco, efferueſco, & referueſco.

Fĕruo, uis. ui. n. t. eiuſdem ſignificationis eſt cum ferueo. Properti. Incipit & ſicco feruere terra cane. Terentius in Adel. Ego illius ſenſum pulchrè calleo, cum feruit maximè, tam placidum quàm ouem reddo. Vergilius, Omnia tunc pariter uento nimbisq́ue uidebis Feruere. Hinc feruiſco.

Fĕruefácio, cis. a. t. bullire facio. (θερμαίνω) Cato de re Ruſtica, Et potionem polentæ eodem addito, & oleum poſtea feruefacito. Hinc componitur inferuefacio, quod eſt intus bullire facio. Idem, Addito oleum bene, & ſalem, & cumini paululum, inferuefacito pauliſper.

Fĕruidŭs, a. um. o. ſ. penult. correp. idem quod feruens, & maxime calidus. ζαθερὸς, θερμός. Cicero 2. de Nat. Iam uero reliqua quarta pars mundi, ea & ipſa tota natura feruida eſt, hoc eſt ardens maximè. Ponitur & translatè pro callido, et diligente: ut, Feruidum imperatoris ingenium, Liuius 7. Bell. Punici. Et Feruidior oratio, apud Cicer. de Claris oratoribus. Hinc fermentum dictum eſt, quòd feruendo creſcat.

Fĕrŭlă, læ. f. p. penult. correp. baculus ſiue uirga, qua puerorum manus feriuntur: à feriendo, ſiue ferendo. id eſt portando. Iuuenalis, Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Græcè (νάρθηξ.) & per diminutionem ναρθήκιον dicitur. Inde apud Platonem in Phædone ναρθηκοφόροι miniſtri Bacchi, quaſi Feruligeri nominantur. Ferula annumerata eſt inter externos frutices à Plinio: lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungoſam intus medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quamuis in multò maiorem altitudinem & craſſitudinem excreſcat. Naſcitur in locis calidiſſimis, & uix alibi quàm in Africa, & nulli fruticum maior eſt leuitas. Colu. lib. 5. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito, ibiq; ſemen ferulæ facito: cum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam uel auellanam abſcondito. Hinc ferulaceus. a. um. ναρθήκινος. Plin. li. 18.

Fĕruŏr, oris. m. t. ζέσις. calor uehemens, qualis eſt ignis uel ſolis æſtus. Plin. lib. 11. cap. 31. Indi furantur æſtiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno.

Fĕrŭs, a. um. o. ſ. ἄγριος. dicitur atrox, ſeuerus, qui ferinum animum habet, uel qui durioris eſt uitæ, et animi crudelioris Verg. Ferus omnia Iupiter Argos Tranſtulit. Cice. ad Att. lib. 12. O fera tempora, cum dubitet Curtius

conſulatum peteret? Hic feritas, (ἀγριότης) naturæ quædam aſperitas, & diri ſemper eſt animi. A ferus componitur ſemiferus, penultima cor. Vnde ſemifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidoq; naſcuntur, ut ex apro & ſue. Perferus, (παράγριος) ualde ferus: ut, perferi boues. Varro lib. 2. de re Ruſt. Et per translat. fera ulcera fera ſcabies, feræ papulæ, quæ manum chirurgicã non admittunt.

Feſcẽnini uerſus, qui canebantur in nuptijs: ſic dicti, quod ex urbe Feſcenio dicuntur allati: ſiue à faſcino, quia faſcinum putabantur arcere, ueluti malorum ingruentium amuleta.

Fetiis, pro ferijs aliquando dixerunt Antiqui.

Feſſus. a. um. o. ſ. (κεκμηκὼς, πεπονηκὼς) defeſſus, languens de uia, fatigatus, & tam ad animum quàm ad corpus refertur, de quo in dictione Defetiſcor. Verg. 1. Aen. Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaq; arma Expediunt feſſi rerũ. Vbi Seruius, Feſſi rerum, hoc eſt penuria fatigati. Idem 2. Ecloga, Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu. Plin. lib. 7. cap. 52. Puerum æſtu & itinere feſſum.

Feſtinanter, (σπουδαίως) aduerbium à feſtinans, celeriter, & citò. Cic. 5. de Finib. Illud mihi ad te nimium feſtinanter dictum uidetur, Sapientes omnes eſſe beatos. Plinius lib. 17. cap. 11. Quia feſtinantius germinant.

Feſtinato, aduerbium, à feſtinatus. ἀπροσφρόνως. Quint. lib. 4. cap. 2. Quàm nihil præparatò, nihil feſtinatò feciſſe uidetur Milo.

Feſtino, as. n. p. pen. pro. ſignificat propero. σπουδάζω, ἐπείγομαι. Verg. Feſtinare uiri, nam quæ tam ſera moratur Segnities? Plautus in Aſin. Remigio, ueloq; quantum poteris feſtina, & fuge. Interdum feſtinare eſt trepidare, & turbari. Terent. in Adel. Quid feſtinas mi Geta? animum recipe. Hinc componitur præfeſtino, de quo alibi.

Feſtinus, a. um. o. ſ. celer. ταχύς. Cic. Att. lib. 9. Feſtino enim ſimillimus decurro, atq; curſu [illegible] meas commentari non deſino.

Feſtinantia, æ. f. p. & feſtinatio, celeritas. σπουδή. Cic. pro Milone, Quæ cauſſa cur Romã properaret? cur in noctem ſe conijceret? quid afferebat feſtinationem?

Feſtiuitas, atis. f. t. quaſi iucunditas & lætitia quædam in dictis. ἀστειότης, εὐτραπελία. Cic. de claris Orat. Feſtiuitate igitur & facetijs, inquam, C. Iulius L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit.

Feſtiuo, as. diem feſtum ago. ἑορτάζω.

Feſtiuus, a. um. pen. prod. à feſtus, quod eſt iucundum & lepidum. πανέορτος, εὐτράπελος. ut feſtiua oratio, feſtiua gaudia, feſtiuum dictum. Cic. 1. Offic. De Græcis dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis. Plaut. in Mil. Nimium feſtiua mulier operam præbuit. Teren. in Adelphis, O mi pater feſtiuiſſime. Feſtiuè, aduerb. Cic. Qu. frat. lib. 2. Quanquam à te actam fabellã uideo eſſe feſtiuè, nullo tamen modo probaui.

Feſtra, æ. f. p. oſtium minuſculum in ſacrario, ab feneſtra per detractionem mediæ ſyllabæ.

Feſtuca, cæ. f. p. pen. prod. dicitur & arboris nouellæ & cuiuſq; ſati pullulus. κάρφος. Colum. lib. 8. cap. 15. Per quos feſtucæ, ſurculiq; in auiarijs paſſim ſpargendi ſunt. Feſtuca, uirga prætoria, qua quis fiebat liber: aliàs uindicta dicebatur. Plau. in Mil. Quid ea? ingenua, an feſtuca facta? ſerua, an libera eſt? Perſius, Non in feſtuca lictor quam iactet ineptus. Feſtucarius, adiectiuum. Gell. lib. 20. cap. 9.

Feſtus, ſta. ſtum. ſolenniter lætum, & feriatum. ἑορτάσιμος, ἑορταστός. Vnde feſti dies, (ἑορταί) in quibus uel ſacrificia dijs offerebantur, uel dies qui diurnis epulationibus celebrabantur, uel ludi in honorem deorum agebantur, uel feriæ obſeruabantur. Plaut. in Aulul. Feſto die ſi quid prodegeris, Profeſto egere liceat, niſi peperceris. Verg. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus Fas & iura ſinunt. Huius compoſitum & contrarium eſt, Profeſtus: ut profeſti dies, qui hominibus ad rem uel priuatam uel publicam adminiſtrandam conceſſi erant. Quandoq; Feſtus dicitur ad feſtum diem pertinens, ut feſtæ frondes, quæ feſtis adhibentur. Eſt & infeſtus, à quo infeſto, as. de quibus infrà.

F ANTE I.

Fiber, bri. m. ſ. (κάστωρ) animal in Ponto ſic dictum ab extremis oris amnium, quas colit, & ubi maximè ſolet uideri. Effoſſis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in ſicco habitat. Plautus: Sic me ſubis quotidie, quaſi fiber ſalicem.

Albertus.

Albertus Magnus dicit habere pedes anſerinos poſteriores, quibus facilius natet, anteriores caninos. Vide in dictione Caſtor. Eſt & fiber genus ueſpæ quadrupes incitatiſſimum.

Fibræ, rum. f. p. (ἶνες, λόβοι uictimarum) omniũ extremitates rerum. Vnde & iecoris, & cordis, & cuiuſcunq; uiſceris extremæ partes: id eſt, in quas iecur ipſum diuiditur, fibræ dicun»tur. Verg. lib. 6. Nec fibris requies datur ulla »renatis. Et Plinius pulmonis fibras nominat, cum inquit: A tergo ſpinæ ipſi iunctus, in duas fibras ungulæ modo diuiditur. Venarum quoque pertenues meatus, per quos ſudor it, fibræ dicũtur. Quin et minutæ radices arborũ herbarumq́;, quas in folio uitis, ac fici à tergo manifeſtè deprehendimus, (ἶνες) hoc nomine appellantur. Plin. de arborum ſationibus ait, ſolum eligi oportere quàm maxime rimoſum ne ſol exurat fibras. Vergilius, Et amaris intyba fibris. Columella de Allio: Cum ternas, inquit, fibras emiſerint ſpicæ, ſarriantur. Fibratus, adiectiuum: ut, Fibrata radix cæparum modo, Pin. lib. 25. cap. 5.

Fibŭlă, læ. f. p. πόρπη, περόνη. penul. cor. propriè ornamẽtum cinguli ad ueſtem ſubligandam. Verg. Aurea purpuream ſubnectit fibula ueſtem. Ponitur quandoq; pro circulo. Colum. de bobus ſic habet, Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circunſcribitur, ita ut manante ſanguine, tanquam o literæ ductus appareat. Aurea fibula donabantur antiquitus milites. Liu. 9. Belli Maced. Quintius alter prætor ſuos equites catellis, ac fibulis donauit. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum, ueſtimentum album, prætextum, quadrungulum, oblõgum, quod in capite ueſtales ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

Fibŭlārĕ, a. p. opponere, coniungere. ἐμπορπᾶν. Colum. libro 1. Omnesq́; parietem & ſoli iuncturæ teſtacijs puluinis fibulantur: quoniã ferè, cum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent ac latebras ſubterraneis animalibus. Huius compoſita ſunt, Diffibulo, Refibulo & Infibulo. eſt autem infibulare, ſuper glandem penis fibulam, hoc eſt circulum æneum inducere, quod fiebat uel uocis ſeruandæ gratia, quæ à coitu mutatur, uel ualetudinis, hoc modo: Perforabant utrinque à lateribus cutem, quæ ſuper glandem extenditur, atq; ſuperaddebãt fibulam: id eſt circulum æneum. Refibulare uerò eſt fibulam tollere, ſiue ſolue»re. Martialis, Cui Refibulauit turgidum fa»ber penem. Idem ſignificat diffibulare. Pa»pinius: Emicat & torto chlamydem diffi»bulat auro.

Ficārĭă, ficus arbor. συκῆ. Palladius libro 4. Alij qui inter ficarias caprifici arborem ſerunt. Et hoc eſt contra Vallam, qui negat dici poſſe, arbor fici, ſed arbor ficus.

Ficārĭŭs, a. um. o. ſ. qui libenter comedit ficos. συκόβιος. Plinius: Ficarios culices caprificus generat. Cato ca. 48. Eò ſarmenta, aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & ſolẽ.

Ficātŭm iecur, ſuillum maximè, quod Græci συκωτὸν appellant, à ſue fico paſta.

Ficēdŭlă, læ. f. p. συκαλὶς. auis quæ uulgò galberius dicitur, à ficu fructu. Martialis: Cum me ficus alat, cum paſcar dulcibus uuis, Cur potius nomen non dedit uua mihi? Plinius lib. 10. ca. 29. Alia ratio ficedulis. nam formam ſimul coloremq́; mutant. Hoc nomen niſi autumno habent, poſtea melancoryphi uocãtur. Variat antepenul. Martial. Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Idem: Cærea quæ patulo lucet ficedula lumbo.

Ficētŭm, ti. n. ſ. locus ubi ficus conſitæ ſunt. συκών. Varr. Ficusq́; denſa materia nõ eſt, ideo ſequitur calidiorem, quo fit ut in locis frigi»dis ficeta fieri non poſſint. Martia. Vt pueros »emeret Labienus, uendidit hortum. Nil niſi »ficetum nunc Labienus habet.

Fictē, aduerb. ſimulatè. Cic. pro Domo, 228. Maiores noſtri, qui non fictè & fallaciter populares, ſed uerè & ſapienter fuerunt.

Ficĭtŏr, oris. m. t. pen. cor. ficorum amator, ſeu ficorum collector. συκολόγος. Næuius: Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficŏlĕă, palus ficulnus.

Ficōsŭs, a. um. o. ſ. ficis, hoc eſt ulceribus & tuberculis plenus. συκώδης. Vnde & ficoſitas, ipſa ulcerũ copia. Ficitas, ficorum fructuum abundantia, ſeu fertilitas.

Fictĭlĕ, lis. n. t. pen. cor. quod eſt factum à figulo. πλαστόν. ut fictilia uaſa, fictilia dolia. Plini. lib. 35. cap. 12. Fictilis Iupiter.

Fictĭtĭŭs, a. um. πλασματώδης. quod fictum eſt, hoc

hoc eſt ſimulatum: ut ratio fictitia, quæ ficta eſt, & ad tempus excogitata.

Fictŏr, oris. m. t. à fingendo dictus eſt, qui fingit: id eſt, qui ex creta atq; argilla opera facit. πλάστης. Cic. 2. de Nat. Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoresq; uoluerunt.

Fictŭs. a. um. o. ſ. factus, ſimulatus. πλασματίας, ἐπίπλαστος. Cice. de Amic. In amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum: & quicquid in ea eſt, idem uerum & uoluntarium eſt.

Ficūlnĕă, f. p. ipſa ficus arbor. Plin. lib. 16. Quibus & ficulnea & ligna ex hedera tradentur.

Ficūlnĕŭs, a. um. idem quod ficulnus: ut ficulnei caules, Plin. Ficulnea arbor, Columella.

Ficūlnŭs, a. um. quod eſt materiatum ex fico arbore. σύκινος. Hora. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Vbi Porphyrio, Attende nomen à fico deriuatum, ficulnus, non ut uulgò ficulneus. Ficulnus & ficulneus eadem forma dicimus qua ilignus & iligneus, & huiuſmodi. Cato: Fibulæ unde fiant aridæ, ilignea, ulmeæ, nuceæ, ficulneæ, face ui in ſtercus, aut in aquam conijciantur.

Ficŭs, (σῦκον, σύκωσις. Ficus tria omnino ſignificat, fructum ſcilicet notiſſimum, deinde arborem ipſam quæ hunc fructum profert, tertiò hulceris quoddam genus, in locis piloſis naſcens, à ſimilitudine fici fructus ita appellatum. maſc. igitur gen. ac ſecunda declinatione pro fructu protulit Plin. lib. 16. Fici mirabiles ſunt, & abortiui, qui nunquam mature ſcunt. Macrob. Groſſi appellantur fici qui nō matureſcunt. Cic. in Catone, Ex tantulo grano fici. Horat. in Serm. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Inuenitur etiam genere fœm. & quartæ declin. Iuuenal. Si uis aliam decerpere ficum. Martialis: Res mira eſt, ficus non habet unus ager. Item dicitur ficus genere fœm. & ſecunda declina. ut apud Var. lib. 1. de re Ruſt. Fici, inquit, ſemen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulò pòſt: Cum enim per reſticulam ficos, quas edimus, maturas perferunt, & eas cum maturuerint, complicant. Huius dimin. eſt Ficulus. συκίον. Plaut. in Sticho, Nucibus, fabulis, ficulis. In ficorū genere ſunt Chiæ, purpureæ, chelidoniæ, mariſcæ, calliſthruciæ, liuiæ, Libyſſæ, flaueæ, & reliquæ.

Ficŭs, (συκῆ) pro arbore, generis fœminini eſt, & ſecundæ declinationis. Plinius lib. 16. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices longiſſimæ ſunt, & ſenectus ocyſſima. Iuuen. Ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. Cicero de Ora. ſecundum quartam declinationem inflexit: Cui cum familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu.

Ficŭs pro morbo, maſc. generis, & ſecundæ declinationis. Martialis, Dicemus ficos Cæciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus quarta declinatione legant. Naſcitur hoc uitium ferè in capite, tum capillo, tum in barba, & locis obſcœnis, quæ pilis integuntur. Celſus lib. 6.

Fidĕicōmmiſsārĭŭs, rij. m. ſ. habet paſſiuam ſignificationem: nam is dicitur qui fidei commiſſionem accepit.

Fidĕicōmmitto, tis. a. t. ἐντέλλομαι.

Fidĕiūſsŏr, oris. m. t. μεσεγγυητὴς, ἐγγυητής. cuius uerbum eſt. τὸ ἐγγυῶμαι, qui fide iubet: eſt enim ſignificationis actiuæ. Donatus ita ſcribit: Fideiuſſor eſt author credendi alium aliquid daturum facturum ue, ſua fide, ſuoq; periculo promittens. Vlp. in tractatu de fideiuſſione, Si quis Stichum ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua eſſe iubes?

Fidēlĭă, æ. f. p. κεράμιον, ἀγγεῖον. genus uaſis Samij ad uſus plurimos. Perſi. Diſce, nec inuideas, quòd multa fidelia potet In locuplete penu. Colum. li. 12. cap. 48. In fictili fidelia ſacro loco reponuntur. Fidelia, genus chordæ cretà illitæ, qua utuntur fabri lignarij, uel alij ad lineas ſui operis deſignandas. Curius Ciceroni: Nec ſolere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Vide Eraſ. Chiliadas.

Fidēlis, le. o. t. à fide, cui fidere poſſumus. πιστός. Terentius in Hecyr. Per pol quàm paucos reperias meretricibus Fideles uenire amatores Syra. Et propriè (ut ſcribit Donatus) ad ſeruum pertinet, fidus ad amicum. Fidele enim officium eſt ſeruare aliquid. Cicero in Lælio, Tarquinium dixiſſe ferunt tum, cum exulem ſe eſſe intellexiſſet, quos fidos amicos habuiſſet, & quos infidos. Transfertur etiam ad inanimata. Plin. lib. 16. De quodam lapidis genere:

nere: Globoſus, fortis contra iniurias, ſed ad ſtructuram infidelis. Hinc fidelitas. τὸ πιστόν. fiducia, & credulitas, uel etiam fidei perſolutio. Cic. ad Att. li. 9. In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas eſſet. Fideliter, aduerb. Liu. 3. Bel. Mace. Conſtanter, & fideliter permanere in amicitia populi Rom. Fidelè quoq; aduerbium. Plau. in Capt. Fac fidelè ſis fideli, caue fidem fluxam geras.

Fidēntiă, tiæ. f. p. θάρσος. à fidens. θαῤῥαλέος. participio, & ambo in laude ponuntur. Cicero 2. Rhetoric. ſcribit, fidentiam partem eſſe fortitudinis, per quam magnis et honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocauit. Idem quarto Tuſcula. Etſi fidentia. id eſt, firma animi cōfiſio, ſcientia quædam eſt, & opinio grauis, non temere aſſentiens: metus quoque eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Fidens, qui fidit. Idem 1. Tuſcula. Fidenti animo (ſi ita res fert) gradietur ad mortem.

Fidēntĕr, aduerbium: hoc eſt, tutè & cum fiducia. Cicero. 1. de Orat. Tum ille fidenter homo peritiſſimus confirmare, ita ſe rem habere, ut reſpondiſſet.

Fidēs, ei. f. q. (πίστις) dictorum eſt & conuentorum conſtantia & ueritas: quia fiat, quod dictum eſt, ſic appellata, authore Cice. 1. Offic. Duæ enim ſyllabæ ſonant, cū dicitur fides, prima ſyllaba eſt à facto, ſecūda à dicto. Interrogo ergo te, utrū credas: dicis, Credo: fac quod dicis, & fides eſt. Hinc dare fidem, accipere fidem. Vergil. Accipe daq; fidem: quod eſt promittere. Martialis, Accepit fabula priſca fidem. id eſt, credita eſt. Bonæ fidei homo uocatur, cui res tutò creditur, uel qui rem ſibi creditam fideliter ſeruat. Sueton. Auguſtus populo promiſſum congiarium repoſcenti, bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. Et bona fide. id eſt, citra fraudem. ἀτεχνῶς, ἀγαθῇ πίστει. Habere fidem, credere eſt. Terent. in Eunu. Cicero pro Lentu. Fidem pro promiſſione, & quaſi ſponſione poſuit: Pompeij fides, quam de me Cæſari dederat. Facio fidem, per teſtes eſt. πίστιν διδόναι, πιστὸν ποιεῖν. Implorationis eſt apud Iuuenalem, cum inquit: Nos hominum Diuûmq; fidem clamore ciemus. Sic etiā, Proh deûm atq; hominum fidem.

Fidēs, fidis. f. t. cithara, dicta quòd tantum inter ſe chordæ eius, quantum inter homines fides concordet. Cic. Hort. Ponendæ ſunt fides & tibiæ. Aliquando chordæ ipſæ dicuntur fides.

Fidĭcĕn. inis. m. t. pen. cor. qui fidibus canit. κιθαρῳδός, κιθαριστής. Cice. Pæto. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

Fidĭcĭnĭŭs. a. um. quod ad fidicinem pertinet. Plau. in Rud. Eā uidit ire è ludo fidicinio domum.

Fidĭcŭlă, læ. f. p. λύρα. dimin. parua cithara, uel chordula citharæ. Cic. li. 3. de Nat. Quid ſi platani fidiculas ferrēt numeroſè ſonantes, idem ſcilicet cenſeres, in platanis ineſſe muſicam? Eſt & fidicula inter aſtra conſtituta, quæ fides à Columel. ab Hyginio lyra nominatur. Plin. li. 28. Fidicula occaſu ſuo autumnū inchoat. Præterea fidiculæ. κόρακες. numero tantum plurali, ſumitur pro inſtrumento quodam, torquendi.

Fido, is. fiſus, (θαῤῥέω, πέποιθα. fidem habeo, credo, ſpem pono, & tam cum ablatiuo, quàm cū datiuo conſtruitur. Iuuen. Fidimus eloquio Ciceronis. Verg. Et fidere nocti. Huius compoſita ſunt, Confido, & Diffido: quæ ſunt contraria. Nam diffidere. ἀπιστεῖν. eſt credulitatem deponere. Seneca, Nec ſecundis rebus nimis fidendum, nec aduerſis diffidendum eſt. Et habent penultimam productam.

Fidūciă, æ. f. p. πεποίθησις. ferè ſemper in bonum, quamuis aliquādo in malum. Verg. Tanta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri? Et, Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum?

Fīdŭs, a. um. πιστός. à fido, is. dicitur cui fidendū eſt. Cice. de Ami. Tarquinium dixiſſe ferunt tum, cum exulem ſe eſſe intellexiſſet, quos fidos habuiſſet. & quos infidos. Idem 2. de Finibus, Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitiæ fida cuſtodia. Huius compoſitum & contrarium eſt Infidus, (ἄπιστος) penult. produ. nam perfidus, penult. correpta à fides fit. Liuius: Infida regni ſocietas.

Figmēntŭm. ti. n. ſ. πλάσμα. quod fictum eſt à fingo, fingis. Pliuius lib. 10. cap. 54. Quædam & citra incubitum, ſponte natura gignit, ut in Aegypti figmentis eſt ſcriptum.

Figo, is. xi. ctum. & xum. a. t. πηγνύω. eſt immittere. Columella: Palum humi fixit. Cicero ad Attic. lib. 1. Aſt tute ſcripſiſti ad me quondā,

caput legis Clodium in curiæ poſte fixiſſe. Figere per tranſlat. pro firmare. Cice. ad Attic. lib. 8. Et ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod iam ſatis fixum uidebatur. Interdum ponitur pro plantare. Verg. lib. 4. Georg. Ipſe feraces Figat humo plantas. Interdum pro percutere, ferire. Iuuenalis, Cum tener uxorem ducat ſpado Meuia Tuſcum Figat aprum, & nuda teneat uenabula mamma. Huius compoſita ſunt, Affigo, (προσηλόω, προσπήγνυμι) iuxtà figo, appono. Lactan. lib. 4. At illi comprehenſum, ac Pontio Pilato, qui tum legatus Syriam regebat, oblatum cruci affigi poſtulauerunt. Aliquando iuxtà planto. Verg. 2. Georg. Nec ſemine iacto Concretam patitur radicem affigere terræ. Configo. Defigo, (καταπηγνύω) deorſum figo, planto, aut mitto. Verg. 2. Georg. Altius & penitus terræ defigitur arbos, Eſculus in primis. Lactan. lib. 2. Oculos ſuos ab alto deijciunt, ſoloq; defigunt. Infigo, intus figo. ἐνερείδω, ἐμπήγνυμι. Colum. lib. 2. Nam pecudes molli ſolo infigunt ungulas. Præfigo, antè figo, ſeu intus claudo. Verg. 3. Geor. Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos, Primaq; præfigunt ferratis ora capiſtris. Suffigo, ſubtus figo, ſiue ſuper clauis figo. καθηλόω, καταπήγνυμι. Lactan. lib. 4. Quid de huius crucis indignitate dicimus, in qua deus à cultoribus dei ſuſpenſus eſt, atq; ſuffixus? Refigo, rurſus ſiue ualde figo. Colum. lib. 5. Nam ſiue prope truncum defigitur palus, pedali tamen ſpacio refigendus eſt. Transfigo ultrà ſeu ab una parte ad aliam figo. Liu. lib. 1. Stricto itaq; gladio, ſimul uerbis increpans trāſfigit puellam.

Figŭlīnă, næ. f. p. ſeu quod magis à doctis uſurpatur per ſyncopen, figlina, (κεραμεῖον) pen. prod. officina eſt, in qua figulus opera facit: & opera ipſa figlina, (κεραμικὰ.) & fictilia dicuntur. Plin. lib. 14. Vrūtur omnia ea crudo fictili in fornacib. donec figlina percoquātur. Itē figlina dicitur ars figulorū. Idē. 7. cap. 56. Figlinā primus inuenit Cherebus Atheniēſis.

Fĭgŭlŭs, li. m. ſ. pen. cor. fictor dicitur, qui ex creta, atq; argilla opera facit. κεραμεύς, κοροπλάθος. Plin. lib. 35. ca. 12. Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi figlinæ opera.

Fĭgūră, ræ. ſ. p. à fingo, dicitur forma, aſpectus, qualitas. σχῆμα, τύπος, ἰδέα. Cic. 1. Offic. Corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu. Idem 5. de Fin. Figura eſt forma & ſtatura corporis noſtri ad ſtaturam apta. Figura (inquit Aſconius) eſt circa geſtum, ſitumq; membrorum: ſtatus, circa ornatum & habitum ueſtis. Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores floſculi quidam orationis ſunt à conſueto uſu loquendi recedentes. Quintil. Figura eſt conformatio quædam orationis remota à communi.

Fĭgūro, ras. (σχηματίζω) pen. pro. formo, & figuram impono. Cicero De uniuerſ. À quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea figura figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Lactan. lib. 2. Hominem figurauit ex limo terræ. Figuratè, aduerbium ſignificat per figuram. Compoſita ſunt, Configuro quod eſt compono, & ſimul formo. συσχηματίζω. Idem lib. 7. Quoniam homo ex rebus diuerſis, ac repugnantibus configaratus eſt, anima & corpore. Præfiguro, de quo infrà.

Fĭlĭăſtĕr, ſtri. m. ſ. filij imitator, & à nonnullis pro priuigno, (πρόγονος) capitur, cuius fœmininum eſt filiaſtra.

Fĭlĭcŭlă, læ. f. p. herba eſt, aliàs πολυπόδιον dicta, ſimilis eſt filici: radix piloſa, coloris intus herbacei, craſsitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa, ſubdulcis, in petris naſcens. Plin. lib. 26. cap. 8. Germanis engelſues.

Fĭlĭīfămĭlĭās dicuntur, in quos patresfamiliās iuriſdictionem habent.

Fĭlĭŭs, lij. m. ſ. υἱός, ἀπὸ τοῦ φιλεῖν dictum uolunt, hoc eſt ab amore, quòd omnium conſtantiſsimus amor ſit parentum in filios. Appellatione filiorum (ut Iureconſulti ſentiunt) etiam filiæ continentur, ſed non econtrario. Dicitur etiam de brutis. Colum. lib. 6. cap. 17. Eiuſmodi admiſſarius nepotibus, quàm filijs utilior. Terræ filij, dicebantur olim obſcuro ignotoq; genere nati, propterea quod terra ſit omnium communis parens: uel quòd etiā iuxta quorundam hiſtorias, primis temporibus mortales è terra naſcebantur. Cic. ad Att. lib. 1. Sed hæc ad te ſcribam aliàs ſubtilius: nam neq; adhuc

mihi

mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam.

Filiolus, li. m. ſ. dimin. Cic. Att. lib. 1. Filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia. Filiola. læ. Plau. in Rud. Filiolam ego unã habui, eamq; unam (perdidi.

Filix, icis. f. t. genus herbæ ſatis notæ, uulgo farn. Colum. lib. 2. Iunci & graminis pernicies repaſtinatio eſt, filicis frequens extirpatio. Nam conſtat filicem ſationibus & ſtercoratione facilius interimi. Huius duo ſunt genera, ut ſcribit Plin. lib. 27. ca. 9. Verg. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris. Naſcitur frigido ſolo. Huius radices pellunt interaneorum animalia. Non ſunt dandæ fœminis, quoniam grauidis abortum, cæteris ſterilitatem faciunt. Folia cimices necant, ſerpentem non recipiunt. Huius dimin. eſt filicula. Filictum. cti. locus filicibus conſitus. Colum. lib. 2. ca. 2. Iuncone ſit, an gramine uestitus, an filictis, alijsúe frutetis impeditus.

Filum, li. n. ſ. (ὕφασμα, νῆμα, μίτος) propriè quod ex lino lanaúe trahendo ducitur. id eſt, linamentum. Lucilius: Surge mulier, duce filum non malum. Aliquando ponitur pro linea. Var. Sumptoq; atramẽto ſutorio filum duxit. Aliquando pro lineamentis faciei & uenuſtæ pulchritudinis. Gellius forma ac filo uirginali dixit imaginẽ iuſtitiæ fieri ſolitã. Transfertur & ad ſcriptionem. Gellius, Amaui in utriuſq; epiſtola breuitatis elegantiſſimæ filũ tenuiſſimũ. Hinc Filo. as. νήθω, κλώθω. cuius paſſiuũ eſt filor: à quo Effilor. Effilatũ enim dicimus, quod extra ueſtimentum filo contextum eſt, quod erectum quoq; à quibuſdam dicitur. Eſt autem filare, filum ducere.

Fimbria, æ. f. p. κράσπεδον, θύσανος. omnis ueſtium extremitas, quæ cæſuratim reciſæ diſſecantur: inde fimbriatum, per cæſuras laniatum. Antiqui fimbrũ dicebant extremum. Fimbriata urticæ folia eſſe ſcribit Plin. ex quo colligimus, qualis ſit poſituræ & flexura fimbria

Fimetum, ti. n. ſ. ſterquilinium, uel ſtercoratio. κοπρῶν. Plin. lib. 19. cap. 2. fimeta ſub dio concauo loco, & qui humorem colligant intecta ſtramento, fieri iubet. (rum.

Fimum, neutro genere, idẽ quod & fimus: quod no fritillum & alueolũ dicimus, in quo coniectæ teſſeræ agitataeq; miſcentur. κύβος. Horatius, Mitteret in fimum.

Fimus, mi. m. ſ. (κόπρος, ὄνθος, ἀποπάτημα, ἀποσκεὺ, ἄφοδος) lætamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri ſtercorantur. Apuleius, Fimo fiſtula excuſſo. Plin. lib. 17. cap. 9. Marcus Varro principatum dat turdorum fimo ex auiarijs. Apuleius fœm. genere profert, cum ait: Liquida fimo ſtrictim egeſta.

Finale, (τελικὸς, τελευταῖος) quod ad finem pertinet: ut finalis cauſa.

Findo, dis, fidi, fiſſum, a. t. per duplex ſſ, ſignificat ſcindo & diuido, uelui in duas partes. σχίζω. Columella libro 3. Curabis, ut præacutiſſima falce, ab ea parte qua bifurca eſt, ſcindas eam. Huius compoſita ſunt, Diffindo, quod eſt in diuerſas partes findo. διασχίζω. Verg. Et media liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Infindo, intus findo. Idem, Quæ iubeant telluri infindere ſulcos. Fiſſile, σχιστόν. Fiſſura. σχίσμα. & Quadrifidus, deriuata ſunt. Vide infrà in dictione Fiſſile.

Fingo. is. xi. ctum. a. t. compono, formo. πλάττω, σχηματίζω. Vnde & figuli dicuntur, & uas fictile, quod formatur, ut ſit, & aliquam formam habeat. Sall. Quæ natura uentri prona, atq; obedientia finxit. Eſt enim generale uocabulum ad omnia, quæ ingenio manuq; artificioſè formantur: ut apud Cic. 1. Offic. Apium examina nõ fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cũ congregabilia natura ſint, fingunt fauos. Aliquando ſignificat ſimulare, quoniam ea quæ ſimulamus, ita formamus atq; componimus, ut uera eſſe uideãtur. Cic. de Fin. Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ. Hinc fictio, fictum, & figmentum. πλάσις. Item fingere, tergere. ἐκμάσσειν. Cice. in Sextia: Spongijs ſanguis effingebatur. Verg. lib. 8. Et corpora fingere lingua. Huius uerbi compoſita ſunt Affingo, quod eſt iuxtà fingo, uel compono. Lact. lib. 1. Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Confingo, ſimul fingo, ſimulo. συμπλάττω. Teren. Phor. Omnia hæc confingam. Diffingo, quod fictum formatũq; fuerat remoueo. (ἀναπλάττω.) Hor. 1. Car. Neq; diffinget, infectũq; reddet. Effingo, de quo ſuprà.

Finio is.iui.itum.n.q. perficio. περαίνω, τελέω. Apuleius: Sine opus finiam, quod incœpi. Pli. De uiris illuſt. Cũ inter Romanos & Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio & Suffecio, placuit rem paucorum certamine finire. Aliquando eſt terminum ponere, metari. ὁρίζω. Vnde Finitores, ὁρίζοντες. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Definio, diffinio, & præfinio. Sciendum eſt, quòd finire, & definire idem ſignificant quandoq;. Quint. lib. 2. Ante omnia quid ſit rhetorice, quæ finitur quidem uarie. Sic finis, & definitio.

Finis, generis tam maſc. quàm fœminini. Verg. »Quem das finem rex magne laborum? Idem, Hæc finis Priami. Et eſt finis, terminus ſiue extremitas in unaquaque re. hoc eſt, id in quo unaquæq; terminatur res. τέλος, πέρας, τὸ ἔσχατα. Sic dicitur finis terminationis, ut pratum dicitur finiri, ubi terminatur. Et conſummationis, ut domus finitur, quando conſummatur: & ueſtis finita eſt, quando conſuta eſt, ut indui poſſit. Rurſus eſt finis conſumptionis. Sic dicimus cibũ eſſe finitum, & candelam finitam, quando conſumpta eſt. Eſt & intentionis. σκοπός. Sic dicitur, talis eſt finis huius operarij. id eſt intentio. Hinc artifices finem uocant id, ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: ut finis medici, eſt curare: finis oratoris, eſt bene dicere. Finis finium, pluraliter tantum, pro terminis, & limitibus. Terent in Heaut. Symus & Crito Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. Plin. lib. Epi. Eſt in Nicomedenſium finibus ampliſsimus lacus. Compoſita ab hoc nomine ſunt, Affinis & Confinis. pen. pro. Vnde confines agri, (ὅμοροι) dicuntur, qui eodẽ loco finiunt.

Finitimus, ma. mum, pen. cor. quod propè eſt. Liuius: lib. 1. Iam res Romana adeò erat ualida, ut cuilibet finitimarũ ciuitatũ bello par eſſet.

Finitio, onis. f. t. (ὁρισμός, λόγος, ὅρος.) uide in Definitio, ſiue Diffinitio.

Finitor, oris. m. t. pen. pro. dicebatur qui nunc agrimenſor. γεωμέτρης. Plaut. in Pœn. Eius nunc regionis limites confinia determinabo, eius rei ego factus ſum finitor.

Fio fis, factus, neutropaſſ. ſignificationem paſſiuam habet. Græcũ tamen eſt φύω. Et in infinitiuo fire habet, ſecũdum rectã declinationem, quod patet per eius compoſita, Confinire & Suffire, (ἀποθυμιᾶν) licet & confieri dicatur. » Verg. lib. 4. Confieri poſsit paucis, aduerte, docebo. Quæ duo, & ſi à uerbo paſsiuam ſignificationẽ habente deſcendant, actionem ta»men denotãt. Verg. At ſuffire thymo, ceraſq; recidere inanes Quis dubitet? Confio tamen in paſsiua ſignificatione reperitur pro conficior, ut apud Macrobiũ, Oportet diem qui ex quadrantibus confit, intercalare. id eſt, conficitur. Colum. lib. 2. Tria ſtercoris genera ſunt præcipua, quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Defit, de quo alibi. Exfio. Infit, incipit: habet enim ſignificationem actiuã. Liu. lib. 1. Tum ita Tullius infit. (ἦρξε, ἔ.) Antiqui tamen fior dixerũt. Vnde Cato Cenſorinus de Lucio, inquit, Græco ritu fiebantur Saturnalia. Huius infinitiuus, ut diximus, eſt firi, pro quo (ut Priſcianus docet) interpoſita e, dicimus de uſu fieri. Conſtruitur modo cũ ablatiuo: ut, hoc factum eſt à te: modo cum nominatiuo, ut ille fit doctus. Ponitur quandoq; pro æſtimari. τιμᾶσθαι. Cice. in Lælio: Tertius uero ille finis teterrimus ut quanti quiſq; ſe ipſe faciat, tãti fiat ab amicis. In tertia perſona quandoq; pro euenit, contingit, συμβαίνει. Idem lib. 1. Offi. Fit aũt interdum ut nonnulli omiſſa imitatione maiorum, ſuum quoddam inſtitutũ conſequantur. Fieri poteſt, (ἐνδέχεται) pro poſsibile eſt, ab oratoribus uſurpatur. Habet fio ea compoſita, quæ facio: ut Caleſio, Frigeſio, &c. Fieri & incipi non ſunt idem. Lactan. lib. 2. Nihil incipi, aut fieri, aut conſummari quicquam poteſt, niſi ratione promiſſum.

Firmamentum, ti. n. ſ. ſoliditas & ſtabilimentum. στερέωμα, κῦρος, τὸ ἀσφαλές. Cice. 1. ad Heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur, nec firmamentum (τὸ συνέχον) quæritur, quoniam non ſubeſt ratio. Vnde firmamentum dictum eſt cœlum à firmitate.

Firmo, as. a. p. ſtabilio, fortifico. καθίστημι, κυρῶ, κρατυνῶ, στηρίζω. Liu. Firmabatq; eum Africis maximè præſidijs. Lact. lib. 4. Supereſt, ut uerbis facta firmẽtur. Huius cõpoſita ſunt, Affirmo, confirmo (ἐπικυρῶ) pro approbo, roboro. Quintil. libro 1. Debet ergo doctor ille perfectius, & docere iſta præcipiendo, & confirmare

marefaciendo. Et pro certifico. Cicero Trebatio: Balbus mihi confirmauit, te diuitem futurum. Infirmo, (ἀκυρόω) non firmo, ſiue deficere cadere úe facio. Lactan. lib. 5. Vbi autem religionis eius, contra quam perorabat, infirmare uoluit rationem. Refirmo, rurſus firmo. Offirmo, de quo infrà.

Firmūs. a. um. o. ſ. ſtabilis, conſtans. ἐῤῥωμένος, βέβαιος, ἰσχυρός. à ferendo dictus, quòd conſtanter omnia ferat. Cic. Tyr. Te penitus rogo, ne tam longæ nauigationi & uiæ per hyemem, niſi bene firmum committas. Hinc Firmitas, (βεβαιότης) quæ & Firmitudo dicitur, pro ſtabilitate & conſtantia. Plautus: Si iſtam firmitudinem animi obtines, ſalui ſumus. Item firmus (ὀχυρὸς) dicitur munitus, fortificatus. Cic. Firmus ab equitatu, quod eſt, munitus ab equitibus, firmus per equites. Huius contrarium eſt infirmus. id eſt, debilis. ἀσθενής.

Fiſcālis. le. o. t. quod ad fiſcum pertinet: ut ius fiſcale, fiſcalis cauſa.

Fiſcālēs calūniæ dicebantur delatorũ, qui alios accuſabant, & nonnunquam ex fiſco eis dabatur pars mulctæ, qua accuſati mulctabantur.

Fiſcellă, læ. f. p. (τάλαρος) diminutiuũ à fiſcina, uas uimineum, aut ex iuncis, quo lac coagula»tur, dum caſeus exprimitur, uel in quo caſei fe»runtur. Tubul. Tunc fiſcella leui detexta uimine iunci, Raraq́ per nexus eſt uia facta ſero. Item fiſcella dicitur, qua boũ ora faucesq́ iumentorum capiſtrantur. φιμός. Plin. lib. 18. Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Fiſcellum, fiſcelli, pro eodem. Colum. lib. 11. cap. 38. Mox fiſcello ligneo incluſas exprimito.

Fiſcellŭs, li. m. ſ. ab antiquis dicebatur caſei mollis appetitor. Quo nomine etiam dictus eſt mons in Italia non longe à Tiberi.

Fiſcŭs. ſci. m. g. Aſcon. fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea, ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecuniæ capiendas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum eſt ut fiſcus pro pecunia publica dicatur. Hæc ille. Alij ſcribunt fiſcũ principis dici, ærarium uero publicum. Plin. ad Traia. At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Inde cōfiſcari ſolet dici, in publicũ ius ærarij redigere. Suet. in Auguſt. Deuictis his & confiſcatis promiſſa Veteranis præmia ſoluerentur. Fiſcus item pro qualo olcario, qui ceruici torcularis ſupponitur, ne fraces in lacũ cũ oleo deſluãt.

Fiſcĭnă. æ. f. p. pen. cor. à fiſcus præter regulam aliorum: à primitiuis habentibus c deſcendentium, ut mancus, mancinus. Fit autẽ plerunq́ ex iunco, quod alij caniſtrum, alij calathum di»cunt. Vergil. Et facilis rubra texatur fiſcina uirga. Dicta eſt fiſcina (inquit Varro) à ferendo. Ea namque feruntur paleæ, fœnum, frondes, & id genus reliqua. Ouid. Vn»de data eſt ægræ fiſcina frondis oui. Fiſcina item olei factores utũtur, ut idem lib. 15. oſtendit. Huius diminut. ſunt, fiſcella & fiſcinula.

Fiſsĭbĭlĕ, quod fiſſum eſt, σχιστόν. ut fiſsibilis arbor. Plin. lib. 16. Milleq́ fiſsibile rimis hoc lignum.

Fiſsĭlis, le, o. t. penult. corr. quod ſcinditur, quaſi fiſsibile, uel quod eſt aptũ ut findatur. Verg. »Nam primi cuneis ſcindebãt fiſsile lignũ. Aliquando quod fiſſum eſt, ac ſciſſum. Plau. Aul. Ad focũ ſi adeſſes, non fiſsile haberes caput.

Fiſtūcă. cæ. f. p. uulgò pilotium dicitur. à fiſtuca machina uulgò nota, qua etiam pauitores utũtur, utrinq́ anſata: hac enim pali magna ui in terram adigũtur. Vtitur & hac uoce Plin. li. 36. Fiſtuca alia eſt magna molis, qua trabalis materies in terrã pangitur, aut in alueũ fluminis: quæ funib. tollitur, et pōdere ſuo remiſſa alliditur, cuiuſmodi Pariſijs ſæpe uiſitur. Hinc fiſtucare pro ſpiſſare, &c. Fiſtucatum dicitur fiſtuca exæquatum. Vnde & fiſtucatio apud Vitruuiũ li. 7. pro ea exæquatione. Plin. lib. 17. ca. 11. Sicuti terram circa radices fiſtucato ſpiſſandam. Hæc Budæ. in Annot.

Fiſtŭlă, læ. f. p. (σῦριγξ) proprie dicitur per quã aqua educitur fuſa: à fundendo, ſiue ferendo: ſicut tubi à tumore, & canales à canna, quòd ad earũ ſimilitudinem facti ſunt. Cic. pro Rabir. Etſi C. Marius quòd fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac ſedibus, præcidi imperat. &c. Ab huius ſimilitudine inſtrumentum muſicũ, quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuẽtor fuiſſe, ut refert Pli»ni. lib. 7. cap. 56. hoc nomine appellabatur. Verg. Septem compacta cicutis Fiſtula. Item ulcus altũ, anguſtum, & calloſum in corpore, ſiue

ſiue ex uulnere ſit ſiue ex uitio ortum, quod ad ſuppurationem uenerit. Plinius lib. 20. ca. 6. Extrahit fiſtulis uitia cum ſulphure & reſina, etiam arundines cum pice. Eſt etiam fiſtula in homine per quam ſpiratur, ſeu cibus deijcitur. Nam duas eſſe fiſtulas ſcribit Lactant. De Opif. hominis, ſpiritalem ſcilicet & cibalem: illa ſpiritum meare, hac cibum potumq́ue deſcendere. & hæ à faucibus incipiunt. Plin. lib. 9. cap. 7. Branchiæ non ſunt balænis, nec delphinis: hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. Rurſus fiſtula, arbor aromatica, ſed parua, quæ & caſia dicitur, quæ pro ſui breuitate à quibuſdam inter herbas odoriferas numeratur, & ad curandas uiſcerum moleſtias ualet. Fiſtulator, (συριγκτὴς) accipitur pro tibicine, ut eſt apud Gellium & Cice. 3. de Orat. Sed fiſtulatorem domi relinquetis.

Fiſtŭlo, as. n. p. fiſtulam ago, & in modum ſpongiæ quicquam facio. συρίζω. Plin. lib. 18. ca. 11. Et pumicis fiſtulans uice.

Fiſtŭlōsŭs, a. um. (χαυνώδης) quod eſt ſpongiæ modo factum. hoc eſt, foraminibus plenum. Vnde caſeus fiſtuloſus apud Colum. lib. 7. ca. 8. cum eſt parum preſſus.

Fitigĕs. pen. cor. ut ait Plin. ſunt animalia Aethiopiæ, fuſci coloris, mammillas geminas in pectore habentia ſicut homo, nec adeò multũ fera, ut quæ domari non poſsint, nec ita manſueta, ut nocentibus non noceant.

Fixŭlăm, à fingendo, pro fibula ueteribus.

Fixŭs, a. um. o. ſ. firmatus, & conſtitutus.

F ANTE L.

FLabellŭm, li. n. ſ. (ῥιπιδίον) dimin. à flabro, & accipitur pro inſtrumento, quo fit uentilatio per æſtatem ad refrigerandum corpus. Teren. Eun. Heus tu Dore, cape hoc flabellum, & uentulum huic facito, dum lauamur. Ouidius de Arte amandi: Profuit, & tenui uentos mouiſſe flabello.

Flābĭlis, le. o. t. perflabilis. Cice Tuſc. 162. Nihil eſt in animis, ne humidum quidem, aut flabile, aut igneum.

Flābrŭm, bri. n. ſ. (ῥόθον, πνοή) quaſi flatio, à flo, flas. Propert. Neq; hic Boreæ flabra, ne.p arma timet. id eſt, flantes uentos. Vergilius: Ergo non hyemes illam, non flabra nec imbres Conuellunt.

Flăccĕo, es. cui. n. ſ. langueo. χαλάω. à quo flacceſcere, (χαλάω) languidus fio. Colum. lib. 3. Paucisq́ue horis, dum flacceſcat, in ſolo habeto. Compoſitum eſt Conflacceo, quo uſus eſt Gel. lib. 1. pro detumeſco.

Flăccĭdŭs, a. um. à flaccus dicitur, quod eſt languidum χαλαρός. Plin. lib. 15 cap. 30. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq́ue & albicante. Vnde flaccidi, ſiue flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectæ ſunt. Columel. libro 8. Caper flaccidis & prægrandibus auribus, exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum eſt, ut Flacci appellentur, quia aures deorſum pendentes habent.

Flăccŭm, ci. n. ſ. (τετριμμένον) dicitur tritum: & flacco habere, quaſi ad terendum habere. Plautus: Perij, flacco habebit iam illhic homo lumbos meos. Hinc fit Deflacco. cas.

Flăcēs, ium. f. t. (ὑπόγυια) oliuarum purgamenta. Plin. In amurca & flacibus hæ ſunt carnes & illæ fæces. Vide Fraces.

Flăgellă, læ. f. p. (βλαστοὶ) dimin. à flagris, ſummæ arborum partes, & uirgæ: ſiue capita minorum ſarmentorum, ubi naſcitur uua, quòd caro his percuſſa flagret: quamuis aliqui à flando potius dici uelint, quòd uentorum crebros ſubſtineant flatus. Colu. lib. 5. At certè in ordinarijs uitibus utiq; obtinendum eſt, ne pluribus flagellis emacientur, niſi propaginibus futuris proſpiciemus. À uenti flatu flabellum prius, flagellum poſterius.

Flăgello, as. a. p. (μαστίζω) quaſi flagello cædo, ſicut uerbero à uerbere, & fuſtigo à fuſte. Mart. lib. 1. Lumina ſideribus certent, mollesq́ue flagellent Colla comæ. Plin. lib. 18. cap. 30. Meſsis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorum greſsibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Item increpare atq; perſonare. Flagellare annonam, eſt annonam duriorem facere. Plin. li. 33. ca. 11. Aut aliquis præualens manceps annonam flagellet.

Flăgĭtĭōsŭs, a. um. o. ſ. ſceleratus. ἀθέμιτος, πονηρός, μοχθηρός. Salluſt. In tanta tamq́ue corrupta ciuitate, id quod factu facilimum erat, omnium flagitioſorũ atq; facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat.

Flāgitiūm, tij.n.ſ.(ὕβρις, μοιχεία,) eſt uitium flagitione. id eſt, reprehenſione dignum: & eſt generale ad omnia mala. Cic. in Cat. Stupra uerò & adulteria, & omne tale flagitium, nullis alijs illecebris excitari, niſi uoluptatibus. Flagitium aliquando periculum ſignificat, ut uult Nonius. Lucil. lib. 29. Quiete poſcente minus, & præbent rectius multo, & ſine flagitio. Plau. in Epid. Abiero: flagitio cũ maiore pòſt reddes tamẽ. Hic apud Plautum damnũ, ſiue diſpendium uidetur ſignificare.

Flāgito, as. à flamma deductum uidetur, ut ſit quaſi flammas agito. Flagito enim propriè eſt, uehementer cum inſtantia clamo ac ſtrepitu poſco, cum flagella & flamma ſine ſonitu crepituq; non ſint, ut docet Don. Lact. lib. 4. Succlamare cœperunt, & crucem eius uiolentis uocibus flagitare. Habet hoc uerbum in ſe maiorem uim, quam poſtulo: & quandoq; accuſatiuo tantũ iungitur. Cicero pro Quintio, Quanquàm hoc cauſa poſtulat, & ſi poſtulat, non tamen flagitat. Huius compoſita ſunt, conflagito. Plin. lib. 14. Tanta populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi apaxiomenon conflagitauerit. Efflagito, de quò ſuprà.

Flagrātōrēs, m.t. dicebantur illi, qui mercede flagris cædi ſe permittebant.

Flagrīōnēs, num.m.t. dicti ſunt ſerui, quòd flagris ſubiecti ſint: ut uerberones, à uerbere.

Flagro, as.n.p.(φλέγομαι) ardeo: à flamma, uel à flatu, quo alitur incendium, quando flatu excitatur ignis. Verg. Flagrãtiſq; dei uultum. Plin. lib. 14. cap. 20. Fæx uini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Transfertur quandoq; ad deſiderium amoris, odij, iræ, uirtutis, aut uitij. Lact. lib. 1. Quid Apollo pater eius, nonne ob amorem, quo flagrabat, turpiſsime gregem pauit alienum? Liu. lib. 2. Ciuitas ſecũ ipſa diſcors, inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio. Huius compoſita ſunt, conflagro, quod eſt totum ſimul flagro. Lact. lib. 3. Capitoliũ non ſemel ſed ſæpius fulmine ictũ cõflagrauit. Deflagro, de quo ſuprà.

Flagrāntiă, tiæ.f.p. actus ipſe flagrandi. Gell. lib. 17. ca. 10. Quod de natura atq; flagrantia montis eius compoſitum eſt. Flagrantia oculorum, pro ardore. Cic. pro Cælio.

Flagrūm, gri.n.ſ. idem quod flagellum eius diminutiuum: uirga qua cædi conſueuerunt ſerui. Plaut. in Amph. Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum.

Flāmmātică arbor, fulmine icta.

Flāmmĕārĭūs, rij.m.ſ. infector flammei coloris, ſicut uiolarius, qui uiolacei. Plaut. in Aul. Ciniflones, patagiarij, induſiarij, flammearij, uiolarij, &c. Hinc flammea appellabant ueſtimenta lutei coloris, quibus flaminica utebatur: à quo & ueſtes quibus amiciebantur nouæ nuptæ ſimiliter uocabantur flaminicæ. Plin. lib. 21. ca. 8. Lutei uideo honorem antiquiſsimum in nuptialib. flameis totũ fœminis cõceſſum.

Flāmĕn, minis. neut. gen. flatus dicitur. πνεῦμα. à flo, flas. Hora. Cur Berecynthææ ceſſant flamina tibiæ. Vide flameum. Maſculino autem genere ſacerdotẽ ſignificat. Et flamines. id eſt φλαμίνιοι. cognomen accipiunt ab eo deo, cui ſacra faciunt, ut flamen Dialis, quaſi Iouialis: Martialis à Marte, & Quirinalis à Romulo. Dicti flamines ſacerdotes à filo, quo cinctum caput habebant, ut docet Var. Seruius: Flamines in capite habebant pileũ, quod cum per æſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo utebãtur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines.

Flāmĭnĭă, flaminis domus, & flaminia uia, Romæ, à Flāminio dicta. Gell. lib. 10. cap. 15. Ignem è flaminia. id eſt, flaminis Dialis domo, niſi ſacrum, efferri ius non eſt.

Flāmĭnĭcă, ſacerdotula, ſiue flaminis Dialis uxor.

Flāmĭnĭūm, nij.n.ſ.(πῖλος) tegmen quo matrone capita tegebant. Accipitur & pro ipſo ſacerdotio. Liu. 6. Bell. Pun. C. Claudius flamen Dialis, quòd exta perperam dederat flaminio abijt. Gell. lib. 10. cap. 15. Vxorem ſi amiſit, flaminio diſcedit. Hic nota abire, & diſcedere flaminio, eo modo dictum, quo abire magiſtratu, officio, &c.

Flāmĭnĭūs lictor, qui flamini Diali ſacrorum cauſſa præſto erat.

Flaminius, (φλαμίνιος) ſacrorum præminiſter.

Flāmmă, mæ.f.p.(φλόξ) à Græco φλέγω ardeo; inde flammifer. πυρφόρος. Plau. in Curc. Semper, tu ſcito, flamma fumo eſt proxima. Ponitur interdũ metaphoricè flãma pro periculo.

Cic.

Cic. 2. Tuſc. Quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt, per quam non concurrerint hi, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant? Teren. in Eunuch. Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. De fumo tendere ad flammam, ſignificat ire in periculum.

Flammēſcĕrĕ, (φλογοῦσθαι) eſt flammam fieri ac accendi.

Flammĕūm, ei. n. ſ. genus ueli rubri ſeu crocei, quod geſtabatur à mulieribus nuper nuptis: ſic dictū quòd eo aſsiduè utebatur flaminica. id eſt, flaminis uxor, cui non licebat facere diuortiū. Et eodē modo utebatur nupta flammeo, ut perpetuò cum uiro maneret. Lucan. de Martia iterum nubente Catoni, Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus. Huius diminut. eſt flammeolum. Iuuen. Sedat illa parato Flammeolo.

Flāmmĕŭs. a. um. (φλογώδης, φλογοειδὴς) quod flammæ colorem refert. Plin. lib. 35. ca. 6. Color debet eſſe flammeus. Colu. lib. 6. Quædā partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolæ Vulturnū appellāt, ut niſi uites tegminibus opacētur, uelut halitu flāmeo fructus uratur.

Flāmmigĕnă, (φλογογενὴς) è flamma genitus.

Flāmmiuŏmŭs. a. um. quod flammas uomit.

Flāmmo, mas. flammam produco. φλογόω. Vergil. 3. Georg. Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens Sæuit agris. Hinc componitur inflammo, quod eſt ualde uel intus flammo. Cic. Curioni, Non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.

Flātŏr. ἀήτης & flātŭs. πνοή. Vide in Flo.

Flātŭōſŭs morbus, epilepſiæ tertia ſpecies, quæ fit ex melancholia. Galenus, de locis affectis, lib. 4. cap. 6.

Flāuĕo. es. ui. n. ſ. fulgeo, & auri colorem reddo. πυῤῥίζω, ξανθίζω, à flāmo, quòd ſit color non diſſimilis flammæ, uel à flando, quòd flata metalla eum colorem habent. Colum. lib. 2. Sed æqualiter flauētibus iam ſatis, antequàm ex toto grana indureſcant, cum rubicundum colorem traxerunt, meſsis facienda eſt.

Flāuēſcĕrĕ, n. t. eſt flauum fieri. Verg. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

Flāuiſſæ, uide in Fauiſſæ.

Flāuŭs a. um. o. ſ. ξανθὸς. color ex uiridi & rufo, & albo concretus: hoc eſt fuluo clarior, qualis eſt color auri. bleichgel. Et attribuitur quandoq; melli. Martialis: Flaua mella. Quādoq; capillis. Ouid. lib. 2. Faſt. Forma placet, niueusq; color, flauiq; capilli. Quandoq; ariſtis maturis. Verg. 1. Georg. Neq; illum Flaua Ceres alto nequicquā ſpectat Olympo. Vbi Seruii. Flaua Ceres dicitur propter ariſtarū maturitatem. Sic flauam aquam, flauas frondes olearum dicimus.

Flēbilis. le. o. t. quod dignum eſt, ut fleatur. πολυδάκρυν, δακρυῶδες. Ouidius, Flebile carmē aues. Hora. Multis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior, quàm tibi Vergili. A quo Flebiliter, aduerb. cum fletu. Cic. 2. Tuſc. Vide quàm flebiliter reſpondeat.

Flĕcto. is. xi. xum. a. t. torquere, & curuare. γναμπτω, κάμπτω. Plinius lib. 11. cap. 45. Elephantus poplites flectit intus hominis modo, cætera animalia in diuerſum. Liuius 8. ab Vrbe, Ad Priuernū COS. flexit iter. Et per tranſlat. flectere animum: hoc eſt attendere, & aduertere. Teren. in Hecy. Iſthuc eſt ſapere, ubicūq; opus ſit, poſsis animum flectere. Huius cōpoſita ſunt, circunflecto, circumplico, circundo περιφέρω. Verg. Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni Ceſſantem longos & circunflectere curſus. Deflecto, de quo ſuprà. Inflecto. ἀνακάμπτω. in idem flecto. Offlecto, de quo infrà.

Flēgmă. uide in Phlegma.

Flēmĭnă, dicuntur quaſi flumina, cum ex labore uiæ ſanguis effluit circa talū, author Feſtus. Plaut. in Epid. Dum te ſequor, Præ laſsitudine inuaſerunt miſerum in genua flemina. Scribitur à nonnullis flegmina.

Flĕo, flēs, fleui, fletum, n. ſ. cum lachrymis plango, δακρύω. unde noſtrum flehen, uel flennen. Ideo tantum hominum eſt, ſicut rideo. Ouidius: Vt flerent, oculos erudiere ſuos. Hinc fletus, participium. Verg. Hic multum fletū ad ſuperos, belloq; caduci. id eſt nobiles & conſpicui, quorum mortem magna lamentatio ſecuta eſt. Et fletus ſubſtantiuum. κλαυθμός. Compoſitum eſt defleo, quod eſt flendo deploro. Cic. 1. Tuſcul. Non liberi defleti, non fortunæ omnes à uictoribus poſsiderentur.

Flĕxănĭmă, oratio dicitur, quæ animum flectere poſsit. ψυχαγωγὸς Cice. 2. de Oratore, Sed tan

tā uim habet illa, quæ rectè à bono poëta dicta eſt flexanima, atq; omniū regina rerū oratio, ut nō modò inclinantē erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiā aduerſantē & repugnantem, ut imperator fortis ac bonus, capere poſsit.

Flexĭlĕ, pen. corr. quod facilè flecti poteſt. καμπτόν. Plin. lib. 11. ca. 37. Sed quibus ceruix è multis uertebratisq; oſsibus flexilis ad circumſpectum articulorum nodis iungitur.

Flexibilis, le. o. t quod torqueri & facilè in quamuis partem curuari poteſt. Flexibilis ætas, per translationem. Cic. ad Brutum: Videtur enim in eo eſſe bona indoles, ſed flexibilis ætas multisq; ad deprauandum parati.

Flĕxŭōsŭs, a. um. quod uarios, uel multos habet flexus: ut Flexuoſa uitis, Cato de re Ruſt. ca. 33. Plini. lib. 9. cap. 20. Hæc omnia flexuoſo corporum impulſu ita mari utuntur, ut ſerpentes terra.

Flĕxĭlŏquŭs, a. um. o. ſ. qui ambigua & obſcura loquitur. Cic. 2. de Diui. Tuis enim oraculis Chryſippus totum uolumen impleuit, partim falſis, ut ego opinor: partim caſu ueris, ut fit » in omni oratione ſæpiſsime: partim flexiloquis & obſcuris, ut interpres egeat interprete.

Flĕxĭpĕs, dis. c. t. qui flexos pedes habet, ἑλίπους. Vnde Flexipeda hædera ab alijs poëtis dicitur, quam Verg. errantem uocat.

Flexo, xi. xum. eiuſdem ſignificationis eſt cum flecto. κάμπτω. Priſcian. A necto tamen nexui, quod tamen etiam necto, nexi dicentes, & nexus, ut flexo flexi & flexus.

Flĕxŭmĭnēs, ſiue potius flexanimes, num. m. t. equites Romani erant: à flectendis animis (ut quidam putant) ſiue potius à flectendis equis. Plin. lib. 33. cap. 2. Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe uariatum eſt, in his quoq; qui ad equitatum trahebantur, Celeres, ſub Romulo regibusq; appellati ſunt, deinde flexumines, poſtea Troſſuli, &c.

Flĕxūră, ræ. f. p. flexus, curuatio. στροφὴ, κλίσις, καμπὴ, λύγισμα. Colum. lib. 5. cap. 5. Vt flexuræ materias profundat.

Fligo, is. xi. ctum. a. t. θλίβω. affligo, quo uſi ſunt » antiqui. Vnde & flictus, pro afflictus. Silius, » Galea horrida flictu Aduerſæ ardeſcit galeæ. Liu. Ipſe ſe in terram fligit cadens. Huius compoſita ſunt, Affligo, (προσθλίβω) cōfligo, infligo, & profligo, quæ habent pen. pro. Eſt autem affligere, proprie proſternere, & in terram extendere. Plin. Aſsidua rotarum uertigine afflixit, ad caſum eius tellure concuſſa. Cæſ. Neq; ſi quo afflictæ caſu fuerūt, erigere ſeſe, atq; eleuare poſſunt. Per trāslat. ponitur pro perturbare, uexare. Sen. Vt animū uarijs curis afflictū oratione lenirem. Hinc afflicto. as. ψυχόω. frequentatiuum, de quo & alijs compoſitis locis ſuis.

Flō, flas, flaui, flatum, n. p. ſpiro. φυσάω. Cæſar 5. Belli Gall. Quod Corus uentus nauigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſueuit. Hinc Flatus. tus. pro ſpiritu, & uento. πνεῦμα. Cic. 2. Off. Nam cum proſpero flatu eius utimur, ad exitus prouehimur optatos: & cū reflauerit, affligimur. Et flatores antiquitus tibicines dicebantur, quòd flando tibias ſonarent. Et flabellum. ῥιπίδιον. Et flabilis. le. Cic. 1. Tuſ. Nihil'ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Aliquando flo. χωνεύω. ſigno eſt, quòd æs ſiue argentū flando, hoc eſt, flatu calefaciendo, ſignetur. Hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. Eius compoſita ſunt, afflo, quod eſt ad aliquid ſpiro. Cic. in. Cato. Cum admiraretur Lyſander, & proceritates arborum, & directos in quicuncem ordines & humum ſubactam atq; puram, & ſuauitatem odorum, qui afflarentur è floribus. Per » translat. Vergil. Nanq; ipſa decoram Cæſa» riem nato genitrix, lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. id eſt, flando dederat. Difflo, flatu diſpergo, diſturbo. Lucilius lib. 26. Pars difflatur uento, pars autem obrigeſcit frigore. Deflo, deorſum uel ualde flo. καταχωνεύω. Varro. Inflo, ἐμπνευματόω. turgefacio, quales ſunt utres uento diſtenti, transferturq; ad animum. Lactant. libro 6. Si efferatur ira, ſuperbia tumidus infletur. tractum à folle qui flatu turgeſcit. Hinc pro pulſare, ſiue tibia cane» re. Verg. Tu calamos inflare leues, ego diſce» re uerſus. Inflatio. ἐμπνευμάτωσις. Perflo, (διαπνέω, διαφυσάω.) ualde flo, ſiue multum commoueo. Ideo, Et terras turbine perflant. Reflo, retro uel contra ſpiro. ἀντιφυσάω. Cice. 1. Tuſc. Sin autem reflantibus uentis

uentis reijciemur, tum eodem paulò tardius referamur neceſſe eſt. Sufflo(ὑποφυσάω)ſubtus ſpiro, ſiue ſuperflo & turgefacio. Nonius: Sufflatum dicitur tumidum, & quaſi uento quodam latius factum. Et ſufflare, flatum facere. Conflo, & efflo alibi. A ſufflo etiam fiunt compoſita, inſufflo, & exſufflo.

Flŏcēs uini, (σέμφυλα) uuarum purgamenta: hoc eſt uinaceæ: ſicut flaces oliuarum, fæx à uinaceis expreſſa. Cæcilius Aedepol ego neq; florem neq; floces uolo mihi, uinum uolo.

Flŏcci, orum. m. ſ. lanarum particulæ diuiſæ à uelleribus inutiliter euolantes: & per diminutionem flocculi. κροκίδες, τὰ ἐρίδια. Var. Diligĕtiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne qui flocci intereant. Plin. Naſcuntur in robore pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. nam & ſine oleo flagrant.

Flŏccĭfăcĭo, & Floccipendo: à flocco, pro contemno, & in nulla æſtimatione habeo. Plaut. in Epid. Dum tibi ego placeã, atq; obſequor, meum tergum floccifacio. Idem autem ſignificant floccifacere aliquem, & non facere flocci, diuiſa compoſitione. Cic. ad Att. lib. 4. Totam deniq; Remp. flocci non facere. Idem ad eundem lib. 13. Hoc ipſum prorſus aueo ſcire, nec tamen floccifacere.

Flōrāliă dicuntur loca, in quibus ſunt flores. Varr. lib. 1. de re Ruſt. Quæ pomaria aut floralia appellantur.

Flōrĕo, res. rui. n. ſ. eſt floridum eſſe, ſeu flores habere. ἀνθεῖν. Cic. lib. 1. Tuſc. Segetes largiri fruges, florere omnia, fontes ſcatere. Per translat. eſt ſplendere, aut in aliqua proſperitate eſſe, excellere. εὐδαιμονεῖν. Cice. in. Læl. Magnaq; Græcia, quæ nunc quidem deleta eſt, tum florebat inſtitutis & præceptis. Huius compoſita, defloreo, effloreo, de quibus alibi, & refloreo, quod eſt rurſus floreo. Eſt & floro. at. ἀνθίζω. Vnde & præfloro, ἀπανθίζω. Gellius.

Flōrēſcĕrĕ, n. t. eſt floridum fieri. ἀνθεῖν. Columel. lib. 5. Ventiq; nebulam & rorem peſtiferum celeriter aſsiccant, multumq; ad floreſcendum & ad bonitatẽ uini conferunt. Per metaphoram pro augeri, ſiue creſcere. Cic. pro. Marcel. At uerò hæc tua iuſtitia, & lenitas animi floreſcet quotidie.

Flōrĕŭs, a. um. quod eſt ex floribus. ἄνθινος. ut, Florea corona. Plaut. in Men. Non ego te modò hic ante ædes cum corona florea Vidi aſtare? Mart. Et cingant florea ſerta caput.

Flōridārĕ, (ἀνθεῖν) idem quod florere: unde prata floridantia dicuntur.

Flōridŭs, a. um. quod floribus abũdat, ſiue quod floret. ἀνθώδης. Tibul. Cum poſti florida ſerta darem. Floridus homo. Cic. de Clar. orat. Floridus color. Plinius lib. 15. cap. 6.

Flōrĭfĕrtŭm, (ἀνθοφορία) dicitur, quod eo die ſpicæ ad ſacrificium feruntur.

Flōrĭgĕr, & Florifer, ferens flores. ἀνθοφόρος.

Flōrŭlēntŭs, floribus plenus. ἀνθεμόεις.

Flōs, huius floris, ma. g. qui ex arboribus uel herbis colligitur. Græce φλόξ. quia emicat ſcintillatq; ut flamma: ſunt qui ex arboribus uel herbis colliguntur. Plin. lib. 12. cap. 10. Flos arboribus ſuauitate inenarrabili. Transfertur quoq; Plau. in Caſina: Ea tempeſtate flos poëtarum fuit. id eſt, excellentiſsimus poëtarum fuit. Verg. Et primo flore iuuentæ. Huius diminutiuum floſculi. ἀνθύλλια. Cic. 2. Offic.

Flōs sălĭs, dicitur quædam ſalis fauilla, quæ leuiſsima eſt, humiliorisq; Naturæ, et crocei coloris, aut ruſi, ueluti rubigo ſalis. natura eius aſpera et excalefactoria eſt, ſudorem facit, aluum ſoluit in uino.

Flūctio, onis. f. t. catarrhus dicitur. ῥεῦμα.

Flūctĭuăgŭs, qui fluctuando uagatur.

Flūctŭo, as. n. p. fluctibus iactor, uacillo, & inſtor nauis fluctibus agitor. Plaut. Rud. Atq; ut nunc fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. Cicero, Quadriremeḿq; in ſalo fluctuantem reliquerat. Per translat. ad animum, ſumitur pro dubitare, & diuerſis cogitationum fluctibus, ueluti marino quodã æſtu agitari. Verg. 8. Aen. Magno curarum fluctuat æſtu. Eſt & fluctuor deponens. Idem, Fluctuantur incerti animi. Curt. Fluctuari animo rex, & modò Parmenonis conſilium expendere. Hinc participium Fluctuatus. Plin. Delos diu fluctuata, ut proditur, ſola motum terræ non ſenſit. Accipitur etiam Fluctuari pro fluitare & ſupernatare. Plin. lib. 36. Lapidem è Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Fluctuă-

Flŭctŭātim, aduerb. iactanter, ſolutè. Afra. Volo fluctuatim ire ad illum.

Flūctŭōsŭs, a. um. o. ſ. undoſus, procelloſus, inquietus. κυματώδης. Et per tranſlat. fluctuãs anima dicitur, quemadmodũ æſtuans, cũ ira, aut curis, aut libidine, alióue morbo agitatur.

Flūctŭs, ctus. m. q. à fluo, dicitur moles aquæ ui uenti concitatæ, quæ uulgò unda dici ſolet. κῦμα. Cic. 6. Verr. Qui fluctibus totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum in mari disiunctus eſſet. Fluctus pro impetu. Cice. ad Att. lib. 7. Fluctum enim totius Barbariæ una ferre urbs non poterat. Fluctus fortunæ. Plin. lib. 5. cap. 17.

Flŭēntŭm, ti. n. ſ. (ῥέεθρον) paruum flumen, ſiue decurſus aquæ.

Flŭēſcĕrĕ, eſt fluidũ fieri, reſolui. καταῤῥεῖν. Auguſt. 21. de Ciuita. Agrigentinum Siciliæ ſalem perhibent, cum fuerit admotus igni, uelut in aqua flueſcere.

Flŭĭdŭs, da. dum. (ῥευστικὸς) pe. cor. modò fluentem, modò humectum ſignificat. Plin. lib. 9. ca. 30. Vnum hoc animal niſi uiuũ feruenti aqua coquatur, fluida carne non habet callum.

Flŭĭto, tas. (ἐπιῤῥέω) pen. cor. frequent. ſæpe ſiue continuè fluo. Liu. lib. 1. Tenet fama, cum fluitantem alueum in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. Et fluitare eſt ſupernatare. ἐπινεῖν, ἐπινήχεσθαι. Plini. Omnes piſces cũ ſunt extincti, fluitant, exceptis anguillis. Aliquando fluitare, eſt ſolui ac relaxari.

Flūmĕn, inis. n. t. (ποταμὸς) à fluo, propriè eſt aqua fluuij continuè decurrens, & perennis, & maior eſt quàm riuus: torrens contrà, qui æſtate ſiccatur. Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu ſeu curſu, (ῥεῦμα.) Plinius, Ne fluminis eius riui eſſent impedimento.

Flūmĭnĕŭs, a. um. ποτάμιος. ut aqua fluminea, quæ ex flumine colligitur.

Flūmĭnōſŭs. a. um. ποταμώδης. quod fluminibus abundat. ut regio fluminoſa.

Fluo, fluis, fluxi, fluxum, propriè decurro, labor, mano, defluo. n. t. ῥέω, ῥύω. Vergi. lib. 1. Georg. » Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla Oſtendit uenis, atque auro plurima fluxit. Quoniam uero ea quæ fluunt latius diffundi uidẽtur, fluere quandoq; capitur pro latius atq; uberius excreſcere. Idem Georg. 2. Tum denique » dura Exerce imperia, & ramos cõpeſce fluentes. Rurſus, quia quæ decurrunt quodammodo minui uidentur, fluere pro deficere ſumitur. Idem lib. 2. Ex illo fluere, ac retro ſublapſa » referri Spes Danaûm. Hinc fluxa dicimus, quæ inſtabilia ac momentanea ſunt, & cito peritura. Item procedere, naſci. Lactant. lib. 2. Ab hac gente proximi quiq; populi multitudine increſcente fluxerũt. Huius compoſita ſunt, afflo, confluo, defluo, de quibus ſuprà. Circunfluo. περιῤῥεῖν. de quo Cicero in Læl. per trãſlationem dixit: Et circunfluere omnibus copijs, atq; in omni rerum abundantia uiuere. Proprie Plinius, Id oppidum circunfluit amnis. Aliquando ſignificat concurrere. Idem: Poſtquàm uariæ undiq; gentes circunfluxere. Hinc circunfluxus, (σύῤῥοια) pro concurſus. Et circunfluus, qui circunfluit. Diffluo. καταῤῥέω. uarie fluo. Lactant. lib. 7. Statim diffluit in terram tabeſcitq;, ex qua illi origo eſt. Per trãſlationem luxurior, prodigus ſum. Item conſumor, ac deficio. διαλύομαι, φθείρομαι. Teren. in Heaut. Vt illius animum, qui nunc luxuria & laſciuia diffluit, retundã & redigam. Influo, intus fluo. εἰσρέω. Col. lib. 1. Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit. Interfluo, in medio fluo. μεσοῤῥέω. Perfluo, (διαῤῥέω.) & transfluo, per medium fluo, ſpargo, non cõtineo. Terent. Plenus rimarum ſum, hâc atque illac perfluo. Profluo, de quo alibi. Præfluo, antè fluo. προῤῥέω. Vnde præfluxus, & præfluuium, pro fluore alicuius rei antè facto. Præterfluo, ultrà uel antè fluo. παραῤῥέω. Liui. lib. 1. Infima ualle præterfluit Tybris. Refluo, retro ſiue rurſus fluo. ἀναῤῥέω. Vnde fluxus & refluxus. Superfluo, ſuperabundo, ἐπιῤῥέω. A quo ſuperfluus. a. um. Colum. li. 4. Per medullam tranſmittit quicquid aquarum cœleſtium ſuperfluxit. Subterfluo inferius fluo. ὑποῤῥέω.

Flŭŏr, oris. m. t. Fluxus, & Fluxio, idem ſignificant, id eſt profluuium. ῥοή, ῥοῦς, ῥεῦσις. Auguſt. libro 7. de Ciu. Sed ibi eſt dea Mena, quæ menſtruis fluoribus præeſt.

Flūſtrŭm, ſtatus maris cum fluctibus agitatur. hanc Græci μαλάκιαν uocant.

Flūtæ, arum. f. p. anguillæ ſiue murænæ dicebãtur.

tur, in freto Siculo ita dictæ, quòd cum ſole torrefactæ, ſe curuare aut mergere nõ poſſint, aquis ſuperfluant. Græcè πλωτοὶ. Macrob. lib. 3. cap. 15. Accerſebantur murænæ ad piſcinas noſtræ urbis abuſq; freto Siculo, quod Rhegium à Meſſana deſpicit.

Flŭuĭālĕ, (ποτάμιον, ναματιαῖον) quod ex fluuio eſt: ut, aqua fluuialis.

Flŭuĭātĭlĕ, (ποτάμιον) quod in fluuio uiuit: ut, piſcis, fluuiatilis, fluuiatilis auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuijs eſt. Plin.

Flŭuĭātĭcŭs, idem quod fluuiatilis. Colum. lib. 8. cap. 15. Vbi deliteſcentibus fluuiaticis animalibus inſidientur.

Flŭuĭŭs, uij. m. ſ. (ποταμὸς) à fluo, quòd fluat ſemper, idem quod flumen. Plautus in Curcu. Quiſnam hic fluuius eſt, quem non recipiat mare?

Flŭŭs, flua, fluum, quaſi fluens, ſed in compoſitione magis in uſu: ut mellifluus. μελίῤῥοος. quaſi fluens melle.

Flūxūră, ræ. f. p. libido et mollicies Venerea. Scribit Cyprianus, Caſtitatem eſſe exarmaturam fluxurarum. id eſt, libidinum.

Flūxŭs. xa. xum. ῥευστικὸς, ὀλιγοχρόνιος. dicitur quod fluit. Plin. lib. 9. cap. 38. Quoniam cum fœtificauere, fluxos habent ſuccos. Fluxum idem quod eſt inſtabile, momentaneum, & cito periturum. Vnde fluxæ res dicuntur. Sallu. Nam diuitiarum et formæ gloria fluxa & fragilis habetur. Aliquando capitur pro largo, ac minime aſtricto. Vnde Parthorum ueſtimẽta fluxa fuiſſe Lucan. ſcribit: Illic & laxas ueſtes & fluxa uirorum Velamenta uides. Aliquando fluxi, dicuntur libidinoſi, molles, effœminati. Martia. Cinædo euiratior fluxo.

F ANTE O.

FŌcālĕ, lis. n. t. penul. prod. genus ligaminis ad fauces, uelut faſcia quædam collum ambiens, quòd fauces perfringere non ſineret, & pronunciationi conduceret. προσφαγίδιον. Dictum focale à faucibus, au in o mutata. Quintil. li. 11. Palliolum ſicut faſcias, quibus crura ueſtiuntur, & focalia, & ligamina aurium, ſola excuſare poteſt ualetudo. Martial. Hoc focale tuas aſſerat auriculas. Quidã etiam accipiunt pro ferro ignito, quo criſpantur crines, & ſic habet primam cor. cum à foco deſcendat. Horat. in Serm. Faſciolas, cubitale, focalia, potus ut ille Dicitur à collo furtim carpſiſſe coronas.

Fōcānĕŭs palmes dicitur, qui in fauce uitis naſcitur, ut eſt apud Columel. libro 4. capite 24. Vocatur etiam focaneus palmes, qui ſolet in biſurco medius prorepere: & idcirco eum prædicto uocabulo ruſtici appellant, quòd inter duo brachia quà ſe diuidit uitis, enatus, uelut fauces obſidet, ac utriuſq; duramenti alimenta præripit.

Fŏcārĭŭs. ria. rium. quod ad focũ pertinet. ἐσχάριος. Vlpian. refert, focariam & uillicam inſtrumento fundi contineri. Vnde focarius panis, (ἐγκρυφίας ἄρτος) qui in foco coquitur.

Fŏcillo, las. & Focillor depon. ſignificat calefacere, recreare, reſtaurare. ἀναλαμβάνω. Plinius Epiſt. 16. libro 3. Focillata dixeram, inquit, &c. Hinc componitur refocillo, quod eſt recreo.

Fŏcĭlŭs, li. m. ſ. ἐσχαρίς. diminutiuum à foculus. à quo focillo. las.

Fŏcŭlă, dicuntur nutrimenta. Plaut. in Perſ. Nã iam intus uentris fumant focula.

Fŏcŭlo, las. pen. cor. nutrio, ſiue foueo. τιθηνέω.

Fŏcŭlŭs, li. m. ſ. diminut. à focus. ἐσχάριον. Gell. Tum illa foculum coram rege cum igni appoſuit, & tres libros ex nouem deurit.

Fŏcŭs, ci. m. ſ. ἐσχάρα. à fouendo, uel à flammis: dicitur id in quo ignis ſeruatur, uel ipſa ignis fomenta. Ouid. li. 7. Faſt. At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus. Tibull. Tum meus aſſiduo luceat igne focus. Ponitur etiã quandoque pro priuatis domibus ſicut ara pro templo. Plaut. in Amp. Conuenit, uicti utri ſint eo prælio, Vrbem, aras, focos, ſeq; uti dederent.

Fŏdĭco, cas. a. p. pe. cor. idem quod fodio. νύττω. Cic. 3. Tuſc. Non eſt enim in noſtra poteſtate fodicãtibus his rebus, quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio, uel obliuio.

Fŏdīnă, næ. ſ. p. pen. pro. locus ubi quid foditur: ut, aurifodina, ubi foditur aurum. Plin. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maxime canibus.

Fŏdĭo, dis. fodi, foſſum, a. t. cauare & quaſi foras dare. ὀρύττω. Plautus in Rud. Noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Sic Fodere metallum, Plin. lib. 2. cap. 63. Fodere

enſe iugulum, Martial. lib. 1. Fodere ſtimulis, Cice. 2. Philip. Hierony. Cerne manus Iudæe, quas fixeras: cerne latus Romane, quod fodebas. Fodere, pro arare. Plaut. in Pœnu. Palas uendundas ſibi mergas datas Vt hortum fodiat, atq; ut frumentum metat. Dicitur etiam Fodiri. Colum. lib. 11. cap. 2. Runcari, & adhuc fodiri poſſunt. Huius composita ſunt, confodio, quod eſt cauo, ferio, ſiue in totum foro. Διορύττω. Salluſt. Inter confertiſſimos incurrit, ibiq; pugnando confoditur. Διελαύνεται. Circunfodio, circumcauo. περιορύττω. Colum. lib. 3. Arborem quam depoſueris, ſæpius circumfodito. Defodio. κατορύττω, uide ſuo loco. Effodio, extra fodio. ἐξορύττω. Plaut. in Aul. Oculos ego Hercle iſtos improba effodiam tibi. Infodio, intus planto, pono, ſeu ſepelio. ἐνορύττω. Vergil. 2. Georg. Antè ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas, Quàm lætũ infodias uitis genus. id eſt obruas. Perfodio, ualde cauo, rumpo, ferio, perforo. διορύττω. Plaut. in Aſin. Vbi parietes perfoderis. Præfodio, antè fodio. Plinius lib. 7. Refodio, rurſus fodio. ἀνορύττω. Plinius, Mus marinus in terras ſcrobe effoſſa parit oua, & rurſus obruit terra, triceſima die refoſſa aperit, fœtumq; in aquam ducit. Suffodio, ſubter cauo. ὑπορύττω. Colum. lib. 2. Neque ſuem uelimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet. Transfodio, trans, ſiue ultra ab uno latere ad aliud fodio. διελαύνω, διορύττω. Ouidius, Gemino transfodit uulnere pectus. Et hæc omnia habent fo ſyllabam correptam.

Fœcŭndo, das. a. p. abundantem ſeu fructiferum facio. Verg. 4. Georg. Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Fœcŭndŭs, da. dum. (εὔφορος) quod fructum facit, à faciendo, ſeu ferendo, quòd ferax ſit, & ſæpe fructum faciat. Ouid. lib. 4. Faſt. Forda ferens bos eſt, fœcundaq; dicta ferendo. Plaut. in Ciſtel. Nanque ecaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus. Hinc etiam fœtus nomen habere putant. Interdum ſumitur pro abundanti & pleno. Horat. Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Huius cõtrarium eſt Infœcundus, non ferax. ἄφορος. Vergilius libro Georg. 2. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras Infœcunda quidem. Inde infœcunditas, pro ſterilitate: ſicut fœcunditas, pro abundantia. Plin. li. 2. cap. 6. Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Fœcundè, aduerbium. Plin. lib. 16. cap. 36. Atq; etiam reciſa fœcundius reſurgit.

Fœdārĕ, a. p. (μολύνειν, μιαίνειν) polluere, inquinare, quaſi foras edere: id eſt manifeſtare. Nã fœda uel corporis uel animi foras eduntur. Vnde fœdare, foras dare, diſcutere, diruere. Vergil. lib. 2. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Et fœdare, lacerare, cruentare. Item abſumere. Liu. libro 3. ab Vr. Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infeſta populatione uenit, fœdati agri, terror iniectus urbi eſt.

Fœdĕro, ras. a. p. penul. cor. fœdus facio. σπένδω, σπονδοποιῶ, συντίθημι. Vnde fœderati. σύμμαχοι. dicuntur populi qui fœdere icto, cum alijs populis in ſocietatem coiuerunt. Cicero pro Archia, Si qui fœderatis ciuitatibus aſcripti eſſent.

Fœdĭfrăgŭs, gi. m. f. penult. correp. qui fœdera frangit.

Fœdŭs, da. dum. αἰσχρὸς, δυσειδὴς. quod eſt deforme. Terent. in Eun. Nunc tibi uidetur fœdus, quia iſtam non habet. Cice. ad Att. lib. 15. Parúmne fœda perſona eſt ſenectutis? Ponitur quandoque pro execrando. Vergil. 7. Aen. Auerſusq; refugit Fœda miniſteria. Quandoque pro crudeli. Terentius in Eunu. O facinus fœdum.

Fœdŭs, deris. n. t. (σπονδαὶ, συνθῆκαι, τὸ ἱεχα σμένον) pactio, fides. à ferio, ut quibuſdam placet, cum œ diphthongo, ut e longa ſit, quoniam e breue habeat. Vergil. libro 8. Stabant & cæſa firmabant fœdera porca. Quidam hoc nomen à fœcialibus: id eſt ſacerdotibus, deriuant, per quos fiunt fœdera. Alij à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Alij à fœdè cadendo. nam utriuſq; partis fœdera componentes fœciales adducebantur, ibi firmato fœdere porcam cædebant ſilice, unus dicens: ſic, ut porca, fœdè cadat qui fœdera ruperit. Et propriè fœdus dicitur pax, quæ fit inter dimicantes. Accipitur etiam quandoque pro lege, ut apud Vergilium: Regemq; dedit, qui fœdere certo, Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Fœlicitas,atis.f.t.proſperitas. εὐδαιμονία. ut felicitas rei militaris. Cic. pro Font. Fœlicitas terræ,fœcunditas,apud Plinium in Epiſt. Interdum ponitur pro dea,quam Romani uenerabantur. Auguſt.lib.4.de Ciu. Huius contrariũ eſt infœlicitas.

Fœlicito,as.a.p. fœlicẽ facio. εὐδαιμονίζω. Cuius contrarium eſt infœlicito, quod eſt deſtruo, quod tam de diuitijs,quàm de homine dicitur. Plaut.in Pœn. Dij illum infœlicitent omnes.

Fœliciter,aduerb. Cice.3.de Fini. Neceſſario ſequitur,omnes ſapientes ſemper fœliciter, abſolutè,fortunatè uiuere.

Fœlix,icis.o.t.à fœnus quidam deducunt,cõuerſione n in l,quaſi beatus:hoc eſt diues,& fœnore plenus. Et dicitur qui proſperitatem habet. εὐδαίμων, μακάριος. Ver. Viuite fœlices,quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. Aliquando dicitur propitius,qui alios facit eſſe fœlices. Idem: Sis fœlix, noſtrumq; leues quæcunq; laborem. id eſt proſpera & benigna. Vbi Seruius, Fœlix,propitia.fœlix enim dicitur & qui habet fœlicitatem, & qui facit eſſe fœlicem. Aliquãdo pingue,fœcundum. unde fœlices arbores,quæ feruntur & fructum ferunt. Verg. 2. Georg. Exijt ad cœlum ramis fœlicibus arbos. Huic contrarium eſt infœlix, (δυσδαίμων) quod quandoque ponitur pro aduerſo. Vergilius lib. 7. Quæ potui infœlix.id eſt aduerſa Troianis. Quandoq; pro non fœcundo. Idem: Infœlix lolium ac ſteriles dominantur auenæ.

Fœmina,næ.f.p. (γυνὴ, τὸ θῆλυ) mulier, à fœto, tas.ſiue (ut alij) à fœminis mollitie. Plautus in Perſa: Qui Atticam hodie ciuitatem Maiorem feci,atq; auxi ciui fœmina. Plin.lib.9.cap.50. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur. Hinc Fœmineus.a.um.& fœmininus.a.um. θηλυκός. Verg.11. Aeneid. Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore. Vbi Seruius: Fœmineo,impatienti,irrationabili. Diminutiua,fœmella & fœminula. γύναιον, γυναικάριον. A fœmina,etiam fit effœmino. θηλύνω.

Fœnarius. a. um. quod ad fœnum pertinet:ut, falces fœnariæ,quibus fœnum ſecamus.

Fœnebre, (δανειστικὸν) pen. ad placitum, quod ad fœnus pertinet:ut Lex fœnebris, qua fœneratorum auaritia coërcetur. Liu.7.ab Vrbe, Inclinatis ſemel in concordiã animis,noui conſules fœnebrem quoq; rem,quæ diſtinere unanimes uidebatur,leuare aggreſſi, ſolutionem alieni æris in publicam curam uerterunt.

Fœneratitius, tia. tium. quod datum eſt fœnori,uel quod ad fœnus pertinet. δανειστικός. ut Fœneratitia pecunia, quæ ex uſuris collecta eſt.

Fœnerato,aduerbium,id eſt cum fœnore. Fœneratò reddere, σὺν ἐπικαρπίᾳ ἀμείβειν. Plautus in Menæ. Næ illam mecaſtor fœneratò abſtuliſti.hoc eſt cum fœnore reddes.

Fœneralia,orũ.n. ſ. tempus quo fœnus ceſſabat, & finiebatur,reddebaturq; pecunia. Liuius 5. Bel.Maced.

Fœneratio,onis.f.t.uerbale. Colu.in præfat. An fœneratio probabilior ſit,etiam ijs inuiſa,quibus ſuccurrere uidetur.

Fœnerator,oris.m.t.qui dat ad fœnus. δανειστής. Cic.1.Offi. Primum improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorũ, ut fœneratorum. Sic Plin.lib.33.cap.1.

Fœneratus, tus. idem quod fœneratio. δάνεισις. id eſt mutuatio ad uſuram.

Fœnero.ras. (δανείζω) pen.cor. cum accuſatiuo. & fœneror cum datiuo,uel accuſat. idem ſignificant,quæ tam pro dante quàm accipiente ſumuntur. Cicero, Vt enim benefici liberalesq; ſimus,non exigamus gratiam: neq; enim beneficium fœneramur, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. id eſt fœnori damus. Martial. Hæc ſapit,hæc omnes fœnerat una deos. Fœneror,(δανείζομαι) cum ablatiuo ſignificat,ad uſuram accipio:ut eſt apud libro Digeſt. 31. Si autem aliquis eorum uoluerit uendere partem ſuam,uel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat uendere cohæredi ſuo,& fœnerari ab eo. Res fœnerata,quæ ad fœnus tradita eſt.

Fœniculum, li. n. ſ. à fœnore ut quidam exiſtimant,quaſi paruum fœnus,quod ſemen terræ mandatum magno fœnore reddat fructũ: herba eſt quam Græci μάραθρον uocant. Oculorum claritati mire confert. Angues per hyemẽ membrana corpori obducta, fœniculi cibo impedimentum illud exuũt,quod ſenectus & uernatio appellatur. Plinius lib. 20.cap.23. Fœniculum nobilitauere ſerpẽtes,guſtatu ſenectam exuendo, oculorũq; aciem ſucco eius reficiendo.

do. Vnde intellectum eſt hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari.

Fœniſĕcĭūm, cij.n.ſ. ipſa fœni ſectio, & ueluti meſſis fœni. χορτοτομία. Varro lib. de re Ruſti. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ uellantur, obteriturque hebetentur.

Fœnĭſĕx, fœniſecis, m.t. qui fœnum ſecat. χορτοκόπος. Plin. lib. 18. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat. Idem fœniſeca. æ. pen. cor. qui fœnarijs falcibus fœnum in pratis ſecat. Varro lib. 1. de re Ruſtica, Herba in pratis ad ſpem fœniſecæ nata, non modò non euellenda in nutricatu, ſed etiam non calcanda.

Fœnūmgræcūm, ci.n.ſ. (τῆλις) genus herbæ, e tiàs ægoceros dictum, quoniam ſemen corniculis ſimile habet. Alij uocant carphos, alij buceras, alij ſiliciam. Vide Plin. libro 24. cap. 19. Columella ſiliquam appellare uidetur. lib. 11. cap. 11.

Fœnūm, ni.n.ſ. (χόρτος) dictum eſt, quòd ſine cura fœnus præbeat, uel quòd herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant. Hinc fœnile. χορτὼν. pro loco in quo ſeruatur fœnum. Columella lib. 1. cap. 6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torcularia, cellam uinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaque.

Fœnŭs, oris.n.t. uſura dicitur à fœtu. nihil enim aliud eſt fœnus quàm fœtus, hoc eſt partus pecuniæ. Græcè δάνειον, τόκος. Quidā tamen à fundo, quòd cū o, non cū u, apud antiquos ſcribebatur: quòd prouentus ſit ex naturali terræ fructu, poſtea uerò ad uſuram translatū, quaſi pecunia per ſe fructum producat, ſicut terra. Hinc uſura uorax auidumque in tempore. Plaut. in Aſin. Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſumam fœnore.

Fœnūſcŭlūm, dimin. Plautus: Ad daniſtam Adderes fœnuſculum.

Fœtĕo, es.n.ſ. male oleo. δυσωδιῶ, βρωμάομαι. Plaut. in Aſin. Dic amabò, an fœtet anima uxori tuæ? Martialis lib. 5. Fœtere multo Myrtale ſolet uino.

Fœtĭdŭs, a. um. o.ſ. male olens. δυσώδης. ut fœtida anima, Plaut. in Merc. Fœtidi piſces, Idem in Capt. Fœtidum os, Cic. in Piſon.

Fœtŏr, oris.m.t. malus odor. δυσωδία. Colum. lib. 12. cap. 18. Cella quoque uinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda, ne quem redoleat fœtorem, acoremúe.

Fœtiſco, cas. fœtum facio, pario. γεννάω. Plin. lib. 10. Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtiſicant. Vnde & fœtificus. ca. cum. Plin. libro 9. cap. 51. Nuper compertum in oſtrearijs, humorem ijs fœtificum lactis modo effluere.

Fœto. tas. n.p. fœtum emitto. Colum. lib. 8. Circa paludes in quibus plerunque fœtant.

Fœtŭōſŭs. a. um. quod eſt plenum fœtu. ἔγκυος. Hieron. contra Iouin. Lippientem iam deformem, atque fœtuoſam ſynagogæ typum prætuliſſe. Vbi notandum quod nomina in oſus, formata ab nominibus quartæ declinationis, u ablatiui ſemper retineant, ut à fœtu fœtuoſus, ſumptu ſumptuoſus, &c. quod in nominibus aliarum declinationum non ſit.

Fœtūră, ræ.f.p. (γονή) genitura, & pariendi tempus. Varro lib. 2. de re Ruſt. Appello fœturam à conceptu ad partum. Vnde & pro animalium prouentu ponitur. Verg. Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Transfertur etiam ad inanimata, ut fœtura pratorū, Plin.

Fœtŭs, tus.m.q. (ἔμβρυον) à ferēdo, ut inquit Ouidius, ſeu à fouendo, quoniam & dum in utero eſt, & poſtquàm eductus fœtus eſt à matre, fouetur. id eſt caleſit. Eſt autem fœtus generale nomen ad omnia animalia, etiamſi ſint oua. Et ad arbores. Verg. 1. Georg. Hic ſegetes, illic ueniunt fœlicius uuæ, Arborei fœtus alibi. id eſt, fructus, ut poma.

Fœtŭs, ta. tum. plenus. ἔγκυος. Vergil. Loca fœta » furentibus auſtris. Et fœta mulier, dicitur » grauida. Idem, Non inſueta graues tentabūt pabula fœtas. Item dicitur partu liberata, hoc eſt, quæ peperit: ut, Pecerat & uiridi fœtā Mauortis in antro. Huius compoſita ſunt, confœtus. Feſtus: Confœta ſus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Defœtus, & effœtus, de quibus alibi.

Fŏlĭācĕŭs, a. um. quod ex folijs factum eſt. φύλλινος. Plin. lib. 19. Paucis foliacea & lata, ut atriplici ſunt ſemina.

Fŏlĭātŭs, a. um. quod habet folia. πεταλώτατον. Vnde foliatum unguentum, quod & nardinum, uocat Plin. à nardi folio quo confectum eſt.

eſt. Martial. At mea me libram foliati poſcat amica. Hoc Plinius ſcribit conſtare omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Hoc unguenti genus Plaut. in Curc. Petalion uocat à Græco. illi etenim πέταλον uocant folium.

Fŏlĭŭm, lij. n. ſ. Græci φύλλον dicunt, ſed ideo per ſimplex l ſcribitur, quia antiqui non geminabant conſonantes. Eſt autem folium, quod in libris ponitur, à palmarum folijs, in quibus olim ſcribi ſolebant, & Græca uoce φιλύρα appellatur: cuius extremitas margo dicitur, & pagina. σελίς. utraque pars folij. nam folium duas paginas habet. Hinc componuntur trifolium. τρίφυλλον. quinquefolium. πεντάφυλλον. latifolium πλατύφυλλον. quod habet lata folia: millefolium. μυριόφυλλον herba, & huiuſmodi multa.

Fōllĭco, cas. n. p. (ἀναφυσητίζω uidetur poſſe dici) pen. cor. ſignificat inſtar follium reciproco ſpiritu nares agito. Apul. lib. 9. Follicantes nares languidas. Hieronymus caligas monachorum follicantes dixit, pro calceis laxis, & enormitate flaccentibus.

Fōllĭcŭlārĕ, pars remi, quæ folliculo tecta eſt.

Fōllĭcŭlŭs, li. m. ſ. (θυλάκιον) cum ſit diminutiuũ à follis, ponitur tamen pro uulua Nam (ut Plinius inquit) antea uulua uocabatur. Quandoque pro theca ſeu ſiliqua frumenti & leguminum, uel lini, uel cuiuslibet alterius rei, quæ granum continet inuolutum. ἔλυτρον. Columel. lib. 2. cap. 8. Quandoq; pro pelle. in Rheto. ad Herenn. Malleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato, ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt, ſoleæ ligneæ pedibus inductæ. Quandoq; pro corpore. Lucil. lib. 26. Et quo folliculo nunc ſum indutus, non queo.

Fōllĭs, maſc. generis, inſtrumentum quo attrahitur uentus atq; emittitur ad ignem excitandũ. φῦσα. Verg. lib. 8. Alij uentoſis follibus auras Accipiunt, redduntq;. His utuntur ferrariæ argentariæq; officinæ. Vtuntur & coqui, ſed paruulis, ne opus ſit ignem inſufflare buccis, quod qui faciunt, ſuffitores uocantur. Primus Anacharſis philoſophus folles ignis exuſcitatores inuenit, ut refert Strabo lib. 7. Et follis ſiue folliculus, dicitur uter, id eſt pellis flatu plena. Liu. lib. 9. Eques folliculis in caſtra frumentum ueheret. Ibi accipere uidetur pro ſacculis & crumenis. Rurſus follis, pilæ genus ex pelle atq; inflatione factum, & pugno redditur. Martialis: Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Hinc follis pugillatorius qui pugno percutitur, apud Plaut. in Rud. Quandoque accipitur pro marſupio, receptaculóq; numerorum. Iuuenalis: Et tenſo folle reuerti. Hinc follitus, pro bene numato, & follibus numarijs pleno, à Plauto in Epid. dictus eſt. Nam ſicut folles pilæ uento intumeſcũt, ita crumenæ pecunia turgent, à qua ſimilitudine inditum nomen.

Fōmēntātio, onis. f. t. propriè eſt, quæ fit ex decoctione herbarum uel in aqua, uel in uino. Tametſi nonnulli id uocant embrocationem, quæ fit cum ex alto in membrum infimum demittimus eius decoctionis ſtillicidium.

Fōmēntŭm, ti. n. ſ. à fouẽdo: id eſt calefaciendo, uel nutriendo. Vnde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum, ſeu humidarũ ad partes corporis læſas, medendi gratia. Cice. 2. Tuſcul. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. Idem 2. de Finib. Fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.

Fōmĕs, tis. m. t. à fouendo, hoc eſt nutriendo ignem dicitur. Eſt enim aſſula ex arbore excuſſa, dum cæditur. Ponitur & pro omni materia ſicca, in qua facilè ignis inflammatur. ἔναυσμα, ἴσκαυρον. Verg. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates, Suſcepitq; ignem folijs, atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Per transl. fomes dicitur, quicquid excitat nos, & accẽdit ad aliquid agendum. Gell. Fomitem eſſe quendam dicẽs, & incitabulũ ingenij uirtutiſq;, ſi mens & corpus hominis uino flagraret.

Fōns, fontis. (κρήνη) à fundendo, quòd inde fundat aquam, maſculini generis tantum, quanquam non deſint, qui olim etiam fœmininum fuiſſe uelint, at nullum proferũt teſtimonium. Plin. lib. 12. cap. 1. Nunc eſt arbor clara in Lycia, ſocia gelidi fontis amœnitate. Cæſar 8. Belli Gall. Sub ipſius enim oppidi murũ magnus fons prorumpebat. Græcè fons πηγὴ dicitur. Vnde pagus ſimul poſitæ uillæ. id eſt, ruſticanæ domus plures nomen accepit, quòd circa

fontes

ſontes hæ ponerentur. Fons per tranſl. pro origine, & cauſa. Cic. 3. Tuſc. Non rem ipſam cauſam atq; fontem eſſe mœroris.

Fōntālis, le. o. t. Plautus in Sticho: Vide utram ti bi lubet etiam nunc capere, Cape prouinciam. S. Quid iſthuc eſt prouinciæ? T. utrum fontali, An Libero imperium te inhibere mauis? Vbi interpres. Id eſt, num uelis imperium habere ac præeſſe aquæ, an uino præbendo: fontalem aquam dixit è fonte ſcaturientem.

Fōntānŭs. a. um. (πηγαῖος) quod ex fonte eſt. Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos.

Fōntĭcŭlŭs, li. m. ſ. (πηγίον) dimin. paruus fons, à quo fonticellus. Plinius: Vbicunque moueris humum fonticuli ſcatent.

Fōntĭnālĭă, fontium ſacra.

Fŏrāgo, penul. prod. ſ. lum, auth. Feſto, quo textrices diurnum opus diſtinguunt, quod alij à forando, alij à ferendo dictum putant.

Fŏrāmĕn, inis. n. t. pen. prod. diminut. à foribus, quaſi paruæ fores. τρῆμα, ὀπή. Siſen. lib. 4. Hiſtor. Neq; porta, neq; foramen erat, quo poſſet eruptio fieri. Plinius lib. 10. cap. 70. Piſces quidā auditus nec membra habent, nec foramina.

Fŏrās. ἔξω. & foris, aduerbia. Primum ad locum refertur. Plautus in Caſſi. Foras tacitus exeo cum ornatu quo uides. Secundum in loco, & de loco ſignificat. Terent. Eunuch. Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius. Plaut. in Aſin. Ille opere foris faciundo laſſus, domū noctu. Ponitur quandoq; foras loco præpoſitionis. À foris fiunt compoſita, Aforis, & deforis. penult. cor.

Fŏrātĭă, æ. f. p. à foro, mulier uillatica, quæ fructus uillæ uenales, ut pullaſtros, pipiones, poma, nuces, & huiuſmodi in forum defert.

Fŏrātŭs, tus. m. q. idem quod foramen. τρῆμα. Lactant. lib. de Opif. Oculorum orbes concauis foraminibus concluſit, à quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimauit.

Fōrbĕă, genus cibi à ueterib. dicebatur, quo calido ueſci ſolebant: à furno dicta.

Fōrcĭpēs, pum. d. t. (πυράγρα) pen. cor. à forno & capio, quaſi fornicapes dictæ ſunt, quib. forna. id eſt, calida capiuntur. Ver. li. 8. Verſantq; tenaci forcipe maſſam. Vide etiam Forfices.

Fōrdă, dæ. f. p. (βοῦς ἐγκύμων, uel ἔγκυος) bos prægnans, à ferendo. Ouid. Forda ferens bos eſt, fœcundaq; dicta ferendo. Col. lib. 6. ca. 24. Poſt unum coitum forda non admittit taurū. Vnde & ſacra fordicalia in quibus prægnātes boues (ut inquit Varro) immolabantur.

Fŏrĕm, (ὑπῆρχον) fores, foret, n. & defect. pro eo quod eſt, eſſem, eſſes, eſſet, cætera declinatione deficit, inquit, Diomedes. Salluſtius in Iugurth. Nam ego quidem uellem & hæc quæ ſcribo, & ea quæ antea in ſenatu queſtius ſum, uana forent. Fore uerò. ἔσεσθαι. habet ſignificationem participij futuri, unà cum infinito eſſe. Idem enim eſt Fore quod futurum eſſe. Ideo iungitur cum nomine, uel interdum cum participio quod in nomen tranſmigrauit: ut, Spero te amicum fore: non, amaturū fore. Cicero Trebat. Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed citò fore. Cæſar: Nonnulli etiam Cæſari nunciabant, cum caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites. Cōpoſita uerò ſine nomine, & ſine participio. Vergil. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur adfore tempus. Eſt autem adfore, (παρέσεσθαι) adfuturum eſſe. Adforem, adeſſem. Vergil. Atq; utinam rex ipſe, Noto compulſus eodem, Adforet Aeneas. Abſore, de quo & ſuprà. Confore, (συνελεύσεσθαι) cōuenire, & cōcordes eſſe. Teren. in And. Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, & ſpero cōfore. id eſt, conuenturos eſſe. Defore, (ἀπέσεσθαι) deeſſe. Cic. contra Rul. Verum arbitrantur nō defore, qui illam reſtituerent. Profore (συνοίσειν) profuturum eſſe. Horat. Quæ nocuere, ſequar: fugiam, quæ profore credam.

Fŏrēnſis, ſe. o. t. duobus modis accipi poteſt. Vno cum à foro deſcēdit, in quo iura redduntur, ut cauſæ forenſes. Et forenſes, (δικανικοί) qui in foro uerſantur, quos Græci πραγματικούς) dicunt. & forenſes, quibus utimur in foro, ut forenſis eloquentia. Alio, cum à foris aduerbio fit: ſic ueſtimenta forenſia dicuntur à Colum. quæ foris non in domo geruntur: & forenſia, (ἀγοραστικά) neutri generis, ueſtis quā ad forum proficiſcentes ſumebant. Apul. Forenſi toga indutus accumbebat.

Fŏrēs, ium. f. t. (θύρα) propriè (inquit Seruius) quæ foris aperiuntur. Valuæ quæ intus reuoluuntur, & ſe uelant, uſus tamen hodie obtinuit

 timuit

tinuit ut omnia oſtia fores appellentur. Hoc nomen etiam ſingulariter declinatur. Ouidi. in 1. de Amore, Difficilè moto cardine pande forem. Cic pro Cor. Aperuit forem ſcalarũ. Terent. Quidnam fores crepuit? Vbi Donat. Fores ſingularis num. nominatiui caſus.

Fōrfĭcēs, f. t. (ψαλίδες) penul. cor, quibus telam ſeu fila incidimus: à ferro et filo dicti. Seruius, Forfices ſunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid formũ tenemus, quaſi formicapiens. nam formum eſt calidum. Vnde & formoſos dicimus, quibus calor ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Colum. lib. 12. cap. 43. Alij cum legerunt uuã, ſi qua ſunt in ea uitioſa grana forſicibus amputant. Huius diminutiuum eſt forſiculæ. ψαλίδια. Plin. lib. 15. Præterea mirum inuentum eſt, quod inciſum forſiculis (ut diximus) cribrant.

Fŏri, orum. m. ſ. (καταστρώματα, ζυγὰ) numero plurali, ſunt tabulata nauium, uel locus in naui apertior, qui iter nauem perambulantibus præbet: ab eo quòd per eos ferantur inceſſus. Cicero in Caton. Cum alij malos ſcandat, alij per foros curſitent, alij ſentinam exhauriant. Vergil. 4. Aeneid. Impleſſentq́ foros flammis. Item fori dicũtur Circenſia ſpectacula. id eſt. loca erecta, ut ex his ſpectetur. Liu. lib. 1. Diuiſa loca à patribus equitibusq́, ubi ſibi ſpectacula quiſq́ faceret, fori appellari. Hinc fit diminut. Foruli, qui ſunt armariola, ſiue capſulæ in quibus reponuntur libri. Sueton. in Auguſt. Hos quoq́ delectu habito condidit duobus forulis auratis, ſub Latini Apollinis baſi. Apud Vergilium pro oppidi nomine accipimus forulos, cum ait lib. 7. Caſperiamq́ colunt forulos & flumen Hymellæ. Fori etiam in agris ſunt, ueluti parui ſulci & oblongi. Colum. Anguſtosq́ foros aduerſo limite ducens.

Fŏriă, ſtercora liquidiora, ſic dicta, quòd facilè ferantur foras.

Fŏrĭcă, cæ. f. p. (ἀφεδρὼν) pen. cor. locus in quem alui ſtercora deijcimus. Iuuen. Inde reuerſi Conducunt foricas. & proprie de publicis dicitur, latrina de priuatis, à latendo.

Fŏrĭcŭlæ, orum. f. p. (θυρία) diminutiuum à fores. Varro libro 1. Neque tamen ſine foriculis, ne cum humorem amiſerint, pertinaci uento uicta fiant.

Fŏrinsĕcŭs, (ἔξωθεν) pen. cor. ſignificat quòd à foris eſt: ſicut intrinſecus, (ἔσωθεν) quod eſt intus. Columel. libro 8. cap. 3. Sed ab cohorte forinſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter iniungantur.

Fŏrio, ris. riui. n. q. (ἀποσκυβαλίζω) uentrem deonero, foras eijcio: cuius compoſitum eſt, conforio. Pomponius in Macco. Conforiſti me Diomedes.

Fŏriŏlŭs, a. um. o. ſ. cum accentu in antepenultima qui uentrem ſolutum habet, & foria facilè emittit. Laberius: Foriolus eſſe uideris, in coleos cacas.

Fōrmă, mæ. f. p. σχῆμα, διαγραφὴ, τύπος. facies cuiuſq́ rei quæ immobilis eſt & naturalis. Vultus & mouetur & fingitur. Plautus in Epid. Quia forma lepida & liberali captiuam adoleſcentulam De præda mercatus eſt. Teren. in And. Forma & uultu Soſia adeò modeſto. Quandoque tamen ſpecialiter pro pulchritudine ſumitur. εἶδος. Verg. 11. Aeneid. Cui neq́ fulgor adhuc, necdum ſua forma receſſit. Terent. in And. Et quia erat forma præter cæteras Honeſta ac liberali. Transfertur etiam ad inanimata pro effigie quadam & imaginatione, ſeu idea, quam de re quaq́ mente concipimus. Cice. 1. Offic. Formam quidem ipſam Marce fili, & tanquam faciem honeſti uides. Forma apud Columellam, in qua exprimitur caſeus, lib. 7. cap. 8. Liquor (inquit) in fiſcellas, aut in calathos, uel formas transferendus eſt. Forma, ſpecies, ſeu genus. Quintil. libro 7. cap. 5. Abdicationum formæ ſunt duæ, altera criminis perfecti, altera imperfecta, & cætera. Forma regula. Verg. 6. Aeneid. Quam pœnam, aut quæ forma uiros, fortunaúe merſit? Vbi Seruius: Forma, regula. Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano, quem ſequitur. Hinc cõpoſita ſunt conformis, deformis, informis, uniformis, multiformis, ſemiformis, & huiuſmodi adiectiua. Colu. lib. 9. Quæ cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus uitiantur oua, pulliq́ ſemiformes interimuntur, antequàm toti partibus ſuis conſummentur.

Fōrmālis, le. o. t. Sueton. in Domit. Pari arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit, Dominus

& Deus noſter ſic fieri iubet. Ubi epiſtolam formalem accipit pro ea, quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à ſcribis.

Fōrmēllă, diminut. à formula. σχημάτιον.

Fōrmīcă, cæ. f. p. (μύρμηξ) à ferendis micis dicitur. mica uerò propriè eſt puluiſculus ille, qui in arena quaſi argentum fulget. A quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quaſi minutim cadentes. Vel ſimpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentius pondera conuehat, neque ſi menſuram corporis reſpicias, maiora. Inde ſit diminutiuum formicula. μυρμήκιον. Vide Plinium lib. 11. cap. 30.

Fōrmicātio, onis. f. t. (μυρμηκίασις) uitium corporis, cum parua tubercula rotunda & pinguia corpus infeſtant. Plin. Cinis muliebrium crinium, cum fuerint combuſti, addito melle ſanguinem ſiſtit illico, & formicationem corporum. Dicta formicatio, quòd ueluti exeſſe carnem formicæ uideantur.

Fōrmicāns, antis. o. t. quod formicarum currentium modo ſentitur: ut, Pulſus formicans, qui omnium letalis eſt. Plinius libro 7. cap. 51. Venarum inæquali aut formicante percuſſu. id eſt, arteriarum ſeſe attollentium & demittentium, ita ut ueluti formicæ currentes ſentiantur in pulſu.

Fōrmicīnŭs, a. um. (μυρμήκειος) penult. prod. quod ad formicam pertinet. Plautus in Menæch. Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.

Fōrmicōsŭs. a. um. plenum formicis. Plin. lib. 10. cap. 41. Formicoſam arborem ſorices cauant.

Fōrmīdābĭlĕ, (φοβερόν) quod eſt formidandum.

Fōrmīdo, dinis. f. t pen. prod. pauor, Cic. 4. Tuſcul. Formidinem metum permanentem definiunt. Horatius, Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Fōrmīdo, das. in actiua côiugat. paſſiuam ſignificationem habet, & econtrà in paſſiua coniugatione habet ſignificationem actiuam, & ſignificat magnum timorem habeo. (ὑποπτεύομαι, περιφοβοῦμαι) Plaut. in Capt. Nimiſq; Hercle illum male formidabant. Idem in Ciſtel. Nam & intus paueo, & formido foris. Huius compoſita ſunt, deformido, & reformido, quæ ſignificant ualde formido. Columel. libro primo, Si uexationem uiæ non reformidet.

Fōrmīdòlōsŭs, a. um. o. ſ. & actiuè & paſſiuè ſumitur, pro eo qui timet, περίφοβος. Terent. Egon' formidoloſus? id eſt, ego ne qui timeam? Pro eo qui alijs timorem infert. φοβερός. Sal. Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena uirtus formidoloſa eſt. id eſt, formidatur.

Fōrmix, eſt ulcus adeo malignũ, ut ex remedijs etiam quæ congrua uidentur, irritetur potius, quàm mitigetur, & ſanas partes depaſcendo uagetur: ſunt qui cancrum eſſe putant: Manardus Ferrarien. phagedænæ ſpeciem facit, uocabulum eſt barbarum.

Fōrmo, mas. a. p. formam impono, figuro, fingo, effingo, σχηματίζω, καθίστημι, τυπόω. Plin. libro 10. capite 63. Quo maius eſt animal, tanto diutius formatur in utero. Verg. 9. Aen. Tempore quo primũ Phrygia formabat in Ida Aeneas claſſem. Suet. in Domit. Epiſtolas, orationeſq;, et edicta alieno formabat ingenio. id eſt, in ijs componendis aliena opera utebatur, ſiue per alium componebat. Hinc formator, uerbale: qui inſtruit & format: ut, Formator animi, formator morum. Plin. in Epiſt. Ita me dilexerat, ita uerebatur, ut me formatore morũ, me quaſi magiſtro uteretur. Huius compoſita ſunt, conformo, ſimul formo, configuro. συσχηματίζω. Gell. libro 3. Hippocrates in eo libro, de quo ſuprà ſcripſi, cum & numerũ dierum quibus conceptum in utero coagulũ conformatur. Aliquando conformari, eſt quaſi aſſimulari. Cic. Lentulo, Ueruntamen me ipſe conformo ad eius uoluntatem. Hinc conformatio quæ pro figuratione ponitur. Idem. li. 1. Tuſc. Quaſi uerò intelligant, qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. Deformo, maculo, turpem facio, deſtruo, & quaſi de forma deijcio. ἀμαυρόω. Cic. Qui ſunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenſes. Interdum eſt perfectè formare, figurare, deſignare. ὑποτυπόω. Vitru. Architectus graphicis ſit peritus, ut deformare poſſit lineis imitationem, quam uelit, ædificiorum. Informo, formam do, & inſtruo. Lactan. Chriſtus inſtructus uenit in terrã, ut eam doceret, hominemq; informaret. Reformo, in priorẽ formã pono. ἀναπλάττω, ἀνασχηματίζω. Lact.

lib.1. Pedes quoq; claudorum ad offi: ium gradiendi reformauit. Transformo in alterā formā formo. Idem lib.7. Et transformabit Deus homines in ſimilitudinem angelorum.

Formōſus, a. um. o. ſ. pulcher. νεανίας, εὔμορφος à foruo, calido, quòd ſanguine calidiore forma acquiratur: cōtrà langueſcente colore forma perit. Vergil. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Cic. 6. Verr. Mulierum nobilium & formoſarum gratia. Hinc formoſitas. tatis. Cic. 1. Offic. Id'q; poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto. Hinc diminutiuum formoſulus, quo uſus eſt Hieron. contra Iouin.

Fōrmŭlă, læ. ſ. p. parua forma, diminutiuum eſt. Plaut. in Perſa: Tempore ad hanc uigilare oportet formulam atq; ætatulam: Ne ubi capillus uerſipellis ſuat, fœde ſemper ſeruias. Et capitur nonnunquam pro lege & inſtitutione. Cicero 3. Offic. Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Etiam formulæ dicuntur, quæ nos inſtrumenta uocamus. Formula dicendi pro ſtylo & ratione loquendi. Cice. De opt. gen. orat. Et ad quā eos dicendi formulam reuocent, intelligant. Formulam intendere, eſt dicam impingere, uel dictare actionem. Sueton. in Vitel. Cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti iniuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet. Formula excedere apud Suetoniū idem quod Cadere cauſa.

Fōrmŭlārĭŭs, rij. m. ſ. Quintil. in 12. Quorum alij ad rubricas, uel ad album ſe tranſtulerunt, & formularij, uel (ut ait Cicero) leguleij eſſe maluerunt.

Fōrnācālĭă, orum. n. ſ. feriæ farris torrendi gratia inſtitutæ, quòd ad fornacē, quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Ouid. lib. 2. Faſt. Facta dea eſt Fornax, læti fornace coloni. & paulò pòſt, Curio legitimis tunc Fornacalia uerbis Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit.

Fōrnācārĭŭs, rij. m. ſ. idem quod piſtor, in lib. Digeſtorum. l. ſi fornacarius.

Fōrnāx. nacis. f. t. caminus, ubi coquuntur lapides: à foruo calido, uel à furuo atro. Plinius libro 9. cap. 8. Longinquæ fornacis cuniculo. Fornaceus. a. um. factum in modum fornacis. Plin. lib. 35. cap. 14. Fornacula, diminutiuum eſt à fornax.

Fōrnĭcārĭŭs. a. um. (πόρνος) quod fornicatur: Vt mulier fornicaria, quæ (ut Hieronym. inquit) ea dicitur, quæ copulatur cum pluribus. Adultera, quæ unum uirum deſerens, alteri iungitur. Fornicarius. rij. ſubſtantiuè, propriè dicitur opifex & propola, ſiue inſtitor, qui tabernas à fiſco conducit ſub fornicibus, ut ibi merces ſuas uenales habeat, cuiuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori uenalium. id eſt, macelli, quas ſallas appellant. In Pandectis l. cum quidam. parag. fiſcus. in. tit. de uſuris. Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras nō dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet, à fornicarijs, qui tardius pecuniam inferunt. Bud. in Annot.

Fōrnĭco, cas. n. p. pen. cor. fornices facio, uel ſpeciem fornicum aſſumo. καμαρόω. Hinc fornicatus, a. um. participium quod ad fornicis modum ædificatum eſt, quod & concameratum opus ſiue arcuatum uocamus. Cicero in Topic. Omnibus eſt ius, parietem directum ad parietem cōmunem adiungere uel ſolidum, uel fornicatum.

Fōrnĭcŏr, aris. d. p. (πορνεύω) idem eſt quod meretricor. Eſt autē meretricari, cum meretricibus coire. Eſt etiam paſſiuum à fornico, ſignificans incuruari. Plin. lib. 16. Populus contra omnia inferiora pāditur, palma ecōtrariò fornicatur, hoc eſt ſurſum incuruatur. Dictū fornicari, à fornicibus, in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

Fōrnix, cis. (καμάρα) pen. cor. gen. maſcu. arcus in ædificijs, & quodcunq; opus concameratū: à furuo atro. nam loca in arcū ædificata ſubobſcura ſunt. Cic. in Top. Non debebit præſtare, quod fornix uitij fecerit. Plin. lib. 33. cap. 4. Relinquuntur itaq; fornices crebri montibus ſuſtinendis. Quoniā uerò meretrices in huiuſmodi locis. id eſt, ſub fornicibus habitare cōſueuerunt, ponitur fornix pro lupanari, ſeu meretricia cella. χαμαιτυπεῖον. Senec. lib. 1. Controuer. Redoles adhuc fuliginē fornicis. Iuuen. Lenonū pueri quocunq; in fornice nati. Hinc fornicator, & fornicarius.

Fōrnŭcālis, quaſi foruncalis, forceps dicebatur.

Fŏro, ras. a. p. penetro, quaſi foras do. τετραίνω, τρύω. Colum. lib. 6. Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adijcito, & ita li-

brum

brum arboris inoleſcere ſinito. Hinc perforo, (τρυπῶ, τιτραίνω, ἀνατιτρέω) pen. cor. quod eſt multum foro. Idem lib. 5. Sed aliud eſt ferramentum, quo priores uitem perforabant. Inforo, de quo alibi.

Fōrs, ô fors, à forte, fœm. gen. eſt (ut Nonius ſcribit) caſus temporalis: Fortuna, ipſa dea. Sed interdum pro ipſa Fortuna ponitur. Cice. ad Att. 4. Sed de illa ambulatione fors uiderit. Terent. in Hecy. Fors fuat pol. id eſt, Donato expoſitore, fortuna faueat, uel bona eueniāt. fuat enim ſit ſignificat. Vnde & mala fors, apud Cæſ. & Liu.

Fōrtĕ, aduerbium dubitandi: hoc eſt caſu, & ueluti per ſortem. ἴσως, τυχὸν. Verg. in Buc. Forte ſub arguta cōſederat ilice Daphnis. In qua ſignificatione accipiuntur fortaſſis, fortaſſe, forſan, forſitan, & forſit. μήποτε. quæ aliquando accipiuntur pro temere. κατὰ τύχην. Aliquādo ſunt aduerbia dubitandi. Horat. 1. Serm. Diſſimile hoc illo eſt, quia nō ut forſit honorē Iure mihi inuideat quis. Verg. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Teren. in. Eun. Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habet fidem. Cic. Sed ego fortaſſis uaticinor, ut hæc omnia meliores habeant exitus. Teren. in Eun. Tu fortaſſe quæ facta hic ſunt, neſcis.

Fōrteſco, ſcis. fortis fio. κρατύνομαι. Næuius: Creſcis annis, & forteſcunt uires.

Fōrtĭcŭlŭs, li. m. ſ. diminut. à fortis. ἰσχυρὸς. Cice. Quamuis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

Fōrtĭfĭco, cas. a. p. fortem facio. ἰσχυρίζω. Plaut. Fortifica animum.

Fōrtis, te. o. t. (ἀνδρεῖος) pro conſtante et magnanimo, uel qui ualidis uiribus præditus eſt: à ferido, quòd æquo animo ferat aduerſa, et quòd infractum habeat animum. Plautus in Aſin. Qui me uir eſt fortior ad ſufferendas plagas? Quandoq; celer. Verg. Quid tam egregium, ſi fœmina forti Fidis equo?

Fōrtĭtūdo, inis. f. t. (ἰσχὺς, ἀνδρεία) eſt cōſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. uel (ut alibi Cicero definit) eſt ſcientia rerum perferendarum, uel affectio animi in patiendo ac perferēdo, ſummæ legi parens ſine timore. Macrob. Fortitudinis eſt, animum ſupra periculi metum agere, nihilq; niſi turpia timere, tolerare fortiter uel aduerſa uel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem.

Fōrtŭĭtŭs, ta, tum, (τυχηρὸς) penul. indifferente, quod caſu accidit: ut fortuitus cōcurſus, Cic. 1. Tuſc. Pugna fortuita. Quint. Fortuitò (κατὰ τύχην) aduerb. id eſt caſu. Plau. in Aul. Si eam ſenex anum prægnantem fecerit fortuitò. Eſt & fortuitu, aliud aduerbium. Cic. 2. de Diui. Quod uerbum tibi nō excidit (ut ſæpe fit) fortuitu, ſed ſcriptum meditatum, cogitatum attuliſti.

Fōrtūnă, æ. f. p. (τύχη) eſt accidentium rerum ſubitus, ac inopinatus euentus. Cæſar 7. Belli Gal. Miſeratur communem Galliæ fortunam. Vbi ſciendū fortunæ uocabulum medium eſſe, ſed cum fortunam ſolam dicimus, intelligimus fœlicitatem. Terent. O fortuna, ô fors fortuna. Dona. Aliud fortuna, aliud fors fortuna. Fortuna, dicta eſt incerta res: fors fortuna, εὐτυχία, εὐποτμία, euentus fortunæ bonus. Fortuna, diuitiæ. Horatius in Sermo. Quò mihi fortunam, ſi non conceditur uti? Fortunæ. arum. pluraliter, fœlicitates. Terentius in Andr. Tum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.

Fōrtūnātē, aduerbium feliciter. Cic. 3. de Finib. Neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè uiuere.

Fōrtūnātim, (εὐδαιμόνως) aduerbium ſignificat proſperè. Plaut. Si dederit Iupiter, ut fortunatim omnia ſuccedant.

Fōrtūnātŭs, ta. tum. quod eſt proſperum: εὐδαίμων, εὐτυχὴς. Quandoq; propitium. Afranius: Deos ego omnes, ut fortunati ſint, precor.

Fōrtūno. nas. a. p. proſpero, in bonis augeo. εὐδαιμονίζω. Cic. Curioni: Tibi patrocinium dij fortunent. Idem M. Marcello: Maxima ſum lætitia affectus, cum audiui te conſulem factum eſſe, eumq; honorem deos tibi fortunare uolo.

Fŏrŭm, ri. (ἀγορὰ) neut. gene. à ferendo dicitur, quòd controuerſiæ & res uenales illuc feruntur. Vnde forum ſuarium, Romæ dictus fuit locus in quo ſues uendebantur. Boarium, in quo boues. Piſcatorium, in quo piſces.

ſcet. Olitorium, in quo olera. Cupedinis, in quo lautiores cibi. Quæ omnia, teſte Varrone lib. 1. de Ling. Lat. poſtea in unum locum ſunt contracta, quem Macellum appellauerũt. Eſt præterea Forum, quod Græco uocabulo uocamus Emporium, hoc eſt oppidum, uel alius quiuis locus, quo undique mercatores conueniere ſolent ad emendum aut uendendum, unde adhuc oppidis nonnullis nomina remanſerũt: ut, Forum Cornelij, forum Liuium, forum Iulium, forum Aurelij, forum Sempronij, forum Tyberij, hodie Zurzach, &c. ab authoribus qui in his locis nundinas inſtituerunt, ad quas totius prouinciæ mercatores ſuas merces afferrent. Dicitur etiam Forum locus in quo iudicia exercentur & conciones haberi conſueuerunt. δικαστήριον. Cice. Quod me in forum uocas, eò uocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuiſſe manifeſtum eſt. Forum Latiũ, ſiue Romanum antiquiſſimum. Forum Cæſaris Dictatoris, in quo loricatam ſibi fieri ſtatuam paſſus eſt. Et forum Auguſti, quod in æde Martis ultoris extruxit. Foro uti, præſentem rerum ſtatum boni conſulere, & utcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phorm. Cœpi his omnia facere, obſequi, quæ uellent. D. Sciſti uti foro. Donatus uulgare prouerbium admonet eſſe, ductamq́; metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præſcribunt, quanti uendant, quæ auehunt, ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint, conſilium de non uendendis, aut uendendis mercibus ſumunt. Seneca, Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Eraſmo.

Fŏră, uaſa quibus antiqui utebantur in torcularijs. Gellius lib. 12. cap. 18. Tum lacus uinarij, & torcularij, & fora, omniaq́; uaſa, ſi uicinum eſt mare, aqua marina: ſin minus, dulci eluenda ſunt.

Fŏſſă, ſæ. f. p. (τάφρος, βόθρος) locus, unde effoſſa eſt terra. Columel. libro 3. Circummunito maceria, aut foſſa ita, ut non ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit. Vlpianus ſcribit, foſſam eſſe receptaculum aquæ manu factum, ad caſtra, ſeu urbes, oppida ue, aut alia huiuſmodi munienda. Cæſar 1. Belli Gall. Caſtra in altitudinem pedum duodecim uallo, foſſaq́; duodeuiginti pedum muniri iubet.

Fŏſsĭlĕ, o. t. penultima correpta, quod foditur, ſeu quod fodi poteſt. ὀρυκτόν. Plinius libro 31. Tum ſalem foſſilem adijciunt. id eſt, qui foditur.

Fŏſsĭo, onis. f. t. ipſa fodiendi actio. ὄρυξις. Col. lib. 5. Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

Fŏſsĭtĭŭs. a. um. quod foditur. ὀρυκτός. Plinius libro 36. Arenæ tria genera: foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis, aut marinæ tertia.

Fŏſsŏr, oris. m. t. (δικελλίτης, σκαπανεὺς, ὀρυκτής) qui fodit. Verg. lib. 2. Georg. Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

Fŏſſŭlă, læ. f. p. (ὀρυγμάτιον) pen. cor. dimin. parua foſſa. Cato: Deinde foſſulas facito, qua radices aſpergi dimittas.

Fŏſsūră, ræ. f. p. foſſio. Col. lib. 5. Hanc planam foſſuram maximè nos probamus.

Fōtŭs, ta. tum. participiũ à foueo. καταναίμενος. Cic. 2. De Nat. Quinetiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab ijs, ut à matribus à quibus excluſi, fotiq́; ſunt. Fotus, huius fotus, nomen ſubſtantiuũ: idem quod fomentum ſignificat. πυρίασις, πυρίαμα. Plin. lib. 23. cap. 1. Decoctura eorum, ueteres dyſentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

Fŏuĕæ, arum. f. p. (βόθυνοι) à fodiendo, dicũtur ſcrobes, ſiue ſpeluncæ. Plin. lib. 10. cap. 38. Itaq; anates in foueas, quibus feras uenamur, delapſæ ſolæ euadunt.

Fŏuĕo. ues. ui. tum. a. ſ. (ἄγομαι, πιαίνω) propriè eſt calidum tenere. Plaut. in Capt. Iuben' an non iubes aſtitui aulas? patinas elui? Laridum, atque epulas foueri foculis feruentibus? Plin. lib. 8. cap. 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, nõ alio incubitu, quàm oua uolucres. Aliquando ſignificat nutrire, prouehere. Plaut. in Merc. Alios enecat, extinguit, alios ſuo lacte fouet & erigit. Interdum cõſiſtuo. Vergil. lib. 4. Georg. Sub terra fouere larem. Interdum, tueri, ut apud eundem lib. 9. Non obuia ferre Arma uiros, ſed caſtra fouere. Interdum amplecti, ſeu in delicijs habere. Idem: Infelix ô ſemper oues pecus, ipſe Neeræ

Dum

Dum fouet, ac ne me ſibi præferat illa ueretur. Huius compoſita ſunt, Cõfoueo, ſimul nutrio. Circumfoueo, refoueo. Et habent fo ſyl. correptam.

F ANTE R.

FRăcēō, n. ſ. (σαπρύνομαι, σήπομαι) à quo fraceſco, quod eſt quaſi frangor, reſoluor, & quaſi uetuſtate putreſio. Colu. lib. 1. Oleũ, quod minus prouenit, ſi congelatur fraceſcet. id eſt, putreſcet.

Frăcĭdŭs, a. um. pen. cor. à frango dicitur, quod eſt plus quàm maturũ, & iam putreſcens. σαπρός. Cato, Fractores uolũt, ut oliua in tabulato diu ſit, ut fracida ſit, quo facilius efficiãt.

Frăcēs olei dicuntur, quemadmodum feces, ſiue floces uini. Plin. lib. 15. cap. 6. Oleum in tabulato minui, deteriusq́ fieri. item in amurca et fracibus eæ ſunt carnes, & inde feces: quare ſæpius die decapulandum.

Frāctūra, ræ. f. p. in oſſe, Græcè dicitur κάταγμα. in neruoſis fibris σπάσμα: in muſculis uerò hulcus & ruptio.

Frēno, nas. a. p. propriè frænis equos cohibeo. χαλιναγωγῶ. Cæſar 8. Bel. Gal. Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. Liu. 1. Belli Pun. Inſtructus, frænatusq́ equus. Per tranſlationem accipitur pro cohibere, cõtinere. Vergil. 1. Aen. Luctantes uentos, tempeſtatesq́ ſonoras Imperio premit ac uinclis, & carcere frænat. Hinc compoſita, defræno. ἀποχαλινόω. quod eſt frænum depono, ſiue abſq́ fræno rectore ue duco. Ouid. lib. 1. Metam. Et defrænato uoluuntur in æquora curſu. Effræno, idẽ ſignificat. Nam effrænatus. ἀχαλίνωτος. dicitur, qui cohiberi & pro arbitrio noſtro agi nõ poteſt. Refræno, quaſi retraho. Lactant. libro 6. Virtus eſt, irãm cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrænare. Suffræno, undiq́ cohibeo. Plin. lib. 16. Sed ad ſtructurã infidelis, niſi multa ſuffrænatione deuinctus.

Frǣnŭm. ni. n. ſ. χαλινός. cum æ diphthongo à frangendo, inſtrumentum quo equus coërcetur, dictum quod equorum ora frangat. Seneca, Hippolytus arctis continet frænis equos. Et in ſingulari quidem neutrius gen. eſt: in plurali uerò tam maſc. quàm neutrius. Hinc cõponuntur, effrænus. na. num. & effrænis, & hoc effrene, (ἀχάλινος) quod eſt ſine fræno. Verg. 3. Georg. Gens effræna uirum Riphæo tunditur Euro. Seruius, Id eſt ſæua, rectorem recuſans. Infrænus, ſiue infrænis, eiuſdem ſignificationis. ut illud, Hinc Numidæ infræni cingunt. Frænum mordere, ſignificat obluctari, & oſtendere nos grauiter aliquid ferre quod tamen ferendum eſt. Tranſlatio ſumpta eſt ab equis, qui cum frænum excutere non poſſint, perpetuò tamen mordent & arrodũt, oſtenduntq́ coactos & inuitos frænum ore recipere. Cicero Cornificio, Si frænũ momorderis, peream.

Frētŭs. ta. tum. (πεποιθὼς, τεθαῤῥηκὼς) idẽ quod ſuſtentatus, confiſusq́. & eſt incertæ originis, licet à fruor quidam parcipium eſſe uelint. Et ſcribitur cum diphthongo, ut differat à fretũ, quod mare ſignificat. Plaut. in Amph. Magnanimi uiri fræti uirtute & uiribus.

Frāgă, orum. n. ſ. mora quæ in terra naſcuntur. Vergilius, Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga.

Frăgĕo, ges. n. ſ. à quo frăgēſco. ſcis, quod eſt frãgor. Pacuuius, Frageſcit animus miſerijs.

Frăgĭlĕ, o. t. pen. cor. caducum, debile, & quod facile frangi poteſt. ψαθυρὸν, ἀσθενὲς, εὔθραυστον. Cic. de Amic. Sed quoniam res humanæ fragiles caducæq́ ſunt, ſemper aliqui acquirendi ſunt, quod diligamus, & à quibus diligamur.

Frăgĭlĭtās, atis. f. t. debilitas, & imbecillitas. Pli. in Epiſt. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis conſularibus obijt, quo cõſule Nero perijt: quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit.

Frăgĭlĭtĕr, inconſtanter, debiliter. ἀσθενῶς.

Frāgmĕn, inis. n. t. & Frāgmēntŭm, accipi ſolẽt pro parte rei fractæ. κλάσμα. Verg. 12. Aenei. Mortalis mucro (glacies ceu futilis) ictu Diſſiluit, fulua reſplendent fragmina arena. Martial. lib. 8. Collegitq́ ſinu fragmenta nouiſſima fracti Oris, & aggeſta contumulauit humo.

Frăgŏr, oris. m. t. ſonitus qui ex arbore, aut alia re fracta redditur κτύπος. Verg. 1. Georg. Et horridus altis Montibus audiri fragor. Seru. Horridus fragor, ſonitus qualis fieri ſolet ex aridis, cum franguntur, arboribus.

Frăgŏr, garis. non eſt in uſu, cum tamen compoſita refragor, & ſuffragor habeãtur, quorum primum pro repugno, ſecundum pro adiuuo, quaſi

quaſi ſubfragor accipitur.

Frăgōsŭs, ſa. ſum. à frango, aſper, atque prærutus. τραχὺς, χαλεπός. Colum. libro 2. Incultum igitur locum cõſideremus, ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus. Fragoſa oratio, cui contraria eſt lenis. Quintil. lib. 9. cap. 4. Hinc fragoſè, aduerb. Plin. lib. 16. cap. 10. Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt, ægrius reuelluntur.

Fragrārĕ, n. p. odorem emittere. ὀσφραίνεσθαι. à frangendo, quia res fractæ uehemẽtius olent. Verg. 1. Aen. Redolentq; thymo fragrãtia mella. Mart. li. 1. Ne grauis heſterno frages uino. Hinc fragrantia, εὐωδία.

Frămĕă, eæ. f. p. pen. cor. ab aliquibus exponitur pro lancea, ſiue haſta. Tacitus de Germ. Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. Raris gladijs, aut maioribus lanceis utũtur: haſtas, uel ipſorum uocabulo frameas gerunt anguſto & breui ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, pro ut ratio poſcit, uel cominus uel eminus pugnent: & eques quidem ſcuto frameáq; contentus eſt.

Frāngo, gis. fregi fractum. a. t. rumpo. ῥήγνυμι, καταῤῥάσσω, κατάγω. Plaut. in Aſin. Quis noſtras ſic frangit fores? Dicimus etiam, Fregit nauim, fregit brachium, quaſi ipſe fregerit, & non potius paſſus ſit. Terent. in Andr. Is fregit nauem apud Andrum. Plinius in Epiſt. Fregit coxam. Transfertur & ad incorporea: ut, Frangere animum. Plaut. in Ciſtel. & Cic. 1. Offic. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis ſcribit. Huius cõpoſita ſunt, confringo, ſimul ſeu in totum frango. διαῤῥήγνυμι. Lactant. lib. 1. Vt uideatur iampridem ſuis armis eſſe confracta. Defringo, de quo alibi. Diffringo, diuerſis modis, ſiue in uaria fruſta rumpo. διακλάω. Plaut. in Aſin. Crura hercle diffringentur. Effringo, ualde frango. Idem in Capt. Neque ieiunioſiorem, neque magis effractum fame uidi. Et effringere dicitur (ut author eſt Varro) cũ glebæ grandes prima aratione ſolent excitari. Infringo, ualde frango. uide alibi. Offringo. Perfringo ualde ſiue in totum frango. Cice. 1. Offic. Ego etiam cum Catone meo diſſenſi, nimis perfracte uidebatur ærarium uectigaliáq; defendere. Præfringo, uide alibi. Refringo. Suffringo, aliquantulum ſeu per medium frango. ὑποκατάγνυμι. Plaut. in Trucu. Vt ego hiſce ſuffringam talos.

Frānōsŭs, qui fraudem commiſit. Fraudulosus.

Frātĕr, tris. m. t. (ἀδελφὸς) dicitur quòd ſit ferè alter: uel à Græco. Græci enim φράτορας coniunctos appellant, & φρατρίαν uocant contubernium. Frater germanus. Cic. 3. Verr. Dixit C. Fannius eques Romanus, frater germanus Qu. Titinij iudicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. Fratres gemini: non, gemini fratres, ut docet Quintil. lib. 9. cap. 4. Cic. pro Cluent. C. & L. Fabritij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. Fratres patrueles, ſororeſq; patrueles (ἀδελφιδοῖ) dicuntur, qui quæ ue duobus ex fratribus progenerãtur, ut apud Iurecconſul. traditum eſt.

Frātĕrcŭlŭs, li. m. ſ. (ἀδελφίδιον) diminut. id eſt, paruus frater. Iuuenalis, Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe gigantum.

Frātĕrnē, (φιλαδέλφως) aduerb. quod eſt ad ſimilitudinem fratris. Cic. Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Frātĕrnŭs, na. num. poſſeſſiuum. ἀδελφικός. ut, Fraternus amor. φιλαδελφία. Fraterna inuitatio. Cic. Fraterna mors, Verg.

Frātrĭcīdă, dæ. c. p. qui fratrem occidit. Cicero pro Domo. Extra ordinem fieri nihil placet Clodio, quid de me, quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida? non extra ordinem tuliſti?

Frătilli, orum. m. ſ. (κροσσοὶ) uilli ſordidi in tapetis, quòd per terram ferantur.

Frātrārĕ, de puerorũ mammis dicitur, quòd uelut fratres pares oriantur, quod etiam in frumento ſpica facere uidetur.

Frātrĭă, æ. f. p. (ἐνάτηρ) uxor fratris. Nam fratriæ dicuntur, quaſi fratrum inter ſe uxores.

Frātrŭēlēs, ium. m. t. ſiue fraterni, appellãtur duorum fratrum filij, qui & fratres patrueles dicuntur. ἀδελφιδοῖ, ἀνεψιοί.

Fraūdo, das. a. p. (πλεονεκτέω) id eſt, decipio, & plurimum priuo. Et dicimus, Fraudo te: &, Fraudo te hac re. Verg. Quem regno Heſperiæ fraudo, & fatalibus aruis. Cic. ad Att. lib. 1. Cæcilius auũculus tuus à P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre. Fraudare ſtipendium militum, & præ

prædam omnem domum auertere, apud Cæſarem 3. Belli Ciuilis. Fraudare genium, eſt non ſatisfacere neceſſitati naturæ, & uoluptati. Plaut. in Aul. Perditiſſimus ego ſum omniũ in terra. Nam quid mihi opus uita eſt, qui tantum auri Perdidi, quod cuſtodiui ſedulò? egomet me fraudaui, Animumq́ meũ, geniumq́ meum: nunc eo alij lætificantur meo malo, & damno: pati nequeo. Huius contrarium eſt, curare genium, id eſt lautè uiuere. Hinc cõponitur, defraudo.

Fraudulentèr, id eſt cũ fraude. δολίως. ut Fraudulenter tractare. Colum. lib. 9. cap. 5. Plin. libro 10. cap. 10. Nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.

Fraudulentus, a. um. o. ſ. fraudis plenus, fallax, doloſus, δολερός. Cic. 1. Offic. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c.

Fraudulоſus. ἀπατηλός. qui fraudem facit, quod magis à diminutiuo fraudula, quàm à fraude uidetur deſcendere.

Fraus, dis. ſ. t. (κατασκεύασμα, ἀπάτη) dolus, malitia, fallacia, machina, inſidiæ, præſtigiæ, deceptio, circumuentio uel impoſtura. Plautus in Mil. Atq; adeò, ut ne legi fraudem faciam talariæ, Accuratote. Terent. Heaut. In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides. Accipitur quandoque pro periculo. Vergil. lib. 5. Quis deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra Egit? Quandoq; pro pœna. τίμημα. Vergil. lib. 11. Iam noſces, uentoſa ferat cui gloria fraudem. Ne ea res mihi ſit fraudi: id eſt, ne ea res mihi adſcribatur, né ue uitio detur, unde pœna aliqua mihi proueniat, aut periculo ſit.

Frauſus erit, qui fraudem commiſerit. Plaut. in Aſin. Non placet, metuo in cõmune, ne quam fraudem frauſus ſit.

Fraxinus, ni. f. ſ. (μελία) pe. cor. genus arboris, quòd in fragoſis locis naſcitur. ein eſchenbaũ. Plin. lib. 16. ca. 13. Fraxineus. a. um. quod eſt ex fraxino: ut, Frons fraxinea. Col. lib. 6. cap. 3. Iiſdem temporibus ſi ſit, fraxineam: ſin minus, orneam: ſi nec hæc ſit, ilignеam frondem rectè præbebimus.

Fraxo, as. uigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur.

Fremitus, tus. m. q. (φλοῖσβος, βρόμος) pen. cor. propriè ſonus fluctuum, & in populo murmur indignante, & præ iracundia inhumanam uocem imitãte. Verg. Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino. Cic. ad Att. Qui fremitus hominum? quàm irati animi?

Fremo, mis. mui. mitum, n. t. ſonitum edo, ut fit ab undis maris. ἐφράττω. quanquam ſæpiſſime accipitur pro murmure & uoce indignationẽ oſtendo. Verg. 1. Aen. Circũ clauſtra fremunt. Cic. ad Att. Fremit ſibi ereptum conſulatum. Lactan. lib. 7. Frement ubiq; bella, omnes gentes in armis erunt. Huius compoſitum eſt, Infremo, (ἐμβρέμω) pen. cor. ualde fremo. Idem lib. 2. Si belli terror infremuit.

Frendeo, des. dui. freſum. n. ſ. ſignificat frango. θλάω. Vnde faba freſa, (κύαμος θλαστός) dicitur mola leniter fracta. Colum. Cicera bubus eruĩ loco freſa datur in Hiſpania Bethica. Varro 1. de re Ruſt. cap. 4. Amiſſo nomine lactantis, dicuntur nefrendes, ab eo, quòd nondum fabam frendere poſſint. id eſt frangere. Et frendere, eſt cum gemitu ſiue iracundia ſimul concuſſis & ſtrictis dentibus uocem emittere. βρύχω. Plaut. in Captiuis, Nimiũ; hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dẽtibus. Hinc componitur, infrendo: id eſt ualde frendeo. Verg. lib. 3. Dentibus infrendens gemitu, graditurq; per æquor Iam medium. Legitur et frendo, frendis, tertiæ cõiugationis. Plautus in Truc. Traxit ex intimo uentre ſuſpirium, hoc uide, dentibus Frendit, icit femur. Frendens, participium: ut, Frendens leo, hoc eſt ſæuiens, Cic. 2. Tuſc.

Freno, as. uide Fræno.

Frequens, entis. o. t. συχνός, θαμινός. creber, multus, plenus, celeber, & tam actiuè quàm paſſiuè ponitur. Actiuè: ut, Sis frequens, id eſt diligens & ſtrenuus. Paſſiuè, ut frequens locus, frequẽs templũ, frequens forũ, &c. in quo multi quotidie ſolent cõuenire. Aliquãdo ſignificat copiã, ut frequens populus, frequens ſenatus, collectiuè & ſingulariter. Pluraliter, frequentes ciues, frequẽtes ſenatores, &c. Cic. ad Lent. Cauſam enim frequenti ſenatu obtinebamus. Huius cõtrariũ eſt infrequẽs, id eſt parũ frequentatum, ut infrequẽs forũ, ſiue templum, ubi pauci uel rari cõueniunt. Cic. Rei militaris te infrequentẽ tradidiſti. id eſt à ſignis ſemper fugientẽ et pugna raro intereſſentẽ. Vide Vallã. lib. 4. ca. 46.

Frequen-

Frĕquĕntiă, tiæ f.p. qualiſcunq; hominum multitudo. Cic. de Ami. Atq; hoc maximè iudicaretur, ſi quid tale poſſet cõtingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequẽtia tolleret, & in ſolitudinem uſpiam collocaret.

Frĕquĕntārĭŭs, ria. rium. Veteres dixerunt pro frequente, Feſto authore.

Frĕquĕnto, tas. a. p. ſæpe uel cum multis uado. φοιτάω, ἐπιχωριάζω. Salluſtius. Iuuentutem, quæ domum Catilinæ frequentabat. Frequentari domus dicitur, quæ à multis aditur, uel cũ multis. Cic. 1. Offic. & Liu. 7. ab Vrbe. Frequentare, pro geminare uel frequenter repetere apud Gell. lib. 13. cap. 23. Quæ à Poëtis uel Oratoribus celebrandæ et ornandæ rei gratia duobus eadem pluribús ue nominibus frequentantur. Inde frequẽtatio, & frequentia, (πλῆθος, σύλλογος) pro conuentione, & concurſu, ſeu multitudine.

Frĕquĕntāmĕntŭm, ti. n. ſ. Gell. li. 5. cap. 1. Si quibuſdam quaſi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & geſtiunt.

Freſæ (alias freſſæ) id eſt contuſæ: ut, palmæ abiectis freſæ.

Frĕtŭm, ti. n. ſ. ab undarum fremitu dictum, ut Varro inquit, à ſimilitudine feruentis aquæ, quòd in fretum ſæpe concurrat æſtus, atq; ferueſcat. Et ſiginſicat propriè loca maris anguſtiora, quæ quia aqua minus liberũ habeat fluxum, & uehementius ſolet concitari, anguſtiæ illæ quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Græci πορθμὸν, Latini fretum appellant. Cic. 7. Verr. Hi ne in freto ante ſua tecta, et domos nauigarent. Apud ueteres legitur & fretus, genere maſculino. Ennius, Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretum. Lucretius libro 6. Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad æſtum. Hinc Trānsfrĕto. tas. penult. corr. quod eſt transfretum nauigo. διαπορθμεύομαι. Plinius in Paneg. Remiſq; transfretare obſtantia freta.

Frĕtŭs, a. um. uide Fretus.

Frĭābĭlis, le. o. t. quod facile friatur, & quaſi manibus minutim teritur. ψαθυρὸν, εὔθραυστον, εὔθρυπτον. Plin. lib. 28. Optimáq; eſt, quæ candidiſſima, & friabilis, minimeq; ponderoſa.

Frĭbŏlŭs, pen. cor. quaſi ferè obolo dignus. ἄξιος ὀβολοῦ. Ariſtoph.

Frĭco, cas, fricui, frictum, a. p. unde frictus, ut Priſc. docet. Iuuenalis, Si prurit frictus ocelli Angulus. uel fricaui, fricatum. Macer, Vrticæ folijs reuocatur uulua fricata. Eſt autem fricare, ſicut ſonat. κνάω, κνίζω. Verg. 3. Geor. Fricat arbore coſtas. Plaut. in Aſin. Nunquã hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Frictio. onis. ipſe actus fricandi. Plinius lib. 23. Frictiones inhibeat oculorum. Fricatio, idem. Colum. libro 6. cap 12. Sed ſi ſanguis adhuc ſuper ungulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur. Fricatus. tus. Plin. libro 23. ca. 7. Luſcioſos ex oleo illitus emendat, dentiumq; uitia crebro fricatu. Huius compoſita ſunt: affrico, iuxta frico. προσψήχω, προστρίβω. Plinius, Marathro herbæ ſeſe affricat. Confrico, ſimul frico. συντρίβω, Plaut. Aſin. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricentur. Defrico, deorſum frico. ἀποψήχω. Cic. 4. ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit, poſtquam defuſus eſt, defricari. Infrico, intus frico. Colum. lib. 7. Maximè proderit fuligo ex aheno ulceri infricata. Perfrico, κατατρίβω. Idem ibidem: Deinde nares perfricato, ut homines diſcant odorari. Hinc ergo ortum eſt prouerbiũ, ut quoties dicere uolumus, nos pudorem depoſuiſſe, dicamus: Perfricui faciem, hoc eſt, pudorem expuli. Refrico, rurſus frico. ἀναψήχω. Cicero Sext. Publij filio: Ne refricem meis literis deſiderium, ac dolorem tuũ. Et omnia habent pen. cor.

Frīgĕfăcio, a. t. ψύχω. à quo frigefio notæ ſignificationis: & frigefacto. as are. frequentatiuum. Plau. in Pœn. Calidum prandidiſti prandium hodie? dic mihi. A. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas, cum rogas.

Frīgĕo, ges. gui. & frixi, n. ſ. frigidus ſum teſte. Priſciano καταψύχομαι. Verg. lib. 11. Corpusq; lauant frigentis, & ungunt. Fit autem frigeo, ut quibuſdam placet. ἀπὸ τοῦ φρίσσω. quod eſt horreo. Vnde φρίκη horror ſiue frigus dicitur. Interdum frigere, eſt ſegnem eſſe, ψυχρῶς ἔχειν, ἀναπίπτειν. Plautus. Frigent omnes, nemo ſe mouet. Et translatè apud Cic. ad Att. 1. Cum Romæ à iudicijs forum frixerit. Huius compoſitum eſt, refrigeo. Colum. lib. 7. In opere faciundo refrixit.

Frīgĕro. ras. a. p. pen. cor. frigeſacio. καταψύχω. unde

unde refrigero, quod eſt, rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigero, ualde frigero. ἀναψύχω. Plinius, Omnium earum uis eadem perfrigerare, id eſt aſtringere.

Frigēſco, ſcis. n. t. frigidus fio. ἀποψύχομαι. Cato de re Ruſt. ca. 65. Vbi erit tam craſſum quàm uiſcum, ſinito frigeſcat. Cælius ad Cicero. Sic Parthi nihil uos calefaciunt, nos hic frigore frigeſcimus.

Frigidŭlūs, a. um. o. ſ. (ὑπόψυχρος) diminut. eſt, qui eſt parum frigidus.

Frigidūs, da. dum. quod habet frigus. ψυχρός. Ouidius, Frigidius glacie pectus amantis erat. Quandoq; dicitur ſegnis. Verg. Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello Dextera. Quandoq; pernicioſus, & nocens, eo quòd frigida naturæ mortalium pernitioſa ſunt. Idem, Frigidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Frigida, ſubſtantiuè poſitum, cui ſubauditur aqua. Plaut. in Moſtel. Iam pridem mecaſtor frigida non laui magis libenter. Vnde frigidā ſuffundere, prouerbio dicimus, pro blanditijs incitare.

Frigillā, æ. f. p. fringilla, & aliàs fringuilla, (σπίζα) auis ſic dicta, quòd frigore cantet & uigeat. Martialis lib. 9. Nunc ſturnos inopes, fringillarumq; querelas Audit, & arguto paſſere uernat ager. Ruffus in Arato: Si matutino fringuilla reſultat ab ore.

Frigo, gis. xi. xum. & frigui, frictum, n. t. ſignificat torreo. φρύγω, τηγανίζω, ἀπὸ τοῦ φρύγειν Feſtus, Frigere, & frictum à Græco. Inde frictorium, & frixorium, in quo quid frigitur. Plaut. in Bacch. Tam frictum ego illum reddam quàm frictus eſt cicer. Plin. lib. 18. cap. 7. Poſtera die frigunt, deinde molis frangunt.

Frigŏrificūs, a. um. quod frigus inducit. ψυχροποιός. ſicut à calore calorificus. Gellius lib. 17. cap. 8. Acetum omnium maximè frigorificum eſt, atq; id tamen nunquam concreſcit.

Frigūs, goris. n. t. pen. cor. & Frigor, goris. penultima producta, pro horrore, qui eſt contrarius calori. ψῦχος. Verg. 1. Georg. Frigusq; caloremq; Inter. Aliquando ſumitur pro metu, ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur. Verg. Extemplò Æneæ ſoluuntur frigore membra. Seruius, Frigore, id eſt timore. Reciproca tranſlatio, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, ut in Terentio, Vxorem tuam pauitare aiunt, non timere, laborare frigoribus. Vtrunq; enim in unum exitum cadunt, ſicut & de calore, & de frigore urere dicimus. ut eſt, Aut boreæ penetrabile frigus adurat. Rurſus, frigus dicitur ipſa aeris natura. Verg. 1. Georg. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. Frigus id etiam appellatur, cum pro riſu, & gratia uel fauore ſperato, res in diuerſum exit. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Pridie Idus cum Appius ſenatum infrequentem coegiſſet, tantum fuit frigus, ut populi conuitio nos coactus ſit dimittere. Budæus docet abſurdam rei ſpeciem eſſe quā incommodus euentus conſequatur.

Frigūtio, tis. tiui. friguttire, n. q. ſurſum ſaltare, ut eſt ex frigore tremere, uel à calore frigere. Plautus in Caſ. Nam quid friguttis? quid iſtuc cupidè cupis?

Frio, as. n. p. ſignificat tero. ψωχω. Plin. In ipſa quidem Aethiopia friatur: huic tanta ſiccitas, ut farinæ ſpiſſentur in panem. Huius compoſita ſunt, effrio, infrio. (ἐπιτρίβω) quod eſt terendo aliquid digitis leuiter inſpergo. Suffrio, paululum contero.

Frit, dicitur illud in ſumma ſpica iam matura, quod eſt minus quàm granum. Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 48.

Fritillă, cibus ex pulte factus, qui frigitur.

Fritillūs, li. m. ſ. dicitur apud nos tabula luſoria, quæ apud Græcos πύργος, in quo teſſeræ coniectæ agitatæq; mittuntur, inquit Porphyrius. Solent enim teſſeræ conijci in fritillo, tanquam uaſculo, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Vulgò eyn ſpilbrenten. Iuuen. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus (ut quidem putant) à crepitu ipſo teſſerarum, uel quod ſuper eo teſſeræ ferantur. Martial. Dum blanda uagus alea decembe Incertis ſonat hinc & hinc fritillis. Hinc etiam alueolus, (κύβος) dicitur.

Friuŏlūs, a. um. pen. cor. à frio. as. dicitur quod eſt inane, leue, nulliusue momenti. ψυχρολόγον, φλυαρῶδες. Feſtus, Friuola, uaſa ſunt proprie fictilia caſſa. Vnde uerba friuola dicta, quæ minus ſunt fide ſubnixa. Plin. lib. 7. ca. 7. de generatione hominis, Miſeret, atq; etiam pudet æſtimantem, quàm ſit friuola animalium ſu-

perbiſsimi origo, cum pleruncþ abortus cauſſa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam, pro fragili, & infirma dixit, & ueluti friabili. Friuola pro ſupellectili tenui, & uili accipiuntur, qualis eorum eſſe ſolet, qui in cœnaculis habitant: quo modo & Satyricus uſus eſt Saty. 5. Et ne te teneam, Romanorũ omnia regum Friuola. Quibus uerbis paupertatem regum Romanorum ſignificauit: quos etiam Sa» miolis uaſis uſos eſſe conſtat. A Græcis γρυτάρια dicuntur. Vnde & grytopolæ ab eis dicuntur. qui huiuſmodi ſuppellectila uenditant: quos Latinè friuolarios appellant. Budæus in Annotationibus.

Frīxōrĭŭm, rij. n. ſ. à ſono frixationis, dicitur ſartago, in qua quid frigitur: quæ & frictorium appellatur.

Frōndārĭŭs. a. um. (φύλλινος) quod ad frondes pertinet, ſiue quod ex frondibus eſt. ut frondariæ fiſcinæ, Plin. lib. 18. ca. 28.

Frōndātio, onis. f. t. φύλλισις. Columel. libro 6. Atq frondatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis uirgis relinquuntur.

Frōndātŏr, oris. m. t. (φυλλοτόμος) qui arbores amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad paſtum efferendos: & qui manibus folia uitiũ uellit, quo ador ſolis uuam maturiorem reddat: aut auis quæ in frondibus habitat, & his ueſcitur: uel etiam palumbes, quæ in frondibus nidificant » Hæc Seruius. Verg. Ecloga 1. Hinc alta ſub » rupe canet frondator ad auras.

Frōndĕo, des. dui. n. ſ. frondes habeo. φυλλοφυῶ. » Verg. Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſi» mus annus. Sic Frondens uitis, Colum. lib. 3. ca. 1. Hinc frondeſco. ſcis. ſcĕre. φυλλῶδη, de arboribus, cum frondes emittunt. Colu. lib. 5. Nihilominus enim paucis frondeſcet pampi

Frōndĕŭs, a. um. (φύλλινος) quod totum (nis. ex frondibus eſt: ut, Torus frondeus, frondea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

Frōndifĕr, ra. rum. frondes ferens. (φυλλόφορος.) Lucret. lib. 1. Frondiferaſq nouis auibus canere undiq ſyluas.

Frōndo, das. frondes emitto, (φυλλοφυέω) à quo frondator, frondatio: & defrondo, quod eſt frondes deijcio.

Frōndōsŭs, ſa. ſum. (πολύφυλλος, φυλλώδης) quod frondibus abundat, ut lucus frondoſus. Frondoſus ramus, Liu. 10. Ab Vr. Et frondoſi montes, Var. 2. de re Ruſt. cap. 5.

Frōns, tis. f. t. (μέτωπον) ab oculorum foratu, uel à ferendo, quod indicia animi præ ſe ferat. A dextra & ſiniſtra temporibus, à ſuperiori capillorum radice, ab inferiori uerò parte ſupercilijs terminata corrugatur in triſtitiam, & in lætitiam dilatatur. Hinc factum eſt, ut » frons accipiatur pro uultu, & pro animi no» ſtri affectu, quem ex fronte perſpicimus. Martialis, libro 1. Illa fronte precor, carmina noſtra legas. Frontem explicare dicimur cum hilareſcimus: contrahere cum ringimur. hoc eſt ubi quid moleſtum eſt. Frons enim (inquit Plinius libro 11.) hominum tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index eſt. Terentius in Adelph. Exporrige frontem. » hoc eſt uiue hilariter. Horatius: Sollicitam » explicuere frontem. Plaut. in Caſt. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Idem, Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte. Plautus: Caperata frons ſeueritudine. Nubila frons, ſerena frons, explicita frons. Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plin. Perfricui frontem, & nihil profeci. Caluus apud Quintil. lib. 9. cap. 2. Perfrica frontem, & dic te » digniorem, qui prætor fieres, quàm Cato» nem. Dicitur frons etiam de rebus inanimatis. Vergil. Fronte ſub aduerſa ſcopulis » pendentibus antrum. Hinc componitur bifrons, διμέτωπος.

Frōns, dis. f. p. (φύλλον, πέταλον) à fero, quòd frondes arborum huc atq illuc à uento ferantur. Propriè autem frondes arborum dicuntur: folia uerò tam arborum quàm herbarum, » & florum. Verg. 2. Georg. Frons tenera, im» prudenſq laborum.

Frōntālĕ, n. t. quod ad frontem ponitur. (προμετωπίδιος.) Plinius lib. 37. Quandoq tantæ magnitudinis fecere, ut equis regum in oriente frontalia, atq pro phaleris penſilia facerent.

Frōnto, onis. m. t. qui latam habet frontem. (μετωπίας.) Cic. 1. de Nat. Deor. Equos næuum habere, equos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis?

Frōn-

Frōntōsūs, a. um. o. ſ. qui magnam habet frontē, (νὸρημέτωπος) & pro impudenti capitur.

Frūctifēr, ra. rum. quod fert fructū, hoc eſt pingue & fertile. (καρποφόρος) Plin. lib. 12. cap. 1. Quæ ex his incolarum numero eſſe cœpere, dicentur inter fructiferas.

Frūctificūs. a. um. idē quod fructuoſus, qui fert fructum: hoc eſt utilitatem præſtat. (κάρπιμος, γόνιμος.

Frūctuāriūs, rij. n. ſ. dicitur, cuius eſt fructus. (ὁ καρπούμενος. Fructuarius. ria. rium. quod fert fructum, ſeu quod ad fructum pertinet. (ὑπόκαρπος.) Varro 2. de re Ruſt. ca. 4. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe.

Frūctuōsūs. a. um. qui fructū, hoc eſt utilitatem præſtet. Cicero 2. Tuſcu. Ager quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Fructuoſiſsima ars medicinæ. hoc eſt utiliſsima, & haud parum fructus atq; utilitatis afferens Plinius lib. 29. cap. 1.

Frūctūs. tus. & fructui, & fructuis. m. q. Teren. in Adel. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore illis fero. Var. Quæro, utrum fructuis an delectationis cauſſa uendatis. Antiqui etiam hæc fructa dicebant, cuius loco dicitur hæc fruges: & à fruendo dicitur, ut inquit Varro, quia his fruimur. Quidam etiam à ferendo deriuant. Dicuntur autem Fructus illæ res, quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur, καρπός. Fructum capere ex aliquo, hoc eſt utilitatem & commodum. Cic. de Amic.

Frūgālis. le. o. t. & Frugalitās, & Frugalitēr, uide infrà in dictione Frugi.

Frūgēs. gis. uel hæc frux, gis. f. t. ſecundum Priſcian. dicitur generaliter quicquid ex fructu terræ in alimoniā uertimus: neq; ſolum quod ex frumētis & leguminibus, uerumetiā quod ex uino uel ex ſyluis cæduis, cretæfodinis, lapidicinis capitur. Feſtus, Seruius, & Donatus, frugis uocabulū, à frumine eminente ſub mento gutturis, ſeu gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibo appellatū dicunt, & alio nomine dicitur rumen.

Errant igitur, qui diſcernunt frumenta à frugibus. Nam Cicero ait, Olei & frugum minutarum: cum de leguminibus diceret, ut oſtenderet etiam frumenta fruges uocari. „ Auſon. in monoſyllabis, Ante equidem campis quàm ſpicea ſuppeteret frux.

Frūgi nomen à fruge denominatum, omnis generis & indeclinabile eſt, & ſecundum Priſcian. libro 5. cum omnibus caſibus iungitur. „ Hinc Martial. Ientacula frugi dixit. & Tam frugi Iuno uellet habere Iouē. Dicitur autem frugi homo. χρηστός. Terent. in Eun. Frugi es. Vbi Donatus, Frugi, utilis, & neceſſarius, à frugib. quæ quòd his fruamur, ſic dictæ ſunt. Vnde antiqui ſeruum laudare uolentes, frugi dicebant, tanquam ſobrium, utilem & neceſſarium. Cic. li. 3. Tuſ. Frugi hominem, bonū & uirtute præditum intelligimus. Accipitur etiā frugi, pro eo qui in uictu, ueſtitu, ſimilibusq; temperans eſt: ſicut è contrario luxurioſus, ne„quam, ἄσωτος. Hora. Parcius hic uiuit, frugi dicatur. Vnde frugalitas ea uirtus dici poteſt, quam Græci σωφροσύνην, Latini tū temperantiā, tum moderationem appellare conſuerunt. Cic. pro Deiot. Hæ ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt, ut uolet quiſq; accipiat: ego tamen frugalitatem, id eſt modeſtiā & temperantiā, uirtutem eſſe maximā iudico. Frugalior pro temperantior. Terent. in Heaut. Dedo me patri nunc iam, ut frugalior ſim quàm uult. Et frugaliſsimus, quaſi expertus & prudens. Colum. lib. 1. Magiſtros pecoribus oportet præponere ſedulos ac frugaliſsimos. Vnde rurſus frugalis dici poteſt, moderatio, prudētia & ſobrietas. Frugaliter, ſobriè, & modeſtè. Plau. Epid. Ille eā rem adeo ſobriè & frugaliter accurauit, ut alias Res: eſt impenſe improbus.

Frūgifēr, ra. rum. fructus ferens: ut arbores frugiferæ, quæcunque fructum ferunt, quod nos reditum dicimus: ut docet Vlpianus. Transfertur quoq; ad alias res. Cice. 3. Offic. Sed cum tota philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa, nec ulla pars inculta ac deſerta ſit, &c. Frugiferens, frugiferentis, poëticum epitheton, pro frugifero. Lucret. lib. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Frūgipērdā ſalix. Plin. lib. 16. cap. 26. Ocyſsime autem ſalix amittit ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. ὠλεσίκαρποι ἰτέαι.

Frūiſcōr, d. t. (καρποῦμαι) à fruo deducitur, ſicut

à fateor fatiſcor. Metellus ad Domitios, Illi uero omni iure & honeſtate interdicti, ego neq; aqua neq; igni careo, ſed ſumma gloria fruiſcor. Vide Fruniſcor.

Frūmĕn, inis. n. t. ſumma pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in uentrem. Seruius in 1. Aen. Frumen eminens ſub mento, gutturis pars: laringen Græci uocant, Latini & Celſus, fauces. Hinc fruges dici à quibuſdam putantur.

Frūmĕntācĕūs, a. um quod ex frumento eſt. (σιτικός. Hieronymus, Maior turba hordeaceis panibus, minor fumentaceis paſcitur.

Frūmĕntārĭūs. a. um quod ad frumentum pertinet (σιτηρὸς:) ut, Frumentarius ager, frumentarius negociator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Plin. lib. 18. ca. 6. Syluestris pinusq;, malusq; frumentarij ſoli notæ. Frumentarius, pro mercatore, qui ſibi frumenta comparat, ut inde lucrũ faciat. Plau. in Pſeu. Quæ amica es frumentarijs, Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſimul domi.

Frūmĕntātĭo, onis. f. t. frumenti collectio, ſeu demenſio. (σιτολογία) Cæſar 7. Belli Gall. Omnes noſtras pabulationes, frumentationesq; obſeruabat.

Frūmĕntātŏr, oris. m. t. qui frumentatum profectus eſt. (σιτώνης, σιτηγός.) Liu. 1. Bel. Mac. Improuiſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumuentus. Sic Ab urbe 2.

Frūmĕntŏr, aris. d. p. frumentum colligo. (σιτολογέω. Cic. ad Att. lib. 8. Neq; ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, ut frumentatam eas. Liu. 1. Bell. Maced. Cum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frūmĕntūm, ti. n. ſ. (σῖτος.) dictum eſt ueluti ferimentũ. uel à fruendo, id eſt ueſcendo. uel quaſi fugamentum, à frugibus. Frumenti genera (ut ſcribit Plin. lib. 18. cap. 7.) hæc uulgatiſſima ſunt: far, quod adoreum dixerunt, ſiligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putant, quæcunq; emittunt ariſtas, inquit Seruius. Varro de re Ruſt. cap. 48. In ſegetibus autem frumentum quod culmus extulit.

Frūnĭſcŏr. eris. d. t. pro fruor Cato poſuit: & frunitum dixit prudentem, hoc eſt eum quo perfrui liceret: ſicut econtrario infrunitum, (κακόζηλον, ἀπειρόκαλον) Hermolaus inſipientem, ac ſtolidum, qui nulli uſui eſſet. Quamuis alij fronitum per o, à Græco. φρόνιμον enim prudentem dicunt, ἄφρονα uerò dementem. Lucilius libro 18. Aequè fruniſcor ego, ac tu. Cælius libro ſecũdo, Domus ſuas quoq; ire iubet, & ſua omnia fruniſci.

Frŭŏr, frueris, d. t. fructum in ſupino, ſecũdum Priſcianum: ſicut ſtruo ſtructum. Cicero in Horten. Et amœnitate ſumma fructus eſt. Aliquando fruitũ. unde particip. Fruiturus. Cic. lib. 3. Tuſc. Zeno Stoicorum acutiſſimus cõtendere & magna uoce dicere ſolebat, eum eſſe beatũ, qui præſentibus uoluptatibus fruatur, confideretq; ſeſe fruiturum. Accipitur in bonam & malam partem. Iuuenalis,

» Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dijs Iratis. Teren. in Adelphis, Agelli hic ſub urbe eſt paulum, quod locitas foras, huic demus, qui fruatur. id eſt unde fructum capiat, & alatur, nõ proprietate potiatur, inquit Donatus. Compoſita huius uerbi ſunt, defruor, & perfruor, quæ ſignificant in totum fruor. ſeu omnem fructum percipio.

Frūſtātĭm, aduerbium, ſignificat per fruſta. (κατὰ μέλη.) Plinius lib. 10. ca. 19. Coquitur pluribus modis in olla, quæ conijciatur in clybanum aut furnum, uel adipe aut lteto illita, aut fruſtatim in patinis.

Frūſtĭllātĭm, ſignificat per fruſtilla. (κερματηδόν.) Plaut. in Curcul. Iam ego te faciam, ut hic formicæ te fruſtillatim differant.

Frūſtrā, aduerbium ſignificat incaſſum, nequicquam, (τηλωάλιως, μάτην.) Cicero de Seneƈt. Nec me uixiſſe pœnitet, quando ita uixi, ut non fruſtra me natum exiſtimem. Fruſtra eſſe dicitur, quod exitum ſperatum non habet, quodq; non ex ſententia euenit. Salluſt. Cuius neq; conſilium ullum neq; incœptum fruſtra erat. Idem: Ea res fruſtra erat. id eſt expectationem fruſtrata eſt. Fruſtra habere aliquem, pro decipere & circumuenire. Plautus in Amph. Is aduenientis ſeruum & dominum fruſtra habet.

Frūſtro, as. decipio. a. p. (ψεύδομαι, ἐξαπατάω.) Cæſar: Non fruſtrabo uos milites. Inuenitur & Fruſtror uerbũ cõmune, ſecũdum Priſcianum. Plautus in Amph. Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratur mulierem. Paſſiuè. Feneſtella

Feneſtella: Fruſtratus igitur, & à ſpe deiectus, in caſtra ſe recepit. Et fruſtrari, eſt fruſtra agere. (ἀποσφᾶν, ματαιοῦν.) Col. in Præf. Sæpe magnam dominis aſſerunt iacturam, quum imprudenter facta opera fruſtrantur expenſas. id eſt proijciunt ſiue fruſtra agunt.

Frūſtŭm, ſti. n. ſ. rei cuiuſq; particula: ſic dictum, quod facilè feratur. Verg. Pars in fruſta ſecant. Cato: Fruſto panis conduci poteſt, uel uti taceat, uel uti loquatur.

Frūſtŭlŭm, li. n. ſ. (ψωμίχιον) diminu. à fruſtum, à quo fruſtillum.

Frūſtŭlĕntŭs, a. um. plenum fruſtis. Plautus in Curcul. Vin' aquam? C. Si fruſtulenta eſt, da obſecro hercle abſorbeam.

Frūsŭs, genus ruborum tenue, ſpinis minoribus, & non aduncis.

Frūtētōsŭs, a. um. o. ſ. locus fruticibus abundans. (θαμνώδης.) Plin. lib. 19. Siccis hæc & ſabuloſis locis, frutetoſisq; naſcuntur.

Frūtētŭm, ſeu Frŭtĭcētŭm, ti. n. ſ. ubi multi frutices ſunt. (θαμνὼν, θαμνώδης τόπος, λοχμώδης.) Plin. li. 18. Fruteta igni optimè tolluntur.

Frŭtĕx, icis. m. t. dicitur qui ad iuſtã magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neq; areſcit ut herba. (θάμνος.) Plinius lib. 14. cap. 16. Ex fruticum uerò genere cedri utriuſq;, cupreſsi, laurus, iuniperi, pini, pyri, terebinthi, calami, lentiſci. Dictus frutex à fruticando, hoc eſt pullulando, quod ſucciſus ſemper ſup pullulet, quanquam ueriſimilius eſt uerbum Frutico à frutice deriuari. Aliquando ponitur pro ſtirpe. Sueton. de Veſpaſ. Singulos repentè remos à frutice dedit.

Frŭtĭcēſcĕrĕ, eſt fruticem fieri. (θαμνοῦσθαι.) Plinius lib. 17. cap. 27. Puniceæ oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

Frŭtĭco, cas. pen. cor. pullulo, & quaſi frutices emitto. (θαμνίζω.) Plinius lib. 17. Quod ſupra terram eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet. Hinc fruticatio in arboribus dicitur, cũ multos ramos fruticantes producunt. Plin. lib. 17. cap. 1. Ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis. Eſt & fruticor deponens. Cic. ad Att. Exciſa eſt enim arbor, non euulſa, itaq; quàm fruticetur, uides.

Frŭtĭcōsŭs, a. um. quod longè lateq; fruticat, & multas habet fruticantes ramos. Plin. 12. ca. 9. Duo genera eius. rarum id, quod melius, arboreum: alterum fruticoſum.

Frūtĭnăl, dictum eſt templum Veneris.

Frūx, huius frugis. f. t. dixerunt antiqui, authore Feſto Pomp. Varro frux, legumen, triticũ.

F ANTE V.

FVăt, pro ſit ueteres dixere. Verg. lib. 10. Aen. Tros Rutulus ue fuat, nullo diſcrimine habebo.

Fūcĭlis, pen. cor. falſus: ut res fucilis, hoc eſt falſa & quaſi fucata. (φυκίας.) Pro eodem ferè futilis dicitur.

Fūco, cas. a. p. coloro. (φυκόω, ψιμυθιόω, ἀγχουσίζομαι.) Unde fucatæ mulieres dicuntur, quæ uel medicamentis quibuſdam colorantur, uel uitia corporis inductis coloribus tegũt. Verg. 2. Georg. Alba neq; Aſſyrio fucatur lana ueneno. Transfertur etiam ad alia. Lact. lib. 2. Sic ueritas fucata mendacio eſt. Fucata ineptijs omnia, Cic. pro Mur.

Fūcŭs, ci. m. ſ. (κηφὴν) genus apis, ſine aculeo, ſed maior ape, quæ non mellificat, neq; operam aliquã præbet in faciũdo opere, niſi quod ad fouendos fœtus cõcalefaciendo adiuuat, & conſumit alimenta, quæ apes congeſſerunt. Verg. Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. De hoc Plin. li. 11. Fuci ſunt ſine aculeo, imperfectæ apes, nouiſsimæq; à feſsis & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia uerarũ apum: quamobrem imperant his, primosq; in opera expellunt, tardantes ſine clementia puniunt. Dictus fucus, quia furtim mella deuorat. Hoc etiã nomine dicta eſt herba, (ſecundum Seruium) qua tinguntur ueſtes. Et fucus, color ipſe cæruleus qui uirore commendatur, & purpuriſſa ſeu ceruſſa tus dicitur, ſiue medicamentum. Plaut. Vitia corporis fuco occulunt. Per translat. ſumitur pro fraude, aſtutia, ſiue inſidijs, in quibus ueritas occultatur. φαλακρὸς. Teren. in Eunu. Per impluuium fucum factum mulieri.

Fŭgă, æ. ſ. p. ipſe fugiendi actus. (ἀπόδρασις, ἀναφυγή.) Verg. 3. Aen. Longũq; fugæ ne linque laborem. Aliquando celeritas. Idem 11. Aen. Dimitte fugam, & te cominus æquo Mecum crede ſolo. Idem fugam pro curſu poſuit, Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice,

uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. Et Quintilianus nauigationem dixit fugam, ſiue naues fugientes, quæ uelocem faciunt curſum. Aliquãdo fuga dicitur impetus. Verg. Ille uolat, ſimul arua fuga, ſimul æquora uerrit. Fuga uerò maſculini generis componitur uarijs modis: ut, Perfuga, Transfuga, Lucifuga, Noctifuga, Solifuga, Lucrifuga. Plautus, Cum hos adhuc adij lucrifugas damni cupidos.

Fugalia, ium uel. orum. n. t. feſta, ſiue ludi. (φύξια) Auguſt. lib. 2. de Ciui. Sed demonſtrentur loca talibus aliquando conuenticulis conſecrata, nõ ubi ludi agerentur obſcœni uocibus & moribus hiſtrionum: nec ubi fugalia celebrarentur effuſa omniũ licentia turpitudinũ, & uerè fugalia, ſed pudoris & honeſtatis.

Fugax, acis. o. t. (φευκτικὸς) qui facilè fugit. Huiuſmodi enim uerbalia in ax, habitum importãt actus per uerbum ſignificati, ut edax, bibax. Verg. 11. Aen. Haud mora conuerſiſq; fugax aufertur habenis. Fugacia mala, Perſica appellat Plinius, quod citò defloreſcãt, & diutius ſeruari non poſsint, lib. 15. cap. 12. Quandoq; tamẽ ponitur pro celeri & ueloci. Verg. 10. Aeneid. Prolem Dolicaonis Hebrum Sternit humi: cum quo Latagum, Palmumq; fugacem. Fugaces aues, Plinius libro 10. cap. 15. Vnde fugacem equũ dicimus uelocem. Hinc Fugacior, fugaciſsimus, fugacitas, τὸ φευκτικὸν: & diminutiuum fugaculus.

Fugio, gis. fugi, fugitum. n. t. (φεύγω) in fugam me do, ſiue conijcio, in fugam me confero, fugæ me do, in fuga ſum, uito, declino, abhorreo, cum curſu & celeritate diſcedo: contrarium eſt Fugo. Plaut. in Amph. Nam cum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Verg. Nos patriam fugimus. Dicitur etiam de nauigationibus. Idem, Tendunt Noti fugimus ſpumantibus undis. Plau. Remigio ueloq; quantũ potes, feſtina et fuge. Idem dixit fugã fugere, (φυγὴν φεύγειν) ſicut gaudiũ gaudere: At fugã fugitis, ſcio quam rem agatis. Aliquando pro neſcire, ſeu non recordari. λανθάνειν καὶ διαφεύγειν τὴν μνήμην. Lactant. lib. 1. Quod illum ipſum poëtam minimè fugit. Aliquando pro cedere. Plinius libro 35. Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt, hoc eſt fictitiæ ad impreſsionem ſcarificantis cedere: quod gemmarij hodieq; appellãt fugere. Hinc ortum, ut uina quæ annis cedunt: hoc eſt, ætatem ferre non poſſunt, fugere dicantur. Huius compoſita ſunt, Aufugio, aliò fugio. ἀποφεύγω, ἀποδιδράσκω. quod ex ab & fugio componitur, b in u mutata, ut fieret uox pronunciatu, audituq; lenior. Confugio, ſimul fugio, concurro, aut totum ſimul reduco, ſiue potius idem quod ſuum ſimplex. Lactant. lib. 1. Conſtituit aſylum, eò paſsim confugerunt ex finitimis locis peſsimi. Hinc Confugium, & Confugela. καταφυγὴ, καταφύξις. Defugio, diffugio, de quibus alibi. Effugio, extra fugio, diſcedo, deuito. (ἐκφεύγω). Lactant. lib. 4. Neq; cultores deorum pœnam ſempiternæ mortis effugient. Interdum celeriter tranſeo. Verg. lib. 3. Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laërtia regna. Hinc Effugium & Effugia. giæ. Perfugio, quod eſt auxilij gratia ad aliquem fugio. (αὐτομολῶ, καταφεύγω) Vnde perfugium. καταφυγή. Perfuga, qui ad hoſtes tranſit & perfugit. Refugio, (ἀναφεύγω) retro fugio. Gellius Poſteaquam prælio uictus, in ultima regione refugiſſet. Et refugere etiam cõfugere. Vnde refugiũ. Per transla. ponitur pro deuitare, recuſare, et odio habere. ἀναδύεσθαι. Lactan. lib. 6. Illos qui aut uoluptates, aut diuitias non refugiunt ab hac publica & celebri uia modicè ſegregat. Profugio longè fugio, (ἀποφεύγω.) à quo profugus. Subterfugio, ſecretò, aut aſtutè fugio uel ueto. (διαδύομαι.) Cicero pro Cælio: Qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, eò ſolum uertunt. Suffugio, latenter fugio. ὑποστέλλομαι. Suet. pro retro fugio in Tyberio poſuit. Transfugio, (αὐτομολέω) tranſeundo fugio ab uno ad alium locũ. Vnde transfuga, qui ad hoſtes fugit. Liu. li. 1. Et omnia habent fu ſyllabam in præſenti correptam.

Fugitiuæ aquæ dicuntur, quibus ex publico riuo fluentibus furtim quis, ac non ſuo iure utitur.

Fugitiuarius, a. um. quod libenter ſeu facile fugit. (δραπετικός) Fugitiuarij apud antiquos fugitiuorum ſeruorum reprehenſores erant: qui eam operam profitebantur, ut fugitiuos inueſtigatos reducerent. In Pandectis

ctis, in l. ſi apud te. Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius depoſuimus. Budæus in Annotationibus.

Fūgitiuŭs. a. um. qui aufugit, (δραπέτης) ut fugitiuus ſeruus dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiam ſi mutato conſilio ad eum reuertamur. Et eſt, qui extra domini domum fugæ cauſſa, ut ſe à domino celaret, manſit. Item qui eò ſe confert, unde eū dominus recuperare non poſsit, aut abducere. Plaut. in Menæch. Homines captiuos qui catenis uinciunt, Et qui fugitiuis ſeruis induunt cōpedes. Fugitiuū argentū, Terent. in Heaut. Fugitiuus lapis, Plin. lib. 36. cap. 16. Fugitiua gaudia, quæ citò euaneſcunt, & abeunt, ac parum durant. Martialis libro 7. Viue uelut rapto, fugitiuaq́ gaudia carpe.

Fūgito, as. n. p. penult. corr. ſæpe fugio, ſiue fugiendi conſuetudinem habeo. (δραπετεύω, φυγάζω) Plaut. in Aſin. Herum noſmet fugitare cenſes? Terent. in Eunuc. Fugitando fugi, ne quis me cognoſceret.

Fūgo. gas. a. p. expello, & in fugā conuerto. (τρέπω.) Plaut. in Amph. Ibi nunc meus pater memorat, legionem hoſtium ut fugauerit. Plinius libro 11. cap. 51. Vultures unguento fugātur, & alios appetunt odores.

Fūlcio. is. ſi. tum. a. q. munio, ſuſtento, fortifico. (ἐρείδω, στηρίζω.) Iuuenal. Nos urbem colimus tenui tibicine fulta. Cic. 4. Acad. Sed quid eos colligam, quum habeam Chryſippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Huius compoſitum eſt ſuffulcio. ὑποστηρίζω. Varro: Vt maioribus perticis ſuffultæ uites, auras non pertimeſcant.

Fūlcimentŭm. ti. n. ſ. quod aliquid ſuſtinet: alio modo ſuſtentaculum. Plau. in Trin. Quid ego nunc agam, niſi ut ſarcinam conſtringam, & clypeum ad dorſum accommodem, fulcimenta; iubeam ſuppingi ſoccos?

Fūlcră, orum. n. ſ. (ἐνηλάτες) à fulciendo, id eſt ſuſtinendo dicta ſunt. Sunt enim tabulæ compactæ ſeu ſpondæ, in quibus lecti imponuntur, quòd toros fulciāt. Verg. Fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gell. Neq; apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferro oportet. Sūt qui lectipedes fulcra interpretentur, alij ſummas lectorum partes. Nec ſolum de lectis dicitur, ſed etiam de alijs.

Fūlgĕo. ges. ſi. ſum. n. ſ. à φλὸξ deducitur, quod apud Græcos flammā ſignificat: unde & pro lucere, & ſplendorem emittere ſumitur. (ςίλβω, στράπτω.) Lucan. lib. 10. Fulget gemma toris & iaſpide fulua ſupellex. Cicero in Catil. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Et fulgere (docet Feſtus) pro ferire priſci dicebant. Vnde fulgur dictū eſt. Huius compoſita ſunt, Affulgeo, ad aliquid fulgeo. (προσλάμπω) Liuius: Et nauium ſpeciem de cœlo affulſiſſe. Conſulgeo, ſimul totus fulgeo. Plautus in Amphit. Ardere cenſui ædes, ita tum conſulgebant. Effulgeo, ſplendorē emitto. (ἀποστίλβω.) Præfulgeo: uide loco ſuo. Refulgeo, ſplendorem reddo. Perſius: Quod ſi doloſi ſpes refulſerit numi, Coruos poëtas, &c.

Fūlgĕtrŭm. tri. n. ſ. (ἀστραπὴ, στεροπὴ) dicitur lux illa, & quaſi uibratio luminis, quæ antè cernitur, quàm tonitruum audiatur, der blitz ſiue uuetterleich. Plinius libro 2. cap. 43. & cap. 54. Fulgetrum prius cerni, quàm tonitrum audiri, cum ſimul fiant, certum eſt: nec mirum, quando lux ſonitu uelocior. Dicitur etiam Fulgetra. træ. fœm. genere. Plin. libro. 17. cap. 2. Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.

Fūlgidŭs. a. um. pen. cor. clarus, ſplendidus.

Fūlgo. is. ſi. ſum. n. tertiæ coniugationis, in eadem ſignificatione qua fulgeo. Verg. lib. 9. Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis. Idem lib. 9. Auroq́ effulgere fluctus.

Fūlgŏr. oris. m. t. ſplēdor. (σέλας) Verg. 5. Aen. Maculoſus & auro Squamā incendebat fulgor. Cic. 5. Verr. Cuius fulgore collucere atq; illuſtrari Iouis Opt. Max. templū oportebat.

Fūlgŭr. uris. & Fulgus. uris. oris. pen. cor. ſicut Tergus. oris. uel Fulgus. eris. ſicut munus. eris. n. t. idem quod fulgetrū, (ἀστραπὴ.) Differt autem à fulmine, teſte Seneca libro 2. Nat. quæſt. quòd fulmen dicatur, cum ignis emittitur: fulgur autem cum ignis tantum oſtenditur. Vnde domum fulmine accenſam dicimus nō fulgure. Eſt enim fulgur nihil aliud quàm ſplendor ipſius fulminis, fulmen autem ipſum telum. der ſtroll. Conſtat utrunq; ignem eſſe, illud tamen intereſt, quòd fulgur tantum uirium non habeat, ut poſsit in terras deferri ſic

ſicut fulmen. Vide Plin. lib. 2. cap. 49.

Fūlgŭrātŏr, oris. m. t. fulgurũ excitator. (ἀστραπητής.) Nonius docet fulguratores fulminis eſſe inſpectores. Cice. 2. Diuin. Nonne intelligis eadem uti poſſe & aruſpices & fulguratores, & interpretes oſtentorum?

Fūlgŭrio, is. n. q. pen. corr. fulgur iacio. (ἀστράπτω.) Næui. Sanè à ſuo ſonitu claro fulguriuit Iupiter. id eſt, fulgure afflauit. Feſtus, Fulguritum, id eſt fulmine ictum.

Fūlgŭrĭtās, ſplendor. (ἀστραπὴ, αἴγλη.) Lucilius: Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum.

Fūlgŭro, as. n. p. pen cor. fulgor emitto, uel fulgure afflor. (ἀστράπτω.) Plinius lib. 18. cap. 35. Cum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Vnde Fulguratum, fulgure tactum.

Fūlgŭrĭtāſſūnt, pro fulgure percutiuntur, dixit Plautus in Trinummo: Nam fulguritaſſunt Alternæ arbores, ſues moriuntur angina acerrimè.

Fūlgŭrālis, le. o. t. Cic. 1. de Diuinat. Quod Hetruſcorũ declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri. hoc eſt libri, qui de fulgurum inſpectionibus tractant.

Fŭlĭcă, cæ. f. p. (κέπφος) pen. cor. auis quæ & fulix dicitur, marina uel ſtagnenſis (ut inquit Auguſtinus) paulò ſupra magnitudinem columbæ: à furuo, id eſt nigro dicta. Verg. 1. Georg. In ſicco ludunt fulicæ. Plin. lib. 18. cap. 35. Lolligo uolitans, conchæ adhæreſcentes, echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſolitum uocales, & fulicæ matutino clangore.

Fūligo. inis. f. t. pen. prod. ſimiliter à furuo, nigrum è fumo: eſt autem nigrum illud excrementum, quod ex fumo caminis aut furnis adhæret. (ἄσβολη, λιγνύς.) Colum. lib. 1. ca. 6. Quoniam fumo & fuligine ſapor olei corrumpitur. Fuliginoſus. λιγνώδης.

Fŭlix, icis. f. t. uide Fulica.

Fūllōnēs. num. m. t. (γναφεῖς) qui curanda, polienda'ue ueſtimenta accipiunt: à fouendis aqua calida ueſtibus. Plaut. in Aulul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Fūllōnĭŭs, a. um. ut ars fullonia. γναφευτική. Pli. lib. 7. cap. 56. Plautus in Pſeud. Cras mihi potandus fructus eſt fullonius. Fullonicus, a. um. idem. Plaut. in Aſin. Si didiciſti fullonicam, Non mirandum eſt: in oculos inuadere optimum eſt.

Fūlmĕn, inis. n. t. ignis excitatus è nubibus. (κεραυνός, σκηπτός) uide in Fulgur. Liu. 1. ab Vrb. Auentino fulmine ipſe ictus, regnum per manus tradidit. Transfertur aliquando ad alia: ut, Fulmen uerborum, Cic. ad Papyr. Fulmen fortunæ, Idem 2. Tuſc.

Fūlmĭnārĕ, a. p. eſt fulmen iacere. (κεραυνοβολεῖν, κεραυνόω) Seneca: Minore enim igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus eſt. Plin. Fulminantem peierant Iouem. Et fulminatum, fulmine ictum, aut uulneratum (κεραυνωθείς.) Idem lib. 2. ca. 57.

Fūltūră, ræ. f. p. ſuſtentatio. (ἔρεισμα.) Plinius, Vt eximantur trabes ſine fulturis, ac reponãtur. Col. lib. 1. cap. 5. Sed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea, &c.

Fūluŭs, a. um. o. ſ. (πυῤῥός) ut fuluus color dicitur qui ex rufo & uiridi uidetur eſſe mixtus, in alijs plus uiridis, in alijs plus rufi habens. Gold farb & leberfarb. Nam & aquilã fuluã dicunt Poëtæ, & fuluũ aurum, arenã fuluam, & leonem fuluum, quæ tamen res colore nonnihil differunt. Quinetiam Iaſpidem fuluam uocant, quam tamen conſtat eſſe uiridi coloris. Verg. 4. Aen. Atq; illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat. Vbi Seruius: Iaſpide fulua, pro uiridi: ut, Fuluaq; caput nectentur oliua.

Fūluiānă, herba. Plin. lib. 26. cap. 8.

Fūmārĭūm, rij. n. ſ. locus ubi uina fumo condiebantur. καπνεῖον. Marti. Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt. Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nam uina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius ueteraſteſcunt, ut docet Columella lib. 1. cap. 6.

Fūmĭfĭco, as. idem quod fumigo. (καπνοφορῶ) Plaut. Eiq; ut Arabico fumificem odore.

Fūmĭgo, as. a. p. pen. cor. ponitur pro ſuffio, (ἀτμίζω, θυμιάομαι.) & fumigatio pro ſuffitu. Var. 3. de re Ruſt. cap. 16. Ter in menſe mellarius inſpicere debet, fumigans leniter.

Fūmo, mas. a. p. fumum emitto. (καπνίζω, τύφομαι.) Verg. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant. Fumare aper dicitur, Martial. lib. 14. Huius compoſitum eſt infumo, penult. prod. quod eſt ad fumum ſicco.

Fūmŭs

Fūmŭs, mi. m. ſ. à furuo. (καπνός.) Plin. lib. 11. ca. 17. Tradunt fumum brutæ arboris contra li gna alia eſſe remedio. Vnde Fumoſus, fumo abundans, ſiue fumo uelut tinctum. (καπνώδης) Cato de re Ruſt. cap. 130. Ita neq; fumoſa erunt, & bene ardebunt. Fuminoſus. a. um. idem Plin. lib. 10. ca. 8. Virus redolẽs fumino ſum. Fumeus, ex fumo exiſtens. καπνινοι. Infu mibulū, per quod fumus erūpit. καπνοδόχη.

Fūmĭdŭs, a. um. ut, Fumida chryſolitus, Plin. li. 37. ca. 7. Et fumidū uirus, Idem li. 14. ca. 10.

Fūmĭfĕr, ra. rum. Verg. 9. Aen. Piceum & fumi feros infert Mezentius ignes.

Fūnālĕ, ium. n. t. (δᾷδες) cerei, quòd ante uſum papyri funes cera circundatos habere ſolebant: qui mos etiamnum à nobis hodie in ſacris obſeruari ſolet. Cic. de Senect. Delectaba tur crebro funali, & tibicine: quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerat, tantum licentiæ dabat gloria. Funales equi ſunt, qui fune, hoc eſt reſte, iuncti currum præcedunt. (σειραφόροι.) Sueton. in Tyb.

Fūnămbŭlŭs, li. m. ſ. pen. cor. qui graditur per funes. (σχοινοβάτης.) Terent. in Prologo Hecy. Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo Animum occuparat.

Fūnĭpĕus, pei. m. ſ. idem ſignificat quod funambulus. Apuleius: Comœdus ſermocinatur, tragœdus uociferatur, funipeus periclitatur.

Fūndă, æ. f. p. (σφενδόνη) inſtrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc eſt iactãtur lapides, quæ primum inuenta ſunt in Balearibus inſulis. Verg. 1. Georg. Stupea torquentem Balearis uerbera fundæ. Eſt etiam retis genus, quod in orbem ſpargitur. ἀμφίβληστρον. quod & reticulum dici ſolet. Idem in eodem: Funda iam uerberat amnem. Accipitur quan doq; pro ſacculo ſeu marſupio in modum retis facto, unde & reticulum uocatur, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrob. Aliquando pro circulo ex auro, ſiue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum non niſi margines amplectatur. Plinius: Funda includuntur perſpicuæ, cæteris ſubijcitur aurichalcū.

Fūndāmĕn, inis. n. ſ. & fundamentum, utroq; modo dicitur pro eo, ſuper quod quid fundatur. θεμέλιον, ὑπόθεσις, βάσις. Vergil. Fundamenta locant alij, pars ducere muros. Tranſlatè Iacere fundamenta libertatis, eſt quaſi dare libertati principium. Cic. Cornif.

Fūndĭbŭlārĭi, orum. m. ſ. idem quod funditores.

Fūndĭto, as. pen. cor. ſæpe fundo. (σφενδονίζω.) Plaut. in Pœn. En monſtrū mulieris, tantula tanta uerba funditat, id eſt multū & fruſtra profert. Funditare rem, pro conſumere, prodigere, ac profundere. Idem in Merc.

Fūndĭtōrēs, rum. m. t. qui funda dimicant. (σφενδονῆται.) Saluſt. Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorū & ſagittariorū delecta

Fūndĭtŭs, (ἐκ βάθρων, ἄρδην) pen. cor. (manu. aduerb. ſignificat à fundo, ſicut cœlitus à cœlo. Cic. de Amic. Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ nō odijs atq; diſsidijs funditus poſsit euerti?

Fūndo, as. a. p. firmo, & quaſi fundamentum facio, ſiue iacio, ſtabilio. (καταβάλλομαι, θεμελιόω.) Verg. 8. Aen. Haud procul hinc ſaxo colitur fundata uetuſto Vrbis Argillinæ ſedes. Trãſfertur et ad incorporalia. Quint. Fundatã paternis auitisq; opibus domum exhaurit. Cic. Quantū in me fuit ieci fundamẽta pacis. Huius cõpoſita ſunt, Effundo. as. quod eſt à fundo euerto. (ἀποθεμελιόω) Cæcil. Reſpub. amiſſo & effundato pulcherrimo non paruã fecerat iacturã. Suffundo, ſubijcio. Var. Qui in domib. lateritijs paululum modo lapidib. ſuffundatis, ut humorem ſugerent, habitabant.

Fūndo, dis. fudi, fuſum, a. t. liquefacio. χέω. unde metalla dicuntur fuſa, cum liquefacta ſunt ui caloris. Plinius libro 34. cap. 8. Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem nobilem, fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Hinc fuſile, fuſor, & fuſorius. Quoniam uero quæ fuſa ac liquida ſunt, ſpargi ſolent, fundere pro ſpargere ponitur. Claudian. Et peſsima fudit uina cadis. Lactant. lib. 6. Fundendus ad ultimum cruor, omnia deniq; amara & grauiora patienter ferenda. Aliquando pro proſternere. Ἀναλίσκω, καταβάλλω. Verg. Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia uictor Corpora fundat humo. Aliquando pro profligare, Liu. lib. 1. Exercitū fundit, fuſum perſequitur. Aliquãdo pro abundanter præbere. Verg. Ipſa tibi blandos fundet cunabula flores. Aliquãdo pro largè loqui. (σφενδονᾶν)

Idem. 3. Talia fundebat lachrymans. Huius cōpoſita ſunt, Affundo, ad aliquid fundo. ἐπιχέω. Plin. Affuſo paulatim uino auſtero. Confundo, perturbo, opprimo, ſiue omnia in unū miſceo, cōiungo. συγχέω. Verg. li. 3. Qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis, id eſt, coniungitur. Circunfundo, circumcirca ſpargo. περιχέω. Vergil. Vndiq; uiſendi ſtudio Troiana iuuentus Circumfuſa ruit. Defundo, deorſum fundo. καταχέω. Cicero 2. ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit poſtquàm defuſus eſt, defricari. Diffundo, & Effundo, de quibus ſuprà. Infundo, intus fundo, ἐγχέω. Colum. lib. 2. Merumq; faucibus ſi æſtuauerint boues, infundet. Hinc Infundibulum. Quandoq; infundere, eſt ſupra fundere. ἐπιχεῖν. Verg. 1. Georg. Certatim largos humeris infundere rores. Offundo, & Perfundo, ualde ſiue per omnes partes fundo, ſpargo. διϋγραίνω, διαπάσσω. Ouidius: Perfuditq; genas lachrymis. Profundo, προχέω. Refundo. ἀμείβομαι, ἀντιμβάλλω. rependo, reſtituo, Seneca: Id erat non tam accipere beneficium, quàm refundere. Interdum reijcio. ἀναρρίπτω. ut, Omnem culpam in te refundam. Interdum retro fundo, euomo. Plini. Quod heſterna crapula ingurgitauerat, palàm refudit. ἀναδίδωσι. Suffundo, eſt ſuprà fundo, aut deorſum inijcio. Plautus in Curc. Mane, ſuffundam aqulam. Interdum forinſecus ſpargo, rubore perfundo, confundo. Vergilius 1. Georg. At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem Ventus erit. Seruius, Suffuderit, forinſecus habuerit. Hinc Suffuſio. ὑπόχυσις, ὑπόχυμα. qui morbus eſt oculorum, uulgò cataractam uocant. hæc paracenteſi curatur. Superfundo. ἐπιχέω. Lactantius libro 6. Extinguitur protinus tanquam igni aquam ſuperfuderis. Transfundo, de uno ad aliud fundo, ſpargo, immito ίε. διαχέω. Cato de re Ruſt. Vbi dies triginta præterierint, transfundito, & ita relinquito.

Fūndŭm, di. n. ſ. πυθμήν. ima pars cuiuſque rei, quæ aliquid liquoris in ſe contineat, uel ad cōtinendum facta eſt, ut dolij, nauis, aluei fluminis, lacus, maris. Seneca: Sera in fundo parſimonia. Hinc Fundamentum, & profundum, quod propriè imum ſignificat: ut profundum mare dictum, quòd procul habeat fundum. Dicitur etiam fundus. di. pro eodem. Cicero, Fundus armarij.

Fūndŭs, di. m. ſ. χωρίον, ἀγρός. ager, prædium, ita dictus quòd fundat quotānis multa: uel quòd ſit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio labilis eſt. Plau. in Capt. Quaſi fundum uendam, meis me addicā legibus. Et fundi appellatione, (docet Florent. iureconſul.) omne ædificium, & omnis ager continetur: ſed in uſu, urbana ædificia, ædes: ruſtica, uillæ dicuntur. Locus uero ſine ædificio in urbe, area: rure autem, ager appellatur: idemq́ue ager cum ædificio, fundus dicitur.

Fūnebris, bre. o. t. pen. cor. quod ad funus pertinet. ἐπιτάφιος, ἐπικήδειος. Quintil. Quid ſibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum. Et funebres tibiæ, quib. in funere canebatur. Funebris oratio, Cic. 2. de Orat. Funebre ueſtimentū, Idem 2. de Legibus. Funebria iuſta, Liu. 1. ab Vrb. Aliquando dicitur cædibus plenum, uel mortale. Sic Horat. in Serm. funebre bellum dixit. φθισήνορα πόλεμον, Hom.

Fūnĕrālĕ, idem: ſic &

Fūnĕrĕŭs. a. um. ut funereæ mulieres, ad quas pertinet funus, utputa ſoror & mater. Funerea fax, Martialis.

Fūnĕro, as. n. p. pen. cor. ſepelio. κηδεύω. Plin. lib. 11. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertijs undecim millibus. Suet. in Domit. Phyllis nutrix in ſuo ſuburbano ſuo Latina uia funerauit.

Fūnĕſto, ſtas. a. p. funere inquino. Cic. pro Font. Qui etiam ſiquando alio aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur humanis hoſtijs, eorum aras ac templa funeſtant. Vnde domus funeſtata, quæ aliquo funere affecta eſt. Plautus: Paternam domum funeſtaui.

Fūnĕſtŭs, ſta. ſtum. quod eſt funere inquinatum, & mortiferum, cruentū. Seneca: Vox illa funeſta Reipub. Item quod funeribus adhibetur, ut funeſta tibia, qua ad funera canebant. Funeſta arbor, dicitur à poëtis cupreſſus, cuius ramus poni ante domum funeream ſolitus ſit, ne quis per ignorantiam ingrediens pollueretur.

Fūnĕtŭm, ti. n. ſ. dicitur in arcus ſpeciem formatum. Et dicitur de uineis, cum breuiores palmites ſunt, ſarmentis ipſis inter ſe iunctis funium modo.

Fūngŏr, eris. functus. d. t. (τελέω, ἀποπληρόω) ſignificat uti, ſeu officium aliquod aut dignitatem habere, agereq́, & conſtruitur cum ablatiuo: ut, fungor prætura, fungor uita, quod eſt, fungor officio uitæ, & munere adminiſtrandi corpus. Inde defunctos, mortuos (μακαρίτας, μετηλλαχότας) dicimus, qui munia uitæ peregerunt. Lactant. Ita enim delegato ſibi officio functi ſunt. Cæſar 7. Bell. Gal. Eodem illo munere fungebatur. Aliquando cum accuſatiuo. Teren. in Adel. Aeſchinus neq; boni, neq; liberalis functus eſt officium uiri. Huius compoſita ſunt, Defungor: id eſt, expedio, finem facio, perago, ceſſo & liberor ab aliquo officio uel munere. Vergil. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. id eſt, qui finiuiſti & euaſiſti pericula. Perfungor, perfectè fungor. ἐκτελέω. Cice. Lent. Cum honorib. ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus.

Fūngŭs, gi. m. ſ. μύκης. à funere (ut quidam docent) deſcendit, quòd ueſcentibus periculoſiſſimus ſit, cum uel caligaris clauus, uel chalybis rubigo, aut panni marcor adfuerit, aut ſerpens primo paſcentem adhalauerit. Naſcuntur & in arboribus, & in ſpinarum radicibus. De fungis lege Plin. lib. 22. cap. 23. & libro 17. capite 24. Fungus, pro homine ſtupido & inſulſo. Plautus in Bacchid. Adeón' me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem? Hinc Fungoſus. a. um. quod eſt rarum & leue ad ſimilitudinem fungi. μυκητώδης. Plini. Hinc totum fungoſa replet medulla. Et fungoſitas à fungoſo dicitur. Idem, Tota fungoſitas derasa.

Fūngĭnŭs. a. um. quod eſt ex fungo. Plaut. in Trin. Pol hic quidem Fungino genere eſt, capite ſe totum tegit.

Fūnĭcŭlŭs, li. m. ſ. diminut. à fune. καλώδιον, σχοινίον. Cicero 2. de Inuent. Vſq; adeò ut dominus nauis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret, & inde funiculo qui à puppi religatus eſt, ſcapham annexam trahebat, nauim quoad poſſet moderaretur.

Fūnis, (κάλως, σχοῖνος, μήρινθος) tam maſculini, quàm fœminini generis, eſt reſtis ex cannabe aut alia materia contorta. Plin. lib. 16. cap. 1. Vlua & paluſtri iunco funes nectunt.

Fūnŭs, neris. n. t. pompa, quæ fit exequijs mortuorum. ἐκφορά. A funalibus dictum funus, quod incenſi funes mortuis præferebantur: quoniã noctu efferebantur cadauera. Vel potius à φῦνος Ionicè pro φόνος. Ennius: Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Terentius in And. Funus interim procedit, ſequimur, ad ſepulchrum uenimus. Interdum ponitur pro cadauere. νεκρός. Terentius: Effertur funus. Interdum ſignificat mortem. Vergil. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Quandoque pro ſepulchro: τάφος. Idẽ. Ergo inſtauramus Polydoro funus.

Fŭo, fuis, fuit, futum, ſignificat arguo, & ſum. Plaut. in Amph. Ne quis tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Hinc futo. as. de quo infrà.

Fūr, furis, (φώρ, κλέπτης) generis communis ſubtractor: à fero, quòd ferat, id eſt auferat res alienas. Vel (ut docet Var. lib. 14. Rerum diuin.) à furuo, nigro, quòd furta clàm fiant, & plerunq; in nocte. Sabinus à fraude, alij à Græco φώρ, à quo furtum deducitur. Plau. in Aul. Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero furi. id eſt fureris mea. Fur à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur, libro 3. de re Ruſtica, capite 16. Interdum fur capitur pro ſeruo. Vergilius, Quid domini facient, audent cum talia fures? Compoſita ſunt Bifur, & Trifur. (τρίφωρ) Plautus, Verberabiliſſime etiam rogitas? non fur, ſed trifur. hoc eſt ſummè fur. Aurifur, qui furatur aurum. (χρυσοκλέπτης.) Furunculus, ſecundum Priſcianum, diminutiuum eſt à fur. Furunculus, item diminutiuum, quære ſuo loco. Perſius: Fur es, ait Pedio.

Fūrāx, acis. o. t. dicitur qui facile furatur, et furtis faciendis animum applicat. κλεπτικός, λωποδυτικός. ut furax aleator, furax ſeruus, furaces manus, Cicero. Furacitas. tatis. Plinius libro 10. capite 29. Cui ſoli aui furacitas auri argentiq; præcipuè mira eſt. Furaciter aduerbium. Cicero in Vatinium, Cumque omnium domos, apothecas, naues furaciſſimè ſcrutaretur, & cætera.

Fūrcă, cæ. f. p. [illegible]. à fero, inſtrumentum quo ſtramenta feruntur. Horatius in Epiſt. Naturam expellas furca licet uſq;, recurret, Et male perrumpet furtim ueſtigia uictrix. Dicitur etiam furca, omne id, quo quid ſu-

ſuſtentatur in modum furcæ factum. Plin. lib. 14. cap. 1. Furcas ſubdere his neceſſarium. Idẽ lib. 9. cap. 8. Tunc piſcatores circumdant retia, furcisq́ ſubleuant. Vnde Biſurcus, & Biſurcatus, & Biſurcatim. Huius diminutiuũ eſt furcula. Liu. octauo Bell. Maced. Momento enim ad inane ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro peruenerunt. A quo fit aliud diminutiuum Furcilla.

Fŭrcĭfĕri, orum. m. ſ. dicebantur ſerui, qui ob leue delictum cogebantur à dominis ignominiæ magis, quàm ſupplicij cauſſa circa uicinos furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum, ſimulq́ monere cæteros, ne quid ſimile admitterent. Vnde Plutarch. in uita Coriolani: Furcifer huic nomẽ eſt, quod maxima pœna apud antiquos ſeruo peccanti erat, ut is plauſtri lignum, cui temo affigitur, ſpectante uicinia ferens circũageret, quod ubi factum erat, inuidus à domeſticis & uicinis exiſtimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant. Plaut. in Amphit. Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Teren. in And. Oh, tibi ego ut credam furcifer? Hinc Triſurcifer, ſummè furcifer dicitur ſicut Triuenefica, ſummè uenefica.

Fŭrcĭlis, pen. cor. inſtrumentum bidentatum, tridentatumúe, quo utimur ad extrahendum fi(mum.

Fŭrcillă, læ. f. p. dimin. à diminutiuo furcula eſt, & ſignificat inſtrumentũ quo frumenta cillentur, hoc eſt, mouentur: (nam cillere mouere eſt.) & quo fœnum, paleæ, & id genus reliqua iumentis miniſtrantur. hoc ruſtici in fœno colligendo utuntur. Varro libro de re Ruſt. Herba cum creſcere deſijt, & æſtatibus areſcit, ſubſecari debet, & quoad perareſcat, furcillis uerſari.

Fŭrfŭr, is. m. t. nomen auis, & purgamentum farinæ. πίτυρον. Plautus in Captiu. Tum piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues. Vnde furfureus. a. um. quod eſt ex furfure. πιτυρίας. Et furfures, morbus capillorum, ac faciei: fuliginoſa uidelicet illa excrementa ſicca & alba, ac tenuia, quæ ſuper poris colligũtur. πιτυρίασις. Plin. libro 20. cap. 9. Furfures capitis & ulcera manantia ex oleo cocta.

Fŭrfŭrōſŭs, a. um. Plin. lib. 12. cap. 25. Color in quacunq; natione præfertur rufus, deterior furfuroſus. hoc eſt, qui ueluti furfuribus permixtus apparet.

Fŭrĭātŭs, ta. tum. o. ſ. qui ex cauſa furit. ἐμμεμηνώς. Vergilius, Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus. Seruius.

Fŭrĭbundŭs, a. um. o. ſ. qui uehementer furit. ὀργιζόμενος, παρακεκινηκὸς, μανιώδης. Salluſt. Tum ille furibundus, Quandoquidem circũuentus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam.

Fŭrio, as. a. p. cum furore concito. ἐκμαίνω. Horatius, libro Carm. Quæ ſolet matres furiare equorum.

Fŭrĭōſŭs, a. um. o. ſ. dicitur à quo furor nunquã recedit. μανιώδης, ἐμμανὴς, ἐκστατικός. Cice. 3. Tuſc. Itaq; non eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Idem pro Cluent. Mulier iam non morbo, ſed ſcelere furioſa. Furioſè, aduerb. Idem ad Att. Et ſi ſolet eum, cum aliquid furioſè fecit, pœnitere.

Fŭrnācĕŭs, a. um. quod ad furnum pertinet. βαναυσικός. Plin. Nam furnaceis panibus binas adijciunt libras.

Fŭrnārĭă, æ. f. p. βαναυσική. abſolutè dicitur, ſicut cœnacularia, & ſagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno paniſq́ue coctura quæſtum facit: uel qui furnos locat conductoribus. Suet. de Vitel. Ex muliere uulgari Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuit.

Fŭrnārĭæ, arum. f. p. βαναυσικαί. mulieres uulgò dicuntur furno operantes.

Fŭrnĭānŭs, a. um. adiectiuum: ut, Furniana uaſa, à Furnio inuentore fortaſſis dicta. Plinius.

Fŭrnŭm, ni. n. ſ. ἐρεβεννόν. obſcurum: à quo furnus, fornax, fumus, furia, fuligo, fulica.

Fŭrnŭs, ni. m. ſ. ἰπνὸς, κρίβανος, φοῦρνος. à furno, id eſt nigro colore, propter fuliginem, uel propter obſcuritatem quam intus habet, ut inquit Porphyrio: locus in quo panis coquitur. Differtq; à clibano, quòd clibanus mobilis eſt, & quaſi paruus furnus, teſtaq; aliquãdo tegitur, ſed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide conſtat, non tam pani quàm alijs dapibus coquendis ſeruiens. Furnus uero, ex cæmento & calce cõſtat, magnusq́ & immobilis eſt. Os furni, præfurnium dicitur.

Fūro,

Fŭro,is.ere.n.t. ira exagitor. μαίνομαι. Apule. Furit, enſem corripit, fertur in eum præceps, nil tale timentem aggreditur. Quandoq; eſt inſanire. Cic.lib.1.Offic. Verſutum & callidũ factum Solonis, qui quo tutior uita eius eſſet, & plus aliquando Reipub. prodeſſet, furere ſe ſimulauit.

Fŭrentĕr, aduerbium. Cicero. ad Attic. libro. 6. Aiunt eum furenter iraſci.

Fūrŏr, aris. d.p. furtum facio, clàm alienum aufero. κλέπτω. Cicero 6. Ver. Tum primum intellexi ad eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe, ut iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum uteretur. Plinius libro 12. capite 14. Nemo furatur alteri.

Fŭrŏr, furoris, m.t. μανία, τῆς διανοίας παραφορά. inſania: quamuis inter ſe differant, ſicut Cic. 3. Tuſc. declarat: Itaq; non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Inſaniam enim eſſe cenſuerunt inconſtantiam ſanitate uacantem, quæ tamen poſſet tueri officiorũ & uitæ communem cultum atq; uſitatum. Furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem, quòd cum maius eſſe uideatur quàm inſania, tamen eiuſmodi eſt, ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. Fit enim furor aliquãdo uitio ualetudinis, ut in iis qui melancholici appellantur, quos tamen Ariſtoteles cenſuit habere aliquid in animis præſagiens atque diuinum. Aliquando accipitur pro mente ui quadam diuina concitata, qualis eſt furor poëtarũ. Negat quippe. Democritus quempiã poëtarum magnum eſſe poſſe ſine furore. Interdum ſumitur pro nimia ira: Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri? Dictus, quòd huc atq; illuc temerè feratur.

Fūrĭfĭcŭs, a.um. quod furtum facere ſolet. ἐπίκλοπος. Plaut. in Perſa, Ubi illa altera eſt furtifica leæna. Idem in Pſeud. Ut prærodatis ueſtras furtificas manus.

Fūrtĭm, aduerbium ſignificat latenter. λαθραίως. Vergil. lib. 3. Aeneid. Infelix Priamus furtim mandarat alendum. Furtim habere, id eſt occultare. ὑποκλέπτειν.

Fūrtīuŭs, a. um. κλεπτόμενος. pen. prod. quod furto raptum eſt, in ſignificatione paſſiua. Plautus in Perſa, Adduxi ſimul forma expetenda liberalem mulierem, Furtiuam, abductam ex Arabia penitiſſima. Quandoq; furtiuum dicitur clandeſtinum. Unde & furtiuæ literæ, & furtiua ſcripta, quæ artificio quodam fiunt, ne legi poſſint ab alio, quàm ab eo ad quẽ ſcribuntur. Gellius, Res quaſdam occultas nunciare regi furtiuo ſcripto uolebat.

Fūrtŭm, ti. n.ſ. κλοπή, κλέμμα. ut Paulus Iureconſul. definit, eſt contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus poſſeſſionis ùe, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Veteres tamen dicebant furtum, quicquid clàm committeretur. Verg. Vulcani Martiſq; dolos, & dulcia furta. Hinc furta pro adulteriis leguntur. Tibul. Celari uult ſua furta Venus. Pro inſidiis. Verg. lib. 11. Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ, Armato ut biuias obſidam milite fauces.

Fūruæ hoſtiæ, dicebantur quæ Diis patris, & Proſerpinæ aris immolabantur.

Fūrūncŭlŭs, li. m.ſ. diminutiuũ eſt à fur. Cicero in Piſon. Olim furunculus, nunc etiam rapax. Accipitur etiam quandoq; pro muſtella ſylueſtri, quæ in cauernis cuniculi capiuntur. ἰκτίς. Et furunculus (δοθιὴν, φύγεθλον) dicitur tuberculum acutum, cum inflammatione ac dolore in carnoſis maximè partibus, ut ſcribit Galen. Eſt etiam furunculus tuberculum in modum uerrucæ eminens, quod fit cum ex cicatrice germen procedit. Colum. li. 5. Plerunq; autem germen de cicatrice procedit, quod ſiue longum proſiluerit, in flagellum ſubmittitur: ſiue breuius in pollicem, ſiue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet minimo capillamento fieri poteſt. Dictus furunculus, quòd quaſi furtim naſcatur.

Fūſcĭnă, næ. f.p. δίκρανον, τρίαινα. pen. cor. telũ tridens, ſiue triſulcum piſcatorium, quòd fundo natantia capiat. Inſigne Neptuni erat, ut apud Priapeiam, Neptuni fuſcina telum. Hac etiam retiarii in gladiatoriis ludis utebantur. Iuuenalis: Vicerat hoc monſtrum manicati fuſcina Gracchi. Alii tunicati legunt.

Fūſcĭnŭlă, læ. f. p. diminut. parua fuſcina. δικρανίδιον, ἰχθυάγρετρον.

Fūſcŭs, a. um. φαιός. color ſubniger, id eſt nõ plenè niger: qualis eſt meridionaliũ Indorum & Aethiopũ color. ſchwartz rot. Fuſcũ Pilum.

Plin. libro 8. cap. 21. Fuſcum falernum. Mart. Fuſca uox, Cic. 2. de Nat. opponitur canoræ. Poteſt dici ein dimmerechte ſtim.

Fūsē, aduerbium: hoc eſt abundanter, & copioſe. Cic. 4. Tuſc. De cuius excellẽtia multa quidem dici quamuis fuſe lateq́ poſsint, ſed breuiſſime illo modo.

Fūsilis, le. o. t. penul. corr. quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt, uel quod pronum eſt ad fundendum. χυτόν. Gel. Qui ſunt leues & fuſiles & importuni locutores.

Fūsim, aduerbium ſignificat ſparſim. χύδην.

Fūsio, onis. f. t. Cicero. 1. de Nat. Ipſumq́ mundum deum dicis eſſe, & eius animi fuſionem uniuerſam.

Fūsōrēs, qui fundunt: id eſt liquefaciunt.

Fūsōrius, a. um. χωνευτικός. quod ad fuſionem, hoc eſt liquefactionem pertinet, ſeu quod funditur, aut fundi poteſt: ut, opus fuſorium. Fuſorium uas, in quo metalla liqueſiunt. Et ars fuſoria. χωνευτική. ars fundendi, miſcendi, tranſmutandiq́ metalla.

Fūstis, huius fuſtis, maſc. ge. lignum teres & acutum, quod & ſudes dicitur. Plau. in Amp. Quonam modo? M. Auferêre, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero. Cice. pro Cecin. Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egerit? Fuſtuarium ſubſtant. pœna quæ fuſte infligitur. Liu. li. 5. Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit. Fuſtigo. as. are. fuſte ſtimulo μαστιγόω, ξυλοκοπέω.

Fūsūră, ræ. f. p. Plini. libro 33. cap. 6. Molybditis plumbi ipſius fuſura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Fūsŭs, a. um. (χυθείς) participium à fundo. dic. Fuſus, fuſi, &

Fūsŭm, fuſi, neut. gen. (ἄτρακτος) inſtrumentum quod mulieres nendo digitis uoluunt: à fundendo dictum, quod dum trahitur, uoluendo quaſi liqueſieri uidetur. Plin. lib. 28. cap. 2. Pagana lege in pleriſque Italiæ prædijs cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant.

Fūtĭlis, le. o. t. pen. corr. propriè dicitur quod liquorem ſibi commiſſum non ſatis fideliter cõtinet, ſed ſtatim effundit. ἀνέχεγγον, χυδαῖον. Vnde futile uaſis genus, quod erat latiſſimi oris, ex altera parte arctium, quod ſtatim poſitum effundebatur. Vtebantur eo in ſacrificijs deæ Veſtæ, quia aqua ad ſacra hauſta in terra nõ ponitur, quòd ſi fiat, piaculum eſt. Vnde excogitatum uas eſt, quod ſtare non poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur. A quo futiles, χυδαῖοι, φλύαροι. dicti ſunt, qui continere tacenda non poſſunt, ſed ea effundunt. Apul. Leuis homo & futilis, ac rimarum plenus. Terentius, in Adelph. Tu quantus quantus nihil niſi ſapientia es, Ille futilis, ſomnium. Futilitas. tatis. Cic. 2. de. Nat. Hæc & dicũtur, & creduntur ſtultiſſimè, & plena ſunt futilitatis, ſummæq́ leuitatis. Futilè, (ψυχρῶς) aduerbium, pro futiliter. Ennius,

Fūtio, futis, n. t. (ἐκχέω) effluo, à quo componitur effutio. Hinc futile uas, de quo in antecedentibus. Valla.

Fūtis, uas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur,

Fūto, as. redarguo. à quo confuto. & refuto ἐλέγχω. uide in dictione refuto. Cato futauit uſus eſt, pro ſæpius fuit.

Fŭtŭo, futuis, futui, fututum, a. t. ὀχεύω, βινέω, συνουσιάζω. obſcœnum uerbum, quod à futio deduci uidetur, quum nihil aliud ſit futuere, quàm ſemen effundere.

Fūtūrŭs. a. um. conſequens, inſequens, poſterus, reliquus, impendens. Cic. Attic. 93. Sed illum eum futurum puto qui eſſe debet.

DE LITERA G.

G LITERA muta eſt. quæ in uerborum præteritis mutatur in ct, ut legor lectus, agor actus. Aliquando in ſ, ut ſpargo ſparſi, mergo merſi. Aliquando in x, ut rego rexi, pingo, pinxi. Apud Græcos quod illi per κ ſcribunt, quandoq́ nos per g ſcribimus. κύκνος, nos cygnus: illi κώβιος, nos gobius, uel gobio.

G ANTE A.

Găbălŭs, li. m. ſ. pen. prod. apud ueteres crux, ſiue patibulum dicebatur. Varr. Nos barbari, quòd innocentes in gabalum ſuffigimus homines: uos nõ barbari, quòd noxios abſoluitis.

Găbătæ, arum. f. p. γαβάθαι. pen. cor. uaſa concaua,

na, edulijs pulmentarijſq́; aptiſſima. Martialis: Sic implet gabatas paropſidesq́;.

Găbīnŭs, ni. n. ſ. penult. prod. toga, quæ, ſicut docet Seruius, ſic in tergum reiecta eſt, ut una eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat, quo ueſtimenti genere utebatur Conſul bella indicturus.

Gæſa. uide in dictione Cæſa.

Găgātēs, tis. m. t. γαγάτης. ſeu Gages, nomen fluuij in Sicilia: & nomen lapidis precioſi in eo primum reperti: quamuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quamuis rudis & ruſticus uideatur, diuini tamen neſcio quid in ſe habeat. Ignem enim alit in lucernis, ſolo oleo extinguibilem. Si quis autem aquam cum eius lapidis puluere biberit, ſi carnis ſenſerit maculas, extemplo emingit, neque cohibere urinam poteſt: at ſi uirgo, non cogitur meiere. Plin. lib. 16. cap. 19.

Găgitēs, lapis eſt in aquilarum nidis repertus, ad multa remedia utilis, nihil uero igne deperdens. Eſt autem lapis iſte intus prægnans, quem ſi quatias, alius quaſi in utero ſonat. ſuluus eſt, & tereti figura. Hunc Zoroaſtes magus omnibus lapidibus prætulit, maximamq́; illi tribuit poteſtatē, uocaturq́; aliter ἀετίτης ab aquilarum nomine. ἀετὸς enim Græcè aquilam ſignificat.

Gălăctītēs, (γαλακτίτης) maſc. gen. lapis precioſus, de quo Plinius lib. 37. cap. 10.

Gălănthis, idis. f. t. muſtela, à qua piſcis quidā dictus eſt. Hæc & gale (γαλῆ) dicitur & galeus.

Gălăxiăs, (γαλαξίας) & galatites, gemmæ ſunt colore lacteo, intercurrentibus candidis uenis.

Gălbă, bæ. f. p. uermiculus miræ exilitatis qui naſcitur in eſculis.

Gălbănĕŭs, a. um. adiect. à galbanus. Vergil. 1. Georg. Galbaneaq́; agitare graues nidore chelydros.

Gălbănŭs, pen. cor. fœm. gen. & Galbanum neutri, ſuccus eſt ſiue lachryma cuiuſdam herbæ ſimilis ferulæ, quæ in ipſo frutice in æſtate prorumpit, & multis eſt apta medicaminibus. Luc. lib. 9. Hic ebulum ſtridet, peregrinaq́; galbana ſudant. Eſt etiam hoc nomine genus ueſtimenti delicatorum, à colore albo ac ſublucido, quod nullos habet pilos. Iuuenalis, Cærulea indutus ſcutulata & galbana raſa. Inde galbanatus, nomen ſimile participio formauit Martialis, quod eſt galbano indutus: accipiturq́; pro homine molli & effœminato, Iacet occupato galbanatus in lecto. Vide Galbinus.

Gălbĕŭm, ei. n. ſ. ornamenti muliebris genus.

Galbinus, a. um. pen. prod. mollis & laſciuus. Martialis, Galbinos habet mores. Tunica quoque galbina à colore dicta eſt. Flauius Vopiſcus in Aurelio, Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina. * Galbanus apud Martial. 1. legitur, pen. cor. Fuſcos colores, galbănos habet mores.

Gălbŭli, orum. m. ſ. σφαιρία. pilæ cupreſſi. Varr. libro 1. de re Ruſtica, Non enim galbuli qui naſcuntur, & cætera.

Gălbŭlŭs auis, qui & galbula, & ἴκτερος dicitur. Martialis, Galbula decipitur calamis & retib. ales. Apud noſtrates galberius dicitur.

Gălē, es. f. t. γαλῆ. muſtella. Ariſtot. lib. de Animalibus, Gale quoties dimicatura cum ſerpente eſt. Plinius, Muſtellæ cum anguibus uiſæ ſunt pugnare, quoties uictæ ſunt rutæ folium morſu apprehendentes.

Gălĕă. κόρυς. caſſis. à galero, quo multi ueteres uſi ſunt: munimentum eſt capitis, è corio quōdam fieri ſolitum, nunc fit è ferro. Plinius lib. 7. cap. 56. Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonij inuenere. Hinc galeo. as. are. galeam induere. Hirtius 5. Belli Aſiani, Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari. Galeatus, galea indutus: ut, Galeata Minerua apud Cice. de Natura.

Gălēnă, æ. f. p. dicitur plumbi & argenti uena communis, quæ & μολύβδαινα uocatur, & Latinè dicitur plumbago. Plin. lib. 34. cap. 16. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum qui remanſit in fornacibus, galena, quæ portio eſt tertia addita uenæ.

Gălĕŏlă, æ. f. p. κορύθιον. uas ſinuoſum, à galeæ ſimilitudine dictum, autore Nonio. Varro de uita Pop. Rom. Vbi erat uinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinu?

Gălĕōtæ, (γαλεῶται) ſtelliones appellantur.

Gălērită, tæ. f. p. κορυδαλός. penul. pro. auis quæ nunc alauda dicitur, à galeri ſimilitudine. Varro galericum appellat, quia plumam elatam in capite habet.

Gălĕrŭs,ri.m.ſ.& galerum, (κυνῆ,πιλίον) pen. prod.pileus rotundus, quòd in modum galeæ eſſet factus,ut inquit Varro. Statius: Et temperat aſtra galero. Accipitur interdum pro factitia coma,quæ apud Suet.in Calig.capillamentum nominatur. Huius diminutiuum eſt galericulus.

Gălĕŭs,ei.m.ſ. (γαλὴ) piſcis, qui à noſtris etiam muſtella dicitur. Plinius lib.32. cap. 2. Nihil eſt uenatius uſquam quàm in mari piſtinaca, utpote cum radijs eius arbores necari diximus, hanc tamen perſequitur galeus.

Gālgŭlŭs, li.m.ſ. (κολιὸς,ὁ κολιὸς.) auis eſt,quæ ſi ſpectetur à quopiam morbo regio laborante,ſanatur morbus ille,& auis emoritur. Pli. libro 30.cap.11.

Gāllă,æ.ſ.p.fructus quercuum. κηκίς. Plin.lib. 20.cap.20.Ceruicis dolores cum galla & lini ſemine pari menſura ſedat. Verg. 4. Georg. Proderit & tonſum gallæ admiſcere ſaporẽ.

Gāllĭcæ,arum.ſ.p.genus calciamenti,quo utuntur galli pluuioſo tempore, inquit Bayfius, Cic.2.Phil.Nullis nec gallicis,nec lacerna.

Gāllĭcĭnĭŭm,nij.n.ſ.(ἀλεκτρυοφωνία)pars noctis appellata eſt,qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis uigilia. Apul. 2. de Aſino, Noctis gallicinio uenit quidam iuuenis proxima ciuitate.

Gāllĭcŭm,ci.n.ſ.acer album,& præcipui candoris dicitur.uide Acer.

Gāllĭnă,æ.ſ.p.auis nota. ὄρνις,ἀλεκτορίς. Teren. in Phorm. Anguis per impluuium decidit de tegulis,Gallina cecinit.

Gāllĭnācĕŭs,a.um.quod ex gallinis eſt.ὀρνίθειος. ut pullus gallinaceus.Var.3.de re Ruſt.ca.9. Gallinaceum fel,Cic.1.de.Diuin.

Gallinaceus, cei. m. ſ. ſubſtantiuum, ipſe gallus.ἀλεκτρυών. Feſcenninus Niger,ob unius gallinacei direptionem decem commanipulares, qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti iuſsit.

Gāllĭnārĭŭm,rij.n.ſ. locus in quo morantur gallinæ.ὀρνιθὼν. Colum.libro 9. Gallinaria conſtitui debent à parte uillæ, quæ hybernum ſpectat orientem.

Gallinarius, rij. m. ſ. & gallinaria, (ὀρνιθοκόμος) qui & quæ gallinas curat. Plini. lib. 10. Traditur quædam ars gallinarij cuiuſdam dicentis quid ex quoq; eſſet.

Gāllĭpēs, dis. c.t. galli gallinacei pedes habens. Suet. Ad extremũ uota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus eſt,ut uulgo iam per iocum gallipes uocaretur.

Gāllo, as.n.p.inſanio. γαλλάω. à Gallis Cybeles ſacerdotibus.Varro, Et deam gallantes uario retinebant ſtudio.

Gāllŭlo,las.n.p.pen.cor. pubem emitto. ἡβάω.à quo gallulaſco,pubeſco, quòd pubeſcentes uocem grandiorem ad galli gallinacei ſimilitudinem faciant. Næui. Cuius uox gallulaſcit.

Gallus gallinaceus auis nota, nocturnus uigil, qué excitandis in opera mortalib.rumpendoq; ſomno genuiſſe prouidentia diuina uidetur.

Gāmmărŭs,ri.m.ſ.(ἀστακὸς)pen.cor.aquaticum animal ſimile cancro: uel(ut quidam putant) ipſe cancer,cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porrigũtur, concoctus fit rubeus.Martialis:Concolor in noſtra gammare lance rubes.Veneti adhuc hodie nomen retinent.Plinius autem leonem appellat,quod nomen Maſsilienſes etiam habent.

Gāmmŏīdēs, (γαμμοειδὴς) ferrum quo utuntur chirurgici ad extrahendum pus.

Gămŏs,mi.m.ſ. (γάμος) Græcè, Latinè nuptiæ. Hinc compoſita fiunt agamus, monogamus, bigamus, digamus, trigamus, quadrigamus, octogamus. Hieronymus contra Iouin. Non damno digamos, imò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos.

Gānĕă,æ.ſ.p.& ganeum,lupanar meretricum, guloſorum diuerſorium & popina, quòd ſcilicet ſit in terra,non ut cœnacula ſuperius. χαμαιτυπεῖον,πορνεῖον. Eſt enim locus abditus & uelut ſubterraneus,& libidini aptus. Terent. in Adelph. Vbi ego illum quæram? Credo abductum in ganeum. Colum. in prol. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis cruditatem excoquimus.

Gānĕōnēs, um. m.ſ. helluones, qui ganeas frequentant. χαμαιτύπαι. Iuuenal. Sed laudem ſiliquas occultus ganeo pultes. Ganeones à ganeis dicti, ut popinones à popina. Varro in Mod. Et hoc intereſt inter Epicureum & ganeones noſtros, quibus modulus eſt uitæ culina. Cic. in Cat. Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis?

Gāngămōnĕm. m.t. ambientem locum uocant uentris, quia ſit ibi neruorum implexio ſagenæ more, quam etiam γαγγάμην uocant.

Gāngĭlĭŏn, ſiue Gānglĭŏn. glij. n. ſ. γάγγλιον. genus morbi in capite, cum humor quidam includitur, de quo Columella lib. 7. Eſt & ganglion Paulo, nerui alicuius uel ex ictu, uel ex laſſitudine contorſio: multis quidem omnino partibus corporis, ſed præcipue mollibus, ut in extremitate manuum atq; pedum.

Gāngrǣnă, æ. f. p. γάγγραινα. cum æ diphthongo caro eſt emortua ex ulcere, uel inflammatione ac rubore. Subalbeſcit autem primo, deinum atra fit, ſenſu amiſſo in prominentibus membris, id eſt inter ungues, & alas, & inguina, & in ſenibus ferè, atq; his quorum corpus malè habitus eſt. Lucil. libro 1. Saty. Serpere uti gangræna malo, ad quem herpaſtica poſſet. Vide Corn. Celſum lib. 5.

Gānnĭo, is. niui. uel gannij. itum. κνυζάομαι. propriè uulpium eſt: dicitur tamen & de canibus, cum murmure uel quaſi plorando conqueri uidentur. Vnde gannitio, & gannitus, κνυζηθμός. Lucre. Longè alio pacto gannitu uocis adulant: Aut cum deſerti baubantur in ædibus, aut cum Plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas. Inde ad homines tranſlatum. Terentius in Adelph. Quid ille gannit? quid uult? Huius compoſitum eſt oggannio, quod eſt in aurem ſecretò loquor, & ueluti immurmuro, multum dico, inculco. Plaut. in Aſin. Cui nunquam unam rem me licet ſemel præcipere fieri, quin centies eandem imperem, & oggamiam.

Gānzăs, anſeres à Germanis uocantur.

Gărgărĭſſo, as. n. p. γαργαρίζω. eſt ſæpe ad gurgulionem, id eſt guttur reuocare. Plin. li. 20. Sedat anginas cum melle ac hyſſopo ex aceto gargariſſatum. Corn. lib. 4. In uetuſto capitis dolore communia ſunt ſternutamenta excitare, inferiora uehementer refricare, gargarizare his quæ ſaliuam mouent.

Gărĭŏphyllŭm, li. n. ſ. aut potius Caryophyllum. καρυόφυλλον, καρυόφυλλον. Paul. flos. Garofolus nomen nec Græcè nec Latinè habetur.

Gărrĭo, ris. garriui, uel garrij. n. q. ineptè loquor στωμύλλω, φλυαρέω, ἀδολεσχέω. Martialis, Garris in aurem ſemper omnibus Cinna. Idem: Meliusq; ranæ garriant Rauennates.

Gărrĭtĭdo, as. n. p. penul. cor. idem quod garrio. Var. Quidnam garritidatis, dicentes, ô fortuna. Perottus garridito legit.

Gărrŭli, orum. m. ſ. ἀδολέσχαι, λάλοι. penul. cor. dicuntur, qui uocem inaniter iactant. Plaut. in Merc. Garruli, oſores, inſenſi, &c. Terent. in Adelp. Me reprehendi tamen, Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm. Et garrulæ dicuntur aues canoræ & hilares. Vergil. Garrula cum tignis nidum ſuſpendit (hirundo.

Gărrŭlĭtās, tatis. f. t. actus ipſe garriendi. Mart. lib. 5. Crede mihi, quamuis ingentia Poſthume dones, Authoris pereant garrulitate ſui.

Gărŭm, ri n. ſ. γάρος. liquamen piſcium ſaxatilium & minutulorum, quam ſalamuriam uulgò uocamus. Mart. lib. 13. Nobile nunc ſitio luxurioſa garum. Colum. lib. 6. cap. 9.

Găſtĕrŏchīrēs, um. m. t. γαστρόχειρες. dicebantur quaſi uentrimanus, qui manuum artificio uictum quæritabant.

Găſtrĭmărgĭă, æ. f. p. γαστριμαργία. penult. prod. nimia ingluuies, ut apud Ariſtotelem in Ethicis. Gaſtrimargus, guloſus.

Gāudĕo, des. gauiſus, neutropaſſ. gaudium habeo de bono proprio. χαίρω, γηθέω. Terent. in Hecut. Gaudere adeò occepit, quaſi qui cupiunt nuptias. Quandoq; etiam de bono alterius, ſed intrinſecus, Lætari uero extrinſecus. Cic. 4. Tuſc. Atq; ut cōfidere decet, timere nō decet: ſic quidem gaudere decet, lætari non decet. Cōſtruitur autem gaudeo diuerſis modis. Nam quandoq; ſine appoſito: ut gaude, & lætare. Quandoq; cum datiuo. Cicero. Mihi gaudeo, tibi gratulor. Quandoq; cum ablatiuo. Vergil. Numero deus impare gaudet. Aliquādo eſt ualde, ſeu cū delectatione gaudere, & conſtruitur cum accuſatiuo. Teren. Adelp. Hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia. id eſt perguſtaturum. Gaudeo uoti, ſignificat ex animo gaudeo te uoti compotem factum eſſe. Apul. lib. 1. Gaudere in ſinu, ſignificat ſecum & cum ſuis lætari. Cicero 3. Tuſc. Quoniam plauſibilia non hæc ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Tibul. Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu. Huius uerbi compoſita ſunt, congaudeo, ſimul gaudeo.

συγχαίρω. Adgaudeo. ἐπιχαίρω. Lactātius li.4. Ego erā cui adgaudebat. hoc eſt quaſi applaudebat.

Gāudiūm, dij. n. ſ. χαρὰ, χάρμα. lætitia & affectio animi alicuius præſentis boni opinione concepta. Et propriè cum exhilaratur animus aliqua re, neq; tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modū, ut facile appareat. Lætitia uero, cum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, et maxime in uultu. Hinc dicunt Stoici, gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Cice. 4. Tuſc. Huius dimin. eſt gaudiolū. χαρμάτιον. et compoſitum gaudiloquus, pen. cor. qui cum gaudio loquitur apud Plau. Dictum gaudiū, quaſi gaurium. Græci enim γαυρὸν lætum, ſuperbum, glorioſum dicunt.

Gaūſăpĕ, n. indeclin. γαύσαπον, ἀμφίταπον, ἀμφίμαλλον. pen. cor. militare ſtramentum utrinque uillos habens, uel una tātum parte, quod pro lecto in caſtris ſternebatur. Plin. li. 8. cap. 84. Antiquis torus è ſtramēto erat, qualis nūc in caſtris gauſape. Ponitur nunc pro panno, quo menſa ſternitur. Declinatur autem hoc gauſape, huius gauſape, &c. apud antiquiſſimos tamen inuenitur hic gauſapes, is, & hæc gauſapa, & hoc gauſapum, pi, unde in plurali gauſapa. Perſius, Iam chlamydes pictii, iam lutea gauſapa captas.

Gaūſăpīnă, (γαύσαποι. penul. corr. genus ueſtis. Martialis, Menſe uel Auguſto ſumere gauſapinas. Gauſapina penula, & Gauſapina cubicularia, apud eundem lib. 14.

Gāză, æ. f. p. γάζα. dictio Perſica, & numero ſingulari ſignificat omne quod poſſidemus. Pomponius Mela, Gazam Perſæ ærarium uocant. Verg. Et gaza lætus agreſti. Cicero 2. Offic. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus.

Gāzŏphўlăcīūm, cij. n. ſ. cum c. γαζοφυλάκιον. nomen compoſitum ex dictione Perſica & Græca φυλάττω, quod eſt cuſtodio, quaſi locus dicatur eſſe, in quo opes reconduntur. Significat & capſam, qua res precioſiores, & ſecretæ in ſcrinijs ſcripturæ ſeruantur.

G ANTE E.

GEenna, uide in proprijs nominibus.

Gĕlābĭlĕ, quod gelu durari poteſt. πηγνυσθαι δυνάμενον. Gell. Quur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit?

Gĕlāſcĕrĕ. n. t. eſt in gelu aſtringi. πηγνυσθαι. Gell. li. Vina rarenter congelaſcunt. Plin. libro 14. cap. 21. Vini natura non gelaſcit.

Gĕlāſini, orum. m. ſ. (γελασῖνοι) pen. prod. dentes anteriores, quos ridendo oſtēdimus. γελάω rideo. Et gelaſini, lineæ, quæ ridēdo efficiūtur Mart. Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.

Gĕlĭcĭdĭūm, dij. n. ſ. ipſum gelu, & ipſa cōcretio aquæ. κρύος. Colum. li. 11. cap. 1. Hyemat cum frigore & gelicidijs.

Gĕlĭdūs, a. um. pen. cor. frigidus. κρυερός. Verg. » 3. Aen. Mihi frigidus horror membra quatit, gelidusq; coit formidine ſanguis. Gelidus æther, Idē. 8. Aen. Gelidus amnis, gelida rupes, gelidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ ſydus. Plin. li. 2. ca. 86. Gelida abſolutè, ſubaudi aqua. Hinc componuntur, prægelidus, egelidus. Vide ſuo loco

Gĕlo, as. are. κρυσταλλόω. interdum actiuum eſt, idem ſignificās quod gelu aſtringo, cuius etiā paſſiuum legitur apud Iuuenal. Pauidoq; gelantur pectore. Sic Gelatum lac. Col. li. 10. ca. 18. Gelatus caſeus. Idem lib. 7. cap. 8. Hinc gelatio, uerbale. Plin. lib. 7. Si protinus conditis fructib. gelatio magna conſecuta eſt etiā paucis diebus necat. Hinc etiā componuntur, cōgelo, & regelo, pen. cor. Colum. lib. 1. Oleum quod minus prouenit, ſi cōgelatur, fraceſcet.

Gĕlū, n. ſingulariter indeclinabile, pluraliter declinatur. κρύσταλλος. propriè glacies: dictum ἀπὸ τοῦ λύειν. hoc eſt ſoluendo terrā. nam glacie proſciſſa, terra reſoluitur. Aliquando tamen ponitur pro frigore. κρύος. Vnde gelidum frigidū dicimus. Dicitur etiam hoc gelum, & hic gelus. Lucret. lib. 5. Aſſiduosq; geli caſus mortalibus aufert. Et libro 6. Demittit quā ſæpe gelum, quod continet in ſe.

Gemea, nomen alæ militum Macedonum. Liu. bel. Maced. 7. Vide Genca.

Gĕmēllăr, aris. neutri gen. uaſi genus, cui fortaſſis ex eo inditum nomen, quòd geminas menſuras contineat. Colum. lib. 12. cap. 50.

Gĕmēllūs, adiectiuum dimin. à geminus. Verg. Modò nanq; gemellos, Spē gregis, ah ſilice in nuda connixa, reliquit. Gemellæ uites à Col. lib. 2. ca. 1. dictæ ſunt, ab uuis ſemper geminis. nam

Digitized by Google

nam duplices nuas (ut inquit idem) exigunt.

Gĕmĕbundus,(στενάζων)abunde gemens.

Gĕminus,a.um o.ſ.δίδυμος.duarij numeri nomen eſt. Vergi.lib.6. Sunt geminæ Somni portæ. Terent.in And. Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias. Quandoq; pro ſimili ponitur. Pacuuius: Par fortitudo, gemina confidentia. Quandoq; gemini dicuntur, qui uno partu naſcuntur, etiam ſi tres, uel quatuor, uel plures naſcerentur. Verg. Geminos huic ubera circum Ludere pendẽteis pueros. Item cœleſte ſignũ, quod Caſtor & Pollux conſtituunt. uide in Caſtor & Pollux.

Gĕmino,nas.a.p.pen.cor. duplico. διπλασιάζω, διπλόω. Teren. in Adelph. Geminabit, niſi caues. Varro 3.de re Ruſt.ca.16. Eximendorũ fauorum ſignum ſumunt ex ipſis, cum plenas aluos habent, & cum illas geminauerint. Geminatio uerbale. Cice.3.de Orat. Nam & geminatio uerborum habet interdum uim, lepôrem aliâs, paulum mutatum uerbum, atq; deflexum. Huius compoſita ſunt, congemino. Plaut. in Amphit. Ingemino, intus duplico. Vergilius lib.1.Georg.

Gemites, gemma quæ ueluti candidas manus inter ſe cõplexas habet, de qua Pli.li.37.ca.11.

Gĕmmă.æ.f.p.ò; ὀφθαλμός. oculus uitis, quem primo emittit. Verg. Turgent in palmite gemmæ. Cic.de Amicitia, Gemma dicitur, à qua oriens uua ſeſe oſtendit. Ab huius gemmæ ſimilitudine, gemma lapillus uocatur. λίθος τίμιος. quamuis generale nomen ſit, comprehendens proprie quæcunq; nec oblonga, nec perforata. Gemmula diminut. à gemma, quo etiam flores ſignificantur, quibus tanquam gemmis uerno tempore cuncta pinguntur, & prata ueſtiuntur. Apul.lib.10. Plane tenui ſpecula ſolabor clades ultimas, quòd uer, in ipſo ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gĕmmārĕ, eſt gemmas in uitibus ac arboribus emittere. ὀφθαλμιᾶν. Colu. Cum primum uites incipiunt gemmare.

Gĕmmăſcĕrĕ,n.t. in gemmas efferri. Plin.lib.17. ca.15. Gemmaſcere incipient, ligetur calamus.

Gĕmmātus,a. um. quod eſt gemmis ornatum.

Gĕmmans, antis. o.t. ut, Gẽmantes alæ pauonis: id eſt lucẽtes in modum gemmarum. Mart.13.

Gĕmmātŭs,a.um.o.ſ.gemmis inſtructus, & ornatus. Plin.37.cap.25. Etiam ius uidemur perdidiſſe corripiendi gemmata potoria, & uariæ ſupellectilis genera.

Gĕmmĕŭs.a.um. quod ex gemma eſt, ſiue gemmis ornatum. Cicero Verr. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c.

Gĕmmĭfĕr.a.um. ut gemmiferi amnes. Plin.lib. 37. cap.13. Gemmiferi amnes ſunt, Oaxis, Mater, Ganges, & cætera.

Gĕmmōſŭs.a.um. quod eſt quaſi totum ex gemmis. Apul.lib.5. Auro facto gemmoſiſq; monilibus onuſtas eas tradit reportandas.

Gĕmo,is.ui.tum.a.t. στενάζω. Vnde gemitus. στεναγμός. qui eſt pectoris, cũ præ anguſtia in ſonum prorumpit. Mart. Quæ mala ſunt domini, quæ ſerui commoda neſcis Cõdile, qui ſeruum te gemis eſſe diu? Vnde iumenta & inanimata, cum nimis onuſta ſunt, gemere dicũtur. Verg. Gemuit ſub pondere cymba. Gemitur, impersonale. Cic.ad. Att.li.1. Atq; hic ſtatus una uoce omniũ gemitur. Quandoq; tamen gemere ponitur pro flere, & quandoque pro canere, de ijs ſolum auibus, quæ flebilem cantum habent, ut turtur & columba. Vergilius, Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo. Hinc fit ingemo, de quo infrà.

Gĕmĭtŭs,us.m.q. Cic.5.Verr. Cũ totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniaſq; audiret. Gemitus delphini eſt ſimilis humano. Plin.10.ca. 11. Legitur & gemiti in genitiuo. Plau. Aul.

Gĕmōniăēs, gemmæ quas quidã pæantidas uocant, prægnantes fieri, & parere dicũtur, mederiq; parturientib. nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tireſiæ inueniuntur, ſpecieſq; eſt eis aquæ glaciatæ. Plin.li.37.ca.10.

Gĕmŭrsă, tuberculũ ſub minimo pedis digito, quòd gemere faciat eũ, qui id gerit, inquit Feſtus. Plin.lib.26.ca.1. Gemurſam appellauere priſci, inter digitos pedũ naſcentem, etiã nomi

Gĕnă,næ. μῆλα τὰ, παρειαί, γνάθοι (ne obliterato, θος, γένυς. uulgò palpebra dicitur: hoc eſt membrana, quæ ſuperius inferiuſq; tegit oculum. Terent. Hodie non compreſſi genã genæ. Extremi ambitus cilia dicuntur, in quibus pili ſunt, quæ propriè palpebræ à palpitando dicuntur. Genæ etiã dicuntur partes illæ à cilio ad uniuerſam partẽ illã oculis ſubiectã, quæ

barba ueſtitur. Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Verg. Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus. Hæ quoniam in mali ſpeciem factæ ſunt rotundæ, dictæ ſunt etiam malæ. Vide Plinium lib. 11. cap. 37.

Gĕnāuĭūs, a. um. idem quod guloſus. a. um. Varro: Hæ nouiſſimæ in triclinium genauium introierunt è culina.

Gēncă, ala eſt mille equitū, eſtq; cuiuſdā temporis ſpaciū authore Heracleto. Vide Gemea.

Gĕnĕālŏgĭă, æ. f. p. (γενεαλογία) ſermo de origine generationis. Cic. de Nat. A genealogijs antiquis ſic nominantur, amor, dolus, metus.

Gĕnĕarchă, æ. m. p. (γενεάρχης) generis princeps.

Gĕnĕr, ri. m. ſ. (γαμβρὸς) filiæ meæ uir, quia ſit generis propagator. adhibetur enim ad genus augendum. Plau. in Ciſtell. Iſthic quidem Aedepol. mei uiri habitat gener. À quo progener, quem auus neptis ſuæ uirum appellat.

Gĕnĕrālis, lĕ. o. t. quod ad omnes pertinet. γενικόν. Quint. lib. 9. cap. 1. Quædam ex ijs ſpecies planè diſtant, manente tamen generali illa ſocietate. A quo aduerbium generaliter. γενικῶς. quod ſignificat ſimul quæ ſub uno genere ſunt amplectendo, ut homo, generaliter omnes homines ſignificat.

Gĕnĕrātĭm, (κατὰ γένη) per ſingula genera, ſeu magis per ſingulas ſpecies: ſiquidem ſpecies genera uocamus, ut multa genera uerborum. Verg. 2. Georg. Quare agitè ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Generatim diſtributi in ciuitates, Cæſar 7. Belli Gall. Aliquando generatim dicitur non per ſingula genera, ſed generaliter & in uniuerſum uel uniuerſaliter. καθολικῶς. Cice. 2. de Orat. Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendane eſſet eloquētia, expetēdi ne honores.

Gĕnĕrĭānă pyra, ab inſitore, ſiue plantatore.

Gĕnĕro, as. are. a. p. (γεννάω) notæ ſignificationis. Cic. in Partit. Quemadmodum quiſq; generatus, quemadmodum educatus. Item pro inuenire. Quint. lib. 10. cap. 2. Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarēt. Legitur etiam de fœminis dici. Plin. lib. 8. cap. 44. Contráq; mulos, quos aſini & equæ generarent. Et de herbis Gellius lib. 5. cap. 6. Obſeruari ſolitum, ut fieret è gramine, quod in oleo generatum eſſet. Hinc generatio, (γέννησις) quæ eſt (ut Speuſipp. ait) motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ, proceſſus in eſſe. Plinius: Auium generatio ſimplex uidetur eſſe. Huius compoſita ſunt, congenero. συγγεννάω. pro adiungo, aſſocio. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Degenero, de quo in Degener. Ingenero, quod modò ſignificat genero, modo intus genero. ἐγγεννάω. Lactant. lib. 6. Deus itaq; cum hominem primum fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei prius iſtas animi commotiones, ut poſſet capere uirtutem. Progenero, ultra generationem produco. Colu. Nam & humidæ res & ſiccæ, quas terra progenerat, facile uitiantur. Hinc progenies, pro genere & familia. Regenero. ἀναγεννάω. rurſus genero. Lact. lib. 4. Ex eorum ſemine regenerari eum iuſsit.

Gĕnĕrōsŭs, a. um. (γενναῖος, εὐγενὴς) quod eſt nobile & ex præclaro genere. Verg. 3. Geor. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Audet & ignoto ſeſe committere ponto. Interdum dicitur fortis. Cicero. lib. 3. Offic. Cumq; de imperio certatū eſſet cum rege generoſo, atq; potenti. Item quod generare facit, ſeu producit. Colum. lib. 4. Nobilem uitem conſeremus, generoſam requiremus. Idem lib. 3. Quam atinam uocant ruſtici, generoſiſsima eſt. Hinc generoſitas, nobilitas, & quaſi producibilitas. τὸ γενναῖον, εὐγένεια. Idem lib. 1. Quæ precio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet.

Gĕnĕsĭs, is. f. t. (γένεσις) pen. cor. Latinè generatio, natiuitas. Iuuenalis, Nota mathematicis geneſis tua. Geneſis eſt, quam alij genituram, Cicero ſydus natalitium appellat. Suet. in Veſpaſ. Monentibus amicis cauendum eſſe Metium, quòd uulgò crederetur geneſim habere imperatoriam, inſuper conſulem fecit.

Gĕnethlĭăcŭs, ci. m. ſ. (γενεθλιακὸς) qui ex die natali fortunam hominis & ſucceſſum pronunciat. Gellius lib. 14. cap. 1. Aduerſum iſtos qui ſe Chaldæos, ſeu genethliacos appellāt, ac de motu, deq; poſitu ſtellarum dicere poſſe quæ futura ſunt profitentur, audiuimus quondam Phauorinum philoſophum Romæ Græcè diſſerentem egregia oratione.

Gĕnĕ-

Gĕnĕthlĭūs, ij. m. ſ. (γενέθλιος) Latinè natalis dicitur, qui et deus nuptijs præfectus putabatur ab antiquis, ut ſcribit Hieronymus.

Gĕniālis. ὁ ἡ δαιμόνι@. & hoc geniale. o. t. quod ad Genium pertinet: ut, Genialis dies, lætus, & uoluptuarius. Iuuen. Genialis agatur Iſte dies. Genialis torus, ſiue lectus, (γαμικὰ) qui in nuptijs ſternitur in honorem Genij. Vergilius: Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Genialis homo, hoſpitalis, atq; ad inuitandum & largius apparandum promptior. Verg. 1. Georg. Inuitat genialis hyems. Ouid. Nunc elegi molles, genialis Muſa, ualete.

Geniſma, æ. f. p. gemma quam inimicorum pœnas efficere aiunt.

Gĕnĭcŭlātim, (γονυκλὸν) aduerbium, ſignificat per genicula. Plinius libro 21. cap. 11. Folijs geniculatim circumdata.

Genĭcŭlātŭm, ti. n. ſ. πολυγόνιον, πολυγόνατον. dicitur quod frequentibus geniculis conſtat, ut heliotropium, ob id genicularis herba uocatur. Cic. de Senect. Culmóq; erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Gĕnĭcŭlŭm, li. n. ſ. γόνυον. diminut. à genu. Genicula dicuntur ſtipulæ, uel caulis herbacei internodia, & ueluti articuli ac nodi quidam. Plin lib. 18. Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona. Quandoq; geniculum accipitur pro germine. βλαστός.

Gĕnĭſtă, æ. f. p. arbuſcula quadã. σπάρτιον. ſic dicta, quia in modum genu flexilis ſit ad nexus, idcircóq; uitibus ligandis idonea: uel quia genibus medeatur dolentibus. Vide Ruel. libro 1. capite 84. & libro 3. capite 142. Plin. libro 21. capite 9. Florem eſſe dixerim geniſtas: namque ex ijs decerpitur luteus. Vergi. Molle ſiler, lentæq; geniſtæ.

Gĕnĭtālis, & hoc genitale. o. t. γενεθλιακὸς. idem eſt quod natalis. Vnde genitale ſolum, dicitur patria, in qua nati ſumus, quod & natale ſolum appellatur. Et genitalis dies. γενέθλια. quo ſcilicet in lucem proditi ſumus. Genitalia ſemina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Verg. 2. Geor. Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt. Genitalia membra, ſiue genitales partes, (τὰ αἰδοῖα) dicuntur pudenda, tam in uiro quàm in fœmina. Col. lib. 7. Et ipſos neruos, quos Græci cremaſteras appellant, quod ex illis genitales partes dependent, comprehenſæ. Genitalia ſubſtantiuè, tam de membro uirili, quàm animalium. Plinius li. 10. cap. 63. Cuniculis auerſa genitalia.

Gĕnĭmĕn, inis. n. t. γέννημα. penul. cor. à gigno, generatio dicitur.

Gĕnĭtŏr, oris. m. t. (γενετὴς, γεννήτης, ὁ γεννήσας) modò pater dicitur, modò ad honorem refertur. Cic. de Vniuerſ. Quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. Genitores omnium uitiorum Græci, Plin. lib. 15. cap. 4. Similiter genitrix. γεννήτειρα, γεννήσασα. pro matre, & pro uenerationis gratia.

Gĕnĭtūră, ræ. f. p. (γένεσις) quandoq; generationem ſignificat. Gelli. Ac multo etiam antequã pater ipſe & mater naſcerentur, ex eorum genitura debuiſſe iam tunc proſpici. Quandoque ſemen hominis, (γονὴ) quod & ſemen genitale dicitur. Plinius lib. 18. cap. 24. Inter diligentiſſimos conuenit, ut in alitum quadrupedumq; genitura, eſſe quoſdam ad conceptum impetus terræ. Genituram etiam horoſcopum uocant, ut apud Sueton. in Auguſto, & Iul. Firmicum libro 3.

Gĕnĭtīuŭs, a. um. γεννητικὸς. quod uim habet generandi. Vnde genitiuus humor, & genitiuus caſus. γενική. Et genitiuus dicitur quaſi genitalis, à natura ingenitus, et genuinus id eſt originalis, & cũ naſcente congenitus: ut genitiuæ notæ, quæ ſunt maculæ à natura ingenitæ. Sueton. in Auguſto.

Gĕnĭtŭs, a. um. o. ſ. à gigno, gignis, idem quod natus. γεννητός. Plin. lib. 11. cap. 37. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium, & narium defuere. Genitus annos nouem. Genitus ad perdenda uina. Genitus in ſeruitio, pro genitus ſeruus, apud eundem Plin. leguntur. A quo unigenitus, promogenitus, & progenitus.

Gĕnĭŭs, nij. m. ſ. δαίμων. Veterum ſententia dicitur uniuſcuiuſq; anima rationalis, ideóq; eſſe ſingulos ſingulorum. Fuere etiam qui dicerent Genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem, quæ rerum ſemina ſunt, elementáq; appellata. Duodecim quoq; ſigna, Lunam & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere poſſent, gerulos, deinde genios uocitarunt. Cenſorinus ſcribit genios dictos, quia, ut gignamur, cu-

 rent,

rent, ſiue quòd unà gignantur nobiſcum, uel
etiam quia nos genitos ſuſcipiant, ac tuean-
tur, (προστάται aut προστατεύοντες) Certè à gi-
gnendo genius appellatur. Teren. in Andria,
Quod ego per hanc te dexteram oro & geni
um tuum, Per tuam fidem, &c. Eundem eſſe
geniū & larem, multi ueteres memoriæ pro-
diderunt. Euclides Socraticus, duplicem om-
bus nobis genium dicit appoſitum: hoc eſt du
os lares. Hi etiā penates dici ſolent. Ab ali-
quibus genius dicitur hoſpitalitatis, uolupta-
tis & naturæ deus. Hinc indulgere genio, eſt
operam dare uoluptati, & quò quenque ſua na
tura trahit ſubſequi. Perſius. Indulge genio,
carpamus dulcia. Defraudare genium, nega-
re naturæ quod appetit. Terent. Belligerare
cum genijs ſuis, idem quod defraudare geni-
um. Plaut. in Truc. A nomine Genius fit Ge-
nialis adiectiuum, de quo ſuprà etiam: ut,
geniales homines, qui ad inuitandum & lar-
gius apparandum cibum promptiores ſunt,
& uoluptuoſi & cōuiuales. Verg. lib. 1. Georg.
Inuitat genialis hyems.

Genocha, beſtia paulo minor uulpecula, colo-
re inter nigrum & croceum, maculis nigris
interpoſitis: manſueta eſt, ſi non laceſſitur.

Gēns, gentis. f. t. ἔθνος, φῦλον. à genus deducitur,
u litera detracta, & modò nationem ſignifi-
cat. Verg. Gens inimica mihi Tyrrhenum na-
uigat æquor. Modò familiam: ut, Gens Aelia.
gens Valeria, pro Aeliorum & Valeriorum
familia. Inde gentiles. Gens & natio differunt
quòd in ſe plus contineat gens, quàm natio.
Nam gens eſt tanquam genus, natio ſpecies.
Gens enim Itala habet Hetruſcos, Vmbros,
Picenos, & huiuſmodi.

Gēntiānă, æ. f. p. herba amariſſima & medicina
lis, ſic dicta quòd eam rex Gentius inuenerit,
ut tradit Plinius lib. 25. cap 7

Gēntīlēs, ium. m. t. οἱ ἐκ τῶν ἀῤῥενογονικῶν γεννῆ-
ται. qui ex eadem familia, & eiuſdem nomi-
nis ſunt: qui & cognomines dicuntur. Vnde
Cincius: Gentiles mihi ſunt, qui meo nomine
appellantur: ſubintellige, etiamſi non ex eadē
ſtirpe qua ego ſint progeniti. Vnde Plini. ait
ſeruos dominorū fuiſſe gentiles. id eſt eodē no
mine appellatos, quo domini appellabātur, ut
Marcipor & Publipor. Cic. in Topi. Gentiles
ſunt, qui inter ſe eodē ſunt nomine ab ingenuis
oriundi, quorum maiorū nemo ſeruitutem ſer
uiuit, & qui capite diminuti nō ſunt. Idem. 1.
ad Heren. Si paterfamiliâs inteſtatus mori-
tur familia pecuniaque eius agnatorum gentili
umque eſto. Hinc gentilitas accipitur propriè
pro familia ingenuorum hominū, & qui ſunt
eiuſdem nominis: ſeruorū autem aut libertino
rum nulla eſt gentilitas. Item gentile dicitur,
quod eſt gentis propriū: ut, Iuuc. gentilia tym
pana dixit, id eſt gentis propria. Rurſus ſcri-
ptores rerum ſacrarum, Gentiles uocant ido-
lorum cultores. (ἕλληνες, ἐθνικοί.) qui aliter
quàm Chriſtiani de Deo ſentiunt.

Gĕntīlĭtās, atis. f. t. propriè multitudo ipſa, uel fa
miliæ, uel gentis ſiue nationis alicuius, & ipſi
gentiles. Plin. De uiris illuſtr. Gentilitas eius
Manlij cognomen eiurauit, ne quis poſteà Ca
pitolinus uocaretur.

Gĕntīlĭtĭă nomina. πατρῷα. dicuntur, quæ origi-
nem gentis uel familiæ declarant, ut Portius,
Corn. Gell. Vulgus aūt quos gentilitio uoca
bulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos
dicit. Sic gentilitia nota à Liu. Gentilitia fune
ra à Plinio nuncupantur. Aliquando tamen
gentilitium à gente, id eſt natione, non à fami
lia uſurpatur. Inde gentilia ſacra dicuntur à
Liui. quæ genti, hoc eſt populo alicui ſunt pe-
culiaria. Gentilitium ſacerdotiū, quod ad ius
familiæ pertinet, et nūc uulgò ius patronatus
dicitur. Gentilitiū hoc illi, id eſt hoc illi à gen
te ſua propriū eſt. Plin. 19. In Sarranorū fami
lia gentilitiū eſſe fœminas linea ueſte non uti.

Gĕnū, genū, et genus. γόνυ. n. q. ſingulariter inde
clin. pluraliter genua. uum, declinatur, & ſunt
curuaturæ illæ ubi crura & femora cōmittun
tur. Dicta genua, quod hæc dum infans eſt in
utero matris, genis oppoſita ſunt. ſiue à gene
rando, quod in genibus eſt uitalitas. Vergil. 1.
Aeneid. Genua labant, uaſtos quatit æger anhe
litus artus. Genua ſubmittere, pro flectere.
Plin. lib. 8. cap. 1. Regem adorant, genua ſub-
mittunt, coronas porrigunt. Hinc congenua-
dare, quod eſt genu replicato cadere, uel geni
bus flecti γονυπετεῖν. Dicitur & genu de her-
bis. unde in dictione Stipula.

Gĕnŭīni. σωφρονιστῆρες, κραντῆρες. dentes poſterio
res, qui in extrema gingiua in homine gignun
tur

tur nouiſſimi. Nam circiter uigeſimum annũ multis etiam octogeſimum innaſcuntur. Dicti genuini, quod à genis dependeant: uel à gignendo, quod cum homine generentur, & cũ ipſo intereãt. Hos Satyrorũ inſtrumenta eſſe ad morsũ oſtendit Perſ. Secuit Lucilius urbẽ, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Gĕnŭīnŭs, a. um. o. ſ. id eſt natiuus ac peculiaris. Apuleius, Genuino ſermone nomen Auguſti Cæſaris inuocare tentaui.

Gĕnŭs, eris. n. t. à Græco γένος, familia, ſtirps, gens, & propriè principium uniuscuiuſq; generationis, uel ab eo qui genuit, uel à loco in quo quis genitus eſt: ut, Oreſtes à Tantalo ducit genus. Et, Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim generationis uniuſcuiuſq; principium eſt, quemadmodũ & parentes. Plin. De uiris illuſtribus, Pyrrhus rex Epirotarũ, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Genus humanum, et Genus hominũ. Cice. pro Roſ. Nam dum hominũ genus erit, qui accuſet eos, non deerit. Hinc per translat. genus etiã uocamus multitudinem aliquorũ, ad unum aliquid, & ad ſe inuicem quodãmoſe habentium: ut Romanorũ genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationẽ in ſe habet, per quã à cæteris diſtinguitur. Hinc rurſus appellatur genus, cui ſupponitur ſpecies, & prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, de quo multa apud Dialecticos. Item genus dicitur, quicquid eſt per quod alicuius rei qualitas indicatur. εἶδος. unde genus mortis, genus uitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, et huiuſmodi. Sen. Summũ genus infelicitatis miſero eſt, fuiſſe aliquando felicẽ. Nonnunquã ſumitur pro accidente partium orationis, ut quũ dicimus, animal eſt generis neutri. Compoſita uide ſuis locis.

Gĕōgrăphĭă, æ. f. p. γεωγραφία, dicitur terræ deſcriptio. γαῖα enim terra, & γράφω ſcribo ſignificat. Cic. Att. li. 2. De geographia dabo operam, ut tibi ſatisfaciã, ſed nihil certi polliceor.

Gĕōmăntīă, æ. f. p. γεωμαντεία. diuinatio ex terra. ex γαῖα, καὶ μαντεία. Inde Geomantes.

Gĕōmetrēs, tris. m. t. & geometra. pen. cor. γεωμέτρης. terræ menſor ſiue diuiſor. Cic. 4. Acad. Quomodo geometres ea cernere poteſt, quæ aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt? Idem 4. Acad. Geometræ prouideant.

Gĕōmetrĭă, æ. f. p. γεωμετρία. terræ menſuratio dicitur, uel ars ipſa terram dimetiendi.

Gĕōmetrĭcŭs. a. um. adiectiuum, ut Geometrica ratio. Cic. 1. Tuſcul. Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. Geometricè aduerbium: ut, geometricè eruditus, qui geometriam callet. Plinius lib. 35. cap. 10.

Gĕōrgĭă, æ. f. p. agricultura.

Gĕōrgĭcă, orum. n. ſ. quæ ad agrorum cultum pertinent. ab ἔργον, opus, γαῖα terra.

Gĕrmānŭs, a. um. adiectiuũ à germine, ut Feſto placet, idem eſt quod uerũ, aut ſincerum, hoc eſt minimè fucatum aut adulteratũ, & quaſi ex eadem ſtirpe genitũ: ut, germana iuſtitia, germanũ nomen, germani Attici. Germani Itali, germanus frater. Teren. And. Si te in germani fratris dilexi loco. Aliquando ſine fratre ponitur. Teren. in Adel. O mi Aeſchine, ô mi germane. Fœmininũ huius nominis eſt germana, Verg. Inueni germana uiã, gratare ſorori.

Gĕrmānĭtās, atis. f. t. eſt coniunctio & uinculum quoddã neceſſitudinis, quale ſolet eſſe inter fratres. Liu. 7. Bel. Mace. Ab ea germanitate fraternã ſibi cum iis charitatẽ eſſe.

Gĕrmānē, aduerb. Cic. ad. Qu. frat. li. 2. Nihil indulgens, germanè fraternéq; reſcribam, &c.

Gĕrmĕn, inis. n. t. βλαστὸς. dicitur quod ex arborũ oculis naſcitur, ſurculus prægnans, à generando dicitur, & generationis principium. Plin. lib. 10. ca. 29. Denſante ſe frondium germine.

Gĕrmĭnāſco, ſcis. n. t. βλαστάνω. & eius compoſitum congerminaſco, ſignificat coaleſco, coniungor. Quadrigarius: Facite exempla eorũ, ut cum illis congerminaſcere ſciatur.

Gĕrmĭno, nas. n. p. pen. cor. pullulo, & germen emitto. βλαστάνω, θάλλω. Plin. 13. cap. 4. Fœmina citra florem germinat tantũ ſpinæ modo. Germinatio uerbale. Colu. lib. 4. cap. 24. Palmes. quem mox in germinatione citaueris, imbecillis, ac minus fructuoſus erit. Germinatus. us. Plin. lib. 17. cap. 8. Oleam ſi capra depauerit, primo germinatu ſterileſcere autor eſt M. Varro. Huius compoſita ſunt congermino, quod eſt coaleſco, ſocio, coniungo. Varro libro 1. Rerum hum m. Egermino, extra germino. ἀποβλαστάνω. Colum. lib. 5. Progermino, ultra germinando eo. Idem in eodem.

Gĕro, geris, geſsi, geſtum, a. t. propriè ſignificat porto. κομίζω. Verg. Bella manu, letumq́ gero. Interdum eſt habere. φέρειν. Idem lib. 2. Et nos aliquod nomenq́ decusq́ Geſsimus. Interdum facere. πράττειν. Idem libro 9. Nec te cum talia geſsi Magnanimum Aeneam & fata extrema ſequutus. Interdum adminiſtro. Cice. in Catone: Qui ampliſsimum magiſtratum gerunt. Hinc dicuntur geſta, & geſtæ res. πράξεις. Cum accuſatiuo reciproco ſignificat uiuere. ζῆν. Cic. de Amic. Qui ita ſe gerunt, ita uiuunt, &c. Gerere cenſuram, Plin. lib. 17. ca. 1. Conſulem gerere, Sall. in Iugurtha. Honores gerere, Plin. in Epiſt. Gerere inimicitias, Liu. 10. Bel. Maced. Iras gerere, Plau. in Pœnu. Huius cōpoſita ſunt aggero, congero, digero, de quibus locis ſuis. Egero, extrà porto. ἐκκομίζω. Colum. lib. 2. Auium primum habetur ſtercus, quod ex columbarijs egeritur. Vnde quandoq; pro euomo, uel uentrem exonero ponitur. ἀφοδεύω, ἐκκενόω. Ingero. uide alibi. Oggero. ἐπέχω. intendo, ſeu inijcio. Plau. Truc. Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant. Progero, ultrà ſeu foras gero. προφέρω. Colu. lib. 1. Regero, ſcriptis mādo, quod legēdo aut audiendo didicerim: ἀπομνημονεύω. Vnde regeſta quæ in tabulas publicas relata ſunt. Aliquādo uerò porto, ſiue reduco ſignificat. Plin. Hauſtū omnem lucis auerſa illò regerat, unde acceperit. Eſt item ἀναδιδόναι, euomere. Apuleius, Nam & regeſta crapula ueſtem inquinauerat. Suggero, (ὑποτίθημι) ſubminiſtro, in corpono, ſeu ſubporrigo. Teren. in Adelph. Cur tu his rebus ſumptū ſuggeris? Hinc ſuggeſtus, βῆμα. Sunt & alia compoſita, ut belliger, armiger, moriger, & multa huiuſmodi, quæ omnia habent penul. ſyllabam correptam.

Gĕrōntŏcŏmīŏn, mij. n. ſ. (γεροντοκομεῖον) ubi alimoniæ ſubminiſtrantur ſenibus deſtitutis.

Gĕrrǣ, arum. ſ. p. (γέρρα) crates uimineæ à Græcis primum appellabantur, ea uox poſtea uulgò pro nugamentis, rebus friuolis uſurpata eſt authore Feſto Pompeio, hac quidem occaſione: Athenienſes enim cum Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent, irridentes Siculi, Gerras clamitare cœperunt. Hinc in prouerbium ceſsit. Auſon. ad Sym. Miſi itaq; ad te friuola gerris Siculis uaniora.

Gĕrrēs, is. m. t. piſcis uilis, & alecularij genus, de quo Plinius lib. 32. cap. 11. Mart. Teq́ iuuant gerres, & pelle Melandria cana.

Gĕrrōnēs. um. m. t. nugatores, à gerendis nugis. (φλύαροι, ἀδολέσχαι) Feſtus, Gerrones, leues & inepti, à cratibus proſtratis dicti, quòd Siculi aduerſus Athenienſes cratibus uſi ſunt, quas Græci Gerras appellant. Hinc fit congerro, pro connugone. Plau. in Perſa, Iam pol hic aderit, credo congerro meus.

Gĕrŭlŭs, a. um. (ὁ κομίζων) pen. corr. portator, qui fert aliquod onus, & pro baiulo accipitur. Baiulum autem dicimus, qui mercedis gratia onera ferre conſueuit. Sueto. in Calig. Hinc nugigerulus, nugarum apportator. Plau. in Bacch. Næ ille alium gerulum quærat, ſi ſapiet, ſibi.

Gĕrundĭŭm, dij. n. ſ. nomen participiale appellatur, caret numeris & perſonis, & ſub una uoce actiuam & paſsiuam ſignificationem gerit. Vnde à gerēdo duplici ſignificatione, quidam gerundia dicta eſſe exiſtimant. Gerundia ante ſe nullum habent caſum poſt ſe autem habent caſum uerbi actiui, nam in paſsiua ſignificatione nullum habent poſt ſe caſum. Habet autem quatuor caſus, genitiuum, datiuum, accuſatiuum, & ablatiuum. Genitiuus iungitur nominibus ſubſtantiuis in utraq; ſignificatione. Vergil. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſſa uidendi? In paſsiua: ut, Habeo uoluntatem docendi Rhetoricam à præceptore. Datiuus iungitur adiectiuis nominibus in utraq; ſignificatione: ut, Sum aptus diſcendo Rhetoricam: &, Sum aptus docendo Rhetoricam à præceptore. Accuſatiuus iungitur uerbis ſignificantibus motum ad locum: ut, Vado ad legendum Vergilium. Et in ſignificatione paſsiua. Sall. Cum ipſe ad imperandū aſsiduè uocaretur. id eſt, ut ei imperaretur. Ablatiuus tribus modis accipitur. Primo ſine regimine: ut, Legendo diſco, & currendo cecidi. Et ponitur actiue & paſsiue. Actiue. Verg. Cantando tu illum? Paſsiue Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Secundo, cum præpoſitione de, ex, à, ab, cum, uel in. Cicero, Ex quo ardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia: utrunq; enim dictum ab amando.

Tertio,

Tertio, cum uerbis ſignificationibus motum de loco: ut, Venio ab arando, redeo à ſpectando. Licet magis uſurpamus ab aratione, & à ſpectaculo. Quomodo aũt gerundium à participio differat uide in dictione Participium.

Gĕrūsiă, æ. f. p. (γερουσία) in Græcis urbibus uocabant conuentum ſenum, apud nos ſenatum & ſenaculum, ab ætatis uocabulo. Plin. lib. 35. Sardibus Crœſi, quam geruſiam fecere. Varro, Senaculum uocatum ubi ſenatus, aut ubi seniores conſiſterent, dictum geruſia.

Gēsă, (γαῖσος) haſta. uide in dictione Gæſa.

Gēſcŏrētă, genus nauigij, à nonnullis proſumia dicta, de quo infra.

Gĕtōs, uiros fortes Galli uocant.

Gēſtă, orum. n. ſ. uide in dictione Acta.

Gēſtāmĕn, inis. n. t. quicquid geritur, ut ueſtes, arma, ſceptrum. (πεδοχὴ, φόρημα.) Verg. lib. 3. Aere clauo clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus aduerſis figo. id eſt quod geri ſolebat à magno Abante.

Gēſtātōrĭŭm, rij. n. ſ. (φορεῖον) appellatur lectica, ſella ſiue carruca, & omne id in quo geſtamur. Suet. De Claud. Solitus etiam in geſtatorio ludere. Dicitur etiã geſtatorius. a. um. φορητός: ut Sella geſtatoria. Sueto. in Nerone.

Gēſtātĭo, onis. f. t. uectio, portatio. αἰώρα. Geſtatio locus erat, ad quem geſtabantur homines ſanitatis, uel uoluptatis gratia: ea forma, qua cœnatio, ambulatioq; dicitur. Plin. Quid illa mollis & tamen ſolida geſtatio?

Gēſtātŭs, us. m. q. Plin. lib. 15. cap. 25. Iulianis gratus ſapor, ſed penè tantum ſub arbore ſua, adeò teneris ut geſtatum non tolerent. id eſt geſtari non poſſint.

Gēſtĭcŭlārĭŭs, ria. rium. quod ad facientem actus lætitiæ pertinet. (μιμητικός.) Gell. lib. 4. cap. 5. Non iam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam, Dionyſiamq;.

Gēſtĭcŭlŏr, laris. d. p. geſtum facio. (χειρονομέω.) Hinc geſticulatio uerbale. Colum. in Præfat. Nec minus corporum geſticulationem ſcrupuloſiſsimè requirunt ſaltationis ac muſicæ ſtudioſi.

Gēſtĭo, geſtis, geſtiui, & geſtij, n. q. geſtu corporis deſiderium aliquod oſtendo, ſtudio alicuius uidendi efferor, ſalto, tanta lætitia auctus ſum ut mihi iam non ſatis conſtem, lætitiam animi aut alium eius affectum exprimo. Cic. lib. 2. de Fin. Quorum alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur. Aliquando deſiderij eſt, & nimiæ cupiditatis. (ὁρμῶ, προθυμοῦμαι, ἵεμαι.) Terentius in Phor. Egone illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari Mihi in conſpectum. Huius compoſitum eſt, prægeſtio, quod eſt ualde geſtio, ut exponit Priſc. Hora. Ludere cum uitulis ſalicto prægeſtientis.

Gēſtĭto, tas. a. p. penult. cor. frequent. à geſto. as. (φορέω.) Plaut. Ciſt. Eloquere, unde ſunt tibi hæc citò crepundia? L. Mea hæc herilis geſtauit, non tua.

Gēſto, ſtas. a. p. ſæpe, uel quaſi continuè gero. αἴρομαι, φέρω. Plau. in Sticho, Nam me illa aluo menſes geſtauit decem. Teren. in Adelph. Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis.

Gēſtŭōſŭs, ſa. ſum. o. ſ. qui multos geſtus ueluti mimus facit. (γεστικός.) Gell. lib. 1. ca. 5. Geſtuoſas Hortenſij manus & argutas.

Gēſtŭs, a. um. participium à Gero. (πεπραγμένος.) Plaut. in Trin. Nihil euenit, ne timeré bene geſta ſaluus redeo. Cic. ad Atti. Geſtus mos utriq;.

Gēſtŭs, ſtus. m. q. (παράστασις, ὑπόκρισις) eſt actio quædam, & quaſi pronunciatio corporis: geſtio uerò, eſt adminiſtratio & actio quamuis parum in uſu eſt, inquit Valla lib. 4. Cice. 4. Acad. Et hoc quidẽ Zeno geſtu conficiebat.

G ANTE I.

Gĭbbŭs, gibbi. maſc. gen. tumor quidam carneus in aliqua corporis parte. Iuuenal. Attritus galea, medijsq; in naribus ingens Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli. Gibber, gibberis. neut. gen. Idem Iuuenalis, Attritus gibberi naſus. Gibboſus. a. um. qui gibbum habet. Gibber. ra. rum. idem quod Gibboſus. Plin. lib. 10. ca. 26. Africæ hoc eſt gallinarum genus, gibberum, uarijs ſparſum plumis.

Gigeria, uide Gingeria.

Gigno, gignis, genui, uel gignui ſecundum Diomedem, genitum. a. t. ſignificat genero, creo, pario, procreo, ſuſcipio. (γεννάω.) Cic. 1. de Fin. Ad maiora enim quædam nos natura genuit & cõfirmauit, ut mihi quidem uidetur. Plin. lib. 7. ca. 51. Ad has & huiuſmodi occaſiones

fortunæ gignimur. Huius compoſitū eſt, Ingigno, quod eſt intus gigno. (ἐγγεννάω.) Cic. 5. (Fin.

Giluūs, ui. m. ſ. color medius inter album & ruſum, ut ſentit Aulus Gell. ſcribit enim eſſe tria colorum genera, nigrum, album, medium, quod uocant (κιῤῥὸν) giluū. Alij colorē buxeum. Quidam flauū intelligunt, qui ex uiridi & ruſo, & albo concretus eſt. Seruius mellinum intelligit. Verg. 3. Geor. Luxuriatq; toris animoſum pectus, honeſti Spadices, glaucíq;, color deterrimus albis Et giluō. Germanicè falw.

Gingĕriă, orum. n. ſ. ex multis obſonijs decerpta appellantur. Quidam gigeria ſiue n ſcribunt, eſſéq; gallinarum inteſtina, & quæ cum his coquebantur. Lucilius, Gigeria ſunt ſine allio, his ueſcamur alacriter.

Gingibĕr, uide zinziber, & Gingiuerim.

Gingiuæ, arum. f. p. (οὖλα) pen. pro. pars oris cui dentes inhærent: à gignendis dentibus. Lact. lib. de Opif. Dentes aūt ipſos ne magis horrori quàm ornamento eſſent, gingiuis mollibus (quæ à gignendis dentibus nominantur) ac deinde labiorū tegminibus honeſtauit. Huius diminut. eſt gingiuula, (οὐλίον,) Apuleius.

Gingĭuĕrim, ſiue Gingiberim, (ζιγγίβερ, ζιγγίβερι Dioſcor.) piperis eſſe radicem perhibent quidam ſed falſo.

Gingrĭo, gingris, gingrij, gingritum. n. q. Eſt autem gingrire. (γαγγάζειν, Pollux) anſerum uocis proprium.

Girgillūs, li. m. ſ. (ῥόμβος) inſtrumentum quo fila reuoluuntur.

Gith, (μελάνθιον) genus ſeminis, de quo Plin. lib. 20. cap. 17. Plaut. Gith excalfactat.

G ANTE L.

GLăbĕr, bra. brum. o. ſ. (ψιλὸς, λεῖος) quod eſt læue & ſine pilis. Plau. in Trin. Oues ſcabræ ſunt, tam glabræ hem, quàm hæc eſt manus. Idem in Aul. Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorē reddes mihi, quàm Volſus ludius. Sic glabræ ſues apud Col. lib. 1. in Præf. Huius dimin. eſt glabellus. Glabra etiam, ſiue glabella, (μεσόφρυον) uocatur interſtitium, ſupercilia ſupra naſum diſterminans, quia ſine pilis eſſe conſueuit. Capella. lib. 1. Quarum una deoſculata philologiæ frontē illic, ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabrēſco, ſcis. n. t. (μαδάω, ψιλοῦμαι) glaber, hoc eſt ſine pilis, aut capillis, aut plumis fio: quod euenit nonnunquā morbo aliquo. Transfertur etiam quandoq; ad alia: ut glabreſcit area, cū herbis attritis complanatur. Colum. lib. 2.

Glabrētă, orum. n. ſ. dicuntur loca, in quibus propter aliquem humorem noxium ſegetes non proueniunt. Colum. lib. 2. cap. 9. Ea glabreta ſignis adhibitis notari conuenit, ut ſuo tēpore uitijs eiuſmodi medeamur. Hæc Græci φαλάκρας, quaſi calueta appellant, quæ ſatis, fruticibusq; nuda ſunt.

Glabrĕo, es. ere. n. ſ. pro eo quod eſt glabrum fieri, quo utitur Colum. uide Glabreta.

Glabro (utramq; ſyllabam communem habet) as. are. a. p. pilos auferre. Columella lib. 12. cap. 53. Cum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die mactantur: & uel aqua candente, uel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur. ψιλόω.

Glabrĭōnēs, um. m. t. (μαδῶντες) idem quod glabri. Et apud Romanos erat Glabrionum familia.

Glăcĭālĭs, le. o. t. à glacie deducitur, & eſt quod in glaciem aſtringi ſolet. (παγετώδης.) Iuuenalis, Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.

Glăcĭāri, eſt in glaciem conuerti. (κρυσταλλοῦσθαι.) Plin. lib. 24. cap. 13. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Glăcĭēs, ei. f. q. (κρύσταλλος) aqua congelata gelu, quaſi gelacies. Plin. lib. 8. cap. 38. Aure ad glaciem appoſita.

Glăcĭtārĕ, n. p. (γαγγάζειν) proprium eſt uocis anſerum. Ouid. Caccabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. aliàs gloſſitat.

Glădĭātōrēs, um. m. t. (ἀθληταὶ, μονομάχοι) dimicatores dicuntur. Cic. 3. Philip. Quòd ſi iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reip. uenit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentium omnium, &c. De gladiatorum origine ac cauſſa uide Iulium Capitolinum.

Glădĭātōrĭūs, a. um. (ἀθλητικὸς) quod ad gladiatores pertinet. unde ſpectacula gladiatoria. Cice. in Catil. Nemo eſt in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui ſe nō intimum

Catilinæ eſſe fateatur. Teren. in Phor. Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam.

Glădĭātūră. ræ. (μονομαχία) *ars ipſa gladiatorū*

Glădĭŏlŭs, li. m. ſ. (ξιφίδιον) *paruus gladius. Quo nomine etiam dicta eſt herba quædam, quod ſit folijs gladij ſimilis. Flores habet purpureos. Vide Plin. lib. 21. cap. 11.*

Glădĭŭs, dij. m. ſ. (ἐγχειρίδιον, σιδήριον, μάχαιρα) *enſis: à clade dici uidetur, c in g mutata (ut ſcribit Varro) quia ad cladē ſit inuentus. Plau. in Trin. Dediſti ne hoc pacto ei Gladium qui ſe occideret? id eſt miniſtraſti materiam ad perniciem. Cæſar 7. belli. Gall. Gladijs diſtrictis portas occupauerunt. Dicitur & gladium, neutri generis, ut docet Varro. Eſt & gladius, (ὁ ξιφίας) genus piſcis marini, de quo Plin. lib. 32. cap. 11.*

Glăndātĭo, onis. f. t. (βαλάνισις) *glandium collectio, & paſtio ſuum ex glandibus.*

Glăndĭŭm, dij. n. ſ. (ἀδήν) *pars quædam inteſtinorū eſt, ut inquit Priſcianus: Alij uolunt eſſe partem apri iuxta ceruicem, uel ipſam ceruicem: in hac enim glandulæ poſitæ ſunt. Plau. in Capt. Pertruncauit tribus tergoribus glandia. Inde caro glandionica. Idem in Men. Glandionicam ſuillam, lardum, pernam.*

Glăndŭlă. læ. f. p. *diminutiuum à glans. Caro glandulosa in ſue, quæ ab antiquis boni ſaporis putabatur. Martial. Ter poſcit apri glandulas, quater lumbum. Glandulæ. arum. morbus, de quo uide Glans.*

Glăndŭlōſŭs. a. um. o. ſ. *plenum glandibus. Colu. lib. 7. cap. 9. Qui porcum laudat, qui eſt amplæ & glandulosæ ceruicis.*

Glăndĭfĕr. ra. rum. *quod glandes producit. Cic. de Legibus. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuncia fulua Iouis.*

Glăndārĭŭs. a. um. *denominatiuum à glande: ut, Glandiaria ſylua, quæ ſeruatur glandis ferendæ cauſa. Cato de Re ruſt. cap. 1. Secundo loco hortus irriguus, &c. octauo arbuſtum, nono glandaria ſylua.*

Glāns, glandis, & glandis. dis. f. t. (βάλανος) *dici poteſt, pro fructu arboris quercus, & aliarum arborum glandiferarum. Plin. lib. 16. Dulciſſima eſt omniū glans phagi. Vergilius, Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Sed quia ex his homines quondam uiuebant, glandis appellatione (ut Vlpianus ſentit) omnes fructus continentur. Hinc glans plumbum, quod eſt in modum glandis formatum. Sall. in. Iugur. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Item glans pars ſumma colis dicitur, quæ perpetuo tegitur, oculo ſimilis. Præputium enim pellis eſt, qua glans tegitur. Coles ipſe penis, à quo colei pendent. Rurſus glandes ſeu glandulæ, (χοιράδες) eſt morbus fauciū, ob quandam glandis ſimilitudinem. Solent autem hæ glandulæ intumeſcere adeò, ut hominem graui morbo infeſtent. Hunc morbum etiam tonſillas, (ἀντιάδες) dicunt. Plin. li. 11. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ, quæ inter eas uuæ nomine ultimo dependent palato. A glans, fiunt Glandeus. a. um. Glandulosus. a. um. βαλανώδης. Glandifer. Glandula diminutiuum, de quibus ſuprà. Iuglans, & dijuglans, glandatio.*

Glănŭs *piſcis genus. Plin. lib. 9. cap. 43. Glanus uel glanis uocatur, auerſus mordet hamos, nec deuorat ſed eſca ſpoliat.*

Glăphўrŭs, ri. m. ſ. (γλαφυρὸς) *pen. prod. feſtiuus, iucundus, ornatus, politus, concauus, ſculptus famoſus, aſtutus. Martial. lib. 4. Vendere nec uanos circa Pallatia fumos, Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.*

Glărĕă. æ. f. p. pen. cor. *terra ſabuloſa, quæ in fluuiorum ripis, uel maris littoribus eſt. Colum. lib. 6. cap. 23. Stabula ſunt optima ſaxo aut glarea ſtrata. Lucanus, Aut impulſa leui turbatur glarea uena. Huius dimin. eſt glareola. Plautus, Glareolam manu effundens.*

Glărĕōſŭs. a um. *quod eſt plenū glarea. Colum. de arboribus, Glareoſa & ſaxoſa amat ficus.*

Glăſtŭm, ſti. n. ſ. (ἰσάτις) *herba ſimilis plātagini, qua Britanni ſe inficiunt, (ut author eſt Cæſar lib. 5. Belli Gall.) quò horridiori ſint aſpectu in pugna: efficit enim cæruleum colorem. Hac etiam fullones pannos inficiunt. Vide Plin. lib. 22. cap. 1.*

Glăucĭŏlŭs, *dicitur equus, qui felineis oculis eſt*

Glaucĭŭm, cij. n. ſ. (γλαύκιον) *herba genus ſylueſtris & erraticæ, quæ alio nomine paralion dicitur. Naſcitur in afflatu maris, aut nitroſo loco, unde & nomen aſſumpſit. Nam glaucus cæruleus ſignificat, cui eſt color maris.*

Glaucōmă, matis. n. t. (γλαύκωμα) & Glaucoma. um.

matum.ti. Glaucoma. mæ. uitium humoris eius, qui cryſtallinus appellatur, in colorem glaucum mutans oculum. Plautus. in Mil. Glaucomam ob oculos obijciemus, eumq́ ita faciemus, ut quid uiderit, non uiderit. Plinius libro 29. cap. 6. Glaucomata dicunt Magi, cerebro catuli ſeptem dierum emendari.

Glaūcŭs, ci.m.f.(γλαυκός) color qui admixtum habet uiridi alborem. Gell. lib. 2. cap. 26. Sed ne uiridis quidem color pluribus, quàm à nobis uocabulis dicitur: Neque non potuit Vergilius colorem equi ſignificare uiridem, uolens cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum: ſed maluit uerbo uti notiore Græco, quàm uſitato Latino. Sic etiam alibi uocat frondes ſalicis glaucas & oliuas glaucas. Item in hominibus Glauci oculi pro uiridibus dicuntur, quales etiam ſunt felis, leonis, & noctuæ. Plinius libro 8. cap. 21. Oculis glaucis, colore ſanguineo, &c. Hunc colorem quidam cæſium uocant. Et Glaucus, nomen piſcis eſt, quem Plin. lib. 32. cap. 11. tradit, æſtate non apparere.

Glaūx, auis nocturna, à qua glaucus color.

Glēbă, bæ.f.p.(βῶλος) fruſtum terræ, dictũ quòd ſit quaſi globus. Plin. lib. 18. Glebæ ne exultẽt. Huius dimin. eſt glebula. βωλίον. Colum. lib. 1. Euentilata mundiora ſunt, lapillisq́ carent & glebulis.

Glēſsūm, ſi.n.ſ. electri ſpecies, uulgò (agſtein, quo Gleſſaria inſula abundat. Plin. lib. 37. ca. 3. Certum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis Oceani, & à Germanis appellari gleſſum, itaq; & à noſtris unam inſularum ob id Gleſſariam appellatã. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in ceraſis, reſina pineis: erumpit humoris abundantia, denſatur rigore, uel tempore autumnali.

Gleūcĭnūm, ni. n.ſ. oleum muſtum, hoc eſt expreſſum antequam oliuæ in torculari ſubigantur. Gleucini olei compoſitionem uide apud Colum. lib. 12. cap. 51.

Glis, gliris. (ἐλειός) maſc. gen. animal muri ſimile, nutritur in arboribus, & bonam anni partem ſomno conſumere dicitur. Vide Plinium lib. 8. ca. 57. Hinc glirariũ, (ἐλειῶν) pro loco in quo nutriũtur glires. Var. 3. de Re ruſt. ca. 15.

Glis, glisſis, fœminini generis, terra argilloſa.

Glis, glitis, generis fœminini, carduus dicitur.

Gliſco, ſcis. n. t. creſco. ἐπιτείνομαι. Liu. lib. 6. Gliſcente indies ſeditione. Item pingueſco. θάλλω, ἀκμάζω. Colum. lib. 8. Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam gliſcit. ſcilicet aſinus. Item ardeo, cupio. προθυμοῦμαι, ὀργῶ, ἵεμαι. Huius compoſitum eſt, pergliſco. Colum. lib. 8.

Glŏbo, bas. are. a. p. aliquid ſolidum in rotunditatem componere. σφαιρόω. Plin. lib. 2. cap. 65. Nanq; dependentes ubiq; guttæ paruis globantur orbibus.

Glŏbŭs, bi.m.ſ. & globum, utroq; modo dicitur, pro corpore ſolido, & undiq; rotundo. σφαῖρα, σφαίρωμα. Verg. Principio cœlum ac terras, camposq́; liquentes, Lucentemq́; globũ lunæ. Dicitur de omnibus rebus rotundis, etiã non concauis. Plau. in Pœn. In fundas infundebã grandiculos globos. Ego illos uolentes iuſſi fundarier. Ponitur quandoq; pro multitudine hominum, ſiue aliorum animalium, aut alterius cuiuſcunq; rei collectione & quaſi conglobatione. Salluſt. Alij globis eruptionem tentauerunt. A globus fit globoſus. a. um. (σφαιροειδής.) pro rotundo ſpiſſatoq́. Cic. de Vniue. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.

Glŏbŭlŭs. li. m. ſ. dimin. apud Cat. de. Re ruſt. cap. 79. accipitur pro edulij quodam genere: Globulos ſic facito, caſeum cum alica ad eundem modum miſceto.

Glŏcido, as. n. p. pen. cor. proprium eſt uocis gallinarum cũ ouis incubituræ ſunt, quod fit crebris ſingultibus, interiecta uoce acuta. Feſtus.

Glŏcio, cis. idem quod glocido. Colum. lib. 9.

Glŏmĕro, ras. a. p. pen. corr. implico, & in globi ſpeciem formo, ſiue filum in globũ conuoluo τολυπεύω. Per translat. ſumitur pro congregare, accumulare. Verg. Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. Idem 6. Aen. Quàm multæ glomerantur aues. Hinc fit compoſitum, agglomero, quod eſt applico, adiungo. Idem, Et lateri agglomerant noſtro.

Glŏmŭs, mi.m.ſ. & Glomus, glomeris, (ἀγαθίς, τολύπη) eſt filum, uel aliquid ſimile in globi figuram conuolutum.

Glōriă

Glōriă, æ. f. p. (κλέος, δόξα) claritas, ſplendor, lux, amplitudo, & frequens de aliquo fama cum laude. Cice. in Philippi. Ea autem eſt gloria & laus, recte factorum & magnorum in Rempublicam meritorum.

Glōriăbundŭs, a. um. o. ſ. qui abunde gloriatur.

Glōriŏlă, læ. f. p. (δοξάριον) dimin. à gloria. Cic. Luccio, Noſmetipſi uiui gloriola noſtra perfruamur.

Glōriŏr, aris. d. p. μεγαλαυχέω, περιαυτολογοῦμαι. gloria & prædicatione meipſum effero, aut aliquid de me iactanter pronuncio. Cic. de Seneƈt. Vt de me aliquid more ſenum glorier. Cæſ. 8. Balli Gall. Propterea quòd inſolenter aduerſarij ſui gloriarentur.

Glōriōsŭs, a. um. o. ſ. (ἔνδοξος) gloria plenus: ut Glorioſus homo, glorioſus triumphus. Plau. in Epid. Magnus miles Rhodius, raptor hoſtium glorioſus. Cic. de Finib. Illuſtria & glorioſa facta. Huius contrarium eſt inglorius, (ἄδοξος, ἀκλεὴς) qui nulla laude, aut gloria dignus eſt, & ueluti ignobilis. Verg. 4. Geor. Ille horridus, alter deſidia, latamq; trahens inglorius aluum. Interdum glorioſus dicitur, qui ſe maniter iactat, & alterius inani laudatione effertur, & ſe laudari quærit, (κενόδοξος, ἀλαζὼν) ut miles glorioſus apud Terentium.

Glōriōsē, aduerbium, cum gloria & laude. Plin. de Viris illuſt. Ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſè abſolutus, Carthaginem delendam cenſuit.

Glōs, tis. f. t. (γάλως) appellatur mariti ſoror, atq; item fratris uxor.

Glōſſă, ſæ. f. p. (γλῶσσα) per duplex ſſ, lingua dicitur. Vnde gloſſæ & gloſſaria, pro interpretationibus ponuntur, quod uice linguæ, hoc eſt uice doctoris fungantur. Quint. Gloſſæ ſunt ſecretioris linguæ expoſitiones.

Glōſsēmătă, tum. n. t. (γλωσσήματα, χίλια) dicuntur uoces occultiores, abſtruſiores, & minus uſitatæ, quæ ſcilicet interpretatione egent, quales ſunt in tragœdijs, heroicis uerſibus, & his ſimilibus. Quintilia. Circa gloſſemata etiam, id eſt uoces minus uſitatas, non ultima eius profeſſionis diligentia eſt.

Glōſsŏpetră, æ. f. p. gēmæ ſpecies, humanæ ſimilis. Magi eam credūt nō naſci in terra, ſed deficiēte luna de cœlo decidere. Plin. li. 37. ca. 10.

Glōttis, idis. f. t. (γλωττίς) lingula. Hinc Plinius lib. 10. cap. 23. Auem quæ rex coturnicum appellatur, glottida uocauit, quòd prælongam linguam habeat.

Glūbo, is. a. t. (ξυράω) corticem detraho. Vnde & pecus glubi dicitur, cum pellis detrahitur. Cato de re Ruſt. cap. 33. Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arcteq; alligato, librum conſeruato.

Glŭcidātŭm, ſuaue & iucundum. γλυκὺ. dulce.

Glūmă, æ. f. p. (ἔλυτρον) folliculus grani frumentarij: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granū, hoc eſt decorticetur: author Var. lib. 1. cap. 48. Granum dictum quod eſt intimum ſolidum: Gluma, qui eſt folliculus eius.

Glūtĕn, inis. n. t. & glutinum. ni. id uocant Latini, quod Græci κόλλα. Plin. lib. 11. ca. 39. Boum corijs glutinum excoquitur, taurorumq;, & id præcipuum. Hinc glutinoſus. ſa. ſum. tenax. κολλώδης, κολλητικός. Plinius libro 15. cap. 16. Prioris laus, ut recens ſit & leuis, linguaq; glutinoſa.

Glūtĭnāmentŭm, ti. n. ſ. compactio, coniunctio. κόλλημα. Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo, (ſcilicet chartæ) oculis, ſed medijs inſertis glutinamentis.

Glūtino, nas. a. p. pen. cor. coniungo, ferrumino. ζευγνύω, ἑνόω, κολλάω. Plin. Vis bituminis quæ ſulphuris: ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Huius cōpoſita ſunt: agglutino, conglutino. συγκολλάω, συμφύω. Plin. li. 23. Vulnus conglutinant. Deglutino & reglutino, à glutine libero. ἀνακολλάω. Idem libro 25. Palpebras deglutinant.

Glūtĭnātŏr, oris. m. t. qui aliquid glutine compingit. Cic. Attic. lib. 4.

Glūtĭo, tis. titum. n. q. deuoro. καταπίνω. Iuuenalis, Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorē? Hinc fit deglutio. ἀναπίνω.

Glūto, λίχνος, λαίμαργος. gulosus.

G ANTE N.

Gnăphăliŭm, lij. n. ſ. γναφάλιον. herba quam quidam chamæzelon nominant, cuius folia adeò alba ac mollia ſunt, ut planè uideātur tomentum. Plin. lib. 27. ca. 10.

Gnăphălŏn. li. n. ſ. (γνάφαλον) genus tomenti, ex lana illa ſcilicet breui atq; conciſa, quæ ueſtibus à fullone poliendo detrahitur.

Gnăpheus

Gnăpheus.ei.m.ſ. (γναφεύς) piſcis nomen ful-lo dictus, quoniam omnes maculas decoctum eius eluit.

Gnăphŏs, frutex eſt ſpinoſus, quo ueſtes radun-tur.

Gnărăuit Liuius poſuit pro eo, quod eſt narrauit, & Gnarauiſſe, per narrauiſſe.

Gnārē, (ἐπισταμένως) aduerbiũ, peritè, & quando-que apertè. Apuleius, Qui gnarè id noſtris oculis cõtemplati ſumus. uide in dict. Ignoro.

Gnărĭtĕr, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo pro gnariter, quod ſignificat audacter, ſtrenuè. γενναίως. Plautus, Age, indica prognariter.

Gnārŭs, a. um. o. ſ. & narus, dicitur ſcius & pe-ritus. ἐπιστήμων. Plini. lib. 9. ca. 35. Concha ipſa cum manum uidet, comprimit, operitq́ opes, gnara propter illas ſe peti. Gnaritas, ſci-entia. ἐπιστημοσύνη. Salluſt. Fiducia gnari-tatis locorum. Horum contraria ſunt: igna-rus, & ignaritas.

Gnăthŏs, thi. m. ſ. (γνάθος) Latinè gena maxilla-úe dicitur, aut bucca. Inde apud Terent. Gna-tho paraſitus.

Gnātŭs. ti. m. ſ. filius. Cic. Plan. pro Quanquam ad præcepta ætas non eſt gnati. Vnde gnata, filia. Idem de Diuin. ô gnata. &c.

Gnāuŭs, & nauus, a. um. o. ſ. celer, ſtrenuus. [illegible], ἐντρεχής. à nauium celeritate. Gram-matici protheſin figuram appellant, quando apponitur litera principio dictionis: ut gna-tus pro natus, gnotus pro notus. Cic. in Orat.

Gnēŭs, ei. m. ſ. [illegible]. corporis inſigne eſt, & prænomen: à generando dicta eſſe, & ea ipſa ex Græco γίγνεσθαι apparet. Feſtus.

Gnĭtŭr, pro gignitur Veteres dixerunt, & gni-xus pro genitus.

Gnōmă, æ. ſ. p. appellatur inquit Feſtus, ge-nus machinulæ cuiuſdam, quo regionis agri cuiuſq; cognoſci poſſunt, quod genus Græci dicunt gnomona.

Gnōmōn, onis. m. t. eſt ſtylus in medio ſolaris ho-rologij umbra ſua horas indicans, quem Plin. umbilicum ſolis nominat lib. 2. ca. 72. Gnomo-nes item dicuntur dentes iumentorum qui-bus eorum ætas dignoſcitur.

Gnōro, ras. ſcio, licet non ſit in uſu, ſed eius compoſita habentur: Ignoro, & Dignoro de quibus alibi.

Gnōſco, ſcis. a. t. (γινώσκω) pro noſco Veteres di-xerunt: ſicut gnotum pro notum.

Gnōſtici, orum. m. ſ. hæretici quidam erant, ſic dicti ob inſignem eruditionem quam ſibi uen-dicabant, cum nihil illis nec ſtultius eſſet, nec indoctius. Vide Auguſt. lib. de Hæreſibus.

G ANTE O.

GŌbius. bij. m. ſ. (κωβιός) piſcis qui & go-bio dicitur. Iuuenalis, Cum ſit tibi go-bio tantum In loculis. Mart. Principi-um cœnæ gobius eſſe ſolet.

Gomor, (γομόρ) propriè menſura uini eſt, ut in-terpretatur Ambroſius in Epiſt. ad Iuſtum.

Gōſsўpiōn, ſeu goſſampinus, (γοσσύπιον) frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti, quæ in Arabi-am uergit, allatus, nunc etiam in quibuſdam Italiæ locis naſcens, ex quo lina fiunt, quæ goſsypine ſiue goſſampyna dicuntur. Plini-us libro 19. cap. 1.

G ANTE R.

GRab, fiſtula, oculi morbus.

Grăbātŭs, ti. m. ſ. (κράββατος) pen. prod. lectus exiguus, in quo meridiari ſolet: di-ctus quaſi carabatus, quod in eo capite recum-bamus, (κάρα) enim caput, βατὸν peruiũ Græ-ci dicunt. Vnde & pro lecticis pauperum, & mendicantium grabati accipi ſolent. Apud Latinos primã corripit, & apud Græcos pro-ducit, & duplici ββ ſcribitur. Verg. in Mot. Membra leuat ſenſim uili demiſſa grabato.

Grăcĭlĕ, lis. n. t. adiectiuum, pen. cor. ſignificat quod eſt tenue, & corpore macilentum. ἰσχνὸν, λεπτὸν, [illegible]. Terent. in Eun. Haud ſimi-lis uirgo eſt uirginum noſtrarum, quas ma-tres ſtudent Demiſsis humeris eſſe, uincto pe-ctore, ut graciles ſient. Gracilis etiã ponitur pro molli. Horat. Quis multa gracilis te puer in roſa.

Grăcĭlens, entis, omnis generis. Næuius in Proteſilao, Demam gracilentis co-lorem, dum ex hoc gracilens ſit.

Grăcĭlentŭs, a. um. idẽ quod gracilis. Enn. lib. 7. Deducunt habiles gladios filo gracilento.

Grăcĭlĭtās, atis. f. t. corporis habitus tenuior. ἰσχνότης. Cic. de Claris orat. Erat eo tempore in no-bis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis, procerum, & tenue corpus, &c.

Grăcĭlĭtūdo, inis. f. t. idem quod Gracilitas. Ac-cius in Amph. Tamẽ & ſtatuæ gracilitudo, & propemodũ luctus facit, ne dubitem. Nonius.

Grăcileſco

Grăcilĕſco,is.ere. n.t. gracile & tenue fieri. Plinius lib.17.cap.18. Cum aliâs feſtinatione pariendi graciles**c**at.

Grăcŭs,ci .m . f. (κολοιὸς) nomen auis, cornici ſimilis, niſi quòd minor eſt: à uoce quam facit, uel à gerendo dicta, quòd iacta ſegetũ ſemina gerat: uel quia ex oliuetis cubitũ ſe recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat. Seu etiam, quòd gregatim uolitet: ſiue à gracilitate, propter paruitatem. Eſt huic furãdi natura, ex quo nonnulli monedulã eam appellauere, à furandis monetis. Exprimit ſermonem humanum, & cauea emiſſus reuertitur. Huius diminutiuum eſt

Grăcŭlŭs,li.m.f. (ὁ κορακίας) Pli.lib.10.cap.29. Finitimo Inſubrium tractu examina graculorum, & monedularum, cui ſoli aui furacitas auri argentiq́ præcipuè mira eſt.

Grădārĭi, orum .m . f. (ἱπποφορᾶς) equi, qui ſine ſuccuſſatione molliter incedunt. Lucil.lib. 14. Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus.

Grădātĭm. ἐπιμαγκάδην, βάδην. aduerbium, ſignificat per gradus. Varr.1.de re Ruſt. Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alio agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus. Gradatim, pro ſenſim, paulatim, ordinatè, & lentè. Cic. Ita pedetẽtim & gradatim tum acceſſus ad cauſſam, tum receſſus.

Grădātĭo,onis.f.t. apud Rhetores dicitur, cum ex prima ſentẽtia oritur ſecũda, & ex ſecũda tertia, atq; ita deinceps. Cic.ad Heren.lib.4.

Grădĭŏr.eris.greſſus,d.t. (βαίνω) ſignificat uado, incedo, ambulo, eo, progredior: Verg. Aeneas graditur fido comitatus Achate. Cic.de Nat. Iam uerò alia animalia gradiẽdo, alia ſerpendo ad paſtũ accedunt. Gradatus. a. um. in modum graduum factum. Plin. lib.13.cap. 4. Denſis gradatiſq; corticum pollicibus. Huius compoſita ſunt, Aggredior, antegredior, congredior, digredior, egredior, de quibus alibi. Ingredior, (εἰσδύομαι) introgredior. dicimuſq; ingredior forũ, & in forũ, (εἰσέρχομαι.) Aliquando capitur pro ſimplici gradior, incedo. Cice. ad Attic. Si dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola. Interdum eſt prouenire, & ſe oſtendere. Plautus: Nihil te pudet ſceleſte in conſpectu ingredi? Ingredi in mulierem, eſt mulieris perſonã aſſumere. Ingredior. εἰσβαίνω Verg. 11. Aeneid. Poſtquam introgreſſi, & coràm data copia fandi. Progredior, ultrà procedo. προβαίνω. Cicer.in Læli. Videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Hinc Progreſſus, & Progreſſio, pro proceſſu. Idem lib.1. Tuſcul. Qui errantium ſtellarum progreſſiones, inſtitutioneſq; notauit. Prætergredior, (παραβαίνω, παραμείβω) ultrà tranſeo. Cic. App. Pul. Currens Lepta uenit, mihiq; nunciauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe. Regredior, (ἐπανέρχομαι) retro gradior, reuertor. Plautus in Aul. Illuc regredere ab oſtio. Supergradior, ſuperambulo, ſupero. ὑπερβαίνω, ὑπερβάινω. Subtergradior. ὑποβαίνω. Tranſgredior, ultrà gradior. uide ſuo loco. Tranſgreſſio, (μετάβασις) apud Rhetores dicitur, cum ab ea ſententia, quam propoſuimus, conuertimus ſermonem ad aliquam perſonam, aut rem, aut fortunam, & tanquam præſentem appellamus: ut, Hæc mulier nuper fuit locuples, & potens in amore, atq; delicijs neceſſariorum, ornatus eius opibus abundabat, magnus ancillarum, quæ ſequebantur, comitatus, appellabatur. Nunc contrà ſubitò, & graui caſu afflicta uix mediocris ancillulæ dignitatem retinet. O fortuna, quàm uehementer te rerum uarietas oblectat, & quàm magno odio eſt tibi beatæ uitæ perpetuus & conſtans fructus.

Grădŭs, uum.m.q. (κλίμακες, βήματα) ſunt ex quibus ſcalæ conſtant, & quibus ad ædificiorum altiora conſcenditur: à gradiendo dictĩ, quòd per eos eatur. Cic.ad Att. Gradus templorũ ab infima plebe completi erat. Gradus, etiã eſt ingreſſus & gradientiũ pedum uiciſſitudo. Verg. Gradibuſq; ſonare Compoſitis.

Gradu mouere, eſt retrò agere, propellere retrorſum. Li. Primum gradu mouerunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremo haud dubiè auertunt. Interdum ſumitur pro conſtantia, & animi magnitudine. φρόνημα. Cicero 1. Offici. Fortis enim animi eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deijci, ut dicitur, ſed præſentis animi uti conſilio. Interdũ pro exiſtimatione, & loco honoris. Cic.1. Phil. Eſt enim querela mihi neceſſaria pro hoc gradu in quo me S.P.Qu.R. collocauit.

collocauit. Gradus quoq; cognationis dicti ſunt, ad ſimilitudinem ſcalarum locorumúe decliuium. Superiores ergo ſunt, pater & mater, auus & auia, proauus & proauia. Inferiores, filij, nepotes & pronepotes. Tranſuerſi, ut fratres & ſorores eorumq; liberi. A gradus ſiunt Tardigradus. da. dum. (βραδύπους) pen.co. qui tarde graditur. Vnde teſtudinem tardigradam dicimus. Spiſsigradus, pro frequenti graduum motu incedente. Plautus Spiſsigradiſsimos tardiores, quàm corbitæ ſint in tranquillo mari.

Græcă ſalix, dicitur ſalix rubra.

Græcāri, d.p. (ἐκφαυλίζειν, ματαιάζειν, & ſimilia) pen.pro. eſt conuiuijs, & libidinibus operam dare: ab eo quòd Græci liberius ſe haberent in conuiuijs. Nam quandoq; uerba trahuntur à moribus nationum.

Græciſſo, (ἑλληνίζω) Græcos imitor.

Græcŭlă mala, à patria ſic dicta. Plin. lib. 15.

Græcŭlă roſa, omnium minima, uiolæ magnitudine, in ſentibus creſcens, nec unquam quinq; folia excedens. Plin. lib. 21. cap. 4.

Grāllæ, fuſtes furculas habentes ſunt, quibus nituntur qui ſuper ijs ambulant. Hinc grallatores, qui grallis gradiuntur, ac paſſus ingentes faciunt (καλοβάθραι) Plautus in pœnulo: At ſi ad prandiū in ædem uos dixiſſem ducere, Vinceretis ceruum curſu, & grallatorem gradu. Grallatorius. a. um. ut grallatorius gradus, id eſt magnus, quales ſolent eſſe grallatorum; ſicut è contrario formicinus, ſeu teſtudineus gradus, minutulus dicitur. Plau. in Amphit. Abſtine, quæſo, non potuimus Noſtros grandius grandire gradus. A. Siue grallatorius, ſiue teſtudineus fuerit, certū eſt mihi hunc ſceleſtum perdere.

Grāmĕn, inis. n.t. (ἄγρωστις) herba uulgatiſsima: ſic dicta, quod geniculatis internodijs mirificè ſerpat: à gradiendo, uel à gignendi fœcunditate. crebrò enim nouas ſpargit radices. Refert Plin. eam herbam naſci ubi humanus ſanguis ceciderit. Gramen capiti circundatum, ſanguinis fluxiones è naribus ſiſtit. Vide Plin. lib. 24. cap. 19. Quandoq; tamen gramen ponitur generaliter pro omni herba, (πόα, χορτώδες) Verg. in Bucol. Nulla neq; amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbā.

Grāmiæ, arum. f.p. (λῆμαι) ſunt oculorum pituitæ. Vnde gramioſi oculi, γλάμωντες. A quo qui triſtes ſunt, in hodiernum quoq; diem gramioſi uulgò nominantur.

Grāmĭnĕŭs, a. um. quod ex gramine factum eſt: ut, graminea corona, de qua uide in dictione Corona, & Gellium lib. 5. cap. 6.

Grāmĭnōſŭs, a. um. o. ſ. plenus gramine. χορτώδης. Colum. lib. 1. in Præf. Quid ſylueſter ager, quid humidus & graminoſus?

Grāmmă, atis. n.t. & grammatum. ti. Latinè litera dicitur. Vnde epigramma & epigrammatum cum alijs à gramma compoſitis.

Grāmmătĕī, orum. m.ſ. (γραμματεῖς) dicuntur ſcribæ, qui rationes publicas in tabulis ſcribunt. Apul. lib. 11. Tum ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant. Hi etiam ab epiſtolis, à ſecretis, ſiue ſecretarij, notarij, & cancellarij dicuntur.

Grāmmătĭcă, cæ. f.p. literaria dicitur, & eſt rectæ loquelæ rectæq; ſcripturæ ſcientia, quæ uſu, ratione, authoritateq; conſtat. Cice. 3. de Fin. Grammaticè loqui, eſt ubi cura ſermonis uitium non admittitur: Latinè loqui, ubi elocutione eluceſcit oratio.

Grāmmătĭcŭs, ca. cum, quod ad grammaticam pertinet. Et grammaticus, qui grammaticam docet, Latinè literatus dici poteſt. Suet. de Clar. gram. Appellatio grammaticorum Græca conſuetudine inualuit, ſed initio Literati uocabantur. Sed & Poëtarum interpretes, Grammatici dicuntur, uerſanturq; non ſolum circa ſermonem, ſed etiam circa hiſtorias, & carmina euagantur. Martialis, Grammaticis placeam, & ſine grammaticis. Grammatici, prius critici dicti ſunt, authore Dione Chryſoſtomo. Cornelius Nepos ait, Literatos propriè appellandos eſſe poëtarū interpretes, qui à Græcis γραμματικοὶ nominantur. Eoſdem Literatores uocitatos, Meſſala Coruinus author eſt.

Grāmmătŏcȳphōn, (γραμματοκύφων) qui capite ſubmiſſo, & in genibus papyrū tenens ſcribit.

Grāmmătŏphȳlăcĭūm, cij. n. ſ. (γραμματοφυλάκιον) locus ubi tabulæ & inſtrumēta publica, monumentaq; rerū geſtarum, actorumq; aſſeruantur: quod tablinum Latinè appellatur.

Grāmmē, es. n. t. (γραμμὴ) Auguſt. Si omiſſa latitudine

latitudine ſolam quis longitudinem uoluerit emetiri, longitudo ſine latitudine menſuræ ſubiecta, gramme dicitur. Non quòd ſit longitudo aliqua, quæ careat latitudine, ſed quòd ſolam quis metiens longitudinem, grammen metiri dicatur. Et hæc, linea à noſtris dicitur.

Grānāriūm, rij. n. ſ. ἀποθήκη. locus in horreis ſeruandis ſeminũ granis paratus, uel in quo grana frugum reponuntur. Var. 1. de re Ruſt. cap. 57. At triticum condi oportet in granaria ſublimia, quæ perflentur uentis ab exortu. Perſius: Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes. Horat. 1. Sermo. Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris.

Grānātūs. a. um. quod abundat granis: ut, malum granatũ. Colum. lib. 12. ca. 41. Et integra mala dulcia granata, quæ punica uocantur.

Grāndæuūs. ua. uum. (πολυετὴς) quod eſt prouectioris ætatis: hoc eſt grandis æui, id eſt ſenex. Verg. Grandæuus Alethes.

Grandæuitas, atis. f. t. Accius: Ne quia nec uos, nec ille impune irrideret meã grandæuitatẽ.

Grāndēbālæ, arum. f. p. pen. cor. pili ſubalares, quos Volſellis tolli ſæpe molliores iubebant.

Grāndēſco, ſcis. n. t. creſco, grandis fio. φύομαι, μεγαλύνομαι. Plin lib. 18. Creſcente luna frumenta grandeſcunt. Cic. de Diuin. Lentiſcus triplici ſolita grãdeſcere fœtu. Hinc ingrãdeſco, quod eſt ualde uel intus grandis fio. Col.

Grāndilōquūs, a. um. o. ſ. pen. cor. eloquens, & qui cũ quadam uerborũ magnificentia loquitur. μεγαλορρήμων. Cic. in Ora. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla, & ſententiarũ grauitate, & maieſtate uerborũ. Hinc grandiloquentia. μεγαλορρημοσύνη.

Grāndināt̄ūs, ta. tum. o. ſ. participium, quod eſt grandine ſaucium. χαλαζόβλητος.

Grāndinōsūs, ſa. ſum. quod abundat grandine, ſiue in quo frequentes ſunt grandines. χαλαζώδης. Colum. lib. 3. cap. 1.

Grāndio, dis. diui. ditum. a. q. grandem facio. αὐξάνω. Plaut. in Aulul. Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

Grāndis, de. o. t. (μεγαλεῖος, πρεσβυτικὸς) apud ueteres non ad corpus, ſed ad ætatem tantũ referebatur iam adultam. Terent. in Adel. An ſedere oportuit domi uirginẽ tam grandem? Quòd ſi natu, addatur, prouectiorem ætatem ſignificat, & iam penè ſenilem. Plinius Inn. Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Nunc uerò grandis ſumitur pro magno, & nonnunquam ad inanimata refertur: ut grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 18. Grande pondus argenti. Cic. pro Cecin. Grande gaudium. Plau. in Sticho.

Grānditās, atis. f. t. dicta eſt maior ætas. πολυετηρία. Siſenna lib. 4. Hiſtor. Neq; ætatis granditatem, neq; ea merita, neq; ordinis honeſtatẽ, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi. Refertur etiam ad alia. Cic. de clar. Orat. Idq; apparet ex genere, & granditate uerborum.

Grānditĕr. μεγάλως. aduerbium.

Grāndiūſcŭlūs, a. um. diminutiuum à Grandis. Terentius in Andr. Nam ferè grandiuſcula profecta eſt illinc.

Grāndo, inis. f. t. gutta aquæ in aëre congelata: ſic dicta, quòd ſolito grandior ſit, uel quia granis contineatur. Plin. lib. 2. ca. 60. Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore mollius coacto, pruinã autem ex rore gelido. Hinc grandinoſus. ſa. ſum. de quo ſuprà. Grando etiam collectio eſt ſub cute, buboni, & Aegyptiæ fabæ ſimilis, ut inquit Pollux, dolorem, ſi tangatur, afferens.

Grānōsūs, ſa. ſum. (κοκκώδης) dicitur omne quod intus habet grana: ut, Granoſi folliculi Plin. lib. 21. cap. 31.

Grānūm, ni. n. ſ. ferè frugum dicitur, ut tritici, hordei, farris, & huiuſmodi, quod eſt intimũ ſolidum. Acini ſunt cæterorum fructuum, ut uuæ, baccarum, & huiuſmodi. Plau. in Stich. Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem, qui illico, Vbi ille poſcit, dare denegauit ſe granum tritici. Hinc Granarium.

Grăphiāriūm, rij. n. ſ. γραφιοθήκη. theca in qua ſtyli reponuntur, quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant, antequam penicilla, & colores inuenirentur. Dicitur & theca graphiaria. Martialis lib. 14. Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

Grăphicē, ces f. t. appellatur illa facultas, quam Cicero Stylum uocat, authore Budæo.

Grăphicē, eleganter, perpolitè. Plaut. in Trin.

Grăphicŭs homo. γραφικός. dicitur ad unguem factus, abſolutusq; & quaſi pictoris manu expolitus. Plautus: Næ tu habes ſeruum graphicum, &

ſum, & quantiuis precij.

Grăphis.phidis.f.t.ars pingendi, quæ maximè lineis conſtat & linearis uocatur, inuenta à Sophocle. Dicta graphis à ſtylo, quem Græci γραφίον & γραφίδα quoque nominant. Plin. libro 35. Graphidis ueſtigia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices.

Grăphiŭm, phij.n.ſ.(γραφεῖον)ſtylus ferreus, ſeu penna argentea, qua ſignantur in tabellis literæ, ut olim in cera, ſeu figuræ. Ouidi. Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo?

Grăſsātŏr, oris.m.t.(λωποδύτης) qui per uim & inſidias latrocinatur. Calliſtratus, Graſſatores qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur. Cicero de Fato, Hoc enim modo uiator quoque bene ueſtitus cauſa foret, cur à graſſatore ſpoliaretur.

Grăſſoniă, arum.f.p. tetri odores corporis: ſic appellat Aëtius libro 8. capite 7.

Grăſsŏr.ſaris.d.p.(κατασκύζω, ἐγκατασκήπτω, λωποδυτέω) ſi originem ſpectes nihil aliud eſt quàm cum impetu & uehementia incedere. Creditur enim frequentatiuum eſſe à Gradior. Frequentiſsime tamen accipitur pro eo quod eſt uias obſidere, obuiosque iniuriæ opportunos, pecunia, ueſtibus, aut alia quauis re ſpoliare. Plaut. in Rud. Acta hæc res eſt, certum eſt mori, quàm hunc pati lenonem in me graſſari. Accipitur & in bonū. Salluſt. in Iugu. Sed dux atque imperator uitæ mortalium animus eſt, qui ubique ad gloriam uirtutis uia graſſatur. id eſt, cum frequenti gradu uadit, abundè potens, pollensque & clarus eſt. Silius: Graſſandum ad clara periclis. Huius compoſitum eſt, Oggraſſor, quod eſt obuiam ſeu contrà cum impetu, aut frequenter gradior. Plaut. in Pœn. Niſi cum pedicis condidi ciſtis oggraſſari gradu.

Grātēs, (χάριτας) numero tantum plur. & in hac tantum terminatione pro gratijs, quæ referri debent pro accepto beneficio. Verg. Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ Dido. Cicero in Somnio Scip. Et grates (inquit) tibi ago ſumme ſol.

Grātiă, æ.f.p. animus gratus & beneficij memor, uoluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grata memoria, grates, familiaritas, fauor, beneuolentia, & beneficium quod gratis datur nobis. χάρις, χάρις. Cic. li. 2. de Inuen. Gratia eſt in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas cōtinetur. Eſſe in gratia, pro eſſe in aliquo numero, et reputatione, quā uocant. Cic. ad At. lib. 2. Erit nebulo iſte cum ijs dynaſtis in gratia. Facere gratiam pro ex iure diligentiori aliquid imminuere. Liu. li. 3. Omniū tibi Appi Claudi, quæ impiè nefariéque per bienniū alia ſuper alia es auſus, gratiam tibi facio. Habere gratiā, memorem eſſe beneficij accepti. Terent. in Eun. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita ut merita es, gratia. Inire gratiā, eſt dare beneficiū, ac per hoc inire gratiā, id eſt amicitiam. Terent. in Eun. Adibo, atque ab eo gratiā hanc, quā uideo uelle, inibo. Recipere in gratiā, eſt eum qui nos aliqua læſit iniuria, recipere in amicitiam. Cic. pro Rab. Quem enim ex tantis inimicitijs receptum in gratiā ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictū uiolare nō debeo. Redire in gratiam, eſt reconciliari. Cic. ad At. lib. 1. Cū Luctatio in gratiam redi. Agere gratias, Habere gratias, & Referre gratias, uide in ago.

Grātificŏr, aris.d.p. rem gratam facio, conſentio, complaceo. χαρίζομαι, χάριν φέρω. Cic. Lentulo: Quòd Pompeio ſe gratificari putant. Hinc Gratificus.

Grātiōsŭs, a.um.o.ſ.(κεχαριτωμένος, συνδαιόμενος ἀνήρ) qui gratia apud omnes plurimū ualet, uel qui gratiā & fauorē omniū ſibi facile cōciliat, quod ferè fieri ſolet obſequio & comitate. Cic. lib. 1. Off. Tum Pythius, ut argentarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus.

Grātē aduerbium, cuius contrariū eſt, Ingratè. Cic. pro Planci. Confitearérque aliquando quod faciam, me & gratè & piè facere.

Grātis, (δωρεὰν, προῖκα) aduerbium. gratuitò, ſine præmio, ſiue merito, quod uulgò dicitur per gratiā. Plau. in Cap. Nunquàm erit tam auarus, quin te gratis mittat manu. Aliquando ſignificat ſponte. ἑκούσιος. Sic ingratis, (ἀκουσίως) inuitè, non ultro: quia ultronea grata ſunt: ingrata, quæ ab inuitis & recuſantibus fiunt. Terent. in Eun. Opus faciam, ut defatiger uſque, ingratis ut dormiam.

Grātŏr. taris. d. p. (χάριν ἔχω) dijs gratias ago, & quaſi

& quaſi ſupplico. Ouid. 1. Faſt. Quiſquis ades, caſtæq́ colis penetralia Veſtæ, Grata te Iliacis, thuraq́ pone focis. Interdum eſt gaudere de bono proprio, ut apud eundem 8. Metã. O ſuperi totoq́ libens mihi pectore grator. Quandoq; etiam eſt lætari de bono alterius. Ver. Inuenit germana uiã, gratare ſorori.

Grātuītŭs. ta. tum. ἄμισθος. accentum in antepen. habet, quod datur gratis: id eſt, ſine præmio, & quod non eſt mercenarium. Cic. 1. de Legib. Quid liberalitas? gratuitã ne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio, benigna eſt & gratuita: ſi cũ mercede, conducta. Hinc fit aduerbium, gratuitò, (ἀμισθί. Sue. in Cæſ. Omnibus uerò circa eum, atq; etiam parte magna ſenatus gratuitò aut leui fœnore obſtrictis.

Grātŭlārī, d. p. (ἐπιχαίρειν, χαίρειν, συγχαίρειν) cũ datiuo, propriè eſt dijs ſiue hominibus, qui nobis benefici fuerunt, in ſucceſſu aut noſtro aut aliorum, cum laudibus feſtiuitatem oſtendere. Oritur enim ex lætitia gratulatio, ut ex dolore querimonia. Lactantius libro 6. Nihil eſt quòd ſibi aliquis gratuletur, ſi has inanes uirtutes adeptus eſt. Interdum prætermittitur datiuus, cum fuerit pronomen. Ouidius. Priſca iuuent alios, ego me nunc denique natum Gratulor. ubi intelligitur mihi. Gratulari etiam eſt gratias agere, ſiue ſupplicare. εὐχαριστεῖν. Liuius, Triumphantes in Capitolium aſcendebunt, Ioui Opt. Max. cæteriſq; dijs gratulari. Gratulari cũ accuſatiuo, eſt gratum habere. Terent. in Eun. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur. Huius compoſitũ eſt, Congratulor συνήδομαι.

Grātŭlātĭo. onis. f. t. uerbale. Cice. ad Brut. Sed tamen tam recenti gratulationi, quam tuo nomine ad omnium deorũ templa fecimus, &c.

Grātŭlābundŭs, idem quod gratulans. Gel. li. 3. cap. 15. cumq́ populus gratulabundus flores undiq; in eum iaceret.

Grātŭs, a. um. o. ſ. (εὐγνώμων) qui gratiam pro beneficio refert, uel ſaltem memor eſt accepti beneficij. Ter. Adel. Scio non te uſum antehac amicitia mea: Memorem me dices eſſe, & gratũ. Gratũ, acceptũ, & iucundũ. Liu. 2. ab Vr. Gratæ in uulgus leges fuere. Gratũ facere, obſequi & inſeruire, Cic. Sic hunc iuueris, gratiſsimũ mihi feceris. Huius contrarium eſt, Ingratus. ἀγνώμων, ἀχάριστος. à quibus Gratitudo, (εὐχαριστία) & Ingratitudo. Gratè & Ingratè aduerbiũ, & Gratis & ingratis. Accipitur etiam gratus pro læto. κεχαρισμένος. ingratus pro triſti. Vergil. libro 7. Et cinerẽ ingrato ſuprema ferebant. Et gratus pro ſpontaneo, (καταθύμιος) & ingratus pro inuito & coacto, (ἀποθύμιος) legitur.

Grăuăſtellŭs, ſenior: à grauitate dictus. Plaut. in Epid. Sed quæ eſt hæc muliercula, & ille grauaſtellus qui uenit? Quidã tamen legunt Rauaſtellus, à rauo colore.

Grăuātē, aduerbium: ſignificat cum labore, ſiue cum moleſtia. ὀκνηρῶς, δυσχερῶς. Plau. in Bac. Quàm grauatè pater dedit. id eſt ægrè.

Grăuātĭm, aliud aduerbium, idem ſignificans quod grauatè. Liu. 1. ab Vrb. Haud grauatim ſocia arma Rutilis iunxit.

Grăuĕ, is. n. t. adiect. (βαρὺ) ſuapte natura ſignificat ponderoſum: ut Graue ſaxum, quòd nos cum moleſtia grauat in ferendo. Verg. uomis & inflexi primum graue robur aratri: Et per tranſlat. dicitur morbus grauis, ſenectus grauis. id eſt, moleſta. Cic in Cat. Quòd nunquàm ſenectutẽ tibi grauem eſſe ſenſerim. Graues etiam dicuntur homines conſtantes ac ſapientia præditi, qui nec precibus, nec minis ab æquo dimouẽtur, ut hi faciũt, quos leues uocamus, qui in ſimilitudinem paleæ, ad omnem auram uentilãtur. Hinc Grauitas, (σεμνότης) pro firmitate ac conſtantia animi, ac in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam ſeueritas. Accipitur & pro pernicioſo, acerbo, nocente, forti, robuſto, grãdæuo, utili, ſolido, firmo, conſtante, triſti, ponderoſo, neceſſario, pleno, copioſo, & amaro.

Grăuēdĭnōsŭs, a. um. o. ſ. non ſolum qui grauedine infeſtatur, ſed etiã qui ad eum morbũ eſt procliuior. κορυζαρίων, καταρροϊκός. Cic. 4. Tuſc. Itaq; dicimus quoſdã grauedinoſos, quoſdam torminoſos, nõ quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Grăuēdo. inis. f. t. ἀχθηδών. ponderoſitas. Sumitur et pro morbo, ſeu humore qui ex capite diſtillat, nares claudit, uocẽ obtundit, tuſſim ſiccam mouet. καρηβαρία, κόρυζα. ſicuti docet Celſus libro. 4. Plin. libro 23. Grauedini enim capiti, morbumq́ lethargicum faciunt.

Grăuĕŏlens. tis. om. gen. quod malè olet. Verg.

Ad fauces graueolentis Auerni. Plin.lib.27. cap.8.Graueolentibus folijs.

Grăuĕŏlĕntiă,æ.f.p.malus odor. δυσωδία. Plin. Et oris graueolentiam tollit.

Grăuēſco,ſcis.n.t.grauis & oneratus fio.βαρύνο »μαι,βαρῦμαι. Verg.2.Georg. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit.id eſt,oneratur.Plin.lib.11.cap.41.Cameli lac habent,donec iterum graueſcant.Hinc Aggraueſco,& Ingraueſco de quibus ſuo loco.

Grăuicōrs, (βαρύθυμος)grauis cordis.

Grăuidŭs,a.um.plenum,& ponderoſum.Plau. in Tru. Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos,grauidas foras exportet.

Grăuĭdă mulier,(ἔγκυος,ἐν γαστρὶ ἔχουσα) quæ iam concepto fœtu grauatur. Plaut.in Amph. Et cum te grauidam, & cum te pulchrè plenam aſpicio, gaudeo.

Grăuidĭtās, atis.f.t.Cic.1.de Nat. Ipſe ſol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoq́ luna illuminata grauiditates & partus afferat,maturitatesq́ gignendi.

Grăuĭdo,das.aui.a.p. (ἐγκύμονα ποιῶ) pro impleo Veteres poſuerũt.Cic.de Nat.Terra grauidata ſeminibus omnia parit,& fundit ex ſe.

Grăuĭlŏquŭs,a.um.o.ſ.(σεμνολόγος)grauiter loquens:inde grauiloquentia.(σεμνολογία.)

Grăuĭtās, atis.f.t. pondus. Cic. de Nat.Tanta contentio grauitatis & ponderum.

Grăuitĕr,aduerb.ſignificat multũ.σφόδρα.Verg. »Grauiter ſpirantis copia thymbræ. Aliquan»do ſignificat aſperè,malè.βαρέως. Idem,Graueolentis Auerni. Aliquando moleſtè.Cic. Grauiter & iniquo animo tuli. Aliquando ſapiẽter.Idem,Si quid prudenter, ſi quid grauiter factum eſt, hoc eſt nõ leuiter ac inſipienter,ſed maturè,ſapienterq́.σωφρόνως.

Grăuo,as.a.p.premo, onero, moleſto. βαρύνω. »Verg. Nec me labor iſte grauabit. Grauatus,participium,moleſtia aut grauedine affectus.Colu.lib.6.ca.9.Signa febricitantis,manantes lachrymæ,grauatum caput,oculi compreſſi. Liu.5.Belli Pun.Grauatis omnibus uino,ſomnoq́.Huius compoſita ſunt,aggrauo, quod eſt,ſuper uel plus grauo.ἐπιβαρύνω.Colum.lib.2. Tum etiam ratio ruſtici aggrauatur exiguo profectu operis. Degrauo,deor»ſum grauo.βρίθω,καταβαρύνω.Verg.lib.3.De»grauat Aetna caput. Ingrauo,intus ſeu ualde grauo. Prægrauo, ualde grauo.Liu.9. Bel. Maced. Deinde cũ prægrauaret multitudo,cedere ſenſim,nihil confuſis turmarũ ordinibus,cœpit.Et hæc omnia habent pen.cor.

Grăuŏr, aris. deponens, offendor, & grauiter fero.βαρύνομαι,δυσφορῶ. Plaut.in Trin.Non grauabor,Faciã ita ut uis.Cic.de Amic.Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem. »Grauari cum accuſat. Luca.Romanos odêre »omnes,dominosq́ grauantur. Grauatus participium.Plau.in Rud. Haud grauatam Patronam exequuntur,benignamq́ multumq́.id eſt,quæ ex animo facit,quod ab ea petitur:nõ inuita,aut ægrè.

Grĕgālis, le.o.t. quod in grege uiuit. ἀγελαῖος. Varro 2. de re Ruſt. Equi boni futuri ſigna ſunt,ſi cum gregalibus,(κατὰ φορβάδων)in pabulo contendit in currendo. Dicitur quoq́ de hominibus.Cic.pro Archia,Nec Clodius,nec quiſquam de gregalibus eius.

Grĕgārius,a.um.o.ſ.(ἀγελαῖος)ex grege,uulgaris: ut gregarius miles dicitur,non electus,ſed tumultuariè undecunq́ collectus. Salluſtius, Ex gregarijs militibus alios ſenatores uidebant, alios diuites, ut regio uictu atq́ cultu uitam agerent.

Grĕgātim,per diuerſos greges. ἀγεληδόν. Vnde graculi gregatim uolitare dicuntur, ſicut merulæ ſolæ, ſiue ſolitagæ. Plin.lib. 8.cap.5. Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur.

Grĕgo,gas.a.p.à grex deductum, colligo,congrego.ἀγείρω.Huius tamen compoſita magis in uſu ſunt,ut abgrego,quod eſt deduco. Aggrego,aſſocio,adiungo.Lact.lib.4.Summum illum Iouem dæmonibus aggregauit. Congrego,coniungo,cogo. Segrego,ſeorſum pono,diuido.Feſtus, Segregare eſt,ex pluribus gregibus partes ſeducere. Et hæc omnia habent pen.cor.Diſgrego,diſpergo.διασκίζω,δια

Grĕmĭŭm,ij.n.ſ. ſinus,complexus,eſt (χωρίον. inter complexum femorum fœminum ue, in quo complexu mulieres concipere ſolent, inquit Valla.Terent.in Adel. Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat.

Grĕſſibilis,le.o.t.(βαδιστικὸν,πορευτικὸν)quod eſt aptũ ad gradiendũ: ut, Homo eſt greſſibilis.

Grĕſſŭs,ſa.ſum. (βεβηκὼς)particip. à gradior.

Greſſŭs

Greſſus,ſus.m.q.(βάσις)inceſſus,ambulatio,ut: Greſſus meos dirige.

Grex,gregis,d.t.(ἀγέλη,ποίμνη)differt ab armẽto,quòd grex minorũ animaliũ ſit gregatio,ut ouium,porcorũ,caprarum:armentum maiorum, ut camelorum, boum, equorum. Ouidius,Mille greges illi,totidemq́ armenta per herbas Paſcebant. Inuenitur tamen quãdoq; grex de maioribus dici. id eſt, bobus. Verg. Aut aliquam in magno ſequitur grege.tamen ad diſtinctionem addidit magno,ſicut Horatius adiecit mugientium:dicens, Aut in reducta ualle mugientium Proſpectat errantes greges. Dicitur etiã grex de auibus. Auguſt. lib.11.de Ciuit. Alias uerò greges inſtituerit, quæ congregatæ atq; in gregibus malint uiuere,ut ſunt columbæ,ſturni,cerui,damulæ,& cætera huiuſmodi. Dicitur & de hominibus. Cicero, In his bonis gregibus, omnes aleatores, & omnes impuri impudiciq́ uerſantur.

Groſſi,(ὄλυνθοι)tantum pluraliter. Vide Ficus.

Groſſus,ſa.ſum.(παχὺς)nomen eſt quantitatem ſignificans,cuius diminutiuum eſt groſſulus.

Grues,gruum.f.t.(γέρανοι) aues,minimè ſoliuagæ,quæ non ſe ſegregant,ſiue cum uolant,ſiue cum paſcuntur,& à ſono uocis dictæ. Excubias nocte diuiduſt, capite ſubter alam condito dormiũt,alternis pedibus inſiſtentes. Volantes autem ordine quodam y literã faciunt. Verg. libro 1. Georg. Strymoniæ dant ſigna grues. De gruibus uide Plinium lib.10.ca.23.

Gruma,mæ.f.p.menſura quædam,qua fixa,uiæ ad lineã diriguntur, ut eſt agrimenſorum & ſimiliũ. Hinc degrumor.aris.pro dirigo. Lucilius,Viamq́ degrumaris, ut in caſtris menſor facit olim. Et exgrumor. Vnde exgrumans apud Varronem 1. de re Ruſt. legitur pro eo qui de menſura & recta uia excedit, uel grumos eruit.

Grumiæ, dicuntur loca media, inter quæ directæ quatuor conueniunt uiæ.

Grumus,mi.m.f.(θρόμβος)terræ collectio,minor tumulo,quem etiam Cliuulum uocamus. Colum.lib.2.cap.8. Huius diminutiuum eſt grumulus. Plin.lib.19.cap.6.

Gruo,gruis,grui,n.t.κλαγγάζω. de gruibus dicitur, ut grunnio de ſuibus. Hinc congruo, pro cõuenio,concordo. Teren.in Heaut. Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere ſentiant.id eſt,concordare. Inde congruo, & ingruo.is.de quo alibi.

Grundire, (γρυλίζειν) Veteres dicebant, quod nos grunnire dicimus. Claudia.lib. Annal.15. Grundibat grauiter pecus ſuillum. Hinc grundules lares dictos accepimus, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem ſcrophæ,quæ triginta pepererat porcos. Caſius Hemina, Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt laribus grundulibus.

Grunnio,is.grunniui,& grunnij.itum.n.q.proprium eſt uocis porcorũ. γρυλίζω,ὑίζω. Cic.5. Tuſc. Aut grunnit,cũ mactatur ſus. Iuue. Et cũ remigibus grunniſſe Elpenora porcis. Hinc grunnitus. tus. γρυλισμὸς,βρυγμός.

Gryllus,li.m.ſ.genus eſt locuſtæ,corpore tamen cicada longiore: ubiq; gentium pernicies agris,exceptis Parthis,qui illos (D. Hieronymo teſte)comedunt.retro ambulat,terram terebrat & noctu ſtridet:unde & nomen. Suidas Gryllum etiam porcum interpretatur.

Gryphes.is.m.t.(γρῦπες)qui & Gryphones,animalia pennata,& quadrupedia,omni ex parte leones ſunt, alis & facie aquilis ſimiles, equis uehementer infeſtæ.naſcuntur in Hyperboreis montibus. Verg. Iungantur iam gryphes equis. Plin.lib.33.ca.4. Aurum inuenitur in noſtro orbe,ut omittamus Indicum, atq; à formicis aut gryphibus apud Scythas erutũ. Singularis nominatiuus eſt Gryps, gryphis: & Gryphus,gryphi:& Gryphes.phis.

Gryphus,phi. m.ſ. (γρῖφος) ænigma dicitur, & ſermo implicitus. Gryphon enim Græci inſolubile dicunt. Item habens naſum aduncum, quo nomine dictus eſt Demetrij filius, ut author eſt Iuſtinus.

Grypus,pi.m.ſ.(γρυπὸς)ſine aſpiratione,dicitur qui habet naſum aduncum,à gryphis ſimilitudine deductum.

G ANTE V.

Gŭberno,as.a.p.adminiſtrare,procurare, regere, gerere, moderari. Cic. Teq́ hortor,ut omnia gubernes,ac moderere prudentia tua. Gubernator,rector & moderator nauis propriè dicitur. Cice. de Senect. Gubernator clauum tenens ſedet in puppi. Gubernatio.onis. Idem 4.de Fin. In ipſa gu-

bernatione negligentia nauis eſt euerſa. Gubernaculum.li. dicitur clauus nauis. Idem de Iuuen. Naufragus ad gubernaculũ acceſſit.

Gueſſellæ, uel Roſerulæ, uulgariter uocantur mures, quorum ſtercus habet odorem muſci. habitant in pratis, & ſuper riuos, aliquando in domibus.

Gŭlă, læ. f.p. (λαιμὸς, οἰσοφάγος) eſt fiſtula colli interior conſtans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in uentriculum demittitur, de qua uide Plin. lib. 11. cap. 37. ubi de epiglottide loquitur. Vnde per translat. accipitur pro uoracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu. λαιμαργία. Iuuenalis, Quanta eſt gula quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum? Inuenitur nonnunquã poſita pro anteriore colli parte, quã iugulũ uocamus. Sall. Laqueo gulã fregere. Plau. in Mer. Demiſiſti gladiũ in gulam, iam cadam. Hinc fit Guloſus. a. um. (γαστρίμαργος) quod eſt deditus gulæ uitio. Mart. lib. 11. Non eſt Tucca ſatis, quòd es guloſus: Et dici cupis, & cupis uideri. Guloſè, aduerbiũ. Col. lib. 1. in præf.

Gŭlĭŏcæ, nucum iuglandium ſumma & uiridantia putamina: dicuntur & culleolæ, ut ſuprà.

Gŭmmĭ, (κόμμι) indeclinabile, & gummis, generis fœmin. eſt gutta uiſcoſea ex arboribus quibuſdam per corticem diffluens. Plin. lib. 13. cap. 11. Gummi optimum eſſe Aegyptia ſpina conuenit. Vnde gummitio. κόμμωσις. Colum. Multi una in perpetuũ gummitione contenti ſunt. Eſt autẽ gummi lachryma arborũ, quæ eſt quaſi gutta. Hinc gummatæ arbores dicuntur, quæ gummi producunt, Palla. Gummoſus. a. um. quod multum gummi habet. Plinius lib. 12. cap. 9.

Gŭmmĭnŭm oleum, (κόμμινον) ex gummi factũ.

Gŭrgĕs, gitis. m. t. (δίνη, ἄμπωσις) locus in flumine profundus, in quo aqua uertitur: quamuis generaliter de omni aquarum congerie dicatur, & de ipſo etiam mari. Mart. lib. 1. Raptus flumineo uenit de gurgite piſcis. Verg. » Nantes in gurgite uaſto. Ponitur etiã tranſlatè: ut gurges & uorago uitiorũ. Cic. in Ver.

Gŭrgĭto, tas. penult. cor. deuoro, impleo. ἐμφορεῖσθαι. Hinc fiunt compoſita, Egurgito. tas. Ingurgito. tas.

Gŭrgŭlĭo, onis. m. t. (γαργαρεὼν) proprie pars gutturis, à naribus ad pulmonẽ, conſtans cartilagine & carne: per quã ſpiritus meat ac remeat, & hæc ſpiritalis fiſtula dicitur. Varro 2. de re Ruſt. ca. 3. Hircus molliori pilo, & potiſſimum albo, ac ceruice & collo breui, gurgulione longiore. Rurſus gurgulio uermis quidã, qui in horreis naſcens frumentũ abſumit, τρὼξ, κὸς. ſic dictus, quòd totus ſit guttur. » Vergil. Populatq; ingentem farris aceruum » Gurgulio, atq; inopi metuẽs formica ſenectæ.

Gŭrgŭſtĭŭm, ſtij. n. ſ. (οἰκίδιον) & diminutiuum Gurguſtiolum, genus habitationis anguſtum, à gurgulione uerme ſic dictum. Seruius docet gurguſtium eſſe obſcuram & latentem tabernam. Cic. in Piſo. Neſcio quo è gurguſtio te prodire, obuoluto capite, ſoleatum. Apul. Ergo breuitatẽ gurguſtioli noſtri ne ſpernas, peto, ſis contentus lare paruulo.

Gūſto. as. n. p. (γεύομαι) deguſto, libo, attingo, notæ ſignificationis. Cæſ. 5. Bel. Gal. Leporem & gallinam, & anſerem guſtare fas non putant. Et per tranſlat. Cic. pro M. Cælio: Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigiſſent. Hinc Guſtatus. us. γεῦμα. ut, Aqua peracerba guſtatu. Cic. in Cat. Huius compoſita ſunt, deguſto. ἀπογεύομαι. delibo, pitiſſo. Salluſt. Prægusto, (προγεύομαι) ante guſto.

Gūſtŭs. us. m. q. (γεῦσις) unus ex quinq; ſenſibus corporis: ille uidelicet, quo ſaporum diuerſitatem diſcernimus. Plini. lib. 10. ca. 71. Quo exiſtimauerim omnibus ſenſum guſtus eſſe.

Gūſtātōrĭŭm, rij. n. ſ. crater, ſiue labrum dicitur. Plin. in Epiſt. li. 5. Guſtatorium, gratiorq; cœnatio margini imponitur. Guſtatorium etiam dicitur menſa contecta putaminibus teſtudinum, quam primus Corbilius Pollio prodigioſi ac ſagacis ingenij ad inſtrumenta luxuriæ fertur excogitaſſe.

Gŭttă, tæ. f. p. (σταγὼν, σταλαγμὸς) minima pars aquæ, uel alterius materiæ liquidæ: hoc eſt ſtilla. Plautus in Caſ. Dij me & te infelicitent, ſi ego in os meum Vini guttam indidi. Huius dimin. eſt guttula. Plautus in Epid. Ah guttula pectus mihi ardens aſperſiſti.

Gŭttătĭm, per ſingulas guttas. κατὰ σταγόνας. Plautus, Cor ædepol miſerum meum, Quod gutta=

guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem.

Gūttātŭs.a.um.quod ueluti guttas habet. Mart. lib.5. Et picta perdix, Numidicæq; guttatæ.

Gūtāns.tis.o.t.formam participij habet, quaſi à gutto, tas. pro guttatim ſtillare. Plin. lib.20. capite 8. Huius folia ambuſtis utilia, guttantia aſtringunt.

Gūttŭr.turis.n.t.accipiunt pro ea parte, quæ eſt à faucibus ad iugulum, ſiue exterior, ſiue interior ſit. βρόγχος, φάρυγξ, λάρυγξ. Plin.lib.11.ca.37. Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit, aquarum, quæ potantur, plerunq; uitio. Plautus in Aul. maſc. genere poſuit pro ano, cum inquit: Etiam ne obturat inferiorem gutturem, ne quid animæ emittat dormiens?

Gūttŭrnĭŭm, nij. n. ſ. πρόχοος) uas, ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quòd propter anguſtias guttatim fluat.

Gūttŭrōſī, orum. m.ſ.(βρογχοκῆλαι) dicuntur, quorum guttur tanquam ſpongia quædam intumeſcit ita, ut hoc malum non morbus, ſed uitium ſit. Vlp. De ædil.edict. Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat.

Gūttŭs, ti. m. ſ. (πρόχοος) poculi genus anguſto collo, quo in ſacrificijs utebantur. Plin.lib.16. Curius iurauit, ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum phaginum, quo ſacrificaret. Serenus pro uaſe uinario ſumpſit, cum ait: Siue meri guttus, ſeu frigoris efficit aura. Varro de Orig. Vt uinum minutatim funderet, à guttis guttum appellarunt. Huius diminutiuum eſt guttulus. Plaut. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G ANTE Y.

GYgārthŭs, thi.m.ſ.lectus eſt in quo paralytici, menteq; capti, quiq; uocantur dæmoniaci, uincti iactant ſeſe: unde prouerbium, γύγαρθον φυσᾷς. id eſt, Gygarthum ſpiras, in inſania, & temeraria uociferatione. Paul.lib.3.cap.14.

Gymnăsiārchēs, chæ.m.p.gymnaſij, ſiue exercitationis princeps, & ludimagiſter.

Gymnăsiŭm, ſij.n.ſ.exercitium. Plaut. in Aſin. Gymnaſium flagri ſalueto. Vnde & ponitur pro loco, in quo palæſtritæ exercebãtur nudi, & oleo uncti. nã γυμνὸς Latinè nudũ ſignificat. Vel dicitur gymnaſiũ à γυμνάζω, exerceo. Accipitur quoq; gymnaſiũ pro ludo literario, & omni loco, in quo fit aliquod genus exercitationis. Cice. de Orat. Clamabunt credo omnia gymnaſia, atq; omnes philoſophorũ ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia propria.

Gymnăſtēs, ſtis.m. t. præceptor exercitiorum, pueros exercens.

Gymnăſtĭcă, ars ſeu doctrina, qua pueri exercentur, diſciplina exercitationis. Vnde Ariſt. præcipit li.8. Polit. Adoleſcentes gymnaſticæ & pædotribicæ eſſe tradendos, ut ita fiant exercitatiores, firmoresq;.

Gymnăſtĭcŭs.a.um.quod pertinet ad exercitiũ. Plau.in Ru. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatũ pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico.

Gymnĭci ludi dicti ſunt, quia in his ſe nudi, atq; uincti exercebãt in athleticis & palæſtricis certaminibus. Plin.lib.7.ca.56.

Gynæcĭŭm, cij.n ſ.ſiue gynæcōnitis (γυναικεῖον, γυναικωνῖτις) locus ſecretior in ædibus, ubi ſolæ mulieres habitant: à mulieribus, quas γυναῖκας uocant. Plaut.in Moſt. Dare uolt uxorem filio, quantũ poteſt ad eam rem facere uult nouum gynæcium.

Gypſo.as.are.a.p. (γυψόω) gypſo inficio, ſeu tego. Col. Cum deinde modice aruerũt, in uaſa noua ſine pice operculata & gypſata, ſicco loco reponito. Rurſus, eſt medicaminibus perfundere. Vnde Cicero Trebatio ſcribit, Medeam gypſatis manibus fuiſſe.

Gypsŭs, ſi. m.ſ. (γύψος) genus cretæ, quæ facilè conglutinatur, & indureſcit, quo tectoria parietibus inducũtur, & facilè formantur ſigna: Vnde & pro ipſo ſigno quandoq; ponitur. Iuuen. Quãquàm plena omnia gypſo Chryſippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquitur: alibi è terra foditur, ut in Cypro. de quo uide Plin.li.36.ca.24. Hinc formantur gypſeus.a.um.quod ex gypſo eſt. Gypſatus.a.um.quod eſt ex gypſo infectũ, uel gypſo tectũ.

Gyro.as.a.p. (γυρόω) circundo. Vnde regyro, pen.prod. quod eſt retro gyro. Varro: Quà non ſolum à lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus à ſolo uentus regyrare poſſit.

Gyrŭs, ri.m.ſ.(γυρὸς) Latinè circulus uel ambitus dici poteſt. Cic.1. Offic. Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq; præfidentes tanquã in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

DE ASPIRATIONE H.

H Finalis in ſyllaba eſſe non poteſt, præter in ah & uah interiectiones, quæ uel per apocopen dictæ ſunt, cum completæ ſint aha & uaha, uel quia abſcōdita uoce ſolent proferri interiectiones. Iungitur autem uocalibus omnibus, & quatuor conſonantibus, ſcilicet c, ut Chremes: p, ut Philippus: r, ut Pyrrhus: t, ut Thraſo: & hoc, ut ualentius ſonet dictio.

Hā, interiectio eſt corripientis, ſiue admonētis, ne quid fiat, ne úe quis in re cœpta progrediatur. Plaut. in Moſt. Ha caue, ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has enuſſe.

Hăbēnă, næ. f. p. pen. prod. retinaculum, & frenum equi, quòd ea equus habeatur. id eſt, teneatur, & cohibeatur. ἡνία, ἀγωγεύς, ῥυταγωγεύς. Verg. Ipſe ter adducta circū caput egit habena.

Hăbēntĭă, æ. f. p. à habeo (ſicut à ſapio, ſapientia) diuitiæ. Ennius: Verebar enim, ne animos eorum inflaret habentia.

Hăbĕo, bes. bui. bitum. a. ſ. idem ſignif. apud Latinos quod apud Græcos ἔχω, & ſignif. poſſideo. Plau. Aul. Virginem habeo grandē, dote caſſam, atq; illocabilem. Et hæc eſt eius propria ſignificatio. Per translat. ponitur pro tenere. κρατῶ. Sall. Tale periculum Reipu. haud occultum habuit. Pro tolerare. Idem: Neq; cuiquā mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidentur, multi eas grauius æquo habuere. Pro poſsidere, tenere, occupare. Verg. Hoſtis habet muros. Pro credere, exiſtimare. νομίζω. Teren. in And. Semper eius dicta, atq; habita eſt ſoror. Pro dicere. Sall. Lareſum Hiſpaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gadirim habent. Pro habitare. Plaut. in Trin. Hæ ſunt ædes, hic habet. Pro intelligere: quod enim tenemus corpore, habemus quoq; item animo. Teren. Heau. Habet omnē rem, pergā quò cœpi, hoc iter. Pro tractare. προσφέρομαι. Tere. in Hecy. Nunq̄ ſecus habui illā, ac ſi ex me nata eſſet. Pro ualere & incolumem eſſe, (ἔχειν) in tertia perſona, & hoc quandoq; ſine ſuppoſito: ut bene, ſeu male habet. Liu. li. 8. Bene habet, inquit, Quirites, uicit diſciplina militaris, res male habet me. id eſt, male ſollicitat, afficit. Ci. Tullia noſtra ualet, Terentia minus belle habuit. id eſt, minus beneualuit. Itē habet, per ſe poſitū ſignificat percuſſus eſt, ut Don. inquit: & propriè de gladiatoribus dicitur, quòd prius alij uideant, quàm illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Terent. in Andria: Certè captus eſt, habet. Sat habeo, (ἅλις ἔχω) id eſt, ſufficit. Quādoq; habere, eſt ſeruare, detinere: ut eſt illud Salluſt. In cuſtodijs haberentur. Habere gratiā uel gratias, in animo eſt, cum memorem accepti beneficij mentem animumq́; habemus, & inuicem gratificandi uoluntatem. Cic. Nec enim mihi gratiam modò habuiſti, uerumetiā cumulatiſsimè retuliſti. Habere iter, eſt proficiſci. Habere uerba, (λόγους ἔχειν) eſt loqui. Habere fidem uerbis, (πιστεύειν) eſt credere. Terent. in And. Habere rationē ſalutis, honoris, rei familiaris, eſt habere reſpectum. Habere rem, (ὁμιλεῖν) eſt coire. Habere rem cum aduerſario, (ἀντιδικεῖν) eſt litigare. Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire: pro conueniendum eſt mihi, pollicendū, audiendum. Cic. Len. Tantum habeo polliceri. Idem in Catone: Neq; eos ſolum conuenire habeo. Et libro de Orat. Audire habeo, quid ſentiat. Habere fruſtra, (καταγελᾶν) ſignificat fruſtrari, deludere. Huius uerbi cōpoſita ſunt adhibeo, cohibeo, dehabeo, exhibeo, inhibeo, præhibeo, prohibeo, perhibeo, poſthabeo, & redhibeo, de quibus locis ſuis.

Hăbĭlĕ, n. t. adiect. (εὔχρηστος) dicitur quod eſt aptum, & optimè quadrat. Verg. Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcū Venatrix. Huius contrarium eſt, inhabilis, (ἀχρεῖος) ineptus, debilis, infirmus, quaſi parum habilis, hoc eſt malæ habitudinis. Habilitas, (ἕξις) aptitudo. Cic. de Leg. 1. Omitto opportunitates, habilitatesq́; reliqui corporis.

Hăbĭtĭŏr, oris. com. t. (πίων) uide Habitus.

Hăbĭto, as. a. p. pen. cor. habeo. οἰκέω. Et ſicut dicimus, habeo domum, ita habito domum, cum accuſatiuo. Verg. Atq; humiles habitare caſas. Eſt etiam frequenter habeo. Var. Hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe. Huius paſsiuū protulit. Verg. lib. 3. Effuge cūcta malis habitātur mœnia Graijs.

Hinc

Hinc habitaculũ. οἴκημα, οἴκησις. Item habitatio, & ſumitur pro domo, & loco quem habitamus. Colu. lib. 1. Villico iuxta ianuam fiat habitatio. Et habitabilis. οἰκήσιμος. Cic. 1. Tuſ. Tum & habitabiles regiones, & rurſum omni, &c. Et habitor pro incola. Cic. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. Huius compoſita ſunt: Cohabito, (συνοικέω) adhabito, inhabito. ἐνοικέω.

Hăbĭtūdo, inis. f. t. ipſe corporis habitus. ἕξις. Terent. in Eunucho: Qui color, nitor, ueſtitus, quæ habitudo eſt corporis?

Hăbĭtŭs, tus. m. q. qualitas, & forma eſt corporis, & cuiuſcunque rei. σχῆμα. Plau. Qualis habitus oris. Verg. lib. 1. Geor. Cultuſque habituſque locorũ. Accipitur etiã pro cultu corporis & ueſtimento, ueſtituque ornatu. Plau. Quis habitus iſte tam prolixus? Et habitus (ἕξις) eſt alicuius rei ſiue in animo, ſiue in corpore natura concepta, ſed uſu corroborata & plena perfectio.

Hăbĭtŭs, a. um. participiũ. εὐεκτής. quod aliquando ponitur pro pingui; & qui toto corpore melius habet. Plaut. in Epid. Corpulentior Hercle, atque habitior. id eſt, pinguior. Et habitiſſimus, pinguiſſimus. Gel. li. 4. Equitem eius uberrimum & habitiſſimum uiderunt.

Hāc, aduerb. per locum. id eſt, per eum locum in quo ſum. Teren. Eun. Ite hac omnes uos.

Hăctĕnŭs, pen. cor. ex hâc aduerbio, & tenus compoſitũ, hac ſiue hucuſque, quaſi uſque ad finẽ, ſicut quatenus. μέχρι τοῦδε, μέχρις ἐνταῦθα. Pli. in Pane. Hactenus ille, parcius fortaſſe quàm decuit optimũ principem. Aliquando ſignificat intantum, ſiue adeò. ἐπὶ τοσοῦτον. Sueto. in Nero. Cœnæ quoque tempore interpellatus tumultuoſioribus literis hactenus excanduit, ut malum iis, qui dediſſent, minaretur.

Hădrŏbălŭm, li. n. ſ. gummi genus, in ſacris uino perfunditur, ut ſit odoratius. Naſcitur in Media, hoc quidam peracticum uocant. Vide Plinium lib. 12. cap. 19.

H ANTE AE.

HÆc, (ταῦτα) plurali numero in genere neutro, & fœminino dicitur. Veteribus enim mos fuit, ut neutra fœmininis iungerentur. Teren. in Eun. Hæc adorant, ut lauent: cum de ancillis tardis loqueretur. Et ſi componatur cum ad, ſignificat præterea. ἐπὶ τόσον. Sall. Cognoueram paruis copiis bella geſta cum opulentis regibus, adhæc ſcientia belli Gallos apud Romanos fuiſſe.

Hædĭlĭă, ium. n. t. ſunt hædorum ſtabula.

Hædŭs, di. m. ſ. (ἔριφος) ſiue ut alii Hœdus, eſt fœtus capræ. Qui per æ ſcribunt, uolunt dictũ ἀπὸ τῶν αἰδοίων, hoc eſt teſticulis. Qui per œ ſcribunt, à lingua Sabina eius originem petũt. Illi enim hœdum dicebant quod Romani fœdum. Hinc fiunt diminutiua, Hædulus, hædillus, & hædiculus. ἐρίφιον. Plau. in Aſin. Dic igitur me tuũ hædillum. Iuue. E Tiburtino ueniet pinguiſſimus agro Hædulus. Hædinus. a. um. (ἐρίφειος) nomẽ poſſeſſiuũ. Vt caro hædina, quæ eſt ex hædo. Et hædinæ pelliculæ. Cic. pro Muræna.

Hæluŏlæ, arum. f. p. uuæ inſignes ſunt, colore inter purpureas nigraſque medio ſæpius uariãte, & ob id Varianæ appellatæ, ſeu Variæ. Aliâs ſine diphthõgo ſcribitur, & melius.

Hæmŏrrhŏĭs, (αἱμοῤῥοΐς) Latinè ſanguinaria dicitur. αἷμα ſanguis, ῥόος fluor: ſerpentis genus peſtiferũ à fluxu ſanguinis. Huius enim morſu ſanguis omnis è corpore fluit, nec ſiſti poteſt. Luc. Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo. Dicitur etiã hæmorrhoia. Pli. Muſtum ſerpentibus aduerſatur maximè hæmorrhoiæ & ſalamandræ. Eſt etiã Hæmorrhois genus morbi, quod intra ſedem naſcitur, immaturi mori ſpecie.

Hærbă, bæ. ſ. p. ab hærendo dicta eſt, quòd terræ fixa hæreat. βοτάνη, πόα. Eſt aũt propriè uiride pecudũ pabulum. Verg. 1. Georg. Et ſulcis frumẽti quæreret herbã. Apud Veteres etiã ponitur pro uictoria. Verg. 3. Georg. Atque immemor herbæ Victor equus. Vnde herbam dare, ſignificat ſe uictum fateri, quod eſt antiquæ & paſtoralis uitæ indicium. Nam qui per prata curſu aut uiribus contendebant, cũ ſuperati erant, ex eo ſolo, in quo certamen erat, decerptã herbam aduerſario tradebant. Plin. lib. 22. ca. 4. & lib. 8. cap. 5. Ab herba fit dimin. herbula. Cic. 2. de Nat.

Hærbacĕŭs, a. um. (βοτανώδης) quod in herbã creſcit & aſſurgit, & de iis rebus dicitur, quæ deinde caulem emittũt. Vide Plin. li. 12. ca. 13.

Hærbĕŭs, a. um. qui herbæ colorem habet. Plau. in Curc. Qui hic eſt homo cum collatiuo uentre, atque oculis herbeis?

Hærbĭfĕr, a. um. o. ſ. quod herbas producit.

Hārbigrădă, æ.f.p. cochlea, quæ ſuper terram graditur. Cicero libro 1. de Diuinatione.

Hārbāriŭs, a.um. qui uim herbarum nouit, & diſcuit, & medicamenta ex his componit. βοτανολόγος, ἀνὴρ περὶ βοτάνας. Plin. lib. 21. Scelus harbariorum.

Harbarius, a.um. quod ad hærbas pertinet. βοτανολογικός. ut ars hærbaria, qua hærbarum natura cognoſcitur. Plin. lib. 7. cap. 56.

Hārbēſcĕrĕ, n.t. eſt hærbam effici, & hærbam producere. βοτανίζω. Cice. in Cato. Et eliciet hærbeſcentem ex eo uiriditatem. Huius compoſita ſunt, adhærbeſco, & obhærbeſco. Plin. Quin & ouillo ſimo uti, quoniam adharbeſceret. Feſt. Obhærbeſcere, hærbã increſcere.

Hārbĭdŭs, a.um. βοτανώδης. idem quod hærboſus, quod herbis plenum eſt. Colum. li. 2 Montem ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum et hærbidum maximè probauerimt.

Hārbĭlĭsāndĕr, à Veteribus dictus eſt hærba paſtus, quaſi grauior quàm paſtus frumento.

Hārbārĕ, n.p. hærbas producere ſignificat. βοτανίζω. cuius compoſitũ eſt Exhærbo, ἐκβοτανίζω. quod eſt hærbas extraho. Colum. lib. 5.

Hārbōſŭs, a.um. quod hærbis abundat. βοτανώδης. Plinius libro 33. capite 4.

Hærēdĭŏlŭm, li.n.ſ. ſignificat paruum prædium, ſiue paruum hæredium, quod nobis ex hæreditate prouenit. κτημάτιον, χωρίον πατρικόν. Columel. in Præfat.

Hærēdĭpĕtă, tæ. com. p. qui blanditijs, muneribus, & alijs huiuſmodi artibus ſubornat morituros, ut ab illis hæres inſtituatur.

Hærēdĭtārĭŭs, a.um. quod ad hæreditatem pertinet. κληρονομικός. Cice. 6. Verr. Simul cum cæteris Chelidonis hæreditarijs ornamentis. Hinc bona hæreditaria, & ſucceſſio hæreditaria. Et morbos hæreditarios uocamus, qui parentum uitio nobis obtingunt.

Hærēdĭtās, atis. f. t. ſucceſſio eſt in uniuerſum ius, quod defunctus habebat tempore mortis, uel quod ſupereſt deducto ære alieno. κληρονομία. patrimonium.

Hærēdĭŭm, dij. n.ſ. paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit. Var. de re Ruſt. 1.

Hærĕo, es. ſi. ſum. n.ſ. Eſt propriè, arctè rei inſideo, & coniunctus ſum. ἅπτομαι, συμφύομαι, περιέχομαι. Vergil. Hærent parietibus ſcalæ. Idem. Et uox faucibus hæſit. Ponitur quandoque pro dubitare & ancipitem eſſe. διστάζειν. Teren. in Eun. Hæreo, quid faciã. Cic. in Anton. Hærebat nebulo, quò ſe uerteret, non habebat. Quandoq; in cauſa eſſe uel ſimpliciter eſſe. ἔχεσθαι. ut apud Teren. in Hecyra, In te hæret omnis culpa. Verg. lib. 4. Hærent infixi pectore uultus. Huius uerbi cõpoſita ſunt, adhæreo. προσφύομαι. adhærens ſto, approximo. Lact. lib. 5. Adhæret religioni. Cohæreo. συμφύομαι. ſimul hæreo, coniungor & conuenio. Idem lib. 2. Cohæret orienti. Hinc cohæreſco. Boëtius lib. 1. Top. Adiunctis ſibi cohæreſcãt. Inhæreo, à quo inhæreſco, de quib. alibĩ.

Hærēs, edis. generis com. ab hæreo, quod qui hæres eſt, hæret: hoc eſt, proximus eſt illi cuius eſt hæres. κληρονόμος. Quidam tamen hoc nomen ab herus deriuant, quòd dominus fiat bonorum, quæ ad eum perueniunt. Hæres enim apud Veteres (authore Feſto) dominus dicebatur. Hinc Bihæres, qui bis factus eſt hæres. Cohæres, qui ſimul hæres inſtitutus eſt. συγκληρονόμος. Exhæres, qui extra hæreditatem eſt, id eſt, qui hæreditate priuatus eſt.

Hærēſco, ſcis. n.t. hærens fio, infigor. ἴσχομαι. unde Adhæreſco, & cohæreſco.

Hærĕſĭs, is. uel eos. f.t. αἵρεσις. pen. corr. Græca dictio eſt, qua apud nos optio, uel electio, & ſecta ſignificatur. ab αἱροῦμαι. quod ſignificat eligo, capio, uel uolo. Vnde ſumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, & ſententia, in qua perſiſtamus, electa. Cicero in Paradoxis, Cato in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis. Hinc componuntur diæreſis, diuiſio: aphæreſis, ablatio: ſynæreſis, coniunctio: hæreſiotes, hæreticus, hæreſiarcha, hæreticorum princeps. Theologi hæreticum uocant, qui ſectam aliquam uel inſtituit, uel ſequitur aduerſus fundamenta religionis. Hæreſes, etiam appellantur habitus animorum, & inſtituta philoſophiæ circa diſciplinam. author eſt Seruius in decimo Aeneidos.

Hæſĭto, tas. n.p. pen. cor. frequent. dubitare, timere, titubare ſignificat. χασμάομαι, ἐπέχομαι. Teren. in. Phorm. In eodem luto hæſitas, uerſuram ſolues. Pro dubitare accipitur ut illud apoſtolicum, Poſtulet in fide nihil hæſitans.

Hæſita

Hæſitatio,onis.f.t.pro dubitatione. Cic. Epiſt. Noli ignoſcere hæſitationi meæ.

Hæſitantia,idem quod hæſitatio. Cicero in Philipp.3. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemq́ cordis,cognomen ex contumelia traxerit.

Hæſitator,oris.m.t.Plinius in Epiſt. Sum ipſe in edendo hæſitator.

Hagnos,(ἁγνός)Latinè purus, & caſtus, quod ſit hoſtia pura,& immolationi apta. Et diminutiuum Hagnellus.ἀμνίον.

Hala,uide in dictione Ala.

Halcyones,(ἀλκύονες)uide Alcedines.

Halec.ecis.tam fœmi. quàm neutri generis,caretq́ numero plurali, genus piſcis, qui ſola aqua nutritur.μαινίς.Martial.Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem, ſed quam protinus illa uorat. Ponitur etiam pro quodam liquamine ex inteſtinis piſcium. Plinius lib.31. capite 8.

Haliæetus,ti.m.ſ.ἁλιαίετος.genus eſt aquilæ,falco à nonnullis dicitur, ab alijs accipiter, ab alijs niſus.uide Plin.lib.10.cap.3.

Halieutica, (ἁλιευτικὰ) dicuntur uolumina,in quibus tractatur de piſcibus. Plinius lib.32. cap.2. Mihi uidentur mira, & quæ Ouidius prodidit piſcium ingenia, in eo uolumine, quod Halieuticôn inſcribitur.

Halito, as. n.p.penultima correpta, ſæpe ſpiritum emitto. ἀναθυμιάζω,ἀναπνέω.Enn.Sublime iter quadrupedantes,flammā halitantes.

Halitus,us.m.q.penult.corr. ἀναπνοὴ. ſpiritum ſignificat,& eſt nomen participiale ab halo. ſicut ſpiritus à ſpiro. Plinius libro 9. cap.7. In aquas quidem penetrare hunc uitalem halitum quis miretur?

Hallium,lij.n.ſ.σκόροδον.genus holeris, ab halando dictum.

Hallucinor,aris.d.p.ſignificat aberrare, & nō conſiſtere,atq́ diſſolui,obſtupefieri,atq́ tardari(inquit Noni.) παραφέρω,διαπλάω.Nonnulli propriè dicunt ad oculos referri, & idem eſſe quod in contuendo & conſpiciendo errare & falli, dum alterum pro altero capimus. Cic.ad Attic.10.Ego tamen ſuſpicor hunc,ut ſolet hallucinari.

Hallux,ucis.m.t. pollex digitus ſcandens proximum.ἀντίχειρ.ex eo dictus, quòd ſuper proximum digitum ſaliat.

Halmas,atis. f.t. herba quam alij polygonon, alij caligonon,nonnulli carninothum uocant folia rutæ habet,parum à terra attollitur, ſimilis gramini.

Halo,las.n.p.ſpiro,uel odorem emitto. ἀτμίζω, ἐκπνέω.Vergilius,Inuitent croceis halantes floribus horti. Huius compoſita ſunt,adhalo,exhalo.de quibus ſuprà. Vnde Exhalatio denſiorum ſpirituum euaporatio, quæ à Cicer.halitus terræ appellatur. Inhalo. ἐμφυσάω,ἐμπνέω. Lactantius de ira,Si ceræ inhalaueris. Halito, ſpiritum frequenter emitto. Ennius:Sublimè iter quadrupedantes, flammam halitantes.

Halophanta,æ.com.p.ἁλοφάντης.hominum genus nequam,quod ob ſuenda mendacia miſerrima mercede conducitur. Plautus in Cur. Halophantam an ſycophantam hunc magis dicam, neſcio.

Haloſis,is.f.t.ἅλωσις.Latinè captio, uel expugnatio dicitur. Sueto.in Ner. Lætusq́ flammæ pulchritudine,haloſin Ilij decantauit.

Halter,eris.uel halteres.eris.m.t. uocatur pila plumbea,maſſula úe, qua utraque manu ſe librabant,qui ſaltu certabant,ut certius aſſilirent. Martial. in Apop. Quid pereunt ſtulto fortes haltêre lacerti?

Halum Galli uocant herbam,quam Veneti coneam dicunt,uide Plin.lib.26.cap.7.

Hama,æ.f.p. inſtrumentum ad incendium compeſcendum, de quo Plin.in Epiſtolis.

Hamatilis, & hoc.le.o.t.pen.corr.quod ad hamum pertinet,uel quod hamo piſcatur.ἀγκιστρευθείς.Plaut.in Rud. Poſt id piſcem hamatilem, ſaxatilemq́ aggredimur, captamus cibum in mari.id eſt hamo piſcamur.

Hamatus, a.um. hamo inſtructum & munitum ſignificat. Cic.4. Academ. Hamatis uncinatisq́ corpuſculis.Et hamata munera, quæ ita dantur, ut alia ſubinde dona ad ſe alliciant. Plinius in Epiſtolis.

Hamiotæ,arum.m.p.aliàs hamotæ.(γριπεῦς) ab hamis,qui hamo ad piſcandū utuntur. Plau. in Ruden. Saluete fures maritimi, conchitæ atq́ hamiotæ,famelica hominum natio.

Hammoniacum,ci.n.ſ.ἀμμωνιακόν. reſinæ ſpecies ex arbore, quam metopium uocant,ſtillans in arenis, iuxta Hammonis templum, unde

unde illud nomen ſortitum eſt.

Hammonium,nij.n.ſ.coloris genus tendentis in ſubruffum.Varro de re Ruſt.lib.1.cap.2.

Hāmo,as.a.p.ἀγκιστρόω.curuo. à quo hamatus curuatus,ſiue hamis ornatus.Hinc adhamo.as.a.p.pen.prod. quod eſt obligo. Cice.lib.2. Academ. Qui enim ſerius honores adhamauerunt uix admittuntur ad eos.

Hāmotrăhōnēs,um.m.t.dicti ſunt, uel piſcatores,uel qui cadauera ſupplicio affectorū traherent hamo.

Hāmŭs,mi.m.ſ.(ἄγκιστρον) catenam ſignificat. Vergil.Hamis auroq; trilicem.hoc eſt hamis aureis. Vnde etiam ponitur pro unco ex quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces.Ouid.de Arte, Semper tibi pendeat hamus. Accipitur præterea hamus pro inſtrumento ferreo quo diuitum arcæ numariæ obſepiuntur. Iuuenalis,Diſpoſitis prædiues hamis,uigilare cohortem.Hami etiam dicuntur inſtrumenta ærea,ſiue lignea in cubiculis,quibus capitis tegmina & aliæ res melius appenſæ,quàm iacentes ſeruantur,ab hamo piſcatorio translatum.

Hānŭm,ueteres pro fano uſurparunt, & hanulum,pro paruo fano.Vide Henula.

Hānŭs bārbātŭs,uas paruum,ſed in latitudinē porrectum,& ueluti prægnans,quo etiam aqua in uinum ferri ad menſam ſolet. Inuenitur & hanum neutro genere.

Hăphē,es.f.t.Græce ſignificat tractum,uncturam & contrectationem in paleſtra,& notas quibus lepra corpus maculat: item inſperſionem pulueris, quo inſpergebantur obluctantes, ubi coromate illiti fuiſſent,quod fiebat ex oleo & terra,nec ex omni terra ſed ex quibus robuſtiora fieri corpora,& ad tolerandos æſtus atq; algores firmiora arbitrabantur,ut erat albida quædā terra ex Albano agro & Baianus puluis, Mart. Et flaueſcit haphe.

Hără,(συφεόβιον)uide Ara,& Haruſpex.

Hărēnă,uide in dictione Arena.

Hăringă,æ. f. p.apud priſcos ſignificat hoſtiā, quæ inde dicta erat,quòd eius adhærentia inſpiceretur.

Hăriŏlŭs,li.m.ſ.qui diuina mēte fatur,quæ uētura ſunt.Dictus hariolus,quaſi fariolus, f in h mutata. Terent.in Phor.Interdixit hariolus. Plaut.in Ciſtel.Hariola es.

Hăriŏlŏr,aris.ari.d.p.diuinare.Cic.de Diuin. Quæſtus gratia hariolanter agnoſco. Hariolatio actus ipſe hariolandi. Idem de Diuin. Superſtitioſæ hariolationes.

Hărmŏnĭă,æ.f.p.ἁρμονία,συμφωνία.pen.cor. Latinè compoſitio,concordia,conuenientia, cōcentumq; neruorū in integros modos ſine ulla offenſione conſonantium.Auguſt.Harmonia concentus eſt,ex diſſimilium uocum moderatione,ſicut ex ſummis, & medijs, & infimis, interiectis ordinibus,ut ſonis ciuitas concinit moderata conſenſu plurimorum.

Hărpă,pæ.f.p.ἅρπη. telum in ſummitate aduncum, quo nauigia capiuntur. Vel inſtrumentum cum pluribus uncinis, quo uaſa & alia complura,quæ uel in flumine,uel in puteis ceciderint,extrahimus. Vel enſis falcatus, quo uſum fuiſſe Perſeum poëtæ tradiderunt. Lucanus,Harpen alterius monſtri iam cæde rubentem. Dici poteſt & harpax, ab ἁρπάζειν,rapere.Triuiales à lupo, quod rapax ſit, lupum appellant.

Hărpāgo,inis.m.t.(ἁρπάγη) ferramēti genus, quod non nulli canem uocant,quo ferramento circi uaſis uinarijs aptantur:uide Plin.lib.7.cap.56.& Liu.lib.10.Belli Pun.

Hărpāgo,as.a.p.pen.prod.rapio.ἁρπάζω.Plau. in Aul. Hei miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt.

Hărpāx,gis.uel gos.m.t.Syris eſt,quod nos uerticillum uocamus. Plinius libro 37.ca.2.In Syria quoque uerticillos inde facere, & uocare harpaga,quia folia & paleas, ueſtiumq; fimbrias rapiat.

Hărpȳiæ,arum.f.p.ἅρπυιαι.monſtra quædā fuerunt,quæ Suid.ab ἁρπάζω .rapaces dæmones uocat.de his quoq; uide Verg.3. Aen.

Hărŭſpĕx,icis.com.t.dicitur, qui haris ſiue harugis, ut Don.uult,id eſt hoſtijs inſpectis futura prædicit.μάντις.Terent.in Phorm. Haruſpex uetuit ante brumam aliquid noui Negocij incipere. Et ut inquit Seruius, ex hara & ſpecio componitur.Hara uerò auis eſt,cui uaticinantes haruſpices intendebant. Solent etiam aruſpices dici horarum inſpectores: nam dies & horas in agendis operibus cuſtodiunt, & quod per ſingula tempora obſeruare debeat homo,intendunt.

Hăruſpică,æ.f.p.diuinatrix.
Hăruſpĭcină,æ.οἰωνοσκοπικὴ.pro arte ipſa.
Hăruſpĭcĭum,cij.n.ſ.οἰωνοπόλησις.pro actu:hoc eſt pro extorum inſpectione.
Hăſtă,æ.f.p.λόγχη.ab aſto dicitur ſecundũ Varronem,quod aſtans ferri ſolet, & eſt instrumentum illud ex ligno terete cuſpide præferrata,quo milites in bello utuntur. Cicero de Finib.2. Euelli iuſsit eam, qua transfixus erat,haſtam. Haſtam abijcere, eſt cauſæ diffidere & contentionem relinquere. Idem pro Mur. Hæc apud ueteres ſubijci ſolebat rebus, quas publicè uenundabant. Cice.in Philip.8. Itaque haſtam ſemper uidere cupiunt ij,qui noſtris bonis imminent.Sub haſta ſubire, eſt uẽdi.Plau.in Moſtel.Vel iſti, qui trium numorum cauſa ſubeunt ſub haſta. Ab haſta fit dimin.haſtula. Hinc ſubhaſto,à quo ſubhaſtatio.
Hăſtŭlă regia,herbam ſignificat, quæ & albucus,& aſphodelus uocatur.Plin. lib.21.cap.17.& lib.16.cap.11.
Hăſtărĭŭm,rij.n. ſ.uenditio auctionaria.λαφυροπωλία. unde Tertulianus in Apologet. In haſtario uectigales ſumus.
Hăſtăti, orum. m.ſ. dicti ſunt qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant αἰχμηταί.Haſtatus uerò primus dicebatur, qui duas centurias, id eſt ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc ducenarium uocant, ut Vegetius denotat.
Hăſtĭlĕ,lis.n.t. pen. pro.dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt,hoc eſt lignũ teres,oblongum,cuiuſmodi eſt haſta.ἐπιδορατίς.& haſtile de quacunque re dici poteſt.Cic.pro Rabir.
Hau,interiectio eſt conturbatæ mentis,nec conſtantis ſibi,ut ait Donatus. Terent.in Eunuc. Hau obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit?
Haud,(οὐ) aduerbium negandi ſignificat non. Teren.And.Haud muto factum.Haudquaquam, (οὐμὴ) à nulla parte,ſeu nullo modo. Gellius, Haudquaquam mihi diſplicebant.
Haurio,ris.hauſi uel hauriui, haurij,hauſtum. ἀρύομαι,ἀντλέω, ἀνιμῶμαι. ſignificat proprie extraho humorem, & educo ex profundo aliquo loco. Cice. in Acad.Vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. Tractum ab aura, quæ humorem omnem ex„trahit atque exiccat.Item audire. Vergi.lib.4.
„Vocemque his auribus hauſit. Item aſpicere,
„ut apud eundem,Hauſit cœlum, mentemque recepit. Item uulnerare,& confodere.λάπτω.
„ut Latus haurit apertum. Item tenere. Ver„gilius lib.4.Georg.Et medium ſol igneus or„bem Hauſerat. Item defatigare. Idem, E„xultantiaque haurit Corda pauor pulſans.
„Item uacuare.ἐκκενόω. Lucil. Quando hau„rire animus Muſarum,& fortia geſtit. Item
„luere. Vergil.Spero equidem medijs, ſi quid
„pia numina poſſunt,Supplicia hauſurum ſcopulis. Item conſumo.νέμομαι. Liuius lib.5. Tam longi temporis opus incendium hauſit. Vide Budæum in Annot. & in Epiſt. Huius compoſitum eſt Exhaurio.
Haurĭtōrĭŭm,rij.n.ſ.inſtrumentum quo utuntur hauriendo.ἄντλημα. Auguſtinus in quodam Sermone, Domine neque hauritorium habes, & puteus altus eſt.
Hauſto,ſtas. frequentatiuum, ab haurio.Feſt.
Hauſtŭs,ſtus.m.q.ſorbitio,& eductio ex aliquo loco.ἄντλησις.Colum.lib.1.Quæratur aqua, quæ non ſit hauſtus profundi. id eſt quæ non è profundo puteo hauriatur & extrahatur.
„Ouidius. Hauſtus aquæ mihi nectar erit.
Hauſtŭs,ſta.ſtum. o.ſ. ἐξαντλημένος. participium accipitur pro abſumptus, merſus. Liui.lib.1. Profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt.

H ANTE E.

Heana, fundamentum uel ſaburra.
Hēautōntĭmōrūmĕnŏs, nomen eſt Comœdiæ Terentianæ, ex ἑαυτὸν & τιμωροῦμαι. compoſitum, quod ſeipſum excruciare ſignificat.ἑαυτοντιμωρούμενος.
Hĕbdŏmăs,adis.f.t.ἑβδομάς. & hebdomada.æ. Latinè ſeptimana,ſpacium ſeptem dierum,numerus ſeptenarius, & quodcunque ſeptenario numero comprehenditur. Cice.Tyroni lib.16. Epiſt. famil. Symphoniam Lyſonis uelim uitaſſes,ne in quartam hebdomadã incideres.
Hĕbĕnŭs, ni.f.ſ. & hoc hebenum:arbor eſt in India, atque Aethiopia naſcens. Hebenus autem arbor dureſcit in lapidem. uide Plinius libro 12.capite 4.
Hĕbĕo,bes. n.ſ. ἀμβλυώσσω. hebes ſum. Liuius, libro 3. Bell. Pun. Num ferrum hebet? an dexteræ torpent.uerba Hannibalis.

Hĕbēs,etis.com.t.obtuſus,piger,tardus,& acumine carens.ἀμβλύς.Cic.lib.2.Acad.Aliàs hebetiora,aliàs acutiora uideantur cornua.Vnde per translationē ingenium hebes dicitur, ſicut etiam obtuſum,& homo hebes & rudis. Cicero Philip.10.

Hĕbēſco,ſcis.n.t.ἀμβλυώσσω. hebes fio. Cic.1. Tuſc.Sic mentis acies ſeipſam intuens, nonnunquam hebeſcit:id eſt obtuſior, deſidioſior & remiſſior fit.

Hĕbĕtēſco,ſiue hebetaſco, propriè de uiſu dicitur,cum oculorum acies minuitur,tolliturq́.

Hĕbĕto,as.a.p.pen.corr.obtundo, obſcuro,ἀμβλύνω,ἀμβλύνω. Plini. Pane. Eodem ergo tempore nec animos modò,ſed & corpora ipſa langueſcere,gladios etiam incuria hebetari,retundiq́ gaudebant.

Hĕbĕtūdo,inis.f.t. ἀμβλύτης.rei alicuius carentis acumine,uel mentis, ingenij,uiſus, ſimiliumq́ue obtuſitas.

Hĕbiōnēs,um.m.t.à ueteribus pauperes dicuntur,quæ uox indicat contemptum quendam.

Hĕcătōmbē,es.f.t.ἑκατόμβη.ſacrificij genus, in quo ritus hic ſeruabatur, ut centenæ ſui generis mactarentur uictimæ: centum ſues, centū hœdi.Iul.Capit.Tantum ſanè lætitiæ in Balbino,qui plus timebat, ut hecatomben faceret, quod tale ſacrificium eſt: Centum aræ uno loco conſtruuntur ex ceſpite, ad eas centum ſues,uel centum oues mactantur.Iam ſi imperatoris ſacrificium ſit,centum leones,centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur, cum peſtilentia laborarent. Vel à numero uictimarum: uel quia centum Peloponneſi urbes id faciebant, & à numero ſacrificantium compoſita eſt dictio.

Hĕcătōmpŏlis, pen.cor. habens centū ciuitates.

Hĕcătōmpūs,qui centum pedes habet.

Hĕcătōntărchūs,chi.m.ſ.ἑκατόνταρχος.cēturio.

Hĕcătōnchīrōs.ἑκατόγχειρος.centimanus.

Hĕctă,aliàs Heta.æ.f.p.res minimi precij,quaſi hieta, ab hio uerbo:id eſt hiatus hominis,atq; oſcitatio.Alij puſtulam dicunt, quæ in coquēdo pane ſolet aſſurgere ,à qua accipitur res nullius precij .Pomp. Hic homo hectæ me facit,& multibulam uocat.id eſt parui me facit.

Hĕctĭcă,(ἑκτικός)ſpecies febris eſt,quæ leuiter oſſibus inhæret, ut ipſa uix ſentiatur, donec paulatim corpus abſumat. hæc quaſi habitualis ab ἔχω,ſiue ἕξις dicitur: nam ut inquit Hermolaus in Plin.non à conſuetudine,ſed ab habitu nomen habet.

Hĕcȳră,æ.f.p.ἑκυρά.ſocrus,pen.cor.habet. Hecyros,(ἑκυρός)Latinè ſocer.

Hĕdĕră,ræ.f.p.herba eſt perpetuò uirens. Huius tres ſunt ſpecies,nigra, candida, & quæ helix uocatur.Sic,cum per ſe ſtare non poſſit, dicta hædera quòd hæreat ſemper, & ſequatur quicquid proximum eſt,utpote arbores & potiſſimum muros.Verg. Atq; hanc ſine tempora circum Inter uictrices hæderam tibi ſerpere lauros.

Hĕdĕrācĕūs,a.um.κισσινός,quod ex hedera eſt, ut corona hederacea.

Hedyoſmos,mi.f.ſ.herba quam nos mentam uocamus.Plin.35.ca.15.

Hĕhĕm,interiectio eſt eius,qui commotus ſit noua re aliqua.Plaut.in Pœnulo. Hehem penè oblitus ſum reliquum dicere.dicitur & ehem Teren.Ade.Ehem Demea haud aſpexerā te.

Hĕhēu, & ēhēu, interiectio dolentis & ingemiſcentis,ſeu lamentantis,& lachrymantis.

Hei,(οἴ)interiectio ingemiſcentis, datiuo iungitur pronominis.Vt Hei mihi.οἴμοι.qualis [illegible] Cicero.Aſpiratur natura, quòd is [illegible] affectus aſpiratione melius declaretur.

Hēiŭlo, as.a.p.pen.cor. ab hei fit, & ſignificat ſublata uoce fleo.ἀποδύρομαι,ὀδύρομαι.Plaut. in Aul. Qui nam hic homo ante ædes noſtras heiulans, conquæritur mœrens? Inuenitur & heiulor deponens.

Hĕlcĭārū,orum.m.ſ.qui in naui onera funibus moliuntur, uel qui naues deducunt, ſubducunt ue ad officia inuicē adhortantes, ut uno conniχu pariter conſpirantes, admoliri uniuerſis uiribus poſſint, quod ſinguli nequeunt.Hæc Bud.in prioribus Ann.in Pandect.

Hĕlcĭūm,cij.n.ſ.ἑλκίον.dicitur quod eſt ante pectus equorum, & id genus animalium,ab armis, id eſt humeris, pendens inſtrumentum, quo & molæ per machinulam innexæ uerſantur, & curricula per temonem trahuntur:unde & nomen accepit.ἕλκω enim Græcè,traho Latine dicitur.Hinc helciarius.

Hĕlcȳſmă,atis.n.t.(ἑλκυσμα)ſcoria eſt argenti.

Plin.lib.33.cap.96. Scoriam in argento Græci uocant helcyſma.

Heleniūm.nij.n.ſ. ἑλένιον. frutex ſeu herba, qui ex Helenæ lachrymis fingitur natus in Helenæ inſula. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in uino pota: uulgò enula campana dicitur, uide Plin. li.21.ca.10.

Hēlictērēs, (ἑλικτῆρες) inaures ſunt, ſicut docet Iulius Pollux, quæ & helicæ dicuntur à clauiculis, quas helices uocant.

Hēliŏcămīnŭs, ni.m.ſ. ἡλιοκάμινος. penul. prod. uaporarium quoddam ſolare in aprico loco ſitum ad colorem ſolis excipiendum. Vlpianus in Seruitutibus urbanis, Si arbor, inquit, in heliocamino uel ſolario ſolem adimat, dicendum erit: quia umbram facit in loco, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri. Heliocaminus, inquit Budæus ad uerbum ſolaris fornax dici poteſt.

Hēliŏchrӯsŏs, (ἡλιόχρυσος, ἑλίχρυσον) herba eſt aureum florem producens. Plin.li.21.cap.11. Dioſcor.lib.4.cap.60.

Hēliŏſcŏpiŭm, pij.n.ſ. tithymalli genus eſt, colūbis gratiſſimum, quòd uua nigreſcente colligitur: nomen inde ſortitum eſt, quoniam capita cum ſole circumagit. uide Plin. lib.26.cap.8.

Hēliŏſē[illegible]ŭm, ni. n.ſ. ἡλιοσέλινον. genus apij, quod ſponte in humidis naſcitur uno folio, nec hirſuto. Plin. lib. 10.cap.8.

Hēliŏtrŏpiŭm, pij.n.ſ. herba ſolaris: dicta quòd ſe cum ſole circumagat, etiam nubilo die ac nocte. Vide Plin.lib.18 cap. 27.

Hĕlix, icis.f.t. ἕλιξ. genus eſt ſalicis breuiſſimæ: capitur etiā pro hederæ ſpecie, quæ folia multa minora habet quàm reliquæ, neq; unquam fructū fert, ut author eſt Thophra. Dicta eſt aūt helix, quòd multas habeat circunuolutio

Hēllĕbŏrŭs, & helleborum, ἑλλέβορος. (nes. pen.cor. dicitur herba uomitoria & purgatoria: optimum, quod in Anticyra circa Helleborum fluuiū gignitur, atq; inde à Græcis helleborus appellatur. Horatius: Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Hanc herbam Romani alio nomine ueratrum dicunt, quòd ſumptum motam mentem in ſanitatem reducat. Plau. in Pſeu. Helleboro hiſce hominibus opus eſt. De hoc uide Eraſmū in Chil.

Hēllĕbŏrōſŭs, a.um.o.ſ. dicitur qui plus hellebori ſumpſit, quàm par fuit. Helleborum enim, ſi plus æquo ſumatur, non mediocre periculū portendit: ſin minus ſumatur, magnam ægritudinem leuare non poteſt. Plau. in Rud. Helleboroſus ſum. T. At ego certius.

Hēluātiă, æ.f.p. genus ornamenti Lydij, dictum à colore boum, qui eſt inter rufum & album, appellaturq; heluus: quanquam hæc eadem uox apud Veteres ſaburram ſignificaret.

Hēluēllă. λαχανάρια. ſunt holera minuta (inquit Feſt.) quoniam helus, & heluſa ueteres dicebant, pro holus & holera.

Hēlŭo, onis.m.t. uorax, inſatiabilis, & immoderate ſua bona ingurgitans, quaſi omnia eluens. λαφυκτὴς, φάγος. Teren. in Heaut. Gerro, fraus, heluo, iners, ganeo, damnoſus. Cic. per translat. heluo librorū dixit, quaſi guloſus, id eſt nimis auidus librorū, qui legendo ſatiari

Hēlŭāri, d.p. eſt per luxū conſumere, (nequit. uorare. λαφύσσειν, καταπίνειν. Cic. pro Seſtio, Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij heluabere? Hinc Heluatio uerbale, id eſt uoracitas, Idem

Hēluŭs, ui.m.ſ. colorem mediū inter rufum et album ſignificat. Varr.2.de re Ruſt. ca.5. de corio boum loquens, Coriū, inquit, attactu non aſperum ac durum, colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. Vnde Heluŏlæ, uuæ dicuntur quæ eius ſunt coloris. Col.lib.3. Sunt & Heluolæ quas nonnulli uarias appellant, neq; purpureæ, neq; nigræ, ab heluo (niſi fallor) colore uocitatæ.

Hēlxīnē, nes.f.t. ἑλξίνη) herba quæ Latinè parietalia, & muralis, & muralium dicitur: alij urceolarem uocant, quòd detergendis urceis idonea ſit: alij perdicium, ſiue perdicias à perdicib. quòd ſummopere hac herba delectentur, ac ſeſe libenter uolutēt in locis helxinoſis. Helxine aūt ἀπὸ τ͂ ἕλκω. id eſt traho, dicta eſt, quòd cū folijs hirſutis et aſperis ſit, proxima quæq; attrahat, ueſtibusq; facilè hæreat. Plin. li.21.

Hēm, (φεῦ) interiectio corripientis ſeipſum, uel indignantis, uel admirantis. Ser. Sulpit. Ciceroni, Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interijt, aut occiſus eſt, quorum, &c. Quandoq; demonſtrantis eſt. Terent. in Andr. Hem puer, hercle puer eſt.

Hēmĕrīdiŏn,(ἡμερίδιον) Latinè diecula, diurnale, uel quod paruum diem durat.

Hēmĕrĭs,idis.f.t.(ἡμερίς)genus eſt arboris glandem ferens. uide Plinium lib.16.cap.6.

Hēmĕrodrŏmi,orum.m.ſ.(ἡμεροδρόμοι) dicuntur curſores, qui die uno ingens ſpacium curſus emetiebantur. Liu.1.Belli Maced. Niſi ſpeculator (hemerodromos uocant Græci) ingens die uno curſu, emetiens ſpacium, &c.

Hēmĭcădi,(ἡμικάδια) uaſa dimidij cadi.

Hēmĭcrănici,orum.m.ſ.(ἡμικρανικοί) ſunt qui dimidia parte capitis laborant: quemadmodum cephalea, quo totum caput infeſtatur. Dicti hemicranici, ab hemicrania, quæ & hemicranea dicitur. uide Hermolaum.

Hēmĭcyclŭm,cli.n.ſ.(ἡμίκυκλον) ſedes, ſeu cathedra ſemirotunda.

Hēmĭcyclŏs,(ἡμίκυκλος) medius circulus, & ſedes facta in medij circuli formam. Cic. in Lælio: Tum memini domi in hemicyclo ſedentem.

Hēmīnă,næ.f.p.pen.prod. menſuræ genus, qua uinum & frumentum metiebatur, & dimidium ſextarij continet, quaſi ſemiſextaria.(κοτύλη.) Plaut. in Milite, Neq; equidem heminas octo exprompſi in urceum.

Hēmīnārĭŭs,a.um. mediocris. Quint.lib.6.ca.4. Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit. id eſt mediocria.

Hēmĭŏlă,læ.f.p. (ἡμιόλιος) uſura, quæ continet totum & dimidium: ab ἡμι dimidium, & ὅλον totum, ut ſi de quatuor ſolidis in fine anni accipiantur ſex.

Hēmĭŏnĭŭm, nij. n. ſ. herba quæ alio nomine aſplenion dicitur, cuius uis eſt contra ſingultus omnes.

Hēmĭplēxĭă,æ.f.p.(ἡμιπληξία) pen.prod. paralyſis. hoc eſt ſemiapoplexia, cū in alteram tantum partem corporis malū id incubuit: nam cum totum afficitur, apoplexia nominatur. Nunc utrunq; (inquit Celſus) paralyſin appellari uideo.

Hēmĭſphærĭŭm, rij. n. ſ. (ἡμισφαίριον) dimidia ſphæra, hoc eſt cœli dimidium. Varro lib.3. De re Ruſt.cap.5.

Hēmĭſtĭchĭŏn, chij.n.ſ. dimidius uerſus.

Hēmĭtŏgĭŭm,gij.n.ſ. dimidia toga.

Hēmĕrŏbĭŭs,a.um.o.ſ.(ἡμερόβιος) ſignificat diarij uictum: quo nomine dictus eſt Diogenes Cynicus philoſophus. Eſt & hemerobius uermiculus, quòd uitam diei habeat.

Hēnŭlă, parua delubra, in quo, loco f ponitur aſpiratio, quaſi fanula. uide in dictionibus Hariolus, & Hanum.

Hĕō,(ἰὼ) interiectio. Plaut. Heo tu quàm nos.

Hēpăr,atis.n.t. Latinè iecur dicitur, ἧπαρ Græcè. Eſt & piſcis genus. Plin. lib.32.cap.11.

Hēpătītēs, (ἡπατίτης) gemma eſt, quæ à iecoris ſemore nomen ſortita eſt. Plin.lib. 37.cap.11.

Hēphæſtĭdēs,(ἡφαιστίδης) genus lapidis: dictus quod in ſole additus aridam materiam dicatur accendere ignis modo, quem poetæ à Vulcano hephæſton uocant. Idem uidetur Hephæſtites.

Hēphæſtītēs, genus lapidis, quæ naturam habet ſpeculi in reddendis imaginibus, tametſi rutila. uide Plin. lib.37. cap.10.

Hēptăphōnŏn,ni.n.ſ.(ἑπτάφωνον) quod habet ſeptem uoces: nomen etiam porticus eſt. Plin. lib.36.cap.15.

Hēphthēmĭmĕrĭs,idis.f.t.(ἑφθημιμερής) cæſura, id eſt cum ſyllaba naturaliter correpta producitur: quod ſolet fieri in principio quarti pedis, uel ſeptimæ ſyllabæ, ſi tres ſpondei præcedant, quaſi ſeptima dicatur diuiſa pars: ut Arma uirumq; cano Troiæ, &c. ab ἑπτὰ ſeptē, & μερίζω diuido. uide in dictione Cæſura.

Hĕraclĕŏn,(ἡράκλειον) herba ab Hercule inuenta, de qua uide Plin. li.25.ca.4. & li.20.ca.16.

Hĕraclĕōtĭcă nux, quære in dictione Iuglans.

Hĕraclĭŭs lapis, qui & Lydius alio nomine dicitur. uide Plin.lib.33.cap.8.

Hērbă,æ.f.p. uide Hærba.

Hērcĭſco,is.a.t. partior. Cic. de Orat. Qui quibus uerbis herciſceri oporteat neſcit, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt.

Hērcŭlĕŭs, a.um. ἡράκλειος. apud poetas dicitur, quoniam breuem inter duas longas heroicus uerſus non admittit: ut, At ſinus Herculei, ſi uera eſt fama Tarenti. Et modo poſſeſſiuum eſt. Modò accipitur pro forti, ut Herculeus homo. Modò pro immenſo, ut Herculeum opus.

Hērcŭlĕē, pro fortiter dixit Cic. li. 8. de Amic. Nunc fert etiam Herculeè.

Hĕri, (χθὲς, ἐχθὲς) id eſt heſterno tempore. Cic. ad Att.

ad Att. Ad me heri ueſperi literas miſit. Ab hærendo autem quidam dici putant, quod heſternus dies hodierno diei cohæreat, ſine diei alterius interpellatione. Dicitur etiã here, propter cognationem literarũ i & e, ut ueſpere & ueſperi. Terent. in Eun. Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here? Ab heri fit heſternus. a. um. (χθιζὸς, χθεσινὸς) ſicut à cras craſtinus, & accipitur heſternus pro pridiano. Teren. Ex iure heſterno panem atrum uorant.

Hĕrĭcĭūs, cij. m. ſ. (ἐχῖνος, χερσαῖος) animal ſic dictum, quod ſetis horreat. Hic & herix dicitur, et herinaceus, in ſepibus dumoſis & uineis per autumnum præcipuè diuerſatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis per æſtatẽ paratis ueſcitur. uide Plin. lib. 8. cap. 37.

Hērmă, æ. m. p. (ἑρμῆς) Mercurius dicitur: quamuis etiam quãdoq; ſumatur pro ſtatuis & ſigillis, præcipueq; truncis, & quorum capita permutari poſſunt. ἑρμαῖ. Cic. ad Att. li. 1. Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcribſiſti, iam nũc admodũ me delectãt. Suidas dicit Hermas ſtatuas dictas, quòd plurimum Mercurij ſtatuæ delinearentur. Quidam hermas accipiunt pro lapidibus quadratis, quos Athenienſes ſolebant ponere, tum in priuatarum, tum in ſacrarum ædium ueſtibulis, ut ſignificaretur rationem & ueritatem, perinde ut formam quadratam, rectam ſemper ſtare. Dicti hermæ à Mercurio, qui eſſet dux rationis & ueritatis.

Hērmēnīa, æ. f. p. (ἑρμηνεία) latinè interpretatio.

Hērmaphrŏdītŭs, uide in proprijs.

Hērmūpŭă, æ. f. p. (ἑρμοῦ πόα) herba eſt, quæ uulgò in uineis creſcit, de qua. Plin. lib. 25. cap. 5.

Hērnĭă, æ. f. p. commune eſt nomen tribus morbis, ſcilicet enterocelæ, epiplocelæ, & hydrocele (κήλη.) Enterocela enim dicitur, cum inteſtina dilabuntur in ſcrotum: epiplocela, cum omentũ: hydrocela, cum in alterum è teſtibus humor confluit. has ſpecies noſtri uocant hernias (ut inquit Celſus) à duritie pellis, quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum. Hernium enim durum & aſperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua, qui herniam ſaxum uocant.
» Mart. Deriſor Fabianus herniarum, Omnes
» quem modo colei timebant Dicentem tumi-
» das in hydrocelas. Ramex uero has ſpecies ſub ſe continet, Porocelã, quæ eſt, cum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotũ materia ſubduruit: Sarcocelam, cum in ipſo ſcroto concreuit caro: Cirſocelam, cum uenæ intumuerunt, tunicis teſtium integris: Bubonocelam, cum ipſi teſticuli tumefiunt, & ex inflammatione febres afferunt. Eſt tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in Medicinis cupreſſi. Differt ab ijs bronchocela, quippe quæ in ceruice ſit, quaſi tumor magnus & rotundus inter cutem & aſperam arteriam, qua modò caro habes, modò humor aliquis includitur. Interdũ etiam minutis oſſibus pili immiſti ſunt. Sunt etiam qui herniam interpretentur pro teſtium theca: ut illud Martialis, Ingẽs iratis apparuit hernia ſacris.

Hērnĭōſŭs, (ὀσχοκήλη) qui herniam patitur.

Hērōdĭūs, dij. m. ſ. (ἐρωδιὸς) & herodion, auis eſt ex ijs, quæ Diomedeæ à Romanis dicuntur, ardeolam uertit Theodorus, Auguſtinus fulicã, Suidas putat eſſe ciconiam, aut certè ciconiæ ſimilem. Sic autẽ dicta uidetur, quòd in paludibus plurimũ ſit, quaſi ἑλώδιος. Vide Erodius.

Hērōĭdās, (ἡρωΐδας, ἡρωίνας) Veteres fœminas clariores dixerunt, quales ſunt heroum uxores & filiæ. Papin. lib. 3. Syluarum, Qua ueteres Latias Graiasq; heroidas æquas.

Hērōs, ōis. m. t. (ἥρως) Dicti ſunt autem à Veteribus Heroës uiri nobiles & illuſtres, qui mortales cum eſſent, rerum tamen à ſe geſtarum magnitudine quàm proximè ad Deos immortales acceſſerunt, eamq; apud uulgus opinionem emeruerunt, ut poſt mortem in Deorum numerum relati credantur, quales fuerunt ſemidei illi de quibus antiquitas fabulatur, quos altero parente Deo, altero immortali prognatos credebant, ut Lucia. in 3. Dialogo mort. diffinit. ἥρως ἐστὶν ὁ μήτε ἄνθρωπος ἐστὶν, μήτε θεὸς, καὶ συναμφότερόν ἐστιν. id eſt, Heros eſt qui neq; Deus neq; homo eſt, ſed ſimul utrunq;. Quod ad huius uocis originem attinet uariæ ſunt opiniones, ſed inter omnes hæc probatiſſima, ut dicti ſint Heroës ἀπὸ τοῦ ἔρω τῆς ἀρετῆς, id eſt ab amore uirtutis. Auguſtinus ἀπὸ τῆς ἥρας. hoc eſt à Iunone dictos putat, quem uide lib. 10. de Ciuit. Hinc fiunt adiect. Heroicus. a. um. (ἡρωϊκός.) ut heroica ætas, in qua heroës floruerũt. Et heroicus uerſus, quòd eo genere carminis

heroum geſta deſcribantur. Cice. 1. de Legib. Heroit. idis. (ἡρωίς) apud Martial. uide in dictione Heroidas. Herōmă apud Propertiū. Hērōŭs, a. um. apud. Cice. de Orat. 3. ut Heroipedes.

Hērpēs, (ἕρπης) animal ſic dictum, quòd eo præcipuè ſanentur ea, quæ ſerpunt.

Hērpĕtă, pe. cor. morbus qui ſerpit ſicut ſcabies. » (ἕρπης) Macer, Hanc fugit appoſita ſacer ignis, & herpeta mordax.

Hĕrŭs, ri. m. ſ. (δεσπότης) dominus. Terent. Herus eſt, neq; præuideram. Herus interdum herilem filium ſignificat (δεσπόσυνος) Idem in And. Me aut herum peſſundabunt.

Hĕră, æ. f. p. domina. (δέσποινα, δεσπότις.) Terent. in And. Summum eſſe bonum heræ putabant hūc Pamphilum. Vide etiam in proprijs.

Hĕrīlis, le. o. t. (δεσποτικὸς) quod ad Herū pertinet: ut, Herile imperium. Plau. in Amph. Herilis filius. Teren. in And.

Hĕſpĕrŭs, ri. m. ſ. ſtella lucidiſſima. uide in Pro» prijs. Vergilius, Ite domū ſaturæ, uenit heſpe» rus, ite capellæ. Hæc etiam ſerotina ſtella, ueſper dicitur, & ueſperugo, & lucifer, & Venus, de quibus ſuo loco. Huius meminit Cicero 2. de Nat. Infima eſt, inquit, quinq; errantium, terræq; proxima ſtella Veneris, quæ Græcè φωσφόρος, Latinè lucifer dicitur, cum antegraditur ſolem: cum ſubſequitur autem, heſperus.

Hĕſpĕris, herba eſt, quæ noctu magis olet, ac ipſa inde nomen ſortita eſt. Plin. lib. 21. cap. 7.

Hĕſtĕrnŭs, a. um. (χθιζὸς) quod heri factum eſt ſignificat. uide in dictione Heri.

Hĕtĕroclĭtŏn, ti. n. ſ. (ἑτερόκλιτον) quaſi alternè declinatum: ab ἕτερος & κλίνω. id eſt alienæ declinationis.

Hĕtĕrocrānĕă, (ἑτεροκρανία) morbus capitis, de quo Plin. lib. 31. cap. 9.

Hĕtĕrŏgĕnŭs, a. um. (ἑτερογενὴς) quod eſt alterius generis. Dicitur & heterogeneus.

Hĕtĕrŏmăſchălă, orum. n. ſ. (ἑτερομάσχαλα) quæ ex altera tantum parte uilloſa ſunt, & ſeruitijs dedicata. Sic amphimaſchala, & amphimalla, quæ ab utraq; parte uilloſa, & ingenuis dedicata ſunt. uide Bayſium de Re ueſtiaria.

Hĕtĕrōnȳmă, (ἑτερώνυμα) uide Homonyma.

Hēu, (οἴμοι, φεῦ, ἰοὺ) interiectio dolentis, iungitur accuſatiuo pronominis. Teren. Heu me miſerū. Nam cum nomine per exprobrationem » iungitur. Verg. Heu ſtirpem inuiſam. Et cum » nominatiuo. Idem, Heu pietas, heu priſca fides. Et cum datiuo. Plaut. in Mer. Heu miſero mihi. Interdum geminatur, & nulli caſui ſeruit. Idem, Heu heu, quid uolui. Aliquando etiam dicitur Eheu. Aſpiratur ſicut & heu, eadem ratione. Interdum heu eſt duarum ſyllabarum propter metrum: ut, Heheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo: ſicut prendit & prehendit.

Hĕuŏē, (εὐοῖ) interiectio metuentis. Ouid. Heuoē Bacche ſonat.

Hēŭs, (ὦ) aduerbium uocantis. Vergil. At prior » heus, inquit, iuuenes, &c. Teren. in And. Heus euocate huc Dauum. Aliquando duplicatur, Heus, heus. Nonnunquam interiectio do lentis eſt: ut, Heus etiam menſas conſumis, inquit Iulus.

Hĕxăclīnŭm, ni. n. ſ. (ἑξάκλινον) uocatur ſtibadium: hoc eſt cœnatio ſex conuiuas capiens, ſiue locus in quo duo triclinia ſtare poterant. » Martialis: Et teſtudineum menſus quater hexaclinon Ingemuit.

Hĕxăgōnŭm, ni. n. ſ. (ἑξάγωνον) pen. pro. ſex angulorum. Colum. lib. 5. cap. 2. Si fuerit ſex angulorū in quadratos pedes, ſic redigitur: Eſto hexagonum quoquo uerſus lineis pedum triginta, Latus unum in ſe, &c.

Hĕxămĕtrŭm, tri. n. ſ. pen. corr. ſex pedū. μέτρον enim menſura. Cic. de Orat. lib. 3.

Hĕxăphŏrŭs, lecticam ſignificat, quæ à ſex ſeruis lecticarijs ferri ſoleat. Martial. libro 2. Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit. uide Lectica.

Hĕxăſtĭchŭm hordeum, (ἑξάστιχον) cuius ſpicæ ſex ordines habēt, ſicut diſtichum, quod duos. uide Col. lib. 2. cap. 9.

Hĕxăcŏntălĭthŏs, (ἑξηκοντάλιθος) gemma. uide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hĕxērēs, naues dicuntur, quæ ſex ordines remorum habent. Liu. 7. Bel. Maced. Tres hepteres, & quatuor hexeres habebant, præter has decem triremes erant.

H ANTE I.

Hĭăſco. is. ere. n. t. Cato de re Ruſt. ca. 17. ubi primum incipiunt hiaſcere, tum legi

legi oportet. hoc eſt, quando primum incipiũt corticem inter apertum oſtendere. de nucibus loquens.

Hiăto,as.n.p. frequent. eſt à uerbo hio. as. & ſignificat ſæpe aperior, ſcindor' ue, (χάσκω, χασμάω.) Plau. Si qua fortè concio eſt, ubi cum hiatare nondum in mentem uenit. Laberius paſſiuo uſus eſt, Hiatãtur fores,inquit,pro eo, quod eſt hiatant. id eſt, patent.

Hiātŭs,tus.m. q. apertio (χάσμα.) Claudianus de Rap. Quod conata nephas, aut cuius conſcia culpæ Exul ad immanes Erebi detrudor hiatus? Cice. de Nat. Quædã animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt.

Hibiſcŭs,ſiue hibiſcum,& hybiſcus,(ἀλθαία) herba non diſſimilis maluæ (ut inquit Theophraſtus.) folio maiori quàm maluæ,piloſioriq; caule. Vſus eius ad rupta & tuſſes. Vergilius accipit pro iunci ſiue uiminis genere, Ecloga 2. cum dicit, Hœdorumq; gregem uiridi compellere hibiſco.

Hibris,idis.f.t. ſues ſemiferas,quæ ex fero & placida natæ eſſent, uocarunt antiqui hibridas. Plin.lib.8.cap.53. Vide Hybridæ.

Hic,iſte & ille (οὗτος, ὁ κεῖνος) ſic differunt,quòd hic circa perſonam loquentem, iſte circa perſonam audientem,ac ſi à prima perſona ad ſecundã haberetur oratio:ut, Huic amico meo cum iſto familiari tuo magna eſt cõtentio. Eadem quoq; ratio eſt eorum aduerbiorum, quæ localia nominata,ab hiſdẽ pronominibus formantur: ut, Hic noui habemus nihil, quòd ſi quid iſtic uobis acciderit,ſcire cupio. Cic. Valerio, Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quàm iſtic ubi ſolus ſapere uideare. Iſthæc uero & iſthanc, non oratorum, ſed comicorum ſunt. Ille uero, (ἐκεῖνος) cum aduerbijs ab eo formatis,ſignificat rem ſeu locum ab utroq; remotum. Plaut. Quis eſt,quem uidemus uenientem pannoſum ac ſqualidum? Ille'ne eſt noſter Syrus? Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur: Illinc ſucci,illinc odores, illinc extremo orbe quæſitæ luxuriæ orbes. Duobus autem modis cõſtruuntur, demonſtratiuè & relatiuè. Teren. Viden' tu illum Thais? Seneca, Et qui hoc facit,ſanè prudens appellandus eſt. Hoc loco Hic eandem ſignificationem habet,quàm Is: ut ſit, Is qui hoc facit, &c. Sciendum quoq; eſt, quòd Hic cum pronomẽ eſt indifferenter & producitur & corripitur. Vergil. 4. Aen. Solus hic inflexit ſenſus, animumq; labantem. Idem 2. Aen. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Quando uero aduerbium eſt, producitur: ut, Hic illius arma. Hic interdum accipitur pro talis. Vergil. Hunc ego te Euryale aſpicio, id eſt talem. Hic non inuenuſte accipitur quandoque pro tunc. Idem, Hic regina grauem gemmis,auroq; popoſcit, Impleuitq; mero pateram. id eſt tunc regina. Ab Hic tam pronomine quàm aduerbio ſiunt, hicce, & hiccine. οὗτοσί. illud eiuſdem ſignificationis cum hic, hoc ſemper interrogatiuè ponitur, quaſi hic'ne? Apud Ter. Hiſce, plurali numero dicitur pro eo, quod eſt hi: cũ ait, Hiſce arbitrantur nunc hoc munere ſuam eſſe Thaidem. Plautus in Capt. Hiſce autem inter ſe confinxerunt dolum.

Hiĕrăcītēs,(ἱερακίτης) gemma, à colore accipitris ſic uocata: ἱέραξ enim accipiter dicitur. uide Plin.lib.37.cap.10.

Hiĕrăſpĭcră, ἱερὰ πικρά. dicitur ſacra amara. πικρὸς amarus dicitur: & medicinæ genus quoddã eſt ad ſoluendũ aluum. uide in dict. Picra.

Hiĕrărchĭă,æ.f.p. Latinè ſacer principatus. Græci ἱερὸν ſacrum dicunt. ἀρχὴ principatus.

Hiĕrŏbŏtănē, ſacra herba. Plin.lib.25.cap.9.

Hiĕrŏcŏmīŏn,mij. n. ſ. (ἱεροκομεῖον) locus eſt in quo lepraſi aluntur.

Hiĕrŏdūli,orum.m.ſ.(ἱερόδουλοι)pen.prod. ſacrorum miniſtri. Firmicus 8. Matheſeos ſcribit, futuros æditues, aut hierodulos, qui habuerint horoſcopum in uigeſima ſexta parte Geminorum. Græci νεωκόρον uocant æditum.

Hiĕrŏnīcās,(ἱερονίκας) uocamus uictores ſacrorum certaminum. uide in Sacra certamina.

Hiĕrŏphāntă,tæ.c.p.(ἱεροφάντης) Latinè ſacrorum demonſtrator. Hieronymus cõtra Iouin. Hierophantas quoq; Athenienſium uſq; hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in pontificatum fuerint electi, uiros eſſe deſinere.

Higră, radix piperis, coſto ſimilis guſtu.

Hīlă,læ.f.p. inteſtinum tenue, ab hira, ſiue ab hilum (inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina) quod eſt minimum. λεπτοῖνιον, νῆστις. Vnde quãdoque hilæ, pro ſalſis inteſtinis, uel fartis ſalſitijs, aut Lucanicis accipi ſolent. Plaut. Atque

hilas eſt fumatus, & ſumen. Ab hila ueteres diminutiuum protulerunt hilla. Horatius, Perna magis an magis hillis Flagitat immorſus refici. Quandoque ponitur pro eo inteſtino, quod in anum reſoluitur. Laberius, Né ue aliter hunc pædicabis, quomodo uideo, adoleſcẽti noſtro cædis hilas? Vide Ila.

Hilărĕſco, ſcis. n. t. hilaris fio. ἱλαρύνομαι, ἱλαρῶμαι. Varro, In uotum amicorum domus fumat, hilareſco.

Hilăriă, orum. uel ium. n. t. (ἱλάρια) ſicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctij uerni colentes appellarunt, ut inquit Macrobius, nempe octauum Calendas Aprilis, quo fit æquinoctium uernum: quo primum tempore ſol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano. uide Budæũ in Epiſtolis.

Hilăris, re. o. t. & Hilarus, pen. cor. iucundus lætusq́. ἱλαρὸς, φαιδρός. Plaut. in Aſin. Credam iſtuc, ſi eſſe te hilarem uidero? Hinc hilaritas, & hilaritudo, pro feſtiuitate & iucunditate. ἱλαρότης, ἱλαρία. Cic Dolabellæ.

Hilărĕ, & hilariter. Cic. de Finib. 5. Dicimus aliquem hilarè uiuere.

Hilărĭtŭs, pro hilariter dixit etiam Plautus, Es, bibe, animo obſequere mecum, atq; onerato hilaritus me.

Hilăro, as. a. p. lætitiam iucunditatemq́; do, lætifico. φαιδρύνω, ἱλαρύνω.) Cic. 2. de Fin. Omnẽ enim iucundum motum quo ſenſus hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè uoluptatem uocant. Huius compoſitum eſt exhilaro. Colum. libro 7. Satietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

Hilărōdŭs, di. m. f. (ἱλαρῳδὸς) pen. pro. laſciui & delicati carminis cantor: ab ἱλαρὸς & ᾠδή.

Hilŭm, li. n. ſ. (reſpondet in Græco γρὺ, Herm.) paruum illud nigrum quod in ſummitate fabæ adhæret. unde & pro breui exiguoq; aliquando ſumitur. Cic. 1. Tuſc. Tum illud, quod Siſyphus uerſat ſaxũ, ſudans nitendo, nec proficit hilum. id eſt quicquam, tantillum minimumq́. Ab hoc nomine fit nihilum, pro non aliquid, quaſi ne hilum quidem, & per apocopen nihil, & per ſyncopen nil. Perſius, Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Varro lib. ult. de Anal. Itaq; ut eum quem putamus eſſe nõ hili, dicimus nihili. Sic in quo putamus eſſe nequicquam, dicimus nequam.

Hin, (ἵν) genus menſuræ duos choros Atticos continentis (inquit Hieron.) duos ſcilicet ſextarios Italicos, ut hin menſura ſit Iudaici ſextarij, noſtriq; caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiam partem ſextarij Italici.

Hinc, aduerbium de loco, ut hinc ab læua, hinc ab ianua, hinc ciuis eſt, hinc à nobis profectus, hinc empta, hinc eo, hinc euoca aliquẽ foras, hinc intrò concedam.

Hinnĭo, nis. niui. nitum. n. q. pen. prod. (χρεμετίζω.) proprium eſt uocis equorum. Vnde hinnitus. tus. χρεμετισμός.

Hinnŭli, orum. m. ſ. pen. cor. ſunt ceruorum, caprearum, capreolorũ, damarum & ſimilium filij. νεβροί. Vocantur etiam muli, qui naſcuntur ex equo & aſina. Varro de re Ruſt. libro 2. cap. 8. Ex equa enim inquit, & aſino fit mulus: contrà ex equo & aſina, hinnus. Ab hinnus, diminutiuum fit hinnulus, & adiectiuum poſſeſſiuum hinnuleus.

Hinnus, hinni, m. ſ. uide Hinnuli.

Hio, hias, duarum ſyllabarum, propriè ore aperto ſpiritum emitto. ἀνοίγνυμαι, χαίνω. Plin. lib. 8. cap. 25. Inuitat ad hiandum ſui pabuli gratia. Vnde Hiatus, de quo ſuprà, & hiatio. (χάσμα.) Scribitur autẽ per h, quia hiando maior fit ſpiritus. nam ab oris ſono, cum aperitur os, tractum uidetur. Vnde & pro ſponte, uel aliqua ui externa aperiri ſiue ſcindi ponitur: ut ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. Salluſt. Atque hiauit humus multa, uaſta & profunda. Et hiare flores dicuntur, cum aperiuntur. Propert. lib. 4. Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter Impoſitus fronti langueat ante meæ. Per tranſlationem, ſignificat mirari, dubitare, ſtupere. Verg. li. 6. Inceptus clamor fruſtratur hiantis. Inde formantur hiſco. ſcis. inchoatiuum (ſed hiaſco facere debuit.) & hiato iteratiuum, & compoſitum Inhio, de quo alibi.

Hippăcē, es. f. t. dicitur caſeus equinus. ἱππάκη. Hippocrates ſcribit inuentum Scytharum hippacen, ex equino lacte. In ligna (inquit) caua infundunt, id deinde obturbant, innatantem ſpumam butyrum uocãt: id quod ſidit, hippacen: id quod in medio ſubſiſtit, ſerum.

Hippăco, cas. n. p. ſignificat animũ celeriter duco,

to,ut inquit Feſtus: ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippăgĭŭm,gij. n.ſ. (ἱππαγωγία) equorũ uectio.

Hippăgo,ginis,genus nauigij, cõuehendis equis aptum,quod à Iulio Polluce ἱππαγωγὸς dicitur. Liu.lib.45.Quinq; & triginta naues,quas hippagogas uocant,ab Elea profectæ.

Hippăgōgĕus, (ἱππαγωγεύς) legitur pro inſtrumento quo lapides expoliuntur.

Hippĕās,genus cancrorum dicunt,hoc eſt equites,quoniam tantæ uelocitatis ſunt, ut uix apprehendi poſſint.

Hippēi,cometæ,qui iubas equinas habent, celerrimi motus,ab equis dicti.Plin.lib.2.cap.25.

Hȳpēnĕmĭă oua ſunt earum gallinarum, quæ uento concipiunt.Varro de re Ruſt.lib.2.cap.1.Quædam è uento certo tempore concipiunt equæ,ut hic gallinæ quoq; ſolent,quarum oua hypenemia uocant.

Hippĭădēs, ſtatuæ mulierum equeſtres appellabantur, cuiuſmodi fuiſſe uidentur Amazonũ, quas mortalium primas equum ſcandere auſas,ſi Lyſio oratori creditur.

Hippicē,herba eſt,de qua Plin.lib.25.cap.8. Scythicam herbam in ore habentes,famem ſitimq; nõ ſentiunt.Idẽ præſtat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

Hippicum,eſt ut quidam uolunt,ſtadium quater multiplicatũ,octies.M.paſſ.efficiens: eſtq; hippicum menſuræ genus.

Hippŏcămpă, (ἱπποκαμποὶ) equi marini effigie in piſcium caudas deſinentes, à flexu caudarum quæ piſcoſæ ſunt.Plinius, Hippocampinus cinis alopecias tollit: καμπὴ enim flexura dicitur.

Hippŏcŏmi,orum. m.ſ. (ἱπποκόμοι) mangones, ab equis cõponendis,colorem fuco,robur inani ſagina,ut ait Quintil.mentientes.

Hippodrŏmŭs,pe.cor.uia lata, per quam etiam multi equi poſſunt unà currere. Eſt autẽ hippodromus, inquit Budæus in Pandect. equorũ curriculum, in quo de pernicitate certatur citra pugnæ ſimulachrum: & à curſu equorum dicitur.nam ἵππος equũ ſignificat,& δρόμος,curſum.

Hippŏlăpăthŭm, (ἱππολάπαθον) herba lapatho ſatiuo maior,candidiorq;,ac ſpiſſior.uide Plinius lib.20.cap.11.

Hippŏmănēs,pen.cor.generis neutri, ſecundum Priſc. Componitur ab ἵππος & μανία. Et à diuerſis diuersè exponitur. quidam enim dicunt eſſe fruticem,ſeu herbam, quam ſi equi comedunt,inſaniunt,& in furorem uertuntur. Seruius ſcribit eſſe uirus, ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana uiſcera deſcendens, » furorem facit. Verg.lib.3.Georg. Hinc demũ » hippomanes, uero quod nomine dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine uirus. Plinius uero lib.28.cap.11.& lib.8.cap.42. aſſerit eſſe carunculam in fronte puli equini, caricæ magnitudine,colore nigro,quam ſtatim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quòd ſi quis prius abſtulerit,ipſum pullum mater non eſt amplius amatura, nec ad ubera eum admittit.Vergilius: Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus Et matri præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta cõponentes, uertere homines feruntur in furorem.

Hippŏmărathrŭm,thri.n.ſ.(ἱππομάραθρον) herba eſt folijs marathro maioribus, & guſtu acriore. Succus auribus inſtillatur, uermiculoſq; in ijs necat. Alij Myrſeneum uocant. Plin. lib.20.cap.23.

Hippŏpŏtămŭs,(ἱπποπόταμος) pen. cor. quaſi equus fluuialis, ſeu aquaticus: animal in Nilo præcipuè naſcens,binis ungulis,quales ſunt boũ,dorſo equi & iuba,& hinnitu, cauda obtorta,dentibus aprorum aduncis.huius meminit Bud.in Pandect.& Plin.lib.8.cap.25.

Hippoſelinum,nij.n.ſ.(ἱπποσέλινον)apij herbæ ſpecies, in ſiccis naſcens, qua equi libenter ueſcuntur.Plin. lib.20.cap.12.Dioſcorides lib.3. capite 75.

Hippŏtŏxŏtæ, arum. m. p. (ἱπποτοξόται) dicti ſunt equeſtres ſagittarij, ut eſt apud Cæſarem lib.Comment.3.

Hippūris,(ἵππουρις) herba,à Latinis Equiſetum dicta,& cauda equina interpretatur. Plin.lib. 26.cap.13.uide Equiſetum.

Hir,hiris,(θέναρ) ſecundum Chariſium, ſed indeclinabile ſecundum Probum, ſignificat uolam manus,id eſt palmã: ab hæreo, quoniam palmis aliquid capientes,maximè illi rei inhæreamus. Vide Ir.

Hiră,æ.f.p. (ἰγκοίλιον) cuius diminutiuum eſt

hilla, inteſtinum, quod ieiunum uocant. aliàs Hila, & Ila.

Hircipili, orum. m. ſ. (δασύτριχος) pen. cor. dicũtur homines, qui pilos duros habent.

Hircōſŭs, ſa. ſum. quod hircinum odorem olet. τραγομάσχαλος, κιναβρώδης. Perſius, Dixeris hæc inter hircoſos centuriones, id eſt ruſticos olidos, & omnis nitoris expertes, inquit Bud.

Hirquitālli, orum. pen. corr. pueri ad libidinem accedentes, à libidine hircorum dicti. τραγίζοντες. Nam (authore Cenſorino) hoc fit ſecunda annorum hebdomade, uel incipiẽte tertia uox craſſior fit, & inæquabilis, quod antiqui Latini dicunt hirquitallire. Et inde ipſos putant hirquitallos appellari, quòd tunc corpus hircum olere incipiat. Hic fœtor etiam caper & tragos dicitur. Catullus: Valle ſub alarum trux habitare caper. Fœtorem alarum hircum uocamus, quia omnium partium noſtri corporis maximè male olent, propterea quòd immobiles habentur. Vnde Horatius: Cubat hircus in alis. Hoc Ariſtotel. libro 7. De animalibus appellat τραγίζειν, quod Latini caprire dicunt.

Hirquŭs, qui. m. ſ. per c & q, eſt angulus oculi. κανθός. Vergil. Nouimus, & qui te tranſuerſa tuentibus hircis. Interdum ponitur pro eo qui in obliquum reſpicit: ab hirquis oculorum angulis, propterea quòd libidinis appetitu ſæpe aciem ad hirquos capræ retorqueant. Interdũ ponitur pro fœtore, qui ſub alis fit. κινάβρα.

Hircŭlŭs, nardi ſpecies eſt, ob odoris grauitatem ſic dicta. τράγος. Vide Hermolaum in caput 7. libri 1. Dioſcoridis.

Hircŭs, ci. m. ſ. pen. cor. caper, caprarum admiſſarius. τράγος. Et non dicitur hircus, niſi poſtquã coire fœtereq́ cœperit. Hinc Hircinus. a. um. pen. prod. nomen poſſeſſiuum. τραγικός. Apul. Homo ſordibus, & hircina libidine fœtens. Plaut. in Pſeud. Heus tu qui cum hircina ſtas barba, reſponde quod ego.

Hirneă, æ. f. p. uaſis genus. Cato de re Ruſt. cap. 81. Indito in hirneam fictilem. Vide Cirnea.

Hirrirĕ, proprium eſt uocis canis rabioſi.

Hirsūtŭs, a. um. o. ſ. pen. prod. ab horreo, & ſeta dicitur, quaſi horrens ſetis, ſetoſus, horridus. (λάσιος.) Martialis lib. 10. Hirſutis ego cruribus, geniſq;, Os blæſum tibi, debiliſq; lingua eſt. Plin lib. 20. cap. 9. eius cõparatiuum protulit, Candidior ſatiua, & hirſutior.

Hirtŭs, a. um. idem quod hirſutus. δασύς. Verg. 3. Georg. Hirtasq; capellas. Plin. lib. 11. cap. 37. Hirtus ſetis muſculus marinus. Hirtæ oues. Varro de re Ruſt. lib. 2. cap. 2.

Hirūdo, inis. f. t. pen. prod. ſanguiſuga, ab hærendo carni dicta. βδέλλα. Horat. Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Plin. Hirudinum, quas ſanguiſugas uocant, ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Hirudo ærarij, per translationem, hoc eſt exhauſtrix. Cic. ad Att. lib. 1. Accedit illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc magno unicè diligi putat.

Hirundo, inis. f. t. auis notiſſima. χελιδών. Dicta hirundo, quòd uere ad nos tranſeat. Plin. lib. 10. ca. 2. Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne ueſcentes: aues ex ijs quæ aduncos ungues nõ habent, ſed in uicina abeunt, apricos ſecutæ montiũ receſſus, inuentæq; iam ſunt ibi nudæ, atq; deplumes. Hirundininus. a. um. ut Hirundininus nidus, apud Plaut. in Rud. & Martialem lib. 11.

Hiſcĭăcŭs, a. um. o. ſ. qui nimium oſcitat. χασμώδης. Cato de re Ruſtica cap. 123. Vinum ad hiſciacos ſic facito: de iunipero materiam ſemipede craſſam tundito minutim, tum feruefacito cum congio uini ueteris.

Hiſco, ſcis. n. t. inchoatiuum ab hio, hias. (χαίνω, διαίρω.) Et eſt proprie oris humani cum uidelicet præ ſomno aut tædio os aperiunt homines, quod & oſcito dicitur. Sed inter hiare & hiſcere hoc intereſſe uidetur, ut hiãs ſit quod iam patet, hiſcens quod ſeſe modò in hiatum diffindit. Per translat. dicitur etiam de alijs rebus. Ouidius: Hiſcere namque tibi terra neganda foret. Quandoq; eſt ſubmiſſe loqui, ſiue os ad loquendum aperire. γρύζειν. Plaut. Ne hiſcere quidem audet. Item interrupta ſingultibus uoce loquor, ſiue ſingultio. Verg. lib. 3. Vix pauca furenti Subijcio, & raris turbatis uocibus hiſco. Huius compoſita ſunt, Dehiſco, & Patiſco.

Hiſpĭdŭs, a. um. o. ſ. pen. cor. ſetoſus, horridus. λάσιος. Vergil. Cui laterum tenus hiſpida nantis Frons hominem præfert. Plinius libro 16. Continẽtur hiſpido calice. Hiſpidus, aſpectus, apud

apud eundem lib.22.cap.6.

Hiſtŏriă,æ.f.p.(ἱςορία, συγγραφὴ, σύνταξις.) annales,memoria publica,memoria rerum ueterum,commemoratio antiquitatis, monumenta rerum ueterum,monumenta temporum,locorum,hominum,rerum geſtarum per omnia ſæcula,res geſta ab ætatis noſtræ memoria remota,teſtis temporũ,lex ueritatis, uita memoriæ,magiſtra uitæ,uetuſtatis nuncia. Sic Cice. exponit hiſtoriam.Proprie tamen eſt earum rerum,quibus geſtis interfuit is, qui eas narrat. unde & nomen habet ἀπὸ τοῦ ἱςορεῖν,quod ſpectare & cognoſcere ſignificat.

Hiſtŏrĭcŭs,ci.m.f.hiſtoriarũ ſcriptor. λογοποιός. Cic.pro Muræna,Tua uero nobilitas Serui Sulpitii,tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior. Hiſtoricus. ca. cum.ut,Hiſtoricũ genus. Cice.de claris Orat. Non tam hiſtorico, quàm oratorico genere perſcripſit. Hiſtorialis.le.quod ad hiſtoriam ſpectat.Plin.lib.16.cap.33.Trahiturq; etiam in picturas opere hiſtoriali.

Hiſtrĭōnēs,um.m.t.(ὑποκριταὶ, μῖμοι)artifices ludiones, qui perſonatis in ſcenis fabulas agunt: ab Hiſtria regione,ex qua primum ueniſſe,indeq; nomen ſortitos eſſe,aſſerit Feſtus: cui refragantur Liuius Valeriusq;, ſcribentes nomẽ hiſtrionibus fuiſſe inditũ, quia Hiſter Thuſco uerbo ludio uocabatur.Cic.de Orat. Roſcius & Aeſopus hiſtriones clari.

Hiſtrĭōnĭă,uel Hiſtrionica, æ. ars ipſa. Plaut.in Amph. Quaſi uero nouum nunc proferatur, Iouem facere hiſtrioniam.

Hiſtrĭōnĭcŭs.a.um. quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet. ὑποκριτικός. ut ars hiſtrionica,hiſtrionicæ ueſtes.

Hiſtrix,cis.f.t.(ὕςριξ) pen.cor. animal ex erinaceorum genere,ſicut docet Plin. lib. 8. cap.35. Calphurnius:Venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba. Habet tergus ſpinis hiſpidum, quas tenſa cute plerunq; laxatas uoluntaria iaculatione iacit. Vulgò dicitur porcus ſpinoſus: latet æſtate,& de cauernis prodit hyeme.

Hiūlco,cas.a.aperio.Catu.Aeſtus hiulcat agros.

Hiūlcŭs,a.um.o.ſ.fiſſus,fatiſcens.χαχλώδης. Vergil. Hoc ubi hiulca ſitu findit canis æſtifer arua.Cic.de Orat. Nec aſper uerborum concurſus ſit,né ue hiulcus.Hiulca oratio,(λύ)& ἀσυνάρτητος) diſſoluta, nec ſatis diligenter coagmentata.Hiulcè,aduerb.Cic.de Orat.Non uaſtè,non hiulcè,ſed preſſè,& æqualiter.

H ANTE O.

Hōc,(τὸ)quandoq; pro hic ponitur.Cic. in Ver. Etſi hoc neſcio quid eſt,nugatorẽ ſciebã.id eſt hunc.Terent. Phor. Hoc nihil eſt Phædria,Ilicet.id eſt hic. Quandoq; pro huc.Verg.li.4, Hoc tunc omnipotens cælo demittet ab alto. Hoc cauſſæ eſt iudices, quod,&c.pro id eſt in cauſſa.Cice.5.Verr.

Hŏdiē,quaſi hoc die. σήμερον. Hodie, pro nunc. Plaut.in Aſin.Cenſen' tu illum hodie primum ire aſſuetũ in ganeum? Teren. Eun.O pupula reis,ecquis me uiuit hodie fortunatior? Hinc Hodiernus.a.um. ut hodiernus dies,& hodiernum mane.Cic.in Catil.

Hoi,interiectio deplorantis.Terent.in Eun.Obſecro te uero Phædria.Ph.Intrò. Do.Ho,hei.

Hōlcūs,herba de qua.Plin.lib.27.cap.10.

Hōlmīſci,dentium molarium concauitates.

Hŏlŏcaūſtūm,ſti.n.ſ.(ὁλόκαυςον) proprie hoſtia quæ detractis extis integra aræ imponebatur, quaſi ὅλον καυςόν. id eſt totum cõbuſtum, aut totum igne abſumptũ. καῦσις enim incenſio. ὅλον totum. Dicitur & Holocauſtōmă. matis. ὁλοκαύςωμα. & holocauſtomatum, pro ſacrificio.

Hŏlŏr,oris. m.t. (quod quidam à Græco deducunt,quaſi ὅλος ὡραῖος,hoc eſt totus candidus) auis eſt alba,anſere maior,uocem argutam habens.hanc κύκνον dicunt Græci. Hinc holorinus.na.num.pen. prod. κύκνειος. Vnde uox holorina,color holorinus. Plin.lib.37.cap.10. Verg.Cuius holorinæ ſurgũt à uertice criſtæ.

Hŏlŏsērĭcă,cæ.f.p.(ὁλοσηρικά) tota ſerica. Vt ueſtis holoſerica apud Lampridium,quæ à ſerica,& ſubſerica diſtinguitur.

Hŏlŏſtĕōn,(ὁλόςεον) herba, quæ dicitur tota oſſea,cum tamen careat omni duritia.

Hŏlŏthūrĭi,orum.m.ſ. piſces. Plin.lib.9.cap.47.

Hŏmērŏmăſtix,icis.m.t.(ὁμηρομάστιξ)dicitur Homeri flagellum,cognomentũ,quo Zoilus quidam Homeri oblocutor cognominatus eſt,qui ſcripta ſua contra Iliadem & Odyſſeam Homeri cõparata,in Alexandriam ueniens, Ptolemæo regi obtulit. Sic Vergiliomaſtix, Vergilij æmulus: maſtix enim Latinè flagellum dicitur.

dicitur. Vnde et Comici, uerberones maſtigias identidem appellant, quòd planè hoc nomen omnibus detractoribus accommodum eſt.

Hŏmĭcida, dæ. com. p. pen. pro. qui hominem necat. ἀνδροφόνος, αὐτόχειρ. Quintil. lib. 7. cap. 4. An qui ſe interfecit, homicida ſit. Quod interdum cum laude dicitur, pro uiro forti, qui multos in bello occiderit. Vnde Horatius dixit homicidã Hectorem laudabiliter, & aliter quàm uulgò dicitur.

Hŏmĭcīdĭŭm, dij. n. ſ. hominis necatio. ἀνδροφονία, μιαιφονία. Plin. lib. 18. cap. 3. Suſpenſumq́ Cereri necari iubebant grauius, quàm in homicidio conuictum.

Hŏmĭlĭă, æ. ſ. p. (ὁμιλία.) pen. cor. dici poteſt colloquium, ut ſermo ad populum. ὁμιλῶ ſermocinor, colloquor, conuerſor.

Homiliătĭcŭs, ca. cum. (ὁμιλητικός.) Hieron. ad Heraclium: Quem laborem idcirco ſuſcepimus, ne pulſatæ quæſtiones, & relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo ſæpe fieri aſſolet) Latino lectori faſtidium generaret.

Hŏmo, inis. com. t. ἄνθρωπος. mortalis, ab humo dictus, ut Varroni placet, utrunq; ſexum complectitur, tam uirum quàm fœminam. Nam & ſeparatim de fœmina dictum inuenitur, quanquam rarius. Ser. Sulp. ad Ciceronem, libro 4. Epiſt. In unius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt tantopere cõmoueris? Quæ ſi hoc tempore diem ſuum non obijſſet paucis poſt annis tamen ei moriendum erat, quoniam homo nata fuerat. Hinc ſunt diminutiua, Homullus, Homululus, Homunculus, & Homũtio. Cic. in L. Piſ. Sed quoniam præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto factus? Idem 1. Tuſc. Sed ut homunculus unus è multis. & Teren. Eun. Ego homuncio hoc non facerem?

Hŏmœŏmĕrĭă, æ. ſ. p. omnium membrorum ſiue partiũ ſimilitudo in rebus creãdis. Lucretius: Hinc et Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriã.

Hŏmœoptōtŏn, ti. n. ſ. (ὁμοιόπτωτον) ſimilium caſuum, uel (ut inquit Cicero) ſimiliter cadens. ἐκ ὁμοίως ſimiliter, πτῶσις caſus. Quod fit, cũ diuerſæ dictiones in ſimiles caſus exeunt. Dicitur & Homoptoton, quaſi ſimilium caſuum, uel ſimiliter cadẽs. Sallu. Maximis, ducibus fortibus, ſtrenuiſq; miniſtris. Ennius: Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miſerantes.

Hŏmœōſis, is. ſ. t. (ὁμοίωσις) tropus qui ſimilitudo interpretatur, cum ex ſimilitudine alicuius cogniti deuenimus in ſimilitudinem incogniti. Huius tres ſunt ſpecies, icon, parabola, & paradigma.

Hŏmœōtĕleūtŏn, ti. n. ſ. & Homoteleuton. ὁμοιοτέλευτον. ſimiliter deſinens. Figura, cum plura uerba in eandem uocem finiunt: ut, abijt, diſceſſit, euaſit, erupit.

Homoleum, pilei genus, quo ueteres utebantur. aliàs. Homelium.

Hŏmōnȳmŏn, ni. n. ſ. (ὁμώνυμον) pen. corr. eiuſdem nominis, ut inquit Auguſt. quod fit, cum res quidem plures commune nomen accipiũt, interpretatione uero eiuſdem rei ſeparantur. ut homo pictus, & uerus: in hoc namque idem nomen eſt, ſed ſi ad definitionem, uel ad interpretationem hominis redeas, inueniuntur iſta diſparia. Alij homonyma dicunt æquiuoca, quæ una uoce multa ſignificant, ut taurus. Synonyma, uide ſuo loco. Polyonyma ſunt, cum multa nomina unam rem ſignificant, neq; ulla differentiæ nominum redditur ratio, ut enſis, mucro, gladius. Heteronyma, à multis æquè nominibus res ſingulas tenent: uerum in his habet rationem diuerſitas nominũ, ut homo, terrenus, mortalis: homo, ab humanitate: terrenus, à terra in qua cuncta gignuntur: mortalis, à neceſſitate mortis. Diuiduntur autem homonyma in duas partes: aut enim fiunt fortuitu, aut hominum uoluntate. Fortuitu fiunt, cum quodam caſu ſimile quis alterius nomen accepit. Voluntate, cum ſimilitudo nominis, ex induſtria imponentis affingitur.

Hŏnĕſtās, atis. ſ. t. & Honeſtitudo, accipiuntur pro ipſa uirtute. τὸ καλόν. Eſt autem honeſtas, honor perpetuus ad aliquem populi rumore delatus. Honeſtas, dignitas, decus, laus: cui cõtrarium eſt turpitudo. Cic. in Offic. In Officio colendo ſita eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo.

Hŏnĕſtiſſimŭs, mi. m. ſ. ualde honorabilis. ἐντιμότατος. Cic. Lentulo: Poſt tuum deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit.

Hŏnĕſto, ſtas. a. p. ſæpe uel quaſi continuò honorifico. ἐντιμῶ, τιμάω. Cic. 1. Offic. Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt.

Huius

Huius compoſita ſunt, Cohoneſto, quod eſt ſimul uel omnes honeſto. ϲυντιμῶ. Cicero Brut. Dehoneſto, quod eſt contrarium ſuo ſimplici. ἀτιμάζω.

Hōnēſtūm, ſti. n. ſ. (τὸ καλὸν) eſt quod uirtutem probitatemq; ſignificat, quo cauetur, ne quid indecorè, effœminatè, libidinoſe, turpiter fiat, cogitetúr ue. Salluſt. Calumnia paucorum, quibus omnia honeſta, atque inhoneſta uendere mos erat.

Hōnēſtūs, a. um. o. ſ. σεμνὸς, ἔντιμος, σεβάσμιος. qui onus Reipub. ſuſtinet. Item pulcher. (καλὸς, ὡραῖος) Terent. in Eunu. Ducit ſecum unā uirginē dono huic, papæ facie honeſta. Sic inhoneſtus, (ἀσχήμων) turpis. Idem in eadem: Illū ne obſecro inhoneſtū, ſenem et muliebrem?

Hōnēſtē, aduerb. Honeſtè fieri dicitur, quod cū decore, et honeſto fit. Ci. de Amicit. Quæmuis honeſtè id facerent, ius tamen amicitiæ deſerere arguerentur.

Hōnōr, & Honos, oris. m. t. (τιμὴ, κλέος) in nominatiuo, & aſpiratur ſecundum Apuleium, ut differat ob onos aſinus. Dictus honos ab honeſto onere (ut inquit Var.) & honeſtus, quod onus ſuſtineat Reipub. Eſt autem honor, reuerentia, quam alicui exhibemus in uirtutis teſtimonium, dignitas. ἀξίωμα. Cic. Cæſa. Iun. Tu cum ea, quæ es è Senatu ſummo cum honore tuo conſecutus. Et honos, adminiſtratio magiſtratus. Vnde conſulatus & prætura, honores dicuntur. & ius honorarium, ius prætoris. Ouid. lib. 1. Faſt. Verbaq; honoratus libera prætor habet. Aliquando accipitur pro pulchritudine, (κάλλος) Verg. lib. 1. Et lætos oculis afflarat honores. Aliquando pro cultura, obſeruantiaq; θεραπεία. Idem 6. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis. Aliquando pro pudicitia. Idem: Et rapti Ganymedis honores. Aliquando pro hoſtia. θυσία. ut, Meritos aris imponet honores. Aliquando pro præmio, ut apud Eundem: Ipſis præcipuè ductoribus addit honores. Aliquando pro ſepultura: ut, Cernit ibi mœſtus, & mortis honore carentes. Aliquando pro amore. Idem, Si quis Amatæ Tangit honos animum. Honos præfandus eſt, & Honorem præfari cū dicimus, eſt loqui cum reuerentia eius, qui audit: quod fieri ſolet, cum eſt locutio de aliqua re turpi.

Hōnōrābĭlē, quod eſt honore dignum. ἔντιμον, ἀξιότιμον. Liu. 4. ab Vrbe: Quinq; conſulatus eodem tenore geſti, uitaq; omnis conſulariter acta, uerendū penè ipſum magis quàm honorabilem faciebant.

Hōnōrārĭă, n. t. (διονύσια) ludi qui à Romanis fiebant in honorem Liberi patris: qui & liberalia dicebantur.

Hōnōrārĭūs, a. um. quod ad honorem pertinet, ut ius honorarium: id eſt prætorium, ab honore prætorum. γεράσιος. Honorius arbiter dicitur, quem honoris cauſa utraque pars, ſummum facit ſuæ cauſæ & cōtrouerſiæ iudicem. Cic. 5. Tuſc.

Hōnōrārĭūm, rij. n. ſ. donum erat, quod conſulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: qualia hodie principibus ſuas primū urbes ingreſſis porrigi, ueluti bene ominandi gratia, ſolent. Honorarium ob id dictū, quòd honoris cauſa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Bud.

Honorarius tumulus, qui honoris cauſa erigitur. Sueton. in Claud. Cæſ. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit. Sic uocari poſſunt hodie, quas repræſentationes in anniuerſarijs exequijs uocamus. Budæus.

Hōnōrĭfĭco, cas. a. p. honorem facio. ἄγω διὰ τιμῆς. Lactan. lib. 7. Vt adorent & honorificent regem magnum.

Hōnōrĭfĭcūs, ca. cum. o. ſ. quod honorem confert. τίμιος. Cic. Cælio: Honorificus in me cōſul fuit, & ſuauis amicus. Honorifica mentio alicuius, apud eundem ad Qu. Fra. Item, Honorifica uerba, Honorificum Senatuſconſultum.

Hōnōro, ras. a. p. pen. pro. honore afficio. ἄγω ἐν τιμῇ. Cic. 1. de Diuin. Amphiaraum autem ſic honorauit fama Græciæ, deus ut haberetur. Honorare aliàs à Cicerone dicitur Honorem habere alicui, Honorem adhibere, honeſtare. In honore habere, honorem facere, honorem debitum alicui præſtare, honore augere, honore ampliſſimo ornare. Vnde honoratus, qui in honore habetur. ἔντιμος. Cic. lib. 1. Offic. Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe. Huius cōpoſita ſunt, Exhonoro & Inhonoro, quæ ſunt ſignificationis contrariæ ſuo ſimplici.

Hŏnōrŭs, ra. rum. quod cū honore eſt. Vnde inhonorus, ſine honore. ἄδοξος, ἄτιμος. Plin. lib. 7. cap. 30. Aliæq; inhonoræ ciuitates.

Hŏnōrātē, aduerb. cū honore & dignitate. Cice. 11. Phil. Quæ Seruilius? quæ Lucullus? quàm honorificè, quàm grauiter ſæpe in Senatu prædicauerunt?

Hŏnōrĭfĭcē, aduerbium idem quod honoratè. Cice. 5. Verr. Publicani tractati honorificè ſunt. Honorificentiſſimè. Idem ad Cæl. Nunquam, niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat.

Hopiſtographus. (ὀπισθόγραφος) dicitur charta ab utroq; latere ſcripta, ab ὄπισθεν, id eſt à tergo, & γράφος ſcriptum, cum alioquin chartæ non niſi aduerſa pagina ſolerent cōſcribi. Vlp. l. chartæ. ff. de Bonor. poſſeſſ. Chartæ appellatio etiam ad nouam chartā refertur & ad deletitiā. Proinde etſi in opiſtographo quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio.

Hōră, æ. f. p. (ὥρα) tempus dicitur, id eſt quācunque æternitatis partem, ſiue annum, ſiue diurnum ſiue nocturnum ſpacium ſignificet. Hinc Horæ, (ὧραι) deæ quæ quatuor anni temporibus præſunt, ut Homero placet, & aulæ cœleſtis cuſtodes: & ab Ouidio deæ celeres appellantur, ſoliſq; miniſtræ, quia ex ſolis curſu horæ cōſtant. Vnde & à ſole nomen acceperunt, qui apud Aegyptios horus dicitur, author Macrobius. Diomedes, Horas ex Ioue genitas refert. Et quatuor anni tempora, hyems, uer, æſtas, autumnus, horæ dicūtur: item partes ipſæ in quas diſtinctus eſt dies. Harum principiò duodecim fuere, poſtea in uiginti quatuor horas dies diuiſus eſt. uide Plin. lib. 12. cap. 8. Hora, pro die. Cic. 2. Verrina. Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Vbi Aſconius: Horis mirè dixit, cum ſint dies, ut oſtenderet nimiam diligentiam. Omnium horarū hominem, Veteres appellabant eum, qui ſerijs pariter ac iocis eſſet accōmodatus, & qui cum aſſiduè libeat conuiuere. Atq; ita appellatum Aſinium Pollionem author eſt Fabius lib. 6. cap. 4. circa finem. Eraſmus. Dicta eſt hora, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod eſt terminare. Nam extremitas cuiuſcunq; rei terminus eſt, & horæ terminant tempora.

Hōræ̆ŭm, æi. n. ſ. (ὡραῖον) per ſimplex r, cū diphthongo, dicitur mel æſtiuū, ab hora. Nam Græci omnes fructus æſtiuos, nominant horæos: quoniam id tempus, per excellentiam horā uocāt. Eſt & ſalſamentū ex piſce. Athenæus: Salſamentum autem horæum eſt, aut thunnium.

Hōrārĭŭm, rij. n. ſ. horæ ſpacium. Suet. in Dom. 3. Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquam amplius quàm muſcas captare, ac ſtylo præacuto configere. Eſt & orarium ſine h, de quo alibi.

Hōrctŭm, & Forctum, pro bono ueteres uſurpauerunt.

Hōrdă, æ. f. p. uacca prægnans. (βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἔγκυος) nam quæ ſterilis eſt, taura appellatur. Var. 2. de re Ruſt. cap. 5. Quæ ſterilis eſt uacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ab horda, Hordicalia dicta ſunt dies in faſtis, quòd tunc boues hordæ immolarentur. Recentiores Fordus. a. um. dixerunt. Ouid. Forda ferens bos eſt, fœcundáq; dicta ferendo.

Hōrdĕāccă, orum. n. t. dicta ſunt ab antiquis ſacra, in quibus hoſtiæ hordeæ. id eſt prægnātes uaccæ immolabantur. ἐγκύμονα.

Hōrdĕārĭŭs, ria. rium. quod hordeo uiuit. κρίθινος. Plin. lib. 18. cap. 7. Antiquiſſimum in cibis hordeū, ſicut Athenienſium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorū cognomine, qui hordearij uocabantur. Vnde æs hordearium Veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Feſtus: Hordearia pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Hōrdĕiă, æ. f. p. λεβίας. genus piſcis.

Hōrdĕŭm, dei. n. ſ (κριθή) ab horrore, quoniam licet calamus altior frumēto quàm hordeo ſit, ariſta tamen mordacior eſt hordeo. Vel dicitur ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta ſit aridum: aut certe ab antiquo adiectiuo Hordus, quod apud uetuſtiſſimos grauidū ſignificabat, pro quo poſteriores mutata aſpiratione in Aeolicum digamma, dixerūt Fordus. Hinc hordeaceus. cea. ceum. quod ex materia hordei eſt. & panis hordeaceus. κρίθινος. Plin. lib. 18. cap. 11.

Hōrĭă, æ f. p. nauis piſcatoria. ἁλιάς Pol. Plaut. in Rud. Saluete horia mari fluctuoſo. Horiola, diminut. eius eſt.

Hōrīzōn, ontis. m. t. (ὁρίζων) pen. pro. finitio uel terminatio dicitur. Nam circulus eſt, uel cœli

terminus

terminus quoddã circo deſignatus, qui ſuper terram uidetur, quẽ ſibi uniuſcuiuſq; circũſcribit aſpectus. Centum & octoginta ſtadia nõ excedit acies contrà uidentis: ubicunq; terrarũ ſteteris, uideris tibi quandam cœli concluſionem uidere, quam horizontem uocauerunt. Fit autem ab ὅρος, qui eſt terminus & finis.

Hōrmēſiōn, gemma ex igneo colore radians auro, portante ſecum in extremitate candidã lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hōrmĭnōdēs, gẽma quæ ex argumẽto uiriditatis appellata eſt, ambiente circulo aurei coloris.

Hōrmĭnūm, ni. n. ſ. ſemine cymino ſimile eſt, cæterũ porro dodrantali altitudine. Plin. lib. 22. ca. 25. Eſt autem herba hortenſis, odoris optimi.

Hōrnō, aduerb. ſignificat hoc anno. τῆτες.

Hōrnŭs, na. num. o. ſ. (τήτινος) aſpiratur, ut differat ab arbore orno, uel quòd fiat ab eo, quod eſt hoc, & annus. Vnde Hornam frugem dixerũt, quæ hoc anno prouenit. Acron uerò hornum, quod eſt unius anni dixit, ut res horna: id » eſt annua, uel noua. Propert. lib. 4. Illa dies a» gnis cædem denunciat hornis. id eſt, anniculis. At Porphyrio ſuper illud Horatij in Epodo: Et horna dulci uina promens dolio, ait, Horna uina dicuntur huius anni. Hornam meſſem prouerbiali figura dixit Plaut. pro maximo emolumento, quaſi dicas, tantũ lucri, quantum eo anno ſit prouenturũ in agris. uide Chiliad. Eraſmi. Hinc Hornotinus, (ινος) penu. cor. ſicut à diu diutinus, huius, uel unius anni. Cice. 5. Verr. Hoc quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Cato: Hornotinæ nuces uirides.

Hōrōlōgĭūm, gij. n. ſ. (ὡρολόγιον) quaſi horarũ ratio: inſtrumentum quo horæ deſignãtur, quod olim ſolarium dicebatur: quoniam in ſole tantum horarum ratio cõſpiceretur. Sed excogitatum eſt, ut etiam ſine ſole, uel ipſo ſonitu denuncientur horæ. Apud Antiquos enim erat cõcha hemicyclia, lineis debita proportione diſtincta, cui prælongus ex ære aut ligno baculus ſoli oppoſitus ſupereminebat, & eius umbra in lineas incidens horas oſtendebat. Quãquam & alia habuerunt Priſci horologia, clepſydras ſcilicet, de quibus ſuo loco. Et hæc duo horologiorum genera. uide Plin. lib. 7. ca. 60.

Horoſmades, apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur.

Hōrŏs, (ὅρος) à Græcis dicitur finis & terminus cuiuſuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuſcunq; corporis extremum.

Hōrōſcŏpŭs, pi. m. ſ. (ὡροσκόπος) pen. cor. ab hora ſeu horos, & σκοπιὰ perſpecto, ſignificat eam cœli partẽ, quæ hora qualibet ab inferiori hemiſphærio ſurgit ab oriente. Aſtrologi Aſcendens appellant. Significat etiam inſtrumentũ quoddam ad horas oſtendendas. Quando uerò adiectiuum eſt, ſignificat omne id, in quo horæ notantur. Plin. Vaſa horoſcopa nõ ubiq; eidem ſunt uſui trecentis ſtadijs, aut longiſſimè etiam quingentis ſtadijs mutantibus ſemet umbris.

Hōrrĕārĭŭs, rij. m. ſ. dicitur qui eſt cuſtos uel exercitor horrei. ταμίας.

Hōrrĕo, res, rui. n. ſ. horrorẽ habeo. φρίττω. propriè cum pili ſetæ' ue in animante erigũtur: uerum quando hoc ex frigore fit, dicimus horre» re, frigere. Iuuenal. Et horrenti tunicam non reddere ſeruo. Et quia frigus in corpore perſæpe à timore eſt, dicimus horrere, timere. Ver» gil. 3. Georg. Nec uanos horret ſtrepitus. Horrere item tremere ſignificat. Plaut. in Ciſt. Iam horret corpus, cor ſalit. Item aſperum eſſe: quoniam corpora quæ horrẽt, aſpera reddun» tur. Verg. Tũ late ferreus haſtis Horret ager. » Similiter horrere, eſt ſtupere, mirari. Verg. lib. » 3. Horrendum ac dictu uideo mirabile monſtrum. Conſtruitur hoc uerbum modò abſolutè. Teren. in Eun. Totus horreo. Modò cum datiuo. Lactan. lib. 5. Cui enim talia ſacrificia » nõ horreant? Modò cum accuſatiuo. Verg. li. » 3. Georg. Nunquam cuſtodibus illis Nocturn» num ſtabulis furem, incurſusq; luporũ, Aut » impacatos à tergo horrebis Iberos. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Abhorreo, (ἀῤῥωστέω) cohorreo, exhorreo, inhorreo, & perhorreo.

Hōrrēſco, ſcis. n. t. horridus fio: ut cum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari & creſcere ſentit pauore, ſtupore, aut febri inca» leſcente, & huiuſmodi. φρίσσω. Verg. lib. 6. » Horreſcit uiſu ſubito, cauſasq; requirit. Pro » contremiſcere. Vergil. lib. 3. Georg. Tum ſege» tes altæ, campiq; natantes, Lenibus horreſcũt flabris. Idẽ 3. Aen. Nec tu menſarũ morſus horreſce futuros. id eſt expaueſce. Eius compoſita

Abhorre-

Abhorreſco, exhorreſco, inhorreſco, et perhorreſco actiuè & paſſiuè ſumuntur.

Hōrrĕūm, ei. n. ſ. ab horrore, quaſi horridum: propter aſperitatem ariſtarũ, quoniam priſci fruges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granarijs cõderent. ἀποθῆκαι. Vel quoniam in eminentiori parte uillæ ſiue domus eſſe debet, & oppoſitũ Septentrioni. Septentrio uerò, qui eſt frigidus, facit horrorem. Hinc horrea, quia frigida eſſe debent & ſicca, ne fruges putreſcant. Varro ab hordeum tractũ exiſtimat, quòd antiqui farreum à farre dicebant, quòd in eo hordeum ſeruaretur, ſicut à grano granarium. Cicero contra Rul. Illi Capuam, cellam atq; horreum agri Campani eſſe uoluerunt. Accipitur & pro repoſitorio aliarum quoq; rerum. Apul. in Metamorph. Demonſtrat horreum, ubi ueſpera ſagaciter argentum copioſum recondi uiderat. Et Iureconſulti horrea frequẽter uſurpant pro repoſitorijs mercium, & rerum precioſarum.

Hōrrĭbĭlĭs, le. o. t. formidabilis. φρικτὸς φοβερός. Cice. Et quod dictu quoq; horribile uidetur, uiuentis ſanguine hauſto. Item teter, deformis. Varro: Fœda atq; horribili.

Hōrrĭdē, aduerb. hoc eſt aſpere, & incultè. Cice. in Orat. Putant enim qui horridè, inculteq; dicat, modò id eleganter enucleateq; faciat, eum ſolum Atticè dicere.

Hōrrĭdĭtās, atis. f. t. ipſe horror. φρίκη. Næui. Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Hōrrĭdŭlŭs, a. um. o. ſ. diminut. quo timens ſignificatur, aſper, durus, incultus, ut Horridula epiſtola, Cice. ad Att. & Horridulæ orationes, id eſt aliquantulum duræ. Idem in Orat.

Hōrrĭdŭs, da. dũ. hiſpidus, aſper. δασὺς, λάσιος. Vergilius lib. 3. Et glacie riget horrida barba. pes. Et horridus, (φρικτὸς) timendus. Verg. Horridus in iaculis.

Hōrrĭfĕr, ra. rum. Cic. 1. Tuſc. Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues.

Hōrrĭfĭco, cas. act. p. horrorem incutio. φρικόω. Verg. Multaq; præterea uatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

Hōrrĭfĭcŭs, ca. cũ. quod horrorẽ facit. φρικοποιός. Vt horrificum bellum, apud Cic. pro Dom.

Hōrrĭpĭlo, las. n. p. pe. cor. ſignificat horridiore, aſperioreq; pilo fruticare. Apul. libro 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

Hōrrĭsŏnŭs, a. um. pe. cor. quod cum horrore ſonat, ſiue quod horridum ſonum habet: ut, horriſonus fremitus. ἐρίκτυπος. Vergil. 9. Aen. Et Cic. 2. Tuſc. Horriſonum fretum.

Hōrrŏr, oris. m. t. tremor, proprie cum totum corpus uel frigore uel pauore intremiſcit, & ſuccuſſatur. φρίκη. Vergil. Mihi frigidus horror Membra quatit. Refertur etiam quandoq; ad toruitatem aſpectus. Apul. Quem cum aſpexiſſet, horrore hominis deterritus, ſtatim receſſit. Quandoque ad abominationem. Varr. Ira, odium, horror, eos ab incœpto retrahit. Quãdoq; ad uenerationem. Verg. Arboribus ſuus horror ineſt.

Hōrsŭm, aduerb. loci, uerſus hunc locũ. Terent. in Hecy. At at, eccum Phidippum & patrem Video, horſum pergunt: quid dicam hiſce, incertus ſum.

Hōrtātŭs, us. m. t. idem quod adhortatio, & monitio. ἐγκέλευσις. Cic. pro Archia, Quòd ſi hæc uox huius hortatu, præceptiſq; confirmata, nonnullis aliquando ſaluti fuit, &c.

Hōrtāmĕn, inis. n. t. & hortamentum, idem ſignificant. προτροπή. Liu. 10. ab Vrbe: Vbi auditur P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda.

Hōrtŏr, aris. com. p. eſt quaſi ore perſuadeo, & conſilium ad erigendum animum præſto. & aſpiratur, ne frequẽtatiuum ab orior putetur. παρακαλῶ, παρακελεύομαι, ἐγκελεύομαι. Et differt à moneo, quia monemus autoritate & conſilio: hortamur rationibus & precibus, etiã plerunq; blandiendo. Terent. Ego propterea te ſedulò Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat. Huius cõpoſita ſunt, Adhortor. Teren. Heaut. Syrus eſt apprehendendus atq; adhortandus mihi. Cohortor ſimul hortor Lactan. lib. 5. Ad contentionem cohortentur. Dehortor, diſſuadeo. ἀποτρέπομαι. Terent. in Phorm. Exhortor, ualde hortor. Lactan. lib. 7.

Hōrtŭs, tus. m. q. κῆπος. & Hortenſis. uide infrà in dictione Ortus.

Hōrŭlā, pen. cor. diminut. hora parua. ὥριον.

Hōſpĕs, itis. generis com. ſecundum Priſc. quanquam & fœm. habeatur quod eſt hoſpita. dictus eſt, quòd oſtium noſtrum petat: uel quòd ore, id eſt oſculo, adueniens nos petat. καταλύτης,

πει, ξεν☉. Lucanus: Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Alij uolūt eſſet generis omnis. nam neutrum plurale habet hoſpita, cum tamen hoſpitia dici deberet, ſicut à diues diuitia. Ouid. 15. Metamo. Nec inhoſpita tecta Crotonis. Dicūtur autem hoſpites amici diuerſarum patriarum, qui ſe mutuò recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus eſt. Ouid. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Hoſpes item pro peregrino accipitur. Cice. Acad. 1. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesq́, tanquam hoſpites, tui liberi quaſi domum deduxerunt: ut poſſemus aliquando qui, & ubi eſſemus agnoſcere.

Hŏſpitiŭm, tij. n. ſ. domus quæ gratis liberaliterq́ uenienti hoſpiti patet. Liuius lib. 2. Ibi benignè excepti, diuiſiq́ in hoſpitia curatis uulneribus. Sciendum antiqui inſtituti fuiſſe, ut hoſpitij neceſſitudo non modò inter priuatos, ſed etiā inter populos contraheretur, quod genus amicitiæ Græci προξενίαν, Latini hoſpitium publicum uocauerunt. Nam quod hoſpitium inter priuatos contrahebatur, Græcè ἰδιοξενία, Latinè priuatum hoſpitium dicebatur: cuius erat nota pignusq́ teſſera hoſpitalis, ut ille apud Plautum ait in Pœnulo: Deum hoſpitalem & teſſeram Mecum fero. Budæus: Hoſpitium familiaris quædam amicitia uel mihi hoſpitandi apud illum, uel illi apud me. Cice. Fuit mihi cum illo uetus hoſpitium. Hinc et ædes quæ publicè parātur ad egenos recipiendos, hoſpitia, hoſpitalia. ξενοκομεῖα, πτωχοδοχεῖα. appellantur. Nam illa quæ uiatoribus peregrinisq́ mercede patent, cauponæ, diuerſoriaq́ uocantur. Hinc appellamus locum inhoſpitalem. ἄξενον. quò ſine periculo non uenimus aut moramur.

Hŏſpĭtă, pitæ. f. p. & hoſpita neutro genere, & numero plurali, quæ facilè ſuſcipiunt. ξενοδόχα, ξένα. Terent. in And. Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ, Huiuſce propter conſuetudinem hoſpitæ? Sic hoſpita terra dicitur, in qua facile ſuſcipimur. εὔξενος. Plaut. in Mil. In uia hoſpita. Et hoſpita æquora, ſeu hoſpita flumina, per quæ nauigari aut tranſiri poteſt. Verg. 3. Aen. Legitur & inhoſpita, neutro genere: ut, Inhoſpita teſqua, cum tamen inhoſpes non legatur.

Hŏſpĭtālĕ, is. n. t. ſeu hoſpitium. κατάλυμα, καταγώγιον. uide in Hoſpes. Hoſpitale. ξενικὸς adiectiuum, quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitem pertinet. Liu. li. 1. Exceptus benigne ab ignaris cōſilij, cum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet.

Hŏſpĭtālis, le. o. t. pro liberali et facili ſuſcipiendū hoſpites hoſpitio, aptoq́ ad ſeruiendum hoſpiti. φιλόξενος. Cic. 3. Ver. Homo qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimusq́ noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet, noluit uideri ipſum illū Rubrium inuitus in domum ſuam recepiſſe.

Hŏſpĭtālĭtās, atis. f. t. φιλοξενία. uide in Hoſpes.

Hŏſpĭtŏr, taris. com. p. amicè in hoſpitium recipio. ξενοδοχέω. uel recipior. κατάγομαι. Et per tranſlationem hoſpitari pro in alieno ſolo creſcere. Plin. lib. 17. cap. 20. de caſtanea loquens: Nuda enim radice tota, in ſulco proſternitur. tūc ex cacumine ſuper terram relicto renaſcitur, & alia ab radice, ſed tranſlata neſcit hoſpitari, pauetq́ nouitatem.

Hŏſĭmī, orum. m. ſ. pen. corr. dicti ſunt, qui ſine naribus naſcuntur, habentes tantum foramina pro naribus. ἄῤῥινες. Hi etiam Simones appellantur, ut inquit Plin. lib. 11.

Hŏſtĭă, æ. f. p. ab hoſtibus dicta eſt. Propriè enim erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellū proficiſcente pro impetrāda cōtra hoſtes uictoria: aut quod iam profligatis hoſtibus mactari ſolebat ab eo qui uictoria potitus erat. Oui. 1. Faſt. Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet. Hieronymus: Hoſtia dicitur, quæ per partes diuiditur, & ſanguis circa altare effunditur, & ipſa hoſtia foris cōburitur. Sacrificium, dicitur uinum & oleum, & medium animal. Holocauſtum, totum combuſtum. Et uictima, antè quàm occidatur.

Hŏſtĭcŭs, a. um. pen. cor. idem quod hoſtile. πολέμιος, ἐχθρός. Horat. in Serm. Hunc neque dira uenena, nec hoſticus auferet enſis.

Hŏſtīlis, lĕ. o. t. pen. pro. quod eſt hoſtis. πολεμικόν. Verg. Indutoq́ iubet truncos hoſtilibus armis. Hoſtilis in Rempu. animus, Cic. ad Brutū. Hinc hoſtiliter, aduerb. ad modū hoſtiū. πολεμικῶς. Cic. 5. Phili. Quid ille fecit hoſtiliter?

Hŏſtīmēntŭm, ti. n. ſ. æquamentum, ut cum quis pro beneficio cōpenſationem accipit. ἀντάμοιβή. Plaut. in Aſin. Par pari datum, hoſtimentū eſt, opera pro pecunia.

Hōſtio, ſtis. æqualiter eo, procedo, æquo, & uicê reddo. ὁμαλίζω. Plautus in Aſin. Quin promit-to, inquam, hoſtire cōtrà, ut merueris: id eſt æ-qua reddere. Quandoq; comprimo, coërceo: dictū ab hoſtia. Pacuuius: Niſi coërcuero pro teruitatem, atq; hoſtiero ferociam. Quando-que offendo, cædo. Idem: Nunc id mihi mole-ſtum eſt, quòd hoſtis uoluntatem tuam. Huius compoſitum eſt rehoſtio, quod eſt, uicem refe-ro, ut inquit Feſtus.

Hōſtis, is. com. t. (πολέμιος) ab hoſtio. ſtis, quod eſt æquo, quòd in hoſtium conflictu ſoleat fieri quædam æquatio ordinum, ſeu quòd ex æqua cauſa pugnā adeant. Vnde apud antiquos ho-ſtis peregrinus dicebatur, quòd ſuis legibus ui-uens, nobis æquus uideretur. Nunc dicūt eum quem tunc dicebāt perduellem, qui nobis, aut cui nos bellū publicè decreuimus. Cic. 1. Offi. Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis uoca-retur, lenitate uerbi triſtitiam rei mitigāte: ho-ſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.

Hōſtiūm, tij. n. ſ. (inquit Varro) uocant, quod ex uno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt, quem alij centū qua-draginta aiunt eſſe modiorum.

Hōſtōriūm, rij. n. ſ. lignum æquatorium, baculus cū quo modius & cæteræ menſuræ æquantur. κάχις, ὁ μαλίστρα. Et alio nomine radius dici-(tur.

H ANTE V.

HV̄bĕr, eris. com. t. οὖθαρ. ſecundum Apu-leium cum h ſcribitur, ab ὕω pluo. Alij magis ab humeo, ſicut tuber à tumeo, m in b cōuerſo. Loca enim arida infœcūda ſunt: contrà quæ humecta ſunt feracia. Et mulierū hubera ſi humore careant, carebunt & lacte. Cato lib. 2. Orig. Ita res huber fuit. Cic. de Na tur. Huberrimi lætiſſimiq; fructus uitium. Huius contrarium eſt inhuber. Gellius: Inhu-beres, & multæ quidem macræq; eſſent. Hu-»ber uerò neutri generis, mamma eſt. Vergil. »Binos alit hubere fœtus. Propriè tamen hu-bera, uidentur dici interiora mammarū: mam mæ uerò, huberis eminentiæ. Ver. lib. 3. Geor. Læta magis preſſis manabunt hubera mam-mis. Ab huber, pro fœcundo, fit hubertas. εὐθη-νία. hubertim. πιόνως. & huberrimè, aduer bia, pro fœcundè, copioſè.

Hūbĕro, ras. a. p. huberem & fœcundum facio. πιαίνω, γόνιμον ποιῶ. Pallad. lib. 4. Hoc uelut coitu ſteriles arbores huberantur. Huberare, pro exhuberare, ſeu huberem & fœcundum eſſe, dixit Colum. lib. 5. cap. 9. Neq; enim olea continuo biennio huberat, id eſt fœcunda eſt & fertilis.

Hūbĕrtŭs, ta. tum. abundans. γόνιμος. Gell. Sed ea ipſa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt, tria in tribus: magnificum in Vlyſſe, & hubertum: ſubtile in Menelao, & co-hibitum: mixtum moderatumq; in Neſtore.

Hūc, aduerbium ad locum. δεῦρο. Teren. in Eu-nu. Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hoſpite. Huc & illuc, incertum iter oſten dunt. Cic. ad Attic. Ne curſem huc & illuc de-terrima uia. Huc uſq;, pro uſq; huc. Huccine tandem omnia reciderunt? Cic. 7. Verr.

Hūdŭm, uide in dictione Vdum.

Hŭi, interiectio eſt admirantis, inquit Donatus. Teren. in Heaut. Hui, tam graueis hos quæſo? Idem in And. Hui, tam cito? ridiculum.

Hŭic, uel hŭic. τούτῳ, ταύτῃ. datiuus pronominis, »monoſyllabum eſt, ut apud Verg. Huic cōiunx »Sichæus erat. Quandoq; per diæreſim diſſylla-»bum efficitur. Statius 1. Theb. Lætus huic do-mino uideas dare iura nepotes.

Hŭiŭſcĕ, genitiuus ab hic, hæc, hoc, compoſitus cū ſyllabica adiectione ce. Cice. 7. Verr. Quos tamen fructus huiuſce neceſſitudinis in iſtius imperio tulit.

Hŭiŭſmŏdi, & huiuſcĕmodi. τοῖος. nomina ad-iectiua, ex pronomine & nomine compoſita, o-mnis generis & indeclinabilia. Vel ſecundum aliquos obliqui caſus, omnibus generibus figu ratè adiuncti. Teren. in Heaut. Huiuſmodi, ob-ſecro, aliquid reperi. Huiuſcemodi eiuſdem eſt ſignificationis cum huiuſmodi.

Hŭlŭlă, læ. f. p. pen. cor. auis buboni ſimilis, quæ à cantu ſuo nomen accepit. uide Vlula.

Hŭlŭlo, las. a. p. pen. cor. proprium eſt uocis tum »luporum, tum canum. ὠρύομαι. Vergil. 6. Aen. »Viſæq; canes ululare per umbrā. Hinc hu-lulatus. us. m. q. ipſe hululandi actus, ὠρυγή. Cæ ſar 5. Belli Gall. Tum uerò ſuo more uictoriā conclamant, atq; hululatum tollunt.

Humānæ res. τἀνθρώπινα. dicuntur res hominū

ut argentum, numi, fundus, poſtremò etiam ipſa cogitatio.

Hūmānitās, atis. f. t. proprie naturam humanam ſignificat. ἀνθρωπισμός, ἀνθρωπότης, facilitas, lenitas, manſuetudo, comitas, urbanitas, benignitas, manſuetudo morū, &c. Cic. pro Roſc. Amer. Multum eſt uis humanitatis, communio ſanguinis, natura ipſa. Et quoniam eruditio & bonarum artium diſciplinæ ſolius hominis ſunt propria, factum eſt, ut humanitas accipiatur pro eruditione & bonarū literarum ſcientia, ut oſtendit Gell. lib. 13. cap. 16. ex Varronis lib. Rerum hum. 1. Cic. in Verr. Tu ſine ulla arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis ſolus iudicas?

Hūmānitŭs, aduerb. ſignificat ab hominibus, ſiue more humano. ſicut diuinitus à deo, & cœlitus à cœlo. ἀνθρωπίνως. Plin. lib. 10. cap. 56. Vrſi autem (ut dictum eſt) humanitus ſtrati, id eſt ut ſolent homines.

Hūmānē, aduerb. benignè, manſuetè, faciliter, leniter. Teren. in Adelph. Cum placo, aduerſor ſedulò, & deterreo, tamē uix humanè patitur. Humanè ferre morbum, Cic. 2. Tuſc.

Hūmānitĕr, aduerb. ſignificat cum humanitate. φιλανθρώπως. Cic. ad Mariū lib. 7. Famil. Propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro, docebo profectò, quid ſit humaniter uiuere. Idem ad Att. lib. 1. Sin aliter acciderit, humaniter feremus. id eſt æquo animo.

Hūmānŭs, na. num. o. ſ. ab homo, mutato o in u. dicitur mitis, clemens, manſuetus, beneuolus, comis, affabilis, blandus, urbanus, & proprie quod eſt hominis, uel quod ad hominem ſpectat. ἀνθρώπινος, ἀνθρώπειος. Cice. 4. Ver. Quod eſt aliud in illa prouincia genus humanum? Terent. in And. Hæc ego putabam eſſe omnia humani, manſuetiq; animi officia.

Hūmārĭŭm, rij. n. ſ. ſacrificij genus.

Hūmēcto, as. act. p. frequent. ſæpe humidum facio. δεύω, βρέχω. Verg. lib. 4. Georg. Qui niger humectat flauentia culta Galeſus.

Hūmĕo, mes. mui. mectum. n. ſ. madidus ſum. ἰκμάζω, νοτίζομαι. Colum. lib. 4. Verum eſt in opere difficilior, quòd neq; humentem fodere poſſis, quo ſit glutinoſa: nec nimium ſicca, quia ultra modum prædura.

Hūmĕrŭs, ri. m. ſ. pen. cor. eſt pars illa corporis, à qua dependent brachia. quæ etiam alio nomine uocatur armus, autore Feſto, quod ab ea parte dependeant arma. ὦμος. Teren. in Eunu. Quas matres ſtudent Demiſſis humeris. Humeri etiam de bobus dicuntur. Cicero de Nat. Deor. In bobus uires humerorum & latitudinem ad aratra extrahenda. Item de gallinaceis. Col. libro 8. cap. 2. Iubæ deinde uariæ, uel ex auro flauæ per colla, ceruicesq; in humeros diffuſæ. Hinc humeroſus. a. um. quod altos humeros habet. ὑψώμοι: ut, Humeroſus locus. Colum. lib. 4.

Hūmēſco, n. t. humectus fio. δεύομαι. Verg. libro 2. Georg. Humeſcunt ſpumis, flatusq; ſequentū.

Hūmĭdŭs. a. um. o. ſ. pe. cor. quod extrinſecus humorem inducit, uel quod humorem habet. πολύχυλος, ἔνικμος, ὑγρός. Verg. Et iam nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos.

Humifer, feri. m. ſ. uide in Humo.

Hūmĭgātŭs, a. um. o. ſ. humore perfuſus. βεβρεγμένος. Apuleius lib. 1. Flor. Vel enim colliculus ſepimine conſecratus, uel truncus dolamine effigiatus, uel ceſpes libamine humigatus, uel lapis unguine delibutus.

Hŭmĭlis. lĕ. o. m. t. pe. cor. dicitur quod eſt humi decliue. ταπεινόν, κατερριμμένον, χθαμαλόν. Cice. in Tuſc. Vites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere à terra altius poſſunt. Vnde & pro paruo, & ſubmiſſo ponitur. Verg. Atq; humiles habitare caſas. Col. lib. 4. Bos humilis, inquit. Item pro contempto, abiecto, demiſſo. Cic. 5. de Fin. Qui altiore animo non ſunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant.

Hŭmĭlio, lias. act. p. (ταπεινόω) humilem facio, & quaſi abiectum ac uilem: ut eſt illud, Humiliauit ſeipſum, formam ſerui accipiens.

Hŭmĭlĭtās, atis. f. t. ταπεινότης. contrarium altitudini. Cic. in Tuſc. Sydera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia. Humilitas, ignobilitas, paupertas. Cic. lib. 1. Offic. Quorū autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominū ignoratione uerſatur. Humilitatē generis alicui obijcere, apud Ciceronem.

Hŭmĭlitĕr, aduerb. hoc eſt demiſsè: cōtrarium habet altè. Plin. in Epiſt. Eadem enim facta claritate uel obſcuritate facientium aut tolluntur altiſſimè, aut humilimè deprimuntur.

Hūmo.

Hŭmo, mas. act. p. humo contego, ſepelio. θάπτω, χόω. Cice. In terram enim cadentibus corporibus, hiſq; humo tectis, ex quo dictum eſt humari, ſub terram cenſebant reliquam uitam agi mortuorum. Huius compoſita ſunt, exhumo, quod eſt è terra extraho. Inhumo, terræ iniicio. ἐνταφιάζω. Plin. li. 17. Non inhumare talea aut ſiccare prius, quàm ſerantur, utilius cõpertum. Vnde inhumatus. ἄταφος. inſepultus. & Humatio, uerbale. Cicero 1. Tuſcul. Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.

Hūmĭfĕr, a. um. o. ſ. adiectiuum. (ab humore fit, » non ab humo) Cic. 1. de Diuin. Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum.

Hūmŏr, oris. m. t. aqua, liquor: ab humus fit, quia aquæ terris incluſæ ſunt. χυμός. Cic. de Diuin. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectorijs uidemus, Auſtro, poteſt ſudorem imitari.

Hŭmŭs, mi. f. ſ. terra dicitur. χθών. Cic. de Senectu. Humus ſubacta atq; pura. Hŭmi, genitiuus uice aduerbij ponitur. Plin. lib. 1. cap. 13. Humi quoq; uice pedum ſerpũt. Ab humus uenit humeus. a. um. quod ex humo eſt. χοϊκός.

H ANTE Y.

HYăcinthĭnă. ὑακίνθινα. ſubſtant. (ut autor eſt Hieron. contra Iouin.) dicebantur quædam ſacra nocturna: hyacinthina uerò, adiectiuum eſt ab Hyacinthus.

Hyăcinthizŏntĕs, quarta ſmaragdi ſpecies. Plin. libro 37. cap. 5. Vide & Hyacinthus.

Hyăcinthŭs, thi. m. ſ. ὑάκινθος. flos, uiola. Vnde Hyacinthinus. na. num. pen. cor. color aërius. » Ouidius lib. 10. Metamorph. Annua præclara redeunt hyacinthina pompa. Sunt autem hyacinthi albi, & cærulei, & rubei ſiue purpurei. » Vnde & hyacinthina. Vergilius: Et ſuaue rubens hyacinthus. Inde rubræ ueſtes, hyacinthinæ nominantur, hoc eſt hyacintho flori ſimi» les. Perſius: Hic aliquis cui circum humeros » hyacinthina læna eſt. Et inter gemmas, quæ berylli dicuntur, ὑακινθίζοντες uocantur, quia rubore quodã ſuffuſi ſunt. Item hyacinthus, thi. f. p. per ſe gẽma eſt, amethyſto ſimilis. Hyacinthinus color, hyſginus etiam dicitur, à genere herbæ, quæ hyſge dicitur. Sunt qui hyacinthos uaccinia interpretentur Latinè. Plinius: Italiæ, inquit, uaccinia in aucupijs ſata: Galliæ uero etiam purpurea, tingendi cauſſa ad ſeruorum ueſtes.

Hyænă, æ. f. p. (ὕαινα) cum diphthongo & pen. prod. animal ferum atq; agreſte, quod alternis uicibus maſculum eſſe & fœminam tradit Plinius lib. 8. cap. 30. ſermonem quoq; humanum aſſimulare, in cuius ſpina articulus ſiue nodus eſt ad medicamina efficax. Hierony. Fel hyænæ oculorum reſtituit claritatem. De animali » Ouid. libro 15. Metamorph. Et quæ modò fœmina tergo Paſſa marem, nũc eſſe marem miramur hyænam.

Hyălŭs, li. m. ſ. (ὕαλος) penul. cor. uitrum. Et pro » uiridi colore ſumitur. Vergilius lib. 4. Georg. » Mileſia uellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore. id eſt, uitri, quòd ſit naturaliter coloris uiridis. Inde fit hyalinus, (ὑάλινος) pro uitreo.

Hybĕrnă, orum. n. ſ. numero plurali, dicuntur loca in quibus milites hyeme ſtationem faciunt: ſicut æſtiua, in quibus æſtiuo tempore commorantur. χειμάδια. Cæſar: Poſt hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus eſt. Varro appellat hybernacula. Liu. In eo loco milites hybernacula ſibi conſtituerunt.

Hybĕrno, nas. n. p. hyemo, ſeu in hyeme ſtationẽ facio, διαχειμάζω. Cice. pro lege Man. Iam uerò quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones ac literæ perferuntur.

Hybĕrnŭs, na. num. quod eſt hyemis: ut hyberna glacies, quod nomen ab hymbre deduci aſpiratio indicio eſt. χειμερινός. Quidã tamen magis per i Latinũ ſcribunt hibernus: ſicut & hiems, & himber. Fit autem hybernus ab hymber, remota m, ſicut à patre, paternus: ſed utcunque ſcripſeris, puto culpandus non eris.

Hybris, idos. uel Hybrida. æ. com. t. & p. propriè dicitur ſus imparibus prognata parẽtibus, hoc eſt altero fero et altero domeſtico, ſic quicquid è coitu animalium diuerſorum generum naſcitur hybris dicitur, quaſi per dedecus & natura contraria natum: atq; adeò etiam ad homines transfertur non eiuſdem gentis parentibus prognatos, ut apud Suet. Themaſinus quidam Epicardus uocatur Hybrida, quòd natus eſſet patre Parthico, et matre Romana. Sic etiam dici poſſunt per adulterium & concubitum inconceſſum editi, ab ὕβρις quod contumeliam

Digitized by Google

lion & dedecus ſignificat. Eſt etiam Hybris auis ex accipitrum genere, quæ die minus apparet, quia non clare uidet, ſed nocte uenatur more aquilæ. Pugnat etiam cum aquila adeò acriter, ut ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram.

Hydră, æ. f. p. ὕδρα. excetra. Cicero in Arame Hydra tenet flexu crateram, coruus adhæret. Vide in dictione Hydrus.

Hydrăgyrĭūm, rij. n. ſ. ὑδράργυρος. pigmenti genus, in uicem argenti uiui aliquando dilutū, quo argentum optimè inauratur. Plinius libro 33. cap. 3. Aes inaurari argento uiuo, aut certe hydrargyrio legitimum erat.

Hydraūlŏs, li. m. ſ. ὑδραυλὸς. organum dicitur ex trahendæ à profundo aquæ idoneum. Valla: Hydraulam Vitruuius accipit pro machina quadam ſimili tympano, ſeu molendino: ſimulque pro inſtrumento muſico, quod organa uocant, licet propriè organa ex chordis conſtent. Plinius libro 9. capite 8. Delphinus non tantum hominis amicum animal, uerum & muſica arte mulcetur, ſymphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli ſono. Hinc Hydraulicus. a. um. Plinius libro 7. cap. 37. Laudatus Cteſibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Hydrĭă, æ. f. p. ὑδρία. urna ad capiendam aquam. Cic. 4. Verr. Dicebant ſcyphorum paria com plura, hydrias argenteas, precioſam ueſtem, ſtragulam, multa mancipia precioſa Verri data eſſe.

Hydrŏlăpăthŏn, lapathij, genus, quod in aqua naſcitur. Eſt autem lapathium herba nota. Plin. lib. 20. cap. 21. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydrŏmăntĭă, æ. f. p. penul. prod. ὑδρομαντεία. diuinatio quæ fit in aqua. Auguſt. lib. 7. de Ciuit. ſcribit, Numam Pompilium hydromantiam feciſſe, ut uideret imagines deorum, uel ludificationes dæmonū: à quibus audiret, quid in ſacris conſtituere atq; obſeruare deberet. Quod genus diuinationis Varro à Perſis dixit illatum, quo & ipſum Numam, & Pythagoram philoſophum fuiſſe uſum cōmemorāt.

Hydrŏmĕli, aquæ mulſæ, ſeu aquæ mellitæ: quæ etiam Græcis Melicrates dicitur. Plin. lib. 31. cap. 6. Hydromeli quoq; ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quòd daretur appetentibus uinum ægris.

Hydrŏphŏbĭă, æ. f. p. dicitur ipſe morbus ex aqua proueniens: à uerbo Græco φοβέομαι, quod ſignificat timeo, & ὕδατος aqua. Hinc Hydrophobi, & hydrophobici, qui expauent aquam. Plin. lib. 28. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis, qui cum datur in potu fieri hydrophobos non patitur.

Hydrŏphŏbŏs, formido & pauor aquæ dicitur in ijs, quos canis in rabie percuſſerit.

Hydrōps, opis. ὕδρωψ. generis maſc. morbū denotat, & Latinè dicitur aqua intercus, ſubcutaneus morbus: quoniam ſub cute aqua ſit, » qua uenter turgeſcit. Horati. Creſcit indul» gens ſibi durus hydrops, Nec ſitim pellit, niſi » cauſſa morbi Fugerit uenis, & aquoſus albo Corpore languor. Huius tria ſunt genera: Tympanites nomen habens à tympano inſtrumento muſico, cū corpus ſpiritu magis quàm aqua diſtenditur, pulſatumq; tympani ſonum reddit. Aſcites, ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, hoc eſt ab utre, cum alimenta in aquam conuertuntur, quæ inter inteſtina & tunicam, quam peritoneon uocant, uelut in utrem colligitur. Tertium genus omnium periculoſiſſimum, & penè incurabile uocant Leucophlegmatian, uel Hypoſarca, cum ſolidæ corporis partes in aquam reſoluuntur, adeò ut corpus reddatur pallidum & cadaueri ſimile. Vide Celſum lib. 3., cap. 21. ab Hydrops fit hydropicus qui hydrope laborat. Horatius: Si nolles ſanus, curres hydropicus.

Hydropĭſis, is. idem quod hydrops, dum morbū ſignificat. Plinius libro 20. cap. 1. Sic & contra phthiriaſim bibitur, & hydropiſes:

Hydrūs, dri. m. ſ. et hydra, genus anguiū in aqua degentiū. Sed hydrus mas, hydra fœmina. Hydram finxerunt poëtæ eſſe multorum capitū in Lerna palude, quorum aliquot exciſis, totidem cōtinuò renaſcebantur: tandem ab Hercule & ſagittis & igne interfecta eſt. Plinius lib. 29. ca. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua uiuit. hydri uocantur, nullis ſerpentium inferiores ueneno. Vide Hydra.

Hyĕmo, as. are. n. p. id eſt hyemem ſiue frigus facere, eo modo quo pluere legimus. χειμάζω.

Colum.lib.11.cap.2. Auſter aut Africus hyemat. Significat & hyeme ſtationem facio, quod & hyberno dicitur. Cicero pro Font. Cneus Pompeius, maximus atq; ornatiſſimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Hyematio. παραχειμασία. hyemis traductio. Varro 3. de re Ruſtica, capite 16. Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hўĕmālĭs, le.o.t. hybernus. χειμερινός. ut hyemalis dies. Cic.5.Tuſ. In ea tamẽ gente primũ hi qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucaſi niues hyemalemq; uim perferunt ſine dolore. Hyemalis nauigatio, & minime portuoſa, apud Cic. in Epiſt. Famil.

Hўĕms, is.f.t. (χειμὼν) ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo, quòd id tempus anni pluuioſum ſit. Varro ab hiando deriuat, quòd anima quæ à nobis flatur tum appareat. Spiritus enim noſter cum ſpiramus hyeme, quaſi in nebulam concretus cernitur. Hinc hymber quaſi hyember, detracta e litera. Hyeme enim exiſtunt frequentiores hymbres. Ab ipſo autem hymbre fit hybernus. χειμέριος. Significat autem hyems quandoque quartam partem anni, quæ eſt inter autumnum & uer. Vergil. Atq; hyemes optare ſerenas Agricolæ. Interdum uim uenti: ut Sæpe illos aſpera ponti Intercluſit hyems.

Hygrŏmўră, orum.n.ſ. liquida unguenta fœminarum auribus expetita.

Hўlāctŏr, oris.m.t. ὑλάκτωρ. dictus eſt canis, à latratu. Nam ὑλακτεῖν, latro ſignificat.

Hўmbĕr, bris.m.t. ὄμβρος. uide in dict. Imber.

Hymēn, enis.n.t. (ὑμὴν) tenuis uirginalis pellis, quæ primo coitu abrumpitur. Ouid. in Epiſt. Turpia famoſus corpora iungit hymen. Sed Hymenæus primam ſemper corripit. Eſt & hymen quælibet membranula tenuis.

Hўmnŭs, ni.m.ſ. Latinè laus, canticum. Martialis lib.12. Inuitus puerum fatetur hymnus.

Hўŏſcĭămŭs, mi.m ſ. genus herbæ eſt, quæ uulgò Hiuſquiamus dicitur, faba porcina. Colu. lib.7. ὑοσκύαμος, cuius ſemẽ detritum & cum uino datum, prædicto uitio medetur. Hyoſcyaminus.a.um. ut Oleum hyoſcyaminum, quod ex hyoſcyamo decoquitur, Plin.lib.23.cap.15.

Hўŏsĭrĭs, herba intybo ſimilis, ſed minor, & tactu aſperior: uulneribus cõtuſa præclare medetur. Plinius libro 27.cap.10.

Hўpăgōgeŭs, (ὑπαγωγεὺς) inſtrumentum quo lapides expoliuntur.

Hўpăgŭm, gi.n.ſ. inſtrumentum quoddam nauale. Plin.lib.7. cap.56. Hypagon Salaminij inuenerunt, aut Pericles Athenienſis.

Hўpāllăgē, es.f.p. ſubalternatio, ſiue ſubmutatio. ab ὑπὸ, ſub, ἀλλαγὴ, mutatio. Figura cũ uerba per aduerſum intelliguntur: ut, Trade ratiuentos, date claſſibus æquor.

Hўpēnĕmĭŭm ouum.n.ſ. (ὑπηνέμιον) dicitur, ex quo nihil gignitur, à Latinis ouum irritum, & uentoſum appellatur. Plin.lib 10.ca.58. Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) æquè ſaliunt, pariuntq; oua irrita, quæ hypenemia Græci uocant.

Hўpĕrăſpiſtēs, (ὑπερασπιστὴς) Latinè protector, ab ὑπὲρ & ἀσπὶς. Hieronymus in Præfa. Penta. Cum Ariſteus eiuſdem Ptolemæi hyperaſpiſtes, & Ioſephus non multò pòſt nihil tale retulerint.

Hўpĕrbăsĭă, æ.f.p. ὑπερβασία. transgreſſio.

Hўpĕrbăsĭs, is.f.t. (ὑπέρβασις) ſiue hyperbaton, pen.cor. Latinè tranſgreſſio uerbi, ſecundum Quintil. libro 8.cap.6. quam frequenter ratio comparationis & decor poſcit. Fit enim frequentiſſimè aſpera & dura & diſſoluta & hians oratio, ſi ad neceſſitatẽ ordinis ſui uerba redigantur. Lõgius ergo uerbum propriè hyperbaton eſt: ut Animaduerti iudices omnem accuſationis orationem in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas partes diuiſam eſſe, rectum erat, ſed durum & incomptum. Dictum Hyperbaton, ab ὑπερβαίνω, quod tranſcendo uel tranſgredior denotat.

Hўpĕrbŏlē, es.f.t. (ὑπερβολὴ) pen.corr. dici poteſt eminentia, uel (ut ait Cice.) ſuperlatio. à Quintiliano ſuperiectio interpretatur: à quibuſdam uerò exceſſus. Nam ὑπὲρ ſuper, βολὴ iactus. Hieronymus in Epiſt. contra Origeniſtas: Tollite amoris ὑπερβολὴν, & nos tollimus odij magnitudinem. Eſt & figura cũ dictio excedẽs fidem, ponitur augendi uel minuendi gratia. Augendi: ut, Niue candidior. Minuendi: ut, Volantis te folij ſonitus terret. uel tardior teſtudine. Hinc hyperbolicus, ca.cum. quod eſt exceſſiuum.

Hўpĕrcătălēctĭcŭm metrum. ὑπερκατάληκτον.

dici=

dicitur cui una ſyllaba, uel duæ ſuperant. Vergili. Alloquitur Venus: ô qui res hominumꝗ deorũꝗ. Illud dactylicũ hypercatalecticũ eſt.

Hy̆pĕrmĕtĕr, tri. m. ſ. & hypermetrus, abundãs ſyllaba, ut Hominumꝗ locorumꝗ. Et debet ſequens à uocali incipere, niſi fiat ſynæreſis: ut, Cura peculi.

Hy̆phĕn, n. t. (ὑφὲν) ſubunio interpretatur, ex ὑπὸ & ἓν unum. quod fit, cum plures dictiones proferuntur ſub uno accentu. Vergil. 1. Aeneid. Neque enim ignari ſumus antemalorum. Vbi Seru. Antemalorum ὑφὲν eſt.

Hypnālēs, is. f. t. (ὑπναλοὶ.) aſpides dictæ ſunt à ſomno. Cleopâtra (teſte Solino) Hypnalem aſpida adhibuit ad morſum, ut ita ſomno extingueretur. Ptyades uerò appellant, quæ ſaliuas uenenatas in oculos hominum expuunt.

Hy̆pŏcauſtum, ſti. n. t. locus ad ſudandũ, qui & uaporarium dicitur, ἀπὸ τοῦ ὑποκαίειν. id eſt ſubtercaleſacere: nam uaporandis cubiculis balneisꝗ præparatur. Cicero ad Qu. fratr. In balnearijs hypocauſta in alterum apodyterij angulũ promoui, propterea quòd ita erant poſita, ut eorum uaporarium ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi. Sic legit Sipontinus, at omnia ferè exemplaria pro Hypocauſta, habent Aſſa: quæ tamen dictio quid ſignificet, uideo etiam doctos ignorare. Hodie hypocauſtis utuntur Germani (ipſi Stubas uocant) ad uaporanda cubicula.

Hy̆pŏcrĭſĭs, is. f. t. ſimulatio, quaſi ſubiectio iudicij: ab ὑπὸ, & κρίσις iudicium.

Hy̆pŏcrĭtă, æ. com. p. ſimulatus, qui in ſpectaculo perſonam ſubit alienam, ut ſeruus perſonam domini. Græci hypocritam uocãt ſimulatorem. Vnde & mimus hypocrita dictus, quia imitator eſt & ſimulator. Quin. lib. 2. ſcribit Aeſchinem hypocritã fuiſſe oratorem. Quæ ſpecies argumenti translata eſt in his, qui falſo incedunt uultu, & ſimulant, quod nõ ſunt.

Hy̆pŏchŏndrĭum, drij. n. ſ. præcordia, alio nomine exta: nonnulli partem corporis ubi ilia dolent. Græci phrenas dicunt. In his uitalitas maximè conſiſtit. Dictum à cartilagine, quaſi ſubcartilagium, & eſt ſuper umbilicum: alij lagaron uocant.

Hy̆pŏdĭăſtŏlē, les. f. p. ſubdiſtinctio.

Hy̆pŏdĭdăſcălus, li. m. ſ. dici poteſt repetitor, ſubpræceptor, ab ὑπὸ ſub & διδάσκαλος magiſter. Cice. ad Papyr. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo.

Hy̆pŏgæă, orum. n. ſ. loca ſubterranea dicuntur à Græcis, quæ dictio frequens eſt apud Ioſephum & Egeſippum. Hypogæorum (inquit Bud.) appellatio complectitur cellas uinarias carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hy̆pŏgēſŏn, (ὑπόγεισον) herba, quæ in ſubgrundijs naſcitur. Græci nanꝗ partes tecti prominentes γεῖσα appellant.

Hy̆pomnēmă, atis. n. t. ὑπόμνημα. & hypomnematum ſumitur pro interpretatione & commentarijs. Cic. Tyroni: Multũ mihi eripitur operæ in exeribendis hypomnematis.

Hy̆pŏſphagmă, atis. n. t. uenarũ in oculis ruptura, ex ictu ferè proueniens. Paulus li. 3. cap. 22.

Hy̆pŏſtăſis, ſis. f. t. ſubſiſtentia, ſiue ſubſtantia: à theologis pro perſona capitur. Vnde hypoſtaſes, perſonæ ſubſiſtentes appellantur: nam στάσις ſtatio dicitur.

Hy̆pŏthēcă, cæ. f. p. ὑποθήκη. pen. prod. Latinè pignus, teſte Martiano, qui dicit, Inter pignus & hypothecam tãtum nominis ſonus differt, cui aſſentitur Valla. Cice. ad Thermum: Cures uelim, ut aut de hypothecis decedat, eaſꝗ procuratorib. Oluuij tradat, aut pecuniã ſoluat.

Hy̆pŏtheſis, ſis. f. t. pen. cor. argumentum ſiue materia, cauſa, thema, propoſitum. Cic. in Topi. Quod Græci hypotheſin uocãt, nos cauſam.

Hy̆pŏzeuxis. is. f. t. ὑπόζευξις. ſubconiunctio, figura cum ſingulis ſenſibus datur propria clauſula. Verg. Regem adit, & regi memorat nomẽꝗ genuſꝗ: Quid ue petat, quidue ipſe ferat, &c. Ab ὑπὸ ſub, & ζεῦξις cõiunctio.

Hy̆pŏzy̆gĭă, orum. n. t. ὑποζύγια. dicta ſunt animalia, quæ iugum ſubeunt quaſi ſubiugalia. ὑποζύγιον iumentum dicitur.

Hy̆ſgĭnum, ni. n. ſ. color ſimilis coccineo: unde Græci ueſtes ὑσγινοβαφῆς appellant, hoc eſt hyſgino tinctas. Plin. lib. 2. Hyacinthus in Gallia maximè prouenit. Hoc tibi pro cocco hyſginum tingitur. Et lib. 31. cap. 6.

Hy̆ſsōpus, pi. ſ. (ὕσσωπος) fœminini generis, & hyſſopum neutri, cum y. ſecundum Apul. herba pulmoni ualde utilis: huius penultima producitur, cũ apud Græcos ſcribatur per ω, quãuis Macer corripuit: Eſt hyſſopum ſiccum

calidumq́;, & tertius illi Eſt in utriſq; gradus.

Hyſsōpitēs, hyſſopitæ, maſ. gen. ſed figuratè neutro iungitur: & eſt uinum factitium ex hyſſopo. Colum. lib. 12. ca. 35.

Hyſtĕriă, (ὕστερα, τὰ χόρια) Latinè ſecundinæ, folliculi ſunt continentes fœtum in matris utero cum menſtruis.

Hyſtĕrŏlŏgiă, locutio præpoſtera: figura eadem cum ea, quæ dicitur hyſteron proteron.

Hyſtĕrŏn ultimum uel nouiſſimum. Vnde hyſteron proteron, eſt figura, cum ſententia ordine commutatur: ut, Poſtquam altos tetigit fluctus & ad æquora uenit. nam prius ad æquora uenit, quàm tangeret fluctus.

DE LITERA I.

I Litera uocalis, eſt quæ etiam conſonans fieri conſueuit, & modò pro ſimplici, modò pro duplici accipitur. Pro ſimplici tũc habetur, quando ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita, ſubſequente uocali in eadem ſyllaba: ut Iuno, Iupiter. Pro duplici autem, quando in medio dictionis, ab ea ſyllaba incipit poſt uocalem ante ſe poſitam, ſubſequente quoq; uocali in eadem ſyllaba, ut maius, peius, Maia. Nonnunquam tamen reperitur i litera pro conſonante in medio dictionis poſita, ſed in compoſitis, ut reijcere, reiectus. Notandum tamen i literam pro conſonante aſpirari non poſſe, cum nulla conſonans ante ſe aſpirationem accipere ualeat. Vnde Hieroſolyma ſex ſyllabarum eſt, hiulcus trium. Ac per deriuationem quidem tranſit i in alias uocales. In a, ut genus, generis, generatim: paulus pauli paulatim. In e, fortis, forte. In o, pater patris, patronus. Eſt etiam imperatiuus modus ab Eo, is. ἴθι, ὕπαγε. Teren. I præ, ſequar.

I ANTE A.

IĂcĕo, ces, iacui, iacêre: cubare, decumbere et proſtratum eſſe. κεῖμαι, ἔῤῥιμαι. Verg. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Dicimusq́;, iaceo in ſtrato, iaceo humi. Liu. lib. 1. de Bell. Pu. Humi iacentem inter cuſtodias ſtationesq́; militum circumſpexerunt. Quandoq; ſignificat extare, eſſe. Salluſt. In medio campus iacet, aquis undiq; ſcatens. Quandoq; plenum eſſe. Verg. lib. 3. Geor. Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu. Quandoq; perplurimum porrigi. Idem in eodem: Tantũ campi iacet. Quãdoq; ſqualere. Lucil. lib. 30. Et ſua præcipuè retrò relicta iacere. Qundoq; ſepultũ eſſe quod iaceant, nec amplius cadauera moueantur. Lucan. Ille iacet, læta paci quem prætulit orbis. Quandoq; ſepultum eſſe. Mart. Non aliter cineres mando iacere meos. Aliquando deiectum eſſe, ac contemni. Cic. in 2. Finium: Maximas uerò uirtutes iacere neceſſe eſt, uoluptate dominante. Sic κεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζεσθαι. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Adiaceo, iuxta iaceo. πρόσκειμαι. Interiaceo, in medio iaceo. παράκειμαι. Liu. Deſcendunt in planiciem quæ inter Capuam Tiphatamq́; interiacet. Subiaceo, ſubtus iaceo, & ſubditus ſum. ὑπόκειμαι. Lactant. lib. 3. Quoniam igitur utriſq; ſubiacet fortitudo. Obiaceo, de quo alibi. Et hæc habent pen. cor. in triſyllabis.

Iăcio, cis. ieci. iacere, iactum. a. t. ſignificat emitto, ac ui impello. ῥίπτω, βάλλω. Cic. in Ver. In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. Item ponere. βάλλειν. trãslatio ſumpta ab ædificijs, maximè à cothonibus, id eſt, portubus manu factis, quibus magna iaci fundamenta neceſſe eſt. Cic. in Philip. In quo tẽplo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Huius cõpoſita ſunt, Abijcio. ἀπορρίπτω. adijcio, conijcio, circumijcio, unde circumiecta impedimenta dicimus. Deijcio. καταβάλλω. diſijcio eijcio, inijcio, interiacio, obijcio, præiacio, proijcio, reijcio, ſubijcio, traijcio, & ſuperiacio. ἐπιῤῥίπτω.

Iăctāntĕr, (ἀλαζόνως) aduerbium, à participio iactans formatur, & ſignificat cum iactantia.

Iăctāntiă, μεγαληγορία, μεγαλαυχία, ἐπίδειξις, κόμπασμα. quæ & iactatio à Cicerone definitur libro 4. Tuſcula. quòd ſit uoluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius.

Iăctito, tas. aui. atum. act. p. (θρυλλέω, καυχάομαι) frequentatiuum à iacio.

Iăcto, tas. aui. act. p. ἀναῤῥίπτω. Verg. lib. 1. Geor. Deucalion uacuũ lapides iactauit in orbem. Aliquando eſt ſæpe uoluere. ἀνακυκλεῖν. Idem: Atq; iliũ tales iactantẽ pectore curas.

Aliquando

Aliquando fatigare, uexare, concutere. κοπῶν, ἐλαύνειν. ut Iactatos æquore toto, κυματωθέντας. Troas relliquias. Lactant. lib. 5. Qui patrem regno expulit, bello perſecutus eſt, exulem toto orbe iactauit. Ex quo apparet non eſſe ueram differentiam, quam Seruius ponit dicens: Iactamur in mari. διαφέρεσθαι. fatigamur in terris. Aliquando ſignificat plagis ſternere. Cic. in Ver. act. 2. Iactatur domi ſuæ uir primarius, & homo honeſtiſſimus, pro ſe quiſq; munus affert. Aliquando temere laudare, ſiue ambitioſius gloriari. μεγαλαυχεῖν. Verg. Quem iuxtà ſequitur iactantior Ancus Hinc iactantia. Aliquando inaniter loqui. Verg. Talia iactanti ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit. Aliquando frequenter emittere. Idem lib. 2. Georg. Et ſi non alium latè iactaret odorem, Laurus erat. Aliquando frequenter ducere, ut apud eundem. Haud unquam manibus iactata fatiſcit. id eſt, ductata. Quidam etiam iactatum pro primitiuo & expulſo: alij pro dependenti accipiunt, ut libro 4. Georg. Et dextro iactata recumbit in armo.

Iactuoſe. κομπικῶς. dicitur cum iactantia. Cice. Cum ſint multa iactuoſe dicta.

Iactura, ræ. f. p. ἐκβολή. Hinc iacturam facio, ἐκβάλλομαι. dicitur propriè damnum de mari, quando quis magnas in naui merces habet, et tempeſtate cogitur eas in mare iacere, ne nauis obruatur. Salluſtius ad Cæſarem: Si quid aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura fit, quia precij minimi ſunt. Facere iacturam rei familiaris, Cicero 2. de Finibus.

Iaculatio, onis, f. t. iaculamen, & iaculamentũ, pro eodem. ἀκόντισις, ἀκόντισμα.

Iaculo, as. aui. atũ. n. p. ſignificat in longũ iacio (ἀκοντίζω.) Claudi. Latis iaculabat in aruis. Hinc eiaculo, quod eſt extrà iaculo, proijcio. ἐξακοντίζω. Gel. Arionem cũ fidibus & indumentis, cum quib. ſe in ſalũ eiaculauerat, extitiſſe.

Iaculor, aris. ἀκοντίζω, ῥίπτω. pen. cor. deponens. p. eiuſdem ſignificationis. Iuuen. Quantas iaculetur Monychus ornos.

Iaculum, li. n. ſ. pen. cor. dicitur quicquid iaci in longũ poteſt: nam fit, ut iaciatur. ἀκόντιον, δοράτιον. Quint. libro 8. capite 2. Qui iaculum emittit, iaculari dicitur.

Iaculus, li. m. ſ. pen. cor. ſerpentis genus, qui ſubit arbores, è quibus ui maxima uibrat, penetratq;, quodcunq; animal obuium fecerit fortuna. σαυρία. Lucanus: Et natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucris. Plin. lib. 8. cap. 23.

Iam, (ἤδη) aduerbium temporis, quod penè eſt idem quod tunc. Quintil. Quòd ſi ſatis prudenter ea uiderint, iam propè cõſummata fuerit præcipientis opera. Interdum hortantis eſt, & ueluti moram increpantis. Vergil. Iam diua precor. Interdum feſtinantis. Terentius: Ego iam proſpiciam mihi. Interdum ponitur pro nunc. Verg. lib. 3. Georg. Iamq; hos curſu, iam præterit illos. Interdum pro præterea. ἔτι. & quaſi modus eſt quidam coniungens ſententias, ut apud eundem: Iam maris immenſi prolem & genus omne natantũ, Iam uarias pelagi uolucres. Hoc idem efficit coniunctum cum uero. Cicero, Iam uerò. ἔτι μέντοι. urbibus conſtitutis, &c.

Iambus, bi. m. ſ. ἴαμβος. pes conſtans ex prima breui, ultima longa. ab inuentore (ut quidã putant) dictus. Quidam iambum deducunt ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, quod eſt cõtumeliari, inuehi. Feſtus.

Iambi dicebantur, qui ſinguli ex proſcenio loquebantur: triambi, qui terni.

Iamdiu, ſignificat olim, longum uidelicet tempus. πάλαι. Cice. de Senect. Carthagini malè iamdiu cogitanti.

Iamdudum, (πολλὺ ἤδη χρόνον) ex iam & dudum componitur, & aliquando de paruo tempore dicitur, ut iamdudum te expecto. Plau. in Menæ. Iamdudum mulier tibi Non imprudens aduerſabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. Plin. 19. Iamdudum ex eadem Hiſpania Zœlicũ uenit in Italiam plagis utiliſſimum. Ponitur etiam pro continuò, & quamprimum. Vergil. Iamdudum ſumite pœnas, Sic & iampridem. Vide infrà.

Iamiam, ſignificat repentè. παραυτίκα, ὅσον οὐκ ἤδη. ut, Iamiam aderit. Et cum præſenti ponitur, licet ad futurum reſoluatur. Verg. Iamiamq; manu tenet & premit haſta: quaſi mox tenebit, & nunc uidetur tenere. Plerunq; figuratè per indignationem accipitur. Idem: Iamiam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Et per miſerationem. Salluſt. Iamiam animo meo chariſſi-

me frater, quanquam tibi immaturo & unde minimè decuit, uita erepta, tamen lætandum magis quàm dolendum puto caſum tuum. Et per exhortationem, Quinti. Iamiam commilito, quicunq; caſus manet, etiam ſi imperator damnaturus eſt, habes ſolatium: ſatius eſt quàm à patre occidi.

Iămōlĭm, aduerb. ſignificat iamdudum. ἐκ παλαιῦ. Cic. Iamolim à principio illud ſtatuerã. Sumitur pro aliquando. Verg. Et iam olim ſe tras poſuit cum uinea frondes. Olimiam, pro iampridem. ἐκ πολλῦ. Quintilianus, Olimiam imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum quærit. id eſt, à longo tempore.

Iāmprīdĕm, aduer. ſignificat de paruo tempore (πάλαι) Seneca: Iampridem te expectantes ibi ſederamus. De longiori. Plin. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtũ eſt. Pro continuò. Lucanus: Tollite iampridem, uictricia tollite ſigna. Similiter Iamdudum.

Iāmtŭm, aduerb. ſignificat ex eo tempore. ἐξ ἐκείνου, τῆς ἀρχῆς. Plau. Iamtum occœpit uirginem amare. Veteres etiam iamtum pro tantum uſi fuere, & pro tam.

Iānēŭs, ei. m. ſ. Veteribus dicitur ianitor.

Iānĭtŏr, oris. m. t. penul. cor. cui ianuæ cuſtodia eſt commiſſa. θυρωρός. Cicero 5. Verr. Hunc ueſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur.

Ĭănthĭnă, æ. f. p. ἰάνθινος. pen. corr. ueſtis coloris purpurei. ἴον enim uiola, ἄνθος flos: quaſi uiolaceus flos. Martialis: Coccina formoſæ, * aliâs famoſæ. donas & ianthina mœchæ. Plinius: Ex his uiolis quæ ſpontæ apricis ac macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt, ſolæque Græco nomine à cæteris diſcernuntur, appellatæ ἴα, ab his ianthina ueſtis.

Iānŭă, æ. f. p. primus ingreſſus ad interiora domus, à Iano dicta, quòd huic deo conſecratũ erat omne principium. θύρα. Et propriè domus eſt ianua, oſtium uerò partium, ut cubiculorum, licet confundantur. Nam & ianua, à quo ianitor, pro oſtio ponitur: & oſtiũ (à quo oſtiarius) pro ianua. Valla lib. 4. cap. 8. Porta murorum eſt, munitionumq;, atq; caſtrorum, Ianua parietis, atq; domorum.

Iānitrix, icis. fœm. gen. t. penul. corr. Plautus in Cur. Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix.

Iānŭāl, n. t. libi genus, quod Iano tantummodo delibatur.

Iānŭārĭŭs, rij. m. ſ. Ἰαννάριος, γαμηλιών. primus menſium, à principe Deo eſt appellatus à Numa, qui primum anni eſſe uoluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientẽ & proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq; principia.

Ĭăſpĭs, idis. f. t. lapis precioſus, qui à Plinio lib. 37. cap. 8. uiridis gemma interpretatur: eſt enim uiridis ſicut ſmaragdus, ſed craſſi coloris. Mart. libro. 5. Sardonychas, ſmaragdos, adamantas iaſpidas uno Portat in articulo Stella Seuere meus. Iaſpideus. a. um. ut Iaſpidea gemma, quæ iaſpidis colorem refert. Plin. lib. 37. cap. 10. Cepionydæ in Aeolide ad Dardanum nunc pagum, quondam oppidũ naſcuntur, multis coloribus translucentes, aliàs uitreæ, aliàs cryſtallinæ, aliàs iaſpideæ.

Ĭăſpŏnyx, (ἰασπόνυξ) Iaſpidis gemmæ ſpecies, à niuis colore dicta. Plin. lib. 37. cap. 9.

Ĭatrălīptēs, æ. m. p. ἰατραλείπτης. medicus unguẽtarius, qui unguentis & perfrictionibus curat. Colum. Sanus homo qui & bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neq; medico, neq; iatralepta egere.

Ĭatrălēptĭcē, ces. f. p. ἰατραλειπτική. medicinæ genus, quæ unguentis & perfrictionibus curat, quaſi medicina unguentaria. ἰατρική enim medicina, ἀλείπτης unctor dicitur.

Ĭatrŏs, (ἰατρός) Latinè medicus. Unde archiatros, princeps medicorum: quo nomine dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes, deuſq; medicorum. Plin. lib. 29. cap. 1.

I ANTE B.

Ĭbērĭcă herba, ſpartũ dicebatur ab antiquis. Quint. li. 8. ca. 2. Qui in actione Ibericas herbas ſe ſolo nequicquam intelligente dicebat, niſi irridens hanc uanitatem Caſſius Seuerus ſpartum eum dicere uelle indicaſſet.

Ĭbĕris, ris. f. t. (ἰβηρίς, καρδαμαντική) herba eſt habens folia naſturtij, uere uirentia.

Ĭbex, caprarum genus pernicitatis mirandæ.

Ibi. (ἐκεῖ) aduerbium loci, ſignificat in eo loco: & propriè dicitur, cum ſemel locus monſtratur: Ibidem uerò, (αὐτόθι) cum ſæpius. Verg. Ter fluctus ibidem Torquet agens. Ab ibi fiunt compoſita, Inibi & alibi, ſeu aliubi.

Ibis, is. f. t. auis Aegypti, quæ, ſicut Hieron. ſcribit, duplex eſt: altera nigra tota eſt, altera ciconiæ nõ abſimilis, diuerſa tamẽ à ciconia. Hæc roſtri aduncitate per ſe partem perluit, qua reddi ciborum onera conſueuerunt, & ſerpentibus ueſcitur. De hac Cicero libro 1. de Natu. Velut ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, cum ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceróq; roſtro, auertunt peſtem ab Aegypto, cũ uolucres angues ex uaſtitate Libyæ uento Africo inuectas interficiunt, atque conſumunt: ex quo fit, ut illæ uiuæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ. Ab huius auis ſimilitudine Ibis pro inuido ponitur. Vnde Oui. in Ibim ſcripſit. Vide Plin. li. 8. ca. 27.

I ANTE C.

Ichneūmōn, onis. m. t. ἰχνεύμων. animal eſt magnitudnie felis, ſpecie muris: uulgò nunc murem Indicũ uocant. Naſcitur in Aegypto & cum aſpide pugnat. Ichneumona Aegyptij adorant. quoniam oua crocodilorum conterat, & luto conuolutus, cum os aperiunt, ita in uentres eorum inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis, eos interminat. Pin. lib. 8. cap. 24.

Ĭchneūtăs, quandoque Nicander uocat ichneumones.

Ĭchnogrăphĭă, phiæ. f. p. eſt circini regulæ modicæ continens uſus, ex qua capiuntur formarum in ſolis arearum deſcriptiones, author Vitruius libro primo.

Ĭchthȳbōlŭs, li. m. ſ. piſcator.

Ĭchthȳŏcōllă, læ. f. p. gluten ex piſcibus. Eſt etiã nomen piſcis. Celſus uerò quoties uult glutinum intelligi, non piſcem, adijcere ſolet gluten. Plin. lib. 32. cap. 7. Et lib. 7. cap. 56.

Ĭchthȳŏpōlă, læ. m. p. qui uendit piſces.

Ĭchthȳŏpōlĭōn, (ἰχθυοπωλεῖον) locus ubi uenduntur piſces.

Ĭchthȳŏtrŏphiă, n. ſ. apud Columel. libro 8. ca. 1. loca in quibus aluntur piſces, quæ & piſcinæ, & uiuaria Latinè dicuntur: nam libro nono ſic ait. ἰχθυοτροφεῖα ſedula cura exercentur. Ea ſunt omnia (ut Latinè potius loquamur) ſicut auium cohortalium ſtabula, nec minus earum quæ conclauibus ſeptæ ſaginãtur, uel aquatilium animalium receptacula.

Ico, ici. ictũ. a. t. percutio; ferio. πλήττω, βάλλω. Plautus in Tru. Hoc uide, dentibus Frendit, icit femur. Icere colaphum eſt, impingere alicui colaphum. Plautus. Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit, malum uobis dabo. Icere fœdus. Cicero in Piſonem, Tu ſcilicet homo religioſus, & ſanctus, fœdus quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere uoluiſti. Et paſſiuum Icor. Plinius, Arborum manu ſatarum receptarumqúe in domos, fulmine laurus ſola non icitur. Hinc fit ictus, us. m. q. pro percuſſione. πληγή. Cicero libro 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Prima huius uerbi in præſenti, ut inquit Priſcianus, corripitur, ſed producitur in præterito, & mutat o finalem in i. Lucretius tamen produxit in præſenti, Exin corpus, propellit & icit.

Īcōn, onos. f. t. ſiue ēcōn. εἰκών. Latinè effigies, imago & ſtatua ex membris ipſis à pictoribus ſeu ſtatuarijs expreſſa Plin. lib. 24. Eorum uerò qui ter ibi ſuperauiſſent, imagine ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas econas uocant. Eſt & icon (teſte Cic. ad Heren.) figura, cum ſcilicet formæ ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis aut uituperationis cauſſa: ut ſi diceretur, Ibat in prælium corpore tauri ualidiſſimi, impetu leonis acerrimi.

Īcōncŭlă, læ. f. p. εἰκόνιον. diminut. parua icona.

Īcōnĭcŭs, a. um. εἰκονικός. & Iconius. nia. nium. quod eſt ita pictum, ſiue formatum, ut ex eius membris ſit expreſſa ſimilitudo. Sueton. in Calig. Simulachrum ſtabat in templo aureum, iconicum, amiciebaturq; quotidie ueſte, quali ipſe uteretur

Īcōnĭſmă, atis. n. t. εἰκόνισμα. idem quod icona.

Īcōnĭſmōs, (εἰκονισμός.) Seneca libro 15. Epi. appellat deſcriptiones, aitqúe id uerbum eſſe publicanorum.

Īcōs, (εἰκός) à Cicerone in Rhetoricis ponitur, & breuis complexio dicitur.

Ĭctĕrōs, (ἴκτερος) pen. corr. morbus, cum per totum corpus bilis ſuffunditur, quæ interdum nigra, interdum flaua eſt. Et ictericus, qui eo morbo laborat. ἰκτερικός. ab ictero aue, quam nos galbulam uocamus, authore Plin. libr. 30. capite 11. Hunc morbum Plin. & Varro regium appellant, quòd mulſo præcipuè curaretur. Cornelius & Apuleius auriginẽ & auriginoſum

gnioſum hominem dicunt. Marcellus arquatum, à colore cœleſtis arquus.

Ictis, idis. f.t. (Ἴκτις) inquit Ariſt. ſylueſtris muſtellæ genus eſt, magnitudine Melitenſis catelli: ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtellæ ſimile. Manſueſcit maiorē in modum, & officit aluearibus, mellis enim auida eſt: aues etiam petit ut feles. Hanc martē ſpeciali uocabulo, & marturellum, ſeu fouinum uocant. Genitale ei oſſeum eſt, medicamento urinæ ſtillationibus. Plinius lib. 19. cap. 4.

I ANTE D.

ID, (τὸν) uarijs modis uſurpatur ab authoribus. Cum enim dicitur id quod res eſt, idem eſt, ac ſi diceremus, quod uerum eſt. Terent. in Adel. Verū cogito id quod res eſt. τὸ ὄν. id ætatis ſum. κατὰ ἐκεῖνο τῆς ἡλικίας, ὡς τὴν ἡλικίαν ἀγαγόμην. id eſt, in ea ætate ſum. Aliquādo ornatus tantum cauſſa dicitur: ut, id quod. id eſt, quod idipſum & hoc. Cic. Lentulo: Multi rogabantur, atq; idipſum Conſulibus inuitis. Ab Id, fit ideo. ταύτῃ. ob eam cauſſam, & idcirco. ἕνεκ᾽ ὧν, διὰ τοῦτο propter hoc.

Idcircō, uel Iccirco, coniunctio, idem quod ideo ſignificat. Cic. 7. Verr. Reperietis idcirco hæc in uno homine conſtituta, ut in cæteris formidines, &c.

Idea, eæ. f.p. (Ἰδέα) pen. prod. ἀπὸ τοῦ εἴδω. Ideas (inquit Auguſtinus libro 70. Quæſt.) Latinè poſſumus uel formas, uel ſpecies dicere, ut uerbū è uerbo transferre uideamur. Ideas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorum, quæ naturaliter fiunt: immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et ut res apertior fiat, opus eſt præter omnes homines intelligere quendā hominem, & præter omnes equos, equū: & præter animalia, animal ingenitum. Et quemadmodum ex uno ſigillo cōplures fiūt impreſſiones, ſic ex uno homine ſexcenta millia hominum. Et hæc eſt Platonis idea, à quo Ariſtoteles diſſentiens, nullas putat eſſe ideas. Euſebius libro Præpar. ideam ſic definit, Idea eſt perpetua ſubſtantia, cauſſa et principium, ut ſingularia talia ſint, qualis eſt ipſa, & quēadmodum ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt: ſic quæ omnia in ſe ipſa continet pulcherrima atq; perfectiſſima. Huius mūdi exēplar eſt, ad quā à creatore Deo ab uniuerſa ſubſtātia mūdus ſimilimè formatus eſt.

Idem, (ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτὸ) componitur ex is & demum. id eſt, iterum is. & tam in genere maſc. quàm neutro. Nominatiuus necnon accuſatiuus maſculini & fœminini generis mutant m in n, ante d, euphoniæ cauſſa, ut eundem, eandem. Cæteri uerò caſus, ex integro & corrupto compoſiti inueniuntur, ut Eadem, eiuſdem, eidem, eodem: ijdem, eadē, eiſdem, eoſdem. Itaq; per duo ij, uel per e & i, regula exigit ſcribi tam nominatiuum pluralem maſculinum, quàm datiuum & ablatiuum plurales. Solent tamen authores & per ſynæreſim unam pro duabus ponere. Sed Idem cum eſt generis maſculini producitur i, in neutro uerò corripitur. Verg. lib. 4. Aeneid. Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tuliſſet. Iuuenalis, Si feciſſet, idem caderet ſub iudice morum. Ponitur interdum pro etiam. Cicero, Et huic cōiuncta beneficentia quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet. id eſt, quam etiam. Ab Idem fit iidem, quod eſt quaſi, item idem, quod ſignificat ſimiliter, eodem modo.

Identidem, aduerb. (συνεχῶς, ἐμμενῶς, αὖθις καὶ αὖθις) pen. cor. componitur ex idem & idem, ſed m in n mutatur, & t interponitur euphoniæ cauſſa, cuius obliqui deficiunt, ſignificatq; frequenter, & eodē modo, ſiue illud idem per eundem modū frequenter (inquit Valla li. 2.) cum quodam interuallo. Plin. Centū millia nummorū, pro domo eius identidem promittens.

Ideo, coniunctio collectiua, ſiue rationalis, ſignificat idcirco. Cicero in Verr. Ideo Claudius retulit, ut iſte auferret?

Idicus, a, um. poſſeſſiuum ab Ida monte. Plinius lib. 16. Idicarū cedrorū. Veteres tamen Idicas pro montanis omnib. ſumunt, ut inquit Nicander.

Idiographum, phi. n. ſ. pen. corr. Latinè priuata ſcriptura.

Idioma, atis. n.t. proprietas ſermonis, ut ſunt quinq; idiomata. id eſt, dialecti Græcorum.

Idiotes, tæ. m.p. (Ἰδιώτης) ſiue idiota, indoctus & illiteratus. Lucil. Quid ni & tu idem illiteratum me, atq; idiotā diceres? Cic. 7. Verr. Quæ non modo iſtum hominem ingenioſum,

atq;

Digitized by Google

ut intelligentem, uerum etiam quemuis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. Dicitur etiam inutilis, quaſi ſibi tantummodo, & non pluribus utilis, priuatus, plebeius.

Idolatra,træ.m.p. uel idolatres,ſeu idololatra, idololatres (εἰδωλολάτρης) *idolorum cultor.*

Idolatria,æ.f.p. ſeu idololatria, ſimulachrorum cultura, compoſitum ex εἴδωλον & λατρεία. *Hieronymus contra Iouinianum, Nec mirũ,ſi omne quod in macello uenditur, Apoſtolus enim iubeat & comedi, cum idolatris, & adhuc in templis idolorum quaſi idolothyta ueſcentibus, pro ſumma abſtinentia fuerit cibis tantum abſtinere gentilium.*

Idolium,lij.n.ſ. (εἰδώλιον) *diminutiuum eſt.*

Idolothyſia,æ.f.p. (εἰδωλοθυσία) *cum accentu in penultima, immolatio quæ fit idolis.*

Idolothytum.ti.n.ſ. εἰδωλόθυτον. *penul.prod. dici poteſt immolatum idolo.*

Idolum.li.n.ſ. εἴδωλον. *pen.pro. ſimulachrum & repræſentatio rei alicuius, quã ueteres in honore habebant. Cic. 1. de Fin. Imagines quæ idola nominant.*

Idomeneus. Ἰδομενεύς. *Deucalionis filius, Creteſiũ rex q contra Troianos ſtrenuè dimicauit.*

Idoneus,a.um. conueniens, & alicui rei innatum: ſiue quod eſt ad omnia aptum, tam mala quàm bona. ἐπιτήδειος. *Teren. in And. Adeon' uidemur uobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idoneus autor, fidelis & ſufficiens. Cicero ad Atticum, Non mihi ſatis idonei ſunt authores ij qui à te probentur.*

Idothea,eæ.f.p. εἰδοθέα. *nomen proprium filiæ Prœti Argiuorum regis.*

Idula,læ.f.p. ouis quæ omnibus Idibus Ioui immolabatur.

Idumæa,eæ.f.p. cum diphthongo, regio Syriæ, quæ (teſte Plin. lib. 5. cap. 13) à meridie Arabiam habet, à Septentrione Phœniciam: in qua eſt urbs Idume, pen prod. finitima Phœniciæ, palmis abundans. Inde fit Idumæus. a. um. Verg. lib. 3. Georg. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Iduare, lingua Hetruſcorum diuidere eſt.

Idus, ἰδοί. *fœm. gen. q. & tantum pluraliter, dici poteſt diuiſio. Vnde propriè exiſtimantur octo illi dies, qui nonas ſequũtur & diuidunt menſem. diuidunt enim menſes, præcipuè Nonas à Calendis. Alij ab* εἴδους, *hoc eſt ſpecie deducunt, quòd ea die Luna pleniſsimam ſpeciem oſtendat. Alij ab Ioue, quaſi Iduli: quoniam apud Tuſcos omnibus Idibus Ioui immolabatur à flamine.*

I ANTE E.

IEbus. Ἰεβούς. *ciuitas metropolis, quæ poſtea Salem, tertiò Hieroſolyma, & nuc Helia dicitur. A Iebus dicti ſunt Iebuſei, de quibus Hieronymus ad Dard. ſcribit, quòd à Iudæis expelli nequiuerint, ſed remanſerunt cum eis in ſcandalum exemplumq; uicinorum, in tantum ut ibi templum conditum eſt, areæ ornæ fuerunt Iebuſei.*

Iecur, coris. n.t. & iecinoris, qui genitiuus (ut inquit Priſcianus) uidetur eſſe à nominatiuo iecinus, quod non eſt in uſu. Plautus in Curcul. Cruciatur iecur. Dicitur & iecinus.eris. ſicut munus.eris. & ſignificat hepar. ἧπαρ. *unde & fibras iecinorum dicimus. In hoc iræ & inſaniæ cauſam eſſe uolunt, ſicut pauoris in corde, in ſplene lætitiæ.*

Iĕcŭſcŭlŭm,li.n.ſ. ἡπάτιον. *diminutiuum, paruum iecur. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium iecuſculis fibræ, ad numerũ lunæ dierum in menſe congruere dicuntur.*

Iēiūnĭŭm,nij.n.ſ. tempus quo à cibis abſtinemus. νηστεία, ἀσιτία. *Liu. 6. Belli Maced. Eorum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos ex S. C. decemuiri cum audiſſent, renunciauerunt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoq; anno ſeruandum eſſe. Ieiunio laborare, apud Col. lib. 3. cap. 12.*

Iēiūno,as.n.p. νηστεύω. *à cibis abſtineo.*

Iēiūnŭm,ni.n.ſ.pen.pro. inteſtinum, ſic dictum, quia nunquam quod accipit, continet, ſed protinus ad inferiora tranſmittit. νῆστις. *Hoc maiores noſtri hiram, & per diminutionem hillam dixeruut (ut inquit Feſtus) & hillum neutro genere.*

Ieiunŭs,a.um.o.ſ. qui à cibis abſtinet. ἄσιτος, ἄγευστος. *Plaut. in Pſeud. In cœnam qui ieiunus uenerit, aut ſitiens, Is riſu, & uentre raſo uĩgilabit ſedulò. Ieiunus animus, per tranſlationem, pro languido & imbecillo: quoniam qui ieiuni ſunt, minimũ habent uiriũ. Ieiunæ auiditas, hoc eſt maxima, & qualis ie unis*

 eſſe ſolet.

eſſe ſolet. Plin. li. 10. cap. 5. Ea ieiunæ ſemper auiditatis, & querulæ murmurationis. Ieiuna oratio, cui opponitur copioſa et plena. Ieiuna glarea apud Vergil. pro ſicca & ſterili terra. Ieiuna ſaliua, apud Columellam, quæ ab homine ieiuno expuitur.

Ieiunē, aduerb. ut Ieiunè de re aliqua diſputare, agere, dicere, hoc eſt exile frigidè, et languidè admodum. Cic. in Orat. Quod cum ſtatuerit, tum ut quidque erit dicendum, id dicet: nec ſatura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contra.

Ieiunitās, atis. f. t. tenuitas, ſiccitas, inopia: cui contraria eſt ubertas & copia. Cice. 2. Tuſc. Sed reperiebantur nonnulli, qui cum obruerentur copia ſententiarum atq; uerborum, ieiunitatē & famem ſe malle, quàm ubertatem & copiam dicerent.

Iēntācŭlŭm. li. n. ſ. ἀκρατισμός. cibus qui ante prandium ſumitur, qui prandiolum ſeu pran»diculum, & uulgò collatio dicitur. Martial.
» Surgite, iam uendit pueri ientacula piſtor.

Iento. tas. n. p. aliquid ante prandium guſto. ἀκρατίζομαι. Varro in Mar. Vt eat, ac Rempub. adminiſtret, quòd pulli ientent.

I ANTE G.

IGitŭr. ἄρα, τοιγαροῦν. collectiua, uel rationalis coniūctio eſt. Colligit enim ſupradicta illatione, hoc eſt ratione confirmat. Adhibetur (inquit Valla) breuioribus concluſionibus. Cic. pro Lig. Habes igitur Tubero, quod accuſatori maxime optandum, confitentem reum. Dicitur & illatiua, quòd præpoſitis alijs informatur. Ponitur interdum pro inde, ſiue poſteà. οὖν. Terent. Eunuch. Quid igitur faciam?

Igname, radix inſulæ Calechut, qua ad panes utuntur cōficiendos, nobis incognita, ut inquit Aloyſius lib. 2. cap. 65.

Ĭgnārĭŭs lapis. πυρίτης. dicitur ex quo ignis excutitur.

Ĭgnārŭs. a. um. uide in Ignoro.

Ĭgnāuiă, æ. f. p. ab ignauus fit, & eſt contraria fortitudini, cum quòd ratio aggredi fortiter ſuadet, id nos formido aggredi diſſuadet & ab audēdo retinet. ῥᾳθυμία, ἀργία. Cic. in Læl. Vt cū aliqua cura res ſibi contraria aſpernetur, atq; oderit: ut bonitas malitiā, temperantia libidinē, ignauiam fortitudo. Idem ignauiam puſillum & abiectum animum eſſe oſtendit ad Cælium, Noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id exiſtimari non poſſe arbitor. Quid autē ſit fortitudo, idem lib. 4. ad Herennium oſtendit, Iſta non eſt fortitudo, inquit, ſed temeritas: propterea quòd fortitudo contemptio eſt laboris, & periculi cum ratione utilitatis, & compenſatione commodorū. Temeritas eſt, cum inconſyderata dolorum perpeſsione gladiatoria periculorum ſuſceptio. Salluſtius de ignauo & ignauia ſic ſcribit: Compertū ego habeo milites, uerba uirtutē non addere, neq; ex ignauo ſtrenuum, nec fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Ex his colligi poteſt, quòd gnauus ſit is, qui induſtrius eſt, & ſtrenuus, ſiue fortis. ἐνεργός, ἀνδρεῖος. Cuius contrariū eſt ignauus, qui non eſt induſtrius: id eſt qui negligit, aut formidat ſe exercere in aliqua arte propter laborem. ἀργός, »ῥᾴθυμος, ἄνανδρος. Vergil. Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. hoc eſt inutile, & nullius artis. Aut qui formidat periculum aggredi, quod fortis & ſapiens formidare non debet, ut Cicero Hortenſio dicit tributum eſſe ignauiæ, quòd nunquam bello ciuili interfuiſſet. Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter gnauum & induſtriū quòd gnauus proprie ſit is, qui ad ſubeunda pericula, ac labores tolerandos ſapiēs & fortis eſt: induſtrius, qui ingenio cum multum ualeat, ut artifex bonus, aliquid ſtruere & negociari, non ociari ſtudet. Cice. pro Pomp. Cæteris ordinibus homines gnaui & induſtrij, partim in Aſia negociantur. Componitur ignauus ex in & gnauus, ſiue ex in, & nauus, n in g muta. Nauus enim & gnauus dicitur, ſed propriè nauus, gnauus uerò per aſſumptionem g.

Ĭgnāuē, ſiue ignauiter, aduerbium, lentè, & ſegniter. Cice. 2. Tuſc. Sed hoc quidem in dolore maximè eſt prouidendū nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid ſeruiliter mulíebriter úe faciamus.

Ĭgnāuit, ignarum fecit. Afran. In parte inferiori hic implicabitur caput, fateor ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio.

Ĭgneſacio. is. n. t. πυρόω. ignē accendo, ſiue ignis

tum reddo. à quo ignificus, ſator diſcordiæ.

Ignĕo.nes.n.ſ.à quo igneſco.is.Et eſt igneſcere, ignitum fieri, in ignem conuerti, & ueluti ardere. πυρακτοῦσθαι, πυροῦσθαι. Cic.2.De Nat. Omnis mundus igneſceret. Et per translationem Colum.lib.10. Antè amor igneſcit menti, ſæuitq́ medullis.

Ignĭă, quædam uaſorum fictilium uitia, quæ coquendo contrahuntur.

Ignĭārĭŭm.rij.n.ſ.πυρεῖον, ἔναυσμα, ἐμπύρευμα. eſt quo ignis elicitur, conſtatq́ è ſilice quo ignis atterendo elicitur, & ferro quo ſilex atteritur percuſſu: unde ſcintillæ decuſſæ, & in fomite, linteoq́ cõcerpto exceptæ, flammã excitant. Eyn fur zug. Plin.lib.16. Igniario exploratum uſui in caſtris, paſtorũq́ reperit. Igniaria Plinio appellantur ligna, ex quibus ignis ſtatim accenditur, lib.16.cap.40.

Ignĭcŭlĭ.orum.m.ſ. ἐναύσματα, ἐπικαύματα, & ἐμπυρεύματα. metaphoricõs ſunt inuitamenta à natura data, & ingenita ad uirtutẽ. Cice. de Finib. Quorum ſimilia ſunt prima in animis quaſi uirtutem igniculi & ſemina.

Ignĭo.is.iui.itum.n.q. inflammo. πυρόω. Unde ignitus, pro candente. πυρώδης, διάπυρος. Apuleius ignitam eſſe Martis ſtellam dixit. Ignitius uinum, hoc eſt uehementius, & generoſius. Gell. lib.17.cap.8.

Ignĭpŏtēns.entis.m.t.πυροσθενής. dictus eſt Vulcanus, quòd ignis poteſtatem habeat. Verg.8. Aen. Illam inter ſedes pallentẽ morte futura Fecerat ignipotens undis & Iapyge ferri.

Ignĭs.is.m.t. πῦρ. à gignendo, id eſt naſcendo dicitur, quòd in eo nihil naſcatur, & omne quod naſcitur, eum amittit & frigeſcit: uel quòd ſeipſũ pariat, & paruis ſcintillis creſcat in immenſum. Sumitur quandoq́ pro meretrice, uel quia amator uritur. Vergil. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas. Vel quia meretrix auida eſt, ut ignis alimẽtorum. Unde Igneus.a.um. πύρινος, ἔμπυρος. quod igne candidum eſt: ut Igneus color, igneus feruor, Plin.lib.8.cap.38.& lib.9.ca.60.Cic. 2.de Nat.Deor. Nam omne quod eſt calidũ, & igneum, cietur, & agitur motu ſuo.

Ignis ſacer, morbus eſt à Plinio dictus, qui à Dioſcoride uocatur ἐρυσιπέλας. Sũt & morbi quidam eryſipelatodes uocati, quoties accenſio interna cum dolore uehementi circum uiſcera percipitur. Sed cum in cerebrum ſubit id malum, refrigerantur & impalleſcunt ora. Idem author ignem ſacrum ab eryſipelate diuerſum facit libro quinto, genera ignis ſacri duo reddens. Alterum in altitudine puſtulis continuis, alterum in ſummæ cutis exulceratione latum, inæquabile. Eryſipelas Galeno propriè is tumor eſt, qui ex tenui ſanguine interim & cum bilis parte incenſo, ac feruente conſiſtit. Vulgus uocat ignem ſancti Antonij.

Ignĭpēs, ignipedis, com.t. Mart.lib.1. Ignipedes poſſet ſine Colchide uincere tauros. De ijs tauris loquitur, quos ignem uomentes cuſtodes uelleris aurei, & uictos auxilio Medeæ à Iaſone eſſe, fabulati ſunt.

Ignĭſpĭcĭŭm, cij.n.ſ. ſicut aruſpicium, diuinatio erat apud antiquos, quæ ab ignis inſpectione ſumebatur. Plin.lib.7.ca.56. Aruſpicium Delphus, igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus inuenit.

Ignĭtābŭlŭm, li.n.ſ. ignis receptaculũ. πυρεῖον.

Ignĭuŏmŭs, a.um. o.ſ.pen.cor. ignem uomens. πυρίπνοος. Lactan. Altius igniuomum ſolem cœli orbita ducit.

Ignōbĭlĭs, le.om.t. δυσγενής, ἄσημος. dicitur ignotus, incognitus, uilis & abiectus in contemptum, cuius contrarium eſt clarus. Vergilius libro 7. Solus ibi & ſyluis Italis ignobilis æuum Exiget. Ignobilis aliquando dicitur ſtultus. Vergilius 1. Aeneid. Sæuitq́ animis ignobile uulgus. Cicero facem populi uocat.

Ignōbĭlĭtās, atis. f.t. uilitas, humilitas, obſcuritas, conditio atque fortuna hominum infimorum. Cicero pro Roſc. Amerino, Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt.

Ignōmĭnēs, um.com.t. ἀνώνυμοι, δυσκλεεῖς, νώνυμοι. qui laude & gloria carent, quaſi ingloríj, illaudati. A quo

Ignōmĭnĭă, æ.f.p. ἀτιμία, ἀδοξία. nominis nota, infamia, dedecus, cõtumelia, macula, probrũ. Componitur ex in & nomen, g interpoſita, quaſi contra nomen. Nam nomen, & ignominia contraria ſunt: quamuis ſit & bonum nomen, & malum nomen: tamen non ſimpliciter

ſimpliciter, pro honore etiam ſumitur. Cic. 4. De Repub. Itaq; cum omnis ea iudicatio uerſetur tantummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt.

Ĭgnōmĭnĭōsŭs, a. um. o. ſ. notatus infamia. Quintil. li. 7. ca. 2. Tibi, inquit accuſator, illũ non licuit occidere: exul enim erat, et ignominioſus.

Ĭgnōmĭnĭātŭs, a. um. o. ſ. pro ignominia affectus. Gellius lib. 9. cap. ult. Quibus modis ignominiatus, tractatusq; ſit à C. Cæſare Laberius poëta.

Ĭgnōrābĭlĭs, le. om. t. ἄγνωστος. quod non cognoſcitur, uel quod facile ignorari poteſt. Plaut. in Pſeud. Quis hic eſt, qui oculis obuiam ignorabilis obijcitur?

Ĭgnōro, ras. a. p. pen. pro. neſcio. ἀγνοέω. Ci. pro Mil. At uero tu ſolus hæc ignoras? Ab ignoro ignarus. ἀγνὼς, ſit, hoc eſt neſcius, quod ab in, & gnarus componitur. Gnarus uerò idem eſt, quod ſcius ac peritus. Columel. in Præf. Armorum ac militiæ gnarus. De Ignarus. ἄπειρος. Cice. Neq; enim tantæ difficultatis eram ignarus. Vergilius pro immemor poſuit, » O ſocij neq; enim ignari ſumus antè malorum. Ab ignaro fit ignoratio, & ignorantia. ἄγνοια. ſed inter ſe differunt, quòd ignoratio ad actum, & rem pertinet, quæ penitus neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur, ut: Ignoratio rerũ omnium, Cic. 7. Off. Ignoratio ſtirpis, Idem de Ami. Ignoratio ſui, Idem pro Cluent. Ignorantia uerò ad ingenij humani uitium pertinere poteſt, quando quis per mentis tenuitatẽ nõ ſatis intelligit, quid faciat, uel dicat. Aliquãdo etiã ſine humani ingenij uitio eſſe poteſt ignorantia, cũ ſi quis ea quæ ſcire poſſent, aut neſcire uult, quia ad ſe nihil attinere putat, aut quia illi nõ prodita ſunt. Ac quemadmodum (ut Donatus ait) Imprudens per ſe, ignarus per alios. ἀνήκοος. Ita & ignorantia per ſe, ignoratio per alios.

Ĭgnōſco, ſcis. ui. tum. a. t. ἐπιγινώσκω. ualde noſco & diſco, auget enim hic In. Varro, Adeſte, & à me, quæ feram, ignoſcite. Aliquando ignoſcere, & ueniam dare, excuſatum habere, & ut ait Cic. ad Attic. ſceleris pœnam prætermittere. συγγνώμην ἔχειν, συγγινώσκειν: ubi In præpoſitio priuatiua eſt, quaſi non agnoſco errorem. Cic. ad Cæſ. Iuni. Nam & præteritis ignoſcis, & concedis futura. Lact. lib. 5. poſuit pro nõ cognoſco, & non intelligo. ἀγνοέω. Tum quid legerint, ignouerũt. Habet hoc uerbum participia, Ignotus, ignoturus. Cic. in Cato. Ignotum alteri quòd patrem, alteri quòd tutorem ſecutus eſſet.

Ĭgnōſcēns, entis. om. t. & ignoſcentior, qui facile condonat, & ignoſcit. Teren. in Heaut. Mi Chreme peccaui, fateor: nunc te obſecro, Quantũ tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior.

Ĭgnōſcēntĭă, æ. f. p. condonatio peccati. Gell. lib. 7. cap. 3. Ignoſcentias utiles eſſe rebus humanis docet.

Ĭgnōſcĭbĭlĭs, le. o. t. Gel. lib. 13. cap. 20. Hic ueſter huiuſcemodi ueſtitus, de multo iam uſu ignoſcibilis eſt, id eſt uenia dignus.

Ĭgnōtŭs, a. um. o. ſ. ἄγνωστος. incognitus, id eſt qui ignoratur. Interdum ponitur pro inſcio, hoc eſt pro eo, qui ignorat. ἀγνώς. Quint. Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filij mei nouerca, ſed mater, hoc eſt ignorans.

I ANTE L.

ĪLă, ab ina fit, quo nomine (ut eſt apud Feſtum) tenuiſsima pars rei, ſiue pellicula ſignificatur. Varro ſcribit hilam eſſe farciminis genus, ab hilo dictam: id eſt re minima. uide Hila.

Ĭlămĭdēs, dum. f. t. membranæ, quæ circa medullam εἰλοῦνται. id eſt obuoluuntur.

Ĭlĕ, per ſimplex l, ilis. neut. gen. & hæc ilia, ilium, plural. ſignificat id, quod in ſumma parte collocatum eſt in homine. εἰλεόν. Græcè dicitur. Vnde colici colores, in craſsioribus inteſtinis. uide Ilia.

Ĭlĕŏs, ἰλεὸς, uel ileus, morbus gracilioris inteſtini in equis. Plinius lib. 30. cap. 7. Grauiſsimum uitium ileos appellatur. Vnde ileoſi, qui laborant eo morbo.

Ĭlĕx, icis. per ſimplex l, & gen. fœm. arboris genus, quercui ſimilis. πρῖνος. Verg. Talis erat » ſpecies auri frondentis opaca Ilice, ſic leni crepitabant bractea uento.

Ĭlĭă. orum. n. ſ. λαγόνες. ſumuntur pro ea parte, quã Græci ab inanitate κενεῶνα, & quòd flaccida ſit, etiam λαγόνα uocant. Celſus lib. 4. Ipſa ilia inter coxas, & pubem in imo uentre poſita ſunt. Sed exteriora ilia latius patent: nam ea pars quæ maxime reſpiratione in lateribus concuti-

concutitur, hoc nomine cõprehenditur. Perſius: Ilia ſubter Cæcum uulnus habes, ſed lato baltheus auro Protegit. Ab ilijs deducitur nomen adiectiuum, Iliosus, qui iliorum dolore laborat.

Ilicet, per ſyncopam dictum, quaſi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio dimittebantur, ſuprema dicta cum præco pronunciaſſet Ilicet, quod ſignificat ire licet. Terent. in Phor. Hoc nihil eſt, ilicet. Vbi Donatus, Ilicet rei finem ſignificat. Ilicet pro ſtatim, confeſtim. Verg. Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti Voluitur. Ilicet aduerbium affirmantis. Plau. in Epid. Ilicet, ut uadimonium mihi hic ultro facit. Sunt qui ſcribãt duplici ll, Illicet.

Iliceus, a. um, quod eſt materiatum ex ilice. πρίνινος. Stat. lib. 6. Thebaid. Orniq́, iliceæq́ trabes, metuendaq́ ſucco.

Ilicetum, ti. n. ſ. locus ilicibus conſitus. Martial. lib. 12. E cathedra Surgentem focus excipit ſuperba Vicini ſtrue cultus iliceti.

Iligneus, ſiue ilignus. a. um. idem quod iliceus. πρίνινος. Terent. in Adelph. Lectulos ilignis pedibus faciundos. Vnde ilignea frons apud Columellam, & Ilignea corona apud Plin.

Illætabilis, le. om. t. quod non eſt lætum. ἄχαρις. Verg. 3. Aeneidos, Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit.

Illaqueo, as. a. p. irretio. Cic. de Ar. resp. Aliquis illaqueatus omnium legum periculis.

Illatebro. as. a. p. pen. cor. quaſi intus abſcondo. ἐμφωλεύω. Cæcilius: Arma pleriq́ abijciũt, atq́ inermes illatebrant ſeſe.

Illaudatus, a. um. o. ſ. ἀνώνυμος, ἄκλεής. eſt, ut docet Gell. quaſi illaudabilis, & innominabilis, qui neq́ mentione, aut memoria ulla dignus eſt, neq́ unquam nominandus. Verg. lib. 3. Geor. Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Et eſt participium pro nomine, ut ſit illaudatus, non qui laudatus non ſit, ſed laudari non meruit.

Ille. ἄρθρον. cum emphaſi dicitur per eminentiam. Terent. in And. Hic ille eſt. Sic dicimus, Architas ille Tarentinus. Aliquando ponitur ad maiorem expreſſionem ἐκεῖνος. Verg. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena.

Illecebræ, arum. f. p. pen. cor. dictæ (Carmen. blanditiæ ab illiciendo, ut ſunt diuitiæ, uoluptates, quæ animum attrahunt ad ea complectenda. θέλγητρα, ἐπαγωγὴ, ἴυγξ. Sumuntur autem & in bonam & in malam partem. Cic. lib. 6. de Repu. Suis te oportet illecebris ipſa uirtus trahat ad uerũ decus. Hinc illecebroſus. a. um. quod blandimentis hominem allicit. ἐπαγωγὸς, ἀπατηλὸς, θελκτήριος.

Illecto, as. a. p. frequenter illiceo. ἐπάγομαι, Auguſt. Quos ad peccata illectant.

Illepide, hoc eſt iniucunde, & infacete, aduerbium. Plinius.

Illepidus, a. um. o. ſ. in quo nihil leporis eſt & elegantiæ: & tam de homine quàm de oratione dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. Patrem habere auarum, illepidum, ut liberos difficilem.

Illex, icis. ἄνομος. generis com. ab illicio, idem quod illicium, ſiue illectamentum: ut Illex animi Venus. Valla exponit illex, quaſi ſine lege, exlex. Illices oculi apud Apuleium, quòd incitent & alliciant.

Illi, cum circumflexo, aduerb. pro ibi uel illic. ἐκεῖ. Teren. in Adelph. Ego illi maximam partem feram. Vbi Donat. Errãt, qui putant Illi eſſe pronomen, cum ſit aduerbium loci.

Illibatus, a. um. o. ſ. ἄψαυστος. participium, ſignificat non tactus, incorruptus: quamuis illibo non legatur. Liu. 3. Ab Vrb. Illibatũ imperiũ.

Illiberaliter, apud ueteres dicebatur factũ (inquit Don.) quod exceſſiſſet omne genus maleficij. ἀγεννῶς. Teren. in Adel. Factum à uobis duriter, Immiſericorditerq́, atq́ etiã ſi eſt pater dicendum magis apertè, illiberaliter.

Illic, aduerbium in loco. Terent. in Andr. Illic ubi etiam caprificus eſt.

Illicet, αὐτίκα. pen. corr. per ſyncopam dictum eſt. uide ſuprà Ilicet.

Illicio, cis, illexi, illectum, a. t. attraho, & quaſi ineſco, ex in & lacio. ἐπάγω, θέλγω. Terent. in And. Tu'ne hic homines adoleſcentulos imperitos rerũ, eductos liberè, in fraudem illicis? Vnde illectus, attractus, inuitatus. Cic. lib. 4. Tuſc. Libido ad id quod uidetur bonum, illecta & inflammata uidetur. Aliàs illectum, dicitur non lectum. Oui. Illectumq́ remittat.

Illicium, cij. n. ſ. ab illiciendo dictum pro incitamento. θέλγητρον. Varro lib. 3. Sed ſi tranſituræ ſunt apes, ea apiaſtro perfricandum, quod illicium hoc illis.

Illico

Illicò. παρ' αὐτά pen.cor.aduerb.eſt,& propriè ſignificat in eo loco.Teren in Adelph. Ocioſe nunc iam illico conſiſte. Donatus, Illico, modò locū, modò tempus ſignificat. Plerunq ponitur pro ſtatim. Plaut. Illico hic ante oſtium eramus.

Illido.dis.ſi ſum.a.t.pen.prod.impello, infringo. προσβάλλω, ἐπάγω, προσαράσσω. Cice.de Aru. Reſponſu, Iam iſta ſerpens compreſſa atq illiſa morietur.

Illisūs.us.maſc.gen.q. Plin. lib.27. ca.48 Illiſu ipſo repercuſſus.

Illimis,me.o.t.ſine limo.Ouid.3.Metam.Fons erat illimis,nitidis argenteus undis.

Illīnio,is.ualde ſuperlimo,inungo. ἐγχρίω. Columel.lib.7. Prædictoq́ medicamento defricatur & illinitur, ſed ſi ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuſet, paucis diebus requies ab opere danda eſt: tum ceruix aqua frigida defricanda, & ſpuma argentea illinienda eſt, id eſt inungenda.

Illino.nis.pen.cor.illeui, illitum, a.t.ſignificat intus,ſiue uehementer ungo, inſpergo, maculo. διαπλάττω, ἐμπλάσσω, ἐπιχρίω. Inde fit Illitus.ta.tum.pen.cor. ἐπιλελιμμένος. Verg. Illita tela dolis, nec Martem comminus uſquam Auſa pati uirtus.

Illitĕrātŭs.a.um.idiota. Cice.de Orat.111. Vir bonus & non illiteratus.

Illō, aduerbium ad locum. Plaut. in Capt. Vbi illò adueni.

Illōtŭs,a.um.o.ſ. penul. prod. immundus & ſordidus. Macrobius Satur. lib.1. Illotis pedibus prætereunt.

Illūc,aduerbium ad locū. Cic.de Orat. Huc atq illuc intueri.

Illūcĕo.es.n ſ. ἐμφαίνομαι, ἐπιλάμπω. pen.prod. & Illuceſco. uide in Luceo.ces.

Illūdo.dis.a.t.pen.pro.derideo. ἐμπαίζω, ἐντρυφάω. Et dicimus, Illudo tibi, & illudo te, & illudo in te. id eſt, inſulto. Vergil. Certantq́ illudere capto. Significat interdū per ludum noceo. Vergil. Neu uariæ illudant peſtes.

Illūmĭno.as.a.p.lucem uel lumen affero, colluſtro. Cice.de Orat.101. Hæc ſunt ferè quæ ſententijs orationem illuminent.

Illūmĭnŭs.a.um. ἀφεγγής. quod eſt ſine lumine. Apuleius lib.3. Seruato noctis illumino tempore. id eſt obſcuro, & ſine lumine.

Illūnis.ne.om.t. ἀσέληνος, σκοτεινή. nox dicta eſt à Plinio in Epiſtolis pro obſcura, quaſi ſine luna, & lunari ſplendore uiduata. Vix (inquit) uiā deſerueramus, & nox non quaſi illunis & nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto. Apul.lib.9. Illunæ caliginis impeditus dixit, ſicut exanimis, & exanimus.

Illūſtris,ſtre.om.t.clarus, nobilis: notitiæ enim, non meriti nomen eſt. ἐπιφανής, ἐνδόξιμος, περίβλεπτος. Vnde illuſtres uiri, & illuſtres meretrices. Col.lib.1. Balnearia occidenti æſtiuo aduertantur, ut ſint poſteà, & uſq in ueſperum illuſtria. id eſt clara. Illuſtris uir, id eſt nobilis, & magni nominis. Cic. de Amicitia: Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum ueterum autoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto uidetur habere grauitatis.

Illūsio.onis.f.t. deluſio. Cic. de Ora. Et huic adiuncta erat illuſio.

Illūſtro.as.a.p. rem aliquan lucidam et ſplendidam facio, uel huic lucem & ſplendorem affero. λαμπρύνω, καταλάμπω, διαφημίζω. Cic. in Prol. lib. Tuſcul. Hoc mihi Latinis literis illuſtrandum putaui. Illuſtrare, item declarare, patefacere, manifeſtare, aperire: quòd quæ aperta ſunt, maiorem lucem præbeant. Vt illuſtrare dubia perſpicuis. Cic. 4. de. Finib. Idem de Oratore, Patefacere & illuſtrare obſcura. Illuſtrare philoſophiam Latinis literis, Idem. 1. Acad. & 1. Tuſc.

Illūibilis.le.quod elui non poteſt, & luto expurgari. Plaut. in Menæ. Næ ex iſthoc loco ſpurcatur naſum odore illuibili.

Illūuiēs.ei.f.q. ἀλουσία. eſt immūditia in homine aut ueſte, aut re quauis alia inſita. Teren. Pānis obſita, neglecta immunda illuuie. Vergil. Reſpicio, dira illuuies, immiſſaq́ barba.

I ANTE M.

IMaginarij, orum.m.ſ. σημαιοφόροι. dicti ſunt qui ferebant ſigna militaria, in quibus imperatorum imagines erant.

Imaginarius.a.um. ἐξεικονισμένος, νοητὸς. quod diſtinguitur à uero, & ſolum in imaginatione fit, nō in re, quæ ratiocinatio, aut apprehenſio propriè dicitur. Suet. in Clau. Cæſ. Stipendiaq́ inſtituit, et imaginariæ militiæ genus, quod uocatur ſupernumerum, quo abſentes, &

tu, & titulotenus fungerentur.

Imaginatus. a. um. ἀπεικασμένος. *quod eſt ad alicuius imaginem factum. Lactant. libro 15. Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant & adorent.*

Imagino. nas. a. p. εἰκονίζω, ἀπεικάζω. *imagines facio, ſeu repræſento. Gell. li. 15. Vt ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, aliorſum translatum facit imagines.*

Imaginor, aris. d. p. φαντάζομαι, ὑποτυπόω. οἴομαι. *ſignificat rei alicuius quæ facta ſit, uel fieri poſſit, etiam quæ fieri non poſſit ſimilitudinem mente concipio. Plinius libro 20. cap. 13. Ideo profluuio genitali datur, & Venerem crebrò per ſomnia imaginantibus. Hinc imaginatio.* ὑποτύπωσις. *pro huiuſmodi conceptu: ut Imaginationes libidinum. Plinius lib. 20. capi. 7. Imaginabile.* φαντασία. *quod mente concipi poteſt.*

Imaginoſus. ſa. ſum. εἰκονώδης. *in quo ſunt plures imagines. Vnde ſpeculum imaginoſum à Catullo dicitur ab imaginibus, quæ in ſpeculo numeroſæ uidentur.*

Imago. nis. f. t. εἰκών. *ſimulachrum, ſpecies, exemplar, & alicuius rei repræſentatio. Cicero de Amic. Nemo unquam animo aut ſpe maiora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Imagines, pro nobilitate generis accipi ſæpe ſolent. Cicero in Piſonem, Obrepſiſti ad honores errore hominum, cõmendatione fumoſarum imaginum quarum ſimile nihil habes, præter colorem. Subitas imagines appellat Plinius, lib. 9. Epiſt. nobilitatem parum antiquam, ſed repentè, fortunæque beneficio quæſitã: quomodo noſtris temporibus multi extiterunt ignotis natalibus orti, qui nec auum quidem, aut etiã patrem ciere aut poſſent, aut auderent, qui ſubitarijs principum beneficijs, & aulicorum ſuffragationibus, ſupra ciuile faſtigium euecti, ingentiũ ſplendidarumque gentilitatum fundamenta iecerunt. Hæc ex Budæo. Imago pro uagina, quòd ueluti ſit imago eius rei quam claudit. Verg. lib. 8. Curuam ſeruans ſub imagine falcem. Rhetores imaginẽ uocant quandam orationis figuram cum res non ſolum geſta indicatur, ſed ut geſta ſit, oſtenditur: ut eſt illud, Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.*

Imaguncula, læ. f. p. εἰκόνιον, σημεῖον. *diminutiuum, parua imago.*

Ĭmāntŏpŏdēs dicuntur aues quædam ex argumento pedum, quaſi loripedes (ut ait Plin.) quoniam his crura prælta, & ternis eas digitis inſiſtere dicit. Sed melius mantopodes.

Ĭmbēcīllĭs, & hoc imbecille. et imbecillus. a. um. ἀσθενής. *ex in & bacillum. quaſi baculo indigens, ponitur pro debili. Plini. in Panegyr. Quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorẽ conſulem ſperet, quanto ſæpius fuerit. Ci. de Ami. Imbecilla enim humana natura eſt ad contemnendã potentiã, &c. unde*

Ĭmbēcīllĭtās, atis. f. t. ἀδυναμία, ἀσθένεια. *debilitas, infirmitas, defatigatio: ad ſpiritum, & ad corpus refertur, ſicut & imbecillus. Cic. de Amic. Sæpiſsimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud conſyderandum uideri ſolet, num propter imbecillitatem atque inopiam deſyderanda ſit amicitia. Imbecillitas materiæ murorum, Cæſar 1. Belli Ciuilis. Imbecillitas conſilij, Cic. 1. Offic. Imbecillitas ætatis, Cicero ad Brutum.*

Imbecilliter, aduerbium, debiliter, & remiſsè, ac languidè. Cic. 4. Academic. Dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum, hiſque quæ uidentur imbecillius aſſentiuntur.

Imbellia, liæ. f. p. ἀνανδρία. *quaſi inertia, non habens belli ſcientiam. Macrob. lib. 3. Satur. Tunc Pœnus eludens ignauiam, imbelliamque militum eius precioſe armatorum.*

Imbellis, & hoc imbelle. om. t. ἀπόλεμος, ἄμαχος, ἄνανδρος. *quod nihil bellicum ſonat. Horat. Imbelli carmine diuides. Propriè tamen imbelle capitur pro timido, ignauo, infirmo, quaſi bello minime apto. Ouidius, Tres ſumus imbelles numero, ſine uiribus, uxor. Imbellis, inermiſque fœminarum turba, Liuius 8. Belli Punici, & 8. Bel. Macedon. Imbelles damæ, Martialis. lib. 13.*

Imber, bris. m. t. ὄμβρος. *in ablatiuo imbre, uel imbri. Vergilius, Et uentis pulſatus & imbri. Eſt autem imber (ut Apuleius libro De mundo inquit) agmen aquarum largius ex concretis effuſum nubibus. Nimbus uerò repentinior, & uehementior pluuia. & quanto*

eſt im-

eſt improuiſior, tanto eſt præcipitatior, & breuiore aſtringitur caſu. Plaut. in Moſtella. Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna. Et non ſolum cœleſtium agmen aquarum, ſed etiam omnem humorem aqueũ ſignificat. Verg. Accipiunt inimicum imbrem. Sunt tamẽ qui hoc nomen cum h & y ſcribãt: alij cum h & i Latino, ut ſupra in dictione Hyems. Sed eius compoſita per i ſcribi debere facile demonſtrant, ut September, October, &c.

Imberbis, & hoc imberbe, om. t. & Imberbus. a. um. ἀγένειος, ἀπώγων. quod non eſt barbatum. Vnde imberbes iuuenes dixit Cice. pro Domo ſua. Idem 1. de Natura Deorum: Iſto enim modo dicere licebit Iouem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem.

Imbibo, is. n. t. pen. cor. idem quod haurio, uel exhaurio ſignificat: quod & ebibere dicitur. ἐμπίνω, ἀναδέχομαι. Plin. 20. cap. 14. Imbibitur ad ſerpentiũ ictus decoctum. Imbibere item per metaphorã apprehendere ſignificat. Cic. 2. Verr. An iſte unquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi de uobis malam opinionem animo imbibiſſet?

Imbrex, icis. d. t. pen. cor. canale curuũ atq; obtortũ, quod in tecto ponitur, ut per id defluat aqua, dictus quòd imbrem recipiat. κέραμος. Ponitur quandoq; pro toto tecto. Plau. in Milite: Quòd meas confregiſti imbrices & tegulas Ibi, dum condignam te ſectaris ſimiam. Quidam dicunt imbrices eſſe quadras fornaces coctiles, ex acerato cretaceoq; confectas, ad tectum ſcandulare ſeriatim tegendum, munimentoq; accommodo imbribus arcendis, à quibus amoliendis imbrices dici uidentur.

Imbricium, cij. n. ſ. idem quod imbrex. Marti. Cum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ, Imbricio * aliâs legitur In rythio. poteras Sexte lauare pedes.

Imbrico, as, are. a. p. pen. cor. in modum imbricis facio, & quaſi imbricibus tego. ἀκεραμόω. Plin. Supernè tantum imbricatis flexibilium uertebris. Imbricatũ Vitru. lib. 2. uidetur intelligere mortarium uinculis denticulatis pectinatim deuinctum. Incerta uerò cæmenta alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem quàm reticulata præſtant ſtructuram.

Imbricatim, aduerb. imbricis modo. Plin. lib. 9. ca. 14. Iam diſtinctione uirgulata, crinita, criſpa: cumulatim, pectinatim, imbricatim undatim.

Imbricoſus, ſa. ſum. ἀπογεγλωσσωμένος. ſcaber ad modum imbricis.

Imbricus, a. um. pluuioſus, & umbras ferens, aut generans. Plaut. in Mercat. Hic Fauonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus.

Imbrifer, ra. rum. ὀμβροφόρος. pen. cor. qui imbres, id eſt aquas, fert. unde Nilus à poëtis Imbrifer dicitur. Colum. lib. 5. ca. 5. Hoc ego ſiccis fieri utiliter non negauerim, ſed ubi aut uliginoſa regio eſt, aut cœli ſunt imbriferi, minime faciendum cenſeo.

Imbubinare, a. p. λυμαίνειν, & Imbulbitare. uide in Bulbino.

Imbuo, is. bui. butum. a. t. inficio, ſeu immergo. ἐμβάπτω. Colu. lib. 10. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut inſiſtentes apes, quaſi per ſyphonem ſuccum euocent. Horat. Quo ſemel eſt imbuta recẽs, ſeruabit odorem Teſta diu. Per tranſlationem ſumitur pro initiare, inſtituere, erudire. Vnde imbutũ literis, imbutum bonis moribus, dicimus præditum, & ornatum ac perfuſum. Imbutum uitijs, hoc eſt inquinatum. Cice. 1. Offic. Plerunq; autem parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moresq; deducimur. Cato de re Ruſt. ſine ablatiuo poſuit ſic, Dolia olearia noua ſic imbuito: amurca impleto. id eſt, inficito, uel illinito.

Imitor, aris. d. p. μιμοῦμαι. pen. cor. per ſimplex m, ſignificat aliorum exempla ſequor, ſed ad amores tantum, dicta, factaq; pertinet. Sequor & ad corpus, & ad mores ſpectat. neq; enim rectè dixeris, Tu præcedis, ego te imitor. dicimus tamen, Tu ſequeris præcepta patris. Plinius in Epiſt. Quam ſanè cum componerem, illos habui in manibus, ut non æmularer (improbum enim, ac penè furioſum) ſed tamen imitarer & ſequerer, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſæ diſſimilitudo pateretur. Imitari chirographum alterius, id eſt adulterare. Cicero de Natu. Deorum Chirographum ſex primorum imitatus eſt.

Imitabilis, le. om. t. quod quis poteſt imitari. Ci. in Oratore, Nam orationis ſubtilitas imitabilis

bilis

bilis quidem illa uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.

Ĭmĭtāmēntŭm, ti. n. ſ. Gellius lib. 7. cap. 5. Quaſi Oreſtis amplexus oppleuit omnia, non ſimulacris, nec imitamentis, ſed luctu atq; lamentis, ueris & ſpirantibus. Obſoletum eſt.

Īmmānĭtās, atis. f. t. ſæuitia. Cic. de Amic. Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, ut congreſſus, & ſocietatem hominum fugiat, atq; oderit.

Īmmĕdĭātē, aduerbium, cito ac celeriter. Gellius lib. 20. cap. 11. Incurioſè & immediate, ac propè etiam ſubruſticè ex ipſo loco, ac tempore hybernarum uigiliarum, Atticas noctes inſcripſimus.

Īmmānĭs, & hoc immane. om. t. pen. pro. ſignificat crudele, ac minime bonum, nocens, ac ferum. ἄγριος, ἀπηνής. Verg. 4. Georg. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non uidit in herba. Immania ſaxa, pro aſperis & horrendis Idem. Immane aliquando ponitur pro ingenti, magno. ὑπερμεγέθης. Idem lib. 6. Poſuitq; immania templa. Immane, pro immaniter. Salluſt. Immane quantum animi exarſere. A quo Immanitas de quo ſupra.

Īmmĕmŏr, oris. om. t. oblitus. ἀμνήμων. Cic. ad Attic. 58. Non ſum immemor mandati.

Īmmēnsĭtās, tis. f. t. infinitas. Cic. de Natur. Immenſitates camporum 45.

Īmmēnsŭs, a. um. o. ſ. quod præ magnitudine menſurari non poteſt. Plin. lib. 8. ca. 28. Quod perſequi immenſum eſt. ἄπειρος.

Īmmĭnĕo, nes. n. ſ. pen. cor. ſignificat inſto. ἐνίσταμαι, ἐφεδρεύω, ἐπιτίθεμαι. Ouidius: Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.

Īmmīſsŭlŭs, uide Immuſtulus.

Īmmīſsŭm, ſi. n. ſ. (ἐμβεβλημένον) differt à proiecto (ut Labienus de uerborum ſignificatione inquit) quod proiectum eſſet id quod ita proueheretur, ut nunquam requieſceret, qualia Meniana ſuggrundia eſſent: immiſſum autem, quod ita fuerit, ut aliquo loco requieſceret: ueluti tigna, trabes quæ immitterentur.

Īmmītto, tis. a. t. (ἐμφυτεύω, ἐμβάλλω, ἐμφυτάω, ἐπαφίημι) inſero, intromitto. Plin. in Epiſt. Dices immiſſa terris noua flumina. Immiſſa barba, pro prominenti & prolixa. καθειμένος. Verg. Reſpicio, dira illuuies, immiſſaq; barba. Aliquando ſignificat contramitto. ἐπαφίημι. Lactan. lib. 4. Hoc futurum eſſe dixerunt, ut poſt breue tẽpus immitteret Deus regem, qui expugnaret Iudæos.

Īmmō, (καὶ μάλα) per duplex mm, apud Veteres ſignificabat, quaſi ex intimo: nunc uerò ſignificat, quin potius. μᾶλλον δέ. Var. Non humanitas, immo ſæuitia eſt lædere innocentem.

Īmmŏlo, as. a. p. (θύω) pen. cor. ſacrifico, & quaſi mola inſpergo: ex in & mola. Feſtus, Immolare eſt mola, id eſt farre molito, & ſale hoſtiam fuſam ſacrificare. Cic. 2. de Diuin. Quid cum pluribus dijs immolatur?

Īmmŏrtālĭtās, atis. f. t. eſt eſſentia uiuens, & ſempiterna perſeueratio. (ἀθανασία.) Cic. de Ami. Niſi enim quod ille minime putabat immortalitatem optare uellet, quid non eſt adeptus, quod homini fas eſſet optare?

Īmmōrtālis, le. om. t. ἀθάνατος. Plautus in Trin. Eho, tua uxor quid agit? M. Immortalis eſt, Viuit, uicturaq; eſt? Immortalis memoria. Cic. pro Corn. Balbo, Immortalia facinora. Immortalia opera, quæ nullo tempore ſunt intermoritura.

Īmmōrtālĭtĕr, aduerb. perpetuò. Cic. ad Quint. Frat. Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Īmmūnis, ne. om. t. (ἀτελής) pen. pro. qui eſt liber ab onere publico, qui nullo fungitur officio, uel qui ætate, uel alio priuilegio præſtare munia non tenetur: ut immunes & liberæ ciuitates quæ nullũ uectigal pendunt. Cic. 5. Ver. Quinq; præterea ſine fœdere immunes ciuitates ac liberæ. Immunes agros, liberoſq; arare. Cic. 4. Verr. Liu. 1. ab. Vr. Inde una centuria facta eſt immunis militia. Immunis pro ocioſo, pigro. Cic. de Amic. Non eſt inhummana uirtus, neq; immunis, neq; ſuperba.

Īmmūnĭtās, atis. f. t. exemptio, & uacatio munerum & onerum, (ἀτέλεια.) Cic. Philipp. 2. Nequa poſt idus Martias immunitatis tabula, neue cuiuſquam beneficij figeretur.

Īmmūnītŭs, a. um. o. ſ. (ἀτείχιστος) non munitus, quamuis immunio non legatur. Cicero pro Cecinna: Si uia ſit immunita, iubet quà uelit agere iumentum.

Īmmūnĭfĭcŭs, a. um. Plautus in Trinumo, Ciui

immunifice ſcis quid cantari ſolet? Quod habes, ne habeas.

Immuſtŭlŭs, ſiue Immiſſus.li.m.ſ. alec ex genere aquilarum eſt (inquit Feſtus) ſed minorum uiriū quàm aquila, quæ uolucris rarò, & non ferè præterquam uere apparet: quia æſtum algoremq́; metuit. appellatur autem ita, quòd ſubito, & inexpectata ſe immittat. Hæc Feſtus, ex cuius uerbis non immuſtulus, ſed immiſſulus ſcribendum potius uidetur, ſiue immuſſulus: nam ab immittendo deducit. De qua aue uide Plin. lib 10. cap. 7.

Impāgo.gis. & ginis.f.t. (ἰναφὴ, ἔμπηγμα) ſignif. id genus marginis ac regulæ, quo tympanum. id eſt quadratum, uel alterius figuræ ſpacium in ualuis, alioúe opere inteſtino per ambitum includitur, ut ferè ſunt, quæ uulgò quoq; ſuppages appellantur. Sunt etiam qui dicant impages uocari, quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant, à pagendo. hoc eſt figendo. Vnde agricolæ pagere plantas dicuntur.

Impăncro.as.a.p. inuado, à Græco, quaſi πάνκρεας hoc eſt, omnem carnem conſumo.

Impărtio.is.a.q. impertio. Cice. 1. Ver. & contra Rul. Cogitationes quæ mihi nullā partem neq; nocturnæ, neq; diurnæ quietis impartiūt.

Impĕccābilis.le.om.t. ἀναμάρτητος. qui non peccat. Gellius libro 17. ca. 19. Is erit plerunq; impeccabilis, uitamq́; uiuit tranquilliſsimam.

Impĕdimĕntŭm.ti.n.ſ. dicitur quo quis impeditur, ut non perficiat quod cupit, (ἐμπόδισμα, κώλυμα.) Cicero: Cum primum impedimenta naturæ, diligentia, induſtriaq́; ſuperarit. Et in exercitu impedimenta dicuntur res, quæ conducuntur in expeditione neceſſariæ. ἀποσκευή. Et non ſolum ſarcinæ, ſed etiam iumenta impedimenta dicuntur, ut docet Frontinus in libro Strateg. ſcribens fuiſſe interfecta à Petreio impedimenta in magna aquarum & pabuli inopia. Curtius: Magno conſilio iacturam ſarcinarum impedimentorumq́; contempſit.

Impĕdio.is.ire.a.q. πεδᾶν. eſt implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur, ſed ad alia transfertur. Teren. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animū diuersè trahunt. Impedire, ſordidare. Plautus in Amph. Qui domi uxorem meam impudicitia impediuit, per quam teneo theſaurum ſtupri. Impedire, obſtare ne quid fiat, impedimento eſſe. Cic. de Sen. Hac igitur frui licet ſenibus, nec ætas impedit. Hinc

Impĕdĭtŭs, a.um. o ſ. participium, (ἐμποδιζόμενος, πεπεδημένος.) à quo Impeditus, impeditior. tiſsimus, nomen: ut Impeditiſsimæ ſyluæ, Cæſar 8. Bel. Gal. Impeditior pugna, Liuius 4. Bel. Punici.

Impĕdo.as.n.p.pen.cor. pedaminibus ſuſtineo. (ἐμπεδόω.) Colum. lib. 4. cap. 16. Cum menſem triceſimum exceſſerit, poſita uinea. id eſt tertio autumno uehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt. Vnde impedata uinea ab eodem dicta, quæ pedamentis fulta eſt.

Impĕllo.lis.a.t. inſtanter perſuadeo, induco, incito, (προάγω, ἐμβάλλω, ὠθέω. ὁρμῶ.) Sall. Aliter haud facilè eos ad tantum negotium impelli poſſe. Teren. Eunu. Me impulſore hæc non fecit. Item impellere eſt urgere, (ὠθεῖν.) Vergil. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Hinc impulſor, quod ferè in mala re uſurpatur, ſicut adiutor in bona. Aliquando eſt contorquere. Vergilius 1. Aeneid. Cauum conuerſa cuſpide montem Impulit in latus. Aliquando eſt labefactare. Plin. li. 33. Immenſo & Achaicæ uictoriæ momento ad impellendos mores. Hinc impulſum, (σαθρόν) pro labefacto, & penè perfracto, trāslatione ſumpta ab arboribus aut columnis, quæ conuelluntur, & paulatim nutant. Aliquando ſignificat loco pellere. Liu. Impulſa frons prima & trepidatio ſubſidiis illata. Impellere ianuā digito, Cicero 4. Tuſc.

Impūlsŭs.us.m.q. nomen. ὦσις. Cicero 2. de Nat. Deorum, Is autem ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte mouetur. Impulſu tuo, ſuo, ueſtro, hoc eſt ductu, & ſuaſu atq; hortationibus. Cic. pro Roſc. Amer. Ipſos certo ſcio non negare, ad hæc bona Chryſogonum acceſsiſſe impulſu ſuo.

Impūlsio.onis.f.t. Cic. de Inuent. Impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor, iracundia.

Impūlsŏr, oris.m.t. qui incitat, & impellit ad aliquid faciendum. Teren. in Eun. Here, ne

me

me ſpectes, me impulſore hæc non fecit.

Impendĕo, des. ſi. ſum. n. ſ. (ἐπαρτῶ, ἐπαιωροῦμαι, ἐπικρεμάννυμι, ἐφάπτομαι.) neutrum eſt, & ſignificat ſupra caput aliquid ueluti caſurū pendere, quod uulgò dicitur ſpenzolare: ut gladius ſupra Dionyſij conuiuæ caput imminens impendebat. Cic. 5. de Fini. Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſsit, ut impenderet illius beati ceruicibus. Dicimus quoq;, impendent te mala. Teren. in Phorm. Subitò tanta te impendent mala. id eſt, pendent in te. hoc eſt, extant contra te. Cicero Planc. Agiturque preclarè, ſi noſmetipſos regere poſſumus, ut ea quæ partim iam adſunt, partim impendent, moderatè feramus, hoc eſt propè uel parata ſunt.

Impēndiō, aduer. intendendi: idē quod impēsè, ualde apprimè. λιπαρῶς. Gel. lib. 1. ca. 2. Erat ibidem nobiſcum ſimul adoleſcens, Philoſophiæ ſectator: diſciplinæ, ut ipſe dicebat, Stoicæ, ſed loquacior impēdiò, et promptior. Impendiò odit. Cic. ad Att. lib. 10. Impendiò magis, pro multo magis. Terentius in Eunucho, Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludū, impendiò magis animus gaudebat mihi. Plau. in Aul. Atq; ille uero, minus minusq; impēdiò curare, minus me impertire honoribus.

Impēndiūm, dij. n. ſ. dicitur impenſa, ab impendendo ære, (ἀνάλωμα) Cic. pro Quint. Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. Impendium, inquit Varro, dicitur pecunia, quæ in fœnere ſorte excedit. hoc eſt, uſura ipſa, quòd inter ſe iungat, unumq; fiat quaſi compendiū. Cic. ad Attic. li. 6. Itaq; aut tutela cogito me abdicare, aut ut pro Glabrione Scæuola fœnus & impendiū reddere.

Impēndo. dis. di. ſum. act. t. ſignificat in rem aliquam expendo, & inſumo. (ἀναλίσκω, δαπανάω.) Plinius in Epiſtol. In aquæductu Domine, Nicomedenſes impenderunt H S. X X X. C C C. X X I X. qui imperfectus adhuc relictus. Vnde impenſa, & impendiū. Et per translationem, impendere operam, impendere laborem dicimus, quaſi exponere, & in totum expendere, Plin. in Epi. Dicimusq;, impendo huic rei, & in hanc rem. Colu. in. Præfa lib. 1. Tot generibus ficorum, ſic ut roſarijs impenderet curam, cum à plerisq; etiā maiora negligantur. Cic. in Ver. Impendere pecuniam in res uanas.

Īmpēnnātŭs, a. um. o. ſ. apenna, ſine pennis. ἄπτερος. Impennatas agnas in ſaliari carmine Veteres proſpicis uſurparunt, quæ non habent ariſtas: agnas enim nouas uoluerunt intelligi. Feſtus.

Īmpēnsă, ſæ. f. p. εὐεργετήματα. dicuntur beneficia. Martialis: Impenſis uitam principis annumeres. Impenſa. ſæ. (ἀνάλωμα.) ponitur pro expenſa, ſumptu. Cic. ad Att. Poſſeſſores nullam impenſam fecerant, nondū inſtruxerant.

Īmpēnsē, ualde uel nimis. (ἄγαν.) Plaut. in Epid. Eſt impensè improbus. Inde impenſius, pro multo magis, (σφοδρότερον) Colum. Sed cuiuſq; diſciplinæ prudentem delectant impenſius ea, quæ proprijs generibus diſtinguuntur, quàm quæ paſsim uelut adiecta, & quodam aceruo confuſa ſunt. Aliquando ſignificat grauius, moleſtius: quia quod impenditur graue eſt. Plaut. in Bacch. Nihil impenſius.

Īmpēnsĭlis, le. om. t. ἀστάθμητος. idem quod conſiderabilis. Gel. Ita impenſibilem uideri aiunt, ut quiſquis homo eſt.

Īmpēnsŭs, a. um. o. ſ. nomen ex participio, auctus, affluēs, quaſi in quē multæ impenſæ fiūt. Plau. in Cap. Væ miſero illi, cuius cibo iſte factus eſt impenſior. Impenſus, grauis, intolerabilis, moleſtus. Plau. in Bacch. Pol, quidē meo animo, ingrato homine nihil impenſius eſt.

Īmpĕrātŏr, oris. m. t. olim belli indicendi, gerendiq;, aut fœderis feriendi gratia deligebatur: req; bene geſta, & aliquot millibus externorū hoſtium proſtratis, cōſequebatur ut primum ab Senatu, deinde ab exercitu honoris cauſa imperator diceretur. Plin. lib. 7. cap. 26. enumerans Pompeij laudes: Toties imperator, antequam miles. αὐτοκράτωρ Græcis dicitur.

Īmpĕrātōrĭŭs, a. um. quod ad imperatorem pertinet: ut Imperatoria donatio. Cice. 5. Verrin. Imperatorium ius.

Īmpĕrĭōsŭs, a. um. o. ſ. qui imperium habet. Cic. in Orat. Cognoſcat etiam rerum geſtarū, & memoriæ ueteris ordinem, maxime ſcilicet noſtræ urbis: ſed et imper oſorū populorū, et regū illuſtriū. Itē qui nimis ſeuerè imperat, quaſi oſtentator imperij, qualis Torquatus apud Liuiū, qui filiū licet uictorē, quia contra impe

rium ſuum pugnauerat, ſecuri percuſsit. Hinc aduerbium imperioſè, quod eſt ſeuerè, & cum oſtentatione imperij. Plau. in Pſeud. Ita herus meus eſt imperioſus. Imperioſus ſibi, qui ſibi ipſe imperat, qui uitæ ſuæ modũ habet: ſiue, ut uulgò dicitur, qui ſuis paſsionibus dominatur. Hora. 2. Serm. Saty. 7. Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibi imperioſus. Imperioſiſsima familia & ſuperbiſsima, Liuius 9. ab Vrbe.

Ĭmpĕrĭtābūndŭs, (ἀρχικὸς) idem quod imperitãs.

Ĭmpĕrĭtiă, æ. f. p. inſcitia. ἀπειρία, ἀνεπιστημοσύνη. Plinius lib. 17. cap. 2. Contrà, circumſerere imperitia exiſtimatur.

Ĭmpĕrĭtŭs, a. um. o. ſ. non expertus, inquit Donatus, inſcius, ignarus, rudis, indoctus. (ἰδιώτης, ἄπειρος τῶν πραγμάτων, ἀμαθής.) Terent. in Adel. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius. Imperitus & callidus cõtraria ſunt, quemadmodum rudis & aſtutus. Cicero pro Roſc. Comœdo: Callidum imperitus non fraudat. Imperita multitudo, imperitum uulgus. Cic. 1. Offi. Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non eſt habendus. Imperitus rerum, Teren.

Ĭmpĕrĭtè, aduerb. indoctè. Cic. de Clar. orat. Dicebat enim Scipio nõ imperitè. Idem pro Bal. Quid enim potuit dici imperitius? &c.

Ĭmpĕrĭto, tas. n. p. pen. corr. frequentatiuum eſt ab impero. (ἐπιτάττω) Plau. in Capt. Quod ante hac pro iure imperitabam meo.

Ĭmpĕrĭūm, rij, n. ſ. ſignificat iuſſum. (ἐπίταγμα.) Verg. Imperio læti parent. Aliquando dicitur dominium aut regnum. ἡγεμονία, ἀρχὴ, δεσποτεία. ut apud eundem, Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris. Aliquando eſt poteſtas. Vlpian. Merum eſt imperium, habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur.

Ĭmpĕro, ras. n. p. pen. cor. ex in, & paro, ſignificat iubeo. (ἐπιτάττω, προστάττω.) In enim intentiuum eſt, quaſi ſtatim uel prorſus paro. Terent. in And. Non imperabat coràm, quod opus facto eſſet puerperæ. Vnde imperatum, (τὸ κελευσθέν) iuſſum. Idem: Mihi, quod ſemel imperata non feci.

Ĭmpērſōnālĕ uerbũ, (ἀπρόσωπον) dicitur quod non habet perſonas, cuius duæ ſunt ſpecies. Nam quædã ſunt imperſonalis uocis actiuæ, quædam paſsiuæ. Imperſonaliũ actiuæ uocis quin genera eſſe dicuntur, quæ in t finiunt, & à tertia perſona quorundam neutrorum formantur, ut à placeo fit Placet imperſonale. Primæ ſpeciei ſunt, benefit, malefit, ſatisfit, quæ ſemper ſunt imperſonalia, & ante ſe exigunt ablatiuum cum præpoſitione, & pòſt datiuum: ut, à deo benefit bonis. Secundæ ſpeciei ſunt intereſt, & refert, quæ antè genitiuum, & pòſt infinitum habent, exceptis mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri: loco quorum dicimus mea, tua, ſua, noſtra, & ueſtra, & cuius. a. um. in quo tam ablatiuo, quàm genitiuo uti poſſumus: ut cuius uel cuia intereſt orare? Tertiæ ſpeciei ſunt, licet, placet, liquet, patet, accidit, euenit, contingit, ſuppetit, conſtat, reſtat, & uacat, quæ habent antè datiuum, & pòſt infinitum: ut, Mihi libet mori. Et licet quædam ex his perſonalia ſint, tamen raró ſunt in uſu, niſi in tertijs perſonis. Non enim dicimus, accido tibi, & tu accidis mihi: ſed hoc accidit, contingit, euenit tibi. Quartæ ſpeciei ſunt, decet, iuuat, delectat, oportet, quæ habent antè accuſatiuum, & pòſt infinitum: ut, Religioſum decet caſtè uiuere. Quintæ ſpeciei ſunt, pœnitet, tædet, miſeret, piget, pudet: & ſemper ſunt imperſonalia, niſi apud Iuniores: & antè uolunt accuſatiuum, & pòſt genitiuum, uel infinitum: ut Me tædet peccatorum, uel peccaſſe. Miſeret uerò uult poſt ſe genitiuum tantum. Imperſonale paſsiuæ uocis formatur à tertia perſona, iuncta ur, ut legit, legitur. Et tam ab actiuis omnibus, quàm à neutris, acquiſitiuis, tranſitiuis, & abſolutis formatur, nec aliquem caſum exigit antè, ut itur, ſtatur. Nam proprium imperſonalis eſt, nullam certam perſonam ſignificare: nec ullum caſum habet pòſt, niſi qui à neutris, acquiſitiuis, & abſolutis deſcendit: ut, Itur in antiquam ſyluam.

Ĭmpērtĭo, is. a. t. impartio, impertior, do, tribuo, præbeo. Cic. de Nat. 11. Ignis omnibus rebus uitalem impertit calorem.

Ĭmpērtĭŏr, iris. impertio, partem aliquã in alias partes diſtribuo. Ci. pro Pom. 7. Lucullo tantũ impertior laudis, quantũ uiro forti debetur.

Ĭmpĕ

Impes.tis.m.t. & impetus.tus.idem ſignificāt. (ἐπιφορὰ, ῥύμη, βία) Lucreti. libro 1. Quam libet in partem tradunt res antè, ruuntq́ impetibus crebris.

Impetigo,inis.f.t. pen.prod. fœdatio cutis ſerpens cum pruritu, quam alij ſcabiem ſiccam, aſperam,& prominentē intelligunt: alij morbum ſimilem ſcabiei ſquāmoſum, corpusq́ dehoneſtantem,(ἄλφος,λειχὴν) alij putant eſſe uolaticam. Ab impetu nomen deductū. Seren. Si uerò uitium eſt, quod ducit ab impete nomen, Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Et apud Columellam li.5.ſcribitur, quòd impetigines & ſcabies aceto & alumine defricentur in equis. Dicitur & impetrix (ut ait Feſt.) & petigo, quòd uicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens. Vide etiam Celſum libro 5.

Impeto.tis.a.t.pen.cor.inuado, adorior.(προσβάλλω) Varr. 3. de re Ruſtica. cap. 16. Itaq́ impetentes à ſe eijciunt fucos quod hi,&c.

Impetrābilis paſsiuè,ut res impetrabilis,quæ impetrari & obtineri poteſt,(εὐεξαίτητος) Liuius 6.Bel.Maced. Itaq́ præmiſsis à Philippo,qui ſpem impetrabilis ueniæ oſtendebant,&c. Aliquando actiuè. Plaut.in Moſtel. Non potuit uenire orator magis ad me impetrabilis.

Impetrāſſo, pro impetro Veteres dixere. Plautus in Aulul. Et iſthuc confido à fratre me impetraſſere.

Impetrītus.a.um. quod eſt ſtabile,quaſi in petra fixum. Plaut.in Aſin. Impetritum, inauguratum'eſt.

Impetro.as.a.p.pen. cor.ex in & petro,ſignificat obtineo,et quaſi id quod cupio,facio,(τυγχάνω,λαμβάνω) Vnde & perpetro, perficio. Terent.in Andr.Facis,ut te decet,cum iſthuc quod poſtulo,impetro cum gratia.

Impĕtŭs.us.m. q. inuaſio cum tumultu. Cice. pro Roſc.Amer.Vos autē maxime debetis in eos impetum facere qui merentur.

Impiātus,ſcelere contaminatus, & expiandus, (ἐναγὴς,ἄγαιστός.) Impiamentum. μίασμα.

Impiger,gri.m.ſ.pen. cor. non piger, ſed ſtrenuus & diligens. ἄοκνος. Cic. pro Font. Virū ad labores belli impigrū, ad pericula fortem.

Impigrè,aduerbium diligenter. Liuius. 2. ab Vrbe,Impigrè ſecuti ſunt.

Impigrĭtas.atis.f.t. pro impigritia. Cic.de Rep. Nunquam uiri fortiſsimi fortitudinis,impigritatis,patientiæ.

Impingo.gis.pegi.impactum.a.t.(ἐπάγω,καταρράσσω,ἐμπήγνυμι) ex in & pango,ſignificat impello,& illido.Cic.3.Tuſcul.Huic calix mulſi impingendus eſt,ut plorare deſinat. Impingendus dixit,quaſi illidendus,& nolenti ingerendus.Denotat enim uim aliquam.Plautus in Capt. pro impono uſurpauit: Iubete huic craſſas compedes impingier. Aliquando pro inſcribo.Teren. Phorm.Si tu illam attigeris, ſecus, quàm dignum eſt liberam, dicam tibi impingā grandem. δίκην ἐπάξω σοι μεγάλην.

Impinguo. guas. a. p. pinguem facio. (πιαίνω,λιπαίνω) Vnde illud, Impinguatus, dilatatus,&c.

Impio, as. a. p. (μιαίνω) contamino, ex in,& pio componitur, cui opponitur expio. Plautus in Rud.Si erga parentem,Aut deos me impiaui. id eſt.Si impius fui erga parentes. Impiatus,ſceleratus,inquit Feſtus. Significat etiam maculatum. Apule. Cruore humano aſperſum atq́ impiatum.

Impĭus, a. um. o.ſ. crudelis, à pietate remotus. (θεομισὴς,ἀνόσιοι) Cice. pro Sext. Roſc. Hæ ſunt impijs aſsiduæ furiæ. Impia herba quæ dicatur,uide Plinium lib.24.cap.19.

Impĭĕtas,atis,f.t.nequitia,peruerſitas: quæ propriè eorum eſt,qui piè,hoc eſt iuſte & ſapienter agere non didicerunt. Cicero 1.de Fin Et ſi uero impietas molita quidpiam eſt, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id fore ſemper occultum.

Impĭē,aduerbium,immaniter. θεομισῶς. Quint. lib.7. cap.2. Tu impiè feciſti,cum exhæredationem meruiſti.

Implăno,as.a.p.pen.corr.decipio. ἀποπλανάομαι. Cyprian.Si quis(inquit) putat ſe aliquid eſſe, cum non ſit, ſe ipſum implanat. Hinc Implanator, pro ſeductore, qui Græcè πλάνος dicitur.

Implĕo,ples.a.ſ. ἀναπλέω, ποιοῦμαι, ἐμπλήθω, ἐμπίμπλημι,πληρόω. Conſtruitur cum ablat.uel genitiuo. Verg. Impleuitq́ mero paterā. Plin. lib. 14.capite 63. Canes implentur uno coitu. Quandoq́ additur præpoſitio, ut cum dicimus,Impleui nauē de omni genere frumenti.

Huius compoſitum eſt, Adimpleo.

Ĭmplĕxŭs.a.um.o.ſ.inuolutus, innexus, ἐμπλεκόμενος, ἐμπεπλεγμένος. Plinius libro 33. capite 1. Eſt quidem apud eundem Homerum, uirorum crinibus aurum implexum.

Ĭmplĭco.cas.a.p.pen.cor. ἐμπλέκω. uide Plico.

Ĭmplōro.as.a.p.penult.prod.auxiliũ poſco. θεοκλυτέω, ἐπικαλοῦμαι. Et propriè dicitur cum quis in malis poſitus eſt, & cum miſeratione auxiliari ſibi poſtulat. Teren.in Adel. Ilhæc ſidem nunc noſtrã implorat Demea. Imploratio. Liu.8.ab Vrbe: Proditur memoria aduerſus crebram implorationem deorum.

Ĭmplŭo, (ἐμβρέχω.) uide in dictione Pluo.

Ĭmplŭŭs, a.um.o.ſ. (καταβεβρεγμένος) pluuia madefactus dicitur.

Ĭmplŭuiā, æ.ſ.p. (μανδύα) ueſtis erat, qua ſacerdotes per imbrem utebantur. Pluuiale nunc uulgò appellatur. Var. Salium quoq; ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur. Vel fortè dicta eſt à colore. nam impluuiatus color à Nonio dictus eſt, quaſi fumato ſtillicidio implutus.

Ĭmplŭuĭŭm, uij.n.ſ.locus ſub cœlo in medijs ædibus, ubi pluuia accipitur. ὄροφος. Feſtus: Impluuium, quo aqua impluit collecta de tecto. Teren.in Phor. Monſtra euenerunt mihi. Introijt in ædes ater alienus canis, anguis per impluuium decidit de tegulis.

Ĭmpŏlĭtiā, tiæ.f.p. quaſi incuria, ruditas, inelegantia. ἀκομψία, ἀκοσμία. Gell.lib.4.ca.12. Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum uiſus erat, impolitiæ notabatur. Impolitias facere dicebãtur cenſores, inquit Feſtus, cum equiti æs abnegabant, ob equum male curatum.

Ĭmpŏlĭtŭs, a.um.rudis, contrarium polito. Cic. de Prouin. Conſul. Impolitæ uerò res & acerbæ ſi erunt relictæ, quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſeſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcerent. Impolitè, aduerbium, ineleganter. Cic.1.de Oratore: Cum ſæpiſſimè tibi Senatus breuiter impoliteq; dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus, &c.

Ĭmpōmĕnā, quaſi impommenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. Feſtus.

Ĭmpōno, is.a.t.pen.prod.ſupra pono, ἐπιτίθεμαι, ἐπιτίθημι. Verg. Molemq; & montes inſuper altos impoſuit. Interdum imponere, eſt dare. Idem libro 7. Finemq; imponere curis. Interdum iniungo. ἐπιβάλλω, ἐπιτάττω, προστάττω, ut Impono tibi hoc onus. Teren.in And. Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone, impera. Et his modis conſtruitur cum accuſatiuo, cũ datiuo uerò ſignificat decipere. ἐξαπατᾶν. Cic.ad Qu.Frat. lib.2. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maximè Catonis, cui tam egregiè impoſuit Milo noſter. Cum autem dicimus, Impono manum, ſignificat perficio. Donatus: Imponitur manus rebus, cum perficitur id, quod cœperit: relinquitur, cũ imperfecta dimittitur. Verg. Imponit regina manũ. Et alibi: Atq; opere in medio defeſſa reliquit.

Ĭmpōrco, cas.n.p.porcas in agro facio. αὐλακίζω. Colum.lib.2. Et ſimiliter cum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatumq; occabimus. Imporcator, qui porcas facit. Eſt autem porca, ut inquit Feſtus, terra eminens inter duos ſulcos. αὖλαξ.

Ĭmpōrto, as.a.p.inueho. Cic.de Orat.113. Modo enim huc iſta ſunt importata.

Ĭmpōrtūnŭs, a.um.pen.pro. quod caret portu, hoc eſt quiete, ubi nullus portus eſt. ἀλίμενος, ἄπορος. Verg.lib.11. Bellum importunum ciues cum gente deorſum, Inuitisq; uiris gerimus. Importunus, qui aliquid facit præter rationem loci, ſeu temporis, aut perſonarum. Teren.Heau. Imò ille fuit ſenex importunus, ſemper. Importunus, moleſtus, faſtidioſus. Cice. in An. Non poſſum æquo animo uidere tam importunos, tam ſceleratos hoſtes. Importunè aduerbium, præter temporis, aut decori atq; honeſtatis rationẽ. Cic.4. Aca. Hoc eſt enim uerum eſſe, confidere ſuis teſtibus, & importunè inſiſtere. Hinc opportunitas. ἀκαιρία. quæ (ut Donatus inquit) neq; loci, neq; temporis habet cõmoditatem. Terentius in And. Importunitatem ſpectatæ aniculæ. Importunitas, deteſtandum atq; execrandum facinus. Cic. pro Cluen. Huius importunitatem matris à filij capite depellite.

Ĭmpōrtŭōſŭs, a.um.quod eſt ſine portu: ut, Mare ſæuum & importuoſum Salluſt. in Iugur.

Ĭmpŏs, (ἀκρατής) uide in dict. Compos.

Ĭmpōſtōrēs, rum.m.t. dicuntur qui alios uerbis pollicentibus decipiunt, uel qui ſupponendo

nendo malas merces, homines fallunt. φενάκη. Et qui ita decipiunt, Impoſturam facere dicuntur. Vlpianus ff. de Crimi. ſtellionatus, Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt appellari.

Impŏtēns, entis. o. t. pen. cor. qui ab appetitibus uincitur. παράλογοι, ἀκρατεῖς. Cice. Lepid. Sin iſta pax perditorum hominum in poſſeſsionē impotentiſsimi dominatus reſtituta eſt. id eſt ſuperbiſsimi, & inconſtātiſsimi. Accipitur & pro præpotens. πειθηνὸς, ὑπερέχων.

Impŏtēntiă, æ. f. p. (ἀδυνατία, ἀσθένεια.) plerunq; imbecillitatem ſignificat, ſiue infirmitatem, ut inquit Donatus. Cic. 4. Tuſc. Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimum diſsidentem. Interdum ualidam immoderatamq; potentiam. ἀκράτεια, ὕθεις. Vnde tyrannus impotentiſsimus dicitur à Quintiliano, & Decemuiri, quorum principatus erat immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur. À Seneca impotentia fortunæ aſſcribitur.

Imprǣsēntiā, & Impræſentiārūm. ἐν τῷ παρασχῆμα, ἐν τῷ παρόντι. aduerbia, ſignificant tempore præſenti, hoc eſt, quod præſens eſt, uel præſens fuit, uel præſens erit: ut, Impræſentia diſputandum nō eſt. Rarius tamen de præſenti. Cato de lege oleæ legendæ: Extra quam ſi quem ſocium impræſentiarum dixerit.

Imprĕcōr, aris. d. p. (ἐπιθειάζω, ἐπεύχομαι) pen. cor. & in bonū & malum accipi ſolet: de quo in dictione Precor.

Imprĕſsio, onis. f. t. (προβολή) id eſt uiolentus impetus. Vt impreſsio eſt aciei in aduerſariorum aciem. Cic. pro Flac. Non igitur impreſsio, non occaſio, non uis, non tempus, non imperium, non ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt.

Imprimo, mis. a. t. pen. cor. premendo immitto, intus calco, obſigno. προσείβομαι, ἐναπομόργνυμαι, ἐντυπόω. Vnde impreſſæ literæ obſignatæ dicuntur. Cic. 4. Aca. Cum uiſa in animos imprimuntur non uos id dicere inter ipſas impreſsiones nihil intereſſe, &c.

Improbro, as. a. p. probro afficio. Plau. Tru. Rus tu improbras ut nacta es hominem.

Imprŏbŭs, a. um. o. ſ. pen. cor. non probus, malignus, & nequam. μοχθηρὸς, πονηρὸς, κακεντρεχής. Teren. in And. Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum. Interdum dicitur ſæuus. Vergil. 9. Aen. Lauit improba teter Ora cruor. Interdum turpis. Lucilius: Omnes formoſi, fortes, ubi ergo improbus eſt? Nonius. Plautus, Improbiorem non uidi faciem mulieris. Interdum magnus. Verg. 1. Georg. Labor omnia uincit Improbus. Quandoq; inſatiabilis, damnoſus. Verg. 1. Georg. Nihil improbus anſer, Strymoniæq; grues. Improba merx, iniuſta, uel in qua nullum eſt lucrum. Plaut. in Mil. Improbum os, dicax, iniuriarum plenum. Suet.

Imprŏbŭlŭs, li. m. ſ. dimin. Iuuen. Finge tamen te improbulum.

Imprŏbē, aduer. peruerſè. Plau. in Trin. Si quid ſcis me feciſſe inſcitè, aut improbè. Cic. 5. Ver. Eſt aliquid quod improbius fieri poteſt?

Imprŏbĭtās, atis. f. t. malignitas. μοχθηρία. Cic. 4. Ver. Ex multis ſimilibus ea ſumam, quæ maximè improbitate excellere uidebuntur.

Imprŏbo, as. are. reijcio, damno, refello. ἐγκαλέω, ψέγω. Caſ. 1. Bel. Ciuil. Curio utrunq; improbans conſilium, quantum alteri ſententiæ deeſſet animi, tātum alteri ſupereſſe dicebat.

Imprŏbābĭlĭs, le. om. t. quod probari non poteſt. Cic. 4. Aca. Quamobrē ſiue tu probabilem uiſionem, ſiue improbabilem, & quæ non impediatur, ſiue aliud quid præferes, &c.

Imprōlŭs, & Improlis. pen. pro. qui nondum in ciuitatem aſſcriptus eſt. ἄγονος.

Imprŏpĕrĭūm, (ὀνείδισμα) criminis exprobratio.

Imprŏpĕro, ras. a. p. pen. cor. eſt crimen, uel aliquid aliud obijcere. ὀνειδίζω. Plaut. in Rud. Etiam uim improperas flagitij flagrantia. uide in Propero.

Imprŏpĕrātŭs, nomen, non feſtinus. Vergil. 9. Aen. Haud aliter retro dubius ueſtigia Turnus Improperata refert.

Imprŏuĭdŭs, a. um. incautus, qui non prouidet, quod futurum eſt. Cicero de Legibus, Neceſsitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit.

Improuida tela, paſsiuè, quæ non uidentur. Plinius in Epiſt. Sæpius à Domitiano, non ſecus

ac tela, quæ ipſa cæca et improuida feruntur, in optimum quenq; contorquebatur.

Improuidè, aduerbium, incautè. Liu. 7. Bell. Pun. Neq; pro ueteris prudentia ducis tam improuidè iſſet.

Ĩmprōuiſŭs, a. um. o. ſ. pen. pro. quod nõ eſt præuiſum, inopinatum, ſubitum, repentinũ. Cic. ad Att. lib. 15. Etiam illud quid eſt, quod non pertimeſcendum ſit? cum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuiſus morbus oppreſſerit?

Ĩmprōuiſè, aduerb. ex improuiſo, ex inopinato, de improuiſo, derepente, ſubito, repentè. Plau. in Tru. Qui amat, nequit quin nihili ſit, atq; improuiſè partibus expoliet.

Improuiſō, aduerbiũ, idem. Cice. 12. Philip. Cur hoc tempore? cur tam improuiſo? cur tam repentè pacis eſt facta mentio?

Ĩmprūdēns, entis. om. t. non prudens, inſciens. ἀνόητος, ἄφρων. Cic. pro Roſc. Amer. Hæc omnia iudices imprudente L. Sylla facta ſunt certè ſcio. Conſtruitur cum genitiuo. Colu. Tota uita uellent imprudentes negocij ſui conſpici. id eſt ignari. Teren. Eun. Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium. Aliquando »etiam ualde prudens. Vergilius, Nocuit un»quam imprudentibus imber.

Ĩmprūdēntiă, inſcitia, error, inſcientia. Cic. de Inuen. Imprudentia eſt cum ſciſſe aliquid is, qui arguitur, negat.

Ĩmprūdēntĕr aduerb. inſciè, & per imprudentiã. Teren. in And. Interea hæc ſoror, Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius.

Ĩmpūbēs, uide Pubes.

Ĩmpŭdēns, entis. om. t. pen. cor. qui nullo pudore ducitur, quem nihil pudet, inuerecundus, perfrictæ frontis, ἀναίσχυντος, ἀναιδής. Cic. Acad. Vtrum igitur nos impudentes, qui labi nolumus? an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia?

Ĩmpŭdēntiă, æ. f. p. inuerecundia. Cic. 5. Ver. Quid ad hanc impudentiam addi poteſt?

Ĩmpŭdēntĕr, temere, petulanter, inuerecundè. ἀναιδῶς. Teren. in Andr. Mirum uerò, impudenter mulier ſi facit meretrix?

Ĩmpŭdīcŭs, a. um. o. ſ. pen. pro. qui non eſt pudicus, impurus. ἀσελγής, καταπύγων. Cic. ad Octauiũ: Audiet Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere uoluit, niſi pudicum. Ponitur quandoq; etiã pro temerario, et pro eo qui nullo pudore ducitur. Plaut. in Rud. O facinus impudicum. Hinc impudicitia. καταπυγοσύνη, ἀσέλγεια.

Ĩmpŭdĭcātŭs, adiect. ſtupratus, inquit Feſtus.

Ĩmpūgno, as. a. p. oppugno. Cice. pro Quint. Illis aũt id tempus impugnandi detur, cũ uitandi illorũ impetus poteſtas adempta nobis erit.

Ĩmpūno, onis. m. t. à Veteribus impudens dicebatur. Lucilius, Homo impuratus, & impuno, & rapax.

Ĩmpūnē, aduerbium eſt, ſignificat ſine pœna, uel »ſine damno. ἀτιμωρητί, ἀζημίως. Verg. lib. 2. »Georg. Et ſæpe alterius ramos impune uidemus Vertere in alterius, mutatamq; inſita mala Ferre pyrum. Aliquando refertur ad omnem effectum, & ſignificat ſine ui & effectu, hoc eſt fruſtra. ματαίως. Terent. in Hecy. Impune iſtud optare tibi licet. Impunius, magis impune, ac cũ minori periculo. Cic. 6. Ver. Ille ciuis Romanus quòd erat, impunius id ſe facturum putauit. Impuniſsime. Plautus in Pœnu. Nam impuniſsimè tibi quidem Hercle uendere haſce ædes licet.

Ĩmpūnĭtās, atis. f. t. quaſi non punitio. τὸ μὴ κολάζεσθαι, ἄδεια. Cic. 2. de Fin. Quæ libido ſe non proripiet ac proijciet, aut occultatione propoſita, aut impunitate aut licentia?

Ĩmpūrŭs, a. um. o. ſ. pen. pro. generaliter pro improbo poni ſolet. ἐναγής, μιαρός, Terent. in Adel. O hominem impurum. Item, qui aliquo uitio notatus eſt. Cic. lib. 4. de Repub. Sed iuuentuti noſtræ minime audiendus: quippe ſi ita ſenſit, ut loquitur, eſt homo impurus. Item dicitur ſordidus, contaminatus. μιαρός. Idem: Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribusfamiliãs in illa tetra atq; impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis?

Ĩmpūrātŭs, a. um. idem quod impurus. Terent. in Phor. Impuratus me ille ut etiam irrideat.

Ĩmpūrē, aduerb. iniquè & flagitiosè. Cice. 3. de Fin. Quis animo æquo uidet eum quem impurè ac flagitiosè putent uiuere?

Ĩmpūrĭtās, atis. f. t. infamia. Cic. 2. Phil. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, uino luſtriſq; confectus.

Ĩmpūtātŭs, a. um. (ἄτμητος) quod non eſt putatum.

tum,hoc eſt amputatũ:quãuis imputo in hac ſignificatione nõ legatur. Plin.li.4.Eadem lege ex imputata uite libari uina dijs nefas ſtatuit,ratione excogitata, ut putare cogerẽtur.

Ĭmpŭto,as.a.p. pen.corr.aſsigno,attribuo,alicuius cõmodi aut incommodi cauſam in aliquem reijcio, & aſſero eum eius rei fuiſſe cauſam & originem,& in utranq; partẽ accipitur ſed magis in malam. Plin.lib.18.ca.1.Noſtris eam criminibus urgemus,culpãq; illi imputamus.Interdũ ſignificat ſupputare,& numerare,ſubducere rationẽ.Vlpi.Præterea ſi matrẽ aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eũ poſſe.Interdũ,imperare,imponere tributum. Plin.in Epiſt. Eidẽ ciuitati imputata ſunt terna millia,quæ uatici nomine annua dabãtur.

Ĭmŭs,a.um.per ſimplex m,ſignificat infimum, κατώτατος. Cic.in Somn.Ima ſede ſemper hæret terra.Sed quoniã in multis, ut in pectore, quæ infima ſunt, etiã intima dicuntur, imum plerũq; pro intimo poni conſueuit.ἐνδόμυχον.

I ANTE N.

IN,(ἐν,εἰς)præpoſitio eſt,quæ & ſeparari & componi ſolet. Separata tam accuſatiuo quam ablatiuo deſeruit. Sed cum accuſatiuo iungitur, ſignificat pro, uel ergo, πρός. ut Bene ſentio in Rempubli. Cicero Lentulo, Nam hoc Senatuſconſulto in meam ſententiam facto. Quandoq; aduerſus, uel contra. κατά.ut,In parricidam dico, & in tyrannum » pugno. Verg. Quid meus Aeneas in te committere tantũ,Quid Troës potuere? Quandoq; intra: ut, In nauem ingreſſus est, & In domum proficiſcor. Quandoq; ad. Vergil. Impulit in latus. Quandoq; uſq; ad. Liuius, Bellum in trigeſimum diem indixerant. Iungitur accuſatiuo pro ablatiuo:ut, Vereor te in os laudare, pro in ore. Terent. in Adelph. In quem exempla fient:id eſt in quo. Iungitur etiam accuſatiuo cauſa ornatus,at ita ut componatur cum uerbo accuſatiuum regente:ut,Inuado hoſtem:et,Tu ingratitudinis crimen incurriſti. Cicero uerò dixit,In odia hominum incurrunt. Aliquando ſignificat inter. Verg. Pentheſilea furens medijſq; in millibus ardet. Aliquando ſignificat pro, uel ad. πρὸς σοῦ, ἐπὶ σοί: ut Hoc eſt in re tua, id eſt pro utilitate tua, uel ad utilitatẽ tuam. Compoſitum quoq; uarijs capitur modis. Nam modò ponitur pro intra, uel intro, ut ingredior, induco. Modò contra: ut inclamo, inſulto. Modo intentiua eſt, ut increpuit, inſonuit. » Verg. Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos. Modo negatiua, ſeu primitiua, ut ignarus, inutilis. Modo ſignificat ſupra: ut immineo, impendeo. Modo ſine, ut iniuſſu meo. Modo ſolennitatem quandam importat: ut, indico. cis. quod ſignificat ritu ſolenni quicquã promulgo aut iubeo. Modo ad locum, ut infero, importo. Aliquando ponitur pro » particula ſuperuacua: ut, Noſco crines, incanaq; menta. Componitur In cum omnibus literis, tam uocalibus, quàm conſonantibus. Sed quãdo iũgitur uocalibus, uel c d f g h n q ſ t ſemper remanet n: ut, inauris, ineo, inijcio, inops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquiro, inſiſto, intueor. Quando uerò cum b, m, & p, mutatur in m: ut, imbibo, immunis, impono: cum l & r, mutatur u in l, uel in r: ut illudo, irruo. In commune. In poſterum. In primis. In quantum. Vide infrà.

In diem addicere, eſt rem uenalem ita uendere, ut niſi alius ad certum præſcitumq; diem maius precium obtulerit, illius ſit, qui primo obtulit. ἐμπροθέσμως προσέθετο. Item in diem uiuere apud Quintilianum & Salluſtium. In diem panem mercari, quaſi præſentis diei rationem habere.

In dies ſingulos. καθ' ἑκάστην ἡμέραν. id eſt per quoslibet dies. Cic. Metello, Meæ rationis atq; eius mei conſilij, maiorem in dies ſingulos fructum, uoluptatemq; capio.

In domo, et domi, (ἐν οἴκῳ, οἴκοι.) uide in Domus

In horam, (ἐπὶ ὥραν) plerunq; cum Viuo cõiungitur, ſicut & In diem. Cic. Neq; qui in horam uiuunt. In horas uerò, (εἰς ὥρας) cum uerbo incrementum ſignificante: ſicut in dies. » Vergilius, Galle cuius amor tantum mihi creſcit in horas, Quantum uere nouo, &c.

In manu, uel in manibus eſt, dicitur pro eo quod eſt in poteſtate, uel in promptu, & in facili: ut, Victoria in manibus eſt. id eſt, quaſi iam tenetur. Et in manibus, (μετὰ χεῖρας) pro inter manus. Cic. in Cat. Septimus mihi liber Originũ eſt in manibus. id eſt, operi nondum ſum-

ma impoſita eſt manus. In manu aquas poſcimus: Veteres autem aquas manibus pedibusq; dixerunt. In manu datur ei. ἐγχειρίζεται. qui ſeparatim accepit ſine arbitris, aut interprete, præuaricator, aut corruptus iudex. Terent. in Phor. Ehò dic, quid uelis tibi dari in manū.

In medium, (εἰς τὸ μέσον) id eſt in uſum communem. Cicero libro primo Officiorum, In hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum.

In mentem uenire, (ἐπελθεῖν, εἰς νοῦν ἐπέρχεσθαι) non tantum eſt reminiſci, ſed etiam recogitare, & conſiderare. Cic. In mentem tibi non uenit, cauſſam publicam ſuſtinere.

In numerum, ſignificat in ordinem. In numerum ludere. εὐρύθμως παίζειν. id eſt ſaltare. Vergil. Tum uerò in numerum Faunosq; feraſq; uideres Ludere. In ordinē redactus, ſiue coactus (ἐγκύκλιος, ἔγκριτος, ἐντεταγμένος) id eſt inter uiles & abiectos numeratus. Liuius lib. 12. Tribuni plebis in ordinem redacti. id eſt contemptui habiti. Hinc etiam extra ordinem, (ἐκκρίτως) pro egregiè dicitur.

In poſterum, (τὸ λοιπὸν, εἰς τοὐπίσω) penultima correpta uide in Poſtremò.

In re tua, (πρὸς σοῦ) id eſt pro utilitate tua. ſicut Ab re, contra utilitatem.

In rem præſentem, non tempus, ſed locum ſignificat, quaſi in locum differentiæ, ut cum iudex accedit ad locum, de quo eſt controuerſia. Cic. Vt ſi conſtitueris te cuipiam in rem præſentem eſſe uenturum, id eſt ad locum, de quo controuerſia eſt.

In ſpem uenio, (εἰς ἐλπίδα ἥκω) ſperare incipio. Cic. lib. 2. de Orat. Nonnullam in ſpem ueneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.

In tempore, ſignificat oportunè. ἐν καιρῷ, ὥρασιν. Salluſt. Maximè ſe ocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.

Ĭnăccēſsŭs, a. um. ad quem non acceditur, uel accedi nō poteſt. Plin. lib. 12. ca. 14. Saba regio à dextra maris ſcopulis inacceſſa: Verg. 7. Aeneid. Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſsiduo reſonat cantu. Vbi Seruius: Inacceſſos, inacceſsibiles, inaccedendos. nam Vlyſſes illuc uenit. Ergo inacceſſos, ad quos nullus debeat accedere: ut, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras, hoc eſt illaudabilis. nam ab Iſocrate conſtat eſſe laudatum.

Ĭnădūlābĭlĭs, le. om. t. non obnoxius adulationi. Gell. lib. 14. ca. 4. Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi uoluit iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, oportet eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, &c.

Ĭnædĭfico, as. are. n. p. idem quod ædificare: ut Inædificatum ſacellum, Cic. de Aruſ. Reſpon. Inædificare plateas, Liuius 9. Belli Maced. Inædificare pro ſimul ædificare, & conſtruere. Plinius lib. 10. cap. 3. Inædificatur nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gagatem.

Ĭnæquālĭs, le. om. t. notæ ſignificationis. Inæqualis percuſſus uenarum, Plin. lib. 7. cap. 51. Inæqualitas. tatis. Colu. lib. 3. ca. 12. Opus eſt inter has inæqualitates magno temperamento. Inæqualiter, aduerbium. Colum. De arboribus, ca. 7. Et eodem ferro acuto plagā emendes, ſicubi inæqualiter findi uidebatur. Inæquabilis. le. idem quod inæqualis: ut Inæquabili uarietate diſtinguere, Cic. in Partit. Inæquabiliter, aduerbium. Var. 3. de re Ruſt. cap. 4. Ob quam rem oua aut inæqualiter matureſcunt, aut conſeneſcunt.

Ĭnæſtĭmābĭlĭs, le. om. t. quod æſtimare non poteſt. Liu. 5. Bell. Maced. Quòd è grege ſe imperatorum uelut inæſtimabilem ſecreuiſſet. Inæſtimabile gaudium, Liu. 9. Belli Pun.

Ĭnămābĭlĭs, & hoc inamabile, om. t. qui non poteſt amari, in quo nihil eſt propter quod ametur. Plinius in Epiſtolis, Quanquā id genus operis inamabile, inamœnum, magisq; laboribus, curis, quàm uoluptatibus ſimile.

Ĭnāmbŭlo, as. are. n. p. ſignificat ſpaciari, & ſpacia ambulando conficere. Cic. 1. de Ora. Neq; is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atq; aſcenſu ingrediens arduo.

Ĭnānēſco, ſcis. n. t. (κενοῦμαι) inanis fio, quod ab inaneo. nes. fieri certum eſt.

Ĭnānĭlŏquŭs, qui inania loquitur. κενολόγος. Plaut. Surdus ſum profectò, inaniloquus es.

Ĭnănĭmŭs, a. um. quod non habet animam, uel anima caret, & non uiuit. ἄψυχος. Cicero lib. 2. Offic. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent, partim ſunt inanima, ut aurum, argentum.

Ĭnānĭo, nis. niui. nitum. a. q. uacuo. κενόω. Plin.

libro

libro 20.cap.3. Herbacea areſacta per ſe inanit aluum. Vnde inanitus, pen.prod.uacuus. Plinius libro 25.cap.5. Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit. Huius compoſitum eſt Exinanio. ἐκκενόω. de quo ſuo loco.

Inānis, ne.om.t pen.pro.uacuus. διακενός. Cic. 7. Verr. Inanem te nauem eſſe in Italiam deducturum. Ponitur quandoque inane, (κενόν) pro aëre. Lucanus, Longum per inane reſoluit. Quandoque pro ocioſo. Horati.in Serm. In medio qui Scripta foro recitent ſunt multi, quiq; lauantes Suaue locus uoci reſonat concluſus inanes.

Inānitās, atis.f.t. & inanitio, (κενότης, κένωσις) pro uacuitate. Plautus in Ciſt. Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurãt. Item pro uanitate. Siquidem & inane pro leui quandoq; ſumitur. Vergilius, Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.

Inārēſco, (ἀποξηραίνομαι) uide in dict. Areſco.

Inaūdio, dis. ἐπακούω. uide ſuprà in dict. Audio.

Inaūris, is.f.t. ornamentum quod ab aure pendet. ἐνώτιον, ἐλλόβιον. Nam in oriente decus exiſtimatur geſtare aurum in auribus. Plaut. in Epid. Non meminiſti me inaurem ad te afferre natali die.

Inaūritŭs, a.um. Gel.7.ca.6. Quædam animaliũ alia alio carent: & aut cæca natura gignũtur, aut inodora, inauritaúe, id eſt, ſine aure.

Inaūro, as.a.p. χρυσόω. ex in & auro. Auro uerò ab aurum fit, & ſignificat auro impleo, uel dito. Cic.ad Treb. lib.7. Puto te malle à Caſ. conſuli, quàm inaurari. Inauratus.a.um. auro tectus. Vt inaurata ſtatua. Cice.in Piſone.

Inaūſpĭcātō, (οὐκ εἰς καλόν, ἀπαισίως) aduerbium uſurpatum à ueteribus, cum aliquid eueniſſet aliter quàm quis uellet: quaſi non captatis auſpicijs. Terent. in And. Haud auſpicatò huc me appuli.

Incædŭŭs, a.um. ἄτμητος. cum diphth. quod nõ cæditur, ex in & cæduus. Cato de re Ruſt. Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oliuetũ, quinto pratum, ſexto campus frumentarius, ſeptimo ſylua cædua. Sic incædui montes & ſyluoſi, intonſi, quos intonſos Vergilius appellat. Seruius, Intonſi montes. Intonſi, ſyluoſi, incædui.

Incălēſco, ſcis.n.t. (διαθερμαίνομαι) ualde caliduſ fio. Liui.9. Belli Maced. Forte epulantibus ijs, cum iam uino inclauiſſent, nunciatum in conuiuio eſſe.

Incāllĭdŭs, a.um.o.ſ. (ἄδολος, ἁπλοῦς) per duplex ll, non aſtutus. Cic. Arte ueteri, Sed cum à ſummis uiris maximæ res adminiſtrarentur, arbitror alios fuiſſe non incallidos homines, qui ad paruas controuerſias priuatorum accederent. Et incallidè, aduerbium. Idem libro tertio Officiorum, In his tribus generibus, quoquomodo poſſunt, non incallidè tergiuerſentur.

Incălo, as.pen.corr. incalare, uocare. Feſtus.

Incāndēſco, ſcis. n. t. incandui. (διακαθερμαίνομαι) uide ſuprà in dictione Candeo.

Incānto, tas.a.p. ſignificat uerbis ſolis, uel etiam rebus quibuſdam adiunctis, aliquid ſupra naturam molior. ἐπάδω. Plin. Qui mala carmina incantaſſet. Hinc incantatio, & incantamentum. ἐπῳδή. Idem lib.28. Valeant ne aliquid uerba, & incantamenta carminũ. Poteſt etiam incanto, frequentatiuum eſſe ab incino. Sed quo ad primam ſignificationem, huic uerbo incanto contraria ſunt, Excanto, & & recanto.

Incānŭs, a.um. idem quod canus, aut ualde canus, Seruio teſte. Plau.in Rud. Ecquem tu hominem criſpum, incanum uideris.

Incăpīſtrārĕ, a.p. (φιμόω, κημόω) illigare, à capiſtro formatum uerbum.

Incāſsŭm, (φρούδως, εἰς κενόν) ſignificat fruſtra. uide in dictione Caſſes. Incaſum uero per ſimplex ſ, ſupinum eſt uerbi Incido, cum à cado componitur, de quo paulò pòſt.

Incaūtŭs. ἀφύλακτος. uide ſuprà in dict. Cautus.

Incēdo, dis, ceſſi. ceſſum.n.t. (εἰσέρχομαι) penul. pro. ingredior, ſubeo: ut, Scribendi libido inceſſit me. εἰσῆλθε, παρίστη. uide in Inceſſo. Interdum eſt maturè, more grauis uiri, ſiue magnificè, more regum ire. βαίνειν, σοβεῖν, Sene. Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradum, nec ambulamus, ſed incedimus. Aliquando ſignificat ſimpliciter ire. Colum.lib.6. Tranſuerſus rurſus laxiora ſpacia faciant, per quæ uel foſſor uel arator incedat. Hinc inceſſus. ſus. βάδισμα, βάδισις. Valla, Incedere eſt ambulare: inde inceſſus ſiue tardus, ſiue feſtinus, ſiue commotus, incompoſitus,

immo-

immoderatuſq́, propriè tamen ſublimior quidam, & faſtum præ ſe ferens. Cic.2. De Finibus, Quòd ſi uultum, ſi inceſſum fingeres, quo grauior uiderere, non eſſes tui ſimilis.

Incendo, dis. a.t. ἐμπρήθω, ἐμπίπρημι. inflammo. Cice.7. Verr. Inflammari nauem, incendiq́ iuſſit. Hinc per translat. incendere aliquem dicimus ira, uel amore: hoc eſt inducere iram, uel amorem. Plau. in Aſin. Sine me hunc perdere, qui ſemper me ira incendit. A quo incendium, (ἔμπρησις, ἐμπύρωσις, πυρκαΐα) inflammatio. Plin. lib.12. ca. 19. Donec id delubrum incendio conſumptum eſt. Et incenſio. onis. idem quod incendium. Cicero pro Sylla, Incenſione urbem, internecione ciues, uaſtitate Italiam, interitu Remp. liberauit. Incendiaria. πυραλὶς. auis inauſpicata: propter quam luſtratam ſæpenumero urbem legimus, & ſpinturnix à quibuſdam uocatur.

Incentio, onis. f. t. cantio, ſeu cantilena. ἐπαύλησις. Gell. docet plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum.

Incentiuus, a. um. ἐπαυλητικὸς: ut tibia incētiua apud Varr. quæ à dextra canit: ſicut ſuccentiua, quæ à ſiniſtra ſuccinit.

Incæpto, ptas. n. p. ἐπιχειρῶ, ἐπιβάλλω. frequentatiuum ab Incipio.

Incernicula, orum. n. ſ. cribra quibus frumenta purgantur, antequam molantur. τηλίαι. Plinius libro 8. Decretum fecere, quo caueretur, ne frumentarij negociatores ab incerniculis eum arcerent.

Incerno, is. n. t. διαττάω, ἀποκρίνω, ἀποκειδωμάω, διαττῶ. ſicut & cerno, ſignificat cribro. Cato de re Ruſt. 48. Tum ſemen ſerito crebrò tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde incerniculum.

Incero. as. are. a. p. κηρόω. aliquid cera tegere. Iuuenalis, Genua incerare deorum.

Incerto, tas. a. p. incertum ſeu dubiū reddo. ἀδηλόω, εἰς ἀμηχανίαν καθίστημι. Plau. in Epid. Lōga dies meum incertat animum. Componitur enim ex in & certo, quod eſt, in animo certo. nam cum quis dubitat, ſecum animo certat.

Incertus, a. um. o. ſ. dubius. ἄδηλος, ἄπορος. Plau. in Pſeud. Certa amittimus, cum incerta petimus. Incertū uulgus, hoc eſt non ſibi cōſtans. Cice. pro L. Mur. Nihil eſt incertius uulgo.

Inceſſo, is. ſsi. uel iui. n. t. βάλλω προπηλακίζω. à ſupino uerbi incedo formatum, ſignificat accuſo, moleſto, ad iram concito, quaſi laceſſo: & conſtruitur cum accuſatiuo. Lactant. li.1. Quid ergo te magiſtra illa uitæ docuit? an ut potentiſſimum conſulem maledictis inceſſeres? (βάλλειν λόγῳ) eumq́ hoſtem patriæ uenenatis orationibus faceres? Verum diſtinguendum de Inceſſit, quando ab incedo, et quando ab inceſſo fit. Nam ab Incedo, Inceſſit me cupiditas, ſicut & Mihi inceſſit cupiditas, dicere licet: & tunc ſignificat ingredior, ſiue inuado. εἰσέρχομαι, παρίσημι, ἐντρέχω. Liu. lib.1. Timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio uis aliqua externa adoriretur. Vale. Max. datiuo iunxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Terentius. in Adelph. cum accuſatiuo mediante in, Noua, inquit, nunc religio in te Iſthæc inceſſit. Aliquando ponitur ſine datiuo uel accuſat. expreſſo, & ſignificat ingruo. ἐπιβάλλω. Colum. li.2. Si uerò procellæ uentorum aut turbines inceſſerint, maior pars ad terram defluit. Interdum ſignificat ingredior. Idem li.5. Et cum autumnus inceſſerit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet.

Inceſto, as. a. p. polluo. Vergilius, Totamq́ inceſtat funere claſſem.

Inceſtuoſus, qui inceſtum commiſit.

Inceſtus, ſtus. m. q. & inceſtum. ſti. dicitur flagitium in affines admiſſum, ex in & ceſtus: quaſi cui ceſtos (cingulum illud Veneris) non fuerit adhibita. uide in Cæſtus. Cice.4. Tuſcul. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla uehementior, ut ſi iam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico & corruptelas, & adulteria, inceſta deniq́: quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo. Serui. docet, inceſtum eſſe quancunq́ pollutionem.

Inceſtus, ſta. ſtum. idem eſt quod pollutus. Cic. pro Domo ſua: Iſtius qui non ſolum aſpectu, ſed etiā inceſto flagitio & ſtupro polluit, &c.

Inceſtè, aduerb. fœdè turpiter. Cice. pro Cælio, Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſtè uterere.

Inchoatiua uerba. (ἀρκτικὰ) uulgò dicta ſunt, quæ in ſco deſinunt, & rei alicuius inchoationem cum augmento ſignificant: poſtquam enim res aliqua inchoata eſt, ſiue incepta augetur

getur deinde paulatim donec ad ſui perfectionem peruenerit: & formantur hæc uerba ut plurimum à uerbis neutris ſecundæ coniugationis à ſecunda perſona, iuncta co ſyllaba: ut albeo, albes, albeſco: caleo, cales, caleſco. Quædam tamen ab actiuis, uel neutris tranſitiuis deducuntur, quæ paſſiuam nihilominus ſignificationem innatã habent, ſicut illa quæ à neutris ſecundæ cõiugationis ſunt: ut augeſco, ab augeo: integraſco, ab integro: ſaneſco, à ſano, a in e mutata, ſicceſco, curueſco, molleſco, marceſco, matureſco, hilareſco, graueſco grandeſco. Quæ tametſi à nominibus uenire poſſe uideantur, tamen à uerbis eorũ uel actiuis, uel neutris tranſitiuis fermè omnia uenire magis credo. Quædã uerò à nominibus formari conuenit, ut miteſco, dulceſco, crudeſco & ſterileſco, lapideſco, rareſco, crebreſco. Sũt etiam quædam ambigua & uaria, quæ ſignificationem paſſiuam habent innatam, & à neutris ueniunt, & nihilominus etiam actiuã habere reperiuntur, ut horreſco, perhorreſco. Verg. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. Alia ſunt quæ primitiuorũ ſignificationem habẽt, ut labaſco, extimeſco, pertimeſco, abhorreſco, dormiſco, præſentiſco, contimeſco, præſciſco, reſciſco, aſciſco, & conſciſco: & ſi qua ſunt alia. Alia terminantur in ſco, licet non ſint deriuatiua, ut poſco, diſco, gliſco, offuſco, ineſco. Sciendũ etiam quòd hæc uerba de quibus agimus, habent præteritũ perfectum, quãuis multi negent, ſed falluntur: quoniam cum primitiuis eorum aut ea cõmunia habent, aut certe mutuo ab illis accipiũt, quòd Priſcianus in uerbis aſciſco, et deſciſco nõ diſſimulauit. Aſciſco, inquit, aſciui, aſcitum: deſciſco, deſciui, deſcitum, ubi Liuij exemplum ponit, Deſcitum ab Romanis. Poſteà uerò ſubdit, Et notandum quòd ab inchoatiuo ſciſco, aſciſco, & deſciſco compoſita primitiui, ſcilicet ſcio, habuerunt præteritum: ſecundũ uerò rectam proportionem debent eorum quoque præterita à ſcio, & deſcio eſſe. Ecce Priſcianus dedit præteritum primitiui aſciſco, & deſciſco, inchoatiuum ſciſco appellans, cum tamen inchoatiuum non ſit, neque habeat ſignificationem uerborũ in ſco deſinentium. Diomedes quoque præteritum oſtendit ab adoleſco: Adoleſco (inquit) adoleui facit. Verg. Mox cum matura adoleuerit ætas. Sic apud Sall. Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alij alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt, quàm facilè coaluerint. Coaluerint à coaleſco (quod cõcreſco ſignificat) eſt, non à coalo, quòd ſignificatio actiua repugnaret ſenſui orationis.

Inchŏo, a. p. ἄρχομαι. à choum, quod mundum ſignificat: unde ſubtractum eſt inchoare, pro incipere. Cice. Meos libros, quos expectans inchoaui, ſed conficere non poſſum his diebus. Quandoq; perficere. Verg. lib. 6. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras. Martianus Capella neutrum protulit, cum ait: India ab Emodis montibus inchoat. Ab inchoo fit inchoatiuus. a. um. ἀρκτικός. Vnde Inchoatiua uerba.

Incīdo, dis. incidi, inciſum. a. t. pen. pro. ex in & cædo. quod eſt ferio, ſeu ſeco. διατέμνω, κατακόπτω, ἐγκολάπτω. Verg. Atque mala uites incidere falce nouellas. Vnde inciſus. a. um. (ἐγκεκολαμμένον) quod modò ſignificat per inciſionem ſcriptum: ut dicimus, Inciſæ ſunt leges in ære, uel in æs, quod eſt contra Laurentiũ Vallam. Cicero oratione de Signis: Id non modò conſcripſerunt, uerum etiam in ære inciſum tradiderunt. Suet. in Cæſare cum accuſatiuo poſuit, Ac mox lege in æs inciſa. Modò inciſum ſignificat amiſſum. ἀποκεκομμένον. Liuius libro 3. Itaque ſpe inciſa, prius quàm prædicta dies adeſſet.

Incĭdo, dis. incidi, incaſum. n. t. ἐμπίπτω. pen. cor. ex in & cado. Omnia enim à cado compoſita proferũt ſupinum cum a, ſicut cado. Quæ uerò à cædo pro ferio, mutant e in i, ut inciſum, reciſum. Vnde ab incido, incaſum, incaſurus. Plin. lib. 1. Sed ea accidiſſe non quia hæc facta ſunt, arbitror, uerumetiam hæc ideo facta, quia incaſura erant illa. Eſt autem incidere. (περιπίπτειν) quaſi caſu uenire, aut de improuiſo labi, præſertim quando conſtruitur cũ accuſatiuo mediante in: ut, Incidi in latrones, incidi in errorem. Cice. Curioni, Quòd in id Reipublicæ tempus non incideris, ſed ueneris. Incidere ergo, caſu uenire eſt: uenire uerò, certo iudicio, & ſententia, & conſultò: quod ipſe Cicero ſubſequens immediate declarat.

clarat. Iudicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum. Iungitur quandoq; cum datiuo: ut, Mihi incidit ſuſpicio. Quandoque abſolutè ponitur: ut, Incidunt ſæpe multæ cauſæ, obiurgationes etiam nonnunquam incidunt neceſſariæ: &, Incidit de uxoribus mentio. Inde incidit quæſtio, Aliud ex alio incidit. In quibus tamen intelligitur datiuus, ſimiliterq; exponuntur, ſicut ſi datiuum haberent: ut ſit, Incidit mentio, Caſu uenit, uel orta eſt. Ponitur interdum pro inſidere. Columella libro 2. Iugumq; melius aptum ceruicibus incidat.

Īnciēns, entis. f. t. dicitur propinqua partui, quòd fœtus eius ſit incitatus. Feſtus.

Īncīlēs, pen. prod. foſſæ ad deducēdam aquam de communi riuo factæ. Διώρυγες. Sunt enim loca depreſſa ad littus fluminis, quæ & incilia dicuntur, eo quòd incidantur. Scinditur enim lapis uel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit, quemadmodum in piſtrinis frumentarijs uidemus. Quod autem ad inciles opponitur aquæ deriuandæ, compellendæ ue ex flumine cauſa (quòd uulgò clauſa dicitur) ſiue id ligneum ſit, ſiue lapideum, ſiue ex qualibet alia materia, ad continendā tranſmittendamque aquam excogitatum, Latinè (Vlpiano teſte) ſeptum dicitur. Item Incile, dicitur locus per quem primum deducitur ex quocunq; riuo aqua, irrigandi cauſa.

Īncīlo, las. a. p. pen. pro. increpo, uel improbo. Plautus, Melius tamen eſt ita uiuere, ne quis noſtra incilet facta.

Īncĭno, nis. n. t. pē. cor. ſignificat ſuper uel intra cano. ἐπαυλέω. Propert. Seu uarios incinit ore modos. Hinc fit frequentat. incanto. tas. de quo ſuprà. Hinc incentio, de quo ſuprà.

Īncĭpio, is. n. t. pen. cor. ex in et capio, ſignificat inchoo. ἄρχομαι, ἀπάρχομαι. Plau. in Pœn. Incipere multò eſt, quàm impetrare facilius. Vocatur autem uerbum famularium, quia infinitis, cum quibus iungitur famulari uidetur: ſeruat enim eorum conſtructionem: ut, ut Incipio timere deum, Tu incipis eſſe probus. Ille incipit doceri à præceptore, Illū incipit tædere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plau. in Cap. Quam diu id factum eſt? hic annus incipit uigeſimus. Aliquando cum ablatiuo ponitur. Plin. lib. 14. Vnde autem potius incipiemus, quàm à uitibus? Hinc Inceptum. ti. inſtitutum, principiū. Cic. in Cati. Cuius ego modo factum, ſeu inceptum ullum, conatum ue contra patriam deprehendero. Inceptor. oris. qui incipit. Teren. in Eun. O Parmeno, ô mearum uoluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector. Inceptio. onis. principium. Cicero libro 4 Acad. Tam præclari operis eſt inceptio.

Īncīſim, ſignificat per inciſiones, minutatim. κατὰ κόμματα, ἀποκεκομμένως. Cicero in Orat. Hæc quidem duo binis pedibus inciſim, deinde membratim dicere ſolebas.

Īncīſio, onis. f. t. quod inciſum eſt. διακοπή. Colum. li. 3. Infra inciſionem & alligaturam, falce acuta leuiter uitē uulnerato ex utraq; parte, ut his potius plagis humor defluat, quàm ex inciſione abundet. Inciſio aliàs apud oratores dicitur, membrū, aliàs circuitus, aliàs cōprehenſio. &c. eſtq; ueluti diſtectio & partitio clauſularum in oratione. Cic. in Ora. In inciſionibus uerò multò magis, & in membris.

Īncīſūm, ſi. n. ſ. κόμμα. oratores uocāt ſenſum, non expleto numero concluſum, quod pleriſque pars membri eſſe uidetur: ut, Domus tibi deerat, at habebas: pecunia ſuperabat, at egebas. Fiunt autem ſingulis uerbis inciſa. Cice. in Oratore, Quæ neſcio cum Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè inciſa & membra dicamus.

Īncīſūră, ræ. f. p. διατομή. ipſa inciſio. Plinius li. 11. ca. 39. Pili reciſi nō ut herba ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. Inciſuræ etiam dicuntur in manibus, quæ uulgò lineæ uocantur. Plinius libro 11. Contrà longæ eſſe uitæ incuruos humeris, & in manu una duas inciſuras longas habentes.

Īncĭtābŭlūm, li. n. ſ. Incitamen, & Incitamentū, idem ſignificat. ἐγκέλευσμα, ὁρμητήριον. Gell. lib. 15. cap. 15. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenij, uirtutiſq;. Cicero pro Arch. Hoc maximum & periculorum incitamentum eſt & laborum.

Īncĭtă, æ. f. p. penul. cor. quaſi paupertas, & indigitas. Plautus in Trinummo: Hic cuius eſt? ut ad incitas redactus.

Īncĭtēgă, pen. prod. pro machinula, in qua amphora

phora uini conſtituebatur: unde ſubinde uina in conuiuia ſubminiſtrarent.

Ĭncĭto,tas.a.p.pen.cor.frequentatiuum eſt uerbi Incio.cis.Cio uerò commoueo ſignificat.Inciare ergo eſt frequenter ſeu ualde, intús uecitare.προκαλεῖσθαι καὶ παρορμᾶν, προτρέπειν, ἀνάγειν.Vnde & pro irritare, & prouocare ſumitur.Cæſar 1.Belli Gall.Sed multa tamen Cæſarem ad bellum incitabant.

Ĭncĭtātē,aduerbium.Cicero ad Att.lib.2.Tuas Numeſtio literas dedi:ſic te his euocabam, ut nihil acrius,neq; incitatius fieri poſſet.

Ĭnciuiliă uerba.ἀστεῖα.appellat Gel. petulantiora,nihil prorſus habentia ciuilis modeſtiæ.

Ĭnclāmo,as.a.p.penult.pro.contrà clamo.ἐπιβοάω,ἐμβοάω.Plautus in Aſin. Nimis ægrè riſum continui,ubi hoſpitem inclamauit. Aliquando eſt maledictis & conuicijs inſectari, reprehendere.Ouid.li.2.Faſt.Fit ſonus,inclamat comites,& lumina poſcit. Aliquando intrò uocare.ἐπιφωνεῖν.Valer.Max.li.1.Perterritus deinde tam tetro uiſu & nomine horrendo,ſeruos inclamauit.

Ĭnclārĕo,es .n.ſ.uel inclareſco.is. inclarui,clarum fieri,manifeſtum,& notum. Plin.lib.35.cap.11.Inclaruit maximè diſcipulo Nicea Athenienſi,qui diligentiſſimè mulieres pinxit.

Ĭnclēmēns,tis.om.t. penult.produ.contrarium eſt clementi,hoc eſt durus & aſper.Liui.8.ab Vrbe,Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem.

Ĭnclēmēntĕr,durè,aſpere.ἀπηνῶς, σκληρῶς,ἀνηλεῶς.Plaut.in Amph.Iterum hic iam in me inclementer dicit,atq; id ſine malo.Liui.lib.1.Quæſo,inquit,Appi,primũ ignoſce patrio dolori, ſi quid inclementius in te ſum inuectus.

Ĭnclēmēntĭă,æ.f.p.duritas.ἀπήνεια,ἀνηλεία.Verg.Verum inclementia diuum Has euertit opes.Huius contrarium eſt Clementia.

Ĭnclīno,as.a.p.pen.pro.inflecto.καταστρέφω, καταλάμπω,ἐγκλίνω.Iuuenalis,.Atq; ipſos etiam inclinare maritos.

Ĭnclīnātĭo.onis.f.t. Plini.lib.18.cap.43.Altera inclinatione egerunt ſcrobem. Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando Reip.conſtitutio tenorem ſuum iam nõ amplius ſeruat,ſed ad mutationem ſpectare uidetur.Cic.in Philipp.Minimis momentis P. C.maximæ inclinationes temporum fiunt.

Ĭnclīnāmēntŭm,ti n.ſ.pro declinatu,uel deriuatione,uel terminatione.Gell.4.ca.9.Hoc inclinamentũ ſemper huiuſmodi uerborum.&c.

Ĭnclīnātŭs,us. m.q. Gellius lib.3.capite 12.Neque aliud eſt, quod ſimili inclinatu dicatur, id eſt deriuatione.

Ĭnclūdo,dis.a.t.penul.prod.intus claudo.κατακλείω,ἐγκλείω.Cicero de Senect. Nam dum ſumus incluſi in his compagibus corporis munere quodam neceſſitatis , & graui opere perfungimur.

Ĭnclūsĭă,æ.f.p ..fuit genus tunicæ interioris apud Romanos , quæ & ſubucula dicitur. Alexander ab Alex.

Ĭnclўtŭs,a.um.o.ſ.penult.corr.cum y, idem eſt quod glorioſus,excellens, atq; inſignis , quiq; ueluti fulgore quodam famæ reſplendet. κλυτός. Componitur enim ex ἐν & κλυτὸς , quod clarum ſignificat,& glorioſum.Liuius 6.Belli Pun.Inclytum diuitijs templum.

Ĭncŏctĭlĕ,lis.n.t.ἐγχυμένον.pen.cor.æneũ uas, in quo ſtannum liquefactũ delibutũ eſt,ut edulijs gratiorem ſaporem reddat. Plin.li.34.ca.17 . Album plumbum incoquitur æreis operibus.Galliarũ inuentio,ita ut uix diſcerni queat ab argento,eaq; incoctilia uocant.

Ĭncœ̄nātŭs , a . um. o .ſ.ἄδειπνος.non cœnatus, quamuis incœno.nas.non legatur.Plautus in Pſeudulo: It incœnatus cubitum.

Ĭncœ̄nĭs,nĕ.om.t.ſine cœna, qui non cœnauit. Plautus in Caſi. Illæ autem ſenem incœnem extrudere cupiunt ex ædibus,ut ipſæ ſolæ uentres diſtendant ſuos.

Ĭncōgĭtābĭlĭs,le.om.t.ἀλόγιστος.qui non ſolet cogitare,cum quid rerum gerit . Lact.li.1.Qui deos colunt,interdum uideri ſolent tam cæci, tam incogitabiles,tam excordes. Dicitur etiam paſſiue de re,quæ non cogitatur , ſicut actiuè de homine qui non cogitat,ἀνεπινόητος.

Ĭncōgĭtāns,antis.om.t.temerarius, improbus, non cogitans.ἀλόγιστος,ἄλογος.Teren.in Phor. Quòd niſi fuiſſem incogitans , ita cum expectarem, ut par fuit.Incogitantia.æ . Plaut. in Merc.Incogitantia, excors immodeſtia.

Ĭncōgnĭtŭs,a.um.o.ſ.non cognitus Cic. pro Cecin.Dum incogitare iudicare uoluiſſet &c.

Ĭncŏlātŭs,tus.m. q. ἐνοίκησις. ipſa habitatio in aliena

aliena patria, ſeu tempus quo quis in aliquo loco habitat, ut inde diſceſſurus ſit.

Ĭncŏlo, lis. n. t. pen. cor. intus habito. νέμομαι, ἐνοικῶ, κατοικέω. Cic. lib. 1. Tuſc. Vbi ſunt ergo ij, quos miſeros dicis? aut quem locum incolunt? Incolitur locus, paſsiuè, qui frequentia populi abundat. Cice. de. Diuin. Loca quæ à quibusq; incoluntur. Hinc incola. læ. μέτοικος. ſicut ab accolo, accola. Eſt autem incola, qui in aliena urbe, uel Repub. habitat, quaſi ciuis aut municeps. Plin. Quod eorum montium incolæ facere conſueuerunt. Pomp. Iurecon. ſcribit, Incolam eſſe, qui in aliqua regione domicilium conduxit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantum qui in oppido morantur incolæ ſunt, ſed etiã qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipiant. Inquilinus. ἔνοικος. quaſi aduena eſt, & peregrinus, qui alienas ædes, alienaq; prædia ex conducto inhabitat, ſiue in urbe, ſiue ruri. Cic. in Philipp. At uerò te inquilino, non domino, perſonabant omnia uocibus ebriorum.

Ĭncŏlŭmis, me. om. t. atis. f. t. (ἄρτιος, ὑγιής) pen. cor. uide in dictione Columis.

Ĭncŏlŭmĭtās, atis. f. t. (ὑγίεια, ἀσφάλεια) eſt ut Cic. inquit, ſalutis tuta atq; integra conſeruatio.

Ĭncŏmĭtās, atis. f. t. actus ipſe eundi ſine comite. Var. 2. de re Ruſt. ca. 10. Nec non etiam hoc, quas uirgines ibi appellant, nonnunquam annorum uiginti, & quibus mos eorum non denegauit ante nuptias, ut ſuccumberent, quibus uellent, & incomitas, ut uagari liceret.

Ĭncŏmĭtātŭs, a. um. o. ſ. participiũ compoſitum ex in, & comitatus, licet incomitor non legatur, nõ comitatus. Cic. 1. de Ora. Cuius artem cum indotatam eſſe atq; incomitatã uideres, uerborum eam dote locupletaſti, & ornaſti.

Ĭncōmmŏdo, das. n. p. pen. cor. moleſtus ſum, noceo, ſeu damnum infero. βλάπτω. Teren. Magis adeò ut mihi incommodet quàm ut obſequatur gnato.

Ĭncōmmŏdŭm. di. n. ſ. damnum, detrimentum. Cic. de Fin. Itaq; non ab ea ſolum incommoda, quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus. Incommodum, periculoſum. Terent. in Hecy. Non Herclè Parmeno uerbis dici poteſt Tantum, quàm re ipſa nauigare incommodum eſt. Incommoda ferre, pro incommodare. Cic. ad Qu. frat Incommodus. a. um. adiect. quod damnum adfert, uel moleſtũ eſt. Teren. Hecyr. Ain' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?

Ĭncōmmŏdĭtās, atis. f. t. damnum, moleſtia. Teren. in And. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit

Ĭncōmmŏdē, aduerb. cum damno & incommodo, hoc eſt moleſtè. Teren. in Hecy. Sed continuò, uultum earum ſenſi immutari omnium, Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.

Ĭncōmmŏdātio, onis. f. t. pro incommoditate. Cic. ad Attic. lib. 1. Atq; in iſta incommodatione alienati illius animi & offenſi, illud ineſt tamen commodi, &c.

In commune, (ἐς κοινόν, κοινῇ) æqualiter. Teren. in And. Id te oro, in cõmune ut conſulas.

Ĭncōmpāctŭm, cti. n. ſ. (ἀσύμπακτον) diſiunctũ, malè compoſitum.

Ĭncōmpărābĭlĭs, le. om. t. Plin. lib. 7. cap. 25. Illa fuit uera & incõparabilis inuicti animi ſublimitas. id eſt cui comparari alia non poteſt.

Ĭncōmpĕrtŭs, a. um. incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. Plin. lib. 30. ca. 11. Origo atq; natura eius incomperta eſt mihi.

Ĭncōmpŏsĭtŭs, a. um. o. ſ. inornatus, inelegans, & incomptus. Liu. 4. ab Vrbe. Tempanij oratio incompoſita fuiſſe dicitur.

Ĭncōmprĕhēnsĭbĭlĭs, le. om. t. quod comprehendi non poteſt. Plinius in Epiſt. Vt eſt in diſputando incomprehenſibilis, ut lubricus, ita eludit. Incomprehenſibilis arenæ paruitas. Colum. lib. 10. in Proœmio.

Ĭncōmprĕhēnsŭs, a. um. o. ſ. (ἀσύλληπτος, ἀδιάληπτος) non cõprehenſus. Lact. lib. 3. Intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiã perueniri, & ideo non oportere incõprehenſæ atq; imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Ĭncōmptŭs, a. um. inornatus. Cic. ad Att. Quanquam illa tua horridula mihi, & incompta uiſa ſunt.

Ĭncōncēſsŭs, a. um. à concedo. is. negatus, & prohibitus. Quintil. lib. 10. cap. 2. Cum totum exprimere quem elegeris, penè ſit homini inconceſſum.

Ĭncōncĭlio. as. are. a. p. turbare. Plau. in Bacch.

Ipſe

Ipſe quod in ſe fuit, accuratum habuit, quod poſſet mali facere in me, inconciliare copias omnes meas. Inconciliatè, aduerb. perperàm, inconſultè. Plautus in Moſt. Ne incōciliatè quid nos porrò poſtulet.

Incōcinnūs. a. um. o. ſ. ἐμμελής, ἀνάρμοστος, ἄμυσος, per duplex nn, contrariū concinno. Gell. lib. 16. cap 5. Ea fermè omnia inconcinna atq; abſurda uiſa ſunt. Inconcinniter, aduerb. inornatè, incomptè, impolitè. Gell. lib. 10. cap. 17. Vertitq; in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

Incōcūſsūs, a. um. o. ſ. (ἀδιάσειστος, ἀσάλευτος) qui non concutitur. Lact. lib. de Ira Dei: Pronus eſt lapſus, & facilis ad ruinā, niſi pedes inconcuſſa ſtabilitate figantur.

Incōndĭtūs, a. um. o. ſ. pen. cor. ex in, & conditus, quod à condo fit, idem eſt quod inordinatus, incōpoſitus. πλημμελὴς, ἐκμελὴς, ἀσύντακτος, αὐτόσχεδος, ἀκόσμητος. Liuius libro 4. Coſſus ſpolia opima regis interfecti gerēs, in eum milites carmina incondita æquantes cum Romulo canere. Eius ſimplex protulit Plautus in Amph. Magis iam faxo dices poſtquàm in cunis conditus eſt. Interdū inconditum ponitur pro inconſcripto. Salluſt. in Iugurtha: At illi, quibus uires aderant ruere cuncti ad portas, incondita tenere.

Incōndĭtè, aduerb. incōpoſitè, inordinatè. Cic. 1. Offic. Dicam, ut potero, inconditè fortaſſe.

Incōndītūs, a. um. o. ſ. (ἀκατασκεύαστος, ἀνάρτυτος) pen. prod. non conditus, quod à condio fit, idem eſt quod inſipidus.

Incōngĕlābĭlĕ, lis. om. t. (ἀκρυστάλλωτον) quod non poteſt congelari. Gellius: Cur fluuiorum, & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile ſit?

Incōngrŭēns. tis. om. t. quod non congruit, nec concordat rei de qua agitur. Gell. lib. 1. cap. 5. Eſt enim pleraq; & ſibi, & nobis incongruēs.

Incōnnĭuēns, entis. om. t. quod palbebras non motat, quæ palbebrarum motio conniuere dicitur. Gellius lib. 2. capite 1. Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius, atque pernox à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuens.

Incōnſĕquēntĭă. æ. Quintil. lib. 8. ca. 6. Quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſſima.

Incōnſtāns. tis. om. t. qui ſibi non conſtat, leuis, mobilis, uolubilis, qui tum hoc, tum illud dicit, ἄστατος. Cicero Planco, libro 10. famil. Cum is frigidas ſanè & conſtantes recitaſſet literas Lepidi. Inconſtantia. æ. leuitas. Cicero ad Atticum, Nemo doctus unquam mutationem conſilij inconſtantiam dixit eſſe. Inconſtanter, aduerb. leuiter. Cicero 4. Tuſc. Si aut ambiguè, aut inconſtanter, aut incredibiliter dicta ſunt.

Incōnſcĭūs. a. um. conſcio contrariū. Liu. 1. Bel. Pun. Alcon inconſcijs Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus.

Incōnſūltūs, a. um. o. ſ. nomen, (ἄβουλος, ἀσύμβουλος) ſumitur pro imprudenti, & quaſi nullius conſilij. Cic. pro Deiot. Homo inconſultus, & temerarius hæc non uidebat. Inconſultè, (εἰκῆ) aduerb. Salluſt. Inconſultè, ac ueluti per dementiam cuncta ſimul agebant. Quandoque uero inconſultus participium eſt, & accipitur pro eo, à quo conſiliū non eſt petitum. ἀσυμβούλευτος. Varro: Etenim inſcio atq; inconſulto domino, ſerui ſæpe ex agro diſcedunt. Sic dicimus, Inconſultus medicus ad ægrotum uenit: id eſt à quo conſilium nemo petit. Interdum accipitur pro eo qui cum quæreret „ conſilium, non accepit, quaſi pro indigno ha„ bitus. Verg. Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sibyllæ. Dicitur & inconſultus. tus. Plautus in Trin. Quia rure dum ſum ego unos ſex dies, me abſente, atq; inſciēte, inconſultu meo, (οὐκ ἐμοῦ συμβουλεύσαντος) ædes uenales haſce inſcribit literis.

Incōnsūtĭlis, le. om. t. (ἄρραφος) pen. cor. non conſutilis: ut ueſtis inconſutilis, quæ ſimul ſui non poteſt. Euangel. Erat autē tunica inconſutilis.

Incōnsūtūs, (ἄρραφος) penultima product. non conſutus.

Incōnsȳdĕrātūs, a. um. o. ſ. qui non conſyderat. (ἀσκέπτος, ἀλόγιστος) Cic. pro Quint. O rem incredibilē, ô cupiditatem inconſyderatā. Inconſyderata fama, popularis, Cic. 3. Tuſcul.

Incōnsȳdĕrāns, antis. om. t. adiectiuum: idem quod inconſultus, & inconſyderatus. Cic. de Diuin. Nos autem ita leues atq; inconſyderantes ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus.

Incōnsȳdĕrāntĭă. æ. f. p. inconſulta ratio. Cicero

ad Quin. fra. Cuius in hoc uno inconſyderantiam & ego ſuſtinebo.

Inconſyderatè, aduerb. inconſultè, temerè, ut apud Cic. in Offic. Temerè, fortuitu, inconſyderatè, negligenter facere aliquid.

Incontaminatus, uide Contamino.

Incontentus, a. um. o. ſ. adiect. à uerbo tendo. is. contento contrarium. id eſt quod non eſt tenſum, ſed laxum. Cic. 4. de Finib. Vt, inquit, in fidibus plurimis ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint.

Incontinens, tis. om. t. quod continere non poteſt. Plin. libro 8. cap. 43. Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, &c. Incontinentia. æ. intemperantia & immodeſtia. Cic. pro Cæl. Multa de incontinentia, intemperantiaq́ue differunt. Incontinentia urinæ, profluuium. Plinius libro 28. cap. 8. Incontinenter, aduerbium, immodeſtè & ſine continentia. Cice. 3. Offic. Si omnes deos, hominesq́ue celare poſsimus, nihil tamen nobis auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum.

Inconueniens, entis. om. t. indecens. Quint. lib. 1. ca. 9. Eſt enim ſolœciſmus in oratione cõprehenſionis unius ſequentium, ac priorum inter ſe inconueniens poſitio. Inconuenientia. æ. indecentia. Caſsius ad Cic. fam. li. 12. Hæc nouiſsima monſtra facta non ſubita, nec inconuenientia, ſed ſimilia illis cogitationibus.

Incoquo, is. ere. uide Coquo.

Incorporeus, a. um. o. ſ. (ἀσώματος) forma & corpore carens. Cice. 3. de Finib. Omnis iuſta incorporearum rerum æſtimatio.

Incordio, as. a. p. in cor immitto, & ſuadeo. Plaut. in Ciſt. Si me abſente Alceſimarchus ueniet, nolito acriter eum inclamare: & ut, ut me erga eſt meritus, tamen incordies incorrupte, caſtè, integrè.

Incorruptus, a. um. integer, purus, ſyncerus. Ci. de Clar. Succus ille & ſanguis incorruptus.

Incoxo, as. in coxam ſedeo. Pacuuius: Adeò incoxandi mihi pes obſtupuerat.

Increatus, a. um. o. ſ. non creatus. ἄκτιστος. Lact. lib. 1. Vnus deus, qui ſolus principatur, isq́ue ampliſsimus increatus.

Increbreſco, is. ere. n. t. augeri, innoteſcere. Liuius 7. Ab. urbe. Gallici quoq́ue belli fama increbreſcebat. Habet aũt increbuit in præterito, remoto r poſt b. ut Increbuit cõſuetudo: hoc eſt inualuit. Cic. 14. Phil. At ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorũ, aut Thracum mille aut duo millia occidiſſet, num eum hac conſuetudine qua increbuit, imperatorẽ appellaret ſenatus? Increbuit Auſter: hoc eſt auctus eſt, & uehementior factus eſt. Cic. ad Trebat. famil. 7. Increbuit ſermo. Idem de Opt. gen. orat.

Incredibile, lis. om. t. non credibile. ἄπιστον, ἀπίθανον. Cicero ad Sulp. fam. 13. Incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant. Et incredibile, dicitur maximum, quod uix credi poſsit. Idem in eadem: Quia præter ſpem atq́ue incredibile hoc mihi obtigit. Incredibiliter, aduerbium. Cic. de Senect. Venio non ad uoluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector.

Incrementum, ti. neu. ſ. (αὔξησις) ab increſco. Quint. Quatuor tamen maximè generibus uideo conſtare amplificationẽ, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum eſt potiſsimũ, cum magna etiam uidentur quæ inferiora ſunt. Cic. 2. de Finib. Negat enim ſomno bono afferre incrementum diem.

Increpito, as. a. p. pen. corr. frequentat. ab increpo, arguere, conuitiari. ἐπιπλήσσω. Verg. lib. 10. Hoſtis amare quid increpitas, mortemq́ue minaris? Increpitare aliquando in excuſationem afferre, & cauſari. Verg. lib. 4. Geor. Aeſtatem increpitans ſeram. id eſt cauſatus æſtatem fuiſſe tardiorem.

Increpo, pas. pui. pitum. a. p. pen. cor. ſignif. ſonum, & crepitũ emitto. ἐπιψοφέω, ἐπικτυπέω. Verg. At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit. Dicimus ergo, Tuba increpuit ſonum, Tuba ſiue ſonus increpuit: &, Ego increpui tuba. Plau. in Amph. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuũ diminuam caput. Per tranſlationem ponitur pro reprehendo. λοιδορέω, ἐπιτιμάω. cũ crepitu, & uerborum pedumúe ſtrepitu, hoc eſt contra aliquẽ crepando & ſtrependo inſurgo. ſed tunc increpui, et increpaui præteritũ facit. Cic. ad Qu. frat. Cato Pompeij in me perfidiam increpauit. Item pro incitare. Turpilius: Agè tu Hymenæum increpa.

Increſco

Ĭncrēſco,ſcis.n.t. ualdè ſiue magis creſco. ἐπιδίδωμι,αὐξάνομαι. Quint. lib. 8. Hoc genus increſcit,ac fit manifeſtius,ſi ampliora uerba cum ipſis nominibus, pro quibus ea poſituri ſumus,conferantur,ut Cic.in Verr.

Ĭncrēſcēntĭă, æ. f. p. incrementum.Plin.lib.8. cap.12.Increſcentia ſolis uapore durant.

Ĭncrŭēntŭs,a.um.uide Cruentus.

Ĭncrūſto,as.are.a.p.cruſtum ducere, ſiue cruſtam applicare. Varro 3. de re Ruſt. cap. 14. Has quoq; ſaginare ſolent ita, ut ollam cum foraminibus incruſtent ſapa & farre. Incruſtatio.onis.cruſtæ parieti,aut pauimento, aut uaſi applicatio.

Ĭncŭbŭs.Vide in proprijs nominibus.

Ĭncŭbo,bas.are.a.p. pen. cor. & incumbo.bis. ere.ambo à cubo componuntur.Primum ſeruat analogiam ſui ſimplicis, ut ſit ſemper primæ coniugationis.Alterum recipit m,& tranſit ad tertiam: ambo tamen præteritum incubui,& ſupinum incubitum faciunt,& ſignificatione conueniunt.Eſt autem incubare,inſtare, inniti, inſidere, inhærere. ἐπίκειμαι, ἔγκειμαι, & datiuo ſemper iungitur. Vergilius: Ponto nox incubat atra.Incubare etiam quenquam Ioui dicimus pro eo, quod eſt apud Iouem.συγκοιμᾶσθαι. Serui. enim ait, Incubare propriè dicuntur ij,qui dormiunt ad accipienda reſponſa. Verg.7.Aen. Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoq; petiuit. Multa modis ſimulachra uidet uolitantia miris. Et uarias audit uoces fruiturq; deorũ Colloquio,atq; imis Acheronta affatur Auernis. Quãdoq; incubare ex ui præpoſitionis in, ſignificat intus, ſiue ſupercubare.ἐγκοιμᾶσθαι,ἐγκαταδαρθάνειν. Cubare enim dormire, ſiue quieſcere,ſtare,conſiſtereq; ſignificat. unde Plau.in Caſ.Eſt ei quidam ſeruus, qui in morbo ſuo,imò uero in lecto (ne quid mentiar) incubat. Lactan.lib.de Opif.Nidos aut luto ædificãt,aut uirgultis, & frondibus conſtruũt,& ciborũ expertes incubant ouis. ἐπωάζουσι. Et paſsiue reperitur. Plin.li.10.ca.54.Oua incubari infrà decẽ dies edita,utiliſsimũ,uetera aut recentiora, infœcũda.Varro accuſatiuo iũxit: Negãt(inquit) plus uiginti quinq; oua incubare. Aliquando ſignificat occupare, poſsidere, amplecti, fouere, obruere, habitareq;. Apul.libro 7.Tabernulam quandam,uitatis maris fluctibus, incubabat.Macrobius quoq; de Dionyſio: Siculæ(inquit)incubator aulæ. Reperitur & abſolutè poſitum: & ſubauditur oua,uel ouis. Colum.lib.9.ca.5. Gallinæ incubare cupiunt ab Idib.Ianuar.Et paulò poſt:Inhibetur cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecto. Incubare pecuniæ,pro inhiare, & uehementer cupere. Cic.pro Cluent.Ab incubo fit incubitus,tus.& incubatio.ἐπωασμός. Plinius. Quædam autem citra incubitum ſponte natura gignit.Idem:Rara incubatio ouis noxia. Interdum ſignificat curã habere: trãſlatio ab auibus,quæ incubatu fouent oua,& excludũt fœtus. Apul. lib.5. Aureos folles incubabat.

Ĭncŭbĭto.as.are.a. p.frequentatiuum.Colum. lib.8.cap.14. Cellas in quibus incubitant, ſicciſsima eſſe oportet.

Ĭncŭbōnēs,num.m.t. (ἐπικεχυφότες)qui toti in opes & diuitias incumbunt.

Ĭncūdo.onis.m. t. qui incude,ſiue ſuper incudem quicquam fabrefacit. Hieronymus contra Iouin. Et in nauibus piſcatorum caput eius ſtat, ſicut incudo infatigabilis,reputat ferrum ut paleas.

Ĭncŭlco.cas.are.a.p. infarcire, repentè,ac ſine ordine immittere,aut conijcere.ἐπισάττω,ἐμβάλλω.Plin.lib.29.cap.2. At canis rabioſi morſibus inculcata, poſt diem ſeptimum ſoluitur. Et per tranſlat.ſignificat eadem ſæpius iterando ingerere.Ci.in Ora. De firmiſsimis alia primà ponet,alia poſtrema,inculcabitq; leuiora.

Ĭncŭltŭs,a.um.o.ſ.(ἀγεώργητος, ἀκαλλής)à cultus participio compoſitum eſt,& In negatiuè ſumitur,non cultus,impolitus,inelegans.Cic. de Nat. Deorum, Terræ regio inhabitabilis & inculta. Inculta uita, ſordida. Cic. de Amicit. Et in hac tantum ſignificatione reperiri puto, hoc eſt non cultus, non exercitatus,uel non habitatus.Adiect.at non ab incolo eſt,ut ſit eius participiũ, ſed eius foret,ſi pro inhabitatus caperetur,quod nuſquã legi.

Ĭncŭltē,aduer.horridè, inornatè.Cic.de Clar. Orat.Et dicere non incultè ſolebat.

Ĭncūmbo.bis.ere.(ἐπιβάλλω,ἐνισχυρίζομαι,προσλιπαρῶ) datiuo iungitur, & duo ſignificat, ſcilicet obnixè operam do alicui rei: ut Incumbo ſtudijs. Et inhæreo.Verg.Incumbens

 tereti

» tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Frequenter etiam accuſatiuo, mediante ad, uel in, ut à Cicerone ferè ſemper uſurpatur: Pergite (inquit) adoleſcentes, & in ſtudia in quibus eſtis, incumbite. Hoc uerbum iunctum cum accuſatiuo mediante in, aliquid deſignat arduum, uel mirabile, uel oneroſum. Cic. Cornific. Te tamen hortor, ut omni cura in Rempub. incumbas. hoc eſt ſuſtentandam, ſiue tuendam, quod difficillimum erat. Et ſi dixero, Incumbo in remos, maior nixus in illos deſignatur, quàm Incumbo remis: ut ſi in remos, quaſi totis uiribus, brachijs innitor contrà, ſiue ſuper remos. Aliquando ſignificat irruere. ἐγκεῖσθαι, καταφέρεσθαι. Quint. lib. 5. Magna uis uenti in mare incubuit. Vergilius datiuo iunxit,
» Incubuêre mari. Item Incumbo ad ſtudia, ſignificat animo & opera intendo, ſiue innitor ad ſtudia: ut Cice. pro Pomp. Quare uidete, ne dubitandum uobis ſit omni ſtudio ad bellum incumbere. Valla negat In remos, uel ad remos incumbere, dici poſſe, ſed remis tantum. Eſt præterea quando incumbere ſignificat ſubire, ſiue ſuperuenire. ἐπιβάλλειν. Lact. lib. 2. Si morborum peſtifera uis incubuerit.
» Item ſuperiacêre. ἐπίκειμαι. Verg. lib. 4. Incu-
» buitq́; thoro, dixitq́; nouiſsima uerba.

Īncūnābŭlă, uide ſuprà in dictione Cunæ.

Īncūrĭă, æ. f. p. (ἀμέλεια, ἀφροντιστία) & incurioſus. ἀφρόντιστος. uide ſuprà Curioſus.

Īncurro, ris. n. t. (ἐμβάλλω, ἐπιτρέχω) contra aliquem curro. Liu. lib. 1. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit, utrinq; à cornibus poſitos, cum iam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe à lateribus ferunt. Aliquando eſt intrò currere, ſeu ultro ſe inijcere. Sall. Poſtquã Catilina fuſas copias, ſeq́; cum paucis relictum uidet, memor generis atq; priſtinæ dignitatis, inter confertiſsimos hoſtes incurrit, ibiq́; pugnando confoditur. Lact. per tranſlat. dixit, Aut oblitus eſſe propoſiti uidear, aut loquacitatis crimen incurram. Aliquando ſignificat incurſiones facere, quæ fiunt prædando loca. D. Brutus Ciceroni: Aut Apennino Alpibusq́; ſe teneat, & decurſionibus per equites, quos habet multos, uaſtet ea loca quæ incurret. Hinc incurſus, ſus. ἐπιβολὴ, ἐπιδρομή. Cic. pro Cecin. Tela & incurſus refugit. Et incurſio, incurrendi actus. Col. Hoſticis incurſionibus uaſtatas fruges.

Īncūrueſco, ſcis. n. t. incuruus fio. κυρτοῦμαι. κυρταίνω. Cice. 1. Tuſc. Hic aũt ubi habitamus, nõ intermittit cœlũ niteſcere, arbores frondeſcere, ramos baccarũ ubertate incurueſcere.

Īncŭrŭo, as. a. p. incuruum facio. κυρτόω, ὑβόω. Plin. lib. 16. ca. 41. Robur, olea, incuruantur, ceduntq́; ponderi. Cic. 2. de Finib. Incuruatum bacillum.

Īncŭruŭs, a. um. o. ſ. ualde curuus. κυρτὸς, κυφός. Terent. in Eunu. Continuò accurrit ad me quàm longè quidam incuruus, tremulus, labijs demiſsis.

Īncūs, cudis. pen. prod. fœm. gen. inſtrumentum in quo aliquid cudimus. ἄκμων. Cic. 1. de Nat. Deor. Ex quo efficiuntur hæ rerũ formæ atq; figuræ, quas uos effici poſſe ſine follibus & incudibus nõ putatis. Et per tranſlationem,
» Reddere uerſus incudibus. Horatius: Et male
» tornatos incudi reddere uerſus.

Īncūſo, ſas. (μέμφομαι) pen. prod. uide Accuſo.

Īncŭtio, tis. pen. cor. cuſsi. cuſſum, n. t. ex in, & quatio, q in c, & a in u mutatatis, ut cætera compoſita, concutio, diſcutio, excutio, percutio. ἐμφορέω, ἐμβάλλω, ἐντείνω, καταφέρω. Eſt autem incutere, inijcere. Verg. lib. 1. Aene. Incu-
» te uim uentis, ſubmerſasq́; obrue puppes. Incutere ſcipionem eburneũ in caput alterius, apud Liuium 5. ab Vr. Incutere colaphum. Transfertur & ad inanimata, ut Incutere terrorem. Cic. de Vniuerſ. Incutere metum, terrorem hoſtibus, apud Liuium. A quo incuſſor, & incuſsio. Et lapis incuſſus à Vergilio mola manualis.

Īndāgo, gas. a. p. pen. pro. θηρῶμαι, ἀκριβόω, ἀναβάζω. inueſtigo, more uenatorum inquiro. Cic. de Opt. gen. dicen. Aut reprehendet, quòd inuſitatas uias indagemus, tritas relinquamus. Indagatio. Idem. 1. Off. Ineſt indagatio et inuentio ueri, eiusq́; uirtutis munus eſt propriũ.

Īndāgo, ginis. & indagēs. ginis. f. t. θήραμα, στοῖχοι, περιστοιχισμὸς, ἀρκυοστάσιον. σία.) inquiſitio, inueſtigatio. Plin. lib. 49. cap. 7. In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem uideo, & ea multis perſuaſiſſe doctrinæ indaginibus. Accipitur &
» pro plagarũ ſerie cingentium ſaltus. Verg. 4.
» Aen. Saltusq́; indagine cingunt. Et per tranſlationem

lationem. Tacitus lib. 13. Romæ teſtamenta & orbos uelut eius indagine capi. id eſt captatorem eſſe orborum, ita ut nullus captiones eius euadat. de Seneca dictum.

Indĕ, (ἐκεῖθεν) aduerbium, id eſt ex eo loco. Liuius lib. 1. Primo in Macedoniam ueniſſe, inde in Siciliam quærentem ſedes delatum. Aliquando dicitur nō de loco, ſed de rebus. Idē in Præf. Omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, inde tibi tuæq; Reipub. quod imitēre, capias. Aliquando ponitur pro deinde. ἐντεῦθεν. ut apud eundem. Crimini maximè dabant in Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu. Hinc fiunt compoſita, deinde, exinde, perinde, & proinde, quæ habent accentum in antepenultima.

Indĕcēns, entis. om. t. quod non decet, uel quod eſt præter decorum. Mart. li. 5. Oculoq; ludos ſpectat indecens uno. Inde Indecenter.

Indĕcŏr, ris. com. t. (ἀσχήμων, ἀεικὴς) pen. pro. ab in & decor. Quanquam Verg. li. 7. indecores pen. cor. dixerit, Nō erimus regno indecores. Vbi Seruius ait, Aut ſyſtole eſt, aut certè dicimus nominatiuum non inueniri, ut in multis nominibus fit.

Indĕcōrŭs, a. um. o. ſ. ἀπρεπὴς. pen. pro. turpe, cōtrarium decorū: ut, Indecora laſciuia ludere. Plinius lib. 18. cap. 15. Sic indecorè, aduerbium, turpiter. Cic. 1. Offic. Caueteq; ne quid indecorè effœminateq; aut faciat, aut cogitet.

Indēfēnsŭs, a. um. o. ſ. ſine defenſione. ἀναπολόγητος, ἔρημος. Liuius lib. 4. Suos increpans clara uoce. Hic præbituri (inquit) uos telis hoſtium eſtis indefenſi multi? id eſt ſine defenſione, ſine uindicta.

Indēfīnītŭm dicimus, quod nullis rationibus circumſcriptum eſt. ἀπαρέμφατον. Vnde Grammatici, indefinitè nomen eſſe poſitum affirmant, quando nec relatiuè, nec interrogatiuè poſitum eſt. Significat etiam obſcurum & complexum. Gell. libro 16. cap. 4. Indefinitus, inexplicabiliſq; ſermo fiet.

Indēmnĭs, (ἀθῷος, ἀζήμιος) indemnatus. uide in dictione Damno.

Indēprĕcābĭlĭs, apud quem non ualent preces, (ἀπαραίτητος) Gellius. Et pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.

Indēſĭnēntĕr, aduerb. pro ſemper & continuè. Varro lib. 2. cap. 9. de re Ruſt. Et ſi alter indeſinenter æger eſt, nec ſine cane grex ſit.

Indēx, icis. com. t. μηνυτὴς, μηνύτρια. pro eo uel ea qui uel quæ aliquid indicat, & accuſat. Salluſt. Pleriq; Craſſo ex negotijs priuatis ob noxij conclamabant indicem falſum eſſe. Inde indicium. μήνυτρον, γνώρισμα. detectio & accuſatio alicuius criminis. Salluſt. Itaq; conſulente Cicerone, frequens ſenatus decreuit Tarquinij indicium falſum uideri. Et index libri. σύλλαβος. Hoc alio nomine Indicina uocatur. Apul. Ob indicinæ præmium occupaſſe, domino tamen ſuo.

Indēx, maſcul. genere, accipitur pro digito prope pollicem, uel pro lapide quo auri uel argenti gradus cognoſcitur. λιχανὸς.

Indĭcātĭo, onis. f. t. (τίμησις) æſtimatio ac probatio alicuius rei ſiue appreciatio, quam uocant. Plau. in Perſa: Tua merx eſt tua indicatio.

Indĭcātĭuŭs, a. um. dicitur id quo aliquid indicatur. δεικτικὸς, ἀποφαντικός. Vnde indicatiuus modus eſt, quia eo indicamus. id eſt oſtendimus, quid agatur.

Indĭcātūră, ræ. f. ſ. p. æſtimatio, (τίμησις) Plini. in Præf. Hæc fiducia operis eſt, hæc indicatura.

Indĭcātŭs, tus. m. q. idem quod indicatura. Idē li. 18. Eadem ex cauſa emi lyenem uituli, quanti indicatus ſit, iubent.

Indĭcīnă, næ. pen. cor. uide Index.

Indĭtĭŭm, tij. n. ſ. uide in dictione Index.

Indĭco, cas. are. a. p. pen. cor. ſignificat manifeſto, & palàm facio. μηνύω, δείκνυμι, κατηγορῶ. Plautus in Aſin. Emori me malim, quàm hæc eius uxori non indicem. Aliquando demonſtro. ἐπισημαίνω. Lactant. lib. 7. Ipſa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum, ſi uirtutem cœperit, permanere. Aliquādo accuſo. ἐνδείκνυμι. Vlpianus ſcribit, Indicaſſe reum, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, conuiciſſe. Sed hæ ſignificationes in idem recidunt. Aliquando apprecio, æſtimo. τιμάομαι. negociationis uerbum, & rebus uenalibus accommodatum, quod in mercibus diſtrahendis uſurpatur, quando ille cuius eſt merx, precium facit rei, quam uenundat. Plautus in Mil. Venio ad macellum, prærogito piſces, indicant caros. Hinc indicatio

& indicatura. Aliquando indicare pro addicere, hoc eſt rem emptã liberare. Cic. li. 3. Offic. Scæuola Publij filius, poſtulaſſet, ut ſibi fundus cuius emptor eſſet, ſemel indicaretur.

Īndĭco, cis, xi, ctum. pen. prod. multa ſignificat. Nam eſt denũciare. παραγγέλλειν, ἐπαγγέλλειν. Quamuis inter ſe differant, quòd maiorem uim habeat indicere, quàm denunciare. Nam denunciare, propriè eſt ſignificare, & ſimpliciter ſumi poteſt: ut Ventus denunciat pluuiam: & Denuncio me tibi propediem affuturum. Indicere uerò, licet ſignificet denunciare, non tamen propriè: quoniam dico aliud ſignificat, quàm nuncio: & in aliud, quàm de. In enim iuncta uerbo dico, maius incrementum demonſtrat, & ſignificat maximè, quamuis & ſignificationem contrà non omittat. Indico ergo maximè dico, hoc eſt ſolenniter dicendo denuncio, ut ſi dicam, Bellum tibi indico, non eſt ſicut, Bellum tibi denuncio. id eſt, bellum me tibi illaturum ſignifico: ſed, Bellum me tibi iure illaturum dico: aut, Bellum me tibi à me inferendum eſſe indico. Quod Cic. lib. 1. Offic. apertè docuit, qui utrunq; uerbum ſic poſuit: Ac belli quidem æquitas feciali populi Romani iure perſcripta eſt. Ex quo intelligi poteſt nullum bellũ eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum antè ſit, & indictum. Poteſt tamen In ſignificare contrà, ut ſi dicam, Bellum indico uoluptatibus, tunc contra uoluptates bellum me geſturum dico, hoc eſt ſolenniter profiteor. Nec ſolum indicere pertinet ad bellum gerendum, ſed etiam ad funus. Vnde Feſtus ait, Indictum funus. σύγκλητος κηδεία. ad quod per præconem euocabatur. Præterea ad concilium, tributum, ſpectaculum, & huiuſmodi quæ non niſi ritu ſolenni fieri conſueuerunt. ſimiliter ſacerdotes feſta ieiuniaq; populo indicere ſolent. Aliquando etiam eſt quaſi præcipere. συγκαλέω. ut apud Liui. lib. 1. Longè à domo patribus excitis, ipſum qui concilium indixerat, non adeſſe. Aliquando imponere. ἐπιτάττειν. Cice. in Verr. Act. 5. Legem ſibi indicunt innocentiæ, continentiæ, uirtutum omnium, qui ab altero rationem uitæ repoſcunt. Aliquando ſignificare. Liuius libro 1. Indici deinde funitimis ſpectaculum iubet.

Īndĭctĭo, onis. f. t. ſpacium XV. annorum quod indicebatur, ut tribus luſtris tributa toto orbe Romanæ rei ſoluta eſſent. ἰνδικτιών. Σ.

Īndĭctĭuŭs, a, um. (σύγκλητος) quod indictum eſt, ut funus indictiuum. Et indictiuæ feriæ, quas conſules uel prætores indicunt.

Īndĭctŭm, cti. n. ſ. (παράγγελμα) dicitur quod eſt ſolenniter promulgatum: ut Indictum bellum, denunciatum dicitur. Indictum funus, denunciatæ exequiæ. Et indictũ. ἄρρητον. non dictũ. Teren. in Phor. Quod dictum, indictum eſt. quod modo erat ratum, id irritum eſt. Et hoc modò non ab indico, ſed à participio dictus, compoſitum eſſe cenſeo. Liu. lib. 5. Itaq; quæ tum cecinerit, diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec ut indicta ſint, reuocare poſſe. Sic etiam dicitur, Indicta cauſſa. ἄκριτος. id eſt non dicta, & non defenſa. Cicero Qu. Rabirio: Sed indicta cauſa. ἐρήμην. Ciuem Romanum capitis condemnari coëgit.

Īndĭcŭlŭm, li. n. ſ. quaſi indiciũ, (δειγμάτιον) Auguſtinus in quodam ſermone: Ego uobis fratres hæc ſuggerendo, quaſi indicula quædam directa obſcura inſinuare curaui.

Īndĭdĕm, pen. cor. aduerb. compoſitum ab inde & idem, quod eſt ex eodẽ loco. αὐτόθεν. Plau. Indidem unde oritur, facito, uti faciat ſtultitiam ſepelibilem. Apud Cat. pro idem mox.

Īndĭēs, ſignificat quotidie, (καθ᾽ ἡμέραν) ſed propriè cum incremento. Ideo plerunq; iungitur comparatiuo. Cice. Cum id malum ſerperet indies magis. Reperitur etiam ſine comparatiuo, ſed tamen cum uerbo ſignificante incrementum. Liu. Creſcente indies multitudine.

Īndĭffĕrēns, tis. om. t. quod non differt. ἀδιάφορον. Cic. 3. de Fin. Itaq; id definimus, quod ſit indifferens cum æſtimatione mediocri. Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerẽ. Indifferens, qui non diſcernit, nec eſt difficilis, aut moroſus in re aliqua. Suetonius in Iul. Cæſare: Nam circa uictum C. Oppius adeò indifferentem docet, ut quondã ab hoſpite conditũ oleum pro uiridi appoſitum, aſpernantibus cæteris, ſolum etiam largius dicat appetiſſe.

Īndĭffĕrēntĭă, æ. f. p. ſimilitudo, affinitas, conuenientia. Gellius lib. 13. ca. 3. Hoc ego ſcripſi de utriuſq;

utriuſq; uocabuli indifferentia.

Indifferenter, aduerb. indiſcriminatim. Indifferenter ferre, prorſusq; deq;. Sueton. in Domit. Occiſum eum, populus indifferenter, miles grauiſsimè tulit.

Indigena, æ. com. p. pen. cor. dicitur inde genitus, nec aliunde proueniens, αὐτόχθων. Opponitur enim aduenæ, cũ non ſit aduentitius, ſed uernaculus, proprius, & quaſi peculiaris. Omnes habitatores aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Aduenæ, de uno loco uenientes: conuenæ, de diuerſis. Liu. 1. Bel. Pun. Nec maiores eorum indigenas, ſed aduenas Italiæ cultores.

Indigeo. ges. ere. n. ſ. (ἀπορέω, δέομαι) pen. cor. uide in dictione Careo. Huius impersonale Plin. lib. 10. poſuit: Nunquam conſpectis niſi cum præſidio earum indigetur. Ab indigens. σπανίζων, ἐνδεής. fit indigentia. æ. ἔνδεια. inopia, egeſtas, penuria. Cic. de Ami. Amare enim nihil aliud eſt, niſi eũ ipſum diligere quẽ ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita. Sic 4. Tuſcul.

Indigeſtè, aduerb. ſignificat inordinatè, & incompoſitè (ἀδιαθέτως, ἀτάκτως) Gel. li. 10. ca. 11. Quas breuiter, & indigeſtè, & inconditè, annotationibus, tractationibus, lectionibusq; uarijs feceramus.

Indigeſtio, onis. f. t. (ἀπεψία) cum cibus non digeritur. Indigeſtus. a. um. digeſto, & ordinato contrarium. Plin. lib. 30. ca. 15. Materia ſurda & indigeſta ſimplicitas.

Indigetes, tum. com. t. (δαίμονες) pen. cor. dij ex hominibus facti. Quo nomine dictus eſt Aeneas, cum pugnans cum Mezentio, nuſquã apparuiſſet. alij indigetes dicunt eſſe deos tutelares, quorũ nomina uulgari nõ licet. Liu. 8. ab Vrb. Lares dij Nouenſiles, dij indigetes, diui quorum eſt poteſtas noſtrorũ hoſtiumq;, &c.

Indigitamenta, libri pontificales, qui & nomina deorũ, & rationes ipſorum nominũ continent. Feſt. Indigitamẽta, incantamẽta, uel indicia.

Indigito, tas. a. p. (δακτυλοδεικτέω) pen. cor. quaſi indicito: ab indico, uel à digitis deducitur: & ſignificat uoco, nomino, & quaſi per nomẽ oſtendo. Macrobius: Namq; uirgines Veſtales ita Apollinem indigitant.

Indignor, (ἀγανακτέω, ἀδικοπαθῶ) & indignitas. uide ſupra in dictione Digno. as.

Indignus, a. um. o. ſ. nõ dignus, (ἀνάξιος) Teren. in Eun. Nam ſi ego digna cõtumelia hac ſum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Pro miſerabili. Idem, Indignis cũ egomet ſim acceptus modis. Interdũ pro magno. δεινός, unde Enn. indignas turres dixit, id eſt magnas.

Indigus, a. um. pen. cor. quod indiget, (ἐνδεής, ἄπορος) Plin. lib. 8. ca. 40. Stipendiorum indiga. Indipiſco. is. uſurpo, aſſequor, adipiſcor. (περιποιοῦμαι) quod & indipiſcor. eris. indeptus dicitur. Plau. in Aul. Neq; partem tibi ab eo cui ſit indipiſces, neq; furẽ excipiet. Hinc indepto. tas. frequentatiuum. Varro: Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

Indirectus, a. um. o. ſ. incompoſitus, & inornatus. Quint. lib. 5. ca. 13. Indirecta ferè, atq;, ut ſic dicam, clamoſa eſt actio.

Indiſcriminatim, indifferenter, & ſine diſcrimine, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. Varro de Lingua Lat. Quibus nos in hoc libro perinde ut nihil interſit, utamur indiſcriminatim.

Indiſertus, a. um. o. ſ. non eloquens, (ἄφραδής) Cic. 5. de Fin. Vt interpretes indiſerti ſolent. Indiſertè, aduerb. ſine aliqua eloquentia. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Orationem meam collaudauit ſatis multis uerbis, non me hercule indiſertè Seuerus Antiſtius.

Indiſſolubilis, le. om. t. (ἀδιάλυτος) quod diſſolui ſiue rumpi nõ poteſt. Cic. de Vni. Sed quoniam eſtis orti immortales, uos quidẽ eſſe indiſſolubiles non poteſtis. Hinc Indiſſolutus.

Indiſtinctus, a. um. o. ſ. confuſus. Quint. lib. 8. cap. 2. Neq; inordinata, neq; indiſtincta. Vnde indiſtinctè.

Indiuiduus, a. um. o. ſ. quod non poteſt ſeparari, uel quod non ſeparatur. ἄτομον. Cice. 1. de Fin. Ille atomos, quos appellat. id eſt corpora indiuidua. A philoſophis definitur ſic, Indiuiduum, quod de uno ſolo prædicatur, ut Socrates de ſeipſo. Indiuiduè. ἀδιαιρέτως. aduerbium.

Indo, dis. didi. ditum. a. t. impono, (ἐντίθημι) Plau. in Cap. Pægnium uocitatus eſt, pòſt uos indidiſtis Tindaro. Quandoq; ſignificat intus do, immitto. Idem in Caſ. Dij me & te infelicitent, ſi ego in os meum uini guttam indidi. Interdum imprimo. ἐντάω. Idem

 in Aſina

in Aſina. Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.

Īndŏcĭlis, le. om. t. qui penitus doceri nō poteſt. (δυσμαθὴς, ἀδίδακτος) Seruius: Indocile eſt, quod penitus non poteſt diſcere.

Īndōctŭs, a. um. o. ſ. qui nondum didicit, (ἀμαθὴς, ἀπαίδευτος.) Cic. 1. de Finib. Non admodum indoctus.

Īndōctē, aduerb. Cic. 1. de Nat. Deorum: Quæ qui uideat, non indoctè ſolum, uerumetiam impiè faciat, ſi deos eſſe negat.

Īndŏlēntĭă, æ. f. p. quaſi non dolor, cum nihil dolet. (ἀναλγησία) Cic. 2. de Offi. Vt qui rem expetendā uel uoluptate uel indolentia metiuntur. Hæc etiam indoloria dicitur, ut Sidonius à Cicerone dicta præſcribit.

Īndŏlēs, lis. f. t. pen. cor. ab inoleſco fit, per interpoſitionem d. Et in pueris quidem atq; adoleſcentibus eſt ſignificatio quædā futuræ probitatis. (φύσις) Cicero: Vt enim adoleſcentibus bona indole præditis, (φύσιν τοῦ ἔχουσιν) ſapientes ſenes delectantur. In uiris uero ſignum eſt præſentis uirtutis. Idem, Homines in quibus eſt uirtutis indoles, commouentur. Vnde & pro præſtantia ſeu generoſitate quadam uirtutis atq; animi ponitur. Liuius de Lauinia iam matre inquit, Tanta in ea uirtutis indoles fuit. Aliquando etiam in malum dicitur, ut apud Liuiū de Annibale, Cum hac indole uirtutum ac uitiorum ſub Aſdrubale meruit. Transfertur quoq; ad muta, atq; inanimata. Idem, Sicut in frugibus pecudibusq; non tantum ſemina ad ſeruandam indolem ualent.

Īndŏmăbĭlis, le. om. t. indomitus, qui domari non poteſt. ἀδάμαστος Plaut. in Caſſ. Adepol, næ tu ſi eſſes equus, eſſes indomabilis.

Īndŏmĭtŭs, a. um. o. ſ. penult. corr. qui domari non poteſt, & miteſcere. ἀνάγωγος, ἀδάμαστος, ἄδμητος Cice. 3. Verr. Indomita ingenia. Aliquando ponitur pro magno. Vergilius, Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Seruius.

Īndōrmĭo, is. ire. n. q. pro ceſſare, et tardum eſſe. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu. Indormire cauſæ, eſt remiſſius & ſegnius tractare negocium. Cice. 2. Philipp. Edormi crapulam, inquam, & exhala: an faces admouendæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem?

Īndōtātŭs, a. um. nō donatur. Teren. in Adel. Primū indotata eſt. Indotata ars. Cic. 1. de Orat.

Īndŭbĭtātŭs, a. um. certus, et de quo dubitari nō poteſt. (ἀναμφίλογος.) Quintilianus lib. 9. ca. 4. In ijs uero quæ indubitata ſunt, breuior. Indubitata ſpes, apud eundem lib. 11. cap. 3. Indubitabilis. le. idem ſignificat. Quintilian. lib. 4. cap. 5. Illo ſequenti (ſi modo indubitabile ſit) utendum ſolo. Indubitantĕr, aduerb. certò. Plin. lib. 18. ca. 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

Īndūcĭæ, arum. f. p. pax in paucos dies: ſic dictæ, quòd in diem dentur, uel quòd in dies ocium præbeant. (ἀνακωχαί.) Cic. lib. 1. Officiorum, Vt illi qui cum centum triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabantur agros, quòd dierū eſſent pactæ, non noctium induciæ. Aliter Gellius, Græci ἐκεχειρίαν, ab abſtinendis manibus appellarūt. Nam per ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam, non pugnatur, & manus cohibentur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theſeus.

Īndūco, cis. a. t. pen. pro. propriè introduco, (εἰσάγω, ἐπάγω.) Plautus, Induc eam in domum. Quandoq; eſt perſuadere, illicere, decipere, inclinare. ἐπαίρειν. Lucil. Huius ego animū ſi induco, ut ab amore meretricis deſiſtat. Plau. in Aſin. Nunquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum ignoto. Quādoq; abolere cancellare. περιγράφειν, διαγράφειν, ἀκυροῦν. Suetonius in Cæſ. Amplißimis uerbis collatum datum in integrū reſtituit, inducto priori decreto. Verbum id iuris eſt. Origo ea, quòd inducto chartis atramēto, uelut tectorio, deleri quæ ſcripta prius erant, contigit. Quandoq; ingredi facere: ut, Vide quo me inducas. Quandoq; imponere. ἐνδύειν, περιτιθέναι: ut, Soleæ ligneæ pedibus inductæ ſunt.

Īndūctio, onis. f. t. genus argumenti. ἐπαγωγή. Eſt enim oratio per quam fit à particularibus ad uniuerſalia progreſſus.

Īndūlco, cas. a. p. dulcem facio. γλυκαίνω.

Īndūlcōro, ras. idem quod indulco. ἡδύνω.

Īndūlgĕo, ges. indulſi, indulſum, & indultum. n. ſ. ſecundum Priſc. ſignificat obſequor, conſentio, inſeruio, & facile concedo. καταχαρίζομαι,

μαι, ἐπιτρέπω, θέλω μι, συγχωρέω, χαρίζομαι. Cic. in Lælio, Sed obſequiũ multò moleſtius, quòd peccatis indulgens: id eſt conſentiens. Vnde fit indulgentia, mollis permiſsio. φιλοστοργία, ἔνδοσις. quæ ſeueritati opponitur. Quintilianus, Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis, & corporis frangit. Et indulgentia, clementia. Statius, Vultus, & egregiæ tanta indulgentia formæ. Indulgẽtiſsimi imperatores dicti, quòd ſint benefici, propenſiq; ad gratificandum. Item indulgere, eſt delicate intendere, et ſpacium maius dare. Verg. Indulge hoſpitio, cauſſasq; innecte morandi. Item augere. Lucil. lib. 3. Tu qui iram indulges nimis, manus abſtinere à muliere melius eſt.

Indūlgĭtās, atis. f. t. pro indulgentia. συγχώρησις. Siſen. Baſſus aſsidua indulgitate uictus.

Indūmēntŭm, ti. n. ſ. (ἔνδυμα) ueſtimentum: ab induo. Cic. de. Nat. Deor. Quod cum facere uultis, indumenta tamen corripitis.

Indūcŭlă. æ. f. p. Plautus in Epid. Quid erat induta? an regillã inducula͂, an mendiculam?

Indŭo. is. dui. dutum. a. t. (ἐνδύω, ἐνδύομαι. περιβάλλω. ομαι.) ex in, & duo, duis, quod Veteres pro dare dixerunt: cuius origo à Græco δύω, quod ingredior ſignificat, trahitur. Conſtruitur autem uarijs modis. Nam quandoq; habet duos accuſatiuos, ſed in paſsiua tantum ſignificatione. Curtius, Iamq; nox apparebat, cum thoracẽ indutus procedit ad milites. Aliquando uno tantũ accuſatiuo conſtruitur, & tunc idem eſt quod aſſumo. Cic. 3. Offic. Deponit enim perſonam amici, cum induit iudicis. Aliquando poſtulat, ut id quo quis induitur, in accuſatiuo ponatur, & is qui induitur in datiuo, ſignificatq; impono, immitto, aſſumo. Plin. li. 33. Peſsimum uitæ ſcelus fecit, qui anulũ primus induit digitis. Aliquãdo ultra naturalẽ accuſatiuũ habet alium accuſatiuũ cum in, & tunc pro conuerto, ſiue transformo ſumitur: Cic. de Diuin. loquẽs de anhelitibus terræ, Cum autem, inquit, ſe in nubem induerint. Cum huiuſmodi accuſatiuo etiam ſignificat inijcio, ſeu immitto. Cic. in Hortẽ. Et ut docuit Antiochus in idipſum ſe induit, quod timebat. Deniq; conſtruitur abſolutè cũ ablatiuo. Curt. Depoſita ueſte, quã habebat Arabica induitur. Quandoq; etiã in hac conſtructione pro illino ſumitur, ut Indui pice. Plaut. in Moſt. Col. ad uites tranſtulit pro onero, cum dixit, Nam ita ſe induunt uuis, ut nequeant capere maturitatem. Sumitur etiã pro circundo: ut, Se induere uallo, Caſ. lib. 7.

Indŭpĕrātōrĕm, pro imperatorem poëtæ uſurparunt. Iuuena. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem?

Indūro. as. are. a. p. durum facere. Plin. li. 8. ca. 12. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutoq; ſe tergorantes.

Indūrĕo. es. n. ſ. ſiue indureſco. is. durum fieri. Quintil. lib. 1. cap. 4. Frangas citius, quàm corrigas, quæ in prauum indurnerunt.

Indūſiārĭi, orum. m. ſ. dicuntur qui conficiunt induſia. Plaut. in Aul. Patagiarij, induſiarij, flammearij, uiolarij.

Indūſiŭm, ſij. n. ſ. (χιτωνίσκος) genus ueſtis, quaſi intuſiũ, ut Var. ait, quod mox ſupra ſubuculã ſumebatur: ſicut palliũ & palla uocata ſunt, quæ foris ſupra induſium. A quo induſiatus, dicitur qui huiuſmodi ueſte eſt indutus. Plau. Induſiatã, patagiatam, caltulã et crocotulam.

Indūſtriă, æ. f. p. eſt ingeniũ ſeu ars, qua aliquid ſtruere ſumus idonei: quamuis pro ingenij ſiue artis exercitatione quandoq; ſumatur. (φιλοπονία.) Vtrunq; complexus eſt Cicero, cum inquit, Vt induſtria noſtra tuæ morẽ geramus uoluntati. De induſtria aliquid facere. hoc eſt dedita opera. Cic. 1. Off. At illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe à metu proficiſcuntur. Ex induſtria, idem Quintil. lib. 9.

Indūſtrĭus, a. um. o. ſ. (δεινὸς, φιλόπονος) & antiquè Indoſtrius. uide Ignauia. Ab induſtrius fit aduerb. induſtriè. Columella, Higinius ueterum authorum placita ſecretis diſperſa monumentis induſtriè collegit.

Indŭuiæ, arum. f. p. ab induendo, (ἐνδύματα) indumenta quibus quis induitur, ſicut exuuiæ ab exuendo.

Inēbrĭo. as. are. a. p. Plin. lib. 11. capite 21. Palma quæ uocatur adipſos, ueſcentes inebriat.

Inebræ aues, quæ in augurijs aliquid fieri prohibent, & prorſus omnia inembra appellantur, quæ tardant, uel morantur agentem. Feſtus. Ab inhibendo forte dicuntur.

Ĭnēbrĭŏr, aris. p. p. (μεθύσκομαι) uide in Ebrius.

Ĭnēdĭă, æ. f. p. fames & tempus, quo quis ab edendo abſtinuit. Cice. 5. de Finib. Vigilijs & inedia necatus.

Ĭnēffābĭlis, le. om. t. quod effari non poſsis, aut exprimere. Plin. in Præf. lib. 1. Populorũ eius, oppidorũq; nomina uel maximè ſunt ineffabilia.

Ĭnēffĭcāx, cis. om. t. Plin. lib. 27. cap. 12. Inefficatius quàm ſuperiora.

Ĭnēffĭgĭātŭs, ta. tum. informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. (ἀνεικόνιστον) Gell. lib. 17. ca. 10. Nanq; ut illa beſtia fœtũ ederet ineffigiatũ informemq́;, lambendoq́; id poſteà quod ita edidiſſet, conformaret & fingeret.

Ĭnēlābōrātŭs, a. um. quod artificio non ſatis excultum eſt, uitio datur. Quint. lib. 4. ca. 1. Nec tamen deducta ſemper atq; circumlita, ſed ſæpe ſimplici atq; inelaboratæ ſimilis, nec uerbis uultuq; nimia promittens, &c.

Ĭnēlĕgāns, tis. om. t. eleganti contrarium. Cic. de clar. Ora. Inerat q; & ingenium ſatis acre, & orationis non inelegans copia. Ineleganter aduerbium. Cic. 1. de Finibus, Primum diuiſit ineleganter.

Ĭnēlūctābĭlis, le. om. t. quod uitari non poteſt, hoc eſt domari, & lucta euinci. Verg. 2. Aeneid. Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Ĭnēmptŭs, a. um. non emptum. Mart. lib. 1. Saltus aprũ, campus leporẽ tibi mittit inemptũ.

Ĭnēnārrābĭlis, le. om. t. admirabile, & quod enarrari non poteſt. Plin. lib. 8. cap. 7. Sed Pompeiam amiſſa fugæ ſpe miſericordiam uulgi inenarrabili habitu quærẽtes ſupplicauere. Inenarrabilis ſubtilitas. Plin. lib. 11. cap. 1. & lib. 10. cap. 2. Inenarratus, a. um. Gel. lib. 12. ca. 6. Quod inenarratum relinquamus.

Ĭnēnōdābĭlis, le. om. t. Cic. de Fato, Nec cum hæc ita ſint, eſt cauſa, cur Epicurus pertimeſcat fatũ, & ab atomis petat præſidium, eaſq; de uia deducat, & uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles.

Ĭnĕo, is. ire. n. q. ingredi, (εἰσέρχεσθαι) Cice. pro Corn. Balbo, Ne quis caſtra imperatoris iniret. Plau. Inijt te unquam febris? id eſt nunquã ne te corripuit febris? Inire bellum, incipere & aggredi. ἐνίσταμαι. Sall. Inire certamẽ. Cic. 4. de Fin. Inire beneficium, id eſt comparare. Terent. in And. Inire conſilium, pro capere conſilium. Cic. ad Brutum. Inire cauſam & rationem alicuius rei, hoc eſt probare, & æſtimare rem aliquam uel enumerare, aut uerbis conſequi, quod magis probatur. Liu. lib. 4. Belli Maced. Inire conſulatum, ingredi dignitatem conſulatoriam. Cæſar. Inire cubile alicuius, pro cum uxore eius concumbere. Cic. de Aruſp. Reſp. Inire gratiam, demereri beneuolentiam, (καταθέσθαι χάριν.) Cic. ad At. Inire nexũ, pro uinciri, deuinciri, illigari & detineri. Liu. 7. ab Vrb. Inire rationem, pro uiam ac modũ aliquid agẽdi quærere. Teren in Heau. Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi. Inire pro coire, ſiue concumbere, actiuã recipit ſignificationem. ἐμβατεύειν, βινεῖν. Plin. Sed aſini qui equas ineant, optimi legendi ſunt.

Ĭnīto, as. are. frequentatiuum. uide ſuo loco.

Initus. us. m. q. nomen: coitum ſignificat. Plin. lib. 8. cap. 14. de equis. Nec tamen quindecim initus eiuſdem anni ualet tolerare.

Ĭnēptĭo, is. iui. itum. n. q. (ὑθλεῖν, ληρολογεῖν) ineptias facio, aut dico, quod neq; loco, neq; tempori, neq; rebus, neq; perſonis conuenit. Lact. Opif. Vereor ne huiuſmodi portenta & ridicula refutare non minus ineptum eſſe uideatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne ſe ille nimis argutum putet.

Ĭnēptŭs, a. um. o. ſ. ex in & aptus, (ἀπίθανος, ἀκόλαστοι, ἀναρμόστος, εὐήθης, ἰδιώτης, σκαιός.) Cic. lib. 2. de Orat. Ineptus nomen habere uidetur, quòd non ſit aptus: idq; ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet, non uidet: aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibuſcum eſt uel dignitatis, uel cõmodi rationem nõ habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. A quo Ineptia, Ineptitudo. (ἀπειροκαλία.) Ineptulus. Cic. 1. Tuſ. Ineptiæ penè aniles. Ineptè, aduer. minus aptè, & imprudenter. Cic. 1. Tuſc. Nam & ſi non ſus Mineruam, ut aiunt, tamen ineptè quiſquis Mineruam docet.

Ĭnērmis, me. om. t (ἄνοπλος) modo qui armatus nõ eſt, modo qui ſupplex erat: quod ex hiſtoria tractum eſt, quia qui ſe dedunt, inermes ſupplicãt. Cic. pro Ceci. Arma eſſe ſuis nominibus,

alia

alia ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermes fuiſſe uinces. Et per tranſlationem. Cic. 1. de Finib. Iam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi & diſſerendi, quæ λογικὴ dicitur, iſte ueſter planè, ut mihi quidē uidetur, inermis ac nudus. Inermus. a. um. Sallu. in Iug. Neq; quenquam decere, qui manus armauerat, ab inermis peditibus auxilium petere.

Ĭnĕrrāntēs, ium. om. t. (ἀπλανεῖς) nō errantes. Cic. 2. de Nat. Deor. Nec uerò eæ ſtellæ, quæ inerrantes uocantur, non ſignificant eandem mentem atq; prudentiam, quarum eſt quotidiana conueniens conſtanſq; conuerſio.

Ĭnĕrs, inertis. om. t. ſignificat eum, qui ſine arte eſt (ἄτεχνος, ῥάθυμος, ἀπράγμων.) Cicero. 3. de Finib. Sed luſtremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur. Quandoq; etiam iners capitur pro ocioſo & ignauo, qui nihil artis operatur, uel quaſi neſciat operari. Ci. 4. Verr. At homo inertior, ignauior, magis uir inter mulieres, quàm impura inter uiros muliercula, &c. Ab iners fit diminutiuum Inertulus. Inertia, (ἀπραγμοσύνη, ῥαθυμία) inertis uitium, quæ ſic ſumi poteſt in ſua ſignificatione, ut de inerte dictum eſt, licet propriè ſit artis ignoratio. Cic. lib. 1. ad Qu. Frat. Duo illa relinquamus inertiæ noſtræ.

Ĭnĕrtĭcŭlă, genus uitis apud Colum. lib. 3. ca. 2. uinum ferens neruis innoxium, unde & nomen habet, quòd ſcilicet iners habeatur in tendandis neruis. Græci uocant amethyſton eo quòd non facile gignat ebrietatem.

Ĭnĕſco, as. a. p. δελεάζω. uide in dict. Obeſco.

Ĭnĕuītābĭlis, & hoc le, quod uitari non poteſt. ἄφυκτος. Plin. in Paneg. Magnum & ineuitabile, ac toties cuiq; experiendum malum.

Ĭnĕxĕrcĭtātŭs, a. um. ἀγύμναστος. exercitato: contrarium. Cice. 2. Tuſ. Inexercitatum militem. Inexercitus: ut, inexercitus philoſophus idem Cicero 5. Tuſc.

Ĭnĕxhauſtŭs, a. um. nunquā deſinens, ſiue quod expleri non poteſt, et exhauriri. ἀνεξάντλητος. Cic. 3. de Legibus: Erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta auiditas legēdi: nec ſatiari poterat. Inexhauſta metalla, quæ exhauriri nō poſſunt præ abundantia. Verg. 3. Aen. Eſt Ilua trecentos Inſula, inexhauſtis Chalybū generoſa metallis.

Ĭnĕxōrābĭlis, le. om. t. implacabilis. Cic. pro Syl. Qui uehemens in alios, inexorabilis in cæteros eſſe uiſus ſum.

Ĭnĕxpērtŭs. uide Experior.

Ĭnēxpĭābĭlis, le. om. t. quod expiari non poteſt. Liu. 3. Bel. Maced. Vt inexpiabile bellum aduerſus ſe unum maneret.

Ĭnēxplānātŭs, a. um. ut inexplanata lingua, hoc eſt impedita, neq; agilis, neq; etiā complanata ut apertè proferre poſſit. Plin. 11. ca. 37. Metellum pontificē adeò inexplanatæ fuiſſe accepimus, ut multis menſibus tortus credatur.

Ĭnēxplēbĭlis, le. om. t. quod expleri non poteſt. Cic. 5. Tuſc. Quid uerò illum quem libidinibus inflammatū & furentem uidemus, coràm rabidè appetentē cum inexplebili cupiditate.

Ĭnēxplĭcābĭlis, le. om. t. quod explicare non poteſt. Inexplicabiles fraudes, Cic. 1. Tuſc. Plinius lib. 5. cap. 5. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit.

Ĭnēxplĭcĭtŭs, a. um. intricatus, inuolutus, obſcurus, & qui facile explicari non poteſt. Mart. 9 Deomocritos, Zenonas, inexplicitosq; Platonas.

Ĭnēxplōrātŭs, a. um. explorato contrarium. Liu. li. 6. Bel. Pun. Non altitudo mœniū, non inexplorata ſtagni uada, non caſtellum in alto tumulo ſitum.

Ĭnēxplōrātē, ſiue inexploratò, aduerb. ſignificat ſine exploratione & inquiſitiōe. ἀκατασκέπτως. ἀνεξετάστως. Gel. lib. 5. ca. 19. Sed arrogationes non temere, nec inexploratè committuntur.

Ĭnēxpūgnābĭlis, le. om. t. quod expugnari non poteſt. Liu. 2. ab Vrbe, Ibi alto & munito loco arcem inexpugnabilem fore.

Ĭnēxpŭtābĭlē, quod numerari non poteſt. Colu. lib. 10. Nam inexputabilis erat numerus.

Ĭnēxtrīcābĭlis, le. om. t. inſolubilis, quod extricari non poteſt: ſeu, unde quis extricare ſe nō poteſt. (ἀδιάλυτος, ἄφυκτος.) Vergilius, Hic labor ille domus & inextricabilis error. Inextricabilia uitia, Idem lib. 20. cap. 21.

Inexuperabilis. le. quod ſuperari nō poteſt: ut, Inexuperabilis uis ati, Liui. 8. ab Vrbe. Idē 5. ab Vrbe, Alpes inde oppoſitæ erant, quæ inexuperabiles uiſas, haud equidem miror, nulla dum uia ſuperatas.

Ĭnfabrē. ἀκόμψος, ἄτεχνος. pen. pro. aduerbium,

ſigni

ſignificat fœdè: ſicut affabrè, pulchrè. Liui. 6. Bel. Mace. Aureos torques M. CCCCXX. ad hæc auri pondo CC.XLV. argenti infecti factiq́ue in Gallicis uaſis non infabre ſuo more factis, duo millia CCCXL. pondo, & cætera.

Īnfācētŭs, a. um. Cic. 3. Off. Non infaceto lepôre, Infacetum mendacium. Cic. pro Cæl.

Īnfăcūndĭă, æ. f. p. Gell. lib. 11. ca. 16. Tui erroris culpam eſſe intelligo in mea ſcilicet infacundia, id eſt imperitia dicendi. Infacundus, inelegans, nulla dicendi facultate præditus. Liu. 4. ab Vrbe, Et Tribunus plebis uir acer, nec infacundus, nactus inter aduerſarios, &c.

Īnfāmĭă, æ. f. p. nota, macula, probrū, nota turpitudinis. (ἀτιμία, δυσφημία) Cic. 5. Verr. Nihil ad tuas aures de tua infamia perueniſſe.

Īnfāmĭs, me. om. t. pen. prod. quod habet malā famam. (ἄτιμος) Cic. 6. Verr. Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis ſtupris flagitijsq́ fecisti. Infamis dictus eſt ab antiquis digitus medius propter ignauiam, quoniam indigere uideatur aliorum defenſione. Perſius, Infami digito luſtralibus antè ſaliuis Expiat. Iuuen. Mediumq́ oſtenderet unguem. Nam olim qui medio tanquam per indicem monſtrabatur, arguebatur infamiæ.

Īnfāmo, as. are. act. p. pen. pro. infamia afficio, ignominiam uel notam inuro. (ἀτιμάζω, ἀτιμάω.) Quintil. Deinde cum ſe iactaret eodem modo dicere, Senecam infamauit. Infamare agrum, deuaſtare. Columel. libro 1. capite 7. Ita fit, ut actor & familia peccent, & ager ſæpius infametur.

Īnfāndŭm, di. n. ſ. à fando ſumitur, quod uix fari quis poſſit. (ἄῤῥητον) Verg. Infandum Regina iubes renouare dolorem. Ponitur nonnunquam pro interiectione. Idem. 1. Georg. Infandum, ſiſtunt amnes, terræq́ dehiſcunt.

Īnfāns, antis. com. t. ſubſtantiuum, dicitur puer qui nondum fari cœpit. (νήπιος, βρέφος) Cic. 5. Ver. Iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Quod etiam de brutis & auibus dicitur. Plin. Quadrupedes infantes ſuos cognoſcūt. Adiect. uerò capitur quaſi pro paruo. Idem libro 22. cap. 22. de boleto, Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti: id eſt parui & nondum adulti. Interdum dicitur infans, non facundus. Cic. in Bruto, Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Per translationem ſumitur pro ſtulto & quaſi loqui neſciente. Ex quo infantior & infantiſſimus. id eſt ſtultior & ſtultiſſimus.

Īnfāntĭă, tiæ. f. p. (νηπιότης) ætas infantilis, & quandoq́ ſtultitia dicitur. Plin. lib. 9. cap. 8. Atq́ etiam geſtans fœtus in infantia.

Īnfāntārĭă, riæ. pro puerpera. Mar. li. 4. Et quod mireris, magis infantaria non eſt. Magis arridet ut infantaria citato apud Martia. loco nominetur, quæ delectatur infantibus.

Īnfāntĭlĭs, le. om. t. νηπιώδης. quod eſt infantis.

Īnfārcio, cis. a. q. impleo. ἐμφράττω. Columel. lib. 12. ca. 53. Et maximè in eas partes, quibus oſſa relicta ſunt, largum ſalem infarcito. Infarcire uerba, inculcare, & ſine ordine inſerere. Cicero in Oratore.

Īnfătīgābĭlĭs, qui non defatigatur: ut, Infatigabilis curſus, Plin. lib. 18. cap. 19.

Īnfătŭo, as. are. a. p. ἐκμωραίνω. fatuū, ſine ſale, id eſt ſapiētia, facio. Fit enim à fatuus, ubi in uel auget, uel ſuperflua eſt Hieron. ad Ruſt. Quid Salomone ſapientius? attamē amorib. fœminarū infatuatur. Infatuatæq́ mulieres dictæ ſunt, quæ Faunorū ludibrijs attinguntur. Et ſimiliter infatuati uiri, quos nunc uulgus ſpiritu plenos nominat: quidam etiam dæmoniacos. Cic. Philip. Vt hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.

Īnfēctōrēs, rum. m. t. qui alienum colorem in lanam conijciunt, (βαφεῖς, ἀνθοποιοί) Plau. Incedunt infectores, crocotarij, offectores. Offectores ſunt, qui proprio colori nouū inficiūt.

Īnfēctŭs, a. um. o. ſ. ab inficio, idem eſt quod intinctus, maculatus, uenenatus. (βεβαμμένος, διεφθαρμένος.) Cic. 5. Tuſ. Sed nos umbris, delicijs, otio, languore, deſidia animū infecimus: id eſt polluimus, corrupimus. Cum autē ſignificat non factus, cōponitur ex in & factus: ut infectum argētum. ἄργυρος ἀεργός, ἀνέργαστος. Infecta pace. Infecto negocio. ἀπράκτως. Plau. in Capt. Quòd malefeci, crucior modo, ſi infectum fieri poſſet. ἀγένητον. Liu. 4. Bel. Mace. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo, ſeptuaginta triginta duo. Infecti, id eſt non ſignati, nec cælati.

Īnfēlix, uide Fœlix.

Īnfēctŭs,

Infectus,tus.m.q. accipitur pro tinctura. Βαφή. Plinius libro 8. De reliquarum infectu ſuo loco dicemus.

Infenſus.a.um.o.ſ. ἐχθρός. qui ira in alium elatus eſt,& odium gerit. ab infero. Cic.1.Verr. Iam nunc timeo quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici, infenſiq; ſunt,& expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui poſſim.

Inferiæ,arum.f.p. χοαί, ἐναγίσματα. ſacrificia, quæ inferis ſoluuntur: & ἐναγίζω, inferias facio. Cice. de Nat. Deor. Tertius eſt ex Idæis dactylis, cui inferias afferunt.

Infernalis, le. om. t. καταχθόνιος. ab infernus fit, cũ eſt ſubſtant. unde infernales Furiæ.

Infernus,ni.m.ſ. ἅδης. pro inferorum loco, in ſingulari generis maſc. in plurali, neutri. Eſt & infernus.a.um. ἔντερος, ὁ κάτω. quod eſt infrà ſicut ſupernus.na. num. quod eſt ſupra. Plinius libro 2. capite 97. Quoniam ille infernus fluctus eo imo maris ſpirat. A quo Infernè, aduerbium. κάτωθεν. & Infernas, atis. ſicut ſupernas.atis. Plin. Et ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

Infero, infers.a. incõſequentis coniug. pen. cor. intro pono, ſeu intro porto. εἰσφέρω. Lactan. libro 2. Non placebat Perſio, quòd aurea uaſa templis inferrentur. Interdum ponitur pro inijcere. ἐπιβάλλειν: ut inferre manus. Cicero in Parad. Et æquè peccare ſe, ſi priuatis ac ſi magiſtratibus manus inferantur. Inferre ſe, pro cum impetu irruere. Liu. lib. 1. Adeò concitato impetu ſe intulerant Hetruſci, ut funderĩt ipſo incurſu Aricinos. Inferre damnum, cladem, detrimentum, Cæſar 1. Bel. Ciuil. Interdum introducere. Liuius libro 1. Se perſæpe Numa ſine arbitris uelut ad congreſſum Deæ inferebat. Interdum pro concludere. Seneca, Cum his argumentis quod propoſuerat, intuliſſet. Interdum pro contrà ferre. Cæſar lib. 1. Romani conuerſa ſigna bipartitò intulerunt. Inferre arma, eſt bellum gerere. ἐπιφέρειν πόλεμον. Cicero Offic. Inferre crimen, eſt imputare ſeu obijcere. Idem in Læl. Stuprum inferre. Cice. in Par.

Inferus, a.um. κατώτερος. pen. corr. ab infra dictum eſt. Vnde inferi, quibus nihil inferius eſt. Cicero pro Aulo Cluen. Exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre. Inferum mare, Tyrrhenum: ſicut ſuperum, Hadriaticum. Inferum limen. Cicero 1. Tuſcul. Eademq; ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, media, ultima uideremus.

Infeſta ſigna, (πολεμικὰ σημεῖα) dicuntur quæ aduerſum tendunt: hoc eſt uexilla in hoſtem euntia, ut moleſtiam inferant.

Infeſtiuus, a.um.o.ſ. infacetus, iniucundus. ἀτράπελος, σκαιός. Gellius, Homo ſubagreſti ingenio, & infeſtiuo.

Infeſto, ſtas. a. p. crebris curſibus moleſtiam infero. ἐνοχλέω. Plin. lib. 7. ca. 2. Quos à gruibus infeſtari Homerus quoq; prodidit. Infeſtare, pro uiciare. Plinius lib. 15. Arborem ipſam fertilitate conſumi, muſco præterea rubro infeſtari. Vnde infeſtatio. ἐνόχλησις. moleſtatio.

Infeſtus, a.um. o.ſ. qui alicui malũ infert, iamq; aduerſus eum fertur. & eſt plus quàm inimicus. Et Infeſtus dicitur cui aliunde malum impendet. Cicero, Si huius ſalus ob eam ipſam cauſſam eſſet infeſtior. Nigidius Infeſtum à feſtinando dici putat. qui enim inſtat alicui, eumq; properans urget, & opprimere eum ſtudet atque feſtinat: uel contrà de alicuius periculo, & exitio feſtinatur, is uterq; infeſtus dicitur ab inſtantia fraudis, quam uel facturus alicui, uel paſſurus eſt. Infeſtum mare habere, ſignificat latrocinando mare infeſtare. Cic. lib. 5. De rep. Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone.

Infibulo, las. a. p. ἐνάπτω, ἐμπερονῶ, ἐμπορπόω. pe nul. cor. uide Fibula.

Inficias, f. p. tantum accuſatiui caſus, & pluralis numeri, & ſolũ cum Eo, is. iungitur, & ſine præpoſitione: ut, Hic inficias iturus eſt, ſeu ἔξαρνος ἔσῃ. Terent. in Adel. Si inficias ibit.

Inficialis, le. ut, Inficialis ſtatus, quo itur inficias, & negantur obiecta. Cicero in Topi. Itaque aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur.

Inficiator, ris. m. t. qui negat ſe uel debere, quod actor petit, uel commiſiſſe quod accuſator obijcit. ἀρνητής, ὁ ἔξαρνος ὤν. Cice. lib. primo de Orat. Nonne intelligebat, ut ſi ille inficiator probaſſet iudici antè petitam eſſe pecuniam.

Vnde

Vnde ſtatus cõiecturalis dicitur inficialis, in quo ſemper inficiatur: de quo paulò antè.

Inficiatio,onis.f.t.negatio.Cic.2.de Ora. Ac non ſtæ ferè cauſſæ quæ quidem ſunt,criminũ plerunq; inficiatione defenduntur.uide Inficior.

Inficio,is.ere.a.t.pen.cor.ex in & facio,ſignificat intingo,imbuo.βάπτω. Plautus.in Truc. Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa palliulam.Per tranſlat.ſumitur pro uitio,ſeu maculo.διαφθείρω.Liui.Hoc luxu, & peregrini infecti moribus. Item uenenare. φαρμακεύω. Verg.li.2.Georg.Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ. Hoc uerbum Diomedes à fuco componi exiſtimat: dicit enim,facio, conficio,fuco inficio. Sed aſpera nimis uidetur cõpoſitio, licet à ſignificatione non abhorreat. Sed cur non à facio, quandoquidem inficio, quaſi intus facio ſignificare poteſt?

Inficiŏr,aris.deponens,ſignificat nego factum. (ἀπομόσαι,ἀπομόσασθαι,ἀρνοῦμαι) Vnde inficiationes,(ἀρνήσεις) quæ ſunt debitæ rei negationes, cum per creditorem à debitore depoſcitur. Cicero in Catilinam, Nam cum id poſſet inficiari.

Infidŭs.a.um.penul.prod.dicitur cui non eſt fidendum.ἄπιστος. Cicero de Amicitia, Tum cum exul eſſet, ſe intellexiſſe quos fidos amicos haberet,quos infidos.

Infidēlis,le.om.t.qui promiſsis non ſtat, nec fidem promiſſam exoluit, quin potius uiolat. Plau.in Aſin. Vbi fidentem fraudaueris, ubi hero infidelis fueris.Infidelitas.atis.fides uiolata,perfidia.Cic.pro.Mil.Quantæ infidelitates in amicis.

Infigo,uide in dict.Figo.

Infimātēs,tum.m.t.οἱ ὑπερφρονοῦντες.pen.prod.dicti ſunt, ſicut ſummates,quæ ſunt oppoſita. Plau.in Stich.Summates uiri,atq; infimates.

Infimo,as.a.p. pen.corr.infimum facio.Eſt enim contrarium ſublimo. Apul..lib. De dæmonio Socratis, Ingenia illa ad beatitudinẽ ſublimata ſunt,hæc ad miſerias infimata.

Infimŭs,a.um. (ταπεινότατος,κατώτατος) pen. cor.ab infrà,ſeu ab inferus ſuperlatiuum eſt. Plaut.in Curc. In loco infimo boni homines, atq; dites ambulant.Infimi homines id eſt cõtempti, nullo honore habiti. Infimo loco natus,apud Ciceronem pro Flacco.

Infinitŭs,a.um,o.ſ.finito contrarium. Cic.pro Roſcio Com. Qui tantas & tam infinitas pecunias repudiarit. Infinitæ altitudinis ſpelunca.Cic.6.Ver.Infinitum imperium.id eſt ſine exceptione, uel maximum, & quaſi perpetuum.Cic.4.Verr. Infinitè,aduerbium, perpetuò,indeſinenter.Cicero in Parad. Suppellectilem & ueſtem infinitè concupiſcenti,&c. Infinito, ablatiuus loco aduerbij. Plinius libro 19. capite 8. Procedente perſuaſione illa, quicquid in beta naſcitur, infinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Infinitas,atis,perpetuitas Cic.1.Off.

Infinitiuŭs modus,(ἀπαρέμφατον) ſine alterius uerbi adminiculo poni ſolet, ſed ſubintelligitur.ut apud Verg.1.Aen. Mene incœpto deſiſtere uictam? Vbi ſubintelligitur, oportet uel decet. Ponitur etiam frequentiſſime infinitiuus pro præterito perfecto indicatiui, ut apud Teren.in Eunu. Inuidere omnes mihi, pro inuidebant.Ideo autem dicitur infinitus, quia alij modi definiunt perſonas,hic aũt ſine perſonis eſt, & habet ſolum præfinitum tempus,præſens,præteritum, & futurum: ut amare præſens:amaſſe,præteritũ: amatum ire,futurum.

Infirmo,as.are.a.p.καταλύω,ἀκυρόω.debilitare,infirmum reddere,& etiam refellere:ut, Infirmare argumenta, & rationes alicuius.Cic.de Diuin.Infirmare fidem teſtis apud iudicem, id eſt infirmum reddere,& oſtendere periurum eſſe teſtem,Cic.pro Roſc.

Infirmŭs,a.um.o.ſ.ut Inops & infirma claſſis. Cice.7.Verr. & Homo ætate affecta & uiribus infirmis, Idem 6. Verro. Vnde infirmitas, (ἀδυναμία) inualiditas, cum quis nondum firmus, uel ætate, uel ægrotatione eſt. Cicero,Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum.

Inflāmmo,(φλογόω,φλογίζω) uide Flammo.

Inflĕcto,is.ere.a.t. idem quod flecto, uel intus flecto. Cæſar 1.Bel.Gal.Cum ferrum ſe inflexiſſet. Inflexus. us. nomen, ipſe inflectendi actus.Plinius libro 11.capite 15.Perit obliquo ictu, & inflexu. Inflexio .nis. idem. Cicero de Vniue. Inflexione uertebatur. Inflexibilis, le.quod inflecti non poteſt. Plin.lib.28.ca.18. Dolorem inflexibilem,leuat urina.

Infligo,a.t.ἐντείνω,προστρίβομαι.pen.pro. infero, incutio, ex in & fligo, uerbo antiquo, quod

quod ſternere ſignificabat. Cic. in Piſoné, Quæ diſceſſus meus Reipublicæ uulnera inflixit?

Ĭnflo, as. are. a. p. (ἐμπνευματόω) turgefacere, à folle, qui flatu turgeſcit, tractum. Vnde tibicen, Buccinā, uel calamos inflare dicitur, pro tibia canere, uel calamis. Var. 3. de re Ru. ca. 13. Buccinam inflauit. Inflare ambas buccas, iratorum proprium. Horat. Ne Iupiter ambas Iratus buccas inflet. Inflare, turgeſcere, tumere & efferri, uel ſuperbire. Cice. 1. de Legib. Fannij autem ætate coniunctus Antipater paulò inflauit uehementius. Inflatus animus, ſuperbus, elatus. Cic. 3. Tuſc. Inflatus, & tumens animus in uitio eſt.

Ĭnflātŭs, tus. m. q. ipſe inflandi actus. Cic. 4. Acad. Qui primo inflatu tubicinis Antiopam eſſe aiunt. Inflatus diuinus, pro afflatu, & inſpiratione, apud Ciceronem 1. de Diuinat.

Ĭnflŭo, is. uide Fluo.

Ĭnfŏdio, is. ere. a. q. uide Fodio. Verg. 2. Georg. Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas.

Ĭnfœlix, uide Fœlix.

Ĭnfœlīcĭtās, atis. f. t. aduerſa uel incommoda fortuna, calamitas. Cice. 2. de Fin. Beatè autem uiuere, alij in alio, uos in uoluptate ponitis: item omnem infelicitatem in dolore.

Ĭnfœlīcĭtĕr, aduerbium. Liuius 1. ab Vrbe, Id quanquam omiſſum ex omnium cura Latinorum ob rem toties infœliciter tentatam in armis uidebatur.

Ĭnfœlīcito, as. are. a. p. infœlicem & miſerum facere. Plau. in Caſsin. Dij me & te infœlicitent.

Ĭnfōrmĭs, me. om. t. ſine forma. Plin. lib. 7. ca. 15. Ea eſt caro informis, inanima. Informe cadauer. Verg. 8. Aeneid.

Ĭnfōrmārĕ, a. p. eſt in formam componere. ἐκμάττειν, ποιεῖν, σχηματοποιεῖσθαι, ὑπογράφειν. Verg. lib. 8. His informatū manibus iam parte polita Fulmen erat. Per tranſlationem mores componere. ἠθοποιεῖν: ſeu certam formam morum imprimere animo: ut, Animus bene à natura informatus, Cic. 1. Offic.

Ĭnfōrmātĭo, onis. f. t. notio à natura animo impenſa, hoc eſt prænotio & prolepſis, quaſi præſumpta notitia, & anticipata. Cice. de Nat. Quæ enim nobis natura informationem deorum ipſorū dedit, eadem ſculpſit in mentibus.

Ĭnfŏro, as. a. p. pen. cor. à forum compoſitum, ſignificat dico, ſeu in forum diuulgo, ſeu in forum uoco. Plaut. in Cur. Licet ne inforare, ſi incomitiare non licet? Non inforabis me quidem, nec mihi placet tuum profectò nec forum, nec comitium. Aliquando componitur ex in & foro. as. (ἐντίτρημι) quod eſt intus foro. Plin. lib. 7. Timebant priſci truncum findere, mox inforare auſi medio.

Ĭnfōrtūnātŭs, a. um. calamitoſus, ærumnoſus. Tere. in Eun. O infortunatum ſenem.

Ĭnfōrtūnĭŭm, nij. n. ſ. calamitas, ærumna. δυσπραγία, δυσύχημα. Tere. in Adel. Si attigiſſes, fortunium. Infortunium habere, calamitoſum eſſe. Liu. 1. ab Vr. Ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe.

Ĭnfōrtūnĭtās, atis. f. t. idem Gell. lib. 6. ca. 1. Iidem ſunt bona, & mala felicitas & infortunitas, dolor & uoluptas.

Ĭnfrā, (ὑπὸ, ὑποκάτω) ab In naſci uidetur, cuius ſignificatio nota eſt. Et ſine caſu quidem aduerb. eſt, adiuncto uero caſu præpoſitio: ut, Ego te eſſe infra omnes infimos puto, Teren. Eun. Facitq; ex ſe Inferus. ra. um. Inferior, Infimus, infernus. Docet Lauren. Valla Infra ad dignitatem & locum referri, ut Infra dignitatem meam eſt, et infra tectum: intra ad numerum & ſpacium, ut intra uiginti dies, & intra muros, non autem infra. Sunt autem infra & ſupra, inter ſe relatiua, ſicut intra extra, ſuper ſubter.

Ĭnfrāctĭo, onis. f. t. (τὸ ἄῤῥωςον) non modò pro non fractione, ſed etiam pro torpore ponitur. ῥαθυμία. Cic. Tuſcul.

Ĭnfrāctŭs, a. um. o. ſ. ualde fractus. Verg. Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos. Seruius tamen maiorem eſſe ſenſum contendit, ſi infractos intelligimus robuſtos, & ualidos. hoc eſt, qui prius ſolebant infracti eſſe. Et infractus, (ἀῤῥαγὴς, ἄῤῥηκτος.) non fractus. Plin. li. 8. ca. 50. Mares quàm maximè ſimos, longis auriculis, infractiſq; armis, quàm uilloſiſsimos probant. Infracta oratio. Liu. 8. Bel. Maced.

Ĭnfrǣno, as. are. a. p. propriè equis fræna imponere. Liu. 7. Bel. Maced. Pauci ſtabant impauidi equi, eos ipſos non ſternere, non infrenare, aut aſcendere facilè poterant. Per tranſlat. pro cohibere, ſeu domare, detinere. Plinius

nius lib. 9. ca. 31. Quod ubi uidere nautici, ſtatim pluribus anchoris nauigia infrænāt. hoc eſt, detinent, ſeu cohibent, ne longius progredi poſſint. Infrænatus, participiū. Liu. 7. Bell. Maced. Infrænatos magna pars habebant equos.

Infrænus. a. um, ſine fræno. Vnde per translationem, infrænus curſus. Colu. lib. 10. Sed quid ego infræno uolitare per æthera curſu Paſſus equos, &c.

Infrequens, tis. om. gen. parum frequentatum: ut, Infrequens forum, in quo pauci conueniunt. Infrequens etiam dicitur, qui non frequentat. Cice. ad Qu. Frat. Et ſum equidem, ut ſcribis, & Romæ, & in prælijs infrequens.

Infrequentia, æ. raritas, & paucitas. Cicero ad Qu. Frat. Summa infrequentia, cum uellet exire, à COSS. retentus eſt.

Infrico, as. are. n. p. idem quod fricare, & fricando contundere, uel illinere etiam fricando. Colu. lib. 12. ca. 50. Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infricato: & oblinito.

Infrendeo, es. ere. n. ſ. propriè ſignificat dentes iraſcendo quatere, & inuicem collidere. πρίειν, τοὺς ὀδόντας ἐμβρύχειν. Verg. 3. Aenei. Dentibus infrendens gemitu.

Infrendes, ium. com. t. ἀνόδοντες. dicuntur pueri ſine dentibus, qui frendere non poſſunt.

Infringo, is. a. t. ualde frango. καταῤῥήγνυμι. Vnde Infractus. Cæſ. 3. Bel. Ciu. Vt primus excurſus, uiſq; militum infringeretur. Interdum illidere, & infligere. ἐντρίβειν. Teren. in Adelp. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

Infrio, as. ἐντρίβω. uide in dictione Frio.

Infrunitus, (κακόζηλος, ἀπειρόκαλος. Herm.) uide Fruniſcor & Inphronitus.

Infulæ, arū. f. p. ταινίαι. pen. cor. faſciæ ſunt in modum diadematum (ut inquit Seruius ſuper lib. 10. Aeneid.) à quibus dependent uittæ ab utraq; parte. Feſtus: Infulas, ſacerdotum filamentum uocabant. Alij ſcribunt infulas filamenta alba eſſe, quibus templa ornabantur. Cice. 6. Ver. Præſtò mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt. Hinc Infulatus. a. um. quod eſt infula ornatum.

Infumibulum, li. n. ſ. καπνοδόχη. ſpiraculum per quod fumus exit.

Infumo, as. a. p. καπνίζω. penul. prod. ad fumum ſicco: ſicut Inſolo, ad Solem ſicco. Plaut. Atq; illas infumatas, & fumen.

Infundibulum, li. n. ſ. χώνη, ἐπίχυσις. inſtrumentum quo in uaſa liquores infundimus. Columella libro 14. capite 15. Atque is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Ruſtici noſtrates luram uocitant. Antiquiores autem os utris, luram dicebant. Vnde lurcones, capacis gulæ homines, ut lemargi nomen acceperunt.

Infundo, is. (ἐνίημι, ἐγχέω) uide in dict. Fundo.

Infurnibulum, li. n. ſ. pala qua panes in furno diſponunt.

Infuſco, as. are. a. p. fuſcum reddere. Plinius li. 9. ca. 29. Infuſcata aqua abſconduntur. id eſt obſcurata, & turbida facta, uel turbata. Infuſcare uellera, Colum. lib. 7. capite 3. Infuſcari barbarie, translatè pro inquinari, Cicero de Clar. Oratoribus.

Infuſcus, a. um. o. ſ. idem quod fuſcus, Columel. libro 9. cap. 10. Quidam etiam infuſci atque hirſuti reperiuntur.

Ingemo, mis. a. t. ἐπιστένω, ἀναστενάζω. penul. cor. ualde gemo. Ingemiſco. is. idem. Cicero in Som. Scip. Hic cum exclamaſſet Lælius, ingemuiſſentq; cæteri uehementius.

Ingenero, as. are. uide Genero.

Ingeniculari, ſignificat genu flectere. γονυ(κλινεῖν.

Ingeniculus, li. m. ſ. ſignum in cœlo, quod Græco uocabulo ἐγγόνασιν nominant. Firmicus libro 6. Ingeniculus qui engonaſis, in extremis partibus oritur.

Ingenitus, a. um. ingeneratus, innatus, inſitus. Cic. de Legib. Ingenita naturæ uirtus.

Ingenium, nij. n. ſ. à gignendo, propriè natura dicitur cuiq; ingenita. Teren. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi. id eſt cum hominibus eiuſdem naturæ. Eſt etiam ingenium uis quædam naturalis nobis inſita, ſuis uiribus præualens ad inueniendum quod ratione iudicari poſſit. εὐφυΐα. Cice. libro 5. de Finibus, Vna ingenij appellatur docilitas, & memoria, easq; uirtutes qui habent, Ingenioſi uocantur. Vnde præclara ingenia. Hinc Ingenioſus, qui naturalem uim ad aliquid agendum accommodatam habet. δεξιὸν, εὐφυής. Cice. pro Cluent. Homo imprimis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Ingenioſè, aduerb. ſimiliter, & cū ingenio. Cic. de Inuent. Nam

ſatis in ea uidetur ex antiquis artibus ingenioſè, & diligenter eiectas res collocaſſe.

Ingēns, entis. om. t. (ὑπερφυής, ὑπερμεγέθης) ſecundum quoſdam à gente deducitur. eſt enim magnus & immenſus, & quaſi ſupra gētem. Plus enim eſt ingēs, quàm magnus. Terent. Magnas uero agere gratias Thais mihi? G. Ingentes. Ingens animus, fortis, magnus, & cōſtans. Horat. lib. 2. Serm. Ingens uirtus atq; animus.

Ingĕnŭātŭs, ingenuè procreatus, ingenuè uitam ducens. ἐλευθέριος. Plaut. in Mil. Qui lepide ingenuatus eſſet.

Ingĕnŭŭs, a. um. o. ſ. (ἐλεύθερος, γνήσιος) qui in libertate natus eſt, & ab ingenuorum antiquitate (ut Boëtius in Top. inquit) gentilitas ducitur. Et eſt relatiuum libertini. Eſt enim libertinus, qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Vnde interrogare hoc modo ſolemus, Ingenuus ne, an libertinus eſt? id eſt liber natus, an ſeruitute liberatus, ſiue ex libertinorum genere ortus? Cic. 5. Ver. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, &c. Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur, hoc eſt elegans. Plaut. in Pœn. Facies quidē pol ingenua eſt. Hinc eſt Ingenuitas, (ἐλευθεριότης) liberalitas, nobilitas, honeſtas. Cic. 3. Ver. Veſtitus enim hominem cōmouebat is, quem illi mos & uis ingenuitatis dabat. Cicer. 1. Acad. Ingenuè aduerb. liberè, & ſimpliciter. ἁπλῶς, ἀναμφίως. Ingenuè loqui dicimus, cum quis ita loquitur, ut liberum hominem deceat, nihil timidum, nihil habens ſeruile. Cic. 5. de Finibus, Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenuè.

Ingĕro, ris. a. t. pen. cor. infundo, impono. ἐμφορέω. Plaut. in Pſeu. Tu qui urnam habes, aquā ingere. Ingerere dicta in aliquem, pro maledicere, & conuitiari. Plaut. in Aſin. Modò cū dicta in me ingerebas, odium non uxor eram.

Ingēſtābĭlis, le. om. t. quod geſtari non poteſt. Plinius lib. 7. cap. 6. Ingeſtabile onus crurum, & inguinum leuis tumor.

Ingigno, is. a. t. ingenero. Cic. de Finib. 74. Natura cupiditatem ingenuit homini uerè uiuēdi.

Ingitās, quaſi indigitas, id eſt paupertas. ἔνδεια. Plautus in Pœn. Profectò ad ingitatem lenonē rediget, ſi eas adduxerit. Alij legunt, Incitas.

Inglōrĭŭs, ria. rium. qui nullam laudem aut gloriam ſua uirtute, aut fortitudine cōſecutus eſt, & ueluti ignobilis. ἀκλεής, ἄδοξος. Verg. Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba.

Inglŭuiēs, ei. f. q. uentris rapacitas, uoracitas. μαχλεία, λαφυγμὸς, λαιμαργία. Terent. in Eunuch. Harū uidere ingluuiem, ſordes, inopiam, &c. Et pro gula ſumitur. Colum. lib. 9. pro cibo poſuit: Nam niſi uacua eſt ingluuies, cruditatem ſignificat. Interdum accipitur pro gulonum helluatione, & uoratrina. Apul. accipit pro gurgulione, cum ait, Reſtis ad ingluuiem aſtricta. Sumitur & pro ſinu gutturis. πρόλοβος. & capacitate, in auibus potiſſimum, quo merguntur recentia cibaria: ut gallinæ, palumbes, perdices. Cætera ferè carent eo ſinu, ſed gula patentiore utuntur: ut corui, cornices.

Ingrāndēſco, cis. dui. n. t. grandis fio. μεγαλύνομαι. Col. lib. 2. cap. 10. Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat.

Ingrātĭs, ſignificat me nolente, & nobis nolentibus. ἀέκητι, ἀκουσίως. Plaut. in Amph. Ingratis excitauit. uide Gratis, & Ingratijs.

Ingrātĭtūdo, inis. f. t. hoc uocabulo Cicero non eſt uſus, ſed eius loco dixit, ἀχαριστίας crimen ſubire, ſcribens ad Att. lib. 8.

Ingrātĭĭs, ablatiuus aduerbialiter poſitus: cui aliquādo iungitur Tuis, & dicitur, Ingratijs tuis. Plaut. in Merc. Nimium multum ſcis. E. Tuis ingratijs. uide Ingratis.

Ingrātŭs, a. um. o. ſ. adiect. ſignificationis paſſiuæ, quod nō eſt gratum et acceptum. Donat. Ingrata, quæ ab inimicis fiunt, ac recuſantibus. Ingratus actiuum, qui non meminit accepti beneficij, nec gratiam ullam habet. Cicero de Amic.

Ingrăuo, as. are. a. p. grauem facio, uel corrumpo, & quaſi grauiter afficio. Plin. lib. 19. cap. 8. Poſtea ijſdem fructibus utuntur, ſi non ſæuitia hyemis ingrauat.

Ingrăueſco, is. n. t. ualde grauis, & moleſtus fio. ἐπιβαρύνω. Cicero Brutum: Ingraueſcit indies malum.

Ingrĕdĭŏr, eris. ingreſſus, d. t. εἰσβαίνω, ἐμβαίνω, ἐνδύομαι. uide in dictione Gradior.

Ingrŭo, is. n. t. ἐπιβάλλω. nō propriè, ſed per trāſlationem ſignificat inuado, immineo, & impetum facio, à gruum proprietate. Lactant. lib. 2. Si ſæua tempeſtas, ſi grādo ingruat, ad Deū confugitur. Dicitur enim de bello, de pluuia,

de tempeſtate, de ruina, & huiuſmodi.

Ĭnguĭnă, orum. n. ſ. pen. cor. ſunt genitalia, tam fœminarum quàm uirorum. βουβῶνες. Liu. 7. ab Vr. Vno atq; altero ſubinde ictu uentrem, atq; inguina hauſit.

Ĭnguĭnārĭă, æ. f. p. (βουβώνιον, ἀστὴρ ἀττικός) herba quæ ſedat dolores inguinis: hanc Argemonem uocant. Plin. lib. 26. cap. 9.

Ĭngurgĭto, as. a. p. pen. cor. cum uehementia glutio, gulam redimpleo, cibo aut potu intemperanter me obruo, (ἐμφορέομαι.) Cic. in Anton. Idem cum ſe cibis ingurgitaſſet. Ingurgitare ingenium poculis, Gell. lib. 14. ca. 2. Ingurgitare ſe in flagitia, Cic. in Piſon. Ingurgitare ſe in philoſophia, Gell. lib. 5. Lactant. lib. 4. aliter: Sicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno.

Ĭngūſtābĭlis, le. om. t. quod guſtari nō poteſt: ut, Inguſtabilis fons.

Ĭnhăbĭlis, le. om. t. non aptus. Colu. lib. 2. cap. 1. Progenerandis eſſe fœtibus inhabilem. Inhabilis magnitudo, Liu. 3. Bell. Maced.

Ĭnhăbĭto, as. are. n. p. idē quod habito. Liu. Procul ij, qui inhabitabantur.

Ĭnhăbĭtābĭlis, le. om. t. quod habitari non poteſt. Cic. 1. de Natura Deorū. Atq; terræ magnas regiones inhabitabiles incultasq; uidemus.

Ĭnhærĕo, es. n. ſ. inhærens uel fixus ſto. προσφύομαι. Colū. lib. 5. Cacumina deinde oliuæ ſicut matri inhærent. Inhærebat oculis memoria imaginis: hoc eſt, uerſabatur ob oculos, apud Plinium in Epiſt.

Ĭnhærēſco, n. t. inhærens fio. ἐμφύομαι, προσίσχομαι. Cic. lib. 3. de Nat. Deorum prouiſum eſt, ut ſi qua minima beſtia conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tanquam in uiſco inhæreſceret.

Ĭnhālo, as. a. p. pen pro. halitum inſpiro. ἐμπνέω, ἐνφάζω. Cic. in Piſon. Cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Ĭnhĭbĕo, es. a. ſ. (ἀνείργω, ἀποείργω) penul. cor. ex in, & habeo. uide in dictione Prohibeo.

Ĭnhĭo, as. n p. propriè ſignificat ualde os aperio. ἐγχαίνω. Per tranſlationem uero ponitur pro uehementer cupio. Nam qui nimis cōcupiſcit, ore patulo incumbit rei expetitæ. Et modò cum datiuo, modò cum accuſat. conſtruitur. Cornel. Taci. Pariter hortis inhians. Plautus: Hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus.

Ĭnhŏneſtŭs, a. um. turpis. Cic. pro S. R.

Ĭnhŏnōrātŭs, a. um. Cic. Tuſculana 282. Multi inhonorati proferuntur.

Ĭnhŏnōrŭs, qui ignobilis eſt, & ſine honore. ἄδοξος. Plin. lib. 5. cap. 10. Aliquæ inhonoræ ciuitates.

Ĭnhorrĕo, es. n. ſ. horridus ſum. φρίσσω. Liui. 8. ab. Vrb. Haud ſecus quàm uallo ſepta inhorret acies. A quo inhorreſco, ualde horridus fio. Plin. lib. 10. Inhorreſcunt edito ouo. Aliquando eſt intus horreſcere. Verg. lib. 1. Geor. Spicea iam campis cū meſſis inhorruit, id eſt, horrida facta eſt, & intus formata.

Ĭnhŏſpĭtŭs, a. um quod hoſpitiò proprium & aptum non eſt, nec cōmodum, uel propter aſperitatem, uel propter incultum loci ſtatum. Oui. 1. Meta. Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni Ingredior. id eſt, in quibus non ſit tutum hoſpitari.

Ĭnhŏſpĭtālis, le. om. t. inhabitabilis. Plin. lib. 6. in Præfat. Pontus Euxinus antè ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus. Inhoſpitalitas. atis. Cic. 4. Tuſc. Quæ autem his ſunt contraria, ea naſci putantur à metu: ut inhoſpitalitas eſt.

Ĭnhūmānŭs, a. um. o. ſ. crudelis, humanitatis expers, & uitæ communis ignarus. ἀπάνθρωπος, σκαιός. Cic. 4. Ver. Inhumanus homo. Inhumanus, non humanus, ſed diuinus. Apul. lib. 5. Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ menſæ lautitijs eas opiparè reficit.

Ĭnhūmānē, aduerb. inciuiliter, imprudenter. Cic. 3. Offic. Nam ſi quid ab homine ad nullam partem utili, utilitatis tuæ cauſſa detraxeris, inhumanè feceris, contraq; naturæ legem.

Ĭnhūmānĭtĕr, aduerb. Cic. ad Quint. Fra. Non poſſum ſcribere me miratū eſſe illum tam humaniter feciſſe.

Ĭnhūmānĭtās, atis. f. t. Cic. 2. Philip. Si hoc inhumanitatis tuæ, ſtultitiam incredibilem uidete.

Ĭnhūmo, uide Humo.

Ĭnĭbĭ, pen. cor. ex in, & ibi, quaſi intus ibi, uel in hoc, ſiue in eodem loco. αὐτόθι. Plautus: Nos domum properamus, uos inibi adeſte. Aliquādo ſignificat mox. Cæcil. Verum inibi eſt. Aliquando ſignificat inter iſtos. Plautus in Capt. Pater captiuos cōmercatur alios tantum ſtudens, ut natum recuperet, & inibi emit olim amiſſum filium. Aliàs ponitur pro ſic.

Inĭcio,

Inĳcio,a.t.pen.cor.proprie intro iacio,immitto, innecto. ἐνσφίγγω,ἐμβάλλω. Terent. in Andr. Quæ ſeſe in ignem inĳcere uoluit,prohibui. Aliquando in aliquid iacio, ut apud eundem: Inĳciam in eum manum. ἐπιβάλλω τὰς χεῖρας. Vnde manus iniectio,dicitur uendicatio rei nobis debitæ, nulla iudicum authoritate expectata. Quintil. Patri in filium, patrono in libertũ manus iniectio. Plau. Quæro an ſit manus iniectio,& cui? Aliquando eſt cum impetu iacere,ſeu impetum facere. Ouidius: Qua centum quiſq; parabat Inĳcere anguipedum captiuo brachia collo. Aliquando ſimpliciter iacere. Plaut. in Epid. Tragulam in te inĳcere adornat. Huius compoſitum eſt Superinĳcio. προσεπιβάλλω. Verg. 4. Georg. Et raras ſuperinĳcie frondes.

Inimicitiă,æ.f.p. (ἔχθρα,ἀπέχθεια) ſingulari numero dixit Cic. lib. 4. Tuſc. Inimicitia,ira ulciſcendi tempus obſeruans. Cæſar lib. de Anal. plurali ſemper numero dicendas putat inimicitias. Cic. 1. Offic. Nam aut inimicitias aut laborem,aut ſumptus ſuſcipere nolunt.

Inimico,as.a.p.cum accuſatiuo,ſignificat inimicum facio. ἐχθραίνω. Horatius, Et miſeras inimicat urbes.

Inimicŏr,aris,(ἀπεχθάνομαι) deponens,inimicitias exerceo,datiuo iungitur.

Inimicŭs,qui non eſt amicus, & priuatus eſt:hoſtis publicus. ἐχθρός. Cic. 5. de Finib. Neceſſe eſt quidem, ſi quis ſibiĳpſi inimicus eſt, eum quæ bona ſunt,mala putare. Item Inimicus,a.um. quod ad inimicum pertinet. Cice. 4. Verrina: At uidete, quàm non inimico animo ſim acturus. Inimicè aduerb. hoſtiliter,aduerſo animo,& cõtrario. Cic. 2. Philip. Ego autem uide quam tecum agam non inimicè.

Inindĕ,(ἐκεῖθεν) ſignificat ex eo loco. Liuius: Ita exercitus ininde domos abducti.

Iniquŭs,a.um.o.ſ.ab in,& æquus,æ in i productam conuerſa, & idem eſt quod non planus. ἀνώμαλος. Vnde loci iniquitatem dicimus. Liuius 2. ab Vrb. Per translationem uero de hominibus impĳs, ſeu improbis dicitur. ἀνεπιεικής,ἄνομος. Teren. And. Sed ea nunc me exquirere,Iniqui patris eſt. Aliquando capitur pro magno. ἄνισος. Verg. Iniquo pondere raſtri. Aliquando pro anguſto. Idem: Verũ hæc ipſe quidem ſpacĳs excluſus iniquis Prætereo. Et iniquitas,iniuſtitia,malignitas,aut iniuria. ἀδικία,παρανομία. Plin. lib. 12. cap. 19. Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte,non ſatis conſtat. Iniquitas temporis, difficultas,& anguſtia. Liuius 5. Bel. Maced. Nam ſi quòd aliquando ſeruierunt temporum iniquitate preſſi,&c.

Iniquē,aduerb.iniuſtè. Cic. ad Brut. Atque hoc ipſum,inquies,iniquè facis.

Initio,as.a.p.ſacris imbuo. τελέω,μυῶ. Cic. 1. de Nat. Deo. Vbi initiantur gentes orarum ultimæ. Vnde initiatus,ſacris imbutus. μεμυημένος,τελούμενος. Cic. 2. de Legibus ait myſteria appellari initia, quibus ex agreſti uita exculti ad humanitatem ſumus, tanquam ea ſint uitæ principia. Aliquando Initiari eſt inchoare & auſpicari. κατάρχω. Firmicus: Ver initiatur, cum primam Arietis partem Sol fuerit ingreſſus. Et initiari apud Varr. dicuntur pueri, cum à lacte,& à cunis tranſeunt, ut cibo firmiori alantur.

Initiŭm,tĳ.n.ſ. cœptum. ἀρχή. Quintil. Quod principium Latinè,uel exordiũ dicitur,maiore quadam ratione Græci uidentur Prœmiũ nominaſſe, quod à noſtris initium modo ſignatur. Et initia Cereris,apud Varr. libro 2. de re Ruſt. eius ſacra dicuntur. Item Initia pacis pro fœdere,Ibidem.

Inito,as.n.p.frequentat.ab ineo. ἐμβατεύω. Diomed. Ab Ineo.is.inito dicimus. Pacuuius: Loca arida initas.

Iniŭgēs hoſtiæ uocabantur, quæ nunquam domitæ,aut iugo ſubditæ fuerãt. ἄδμητοι,ἄζυγες.

Iniŭngo,is.a.t.impono. ἐπιτίθημι,προσάγω. ut, Iniungo tibi hoc onus,uel munus. Liuius 3. ab Vrb. Concionum illi habendorum,quãdo minimus natu ſit, munus conſenſu iniungunt. Proprie tamẽ iniungere,eſt intus uel ſupra iungere. ἐνεάζειν,ἐπιζευγνύειν. Col. lib. 5. Itaq; pingui terra ſingulis brachĳs licebit bina iniungere flagella. Iniungere detrimentũ Reipub. inferre,& ſuperponere,aut addere: quod & facere detrimentum dicitur. Brut. ad Ciceronem 11. Famil. Iniungere iniuriam, Liuius 1. ab Vrbe: Iniungere ſeruitutem, in ſeruitutem redigere.

Iniūrātŭs,a.um. contrarium Iurato. Cice. pro

Cecin. Cum id iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo. ἀνώμοτοι.

Ĭ niūriă, æ. f. p. ἀδικία, ὕβρις. *ex eo dicta eſt, quòd non iure fiat. Omne enim quod nō iure fit, iniuria dicitur, ſiue uerbis, ſiue re. Re, cum manus inferuntur: uerbis, cum fit conuitium. Specialiter uerò iniuria dicitur cōtumelia, quamuis (ut quidam uolunt) ab inuicem differant, quòd iniuria ſit in uerbis, & ideo leuior: contumelia in factis. Pacuuius, Patior facile iniuriam, ſi eſt uacua à contumelia. Quandoque iniuriam dicimus damnū culpa datum. Quādoq; iniquitatē, ut cum quis iniquè ſententiam dixit, quòd iure & iuſtitia careat, quaſi non iuriam. Terentius in Heaut. Nunc aliud ſpecta, matres omnes filijs auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe. Nonnunquam iniuria, aduerbialiter ſumitur pro immeritò.* ἀλόγως, οὐδ' ἀξίως. *Ci. in Cati. Ego tibi iniuria ſuſpectus ſum.*

Ĭ niūriōsŭs, *qui iniuriam facit.* ὑβριστής. *Cic. 1. Offic. Primum in eo peccant, quòd ſint iniurioſi in proximos. Iniurioſus. ſa. ſum. iniuria plenū* ὑβριστικός. *ut iniurioſus ictus. Plin. libro 17. cap. 24. Iniurioſa uita, plena ſceleribus, & iniquitatibus, nempe alijs noxia. Cice. 1. de Finib. Iniurioſè, aduerb. Cic. pro lege Manil. Maiores ueſtri ſæpe pro mercatoribus, ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt.*

Ĭ niūriŭs, a. um. ἄδικος. *quod eſt iniquum. Plaut. in Aul. Si mihi dat operam, me illi iraſci iniurium eſt. Aliquando iniurium aduerbialiter ponitur. Teren. in Hecy. Iniurium autem, ulciſci aduerſarios. Vbi Donatus: Iniurium, iniquum. Indignantis modò ſignificatio eſt, & uim aduerbij habet. Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Teren. in And. Ipſus ſibi iniurius eſſe uideatur, neq; id iniuria.*

Ĭ niūſsŭs, (ἀπροστάγματος) *ferè in ablatiuo uſurpatur: ut, Iniuſſu meo, id eſt me non præcipiente. Cic. de Senect. Vetat'q; Pythagoras iniuſſu imperatoris. hoc eſt dei, de præſidio, & ſtatione uitæ decedere.*

Ĭ niūſtŭs, (ἄδικος) *adiectiuum, iuſto contrariū: unde iniuſtitia & iniuſtè. Terentius in Adelp. Homine imperito nunquā quicquā iniuſtius.*

Ĭ nnāuĭgābĭlĭs, *ubi quis nauigare non poteſt. Liuius 5. ab Vrbe. Tyberis innauigabilis fuerit.*

Ĭ nnītŏr. ἐπιστηρίζομαι, ἐπερείδομαι, ἐφιδρύομαι. *pen. prod. uide in dictione Nitor.*

Ĭ nno, as. (ἐπινήχομαι, ἐπινοάζω, ἐπινηχάζω, ἐννέω) *per duplex nn, ex in & no, quaſi intus no: à quo innato. tat. frequentat. Cic. 2. de Natura Deor. Quot genera, quamq; diſparia partim ſubmerſorum, partim fluitantium, & innātium belluarum.*

Ĭ nnŏcēns, tis. om. t. *adiect. qui iniuria maleficio'ue caret. Cæſar lib. 6. Belli Gallici. Ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Vnde Innocentia, & Innocenter.*

Ĭ nnŏcŭŭs, *actiuè accipitur pro eo, qui nō nocet.* ἀφάρμακτος, ἀσφαλής, ἀσινής. *Plin. lib. 8. Eoſdem peſtiferos ferunt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia. Paſſiuè uerò pro eo, cui non nocetur. Verg. Et ſedere carinæ Omnes innocuæ. id eſt ſine detrimento.*

Ĭ nnōteſco, is. *notus fio.* γνωρίζομαι. *Lactant. lib. 1. Deniq; à doctis huius ſeculi, quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, derideri ſolent.*

Ĭ nnŏxĭŭs, *dicitur innocens, culpa carens, inculpatus, ſeu is qui minime nocet.* ἀβλαβής, ἀδίκαστος. *Salluſt. Ipſi innoxij, florentes, ſine metu ætatem agere.*

Ĭ nnŭmĕrābĭlis, le. *quod numerari non poteſt. Cice. 5. Ver. Cognoſcito nūc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam. Innumerabilitas. atis. Cice. 1. de Nat. Deor. Tamen pleraq; dicit eadem, atomos, inanes imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemq; mundorum, &c.*

Ĭ nnŭmĕrŭs, a. um. *Plin. lib. 2. cap. 5. Innumeræ rerum effigies.*

Ĭ nnŭmĕrōſŭs. a. um. *Plinius libro 10. cap. 65. Ex omnibus quæ perfectos fœtus, uel tantos & innumeroſos edūt, ſupra cuncta eſt muriū fœtur.*

Ĭ nnūtrio, is. ire. *idem quod nutrire, uel ſimul nutrire. Plin. in Epiſt. Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pauor.*

Ĭ nnŭo, is. (ἐπινεύω) *ſigno aliquo capitis uoluntatem oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negem.*

Ĭ nŏcco, as. *ſignificat cooperio, quod fit cum ſemen in agro ſeminatum eſt, & glebas ſarculis, aut cratibus diſſoluimus, ut ſemen humo contegatur.* ἐμβωλοκοπέω. *Colum. lib. 2. Nam ſemen quod ſicco ſolo ingeſtū, & iam inoccatum eſt.*

Compo-

Componitur autem ex in & occo.as.quod eſt comminuo.Sed de Occo alibi.

Ĭnŏcŭlo,as.n.p.pe.cor. ſignificat oculum unius arboris alteri adhibeo, ſeu oculum in arbore aperio. ἐνοφθαλμίζω. Colu.lib.11. His quidem diebus arbores ficorũ inoculantur. Quod genus inſitionis,emplaſtratio uocatur.Plinius lib.17.In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio (ἐνοφθαλμισμός) antiqua.

Ĭnŏdōrŭs,ra.rum.quod eſt ſine odore. ἀνώδυς, ἄνοσμος.Gell.lib.7.cap.6.

Inodoro,as.are.a.p.odore inficere. Colum.lib. 11.cap.3. Nam ſic ſata, & rurſus ſic recondita exiſtimantur,mandentium halitus inodorare.

Ĭnŏffēnsŭs,a.um.ad quod quis non offendit: ut inoffenſa tempora à ualetudine, nullo morbo læſa & offenſa. Gell.lib.2. cap.1. Temperantia quoque eum fuiſſe tanta traditum eſt, ut omnia ferè uitæ ſuæ tempora à ualetudine inoffenſa uixerit.

Ĭnŏffĭcĭōsŭs, a.um. qui facit contra officium, uel qui nullum officium præſtat amico. Cice. ad Att.lib.13. Aliter enim fuiſſemus & in hos officioſi, & in noſmetipſos. Inofficioſum teſtamentum dicitur (ut ait Paulus Iuriſcon.) quod non ex officio pietatis paternæ confectum eſt, filijs ſine legitima cauſa exhæreditatis.Cic.3.Ver.

Ĭnŏlēſco,cis.leui.lui.etum.& itum.n.t.(ἐμφύομαι) ſignificat creſco,grandis fio, initium accipio. ἀρχὴν ἴσχειν. Columel. lib.5.cap.10. Amygdala,ſi parum ferax erit,forata arbore lapidem adijcito, & ita librum arboris inoleſcere ſinito.

Ĭnŏpāco,as.are.a. p. opacum reddere & obſcurum. Col. lib.8.cap.15. Colocaſijs conſeratur alijſq; familiaribus aquæ uiridibus, quæ inopacant auium receptacula.

Ĭnŏpīnātŭs,a.um.nec opinatus,improuiſus. Cice.1.Verrina.Noua tibi hæc ſunt et inopinata.

Ĭnŏpĭōsŭs,a.um.ſine ope.ἄπορος.Plau. Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio, Dubias, egenas,inopioſas conſilij.

Ĭnŏps,opis.om.t.pauper.ἄπορος. Cice.2. Offic. Nam cũ premetur inops multitudo ab ijs, qui maiores opes habebant, &c. Aliquando dicitur ſine ope,ſine auxilio. Vnde inopem animi, inopem prudentiæ dicimus. id eſt ſine ope animi,ſine ope prudentiæ. Iungitur enim cũ genitiuis omnium rerũ:ut, Inops auxilij, Liu.3.ab Vrb. Aliquando inops dicitur inſepultus.ἔρημος.Pauper,cui ſuæ res non ſufficiunt.

Ĭnŏpĭă,æ.f.p.egeſtas,indigentia. ἀπορία. Cic.de Amic.Humilem ſanè relinquunt, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia naſci uolunt.

Ĭnŏpōrtūnŭs,a.um.importunus. Cice. de Orat. Etenim eſt in eo loco ſedes huic noſtro non inoportuna ſermoni.

Ĭnōrdĭnātŭs,a.um.quod nõ eſt ordinatum.Cic. de Vniuerſ. Ideoq; ex inordinato in ordinem adduxit. Inordinati,& incompoſiti milites,Liuius 2.Bel.Pun.

Ĭnōră,orum.om.ſ. (ἄστομα) dicuntur animalia ſine ore,qualia ſunt Aſtomi Indiæ populi,halitu uiuentes & odore.

Ĭnōrātŭs.a.um.non oratus,non impetratus.Cicero pro Roſc.Amer. Legati Ameriam re inorata reuerterunt.

Ĭnphrŏnītŭs, pen.pro. dicitur inſolens & imprudens.Græci ἄφρονα imprudentem dicunt.uide Fruniſcor & infrunitus.

In poſterum, (τὸ λοιπόν τοῦντεῦθεν,εἰς τὸ ἑξῆς) pen.cor.uide in dictione Poſtremò.

In præſentia,in præſenti,in præſens tempus. Cice.1. Ver. Veſtræ cœnæ non ſolum in præſentia,ſed etiam poſtero die iucundæ ſunt.

In primis,(ὡς τὰ πρῶτα) penul.prod.duæ partes ſunt,& eſt aduerb.ſignificatq; ante omnes, uel ante omnia,uel unum ex primis.Sall.Quæ quidem res in primis mihi uidetur cauſa fuiſſe facinoris maturandi. Imprimis cum m ante p. ab imprimo uerbo eſt,habetq; pen.cor.

Ĭnquāntŭm,aduerb. tantum, quantum. Plin.in Epiſt.Quæ ut domus ipſa, perierunt, à me tamen in quantum potuerit,requiretur.

Ĭnquĭēs,ei.f.q.ultima longa: quãuis à Probo corripiatur,(ἀκάματος,ταραχώδης) pro Inquietus. ta.tum.quod eſt ſine quiete,generis omnis, uel figuratè iungitur neutro generi. Salluſt.libro 1.Hiſtor.Humanum genus inquies, atque indomitum. Plin. ſubſtantiuum poſuit lib. 14. pro inquietudine, cum ait, Furiales ſomni,& inquies nocturna.Hinc inquieto.as.pen.prod. ἐκταράσσω.Col.lib. 9. Ne incubantes matrices ab alijs auibus inquietentur.

Ĭnquĭlīno,as.n.p. ἐνοικέω,habito, à quo Inquilinatus.us.pro incolatu.

Ĭnquĭlīnŭs,ni.m.ſ.pen.prod.ex in & colo,qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conductu,ſiue in urbe,ſiue ruri,ut inquit Valla libro 4.Cic.2.Philip. At uero te inquilino perſonabant omnia uocibus ebriorũ.Vide incolo.

Ĭnquĭno,as.a.p.pen.cor.maculo , deturpo . κοινόω,μολύνω.Cic.lib.1.Tuſc. Quibus cæcati uelut domeſticis uitijs,atq; flagitijs ſeſe inquinaſſent. Fit autem à cunio. is. (ut inquit Feſt.) Cunire uero eſt ſtercus facere.Huius compoſitum eſt Coinquino.Colum.lib.8. Totam progeniem coinquinat.

Ĭnquĭnāmentŭm,ti.n.ſ. (μολυσμὸς) ſordes & immunditia.Gell.lib.2.cap.6. Cuius ſignificationis multo aſſiduoq; uſu totum uerbum ita cõtaminatum eſt,ut iam ſqualor de re nulla alia quàm de inquinamentis ſolis dici cœperit.

Ĭnquĭo,is.defectiuum eſt, & ſignificat dico.n.t. φημί. Coniungatur autem ſic , Inquio uel inquam,inquis, inquit. Plural.inquiunt. Præterito perfecto , Inquiſti , inquit . Futuro , Inquam. Imperatiuo,Inque,inquiat. Cætera deſiderantur.

Ĭnquīro,is.a.t.pen.co.inueſtigo,quaſi intus quæro. ἀνιχνεύω,ἐπιζητέω. Cic.1. Offi.Peregrini autem atq; incolæ officium eſt,nihil de alieno inquirere. Inquirere pro eo quòd uulgò dicũt, facere informationem . Cic.6.Verr.Nimirum dici etiam (dum in iſtum inquiro) artificũ nomina. Inquiſitio, inueſtigatio. Cice.1.Offic.In primiſq; hominis eſt propria ueri inquiſitio, atq; inueſtigatio.

Ĭnsānio,is.iui,itum.n.q. à ſanus compoſitum & deriuatum putatur,pro inſanias facio,ſiue inſanus ſum . μαίνομαι,παραφρονέω . Terent. in Adelph.Minime miror , qui inſanire accipiunt ex iniuria. Quandoq; eſt carmen componere. Verg.Inſanire libet.Nam inſani ἔνθεοι dicuntur,id eſt deo pleni.

Ĭnsānĭtās,atis.f t.idem quod inſania.Cic. Tuſc. Inſipientia autem quaſi inſanitas quædam.

Ĭnsānŭs,a.um. o.ſ.pen.prod.non ſanus , qui non eſt ſani conſilij , & qui non habent mentem integram. μανικὸς,παράφρων,μανιώδης.Terent. in Eunu . Scitum hercle hominem , hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.Vnde Inſania,ſtultitia,dementia. μανία. Terent. Adelph. Prò Iupiter,tu homo adiges me ad inſaniam. Item inſanus,magnus dicitur.Verg. Inſani feriant ſine,littora fluctus. Perſius,Inſani dicta Catonis,id eſt magni. Inſanũ ſtudium equorum,armorum, &c. (ἱππομανία,ὁπλομανία) id eſt immodicũ. Item ualde ſanus,id eſt doctus.Perſius:Et inſano multum laudanda magiſtro.Contentioſi quoq; qui nunquam ſuccumbebant,alioſq; improbabãt,inſani uocati ſunt. Inde inſanè, (ἐπιμανῶς) aduerb. uehementer, propterea quòd inſani omnia uehementer faciunt,inquit Varro.

Ĭnsānābĭlĭs,le.om. t. (ἀνίατος) quod ſanari non poteſt:ut plaga inſanabilis & mortifera. Cicero pro Seſtio.

Ĭnsătĭābĭlĭs.le.om.t.(ἀκόρεστος) quod ſatiari non poteſt:ut,Inſatiabilis cupiditas,Cic.1.Tuſc. & 1.de Finib. Inſatiabilis uoluptas. Inſatiabiliter inexplebiliter aduerb. Plin.in Epiſt.

Ĭnsătĭuŭs,a.um.(ἄσπορος) quod nõ ſeritur.Plinius lib.19.cap. 12. Hoc inſatiuum rumex uocatur,naſciturq; fortiſſimum.

Ĭnsătŭrābĭlĭs,le.quod ſaturari nõ poteſt:ut, Inſaturabile abdomen.Cic.pro Seſt.Inſaturabiliter,aduerb.Idem de Nat.

Ĭnſcĭēns,tis.om.t. adiect. ignarus, inquit Donatus.Terent.in Heaut. Si peccaui, mi Chreme, Inſciens feci.

Ĭnſcĭēntĭă,æ.f.p. (ἄγνοια) ignorantia. Cice.pro Sylla:Vos deniq; in tantis tenebris erroris & inſcientiæ ,clariſſimum lumen prætuliſtis menti meæ.Inſcienter , aduerb. id eſt per imprudentiam ſiue ignorantiam. Cic.in Top.

Ĭnſcītŭs,a.um.inelegans & male compoſitum. Hinc aduerb.Inſcitè,imperitè,incomptè, impolitè,ineleganter.quære Scitus.Plaut.in Trinũ. Si quid ſcis me feciſſe inſcitè aut improbè.

Ĭnſcĭtĭă,æ.f.p.(ἀμαθία,ἀπαιδευσία) ab inſcitus. ta.tum. participio , ignorantia, imprudentia. Terent.in Heaut.O Iupiter,tantam ineſſe animo inſcitiam!

Ĭnſcĭŭs,a.um.o.ſ. (ἀνεπιστήμων) dicitur qui neſcit,contrarium conſcio:à ſcius compoſita.Cicero 4. Acad. Quam ſi ſubtraxeris,qui diſtinguet artificem ab inſcio ? Inſcia ac temeraria turbo,Liu.4.Belli Pun.Inſciens. Vnde inſcienter,& inſcientia, quæ contraria ſunt ſcientiæ,

Cic.

Cic. Acad. Sed inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionem illam collocabat. Aliquã do inſciens capitur pro ſtulto. ἠλίθιος. & aliquã do pro ignaro.

Inſcribo, is. a. t. pen. prod. intus, ſiue ſupra ſcribo. ἐπιγράφω. Cic. 1. Tuſc. Quid noſtri philoſophi, non' ne in his ipſis libris, ſua nomina inſcribũt? Interdum ſignificat nominare, ſiue intitulare. Lactant. lib. 1. Minutius Fœlix in eo libro qui Octauius inſcribitur, ſic argumentatus eſt. Interdum dilacerare. ἐπιξέειν, ἐπιγράφειν. Verg. Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Hinc Inſcriptio uerbale, modò titulus, modò nota. Plinius libro 29. cap. 1. Hinc illa infœlicis monumenti inſcriptio.

Inſcriptus, a. um. o. ſ. (ἄγραφος) quandoque pro non ſcripto ſumitur. Quintil. lib. 5. cap. 8. Alia eſſe ſcripta, & alia inſcripta.

Inſcriptum, ti. n. ſ. (ἐγγεγραμμένον) breue quiddam in chartula ſcriptũ, cuiuſmodi ſolent dare præfecti urbium ijs, qui merces exportant. Luc. Facit idem quod illi, qui inſcriptũ è portu exportãt clanculum. Inſcriptum, pro inſcriptione. Gell. lib. 20. cap. ultimo. Quædam alia inſcripta nimis lepida.

Inſculpo, is. pſi, à ſcalpo. is. deriuatur, mutato a in u non à ſculpo, quod Latinũ non eſt, ait Diomedes: & ſignificat in ære, argento, marmore aut gemma aliquid incido.

Inſecta, (ἔντομα) animalia ſunt, partim terreſtria, ut ſcolopendræ, ſtelliones: partim uolucria, ut apes, ueſpæ: partim cum utroque participantia, ut formicæ: partim pennis & pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine naſcuntur. Dicta inſecta ab inciſuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum ſunt atq; alui. Hæc Albertus Magnus appellat annulata, Ariſtoteles ἔντομα.

Inſequor, eris. d. t. penul. cor. ſequor, uel inſequẽdo ſequor. διώκω, ἐφέπομαι. Vergil. Inſequitur clamorq; uirũm, ſtridorq; rudentum. Item pro ſequi & inſectari. Quintil. Cum eum maledictis inſequeretur. Inſequi clamore ac minis, Cicero pro Cluent. Inſequenter, aduerb. Gell. lib. 10. cap. 29. Obſcurè & inſequenter particula illa poſita.

Inſector, aris. d. p. frequentatiuum: perſequi. Cicero pro Font. Inſector ultro, atq; inſto accuſatori iudicet: inſector, inquã, ac flagito teſteis.

Inſero. is. pen. corr. inſerui, inſertum, a. t. ſignificat immitto, impono, immiſceo. ἐπιβάλλω, ἐντίθημι, ἐμβάλλω, ἐγχωρεῖν. Terent. in Heaut. Vidin' ego te modo manum in ſinum huic meretrici Inſerere? Quando facit inſeui, inſitum, de arbore dicitur, quando ſcilicet ſciſſo trunco ſurculus fœcundæ arboris inſeritur in ſterili: ſiue cum oculus unius arboris alteri adhibetur, quod quidam inoculationem uocant: uel quando ſeminatur, aut plantatur. Vergil. Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites. Per tranſlationem, Lactant. libro 5. Odium & inuidiam & dolum hominibus inſeuit. Diom. Inſeror, inſertus & inſitus facit. Et tradunt quidam inſitus arborum eſſe, inſertus hominis uel alicuius rei. Seruius: Inſitas arbores dicimus: inſertas uero cauſſas aut fabulas. Plinius lib. 10. Penna per tranſuerſas inſerta nares. Inſitus, innatus, ingenitus. ut Vitium inſitum animo. Inſitus mos, & Inſitus urbi, pro ciue, Salluſt. in Cicero. Inſitus. us. inſitio. Plinius libro 14. cap. 5.

Inſerto, tas. a. p. (παρεντίθημι) frequent. ab inſertum formatum. Verg. 2. Aeneid. Inſertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.

Inſeruio, is. n. q. (δουλεύω, θεραπεύω.) uide in Seruio. Dicimus autem inſeruio tibi, & inſeruio te. Plaut. Non meretricum eſt, unum inſeruire amantem.

Inſideo, es. a. ſ. pen. corr. ſedeo, ſeu ſupermaneo, ſto. ἐπικάθημαι, ἐφεδρεύω. Lactant. lib. 5. Et iuſtus ille nactus fuerit aliquem ſaucium, equo inſidentem. Aliquando intus hæreo. Cic. lib. 9. Tuſcul. Cum autem hic feruor concitatioq; animi inueterauerit, & tanquam in uenis medulliſq; inſederit. Aliquando doloſè quempiã expecto, (ἐνεδρεύω) uel locum aliquem occupo: ut, Inſidere arcem militib. Inſidere itinera. Liu. 5 & 6. Bel. Pun. Vnde Inſidior, &

Inſidiæ, arum. f. p. fallaciæ. ἐνέδρα, ἐπιβουλή. Cic. lib. 3. Offic. Sunt ne igitur inſidiæ, tendere plagas? Proprie doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum inſidiæ dicuntur, quæ clàm inſident, ut hoſtes fallantur.

Inſidior, aris. d. p. inſidias tendo. ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω. Cic. de Orat. Non enim id agit, ut inſidietur & obſeruet, ſed fauet.

Inſidiōſŭs, a.um.o.ſ. qui ſæpe inſidiatur, plenus inſidijs, fallax. ἐπίβουλος, ἐπιβουλευτικός. Cice. 4. Ver. Quis acerbior? quis inſidioſior? Inſidioſus latro, Mar. lib. 14. A quo inſidioſe, quod eſt cum inſidijs. μετ᾽ ἐπιβουλῆς. Cic. lib. 3. Offic. Ratio ergo poſtulat, ne quid inſidioſè.

Inſīdo, is. a.t. pen. prod. ſignificat ad ſedendum deſcendo, uel clam & ſenſim introëo. ἐγκαθίζω, ἐπιβαίνω. Lactant. lib. 6. Vitanda ergo ſpectacula omnia, nō ſolum ne quid uitiorum pectoribus inſidat, id eſt ingrediatur & inhæreat. »Statius paſſiuū protulit, Summis inſiditur a»ſtris. Conſtruitur & cum accuſatiuo. Verg. li. 9. Viam inſidere.

Inſīgniă, ium. n.t. dicuntur ea, quæ in ueſtibus, uexillis, & huiuſmodi inſignita ſunt: aut ipſæ ueſtes, uexilla, & alia quæ fiunt, aut ſeruntur ita ab alijs diſcreta, ut noſci poſſint, ut ueſtes militares, & inſignia militaria, regalia, conſularia' ue, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & conſul à uiro priuato cognoſci debet. ἐπισημάσματα, παράσημα, τὰ διάσημα, τὰ »ἐπίσημα, σύμβολα. Verg. lib. 2. Danaumq́; inſignia nobis Aptemus clypeos. Et non ſolum ſunt ſigna & ornamenta ob uirtutem adepta: ſed etiam inſignia laudis, & inſignia gloriæ dicimus: ut Cic. Appio, Inſignia enim uirtutis, multi etiam ſine uirtute aſſecuti ſunt.

Inſīgnio, is. iui. itū. a. q. (ἐπισημαίνω, ἐπισφραγίζω) ſignis noto, ſeu diſtinguo, ut apud Claud. »li. 1. Hic elementorum ſeriem, ſedesq́; paternas Inſignibat acu.

Inſīgnis, & hoc ne, om.t. manifeſtus, clarus, nobilis, excellens, nobilitatus, cōſpiciendus, ex In & ſignum componitur, & proprie id dicitur in quo aliqua ſunt ſigna quibus ab alijs diſcernitur. ἐπιφανής, ἐπίσημος. Verg. lib. 4. Oſtróq; inſignis & auro Stat ſonipes. hoc eſt auro & oſtro inſignitus, uel inſigniter inſtratus. Vnde generaliter quicquid nobilitate, aut uirtute aliqua, aut etiam uitio inter alia eminet, id inſigne dicitur, ut Vir pietate inſignis, Vergilius 1. Aeneid. Sic Inſignis latro, qui maiore audacia graſſatus eſt, & ſuis facinoribus omnibus innotuit. Item tam in bonum quàm in malum dicimus quoq; Inſignia facinora. Terentius in Eunu. Iamdiu aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem aliquid inſigne faceret. Donat. Inſigne aliquid, magnum, & nobile facinus. Ab inſignis, fit inſignitas, (ἐπισημότης) pro claritate.

Inſīgnītē, pen. prod. aduerb. ſignificat cum notæ indicio. παρασήμως. Cic. Nec improbum notari aut uituperari inſignitè poſſet. Inſigniter, etiam aduerbium ſignificat ſummè, clarè, apertè. ἐπισήμως, ἐκτόπως. Apul. Homo inſigniter malus.

Inſĭlio, is. pen. cor. inſilui, inſiliui, inſilij, inſultum, a. q. unde inſulto ſignificat intrò, aut ſurſum ſalto. ἐνάλλομαι, ἐπιπηδάω. Lucan. libro 3. Inſiluiq́; ſolo nociturus pondere puppi. Inſilire in equum, Liu. 6. ab Vrb. Plaut. in Rud. E naui timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus, &c.

Inſĭmŭl, ex in & ſimul, ſignificat unà. ἅμα. Stat. »1. Syl. Et gentes alis inſimul togatas.

Inſĭmŭlo, as. a.p. pen. cor. accuſo, crimen ingero. προβάλλομαι, ἐνδείκνυμι, διαβάλλω, κρίνω. Cicero Treba. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem accipis? Iungitur etiam quandoq; genitiuo. Teren. in Phorm. Si herum inſimulabis auaritiæ, male audies. Vnde inſimulatio, (διαβολή) quæ (ut inquit Donatus) eſt falſi uel criminis incuſatio.

Inſĭnŭātŭs, a.um.o.ſ. inflexus, complicatus, compreſſus. συνεσταλμένος. Apul. libro 9. Siccine uacuus &ocioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi? Tali enim habitu manus ocioſorum complicantur.

Inſĭnŭo, as. a.p. cōiungo, amicitiæ præſertim uinculo, & quaſi in ſinum pono. ὑποδύομαι, ἐγκολπίζω, ἐγκαταμίγνυμι, εἰσοικίζομαι, παρεισδύομαι. Cic. de Amicit. Callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſe cauendum eſt.

Inſĭpĭdŭs, a.um.o.ſ. ſine ſapore. ἄγευστος. Gellius lib. 6. cap. 1. Nihil prorſus, inquit, inſipidus.

Inſĭpĭēns, tis. om.t. id eſt non ſapiens, qui non cogitat, quæ agenda ſunt. ἄφρων, μωρός. Cice. de Amic. Nihil inſipiente infatuato intolerabilius fieri poteſt. Inſipientia, æ. imprudentia, dementia. Plaut. in Amph. Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt. Inſipienter, aduer. imprudenter. Idem in Truc.

Inſĭſto, ſtis. a.t. ſignificat conſiſto. ἐνστηρίζω, ἐφίσταμαι, ἐνίσχομαι. Cæſar 1. Bell. Gal. At hoſtes etiam in extrema ſpe ſalutis tantam uirtutem præſtiterunt, ut cum primi eorum cecidiſſent.

proximi

proximi iacentibus inſiſterent. hoc eſt, ſuper mortua cadauera ſtarent, & pugnarent. Inſiſtere ueſtigia, pro firmare. Verg. lib. 11. Vtq; pedum primis infans ueſtigia plantis Inſtiterat. Item inſiſtere, pro operam dare. ἐπιβαίνω, ἐνίσταμαι. Item ſolicitare, urgere. ἐγκειμαι. Cicero ad Heren. Nunc identidem noſmetipſi uobis inſiſtemus, id eſt, uim faciemus. Item pro reſiſtere, & quaſi ſiſtere gradum: cuius cõtrarium progredi. Cicero in Orat. Sæpe accidit, ut aut citius inſiſtendum, aut longius procedendum. Inſiſtere haſtæ, hoc eſt inniti. Plinius de Viris illuſtribus. Inſiſtere ueſtigijs alienis, hoc eſt inhærere, & ſequi aliena ueſtigia, Plin. lib. 6. cap. 17.

Inſitio, onis. f. t. (ἐγκέντρισις) ipſe inſerẽdi actus. Colum. lib. 3. Tria autem genera inſitionũ antiqui tradiderũt. De inſitione uitium, uide eundem lib. 3. cap. 9.

Inſititium, tij. n. ſ. (ἐγκεντριστὸν) dicitur illud, in quo aliquid inſertum eſt. Inſititius & inductus ſermo. Plin. in Epiſt.

Inſitium, (ἴνθεσις) ab inſectione dictum, pulmenti genus, ex inſectis & minutatim tritis carnibus cõfectum. Apud Apitium ſæpe fit mentio de inſitijs.

Inſitiuus, a. ũ. quod inſeritur. ὁ ἐγκεντριζόμενος. Gell. Corpuſq; & animũ benignè in gentis primordijs inchoatum, inſitiuo degeneriq; alimento lactis alieni corrupere.

Inſolens, entis. om. t. pen. cor. ſignificat inſuetum & inſolitum. ἀηθὴς. Salluſt. Inſolens uera audiendi. Per tranſlationem ponitur pro ſuperbo & arrogante, qui præter legem agit humanam atque naturalem: & quem audacem, uel præſumptuoſum dicere ſolemus. ἀλαζὼν. Cic. pro Marcel. In uictoria, quæ ſui natura inſolens & ſuperba eſt.

Inſolentia, æ. f. p. inſuetudo, res non conſueta & ſolida. ἀήθεια. Liu. Et offenderunt aures inſolentia ſermonis. Inſolentia pro arrogantia, ſuperbia. ὕβρις, ἀλαζονεία. Cic. 5. Ver. De luxuria Apronij loquor, nihil de inſolentia.

Inſolenter, aduerb. arroganter, & ſuperbè. Cic. 4. Tuſc. Inſolenter ſe offerre.

Inſolitus, a. um. non ſuetus. ἀηθὴς. Verg. 1. Geor. Inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Inſolitus ad laborem exercitus, Cæſar 3. Bell. Ciuil. Inſolitè, aduerb. Gell. lib. 1. cap. 2. Intempeſtiuè ac inſolitè diſſerebat.

Inſolo, las. a. p. pen. prod. ad Solem ſicco. ἡλιάζω, ἡλιόω. Colum. lib. 12. ca. 39. Quas per triduum inſolaueris. Vnde Inſolatus, in ſole ſeu ad ſolem ſiccatus, aut calefactus. ut Inſolatæ uuæ. Colum. lib. 5.

Inſolum, Veteres pro inſolitum dixerunt. Afran. Orbitatem ſenectuti tuæ malum metui, quod inſolum non uenit cæco, ac dementi.

Inſomnia, æ. f. p. uigilia. ἀγρυπνία, ἀϋπνία. Cæcilius Plotio: Conſequitur comes inſomnia: ea porrò inſaniam affert.

Inſomnium, ij. n. ſ. quod in ſomnis uidemus. ἐνύπνιον, ὀνειρωγμός. Cic. de Senect. Caret ergo uinolentia, & cruditate, & inſomnijs.

Inſomnis, ne. om. t. quod eſt peruigil. Vnde Inſomnes noctes, apud Vergil. 9. Aeneid. hoc eſt peruigiles.

Inſons, tis. om. t. innocens, qui extra culpam eſt. ἀναίτιος, ἀνεύθυνος. Liu. 4. ab Vrb. Etiam ſi regni crimine inſons fuerit.

Inſomnioſus, qui multum ſomniat. ἐνυπνιώδης. Cat. Omnis qui inſomnioſus eſt.

Inſonus, na num. pen. corr. quod eſt ſine ſono & ſtrepitu ἄφωνος, ἄηχης. Apul. Inſono ueſtigio me perducit. Sic abſonum, ſine ſono.

Inſpectius, (ἀπερισκεπτότερον) aduerb. ſignificat minus inconſideratè.

Inſpecto, as. a. p. continuè, ſeu attentè intueor. ἐφορῶ, παρθλέπω. Cicero ad Brutum: Quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum. Vnde & pro cuſtodire ponitur. Suet. in Cæſ. Senatuſconſulto, ac iureiurando etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladijs inſpectantium ſe remouiſſe.

Inſpicio, is. a. t. pen. cor. ualde intueor, ac penitus cognoſco. καθορῶ, ἐφορῶ, ἐπισκέπτω, ἐπισκοπέω. Terent. in Adelph. Deniq; inſpicere tanquam in ſpeculum uitas hominum iubeo.

Inſpectio, onis. f. t. ἐπισκοπὴ, ἐφορεία, ἐπίσκεψις. Diligens rei alicuius cõſideratio. Cic. 2. Philip. Nos enim inſpectionem ſolum habemus, id eſt cognitionem & iudicium.

Inſpico, as. n. p. pen. pro. in modum ſpicæ uel ſpici acuo. διασταχύζω. Verg. lib. 1. Georg. Ferroq; faces inſpicat acuto.

Inſpiro, as. a. p. pen. pro. ſignificat diuino quodã ſpiritu

ſpiritu in mentem iniicio. ἐμπνέω. Vnde dicimus ſanctos dei homines inſpiratos, (θεοπνεύστους) fuiſſe locutos. Et inſpirare, intus ſpirare, hoc eſt ſpiritum ſeu uentum infundere. Colum. lib. 1. Sed granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.

Īnſtāns, antis. n. t. nomen ſubſtant. dicitur minimum temporis momentum, quod imminet, & præſens eſt. τὸ ἐνιστάμενον. Vnde etiã apud Dialecticos tempus inſtans dicitur, quod eſt præſens. Cic. lib. 4. Tuſc.

Īnſtāntĕr, aduerbium, ſignificat ſedulò, perſeueranter. ἐνστατικῶς. Quintilian. lib. 9. cap. 4. Vbicunque acriter erit, & inſtanter pugnaciterq́ dicendum.

Īnſtāntiă, æ. f. p. ſedulitas, aſſiduitas, & continua intentio. ἐπίστασις, ἔνστασις. Plinius lib. 3. cap. 5. Quid eſt enim quod non hæc inſtantia poſſit efficere?

Īnſtăr, (δίκην) n. indeclinabile, licet Probus Inſtaris genitiuum dixerit, quod & ſine præpoſitione, & cum præpoſitione inuenitur. Et modò ſignificat ad æquiparationem. Colum. lib. 3. Vineam nouellam gemmas agere ſinito, ſimulq́ atq; pampinus inſtar quatuor digitorũ erit, tum demum pampinato. Modò ad menſuram, ut apud eundem lib. 1. In camporariis, in colle ſpiſſius aceruiſtercoris inſtar quinq; modiorum diſponentur. Modò ad ſimilitudinem ſignificat. Sueton. in Cæſare, Cuius iam etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit. id eſt effigiem cõſimilem. ἀντίτυπον. Solinus cum præpoſitione: Meſopotamiã opimat annuæ inundationis exceſſibus, ad inſtar amnis Aegyptii terris ſuperfuſus.

Īnſtātio, onis. f. t. (ἔνστασις) dicitur quaſi imminentia: ab inſto, as. Ambroſius libro de Reſur. Quomodo laudabis hominem, priuſquàm inſtatio mortis ſucceſſerit?

Īnſtaūro, as. a. p. (ἀνοικοδομῶ, ἀνασκευάζω, ἐπισκευάζω) non ab inſtar, ſed ab in & ſtauro cõponi uidetur ſignificat integro, quæ duo uerba eiuſdem omnino ſignificationis ſunt. Integrare uero (ut inquit Feſtus) eſt in ſtatum redigere: non ad ſimilitudinem prioris ſtatus dixit, ſed ſimpliciter in ſtatum redigere, utcunq; ſit ſtatus. Vnde Vergil. per tranſlat. dixit, Inſtaurati animi regis ſuccurrite tectis. id eſt quaſi recreati, ſiue ualidi facti. Super quod Seruius ait. Rarò euenit, ut euerſa ædificia ad ſimilitudinem priſtinam inſtaurentur. Liuius lib. 4. Nam Phaliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neq; clade Romanorum, neq; ſociorũ precibus petuere. Inſtaurandum non ad ſimilitudinem priſtini gerendum: ſed integrandũ, & denuò inferendum.

Īnſtaūrātio, onis. f. t. Cice. de Aruſp. Reſpon. Dii ludorum inſtauratione placantur.

Īnſtaūrātĭtĭŭs dies, ludis Circenſibus additus. Macrob. lib. 1. cap. 7.

Īnſtaūrātiuŭs, a. um. Cic. 1. de Diuin. Itaq; ludi intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Īnſtĕrno, is. a. t. ſuperſterno, operio, extendo. ὑποστρώννυμι, ἐπιφορτίζω, ἐπισκευάζω. Plin. lib. 19. cap. 5. Si palo adacto cauerna palea inſternatur. Vnde inſtratum. Et inſtratus lectus dicitur, ueſte ſtragula excultus. ἐπεστρωμένος.

Īnſtigo, as. a. p. (παροξύνω, ἐπεγείρω) penult. prod. ex in & ſtigo componi uidetur, ut ſit ſtigo, ſtimulo, & inſtigo inſtimulo: & tam in bonum, quàm in malum ſumitur. Inſtigare, incitare, & quaſi impellere obiurgatione quadã. Cic. in Piſon. An tu eras Conſul, cum in palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te?

Īnſtillo, as. are. a. p. intro ſtillare. Cic. de Senect. Namq; hæc quoq; niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Et per trãſlationem, in animum mittere. Cic. ad Attic. libro 9. Attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo ſtarem, inſtillarunt.

Īnſtīnctŭs, a. um. ab inſtingo uerbo inuſitato: incitatus, inſtigatus. Liuius 5. ab Vrb. Itaque, quæ tum cecinerit diuino ſpiritu inſtinctus.

Inſtinctus, us. ui. m. q. inſtigatio, & quã diuinam uocant inſpirationem. Cicero 1. Tuſc. Sine cæleſti aliquo mentis inſtinctu. Inſtinctu alicuius facere. hoc eſt ſuaſu & impulſione. Plinius in Paneg. Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam & imperio.

Īnſtĭpŭlŏr, aris. com. p. per interrogationem ſtipulari: fiebat enim ſtipulatio per interrogationem: utpote, Promittis mihi te daturum uiginti minas? Alter reſpondebat, Promitto. alioqui non erat rata promiſſio.

Īnſtĭtă, tæ. f. p. penult. cor. tenuis faſciola (inquit Acron)

Acron) quæ ſtolæ imam partem ambit. κάσυμα. »Ouidius in Arte: Eſte procul uittæ tenues, in»ſigne pudoris, Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.

Inſtito, as. n. p. pen. cor. ſæpe cōtra ſto, pugno. ἀνίσαμαι. Cæſar lib. 1. Id cōſpicati Heluetij, qui in montem ſeſe receperāt, rurſus inſtitare & prælium redintegrare cœperunt.

Inſtitŏr, oris. m. t. (ἔμπορος, παλιγκάπηλος) pen. cor. negociator, ex eo dictus eſt (ut Vlpianus inquit) quòd negotio gerendo inſtet: nec multum refert tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negociationi, cum interdum etiam ad homines honeſtos afferat merces, & ibi uendat. Poëtæ ferè ſemper accipiunt inſtitorem, pro eo qui uenditor eſt mercium delicatarum. Oui»dius: Inſtitor ad dominam ueniet diſcinctus emacem. Vergiliarum quoq; ſydus Inſtitor ueſtis dicitur.

Inſtitōrĭŭs, a. um. (ἐμπορικὸς, καπηλικὸς) quod ad inſtitorem pertinet, ut ars inſtitoria. Inſtitoria actio, (δίκη ἐμπορικὴ) dicitur qua dominus inſtitorem conuenit, uel per inſtitorem conuenitur.

Inſtitŭo, is. a. t. ex in & ſtatuo ſignificat decerno. διατάσσω, προαιροῦμαι. Cic. 4. Ver. Tu qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſent. Hinc inſtituta, & inſtitutiones. Aliquando incipio. ἐνίσταμαι. Cic. pro Cluent. Quæſo, ut me Iudices, ſicut facere inſtituiſtis, benignè attentéq; audiatis. Aliquando doceo, inſtruo. παιδοτριβῶ, παιδεύω. Et de malis quoque dicitur. Iuuen. Inſtituitq; rudes melior locuſta propinquas. id eſt docet eas ueneficia. Aliquando ordino, & proprie de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur. καθίσημι, νομίζω. Terent. Optimè uitam inſtituit.

Inſtĭtūtĭōnēs, num. f. p. (εἰσαγωγαί) ſunt præcepta, quibus inſtituūtur homines atq; docentur: ut libri à Quint. de Inſtitutione oratoria editi. Quandoq; uocabatur ipſa inſtructio. παιδεία. Cic. 1. Offic. Magis ad inſtitutionem uitæ communis ſpectare uidentur.

Inſtĭtūtŭm, ti. n. ſ. bonum morem cōſilio & ratione ſumptum ſignificat, & domeſticam diſciplinam, quæ literis non mandantur, ſed obſeruantur communi opinione bonorum uirorum per quandam cōſuetudinem. διάταξις, ἦθος. Vnde de Inſtitutis apud Valerium Maxim. id eſt de moribus. Aliquando dicitur propoſitum, inceptū. προαίρεσις, ὑπόθεσις, σκοπός. ut, Faciam pro inſtituto. Plin. Hæc ſunt rerum principia, & inſtituta naturæ.

Inſto, as. n. p. quando datiuo iungitur, ſignificat inſtantiam, & uim quandam facio, ſollicito. ἐνίσταμαι, ἐγκειμαι. Cic. pro Quinti. Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, & eas in cōſilium à me poſtulat, ne dicendo tempus abſumā. Interdū incumbo. ἐφίσταμαι. Verg. Per medios inſtans operi, regniśq; futuris. Interdum inſectationem facio. ἐφίσταμαι. Liuius lib. 1. Sabinas legiones ferociter inſtantes cedentibus, ſed ſubitò in fugam auerterent. Quando uero accuſatiuum habet, ſignificat urgeo, & quaſi cōtra ſto. Plautus in Cur. Si magis me inſtabunt, ad prætorem ſufferam. Inuenitur etiam ſine aliquo prædictorum caſuum, licet poſſit intelligi. Terent. in Andr. Ego illud ſedulò negare factum, ille inſtat factum. id eſt, cōtendit factum. Huius uerbi frequentat. eſt, Inſtito, as. are. ſæpe contra ſtare, repugnare.

Inſtrātŭm, ti. n. ſ. (ἔποχον, ἐπεστρωμένον) ab inſternendo, equorum operimentum, ſtragula, & quicquid inſternendi cauſa paratur. Vlpianus.

Inſtrēnnŭŭs, a. um. o. ſ. adiect. ſtrenuo contrariū: quaſi minimè generoſus & fortis: ignobilis, indiligēs, & ad res gerendas minimè promptus. Terent. in Heaut. Animi eſt pudentis ſignum & non inſtrenui.

Inſtrūctio. onis. f. t. conſtructio. Plin. in Epiſt. Si inſtructio noui balinei oneratura uires Pruſenſium non eſt. Inſtructio exercitus.

Inſtrūctŏr, oris. m. t qui inſtruit. Cic. Poſt cōditores inſtructoresq; conuiuij.

Inſtrūctŭs, us. m. q. apparatus. Cice. 3. de Orat. Quocunq; ingreditur, eodem eſt inſtructu ornatuq; comitata.

Inſtrŭo, is. xi. ctum. a. t. (σκευοποιῶ, κατασκευάζω) ordino: & tam de malis quàm de bonis »intelligi poteſt. Vergil. Aeneid. 2. Dolis inſtructus, & arte Pelaſga. Similiter dicitur de acie, de claſſe, de cauſſa, ac etiam de mente alicuius. ἐκτάττω, παρατάττω. Cice. pro Mur. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Et parare, ut in cibis. ἐξαρτύω. Gell. lib. 1. Cœnam, ita ut

lex

lex ſaxniſſet, pomis holeribus inſtructă, id eſt paratam. Inſtruere diſcipulos, id eſt docere ac inſtituere. Quint. lib. 2. ca. 5. Quamuis Valla dicat apud idoneos authores in eo ſignificatu non reperiri.

Ĭnſtrŭmēntŭm, ti. n. ſ. (ὄργανον) ab inſtruo fit, quo nomine ſignificatur omne illud, quo quis ad operãdum utitur. Sic dicimus arma, inſtrumenta belli eſſe. σκεύη πολεμικά. Cice. in Aca. Ligones, marras, ſarcula, inſtrumenta agricolationis. Item dicitur id, quo quis docetur. διδαχή. Vnde inſtrumẽti nomine intelligimus monumenta ſcripturarum: ut, inſtrumentum uetus, & inſtrumentum nouum, pro lege ueteri, & lege noua. Ex his enim homo inſtruitur, quid agere aut uitare debeat. Aliquando ſumitur pro apparatu, quo ſundus, taberna, & id genus alia inſtruuntur. κατασκευή. Cic. pro Domo ſua: In fundum uicini Conſulis, nõ modo inſtrumenta, aut ornamenta aulæ, ſed etiã arbores transferebantur.

Ĭnſtŭpēns, entis. om. t. idem quod ſtupẽs, aut ualde ſtupidus, & ſenſus expers factus. Plin. libro 28. cap. 4. Salpe torporem ſedari, quocunque membro inſtupente, ſi quis in ſinum expuat.

Ĭnſuāsŭm, ſi. neut. gen. appellabant antiqui colorem (inquit Feſtus) ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio. Plaut. in Trucul. Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. uide Suaſum.

Ĭnſuāuis, e. om. t. contrarium ſuaui, aſperum, auſterum. Cice. 1. de Orat. Qui uitam inſuauem ſine his ſtudijs putaretis.

Ĭnsŭbidē, aduerb. eſt, quo utitur Gellius lib. 1. capite 1. Macrob. 7. Saturn. Ipſam uero uiuendi naturam nõ ininſubidè introſpexit Epicurus.

Ĭnsūcco, cas. a. p. (ἐγχυμίζω, ἐγχυλίζω) imbuo ſeu inficio, quaſi in ſucco intingo. Colum. lib. 7. capite 5. Inuoluta lanis, oleo atq; uino inſuccatis.

Ĭnſuēſco, & conſueſco, a. t. pro eodem accipiuntur. ἐθίζομαι. Plautus in Capt. Imperare inſueui. Inſueſcere, frui parta uictoria. Liuius 5. Bell. Pun. Inſueſci paſſiuè, apud Columel. libro 11. cap. 1.

Ĭnſuētŭs, a. um. (ἀήθης) quod non eſt ſuetum, ut apud Verg. 6. Aeneid. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Inſuetus alicui rei. Liuius 8. Bell. Pun. Syphacem modò barbarum, inſuetumq; moribus Romanis, &c. Inſuetus mos. Cicero ad Att. lib. 4. Inſuetus contumeliæ, Idem ad Att. lib. 1. Inſuetus laboris, Cæſar 7. Bel. Gall.

Ĭnſuēfăcio, is. ere. a. t. cõſuefacere. Inſuefactus, aſſuefactus. Cæſar 4. Bel. Gall. Notiſſimis locis audacter tela conijcerent, & equos inſuefactos incitarent.

Ĭnsŭlă, læ. ſ. p. (νῆσος) penul. corr. dicitur terra, quæ undiq; aquis clauditur, proprie autem in mari. Vnde quidam à ſalo appellatas inſulas uolunt, quòd in ſalo, id eſt mari, ſitæ ſint. Diminut. inſulula, νησὶς, νησύδριον. Hinc peninſula (χερρόνησος) quæ quaſi inſula eſt, & undiq; ferè aquis clauſa, tantum anguſtia, quæ dicitur Iſthmos, cõtinenti annectitur. Mediamnis, (μεσοποτάμιος) uocatur, quam amnis circuit. Inſulæ etiam dicuntur domus in urbe ab alijs ſeparatæ, (διάμφοδος, διάπλευρος οἰκία) & uicos undique habentes. Cicero pro M. Cæl. Nunc demum intelligo P. Clodij inſulam eſſe uenalem.

Ĭnsŭlāris. & hoc re, om. t. quod eſt inſulæ, & ad inſulam pertines. νησιωτικός. Plin. Qui primus inſularem morbum in urbem inuexit.

Ĭnsŭlārius, a. um. ponitur pro uili. νησιώτης. Vnde Iureconſulti uileis ſeruos inſularios appellant.

Ĭnsŭlātŭs, a. um (νησιωθεὶς) quod factum eſt inſula. ut Inſulata ciuitas. Aug. lib. 4. de Ciuit.

Ĭnsŭlsŭs, a. um. fatuus, quaſi ſine ſale. Donatus: Inſulſus ſine ſale & ſapientia, aut ſine ſaltu & facilitate. Terent. in Eunuch. Fatuus eſt, inſulſus, tardus.

Ĭnsŭlſitās, atis. f. t. ineptia. Cic. pro Rabirio, Iam noſtis inſulſitatem Græcorum.

Ĭnsŭlſē, aduerbium: imprudenter, ineptè. Cicero ad Caſ. libro 1. famil. Sed ita locutus inſulsè eſt.

Ĭnsŭlto, tas. a. p. frequentat. ab inſilio, ex in, & ſalio compoſitum eſt, a in u mutata. Et conſtruitur cum datiuo, aliquando cum accuſatiuo. Et modo pro inſilio (ἐφάλλομαι) ponitur. Verg. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Modò pro irrideo, & contumelioſius in aliquẽ aliquid uel dico, uel facio. ἐντρυφάω, ἐνυβρίζω. Salluſtius: Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultauit.

Īnsūltūră,ræ.f.p.pro inſultatione,(ἐπιπήδησις.) Plaut. Nam ego iſtam inſulturam & deſulturam nihil hic moror.

Īnsūm,in aliqua re ſum ἔνειμι. Terent.in Eunu. In amore hæc omnia inſunt uitia.

Īnſūmmā, & ſummatim eandem ferè habent ſignificationē.ἐν κεφαλαίῳ,ὅλως. Quint.In ſumma,non recedo.Perinde enim eſt,ac ſi diceremus,quod ut ſummatim comprehendam.

Īnsūmmo,as.a.p.finio. (τελέω) Auguſt.Omnis opera inſummata eſt,dolor remanſit.

Īnsūmo.mis.a.t.per ſimplex m,pen.prod.ſignificat impendo , conſumo . ἀναλίσκω,δαπανάω. Cic.ad Att.lib.5.Nos tamen,et ſi hoc te ex alijs audire malo , ſic in prouincia nos gerimus, ut nullus teruntius inſumatur in quenquam.

Īnsŭo,is.a.t.uide Suo.is.

Īnsŭpĕr,pen.cor.ſignificat præterea. προσέτι.Cice.ad Qu.frat.Caſſius inſuper Epicurus.

Īnsŭpĕrābĭlis,le.om.t.quod ſuperari,& domari non poteſt.Liu.1. Bell.Pun. Conſtabat nõ tam bello motos,quàm longinquitate uiæ, Alpium inſuperabili tranſitu.

Īnsūrgo,is.ere.n.t.contrà ſurgere.Verg.5.Aen. »Nunc nunc inſurgite remis.

Īnsŭsūrro,as.a.p.in aures leniter obſtrepo,& ueluti cum quodam ſuſurro. ἐπιψιθυρίζω. Cic.4. Acad. Fauonius ipſe inſuſurrat.

Īntāliāri,uide Taliari.

Īntāctŭs,a.um. integer, immaculatus , impollutus. Liu.5.ab Vrbe:Integri,intactiq́; fugerunt. Intactile,id eſt tactũ refugiens, ſiue quod tangi non poteſt.

Īntĕgĕr,a.um.pe.cor.(ὁλομελὴς,ἀκμαῖος)incorruptus,inuiolatus,caſtus,totus,plenus,ſanctus: ſi de ætate dicitur , intelligitur ea quæ in flore conſiſtit, ſcilicet iuuentute, in qua robur uiuidum,& ſanguis adhuc integer eſt,qui ætate in ſenium uergente minuitur. Terent.And.Egregia forma,atq; ætate integra.Integer æui,(ἀκμάζων) dicitur adoleſcens. Integrum mihi eſt,(περιγίνεται,περίεστι) ſignificat utile eſt : nã illa res dicitur integra,quæ intacta, & immutata eſt.Rurſus integrum eſt, ſignificat in arbitrio eſt & poteſtate.Cic.pro Rabirio:Ego autem,ſi mihi eſſet integrum, id eſt in mea poteſtate eſſet. Integer, firmus, uegetus, ſobrius. Cic.de Nat.Deor.Integrũ ſe ſeruare,pro neutri parti ſe addicère.Cic.ad Attic.7. Quòd me amiciſſimè admones , ut me integrum , quoad poſſim, ſeruem,gratum eſt. In integrum reſtituere . eſt damnum rei alicui illatum reſarcire. Cic.7.Verr. Vt damnati in integrum reſtituantur, uincti ſoluantur. Hinc aduerb. Ab integro,denuo,rurſus.ἐξ ὑπαρχῆς.Vergil.Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. De integro,idem. Terent.in Heaut.Ratio de integro ineunda eſt mihi.

Īntegrăſco,is.n.t.idẽ quod integror. αὐξάνομαι. Teren.Hoc malum integraſcit.ubi Donat.Integraſcit,id eſt,integratur.

Īntegro,as.a.p.pen.cor.perficio. ἀποτελέω,ἐπισκευάζω. proprie tamen ſignificat rurſus inchoo,inſtauro ſiue innouo.Vergil.Ramoq́; ſedens, miſerabile carmen Integrat. Ab hoc fit deintegro,& reintegro.

Īntegrĭtās,atis.f.t. innocentia.Cic.3.Verr.Mulierem eximia pulchritudine,ſed eam ſumma integritate pudicitiaq́; exiſtimari. Interdũ corporis ualetudinem ſignificat. Cic.5.de Finib. Quod cumulatur ex integritate corporis.

Īntegrē,aduerb.purè,ſyncerè, caſtè : ut Integrè uiuere,apud Cic.4. de Finib. Incorruptè atq; integrè iudicare.

Īntĕgo,is.ere.a.t.idem quod ſimplex tegere. Cæſar 2.Bel. Ciuil. Integebantur porticus lignis coniunctis inter ſe.

Īntĕgŭmĕntŭm,ti.n.ſ.quod quid integitur. Liu. 10.Bel. Mace. Deorum capita quæ in lectis erant,auertũt ſe,lanaq́; cum integumentis, quæ Ioui appoſita fuit,decidit.

Īntēllēctŭs, us. m. q . pars animi rationalis, quã cuncta percipimus. σύνεσις,νοῦς,ἐπίνοια.Plin. lib.10. ca.35. Columbis ineſt quidã gloriæ intellectus. Intellectus pro ſignificatione. Quintil.lib.7.cap.10. Verba quædam diuiſos intellectus habent.

Īntēllĭgēns,entis.om.t.ſciens,ſapiẽs,doctus,prudens:nomen ex participio.Terent.in Eunuch. Dij immortales,ſtulto intelligens quid intereſt?

Intelligentia. æ. intellectus , prudentia. uide intelligo. Intelligenter, aduerb. Cice.in Partit. Sumuntur autem trium rerum gratia:ut amicè,ut intelligenter,ut attentè audiamur.

Īntēllĭgĭbĭlĕ,quod mente percipi poteſt.νοητόν.

Īntēllĭgo.is.a.t.pen.cor.ex inter, & lego , quaſi

in interioribus lego: ſignificat uidere, & mente percipere. ἰνοέω, νοέω, συνίημι. Terent. Quantum intellexi modò ſenis ſententiam de nuptijs. Vnde intelligentia νόησις, σύνεσις. ipſa mentis perceptio. Cicero lib. 1. Offic. Explica, atque excute intelligentiam tuam. Huius compoſitum eſt, Subintelligo, quod eſt mediocriter intelligo.

Intĕmĕrātă ſacra dicuntur, quæ ritè perfecta ſunt, & ut ratio ſacrificij exigebat. ἀμόλυντος. Verg. 3. Aen. Ad cœlum cum uoce manus & munera libo Intemerata focis.

Intĕmpĕriæ, arum f. p. erant quædã deæ habentes uim nocendi, & per intemperãtiam ſæuiendi. ἀκρασία, μανίαι. Plaut. Laruæ hunc, atq; intemperiæ agitant ſenem.

Intĕmpĕriēs, ei. f. q. & intemperantia: ut cœli intẽperies, (δυσκρασία τοῦ ἀέρος) Liu. 8. Ab urbe: Fœdus inſequens annus ſeu intemperie cœli.

Intĕmpĕrāns, tis. om. t. immoderatus, intemperatus, qui ſe in omni libidine effundit. Cic. de Senect. Libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti.

Intĕmpĕrāntiă, æ. f. p. incontinentia, inſolentia. Cic. 4. Tuſcul. Omnium autem perturbationũ fontem eſſe dicunt intemperantiam.

Intĕmpĕrāntĕr, aduerb. immodeſtè, incõſtanter. Cic. 1. Philipp. Nimis iracundè hoc quidem, & ualdè intemperanter. Intemperatè, aduerb. inſolenter. Cic. de Vniuerſ. Qui autem immoderatè & intemperatè uixerit.

Intĕmpĕrātŭs, a, um. contrarium temperato: ut, Intemperatiſſimæ perpotationes, apud Cice. in Piſon. Et intemperatiſſima pecus, ibid.

Intĕmpĕſtă nox, (ἀωρονυχία) Varro lib. 4. De lingua Lat. Inter ueſperuginem & iubar dicta nox intempeſta. Intempeſtam Aelius dicebat, cum tempus agendi eſt nullum, quod alij conticubium appellarunt, quòd ferè omnes tunc cubarent. Alij ab eo quod ſileretur, Silentium noctis, quod idem Plautus tempus, conticinium uocat. Verg. 1. Geor. Aut intempeſta ſilet nox. Vbi Seruius: Intempeſta, media, hoc eſt nimiũ obſcura. Intempeſta dicta eſt nox media, inactuoſa, carens actibus, per quos tempus dignoſcimus. Vnde eſt, Intempeſtiuè ueniſti, id eſt ἀκαίρως. ergo intempeſta dicitur, quia caret tempore. hæc Seruius.

Intĕmpĕſtās, atis. f. t. intemperies: ut Intempeſtas cœli, hoc eſt iniuria. Plin. 18. cap. 6. Malum patremfamiliãs, quiſquis inter diu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cœli.

Intĕmpĕſtīuŭs, a. um. quod præter tempus fit. ἄκαιρος, ἄωρος. & eſt cõtrarium opportuno. Cic. De Amic. Nunquam intempeſtiua, nunquam moleſta eſt amicitia.

Intēndo, dis. a. t. ſignificat extendo. ἐντείνω, ἐκτείνω. tractum à uenatoribus, qui retia intendunt ad captandas feras. uel à ſagittarijs. Cic. in Catone: Intentum animum tanquam arcum habebat. Et intendo, eſt animaduerto, diligenterq; intueor. ἐφίσταμαι. Verg. Intenti expectant ſignum. Item dirigere. Salluſt. in Iug. In regnũ Adherbalis animum intendit. Item innectere, illigare. ἐμπλέκειν. Verg. Et ſtupea uincula collo Intendunt.

Intēntŭs, ſiue intenſus, a. um. o. ſ. participium, ſiue nomen ex participio, porrectus. τεταμένος. Cic. de Orator. Voces & chordæ ſunt intentæ. Intentus, attentus, diligens. Liu. 1. ab Vrbe: Operi certè, id quod cõſtat, agreſti intentus, &c.

Intēntŭs, us. ui. m. q. pro intentione & expanſione: ut Intentus palmarum, cuiuſmodi fieri uidemus in ſeditione & diſcordia, aut reclamatione alicuius turbæ. Cic. pro Seſt. Voces quidẽ & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnem profuderunt.

Intēntātŭs, a. um. o. ſ. nõ expertus, non tentatus. ἀπείρατος. Plin. lib. 17. cap. 7. Quid enim intentatum Græcis?

Intēntio, onis. f. t. (σύντασις, ἐπίτασις) propriè idẽ eſt quod extenſio, cui opponitur laxatio uel remiſſio. Colum. libro 6. cap. 6. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, neruorum intentio. Cice. 1. Tuſcul. Intentio uocis, quæ & uociferatio dici poteſt. Intentio, mens, animus, phantaſia, eſt animaduerſio & diligẽtia, qua animus ad quod intenditur, dirigitur. Plin. in Epiſt. Tu ergo intentionem ſcribentis accommodes. Intentio, diligentia. Plin. in Epiſt. Vt tantum curæ intentioniſq; ſuſcipere & poſſint, & uelint. Intentio, apud oratores, oratio crimen debitum ue alicui obijciens. Cic. 1. de Inuent. At ſi quæ intentionis depulſio non eſt. Intentio, augmentum, incrementum. Gellius libro 14. cap. 5. Ve particula, ſicuti quædam alia, tum intentionem ſigniſi-

gnificat, tum minutionem.

Ĭntĕnto, as. a. p. ab intendo, ſignificat minor. ἀπειλῶ, προτείνομαι, ἐπανατείνομαι. Verg. 1. Aeneid. Præſentemq́ uiris intentant omnia mortem. Intentare, tentare ſiue experiri, num aliquid poſſimus facere. Liu. 8. Bel. Maced. Cum intentaſſent magis, quàm iniſſent certamen, Aetoli abſceſſerunt.

Ĭntĕr, (παρὰ cum accuſatiuo) præpoſitio eſt, ab In deducta, quæ ſeparatur & componitur. Separata ſignificat μεταξὺ. Gell. Inter os & offam multa interuenire poſſunt. Aliquando in medio quorundã, ut inter reges, inter uicinos. Inter falcarios, dixit Cic. in Catil. pro eo quod eſt, In eum locum ubi falcarij cõueniunt. Compoſita uerò modò ſignificant de medio, aut è medio, ut Intercipio. Modò totum, ut interbibo. Modò facti priuationem, ſiue deſtructionem, ut Interficio, Interimo. Et in hac ſignificatione multitudinem totã ſimul peremptam, ſiue in totum ſimul cõplectitur, ut Interneco. Modò ſignificat maximè, ut Interdico, Interminor. Componitur autem ferè cum omnibus literis, & integra manet.

Inter opus, Inter hæc, Vide infra.

Ĭntĕrānĕŭs, a. um. (ἐντερα) ab intra fit: ſicut extraneus, ab extra, et ſignificat inteſtinum. Plin. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea.

Ĭntĕrārēſcĕrĕ, n. t. eſt penitus areſcere, hoc eſt aridum fieri & languens. διαναίνεσθαι. ſicut interbibere.

Ĭntērbibo, pen. cor. totum bibo. διαπίνω. Plaut. in Aulul. Quæ mihi interbibere ſola.

Ĭntērbīto, as. are. n. p. interuenire. Plaut. in Moſtel. Hic ego tibi præſidebo, ne ulla interbitet quæſtio. uerbum eſt antiquum.

Ĭntērcălāris, & hoc re, om. t. quod inſeritur. παρεμβεβλημένος, ἐμβόλιμος. Vt intercalaris menſis dictus eſt, quo inſerebantur dies qui deerãt ad cõplendum annum. Is autẽ menſis erat Februarius, quoniam erat ultimus anni. Intercalares Calendæ, dicuntur Calendæ menſis intercalaris, id eſt Februarij. Alij intelligunt Calendas Martias. Cic. ad Ligar. fami. 6. Ego tamen cum ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrum tuorum ueniſſem manè ad Cæſarẽ. Intercalares dies, (ἐπακτὰς ἡμέρας) Græci emboliſmos ſiue hyperbolicos nominant. In tercalaris uerſus, quî frequenter inter aliquos uerſus interponitur, ut eſt apud Verg. Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus.

Ĭntērcālo, as. are. a. p. interſerere, ſeu interponere. παρεμβάλλω, παρεντίθημι. Plin. lib. 18. ca. 25. Ita ut XII. annis continuis non intercalaretur. Intercalare, differre. Liu. 9. Ab Vrbe.

Ĭntērcălārĭŭs, a. um. idem quod intercalaris. Cicero 4. Verr. Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadragintaquinque dies longum.

Ĭntērcăpēdo, inis. f. t. penul. produ. interſtitium temporis, mora in medio alicuius rei poſita, ſiue tempus de medio eius captũ & diuiſio. διάστημα, διάρεσις, διαχώρημα. Feſtus: Intercapedo, tempus interceptum, cum ſcilicet mora eſt ad capiendum. Cice. Tironi famil. 16. Itaque iam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe.

Ĭntērcēdo, is. pen. pro. ſſi. ſum. n. t. interuenio cõciliandi gratia. προβαίνω, μεσιτεύω. Apuleius. Dum pro inope ac calamitoſo intercederem. Aliquando ſignificat medium eſſe, ſiue de loco, ſiue de tempore dicatur. διαγίνεσθαι. Cic. libro 2. de Orat. Vix annus interceſſerat. De uerbis quoq; dicitur quaſi in medium opponere, (διαπορεύομαι) ut Tribuni interceſſerunt. hoc eſt, oppoſuerunt ſe, & rem impediuerunt, contradixerunt. Dicimus etiam Intercedit mihi tecum neceſſitudo, id eſt amicitia. Cicero Appio Pul. famil. 6. Veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt. Gell. pro inhibere ac coërcere poſuit, Ne ſibi, inquit, intercedamus, quo minus ſuapte ui liceat. Et propriè interceſſio. διαπορεία. Tribunorum erat, quibus ius fuit intercedendi. hoc eſt uetandi, prohibendiq́.

Ĭntērcēſsio, onis. f. t. quæ uulgò oppoſitio dicitur. Cæſar 1. Bell. Ciuil. Refertur ſtatim de interceſſione Tribunorũ. Interceſſioni cedere, uel prouocationi, hoc eſt non procedere ultrà, & admittere oppoſitionem. Interceſſor, oris. is quem uulgus oppoſitorem uocat. Cic. 3. de Legib. Parêre iubet lex interceſſori.

Ĭntērcīdo, is. pen. pro. cidi. ciſum, a. t. ex inter, & cædo, æ diphthongo in i productam mutata, ſignificat in medio ſeco. ut, Intercidere pontem. διακόπτω. Cæſar lib. 2. Hinc intercæſa hoſtia di-

ſtia dicitur & porrecta. & Interciſi dies, Macrobius lib. 1. Saturn.

Ĭntĕrcīſē, aduerb. ſectim, & per inciſiones. Cice. in Parit.

Ĭntĕrcĭdo, is. n. t. pen. cor. à cado componitur, & præteritum intercidi, ſupinum intercaſum facit, ſignificatq́; inter hæc, ſiue inter illa aut iſta, ſiue inter ea deficio, ac pereo. διαπίπτω, διακαίπτω. Cic. pro Deiot. Pereant amici, dum unà inimici intercidant. Intercidere pro cadere. Liuius 6. Bel. Pun. Ita in arcto ſtipatæ erant naues, ut uix ullum telum in mari uanum intercideret.

Ĭntĕrcĭno, nis. n. t. pen. cor. in medio cano. παρᾴδω, διακωλύω. Horat. in Epiſt. per translat. dixit: Ne quid medios intercinat actus, Quod non propoſito conducat. hoc eſt nihil ſcribat, quod non ad propoſitum faciat.

Ĭntĕrcĭpio, is. a. t. pe. cor. de medio, uel inter hæc capio, uel aliquem inter aliquid agendum occupo. ὑποτέμνομαι, ἀπολαμβάνω, μεσολαβέω, διαλαμβάνω. Cice. pro Cluent. Id cum daretur in mulſo, Balbutium quendã eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe, ſtatimq́; eſſe mortuum. Intercipere regnum, Plin. De uiris illuſtr. Intercipere uictoriam, Idem in Panegy. Interceptus mortalitate, præuentus, præditus. Idẽ in Epiſt.

Ĭntĕrclūdo, is. a. t. pen. prod. ab iter, & claudo: in quo n euphoniæ cauſa interiectum: eſt iter impedire, quaſi iter claudere. ἀπολαμβάνω, διείργω. Cic. ad Terentiam famil. 14. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, ut cum uelitis exire, non liceat. Pro impedio tamen ſumitur. Verg. Sæpe illos aſpera ponti Intercluſit hyẽs.

Ĭntĕrcŏlūmnĭūm, (μεσοστύλιον) uide Columna.

Ĭntĕrcūrro, is. ere. a. t. intercurri, intercurſum: interuenire, & intercedere ſignificat, ait Bud. Cic. 8. Philip. Qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis, hos contempſit. Intercurſo. as. are. frequent. Plin. lib. 29. cap. 4. Intercurſus. us. ui. interuentus, interceſſio. Liuius 2. Ab Vrb.

Ĭntĕrcūs, utis. om. t. pen. prod. morbus intra cutem exiſtens. ὕδερος, ὕδρωψ. Quando adiect. ponitur pro inteſtinis. Cic. 3. Offic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad quam intercutem, &c.

Ĭntĕrcūtānĕūs, a. um. quod intra cutem eſt.

Ĭntĕrdīco, a. t. pen. prod. maximè prohibeo. παραγγέλλω, ἀπαγορεύω, εἴργω. Interdicitur autem locus, homo, res. Aliquãdo tamen res quæ prohibetur, & is cui fit prohibitio, in nominatiuo paſſiuè poni ſolent. Liu. libro 8. Interdictumq́; mare Antiati populo eſt. Metellus, Illi uero omni iure atq; honeſtate interdicti ſunt. Sæpius tamen cum ablatiuo. Cic. in Cat. Male rem gerentibus patrijs bonis interdici ſolent. Sunt etiã qui per accuſatiuum proferant. Sen. lib. 3. de Ira, Si iubet Cæſar, ſtatim illi domũ meam interdicam. Sed frequentior uſus eſt, ut poſt datiuum iungatur ablatiuus. Quandoq; ſignificat obſtare, & tunc duntaxat cum datiuo conſtruitur. Cic. in Verr. 4. Si pater improbus cui nemo interdicere poſſit, det quẽ uelit, iudicẽ.

Ĭntĕrdĭctūm, cti. n. ſ. participium, & nomen eſt. παράγγελμα, ἀπόρρημα. Nam interdicta, ſunt formæ & cõceptiones uerborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat. Cic. pro Cecin. Ad quæ interdictũ pertineret.

Ĭntĕrdūctūs, us. m. q. pro illis ueluti diſtinctionibus, quæ inter ſententias à librarijs duci ſolent. Cic. in Orat.

Ĭntĕrdiū, (μεθ' ἡμέραν) aduerb. temporis, ſignificat per diem, cui contrarium eſt noctu. Cato de Ruſt. Canes interdiu clauſos eſſe oportet. Dicitur & interdius, Plaut. in Moſt. Sed quid hoc? occluſa ianua eſt interdius.

Ĭntĕrdūm, aduerb. ex inter & dum, quod antiqui interduatim dicebant, & ſignificat nonnunquam. ἐνίοτε. Teren. Eun. Cibum nonnunquã capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Ĭntĕrĕā, (μεταξὺ, ἐν τούτῳ) poteſt eſſe aduerb. temporis & loci: compoſitum ex duobus integris, inter & ea. Teren. in Hecy. Quid interea? ibat' ne ad Bacchidem? Vbi Donatus: Interea, inter eos dies. Interdũ ſignificat Tamen. Vergil. 1. Georg. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

Ĭntĕrĕo, is. interij, in totum morior, deſtruor, id eſt anima & corpore. διαφθείρομαι, ἔῤῥω, ἀφανίζομαι, παραπόλλυμαι. Terent. Perij, interij, cur mihi id nõ dixit? Hinc interitus, us. ἀναίρεσις pro morte, cum ſit ſeparatio quædam: ex eo dictus, quòd eat medius inter animã & corpus. Cic. lib. 1. Tuſc.

Ĭntĕrĭtio, onis. f. t. uerbale: idem quod interitus.

Ĭntĕrē-

Intĕrĕquĭto,as.a.p.in medio equito. διιππεύω. Cæſar lib.6.Ordines interequitant.

Intĕrēſt,id eſt refert,ad rem eſt,differt,diſtat, cõponitur ex in & re, & eſt: ſiue ex inter & eſt,ut ſit, quaſi in re eſt. διαφέρει. Unde mea intereſt,in re mea eſt,hoc eſt in mea utilitate. ideoq; conſtruitur cum his ablatiuis, mea, tua,ſua,noſtra, & ueſtra & cuia,ſiue ſit perſonale,ſiue imperſonale, cum in alijs nominibus genitiuo iungatur, ut Socratis intereſt: id eſt in re Socratis eſt. Ponitur quandoque ſine aliquo caſu. Plin.li.9. Seri etiam radices illitas fimo intereſt. Cicero genitiuo iunxit, cum ait, Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Nam hæc nomina, magni,parui,tanti,quanti,& aduerbia, facile,multum,plus,plurimum, parum, paulum, paululum,pauxillum,nihil,nunquid,aliquid, magis, minus, maximè, minimè, iunguntur cum his uerbis, intereſt, & refert: ut minimè intereſt, minimè refert. Significat interdum præſentem eſſe, & ſic conſtruitur cum datiuo. Cice. Lentulo, Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negocijs non interfuit ſolum,ſed etiam præfuit. Interdum in medio eſſe. Liu.2. Belli Pun. Id morari uictoriam rati,quod intereſſet amnis.

Intĕrfāris,interfatur,interfari:loquentem inter rumpere. Plin. in Epiſt. Et quem interfari nefas eſſet. Interfatio, uerbale. Quintilianus libro 4. Interim expediet narrationes breuiter interfatione diſtinguere.

Intĕrfœ̄mĭnĭŭm,nij.n.ſ. τὸ γυναικεῖον. Apuleius appellat genitalia muliebria,eo quòd inter fœmina ſint collocata.

Intĕrfĭcĭo,cis.pen.cor.ſignificat occidere. Cæſ. 7.Bel.Gal. Equitem Romanum interficiunt. Quod etiam de inanimatis dicitur. Vergil. Ter ſtabulis inimicum ignem, atq; interfice meſſes. id eſt perde,& crema.

Intĕrflŭo,per mediũ fluo. διαῤῥέω. Liui.7.Bel. Punici: Et Aetoli nauibus per fretum quod Naupactum, & Patras interfluit.

Intĕrflŭŭs,a.um.quod interfluit. Plini.lib.6.ca.26. Interfluo Euphrate. id eſt interfluente.

Intĕrfŭndo,a.t.per mediũ fundo. διαχέω. Plinius libro 2. Idem Oceanus interfuſus intrat per tot maria.

Intĕrhæc,(μεταξὺ)aduerbium, eiuſdem ſignificationis cum Intereà.

Intĕrĭăcĕo,es.pen.cor. διάκειμαι. uide in Iaceo.

Intĕrĭbi,(ἐν τῷ μεταξὺ)aduerbium,idem ſignificat quod interea. Gellius libro 3. capite 7. Conſul interibi dum ea pugna fit, ſe in locos ſubducit tutos atq; editos.

Intĕrĭĭcĭo,is.a.t. παρεντίθημι, παρεμβάλλω. pen. cor. inter aliquid iacio,interpono,intermitto. intermiſceo. Cæſar li.7. Galli inter equites raros ſagittarios, expeditosq; leuis armaturæ interiecerant. Hinc interiectio pars orationis, quæ in oratione interponitur.

Intĕrĭectŭs,us. ui.m.q. ipſe interijciendi actus. Cicero 2.de Natura Deorum. Interpoſitu interiectuq; terræ.

Intĕrĭectĭo, interpoſitio, & inſertio. Quintil. lib.8.cap.2. Etiam interiectione, qua & oratores & hiſtorici frequenter utuntur.

Intĕrĭm,pen.cor.aduer. temporis,ſignificat intra hoc tempus. μεταξὺ. Teren. And. Funus interim procedit, ſequimur. Ponitur & pro aliquando. ἔσθ᾽ ὅτε. Quintilianus, Sed quia interim excuſantur hæc uitia aut conſuetudine,aut authoritate,&c.

Interimentum,ti.n.ſ. βλάβη. uide in Detrimentum * Melius Intrimentum.

Intĕrĭmo,mis.a.t.pen.cor.interficio, uita priuo. ἀπαλλάττω, ἀφανίζω, διαφθείρω. Plautus in Ciſt. Accurrite, ne ſe interimat.

Intĕrĭŏr,oris.com.t. ἐνδότερος. & interius. ab interus antiquo poſitiuo.

Intĕrĭungo,is.a.t.ſubſiſto,(ἀνίσταμαι) tractum à curru, cuius rotæ interiecto ſude ſiſtuntur, ut quieſcat. Interiungere dextras, quod & iungere dextram dextræ dixit Vergil. Liuius 2.Bel.Pun. Tum dextræ interiunctæ.

Intĕrlĭno,is.ire.a.q.atramento, uel aliqua alia re ſuperinducta picturam uel ſcripturam deſtruere. καταξέω, καταλείφω, ἀναφέρω, περιγράφω. Cic.4. Verr. Corruptæ,atq; interlitæ tabulæ.

Intĕrlŏquŏr,eris.d.t.pen.cor.alio loquẽte ſermones intermiſcere, ac quodãmodo interturbo loquentem. ὑποβάλλω, παρεγγράφω, παρεμβάλλω λόγον. Terentius in Heaut. Siccine mihi interloquere?

Intĕrlūcĕo,ces.n.ſ.penul.prod.in medio luceo, uel interea luceo, uel inter aliquid luceo. παρεμφαίνω.

γιμωχένω. Liu. 9. Bel. Pun. Duos ſoles uiſos, et noctu interluxiſſe.

Intērlūco, cas. penult. product. ramos, ſeu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo reſecare: & à luce deductum uidetur, quòd cũ cæduntur rami, lux fiat ipſi arbori amplior. διαλαθαίρω. Plinius libro 17. cap. 23. Inter lucatio, uerbale. Plin. 17. Interlucatio arboribus prodeſt. Eadem dicitur Collucatio, apud Catonem, & Varronem.

Intērlūnium, nij. n. ſ. dicitur id ſpacium temporis, in quo nec amplius Luna uetus apparet, nec adhuc noua uidetur: quia radijs ſolaribus operta ſit, non autem è regione. μεσοσέληνον, σύνοδος. Plin. lib. 7. capite 5.

Intērlŭo, luis. a. t. interfluo. διακλύζω. Claud. li. 1. Mutauere ſitum, rapuit confinia Nereus Victor, & abſciſſos interluit æquore montes.

Intērmĕdiŭs, a. um. interiacens. Cicero in Oratore, Eſt autem quidam interiectus, intermedius & temperatus.

Intērmĕo, as. are. a. p. per medium meare, & fluere. Plin. li. 5. cap. 30. Longéq; clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

Intērmēſtris Luna, dicitur interlunium, & coitus Lunæ. σύνοδος. Plinius libro 16. Intermeſtri Luna, atque dimidiata ne tangas materiam. Intermeſtruum idem eſt. Varro libro 1. De re Ruſtica, Veniat ad intermeſtruũ.

Intērmĭco, cas. a. p. penult. corr. in medio ſplendeo. διαστίλβω. Claud. libro 1. Rutilum ſquammis intermicat aurum.

Intērmĭnŏr, aris. d. p. penul. cor. maximè minor. ἐπαπειλέω, ἰσχυρομάχομαι. Plautus in Aſin. Mihi tibiq; interminatus eſt.

Intērmĭnŭs, a. um. quod non habet terminum. ἀπέραντος. Sidonius ad Fontel. Dominis Simplicio et Appollinari intermina interceſſione uos comperi.

Intērmĭnātŭs, a. um. idem quod interminus.

Intērmitto, tis. a. t. ad tempus omitto, ceſſo. διαλείπω, ἐπέχω. Cice. Etſi ego id tempus intermiſeram, potius quàm omiſeram.

Intērmiſsŭs, us. m. q. Plinius libro 10. capi. 29. Garrulus ſine intermiſſu cantus.

Intērmiſsio, onis. f. t. uerbale, uacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cicero 2. de Natura Deorum.

Intērmŏrĭŏr, eris. d. t. penitus morior, ſeu intra hæc morior. παραπόλλυμαι. Bithynicus: Peto à te, ut nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimes. Intermortuũ uero, Latini dicũt eum, qui inter mortem uitamq; ex dolore procumbit, ſimilis expiranti. Plini. 11.

Intērmŭndĭŭm, dij. n. ſ. ut intercolumnium dixit Cice. li. 1. De Finib. Indiuidua cum dicitis, & intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus.

Intērnĕco, as. a. p. penul. cor. ſimul interficio, & multitudinem totam fermè complectitur. ἀπομέρνω, φονεύω. Plaut. in Amphit. Legiones reueniunt domum, internectis hoſtibus. Hinc internecio. πανωλεθρία. uitæ priuatio. Liu. 9.

Intērnĕcĭnŭs. a. um. πανωλέθριος. quod ad internecionem pertinet. Unde internecinum teſtamentum dicitur, propter quod dominus eius (necatus eſt.

Intērnōdĭŭm, dij. n. ſ. φάλαγξ. ſpacium in digitis, ſiue in uite inter nodum & nodum. τὸ μέσον τῶν ἀρμάτων. Col. 3.

Intērnōſco, inter alios, ſiue alia noſco. διαγινώσκω.

Intērnūncĭŭs. cij. m. ſ. qui inter alios medius eſt ad aliquid tractandũ, & modò huic, modò illi per uices nunciat. διάκτορος. Plau. in Amph. Huius fœmininum eſt Internuncia.

Intērnŭs, a. um. o. ſ. interaneus, & internè ab intra.

Intĕr opus, ſignificat, dum operatur. Tibul. Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Intĕro, is. ere. a. t. idemquod terere, uel intus aut ſimul terere. Teren. in Phor. Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

Intĕrōrdĭnĭŭm, nij. n. ſ. ſpacium quod eſt intra ordines. τὸ μεσόρχιον. Columel. Minimum eſt quinq; pedũ interordinium, ſeptem maximũ. Hinc interordinarius. a. um. Idem: Cõſitis pluribus interordinaria ſemina malleolis. Sic interordo. inis. Colum. lib. 6. Ut iacens non excedat interordinis ſpacium.

Intērpēllārĕ, a. p. eſt loquentem, uel aliquid agẽtem interrumpere. διακόπτειν, παρεμποδίζειν τῷ λέγοντι. Cic. 1. Tuſc. Sed nihil te interpellabo, continentẽ orationem audire malo. Hinc interpellatores dicti. Cic. In literis ſine interpellatore uerſor. Aliquando rogare. Val. Max. lib. 3. Cato, rogatus, ut ſocios apud auunculũ adiuuaret, conſtanti uultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde ac ſæpius interpellatus,

tur, in propoſito perſtitit.

Interpŏlārĕ, a.p. renouare eſt & immutare, uel inſtaurare, & rebus uetuſtis formam nouam inducere. Tractum ab arte fullonia, qui polien do uellera quæque in nouam ſpeciem mutant. Plaut. in Amph. Illic me homo interpolabit, meumq́ os finget denuo.

Interpŏlātōrĕm, (παλιγκαπηλον) uocamus, qui antiquas ueſtes resarcit, ac renouat, ut facilius uendat.

Interpŏlātrix, icis. f. t. (ἀνακναφεῖα) mulier quæ antiquas ueſtes renouat, ut eas facilius uendat. Pomponius: Interpolatricem accerſi re oportet, quæ huic ueſtem adducat.

Interpŏlis & hoc le. om. t. παλιγκναφος. Plinius lib. 19. Eſt quidem eius natura interpolis, rurſusq́ quamlibet uetuſtum nouo miſcetur. Per translation. mulieres etiam interpoles dicuntur, quæ uicia deformitatis arte occultant. Plautus in Moſtel.

Interpŏlŭs. a. um. idem quod interpolis: hoc eſt renouatus. παλιγκναφης. Labio lib. Poſter. Si ueſtimenta interpola quis pro nouis emerit.

Interpōno. is. ere. a. t. interijcio, in medio colloco. Cic. de Amic.

Interpŏsĭtŭs, uerbale: & Interpoſitus. us. ui. m. q. idem quod interpoſitio. Cic. 2. de. Nat. Tum ipſa incidens in umbram terræ, interpoſi tu interiectuq́ terræ repente deficit.

Interprĕmo, is. a. t. penul. cor. intercludo. Plaut. Qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.

Interprēs, etis. com. t. (προφήτης, ἑρμηνευτής) explanator, internuncius, & qui in aliqua re agenda medius eſt, & ueluti conciliator, & author. πρόξενος. Verg. 4. Aen. Tuq́ harum interpres curarum, & conſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dicuntur, per quos indicitur pactio. Interpres uaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Cic. de Diuin. Interpretes poëtarum grammatici. Interpres item qui cōuertit ex una lingua in aliam. Cic. Opt. gen. Orat. Nec conuerti, ut interpres, ſed ut orator.

Interprĕtāmentŭm, ti. n. ſ. (ἑρμήνευμα) interpretatio. Gell. Ex quibus diuerſa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus.

Interprĕtŏr. aris. d. p. pen. cor. expono, explico, explano. ἑρμηνεύω, ἐξηγέομαι. Cic. De Offic. Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari uelis, quam ſtudium ſapientiæ. Interpretari, pro iudicare. Liu. 1. ab Vrbe, Recte an perperam interpretetur, fuerit iſta eius deliberatio, qui bellum ſuſcepit.

Interpūnctŭs, a. um. quod punctis diſtinctū eſt. Cicero 2. de Orat. Sed & feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis, & interpuncta ſermonibus. Interpunctum. cti. neut. gen. diſtinctio. Cicero 1. de Ora. Clauſulas, & interpuncta uerborum. Interpunctio. onis. idem quod interpunctum. Cice. pro Mur. Res enim ſunt paruæ atq; interpunctionibus uerborum occupatæ.

Interpŭto. as. n. p. pen. cor. quaſi per circuitum putare, & purgare, διατέμνω. Colum. lib. 5. Roſam omnibus annis fodi ante Calen. Martias, & interputari oportet.

Interquĭēſco, is. ere. n. t. idem quod quieſcere. Cic. de Clar. Ora. Cum hæc dixiſſem, & paululum interquieuiſſem, &c.

Interrādo, dis. a. t. penult. prod. circumradere. Plin. lib. 15. cap. 1. Oleæ attondentur ſicut & uites, atque etiam interradi gaudent. Interradere, pro limare, & polire. Plin. lib. 35. cap. 1. Parietes toti operiantur; uerum & interraſo marmore.

Interrāsĭlis, le. limatum. Plin. lib. 12. cap. 20. Coronas ex cinamomo interraſili auro.

Interrēgēs, gum. m. t. (μεσοβασιλεῖς) proprie dicti ſunt centum patres, qui mortuo Romulo donec alius rex crearetur, Rempub. gubernabant.

Interrēgnŭm. ni. n. ſ. μεσοβασιλεία. regni interuallum, & ſpatiū temporis, quouſq; loco demortui alius ordinatur. uide in Reges.

Interrŏgo, is. a. p. (ἐρωτάω, πυνθάνομαι) ex inter & rogo, peto aliquid ab aliquo noſcendi gratia. Cic. in Parti. Si ego te uiciſſim eiſdem de rebus interrogabo. Ab hoc interrogatio, (ἐρώτησις.) Interrogatorium, & interrogatiuum, (ἐρωτηματικόν) deducuntur.

Interrŭmpo, pis. act. t. per medium, ſeu in medium rumpo. ἀπορρήγνυμι, διαρρήγνυμι. Cice. Plancio, Pontes quos feceram interrupi.

Interrūptē, aduerb. inciſe, uel cæſim, aut diuiſe. Cic. 2. de Orat. Erit autem perſpicua narratio, ſi non interrupte narrabitur.

Īnntērſcālmĭūm, mij. n. ſ. remiges ſunt qui ſcalmis hærent: id eſt labro nauis, ubi remi adnexi ſunt. A quo interſcalmia, ſpacia inter remiges dicta ſunt. Bayſ. putat eſſe interſcalmium illud in naui, quod eſt inter ſcalmum, & ſcalmum. Eſt autem ſcalmus circus ille complicatus ex torto corylo, ſiue alio contumaci ligno, in quo remus tenetur.

Īntērſcăpĭlĭŭm, lij. n. ſ. proprie eſt ſpacium illud in dorſo quod inter ſcapulas eſt. σφονδύλιον. Higinus. In ſummo interſcapilio unam.

Īntērſcindo, is. a. t. in medio, ſiue per mediũ ſcindo. διακόπτω. Liui. Pontemq́ interſcinderent.

Īntērsēpĭo, pis. a. q. pen. pro. uelut ſepibus quibuſdam intercludo, uel intermedio. διείργω, διαλαμβάνω: ut, Interſepire urbem uallo, munire, Liuius 5. Bell. Pun.

Īntērsēptă, orum. n. ſ. διάφραγμα. pars naſi, quæ cartilagine nares diſcriminat.

Īntērsĕro, ſeris, interſeui, interſitum. a. t. pen. corr. in medio planto, ſemino, inſero ue. ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω. Gel. lib. 1. Eadem ratione qua ſecundi quatuor interſiti ſunt.

Īntērsĕro, ris. ſerui. ſertum. a. t. ſignificat interpono. παρεμβάλλω, ἐνίημι, ἐντάττω. Plinius in Epiſto. Prædia agris meis uicina, atq; etiam inſerta, uenalia ſunt.

Īntērsŏno, nas. a. p. pen. cor. ſignificat in medio ſono. διηχέω.

Īntērſpīro, as. a. p. pen. prod. de medio ſeu per medium ſpiro, meipſum à uehementi anhelitu per curſum, aut alium laborem grauem concitato reficio, interquieſco. διαπνέω, Cato: Dolium operculo operito, relinquito quà interſpiret. Hinc interſpiratio, uerbale. Cice. 3. de Orat. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, & cætera.

Īntērſtērno, nis. a. t. in medio ſterno διαστόρνυμι. Plinius libro 19. capite 2. Alij haſtulis tædæ ſubiectis, & ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accendunt.

Īntērſtinguo, guis. a. t. per interualla aliqua extinguo. διασβέννυμι. Feſtus, Ignis Veſtæ ſi quando interſtinctus eſſet, uirgines uerberibus afficiebantur à pontifice.

Īntērſtĭtĭŭm, tij. n. ſ. διάστημα. ſpacium & diſtantia inter aliqua. Higinius. Quod ab eo ſidere paruo interſtitio differt. Interſtitio. onis. ceſſatio, uacatio. Gell. lib. 10. capite ultimo. Interſtitium lunæ, dicitur interlunium. σύνοδος. Apuleius. Difficultas itineris, ac globoſi ſideris interſtitium.

Īntērſto, as. n. p. inter aliquid intercedo. διΐσταμαι. Vnde Interſtantia, & interſtitium.

Īntērsŭm, es, eſt, n. inconſ. præſens ſum, & quaſi in re ſum. παραγίνομαι. Significat etiam differre, diſcrepare. διαφέρειν. Terentius, Stulte intelligens quid intereſt?

Īntērtēxtŭm, xti. n. ſ. παρυφαντόν. Quod in medio textum aliquid habet, ut chlamys intertexta auro: id eſt Picturata uel acu picta, uel Phrygiata. Quintilian. lib. 8. cap. 5. Neminem deceat intertexta pluribus notis ueſtis.

Īntērtrăho, his. a. t. de medio traho. διελκύω. Plautus Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Īntērtrīgo, ginis. f. t. pen. prod. nomen ab interterendo deductum. παράτριμμα. Et eſt id malum, cum ſimul membra interteruntur, et confricantur accedente ſudore. Colum. lib. 7. Intertrigo bis die ſoluitur aqua calida.

Īntērtrīmēntŭm, ti. n. ſ. diminutio duarum rerum ſeſe inuicem affricantiũ, ſiue quod decedit ex intertritu earundem rerum ſeſe inuicẽ atterentium, damnum. Terent. Heaut. Nunc cum ſine magno intertremento nõ poteſt Haberi, quiduis dare cupis. Accipitur & pro euanida parte argenti, quæ ex incoctione deperit, apud Liu. 2. Belli Maced. & apud Cicero. 3. Verr. pro communi iactura, quæ accidit in expeditione alicuius negotij.

Īntērtūrbo, as. a. p. ualde turbo. διαταράττω. Terent. in Andr. Dauus interturbat omnia.

Īntēruăco, cas. n. p. penul. cor. in medio uacuus maneo. διαχάσκω. Col. lib. 5. Bulbus trepidaneis interuacantibus ſpacijs obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

Īntēruāllŭm, li. n. ſ. διάστασις, διάστημα. ſpacium quod eſt inter palos uallum. caſtrenſe conſtituentes: à quo omne ſpacium, interuallum eſt nuncupatum. Cicero ad Caſ. Primum ut te, quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo uiderem. Interuallatus. a. um. ut, Interuallata febris, quàm intermittentem, & reuertentem uocamus. Gellius lib. 17. cap. 12.

Īntēruĕllo, lis. a. t. de medio uello. διατίλλω. quod fit,

fit, cũ malas herbas à bonis extirpamus. Pli. 17. cap. 27. Omnia poma interuelli melius eſt.

Ĭntĕruĕnĭo, is. a. q. [Greek], pen. corr. in medio negocio quaſi ex inſidijs ſuperuenio, & opprimo in ipſo actu, qui rem celatam uellent. Teren. in Adel. Interuenit homo de improuiſo. Et eſt intereſſe. [Greek]. Cic. Quod non eſſet factũ, ſi ipſe interueniſſem.

Ĭntĕruentŏr, oris. m. t. Cic. de Fato.

Ĭntĕruentŭs, us. ui. m. q. actus ipſe interueniendi. Liu. 2. ab Vrbe. Interuentu collegæ ipſe exercitusq́ eſt ſeruatus.

Ĭntĕruĕnĭŭm, nij. n. ſ. quod eſt inter uenas terræ (τὸ [Greek]) Vitru. li. 8. Sed non per interuenia dilabantur, & decreſcant.

Ĭntĕruerto, is. a. t. ([Greek]) callide ſurripio: quod plerunq; fit, cum rem commodatam, aut creditam, dolo, ne domino reſtituatur, efficimus. Plautus in Aſin. Hem iſthuc ago, quomodo argentum interuertam. Interuertere pro ſubuertere, euertere. Paulus de Capitis diminutione, Quæ ſalua ciuitate accidit, publica iura non interuerti conſtat.

Ĭntĕruĭſo, is. a. t. pen. pro. quaſi interim uiſo. [Greek]. Cic. Mario: Teq; & iſtã rationem ocij tui, & laudo, & uehementer probo: quodq́ minus interuiſis, hoc fero animo æquiore.

Ĭntĕrŭlă, læ. f. p. pen. cor. camiſia. [Greek]. Valerius ad Rufinum, Quem ueſtire debuit interula, ueſtiuit interitu.

Ĭntēſtābĭlĭs, le. om. t. (ſimile apud Græcos [Greek]) qui iure teſtamentũ facere non poteſt, & cuius teſtimoniũ non accipitur. Caius de teſtamentis. Gell. li. 7. ca. 18. pro deteſtabili poſuit. [Greek]. Eos uſq; adeò inteſtabiles inuiſosq́ fuiſſe, ut tædium uitæ cœperint, necemq́ ſibi conſciuerint. Antiqui eos quos in teſtimoniũ dimitti nolebant, inteſtabiles uocabant: deteſtabiles, quorũ teſtimoniũ malum, & execrandum eſſet.

Ĭntēſtātŭs, a. um. o. ſ. dicitur ſolũ qui mortuus eſt nullo cõfecto teſtamento, ſed etiam cuius ex teſtamento adita non eſt hæreditas, ut inquit Paulus. Item cuius uerbis nõ adhibetur fides, qui ue teſtis eſſe non poteſt, [Greek]. Inteſtatus, nullis teſtibus conuictus. Plaut. in Curc. Hoccine pacto indemnatum atq; inteſtatum me arripi?

Ĭntēſtātō, aduerbium, ſine teſtamento. Cic. 2. de Inuentio. Si paterfamiliâs inteſtatò moritur.

Ĭntēſtīnŭs, a. um. [Greek]. pen. prod. quod eſt intimum: unde illa inteſtina dicuntur, quæ interiori corporis parte clauduntur. [Greek]. Cic. 2. de Natu. Ex inteſtinis autem, & aluo ſecretus à reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat. Inteſtinum bellum, ([Greek]) cum ciuitas ueluti in ſua uiſcera coniurat. Inteſtinum odium, dicitur uel occultum, uel magnum: hoc eſt cor & animum premens. Liu. 2. ab Vrbe, Inteſtino inter patres plebemq́ flagrabat odio. Inteſtinũ opus, quod ad ornatum ædium cõficitur ex ligno, Varr. li. 3. de ruſt. Et dicitur inteſtinũ neutr. gener. & inteſtinus maſc. Plin. 11. cap. 37. Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiens, quadã uia eodem inflectitur. Differunt tamen inteſtina à uiſceribus. [Greek]. illa enim inferiora ſunt, hæc ſuperiora. Celſ. lib. 4. A uiſceribus ad inteſtina ueniendum eſt. Alio nomine dicuntur interanea. Plinius.

Ĭntĭmŭs, a. um. o. ſ. [Greek]. ſuperlatiuum ab intra, hoc eſt maximè intrò. Cice. 6. Verr. In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum. Vnde Intimè aduerbium.

Ĭntingo, gis. a. t. [Greek]. ex in & tingo: madefacto, humecto. Plin. lib. 20. cap. 17. de aniſo, Viride aridum ue omnibus quæ condiuntur, quæq; intinguntur, deſyderatum. Vnde intinctus. us. condimentum ad obſonia condenda, quod nos saporẽ in cibis dicimus, Græci [Greek]. Colum. Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo uteris: [Greek] enim tingere eſt.

Ĭntŏlĕrābĭlĭs, le. om. t. quod tolerari et fieri non poteſt: ut, Intolerabilis dolor, Cic. 4. Acad. Intolerabilis auaritia.

Ĭntŏlĕrābĭlĭtĕr, aduerb. Colum. li. 1. cap. 4. Sunt quædam loca, quæ frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Ĭntŏlĕrāndŭs, a. um. o. ſ. idem quod intolerabilis. Cice. 7. Ver. O magnum atq; intolerandũ dolorẽ. Intoleranda hyems, Liui. 5. ab Vrbe.

Ĭntŏlĕrāns, antis. om. t. adiect. impatiens, impotens, qui tolerare non poteſt. Liui. 9. ab Vrbe: Quarum nemo intolerantior fuit. Intolerantiſſima laboris corpora, hoc eſt impatientiſſima, Liuius 10 ab Vrbe.

Ĭntŏlĕrāntĕr, aduerb. impotenter. Cice. 2. Tuſc. Poſsumus ne nos contemnere dolorẽ, cum ipſum Herculẽ tam intoleranter dolere uidea=(mus?

Ĭntŏlĕrāntĭă, æ. f. p. impatientia. Cic. pro Cluen. Quis illum cum illa ſuperbia atq; intolerantia ferre potuiſſet?

Ĭntŏmātă, tum. n. t. ſunt iumentorum tubera, quæ frequenter illis accidunt, Veget. 2. ca. 30.

Ĭntōndĕo, es. ere. a. ſ. circuntondere. Colum. lib. 11. cap. 23. Omnes radiculas amputes, & fibrarum ſummas partes intondeas.

Ĭntōnsŭs, a. um. o. ſ. non tonſus. Plin. lib. 6. cap. 28. Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine, barba abraditur. Intonſa coma, Cic. 3. Tuſc.

Ĭntŏno, as. are. a. p. idem quod tonare, & ſonum emittere. Cice. 1. de Diuin. Partibus intonuit cœli pater ipſe ſiniſtris. Intonare, pro iracundè dicere, & cum quodam uocis impetu loqui. Cicero pro Mur.

In totum, ex toto. Cice. de Ar. Quæſturamq; illam maximè fœcundam in totũ ad ſe redegit,

Ĭntōrquĕo, es. a. ſ. contrà ſeu intus torqueo, iacio. συστρέφω, στροβιλέω. Vergil. Sacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Item circumtorqueo. διαστρέφω. Columella libro 3.

Ĭntrā, (ἐντὸς) præpoſitio, ab in deriuatur. Lucanus, Intra caſtrorum timuit tentoria ductor. Intra cubiculum ſignificat in cubiculo. Aliquando ſignificat citra modum, id eſt minus quàm modice. Cice. Etiam intra modum, ut & illius uoluntati, & meis ſtudijs ſeruiam. Quomodo Intra ad ſpaciũ, & numerum referatur, uide infra. Ab intra, fit interius, à quo interior, intimus, (ἐνδότατος, μυχαίτατος, ἐνδόμυχος) internus, interaneus, intrinſecus, introrſum, intrarius, inteſtinus, intro. tras.

Ĭntrārĭŭs, a. um. o. ſ. qui intimus eſt. ἐνδόμυχος. Plaut. Charos mihi, atq; intrarios amicos.

Ĭntrāctŭs, a. um. Intractus equus, quaſi dicas indomitus. Cicero de Amic. Nemo eſt qui nõ eo, quo conſueuit, libentius utatur, quàm intracto & nouo.

Ĭntrāctābĭlis, le. om. t. Plinius lib. 19. ca. 5. Virus illi intractabile eſt.

Ĭntrico, cas. a. p. pen. prod. implico, (ἐμπλέκω) Plautus in Perſa, Atque ita intricatum ludit potans Dropalum.

Ĭntrinsĕcŭs & extrinſecus, penult. corr. aduerbia ſunt compoſita ab intra, & extra, & ſecus, cum ſignificat iuxta. ἔνδοθεν, ἔσωθεν. Colum. libro 12. capite. 43. Lata uaſa in modum paſtinarum fieri iubebat: eaq; intrinſecus & extrinſecus & intrà diligenter picata eſſe debebunt. Sic Plin. lib. 31. cap. 37.

Ĭntrĭtŭm, ti. n. ſ. (μυττωτὸς, Theod.) penul. prod. nomen à uerbo intero deductum, de quo paulò antè, cibus in mortario tritus. Martia. Circunlata diu menſis intrita. Eſt & participiũ intritus. (ἐντετριμμένος.) uide Intero.

Ĭntrò, aduerbiũ loci, ſignificat in domum. ἔσω. ſicut Intus in domo, uel è domo, nam utrunq; ſignificat: Intro uero ad locum, & componitur cum d, ut Introduco: e, ut Introĕo: g, ut Introgredior: m, ut Intromitto: r, ut Introrumpo: ſ, ut Introſpicio: u, ut Introuoco.

Ĭntro, as. n. p. εἰσέρχομαι. ingredior, intrò uado. Plin. in Epiſt. Ac ſubinde ſibi nunciari iubet an iam recitator intrauerit. Et per translationem, Intrare familiaritatem alicuius. id eſt ſeſe inſinuare. Cice. ad Qu. Frat.

Ĭntrōclūdo, is. a. t. eſt in interioribus claudo. ἐγκατακλείω. Sene. Qui domi introcluſus ocia=(batur.

Ĭntrōdūco. cis. a. t. penul. pro. ſignificat intra aliquem locum duco. εἰσφέρομαι, ἐνάγω, εἰσάγω. Salluſt. Vulturniũ cum legatis introducit. Per translationem eſt inſtruo, doceo. Vnde introductio, eruditionis principium, quam Græci εἰσαγωγὴν uocant.

Ĭntrŏĕo, is. n. q. notum. (εἰσβαίνω, εἰσπορεύομαι.) Cicero Læl. Fuerat æquius, ut prius introieram, ſi prius de uita exirem. Inde fit introitus. tus. pro ingreſſu, (εἴσδυσις, εἴσοδος.) Cæſar. 1. Belli Ciui.

Ĭntrōgrĕdĭŏr, deris. ſicut ſonat. εἰσέρχομαι. Vergilius, Poſtquam introgreſſi, & coràm data copia fandi.

Ĭntrōmitto. tis. a. t. εἰσδέχομαι, εἰσοικίζω, προσάγω. Terent. Heri intromiſſus non eſt. Et dicimus, Intromitto in ædibus, & in ædes. Plautus in Aul. Intromiſiſti in ædibus

Ĭntrōrsŭs, aduerb. ἔσωθεν. Compoſitũ ex Intro & uerſus, & per ſyncopam Introrſus.

Ĭntrōrŭmpo. pis. n. t. quaſi cum impetu introĕo. εἰσβάλλω. Gel. In cubilum Sertorij introrupit.

Ĭntrōſpĭcio, cis. n. t. pen. cor. introrſus aſpicere, diligen

diligentiſsimè uidere. ἀθρέω. Cic. 2. de Diuin. Negant enim id eſſe maieſtatis deorum, ſcilicet cauſſas omnium introſpicere.

Intrōuŏco, as. a. p. pen. cor. εἰσκαλέω. Liuius lib. 10. Priuſquam intro uocarentur ad ſuffragiū.

Intuĕŏr, eris. (σκοπέω, ὁρῶ) uide in Tueor.

Intŭmĕo, es. ere. n. ſ. & intumeſco, is, inflari, conuerti in tumorem. Plin. lib. 2. cap. 81. Intumeſcens fluctus.

Intŭs, (ἔνδον) ab in fit, & ſignificat in loco. Plau. Quis intus eſt? Quando præpoſitio eſt, accuſatiuo ſeruit. Idem in Mil. Continuo uide, ſit ne iſta hæc domum ueſtram intus.

Intŭsiŭm, (χιτωνίσκος) uide Induſium.

Intūtŭs, ta. tum. pen. pro. non ſecurus ἐπισφαλής. Liu. lib. 5. Caſtra Gallorum intuta.

Intўbŭs, pen. corr. generis fœmin. in plurali, intyba neu. & intybi maſculin. σέρις. Herba eſt capilloſa, & amara, cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & enecant. Verg. Et amaris intyba fibris. Intybum erraticū, antiqui cichoream, (σέρις ἀγρία, κιχόριον) uocant. Quidam endiuiam intelligunt.

Intўbācĕŭs, a. um. quod eſt ex intybo. Vt Intybacea folia, Plin. lib. 27. cap. 12.

Inuādo, dis. n. t. (καταλαμβάνω.) pen. prod. inceſſo, & tam datiuo quàm accuſatiuo iungigitur. Var. de Vit. Paſt. Tanta porrò inuaſit cupiditas bonorū pleriſq;. Item repentè, & cū impetu aliquem aggredi. ἐμβάλλειν, ἐμβάλλειν. Verg. 2. Aen. Inuadunt urbem ſomno uinoq; ſepultam. Item ingredi, ſiue incipere. Cic. Nō potui magis in arcem illius cauſæ inuadere.

Inuălēſco, ſcis. n. t. robur ac firmitatē acquiro. ἐπιῤῥώννυμαι, ἐπικρατέω. Plaut. in Moſt. Vſq; inualuiſti? Vnde inualuiſſe conſuetudinem, ſiue mores dicimus. Aliquando inualeſcere ſignificat infirmum ac debile fieri, in deſuetudinem fieri. Quint. lib. 10. cap. 2. Cum uerba intercidant, inualeſcantq; temporibus.

Inuălētūdo, inis. f. t. imbecillitas. ἀῤῥωστία. Cic. ad Att. lib. 7. Inualetudo tua me ualde conturbat. ſignificant enim tuæ literæ te prorſus laborare.

Inuălentia, æ. f. p. idem quod inualetudo. Gell. lib. 20. cap. 1. Vitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ demonſtratur.

Inuălĭdŭs, a. um. contrarium robuſto, & firmo. Plin. lib. 11. cap. 19. Intentæ fœminæ quædam defluuio capitis inualidæ. Inualidi milites, Liu. 3. Bel. Pun.

Inuĕho, his. a. t. (ὀχέομαι) ſumitur modò pro ſimplici. Vergilius, Centauro inuehitur magna. Quandoque intrò ueho. ἐμφέρω, ἐπάγω. cuius contrarium eſt euehο, Liuius lib. 6. Quantumq; Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. Inuectus portum, inuectus urbem: pro in portum, & in urbem. Plin. lib. 6. ca. 22. Hippuros portum eius inuectus.

Inuĕhŏr, eris. d. t. ſignificat maledictis aggredior, & ueluti quodā impetu ſermonis in aliquē feror. ἀποτείνομαι. Cic. Itaq; in eam palàm uehementer inuectus.

Inuĕctio, onis. f. t. uerbale, ipſe inuehendi actus. Cice. 2. Offic. Iam uerò & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio: & earum, quibus egeremus, inuectio certè nulla eſſet. Inuectio, pro impetu animi in aliquem. Cicero 2. de Inuention. Clementia, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.

Inuĕctŭs, us. ui. m. q. idem quod inuectio. Plin. lib. 6. cap. 1. Artemitam inſulam aſsiduo terræ inuectu continenti annectens.

Inuĕctitiŭs, a. um. quod inuehitur. Plinius li. 10. cap. 29. Cum Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in Aſia etiam columbas.

Inuĕctiuŭs, a. um. quod inuehitur, hoc eſt maledictis inſectatur. Vnde inuectiuæ orationes, (σκωπτικοί, ἢ καταφορικοί) aduerſus aliquem ſcriptæ, quòd in illius mores, uel ingenium, aut uitam inuehamur.

Inuĕnĭo, is. a. q. pen. cor. comperio, quaſi in aliquid uenio. εὑρίσκω. ομαι. Plaut. in Ciſt. Quod quæritabam, filiam inueni meam. Inuenire, comminiſci, excogitare. Teren. in Eun. Cæterum idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo? Inuenire, acquirere, adipiſci. Cic. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemq; cordis cognomen ex contumelia inuenit. Hinc inuentiones & inuenta. εὑρήματα, ἐπινοήματα. Plin. Hæc ſunt antiquæ inuentionis genera. Dicitur & inuentus. us. ui. Plinius lib. 17. cap. 10. Ex eodem inuentu eſt ſurculos abſciſſos ſerere. Differunt ſecundum aliquos inuenio et reperio, quòd inuenire, ſit rem quæ-

ſitam offendere: reperire à caſu. Ouidius, Tu non inuenta, reperta es.

Inuentor, oris. m. t. author. Cic. de Nat. Ariſtæ inuentor dicitur.

Inuentrix. icis. f. t. Cic. de Orat. Illæ omniũ doctrinarum inuentrices Athenæ.

Inuerecundus. a. um. non uerecũdus, impudens. Cic. de Inuen. Sin inuerecundum animi ingenium poſsidet. &c.

In uerſum, (εἰς στίχον) ſignificat in numerum. Verg. Ille etiã feras in uerſum diſtulit ulmos.

Inuerto, tis. a. t. eſt quaſi in contrariũ uerto, ut ueſtem aut pellem: ſeu etiam uerba præpoſterè pronuncio: ut pro lauo, uola. ἀναστρέφω, καταστρέφω, παραλλάττω.

Inueſperaſcere, ueſperum tempus fieri. Liuius. 9. Bel. Maced. Iam inueſperaſcebat.

Inueſtes, ium. com. t. (ἀχίτωνες) inermes dicimus, ſiue (ut quidã uolunt) impuberes uel imberbes. Pallad. lib. 11. ca. 14. Inueſtis puer hoc, aut aliquis ſatis impurus efficiat.

Inueſtigo. gas. a. p. pen. prod. ſignificat quærendo inuenio: tractũ à uenatoribus, qui per ueſtigia feras quærendo inueniunt. ἀνιχνεύω. Teren. Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari poſsit. Cice. libro 1. Off. In primisq; eſt hominis propria ueri inquiſitio atq; inueſtigatio. Etiam inueſtigabilis. ἀνεξιχνίαστος. pro minus inueſtigabili.

Inueſtire, a. q. (ἱματίζειν) eſt quaſi ornare. Plin. lib. 35. Publicas porticus inueſtiuit pictura.

Inueterati, orum. m. ſ. παλαιωμένοι. dicuntur, qui in malis inſenuerunt. Vt in Sacris literis, Inueterate dierum malorum.

Inuetero. as. are. ad uetuſtatem ſeruare, inquit Bud. Plin. lib. 19. cap. 6. Si diutius allium cæpeq; inueterari libeat. Sic Inueteratum uinum. Plin. lib. 11. cap. 2. Inueterare pro inualeſcere. Cic. de Nat. Nec unà cum ſeculis ætateq; hominum hæc opinio diuinitatis inueterare potuiſſe. Budæus.

Inueteraſco. is. ere. n. t. inualeſcere. Cic. in Catil. Res noſtræ in monumentis inueteraſcent, & corroborabuntur. Inueteratum malum, antiquum. Cicero de Amici. Inueteratus dolor, Idem 5. Tuſculan. Inueterata inuidia, Idem pro Cluent. Inueteratio. onis. uetuſtas, antiquitas. Cic. in. Tuſcul.

Inuicem, (ἐν μέρει) pen. cor. ex in & uicem, propriè ſignificat mutuò. Quintil. Qui ſe ardentiſsimo amore inuicem dilexerunt. Aliquando ſumitur pro ſecundo loco. Plin. Iunior, Habes res urbanas, inuicem ruſticas ſcribe.

Inuidè facere. φθονερῶς. dicitur qui per inuidiam aliquid agit.

Inuidentia, æ. f. p. eſt ægritudo animi quæ propter res ſecundas alterius ſuſcipitur, quæ nullam iacturam afferunt inuidẽti. (φθόνος.) Cic. 3. Tuſc. Ab inuidendo, inuidentia rectè dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod uerbum dictum eſt à nimis uidendo fortunam alterius. cadit enim in utrunq;, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Inuidia diſtat ab odio, quòd inuidemus fortunato, odimus uitioſum: quòd inuidiam profiteri erubeſcimus, odiſſe palàm decorum eſt: quòd inuidia hominum tantum eſt, odium reliquarum etiam animantium, ut inquit Plutarch. in. lib. de Inuidia & odio.

Inuideo, es. a. ſ. pen. cor. ex in et uideo, ſignificat inuidiam habeo: hoc eſt, ex alicuius rebus ſecundis dolore afficior, (βασκαίνω.) Tractum à nimis uidendo, quòd oculos & animum in eos, quibus inuidemus continuè intentos teneamus. Vnde etiã cum accuſatiuo conſtructum inuenitur. Vergil. Inuidet imperiũ. Sic eleganter dicimus, Inuideo tibi doctrinas. φθονῶ σοι τῶν λόγων. Fortuna mihi inuidet diuitias. Apul. Cic. lib. 3. Tuſc. Vt nobis optimam naturam inuidiſſe uideantur. Priſcianus tamen In negatiuè exponit, dicens, Inuideo tibi, quaſi non uidens tibi fio, hoc eſt, non ferens te bene agentem uidere. Sciendum quod licet inuideo actiuum ſit, tamen conſuetudine datiuo iungitur. Imò (ut Diomedes docet) ultra datiuum poteſt regere genitiuum, accuſatiuum, & ablatiuum: ut, inuideo tibi gloriæ, gloriam, & gloria. Eius paſsiuum eſt inuideor. φθονοῦμαι. ut ego inuideo tibi, & tu inuideris à me. Eſt quando inuidere ponitur pro odiſſe, quod contra uotum nimium uidemus. Cic. Dijs hominibusq; inuiſus.

Inuidia, æ. f. p. ab inuideo fit, & ſignificat actũ ipſum inuidẽdi, qui eſt dolor alienæ felicitatis. τὸ ἐπίφθονον, φθόνος. Aliquãdo pro odio & maleuolentia ſumitur. Eſt enim uel dicto uel facto in

cto in

ctio in alterum maleuolentiæ conciliatio. Teren. Ita ut ſine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Inde inuidioſa res. ἐπίφθονον χρῆμα. dicitur, quæ facti atrocitatem augens, & inuiſum illud, uel illius authorem faciet. Huius diminutiuū eſt inuidiola. Idem, Cum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet.

Inuidiōsē facere. ἐπιφθόνως. dicitur qui per inuidiam, uel qui in aliquem excitat odium, cumq́ inuiſum facit.

Inuidiōsus, a. um. o. ſ. qui morbo inuidentiæ laborat, (φθονερός) Ouidius, Tempus edax rerum, tuq́ inuidioſa uetuſtas, Omnia deſtruitis. Interdum ſumitur pro eo, cui habetur inuidia. ἐπίφθονος. Idem, Pactolūq́ petis, quanquam non aureus illo Tempore, nec charis erat inuidioſus arenis. Sic potentia & opes, inuidioſæ dicuntur. Cic. Dolabellæ. Et inuidioſus, odioſus, atq́ inuiſus dicitur.

Inuidus, a. um. o. ſ. qui actu alicui inuidet, (βάσκανος.) Horat. Inuidus alterius marceſcit rebus opimis.

Inuigilo, las. n. p. pen. cor. ſupra ſiue intus uigilo, ſolicitus ſum. ἐπαγρυπνέω. Lact. lib. 4. Vel cuſtodiendis domibus inuigilat.

Inuinius, m. ſ. (ἄοινος) abſtemius, quaſi ſine uino: ſicut inuius, ſine uia. Qui enim uinum nō bibit, inuinius dicitur. Apul. lib. ult. Neq́ ullum animal eſſem, & inuinius eſſem.

Inuiolātus, a. um. integer, incorruptus, illæſus. Cic. pro Seſt. Omnino uulnerati, inuiolatiq́ uixerunt. Inuiolatè, aduerb. incorruptè. Cic. de Senect. Memoriam noſtri piè, inuiolateq́ ſeruabitis.

Inuiſo, is. ere. a. t. idem quod ſimplex uiſo, niſi quid addat compoſitio uehementiæ. Cice. ad Att. lib. 1. Et ut iam inuiſas nos, non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo.

Inuiſus, a. um. o. ſ. non uiſus. ἀθέατος. Cice. de Aruſp. reſpon. Occulta & maioribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. Aliâs ponitur pro odioſo. μισητός. Ouid. Troia iacet certè Danais inuiſa puellis.

Inuitātus, tus. m. q. inuitamentum, & inuitatio pro eodem ſumūtur. (ἐνδόσιμον, πρόσκλησις.) Cic. Cæſari: Trebatium, inuitatu tuo mittendum duxerim. Idem Hortenſio, Voluptates autem nullæ ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus.

Inuitābilis, le. om. t. delectabilis, iucundus. Gel. lib. 13. cap. 11. Sermones iucundos, & inuitabiles, & cū quadā illecebra & uoluptate utiles.

Inuito, tas. a. p. pen. prod. ſignificat uocare, allicere, (παραγγέλλω, προσκαλοῦμαι.) Ci. Ad quem fruendum non modò non retrahit, uerumetiam inuitat, id eſt, prouocat. Et pro delectari. Verg. lib. 1. Georg. Inuitat genialis hyems curasq́ reſoluit. Item replere. Plaut. in Amph. Mira ſunt, niſi inuitant ſe pluſculum.

Inuitus, ta. tum. ἄκων, ἀκούσιος. qui non libenter, tergiuerſans, contra uoluntatem, repugnans, coactus aliquid facit: Cui contrarium eſt libens. Cice. lib. 2. Heren. Sin eſt probus, cur talem inuitam inuitum cogis relinquere? Inuitè, aduerbium. Cice. ad Att. lib. 8. Inuitè cepi Capuam.

In uniuerſum, uniuerſaliter, (ὅλως) Quint. In uniuerſum autem præcipuè. id eſt generaliter.

Inuius, a. um. quod eſt ſine uia, & per quod ire non poteſt, (ἄνοδος, ἀδιέξοδος, ἄβατος.) Plin. lib. 12. ca. 14. Saba regio undiq́ rupibus inuia. Inuij ſaltus, Liu. 9. ab Vr. Inuia dicuntur loca, ad quæ accedi non poteſt, aut ad quæ, uel per quæ difficilimè acceditur, quæ Græci ἄβατα uocant, quaſi inacceſſa uel inacceſſibilia. Ouid. Et non acceſsis inuia fluminibus.

Inultus, a. um. impunitus, de quo non eſt ſumptum ſupplicium. Cic. 1. de Diuin. Mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur.

Inumbrāre, a. p. eſt tegendo umbram facere, & quod dicitur opacare, (ἐπισκιάζειν.) Verg. 11. Aen. Inſtructosq́ thoros obtentu frondis inumbrant. Per metaphoram tamen ponitur pro tueri atq́ defendere: quæ translatio ſumpta eſt ab arboribus.

Inunco, as. a. p. quaſi unco inuado & arripio, (ἐναγκιστρόω.) Luc. Aut qui numos triſtis inuncat.

Inundo, as. a. p. quandoq́ abſolutè ponitur, & ſignificat creſco, et extra alueum uerſor, (πλημμυρέω.) Plin. Antequam Nilus inundaret. Quandoq́ actiuè, & pro ambulo ponitur, (ἐπικλύζω.) Idem, Agros & ſata omnia inundauit. Hinc fit Inundatio, pro diluuio, (ἐπίκλυσις, κατακλυσμός.)

In unguē, idem quod ad unguē. ἀπωνυχισμένως.

quod eſt ad perfectionẽ. Verg. li. 2. Geor. Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Translatio à lapidicidis, qui ungue marmoris leuitatẽ experiũtur.

Ĭnuŏco, as. a. p. pen. corr. ſignificat intrò uoco. εἰσκαλέω. Aliquando non uoco. οὐ καλῶ. Plau. in Cap. Vtranq; ſignificationem cõplexus eſt: cum inquit, Nam ſcorta inuocantur, & nos paraſiti inuocamur. Aliquando ſignificat in in auxiliũ uocare, (ἐπικαλεῖν, ἐπικαλεῖσθαι) ſubſidium petere: & propriè ad Deum referatur. Plau. in Aſin. Deam ſibi inuocet, quã lubebit, propitiam. Inuocatus. a. um. non uocatus. Cælius ad Cic. famil. 8. At ego ſimulatq; audiui, inuocatus ad ſubſellia regis accurro.

Ĭnuŏlārĕ, n. p. (ἀφαρπάζειν) à uolo fit, quæ eſt manus & pedis media pars, & ſignificat furari, cum aliquid furtim uola manus ſubtrahitur, quaſi in uolam dare. Lucan. in 6. Quid corpore magni Proiecto rapiat, quos Cæſaris inuolet artus? Dicitur etiam, cum uiolentè manus in aliquem diriguntur. ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Terent. Vix me contineo, quin inuolem in capillum. Item euolare. ἀποπέτεσθαι. à uolo. as. Apul. lib. 10. Diceres tu Cupidines ueros de cælo uel mari commodum inuolaſſe.

Ĭnuŏlucrĭs, cre. om. t. pen. corr. dicitur auis, quæ adhuc uolare non poteſt (ἀπτήν.) Gellius: Pulli tunc inuolucres erant.

Ĭnuŏlūcrŭm, cri. n. ſ. pen. pro. quicquid aliquid tegit, & operit, (ἔλυμα, συστροφὴ, ἀνελιγμός.) Cic. 1. de Orator. Sic modo in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra atq; integumenta perſpexi: Plau. poſuit inuolucrè aduerb. cũ ait: Inijcere uoluit ueſtem inuolucre. id eſt, inuoluit in globum. Ab inuoluo. uis. (ἐνελίσσω, ἐντυλίσσω, περιελίσσω) cuius ſupinum eſt inuolutum, & mutata tum in crum, fit inuolucrum.

Ĭnuŏluo, is. ere. a. t. propriè ſignificat glomerare. Per metaphoram tamen aliquando pro implicare ponitur. Cic. 2. Philip. Domum uenit capite inuoluto.

Ĭnūrbānŭs, a. um. o. ſ. inciuilis, ruſticis moribus præditus. Cic. de Orat. Deſcripſeras nobis inopem quendã humanitatis atq; inurbanũ.

Ĭnūro, is. ere. a. t. ignito ferro imprimere, ut ſtigma fronti & equorum coxis, ut cognoſcantur à uenditore. Inurere, adhibito igni fingere: quod genus picturæ encauſtice dicitur. Et per translat. inurere ſignificat ita imprimere ut deleri nequeat: ut Inurere ignominiã alicui. Cic. de Prouin. Conſul. Inurere ſibi maculã, eſt crimen indelebile ſibi contrahere, Liu. li. 1.

Ĭnūſĭtātŭs, a. um. inſolitus, præter conſuetudinem, inauditus. Plin. in Epiſt. Hora diei ferè ſeptima mater mea indicat ei, apparere nubem inuſitata & magnitudine & ſpecie.

Ĭnuŏluŏlŭs, uide in Conuolucius, & Iulus.

Ĭnūtĭlĭs, le. om. t. ad nullam rem utilis. Cic. de Diuin. Qui mores aut utiles aut inutiles ſint. Vnde inutilitas. Cic. de Inuent.

I ANTE O.

IŌ, (ἰὼ) dolendi particula eſt. Tibullus. Vror iò, remoue ſæua puella faces. Quandoq; exprimit geſtientis lætitiæ affectum. Ouid. Dicite io Pæan, & iò bis dicite Pæan.

Iŏcŭs, ci. m. ſ. παιδιά. pluraliter hi ioci, uel hæc ioca. Vocamus autem iocum, quod eſt contrarium ſerio: & differt à ludo, quòd ludus factis, iocus præcipuè uerbis fieri dicatur. Salluſt. Ioca ſeriaq; cum humilimis agere. Ioculus diminutiuum. Plautus in Sticho, Noui illum, ioculo hæc dixit. Iocò aduerbium, per iocum, quod & iocosè dicitur, hoc eſt feſtiue. Teren. in Heau. Iocóne, an ſerio iſthæc dicat, neſcio. Iocoſus. a. um ad ludum pertinens: ut iocoſæ contentiones, quæ in ludis, uel de ludis oriuntur. Iocularius. a. um. quod ioco dicitur, & ioco dignum eſt, neq; ſerium eſt, aut graue. Teren. in And. Iocularium in malum inſciens penè incidi. Iculariter, aduerb. per iocum. Plin. lib. 22. cap. 22. Hæc eſt quam Ariſtophanes Euripidi poëtæ obijcit iculariter. Ioculatorius. a. um. quod fit per iocum. Cic. ad Att. lib. 4. Iocularis. re. idem quod Ioculatorius. Cic. de Fato: O licentiã iocularẽ.

Iŏcŏr, aris. d. p. nugas agere uel facere, & cum uenuſtate aliqua loqui. παίζομαι, χαριεντίζομαι. Plaut. in Menæch. Solet iocari ſæpe mecum illo modo.

Ĭŏn, ἴον. uiolaceæ gemmæ ſpecies, ſed raro ſaturo colore lucet, apud Indos inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ĭōtă, iotæ. f. p. ἰῶτα. litera eſt Græca, ſed ponitur pro nihilo, & re nullius momẽti. Cic. de Ora.

Vt iota

Vt iota literã tollas, & e pleniſsimum dicas.

Iouis gemma. Διὸς λίθος. quæ ultra candorem & leuis eſt & tenera. Plin. lib. 37. cap. 10.

Iouiſtē, compoſitum ex Ioue & iuſte.

I ANTE P.

IPs. ἶψ. uermiculus eſt, qui cornua uitesq́; prærodit, ut cis frumenta, thrips ligna, ſis ueſtes, is uitra, midas fabam. Declinatio autem huius nominis non facilis eſt, ut ἶψ, ἰπός. & pluraliter. ἶπες.

Ipſē, a. um. αὐτός. pronomen demoſtratiuum, quando ſcilicet cum alijs pronominibus iunctum, eorum accipit ſignificationē, ut egoipſe, tuipſe, illeipſe. Inuenitur tamen ſæpe abſq; alijs per eclipſim prolatum, & tamen eorum habens ſignificationem, quæ cum eo ſubauditur. Verg. Quæq; ipſe miſerrima uidi. Aliquando relatiuū eſt. Idem: Ipſe arduus altáq; pulſat Sydera. Aliquādo emphaſim, id eſt expoſitionem alicuius rei latentis habet: ut ſi dicam, Ipſe pater, de quo minus credendum eſſet, hoc fecit. Quòd ſi addatur particula met, ut ipſemet, diſcretio ſignatur, hoc eſt ipſe ſolus, & non cum alijs: uel ipſe per ſe, & non per alios. Aliquando ſignificat ſimilem, unde & comparatiuum habet ipſior, & ſuperlatiuum ipſiſsimus. αὐτότατος. id eſt ſimilior, ſimillimus. Apud Veteres Ipſūs, pro ipſe dicebatur. Terentius, Ipſus eſt.

Ipſūlcēs, bracteæ dicebantur in muliebrem uirilemúe ſpeciem expreſſæ.

I ANTE R.

IR. θέναρ. neutri generis, & indeclinabile, propriè manus concauitas, licet quandoq; pro ipſa manu capiatur. uide Hir.

Irā, iræ. f. p. ὀργή. dicta eſt ab eo quod eſt ire. Nā à ſe it, qui iraſcitur, & furit. Vnde & qui iram deponit, ad ſe redire dicitur. Cic. in Off. Prohibenda maximè eſt ira in puniendo.

Irācūndūs, a. um. o. ſ. qui ex parua, uel nulla cauſſa, quiq́; natura ad iram procliuis eſt, etiamſi tunc nulla moueatur ira. ὀργίλος, χολώδης, μελάγχολος, θυμικός. Plaut. in Pœn. Eia haud ueſtrûm eſt iracundos eſſe, quod dixi ioco. Hinc iracūdia dicta (authore Feſto) quòd iram incendat. Donat. Ira de cauſſa eſt, iracundia de uitio multum iraſcentis. Sene. Ira quò diſtet ab iracundia, apparet, quò ebrius ab ebrioſo, & timens à timido. Cic. lib. 3. Tuſc. Iracundia, eſt ulciſcendi libido. Iracundè, aduerb. furioſè animoſè, cum ira. Cice. Phil. 8. Nam me tecum iracundè agere dixiſti ſolere. Non eſt ita, uehementer me agere fateor, iracundè nego.

Irāſcōr, ſceris, iratus. d. p. ira commoueor, ſtomachor, ſuccenſeo. ὀργίζομαι. Terent. in Adel. Rurſum Demea iraſcere. Cice. ad Att. lib. 1. Iratum fore, dixit, quia iraturus, non eſt in uſu. Huius compoſita ſunt, Subiraſcor, quod eſt paulum iraſcor. Obiraſcor, cōtra iraſcor. ἀνθοργίζομαι. Liuius libro 1. Fortunæ (ut fit) obirati, cultum reliquerant deûm.

Irātē, aduer. per iram ſignificat. πρὸς ὀργήν. Col. lib. 7. ca. 12. nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur.

Irātūs, a. um. o. ſ. dicitur, qui aliqua re laceſsitus excanduit, etiam ſi natura ſit iracundus. ὀργισθείς. Cic. pro Cæl. Huic ego deos propitios, pleriq; autem iratos putant. Iratior. Cic. ad Att. lib. 15. Antonio eſt enim fortaſſe iratior. Iratiſsimus. Cic. 8. Philip. Cæſar ipſe qui illis fuerat iratiſsimus, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

Ircēūs, cei. m. ſ. genus eſt farciminis.

Irpīcēs, pen. cor. genus raſtrorum ferreorum, ſeu regulæ cum pluribus dentibus, quos item ut plauſtra boues trahunt, ut proterant glebas, & extirpent herbas in agris. Feſtus. Alij Irpices legunt.

Irē pedibus in ſententiam. uide in Eo, is.

Irēnārchēs, ſiue Irenarcha. æ. m. p. dicitur qui ad tollendas diſcordias & pacandos ciuium animos, ſiue qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficitur εἰρηνάρχης. Græci enim εἰρήνην pacem uocant. ἀρχήν. præfectum aut principem. Vlpian.

Irīs, ris. uel idis. f. t. ἶρις. arcus cœleſtis: ab εἴρειν, quod eſt nunciare. Nam Poetæ deorum nunciam fingunt. Eſt & Iris. ἶρις. herba ſuauiſſimi odoris, ut Plinius lib. 21. cap. 7. teſtis eſt, cuius radicem dixit in unguentis & medicinis commendari. Caulem habet cubitalem et rectum, radicem raphano ſimilem, quæ ſternutamenta mouet. Floret diuerſorum colorum ſpecie, quaſi arcus cœleſtis, à quo nomen habet. Vulgo dicitur Lilium cæruleum.

Irinum,ni.n.ſ.ἴρινον,κατίρινον.oleum eſt,quod ex iride fit.Plin.lib.13.cap.1.Irinum Corinthi diu maximè placuit.

Irnella,læ.f.p.uaſis genus in ſacris.

Irpices,uide Ircipes.

Ironia,æ.f.p.εἰρωνεία.cum accentu in penu.dici poteſt ſimulatio,uel illuſio:Figura, cum aliquid per contrariũ, & illuſionem dicitur. Et definitur,quod ſit oratio pronunciationis grauitate negligens ſenſum uerborum:ut, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.

Irraſus,a.um.o.ſ.pen.pro.participium ſine uerbo,ſignificat non raſum.ἄξυρος. Plaut.Dij te ament cum irraſo capite.

Irraucio,is.rauſi.ſum.n.q.ex in & raucio,quòd à raucus deſcendit, & ſignificat raucus fio. βραγχῶμαι,βραγχιάζω. Dicitur & irrauceo.ces. irraucui.Cic.lib.de Ora.At Aeſopum,ſi paulum irraucuerit,explodi.

Irrediuiuus pons apud Catullum pro irreparabili,inquit Budæus.

Irremediabilis,le.om.t.cui mederi,ſiue remedium adhibere non poſſumus.Plin.lib.20.cap.7.E quibus dixiſſe non pudeat,ſi non defectu lunæ ſolis ue congruat uis illa, irremediabilem fieri.

Irremunerabile,om.t.ἀνανταπόδοτον.quod ob magnitudinem remunerari non poteſt, nec par pari rependi.

Irreparabile, om.t. quod reparari non poteſt. ἀνεπισκεύαστον.Vergilius 3. Georg.Sed fugit interea,fugit irreparabile tempus.

Irrepo,pis.n.t.παρεισοικίζω, εἰσδύομαι, παρείσειμι,παρεισέρχομαι.ſignificat paſſim & latenter more reptilium introeo.Cuius frequentatiuũ eſt irrepto.Cice.3. de Orat. Irrepit in hominum mentes.

Irreprehenſus, a.um.o.ſ. qui reprehendi iure non poſſit. ἀνεπίληπτος.

Irretio,tis.a.q.à rete fit,& ſignificat reti inuoluere,& quaſi capere,ac detinere. περιβάλλω, περιτίθημι,σαγηνεύω.Cic.4.Aca. Quid enim ad illum,qui te captare uult,utrum iacentem irretiat te, an loquentem?Vnde

Irretitus,a.um.o.ſ.dicitur, quia aliqua fraude uel blanditijs,aut dolo, quaſi rete captus eſt. περιπλακεὶς,ἐνδεδικτυωμένος.Cic.5.De Finib.

Irrigo,as.a.p.pen.corr.ex in & rigo,ſignificat quaſi riuos in agrum deduco.ἀρδεύω, ὀχετηγέω.Cic.2.De Nat.Deorum,Aegyptum Nilus irrigat.Rigo autem à Riguus.

Irriguus,a.um.quod irrogatur, uel facile irrigari poteſt.κατάρρυτος.Cat.Vinea eſt prima, ſecundo loco hortus irriguus. Accipitur & quandoq; in ſignificatione actiua, ut aqua irrigua,quæ irrigat.Verg.lib.4.Georg.Irriguumq; bibant uiolaria fontem.

Irripio,pis.a.t. pen.corr.intus rapio.εἰσβάλλω. Cic.Irripiunt in ædes ſubitò.

Irrito,as.n.p.pen.cor.componitur ex in & rato,quo Veteres utebantur pro ratum facio, approbo.& ſignificat nõ ratum eſſe uolo, uel oſtendo,uel facio.ἀκυρόω,ἀθετέω.Et irritum, ἄκυρον.improbatum,non ratũ:& per tranſlationem, in nihilum redactum. Vergil. Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Irrito,as.a.p.pen.prod.ſignificat prouoco,iraq; incendo.ὀργίζω,ἐπάγω,παροξύνω,παρορμῶ.Frequentatiuum ab irruo, per mutationem u in i, euphoniæ cauſſa. Tractum à canibus, qui cum prouocantur, irruunt:uel (ut Donatus ait)qui reſtrictis dentibus hanc literam r imitantur.Verg. li.10.Aen. Irritatq; uirum telis & uoce laceſſit. Eſt & prorito.tas. penult. product.Nam ſicut irrito pro laceſſo, ab irruo eſt,ita prorito à proruo nec multum in ſignificatione differunt. Nam prorito idem eſt quod prouoco.παρορμάω.Columel.lib.2.Lini ſemen, niſi precium proritat, ſerendum non eſt.Hic in bonam partem ſumitur. Irrito uerò magis frequentatiuum eſt, quàm prorito, & fermè ſemper acris maleq́ue uehementiæ: prorito non ſic, ſed in bonam & in malam partem, ut prouoco capi poteſt: irrito ſemper in malam.

Irritamentum,ti.n.ſ. quo quis irritatur, & accenditur. Ouidius,Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Irrogo,as.n.p.penul.corr.infero,infligo,impono.ἐπάγω,προστίθημι,ἐπιβάλλω ἐπιβολήν.Cicero, pro Domo ſua,Vetant Leges ſacratæ, uetant XII tabulæ leges priuatis hominibus irrogari,id eſt enim priuilegium.

Irructo.ctas.ἐνερεύγω.uide in Eructo

Irrugo,gis.ἐπιβρυχάομαι.uide rugio.

Irrumo,as.pen.cor.à ruma mãma. uide Fello.

Irrūmpo,pis.n.t.uiolenter & cum impetu ingredior. ἀναπηδάω,εἰσβάλλω, ἐμβάλλω. Plin. lib.35. Hoſtilius Mancinus,qui primus Carthaginē irruperat. Lactan. propriè ſumpſit lib.6.pro penitus frango. ἀπορρήγνυμι. Summū inter ſe hominū uinculū eſt humanitas,quod qui irruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt.

Irrŭo,is.n.t. cum impetu feror. ἐπιτίθεμαι,ἐπαφράω,ἐμπίπτω,ἐπιφέρομαι, ὁρμῶ.Donatus:Irruere propriè dicuntur,qui cum furore prælium ineunt. Quandoq; ratione præpoſitionis In,ſignificat intoruo,intromitto,ingero.

Irtiŏlă,æ.f.p.genus uitis. Colum. lib.3.cap.2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico,& irtiolam,ſereolamq;.

I ANTE S.

IS. οὗτος, ea, id,eandem ſignificationem habet quam hic, & eundem locum retinet: ut, Qui diuitias cupit,is,uel hic,uel ille,uel idem eſt auarus. Ab Is fit Iſce;ſicut ab hic hicce.

Iſăgōgē,ges.f.t.(εἰσαγωγή)latinè introductio dicitur. Componitur ex εἰς in, & ἄγω duco.

Iſchiă,orum.n.ſ.ſcribit Iulius Pollux,carnoſas poſt lumbos utrinq; eminētias appellari:quæ uerò poſt hæc increſcunt γλουτοί,hoc eſt Latinè nates.Duo illa oſſa circa quæ uerſura fit, ita diſtinguuntur,ut dicatur concauum illud ſuperius κοτύλη,Latinè acetabulum:inferius uerò ἰσχία,quod noſtri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine & neruus ille nominatur, qui coxendicem ſemori committit.

Iſchiăs, uel Iſchiadicus dolor,ſiue Iſchiacus, ille eſt quem medici recentiores ſciaticam dicunt:Plin.lib.27.ca.1.Bibitur propter iſchiada & ſtranguriam in uino.

Iſchiăcŭs,ci.m.ſ.ſiue Iſchiadicus, qui iſchiade morbo laborat.Plin.libro 23. cap.1. Prodeſt ſtomacho, uertigini,torminibus,iſchiadicis.

Iſŏcĭnnămōn,herba quæ & Daphnois dicitur. Plin.lib.12.cap.22.

Iſŏcōlŏn,li.n.ſ. ἰσόκωλον. Latinè compar,& id eſſe dicūt Rhetores,quod duab. aut pluribus ſententijs breuibus,& inter ſe parib.exigitur.

Iſōpȳrŏn, uocant aliqui phaſeolum, quoniam eius folium,quod eſt aniſo ſimile,in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia,plena ſeminis melanthij.Pli. li.27.ca.11.

Iſtic. αὐτοῦ.eo loco quo tu es.

Iſthmŭs,mi.m.ſ. ἰσθμός: ea terræ ſtructura, quæ in duo maria iter porrigit. Ouidi. Qua duo porrectus longè freta detinet Iſthmos.

Iſtūc,aduer.ad locū,& iſtuc pro iſtud.Cic.pro Qu.Quo die uadimoniū iſtuc factū eſſe dicis?

I ANTE T.

ITă. οὕτως. aduerb. ſimilitudinis,geminum ſuperlatiuum expoſcit ſiue nominis,ſiue aduerbij.Cic.de Orat. Vt quiſq; Græcè optimè sciret, ita eſſet nequiſsimus. Vel habet uerbum uim ſuperlatiui habens. Idem in Catone:Vt quiſq; ætate antecedit,ita ſcientia principatum obtinet. Interdum cum comparatiuo,ſignificatq; ſic. Quandoq; ualde. Terentius in And. Non ita diſsimili ſunt oratione ac ſtylo.Quandoq; optantis.Pacuuius:Ita te dij ament, ita tibi pro uoto ſecundent omnia. Quandoque illatiua coniunctio eſt, pro igitur. Cice. Ita nobiliſsima ciuitas Græciæ, & olim potentiſsima.Similiter quando componitur cum q;,ſemper eſt coniunctio cauſalis,& habet accentum in prima, & dicimus itaq;. ἤγουν, οὖν. Si autem duæ partes ſunt, habet accentum in pen.& dicimus itaq;, καὶ οὕτως. Teren.in And.Imò ita uolo,itaq; poſtulo,ut fiat.

Ită,ſanè. ναὶ, πάνυ γε. affirmatiua particula, quemadmodum & ſanè.

Itălĭcŭm,ci. n.ſ. philoſophiæ genus quoddam nuncupatum,ex ea parte Italiæ,quæ quondā magna Græcia dicta eſt.

Ităquĕ,proinde & propterea.Cic.de Amic.Ex me,quærunt homines.Vide ſuprà dict.Ita.

Ĭtĕm. ὁμοίως, ὡσαύτως.aduerbium,ſignificat ſimiliter,quaſi iterum idem.Donatus & Valla libro 2.cap.51.

Ĭtĕr,iteris. πορεία, ὁδοιπορία. ſecundum Priſc. neut.gen. uiam ſignificat. Iter uerò itineris, pro ictu eundi. Licet itiner non ſit in uſu,et obliqui nominis iter,ab uſu diſceſſerint. Varro, Expectant itiner longo ſermone leuare.Dictū iter,quod uehendo quid teritur:uel ab eundo, cuius ſupinum eſt itum,ſiue ab Ito frequentatiuo.Significat quādoq; uiam.De mari etiā dicitur. Terent: Iter facere. ὁδοιπορεῖν. eſt ire, quod & iter tenere. τὴν ὁδὸν ἔχειν. dicimus.Vergilius:Quó ue teneitis iter? Habere iter idem quod iturū eſſe. At uiam facere, non eſt iter facere,ſed locum,ubi non erat uia,aperire.

Ĭtĕratio,

Iteratio, onis. f.t. repetitio, reſumptio. Cice. in Orat. Itemq́ ſi quæ uerborũ iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent.

Itero, ras. a.p. pen. cor. rurſus aliquid ago, & quaſi per iter factum reuertor. ἀναλαμβάνω. Gellius. lib. 1. poſuit pro Eo: Sed eos Senatores iterauiſſe in curiã. Sed hoc ab iter fit. In alia ſignificatione ab iterum Liu. lib. 1. Reſiſtere atq́ iterare pugnam iubet.

Iterum. αὖθις, αὖ. aduerb. id eſt rurſus: ut, Atq́ iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Interdum ſignificat ſecundo. ἐκ δευτέρου, πάλιν. Cic. in Arte uete. Primò quidem decipi incõmodum eſt, iterum ſtultũ, tertiò turpe.

Itidem, pen. cor. ſignificat ſimiliter, eodem modo, quaſi iterum idem. παραπλησίως. Terent. Ibo ad eum, atq́ hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi.

Itinerarium, rij. n. ſ. uiatorium. ὁδοιπορικόν. Vnde itineraria, dicuntur commentarij earum rerum, quæ in itinere acciderunt.

Itineror, raris. d.p. iter facio. ὁδοιπορέω.

Itio, onis. f.t. iter, ire aliquò. Cice. ad Attic. De obuiam itione faciam ut ſuades.

Ito, as. φοιτάω. frequent. eſt uerbi Eo. is. unde Iter dicitur.

Itus, & Itio, à uerbo Ire. πορεία. Cicero: Quid noſter itus & reditus?

I ANTE V.

Iubæ, arum. f. p. χαίτα. crines animaliũ à collo pendentes. Vnde Iubati. κεχαιτωμένοι. leones dicuntur, qui iubas habent, ad differentiam eorum, qui iubas non habent. Plin. lib. 10. cap. 61. Equarum iubas tondere præcipiunt. Iubatus a. um. quod iubas habet.

Iubar, aris. n.t. σέλας. propriè ſtella, quæ ante Solis ortũ Lucifer, poſt ſolis occaſum Veſper appellatur, quòd iubata appareat: uel quòd ſplendor eius diffundat in modum iubæ leonis radios. Verg. li. 4. It portis Iubare exorto. Sæpe tamẽ pro ipſo ſplendore ponitur. Oui. Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar. Et non ſolum de Sole aut ſtellis dicitur, uerumetiam de auro, argento, gemmis: atq́ hinc inde etiã ad maieſtatem hominis transfertur. Claud. Per fratris regale iubar. Et aliquando ponitur pro aurora.

Iubeo, iubes, iuſsi, iuſſum. a. ſ. impero, præcipio. κελεύω, προστάσσω. Teren. Eun. Iubes ne? H. Iubeo, cogo, atq́ impero. Interdum ponitur pro rogare. Verg. lib. 2. Aen. Inſandũ regina iubes renouare dolorem. Interdum pro apertè dicere, & quaſi exhortari optareq́: ut, Iubeo te ſaluere, Iubes me bene ſperare. Interdum pro decernere. ψηφίζω. ut, Populus iuſsit: id eſt, decreuit. Inuenitur hoc uerbum cum accuſatiuo. Quint. Pater me iuſsit. A Iubeo, fit Iuſsio, ſimiliter Iuſſus. us. Plaut. in Amph. Iouis iuſſu uenio. Et iuſſa. ἐντολαὶ, ἐντάγματα. Verg. Ille patris iuſſa exequitur. Quanquã et iuſſum legatur. A Iuſſus cõponitur Iniuſſus. Terent. Hecy. Quamobrem incendor ira, te eſſe auſũ facere iniuſſu meo. δίχα προστάγματος.

Iubilo, as. n. p. pen. cor. de quo Auguſt. Iubilare propriè eſt gaudium uerbis non poſſe explicare, & tamen uoce teſtari, quod corde conceptum eſt, ἀγαλλιάομαι. Non enim uerbis iubilatur, ſed ſolus gaudentium ſonitus redditur. Feſtus: Iubilare, eſt ruſtica uoce acclamare.

Iubilum, li. n. ſ. dicitur id quod ex gaudio fit uoce, nec tamẽ uerbis explicatur. ἀγαλλίαμα. Sil. li. 41. Et lætus ſcopulis audiuit iubila Cyclops

Iucundor, aris. com. p. uoluptatem, gaudium, & delectationem affero. ἡδύνομαι. Lactan. lib. 4. Quotidie autem iucundabar ante faciẽ eius. Sed hic ſumitur pro gaudio affici. Inuenitur iucundo. das. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. Exaltaſti dexteram, iucundaſti omnes inimicos eius.

Iucundus, a, um. o. ſ. à iuuo. as. quòd mentem & ſenſum iuuet: & is dicitur, qui cauſa extitit alteri, ut ille gaudeat. κεχαρισμένος, καταθύμιος, ἡδύς. Cicero ad Att. Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucũda, & timoris conſolatio grata. Quandoq́ iucundum dicitur, quod eſt lætitiæ plenũ, ut apud eundem lib. 1. Inuecti. Hinc iucunditas. ἡδύτης. quaſi amœnitas quædam, ex qua naſcitur uoluptas. Poteſt etiã dici iocundus, cum u & o affinitate iungantur. Cic. ad Att. Nihil mihi unquã ex plurimis tuis iocũditatibus gratius accidiſſe. Iucundè, aduerb. ſuauiter, dulciter. Cic. 1. De Fini. Clamat Epicurus non poſſe iucundè uiui, niſi ſapienter, iuſtéq́ uiuatur.

Iudex, icis. m. t. dicitur quaſi ius dicens populo, ſiue quòd iure diſceptet. κριτὴς, δικαστής. Iure autem diſceptare, eſt iuſtè iudicare. Et iudex eſt, qui

eſt, qui ex iuriſdictione propria aut ſibi delegata & commiſſa, ius habet ſuper cauſas litigiorum cognoſcendi. Et qui ex propria iuriſdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius. Qui uerò ex delegata, dicitur delegatus extraordinarius.

Iūdĭcātĭo, onis. f. t. cognitio, iudicatus, Græcè κρινόμενον*, Latinè Qua de re agitur. Cice. Top. & de In. Quæſtio in cōiecturali, eadem quæ iudicatio. Vnde etiam dicimus Iudicatum pro re iudicata, & Iudicatus.*

Iūdĭcĭālĭs, & hoc le. om. t. δικαστικὸς*. ſignificat, quod eſt iudicis, ut iudicialis ſententia. Cic. 1. De Inuen. Iudiciale eſt, quod poſitum in iudicio. Iudiciales ſuppreſſiones, Cic. pro Cluent. Iudicialis moleſtia, Idem ad Atticum.*

Iūdĭcĭārĭŭs, a. um. δικαστικός*. quod ad iudicem pertinet, ſiue ut iudicetur. Gellius: A poëtarum & rhetorum epilogis ad iudicandas lites uocatus, rem iudiciariam.*

Iūdĭcĭŭm, cij. n. ſ. κρίσις*,* δίκη*. ut Gell. inquit, diuinatio dicitur: quoniam diuinare quodammodo iudicem oportet, quam ſententiam ſeſe ferre par ſit. Apud Iureconſultos uarijs modis dicitur iudicium, ſed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione cauſæ diſcutiēdæ in iure ſit corā iudice. Et eſt actus legitimus trium perſonarum: ſcilicet iudicis, actoris, & rei.*

Iūdĭco, as. a. p. quaſi ius dico, diſcerno. κρίνω*,* δικάζω*. Cic. de Amic. Sed ut mihi uideris, nō rectè iudicas de Catone. Aliquādo exiſtimo.* κρίνω*. ut illud, Rectè iudicaſti. Aliquando alicuius cauſam audio, & pro illa ſententiā fero, & ſic cū datiuo conſtruitur. Aliquando cōdemno, & tūc cū accuſatiuo iungitur. Aliquando cū genitiuo ſolo, ſubaudito ablatiuo actione uel iudicio. Liu. 6. ab Vrbe, Centurionē nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniæ.* κατακεκριμένον χρημάτων*. Huius compoſita ſunt, Abiudico, Adiudico, Dijudico, & præiudico. Iudicatum facere, eſt pecuniam eius qui condemnatus eſt & iudicatus, ſoluere.*

Iŭgālĕ uinculum, copula matrimonij. συζυγία*. Verg. Cui uincla iugalia curæ.*

Iŭgālĭs, le. om. t. qui iugum habet. ζύγιος*.*

Iŭgārĭŭs, rij. m. ſ. id eſt bubulcus & auriga boum, ſiue arator, qui iuga ducit & regit. Colum. lib. 1. cap. 5. Lata bubulia eſſe oportebit menſura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat. Idem quod Græcè ζυγίτης*.*

Iŭgātōrĭŭs, a, um. ut, iugatorius bos, qui iugo ſubditur. Var. 2. de re Ruſt. cap. 5.

Iŭgămentŭm, ti. n. ſ. Catoni tam ex materia eſt, quàm ex ſtructura, cap. 17. Iugamenta, & antepagmenta quæ opus erunt, ex lapide indito.

Iŭgātă uitis. ἐπιζυγωμένη*. à iugo, ad ſimilitudinem militaris iugi fiebat, ut paulò pòſt uidere licet in dictione Iugum.*

Iūgĕrātĭm, per ſingula iugera. κατὰ πλέθρα*, Colum. lib. 3. cap. 3. Vt primæ uineæ centenas amphoras iugeratim præberent.*

Iugere dicuntur milui, cum uocem emittunt.

Iūgĕrŭm, ri. n. ſ. pen. cor. in plurali iugera, & iugeris. πλέθρον*. Var. lib. 1. de re Ruſt. In Hiſpania ulteriore metiuntur iugeris. Priſc. tamen iugus, iugeris, ab hoc iugere: Iugera, horum iugerum, his iugeribus. Pompon. Mela, Eminebat plus iugeris ſpacio ſublimis. Eſt autem menſura, quam Hieronymus mathematicus ducentis pedibus contineri ſcribit. Quint. Ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudinem, quòd tantum ſpacij arari uno die ab uno pari boum conſueuit. Plin. lib. 8. Iugerum uocatur, quod uno iugo boum in die arari poſsit. Iugeri pars minima, dicitur ſcrupulum. id eſt decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Dictum iugerum, ab eo quòd eſſet iunctum. Colu. lib. 6. Hoc duplicatum facit iugerū: & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri uſurpauit.*

Iūgēs, gum. com. t. ὁμόζυγος*. dicuntur eiuſdem iugi pares: à quo Iniuges boues, qui nunquā iugo adhibiti ſunt. Cōiuges, uir & uxor. Bijuges, ſiue Bijugi.* δίζυγος*,* συνωρίδος*. Quadrijuges, Quadrijugi, equi bigas uel quadrigas trahentes.*

Iūgĭs, is. om. t. aſsiduus, continuus, quaſi ſemper iugo affixus. διηνεκής*. A quo Iūgĭtĕr, aduerbium continuè.* διηνεκῶς*.*

Iūglāns, andis. f. t. eſt quæ communi nomine nux appellatur, & inter nuces primum locū obtinet, à iuuādo & glande dicta: uel quaſi Iouis glans, quaſi Ioui dicata, ob egregium fructū. Hæc enim arbor nuces habet ſuauiori ſapore quàm glandes. Vnde Cloatius, Diuglandē primo uocatā ſcribit, quaſi Διὸς βάλανον*: poſtea*

detractio=

detractione primæ literæ, Iuglandem. Cice. 5. Tuſc. Inſtituitq́ ut candentibus iuglandum putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent. Græci Baſilicam appellant, quaſi inter nuces regulam. Plin. Et iuglandes è Perſide à regibus tranſlatæ.

Iŭgo, as. a. p. coniungo: à iungo, quaſi ad unum iugum alligo, ζυγόω. Cic. lib. 2. Tuſcul. Hoc quidem eſt commune uirtutum: omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. Dicitur etiam de ijs, qui maritali iugo, inſtar boum colla ſubijciunt. Huius cõpoſita ſunt, abiugo, adiugo, coniugo, deiugo. ἀποζεύγνυμι. deorſum iugo, diuido. Pacu. Perq́ noſtrûm unanimitatem, quam memoria deiugat. Subiugo. Et cuncta habent pen. cor.

Iŭgōsŭs, ſa. ſum. πολύζυγος. quod in iugum acuitur, & eſt procliue.

Iŭgŭlo, las. a. p. infero mortem, & ueluti abſciſſo iugulo uita priuo. σφάζω, σφάττω. Cice. pro Quint. Iugulare ciuem, ne ipſe quidem quiſq́ bonus uult. Et non ſolum de gladio, ſed etiam de morbo dicitur. Celſus lib. 3. Quartana neminem iugulat. Transfertur interdũ ad inanimata. Mart. Scelus eſt iugulare Falernum. Iugulare hominem ſuis uerbis, hoc eſt conuincere. Cice. 7. Verr. Iugulari ſua confeſſione. Iugulari ſuo gladio, ſuoq́ telo dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuo inuento, doloúe capitur. Eraſmus: Iugulare gladio plumbeo, hoc eſt futili leuiq́ argumẽto quempiam conuincere. Cic. ad Attic. lib. 1.

Iŭgŭlŭm, li. n. ſ. diminut. eſt à Iugum. ζυγίον.

Iŭgŭlŭs, li. m. ſ. pen. cor. anterior colli pars, unde uox halitusq́ procedit, à iungo, quod per eam pectori caput iungatur. ἡ σφαγή. Et duplicem eſſe conſtat. Plin. lib. 11. Vni homini ſunt duo iuguli, dextrum & ſiniſtrum. Inde iugulatio & iugulare deducuntur. Et iugulum ferire dixerunt pro eo, quod eſt interficere. In agendis cauſis iugulum petere. [illegible] tunc dicitur orator, quando quod eſt potentiſſimum inuadit, ac premit potentiſſimè aduerſariũ, uidetur illũ iugulare argumentis, perinde ac uibratis telis. Quint. lib. 8. cap. 6.

Iŭgŭm, gi. n. ſ. dictum eſt, quòd iungatur, & in acutũ arctetur. ζυγὸν, ἄκρα. Eſt enim propriè montis cacumẽ. Verg. Dum iuga montis aper fluuios dum piſcis amabit. Eſt & ligneum inſtrumentum, quo iunguntur boues, & ad inuicem arctantur. ζυγὸς, ζυγόν. quamuis & ad hominem transferatur, quòd eo colla iungantur. Plinius lib. 9. cap. 15. Nec niſi boum iugis extractus. Accipitur & pro pari boum. Cic. 5. Ver. Quid qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. Item lignum quo textores telam conuoluunt. Ouid. lib. 6. Metam. Tela iugo eſt iuncta. Et iugum dicebatur, ſub quo (ignominiæ gratia) uicti hoſtes mittebantur. Cicero in Offic. Conſules legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacem cum Samnitibus fecerant. Hinc ſubiugare, pro debellare, ac ſubijcere, χειρόω. Item iugum in uinea dicitur, cum duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ ſuper alias alligantur, in quibus uites coniunguntur. Quòd ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in unam tantum partem ordinis annectuntur, unijugæ uineæ dicuntur & genus ipſum iugi, canterium ruſtici uocant. Plin. Simplici iugo conſtat unijuga, porrecto ordine canteriũ appellant. Hinc iugari uineæ dicuntur, quæ in iugum conſtituuntur. Colum. Sequitur iam adminiculandæ iugandæq́ uineæ cura. Item iugum (ut Varro inquit lib. 1. de re Ruſt. cap. 10.) uocatur, quod iuncti boues uno die exarare poſſunt. Item dicitur, unde lances dependent. Rurſus iuga ſunt tabulæ nauiũ, in quibus ſedent, quæ tranſtra uocãtur.

Iŭlŭs, li. m. ſ. (à Plauto dicitur Inuoluolus, à Catone Conuoluulus, à Columella uoluola, de quo in dictione Conuoluolus) uermiculus multipes, qui in uitibus & in quercubus gignitur. Item lanugo pomorum & arborum. Sunt autem iuli non flores propriè, ſed antecedunt, ut in fico groſſuli. Theophraſt. Ferunt arbores nonnullæ iulos ſuos, id eſt lanugines. Iuli enim, ſunt lanugines genarum. Nam primæ lanuginis adoleſcentes dicuntur iuli. Item iulus piſcis, qui balænis cetiſq́ dux eſt itineris, qui ab Oppiano, ob id uocatur hegeter. Eſt & genus cantus Dianæ grati.

Iŭmentŭm, ti. n. ſ. κτῆνος. à iuuando, id eſt præbendo: cuius appellatione cõtinentur animalia, quæ uel ſarcinas gerũt, uel currus trahũt, uel terrã excolunt: ut equi, muli, aſini, cameli, boues.

boues. Columella ferè iumenti nomine intelligit equos, non autē boues, ut lib.1.ca.6. Non altius edita eſſe præſepia cōuenit, quàm aut bos aut iumentum ſine incōmodo ſtans ueſci poſſit. Eſt & iumentū uehiculi genus. ζεῦγος. quoniā adiunctis pecoribus trahebatur, quod à iungendo quidam dictum exiſtimant.

Iūnctim, aduerb. id eſt ſine interuallo. συνεζευγμένως. Suetonius: Magiſtratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iūncŭli, orum. m.f. σχοινία. cibus ex eo opere dulciario, qui ad ſimilitudinem iuncorū figuratus erat, quales hodie in opere piſtorio uenales conſpiciūtur. Vel dicitur opus lactarium, ſiue coagulatum, inſtar metæ formatum, iuncis incluſum, quæ Meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus iuncatam, à iuncis nominat.

Iūncŭs. ci. m.f. σχοῖνος, βρόμος. à iungendo, quoniam uſus eius ad iuncturas utilis eſt, cuius multæ ſunt ſpecies, de quibus uide Plinium li. 21. ca. 18. A quo iunceus. a. um. βρόμινος, σχοίνινος. quod eſt ex iunco. Vt Iuncea cratis, Plin. lib. 21. ca. 14. Et apud Colum. lib. 12. cap. 6. Iuncea ſporta. Iuncinus, adiectiuum ex iunco factum. Plin. libro 15. cap. 7. Sic & Rhodinum è roſis, Iuncinum è iunco. Iuncea uirgo, per translationem, tenuis & flexilis. Teren.

Iūncētūm. ti. n.ſ. locus iuncis conſitus. Var. 1. de re Ruſtica capite 8. Primum genus quod dixi, maximè quærit ſalicta, ſecundum arundineta, tertium iunceta.

Iūncōſŭs. a. um. iuncis plenum. Plin. lib. 18. cap. 6. Iuncoſus ager uerti pala debet.

Iūncŭs odoratus. σχοῖνος Dioſc. lib. 1. cap. 18. medicæ herbæ genus.

Iūngo. gis. iunxi, iunctum. a. t. cumulo, & quaſi in unum ago, copulo. ζεύγνυμι. Datiuo ſæpiſſime iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ, Cic. de clar. Orat. Cum accuſatiuo, Verg. 8. Aen. » Queis neq; mos, neq; cultus erat, nec iūgere tauros. Huius compoſita ſunt, abiungo, adiungo, coniungo, diſiungo, deiungo, quod eſt ſeparo. Plau. in Aſin. Ne nos deiunge amātes. Iniungo, interiungo ſubiungo, & ſeiungo.

Iūnīcēs. cum. f. t. pen. pro. teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam ceſſarunt uitulæ eſſe, necdū tamen ad ſummā magnitudinē peruenerunt. δαμάλαι. Dictæ quaſi iuuenicæ, à iuniore ætate, nā maſculi iuuenci dicuntur. Huius nominatiuus ſingularis eſt iunix. Plaut. in Milit.

Iūnĭcŭlŭs, li. m.ſ. genus uitis, à iungendo, ex quo fiunt, quæ Maſculeta uocantur. uide Plin. lib. 17. capite 22.

Iūnĭpĕrŭs. ἄρκευθος. pen. cor. arbuſcula, quæ in arenoſis frequens naſcitur, coma uirens perpetua: unde & topiario operi idonea, & carioſam ſenectam non ſentit. Plin. lib. 8. cap. 25.

Iūnis, & iune. quod eſt ætate uiride. νέος. Vnde iunior comparatiuum fit, inquit Cornutus.

Iūnĭŭs menſis. Ἰούνιος, ἑκατομβαιών. à Iunone putatur dictus, quem Iunonialem, & Iunonium dicebant. Alij à iunioribus deriuant, ſicut » Maium à maioribus. Ouid. lib. 6. Faſt. Sic ſta » tuit, menſesq; nota ſecreuit eadem. Iunius eſt iuuenum, qui fuit antè ſenum.

Iūnix, icis. f. t. uide Iunices.

Iūrāmēntŭm, ti. n.ſ. eſt affirmatio uel negatio ſacræ rei atteſtatione firmata. ὅρκος. Hac etiam dictione uſus eſt Vlpianus in L. iuſiurandum. parag. ſi de qualitate iuramenti.

Iūrāndŭm. di. n.ſ. idem quod iuſiurandū. Plaut. in Ciſt. Verum haud metuo, ne iurandum noſtrum quiſquam culpitet.

Iūrĕiūrārĕ, idem quod iurare. Liu. Deca. 5. li. 1. Prætores ambo in eadē uerba iureiurauerūt.

Iūrātŭs, a. um. o. ſ. participiū, tam actiuè q̃ paſſiuè accipitur. ὀμωμοκὼς, ὁρκωτός. Cic. ad Heren. Ex eo, quòd ait ſe non potuiſſe adeſſe ita, ut iuratus fuerat. id eſt, ut iurauit. Sic iniura » tus, qui non iurauit. ἀνώμοτος. Paſſiuè protulit Luc. li. 8. Mihi per Latiū iurata tonantem.

Iūrgĭōſŭs. a. um. quod eſt contentioſum, ſeu contumelioſum. φιλόνεικος, δύσερις. Gellius: Mulier moroſa admodum & iurgioſa.

Iūrgĭŭm. gij. n. ſ. φιλονεικία, ἔρις. diſſenſio. uide Iurgo.

Iūrgo. as. n. p. quaſi iure contra aliquē ago, uerba contentioſa facio. ἐνεσμάζω, ἐρίζω, φιλονεικέω. Teren. in Andria: Cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Vnde & iurgatio (ut Feſtus ait.) iuris actio. Et differt iurgare à litigare, & iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res eſt: ſiquidem inter beneuolos aut propinquos diſſenſio uel concertatio, iurgium dicitur: inter inimicos diſſenſio, lis appellatur. Cicero li. 4. de Repub. Si iurgant, inquit,

beneuolorum concertatio eſt, lis inimicorum non iurgium dicitur. Eſt & iurgor deponens. Horat. in Serm. Iurgatur uerbis. Ab his ſiunt cōpoſita, obiurgo, & obiurgor. de quib. alibi.

Iūridicŭs.a.um. penult. cor. quod ſecundum ius eſt. ἔνδικος. Vnde iuridicus dies, quo ritè ius dici poteſt. Et iuridica actio, quæ ſecundum ius eſt. Dicitur & quod ius reddit. Plinius lib.3. cap.1. Iuridici conuentus ei quatuor. id eſt, in quibus iura redduntur.

Iūrĭſdictio, onis.f.t. facultas atq; poteſtas iuris dicendi. δικάζειν, δικαιολογία. Nam ius dicere, eſt præeſſe iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iuſtitiā miniſtrare. Ser. Sulp. Poſtero die cum reliquā iuriſdictionem abſoluerem.

Iūridiciālis.le.om.t. Quint. libro 3. capite 8. Iuridicialis ſtatus.

Iūro.as.n. p. à iure fit. Nam iurare propriè eſt quempiam promittere, adhibitis etiam teſtibus, ita ſeruaturum, ac ſi ius eſſet. ὀμνύω, ὄμνυμι. Cicero ad Metel. Iuraui iuſiurandum ueriſsimum. Iurare conceptis uerbis, id eſt dictatis à deferente iuramentum, & ex arbitrio adiurantis, hoc eſt adigentis ad iuſiurandū præ notatis. Plautus in Ciſt. At ille conceptis iurauit uerbis apud matrem meam. Iurare in leges alterius, id eſt iurare ſe ſeruaturum leges alterius. Plin. de uir. illuſt. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges ſuas non iuraſſet. Iurare in litem. Iurare in uerba. Huius compoſita ſunt, abiuro, adiuro, cōiuro, deiuro & exiuro, quod eſt multū uel ualde iuro. Nonius de priſcis dictionibus, Exiurare & deiurare, id eſt ualde iurare. Plau. in Amph. Exiuraſti mihi te dicere per iocum. Deiero, & peiero de quibus alibi. Obiuro, præiuro, ante alios iuro. Eiuro, quod ſignificat id quod deſideratur nō poſſe præſtari. Plau. Eiurauit militiā. Et hæc per u, habent penultimam productam.

Iūrūlentŭs.a.um. quod eſt iuris plenū. ζωμηρός, ζωμώδης. Varro: Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant. Apuleius uerò in Magiæ apol. iuſſulentum non iurulentum formauit, dicens, Oſtendit, qualiter quiſque piſcium aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat.

Iūs, iuris, n. t. (δίκη, τὸ δίκαιον) quidam à iuſtitia deducunt, quidam à iuſſum, per apocopen. Nihil enim aliud eſt ius, quàm quod uel natura, uel ciuitas, aut populus, uel gens, uel conſuetudo iubet. Terentius in Heauton. Quid cum illis agas, qui neque ius, neq; bonum atque æquum ſciunt? Et differt à lege, quòd ius generale eſt, lex iuris ſpecies. Et ius ad non ſcripta etiam pertinet, lex ad ius. Diuiditur ius, in naturale, gentium, & ciuile. Aliquando ius ponitur pro authoritate ſiue libertate quadam atq; licentia. ἐξουσία. Vnde ſui iuris eſſe homines liberos, & patria poteſtate ſolutos. αὐτεξούσιοι, ἀνυπότακτοι. Cic. Pro meo iure dico, quaſi confidenter. Aliquando pro merito. (ἀξίως, ἐνδίκως, δικαίως.) Quintilianus: Quis eum id non meruiſſe, quis non iure paſſum affirmet? Aliquando pro neceſsitudine: ut, Eſt mihi cum illo ius cognationis uel amicitiæ. Ius ſuū obtinere ſiue retinere non poſſe dicebant Veteres eum, quem nunc iuſtitiam habere, uel conſequi non poſſe dicimus. Cic. Hic Philodamus poſtquā ius ſuum obtinere non potuit. Ius quoq; (ζωμὸς) eſt liquor eorum, quæ coquuntur. Terent. in Eun. Harum uidere ingluuiem, quoq; pacto ex iure heſterno panem atrum uorent.

Iūſcūm, ſiue Iuſculum, li. n. ſ. (ζωμίδιον) eſt quodlibet cibarium liquidius, quod conſtat uitellis ouorum, omphacio, iure pingui, croco, & cynnamo. Deriuatum nomen à ius. Apuleius: Offendo Photidem, quæ ſuis dominis parabat iuſcū fartim cōciſum. Cato de re Ruſt. ca. 156. Poſtea iube iuſculum frigidū ſorbere.

Iūſiūrāndūm, di.n.ſ. (ὅρκος, ὁρκωμόσιον) eſt affirmatio religioſa, ut inquit Cic. lib.3. Offic.

Iūſſūm, ſi.n.ſ. (πρόσταγμα) nomen, licet rarò dicatur, cum magis in uſu ſit plurale iuſſa, ſignificat iuſsionem. Cic. pro Cecin. Sed quæro abs te, putes ne, ſi populus iuſſerit, me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe, id iuſſum ratum atq; firmum futurum?

Iūſsūs, ſa. ſum. (προστεταγμένος) uſurpatiuè participium: nam iubeor non dicimus, quanquā ſic dicatur interdū: ut Luca. Sic quicquid iubeare uelis. Liu. 1. ab Vr. Sed alijs alio itinere iuſſis certo tempore ad regiā uenire paſtoribus.

Iūſtă ſacrificia, quæ mortuis impendūtur, quòd iure fierent his, qui de nobis uiuentes benemeriti fuerant. τὰ νομιζόμενα, ἐναγίσματα. Cic. 2. de Legib. Sepultura, & iuſtis exequiarum caruerunt.

ruerunt. Iuſta pro conſtitutis quæ neceſſariò præſtari debent. Colum. lib. 1. cap. 2. Ad iuſta perducere, id eſt ad iuſtum laborem. Idem lib. 4. cap. 14. Iuſta reddere, eſt opus debitum & conſuetum perficere, Idem lib. 1. cap. 8.

Iūſtĭcĭă, æ. f. p. æquitas, fas, ius, iuſtum, ut inquit Cic. eſt habitus animi communi utilitate ſeruata, ſuam cuiq; tribuens dignitatem. δικαιοσύνη. Iuſtitia eſt in his, quibus ſecundũ regulam ueritatis bene operamur. Iudicium in illis, quæ recta deſcriptione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cum ſyncera intentione Deo ſoli in his, quæ rectè gerimus, uel iudicamus, placere contendimus.

Iūſtĭtĭūm, tij. n. ſ. (ἀπραξία δικῶν ἐν κοινῷ) quaſi iuris ſtatio dicitur, iuris dicendi intermiſſio, quod fieri ſolet publico luctu, in Reipublicæ calamitatibus. Liu. Dictator cum iuſtitiũ edixiſſet, omnes Iuniores ſacramento adegit.

Iūſtŭs, ſti. m. ſ. à iure dicitur, & eſt is, qui iura ſeruat. δίκαιος. Interdum ponitur pro mediocri, cũ & ius ipſum mediocritas quædam ſit. unde iuſtam magnitudinem alicuius rei dicimus, cũ nec debita minor eſt, nec modum excedat. Hinc iuſti dicebantur triginta dies, cũ exercitus eſſet imperatus, & uexillum in arce poſitum. Interdum pro magno: unde dicimus iuſtam rem, hoc eſt magnã. Plin. Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic iuſtum prælium, iuſtum exercitum, hiſtorici dicunt magnum. Interdum pro uero. γνήσιος. ut, Iuſtus filius, apud Iureconſult. A iuſtus fit compoſitum iniuſtus, qui contra ius facit, & qui iuſtam magnitudinem excedit. ἄδικος. Verg. Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit.

Iŭuāmĕn, inis. n. t. iuuatio, & iuuamentũ, idem ſignificant ſcilicet auxilium. ἀρήγματα, ὄνησις.

Iŭuĕnālĭă, orum, uel ium. n. t. erant ludi, qui pro ſalute iuuenum celebrabantur. νεανικά. Sido. Iam uerò iuuenalibus peractis. Erant et ſolennia Iuuenalia, cum Dianæ ſimulachra, & imagunculæ dicabantur.

Iŭuĕnālĭs, le. om. t. adiectiuum, à iuuene. νεανικός. Sue. in Calig. Adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; iuuenalem, id eſt iuuenili ætati peculiariter celebrandum.

Iŭuĕncŭs, ci. m. ſ. (μόσχος) & iuuenca, (πόρτις) nõ tantum de boue, ſed de homine quoq; iuuene intelliguntur. Vnde fit per diminutionẽ iuuenculus. μειράκιον. & iuuencula. μειρακίσκη, νεᾶνις. Hor. Te ſuis matres metuunt iuuẽcis.

Iŭuĕnēſco, ſcis. n. t. iuuenis fio. νεάζω. Lact. li. 7. Deniq; cõfirmatis uirib. cœpiſſet iuueneſcere.

Iŭuĕnīlĭs, lĕ. om. t. adiect. ſignificat quod eſt iuuenis: ut iuuenilis ætas, ludus, iocus, &c. μειρακιώδης. A quo iuueniliter, aduerb. quod eſt more iuuenum. νεανικῶς. Cic. in Cat. Annibalem iuueniliter exultantẽ patientia ſua molliebat.

Iŭuĕnĭs, is. com. t. à iuuando, quod ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerandum. νέος, νεανίας. Et à Iureconſultis iuuenes dicũtur, qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem. Hinc formatur comparatiuum iunior. Colum. tamen de apibus. lib. 10. dixit, Iuueniori examini ſolet accidere.

Iŭuĕntūs, utis. f. t. ætas iuuenilis, quæ & iuuenilitas, & iuuenta dicitur. νεότης. Sall. Ibiq; iuuentutẽ ſuam exercuit. Aliquando ſignificat multitudinem iuuenum. νεολαία. Aliquando ponitur pro dea, quæ præeſſe putabatur huic ætati. Hæc eſt Hebe Iunonis filia, & Herculis uxor, quæ etiam Iuuentus à nonnullis dicitur, quemadmodum Libertas.

Iŭuo, as, iuui, iutum, a. p. opem fero, & auxilior. ὀνίνημι, ὠφελέω. & conſtruitur cum datiuo & accuſat. Plau. in Capt. Neq; unquã quicquã me iuuat, quod edo domi. Idem in Ciſt. Quando ita tibi iuuat, uale atq; ſalue. Iuuat, imperſonale, id eſt, delectat. τέρπει. Verg. Iuuat arua uidere. Huius compoſitũ eſt Adiuuo, quod eſt iuxta uel ualde iuuo. Hinc fit aliud compoſitum, Coadiuuo. Frequẽtatiuum eſt iuto. Terent. in And. At te adiutare oportet adoleſcentuli cauſa.

Iūxtā, (παρὰ) quando præpoſitio eſt, ſemper ſeparatur, & ſignificat apud, propè. Verg. lib. 11. Humilis uolat æquora iuxta. Aliquãdo ſignificat ſimul, coniunctim. ἅμα. Var. de Vita pa. Quando uerò aduerb. eſt, ſignificat æquè, ſimiliter, eodem modo. ὡσαύτως. Salluſt. in Iug. Hyemem atq; æſtatem iuxtà pati.

Iūxtĭm, aduerbium ſignificat propè. πλησίον. Sueto. in Tiber. Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerunq; ſe offerebat conſilium, aſſidebatq; iuxtim, uel ex aduerſo in parte primori.

I ANTE X.

IXiă, æ.f.p. (ἰξία) genus herbæ. Plin.lib.22. cap.18. Chamæleonem aliqui ixiam uocant.

Ixōn, auis de uulturis genere alba, minor & uulture: ſecundum Suidam uiſcus eſt, quo utuntur aucupes.

Ÿynx, iyngis.f.t.(ἴυγξ) auis, quæ uerticilla à colli uerſura uocatur. Hæc paulo maior eſt, quàm fringilla, colore uario, linguam ſerpentibus ſimilem habet, quam longitudine quatuor digitorum porrigit, rurſumq́; contrahit intra noſtrum, collum circumagit in aduerſum, reliquo quieſcente corpore. unde & torquilla à quibuſdam eſt appellata. Sunt qui turbinem uocant, putantq́; auem eſſe amatorijs medicamentis infamem.

DE LITERA K.

K Litera Græcorum eſt, non Latinorum, quam ipſi κάππα nominant. ea Latini non utuntur, niſi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis utuntur: ut Kyrie eleeſon, κύριε ἐλέησον. id eſt, domine miserere. Priſcianus teſtis eſt K apud Latinos eſſe ſuperuacuum, & Quintilianus non obſcure innuit loco eius nos habere literam c, quæ præpoſita uocalibus eundem fermè ſonum præſtet quem K Græcis.

DE LITERA L.

LĂbāſco, is.n.t. labans fio, ruinam minor, & ruinæ procliuis ſum. ἀπορρέομαι, καταθυμῶ. Reperitur & labaſcor deponens pro primitiuo. Var.lib.Re.di. Poſt quā uidi minima labaſci mentē infirmā populi.

Lăbefăcio, is.a.t. rumpo, deſtruo. παρακινέω, λυμαίνομαι. Terent. in Adelp. Omnes dentes labefecit mihi, præterea colaphis tuber eſt totum caput. Aliquādo pro deterrere. Cic. pro Seſti. Quem nulla unquam uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. Aliquando pro eneruare, frangere, debilitare, reſoluere.

Lăbefacto, as. a. p. frequent. idem ſignificans quod labefacere. λυμαίνομαι, ἀπεθραύω, παρακινέω. Cic. in Cato. Quòd ſi legere uel audire uelitis, externas maximas Reſp. ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas & reſtitutas reperietis. Aliquando pro commouere, & à propoſito auertere. Cic. ad Cornif. Nec uerò poſtea deſtiti labefactare eum. Hinc labefactatio. Plin.lib.23. cap.1. Tuſsim ueterem inhibet, & dentium labefactationem.

Làbellŭm, li.n.ſ. diminutiuum à labrum. χειλάριον. Plinius: Cineremq́; in labellis, aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur.

Lăbĕōnēs, & Labrones, um.m.t. (πρόχειλοι, χείλωνες) quibus magna ſunt labra.

Lābēs, bis.f.t. ruina, à lapſu. λύμη, σύμπτωμα. Verg. Hinc mihi prima mali labes. Eſt quoq; labes uiolenta quædam illuuies aquæ, aut tempeſtatis, grandinis úe ruina: aut cū terra in altiſsimum hiatum barathrum úe aperitur. Cic.1. de Diuin. Quandoq; dicitur macula, quæ caſu ſubito lenia inficit: tractum ab oleo alio úe liquore, quòd in ueſtem lapſa eam fœdet. Transfertur in homines uituperatione dignos. Cic. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe, quæ uulnera? Huius diminut. eſt labecula. Cic. in Vatin.

Lābiă, & labră, orum.n.ſ. pro eodem accipiuntur. τὰ χείλη. Terent. in Eun. Labijs demiſsis. Accipiūtur interdum pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiuſmodi, quæ leni aquæ motu perluuntur. Hinc labra oris, urnarum & aliarū rerum extremitates uocamus. Eſt & labrum, ſeu labiū, genus uaſis, quod uulgò tinaciolū dicimus, ad lauandum aptum, quaſi lauabrum. λουτήρ. Cic. Teren. Labrū ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. Hinc labræ, ſeu labia uinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in qua uina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato: Oleum in labrum primū mitto. Prætereà labra, plagarum, uulnerumq́; fiſtularumq́; extremitates appellantur. A labrum in primo ſignificato fit ſublabro, de quo infrà. Græcè autem τὸ χεῖλος labrum dicimus. In ſingulari labium, in plurali autem labia dicimus & labiæ, ſicut balneæ. Gell. Labias ſenſim primores emouemus.

Lābilĕ, (εὐόλισθος) quod facile labitur.

Lābină, æ.f.p. pen. pro lubricū dicitur. Hieron.

Lăbiŏlūm, li. n. ſ. cum accentu in antepen. diminutiuum eſt à labium. χειλάριον.

Lăbo. as. n. p. ruo & repente cado. κατερείπομαι. Translatio ab arbore ſucciſa, quæ multis ferri ictibus ſucciſa tandem incipit caſum ruinamq́ minitari. Verg. Labat ariete crebro Ianua. Apud Lucretium producitur prima, ſi rectè legitur hoc carmen: Atq; uel in primis cum labat funere funus.

Lābŏr, eris. lapſus. d. t. ſignificat leuiter ſenſimq́ deorſum eo, ruo, deſcio, morior. ὀλισθαίνω. Cic. Non quaſi unum ex hac urbe miſſum, ſed quaſi de cœlo delapſum in hanc urbem intuentur. Aliquando pro errare, falli, peccare. Cic. 1. de Finib. Epicurus autem in quibus ſequitur Democritum, non ferè labitur. Labi etiã dicũtur ij, qui in lubrico ſigentes ueſtigia in terrã ruunt. Vnde lapſus. ὀλίσθημα. Huius cõpoſita ſunt, allabor, collabor, delabor, deorſum labor. elabor, illabor, (εἰσολισθαίνω) introlabor Interlabor, in medio labor. διολισθαίνω, παραρρέω. Prælabor, antè labor. Idem lib. 12. Prolabor, προάγομαι. Lact. lib. 7. Hinc iam prolapſi ſunt ad deliramenta. Perlabor, per medium labor. διαδύω. Relabor, rurſus labor. ἀπολισθαίνω. Sublabor, latenter aut quaſi labor. ὑπολισθαίνω. Verg. 1. Georg. Sic omnia fatis In peius ruere, ac retro ſublapſa referri. Et hæc habent penultimam productam.

Lăbŏr, oris. m. t. opera, defatigatio. πόνος, κάματος Dicitur etiã labos, ſicut lepos, arbos, honos.

Lăbŏrĭōsŭs homo, dicitur laboris multum ſuſtinens. ἐπίπονος, καματηρός. Cicero pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet. Laborioſus ager, in quo laboratur, quòd in eo laborem capiamus neceſſe eſt. Laborioſum opus difficile, & quod non ſine labore perficitur. Hinc laborioſior. ſsimus. Et aduer. laborioſiſſimè, ἐπιπονώτατα. quod eſt cum maximo labore. Cic. pro Roſcio: Quo quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius.

Lăbōro, as. n. p. pen. pro. fatigor, & cum labore ago. πονέω, ταλαιπωρέω. Seneca: Iugiter fodiendo laborat. Vnde & per translat. laborare, pro male habere ſumitur. propter quod laborare quartana. τεταρταΐζειν. Aliquãdo pro angi, & ſolicitum eſſe. φροντίζειν. Cic. D. Bruto, Senatũ populumq́ Romanum de te laborare, non ſolum in ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiam dignitatis tuæ. Aliquando pro conari, ſicut eius compoſitum elaboro. Aliquando pro componere, colere. ἀσκεῖν, διασκευάζειν. Verg. Arte laboratæ ueſtes. id eſt compoſitæ. Et laboratus ager, (ἀσκητὸν χωρίον) dicitur cultus. Huius uerbi compoſita Elaboro, (ἐκπονέω, ἐξεργάζομαι) quod ſignificat conor. Cicero: Nihil ita mihi elaborandum eſt, quàm ut cõſilia nemo intelligat. Illaboro, labore uaco. Vnde illaboratum, quod ita ſecernitur ab inelaborato, quòd inelaboratum, (ἀνέργαστον) dicitur, quod nõ ſatis artificio excultum eſt: illaboratum uerò, (πάρεργον) quod ſine labore factũ uidetur: illud uitio dari ſolet, hoc laudi. Adlaboro, diligenter curo, aut ualde laboro. Adlaborandum eſt tibi, Horat. 1. Serm.

Lābrūſcă, æ. f. p. genus uitis agreſtis, quæ erratica dicitur, quòd in terræ marginibus & ſepibus naſcatur. ἄμπελος ἀγρία, ἀγριάμπελος. Verg. in Buc. Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis. Dixit & labruſcũ gen. neu. in Culice: Denſaq; uirgultis auidè labruſca petuntur.

Lăc, ctis. n. t. ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur, dictũ à liciendo, quòd admotis mammis infantes alliciuntur. Lacte gen. neutro in nominatiuo dixit Plaut. in Milite: Tam ſimilem, quam lacte lacti eſt.

Lăcænă, (λάκαινα, φαινομηρίς) genus ueſtimenti

Lăcĕr, & lacerus. a. um. pen. cor. dilaniatus. διερρωγώς, ῥωγαλέος, ῥακώδης. Propriè, ut Aſconius ait, lacerus dicitur amputatus membris, ut oculis, uel auribus. Verg. Lacerum crudeliter ora. Lacer à ueteribus dicebatur, qui auribus curtatus erat. Lacerum, quodcunque in corpore imminutum.

Lăcērnă, æ. f. p. (φαινόλη) uirilis ueſtis fimbriata & ferè militaris, quæ Græcè χλαμὺς nominatur: à lacerãdo dicta, quòd capitio minor ſit. Lacerũ enim dicimus, quicquid corpore imminutũ eſt. κολοβόν. Hæc utrinq; indui poterat, & ex utraq; parte reijci. Et à lacerna fit lacernatus. χλαμυδωτός, ſicut à tunica tunicatus.

Lăcĕro, as. a. p. dilanio, ſæpius uulnero, & quaſi per membra diſcindo. σπαράσσω, σπαράττω. Tractum à lanijs, qui diſcindendo corpora dilaniant. Verg. Quid miſerũ Aenea laceras? Huius uerbi compoſita ſunt, delacero, quod eſt

deorſum lacero. διασπῶμαι. Plaut. in Capt. Dilacero, uariè lacero. Lactan. lib. 1. In quibus ipſe poſteà dilaceratus & carptus eſt.

Lăcĕrtă, f. p. (σαῦρα) ſerpentis genus, cuius duo ſunt genera, itaq; in utroq; genere mas lacertus dicitur. Dictus quòd pedes habeat ad ſimilitudinē noſtrorum lacertorum, hoc eſt noſtrarum manuum & pedum. Verg. Nunc uirides etiam occultant ſpinea lacertos.

Lăcĕrtŭs, ti. m. f. ſerpentis genus de quo modò. ὁ σαῦρος. Itē genus piſcis idoneus ad ſalſamēta, de quo Mart. Cum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti. Et in homine brachiū dicitur, (ὦμος) à cubito ad manus uertebrā. Vnde lacertoſus a. um. adiectū, pro toroſo, robuſto ac ualido.

Lăceſſo. is. leceſsiui, & laceſsi per ſyncopen. & laceſsiſſe pro laceſsiuiſſe, & laceſſerūt pro laceſsiuerunt. a. t. προκαλοῦμαι, ἄρχω, ὑπάρχω, κατάρχω, προπηλακίζω. Significat autem laceſſere lacerare, ſiue ad lacerandū ire. Salluſt. Pridie legiones in mōte poſitas laceſſiuit. Generatim tamen prouocare ad quicquam faciendum, uel ad iram, uel ad certamen ſignificat: ut ſit cum quis laceratur, pulſatur uel tangitur, ſiue impellitur ſcripto, uoce, uerbo, facto. Cicero Corni. Sic igitur faciens, meq; amabis, & ſcripto aliquo laceſſes. Huius paſsiuum eſt laceſſor, aut laceſſior. Colum. lib. 9. cap. 8. Solent cœli nouitate laceſſiri.

Lăchănŭm, ni. n. ſ. pen. cor. dictio Græca qua omne genus holeris comprehenditur. Horat. Ad porri & ciceris refero lachaniq; catinum.

Lăchănŏpoliŏn. ij. n. ſ. (λαχανοπωλεῖον) locus ubi uendūtur holera. Lachanū enim olus eſt.

Lachrўmă, æ. f. p. à Græco quod illi δάκρυον uocant, d in l mutata. eſt humor ex oculis flentium manans. Cuius diminutiuū eſt lachrymula. δάκρυον. Terent. in Eun. Vna me Hercule falſa lachrymula.

Lachrўmo, as. a. p. (δακρύω) lachrymas effundo, quod ad uites etiam transfertur. Lactan. Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes. Huius cōpoſita ſunt, collachrymo. ἐπιδακρύω. Delachrymo, deorſū lachrymo. Illachrymo, ualde lachrymo. Superlachrymo. Colu. li. 5. Optimū eſt igitur medio ferè internodio, ſubſidiariū tondere palmitem, ne ſuperlachrymet, & germinantē cæcet oculū. Eſt & lachrymor deponens ſignificationis actiuæ.

Lăciniæ, ſunt in ueſtimento partes extremæ, & caſuræ particulatim conciſæ decoris cauſa. Vnde laciniata ueſtis, id eſt ſinuoſa: & aduer. laciniatim, quod ſignific. particulatim, & per flexuras. Apul. Itē lacinia genus fungorū, qui ſubruſi circa caſtanearū radices erumpunt.

Lăciniōsŭs. a. um. accipitur pro flexuoſo ſinuoſoq;. Hierony. ad Theod. Lacinioſus contra nos ſermo protractus eſt. Ab eodē diſputatio lacinioſa dicitur, pro tortuoſa & implicata.

Lăcio. is. lacui, & lexi. ſecundum Priſcianum lacitum, & lectum. a. t. ἐξάγομαι. ſignificat in fraudem duco, à lax, quæ fraus dicitur. Huius compoſita ſunt, allicio, delicio, elicio, illicio, oblicio, pellicio: ex quibus ſiunt frequentatiua, allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto. Et habent quidem duo præterita, & duo ſupina, quemadmodū lacio: quamuis non nulli ab elicio, elicui ſolum uelint formatum eſſe. Nam electo, as, à ſupino electum, quod ab elexi formatur, cum aliâs à præterito elicui fiat ſupinum elicitum, à quo elicito. as.

Lăcōnicŭm, ti. n. ſ. (λακωνικόν) ſubſtantiuū, ponitur pro loco orbiculari ambitu in ſe recuruo in balneis, in quib. ſudor elicitur ſicco calore (ut docet Celſus lib. 2.) Et eſt fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata, quæ incluſo igne per ſpiracula parua calefacit per præfurnium. Laconicū, hanc ſub nomine hypocauſti multi ſignauere. Nam hypocauſtū uaporarium interpretamur. Dictum Laconicum, quòd eo Lacones peculiariter uterentur.

Lăcōniſmŭs, mi. m. ſ. (λακωνισμός) breuiloquiū. Cic. in Epiſt. Laconiſmo tuo non utar. λακωνισμόν. ueluti prouerbio, breuiloquentiam uocant Græci: ſiue quod Lacedæmonij factis magis, quàm eloquentia præcelluerūt: ſiue quòd in apophthegmatis præcipuè ualuerunt.

Lāctārĭŭs, a. um. (γαλακτώδης) quod ex lacte eſt confectum: uulgò lacticiniū dicitur, ut opus lactariū. Quandoque dicitur, quod ex ſe lac producit. Varro: Dandum bubus lupinum, & lactarijs medica, & cytiſum.

Lactarius. ij. m. ſ. (γαλακτουργός) qui cibos ex lacte conficit. Spartianus in Heliogaba. Dulciarios & lactarios tales habuit.

Lactio.

Lăctĕo, es. lac ſugo. n. ſ. θηλάζω. Cic. 2. de Diuin. Romulus lactens fulmine ictus.

Lăctēs, (μεσεντέριον) plu. num. gen. fœm. ſecundum Probum. Priſ. uerò hæc lactis declinat. Sunt autem lactes, graciliora inteſtina, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, piluros, quæ inuoluuntur meſenterio, ut à ſpinæ contactu duro munitiores, magisq́; ſeptos reddant. Dictæ lactes, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis, nam à lacte denominantur. Probus: Lactes, ſunt loca in lateribus ſub umbilico pubetenus, adeo delicata, ut plagam ferre non poſsint. Sunt qui dicant eſſe membranas, quæ & omenta dicuntur, quibus cohærent inter ſe inteſtina. Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiũt. Perſi. Emeris auriculas pulmone & lactib. unctis. Plau. in Cur. accepiſſe uidetur pro inteſtinis gracilioribus, per quæ labitur cibus, quòd cibũ alliciant. Ita cibi (inquit) uacuitate uenio laxis lactibus.

Lăctēſcĕrĕ, n. t. eſt in lac conuerti, ſeu lacte impleri. γαλακτοῦμαι. Cic. 3. de Nat. Omnis ferè cibus matrũ lacteſcere incipit. Verg. 1. Geor. Frumẽta lactentia dixit. id eſt lacte plena, ſiue matura, & turgentia atq; opima, aut candida ad meſſem.

Lăctĕŭs, a. um. quod ex lacte eſt. γαλακτικός. Quandoq; candidũ, ſuaue, ſucculentumq́; ſignificat, ut colla lactea. Verg. in 8. Et lacteus, qui lacte alitur, ut lacteus porcus. Mart. lib. 5. Nondum uicta lacteũ faba porcũ.

Lăctĭcĭnĭă, orum. n. ſ. cibi ex lacte facti, ſermone uulgari, ueteres opera lactaria uocant. Hermol. in Caſtigatio. Vide Lacto.

Lăctĭcŭlă, æ. f. p. quamuis uideatur diminutiuũ à lactuca, tamen alia eſt herba habens lac.

Lăctĭdĭăci, orum. m. ſ. ſunt qui circa umbilicũ calce percuſsi ſunt, quia ea pars delicata & mollis eſt: aut quia inteſtina circa umbilicum eſſe noſcuntur. μαλακτιομφαλοι.

Lăcto, as. a. p. lac præbeo, quòd propriè matrũ eſt. θηλάζω. Lactãtia Celſus uocat omnia, quæ lac emittũt, uel pro ijs, quæ uulgò Lacticinia dicuntur, accipit, uel pro cibis lactarijs, lib. 2. ca. 29. Mel crudũ, lac, lactantia omnia, mulſum, & cætera. Per tranlationem ſignificat aliquem per blanditias allicio, atq; decipio. ὑπάγομαι, διαβεχοῶ. Terent. in And. Niſi me lactaſſet amantem, falſa ſpe producens. Hinc ablactio, quod eſt à lacte remoueo.

Lăctōris, herbæ genus, quod à Plinio libro. 26. capite 18. deſcribitur.

Lăctūcă, cæ. f. p. à lactis copia dicta eſt, quòd abundantia lactis exuberet. θρίδαξ.

Lăcūnă, æ. f. p. pen. prod. à lacu fit, & eſt aquæ collectio, quam alij lamam, alij luſtrem nominant. τάφρος. Verg. 1. Geor. Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ. Vbi Seruius, Lacunæ ſunt foſſæ, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit. Lacuna, etiam dicitur foſſa ad ſiccandos agros parata. Item uallecula ſuperioris labri, per ſimilitudinem lacuna uocatur à Lactantio. Huius diminut. eſt lacunula.

Lăcūnăr, aris. n. t. pen. pro. diminut. à lacus, & accipitur pro trabe. δοκός. Suet. in Nerone. Lacunaria quæ noctu ſuper dormientẽ laxata machina deciderent, parauit. Hoc etiam laquear laquearium per antiſtechon. Dicitur & lacunarium, potius tamen lacunar dicitur. interſtitium tignorũ, à ſimilitudine lacuum.

Lăcŭs, ci. m. (λάκκος) ſecundæ & quartæ declinat. locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina. Stagnum temporalem ibi aquam ſtagnantem habet, quæ plerunq; hyeme colligi ſolet, æſtate ſiccari. Item lacus, dicitur locus, qui continet muſtũ prælo ex uinaceis expreſſum, & tranſmittit, ut in dolia condatur. Ouid. in Faſtis: Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Græcè ληνός, Latinè lacus. Vnde Lenæus Bacchus: & lenobates, uuæ calcator. Colum. lib. 1. ca. 6. Item lacus in ædificijs plana trabs uel tabulatum, quo tectorum ac camerarũ ſuperiora ornantur. A lacus fit diminutiuũ lacuſculus. Colum. Oportet habere lacuſculos tam multos quàm poſtulabit modus.

Lădănŭm, (λάδανον) eſt quoddam pingue ladæ herbæ inſidens barbis caprarum adhæreſcens. hæc autem herba naſcitur in Cypro.

Lædo, is. ſi. ſum. a. t. cũ æ diphth. ſignificat contumelia afficio. ſumptum à Græcis, qui lœdoriam contumeliam uocant, ſed per œ. Transfertur tamen ad omne genus offenſionis. Huius compoſita ſunt, allido, collido, elido, illido, oblido, quæ habẽt. pen. pro. de quib. locis ſuis.

Lænă, æ. f. p. (χλαῖνα) ueſtis lanea (ut Varro ait) habitus duplicis & auguralis amictus, quæ ſu

» per cætera ueſtimenta imponebatur. Nonius » docet eſſe ueſtem militarem. Vergil. Tyrioq́ ardebat murice læna.

Lætābilis, le. n. t. (γηθόσυνος) id eſt lætitia dignus. à quo illetabilis, cõtrariũ ſignificat. Cic. li. 1. Tuſc. Quod ut ita ſit, nihil enim pugno, quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſũ?

Lætāmĕn, inis. n. t. fimus qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt pingues ſegetes faciat.

Lætĭfĭco. as. a. p. lætum facio. εὐφραίνω. Plaut. Ita meum cor hæc anus lætificauit modò.

Lætĭſco. is. n. t. lætus fio. φαιδρύνομαι. Siſenn. lib. 4. Vtrum ne dij cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſupernæ gentes humana negligant.

Lætĭtĭă, æ. f. p. eſt exultatio animi, gaudio efferuétiore propter euentum rerum expetitarum. εὐφροσύνη, χαρά. Gell. lib. 2. cap. 27. Et propriè lætitia eſt, cum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in uultu. Gaudiũ, cũ animus exhilaratur aliqua re, neq; tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facilè appareat.

Lætĭtūdo, inis. f. t. idẽ quod lætitia. χαρμοσύνη. Acc. Quãta in uenãdo affectus eſt lætitudine.

Læto. tas. a. p. lætum facio. φαιδρύνω. Accius: Et te ut triplici lætarem bono.

Lætŏr. aris. d. p. (ἥδομαι, εὐφραίνομαι) gaudeo, delectationem capio, ſed extrinſecus, cũ gaudere ſit intrinſecus, quãuis ſæpe confundantur. Hinc fit compoſitum Collætor. συνήδομαι ſimul lætor.

Lætŭs, a. um. o. ſ. (φαιδρὸς, γηθόσυνος) qui hilaritatem, quam intus habet etiam uultu oſtendit: à latitudine mentis, ut quidam putant. Verg. Imperio læti parent. Lætas oues, (ἴφια μῆλα Homero) dicimus, quæ bona ſunt corporis habitudine atq; pinguedine. Inanimata uerò læta dicuntur, quæ aſpectu homines lætificant, uel quæ pinguia ſunt. Læta uerò prata, læta domus, quæ lætos nos faciunt. Dicimus etiam lætum celerem, quoniam in his in quibus animus lætatur, celeritate utimur. » Vergilius in 4. Ocyus omnes Imperio læti pa» rent. id eſt feſtini. Item bene uolentem. χαίρων. ut, Vobis lætus ego hunc candentem in littore taurum.

Lĕuĭgo. as. a. p. pen. cor. complano, polio, quaſi leue ago. λειαίνω. Plin. lib. 13. Scabricia charta læuigatur dente.

Lēuis, & hoc. ue. om. t. (λεῖος) cum diphthon. ſignificat quod tactu aſperum non eſt, idq́ authores dicunt inoffenſum, lubricum, & tenerum, ut ſunt oua uolucrum.

Lēuĭtās, atis. f. t. (λειότης) eſt aſperitati cõtraria.

Lēuo. as. a. p. idem quod læuigo. λειαίνω, ξέω. » Stat. li. 1. Theb. Pars teretes læuare manu, ac diſponere menſas.

Lēuŏr, oris. m. t. idem quod læuitas: hoc eſt complanatio, & terſitudo: Plin. Spectãtur in chartis tenuitas, denſitas, candor, læuor.

Lăgēōs, ei. m. ſ. (λάγειος) uua quæ & leporaria » dicitur. Verg. 1. Georg. Et paſſo pſythia utilior, tenuisq́ lageos.

Lăgănŭm. ni. n. ſ. eſt quædam membranula ex farina & aqua, quæ iure pingui cocta ex caſeo, pipere, croco, cinnamoq́ condita in cibis datur.

Lăgœnă, æ. f. p. cum œ diphthon, genus uaſis teſtacei, non tam ad aquam, quàm ad uinum & alios uſus accommodatum. ἀσκός. Huius diminutiuum eſt Laguncula.

Lăgōĭs, (λαγῷος) pen. prod. genus auis quæ leporinas habet carnes. nam λαγὼς apud Græ» cos lepus eſt. Eſt & genus piſcis. Hor. in Ser» mon. Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lăgōphthălmŏs, mi. m. ſ. (λαγόφθαλμος) dicitur in oculis, cum ſuperior palbebra non deſcendit. Cui uitio contrarium eſt Ectropium, cum inferior palbebra parũ ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore committitur. Dictum à leporibus, qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

Lăgōpūs, odis. f. t. (λαγώπους) auis deſcribitur à Plinio lib. 10. cap. 48. Eſt & herba apud Dioſcoridem.

Lăgotrŏphiă, orum. n. ſ. (λαγοτροφεῖα) leporiã loca, in quib. lepores aluntur, ut eſt apud Colu.

Lăguncŭlă, æ. f. p. diminutiuum, parua lagœna. ἀσκίδιον, κεράμιον. Plinius in Epiſt. Lagunculam, ſic etiam pugillares feras.

Lăĭcŭs, a. um. (λαϊκὸς, ἰδιώτης) pen. cor. quod commune eſt, & nõ ſanctum: hoc eſt, attrectabile eſt, ſicut ſacrum & ſanctũ dicitur, cuius tactu populo interdictũ eſt. Nunc Laicos uocamus quaſi populares, & prophanos, qui ſacris initiati non ſunt.

Lăiſionis,

Lālisiōnēs,um.m.t.pulli ſunt onagrorum.Martialis: Dum tener eſt onager, ſolaq́ue laliſio matre Paſcitur.

Lāllārĕ,more infantium blandiuſculis uocibus loqui.βαβάζειν.Propriè autem de infantibus, qui irati matrum mammas ſugere renuunt.

Lāmǣ,(πίτταλα)rupium fracturæ.

Lāmă,æ.tamen,aquæ collectiò eſt.Feſtus.

Lāmbo,is.bi.bitum.a.t.ſecundum Priſcianum (λείχω,λιχμάομαι)Lucil.li.14.Iucundasq́ puer qui lamberat ore placētas.Eſt autem lambere,lingere: hoc eſt lingua aliquid ſuauiter tangere,ſicut canes bibentes.λάπτειν. Vergilius pro tangere poſuit lib.3.Aeneid.Interdū ſumitur pro leuiter fluere.

Lāmēllă.æ.diminutiuum à lamina.Vitru.Speculum argenteum tenui lamella ductum.

Lāmēntābilĕ, is.om.t.(πολύθρηνον) quod eſt dignum multa lamentatione. Vergil. Troianas ut opes & lamentabile regnum.

Lāmēntārĭūs, a.um. quod ingerit lamentationem.θρηνητικός.Plaut.in Capt. Quæ ædes lamentariæ mihi ſunt.

Lāmēntŏr,aris.d.p.uoce querula, triſtiq́ oratione damnum ac dolorem teſtor.θρηνέω, ὀδύρομαι.Cic.li.Tuſc.pro lamentatione dignū aliquid monſtrare poſuit, cum inquit: Nam hæc quidem uita mors eſt, quam lamentari poſſem,ſi liberet.Hinc

Lāmēntātio,onis.f.t.quæ eſt(ut Cic.4.Tuſc.docet)ægritudo cum eiulatu.ὀδυρμός.

Lāmēntās,pro lamentationibus ſcripſere Veteres. Pacu.in Herm. Lamentas, fletus facere compendi licet.

Lāmēntŭm,ti.n.ſ.ipſe lamentatio. Cic. Senect.

Lămĭæ,uide in proprijs nominibus.

Lămĭǣ,arum.f.p.(λαμίαι) mulieres, quæ ſtrygum inſtar, infantium ſanguinem ſugunt, ſiue ipſæ ſtryges.Hora.Neu pranſæ lamiæ puerum uiuum extrahat aluo.Philoſt.ait Lamias à quibuſdam laruas appellari,& lemures, eſſeq́ ad amorem & Venerem propenſas, & carnes humanas maximeq́ formoſorum eſurienter appetere, quæ libidinis cupiditate alliciant eos,quos poſtea cupiant deuorare. A quo Lamiacus.a.um.ut bellum lamiacum,apud Hier.lib.contra Iouin. Vnde & Lamiæ cognomen nobilibus inditum eſt, quod uulgò lamium genus uocabatur. Lamia,etiam inſignis meretricis nomen fuit Et lamia,animal eſt faciem prætendens muliebrem,ab inferiori parte pedes equinos habens.

Lămĭŭm,ij.n.ſ.urticæ genus.Plin.li.21. cap.15. Quæ innoxia eſt,morſu carēs,lamiū uocatur.

Lămĭnă,(ἐλασμὸς)pen.cor.uide Bractea.

Lāmnă,pro lamina apud Hora. lib.2.Car.

Lāmpăs,adis.f.t.λαμπάς.Græca dictio eſt, cuius accuſatiuum protulit Verg.Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Ab hoc accuſatiuo formatur nominatiuus lampada.æ. Eſt autem lampas, ignis aut ſolis ſplendor, à λάμπω ſplendeo. Frequenter tamen ſumitur pro inſtrumēto,in quo ignis in oleo lucet. Eſt etiam Lampas genus facis in aēre,Vulgus faces ardentes, uel lanceas ignitas uocat.

Lāmpetră,æ.f.p.uulgari uocabulo, genus piſcis,à lambendis petris nomen ſortiens.μύραινα. Hos piſces nonnulli murænas uocant.

Lāmpȳris, uermiculus noctu lucens. nonnulli noctilucam,alij nitedulam uocant. Plini. lib. 11.capite 28.λαμπυρίς.

Lāmpȳrŭs,lacertorum genus.Plin. 32. cap. 11.

Lānă,æ.f.p.ἔριον.quæ de ouibus deciditur:à laniando.Laniare enim ſcindere eſt. Sciditur autem nunc lana,quæ uelli ſolebat,unde à uellendo uellus dicebatur. Quidam à leuitate. id eſt mollitudine, lanā dici exiſtimant. Hinc lanugo,primi pili in barba, quia cæteris ſunt molliores.ἴουλος.Eſtq́ in ſola oue lana:nam cæteræ quadrupedes pilos aut ſetas habent. Dicitur & lanitium (ut inquit Seruius) Verg. lib.3.Georg. Si tibi lanitium curæ, primum aſpera ſylua.Hinc Laneus.a.um.& Lanicus a.um.(ἐρεοῦς)Mart.

Lānāris,et hoc re.om.t.quod habet lanam.λανάρις,ἐριοφόρον.Var.lib.2.de re Ruſt.Nos quū pecus paſcimus lanare.

Lānārĭŭs,rij.m.ſ.ſubſtantiuum,qui lanam curat.λαναργός.Plaut. in Aulul.Stat fullo,phrygio,aurifex,lanarius.

Lānārĭă,æ.herba.(στρούθιον)Plin.24.cap.18.Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.

Lānātŭs,a.um.quod habet lanam.ἐριόμαλλος. Colum.lib.11.cap.2.Lanatæ oues.

Lānātŭs lŭpŭs,ſiue laneus, piſcis ſic dictus, à

candore ac mollitie carnis.

Lãnceã,*æ. f.p. à latitudine ferri dicta eſt, uel quia Græcè dicitur* λογχὴ. *teli genus longiſſimum. Hiſpanica dictio, non Latina. Huius diminutiuum eſt lanceola, cum accentu in antepenultima.* λογχάριον. *Hieron. lib. 3. Regum Prophetæ lucorum incidebant ſe lanceolis, donec ſanguine perfunderentur. Lanceã Bu. etiam eſſe dicit ſpiculum uenabuli uel iaculi.*

Lãnceãriũs,*rij. m. ſ. qui lanceã gerit.* λογχοφόρος. *Lancearij ſunt ex Tranquillo, inquit Bu. qui nunc uulgò picarij. id eſt ſpicularij, dicũtur.*

Lãnceãtũs,*a. um. quod eſt lancea armatum.* λογχωτός. *Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. Iul. Firm. Lãceati morientur.*

Lãncẽs,*ium. f. t.* παροψίδες, πίνακες. *uaſa lata et rotunda, minus excauata quàm patinæ, & rebus diuinis apta, ut docet Auſonius illo uerſu, Turibula, & pateræ, quæ tertia uaſa deûm lanx. Iuuenalis ſumpſit pro uaſe eſcario, in quo caro tam toſta quàm elixa conditur, menſæq; infertur. Et lances.* τάλαντα. *ſtateras dici nemo ignorat, quod ad lancium formam factæ eſſent, & excauatæ. unde bilances dictæ ſunt, quæ duas lances habent.*

Lãncĩno,*as. a. p. pen. cor. ferio, lacero.* σπαράζω, σπαράσσω, καταξαίνω. *Seneca: Aliũ inter leges celebriſq; ſpectaculum fori lancinauit.*

Lãnẽrũm,*ueſtimenti genus ex lana ſuccida confectum.* οἰσύπινον.

Lãnẽũs,*uide in Lana & Lanatus.*

Lãngã,*genus beſtiæ, quam alij languriam uocant, quam dicunt circa Padum inueniri. Eadem forte quæ Lynx. Langurium enim uocant lectrum, quod aliâs Lycurium.*

Lãnguẽo,*es. gui. n. ſ. deficio, infirmus ſum, diſſoluor.* καταπονοῦμαι, χαλάω, παρακμάζω. *ut Languens uox, apud Ciceronem 1. Offic. & apud eundem in 1. Philip. Languere è uia. Interdum eſt timidum eſſe. Interdum ocioſum eſſe.* ῥαθυμεῖν, ῥαθύμως ἔχειν. *Huius uerbi compoſita ſunt, Elangueo.* ἐξαδυνατῶ. *à quo elangueſco, quod eſt, ualde infirmus fio.* μαραίνομαι. *Gel. libro 1. Relangueo, à quo relangueſco, rurſus ad ualetudinem redeo. Ouid. libro 6. Metamorph. Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Claud. libro primo Relanguere pro remiſſum eſſe poſuit.*

Lãnguẽſco,*ſcis. n. t. inualidus, tepidus, ſeu ocioſus fio.* ἐκκάμνω, χαλάω. *Cic. in Cato. Orator, metuo, ne langueſcat ſenectute. Aliquando ponitur pro languore confici. Verg. li. 11. Aliquando pro minui. Plinius Epiſt. 173. Seu quòd omnium rerum cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt.*

Lãnguefãcio,*languorem affero, ſiue languere facio. Cic. de Legibus: Incitare languentes, & languefacere excitos.*

Lãnguĩdũs,*da. dum. quod languet, (*ἀπονενευρωμένος, παρειτός, χαλαρός. *) Hinc Languidè aduerbium, id eſt cunctanter, negligenter, ocioſe. Colum. lib. 11. cap. 1.*

Lãnguõr,*oris. m. t. propriè eſt defectio uirium & ſucci naturalis, (*πάρεσις, παρακμή *) Hinc languere dicuntur herbæ, quæ incipiunt areſcere. Sed ad animum quandoq; transfertur, & pro debilitate, defectu, torpore, inertiaquê uſurpari ſolet. Cic. lib. 1. Offic. Nihil autẽ magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori ſe deſidiæq; dedat. Plautus in Aſinaria, pro laſsitudine poſuit.*

Lãngũriũm,*electri ſpecies ex langis ſiue langurijs factum.*

Lãniẽnã,*æ. f. p. officina, in qua fiunt, ac uenduntur carnes, & uulgò macellum dicitur.* κρεοπωλεῖον. *Plautus, Per myropolia & lanienas, rogitando ſum raucus factus. Accipitur etiam pro ipſa laceratione.* κρεουργία. *à laniando.*

Lãnĩficiũm,*cij. n. ſ. lanæ opificium, (*ἐριουργία*) Plinius, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt.*

Lãnĩficũs,*a. um. o. ſ. qui lanæ artem exercet, (*ἐριουργός, ταλασιουργός*) Martial. li. 6. Si mihi lanificæ ducunt.*

Lãnĩfẽr,*unde laniferæ arbores à Plinio dictæ, lib. 11. capite 10. &*

Lãnĩgẽr,*geri. m. ſ. unde idem Plinius Lanigeras arbores quaſdam appellat, lib. 12. cap. 10. quòd lanam ferant, ſiue gerant.*

Lãnio,*as. a. p. ſcindo, (*κρεουργῶ, κατατέμνω, κατακρεουργίζω*) Vergil. lib. 3. Georg. Ipſiq; nudis laniabant dentibus artus. Huius compoſitum eſt Dilanio, pro diſcindo.* διασπάω.

Lãniõniũs,*nia. nium. quod ad lanium pertinet.* κρεουργικός. *Vnde lanionio more.* κρεουργηδόν. *Et laniοniæ menſæ, in quibus ſcinditur caro. Suet. in Claud. Carnificem ſtatim acciri cum machæra, menſaq; laniοnia flagitauit.*

Lăniſtæ, arum.m.p. γυμναστὰ. dicti ſunt, qui laniandis præſunt gladiatoribus, hoc eſt magiſtri, & inſtitutores gladiatorum, ſub quorum dommatu, & quibus hortantibus homines gladiaturam exercent, atq; in mutuam necem ruunt. Hi familias domi ad gladiaturam exercendam habebant inſtituere, & mox paratas uendere ſolebant munerarijs. Hinc laniſtæ auium, dicti ſunt à Columella, qui aues certaminibus præparabant.

Lăniūm, nij.n.ſ. carnarium, eſt locus ubi carnes uenduntur. κρεωπώλιον.

Lăniūs, nij.m.ſ. ſeu lanio, qui carnes in carnario uendit populo, à laniandis pecoribus, quod eos concidat lanietq;. κρεοπώλης, κρεουργὸς, Plau. in Capt. Dij immortales, quanta lanijs laſsitudo, quanta porcinarijs?

Lăno, nas. intus lanam pono, ſeu lanam habeo. ἐριοφορέω. Vnde lanatus. a. um. Colu. lib. 8. Ideo niſi lanatas oues emi non oportet. Et Lanatus dictus fuit Capitolinus magiſter, equi-

Lănŏcŭlūs, qui lana tegit oculi uitium, (tum. inquit Feſtus.

Lănōsūs, lana abundans. Colum. libr. 7. capi. 3. Eliges bimã, nec aſperi, lanoſi, et ampli uteri.

Lănūgo, uginis.f.t. pen. prod. tenera pilatio, à lanæ ſimilitudine, qualis in adoleſcentium genis, & in pomis quibuſdam cernitur. ἴουλος. Ponitur aliquando pro ſcobe. Col. lib. 7. cap. 29. Nulla interueniente lanugine, quam excutiebat antiqua terebra. Hinc lanuginoſus adiectiuum. Plinius lib. 22. cap. 2. Eſt & alia ſimilis, lanuginoſior, & minus pinguis.

Lănūuini, id eſt colei lanugine. id eſt pube tecti. Cic. Pæto, li. 9. Honeſti colei, lanuuini: cliternini, non honeſti.

Lăpăthēs, aut potius lăpăthūm, (λάπαθον) penu. corr. genus holeris, à lapatho dictum, fortè idem quòd lapathos. Serenus: Sæpe chelidoniam cum ſucco lapathis addes: cuius genera, & nomina uide apud Plini. lib. 20. cap. 21.

Lăppă, dicitur, cuius tria ſunt genera. Nam quædam dicitur canaria, quæ eſt exigua, canibus adhærens. Altera maior aliquanto eſt, & philanthropos appellatur, quòd ueſtibus hominum adhærens, eos amare uideatur. eadem uocatur aparine. Tertia appellata perſonata, & maxima eſt, naſciturq; iuxta riuos et flumina. Græci eam ἄρκιον uocant. Vide Plini. lib. 21. cap. 17. & lib. 18. ca. 17. Colu. Lubrica iam lapathos, iam ramni ſponte uireſcunt.

Lăppāgo, herba ſimilis anagallidi, niſi eſſet ramoſior, ac pluribus folijs aſpera, rugoſa, aſperioris ſucci, grauis odoris, &c. uide Plinium libro 26. capite 10.

Lăpĭcidă, æ.m.p. λάτομος, λιθοξόος, λιθοτόμος, λατύπος, λιθουργὸς. penul. producta, dicitur is, qui lapides cædit.

Lăpĭdārĭūs, ria. rium. quod ad lapides pertinet λατομικὸς. Plautus in Capt. Tyndarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur.

Lăpĭdēſcĕrĕ, n.t. λιθοῦσθαι. apud Plin. lib. 2. ca. 103. legitur pro in lapidem conuerti, ſeu in lapideam duritiem, quod uel à lapido, uel lapis fit.

Lăpĭdĭcīnă, æ.f.p. pen. pro. locus ubi lapides exciduntur: λατομίαι. à Græcis dictæ. Vnde & carcerem latomias uocamus, eo quòd damnati ad lapides excidendos eò mittebantur: Plautus in Captiuis, In lapidicinas, facite, deductus fiet.

Lăpĭdo, as. a.p. pen. cor. lapidibus cædo. λιθάζω, λιθοβολέω, καταλιθόω. Vnde ſcribit Macrobius lapidatum à Pop. Rom. fuiſſe Vatinium. Transfertur etiam ad inanimata, et ſignificat percutio pulſoq;, etiam ſine lapidibus. Macro. Notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. Lapidare aliquando eſt lapidibus pluere. Liuius libr. 7. Bel. Pun. Veijs de cœlo lapidauerat. Hinc lapidatio uerbale. Cic. 4. Ver. Fit magna lapidatio, & ſignificat lapidum iactum. Et lapidator aliud uerbale. Cicero pro Domo ſua, Percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ. Huius compoſita ſunt, delapido, quod eſt lapidibus ſterno. ἀπολιθόω. Vnde delapidata loca, quæ lapidibus ſtrata ſunt. Dilapido, diſperdo, conſumo. διαφορέω. Cice. Octauio: Publicam dilapidabat pecuniam.

Lăpillūs, li.m.ſ. diminut. paruus lapis. λιθίδιον, ψηφίς. Et lapilli, lapides precioſi, ut ſunt gemmæ, margaritæ.

Lăpio, is. iui. itum. a. q. λιθόω. durum efficio, & quaſi in lapidem conuerto. Pacuuius, Lapit cor cura. Feſtus: Lapit, id eſt dolore afficit. Obſoletum eſt.

Lăpis, idis.m.t. propriè eſt, quem Græci λίθον uocant,

uocant, & mitior, minorq́; ac tenacior eſt: ſaxum maius, aſperius duriusq́;, Vnde gemmæ lapides, nõ ſaxa dicuntur. Plin. Nuſquam hic mitior, quàm in Italia gignitur, lapisq́; nõ ſaxum eſt. Et quoniam apud ueteres lapidibus milliaria ſignabantur, ponitur quandoq; lapis pro milliario, unde legimus ad tertium, ad quartum lapidem. De lapide emptos quoque dicimus: nam priſco more præcones ex lapide facere præconium ſolebant: ubi mancipia quoq;, præconis uoce uenalia proclamabantur. Cice. in Piſo. Tribunos de lapide emptos eſſe ait, quia mercede id faciebant. Traductum autem eſt à lapide quodam editiore, quem Romæ fuiſſe complurimum autorum teſtimonio conſtat, unde præcones in auctionibus res uenales pronunciabant. Hominem præterea lapidem quandoq; dicimus, qui negligens ſtupidusq́ue ſit, quiq́; ad id agendum, quod maximè oporteat, non moueatur. Lapis interdum, pro monte. Vergilius Aeglog. 1. Et tibi magna ſatis, quamuis lapis omnia nudus, Limoſoq́; palus obducat paſcua iunco. Lapis incuſus, manualis mola eſt, cudendo exaſperata. Verg. 1. Geor. Lapidéq; reuertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. Lapis bibulus, qui Arenarius uocatur A lapis ſit Lapideus. a. um. λίθινος. quod ex lapidis materia conſtat. Vt lapideus murus, apud. Liui. 3. Vrbe. Lapideus hymber. Per trãſla. ponitur lapideus pro g[illegible]ui et põderoſo. Plau. in Truc. Lapideus ſum, commouere me miſer non audeo. Lapidoſus. a. um. λιθώδης. quod lapidibus abundat. Plin. libro. 19. capite. 8. In locis incultis, lapidoſis. Aliquando pro duro ponitur. Verg. 2. Georg. Et Prunis lapidoſa rubeſcere corna.

Lāpsānă. λαμψάνη. pen. cor. holus ſylueſtre, trium foliorum: de quo Plinius lib. 20. capite 11. Inter ſylueſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis folijs, napi ſimilima, niſi candidior eſſet flore.

Lāpsio. ὀλίσθημα. idem quod lápſus pro ruina.

Lāpſo, as. frequentatiuum à Labor. ὀλισθαίνω.

Lāpsŭs, us. m. q. πτῶσις, ὄλισθος. ruina. transfertur quoq; ad eos, qui nimia infirmitate uel imprudentia deliquerunt. Item lapſus, ſerpentum progreſſus dicitur, Verg. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. Et lapſus currus uocatur. Idem: Pedibusq́ue rotarum Subijciunt lapſus.

Lāpsŭs. a. um. πεσών. participium eſt.

Lăquĕārĕ, n. t. & per apocopen laquear, laquearium. φάτνωμα, σανίδωμα. dicitur. camera, hoc eſt pars ſuperior cubiculi & cœnationis parum conuexa, quæ uarijs adornari ſolet coloribus. Seruius in illud Vergilij 1. Aneid. Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine lacus ſignificante trabem in ædificijs planam, ait diminutiuum eſſe lacunar. à quo lacunarium, & per antiſtœchon laquear, & laquearium.

Lăquĕātŭs. a. um. quod eſt laqueis irretitum. ἐμπαγιδευθείς. Columel. libro 7. Cæterum corpus laqueatum & diſtentum temonibus obligatur. Et laqueatum dicitur conuexum. φατνωτός. uel laquearibus ornatum. unde laqueata tecta. Cicero. libro 1. Legum: Et apud Liui. 5. Decad. libro 1. Laqueatum auro templum dicitur. hoc eſt laquearibus aureis, uel auratis ornatum.

Lăquĕŭs, ei. m. ſ. uinculum. παγίς. Vnde dicimus, Laqueo uitam finiuit, id eſt ſuſpendio uitam finiuit. Ponitur denique laqueus pro quacunque re, qua homo capi ac irretiri poteſt. Hinc gryphos captioſasq́ue argumentationes, laqueos dicimus. Cicero de Fato: Ad Chryſippi laqueos reuertamur. Hinc & Cicero pro Milone, laqueos iudicij dixit. Et pro Cecinna, Laqueo uerbi capi.

Lărārĭŭm, uide in nominibus proprijs.

Lārdŭm, di. n. ſ. dictum quaſi late aridum. Vnde & laridum dictum eſt. Eſt autem lardum caro ſuilla, quoquomodo ſalita: unde Plinius dixit, Lardum pingue, hoc eſt unctum, quaſi macrum dici poſſit.

Lārgĭŏr, iris. d. q. profuſe dono. προΐεμαι, χαρίζομαι. Cuius compoſita ſunt, dilargior, uariè largior. διανέμομαι. Hinc lagitor uerbale, id eſt profuſor, prodigus. Cice. 1. Offic. Exiſtuntq́; in Republica plerunq; largitores, & factioſi, ut opes quàm maximè conſequantur. Elargior, ualde largior.

Lārgĭtās & largitio. δαψίλεια, διανομή. inter ſe differunt, quòd largitas (ut Agretius ait) humanitatis ſit, largitio ambitionis. Ponitur

tamen quandoq; largitas pro largitione. Terent. in Adelphis, Quæ iſthæc ſubita eſt largitas? Quandoq; largitio pro liberalitate ponitur. Cæſar Belli Ciuilis.

Lārgūs, a. um. quod non eſt ſtrictum. δαψιλὴς, λαμπρὸς. Plin. lib. 11. cap. 19. Pili equis in iuba largi, in armis leoni. Et largus dicitur, qui largitur. Cicero libro 2. Offic. Omnino ſunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Hinc largè. δαψιλῶς. aduerbium, liberaliter, abundanter. Horatius libro Carm. Ligna ſuper foco largè reponens. Dicitur & largiter, quamuis non ita in uſu ſit. Brutus Attic. Inuenitur et Largitus pro largè, ſiue largiter, ſed antiquum eſt. Afranius, Quid iſthuc eſt? Largitus proloquere. A largus & loquor, fit largiloquus, qui abundanter loquitur. Plautus in Ciſtel. Largiloquæ extemplo ſumus, plus loquimur, quàm ſat eſt. Et cum fluo compoſitum fit largifluus. Cicero 3. de Orat. Grando miſta hymbri largifluo ſubita, & præcipitans edit.

Lārīdūm, uide lardum.

Lārix, λάριξ. arboris genus. Lucr. lib. 9. Et laricē fumóq; grauem ſerpentibus urunt. Cognata autem eſt abieti & pino, teſte Plinio libro 16. capite 10.

Lārnæ, arum. f. p. dici putantur à lare hoc eſt à malo genio, quæ ſunt noxiæ inferorum umbræ. μορμοὶ. Plau. in Amphitruone. Nam hæc quidem ædepol laruarum plena ſunt. Vnde laruati. νυμφόληπτοι. dicuntur furioſi & mente moti, quaſi à laruis exterriti, quales ſunt, quos uulgò dæmoniacos appellant. Plautus, Laruatus ædepol hominem miſerum mendicum quæritat. Hi etiam Ceriti dicuntur à Cerere, quaſi Cereris ira animo uexati. Plautus, Certè laruatus aut Ceritus. Larua, etiam perſona dicitur. προσωπεῖον, μορμολύκιον. & laruatum dicimus perſonatum. Apulei. in Apol. Laruas appellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchorum terriculamenta. Auguſtinus libro 4. De Ciuitate: Laruæ dicuntur animæ hominum deprauatæ, & in malis uitæ meritis maculoſæ, quæ à corpore ſeparatæ, terriculamētum ſunt mortalibus. Plinius fatuos uocat qui paſſim fœminarum ſomnijs creduntur: quos folletos appellant.

Lāruālē, lis. n. t. ſimulachrum dicitur deformatum, pallens, emaciatum, ac prorſus horrendum. μορμολύκειον. Sidonius, Facies ueluti umbris mœſtificata laruali bus.

Lārūs, uide in Larius.

Lāsānūm, ni. n. ſ. λάσανον. pen. corr. uaſculum ad euacuandum uentrem. Horat. Te pueri laſanum portantes œnophorumq;.

Lāſciuio, is. n. q. ὑβρίζω, ἀσελγαίνω. ſignificat petulanter agere, ut equi indomiti ſolent, qui diu in ocio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum, aut luſitare exultaréq; ſolent. Col. lib. 7. Satietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

Lāſciuūs, a. um. ἀσελγὴς, ἀλέγαστος, λάγνος. penultima producta, eſt tum in uita, tum in ſermone molliculus, ac plus teneri, quàm robuſti ac uirilis habens: ut inquit Vergilius in Carmine Bucol. Malo me Galatea petit laſciua puella. Aliquando ponitur pro impudico. Martialis libro 1. Laſciua eſt nobis pagina, uita proba. Aliquando pro uoluptuoſo, & deſidioſo. Vergilius Aegloga 2. Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. Hinc laſciuibundus adiectiuum. Plautus, Quidnam dicam Dinacium laſciuibundam tam libenter mœrere? Et laſciuè aduerbium. id eſt petulanter, procaciter, molliter, nequiter.

Lāſciuiā, æ. f. p. ἀσέλγεια. mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi, nec uirtutem, nec probitatem reuerentis, procacitateq́ue ſe oblectantis. Aliquando ponitur pro ioco, petulantia, & procacitate improba. Plinius libro 16. capite 1. Laſciuia maledicendi apud Quintilianum lib. 9. capite 2. ponitur pro dicacitatis uoluptate. In oratione quoque ludibunda & exultans dicitur eſſe laſciuia Idem Quintil. Ne recentis huius laſciuiæ floſculis (capti.

Lāsēr, ſuccus laſerpitij, magnificus in uſu ciborum, medicamentisq;. ὀπὸς σιλφίου. Laſeris in cōditturis meminit Apitius. Palladius lib. 1. Laſer appellat opon Cyrenaicū, quaſi ſuccus laſerpitij. Dioſcorides lib. 3. cap. 95.

Lāsērpitiūm, tij. n. ſ. uirgultum herbidum, ex cuius culmo exudat ſuccus ſerfidus, quē uocant Laſer, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatiſſimum. σίλφιον. Caulem laſerpitij magudarim uocant, quod tamen

tenerius & minus uehemens. A laſerpitio Cato formauit laſerpitiatus.a.um.capite 116. De re Ruſtica.

Lăsibŭs, pro laribus protulerunt Veteres.

Lăſcĕo, es.n.ſ. laſſus ſum, à quo laſſeſco.is. laſſus fio, fatigor. ἀποκαμνω, ἐκκάμνω, ἐκκακέω, ἀπαγορεύομαι. Plinius lib.10.cap.16. Non laſſeſcere in ullo labore, qui neruos ex alis gruis & cruribus habeant.

Lăſſo, as.a.p. fatigo. κοπιάω, ἀπαγορεύω, καταπονέω. Plinius in Epiſtolis, libro 1. Multisq́ cauſis nō laſſaretur modò, uerum etiam confunderetur. A quo laſſatus. Iuuenal. Et laſſata uiris nondum ſatiata receſſit. Huius compoſitum eſt delaſſo, uehementer laſſo. Plau. in Aſin.

Lăſſŭs, a.um.o.ſ. per duplex ss, nomen eſt non participium, & dicitur tam animo, quàm corpore fatigatus, id eſt labore affectus. κεκοπιακώς. Hinc laſſitudo, pro moleſtia, quàm ex labore ſuſcipimus. κόπος, κάματος. Salluſtius, Non famem aut ſitim, neque frigus neq; laſſitudinem operiri.

Lătebră, bræ.ſ.p. penul. corr. & latebræ.arum. locus ubi homines ſe occultant. φωλεός. Quintilianus, Et quamuis odio euerſoris noſtri euocatus ex latebris ſuis. Dicitur & de feris. Liuius lib.46. Inter uepres & latebras ferarum, noctem unam delituit. Ponitur interdum latebra, pro excuſatione. πρόσχημα. Cicero, Videant, ne quæratur latebra periurio. id eſt excuſatio, qua lateat, id eſt non uideatur periurium.

Lătebrōſus locus, in quo frequētes latebræ ſunt (φωλεώδης) Plaut. in Bacch. Nam huic ætati non conducit mulier, latebroſus locus.

Lătĕo, tes.tui. n.ſ. in occulto ſum. λανθάνω. Et conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Quandoq; cū datiuo. Sed cum de loco dicitur, conſtruitur cum ablatiuo mediante præpoſitione: ut, Latet anguis in herba. λοχίζομαι, λοχῶμαι. Hæc res latet me. id eſt, ignoro hanc rem. Huius uerbi compoſita ſunt, Deliteo, de quo ſuprà. Oblitteo, quod eſt omnino uel circumquaq; lateo. περικρύπτομαι, ὑπολοχῶ. Seneca, Qui uelut timidum atq; iners animal metu oblituit. Hinc oblitesco. Varro, Ne æſtu per rimoſa in rimis eius grana oblitescant, & recipiant aquam.

Lătēntĕr, aduerbium, clàm, occultò. Cicero in Topicis, Cum enim nihil ſine cauſa fiat, latenter efficitur.

Lătĕr, eris.m.t. πλίνθος. laterem, latere: & lateres, in plurali, integrum inuenitur pro terra cocta, & in lapidem durata. Genitiuus et datiuus ſingulares rarò leguntur. Vitruuius, Siue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later ſiue crudus, his erit utendum.

Lătĕrāni, uide in Latrones.

Lătĕrārĭŭs, adiectiuum, idem quod Lateritius. Plin.lib.7.cap.56. Laterarios domos conſtituerunt primi. Laterarium, genus ligni Vitru. libro 1.cap.20. Ipſi autem laterarię circà fixis contineantur.

Lătercŭlŭs, li.m.ſ. diminutiuum, paruus later. πλινθίον. Curtius ſcribit laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis.

Lătĕrĭtĭŭs, a.um. quod eſt materiatum ex latere. πλίνθινος. Plini. Lapide, auro, ac ſilice æquo conſtruunt, ueluti lateritios parietes.

Lăternă, æ.f.p. λυχνὸς, φανός. à lateo, licet lateo habet primam corr. laterna uero productam. »Martialis, Dux laterna uiæ clauſis feror au»rea flammis. Dicta laterna, quòd lumen habeat incluſum. fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à uento extinguatur.

Lăternārĭŭs, qui alteri laternam præfert. Cicero in Piſone, An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ laternario?

Lătēſco, is. latus fio, & in latum extendor. πλατύνομαι. Columella libro 2.

Lătex, icis.m.t. νᾶμα. omnis humor dicitur, ab eo quòd intra aliquid lateat. unde de aqua, uino, & cæteris dicitur. Et uinum quod intra uuam. Verg. Regales inter menſas, laticemq́ Lyæum. Et Lucretius, Abſinthij laticem.

Lăthȳris, herba, quæ cataputia maior appellatur, de qua ſic Plinius lib.27.cap.11. Lathyris folia habet multa lactucæ ſimilia, &c.

Lătĭbŭlo, las. neutrum, antiquum. & latibulor, deponens, ſignificat lateo. φωλεύω. Varr. Vide ne ſeruus domini latibulet.

Lătĭbŭlŭm, li.n.ſ. φωλεός. proprie ferarum, quāuis etiam de hominibus dicatur. Cic.1.Offic. Omniaq; quæ ſunt ad uiuendum neceſſaria, inquirat, & paret: ut paſtum, ut latibula, ut alia eiuſdem generis.

Lăti-

Lāticlāuĭĭ, πλατύσημοι. ſenatores appellati ſunt, à lato clauo. Sueton. in Aug. Ac ne expers caſtrorũ eſſet, binos plerunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis. Laticlauia tunica. Valerius libro 5.

Lātĭfŏlĭŭm, & latifoliă, quod lata folia habet. πλατύφυλλον. Plin. lib. 15. ca. 7. Optima laurus ad id, latifolia, ſylueſtris, nigra baccis.

Lātĭfūndĭŭm, dij. n. ſ. quod habet latum fundum & magnum. εὐρυχωρία. Plinius lib. 17. Latifundijs non legitima naturæ feſtinatio. id eſt, non poteſt una certa ratio præſcribi putandæ uineæ in magnis prædijs. Latifundium etiam dictum fuit Quintia prata, ubi deinde naualia facta ſunt. Liuius.

Lătīnē, λατινιςί. aduerb. id eſt Latinorum more. Cic. 6. in Ver. Latinè me ſcitote, non accuſatorie loqui. Dicimus quoq;, Scio Latinè, ubi ſubauditur loqui, quod turpiter exprimeretur: ſicut cum dicimus, Scio fidibus, ubi ſubauditur, canere, non tamen exprimitur. Et Latinitas, locutio ipſa Latina, ſiue ſermo Latinus. Cic. ad Att. lib. 7.

Lātio, onis. f. t. eſt quaſi promulgatio, ut latio legis. Cic. ad Attic. 12. Mihi in animo eſt legum lationem expectare.

Lătĭto, as. n. p. pen. cor. ſæpe aut ferè ſemper lateo. λοχῶ. Lactant. lib. 3. Latitantem atq; ignotam ſibi ueritatem diſſerendo eruere uoluerunt. Cato tamen Latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt, frequentatiuũ ſecundũ uerbi fero, fers. Latitare (inquit Budæus) dicuntur, qui ad iudicium uocati fruſtrantur & ludificant. Cicero pro Quint. Ego experiri non potui, latitauit, procuratorem nullum reliquit. Hinc fit compoſitum illatio, quod eſt intus latito.

Lātŏmĭă, uel latumiæ. λατομία. lapicidinæ locus, ubi ceduntur lapides. λᾶς enim lapis, τόμος ſectio. Liuius libro 6. de Bel. Pun. Ad has latomias damnari ſolebant ij, qui in opus metalli damnabantur.

Lātŏmŭs, mi. m. ſ. λατόμος. pen. cor. lapicida, qui lapides cedit, & quaſi fundamenta ædificiorum præparat.

Lātŏr, oris. m. t. uerbale à fero: ut lator legis, qui & legislator uno uerbo dicitur, qui promulgauit, uel inſtituit, uel tulit legem. Aliquãdo ponitur pro tabellario. Suet. in Calig. Romam literas miſit, monitis ſæpe latoribus, uehiculo ad forum uſq; ad curiam pertenderent.

Latriă, æ. f. p. λατρεία. pen. prod. Latinè cultus, obſequium, ſeruitus. Auguſt. lib. 10. Ciui. Latriam noſtri, ubicunq; ſanctarum ſcripturarum poſitũ eſt, interpretati ſunt ſeruitutẽ: ſed ea ſeruitus quæ debetur hominibus. Latria uerò ſecundum conſuetudinẽ qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia cõdiderunt aut ſemper, aut frequẽter, ut penè ſemper ea dicatur ſeruitus, quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrīnă, æ. f. p. ἀφεδρὼν, ἀπόπατος. locus priuatarum ſordium & ad exonerandum uentrem accommodatus: à latendo dictus. Foricæ uerò, loca publica in quibus licet omnibus uentrem exonerare. Cloaca, locus cauus nuncupatur, quo publice ſordes eluuntur. Antiqui Balneum domeſticũ appellare conſueuerunt, ſicuti docet Var. lib. 2. de Analogia. Hinc latrinas quoq; uulgò colluuiaria, hoc eſt receptacula colluuionis, ſtercoris & ſordium. Videnturq; latrinæ differre à cloacis, tanquam » priuatæ à publicis. Colum. Immundis quæ» cunq; uomit latrina cloacis.

Lātro, as. n. p. proprium eſt canis, cum uocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. ὑλακτεῖν. Latrare ad homines transfertur, pro uociferari, & intentiore uoce clamare. Cic. 2. de Orat. Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, cum à Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe uidere reſpondit? Hinc latratus. us. ipſa uox canum, ſiue ipſe latrãdi actus. ὑλακή, ὑλαγμός. Et latrator. Verg. » 8. Aen. Et latrator Anubis. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Allatro, quod eſt ualde uel ad aliquid latro. προσυλακτέω. Colu. per translationem dixit, Sed ne caninũ quidem, ſicut dixere Veteres, ſtudium præſtantius, locupletiſsimum quenq; allatrandi. Oblatro, circum aut contrà latro. καθυλακτέω. Lactan. lib. 5. Qua Demetrianum, ſicut ipſe ait, oblatrantem atq; obſtrepentem ueritati redaguere conatur.

Latrōcĭnĭŭm, nij. n. ſ. latrocinandi actus. λῃστεία. Columella, Et in ipſo facto latrocinium. Ponitur aliquando pro ipſa militia. Plautus, Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium arreptitaſti.

Latrōci-

Lătrōcĭnōr, aris. d. p. pen. corr. latronum more prædor. ληστεύω. Plau. in Milite, An quia latrocinaris? Significat & mercede milito. Idem in Curc. Latrocinatus annos decem mercedem accipio. Hinc Latrocinatio. uerbale, idem quod latrocinium. Plin. lib. 10. cap. 4. Multitudinis innumeratæ ſæua latrocinatio.

Latrōnĭs, um. com. t. λῃστής. Græca dictio eſt, qua ſignificantur uiarum obſeſſores, qui publice, & per uim furantur, quod à latere adoriantur. uel à latendo, quòd latenter inſidiantur, autore Feſto. Vſurpant poëtæ pro uenatore latronem. Verg. lib. 12. Fixumq; latronis Impauidus frangit telum. De hoc uide in dictione Fur. Apud antiquos, etiam latrones dicebantur cōducti milites, à λατρεύω inſeruio. Moris autem erat, ut hos imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimē. Dicti quaſi laterones (inquit Varr.) quoniam circa latera eſſe ſoleant, quos nunc ſatellites uocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & laterani, & ſtipatores, & σωματοφύλακες uocantur. Inde latrunculus diminutiuum, paruus latro. Cicero de Prouin. Conſul. Res in Sardinia cum Maſtrucatis latrunculis à proprætore una cohorte auxiliaria geſta. Eſt etiam latrunculus, ſiue latro, calculus quo ludimus ſedecim ſcrupis, gemina acie utrinq; directis, in quibus duo reges ſunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem cēturiones. Seneca Latrūculis ludimus.

Lātrūncŭlātŏr, qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor appellatur, & uulgò iudex maleficiorum. Vlpianus lib. 5. Pandect. l. ſolemus. De iud. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

Lātŭs, a. um. o. ſ. εὐρύχωρος, πλατὺς, ſpacioſus, amplus, laxus, cuius cōtrarium eſt anguſtus. Plinius 12. cap. 6. Lata radice arbor. Hinc aduerbium latè, quod ſignificat in multis locis. εὐρέως, διεξοδικῶς. Cicero pro lege Manil. Latè, longeq; diffuſa laus Pompeij. Hinc latitudo. εὐρύτης. pro ſpacioſitate. Latus etiam aliquando participium eſt à feror. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Latus lectica.

Lătŭs, eris. n. t. quod eſt infra alam. πλευρά. Vergilius, Lateriq; acutum accommodat enſem. Et latero. ras. (ut inquit Priſcianus) ſicut ab holus. eris. holero. ras. Aliquando latus pro uiribus & ſpiritu ponitur, Cicero de Senect. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus, & lacertis tuis.

Lātŭſclāuŭs, ui. m. ſ. πλατύσημον. ueſtis ſenatoria, dicta à textura: quæ ueſtis etiam pro ſenatoria dignitate ponitur. Martialis in Hendecaſyllabo, Et lato uariata mappa clauo. Ab Ouidio Clauus ſimpliciter di. itur pro ſenatoria dignitate, illo uerſu, Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt. Hac ueſte ſacerdotes utebantur. Silius, Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo. Erat autē latuſclauus, tunica prætexta purpura, latior tunica uulgari, longiorq́ue ac diſtincta, cui toga ſuperinduebatur, ut tunicæ.

Lăuācrŭm, cri. n. ſ. penultima producta, à lauo. as. balneum in quo quis lauari commode poteſt, (λουτρόν.) Sciendum eſt quòd nomina in acrum ſiue in crum finita, ſi fiunt à ſupinis, quæ habeant uocalem productam, ipſa etiam in nominibus producuntur.

Lăuātrīnæ, arum. f. p. (τὰ ἀπόνιπτρα) dicuntur in quas lotura proijcitur, quæ & aquaria, & aquariola uocantur. Nec in culina tantum, ſed in triclinijs quoq; & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Lāudābĭlĕ, lis. om. t. quod meritò laudari poteſt. ἐπαινετὸν, ἀξιέπαινον. Plautus in Perſa, Aedepol dediſti uirgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam.

Lāudātĭo, onis. f. t. eſt ipſa laudantis oratio. ἐγκώμιον. Cic. 4. Verr. Præclara laudatio. quamuis quandoq; laus pro laudatione ponatur.

Lāudātĭuŭs. a. um. quod laudat. ἐγκωμιαστικός. Vnde laudatiuum genus, dicitur demonſtratiuum. Et laudatiuus caſus dictus eſt, accuſatiuus.

Lāudo, das. a. p. uerbis extollo. ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω, ἐπαίρω. Vergilius, Laudato ingentia rura. Probare, eſt re. Cicero, Et laudo, & probo. Aliquando Laudare, inquit Macrob. libro 6. capite 7. Saturn. ſignificat priſca lingua nominare appellareq́ue. Plautus in Captiuis, Id ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo. Huius cōpoſita ſunt Elaudo, quod ueteres uſurparunt pro eo, quod eſt plus quàm nomino. Varro, Elaudat, nomenq; eius

tius millies repetit. Collaudo, ſimul laudo. προσεπαινῶ, ξυνεπαινῶ, ξυνεπευφημῶ. Cice. Len. Per laudo, ualde laudo. Lact.

Lauer, eris. neu. gen. & aliquando fœminini, herba eſt, quam uulgò berlam dicimus, & berulā. Plin. lib. 26. cap. 8.

Lăuo, as. lauaui. atum. λούω, νίπτω, πλύνω. Inde lauatio, ipſe lauandi actus, aut lauacrum. λοῦσις. Cic. Varro. Te certiorem faciam, ut lauatio parata ſit. id eſt balneum. Declinatur autem, & magis in uſu eſt, Lauo, uis, laui, lotum uel lautum. Eſt autem lauare, abluere, et aqua quæq; ſordida purgare. Plautus, Sedimus, manus lauimus. Vergil. Luminis effoſsi fluidum lauit inde cruorem. Interdum ſignificat madefacere, humectare. Plaut. in Pſe. Geſtat labellas, eas lacrymis lauit. Vnde lautū, ablutum, mundatum. Interdum auferre. Col. lib. 4. Ea res ſe minio lauit acorem malorum. Huius compoſita, Abluo, (ἀπονίπτω) quod eſt lauo, mundo. Col. lib. 1. Alluo, Colluo, ſimul lauo, purgoq́. διακλύζω. Plin. Prodeſt etiam gingiuis, ſi eo ſæpius colluantur. Circumluo, (περικλύζω) circunfluo. Pompon. Deluo, diluo, eluo. Illuo, intus lauo. Interluo, perluo, proluo, præluo. Reluo, (ἀναλύω) rurſus lauo, & quandoq; ſoluo, impignoro. Plaut. Repignorat, reluit, uendit. Subluo, ſubtus lauo. ὑπολούω. Colum.

Lăurĕă, æ. f. p. (δάφνη) proprie (ut ſentit Plin. lib. 15. cap. 30.) lauri folium appellatur, perpetuò uirens, & topiario operi accedens. Aliquādo ponitur pro lauro. Horatius, Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis. Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Cato uerò de re Ruſt. Lauream, & laurum, & mutato diphthongo loream pro eadem accipit.

Laūrĕo, as. a. p. à laurea fit, et ſignificat lauream in capite pono. δαφνόω. Hinc laureati, qui laureis coronati ſunt. δαφνηφοροῦντες. Vnde Cice. Laureatos faſces dixit, lib. de Diu. id eſt faſces laurea uel lauro circumuolutos.

Laūrĕŏlă, læ. f. p. cum accentu in antepen. diminut. à laurea, & pro corona triumphali capitur. Cic. lib. 2. Epiſt. Famil. qualemcunq; triumphum laureolam appellat. Eſt & herba, Græcis chamædaphne.

Laūrĕōtis, ſpodij ſeu cinerulæ genus: uide Plin. lib. 34. cap. 13.

Laūrĕus, a. um. (δάφνινος) quod ex materia lauri: quo modo roſeus, myrteus. Vt laureus ramus, Plin. lib. 15. cap. 30.

Laūrētūm, ti. n. ſ. locus in quo laurorū copia eſt. δαφνών. ueluti roſetum, myrtetum, ſpinetum. Plin. lib. 15. cap. ult.

Laūrĭfĕri, orum. m. ſ. & laurigeri, (δαφνηφοροῦντες) à poëtis Imperatores dicuntur.

Laūrĭnūm, oleum eſt ex lauro factum. δαφνέλαιον. Iuuenitur & adiectiuum Laurinus, a. um. quod eſt ex lauro factum. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleum laurinum utilius, quo recentius.

Laūrŭs, ri. ſ. & 4. declinationis, ſed rectius iuxta ſecundam inflectitur, quia melius ſonat. Eſt autem genus arboris, quæ Græcè δαφνὴ dicitur. Delphica laurus, dicta quòd uictores Delphis ea coronarentur, & eſt uiridior laurus. Cypriam, folio breui, nigro, ſubſcriſpam. Vide Plin. lib. 15. cap. 30.

Laūs, dis. f. t. præconium, commendatio, gloria. ἔπαινος. Proprie uirtus eſt, non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Verg. Prima merui qui laude coronam. Dicta ἀπὸ τῶν λαῶν, hoc eſt à populis, quòd proprie laus ſit populi, de aliquo recta loquentis.

Laūtĭă, orum. n. ſ. (λαύτια) munera dicebātur, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebant, ut inquit Plutarchus in Problematibus. Feſtus ait, Dautia dicebāt Veteres, quæ lautia dicimus: dabantur legatis hoſpitij gratia. Et fœminini generis Lautia. æ. inuenitur. Liu. Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta.

Laūtĭtĭă, æ. f. p. (πολυτέλεια) epularum magnificentia, à lauatione dicta, quia apud antiquos elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro quis lauabat. Lautitia igitur munditia eſt, quæ in ueſtitu & cibo fit. Cice. in Epiſtolis, Fama ad te de mea noua lautitia ueniet. Et antiquitus lautitia dicebatur farina ex tritico, aqua conſperſo.

Laūtrīcēs, dicuntur duorum fratrum uxores.

Laūtŭlæ, orum. f. p. à lauando dictæ ſunt, quas Græci θερμὰς nominant.

Laūtŭs, ta. tum. μεγαλοπρεπής. modo ſignificat lotū, modò ſignificat mundum & ſplendidum. Vnde Lauta cœna apud Plinium in Epiſt. 194.

»Martialis, Iſta quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis. Et laudatus homo, ab elegantia & nitore dicitur. Modo elegans. λαμπρός. Aliquando diuitem, nitidum in ueſte, & uictu delicato. Terent. in Heaut. Omnes te in lauta & bene aucta parte putant. Aliquando opulentus & nobilis. Cice. Acilio lib. 13. In Haleſina ciuitate tam lauta quàm nobili coniunctiſſimos habeo. Et apud Cic. ad Att. lib. 6. Lautum negocium, dicitur magnum. Hinc aduerbium lautè, id eſt eleganter. Plaut. in Milite, Loquitur lautè, & minimè ſordidè. Tractũ eſt à lauatione. Huius dimin. eſt Lautulus, à quo aduerb. lautulè.

Lāxĭtās, atis. f. t. & laxamentum, idem quod remiſſio, dilatio, relaxatio. χαύνωσις, ἄνεσις. Liu. lib. 2. Nihil laxamenti. Cic. 1. Offic. Et adhibenda eſt cura laxitatis. Laxitas domus, eſt amplitudo, & uacuitas quædam.

Lāxo, as. a. p. laxum facio, ſiue dilato. χαλάω, ἀνίημι, χαυνόω. Sunt Laxare & Adſtringere, contraria. Cic. ad Att. Tantum abeſt ut ex eo, quod adſtricti ſumus, aliquid laxari uelim, ut, &c. Aliquando ponitur pro libero. Lucceius ad Cic. lib. Epiſt. fam. 5. Vt iſtis te moleſtijs laxes. Aliquando ponitur pro aperio. Vergil. »2. Aeneid. Laxat clauſtra Sinon. Hinc componitur relaxo, quod eſt, rurſus laxo, recreo, remitto. Cicero libro 1. Offic. Atq; etiam cum relaxare animos uoluerint, caueant intemperantiam.

Lāxŭs, a. um. (χαῦνος) largus, & ſpacij maioris. Vergil. Et primum laxos tenui de uimine cyclos Ceruici ſubiectæ. Aliquando ponitur »pro molli, remiſſo, languido. ἀνειμένος. Verg. »Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Vnde laxi funes, dicuntur languidi, ſemiconſumpti. Et uela laxa, quando uenti non flant. Ponitur aliquando pro longo. Cic. ad Att. lib. 6. Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam. id eſt, tempus ſatis longum. Hinc laxè aduerb. Cicero pro Dom. Habitare laxè, & magnificè uoluit. Laxè & Anguſtè, ſunt contraria. Varro 2. de re Ruſt. Hinc prolixum, quaſi porrò laxum. Inuenitur laxum, aduerbium, pro »latè. Martialis: Et adhuc ſupererat centies »tibi laxum.

L ANTE E.

LEa, quæ & Leæna, æ. f. p. (λέαινα) dicitur. Lucilius, Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu.

Lĕbēs, betis. d. t. (λέβης) pen. prod. uas æneum, in quo quid igni applicamus, ut ebulliat: ut docet Porphyrius, ſuper 9. lib. Iliad. Ouid. Viginti »fuluos operoſo ex ære lebetes.

Lĕcănŏmāntīă, (λεκανομαντία) diuinatio, quæ fit per pelues. Vnde apud Strabonem etiam libro 6. Geograph. legitur Lecanomãticus, qui lecanomantiam tractat.

Lĕctīcă, cæ. f. p. pen. pro. cathedra, & ſedes qua ferebãtur diuites & potentes, in qua puluinar, & lectulus ſtratus erat. φορεῖον, κλίνη. Græcè hexaphorum, quòd à ſex ſeruis portaretur. Huius diminut. eſt lecticula. (κλινάριον.) Cic. Martio: Vt noſtras uillas obire, & mecũ ſimul lecticulam concurſare poſſis.

Lĕctīcārĭŭs, rij. m. ſ. qui lecticam deferebat. κλινοφόρος. Seruius Sul. ad Cic. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſq; lecticarijs in urbem eum referre.

Lĕctīcārĭŏlă, æ. f. p. dimin. eſt. Eſt autem lecticariola, quæ ſubit lecticarij officium, uel quæ ſectatur lecticarios. hoc eſt, cum illis rem habet: ſicut Ancillariolus, qui ancillare officium ſubit, uel qui ſectatur ancillas. Mart. lib. 12.

Lĕctĭo, onis. f. t. ἀνάγνωσις. Diomedes: Lectio eſt articularis interpretatio, uel uaria cuiuſque ſcripti pronunciatio, ſeruiens dignitati perſonarum, exprimensq; animi cuiuſq; habitum. Aliquando ponitur pro electione. Liu. Et eam lectionem memoratam habuerat. Aliquando pro collectione. Colum. lib. 1. ca. 2. At ſaxoſum facilè eſt expedire lectione lapidum.

Lĕctĭpēs, pen. cor. herba ſerpyllo ſimilis, ſurculoſa, palmi altitudine. Plin. lib. 24. cap. 15.

Lĕctĭſtĕrnĭātŏr, oris. m. t. qui lectum ſternit. Plautus in Pſeud. Tu eſto lectiſterniator.

Lĕctĭſtērnĭŭm, nij. n. ſ. (διασκηνὴ apud Athenæum) cum ſacrorũ gratia lecti in templis ſternebantur, ad diſcumbendum ſiue pernoctandum. Propriè Iouis epulũ dicebatur. De inuentione lectiſterniorum lege Liu. lib. 5.

Lĕctĭto, tas. a. p. pen. cor. frequenter lego. Cic. Paeto: Pyrrhi te uideo libros lectitaſſe. Ponitur & »pro identidem colligere. Val. lib. 8. Conchulas &

& calculos in littore lectitaſſe.

Lectŭrio,ris.n.q. (ἀναγνωσείω) deſydero legere.

Lectŭs,cti.m.ſ.(κλίνη,εὐνὴ) dictus eſt, ut Varro inquit) quòd lectis herbis & frondibus ſtramẽta facerent. Vel (ut alij putant) ab alliciendo, quòd fatigatos ad quieſcendũ alliciat. Niſi ſit, quod antiqui Græci λέκτρον lectum dicunt. Cice. ad Pætum lib. 9. Dixit te in lecto eſſe, quòd expedibus laborares. Aliquando ſumitur pro loco, ſuper quem antiqui, qui iacentes cœnabant, qui & diſcubitorius, & triclinarius dicitur: ad cuius differentiam Cicero in lib. de Diuin. Lectus cubicularis dixit. Huius dimin. eſt lectulus. κλινίδιον, κλινάριον, κλινίς. Terent. Adelph. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit. Legitur & Lecticulus.

Lēgātārĭŭs,rij.m.ſ.uel Legataria dicitur, cui ex teſtamento aliquid legatum eſt. Iuſtinianus libro Inſtitut. 2. Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum. Legataria prouincia dicitur, quæ alicui delegata eſt. Cicero ad Attic. libro 15.

Lēgātĭuŭm,ui.n.ſ. perſonale munus eſt. Vlpian. in l. munerum. de mune. & hono. Legatiuum quoque, qui ad ſacrarium principis mittũtur, quia & priſtinorũ curatores, uiaticum, quod legatiuum dicitur, interdum ſolent accipere: ſed & nicoſtrategi perſonale munus ineunt.

Lēgātŏr,oris.m.t. qui aliquid legat. Suet. in Tyb. Obtinere non potuit, quin rata uoluntas legatoris eſſet.

Lēgātŭm,ti.n.ſ. deliberatio quædam hæreditatis, qua teſtator ex eo quod uniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum uelit. τὸ καταλιπόμενον. Modeſt. Legatum, eſt donatio quædam teſtamento relicta. Et legati appellatione, fidei commiſſum, & mortis cauſſa donatio continentur.

Lēgātŭs,ti.m. ſ. qui legatione fungitur, ſiue qui refert mandata alterius. πρεσβευτὴς, πρέσβυς. Verg. Legati reſponſa ferunt. Et legatus, (ὕπαρχος, ἀντιστράτηγος) qui imperatoris uicem tenet, ſiue qui uicarius eſt imperatoris, aut locum tenens. Budæus: Legatum mittere de aliqua re, eſt mittere aliquem, qui de aliqua re cũ alio, noſtro nomine tractet. Cic. de Orat. Legatum decernere, eſt eligere, conſtituere. Cic. ad Lentulum: Craſſus tres legatos decernit.

Lēgātĭo,onis.f.t. uerbale, actus ipſe legandi, ſiue legatorum miſſio. Cic. 9. Philip. Etenim cui legatio mortis & ipſa cauſſa fuit, &c. Et legatio interdum pro ipſis legatis, qui mittuntur, ponitur. Quint. lib. 10. cap. 1. Miſſa ad Achillem legatio. Legatio quoq; quædam eſt, quæ libera dicitur. Legationes, inquit Budæus, liberæ, olim ornamenti tantum cauſſa ab Senatu impetrabantur: quemadmodũ honorarij magiſtratus à principibus honeſtamenti cauſſa conceduntur, tituloq; tenus obeuntur, & geruntur. Brutus ad Cic. lib. 11. Placitum eſt mihi, ut poſtularem liberã legationem mihi, reliquisq; noſtris, ut aliqua proficiſcẽdi cauſſa honeſta quæreretur. Eſt & legatio uotiua, quæ uoti prætextu ſuſcipitur Cice. Attic. lib. 15. Votiua ne tibi quidem placebat. Dicimus legationem dare. Cice. Et legationem accipere, id eſt ſuſcipere onus legationis obeundæ. Idem pro Flac. Legationem, quam habet, non accepit à ſuis ciuibus, &c. Et legationem gerere, id eſt fungi legatione, & legatum eſſe. Quintil. lib. 7. cap. 5. Malè geſtæ legationis apud Græcos.

Lēgĕm,(νόμον) dictam putant, quod publicè legatur, ut omnibus nota ſit, & ab omnibus obſeruetur. Cic. Legem ſic definit, quòd ſit certa ratio, è mente diuina manans, quæ recta ſuadeat, prohibeatq; cõtraria. Legum appellatione, leges duodecim tabularum, Senatuſconſulta, plebiſcita, legitimæ actiones, interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis uirtus, eſt imperare, uetare, permittere, punire. Lege agere cum aliquo, eſt contra aliquem litigare. & exequi ſententiam à iudice latã, ſiue iudicis iuſſum explere: ut ſi iudex ſententiam tulerit, ut qui uincti ſunt, uirgis cædãtur, deinde ſecuri feriantur: & lictori dicat iudex, lege age. Legibus aliquem ſoluere, eſt à lege liberum reddere. Cicero Philipp. 11. Qui ex ædilitate conſulatum petit, legibus ſoluatur. Legem ferre, eſt legis authorẽ eſſe. Dicimus & condere leges, componere leges, cõſtituere leges, ſancire leges, dare leges, imponere leges, ſcribere leges, iubere leges, perrumpere leges, diſſoluere leges, deuincere leges, perfringere leges. Lex quoq; pro cõditione ponitur. Plau. in Aſi. unde hac lege ſiue ea lege id eſt hac cõditione, ſiue hoc pacto, ſiue hoc iure.

Cic.1.Tuſ. Ea lege non eſſe natos, ut nemo in perpetuum eſſe poſſit expers mali.

Lĕgirūpĭo, onis.m.t. (παράνομος) qui rumpit leges. Plau. in Rudente, Iube modo, accedat prope hunc legirupionem.

Lĕgio, onis.f.t. (τάγμα) à delectu militum dicta eſt, à legendo, id eſt eligendo, quòd legũtur milites in delectu. Diuiditurq; legio in decem cohortes, cohors in quinquaginta manipulos, manipulus in uigintiquinq; milites pro uno quoq; manipulo. Legiones Romanæ à numero, atq; ordine dicuntur: ut primani, ſecundani, decumani milites, uocantur primæ, ſecundæ, & decimæ legionis.

Lĕgĭōnārĭŭs, a. um. quod eſt legionis, uel quod ad legionem pertinet. ταγματικός. Aſinius Pollio Ciceroni: Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoq; miſi.

Lĕgĭrŭpă, æ.c.p. qui legem frangit. παράνομος. Plaut. Legirupa, pernicies adoleſcentum.

Lĕgislātŏr, oris.m.ſ. qui legem tulit. νομοθέτης. Et idem dicitur legifer, qualis apud Athenienſes Solon. Verg. Legiferæ Cereri.

Lĕgĭtĭmŭm, ti.n.ſ. γνήσιος, νόμιμος, γνήσιος. quod eſt æquum, iuſtum, conueniens, & ſecundum legem factum. À quo legitimè aduerb. νομίμως. Cic.1.Offic. Iuſtè & legitimè imperanti. Cuius contrarium eſt Illegitimum.

Lĕgĭūncŭlă, læ.ſ.p. diminutiuum, parua legio. ταγμάτιον. Liu.lib.5.Bell.Macedon. Videretis uix duarum male plenarum legiuncularũ inſtar in caſtris regis.

Lēgo, gas.a.p. in legationem mitto, ſiue legatum mitto. διαπρεσβεύω, ἐπικηρυκεύομαι. Hinc Legati, & Legatio, legatorum miſſio. πρέσβευσις, πρεσβεία. Quandoq; legare, eſt legatum ſibi facere. Cic. Aulo Cecinnæ: Caſſium ſibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. Quandoq; committere. Plaut. in Caſ. Quin ruri es in præfectura tua? quin potius quod legatum eſt tibi negotium, id curas? Quandoq; decernere, deliberare, & teſtamento aliquid alicui relinquere. διατίθεσθαι, καταλείπειν: ut Teſtator liberto ſuo argenti pondo decem legauit. Aliquando aſſignare. Liuius 8. Belli Pun. Patere nos omnia, quæ proſpera tibi, euenere, tuo cõſilio aſſignare: aduerſa, caſibus incertis belli & fortunæ legare. Huius uerbi compoſita ſunt: Ablego, allego, delego, à quo ſubdelego. relego, ſublego, quæ habent pen. prod. Deriuatiua ſunt, Collega, & collegium.

Lĕgo, gis.gi.ctum.a.t. propriè colligo. ἀναλέγομαι. Colum.lib.2. Optimam quanq; ſpicam legere oportet, ſeparatimq; ex ea ſemen reponere. Hinc tractum eſt, ut legere etiam ſit oculis ſcripta percurrere, (ἐπιλέγειν, ἀναγινώσκειν, διέρχεσθαι) quoniã literæ oculis legi, id eſt colligi, uideãtur. Propter quod ea quoq; quæ picta ſunt, legere dicimur. Legere pro adhærere, & accedere (παραλέγεσθαι.) Liu. Ipſe cõpoſitis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens, Ariminum peruenit. Quandoq; præterire ſignificat. Vergil. Littoraq; Epiri legimus. Quandoque pro eligere ponitur: ut, Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Aliquando pro ſurripere, quod ea quæ furamur colligimus. Vergil.10. Aeneid. Quid ſoceros legere, & gremijs abducere pactas? Hinc ſacrilegiũ. ἱεροσυλία. Quandoq; pro percutere. Plaut. Quo te legam hoc ſcipione? Ab huius uerbi paſſiuo legor, fit participium Lectus: quod interdum comparatione, & temporis amiſſione in nomen migrat, idemq; ſignificat quod ſelectus, ſiue ex aliorũ numero ſeparatus. Cic.5.Ver. Lectiſſimus adoleſcens, dixit. Hinc fit aduerb. lectè. ctius. lectiſſimè. Cic. in Ora. Sententijs uerbiſq; lectiſſimè dicere. Huius uerbi compoſita ſunt, Allego, colligo, deligo, diligo, eligo. Intelligo, à quo Subintelligo, (προσυνακούω) Negligo, perlego, relego, ſublego, ſelego, & translego, quæ habent pen.cor.

Lĕgŭlæ, arum.f.p. ſunt uittæ paruæ, ſiue ligulæ fimbriatæ, reticulatis, cancellatis, pagulis orbicularibus: à legendo dictæ.

Lĕgŭlēĭŭs, ei.m.ſ. qui legum ſtudia ſectatur, ſeu uerſatur in legibus. νομικός. Cicero: Ita & tibi Iureconſultus per ſe nil niſi leguleius quidam cautus, & acutus præco actionum, cautor formularum, auceps ſyllabarum.

Lĕgŭlŭs, li.m.ſ. pen.cor. qui uuas aut oleas colligit. συλλογεύς. Cato: Legulos quos opus erit præbeto. id eſt collectores.

Lĕgūmĕn, inis.n.t. pen.prod. dictum eſt, quod manu legatur. ὄσπριον. Varr.lib.1. De re Ruſt. De cinere: Hoc enim quoque legumen ut cætera quæ euelluntur è terra, non ſubſecantur, ut fruges

ges, quæ quòd ita leguntur, legumina dicta.

Lĕgūmĕntūm,ti.n.ſ.idem quod legumē. χέδρωψ. Similiter & Legarium.Varro De re Ruſt.lib. 1.cap.32.Serendum uitiam, lentem, cæteráq;, quæ alij legumina,alij,ut Gallicani quidam,legaria appellant.

Lĕgūs,a.um.non niſi in compoſitione inuenitur pro eo,quod colligit: ut apes mĕllĭlĕgæ dicuntur,quoniam mel legant:id eſt colligant. Ita λέγος Græcè componitur.

Lēmă,mæ.f.p. (λήμη) apud Græcos lachryma dicitur,ſed congelata. Plin.lib.23.cap.1. Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi,uel ſi lemæ in oculis erunt. Vnde Lemoſi. λημῶντες, λημαλέοι. Col.lib.7.cap.6. Latinis Gramia.

Lĕmbŭs,bi.m.ſ.(λέμβος) nauicula breuis, & uelociſſima.Plaut.Dum hæc aguntur,lembo aduehitur pater tuus pauxillulo. Hinc & lembunculus dicitur.

Lēmmă,tis.n.t.(λῆμμα) argumentū: ſiue inſcriptio, quæ continet argumentum. Plin. Epiſt. 29. Nam lemma ſibi ſumpſit, quod ego interdum uerſibus ludo.

Lēmniſci,orum.m.ſ.faſciolæ coloriæ dependentes ex coronis,propterea dicuntur, quod antiquiſſimum genus coronarum fuit lanearum, inquit Feſtus. Inde Lemniſcatæ coronæ dictæ, quæ lemniſcis erant ornatæ. Cicero pro Roſc.Amer.Multas eſſe infames palmas, hanc primam tamen eſſe lemniſcatam, quæ Romā deferatur.

Lĕmōnĭūm,nij.n.ſ.aut Limonium potius.(λειμώνιον) herba.Plin.lib.25.cap.9. Lemonium ſuccum lacteum mittit,cōcreſcentem gummi modo humidis locis.Quidam uolunt eandem eſſe herbam cum ueratro nigro, ex deſcriptione Dioſcoridis.

Lēnās,(μαστρωπὸς) appellat Vlpianus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. item eas quæ alterius negotij nomine, hoc uitæ genus exercēt.

Lēndĭgĭnōsŭs,a.um.ō.ſ.(κονίδων ἀνάμεστος) lendibus plenus.

Lēnĭo,nis.niui. uel nij.nitum.a.q.mulceo,placo, flecto. ἠπιόω, χαυνόω. Saluſt. In tali tempore tanta uis hominis magis leniunda quàm exagitāda uidebatur. Aliquando imminuere, leuare,adimere. Saluſtius in Catil. Nonnulli Ciceronis inuidiam, quæ poſtea oborta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris. Aliquando polire,leuigare. Colum.lib.5. Cum deinde truncum reddideris acuto ferramento,plagam lenito. id eſt, polito. Interdum lenire eſt conſolari.Cice.Treb. Omne deſyderium literis mittendis accipiendiſq; leniam. Hoc uerbum etiā » lenibo in futuro facit. Propertius: Lenibunt tacito uulnera noſtra ſono. Huius compoſitū eſt,Delenio.κατηπιόω.

Lēnĭs,& hoc nē.om.t. idem ferè ſignificat quod leue: hoc eſt, quod tactu nullam aſperitatem habet. προσηνής, λεῖος. Quidam à lento dictū exiſtimant. Nam lentum propriè ſignificat tenerum,& facilè flexuoſum. Trāsfertur tamen ad animum, & pro miti, modeſtóque, (ἤπιος, πρᾶος) accipitur. Terentius in Hecyra: Ego ſum animo leni natus, non poſſum aduerſari meis. Lene & aſperum, ſunt contraria,ut uidere eſt apud Ciceronem lib.de Finib.2.Lene uinum,dicitur delicatum, non uehemens, aut aſperum,neq; linguam aut cerebrum feriens. Lene uenenum dicitur, quod dulcem quodāmodo,& uix ſenſibilem mortem inducit. Cic. ad Attic.libro 2.Lenis ſonus dicitur placidus. Idem 3.de Orat. À lenis fit aduerb. leniter, id eſt moderatè,ſuauiter, modeſtè. Vt leniter arridere.Cicero 1.De Finibus. Et leniter agere,Liuius 7.Bel.Pun.ait. A lenis quoque fit » aduerbium Lenè.Martial. Tepida natabis lenè Congedi uada. Ab hoc quoq; fit Lenitas, id eſt ſuauitas.Plin.libro 27.Differentia intelligitur lenitate guſtus. Ponitur & pro manſuetudine,facilitate,modeſtia. Et Lenitudo,clementia,ſuauitas.Cicero 5.Tuſc.Lenitudo orationis,mollitudo corporis.Et lenimentū,quod aliquid lenit,& dulcorat.Plin.lib.25.ca.5. Nuper inuenēre diſſectis raphanis inſerere helleborum,atq; eo lenimento dare.

Lēnĭtĕr,(ἠπίως, ἠρέμα) aduerb.moderatè, ſuauiter,quod & lenè dicitur.

Lēno,onis.com.t.(μαστρωπὸς, πορνοβοσκὸς) quāuis habeat fœmininum lena,ut inquit Priſcianus. Quo nomine ſignificatur is, qui ſcortorum productor eſt, etiam inuitatarum perſonarum, qui legibus uindicatur. Ab alliciendo, quod adoleſcentulos alliciat,uel à leniendo dictus,quòd leniendo animos adoleſcentium corrumpat. Hinc Lenulus (μαστρώπιον) & Le-

nunculus, dimin. Plaut. in Perſa, Ita occœpi dicere Lenule de illa pugna. Eſt & lenunculus, nauigium piſcatoriū. Salluſt lib. 1. Hiſto. Indicit fortè per noctem lenunculo piſcandum.

Lēnōcĭnĭŭm, nij. n. ſ. lenocinandi actus. μαστροπεία. Vlp. Lenocinium facere, non minus eſt quàm corpore quæſtum exercere. Plau. in Epid. Quid ego lenocinium facio? Ponitur interdum pro delinimento, allectamento, illecebra, blanda aſſimulatione. Quandoq; ſumitur pro exquiſitiore elegantia. κομψία, κομψότης. Sueton. De Aug. Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus uenuſtiſſima, quanquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incurioſus.

Lēnōcĭnŏr, aris. d. p. pen. cor. lenocinium facio. μαστροπεύω, προαγωγεύω. Per translationē pro blandiri ponitur, ſiue allicere, quod lenones facere ſolent. Cic. 1. in Verr. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur. Interdum ſignificat gratiā conciliare. Plin. lib. 2. Epiſt. Poteſt tamen fieri, ut quanquam in his difficultatibus, libro iſti nouitas lenocinetur.

Lēnōnĭŭs, a. um. quod ad lenonem pertinet. μαστρωπικός. Plau. in Menæ. Ab his locis lenonijs.

Lēns, lendis, f. t. (ὁ κόνις) à lædo, capitis animal, » ex quo formatur pediculus. Serenus: Vnda » maris capiti lendes deducit iniquas. Hinc Lendiginoſi, dicti ſunt lendibus referti.

Lēns, lentis, f. t. genus leguminis, à lenis nomen deductum, quòd qui ea ueſcuntur, lenes ac moderati ſunt. φακῆ. Plin. Inuenio apud ueteres Authores æquanimitatē fieri ueſcentibus lente. Lentim pro lentem in accuſatiuo frequens eſt apud Cato. ut cap. 35. Lentim in rudeto.

Lēntĕo, tes. n. ſ. à quo *Lēntēſco*. teſcis. quod ſignificat lentum, ſeu tenerum ac molle eſſe, uel fie» ri. γλισχραίνομαι. Verg. 2. Geor. Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. id eſt, cohæret, ut exponit Ser. A Lenteſco, fit compoſitum Inlenteſco. Colum. libro 2. Paulum aqua maceratur, dum inlenteſcat. id eſt, intus tener fiat.

Lēntĭcŭlă, læ. f. p. genus leguminis, lenti ſimile, ſed diuerſum. φακῆ. Quin & cocta quoq; lens. à Plinio cæteriſq; Lenticula uocatur. Lenticula etiam genus uaſis eſt, à figura lentis dictum, ut ait Plinius, & meminit Celſus: uideturq; id eſſe, quod diſcus appellatur apud Dioſcorid. Vnde & lenticularis figura. Quidam hoc nomen à liniendo deducunt, aiuntq; eſſe uas olearium, ex quo reges & ſacerdotes liniebantur: de quo in libris Regum fit mentio. Lenticula præterea gemma eſt. Plin. lib. 37. capite 12. Rurſus lenticulæ, maculæ ſunt in corpore, quæ lentigines dici ſolent.

Lēntĭcŭlārĭs, re. om. t. (φακοειδὴς) à lenticula. Vt lenticularis forma. Apul. lib. 2. Flor.

Lēntīgo, inis. f. t. pen. prod. macula ſubrufa & nigra, interdum in facie, ad lentis ſimilitudinē. φακός. Vnde & Lentiginoſus. φακώδης. Plin. lib. 20. Illinitur lentigini nigræ.

Lēntiſcŭs, ſci. f. ſ. (σχῖνος. Herm.) arbor, quæ maſtichen gummi modo ſudat, & eſt trifera. Plinius lib. 24. Vſum lacte caprarum, quas lentiſco paſcebat. Hinc Lentiſcinus, a. um. quod eſt ex lentiſco factum. Plin. lib. 23. cap. 2. Tunc addito lentiſcino oleo.

Lēnto, tas. act. p. (χαυνόω. Verg. li. 3. Antè & Tri» nacria lentandus remus in unda. Vbi Ser. Lentandus, aut lente tibi nauigandum eſt (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus. Vnde lentum uinum dicimus, id eſt flexibile.

Lēntŭs, a. um. o. ſ. propriè tener, flexuoſuſq;, qui facilè flectitur. χαυνὸς, γλισχρὸς. Verg. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ. Sed tranſlatum ad animū, pro leni ac placido capitur. Cic. Interdum pro facili. Lucilius, Cotta ſenex Craſſi pater huius Panæti magnus tricofuit numarius, ſoluere nulli lentus. Interdum pro tardo. βραδὺς. Plin. in Epiſt. 147. Ibat illa lento gradu, quaſi grauis uinculis. Interdum » pro ſecuro & ocioſo. Verg. Tu Tityre lentus in umbra. Interdum pro tenaci. Plautus in Men. Quàm lentū eſt, & uiſco ſimile. Interdum pro remiſſo, & frigido. Verg. 1. Geor. No» ctis lentus non deficit humor. Habet & alias ſignificationes, ut cum dicimus lentum colorem. id eſt fluentem, & facilè euaneſcentem. Plinius libro 12. cap. 15. Lentus ignis, dicitur moderatus, non uſq; adeò caleſcens. Plin. Lentus tepor, remiſſus. Lenta uiuacitas, id eſt longa & tenax. Plin. lib. 8. cap. 27. Alioqui uiuacitatis adeò lentæ, ut eiectis interaneis diu pugnet. Hinc fit aduerbium: lentè, id eſt tardè, & cunctanter. Plin. in Epiſt. Lentè aliquid ferre,

eſt

eſt illud patienter ferre. Cic. Lenè agere, eſt remiſſe & ſegniter agere. Liu.

Lĕntĭtĭă, æ. f. p. tarditas. βραδύτης. Plin. libro 16. cap. 17. Aliæ uirgas ſequacis ad iuncturas lentitiæ. Et Lentitudo, idem. Cic. 4. Tuſc. Eamq́ quam lenitatem dicimus, uitioſo lentitudinis nomine appellant.

Lĕntŏr, oris. m. t. humor tenax, & glutinoſus, inquit Budæus. Plin. lib. 13. cap. 5. Fert folliculos emittentes animalia, lentoremq́ reſinoſum. In compoſitione uero ſignificat plenũ, ut ſomnolentus, & huiuſmodi.

Lĕo, les. leui, non eſt in uſu, ſignificat imprimo & formo. Sed eius compoſita uſurpantur, quæ ſunt Deleo, & Releo. Delere autem, (ἐξαλείφειν) contrariũ eſt ſuo ſimplici. Nam eſt, quod formatum iam & impreſſum eſt, remouere.

Leui, præteritum inuenitur apud Horat libro 1. Carm. pro aperui, protuli: Græca quod ego teſta conditum leui. Terentius, Releui omnia dolia.

Lĕo, onis. m. t. (λέων) animal ferox, & omnium animalium generoſiſſimũ, tum præcipuè cum colla armosq́ ueſtiunt iubæ, quod ætate accidit. De leonibus uide Plin. lib. 8. cap. 16. À Leo fit leoninus, a. um. (λεόντειος) Vt adeps leoninus, apud Plin. lib. 24. cap. 17. Eſt & leo marinus ex cancrorum genere. Plin. lib. 32. cap. 11. Item Leo, cæleſte ſignum.

Lĕŏntŏphŏn, (λεοντοφῶν) exiguus uermis eſſe dicitur, nec alibi naſcitur, quàm ubi leo naſcitur, quo guſtato, ſtatim expirat leo. Plin. lib. 8. cap. 38. Malim Leontophonos, ut habet Ariſt. in mirabilibus narrationibus.

Lĕŏpărdŭs, di. m. f. (λεοπάρδαλις) animal, qui ex leone & panthera natus eſt, uel ex pardo & leæna, nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus, & iubis caret, naſciturq́ in Africa.

Lĕpĭdĭŭm, dij. n. ſ. herba, quæ quibuſdam ea eſſe putatur, quam uulgus raphanũ uocat, authore Barbaro. Colum. lib. 11. Sunt, qui ſatiui, uel etiam ſylueſtris lepidij herbam cum collegerunt, in umbra ſiccent. Vulgus Gallicum lepidium, uocant paſſerage, quòd canum rabiem cum lacte pota adimat. De lepidio uide Plin. lib. 19. cap. 8.

Lĕpĭdŭs, a. um. (κομψὸς, κομψικὸς, χαρίεις) pen. cor. in quo lepôris eſt plurimum, gratioſus, & tam de homine quàm de oratione, & alijs rebus dicitur: ut lepidus homo, & lepida oratio. Terent. in Andr. O lepidum caput. Hinc fit aduerbium Lepidè, id eſt cum gratia. Cic. ad Att. lib. 2. Nunc fit lepidè illa ἔκχυσις. Hinc fit dimin. lepidulè. Plaut. in Pſeud. Eam circumducam lepidulè. Lepidum interdũ aduerbialiter ponitur pro lepidè. Plaut. in Pœn. Lepidũ eloquere. Hinc Lepiditas, (κομψότης) & compoſitum Illepidus. Donatus dicit lepidum dici politum. à λεπὶς, id eſt lamina ſiue ſquama. Plinius lib. 34. Excutiuntur uelut milij ſquamæ, quas uocant lepidas.

Lĕpĭſtă, æ. f. p. (λεπαστὴ) uas aquarium, ampullæ ſimile. Varro, Lepiſtæ pauperibus pleriſq́, aut fictiles ſunt aut æneæ.

Lĕpŏr, & Lĕpōs, ôris. m. t. utroq́ modo dicitur, pro ſermone nitido & abſterſo, & quaſi lautitia quadam ſermonis, quòd ſicut lepus à leuitate pedum, ita lepor orationis à pedum ſuorum leuitate dici putatur. κομψεία, χαριεντισμός. Eſt & lepos, gratia, & uoluptatis cuiuſcunq́ amœnitas. Lepor tamen proprie uerbis fit. Cic. in Ver. Lepôre, ac uenuſtate affluens. Lepor dicendi, eſt ornatus, cõcinnitas, elegantia. Cic. 4. Acad.

Lĕpŏrārĭŭm, rij. n. ſ. non tantum pro loco ubi lepores ſunt, ſed etiam pro omnibus ſeptis, quæ ſunt uillæ affixa, accipitur, & habent incluſa animalia, quæ inibi paſcuntur. λαγοτροφεῖον. Gel. lib. 2. cap. 20. Viuaria Veteres quandoque Leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellari uoluerunt, à tabulis roboreis, quibus ſepta erant, antequam mœnibus cingerentur.

Lĕpŏrĭnŭs, a. um. (λαγῷος) pen. pro. quod eſt ex lepore, ut pes leporinus. Leporinus cinis, apud Plin. lib. 28. cap. 11.

Lepră, æ. f. p. morbus, qui alio nomine dicitur Elephantia. ſiue Elephantiaſis. Et duplex eſt: una quæ incurabilis eſt, quam malam ſcabiem Horat. nominat. Altera quæ poteſt curari.

Leptoludiæ, arum. f. p ficus ſunt, quemadmodũ Numidicæ pullæ, &c.

Lĕptŏrăx, acis. m. t. uuæ genus, habet acinos exiguos & ſubtiles, alioqui mira ſuauitate prædulcis. λεπτὸς eſt tenuis, & ῥὰξ uua.

Lĕpūs,oris.m.t. animal à celeritate dictum,quòd leuipes ſit,quoniam ambulans non ſentitur. λαγὼς. Vide Gel. lib.1.cap.18. Ponitur quandoq; pro infamia, quòd magis à poſteriore parte: hoc eſt à lumbis, & clunibus, & armis pulpamentum de ſe præbeat, cum in conuiuio carpi" tur appoſitus. Horatius: Fœcundi leporis ſa" piens ſectabitur armos. Lepus, etiam piſcis eſt ex lacertorum genere. Plin. lib.32.cap.11.

Lĕpūſcŭlŭs,li.m.ſ.(λαγίον) diminut. Cic.6.Ver. Si minus eiuſmodi quidpiam uenari potuerāt, illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ,&c.

Lēſsŭs,us.m.q.lugubris eiulatio. θρῆνος. Cic.in Leg. Mulieres genas ne radunto: né ue leſſum funeris ergô habento.

Lētālis,& hoc le.om.t. mortiferum. θανάσιμος, καίριος. Plin. Letalis inedia homini, duraſſe & ultra undecimum ſcilicet diem pleroſq; certum eſt. Hinc fit letaliter aduerb. Plin. libro 11. cap.17. Oues quidem letaliter circū renes concreto pingui.

Lēthārgŭs,gi.m.ſ.(λήθαργος) eſt marcor, & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis, ut inquit Celſus libro 3. cap. 20. Eſt & ſpecies phrenetidis, ut ait idem. Vnde lethargicus,(ληθαργικὸς) ab Horatio ſumitur pro furioſo: Vt lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urget. Lethargicus etiam eſt, qui lethargia laborat, quemadmodum Hydropicus, qui aqua intercute correptus eſt. Et adiectiuè ponitur, ut lethargicus morbus. Lethargia etiam pro lethargo ponitur. Plinius libro 24.cap.9. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia, & phreneſi. Dicitur autem lethargus (ut quidam putant) ἀπὸ τῆς λήθης, hoc eſt ab obliuione.

Lētĭfĭcŭs,a.um.pen.cor.(κηροφόρος) quod mortem inducit.

Lēto,as.act.p.(θανατόω) morte afficio. Vnde Letata corpora, apud Ouidium, pro morte mul" tata, & interempta, li.3. Metam. ubi de Cadmi " ſocijs à ſerpente interemptis loquens ait, Vt ne" mus intrauit, letataq; corpora uidit, &c.

Lētŭm,ti.n.ſ. pro morte. μοῖρα, θάνατος. Cic.1. de Diuin. Tamen eodem ſibi leto, quo ipſe interijſſet, pereundum. Secundum Priſcianum à leo fit, quo Veteres uſi ſunt pro deleo: quoniā mors omnia delet. Apuleius à luo deducit, ideoq; per œ ſcribi præcepit. Varro & Feſt. à λήθη fieri putant: unde & per th aſpiratum ſine diphthongo ſcribunt lethum. Quidam etiā lætum per antiphraſim dici uolunt, quaſi minimè lætum. Nam epitheton mortis eſt triſtis, quod eſt contrarium læto.

Lētĭfĕr,a.um. quod mortē infert, ut letifer morb.

Lēuă,æ.ſ.p. manus ſiniſtra, quam Græci σκαιὰν dicunt. Alij læuam cum diphthongo ſcribunt, quòd Græci λαιὰν Læuam dicūt: à quo fit læuus. λαιός.

Lĕuāmĕn,inis.n.t.& leuamentū, eiuſdem ſignificationis. Cic. Attic.190. Quod ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te uno. Idem ad Attic.201. Scio illam rem tibi fore leuamento.

Lĕuātŭs,ior.iſſimus. Gell. lib.17. cap.8. Ad coëundum ideo uidentur faciliora, quæ leuatiora leuiaq; ſunt.

Leŭcrŏcŭtă,æ.f.p. beſtia in India, quæ uelocitate cæteras feras ſuperat. Hæc aſini ferè magnitudine, uoce loquentium hominum ſonos æmulatur. uide Plin. lib.8.cap.21.

Leŭcŏĭŏn,ij. n. ſ. eſt quicquid genere uiolarum cōprehendi poteſt, ſed coloris cuiuſcunq; addito nomine: unde Col. lib.11. Candida leucoia dixit. Vide Plin. lib.14.cap.12.

Leŭcōnĭŭm,nij.n.ſ. tomentū ſiue xylinum, quod " & leuconicum dicitur. Mart. Accipe leuconicis uellera miſſa ſagis.

Leŭcŏphæŭs,æi.m.ſ. cum dipht. (μελαγφαῖος dicunt) color natiuus ex albo & nigro nomen trahens. λευκὸν album. φαιὸν medium inter album & nigrum, id eſt fuſcum & penè nigrū. Vulgò cineritium colorem, ſiue gryſeum appellant. Plin. lib.32. cap.10. Iecur rubetæ uel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Hinc fit Leucophæatus, uel aſpiratione detracta, leucopæatus, qui eſt leucophæo colore indutus: cuiuſmodi ſunt Franciſcani. " Mart. lib.1. Amator ille triſtium lacernarū Et " bæticatus, atq; leucophæatus. Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine, quaſi ſubfuſca, ſiue ſubcandida.

Leŭcŏphlĕgmătĭă, ſpecies aquæ intercutis.

Leŭcŏphŏrŭm, glutinum auri. Plin. lib. 35.ca.6. & lib.33.cap.5.

Lĕuis, uĕ. om. t. ſignificat id quod eſt ſine pondere.

dere. ἐλαφρὸς, κοῦφος, ἀβαρής. unde leuis ſtipula. Verg. lib. 12. Corytiq́ leues humeris, & letiſer arcus. Vnde leuis armaturæ pedites, aut etiam equites, qui non ſunt ualde armis onerati. Et hæc eſt propria huius uocabuli ſignificatio. Translatè uero Cic. 2. de Diuin. Sed hæc (inquit) fuerit nobis, tanquam leuis armaturæ prima orationis excurſio. Sic quoq; ſi ad animum transfertur, leues homines uocantur inconſtantes, uiles, & nullo honore digni. Hinc leuis author dicitur aliquis, cui nulla ſit adhibenda fides. Et Terentius in Hecy. Leuia (inquit) hæc ſunt, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum. id eſt uana & nullius ferè momenti. Leuis quandoq; pro paruo: ut leuis dolor, leuis labor. & Plin. lib. 11. cap. 53. Mortem illico affert leui tactu. Sic & leue uinum dicitur. id eſt tenue, ſiue paruum. Leui uomere ſauciare terram, dixit Colum. lib. 2. cap. 2. pro eo, quod eſt leuiter terram arare. Hinc fit aduerb. Leuiter. Aliquando ponitur pro breuiter: ut leuiter dicere, leuiter tangere, hoc eſt obiter & in tranſcurſu. & leuiter tranſire aliquid, quod eſt ſuccinctè & breuiter tractare. Ponitur aliquando pro parum, & pro eius diminutiuo ſecundo paululum, ſiue admodum parum. Cic. de Orat. Leuiter eruditus homo. id eſt parum, ſiue mediocriter. Aliquãdo ponitur pro facile, & patienter. Cic. ad Att. Id grauiter equidem, ſed aliquando leuius ferebã. Hinc leuitas, (ἐλαφρότης, κουφότης) quæ modò dicitur de re non ponderoſa. Plin. libro 12. cap. 12. Syncerum quidem deprehenditur leuitate. Modò de incõſtanti, uiliq́. Cic. Videte hominis leuitatem, tanquam prorſus iſta dedecora hoc uitio notarentur.

Lĕuĭcŭlŭs, li. m. ſ. dimin. à leuis (κονιορτὸς) & idẽ eſt (inquit Doletus) quod leuis, ſed non ita frequens. Cic. lib. 5. Tuſcul. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes.

Lĕuidēnsĕ, is. n. t. (authore Seruio) uile genus ueſtis: ſic dictum quoniam filo admodum raro, ac leuiter denſato ac texto ſit, pertenuiq́. Cic. Dolabellæ, Sed ego hoſpiti ueteri & amico munuſculum mittere uolui, leuideſinſe, craſſo lo, &c. hoc eſt munus uile, & minimi precij, cuiuſmodi uulgaribus amicis miſſitare diuites conſueuerant. Quondam inter hoſpitum xenia ueſtes in primis erant.

Lĕuĭſĭdŭs, a. um. pen. corr. (εὐρίπιστος, ἄπιστος) qui habet leuem fidem, cui ſecretum non poſſis tutò cõmittere. Plaut. in Perſa, Omnes ſunt lenæ leuifidæ. Plautina dictio eſt.

Lĕuĭr, leuiri, m. ſ. pen. cor. (δαήρ) dicitur maritĩ frater, quaſi leuis uir.

Lĕuo, as. act. p. pen. corr. (αἴρω) in altum tollo, ueluti leue quiddam. Liuius: Mox aqua leuata uento, cum ſuper gelida montium cacumina » concreta eſſet. Interdum eſt auferre. Vergil. » Atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. In» terdum exonerare, & quaſi releuare. Idem: Ego te hoc faſce leuabo. Et cum datiuo, Leuabo tibi hunc faſcem, in eadem ſignificatione. Interdum extenuare, minuere, & leue facere. (κουφίζειν.) Aliquando ponitur pro ſubuenire, ut leuare alicui paupertatem. Ponitur aliquando pro recreare. Cic. de Sen. Animi ſe exercendo leuantur. Ponitur aliquando pro liberare. Idem de Ami. Qui hac opinione non modo uerbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. Aliquando pro curare, ſiue ſanare. Plinius lib. 7. cap. 2. Item pro leuiorem facere, uel infirmare. Cic. de Inuent. 2. Illa autem acerrima accuſatorum criminatio leuabitur. Hinc fit leuatio, uerbale: quod præter ſui uerbi ſignificata pro conſolatione ponitur, ſiue pro alleuatione. Cic. ad Attic. libro 11. Leuatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officij, & debiti. Compoſita huius uerbi ſunt: Alleuo, Colleuo, (ἐπικουφίζω) ſimul leuo. Colum. libro 7. Succus amoraceæ cum melle colleuant oculorum dolorem. Deleuo, deorſum leuo. Idẽ libro 3. Eleuo, releuo, rurſus leuo, & quaſi idem quod alleuo. Terentius in Adelph. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria Tabeſcit. Subleuo, adiuuo. Et omnia habent pen. corr.

Lĕuāmĕn, inis. n. t. & leuamentum, quod minuit, & leuat, aut tolerabilius malum aliquod facit: ſiue conſolatio. Cic. ad Att. lib. 12. Quod ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te uno.

Lēuŭs, a. um. (λαιὸς, εὐώνυμος) cum de humanis » loquimur, ſignificat contrarium. Verg. Si mẽs non leua fuiſſet. Cum uero de cœleſtibus, proſperum denotat, quia ſiniſtra numinũ, dextra ſunt intuentibus. Idem 4. Geor. Numina leua

 ſinunt,

ſinunt, auditq́ue uocatus Apollo. Hinc omnia fulmina leua, exiſtimantur eſſe proſpera, quoniam à leua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit Plinius.

Lex, legis. f. t. à legendo dicta eſt, quòd ex multorum conſenſu lecta ſit (ut ait Cic.) ſicut à Græcis νόμος, à diſtribuendo. Vide ſuprà in dictione Legem. Lex Cornelia, quam Cornelius Sylla dictator tulit. Lex Lepidiana, quã Lepidus tulit, quæ & ſumptuaria dicta eſt. Lex Licinia, lata eſt à Publio Lucilio Craſſo diuite, cuius ferendæ tantum optimatibus conceſſum eſt. Lex municipalis, quam unaquæq; urbs ſibi priuatim conſtituit. Lex Orchia prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius tribunus plebis de ſenatus ſententia, tertio poſt anno quàm Cato cenſor fuerat. Hæc numerum tantum conuiuarum præſcribebat, iubebatq; ut patentibus ianuis cœnitaretur, quo obſeruatio eius uideri poſſet. Lex plagiaria, quæ & Fannia, qua quis plagis damnatus eſſet. Lex repetundarum à Piſone Frugi tribuno plebis lata. Lex ſatyra, dicebatur quæ uno rogatu multa ſimul cõprobabat. Lex tabellaria, (νόμος πινάκιος) ſuffragia ſcribere non permittebat, ſed puncto notare faciebat. Hora. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. hoc eſt, ſolus ſuffragia iudicum tulit, qui & utile & dulce ſcripſit.

Lexis, (λέξις) dictio. Cic. 3. de Oratore. Quàm lepidè lexes compoſitæ, ut &c.

L ANTE I.

Līæ, arum. f. p. ſunt foramina, quæ in ſummo mali recipiunt funes.

Lĭbădiŏn, herbæ genus, quæ noſtris uulgò centaurion minus appellatur. Vide Plin. libro 25. cap. 65.

Lĭbāmĕn, inis. n. t. libamentum, & libatio, (λοιβὴ, σπονδὴ, χοὴ) pro eodem ſumuntur, ſignificãtq; quicquid in ſacris libatur. à Libero patre, qui primus Ioui libauit. Ouid. lib. 3. Faſt. Nomine ab autoris ducunt libamina nomen. Liber enim, qui Bacchus dictus eſt, cũ uictor de Scythis extitiſſet, alijſq; nationibus, rerum primitias magno Ioui obtulit.

Lĭbănōtis, is. f. t. pen. pro. (λιβανωτὶς) Latinè thurea dici poteſt. Eſt enim herba odorem thuris habens, & roſmarinus appellatur. Plin. lib. 19. cap. 12. Libanotis radicem habet oluſatri, nihil à thure differentem.

Lĭbănŭs, ni. d. ſ. arbor eſt, quæ thus producit. Vnde pro thure accipitur, quod & Libanum dicitur. Libanicus, thureus.

Lĭbātĭo, onis. f. t. uerbale, ſacrificatio, uel ea degustatio, quæ in ſacrificijs fieri ſolebat. Cicero de Aruſp. reſpon.

Lĭbēllă, æ. f. p. (ζυγίον) diminut. à libra, numulus argenteus qui & as dicitur. Cic. 4. Ver. Ecquis Volcatio, ſi ſua ſponte ueniſſet, unam libellam dediſſet? Libellam pro aſſe poſuit, ex eo dictã, quòd libra æris ualebat. id eſt aſſe. Cum autem minimam pecuniolam ſignificare uolebãt, aſſem, & libellam dicebant. Item libella, etiam eſt fabrile inſtrumentũ, quod noſtrates, authore Budæo in Pand. niuellum appellant.

Lĭbēllĭōnēs, um. m. t. à libellus dicti. γραμματεῖς. à Veteribus Tabelliones dicebantur. Var. Tum ad me ferunt, quòd libellionem eſſe ſciebant.

Lĭbēllŭlŭs, li. m. ſ. (βιβλίδιον) diminut. à libellus. Hieron. In præſenti libellulo edoceat.

Lĭbēllŭs, li. m ſ. (γραμματίον, βιβλίον) diminut. paruus liber. Cicero de Orat. 1. Scripſi illud in quodam libello. Aliquando etiam ponitur pro epiſtola, ſiue tabella. Brutus ad Cic. lib. 11. Ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti. Libelli etiam dicũtur, quos Martial. ſupplices libellos, uulgus uero ſupplicationes, (ἱκετηρίας) ſiue requæſtas appellat, & principibus dari ſolent ad negocia explicanda à ſubditis, in quibus deditiones cõtinentur. Vnde à libellis miniſtri, de quo mox. Libellus ponitur etiam pro commentario, ſiue codice, quem memoriam uulgò uocant, in quo memoriæ ſeruanda ſcribere ſolemus. Cicero Libellum mandatorum appellauit, & Suetonius Libellum memorialem. Libellus etiam dicitur epiſtola aſſertoria, quam uulgo certificationem uocamus: ut quas uectigalium & tributorum immunes ad publicanos deſtinare ſolent, ne pro uectura res ſuas aduehẽtes, importantes ue inhibeant. Paul. in l. ſi publicanus. de publica. Dicitur quoq; libellus, citatio. Plaut. in Curc. Vbi tu es, qui me libello Venerio citaſti? A libellis autem miniſtri illi eſſe dicuntur, qui principi in hoc negocio ſubſeruiunt, nempe ut ſupplices libellos miniſtrent. Suet.

Epaphro-

Epaphroditum à libellis capitali pœna cõdemnauit. Idem quoq; eſt libellos agere, ut in l. Reſcriptum de Diſtract. pigno. Et libellos ſignare ſiue ſubnotare, de eo qui libellis ſupplicibus, ſiue requæſtis reſpondet. Libellos proponere in locis celeberrimis, eſt ſcriptum aliquod, ſiue ut uulgi imperiti uerbis utar, placardum in locis publicis affigere. Cic. pro Quint. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè obſcureq; conceditur. Quin & apud leguleios, libellus diuerſis modis dicitur. Nam eſt libellus accuſationis, contentionis, repudij, & huiuſmodi. Libellum genere neutro, diminut. eſt à libum, ut C. de Epiſc. aud. l. Iudices.

Lĭbēns, entis. om. t. (ἄσμενος, ἑκὼν) uolens, facilis: & libente aliquo aliquid fieri, eſt non inuito, ſed ſumma cum illius uoluntate, æquo animo, & non repugnante. Libẽs (inquit Donat.) interdum aduerbialiter ponitur pro libenter. Terent. in And. Fugin' hinc? B. Ego uerò ac libens. Hinc fit aduerbium libenter, id eſt æquo gratoq; animo. Libenter uiuere, authore Donato, eſt bonorum ciborum edacem eſſe. Terent. in Eunuch. Tu Hercle cum illa Phædria, Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas. A libens, fit libentia, uoluptas & gratia. Gellius libro 15. cap. 2. Cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ. id eſt cõplacentiæ, uoluptates, quaſi libidines quædam decentes.

Lībĕr, a. um. o. ſ. ἀπεριόριστος, ἐλεύθερος. adiectiuum, dicitur, qui nullius habito reſpectu, quod ſentit, dicit & facit. Et liber uocatur, qui nulli ſubiectus eſt, cuius relatiuum eſt ſeruus. Item qui curis ac negocijs omnibus ſolutus eſt. Liber etiam ponitur pro eminenti & extanti. Varro in Eumen. Iterum tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Item pro magno, ſeu ualido. Ouid. Perfruor infelix liberiore malo. Vnde campus liberior, (τὸ εὐχωρία) dicitur maior ad dicendum ratio. Multiplex huius dictionis uſus eſt apud Latinos, ſiue ſignificationem ſiue conſtructionem ſpectes, ut apud Plautum in Ciſt. Magis libera uti lingua collibitum eſt mihi. Sic etiam libero corde fabulari, eſt fabulari liberè, & ſine timore. Et liberæ ædes, quibus quis uti poteſt tanquam ſuis. Liberum arbitrium, eſt animi uoluntas, ac ſententia libera. Liberum cœlum, apud Cic. quod omnibus æquè commune eſt. Liberæ literæ, apud eundem, quæ liberius atq; audacius loquuntur. Libera mandata, quæ plenam rei conſtituendæ poteſtatem habent. Liu. 7. Bel. Maced. Liberũ tempus, quod uacuum dicimus. Cicero in Verr. Aliquando liber ponitur pro immuni, ſiue pro alicui rei nõ obnoxio, & ablatiuo iungitur cum præpoſitione, & ſine præpoſitione: ut liber à delictis, qui nullĩ delicto eſt obnoxius. Sine præpoſitione, ut Liber omni cura animus, apud Cic. 1. de Finib. Aliquando cum genitiuo conſtruitur, pro liberali. Plautus in Amphit. Nam ego uos nouiſſe credo iam, ut ſit pater meus, Quam liber harum rerum multarum ſiet. Liberum eſt mihi, eleganter dicitur, pro licet mihi, uel poſſum, & in arbitrio meo conſtitutum eſt. Hinc fit aduerbium liberè, id eſt ſolutè, ſine alicuius obſtaculo, ſuo modo, nullius ſubiectus arbitratui. Liberè educati dicuntur ij, qui ingenuè, & quemadmodum liberos pueros decet, educati ſunt. Teren. in And. Et in his ſignificationibus prima producitur.

Lĭbĕr, bri. m. ſ. ſubſtantiuum, propriè pars corticis interior, quæ ligno adhæret. φλοιός. Colum. lib. 5. cap. 10. Ita librum arboris inoleſcere ſinito. Vnde & delibro, (ἀπολεπίζω, ἀποφλοιῶ) quod eſt corticem detraho, habetq; primã correptam. Vnde & liber dictus eſt, in quo ſcribimus: quia ante uſum chartæ, de libris, id eſt corticibus arborum, uolumina cõpaginabantur. Codex etiam ab arborum trunco appellatus. Ponitur quandoq; liber, (λόγος, σύνταξις, βίβλος) pro ipſo opere integro, quamlibet ſit magnus, etiam ſi contineat Aeneida, Bucolica, Georgica. Quandoq; pro certa parte operis: ut, Vergilij Aeneis in duodecim libros diſtincta eſt. Vnde dicimus ſcribere libros, perauoluere, peruolutare libros, edere libros, &c. Liber præterea ponitur pro inuentario, ut uulgò dicitur, ſiue regiſtro. Cic. in Frumenta.

Lĭbĕrālĕ iudicium (ἐλευθερίας δίκη) dicitur, in quo de alicuius agitur libertate. Paul. Ordinato liberali iudicio interim pro libero habetur. Sic dicitur liberalis cauſa. Vnde titulus eſt, De liberali cauſa.

Libe-

Lĭbĕrālēs artes, (ἐλευθέρια μαθήματα) *dicuntur, quæ ingenio colũtur, & propterea dignæ ſunt liberis hominibus. Vnde liberalium artium magiſtri, apud Ciceronem de Inuent. 1. Eaſdẽ de Orat. ingenuas appellat. Illiberales uero mechanicæ, quæ in manuum opera conſiſtunt: habent enim ſeruile miniſterium.*

Lĭbĕrālĭs, le. om. t. (ἐλευθέριος, δαψιλής) *largus, beneficus, benignus, munificus: cui cõtrarium eſt parcus, ſimiliter auidus. Cicero pro Qu. Roſc. Liberalis auidũ fraudaſſe dicitur. Accipitur quandoq; liberalis, pro pulchro, & eleganti, ingenuaq́; forma hominis. Terentius in Eun. Quàm liberali facie, quàm ætate integra? Liberali ingenio dicitur eſſe, qui eſt, ut uulgò dicitur, bonæ naturæ, ſiue boni cordis. Terentius in Adelph. Nam ingenium noui tuũ liberale. Liberale reſponſum, hoc eſt ingenuũ, & minus diſſimulanter prolatum. Cicero ad Attic. Liberale coniugium eſt, quod liberè & inter liberos fit. Vnde*

Lĭbĕrālĭtās, atis. f. t. (ἐλευθεριότης) *munificentia. Differunt tamen, quòd liberalitas, quæ eſt naturæ benignitas, inter priuatos & paruos homines uerſetur, & conſiſtat in rogatione: munificentia uero ſit inter magnos & ſpontanea. Liberalitas eſt, inquit Speuſip. habitus qui in quærendis erogãdisq́; pecunijs decorem ſeruat. habetq́; hæc duo extrema, utpote auaritiã & prodigalitatem: quarum in medio ſi nõ permanſeris incides in maximum uitium. Hæc eſt enim liberalitatis natura, ut ſit tenax quæſiti in ſumptus immoderatos, at cõtrà in neceſſitates frugali prodigalitate. Aliquando pro bonitate ſumitur. Teren. Adelph. Pudore & liberalitate liberos Retinere ſatius eſſe credo quàm metu.*

Lĭbĕrālĭtĕr, aduerb. largè, munificè, abundanter, frugaliter. Cic. 4. Verrin. Hi porrò liberaliter ex iſtius cibarijs tractati. Liberaliter educatus dicitur, qui ingenuè & bene enutritus eſt. Liberaliter eruditus, qui optimis artibus inſtitutus eſt. Liberaliter ſeruire, id eſt bono animo & libero, libẽter obſequẽdo. Teren. in And. Huius contrarium eſt illiberaliter, (ἀγεννῶς) *quod ueteres de eo dicebant, qui omne maleficij genus exceſſiſſet. Donatus: Illiberaliter, iniuſtè, inclementer, non benè. quia liberalis, bonus dicitur.*

Lĭbĕri, orum. m. ſ. (τὰ τέκνα, παῖδες) *dicuntur filij: quia (ut ait Dona.) liberalitate à parentibus regendi ſunt. Et liberorum appellatione etiam unus filius, & una filia intelligitur. Cic. En cui tuos liberos cõmittas. cum de uno ageret. Item (inquit Calliſtratus) nepotes, & pronepotes, cæteriq́; ex his deſcendentes uſq; ad trinepotem (ut Paulus tradit) liberorum appellatione continentur.*

Lĭbĕro, as. a. p. (ἐλευθερόω, διαλύω, ἀπαλλάττω, ἀφίημι) *modo particulare eſt, & ſignificat manumitto, id eſt libertatem do. Modo uniuerſale, & ſignificat abſoluo: ſiue quod aliquo modo impeditum ſit, ſoluo, expedio, relaxo. Cic. pro Cluen. Hunc quem bis condemnatum acceperant, liberarent? Teren. in And. Obſecro te quã primum hoc me miſerum libera metu. Liberare fidẽ, eſt ſatisfacere, & præſtare promiſſum. Liberare ſe ære alieno, eſt creditam ſibi pecuniam creditori numerare, ſiue debita perſoluere. Huius uerbi cõpoſita ſunt, delibero. Sublibero, quod eſt quaſi deſubleuo. Col. lib. 4.*

Lĭbērtās, atis. f. t. (ἐλευθερία) *à liber, ſeruituti oppoſita eſt, & dicitur de eo qui liberè & ſine reſpectu loquitur, facitq́; quæ libet,* (παῤῥησία.) *capiturq́; in bonum, cum ſit potentia ingenua: quæ ſic à Iureconſultis definitur, quòd ſit naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi quod ui aut iure prohibetur. Cic. in Para. Libertas, eſt poteſtas uiuendi ut uelis. Licentia autem in malũ. Eſt enim licentia, impunita quædam facultas agendi, quicquid uelis. Quintil. Quæ in alijs libertas eſt, in alijs licentia uocatur. Ponitur tamen quandoq; licentia pro libertate in bonam partem, ut apud Cic. 3. Offi. Nobis autem noſtra Academia magnã licentiam dat, ut quodcunq; probabile maxime occurrat, id noſtro iure licet defendere. Libertas quandoq; etiam in malum capitur, pro effreni quadam animi libidine, ſed cum licẽtia, aut alio ſimili poſſum. Cicero in Verr. Nunquam ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam libertatemq́; uiuendi. Habet autem multos loquendi modos, ut adimere libertatem, admittere libertatem, dare libertatem alicui, habere libertatem, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatem, recuperare libertatem, repetere libertatẽ, tenere libertatem, uindi-*

uindicare libertatẽ. Sic occludere libertatem, & præcidere, prodere, deformare.

Lībĕrtīnŭs, ni. m. ſ. (ἀπελευθέρος, ἐξελεύθεροι) relatiuum eſt ingenui, ſicut libertus patroni. Licet unum & idem ſit, libertinus & libertus. Per libertinum ſignificamus conditionem hominis, ſicut ingenuum: per libertum, priuatum quendam reſpectum, ſicut per patronũ. Sunt autem libertini, qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Quemadmodũ è contrario ingenui ſunt, qui libera matre nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Aliquando etiam libertini (ut Sueton. in Claud. ſcribit) dicuntur, qui ex libertis creati ſunt.

Lībērtŭs, ti. m. ſ. (ἀπελεύθερος) à libertate dicitur, & is eſt qui cum eſſet ſeruus, factus eſt liber. Vlpianus eum eſſe libertum definit, quẽ quis ſeruitute ad ciuitatem Romanã perduxit.

Lĭbĕt, (δοκεῖ, ἐπέρχεται) placet: à labendo (ut Varro inquit) quòd quæ placent, in mente prolabantur. & uel abſolute ponitur, uel cum datiuo. Plautus in Pſeud. Cur id auſus facere? B. Libuit. id eſt, ſic uolui. Idem in Aſina. Vbicunq; libitum erit animo meo. Hinc ſit collibet, (ξυνδοκεῖ) pen. cor. uel collubet, collibuit, collibitum eſt. Collibere, idem quod libere, & placere. Terent. in Eun. Si quid collibuit, noui te. Collibitum eſt mihi. Plaut. in Amphit. Vtrunq; animo collibitum eſt meo.

Lĭbīdĭnārĭŭs, (ἀσελγὴς) qui libidini deſeruit.

Lĭbīdĭnōsŭs, a. um. o. ſ. (ἀσελγὴς, ἀκόλαστος, ἀφροδίσιος) qui in libidinem propenſus eſt: qui, ut uulgò dicitur, ſubiectus eſt ſuo placito. Cic. in Cat. Lidinoſa enim & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Ponitur quoq; pro eo, qui Veneris nimiũ appetens eſt. Libidinoſus adulterij. Quintil. lib. 4. cap. 2. Libidinoſas ſententias Cicero pro domo ſua dixit, quæ pro libidine cuiuſq; feruntur. Libidinoſæ dapes dicuntur exquiſitæ & curioſæ. Colum. in Præfat. lib. 10. Hinc ſit aduerb. Libidinoſè, quod Salluſtius pro nimis appetenter poſuit: Pòſt ubi paulatim licẽtia creuit, iuxtà bonos & malos libidinoſè interficere.

Lĭbīdo, inis. f. t. pen pro. eſt quælibet uoluntas temerè ſuſcepta. ἐπιθυμία, ἡδυπάθεια. Si Nonio credimus, & turpium, & honeſtarum rerum eſſe dicitur, ut omne quod libuerit, libido dici poſſit. Sed Auguſtin. lib. contra Pelagianos, de malis tantum dici oſtendit, quum ait. Non omne quodlibet, libido eſt. In bono enim libitum, libido dici non poteſt, ſed uoluntas. Et libro 14. Ciuit. ſcribit, Libidinẽ eſſe generale uocabulũ omnis cupiditatis, cum & ipſam iram nihil eſſe quàm ulciſcendi libidinem, Veteres definierint. Cic. 4. Tuſc. Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt uehemẽtius, ea libido eſt, uel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. In bonam partem Salluſt. poſuiſſe uidetur in Catil. Magiſq; in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis, et conuiuijs libidinem habebant. Libido ſi abſolute ponatur, id eſt abſque alterius uitij adiunctione, accipitur pro immoderato ſiue potius impuro & inhoneſto in rem Venereã impetu atq; furore.

Lĭbĭtīnă, æ. f. p. quandoque ponitur pro ipſa exequiarum expenſa. Liuius lib. 49. In urbe tanta fuit peſtilentia, ut uix tunc libitina ſufficeret, ad ſuppeditanda ſcilicet funeribus neceſſaria. Aliquando pro ipſa ſepeliendi arte, ſeu uendendi ea quæ ad ſepulturã pertinent. Sed quoniam in æde Libitinæ pararẽtur neceſſaria ad funebrem apparatum, hinc factum eſt, ut libitina aliquando pro morte, ſeu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Horat. lib. Car. Multaq; pars mei uitabit libitinam.

Lĭbĭtīnārĭŭs, rij. m. ſ. (ταφεύς, σοροπηγός) qui actionem libitinariam exercet quæſtui inſeruiens, & qui neceſſaria funeribus uenditat: ſeu qui conducit funera, aut qui curam ſepeliendorum funerum habet. Vlpian. De inſt. act. Hic & Deſignator dicitur. Sen.

Lĭbo, as. a. p. (λείβω) leuiter deguſto, & quaſi primis labris attingo. Dictum libare, quaſi labiare. Verg. Purpureoſq; metunt flores, & flumina libant. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro leuiter tangere. Vergil. Oſcula libauit natæ. Quandoq; pro ſacrificare, (προθύματα, προκατάργματα ποιεῖσθαι.) Tibullus: Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante Deum. Quandoq; recipere, ſumere, haurire. Cicero lib. 4. ad Heren. Vide, ne facias imprudenter, qui tuo nomine uelis ex aliorum laboribus libare laudem. Libare, interdum eſt excerpere legendo authores,

ret,& quod ſibi utile eſt tranſſumere.Cicero 5. Tuſc.Libasq́ ex omnibus,quodcuq́ te maximè ſpecie ueritatis mouet. Huius uerbi compoſita ſunt,Delibo,prælibo,prolibo.Plin.lib.35.Et habent pen. prod. Illibatus etiam dicitur, pro non libatus,non tactus.

Librā, bræ. f. p. (τὰ σαθμία,λίτρα) quæ & as, & mina, ſeu mna, & pondo dicitur: duodecim conſtat uncijs. Libra tamen unciarum uarietatem accepit, pondo ſemper idem fuit. Propriè autem libra inſtrumentum eſt,quo res ponderātur,lancem unam utrinq́ habens,alio nomine bilancem uocant. Cic. Critolaus librā cōſtituebat, in cuius alteram lancem animi bona ponebat,in alteram corporis externa. Statera uero inſtrumentum, quo res ſine lancibus ponderantur. Libra, etiā inſtrumentum eſt fabrile. Colum.lib.8. cap.17. Sin autem locus ubi uiuarium conſtituere cenſemus,pari libra cum æquore maris eſt, in pedes nouem defodietur piſcina. Ponitur quoq́ pro libramento.Plin.lib.16. Contra flatus quoq́ peruicax libra Bononienſibus calamis.

Librālis,hoc le.om.t. (λιτραῖ@) quod eſt unius libræ Vt librale pondus. Librales offæ. Col. lib.6.cap.2.Poſthæc diductis malis,educito linguam,totumq́ eorum palatum ſale defricato, libraleſq́ offas in præſulſæ adipis liquamine tinctas,lingula demittito.

Librāmĕntŭm,ti.n.ſ.(ἰσοῤῥοπία)æquamentum. Colum.lib.1.Nam eiuſmodi poſitio, medium libramentum temperamentumq́ tenet.

Librāriă,æ.f.p.(βιβλιοθήκη)ſubſtantiuum,locus in quo reponuntur libri, Græcè bibliotheca. Gel.lib.5.cap.4.Apud ſigillaria fortè in libraria ego & Iulius Paulus poëta, &c. Libraria taberna. Cic.2.Phil.Negociūq́ tranſegiſſe,niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ cōieciſſet.

Librārĭŭs,a. um. γραφικὸς. quod ad libros pertinet:ut, Librarium attramentum. Plin.lib.35. cap.6. Librarius etiam à libris arborum, ſiue à libris excribendis uel cōcinnandis dicitur.Βιβλιογράφ@.Hieron.ad Niciam. Librarios hodie die buochtrucker uocare poſſumus. Librariolus,diminut.pro ſeruulo à manu. Cic. ad Att.lib.4. Item librarius,a.um. λιτραῖ@. quod eſt libræ, à libra ſit. Col. libro ult. Caro libraria in fruſta conciditur.

Librātŏr, oris. m. t. qui peritiam habet librandi aquam ad libellam, uulgò nunc libellator dicitur.Plin.in Epiſt. Libratores etiā dicuntur, qui eminus cum hoſtibus pugnant tela,aut lapides aut glandes torquentes.Tacitus.

Librilĕ,is.n.t.(ῥοπὴ) ſcapus libræ,inquit Feſtus.

Libripēns,dis.m.t.à pendendo,ſecundum Priſc. qui libram æneam tenet. σαθμοῦχ@. Libripendes,inquit Plin.lib.33.cap.3.dicuntur militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores.

Libro,as.a.p.pondero,trutino,æſtimo,examino, æquo,ſuſpendo, ſuſtineo, iaculor. ταλαντόω. Apuleius:Omnia prius,quàm aliquid ſtatuas, libranda ſunt. Aliquando graue facere. Plin. Apes,ſi oriatur procella, apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant.id eſt grauiores faciunt. Inde libramentum,& æquilibrium. ἰσοῤῥοπία. Huius uerbi compoſita ſunt,Delibro,quod eſt optimè pondero. Gel.Perlibro,ualde libro.Col. lib.4.Et producunt pen.

Libŭm,bi.n.ſ. ψαισὸς. genus dulciarij cibi, ex farre & melle, & oleo.ſic dictum, quòd libandi cauſa fiat.Verg.lib.7. Et adorea liba per herbam Subijciunt epulis. Huius diminutiuum eſt libellum.nam libellus à liber eſt. Confectionem libi uide apud Cat.lib.de Re ruſt.cap.57.

Libūrnŭm,ni.n.ſ.& Liburna.næ. & liburnica. cæ.genus nauis bellicæ uelociſſimæ, à Liburnis populis in Illyrico,qui olim nauibus uelocibus uſi Ionium mare, inſulasq́ prædabantur. Accipitur & pro uehiculo quodam. Iuuen.Diues & ingēti curret ſuper ora liburno. Pro naui Horat.in Epod. Ibis liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Firmicus liburni cum imperium uſurpat pro nauali.

Licĕo,ces.cui.citum, antiquum uerbum eſt, ſub uoce neutra paſſiua ſignificationem habens, unde & à Grammaticis neutropaſſiuum eſſe dicitur. Significatq́ liceo paſſiue, id quod liceor actiue. Et ſicut ueneo capitur pro uendor,ita liceo pro apprecior,ſiue precio augeor in auctione.Plaut.in Menach. Die ſeptimo auctio fiet.MES.Menachmæ?MEN. Mane ſanè. Venibunt ſerui,ſuppellex,fundi,ædes, omnia Venibunt,quiq́ licebunt præſenti pecunia, Id eſt numerata,ſiue ſoluta in præſens.

Licĕōr,ceris,licitus ſum.Deponens tranſitiuum eſt,

eſt, ſignificatq́ preciũ in auctione alicuius rei offero, apprecio, quod fit cũ ueſtis uel domus, » uel huiuſmodi uenditur plus pollicenti. Perſ. » Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

Licentĕr, (ἀδεῶς) aduerbium, ſignificat per licentiam. Cic. in Orat. Licenter uideatur errare. Ab hoc Gellius formauit Prælicenter, quod eſt quaſi nimis licenter: Quæ uerba (inquit) finxit prælicenter. Et eſt licenter, à licens participio.

Licentiă, æ. f. p. à licet deducitur. ἐξουσία, ἄδεια, ἄνεσις, ἀναρχία. uide in dictione Libertas. Licentior epiſtola. παῤῥησιασμένη. in qua nimis liberè ſcribimus. Plin. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quaſi multa per licentiam facientia. Licentior uita, id eſt diſſoluta.

Licentiōsŭs, a. um. o. ſ. (παῤῥησιαστὴς) qui nimia utitur licentia. Quint. lib. 1. cap. 10. Nam ebor dicere, non minus eſt licentioſum, quàm ſi ſulphuri & gutturi ſubijcerent o mediam in gen.

Licĕt, imperſonale, modò ſignificat fas eſt. θέμις ἐστὶ, ἔξεστι. Verg. Quandoquidem Auſonios cõ » iungi fœdere Teucris Haud licitũ, nec ueſtra capit diſcordiam finem. id eſt non licet. Dicimus autem, Mihi licet eſſe bonum uirum, et bono uiro. Cicero 1. Tuſc. Licuit enim eſſe ocioſo Themiſtocli, licuit Epaminundæ. Quint. libro 4. cap. 4. Procuratorem tibi eſſe non licuit. Modò ſignificat poſſibile eſt, ſiue conceditur, » aut poteſtas datur. ἐνδέχεται, ὑπάρχει. Martia. » Piſcinam peto, non licet natare. Et perornatè additur per, cum ea perſona quæ nobis conceditur ut, Non licet mihi per te hinc abire: id eſt, tu non uis ſeu pateris, me hinc abire. Si per te licet, id eſt ſi permiſeris, uel ſi potero à te nõ impeditus. Plaut. in Aſin. Aſinaria uult eſſe ſi per uos licet. Modò aduerbium concedentis eſt, ſi» cut eſto. Verg. Licet ingens ianitor antro Ae» ternum latrans exangues terreat umbras. Modò eſt coniunctio aduerſatiua, eiuſdem ſignificationis cum etſi, quanquam, quamuis. εἰ καί. Quint. lib. 1. cap. 10. Licet enim dicamus proprium, ſpecioſum, ſublime, &c. Licet, abſolute, pro poteris facere. Cic. in Arte Rhet. Hanc ſi quis partem putat orationis, ſequatur Hermagoram licebit. id eſt poterit ſequi. Liciturum. Cic. ad Att. lib. 1.

Lichās, menſuræ genus, quæ digitos quatuor non excedit.

Lichēn (λειχὴν) q̃d ſit, quære in Aſino & Equo.

Lichēnēs, (λειχῆνες) generis maſc. morbi genus, quem Latini mentagram appellãt, quoniam à » mento incipit. Mart. Nec triſte mentum, ſor» didi ue lichenes. Dicimus lichen etiam, huius lichenis, uel lichene. et. De hoc morbo Plinius lib. 26. cap. 1.

Liciă, orum. n. ſ. (μίτα) ſunt fila, quibus in telis textrices implicant ſtamina. Plin. lib. 8. cap. 48. Plurimis uerò licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Vnde trilicem dicimus ueſtem, quæ ex tribus licijs conſtat. Et teſtiuilicium, fila de tela decidentia. Plaut. in Caſſ. Non ego hoc uerbũ expreſſi teſtiuilicio. id eſt re admodum uiliſſima.

Liciātōrĭum, rij. n. ſ. μισάντιον τῶν ὑφαινόντων. lignum circa quod licia inuoluuntur. Hieron. lib. Regum: Haſtile haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium.

Licĭnĕă, æ. f. p. genus oliuæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inuentore. Cato cap. 6. Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam Licinianam ſeri oportet.

Licĭtātŏr, oris. m. t. qui crebrò licetur, qui pro re emenda conducendáue preciũ alio maius polliceatur. Licitatorem apponere, eſt ſubornare aliquem, qui coram emptore maius precium offerat, ut res pluris æſtimetur, uendaturq́. Cicero ad Marium lib. 7.

Licĭtē, (κατὰ τὸ καθῆκον, θεμιτῶς) aduerb. à licitus formatum ſignificat iuſtè.

Licĭtŏr, aris. d. p. quamuis frequentatiuum à Liceor eſſe uideatur, eiuſdem tamẽ omnino ſignificationis eſt, autore Valla. Nihil enim aliud eſt Licitari, quàm pro re uenali offerre preciũ. Curt. Cum habeatis arma, licitamini hoſtium capita. ἐπικηρύξατε χρήματα. Plin. libro 1. Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus eſt. Et licitari, cõgredi, & pugnare ſignificat. Cæcil. in Hym. Quin machæra licitari aduerſum eum cœpiſti ſciens. Enni. Pars ludicra ſaxa iactant, & inter ſe licitantur. Hinc fit licitatio uerbale, id eſt auctio precij: & licitator ſimiliter uerbale, qui precium auget.

Lictŏr, oris. m. t. ῥαβδοῦχος. qui carnificis officio fungebatur, miniſter cõſulis, procõſulis et ſimilium.

lium. Liu. Miſſiq́ lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos uirgis cædunt, ſecuriq́ feriunt. Hos primus inſtituit Romulus, dicti à ligando, quòd uirgarum faſces cum ſecuribus ligatos gerebant. Gell. lib. 12. cap. 3. Lictor, nomen uerbale, quaſi ligator, à ligando. Tyro Ciceronis libertus, à licio quo cincti erant, dictos exiſtimat.

Lictōrĭŭs, a. um. (ῥαβδουχικὸς) quod ad lictorem pertinet. Plin. Faſces lictorios ianuæ ſummiſit, cui ſe Oriens Occidensq́ ſummiſerat.

Lictŭs, ctus. (λῆξις) uide in dictione Lingo.

Lido, dis. (κρόω) uerbum antiquum, ſignificat cōfringo, deleo. Cuius compoſita ſunt, allido, collido, illido.

Liēn, enis. (σπλὴν) gen. maſc. t. Dicitur & lienis in nominatiuo. Celſ. lib. 3. Si iecur aut lienis eſt affectus. Huius magnitudine intemperantiam riſus fieri affirmant Phyſici. Perſius: Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Hinc Lienoſi. qui liene laborant, & Lienoſum cor, lienis naturam habens, ut turgeat ſicut lien. Plau. in Caſ. & Lienicus, idem quod lienoſus.

Liēntĕrĭă, æ. f. p. λειεντερία. inteſtinorum leuitas, inquit Feſtus. lib. 2. Vnde Lienterici Plinio, aluini, qui hoc morbo laborant. Dicitur autem propriè lienteria, alui fluxus, à melancholicis excrementis à liene per inteſtina deſcendentibus uenit.

Lĭgāmĕn, inis. n. t. ligaculum, ligamentum, ligatura. (δέσις, ἐπίδεσμος, ἅμμα) ſignificant id, quo aliquid ligatur.

Lĭgēllŭm, li. n. ſ. breue domicilium & tuguriolū. Plaut. in Aul. De ſuo ligello fumus ſi qua exit foras. Eſt & diminut. à ligno. ξυλάριον.

Ligilium, lij. n. ſ. genus herbæ, de qua apud Rei ruſticæ ſcriptores fit mētio, quomodo ſeratur.

Lignārī, d. p. (ξυλεύεσθαι) eſt ad accipienda ligna ire. Liu. lib. 10. Redeuntibusq́ lignatum ſe ire hinc.

Lignārĭŭs, a. um. (ξυλικὸς) quod ad lignum pertinet. Vt faber lignarius, qui ligna dolat.

Lignātĭo, onis. f. t. uerbale, lignorum deſectio. Cæſ. 5. bel. Gal. Nōnulli milites, qui lignationis munitionisq́ cauſa in ſyluas diſceſſiſſent, &c.

Lignātōrēs, um. m. t. (ξυλευταὶ) dicti ſunt milites, qui lignatū uadunt. Liu. li. 10. Paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrūt.

Lignĕŏlŭs, la. lum. diminut. à ligno.

Lignīlĕ, lis. n. t. (ξυλὼν) pen. prod. dictum eſt, ubi ligna in domo ad comburendum parata ſunt.

Lignōsŭs, a. um. (ξυλώδης) quod inſtar ligni durum eſt. Plin. libro 12. cap. 7. Arbor radice lata lignoſaq́.

Lignŭm, ni. n. ſ. (ξύλον) à legendo (inquit Varro) quod ligna caduca in agris legebātur, quibus ad focum uterentur. Hinc ligneus. a. um. ξύλινος, quod ex ligno eſt: ut ligneum ſimulachrum. Plaut. in Rud. Ligneus equus.

Lignĕŏlŭs, dimin. à ligneus. Cic. Qu. frat. Hanc ſcripſi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Ligo, gas. a. p. (δέω, δεσμεύω) quidam à lino deducunt, quaſi lino ago, quòd lino omnia ligentur. Eſt autem uincire, conſtringere. Huius compoſita ſunt, alligo, quod eſt ad aliquid, uel iuxta ligo. Colligo, Circunligo. Plin. Deligo. καταδέω. ualde uel perfectè ligo. Colum. libro 7. Vitulumq́ ad machinam deligare. Illigo, intus ligo. Obligo. περιδεσμεύω. circunligo. Præligo. προδεσμεύω. antè ligo. Liu. Sarmenta præligātur cornibus boum. Religo. ἀναδέω. ſoluo, quod eſt ligatum, retro ligo, iterum ligo. Subligo, à quo ſubligaculum. Et habent penultimam correptam.

Lĭgogrăphi, orum. m. ſ. à rationibus publicis conficiendis, perſcribendisq́ dicti ſunt: quanquam apud oratores hæc dictio aliter accipiatur. Iidem fermè qui tabularij, qui in tabulas publicas referunt quæ ad rempub. pertinent.

Lĭgōnēs. δίκελλαι, μάκελλαι. ruſtica inſtrumenta: ſic dicta, quòd radicibus quæ ſub terra ſunt ligentur. Vel dicti ſunt quaſi legiones, quia per latitudinem ſub terra facilius leguntur. Lucan. Vomereq́ antiquos Curionū paſſa ligones.

Lĭgŭlă, (γλωσσίς) pen. cor. dimin. à lingua. uide in dictione Lingua.

Lĭgŭrĭo, ris pen. cor. riui uel rij. ritum. λιχνεύω, λιχνεύομαι ſignificat multa auidè conſumo, & ſuauiora edulia carpo, & per heluationem patrimonium uoro: ſuauiſſima quæq́ paulatim deguſto, & cum quadam mora atq́ elegantia comedo. Terent. in Eunu. Quæ cum amatore ſuo, cum cœnant, liguriunt. Ligurire lucra pro eo, quod eſt ſenſim depeculari. Cicero per tranſlationem dixit 5. Verr. Hinc Ligurîtio, auiditas.

auiditas, immoderata appetentia. Cic. 4. Tuſ. Et Liguritor, oris. m. t. guloſus et uorator edulioriorum dulciorum, qui conſumptis dapibus etiam catillos lingit. Ab Auſonio Liguritor quoq; inguium dictum eſt.

Ligūſticŭm, ci. ſubſtantiuum, herbæ hortenſis genus, de quo Plin. lib. 19. cap. 8.

Ligūſtrŭm, ſtri. n. ſ. κύπρος. à lego, quaſi leguſtrum, arbor ex cuius ligno teſſeræ fiunt aptiſſimæ, oliuæ ſimilis folio, ſemine coriandri, flore candido & odorato. Eadem eſt arbor cum ea, quæ in Oriente Cypros dicitur. Plin. li. 24. capite 10.

Liliētŭm, ti. n. ſ. κρινών. locus in quo liliorum copia eſt. Palla. Lilieta, canneta ponenda ſunt.

Lilīnŭm, ni. n. ſ. κρίνινον, κρινέλαιον. oleum ex lilio Plinius Lirinum appellauit, libro 21. capite 5. Lilium roſæ nobilitate proximum eſt, & quodam cognatione unguenti oleiq;, quod lirinon appellatur.

Liliŭm, lij. n. ſ. λείριον. genus herbæ, de qua apud Rei ruſticæ ſcriptores fit mentio quomodo ſeratur. Plin. lib. 21. cap. 15.

Limă, æ. f. p. ῥίνη. inſtrumentum fabrile, quo ferrum aut aliquid aliud terēdo expolitur. Quintilianus libro 10. cap. 3. Opus poliat lima.

Limātŭlŭs, a. um. o. ſ. diminutiuum à limatus. ἐρρινημένος extерſus, ſubtilis. Cic.

Limātūră, ræ. f. p. ſcobs. ῥίνημα. hoc eſt puluiſculus limando detractus.

Limāx, acis. m. t. κοχλιὰ. dicitur qui exquirit, ut aliquid auferat. Plaut. in Bac. Limācēs uiri, quod atterant & conſumant. Et limax, teſtudo, cochlea terreſtris: quæ & limaca à limo, ut ait, Feſt. dicitur, in quo per hyemem delitescit & uiuit, uere prodiens. Colu. lib. 11. Implicitus conchæ limax, hirſuta campe.

Limbŏlāriŭs, rij. n. ſ. θυσανουράφος. qui limbum ueſtium conſuit. Plautus in Aul. Textores limbolarij, arcularij, &c.

Limbŭs, bi. m. ſ. κρασπὲδ. muliebre ueſtimentum erat, purpuram in imo conſtitutam habens, ſeu quodlibet aliud ornamentum ueſtium extremitatem ambiens. Vergil. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Vbi Seruius: Limbus eſt faſcia extremitatem ueſtium ambiens, ſecundum antiquum ritum. Huius diminutiuum eſt limbulus, à quo limbellus.

Limĕn, inis. n. t. φλιά, οὐδός, σταθμὸς. dicitur quod ex tranſuerſo in ianua eſt: à limo, id eſt obliquo, quòd ingredientibus exeuntibusq; tranſuerſum ſit, ut eſt apud Donatum, Feſtumque. Nec ſolū inferiorem partem ſignificat, quæ ſub pedibus calcari ſolet in ingreſſu, ſed etiam ſuperiorem. Iuuen. Pendentia liquit Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros. Næuius uerò limen ſuperum & inferum dixit. Limen ſuperum, ſuperliminare etiam uocatur, (ὑπέρθυρον, ἢ ὑπερθύριον) Interdum ponitur pro amicitia, Iuuenal. Limine ſubmoueor. id eſt repellor ab amicitia. Ad limina ſeruus, pro Atrienſi apud Apul. de Aſino. & apud Verg. lib. 9. Fidusq; ad limina cuſtos. id eſt ianitor, inquit Budæus. A limen fit Eliminо. nas. nare. Poſtliminium. Liminaris, & hoc. nare. προθύραιος. quod ad limen pertinet. ut lapis liminaris, qui eſt in domus ingreſſu.

Limĕnărchæ, arum. m. p. λιμενάρχαι. portuum præfecti, & limenarchia ipſum munus.

Limĕs, tis. m. t. ὅρος. modò tranſuerſam uiam ſignificat, modò terminum. Col. lib. 1. Semitas, nouosq; limites in agro fieri non patiatur.

Limeum, herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in uenatu tingunt medicamento, quod uenenum ceruarium uocant. Plini.

Limitānĕi milites. (ὅσοι, οἱ ἐν τοῖς μεθορίοις) & Limitanei agri, qui ſunt in limitibus. id eſt in collimitio & confinio Imperij in præſidio conſtituti, ob incurſus inimicorum uicinorum.

Limĭto, as. n. p. pen. cor. & limitor. taris. d. p. ſignificat termino, ſeu reſtringo, aut diuido, ſiue diſtinguo. ἀφορίζω, περιορίζω. ſicut à ſemitis ſemito. as. & ſemitor. taris. Vnde limitatus ager, dicitur in cēturias diuiſus, inquit Feſtus.

Limo, mas. a. p. ῥινίζω, σμιλεύω. polio, & ſuperflua detraho. Plin. lib. 36. cap. 6. Scalpere atq; limare gemmas. Per translationem pro expolire, & redundantiam circuncidere. Hieron. ad Damaſ. Sæpe cauſatus ſum excoli non poſſe ſermonem, niſi quem propria manus limauerit. Aliquando eſt attenuare, imminuere. Horat. Non iſtic obliquo quiſquam mea commoda limat. Hinc limatus, nomen ex participio. Cic. de Clar. orat. Nihil enucleate, quo fieri poſſit aliquid limatius. Et limatè. tius. ſsimè, aduerbiū: hoc eſt politè, ornatè. Cic. 5. de Fi

de Finib. Huius compoſita ſunt, delimo, & e limo, quæ habent penult. productam.

Līmōnĭūm, nij. n. ſ. frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtisq; foliorũ ex radice nigra, ſed dulci. recipit ipſum in cibis oriẽs. Plin. 22. ca. 22.

Līmōnĭă. æ. alterũ genus anemones. Plin. li. 21.

Līmōnĭātēs, gemma eadem uidetur, quæ ſmaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Līmpĭdūs, a. um. clarus, purus, lucens. Colum. lib. 12. cap. 28. Vere florente roſa, defecatum quàm limpidiſſimum in uaſa bene picata & pura transferto.

Līmpĭtūdo, dinis. f. t. puritas, claritas. Plinius libro 31. capite 11.

Līmūs, mi. m. ſ. genus ueſtis ab umbilico ad pedes, qua tèguntur, ut ait Seruius, pudenda poparum. Hæc autem ueſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam, unde & nomen accepit. Nam limum, obliquũ dicimus. Verg. li. 12. Velati limo, & uerbena tempora uincti. Item, lutum (ἰλὺς, πηλὸς) ſeu cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri ſolet. Plini. lib. 11. capi. 37. Vnde limoſus. a. um. ἰλυώδης, πηλματώδης. limo plenus, & cœnoſus. Verg. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in ulua Delitui. Hinc Illimis, & hoc me. pen. prod. (ἄπηλος) quod eſt ſine limo, defecatum, ſyncerum: ut, Puteus illimis, Sydon. ad Heron. Hinc & oblimo, pro minuo, contemno, de quo alibi.

Līmūs, a. um. παράβολος. obliquus. id eſt tranſuerſus, obtortus. unde & limina, inquit Feſtus, quod et limis tertiæ declnationis dicitur. Proprie tamen de oculis Venereis dicitur. Plau. in Mil. Aſpice limis oculis. Vnde qui obliquè aſpicit, limis oculis ſpectare dicitur. Terent. in Eun. Ego limis ſpecto ſic per flabellum clanculum. Cum igitur diſsimulent ſe homines uidere, quod uident, & nõ recta facie ſed tranſuerſa intuentur, limi dicuntur aſpicere. Hinc limulus diminutiuũ. Plaut. in Bacch. Viden' limulis, ut obſecro, intuentur?

Līnāmēntūm, ti. n. ſ. τιλτὸν, ὁ μότος τιλτὸς filum quod ex lino uellendo trahitur. Plin. Delphini adipe linamenta accenſa excitant uuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Celſus ſemper accipit pro penicillo, quod uulneri imponitur ex linteolo, uel ſpongia, uel lana: ut lib. 5. Linamentum inuolutum, & oblongum, eodem medicamento illinendum, demittendumq; in nares.

Līnārĭūs, (λινοπώλης) qui lini artem exercet.

Līnĕă, neæ. f. p. (γραμμὴ) propriè ſignificat filũ illud, quo Fabri materiarij utuntur ad ſignãdum materiam, quòd ex lino fiat. Et linea dicitur filum omne ex lino, & quicunq; tenuis funiculus. Colu. Ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Lineam mittere apud Plau. in Moſt. uidetur accipi pro eo quod eſt expiſcari, uel explorare aliorum cõſilium. Ductũ prouerbium, à nautis qui ad explorandum locorum profunditatem funiculũ mittunt in mare, cuius in extremo maſſa plumbea hæret.

Līnĕo, as. n. p. eſt lineas ducere, lineis rem aliquam figurare & deformare. Cato. cap. 4.

Līnĕāmēntūm, ti. n. ſ. γραμμὴ, πέρας, ὑπογραφή. à linea, eſt ipſa extremitas, & quaſi linea quædam corporis, per quam hominis forma dignoſcitur: à lineari pictura tracta, in qua per ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur. Plin. Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus eſt. Lineamenta in geometria, ſunt linearũ productiões. Ci. de. Ora.

Līnĕārĭs, et hoc. are. n. t. γραμμικὸς. quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura uocata eſt quæ nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ ſimilitudinem ſolis lineis exprimit.

Līngo, gis. xi. a. ctum. a. t. λείχω. eſt aliquid lingua molliter tango Plau in Caſ. Mel mihi uideor lingere. Rurſus lingere dicimur, dum aliquid in ore tenentes, guttatim id defluere in ſtomachum ſinimus: quæ linctus dicitur. Plin. Multi tuſſim ueterẽ linctu ſalis diſcuſſere. Hinc fit compoſitum Elingo, quod eſt extra lingo. Plau. in Curc. Apud me nunquã e

Līnguă, æ. f. p. γλῶσσα. à lingendo (linges ſal. uel à ligando dicta eſt, quòd liget cibum: nam cibos ui ſua cõglobat ac deprimit, in uentrẽq; tranſmittit: ſeu quòd ipſa dentium ſeptis quaſi muro uallata ac ligata ſit. Plau. in Pœn. Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, &c. Linguam conuertere ad mores alicuius, eſt reprehendere. Idem ibidem. Eſt & lingua minor, quæ ſublinguium. ἐπιγλωττίς. à quibuſdã dicitur, operculum cartilaginoſum, quod fiſtulam ſpiritalem in gutture claudit, cum fiſtula cibali cibus defertur. Accipitur quandoque

que lingua, pro differentia ſermonum. Plaut. in Pœnul. Et is omnes linguas ſcit, diſſimulat ſciens ſe ſcire. Vnde dicimus linguam Latinam, linguam Græcam. Rurſus lingua appellatur genus promontorij non excellentis, ſed molliter in planum deuexi. Plinius libro 17. Inde in altum lingua mille paſſuum excurrens. A lingua fit diminutiuum, ſecundum Priſcianum, Lingula, eiuſdem ſignificationis, & per conciſionem ligula. Feſtus. Lingula per diminutionem dicta aliàs à ſimilitudine exertæ linguæ, ut in calceis: alias inſertæ, id eſt intra dentes coërcitæ, ut in tibijs. Pro ea quæ calceorum eſt Martialis, Non extrema ſedet limata lingula planta. Ligula eſt etiam, qua ueſtimenta conſtringuntur. Martial. Quamuis me ligulã dicant equiteſq́ patreſq́, Dicor ab indoctis lingula Grammaticis. Accipitur & pro inſtrumento plano, & oblongo aromatariorum inſtar linguæ facto. Plini. lib. 21. cap. 14. Veteres etiam gladiolum oblongũ in ſpeciem linguæ factum, Ligulam uocitauere. Lingua item (ut Plin. lib. 2. cap. 19. teſtatur) herba eſt quæ circa fontes naſcitur, cuius radix combuſta & trita, alopecias emendat. Ponitur interdum pro oblocutione, Cice. ad Var. lib. 9. Vitemus oculos hominũ, ſi linguas minus facilè poſſumus. A lingua fiunt elinguis. ἄγλωττος. ſine lingua, & qui loqui nõ poteſt, etiam ſi linguam habeat. Elinguo. as. ἀπογλωττίζω. Bilinguis. Trilinguis, & huiuſmodi. Et lingulatus adiect. ut lingulatus tribulus apud Vitru. cui opponitur elinguatus.

Lĭnguāx, acis. om. t. ſiue lingulax, lingulaca ũe. uerboſus, multum loquens, qui nimiũ & ſtultè loquitur. λάλος, ἀθυρόγλωττος, γλωσσάλγης. Gel. li. 1. Hoc genus homines in uerba proiectos locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt. Plautus in Caſſ. Lingulaca eſt, nam nunquam tacet.

Lĭnio, is. iui. itum. act. quartæ coniugationis & lino. is. tertiæ coniungat. ferè eadem ſignificatione ſunt. Eſt autem linio, ungo uel frico, (χρίω, ἀλείφω) aut quid ſimile quod digito, aut aliquo inſtrumento alicui rei ſuperinducitur, fricatur, uel imprimitur, ſed tenuiter, non craſſè. Lino autem etiam craſſe. Colum. mel. libro 8. Ferè per æſtatem ſic muſcis aures canum exulcerantur ſæpe, ut totas amittant: quod ne fiat, amaris nucibus contritis liniendæ ſunt. A linio componitur circumlinio. περιχρίω. Lactantius libro 1. Circumliniatur modò poculum cœleſti melle ſapientiæ, ut poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari. De Lino quod eſt craſſe aliquid aliquo inſtrumento ſuperinduco, Colum. lib. 7. Sed illius ſanatur noxia fibula ahena, ſi locum læſum compungas, cretaq́ cymolia, & aceto linas. Aliquando obturare. Vergilius libro 4. Georg. Neque illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Habet autem hoc uerbum Lino tria præterita, lini, liui, & leui. De primo Quintil. in Declamatione Cæci. Et ne quid ſcelerĩ impio deeſſet, mariti tui cruore parietem liniſti. De ſecundo Columella, libro ultim. Multi cum ſemel noua dolia uel ſerias craſſa gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione contenti ſunt. De tertio, Cato De re Ruſtica, Vbi temperatè tepebit, cuminum indito poſtea linito. Supinum unum tantum habet, litum. Vnde litus. a. um. pro obturato, maculato, inſperſo. κεχριμένος. Vergilius libro 4. Georg. Elucent aliæ, & fulgore coruſcãt Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. id eſt inſperſa, ſeu diſtincta. Eius cõpoſita ſunt, Allino, ad aliquid lino. ἐπιχρίω. Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc ſæpe allinant dentem. Collino. Gel. Poſtea tabulas cera colleuiſſe. Circumlino. Cic. 1. Tuſc. Perſæ mortuos cera circũlitos condiunt. Delino, illino, interlino, oblino, uide alibi. Elino extra lino, fœdo. Lucil. lib. 6. Perlino, ualde lino. διαχρίω, διαλείφω. Colum. lib. 8. Relino, quod obturatum erat aperio. ἀνοίγω, ἀναχρίω. Terentius Heaut. Releui omnia dolia, omnes ſerias. Sublino mediocriter fœdo, illudo, & pro ridiculo habeo. ὑποχρίω, ὑπίλλω. Plaut. in Epid. Senex tibi os ſublitum eſt planè & probè. id eſt deriſus es.

Lĭnōſtrŏphŏn, herba eſt quam nonnulli praſion, alij marrhubium uocant. Plin. 20. cap. 22.

Lĭnōzōſtĭs, (λινόζωστις) dicitur herba, quam Latini Mercurialem uocant. Plin. 25. cap. 5.

Lĭnquo, linquis, liqui, lictum. a. t. (λείπω) ſecundum Priſcianũ ſignificat relinquo, dimitto.

Linquens animus uocatur à Curtio animus deficiens & deliquiũ patiens. Item Linqui animo, dixit Idẽ pro deficere & deliquiũ pati.

Lĭntĕārĭŭs, rij. m. ſ. qui lintea uendit. λινοργός, λινοπώλης.

Lĭntĕŏlŭm, li. n. ſ. (ῥάκος, ὀθόνιον) diminutiuum. Plinius pro peſsijs panni linei: Vulneribus in linteolis imponitur, ſcilicet amurca.

Lĭntĕōnēs, um. m. t. (λινοπλόκοι) qui texũt lintea mina pro conficiendis ueſtibus, ut docet Ser. 7. Aen. Plau. in Aul. Aut manulearij, aut myrobrecharij, propolæ, linteones, calceolarij.

Lĭntĕŭm, tei. n. ſ. pannus lineus, & ſudariũ quo in balneis utimur & alijs negocijs ad extergendum. ὀθόνη. Plautus in Moſtel. Linteum cape, tuq́; exterge tibi manus. Item lintea, ſunt » uela quibus utuntur nautæ. Vergil. Certum eſt dare lintea retrò. Item quæ ſunt idonea ad ſpectantium umbracula. Vnde legimus Cæſarem totum forum linteis adumbraſſe. Item lintei amictus. Inde linteatus, linteis indutus. id eſt lineis ueſtibus. Liu. 10. ab Vrb. Ea legio linteata ab integumento appellata eſt.

Lĭntĕŭs. a. um. ut ueſtis lintea, id eſt lino compacta & contexta. Cic. 7. Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram, thus alij atq; odores, ueſtemq́; linteam. Lintei libri, qui de lino fiebant, cuiuſmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liu. 4. ab Vr.

Lĭntrēs, ſ. t. (σκάφαι) ſunt nauiculæ ex cauatis arboribus factæ, quibus utuntur Germani » circa Danubium habitantes. Verg. 2. Georg. Cauat arbore lintres.

Lĭnŭm. ni. n. ſ. λίνον, ἀπὸ τοῦ λινέω. antiquo uerbo, quod eſt teneo, quia lino omnia tenentur. Plin. lib. 10. ca. 33. Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. Linum pro filo poſuit Celſus: aliquando etiam filum pro lino dixit. Hinc Lineus. a. um. (λίνεος, λινοῦς) quod ex lino eſt: ut ueſtis linea, de lino facta.

Lĭ nŭs. ni. m. ſ. ſpecie hymni.

Lĭpărĭs, piſcis, lacerti genus, teſte Plinio libro 32. cap. 11. Eſt & gemmæ nomen, quæ ſuffita beſtias omnes euocat. Idem libro 37. cap. 10.

Lĭppĭo. is. iui. itum. n. q. lippus fio, hoc eſt marcorem in oculis contraho. λημάω. Plinius lib. 28. Oculorum uicia fieri negant, nec lippire eos, qui cũ pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Plaut. in Gurg. ad fauces tranſtulit, Lippiunt fauces fame.

Lĭppŭs, a. um. o. ſ. qui oculos habet lachrymantes, cũ putredo ab his defluat. λημαλέος. Plau. in Milite, Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis nauclerus dixit. Lippa ficus dicta, uel cuius ſuccus foliorum lacteus lippis prodeſt, uel quòd dum folia, & ramuli truncan» tur, ſuccum lachrymoſum emittat. Martialis li. 7. Lippitudo, ipſum uiciũ. λήμη. Celſus, Si frons prurit, lippitudinis metus eſt.

Lĭquātŭm, ti. n. ſ. ſiue liquāmĕn, (τῆγμα) pinguitudo animalis ad ignem liquefacta, & in uſum coquinarium ſeruata ad condiendum cibos, licet & de alijs dici poſsit, quæ non comeduntur, ut eſt apud Columellam lib. 7. Succus excocti lupini, ueteris uini fex, & amurca pari menſura miſcentur, eoq́; liquamine tonſa ouis imbuitur.

Lĭquefăcio, is. a. t. (χέω, ἐκτήκω) à quo liquefio, » eiuſdem cum liqueſco ſignificationis. Verg. 1. » Georg. Flammarumq́; globos, liquefactaq́; uoluere ſaxa. id eſt igne ſoluta, inquit Seruius. A liquefacio, fit compoſitũ illiquefacio, (ἐντήκω) quod eſt ualde, ſeu intus liquefacio. Cic. lib. 4. Tuſc. Colliquefacio. συγκατήκω.

Lĭquĕo. es. licui, li ſyllaba correpta. n. ſ. Eſt autem liquere, liquidum ſeu molle eſſe, quod inſtar olei diſcurrit ac diffluit. τήκομαι. Huius compoſita ſunt, Colliqueo, à quo colliqueſco: deliqueo, à quo delique ſco, quòd eſt in totũ re» ſoluor. Ouid. lib. 7. Met. Protinus imbutum » cœleſti nectare corpus Delicuit, ſtagnumq́ ſuo de nomine fecit.

Lĭquēſco. is. liquidus fluidusq́; fio, molleſco. τήκομαι. Verg. Limus ut hic dureſcit, & hæc ut » cera liqueſcit. Liqueſcere uoluptate, & fluere mollitia, eſt mollem eſſe & uoluptati deditum. Cic. 2. Tuſc.

Lĭquĕt, (φαίνεται, δῆλον) imperſonale, ſignificat conſtat, manifeſtum & certum eſt, quoniam quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. Teren. in Eun. Illum liquet mihi deierare, his menſibus Sex uel ſeptem prorſum non uidiſſe proximis. Liquet inter nos, compertum habemus, & certum habemus. Cice. 1. de Natura, Non liquere de cauſſa, dicebant Veteres, quando probationes, & argumenta non ſatis.

non ſatis erãt idonea ad dijudicandum cauſſam. Gel. libro 11.

Liquido, das, aperio, manifeſto. δηλόω.

Liquidus, da. dum. pen. cor. molle, fluxũ. ὑγρός. Lucre. primam facit communem, Craſſáq; conueniunt liquidis, & liquida craſſis. Liquidus uenter dicitur à Mart. li. 11. qui eſt fluidus & laxus. Aliquãdo ponitur liquidum pro puro, defecato, & ſine ſordibus. Hinc fit aduer. Liquidò, quòd ſignificat purè & manifeſtè, Teren. in And. Vt liquidò poſſim iurare. Dicimus etiam ad liquidum, quod eſt manifeſtè.

Liquo, as. a. p. li ſyllaba correpta, ſignificat liquidũ facio, cum ſcilicet aurum uel plumbũ diſſoluitur. τήκω, χέω. Lucan. li. 7. Ereptáq; tela liquauit. Cuius paſſiuũ liquor: compoſitum eliquo quod eſt extra ſeu ualde liquo. ἐκτήκω. Lact. li. 2. Hinc Deliquo effundo: ut, Deliquare uaſa, Colum. lib. 12. cap. 39.

Liquo, is. liqui. a. t. τήκομαι, χέομαι. reſoluor, defluo, ſtillo, cuius paſſiuum eſt liquor, liqueris, quorum li ſyllaba producitur. Verg. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, id eſt paulatim diſſoluitur. Hinc etiam fit liqueſco. is, prima prod. Ouid. 1. de Ponto, Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis. A liquo fit compoſitum Colliquo. Var.

Liquor, oris. m. t. ipſe humor liquidus. ὀπός. Pli. lib. 10. cap. 25. Piſcium oua ex liquore mollia.

Lira, ræ. f. p. prima pro. ſulcũ ſignificat. αὖλαξ. Colum. li. 2. Liras ruſtici uocant eas porcas, cum ſic aratum eſt, ut inter duos latius diſtãtes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Hinc lirare, liram facere: à quo delirare, & delirus, & deliramentum. Lirare dicũtur agricolæ, cum crate dentata, uel tabula aratro annexa operiunt ſemina. Hinc delirare aliquem dicimus, cum nõ recto ſulco tegendo ſemen, incedit. Deinde ad inſaniam hoc uocabulum tranſlatum eſt. Vnde & deliri, inſani dicuntur: & delirare, inſanire. Hor. in Epiſt. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Deliramentum, ipſa deliratio.

Liratim, aduerb. per liras. κατ' αὔλακας. Colu. Eæq; cum ſint diuiſæ, liratim ſeri debent.

Liro, as. n. p. liras facio. Colum. Lirantur autem iugera duo opera una.

Lis, litis. f. t. controuerſia, à limite, id eſt termino, dicta, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerunt. δίκη, ἔρις. Cic. de Repu. 4. Beneuolorum concertatio, non lis: inimicorum, iurgium dicitur. Dicimus eleganter, litem habere cum aliquo, litem alicui intendere, litem capitis in aliquem inferre. Litem ſuam facere, id eſt litis cauſſam ſuſcipere, & tanquam ſuam defendere. Litem perdere, id eſt eius rei cauſam, de qua agebat, amittere. Litem in rem ſuam uertere, id eſt rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi. Litis conteſtatio, eſt hinc inde apud iudicẽ negocij principalis facta narratio.

Litera, æ. f. p nota literæ, tabellæ, tabulæ, codicilli, libelli, epiſtola. Et proprie dicuntur literæ minimæ & indiuiduæ partes orationis, ex quibus conſtituuntur ſyllabæ. γράμμα. Dicta litera, quaſi legitera, eo quod legenti præbeat iter, uel quòd in legendo iteretur, (ut inquit Seruius) uel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſent, quia plerunque in ceratis tabulis Antiqui ſcribere ſolebant. Huic accidit nomen, ſcilicet quo appellatur, figura qua pingitur, poteſtas qua ualet. Aliquando litera capitur pro ſcribentis manu. Cice. ad Atticum, Nam Alexidis manum amabam. Plurali numero literæ epiſtolam deſignãt, niſi apud poëtas, apud quos legitur litera pro epiſtola. Ouid. Quam legis à rapta Briſeide litera uenit. Vocantur præterea literæ, diſciplinæ, quæ literarũ monumentis continentur. λόγοι. Plautus in Truc. Literas didiciſti, ſine alios diſcere. Vnde dare literis operam dicimus, hoc eſt incumbere artibus quæ ſcriptæ ſunt. A litera fit diminutiuum literula. γραμμάτιον. Cicero ad Tyronem libro 6. Accepi tuam epiſtolam uacillantibus literis, id eſt non rectè præ ualetudine ſcriptis. In numero plurali pro epiſtolio. Hieronymus, Munuſcula omnia, & ſuſpectas literulas uobis interdico ſub anathemate.

Literarius, a. um. quod ad literam uel ad literas pertinet. γραμματικός. Vnde dicitur Ludus literarius. παιδαγωγεῖον, διδασκαλεῖον. Plinius libro 9. capite 8.

Literator, oris. m. t. qui literas noſcit uel docet. γραμματιστής. Literatorem non perfectum literis, ſed imbutum tantum eſſe docet Sueton. de Clar. Gram.

Lĭtĕrātūră, ræ.f.p. quæ de literis tractat, ut eſt Grammatica. γραμματική. Quint. lib. 1. cap. 15. Aliquando ponitur pro literarum ſcientia & cognitione. Cic. 2. Philip. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæſare loquitur.

Lĭtĕrātŭs, ti.m.ſ. qui literis præditus eſt, literis ornatus, eruditus, doctus. φιλολογῶν, ὁ ἀμφὶ λόγους ἐγγράμματος. Cice. in Verr. act. 3. Circũ pedes autem homines formoſos & literatos ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. Literatus etiam dicitur, cui aliquid inſculptum eſt, & ſuperſcriptum. Plau. in Rudente, In eo enſiculo literarum quid eſt? P. Mei nomen patris. Hinc literatè aduerbium, doctè, eruditè, elegãter. Cic. in Piſone, Ita enim ſunt præſcriptæ ſcitè & literatè, &c. Literatulus diminutiuum eſt.

Lĭtĕrōſŭs, a.um.o.ſ. ἐγγράμματος. idem quod literatus, Caſs. Hem. 4. Homo merè literoſus.

Lĭthĭăſĭs, is.f.t. morbus calcularis.

Lĭthŏcŏllă, æ.f.p. glutinum quo lapides coniuntur: fit enim ex lapide pario, aut marmore cum taurino glutino.

Lĭthŏſpĕrmŭm, mi.n.ſ. herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 11. Vulgus milium ſolis appellat.

Lĭthŏſtrōtŭs, ti. λιθόστρωτος per. prod. maſ. gen. & hoc lithoſtrotum, dictio compoſita ex λίθος lapis, & στρωτὸς ſtratus, appellatur locus lapidibus ſtratus, ſi uerbum Græcum propriè interpretari uolumus. Verum lithoſtrota ex paruulis cruſtis conſtabant, quibus ſolum pauimenti incruſtabatur. Unde legimus in Euangelio Ioannis, Et ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos.

Lĭtĭcĕn, inis.m.t. qui lituo canit. σαλπιγκτής.

Lĭtĭgātŏr, oris.m.t. & Litigatrix, (ἐγκληματικός) qui & quæ litigat.

Lĭtĭgĭōſŭs, a.um.o.ſ. qui frequens in litibus uerſatur, uel quauis de cauſa litem facit. φιλόδικος, δύσερις. Cicero in Ver. Hominem id ætatis minimè litigioſum quàm tumultuoſiſſimè aggrediuntur.

Lĭtĭgĭŭm, gij.n.ſ. litis actio. δίκη. Plaut. in Caſſ. Quid contrahere cupio litigij inter eos?

Lĭtĭgo, as.n.p.pen.cor. quaſi litem ago, diſcepto, contendo. ἀμφισβητῶ, ἐγκαλῶ, δικάζομαι. Plaut. in Rud. Qua de re nunc litigatis inter uos?

Lĭto, tas.n.p. ſacrificio facto deos placo, uotumq; impetro. καλλιερῶ. Suet. in Cæſ. Deinde pluribus hoſtijs cæſis cum litare non poſſet, introijt curiam. Inter litare & ſacrificare hoc intereſt: Sacrificare, eſt ueniam petere. Litare eſt propitiare, & uotum impetrare Verg. 4. Aeneid. Sacriſq; litatis. id eſt impetratis. Huius compoſitum eſt perlito, quod eſt perfectè lito. Gellius.

Lĭttŭs, oris.n.t. κυματωγή, ἀκτή, αἰγιαλός. continẽs, dicitur terra adiacens mari quæ fluctib. alluitur, unde et nomẽ inueniſſe putatur ab alluendo uel allidendo, & propriè de mari dicitur: ripa de fluminibus. Ouidi. Campoq; recepit Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant. A littus fiunt littoreus. a. um. ἐπάκτιος. & littoralis, adiect. ut Arena littorea, littorea domus, quæ in littore, aut iuxta littus conſtructa eſt. Littoralis piſcis. id eſt in littore uiuens. & Littoroſus. a. um. Plin. lib. 37. cap. 10. Calais ſapphirũ imitatur, candidior, & littoroſo mari ſimilis.

Lĭtūră, ræ.f.p. eſt ſuperinductio, complanatio. Fit cum ſuperinducto attramento, alioúe liquore ſcripturam, uel picturã deſtruimus. Ouid. Quaſcunq; aſpicies, lachrymæ fecere lituras. Ponitur aliquando pro ipſa limitatione, uel linimento. Colum. lib. 4. cap. 24.

Lĭtūro, as.n.p.pen.prod. cancello, expungo. ἐγγράφω, ἀναφέρω. Sidonius Apol. Tunc uel certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero.

Lĭtŭs, ta.tum. participium à lino: id eſt maculatus, inſperſus. κεχρισμένον. Verg. 4. Georg. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Lĭtŭŭs, ui.m.ſ. baculus incuruus, quo ſedentes augures auibus templa deſignabant. Gel. Lituus eſt uirga breuis in parte, qua robuſtior eſt incurua. Dicitur interdum regale ſceptrũ, à litibus dirimendis: hoc eſt ille Romuli baculus, qui poſt Romulum in medio incendio integer manſit, ut apud Val. Max. Feſtus ſcribit, Lituum eſſe genus buccinæ curuæ, unde uox gracilior exiret, qua qui cecinerit, liticen dicitur. Verg. libro 6. Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.

Lĭuĕo, es.n.ſ. ater ſum. πελιδνοῦμαι. Plin. 22. Cortex uero, ſcilicet helioſtrophi, liuentibus colorem reddit. Et aliquando inuideo. Pom. Malignus homo, fortunis aliorum ſemper liuens.

Liueſcō,ſcis.n.t.liuidus fio,πελιδνοῦμαι. Clau. li.3.Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt, Vel nocuiſſe deos.Huius compoſitum eſt alliueſco.

Liuidŭs,a.um.o.ſ.propriè dicitur qui ex percuſſu carnem nigram habet, fluxione cruoris ad eum locum quo percuſſus eſt.πελιδνός.Plin. Tapſiæ ſuccus, ſuggillatis ac liuidis prodeſt. Hinc liuidus pro nigro. Vergilius, Quid uetunt animæ, uel quo diſcrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis uada liuida uerrunt? Quoniam uerò qui inuidia laborant, exedentes ſe dolore, hunc colorem contrahant, liuidus,(βάσκανος)ſæpe pro inuido ponitur. Martialis,Omnibus inuideas liuide,nemo tibi. Huius diminutiuum eſt liuidulus. Iuuenal. Quibus inuideas,ſi liuidulus ſis.

Liuŏr,oris.m.t.ueſtigium,& nota quæ fit ex flagello, aut alia quauis percuſſione aut contuſione,ſiue ulcere.μώλωψ,σμῶδιξ.Plin.20.ca. 22. Illinitur & liuoribus ſuggillatiſq; cũ melle.Hinc Liuorem contrahere,eſt nigreſcere. Columel. lib.12.cap.47. Quia hæc candidior eſt oliua,quàm ea quæ contuſione liuorem cõtrahit.Accipitur liuor pro inuidia.Lucan.Liuor edax tibi cuncta negat.Claud.li.3.Rabiem liuoris acerbi Nulla poteſt placare quies.

Lix,cis. dicitur cinis,in quem materiæ rediguntur,cum fuerint exuſtæ.κόνις.Plin.lib.36.allegat Varroneni dicentem, Lix enim eſt foci. Et lix, uocatur aqua cineri immixta. Vnde lixiuium.

Lixābūndŭs, dicitur qui exiguæ mercedis gratia,uiliſſimis ſeſe obſequijs immiſcet. Plautus Qui famã tuam lixabundus & nomẽ fœdas.

Lixǣ,arum.m.p.dicti ſunt,qui uilioris quæſtus gratia exercitum ſequuntur, utputa lauandi aut coquẽdi gratia,appellatiq; à cinere.σκευοφόροι. Silius 1. Inutile Marti lixarũ uulgus. Vnde lixus. a. um. quod coctum eſt cinere ollæ ſuppoſito.ἑφθός

Lixăm,aquam Veteres dixerunt.Vnde lixæ dicti ſunt,ut quidam uolunt, quòd militibus aquam ad caſtra uel ad tentoria ferre ſoleant.

Lixiuiŭm,uij.n.ſ.κονία,aqua in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis. Colum. lib.12.Sunt qui culmos fabæ exurunt,& ex eo quod cremauerint cinere,lixiuium faciunt. Idem libro ult. lixiuia uſurpat fœmi.gen.In olla,inquit,fictili ampla præparatam lixiuiam cineris ſarmenti caleſieri conuenit.

Lixo,as.a.p.aqua coquo.A quo fiunt compoſita, Elixo,prolixo,quod eſt lixum facio,ſeu in longum acuo.Colum.lib.5.

L ANTE O.

Lobă,æ. milij uel panici racemus, ut eſt apud Varronem.uide Plin.lib.18.cap.7.

Lŏcārĭŭm,rij.n.ſ.ἐνοίκιον.à loco,ubi locare,hoc eſt collocare,te poſsis.ſignificat precium,quod datur in ſtabulo & taberna.

Lŏcātio,onis.f.t.uerbale, quod idem ſignificat ac conductio, tam eius qui preciũ dat, quàm eius qui accipit.Ci.3.Ver.Hic iſtius ſcelerata locatione,nefarioq; latrocinio,bonis patrijs, fortuniſq; omnibus ſpoliatus uenit in iudiciũ.

Lŏcātārĭŭs,rij.m.ſ.qui domum aut fundum aliud ue ſimile in locatione conducit.

Lŏcātŏr,oris.m.t.aliud uerbale. Budæ.Quanquam locator ſit plerunq;,qui preciũ accipit, & conductor qui dat: ut ſit locator dominus, cõductor inquilinus: tamen nonnunquã uiceuerſa euenit,ut locator preciũ det,conductor accipiat. Plin.li.7.ca.52.Romæ quoq; Corfidium materteræ ſuæ maritum funere locato reuixiſſe, & locatorem funeris ab eo elatum.

Lŏcēllŭs,diminut.à loculus.χηλίον. Martialis, Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fecis locelli, Eſt munus:nihil eſt,ipſe locellus erit.

Lŏcito,as.a.p.ἐκμισθῶ.pen.corr.frequentatiuũ formatum à ſupino,a in i mutata. Terent.in Adelp.Agelli eſt hic ſub urbe paululũ, quod locitas foris,huic demus qui fruatur.

Lŏco,as.a.p.pono,conſtituo.τάττω. Liuius lib. 1.Caſtra ab Vrbe haud plus quinq; millia paſſuum locat.Verg. Hic alta theatri Fundamẽta locant. Interdum eſt reponere. Plautus, Dum aulam domi locatam perquirit, ablatam reperit. Interdum nuptui tradere.ἐκδίδοναι,συνοικίζειν. Tere.in Phor.Quæſo,quid ſi filiam ſuam unicam locaret? Etiã dicimus locare filiam nuptum. Teren.in Phor.Vt potui, uirginem nuptum locaui huic adoleſcenti. Et locare in matrimonium. Plaut. in Tri. Vt erit locata uirgo in matrimonium. Hinc illocabilis, quæ tradi uiro non poteſt. Plau. Virginem habeo grandẽ,dote ceſſam,atq; illocabi-

cabilem. ἀνίγγυ@, ἀνάγκαλος, ἀνίκδοτ@. Interdum idem eſt quod precio utendum do, ſeu ad operam faciendam. μισθῶ, ἐκμισθῶ, ἐκδίδωμι. Et tunc cui quid locatur, in datiuo ponitur, & precium in ablatiuo: ut Sex nummis aureis operam uel domum tibi meam locaui, uel equum annum totum. Item Locare operam alicui, eſt aliquid faciendum ſuſcipere. Gel. lib. 3. ca. 3. Ob quærendum uictum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur operã piſtori locaſſet. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Abloco, quod eſt, alijs loco, affiCto. Sueto. in Vitel. Colloco, ſimul loco. καθίζω, καταστάζω, καθίστημι. Eloco, extra loco: ut cum iumentum uel boues extra locare ſolent agricolæ. Colum lib. 1

Lŏcŭlāmēntă, orum. n. ſ. (σύνκοι) loca diſtincta, ſiue capſulæ, in quibus aues & ſimilia nidificare, ſeu habitare ſolent: & loculis deduci uidentur. Colu. Paxillis adactis tabulæ ſupponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant. Item alueí in quibus mellificãt apes dicuntur eidem lib. 10. Ponitur aliquando pro conceptaculo, ſiue alicuius rei theca, Vitru. in. 10.

Lŏcŭlātŭs, a. um. quod habet diuerſos locos. σύνκωτός. Varro, Nam ut Pauſias & cæteri pictores eiuſdem generis, loculatas magnas habent arculas, ubi diuerſi colores ſunt, certas: ſic hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.

Lŏcŭlŭs, li. m. ſ. diminut. à locus. ſignificat enim paruum locũ. χωρίον. Varro lib. 3. de re Ruſt. Hortenſius familiaris noſter cum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita ſæpe cum illo ad uillam iui. Ponitur etiã interdũ pro ſacculo (θύλ@, βαλαντίον) in quo » pecunia ſeruatur. Martialis, Hos niſi de flaua » loculos implere moneta Non decet. Interdum pro feretro quo mortui efferuntur, quod aliàs capulum & libitinã uocant, (σορός) Plin. lib. 7. cap. 2. Et loculi pro uulua.

Lŏcuplēs, etis. (πολυκτήμων, εὔπορ@) pen. cor. generis omnis ſecundũ Priſc. & tam in i quàm in e ablatiuum finit. Cic. in Frument. In pro» uincia locupleti & referta. Horatius, In locu» plete domo. Dictus locuples à lata humo, hoc eſt locorum plenus, qui pleraq; loca, id eſt qui multas poſſeſsiones habet: eius contrarium eſt tenuis, ſiue egens. Cicero pro Planc. Egentes in locupletes armabuntur. Et non modo pro diuite, & loca multa poſsidenti, uerumetiam pro firmo certoq;, & uiro magnæ autoritatis ponitur. ἀξιόπιστ@. Vnde locupletem authorem, teſtem, tabellarium dicimus. Cicero lib. 3. Offic. Accedit eò teſtis locuples Poſidonius. Locuples etiam aliquando ponitur pro inſtructo & copioſo metaphoricè. Cic. de Nat. Locupletior igitur hominum natura ad beatè uiuendum, quàm deorum, quòd pluribus generibus fruitur uoluptatũ.

Lŏcuplēto, tas. a. p. pen. pro. locis & poſſeſsionibus quempiã diuitem facio: quãuis ad omnia, ſicut dito capi poſsit, ut cum quis opibus rebusq; etiam incorporeis ditatur. (πλουτίζω,) Platus, Viſus eſt paterna hæreditate locupletarier. Huius compoſitum eſt collocupleto, quod ſignificat ualde dito. Teren. Heaut.

Lŏcŭs, ci. m. ſ. (τόπ@) in plurali numero loci uel loca, & propriè dicitur, quicquid aliquid continet, ſiue ut ait Varro 4. de Lingua Lat. » ubi quicquã conſiſtit. Verg. Hic locus urbis erat. Quandoq; locus, dicitur genus. Sall. Natus haud obſcuro loco, (καλῶς, λαμπρῶς γεγονώς.) Quandoq; motus loco dicitur, qui ex aliquo loco pulſus eſt. Terent. in Prol. Phorm. Cum per tumultũ noſter grex motus eſt loco. Loco uero patris habere aliquẽ, eſt ea charitate amplecti qua pater eſt amplectendus. Idem, Si te in germani fratris dilexi loco. Loco uero ſolatij, loco uoluptatis, loco honoris, (μέρ@, μοῖρα, τάξις) pro iocundum, uoluptuoſum et honorificũ dicitur. Loci pluraliter duntaxat, mulieris uuluam, ſeu uterum, & uulgò matricẽ, (μήτρα) appellamus. Var. in Orig. Sic loci muliebres, in quibus naſcendi initia conſiſtunt. Priore loco cauſam dicere, eſt ante defendere, quàm quis accuſatus ſit. Cice. pro Quintio. Poſteriore uero loco dicere, eſt defenſorẽ eſſe, & pro eo dicere. Idem. Pulchrè etiã dicitur, Si in iſto eſſem loco, pro eo quod eſt, ſi meum eſſet negociũ, ſi mea res ageretur. Plau. in Bacch. Ponitur aliquãdo locus pro ſtatu. Teren. in Adel. Peiore res loco nõ poteſt eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt. In loco res poſita dicitur, quæ recte digneq; poſita ſiue collocata.

tata eſt.Cic.6.Verr.Recte collocata,& iudicio populi in loco poſita eſſe uideatur. Ponitur interdũ locus præ æſtimatione,amore,gratiaq́;.Cic.in Philip. Quem locũ apud Cæſarẽ obtinuiſti? quo numero fuiſti? Tenere principem locũ, eſt magno eſſe in precio & authoritate.Cic.pro Dom. Locus aliquando ponitur pro opportunitate.Cic. de Off. Loco aliquid quærere, eſt quærere quando res expoſtulat. Cic.in Part.In loco,id eſt opportunè.Teren. in Heau.In loco Ego uero laudo. Locus non eſt bonitati.id eſt,bonitas nõ eſt in precio.Cic. 1.de Fin. Locũ alicui dare, eſt ipſum admittere,& recipere.Cic.de Ora. Aliquando locus ponitur pro tempore uel ſpacio.Teren. Heau. Nam & cognoſcendi & ignoſcendi dabitur peccati locus. Hinc loculoſus adiect. id eſt multis locis plenus.Plin.lib.15.cap.22.

Lŏcūſtă,arum.f.p. (ἀκρίδες)inſecti genus eſt, infirmas habens alas, tam modicis ſe uolatibus à terra attollens,ut ſaltare potius uideatur quàm uolare. In Africa & Syria maiore corpore naſcuntur, firmioribusq́; alis:tanta aũt copia ut herbas meſſesq́; omnes aut erodant,aut tactu adurant. Quin etiam maria tranſuolare dicũtur,& abſumptis domeſticis omnibus externa pabula quærere non ſine infauſto præſagio eorũ ad quos penetrarint.In India monſtroſæ magnitudinis naſci tradunſtur,ut interdũ trium pedũ longitudinem excedant,ex quorũ femoribus & cruribus,cũ inaruerint ſerræ ſolent confici.Plin.autor eſt totam Aegyptum & uniuerſam Iudæorum gentem locuſtis ueſci,ſale etiam & fumo induratis.Aphrica quoq; tota, & potiſsimum apud Leptim. Eſt & herbæ nomen locuſta,quæ alias uocatur Locuſtæ pes,ſiue rapunculus ſeu napunculus,folio anguſto,& deſinente in mucronem.Item piſcis eſt ex genere cruſtaceorũ, corpore longo,cornua ante oculos bina et longa aſpera habet, dictus à ſimilitudine terreſtris.

Lŏcūtŏr,oris.m.t.ſeu loquutor,qui nimium loquitur,(λάλος.)Gellius,Qui ſunt leues & futiles & importuni locutores.

Lŏcūtŭlēii,orum.m.f.(λαλυρόγλωσσοι)ſunt homines in uerba prouecti,& blaterones,& linguaces,quorũ lingua tã prodiga infrenisq́; eſt, ut teterrima quadam colluuione uerborum fluat ſemper & æſtuet.Gel.lib.1.cap.15.

Lōdix,dicis.f.pen.pro.lecti ueſtis & operimentum,ſiue linteolus quo in lecto utimur,& frequenter lauatur,(σισύρα.)Vnde à polluendo lodices nonnulli exiſtimant appellatas.Iuuen. Modo ſub lodice relictis Vteris in turba. Huius dimin.eſt lodicula. σισύριον. Suet.in Aug.

Lŏgică, cæ.f.p. Latinè rationalis: nam Græci λογικὸν rationale dicunt. Boetius in Com. Top.Hæc eſt,inquit,diſciplina, quaſi differendi quædam magiſtra, quam logicen ueteres Peripatetici appellarunt: continens in ſe inueniendi iudicandiq́; peritiam.

Lŏgĭŏn,gij.n.ſ.dicaſterium uocatur,hoc eſt iudicũ locus. Logia quoq; uocãtur quæ de Deo dicuntur.Logion Chryſoſt.in Homelia ad Corinthios uocat Collectionem.

Lŏgĭſtŏrĭcŭm,ci.n.ſ. eſt liber ſermonum, & dictorum inſignium narrationẽ continens. Gellius libro 4.cap.19.Marcus Var.in logiſtorico ſcripſit, &c.

Lŏgŏdædălŏs uocant, qui dolum colunt ſermonis ornatu.

Lŏgŏs,apud Græcos modò ſermonẽ ſignificat, modo uerbũ,modò rationem.Apud nos quandoq; pro dicto ridiculo ac contemnendo ſumitur.Teren.in Phor. Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchrè dices. D.logi.id eſt ridicula dicta,& paraſitica. A logos fiunt,catalogus epilogus, dialogus, elogium,analogia,propè infinita alia,& logica.

Lōligo,aut potius lolligo,inis.f.t. (τευθίς) pen. pro.genus piſcis,quaſi uoligo,ſecundum Var. Volitat enim hic piſcis extra aquã ſe efferens, & caput inter pedes & uentrem habet,quem nunc uulgò calamariũ uocant, à thecæ calamariæ ſimilitudine. habet enim oſsicula duo quaſi cultrum & calamũ, & cruorem nigrũ atramẽti modo,cũ externè albus ſit. Plin.lib. 12.ca.2.Treb. Niger, lolligines euolare tradit tanta multitudine,ut nauigia demergant. Huius diminut.eſt Loliguncula.(τευθίδιον.) Plau. Emitto ſepiolas lepidas,loligũculas,etc.

Lōlĭŭm,lij.n.ſ.(αἶρα)herbæ genus ſegetibus inimicum, Gallis yuræa ab inebriando dicitur: Græcè zizania.Horat.Eſſet ador lolium meliora relinquens. Hinc Loliarius.ria.rium. (αἰρινος.) ut Loliarium cribrum, Colu.lib.9.

Lōliūs,li.m.ſ.(τευθίς)genus piſcis admodum parui,& facie à lolligine diſsidens.aliàs Lollius, quod magis placet.

Lōmbricūs, ci.m.ſ.pen.prod.piſcis qui uulgò lampetra uocatur.

Lōmentūm,ti.n.ſ.farina fabacea, qua ad erugāda corpora uſa eſt antiquitas. Mart. Lomento rugas uteri quod contendere tentas.

Lōnchītis, herba duorum generū apud Dioſc.

Lōngæuūs,a.um.cum diph.quod eſt longi æui. (πολυετής,μακρόβιος.) Verg. Quē tibi longæuo ſerum Lauinia coniunx Educet ſyluis. Hinc Longæuitas.μακροβιότης.

Lōngānimis,me.om.t.pen.cor.qui eſt perſeuerantis animi,æquanimiter tolerās.μακρόθυμος. A quo Longanimitas,pro tolerantia.

Lōngānōn, onis.m.t.(ἀπευθυσμένον) aut ut alij ſcribunt,longauo,rectum inteſtinum dicitur, quo aluum purgamus:ſic dictum quia in longum protenditur,& non ita orbibus implicitum,ſicut inteſtinum tenue.Apitius:Longanones porcinos, ex rure Tarētino farſos cunctos conciſos in cinere pullorum.

Lōngē,(πόῤῥω,μακρὰν) aduerb. pro longitudine tam temporis quàm loci:ut cum dicimus, longè lateq́ (ἀνέδην) diſcurrit. Cic. pro lege Manil. Ita tantum bellum, tam diuturnū, tam longè lateq́ diſperſum,&c. Interdū ſignificat ualde. Salluſt. Longè mihi aliena mens eſt. Interdum præcipuè. μάλιστα. Cic. Illud homini longè optimū eſſe. Hinc Longulè diminut.Plaut.in Ruden. Haud longulè ex hoc lōco.Huius compoſita ſunt,Alongè & Delongè.μακρόθεν. quæ habent accentum in prima. Longè gentium,ſignificat longè,ſicut nuſquā gentium,nuſquam locorum. Cic. Attic. lib.6. Tu autem abes longè gentium.

Lōnginquūs,a.um.quod eſt remotum, diſtans, (ἀπότερος,μακρός.) Cic.M.Catoni,Nos quidē longinqui,& à teipſo miſsi in ultimas gentes. Aliquādo ponitur pro externo & peregrino. (ἀλλοδαπός)ut illud: Si mea longinquus uiſcera piſcis edet. Ponitur aliquando pro diuturno. Plau.in Merc. Longinquum amanti iſtuc. id eſt diuturnū,& faſtidioſum. Liu. ab Vrbe: Donec ipſe quoq́ longinquo morbo eſt implicitus. Ponitur aliquādo pro lōgo:ut, Longinquus ſermo,Plau.in Mil. et Lōginqua fornax, Plin.lib.9.ca.18.Hinc Longinquitas, ipſa locorum diſtantia. Cice.ad Cælium lib.1. Aliquando pro diuturnitate. Teren.in Hecy. Vt ne cui mea longinquitas ætatis obſtet.

Lōngiſco, longus fio. (μηκύνομαι.) Ennius: Neq́ corpora firma longiſcunt quicquam.

Lōngitūdo,inis.f.t.(μακρότης,μῆκος)prolixitas: ut,Longitudo dierum in dextera illius. Dicitur etiam de tempore. Cic.7.Ver. Noctis longitudo ſtupris & flagitijs conterebatur.

Lōngo,as.a.p.(μηκύνω,μακρύνω.) quāuis non ſit in uſu,habet tamen compoſita in frequenti uſurpatione habita,quæ ſunt Elongo & prolongo,quod eſt protraho. Plautus: Quæ mihi anus prolongat promiſſa.

Lōngūrio,onis.m.t.idē quod longus.(προμήκης.) Var. Hic qui ante me eſt,neſcio quis lōgurio.

Lōngūriūs,rij.m.ſ.(κάμαξ δολιχός) pertica longior apud Varronem, quæ ſæpibus hortorū, uel etiam bellicis traijci ſolebat ad eas confirmandas: qui lib.1.de re Ruſt.ait, Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno,ſed non uiuit. Fit autem palis ſtatutis crebris,ac uirgultis implicitis, aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis,aut ex arboribus truncis dimiſsis, in terram deinceps conſtitutis. Idem lib.2. Itaq́ in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia, ac feneſtras, & inter ſingulas à præſepib.interijcere longurios, qui ea diſcernant,ne inter ſe pugnare poſsint.

Lōngūs,gi.m.ſ.(ἐκτεταμένος,μακρός) propriè porrectus.Verg. Stant longis innixi haſtis & ſcuta tenentes. Per tranſlationem ponitur quandoq́ pro diuturno. Idem: Et longum Andromachæ teſtentur amorem. Ponitur nonnunquam pro prolixo & fuſo. Plau.in Trin. Longo ſermone utimur. Longū eſt,id eſt multi temporis. Cic.3.Verr. Quādoq́ pro magno, unde longiores dies, maiores dicimus. Verg. Infelix Dido longumq́ bibebat amorem. Et longum, aduerbialiter quod ſignificat longo tempore. Mart. Vtq́ tuis longum dominusq́ puerq́ fruantur Muneribus. A longus fiunt compoſita:Oblongus & Prælongus.ὑπερμήκης.

Lōpādēs, λοπάδες. Theodorus Gaza patellas transfert,genus conchæ marinæ,Plau.Para. Medico addite lopades. Dictæ ab ollæ ſimilitudine,quæ à Græcis λοπὰς dicitur. Eſt & lōpas

neſtis

ueſtis genus, quæ & λῶπη dicitur.

Lŏquācĭtās, atis.f.t. ἀδολεσχία, ἀλογία. Accipitur pro ſtulta & inani loquendi copia.

Lŏquācĭto.tas.n.p. multũ loquor. σπερμολογέω. Hieronymus, Si quãdo mulierculæ de diuitijs proprijs, garrulando loquacitent, ut moris eſt eis, frangantur.

Lŏquāx, acis.om.t. uerboſus, garrulus, λάλος, σπερμολόγος. Vnde corui & aliæ aues, quæ humanam uocem imitantur, loquaces dicuntur. Hinc comparatiuum Loquacior. λαλίστερος: & ſuperlatiuum Loquaciſsimus. λαλίστατος. Et Loquaciter aduerb. Cic. pro Muræna: Quid huic loquaciter litigioſo, reſponderet ille?

Lŏquēlă, æ.f.p. λαλία. uerbum, quod in loquendo proferimus.

Lŏquĕntĭă, æ.f.p. & Loquium, quamuis à loquor deducantur, non tamen eis utimur niſi in compoſitione: ut Breuiloquentia, breuiloquium: Multiloquentia, multiloquium: & huiuſmodi quæ habent pen.corr. Vide Gell. libro 1.cap.15. Anteloquium, primus loquendi locus, ſeu principatus loquendi. Soliloquium, quod ſignificat illius, qui contemplando ſolus ipſe ſecum loquitur: ſic λογία & λόγος in compoſitione.

Lŏquĭtŏr.aris. (πολυλογέω.) frequen.d.p. Apuleius in Flor. uſurpauit. & Plaut. in Bacchid.

Lŏquŏr.eris.d.t. locutus per c, ſecundum Priſcianum, propriè ſignificat uerba profero. λαλέω, φθέγγομαι. Varr. libro 5 De Lingua Lat. Loqui ab loco dictũ, quòd qui primo dicitur fari, & uocabula & reliqua uerba dicit antè, quàm ſuo quiſq; loca ea dicere poteſt. Differũt aũt ab inuicẽ Loqui & Dicere, quòd loqui ſit à natura, dicere, eleganter & facundè. Loqui, aliquando dicere ſignificat. Plaut. in Menæch. Quos tu paraſitos loquere? Loqui ad uoluptatem, apud Cic. in Parad. eſt quod lubet dicere. Loquuntur uulgò, id eſt, uulgo circunfertur. Cicero 7. Verrin. Cum uulgò loquerentur. Loquuntur annales, hiſtoriæ, hoc eſt, referunt, cõmemorant. Loquitur res ipſa. hoc eſt, apertiſsima eſt, & ſermone non eget. Loquitur fama, dicitur etiam uenuſtè. Compoſita uerbi Loquor ſunt Alloquor, ad aliquẽ loquor. προσαγορεύω, προσφωνέω. Alloquimur etiã ea, quæ aut ſummo affectu, aut extremo periculo narramus. Verg. Extremũ quòd te alloquor. Hinc alloquium. Colloquor. συνομιλέω. ſimul loquor. A quo colloquiũ pro confabulatione, cum ueniunt in unum locum loquẽdi cauſa: & collocutores, qui ſimul loquuntur. Circumloquor. περιφράζω. per circuitum quendam declaro: à quo circumlocutio, quam Græci periodum uocãt. ut ſi elephanti dentẽ pro ebore dicamus. Eloquor. ἐκφράζω. à quo eloquium. Deloquor, quod eſt de aliquo loco deputato loquor. Interloquor, obloquor, præloquor. προλέγω. ante loquor. Perloquor, perfectè loquor, & ſermonẽ perficio, & habent pen.cor.

Lōră, ſiue Lorea, æ.f.p. genus potionis eſt, quam Græci δευτερίαν appellant, quaſi ſecundariam, ueluti apud nos tertiana per uini charitatem. nam δεύτερον apud Græcos ſecundũ dicitur. Fit ex maceratis aqua uinaceis poſt muſtum acinis expreſſum, non poteſt iure uocari uinũ, quãuis inter uina operaria numeretur. Dicta lora quaſi lota acina. Vide Var. De re Ruſt. lib.1.ca.54. Col. lib.12.ca.40. Plin. lib.14.cap.10. Hæc etiam leuia & tenuia uina dicuntur.

Lōrārĭj, uide in dictione Lorum.

Lorarũ, orum.m.ſ. ſerui, qui in ſcenicis fabulis loro uinciebant, aut cædebãt, quos erant iuſsi. λωροδίσμαι. Cato id genus homines etiam Brutianos appellat.

Lōrīcă, æ.f.p. θώραξ, προβολή. penul. prod. à loro fit, & eſt munimentum corporis, quale in imperatorum antiquis ſtatuis uidemus, quia loris alligata ſit. In uniuerſum dicitur cuiuſcunq; rei tutela, protectio, & munimentum. Quod ſi ſit in numine, ægis dicitur, habetq; in medio caput Meduſæ. Nam (ut interpretatur Varro) è loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Lorica. θριγκός. in ædificijs eſt quoddam quaſi ſepimentum, & ueluti peribolus, quæ nos tuetur à lapſu. Pars eſt enim lorica murorum & ſtructurarum. Vitru. lib.2. Curt. lib.8. Loricam appellat ſtructurã faſtigiatam, quæ aquam pluuiam utrinq; diſpellit extra perpendiculum, uelut ſuggrundulis prominẽtibus. Capiſtratæ huiuſcemodi ſtructuræ à noſtris appellãtur ſtructoribus. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellantur

è marmore

è marmore tuſo cum calce & arena. Vitruuius lib. 5.

Lōrĭco. as. a. p. loricam induo. ἀντιθωρακίζομαι, θωρακίζω. Unde loricatus, lorica indutus. Plin. lib. 8 cap. 14. Mox ubi pluribus eodem modo ſe corijs loricauit, in dimicationem pergit. Loricatio. θωράκωσις. apud Jureconſul. accipitur pro ornatu domus ſpecioſo, ac ueluti tectorio, quæ impenſæ ſunt uoluptuariæ. Huius uerbi compoſitum eſt Dilorico, de quo alibi.

Lōrĭcŭlă, æ. f. p. diminutiuum à lorica, quod etiam in re militari ſignificat munimentum, quod obſeſſores urbium conſtruūt. προβόλιον. Cæſar, Item pontium frontes, uiminea loricula munirentur. Accipitur & pro muro tecti.

Lōrĭpēdēs, edis. com. t. pen. cor. qui pedem in modum lori tortum habet. κυλλοποδίων. Iuuen. Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. id eſt, qui quaſi loro pedem ligatum habet, claudus natura uel caſu factus.

Lōrŭm. ri. n. ſ. ἱμάς. prima producta: nam lora habet o cor. propriè ſignificat corrigiā ex corio, & Græcum eſt λῶρον. unde ponitur pro cingulo. Poetæ baltheum Veneris, qui ceſtus dicitur, lorum appellant. Lora, etiam habenas uocamus & retinacula iumentorum: zonas quoq; ac uolumina ex corio bubulo, quibus pugiles utebātur. Præterea quæcunq; ligamina, lora dici poſſunt. Et loramēta, ligamenta etiā quæ ex tabulis fiunt. Ab hoc lorum etiā pro corrigia accipitur, qua homines uerberantur. Donat. Lora apud Veteres laura dicebantur, à laurea triumphorum, ſub qua mos erat captiuos uinciri duciq; per pompam. Vnde Lorarij dicebantur, qui in ſcenicis fabulis parebant ijs, qui ludis erant præfecti: & uel uinciebant, uel cædebant quos iuſsi erant uincire uel cædere. Tortores quoq; lorarios uocatos inuenimus. Item lora, dicuntur corrigiæ, quibus lecti & ſellæ inſtruuntur, ſuper quibus tomenta uel culcitræ imponuntur. Mart. Nouis linteis loriſq;. Hinc etiā funiculus aureus argenteus ue, qui collo geſtari ſolet, lorū appellatur. Hinc fit Loreus, a, um. adiect. Cat. ca. 3. Loreus funis. Inuenitur etiam Lorus. λῶρος. maſculini generis, ſicut & Corius & Collus. Apul. Lorum quempiam ſinu ſuo depromit.

Lōtĭŭm, tij. n. ſ. urina, à diluendis corporibus appellatum. οὖρον. Eſt enim totius corporis lotio: ſicut urina ab urinor uerbo deſcendit.

Lōtŭs, ti. f. ſ. arbor (ut inquit Plin. lib. 13. cap. 17. & li. 21. ca. 17.) in Africa, quam uocāt Celtim, tam laudati & dulci fructus, ut etiam terræ in qua naſcitur et eiuſdē genti nomen dederit. uocātur enim Lotophagi. Ligno color niger, ad tibiarum cantus expetitur, quare & à poetis pro tibia ponitur. Eſt etiam eodem nomine herba in Aegypto, quam Homerus inter herbas ſubnaſcentes Deorum uoluptati primam nominauit. Ab hac fit Lotometra, ex cuius ſemine ſimili milio, fiunt panes in Aegypto à paſtoribus, maximè aqua uel lacte ſubacto. Eſt & alia lotos, quam multi trifolium dicunt. Eſt & alia lotos agreſtis in Libya, haſta duobus cubitis longa, ramos plurimos proferens. Quidam etiam loton, milium uocant.

L ANTE V.

Lŭbentiă & Libentia, æ. f. p. à lubeo & libeo, pro hilaritate & uoluptate ſermonū & locorum. εὐπάθεια. Plaut. in Aſin. Lubentiorem te faciam, quam lubentia eſt.

Lŭbīdĭnĕm, Veteres dixere à lubeo pro libidine.

Lūbrĭco. cas. a. p. lubricum facio. γλισσόω, ὀλισθηρὸν ποιῶ. Iuue. Qui Lacedæmonio pityſmate lubricat orbem.

Lūbrĭcŭs. a. um. pen. cor. quaſi labricus. ὀλισθηρὸς, γλισχρὸς, σφαλερός. Propriè lubricus locus dicitur, in quo quis nequit conſiſtere, qualis eſt terra glaciata. Vergilius, Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens. Et Lubricum eſt, quod ſi comprehendatur, manibus labitur, facileq; effluit. Inde figuratè adoleſcentia lubrica dicitur. Cic. pro Cælio. Piſcis lubricus dicitur, qui labitur, dum tenetur. Ponitur aliquando pro fallaci & mobili. Verg. Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes. Lubricus locus per tranſlationem dicitur, pro difficili & incerto. Cicero 2. Offic. Qui lotus eſt ſanè lubricus. Hinc fit aduerb. Lubricè, id eſt dubiè, periculosè. Cice. 2. Philip. Et lubricè uerſatus in bello eſt.

Lūcæ boues, ſiue Lucanæ. uide in dict. Elephas.

Lūcānŭs. a. um. quod ad lucem pertinet. φωτεινός. A quo Antelucanus. a. um. Anteluco & Antelucor.

Lūcānĭcă, æ. f. p. λȣκάνικον. genus farciminis ex porcinis carnibus, à Lucanis populis primum inuenta. Martialis: Filia Picenæ uenio Lucanica porcæ.

Lūcăr, aris. n. t. precium quod ex lucis captatur, uel erogatio quæ in lucis fiebat. Et Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lūcārĭă, orum uel ium. n. t. feſta quæ in luco Romani faciebant.

Lūcēllūm, li. n. ſ. κερδύδιον. diminutiuum, paruum lucrum. Horat. in Serm. De ſene guſtarit tecum partita lucellum.

Lūcēm. φῶς, φέγγος. claritatem eſſe, nemo eſt qui dubitet. Quoniam autem dies clara eſt, quemadmodū nox obſcura, ponitur quādoq; lux pro die, ſicut nox pro tenebris. Gel. Alia luce orta, auis in paſtum profecta eſt. Quamuis prima luce, & primis tenebris, primam partem diei ac noctis ſignificent. Prima uero die, pro tota, non pro diei parte. Liuius ab Vrbe: Vt omnes ciues Romani in cāpo Martio prima luce adeſſent. Inuenitur etiam Luci aduerbialiter poſitum, ſicut ueſperi. Cicero in Ant. Quis enim audeat luci & in militari uia? A luce fit Lucanus. a. um. & Antelucanus. a. um. quod eſt ante lucis tempus. & Sublucanus, ſub lucis tempore. Lux aūt ἀπὸ τῆς λύκης dicta eſt. λύκην enim ueteres Græci appellant primā lucem, quæ præcedit ſolis exortum. Aliquando idem eſt quod ſplendens, & conſpicuus. Ponitur aliquando pro uita, Cic. 1. Tuſc. Lucis uſuram alicui dare, eſt ſinere eum uiuere, Idem in Ver. Act. 7. In luce, pro in publico dixit uenuſtè Cice. in Cat. Maio. Nec uerò ille in lucè modò, atq; in oculis ciuium magnus.

Lūcēns, entis. om. t. quod aliunde lucem habet. φαίνω. Verg. Lucentemq; globum lunæ.

Lūcĕo, ces. xi. n. ſ. σελαγίζω, λάμπω, φέγγω. ſplendeo. Aliquando ſignificat diem eſſe. Cice. 7. Ver. Lucebat iam ferè. Lucere facem alicui, aut cereum, eſt alicui præferre facem, aut cereum. Plau. in Caſ. Huius cōpoſita ſunt: Adluceo, ad aliquid ſeu iuxta aliquid luceo. Colluceo, ſimul ſeu totus luceo. καταλάμπω. Plin. li. 10. Inuſitata genera alitum accepimus, quarum plumæ igniū modo collucēant noctibus. Diluceo, diſtinctè luceo. διαλάμπω. Gel. lib. 2. Contrà uerò qui poſt eam noctem diluxerit. Eluceo, extra ſiue multū luceo. διαφαίνομαι. Illuceo, lucidus ſum, ſed ad diē pertinet. Liu. Vbi illuxit, recepere claſſem. Sed hic magis eſt ab illuceſco. Interdū illuceſcere, eſt illuminare, & ſplendentem facere. ἐπιλάμπειν. Lact. lib. 7. Qui ſolem cū cæteris ſyderibus illuxit. Interluceo, in medio luceo. διαλάμπω. Cice. 3. ad Heren. Præterea ut diſtincti interlucere poſſint. Sed hic interlucere, quaſi internoſci eſt. Pelluceo, per mediū transluceo. διαφαίνω, διαλάμπω. Quint. Sed ne cōmiſſura pelluceat. Huius ſignificationis eſt Perluceo & transluceo. Cicero 2. Offic. Quaſi perluceret ex his, quas commemoraui, uirtutibus. Polluceo, de quo alibi. Præluceo, facē præfero, antè luceo. διαδέχω, προφαίνω, φρυκτωρέω. Ci. Ego meis maioribus uirtute præluxi. ἀρχηγὸς τῆς ἰδίας σήματος γέγονα. Reluceo. Verg. lib. 2. Sigæa igni freta lata relucent. Subluceo, aliquantum luceo.

Lūcērnă, æ. f. p. à luceo, Græcè λύχνος uocatur, cuius prima corripitur, cum tamen in luceo producatur. Iuuenal. Diſpoſitæ pinguē nebulam uomuere lucernæ. Euſeb. lib. 10. Præpara. Euangel. Lucerna ſimplex eſt, quæ habet partem unā tantum exporrectam, & quæ uno elychnio contenta eſt, quæ cubicularia dicitur, de qua Martialis lib. 14.

Lūcērnārĭūs, rij. m. ſ. (λυχνοῦχος) qui lucernam fert. Lucernula, (λυχνίον) diminutiuum.

Lūcēſco, n. t. eſt clarum fio. λάμπω, ἡμέρα γίνεται. Plaut. in Amphit. Exire ex urbe, priuſquam luceſcat, uolo.

Lūcĭbĭlē, quod per ſe lucet. φωτεινόν.

Lūcĭdo, das. a. p. λαμπρύνω. lucidum facio, illuſtro, à quo dilucido. σαφηνίζω, ἀποσαφέω. quod eſt declaro, ſeu diuerſis modis clarum facio. Elucido, extra ſeu multum lucido.

Lūcĭdūs, a. um. quod eſt clarum, perſpicuū φαιδρός, φωτεινός. Vt lucida nox, apud Plin. lib. 2. ca. 7. A quo perlucidus, & trāslucidus.

Lūcĭfēr, eri. m. ſ. φωσφόρος. pen. cor. ſtella Veneris, cum antegraditur Solem, cum ſubſequitur, Heſperus.

Lūcĭfĭco, as. a. p. φωτίζω. pen. cor. idem quod lucido. à quo elucifico Nonius: Elucificare, lucidare, dictum à luce.

Lūcifŭgŭs,& ga.pen.cor.qui fugitat lucem,& gaudet tenebris. Seneca, Lucifugas homines appellat, qui contra naturam uiuunt, qui & λυχνόβιοι dicuntur,quaſi Lucernarij.

Lūcigĕnă,æ.com.p.λυκηγενής.luce genitus.

Lūcīnōs dicimus,quibus ſunt parui utrinque ocelli,& breuis uiſus,autore Plin.lib.11.cap.37.

Lūco,as.licet non ſit in uſu,à luco ſiue luce fieri puto,cuius compoſita ſunt: Colluco, quod eſt ramos ſiluæ decido. Interluco, idem ſignificat. Subluco,ſuccidendo illumino.

Lūcrĭfŭgă,æ.com.p.qui lucrum fugit. μιϲοκερδής. Plaut.in Pſeud. Cum hos huc adij lucrifugas,damni cupidos.

Lucrŏr,aris.d.p.id eſt lucrifacio. κερδαίνω,κερ[illegible]

Lucrĭfăcio,cis.a. t.idem quod lucrari. (δίζω. Cic.5.Ver. Quid ſi oſtendo in hac una emptione lucrifieri modios centum? Lucrifacere iniuriam dixit Plinius libro 7. cap. 19. pro eo, quod eſt iniuriam impune commiſiſſe,& pœnam non luiſſe.

Lucrŭm,cri.n.ſ.(primam habet communem,ui de Lucellū.) quæſtus eſt, à luendo ſi amplius exolueret, quàm quanti eſſet emptum. ἔργον, κέρδος. Et uenuſtè dicimus, lucri eſt, pro prodeſt. Plau.in Amph. Lucri eſt,quod miſeriam deputat. Et lucro eſt, In lucro deputare, Dare lucrum uel addere, Reuocare ad lucrum, Facere lucrum ex aliqua re. Et ponere aliquid in lucro. A quo Lucroſus.ſa.ſum.plenum lucro. κερδαλέος. Plin.lib.18.Et auctionibus eam adhiberi,lucroſum putant.

Lūctă,æ.f.p.πάλη.conflictus,unus ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium proſternere in terram nititur.

Lūctĭfĕrŭm, γοοφόρος. dicimus ferens luctum.

Lūctĭfĭcŭs,a.um.pen.cor.quod luctum inducit. γοώδης,ὀλοφυδνός. Cic.2.Tuſc. Luctifica clades noſtro infixa corpori.

Lūctĭtŏr,aris.d.p.παλαίω.frequentatiuum. Vnde Priſcianus dicit apud uetuſtiſsimos luctito pro luctitor inueniri.

Lūcto,as. (παλαίω) apud antiquos, & Luctor deponens,ſignificat contra aduerſarium,omni adhibita cura,confligo:quia in huiuſmodi conatu membra ſoluuntur. Vergilius, Luctantes uentos. Aliquando luctari,eſt lucta ludere:quod fit, cū ſe inuicem complectentes alter alterum in terram deijcere conantur. Terent.in Hecy. Dicitque illi anulum ſeſe dum luctat, detraxiſſe. Hinc Luctatio, ludus quo alius alium nititur in terram proſternere. πάλαισμα. Compoſita ſunt, Collector. συμπαλαίω. Lactantius de Opific. Nam & ille colluctator. Obluctor,acrius cōtra aliquem nitor. ἀντιπαλαίω.Colum.lib.7. Sæpe etiā obuiæ radici obluctatus. Reluctor, pro repugno. ἀντιπίπτω,ἀντιπαλαίω. Deluctor, deluctaris, idem quod luctari ſignificat. Delucto, deluctas, actiuum. Plaut.in Trin. Quibus ærumnis deluctaui.

Lūctŭōsŭs,a.um.luctu plenum. ὀλοφυδνός. Sall. Virorum more pugnantes,cruentam atque luctuoſam uictoriam hoſtibus relinquatis? Et luctuoſus dicitur,qui eſt in luctu. Dicitur etiam luctuoſum,quod luctum affert. Cic.

Lūctŭs,us.m.q.non ſolum ploratio dicitur,ſed etiam inſigne, indiciumque mœrentis,ſicut eſt ueſtitus niger & pullus. πένθος. Sæpe enim ipſe habitus,uultuſque,& ueſtis,luctus dicitur. Antiqui etiam declinabant luctus.cti.

Lūcubro,bras.n.p.pen.cor.uigilo, & nocte ad lucernā aliquid compono. νυκτογραφῶ. Vnde Lucubratio,uigilia & opus quod lucubrādo fit. νυκτογραφία. Liu.1.ab Vrb. Sed nocte inter lucubrantes ancillas inueniunt. Sunt & lucubrationes ruſticanæ, ueſpertina & antelucana, quando à ueſpere & ante lucem cōficiunt intra uillam opera rei uillaticæ conducibilia. Lucubratoria lectica à Tranquil. dicitur, in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

Lūcŭlēntŭs,ta.tum.quod eſt luce plenum, ſplendens. λαμπρὸς,περιφανής. Salluſt. Tum orationem habuit luculentam. Ponitur aliquando pro probato & optimo, ut cum Cicero ad Attic.libro 7. dicit, Luculentus autor, & luculenta conditio. id eſt optima uel opima. Aliquando pro diuite. Plaut. in Capt. Multos iam lucrum luculentos homines reddidit. Aliquando pro magno. Cic.7.Philip. Luculenta oratio, id eſt aperta, uel optima. Hinc aduerb. Luculenter, clarè, & ſplendidè, λαμπρῶς. Et luculentè, idem. Aliquando ponitur pro apertè.

Lūcŭs, ci.m.ſ. (ἄλσος.)nemus arboribus denſum deo ſacrum: à luceo per antiphraſim dictum

ſtum, eo quòd non luceat. Sunt alij, qui non per cōtrariū deducāt, ſed propter lumina crebra ſacrificiorū, quæ ibi nocturno tempore fiebant. Dicitur etiā Lucus. us. pro luce. Teren. Cum primo lucu, id eſt prima luce, & cū primum Sol illuceſceret. Luculus & Lucellus,

Lūdibrĭūm, brij. n. ſ. (μίλπαθρον, (dimin. ſunt. παίγνιον, παιδιὰ) res uana, & deridenda: propriè quod ludimus deridemusq́, & quod ludēdi cauſa expetimus. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus. ἐντρυφᾶσθαι. id eſt deriſui & contemptui. Eſſe alicui ludibrio, eſt derideri uel falli ab aliquo. Cice. ad Brutum.

Lūdibūndŭs, dicitur ludens. παίζων. Plautus in Pſeud. Sic inceſsi ludibundus.

Lūdicrūm, cri. n. ſ. ſubſtantiuum, dici poteſt quodcūq; luſoriū ac ioculare. ἀθυρμάτιον, παίγνιον. Liu. li. 1. In Palatino mōte lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferūt, Hinc Deditus ludicro.

Lūdicrūs. a. um. uel Ludicer, luſorius, iocularis, leuis. παιγνιώδης. Vnde ars ludicra, ars hiſtrionica & ſcenica dicitur. Priſcianus hic & hæc ludicris & hoc ludicre declinat, cum tamen ſic in declinando ludicria non ludicra faceret. Artem facere ludicram. Plau. In prouerbij ludicrum uertere.

Lūdifico, as. actiuum, & Ludificor. aris. deponens, derideo ſeu per iocum & ludum fallo. ψεύδομαι, ἐντρυφῶ. Terentius in Phor. Ergo ſic me ludificamini?

Lūdiŭs, & Ludio, onis. m. t. (ἀθυρατὴς) pro ioculatore, hiſtrione: & ludia, pro ioculatrice. Mart. Hermes cura laborq́; ludiorū. Liu. Acciti ex Hetruria ludiones.

Lūdo. dis. ſi. ſum. a. t. (παίζω) ludum exerceo, & cōſtruitur cum ablatiuo, interdū etiā cum accuſatiuo. Sueton. De Aug. Aliquando ut uincat, ludit aſsiduè aleam. Sed dicamus ludere ludum, & ludere ludo. Interdum eſt deridere, iocari leuiter, ſiue ſcurriliter loqui, uel alterum deludere ſiue eludere. Interdum moueri. Terent. in Adelph. Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paululiſper. Interdum canere, pulſare. Gell. Interdum uerſibus ſcribere, ſed nō niſi in opuſculis ferè, qualia ſunt epigrammata: huiuſmodi opuſcula, luſus dicuntur. Interdū amittere. ut, Ludere operā. Teren. Phorm. id eſt ipſam perdere, & fruſtra laborare. Vbi notandum ludo modò actiuum, modo neutrū eſſe. Interdum decipere. Verg. 1. Aen. Vana ſpe luſit amantem. Ludere aliquem dolis, eſt dolo circumuenire. Ludere in numerum, eſt ſaltare ad rhythmi modum & cantilenæ. Verg. Ludunt mea uerba uenuſtè dicitur, pro inaniter iactātur. Hinc Luſito, frequentatiuū: & luſor uerbale, qui ludit, aut decipit: & Luſorius. a. um. quod ad ludū ſpectat: ut tabula luſoria, qua teſſeris luditur. Luſoria quæſtio, uel quæ ludo fit, uel de ludo tractat. Pli. Cōpoſita ſunt, Alludo, Colludo: unde Colluſor, ſocius in ludo. συμπαίκτης. Cic. Iureconſulti colludere dicunt aliquos, cum diuerſam partē adiuuant, prodita cauſa ſua. συγκαταπαίζω. Deludo, derideo, decipio. καταπαίζω. Plau. in Aſi. Furcifer etiam me deluſiſti? Eludo, Illudo Præludo. προπαίζω. antè ludo. Hinc præludiū. πρόασμα, προοίμιον. quod propriè ſignif. præcentionem: hoc eſt, quod antè inchoationem cantus præmitti ſolet, fauoris emerendi gratia.

Lūdŭs, di. m. ſ. (παιδιὰ) dicitur in factis, iocus in uerbis. Vt ludus pilæ teſſerarum. Et ludus in ſingulari de priuatis & de exercitatione gymnaſtica, cum multorū conuentus ab uno eruditur præceptore. Vnde & pro ſchola, & loco ſumitur, in quo exercentur, docētur ue. παιδαγωγεῖον. Sic dicimus ludum palæſtræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum muſicum, ludum literarium. Suet. in Cæſa. Aſconius: Omnem ſcholam, ludū dixere Romani. Ludus pro ioco quandoq; accipitur. Teren. in Eun. Qui ſi occœperit amare, ludū iocumq́. Ludimagiſter, qui præeſt ludo literario. Cice. 1. de Nat. Sed cū agellus eum nō ſatis aleret, ut opinor, ludimagiſter fuit. Magiſtri ludi, inquit Aſconius, dicuntur qui primas literas docent. Ludum aperire, eſt ludimagiſtrū agere. Cice. Ludos reddere. Teren. in Andr. Ludos quoq; aliquē facere, eſt aliquē irridere. Plau. in Capt. Et abſolutè ludos facere, Teren. in Phorm. Vt ludos facit. Ludū noui, à Plau. dictum eſt eleganter, pro eo quod eſt, ut barbari loquuntur, ſcio fineſſam. Ludos operā facere, eſt operam perdere. Aliquādo ludus pro cantilena ponitur. Vergilius: Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo. Luſus uero & luſio, ad uo-

ad uoluptatem magis pertinent ſine ulla arte, & puerorum proprie dicũtur. Quintilianus: Nihil me luſus offenderit. Ponitur tamen quandoq; luſus pro ludo, & ludus pro luſu: ſimiliter luſus pro ioco, opponiturq́; ſerio quemadmodum & iocus. Plinius Iunior Ariſtoni. Ludi uero, tantum plurali numero, ſpectacula publica ſignificant. ἀγῶνες, πανηγύρεις. Cicero in Ver. Inter binos ludos. In qua ſignificatione pulchrè dicimus apparare ludos, facere ludos, pro edere: facere ludos alicui numini, celebrare dies feſtos ludorum, & in eadem ſignificatione cõmittere ludos, id eſt celebrare. Cicero ad Quint. frat. lib. 3. Fuerunt apud Græcos quatuor ludorũ genera præcipua, ſcilicet Olympici, Pythij, Iſthmici, & Nemæi, de quibus dictum eſt in dictione Certamen. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant, Megalenſes, Funebres, Plebij, & Apollinares.

Lŭēs, is f. t. (λοιμὸς) dicitur cum in urbe aut in agro febris, aliud ue morbi genus homines uel pecora, ſiue utrunq; corripit. Interdum arbores uel pecora, ſiue utrunq; corripit, interdũ arbores & ſata.

Lūgĕo. es. luxi, luctum. a. ſ. (ὀλοφύρομαι, πενθέω) quaſi luce egeo propter continuum luctum. Vel dicitur à luo, quod luctus uitam hominis ſoluat. Eſt enim lugere, ualde flere. Lactan. libro. 4. Mundus ipſe & tota mundi elementa luxerunt. Eſt & lugere, in luctu, hoc eſt in lugubri habitu eſſe, ex obitu charæ neceſſariæq; perſonæ. Vnde luctus (ut Cic. lib. 4. Tuſc. inquit) eſt ægritudo ex eius, qui charus fuerat, interitu, acerba. Huius uerbi compoſita, Prolugeo, de quo alibi. Elugeo, quod eſt luctum depono. Vnde Agretius, Eluxit, qui luctum depoſuit: illuxit, cum lumen apparuit. Aliquando elugere, eſt lugendo deflere. Cic. Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm ulla mater unicum filium.

Lūgubrĭs. & hoc bre. om. t. pen. cor. quod ad luctum pertinet. Vt ueſtis lugubris, quæ defertur pro morte alicuius chari. πενθικός.

Lūmă, æ. f. p. (ἄκανθος) genus ſpinæ, quæ in pratis naſcitur & locis uliginoſis: ſic dicta, quòd agricolæ eã è terra luunt. id eſt, ſoluunt. Hinc lumeta, loca lumis plena. Et lumaria falx qua lumeta ſecantur, ut ait Var. de Ling. Latina.

Lūmbāgo, inis. f. t. uitium & debilitas lumborum, ut ait Feſtus.

Lūmbārĕ, is. n. t. (περίζωμα) tegmen quo pudenda teguntur. Hieron.

Lūmbrīcī, orum. m. ſ. (ἕλμινθες) uermes terreni, à lubricitate dicti. Plautus in Aulul. Porac lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modò. Lumbrici etiã uermes dicuntur, qui in uentre hominis aut etiam aliorum animaliũ naſcuntur.

Lūmbŭs, bi. m. ſ. (ὀσφὺς, ψυὰ, ψοιὰ, ψοά) pars corporis qua libido deſignatur. Sunt enim lumbi à cinctura ad nates, à quibus Venereus liquor defluit. Vnde & apud poëtas ſumitur quandoq; pro membro pudendo. Dicitur etiã lumbus de brutis. Hinc fiunt Elumbus uel elumbis. Et delumbe, (ἀπεψοωμένος) quod lumbis caret, & ideo debile. Delumbis, mollis, effœminatus. Perſius: Summa delumbe ſaliua, Hoc natat in labris. Inde delumbe carmen, pro laſciuo, minimeq́; uirili. Et uerbum delumbo. as. are. lumbos extrahere, debilitare. Plin. li. 1. cap. 6. Vt delumbatæ alant.

Lūmbŭlŭs, li. m. ſ. diminutiuum eſt. Plin.

Lūmbĭfrāgĭūm, gij. n. ſ. id eſt ictus circa lumbos. fictũ uerbum. Plaut. in Amph. Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lūmĕn, inis. n. t. (φῶς) quaſi lucimen. à quo luminoſus. a. um. φανὸς. quod eſt clarum. Cicero: Cũ ſint maxime luminoſæ partes. Ponitur aliquando pro luce, ſiue die: & pro oculo, quòd oculorũ beneficio lumen conſpiciamus. Doctorem ac lumen deſiderare, eſt deſiderare rei alicuius difficilis ac obſcuræ interpretationem. Cic. ad Treb. lib. 7. Luminibus obſtruere, eſt ædificando officere luci domus uicini è regione poſitæ, Cicero pro Domo ſua. Verbum iuris eſt antiquum. Lumina præferre menti alicuius, id ſignificat, quod uulgò inſpirare aliquem dicimus. Lumina ciuitatis. dicuntur inſignes uiri, & clari. Cicero in Catil. Orat. 3. in fine. Hinc etiam lumino. φωτίζω. à quo illumino. nas. καταλάμπω. eiuſdem utrunq; ſignificationis. Et relumino, quod eſt lumen reddo.

Lūmĭnārĕ, is. n. t. (φωστὴρ) ipſum lumen, aut id quod lumen habet. Hieronymus in Geneſim. Fecit Deus duo luminaria magna. Ponitur aliquando metaphoricè pro lumine & ſplendo-

ſplendo-

ſplendore, aut ornamento. Cic. 2. Philip.

Lūnă, æ. f. p. à lucendo dicta, quod noctu ſola luceat. σελήνη. Alij Lunam quaſi lucem alienam dicunt, quòd lumen à ſole recipiat. Cic. Tum illa quæ luce lucet aliena. Græcè σέλας τὸ φῶς καὶ ἄνω, ὅτι ἀπὸ ἡλίου λῆκα λαμβάνει σελήνη. Luna, Solis diſcipula, obſequitur curſibus ſupernis, & prout accedit ad Solem, uel recedit à Sole, creſcens aut ſeneſcens diſpenſat lumen, & ſic ſemper inſtabile. Plin. lib. 18. Cum uero occidente Sole orietur, (ſcilicet Luna ex aduerſo) ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, cum apparere deſierit, & noua ſit, & coëunte uel ſilenti Luna. Vnde Lunæ cõiunctio dicitur dies ſilentis Lunæ. Luna uiceſima, pro uiceſimo die poſt nouam Lunam ponitur. Diminut. à Luna eſt Lunula. σεληνίς. Plaut. in Epid.

Lūnāris, & hoc re, om. t. (σεληναῖος) quod ad lunam pertinet, ut Lunaris ratio. Plin.

Lūnātĭcŭs, a. um. o. ſ. (σεληνίτης) morbus dictus eſt, quòd eũ qui interlunio natus eſt, hunc morbum ferè pati compertum eſt, & qui comitialis à quibuſdam etiam appellatur. Eſt autem proprie lunaticus. σεληνιάζων. qui aut ab inſania uexatur certis Lunæ temporibus, aut grauatur morbo.

Lūnātŭs, a. um. (σεληνοειδὴς) quod eſt ad Lunæ ſimilitudinem factum, uel quod habet ſpeciem Lunæ. Vt lunatum ferramentum, apud Col. lib. 12. cap. 54.

Lūnēnſis caſeus, dicebatur qui magnitudine cõſpicuus habebatur, cum ad ſingula millia pondo premeretur. Dictus eſt autẽ lunenſis, quòd ab Hetruſcis figura lunari fiebat, uel efformabatur. Plin. lib. 11.

Lŭo, is. lui. n. t. ſignificat perſoluo. λύομαι. Liu. Vt tandem debito ſupplicio ſcelus lueret. Tractum à pecunia, quia apud antiquos pœnæ pecuniariæ fuerunt, uel potius à λύω. Luere pœnas, eſt dare pœnas, ſeu ferre ſupplicium. Luere maculas ſanguine, eſt abſtergere, purgare, eluere: & tum à lauando quidam ductum uolunt. Cic. in Ver. act. 7. Errabas Verres, cum te ſanguine luere arbitrabare. Luere peccata, eſt delictorum ſupplicium ferre. Liu. 8. Bel. Macedon. Luere aliquãdo eſt precium redemptionis redemptori offerre, ait Budæus. Interdum eſt ſuſtinere, pati. ὑπέχειν. Iuſtinus libro 1. Quicunq; capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt. Dicimus etiam luo capite, ſicut mulcto, & punio. Liuius. Hinc camponitur Reluo, pro ſoluo, ſeu repignoro. Nam in alia ſignificatione componitur à lauo, ſicut diluo, proluo.

Lŭpă, æ. f. p. fœmina lupi. λύκαινα. Ponitur quãdoq; pro meretrice, quod ut illa cibi, ita hæc uel libidinis uel quæſtus appetens ſit. Plaut. in Epid. Deuortũt mores uirgini longè, ac lupæ.

Lŭpānăr, aris. n. t. pen. pro. ſumitur pro turpi meretricium loco. πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον.

Lŭpānāris, & hoc re. om. t. χαμαιτυπικός. ut infamia lupanaris, apud Apul. pro ſpurca & fœda meretricia.

Lŭpānārĭŭm, rij. n. ſ. idem quod lupanar. πορνοβοσκεῖον. Vlpian. de Petitionẽ hæreditatis, Licet, à lupanario perceptæ ſunt.

Lŭpārī, d. p. ſcortari, meretricari. πορνεύειν. Ac.

Lŭpārĭŭs, rij. m. ſ. (λυκοθήρας.) qui uenatur lupos. Seru. in Comment. Georg.

Lŭpātŭm, ti. n. ſ. idem quod lupus, pro freno aſperrimo. Verg. Verbera dura pati, & duris parere lupatis. Dicta lupata (ut Seru. inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt.

Lŭpīnŭs, a. um, quod eſt lupi. λύκινος. Plin. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Lupinus ſubſtantiuum. (θέρμος) genus leguminis, quòd nõ minus terram appetat, uoraxq; illius ſit, quàm lupus.

Lŭpŭs, pi. m. ſ. (λύκος) animal rapax, quod nulli notum non eſt: cuius fœmin. eſt lupa. Et lupus, (λάβραξ) genus piſcis precioſi, qui uariolus, à quibuſdam ſturio dicitur: etiam laneus, lanatus ue appellatur, à candore & mollitia carnis. Mart. Laneus Euganei lupus excipit ora. Vide ſupra Lanatus. Item lupus genus eſt freni aſperrimi, à lupinis dentibus dicti, quia inæquales ſunt. Item lupus eſt inſtrumentum aduncum, quo uaſa quæ in puteum forte ceciderunt extrahuntur. ἁρπάγη græco uocabulo, & harpago nominatur. Item aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 24. Luporum nomine minimi non texunt. Quo nomine etiam dicta eſt herba, quæ aſparagi uice mandi ſolet: quæ & lupus ſalictarius, quòd ſalices ad ſimilitudinem uitis aſcendat. Item lupus (ut Pal

ladius author eſt) ferula manubriata uocatur. Lupus in fabula, & lupũ tenere auribus, prouerbia, de quibus uide Eraſ. in Chiliad.

Lūrĭdŭs, a. um. (ὑπώπιος, πελιδνὸς) pe. cor. quod eſt ſupra modum pallidum, quaſi loridum. id eſt loro percuſſum, & liuidum factum.

Lūrco, cas. n. p. cibũ cum auiditate nimia ſumo. λαφύσσω. Pomponius: Lardũ lurcabat lubens.

Lūrcōnēs, um. m. t. dicti ſunt guloſi, & bonorum ſuorum conſumptores. λάχνοι. Lucilius, Edite lurcones, comedones, uiuite uentres.

Lūſcĭnĭă, æ. f. p. auis dicta, quod lugens canat. ἀηδών. Hanc φιλομήλην Græci uocãt, quæ peruigil cuſtos, cum oua quodam ſinu corporis & gremio fouet, inſomnem longæ noctis laborem ſuauitate canens ſolatur. Hinc luſciniola diminut. Plaut. in Bacch. Pol ego quoque me tuo, luſciniolæ ne deſuat cantio.

Lūſcĭōsŭs, ſiue luſcitioſus, & luſcicioſus, a. um. om. ſ. (μύωψ, νυκτάλωψ) dicitur, qui propter uitium oculorum parum uidet, quòd ſcilicet luſcos imitetur, qui clarius ueſperi quàm meridie cernunt, ut inquit Feſtus. Morbus ipſe luſcio uocatur. Sunt qui ita diſcernant, ut luſciosi dicantur qui ad lucernam non uident: myopes, qui minutius cernunt.

Lūſcĭtŭs, (μύωψ) pen. prod. qui hebiti uiſu eſt, & qui melius noctu quàm die uidet.

Lūſcŭs, ſci. m. ſ. (ἑτερόφθαλμος) qui altero captus eſt oculo. Quandoq; tamen dicitur, qui eſt hebetioris uiſus. ἀμβλὺς τὴν ὄψιν. A luſcus fit eluſco. ſcas. quod eſt luſcũ facio & oculũ eruo.

Lūſĭto, tas. n. p. (ἀθύρω) pen. corr. frequentatiuũ eſt uerbi ludo. Plau. in Capt. Cothurnices dantur quibus cum luſitent.

Lūsōrĭŭs, ria. rium. ἀθυρτικός. quod ad luſum ſpectat. uide Ludo.

Lūſtrālĭs, & hoc le. om. t. quod ad luſtrum, hoc eſt ſacrificium, pertinet. πενταετηρικός. Liu. Luſtralia exta Veteres dixerunt, præpinguia, eo quòd luſtralis, id eſt quinquẽnalis bos, dicitur eſſe perfectæ ætatis.

Lūſtrĭcŭs, ca. cum. Vnde luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorũ nonus, quia his infantes luſtrãtur, & nomina eis imponuntur. hæc Feſtus. Et qui eos luſtrant, Luſtratores uocantur. & fœminæ luſtratrices: & qui luſtrantur, luſtrati nominantur.

Lūſtro, ſtras. a. p. circumdo, peragro, ambio, circumeo. περιπολέω. Cic. 5. de Finib. Aegyptum luſtrauit. Interdũ ſignificat expiare. ἁγνίσαι, ἀποκαθαίρειν. Liu. lib. 1. Ibi inſtructum exercitum oue, ſue, tauris tribus luſtrauit. Interdũ aſpicere, agnoſcere, conſiderare: ut, Luſtrare animo, Cic. 1. Offic. ἐφοδεύειν. Luſtrare ueſtigia, eſt ſequi, Verg. Interdũ patefacere, clarificare, illuſtrare, (περιλάμπειν, λαμπρύνειν.) Idem, Poſtera phœbea luſtrabat lampade terras. Interdum inumbrare. unde luſtra, (σπήλαια) ferarum cubilia, & lupanaria per contrarium dicimus, quia parũ illuſtrantur. Item luſtrare, recognoſcere ſignificat & recenſere. Cæſar 7. Bell. Gall. Legionibus ad fines Treuerorũ euocatis, ibiq; exercitũ luſtrauit. Huius uerbi compoſita ſunt, Colluſtro. περιλάμπω. quod eſt, undiq; colluſtro. περισκοπῶ. circunſpicio. Cice. Illuſtro, Perluſtro (κατασκοπεῖν) quod eſt, perfectè circum reuideo.

Lūſtrātĭo, onis. f. t. uerbale, circuitio, peragratio. Cic. 2. Phili. Quæ fuit eius peragratio itinerũ, luſtratio municipiorum? Ponitur & pro ſacrificio expiationis.

Lūſtrŏr, aris. (διαπορεύω) deponens, ſignificat ſcortor, in luſtris & lupanaribus uerſor: à luſtris, abditis locis. Plaut. in Pſeud. Luxuriantur, luſtrantur, comedunt, quod habent.

Lūſtrŭm, ſtri. n. ſ. ferarũ habitaculum in ſyluis: à luto, quòd ſit lutoſa lacuna. σπήλαιον, καταδύσεις. A qua ſimilitudine ij qui in locis abditis ac ſordidis, deſidiæ & uentri indulgent, in luſtris uitam agere dicuntur. Propter quod & luſtra dicuntur popinæ, & lupanaria, ubi habitãt lupæ. id eſt meretrices. Et luſtrũ, (πενταετηρὶς) dicitur ſpacium quinq; annorum, à luendo. id eſt ſoluendo, quòd quinto quoq; anno uectigalia, & tributa ſoluebãtur, & urbs luſtrabatur. id eſt, ſacris purgabatur, quæ purgatio urbis etiam luſtrum dicebatur. Luſtrum à Latinis uocatur, quod Olympias apud Græcos dicitur. id eſt quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, luſtrum peractum intelligatur. Et eſt principiũ luſtri eius ſemper intercalari anno. Tacitus ſecundum Luſtrum appellat, ut ſecundũ Olympiadem, de ludicro quinquennali loquens Romæ inſtituto. Hæc Budæus.

Lūtĕŭs.

Lūtĕŏlus, diminut. à luteus. Verg. Mollia luteola
» pingit uaccinea caltha.

Lūteſcĕrĕ, n.t. ſignificat lutum fieri, & in luteam duritiem concreſcere. πηλοῦσθαι. Colum. lib. 8. capite 17. Nam quæ limo, cœnoq; luteſcunt.

Lūtĕus, color, (χλωρὸς, κροκώδης, κροκίζων. etiam ſi aliud ſignificent) rubeus, ſanguinolentus, nã eſt ſanguini conſimilis: à λύθρον, qui eſt cruor. Gellius Latinum putat, & à luce deduci. ait enim, Luteus quàm rufus color eſt dilucidior, unde nomē quoq; factum uidetur. Alij à luo, quòd ſit quaſi dilutus, hoc eſt ſolutus & decoloratus rufus. Eſt enim luteus color, dilutior rutilus, qualis eſt color auri. Vnde uiolæ eius coloris, luteolæ dicuntur. Et uitellum in ouo, oui luteum uocamus. Idem color cerinus uocatur, à ceræ colore. Idem & flammeus dici»tur. Plin. Iuuenalis uero primã corripuit. In»cude & luteo Vulcano ad rhetora miſit. *

Lūtĕus, à luto, prima correpta. uide Lutum.

Lūto, tas. a.p. luto inficio, ſiue oblino. πηλόω. Cato de re Ruſt. cap. 91. Poſtea cōſpergito amurca bene, omne quod lutaueris. Ponitur etiam pro maculare. Vnde lutatus, luto infectus. À luto fiunt compoſita: Deluto, luto circumlino uel tego. καταπηλόω.

Lūtræ, ſiue lytræ (ut docet Varro ἐνυδρίδες) è fibrorum genere ſunt, quia radices arborum in ripa ſuccidunt. Hodie in Boryſthenis ripa & Sarmatia tota plurimæ. Poſſunt tamen & à luendo uideri nominatæ, quia in aquis ſe lutent. Plinius lib. 8.

Lūtum, ti. n.ſ. (πηλὸς) terra humore ſoluta, inquit Feſtus: cœnum, ſiue ſordes. Per tranſlationem Plautus in Perſa lenonem uocat lutū. Hinc luteus. tea. teum. (πήλινος) quod eſt ex luto: ut luteus paries, lutea uaſa. Ponitur aliquando pro cōtempto, & qui nullius eſt pretij. Hinc etiam Lutoſus, adiect. id eſt luto plenus. Lutoſa rapa dicitur à Colum. cuius radix luto eſt infecta. Et lutulentus. a. um. idem lib. de Arboribus, cap. 12. Lutulentam terram neque arare neq; fodere oportet. Et Lutarius. a. um. quod in luto degit. Fit autē lutū à luo, luis. Sed omnia hæc à uerbo Græco λύειν, quod eſt ſoluere ut ſupra diximus.

Lūtāmentum, ti. n.ſ. opus luto oblitum, ait Bud. Cato de re Ruſt. cap. 128.

Lūx, uide Lucem.

Lūxo, as. a.p. (στρέφομαι, παραλύω, ἐξαρθρόω) ſoluo ſiue ſuo loco moueo. Plinius libro 17. Aut circumfoſſor, uel etiam ſubarator imprudens luxauit radices. Vnde luxa ſiue luxata membra, dicuntur locis ſuis mota, & ſoluta. στρέμματα, ἐξηρθρωμένα. Et luxati dicuntur, quorū membra ſuis locis mota ſunt. ἐξηρθρωμένοι. Hinc luxurioſi dicti ſunt, qui in re familiari profuſi atq; ſoluti ſunt.

Lūxŭrio, ris. n.q. & luxurior. aris. d.p. (ſi Diomedi credimus) hanc habent diſtantiam, quòd luxurio ſit in laude, luxurior in crimine. Significat luxurio, non laſciuiam mentis, ſed habitudinem corporis. καταστρηνιάω, σφριγάω. Vergi. » 3. Georg Luxuriatq; thoris animoſum pectus. Vtrinq; tamē pro profundere, & laſciuire, (θρυβείζειν) ponitur. À luxurior fit compoſitum eluxurior, quod eſt extra luxurior.

Lūxŭrĭōſus, ſa. ſum. (σφριγώδης, ἐπιδαψιλευόμενος) ponitur pro nimium abundanti, & in re familiari ſoluto. Luxurioſa lætitia, dicitur nimia, & profuſior quàm par ſit. Liu. 1. ab Vrb. Luxurioſa frumenta, quæ confertim, & copioſe nimis proueniūt. Luxurioſa uitis, quæ fructum adfert uberrimum. Luxurioſus cultus, delicatus & mollis. Quint. Hinc Luxurioſè, aduerb. ut Luxurioſe uiuere, id eſt molliter & delicatè.

Lūxus, us. m.q. luxuria, & luxuries, non ſolū pro re Venerea, ſed etiã & ferè ſemper proprieq;, pro omni ſuperfluitate, & nimia profuſione, & ſumptuoſiore cibi, ueſtitus, & aliarum rerum cura dici ſolent. ἀσωτία. Cice. lib. 1. Offic. Intelligimus quàm ſit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter uiuere. Luxuria, inquit Feſtus, morum eſt ſolutio. Luxus etiam pro ſplendore, (πολυτέλεια) ponitur.

L ANTE Y.

Lychnītes, pen. pro. marmor album, quod in Paro inſula effodiebatur: ſic cognominatum, quod ad lucernã in cuniculis cæderetur, ſicut Plin. lib. 36. cap. 5. teſtatur. Eſt etiam hoc nomine gemma ardens, à lucernarum accenſarum præcipua gratia.

Lychnītis, huius lychnitidis, fœm. gen. herbæ ſpecies. uide Plin. lib. 26. cap. 10.

Lychnŏbĭi, orū. m.ſ. dicti ſunt, qui loco dierū no-

ctibus utuntur, & ad lucernas uiuunt, quaſi lucernarij, ut Seneca in ultim. Epiſtol.

Lyciſca, æ. f. p. canis natus ex lupo & cane, cum inter ſe fortè miſcentur. Vergilius in 3. Eclog. Multum latrante lyciſca. Hunc Plinius Crocutam uocat.

Lycium, cij. n. ſ. medicamentū ex radice rhamni ſyluestris factum. Plin. lib. 24. cap. 14.

Lycophthalmos, mi. m. ſ. gemma eſt quatuor colorū ex rutilo & ſanguineo, in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 11.

Lycopsis, herba longioribus quàm lactuca folijs craſſioribusq́; caule longo, hirſutoq́;. Vide Plinius lib. 27. cap. 11.

Lympha, æ. f. p. νᾶμα, νύμφη. à noſtris aqua, per mutationē n in l, quaſi nympha. Nam proprie nympha dicitur.

Lymphatici, orum. m. ſ. furioſi, inſanientes: qui uitium ex aqua cōtraxerunt, quod eſt huc atq; illuc diſcurrere. Tales ſunt ferè ij, qui ceriti & laruati dicuntur. A lympha etiam (ut Priſcianus inquit) fit lymphor. pharis. lymphari, inſanire, deſipere. Curtius: Quippe lymphari, trepidare cœperunt. Hinc lymphatus, id eſt inſanus. A Vergilio in 7. cum inquit: Immenſam ſine more furit lymphata per urbem: Regina dicitur lymphata. id eſt mente commota, furiata.

Lynter, tris. (σκάφος, σκάφη) generis fœm. genus paruæ nauiculæ è cauata arbore facta: ab πλυντήριον, teſte Priſciano, prima diphthon. abiecta o, & n interpoſita. Verg. lib. 1. Georg. Cauat arbore lyntres. Ponitur etiā quandoq; pro quodam dolij genere, ut oſtendit. Cato. Tibullus pro nauia, quæ eſt lignum cauatum ut nauis, poſuit, quo in uindemijs ruſtici uti ſolent: Aut mihi ſeruabit plenis in lyntribus uuas.

Lynx, cis. d. t. ſeu lynca, ex luporum ceruariorū genere, uario colore, & maculoſo tergore, & acutiſſimo uiſu.

Lyparis, gemma apud Plin. lib. 37. cap. 10. Liparis lege.

Lyptote, tes. f. t. dici ſolet apud nos defectiua. Nā ab λείπω, quod deficio eſt, deducitur. Figura eſt, cum minus dicitur, et plus intelligitur. Per iota non per y ſcribenda prima.

Lyra, æ f. p. inſtrumentū muſicum, ubi quot ſunt fides, tot reſonant uoces. ἀπὸ τοῦ λύρειν, quod eſt canere. Formam habet, ut inquit Plin. lib. 9. cap. 10. teſtudinis. Hinc lyricus. ca. cum. adiect. quod ad lyram pertinet. Hinc poëtæ lyrici dicti. Hanc eandem poëtæ chelin uocant.

Lyricen, inis. m. t. (λυρῳδὸς) pen. cor. qui lyra canit, cuius ſignificationis eſt etiam lyriſtes. Sydon. Alcæo potior lyriſtes ipſo. Sic enim dicūt lyriſtes, ut pſaltes.

Lysis, huius lyſis, & lyſios, f. t. id eſt ſolutio. Cic. 3. Tuſcul. Lyſis in architectura, hiatus eſt ianuarum. id eſt ſolutio continui parietis. Vitruuius libro 6. cap. 10.

Lytta, æ. f. p. genus uermiculi, qui naſcitur in lingua canum. Plin. lib. 29. cap. 5.

DE LITERA M.

M TRANSIT per deriuationes in n, d, uel t uel c uel q ſequentibus, ut tantum, tantūdem: idem, identidem: eorum, eorundē: num, nuncubi: nunquis, nunquam, circunquaq;, tanquam, nanq;, quenque, quanq;, quicunq;. Similiter am præpoſitio ſequentibus f uel c uel q, mutat m in n, ut anfractus &c. uide in dictione Anfractus.

Macellarius, rij. m. ſ. (ὀψοπώλης) qui macellū exercet, non ſolum carnium, ſed omnium obſoniorum, quinetiam panis & frumenti uenditor: quippe hæc omnia in macello uenundabātur. Varr. lib. 3. cap. 4.

Macellum, li. n. ſ. locus quo uenalia omnia quæ ad uictum humanum pertinebant, contrahebantur. ὀψοπωλεῖον. Cic. Si Epicuri de Voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum macellum, à Macello quodam uiro. Alij Macellum dicūt, quòd ibi fuerit hortus, quem macellum à Lacedæmonijs appellatum ferunt. Et Iones oſtia hortorum macellatas uocabant, ut ait Var. libro 4. de lin. Lat. Donatus à mactandis pecoribus deriuat. Sunt & qui à macerando dici exiſtiment, quòd pecora cum eò ducūtur, ibiq́; tenentur, macerantur. Vnde macellū. ἰσχνὸν. diminut. pro macilento ponitur.

Macco, ces. macui. λεπτύνομαι, σωτήκομαι. idem quod macreo. A quo maceſco. ſcis. macer fio.

Varro:

Varro: Tum propter laborem aſperantur, & maceſcunt.

Măcĕr,cra.crū.à mœrore ſit, & exilem extenuatumq́ ſignificat, quem medici gracilem uocant. ἰσχνὸς, λεπτός. Vergilius, Heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. A Græco quidam deduci putāt. Græci enim μακρὸν longum dicunt: quæ autem tenuia ſunt, longiora uidentur.

Măcĕreſco,ſcis.n.t.maceratus ſio. τήκομαι. Cato lib.de re Ruſt.

Mācĕria,æ.f.p. & mācĕriēs, paries ſiue murus, uel cōgeries lapidum in unum compactorum ſine cæmento aut alio genere ferruginis, quo uineæ claudi ſolent. τοῖχος. Varro tamen aliter lib.3.de Re ruſtica cap.12. Quis ignorat ſepta è macerijs ita eſſe oportere in leporario, ut tectorio tecta ſint, & ſit alta. Quandoq; dicitur membrana ſecundanarum, quam alio nomine ſteram. σάραν. appellant. Item λεπτότης macilentia.

Mācĕrō,as.a.p. (ἀποτρύω, ἐκτήκω) cum ad corpus refertur, ſignificat attenuo, contero: ab eo quod eſt macer. Cum autem ad animum, ſignificat affligo, ac nimia cura, ſtudio uel ſolicitudine ſeipſum conficere & attenuare. Plaut. in Milite, Ad hoc me facinus miſerum macerat. Propriè tamen eſt mollificare, ut ſit cum quippiam tamdiu in aqua tenetur, donec tenereſcat. Terent. in Adelph. Salſamenta hæc macerentur pulchrè. Eſt etiam macerare aliquādo proluere, madefacere. Plinius de Poppea: Totum corpus illo lacte macerans.

Māchără,æ.f.p.(μάχαιρα.) ſica, gladius, culter: quod nomen impoſitum eſt à Græcis, quia multo ſanguine cōmaculetur. Iuuenalis: Amet nomen uictumq́ machæræ.

Māchærŏphŏrŭs,ri.m.ſ. μαχαιροφόρος. ſicarius, gladium ferens. Cic. ad Qu. fratrem: Machærophoris centum ſequentibus.

Māchĭnă,æ.f.p.pen.cor. Græcè μηχανή. molitio, inuentio. Vnde Mechanicus, faber ſeu opifex eorum operū, quæ ingenio ſimul & manibus ſiūt. Et mechanica, ars fabrilis. Aſconius: Machina dicitur, ubi nō tam materiæ ratio, quàm manus atq; ingenij ducitur. Machina etiam dicitur inſtrumentum, quo moles aliqua facilè quocunq; uolueris, impelli poteſt. Et machinas bellicas. ἑλεπόλεις. uocamus opera fabrilia, quibus in bello utimur. Item ipſa conſilia, quibus decipere hoſtem conamur, machinæ uocātur.

Māchĭnālĭs, & hoc le.om.t. quod machinas ſpectat: ut machinalis ſciētia, apud Pli.li.7.ca.37.

Māchĭnŏr,aris.d.p.imaginor, cogito ad reperiendum & fabricandū tam bonum quàm malum. ἐπινοοῦμαι. Liuius lib.1. Confeſtim Turno necem machinatur. Dicitur autem machinari ab μηχανάομαι, quod eſt inuenio. Vnde μηχάνημα inuentum & molimen dicitur. Accipitur etiam machinari in bonam partem, pro inuenire ratione. Cic.2. de Diuin. Nam primum perpetuatis cauſa natura machinata eſt.

Māchĭnātŭm, pro machina capitur. Liu.4. bell. Pun. Turres contabulatas, machinataq́; alia quatiendis muris portabant.

Māchĭnātŏr,oris.m.t. uerbale eſt, pro eo qui aliquid inuenit, aut conficit.

Māchĭnātio,onis.f.t. uerbale etiam, pro inuentione & aſtutia. Interdum etiam pro ipſa machina. Cæſ.2.bel.Gal.

Măcĭēs,ei.f.q. macritudo, et macor, ſiue macror. (ἰσχνασία, λεπτότης, ἰσχνότης) extenuationem ſignificant. Apul. Vnde iſta tam ſubita macies, & tantus pallor?

Măcĭlentŭs,a.um.o.ſ. plenus macie. λεπτόχρως, ἰσχνασμένος. Feſt. Macilēti, macie extenuati.

Măcĭdātŭs, liquoris infuſione madens. Apul. lib. 8. Ille ſpongijs macidatis tumores cōprimere.

Măcĭo,as.a.p. macrum facio. διαιναίνω, ἀποτρύω. Cuius compoſitum eſt emacio, quod eſt ualde macio.

Macrĕo,cres.n.ſ.(λεπτύνομαι) macer ſum. à quo macreſco, macer ſio. Col. lib.6. Dabimusq́ operam, ne penuria cibi macreſcat pecus.

Macro,as.a.p.(ἰσχναίνω) cuius cōpoſitum eſt emacro, quod eſt ualde macrum facio. Plin. lib.8.

Macrŏchĕră,æ.f.p.(μακρόχειρα) tunica manicata. Lampridius: Macrocheras ex purpura ad uſum ſuū reuocauit. Alio quoq; uocabulo Græco Chiridotæ appellātur, quo et noſtri utūtur.

Macrŏcōlă,orum.n.ſ.(μακρόκωλα) pen.prod. à longitudine dicuntur. Sunt eo nomine maiores & longiores chartæ, quas modo regias uocamus. Nam & Catul. regiam chartā uocat. Ex eadem origine ſunt protocola. πρωτόκολλα. quæ formularij cōficiunt. Hæc Hermolaus in

cap.11.lib.13. Plin. qui macrocolum deriuare uidetur à κῶλον, quod membrũ ſignificat, qua ſi longa membrana: itaque ſimplici l ſcribi debet. Alij à κόμμα deducunt.

Măctĕă,(μάζα) dicuntur precioſa edulia. Mart. Mactea neutro genere protulit: Sed te mactea ſola iuuant. Aliàs Martia, aliàs Mattya.

Măctĭcŭs, ci. m. ſ. pen. cor. qui habet magnas malas, et os patẽs, quaſi malacticus. Vide Mattici.

Măcto, ctas. a. p. interficio, (σφάττω, θύω) Lactan. lib. 1. Mactantur greges hoſtiarum. Tractum eſt à ſacris, ubi mactari oues dicuntur, quæ immolantur. Et dicimus mactare ſupplicio. Cice. in Catil. Et mactare Orco. id eſt in Orcũ demittere, & præcipitare. Liu. Et mactare infortunio. Plaut. in Pœnu. Dictum eſt autem macto, quaſi magis aucto, hoc eſt augeo. Nam priuſquã uictimã immolarent, thus aut uinum ſuper eam fundebant. Vnde mactum eſſe taurum dicebant, thure uel uino cumulatam hoſtiam, & magis auctam. Hinc mactare, pro magis augere Veteres uſurparunt. Cicero: Ferunt laudibus, mactant honoribus. Per translationem ponitur pro malo afficere ſeu male tractare. Plautus in Aulular. Dotatæ mactant malo. Quandoq; pro præcipitare, honorare, uiolare. Cice. 6. Verri. Cum uideant ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum. & pro uerberare.

Măctră, æ. fœm. p. arca panaria, quæ καρδοπὸς à Græcis dicitur.

Măctŭs, cta. ctum. tam genitiuo, quàm ablatiuo conſtruitur, & in uocatiuo tã ſingulari quàm plurali ſemper: ut Macte uirtutis & uirtute, id eſt magis auctè, cumulateq́. Eſt autem dictio, quæ laudet ſimul, & adhortetur puerum, quẽ probitate creſcere uideat. Cice. Macte uirtute eſto. Sic Græci εὖ παῖδ. Stat. lib. 6. Theb. Macte animo iuuenis. id eſt, perfectæ indolis, ut exponit Lutatius interpres. Hunc uocatiuum macte, ex uſu authorum tam pro nominatiuo, quàm pro accuſatiuo licitè ponimus, nõ ratione, ſed authoritate. Ponitur aliquando aduerbialiter. Plautus in Milite, Is amabat meretricem macte, id eſt ualde.

Măcŭlă, æ. f. p. turpitudo, ac ſordes, ſiue labes. κηλὶς, σπίλος. Quãdoq; ponitur pro nota, ſeu ſigno. σίγμα. Vnde genitiuæ notæ in corpore, maculæ dicuntur. Quandoq; pro infamia, retis foramine, ſeu plaga, quã uernaculo ſermone dicimus lamagia. Quandoq; maculæ dicuntur ſigna in marmore. Seneca Epiſt. 116. Delectant nos ingentium maculæ columnarũ. Eleganter dicimus, delere maculã, eluere maculam, inurere maculam, afficere macula.

Măcŭlo, as. a. p. (ῥυπαίνω, κηλιδόω) id eſt fœdo, turpo. Hinc commaculo. las. & immaculatus, qui eſt ſine macula.

Măcŭlōsŭs, a. um. o. ſ. ſordidus, immundus. ῥυπαρός. Plaut. Sordida & maculoſa facie. Item dicitur uarius, ac notis plenus. κατάστικτος. Maculoſus homo, per translationẽ dicitur immundus, & impurus. Cic. Att. lib. 1.

Mădĕfăcio, is. a. t. balneo, inficio, humore aſpergo. δεύω, διυγραίνω, βρέχω. Cice. 1. de Diuin. Vaticinatum, madefactum.

Mădefio, (διαίνομαι) habet ſignificationem paſſiuam extrinſecus, ut cum quis aqua alio ue liquore balneatur.

Mădĕo, es. n. ſ. (βρέχομαι) madidus ſum, & humore aliquo conſperſus. Madere metu, eſt præ timore ſudore aſperſum eſſe. Madere uino, eſt ebrium eſſe.

Mădeſco, ſcis. habet ſignificationem paſſiuã innatam. Significat humeſcere, ſiue humectari. Claud. lib. 3. Largis tunc imbribus ora madeſcũt. Hinc cõponitur permadeſco. διάβροχος γίνομαι. quod eſt ualde madidus fio. Col. lib. 2.

Mădĭdo, das. a. p. (ὑγραίνω) madidum ſeu balneatum facio. Claud. lib. 2.

Mădĭdŭs, a. um. (διάβροχος) quod eſt aliquo liquore reſperſum: cui opponitur ſiccus. Ponitur aliquando pro ebrio. Quandoq; ponitur pro imbuto. Hinc Semimadidus. Colum. lib. 2. ὑποβιβρεγμένος.

Mădĭfico, as. a. p. idem quod madefacio. Plin.

Mădŏr, oris. m. t. infuſio, ipſa humiditas. δίευσις, ὑγρασία. Salluſt. lib. 3. Hiſtor. Quaſi noua munimenta madore infirmarentur.

Mænă, dictus eſt piſcis quidam breuis. μαινὶς. qui hyeme candidus, æſtate nigrior fit, & tũc cum diphthongo ſcribitur. Mart. Et caudam cybij breueſq; mænas. Hunc piſcem etiam halecem dici poſſe quidam putauerunt.

Mænăs, adis. f. t. (μαινὰς) furioſa ſiue inſana dicitur, ab μαίνομαι. quod eſt furere. Fuerunt autem

autem Mænades mulieres, quæ Liberum patrem ſemper ſecutæ.

Mænŏmĕnŏn, genus eſt mellis, quod ab inſania, quam gignit, ſic uocatur. Plin. lib. 21. cap. 13.

Mărĕo, res. mæſtus. neutropaſſ. (συνίχομαι) uide in dictione Mœreo. Reliqua quære cum œ poſt M.

Măgăr, Pœnorum lingua uillam ſignificat. Vnde & Magalia uillæ dicuntur. Quamuis magaria (ſecundum Seruium) dici debeat, cuius prima producitur.

Mădăs, adis. f. t. ſiue magadium, inſtrumentũ eſt Muſicum tabula quadrata conſtans, leuiter cõuexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ, in quã plectrum illiditur. Iugum uerò dicitur, ubi ſiniſtra manu chordæ premuntur.

Măgĭă, æ. f. p. (μαγεία) cum accentu in pen. eſt (ut Plato ait in Alcibiade) deorum cultura. Incantatio quoque Latinè dici poteſt. Huius magiæ plures ſpecies, hydromantia, quæ fit ex aqua: axinomãtia, quæ fit ex ſecuribus & alijs dolabris: lecanomantia, quæ fit ex peluibus, quas Græci λεκάνας uocant. Catoptromantia, quæ fit per ſpecula. Pyromantia, quæ fit per ignem. Geometria, quæ fit per terram. Chiromantia, per menſuras manuum. Necromãtia, ſiue necyomantia, quæ fit per euocationes umbrarum, & per inferorum colloquia: à qua necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitati, diuinare, & ad interrogata reſpondere uidẽtur. nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Capnomantia, quæ fit ex fumo aræ, ex cuius motu futura cognoſcebant: à qua capnomantæ dicuntur.

Măgĭcŭs, a. um. o. ſ. adiect. quod ad magum, uel etiam magicen pertinet: ut magicas artes, magicas herbas dicunt, quibus magorum uanitas gloriatur.

Măgĭdæ, orum. f. p. (μαγίδες) menſæ ſeu coquinarij inſtrumenti genus habetur, & panis ſeu offæ genus, quod magida quoq; appellant. Magis. idis. inquit Iulius Pollux lib. 7. & mactra uas in quo farinæ ſubiguntur. Sic hodie uocitari poteſt orbiculatum inſtrumentũ, quo panifices, & dulciarij piſtores, quos paſtillarios uocamus, ſubigendis farinis opificij ſui utuntur. Eſt etiam genus lancis eiuſdem formæ.

Maginor. naris. quaſi tarde conor & nugor, inquit Feſtus. Vide Murgenor, & muginor.

Măgĭs, (μᾶλλον, ἐπιπλέον) aduerbiũ ſignificat plus. Vnde magis ac magis, (ἐπιπλέον, ἐφεξῆς) deduciturq; à magnus, & præter naturã aliorum habet neutrum. nam cõparatiua neutrã uim aduerbij habent: ut ualidius, ſanctius: maius uero non, loco cuius dicimus magis. Iungitur interdum cõparatiuo. Et mage ponitur interdum pro magis. À quo fit cõpoſitum de magis, quod ſignificat ualde magis, & pro nimis à ueteribus ponebatur.

Măgĭſtĕrĭŭm, rij. n. ſ. magiſtri dignitas ſeu officium, (ἀρχὴ) nam magiſteria ſic à magiſtro uidentur deduci, quomodo à miniſtro miniſteria.

Măgĭſtrātŭs, tus. m. q. per deriuationem à magiſtris cognominantur, qui per imperia potentiores ſunt quàm priuati. Et modo ſignificat eos, qui in poteſtate aliqua ſunt conſtituti. οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν ταῖς πράξεσιν, οἱ πολιτευόμενοι. ut ſunt conſules, proconſules, & alij qui Ciuitates & Prouincias regunt. Modò ipſam poteſtatem ſeu officium. Cicero. Venuſtè dicimus creare magiſtratũ, dare magiſtratum, gerere magiſtratum, habere magiſtratũ, mandare magiſtratum, abire magiſtratu, accipere magiſtratum, uenire in magiſtratũ, magiſtratũ imminuere, quod eſt derogare iuribus, & prærogatiuis officij.

Măgĭſtrī, orum. m. ſ. (διδάσκαλοι, καθηγηταὶ) à magis, & proprie artium præceptores ſunt. Quamuis etiã ad omnes transferri poſſint, quibus præcipua cura rerum incumbit. Dicti magiſtri, quòd magis cæteris poſſint, uel quòd magis quàm cæteri diligentiã rerum, quibus præſunt, habere debent. Hinc magiſtri pagorum, ſocietatum. Magiſter equitum, (ἵππαρχος) dicitur, cui ſumma poteſtas erat in equites. Ponitur quãdoq; etiã magiſter pro cuſtode. Huius diminut. eſt magiſtellus. id eſt paruus magiſter. Magiſter ſcripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorũ prouentus ſcribendi munus habet. Cic. 3. Ver. Magiſtra. ſtræ. Magiſtri etiam dicuntur, qui bona ſub haſta uendunt. Cic. ad Att. lib. 1.

Măgĭſtro, as. act. p. moderor, guberno. Feſtus.

Măgmătă, tum. n. t. pen. cor. paſtilli & maſſæ factæ ex unguentorũ fecibus, odoris gratia, ἀπὸ τ

μάσσειν. quod eſt terere et miſcere, ut inquit Plinius lib.11.cap.1.

Măgnālĭă, ium.n.t. (μεγαλεῖα) ſunt ingentia facta, & admiratione digna. * Vox Biblijs tantum, & theologis, parum Latinis uſurpata.

Măgnănĭmŭs, a.um.o.ſ. qui magni eſt animi.

Măgnănĭmĭtās, atis.f.t. μεγαλοψυχία. ut ait Speuſipp. eſt moderatus contingentium uſus, urbana cum hominibus cōuerſatio, magnificentia animi cum ratione. A Cicerone in 3. Offic. ponitur pro ſublimitate & præſtantia animi.

Măgnārĭŭs, rij. m.ſ. (μεγαλέμπορος) apud Apuleium pro magno negociatore ponitur, ex negociorum magnitudine, tanquā clarus in obeundis magnis mercaturis.

Măgnās, atis.com.t. & magnatus.ti. (μεγιστᾶνος) qui in populo magnus habetur.

Măgnēs, etis.m.t. (μαγνῆτις) genus lapidis, ad ſe ferrum attrahentis. Dictus Magnes ab inuentore. Plin.lib.36.cap.16.

Măgnĭfĭco, as.a.p. (μεγαλύνω) extollo, exalto. Plin. Magnificat & uituli, qui nondū herbam guſtauerit fimum.

Măgnĭfĭcŭs, a.um.o.ſ. μεγαλοπρεπής. qui magna facit. Scribit Ariſtote. lib. 4. illum magnificū dici, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit: qui circa publicam magnificentiam impenſas facit honorificas, ueluti in ludis, in rebus dijs ſacrificatis. Eſt & magnificens, à quo magnificentia (μεγαλοπρέπεια) quæ eſt, ut Cicero inquit, rerum magnarum & excelſarum, cum animi amplitudine quadā ſplendida propoſitione cogitatio atq; adminiſtratio. Hinc magnificè aduerb. id eſt lautè, honorifice.

Măgno, (μεγάλου) abſolute, pro magno precio. Varro libro 3. De re Ruſt. Piſcinæ ædificantur magno.

Măgnus, a.um.o.ſ. (μέγας) grandis, huius comparatiuum eſt maior, ſuperlatiuum maximus. À quo multa cōponuntur. Magnum ponitur aliquando pro ualde. Plau. in Mil. Nam eo magnum clamat.

Măgnĭlŏquŭs, a. um. o. ſ. qui magna loquitur. Hinc magniloquentia.

Măgnĭtās, atis. f. t. pro magnitudine apud antiquos. Accius, Nam quæ ſat frugi, neq; dici poteſt pro magnitate.

Măgnĭtūdo, inis. f.t. amplitudo, ſublimitas. Apud Ciceron. pro Roſc. Amer. Magnitudo æris alieni. Sic dicitur magnitudo animi. id eſt excellentia, præſtantia.

Măgnŏpĕrĕ, aduerb. id eſt ualde, uehementer.

Măgŭdărĭs, is.f.t. (ut Priſcian. lib.5. inquit) frugis. id eſt caulis genus, qui naſcitur ex ea parte, cuius radix ſtirpis auellitur. Hanc, caulem laſerpitij quidam exiſtimant. Laſerpitium autem herbam eſſe nonnulli arbitrantur, ut Plin. lib.19.cap.3. teſtatur.

Măgŭs, gi.m.ſ. (μάγος) dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens. Sic enim Perſæ magos uocant, ut Græci philoſophos, Latini, ſapientes: Galli, druidas: Aegyptij, prophetas ſiue ſacerdotes: Indi, gymnoſophiſtas: & Aſſyrij, Chaldæos, à Chaldæa Aſiæ regione. Apud nos uerò magus, incantator ex officio uocari poteſt. Hinc Magice. ces. ars ipſa incantandi, quæ etiam Magia dicitur, de qua uide Plin. libro 30. cap. 1.

Măiă. μαῖαι. cancrorum genus maximum. Plin. libro 9. capite 31.

Măiālēs, ium.m.t. (χοῖροι, τομίαι) porci caſtrati.

Măieſtās, atis.f.t. (σεμνὸν, μεγαλειότης, ἀξιωματικόν, ἀξίωμα) à magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas uel populi uel ſenatus, uel principis imperatoris ue, aut etiam priuati magni uiri. Vnde maieſtatis crimen Iureconſulti definiunt, quod aduerſus populum Romanum uel ſecuritatem eius cōmittitur. Et rei maieſtatis dicuntur, qui eiuſmodi crimen cōmittunt. Maieſtas, populi dicebatur: authoritas autem, ſenatus. Maieſtas nominis, eſt magnitudo ſiue dignitas. Mart. lib.1. Dicimus Latinè & eleganter, Imminuere maieſtatem, uel minuere: lædere maieſtatem, ſoluere maieſtatē, id eſt minuere: retinere maieſtatem. Conſeruare maieſtatem, idem eſt quod retinere. * De Maieſtate Dea, uide in proprijs.

Măiōrēs, um.com.t. (προειληφότος, προλαβόντος, ἄνωθεν κατὰ τὰς γενεὰς πρόγονοι) intelligi poſſunt quicunq; aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, & ante hos in infinitum: ſicut minores, qui etiā poſt trinepotes futuri ſunt. Cic. Ego meis maioribus uirtute præluxi. Et tam maiores quàm minores, in hac ſignificatione tantum pluraliter declinantur. Maiores magiſtratus, ſunt cōſules, penes quos faſces ſunt, uel qui priores facti ſunt.

ti ſunt. Maiores flamines, dicebantur patri tij generis, minores plebeij. Sic maior patruus, maior amita. Maior magiſtratus conſulere di citur, ait Feſtus.

Mäiūs, mai. m. ſ. (μάϊος. σκιῤῥοφοριών) menſis à maioribus dictus eſt, quia (ut inquit Macrob.) maioribus conſecratus erat, quorum conſilio Reſpub. gerebatur: ſicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Sunt qui Maium, à Maieſtate dea denominatum uelint, quòd fla= men Vulcanalis Calendis Maijs huic deæ rem diuinã facit. Alij à Maia Mercurij matre. pro= pterea hoc menſe mercatores omnes, Maiæ pa riter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant.

Mālă, læ. f. p. (κόῤῥη, σιαγών) faciei pars, quæ & gena: dicta quòd rotundam ſpeciem mali præ ſe ferat. Nam eſt quæ præeminet inter naſum, oculos & buccam. Plin. Infra oculos malæ ho mini tantum, quas priſci genas uocabant, ibi oſtenditur pudor. Et primã ſyllabã producit.

Mălăchē, (μαλάχη) pen. corr. herba, quæ à Lati= nis dicitur malua, quòd habeat folia mollia. Vide in Malua.

Malachram, ſiue Maldacon, arborem uocãt ma gnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Huius fructũ bodelium, quod eſt gummi ge= nus, dicunt.

Mălăciă, ciæ. f. p. (μαλακία) mollitia, cum maris fluctus omnino quieſcunt, & languent, neque ulla aura commouentur, quod uulgus uitan= di mali ominis gratia Bonaciam uocat. Lu= cretius pellaciam, à pelliciendo appellat. Simi liter malacia, eſt in grauidis ille languor & mollicies, diſſoluti & cuncta faſtidientis ſtoma chi. Plin. lib. 23. cap. 6.

Mălăciſſo, ſas. a. p. (μαλακίζω) mollio, ſubigo. Plaut. in Bacchidib. Malaciſſandus es.

Mălăcŭs, Latinè mollis, delicatus. Plau. in Bacc. Pro lorica malacum capiam capillum.

Mălāgmă, atis. n. t. (μάλαγμα) fomentum, cum res dura per alterius admiſtionem molleſcit, ſi cut emplaſtrum. Nam malagmata cõtuſa, & ſuper cutem iniecta abunde mollificant. À μα λάσσω mollio. His molliuntur apoſtemata, & matura fiunt. Differunt autem emplaſtra à malagmatis & paſtillis. Emplaſtra imponun= tur uulneribus: malagmata in integrã cutem inijciuntur: paſtilli aut illiniuntur, aut alicui molliori cerationi miſcentur.

Mălāſſo, ſas. a. p. (μαλάσσω) à quo commalaſſo, quod eſt exerceo, matureſacio. Var. Idem etiã ſignificat quod malaciſſo.

Mălĕ, (κακῶς) aduerb. modò ponitur pro ualde, ferè in malam partem. Cicero, Addebat etiã ſcriptores illos male mulctatos. id eſt magna pœna affectos. Modò pro parum. Vergilius,

» Heu malè tum mites defendit pampinus uuas. Modò pro incommode, ſicut Bene pro cõmo= de: ut, Male habito, bene habito. In compoſi= tione habet uim negationis, (δύς) ut, Maleſa= nus, malefortis. Malè uiuere, eſt pauperrime uel anxiè & ſolicitè uiuere. Malè loqui, eſt ma= ledicere. Malè habet me hæc res. id eſt illud me moleſtat. Malè conſulere in aliquem, eſt aliquid illius incommodo & damno facere. Malè conciliatus, dicitur magno emptus. Te= rent. in Eun. Malè aliquem uerbis accipere, eſt iniuria afficere. Subauditur tamen aliquã= do, uerbis.

Malè audio (ἀδοξῶ, ἀδοξέομαι, κακῶς ἀκούω) ſi= gnificat alicuius maledicta ſuſtineo, ſeu infa= mor, uituperor, culpor. ſicut bene audio, lau= dor: cuius contrarium eſt maledico. Vt ſi quis de me malè dixerit, tunc rectè dixero, Malè au dio. Cic. lib. 2. In quo ego, nõ quo libenter ma= lè audiam.

Male cogito de te. id eſt malè affectus ſum erga te, & maleuolo in te ſum animo. κακυπονοεῖν. Huic contrarium eſt, bene cogito.

Male iudico, (κακῶς κρίνω, κακῶς φρονῶ) male cẽ= ſeo, male opinor, declaratur error meus. Ma le mereor de te, male tracto te, tibi noceo & in commodo. κακῶς ποιῶ σε. Cuius cõtrarium eſt, bene mereor. εὖ ποιῶ σε, εὐεργετῶ. Male opto tibi, (κακῶς εὔχομαι) male precor, intelligitur uicium eius, de quo agitur. Male uertere, eſt in perniciẽ uertere. κακῶς τρέπειν. Malè uo= lo tibi, odi te. κακονοῶ. Hinc maleuolus. id eſt inuidus, & malum cuiquam exoptans. (κακό= νοος) & maleuolentia, (κακόνοια, δύσνοια) quæ eſt uoluptas ex malo alterius ſine emolu= mento ſuo, ut ait Cic. 4. Tuſc.

Mălĕdico tibi (κακολογέω, κακηγορέω) id eſt te maledictis afficio, in te maledicta, id eſt conui tia, probra, contumelias conijcio. Terentius in Eunu. Neſcis cui maledicas nunc uiro. A

quo maledicus (βλάσφημος) maledicentior, & maledicentiſſimus, qui maledicit, quantum poteſt, & ſcit: qui mordax eſt, & obtrectator. Plaut. in Mer. Et maledicentia, obtrectatio, conuitium. Gell. lib. 3. cap. 1. Ob aſſiduam maledicentiam. Et maledicè aduerbium id eſt contumelioſe.

Mălĕfăcio tibi. κακῶς ποιῶ σε, κακουργῶ. Cicero ad Brut. lib. Epiſt. 11. Dij iſti Segulio malefaciāt. Inde maleficus. ca. cum. pro pernicioſo, qui damnum infert, & qui nocet alteri. κακοῦργος. Sic maleficæ mulieres, incantatrices dicuntur, & ueneficæ. Maleficæ herbæ, ſerpentes, pro uenenoſis.

Mălĕfăctio, onis. f. t. animi defectio, quæ Græcis συγκοπή, & λειποθυμία. dicitur.

Mălĕfidŭs, a. um. o. ſ. infidus, cui ſe tuto credere nemo poteſt. Verg. Statio male fida carinis.

Mălĕfĭcentĭă, æ. ſ. p. & Maleficium, damnum, iniuria, facinus, κακουργία.

Mălĕfĭcĭŭm, cij. n. ſ. ait Budæus, eſt quicquid improbè admiſſum eſt. Et uenuſtè dicimus, Committere maleficium, admittere maleficium, prohibere à maleficio, tēperare à maleficio. Hinc aduerb. maleficioſe.

Mălĕuŏlēns, tis. idem quod maleuolus. Plaut. Viuo maleuolente genio natus.

Mălĭcŏrĭŭm, rij. n. ſ. putamen mali granati. σίδιον Plin. lib. 23.

Mălĭgno, as. & malignor deponēs. (πονηρεύομαι) Hieron. in Pſalmos, Qui malignantur, exterminabuntur.

Mălignŭs, a. um. o. ſ. à malus fit, & is eſt qui difficultatem ſui oſtendit: hoc eſt qui aſper, difficilis, inuidus, auarus eſt. γλίσχρος, φθόνερος. Plin. Homo malignus & inuidus. Hinc maligna uia, quæ anguſta & ardua eſt. Maligna lux, quæ ſubobſcura eſt. Malignus ager, agricolis illiberalis, ac minime ferax. Ponitur interdum pro parco, Quint. Et malignus, conſuetudine dicitur maleuolus, & malus: à quo malignitas, quæ eſt peruerſa, & deprauata uoluntas, φαδονία. Plaut. in Captiu. Ita malignitate onerauit omnes. Quandoq; pro parcitate ponitur. Liu. Hinc malignè aduerb. peruerſe, deprauatè.

Mălĭtĭă, æ. ſ. p. (κακία) peruerſitas, quæ uirtuti ſeu bonitati cōtraria eſt. Ea eſt malitiæ peruerſitas propriè, cum quis data opera malè agit. Frequenter aūt ſumitur pro uerſutia, (ῥᾳδιουργία.) Cic. Apud Veteres etiā in bonum accipiebatur, Plaut. Eſt & alia malitia ex natura proueniens. Malitia cœli propriè eſt inclementia cœli. Hinc malitioſus. id eſt uerſutus, callidus, aſtutus, fallax. Et mallitioſè, aduerb. callidè, doloſè. Plau. in Mil. At non malitioſè tamē feci.

Mallĕātŭs, a. ū. quod malleo factū eſt. σφυρατός. Vnde malleati libri, dicuntur uulgò ſtampati.

Mallĕo, leas. n. p. quaſi malleo operor. σφυρῶμαι. Vnde malleator. Mart. lib. 12.

Mallĕŏlāris, & hoc lare om. t. à malleolus fit. μοσχευματικός. Colum. lib. 3. Virgam malleolarem non amplius quàm ſex gemmarum eſſe conuenit.

Mallĕŏlŭs, li. m. ſ. (σφυρίον) diminutiuum à malleus. id eſt paruus malleus. & malleolus (teſte Columella libro quarto.) dicitur nouus palmes uitis, innatus prioris anni flagello (μόσχευμα.) ſic dictus ab ipſius mallei ſimilitudine. Vel quòd in ea parte quæ deciditur, ex ueteri ſarmento prominens utrinq; malleoli ſpeciē præbeat. Et malleoli, ſunt ſarmēta illa, quæ in aggeribus ponuntur. Sed & manipuli parte pice contecti, qui incenſi aut in muros, aut in teſtudines ad incendium faciendum iaciuntur, malleoli uocantur. Cic. pro Milone.

Mallĕŭs, lei. m. ſ. (σφῦρα) fabrile inſtrumentum, quòd res duras molliat, quaſi molleus. ea enim quæ dura ſunt, molliuntur ad ignem, ut malleis flagellentur.

Mallŭuiŭm, uij. n. ſ. uas in quo lauantur manus. χερνιβεῖον. Et fœminino genere malluuiæ: ſicut pelluuium & pelluuiæ, quo lauantur pedes. Nonius etiam Trulleum appellat, cuius urceolus manalis uocatur, quòd eo aqua manans in trulleum effundatur. Seruius lebetem uaſculum interpretatus eſt, in quod aqua cadit, dum manus lauantur. Ab alijs pollubrum etiam nominatur.

Mālo, mauis, mauult, magis uolo. uerbū defect. n. Cic. in Oratore, Malle, pro magis uelle.

Mălŏbăthrină, (μαλαβάθρινα) unguenta quæ ex Aſſyria afferebantur (φύλλον Her.) Vnde Horatius, Tinctus malobathro Aſſyrio capillos. Hinc malobathratus, hoc eſt malobathro capillos delibutus.

Mălŏba-

Mălŏbathrŏn, Latinè folium unum, inter odora mẽta. μαλάβαθρον. Dioſcorides, Malobathron, eſt herba quæ naſcitur in India, et habet folia quæ extenduntur ſuper faciem aquæ, & non habet radicem, & eſt boni odoris. Arborẽ eſſe ait Plin. lib. 13. cap. 26.

Mălŭă, æ. f. p. herba, quam μαλάχην uocant, ab emolliendo uentre. Martialis, Vtere lactucis, & mollibus utere maluis. Dicitur etiam maluacium. A' malua maluaceus. cea. ceum (μαλάχινος.) Plin. lib. 21. cap. 45. Alia funditur è caule maluacio.

Mălŭs, li. (μηλέα) fœminini generis, arbor, cuius fructus eſt malum. id eſt pomum. Tractum nomen à Græcis, qui malum μῆλον dicunt. unde melimela. Hinc malinus. a. um. (μήλινος) quod eſt materiatum ex malo. Columella libro octauo.

Mălŭs, li. (ἱστὸς) maſculini generis, arbor nauis, quia inſtar mali ſit in ſummitate: uel quia cingitur quaſi quibuſdam malis, quorum uolubilitate facilius leuantur uela.

Malum terræ, herba, cuius ſunt genera quatuor, quæ recenſentur à Plin. lib. 25. cap. 8.

Mălŭs, a. um. prima corr. eſt quod opponitur bono. κακὸς, φαῦλος. Eſt enim generale nomen; turpia ſimul & detrimentoſa complectens. Vnde dicimus malum culpæ, quod male agendo committitur, quale eſt homicidium, furtum, & huiuſmodi. Malum pœnæ, quod Deus ob mala commiſſa immittit. Præterea malum ſubſtantiuè ſumitur pro labore, afflictione & anguſtia, (ταλαιπωρία, κακά.) Vergilius, Aſſuetumq; malo Ligurem. Item ſumitur pro malignitate. Item pro interiectione, perinde acſi diceremus, Proh nefas. Qui loquendi mos, per interrogationẽ & honeſtius, & uſitatus eſt. Gell. Quæ (malum) (γὰρ per interrogationem nonnunquam, & δήποτε) iſta ratio eſt? Plin. lib. 7. cap. 55. Quæ (malum) iſta dementia eſt? Aliquãdo capitur malum pro paruo, ſicut bonum pro magno.

Mamilla, læ. f. p. (τιτθίον) dimin. à mamma, licet per ſimplex m ſcribatur.

Mămillārĕ, is. n. t. (ἐπιμαστίδιον) uelũ ſiue faſcia, aut quoduis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere conſueuerunt.

Mămmă, æ. f. p. (μαστὸς, θηλὴ) papilla, quæ & uber dicitur. Mammas habent capræ. Plin. μάμμη quoq; Græca dictio eſt, qua ſignificatur auia: id eſt patris ſeu matris mater, ſicut tata pater. Mart. Mammas atque tatas habet. Afran. Ponitur & pro Matre, uel Nutrice.

Mămmārĕ, a. p. eſt mammas ad ſugendum præbere, (θηλάζειν) Auguſtinus, Væ prægnantibus & mãmantibus illis diebus. Hinc mãmãtŭs ta. tum. (μεμαστωμένος.) Vnde mammatæ tegulæ, à laxitate dicta ſunt, quæ balneis adhibentur.

Mămmĕātŭs, ta. tum. idem quod mãmoſus (μασώδης.) Plaut.

Mămmōnă, (μαμωνᾶς) uox Syriaca, diuitiarum Deum ſignificans, quem Græci πλοῦτον uocãt, accipiturq; pro ipſis diuitijs. Qui plura deo eo noſſe cupit, uideat Annot. Eraſmi in Matth.

Mămmōsŭs, ſa. ſum. quod habet magnas mammas, (μασώδης) Martial. Varr. libro 2. cap. 9. canes etiam mãmoſas appellat. & Plin. pyra mammoſa.

Mămmotrĕptŭs, ti. m. ſ. qui nutritur mamma.

Mămŭllă, æ. f. p. (μαζίον) diminutiuum à mamma, mamilla.

Mămphŭr, uris. n. t. lignum rotundum, loro circumuolutum, quod circumagunt fabri in operis tornandis.

Mānālis, fons dictus, quia aqua ex eo perpetua manat. Manalis urceolus, ſiue gutturniũ, (πρόχοος) uas dicebatur, ex quo aqua in pollubrũ dimittitur. Manalis lapis, oſtium eſt Orci, per quod animæ inferorũ ad ſuperos manant, qui dicuntur manes.

Mānārĕ, n. p. καταστάζω, ῥέω. proprie dicitur, cum aliquid ex integro, ſed nõ ſatis ſolido, per minutiſſimas partes ſtillat. Tractum à Græcis, qui μανὸν rarum & ſine denſitate appellant. Alij à mane deducunt, & de Sole proprie dici uolunt, cum orientes radij ſplendorem iactare incipiunt. ſed frequentius ad aquam & ad humores refertur. Per translationẽ ponitur pro deſcẽdere, fluere, procedere. προέρχομαι. Et huiuſmodi res, quæ manat quandoque ponitur pro diſſeminari, diſpergi, ſerpere, percrebreſcere. Cic. 2. Tuſc. Latius enim manabit hæc ratio. Huius compoſita ſunt emano, (ἐκρέω) & permano. Manat conſilium, Liuius. Manat fama uel rumor. Cic. 14. Philip.

Mãncĕps,

Māncēps,ipis.com.t.(ἐργολάβος) qui aliquid à populo emit,conducit ue,quia ſublata manu, ſignificat ſe authorē emptionis eſſe. Conductor aliàs Latinè dicitur, aut redemptor. Vnde apud Plin.lib.13.cap.ult.accipitur pro emptore ſiue propola cum ait, Manceps annonam flagellet. Item Cicero publicanos appellat mancupes,quòd ſui quæſtus gratia decimas redimebant à populo Romano. Accipitur item pro ſectore ab eodem in Orat.pro Roſc.ut, Nobilitatis manceps fit Chriſogonus. Quandoque pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut. Ego mancipem nihil moror, nec lenonem alium quenquā. A Plin. Epiſt.lib.2. etiā ij dicuntur mancipes, qui fauorem & ſuffragium populi ſibi redimunt,atq; ob hoc etiā corrumpunt iudices muneribus. Inde mancipi ſiue mancupi nomē indeclinabile per omnes caſus & genera, quanquam nō deſint qui uelint figuratè dici in dandi caſu:ut,Emptio mancupi, &c. quæ olim ſolennitate quadam fiebat, adhibitis nō minus quinq; teſtibus Romanis ciuibus. Hinc ſeruus,equus,ouis,aliaq; huiuſmodi,mancipia (ἀνδράποδα)dicuntur,quòd manu capiantur, ſiue mancupi emptione acquirantur. Et mancupi res dicuntur omnes, quæ abalienari poſſunt. id eſt quæ à noſtro dominio ad alterius tranſire poſſunt:ut ait Bud.

Māncĭs,pro damnato: uide Mācinus in proprijs.

Māncĭŏlǣ,arum. f. p. (χειρίδια) diminutiuum à manu,quaſi paruæ manus. Næuius, Manciolis tene illis.

Māncĭpĭŭm,pij.n.ſ.uel mancupium,homo in bello captus,& ſeruituti ſubiectus.Varro,Mancupium dicitur,quòd manu capiatur. Aliquando eſt dominij cōparatio, poſſidendiq; ius atq; etiam dominium, & mancipatio. Mancipio dare, eſt rem ita dare ut euictionem præſtaturos nos ſpondeamus. Et mancipio accipere, eſt ea lege emere. Sui mancipij eſſe,eſt nullius dominio ſubiectum eſſe.Brutus ad Cic.

Māncĭpo,pas.act.p.pe. cor. ἐξανδραποδίζω,χειρῶμαι. quaſi manucapio, ut modo dictum eſt, quod eſt obligo, ſummitto, & ſeruum facio, quamuis ſine libra & uerbis ſuprà poſitis. Lactant.lib.2.Spiritibus immundis puras animas ſuas mancipant. Quandoq; pro uendere ponitur. Cic. Mancipatus quoque participium ponitur pro deuincto ſeu aſtricto. Huius cōpoſitum eſt Emancipo, quod eſt ſuo ſimplici contrarium.

Māncŭs,a.um.o.ſ.πηρὸς,χωλὸς.etiam pro imperfecto,propriè manu eneruatus,quaſi manu carens.Licet quandoq; pro debili ponatur,& ad res etiam inanimatas transferatur.

Māndātārĭŭs,rij.m.ſ.ὁ ἐπιτετραμμένος. cui dantur mandata peragenda.

Māndātŭm,ti.n.ſ.& participium,& nomen eſſe poteſt. Participium. ut, Mandatum eſt mihi. ἐπιτέτακται.Nomen, ut apud Quintilianum, Mandata tamen tua fili perago. Et eſt propriè mandatum. ἐντολὴ,ἐπίταγμα. commiſſio, hoc eſt quod cōmittitur.Elegāter dicimus,Venire cum mandatis, mandata & Legatos mittere,mandata accipere ad aliquē,habere mandata ab aliquo,facere mandata, mandata digerere,perſequi, conficere, mandata addere, exhaurire mandata: id eſt exequi & abſoluere.dare mandata de aliquibus rebus,dare mādata alicui ad aliquem.

Māndĭbŭlă, læ.f. p. γνάθος,γένυς. in qua dentes ſunt ſiti, quæ & maxilla dicitur. à mandendo.

Māndo.das. παρατίθημι,παραδίδωμι. præſcribo, cōmitto, ut cum quid memoriæ mandatur ſiue imponitur,cōmittitur ue,ut memoriter teneatur. Et mandare monumentis aut annalium,aut literarum, eſt ſcribere, & poſteritati relinquere. Interdum mandare.παραγγέλλω, [illegible],ἐντέλλεσθαι. eſt aliquid faciendum dare, quod iniungere,ſeu imponere, ſeu cōmendare dicitur. Terentius in Adelph.Huic mandes, ſi quid recte curatum uelis. Et à manu danda declinatum conſtat, quòd in dandis accipiendisq; mandatis manus ſibi inuicem dare mos erat. Mandare aliquid æternitati,ſiue immortalitati, eſt curare ut ſit æternum. Mandare animis & mentibus,eſt memoriæ cōmittere,retinere. Mandare ſe fugæ, eſt fugere. Mandare ſcriptis, eſt ſcriptum poſteritati relinquere. Mandare aliquē humo,eſt inhumare. Mandare honores alicui, eſt honores tribuere. Mandare magiſtratum, eſt decernere. Hinc mandator,uerbale.Budæus ait Mandatores, impulſores eſſe delatorū,interq; delatores numerari. Cōpoſita huius uerbi ſunt,Amando,admādo, commendo,demando,pramando & emando.

Māndo

Mãndo,is.n.t. mandi, ſecundum alios mandui, & ſecundum alios mandidi, manſum, ſignificat cibum dentibus conficio. μασάομαι. Verg. lib.4. Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit. Dictũ mando, à manu dando, quod manu cibus ori admouetur: quemadmodum à manu ducenda dicimus mãduco. Hinc eſt manſito frequentatiuum. Plaut. Et ſæuas belluas manſitaſſe. Huius cõpoſitum eſt remando, quod eſt rurſus mando, rumino.

Mãndo,onis.m.t.(φάγος) edax, qui aſſiduè mandit. Lucilius: Atq; omnes mandorum gulæ.

Mãndră,æ.f.p.(μάνδρα) ſpelunca, cubile, & receptaculum ouium, boum, aliorumq; huiuſmodi. Iuuenalis: Et ſtantis conuitia mandræ. Probus ſcribit, mandram eſſe uici oſtium uel flexum uel arrectum, aut breue & uile ædificiũ, quod anguſtet latitudinem uici: uel ingens uehiculum quo trabes portantur.

Mãndrăgŏră, μανδραγόρα. duo ſunt genera, candidum quod mas, & nigrum quod fœmina exiſtimatur. De hac herba, uide Plinium libro 25.cap.13.

Mãndūcātŭs cibus, & commanducatus, (διαμεμασημένος, & διαμάσημα) nõ tam ſignat comeſtus, quàm manſus, & dentibus cõminutus, maſticatusq;, qui deinde pro medicamento imponi ſolet.

Mãndūco.cas.n.p.(μασῶμαι) idem quod mando. Cuius compoſitum eſt cõmanduco. Plin.

Mãndūco,onis.m.t. (ἀδδηφάγος) edacem ſignificat. Hæc enim omnia ferè idẽ denotant, mandones, manducones, manduci, manſutij, comedones, comedi, edones, edaces, epulones, lurcones, gurguliones, ganeones, heluones, ſcurræ, paraſiti, gulones, phagones, liguriones, nepotes, catillones, deglutitores.

Mãndūcŭs,ci.m.ſ.(φάγος) idem quod mãduco.

Mãnē. πρωΐ, ἕωθεν. diei principium, cum dies clarus eſt: ab omine boni nominis. manum enim Veteres bonum dicebant, ut ait Seruius: teſte autem Nonio manum Veteres clarum dixere. Vel ſicut ait Macrobius, quòd ab inferioribus locis, id eſt manibus exordium lucis emergat. Varro à manando deriuat, quòd cum ſole manet dies ab Oriente.

Mănĕo,nes,manſi.ſum.n.ſ.ſignificat me cõtineo, loco inſiſto, firmus ſto. μένω. Vergil. Manet imperterritus ille. Quandoq; expectare, (ἀναμένειν, περιμένειν.) Plautus: Ego hic te manebo. Quandoq; futurum eſſe. μένειν. inſtare, imminere: ut, Tale te fatum manet, Cic. 2. Philip. Quandoq; inhærere, fixum eſſe. Vergil. Manet alta mente repoſtũ iudicium Paridis. Quandoq; durare, perſiſtere, perſtare: ut, Manere affinitatem uolo, Terent. Hecy. Manere promiſſis, idem quod ſtare promiſſis: ut, Tũ modò promiſſis maneas, Verg. 2. Aeneid. Huius compoſita ſunt, cõmaneo, ſimul habito. Emaneo, extra maneo: à quo emanſor. Emineo, à quo promineo & præmineo, immineo. Remaneo. καταμένω. retrò maneo, perſiſto. Cic. Volunt animos poſt mortem nõ remanere. Permaneo, (ἐμμένω, διαμένω) perſeueranter maneo, Obmaneo, diu maneo. Manſio, (καταγώγιον, πανδοχεῖον σταθμὸς) à maneo, actus ipſe manẽdi aut quieſcendi in aliquo loco, cui contrarium eſt deceſſio. Cic. ad Sulp. lib.4. Ponitur etiam pro hoſpitio, Suet. in Veſp. Ad primam ſtatim manſionẽ. Pro itinere unius diei. Plin. lib.12. cap.14. Manſionibus octo diſtat regio thurifera à monte excelſo.

Mānēs,ium.m.t. δαίμονες. ſunt præſules corpori humano attributi, qui parentũ ſeminibus manauerunt. Inde Summanus, id eſt ſummus inter manes, dictus Pluto. Manes item Dij boni dicuntur, à manum, quod eſt bonum. Apuleius de Socratis dæmonio dicit, Manes, animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro genij dicuntur, corpori renunciantes lemures. cum domos incurſionibus infeſtarent, laruæ appellabantur: contrà, ſi bonæ fuerint, lares familiares. Quandoq; manes dicuntur pœnæ. Verg. Quiſq; ſuos patimur manes. Feſtus ait, Manes dij ab auguribus uocabantur, quòd per omnia manare credebãt, eoſq; Deos ſuperos atq; inferos dicebant.

Māngōnēs,um. m. t. (σωματέμποροι, ἀνθρωποκάπηλοι) dicti ſunt quaſi manu agones. erant enim magiſtri formæ puerorum, & mentiendi coloris artem probè callẽtes, qui homines uendebant. Solebãt enim pueris puelliſq; quo facilius uendi poſſent artificio quodam inducere colorem fuco, ac uerũ robur inani ſagina mentiri, ut carius uenderentur. Dicuntur aliarum quoq; rerũ mangones, qui merces poliunt, atq; inter-

interpolãt,ut pluris uendant. Nec mares tantum, ſed etiam fœminæ mangones uocantur. Plinius,Mango obſtetrix erat.

Mãngōnĭcŭs,a.um. (σωματεμποϱικὸς) quod ad mangonem pertinet:ut,Mangonicus quæſtus. Suetonius.

Mãngōnĭŭm,nij.n.ſ.(σωματεμποϱία) artificium quod ad res facilius uendẽdas adhibetur. Pli.

Mãngōnĭzo,zas.a.p.(σωματεμποϱῶ) orno,compono rem ad alliciendos emptores. Plin.libro 23.cap.1. Cutis teneritate mangonizat corpora. Transfertur etiam ad alia: ut orationem, formam & domos.Hodie etiam mangonizantur panni,ſiue linei,ſiue lanei. Quin & equos mangonizatos uenire uidemus. hos Græci ab equis componendis ἱπποκόμους uocant.

Mănĭæ,arum. f.p. (μανίαι) deformes perſonæ. Et manias laruas,quas nutrices pueris minitari ſolent,appellant.Medici maniacos, (μανιακοὺς) uocant furoris morbo laborantes: quoniã μανία dicitur inſania & furia. Et maniæ,dicebantur ficta quædam ex farina in hominum figuras,quòd deformes ſint,quas etiam maniolas appellabant.

Mănĭcă,cæ.f.p.(χειϱὶς) pen.corr.pars ueſtis qua manus teguntur. Hinc manicata ueſtis, quæ manicas habet. Manicæ etiam dicuntur manuum uincula. Sic cõpedes,(πέδαι) uocantur,quibus pedes colliguntur. Hinc per trãſlationem dicuntur uincula nauium.Lucanus,

» Aſt alias manicæq́; ligant,tereteſq́; catenæ.

Item manicæ,thecæ ſunt ex ferro,quibus brachia, & manus cõtra hoſtium iniurias muniuntur. Et manicæ,(χειϱοθῆκαι)dicũtur,quibus aduerſum uim frigoris manus muniũtur.Plin.

Mănĭcŏn,(μανικὸν) genus herbæ, quam & furialem uocant,uide Plin.lib.21.cap.31.

Mănĭcŭlă,læ.f.p.χειϱίον.diminutiuum,id eſt parua manus.

Mănĭfēſtārĭŭs,a.um. αὐτόφωϱος,λῃφθεὶς,κατάφωϱος, ἐπαυτόφωϱος. quod uulgo dicitur notorium.id eſt quod manifeſtatur.Plau.Capio furem,obtrunco Gallum furem manifeſtarium.

Mănĭfēſto,as.palàm facio.φανεϱόω.

Mănĭfēſtŭm dicitur, quod eſt clarum & apertũ, quaſi ad manus foris ſtans.δῆλον,φανεϱόν.Iungitur pulchrè genitiuo. Salluſt. in Iugurtha: At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris. Dicimus autem uenuſtè manifeſtũ facere, & manifeſtum habere. Hinc aduerb. manifeſtè. id eſt palàm,perſpicuè,clarè,non obſcurè. Et manifeſtò.Cic.pro Cluent.Oppianici facinus manifeſtò compertum,ac deprehenſum.

Mănĭpŭlātim,(κατὰ λόχον)aduerb.ſignificat per manipulos.Plaut.

Mănĭpŭlŭs,li.m.ſ. (δϱάγμα,ἀγκαλὶς) à manu fit, & proprie ſignificat manualem herbarum faſciculum,quem manu quis apprehendit metendo. Interdum ponitur pro exigua militum manu,quæ unum ſequitur ſignũ. λόχος,μανίπλος. & in legione quidem erant triginta manipuli. Dictus manipulus (ut inquit Var.)ab eo quòd plures militum manus iunguntur. Seruius docet manipulos eſſe ſigniferos. Vnde manipularis, (παϱαστάτης) dicitur qui fert uexillum. Oui. At Vegetius lib.2.ſcribit manipulum uocari contubernium decem tantummodo militum ſub uno papilione degentium,ab eo quòd coniunctis manibus dimicabant. Inde Commanipulones,qui in eodem manipulo ſunt, & cõmanipulatio,quib. nominibus utitur Spart.

Mănĭpŭlāris,& hoc re. om.t. quod ad manipulũ pertinet,quodq́; eſt de manipulo. Plaut.in Moſtel.Conueniunt manipulares, eccos prædam participes petunt.

Mānlĭānă,malorũ genera,ab inſitore ſic dicta.

Mānnă, (μάννα,ἀφϱόμελι) ros melleus matutinus.uide Cæl.lib.13.cap.56.& Galen.lib.3.De alimentis.

Mānnī,& Aſturcones, equi gradarij ſunt. uide mannulus.

Mānnŏr,aris.furor. Mannatus ueſtem amicæ.

Mānnŭlŭs,li.m.ſ.equus puſillus.Mart.lib.12.Nuſquam eſt mulio,mannuli tacebunt. Dicti autem ſunt mannuli,quòd conſuetudine manum ſequantur,inquit Acron.

Mānŏbārbŭlŭs,li.m.ſ. teli genus ſimilis plumbeæ pilæ, quo utentes milites ipſi manobarbuli dicti ſunt.

Mānſĭſtērnă,æ.f.p.aquæ urna,id eſt urceus. (ὑδϱία) Plautus Bacchid. Effer manſiſternam cum aqua foras.

Mānſuēfăcio,is.a.t.manſuetum reddo.

Mānſuēfio, Cæſ.6. Belli Gall. Sed aſſueſcere ad homines,& manſuefieri, ne paruuli quidẽ excepti poſſunt.

Mānſuē-

Mānſuēſco, is. n. t. manſuetus fio, miteſco. τιθασσεύομαι, ἡμεροῦμαι. Varro lib. 1. de re Ruſt. pro manſuefacio poſuit.

Mānſuētārii, orum. m. ſ. qui feras manſuefaciūt. τιθασσευταί.

Mānſuētūdo, inis. f. t. (πραότης) ut inquit Speuſippus, eſt conſtantia animæ aduerſus iræ impetum immobilis, moderata temperies animæ.

Mānſuētūs, a. um. o. ſ. χειροήθης, πρᾶος, ἥμερος, mitis, quaſi manu aſſuetus. Verg. Ille manu patiens, menſæq; aſſuetus herili.

Mānsūm, ſi. n. ſ. ſubſtantiuum, quod à nutricibus dari ſolet infantibus. ψωμὸς, μάσημα, ἔνθεσις. Cicero lib. 2. de Orat. Atq; omnia tenuiſſima manſa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inferant.

Mānsūs, a. um. (μασηθὲις) quod eſt dentibus contuſum, comminutumq;, propriè dicitur de cibo manducato.

Mānsūtiūs. tij. m. ſ. à mandendo, edacē ſignificat, ut inquit Feſtus.

Māntālūm, & Mantælium, & Mantæle. is. n. t. (χειρόμακτρον) cōpoſita dictio ex manus, & tela: quaſi mappa, à manibus tergendis. eſt enim linteolum, quo manus tergere ſolemus. Dicitur & Mantile, & in plurali mantilia, (χειρόμακτρα) æ diphthongo in i productam mutata. Sunt etiā mantilia, quibus menſæ teguntur. Rurſus mantælia, ſeu mātæla accipiuntur pro penulæ genere, quo ſe ut lorica muniunt. Græci hanc μανδύαν uocant, ut Suidas ait. Ponitur metaphoricè pro tegmine quolibet.

Māntārē, Veteres pro manere uſurpabant, teſte Nonio. Plaut. in Pſeud. At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modò.

Māntēūm, tei. n. ſ. locus oraculis dicatus. μαντεῖον. Cic. lib. 2. de Finibus.

Māntiā, æ. f. p. diuinatio, uaticinium. (μαντεία.) A mantia per cōpoſitionem fiunt, necromantia, hydromantia, pyromantia, & alia huiuſmodi, quorum pen. producuntur.

Māntīcā, cæ. f. p. pen. cor. nummorum receptaculum, quod manu geratur. πήρα. Ponitur quandoque pro perula uiatoria. id eſt pro biſacco, ut uulgus loquitur, ut Porphyrius ait. Cuius diminut. eſt manticula, cuius pars ante pectus, pars poſt tergum dum geritur, pendet. Feſtus.

Mānticōrā, ræ. f. p. (μαντιχώρας) beſtia in India quæ triplicem dentium ordinē, & hominis faciem unà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectans.

Māntīcūlāriā, dicuntur ea quæ in frequenti uſu habentur, & quaſi manu tractantur.

Māntīcūlārius, rij. m. ſ. (βαλλαντιοτόμος) dicitur fur, qui inferens ſe cōfertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat ablata pecunia. dictum à manticulis, in quibus tenuiores (ut inquit Feſtus) pecuniam recondebant.

Māntīcūlātio, aſtus, & fraus. (κατασκεύασμα.)

Māntīcūlōr, aris. d. p. eſt, authore Feſto, furandi gratia manticulas attrectare. τεχνάζομαι. Inde ponitur pro aliquid doloſè ago. Pacu.

Māntīcē. es. f. t. ars ipſa diuinandi. Cic.

Māntiōlā, læ. f. p. dimin. parua manus. Næuius Mantiolis tene illis.

Māntīs, is. m. t. (μάντις) diuinus, uel uates. Cice. 1. de Diuin.

Māntīſcīnōr, ſignificat furor.

Māntīſſā, æ. f. p. (πρόσδομα) lingua Tuſca dicitur additamentum, quod manu fit rei quæ uenditur. Lucilius: Mantiſſa obſonium uincit.

Mānūāriā tunicæ, quæ manicas habent.

Mānūārius, a. um. (ἐγχειρίδιος) quod ad manū pertinet.

Mānūbiæ, arum. f. p. (λάφυρα) dictæ ſunt, quòd manu capiantur ab hoſtibus. eſt enim præda ab hoſtibus capta. Aſco. ſcribit Manubias prædas imperatorum pro portione de hoſtibus capta. Spolia quoque quæſita de hoſte nobili per deditionem manubias. Et iactus fulminum manubiæ (κεραυνοβολία) dicuntur.

Mānūbiālis. & hoc le. om. t. quod ad manubias pertinet: ut manubialis pecunia, quæ ex uenditione manubiarum contracta eſt.

Mānūbiārius, adiect. manubiarum particeps. Plau. in Truc. Amicus mihi eſto manubiarius.

Mānubrium, brij. n. ſ. à manu, capulus cuiuſcunque rei appellatur, quòd manu teneatur. (κώπη, λαβή.) Plaut. in Aulul. Exemi ex manu manubrium. Manubriolū, pro ſcalpella apud Celſum ſæpe legitur, teſte Budæo.

Mānūlēārius, rij. m. ſ. qui ueſtimenta manicata conficiebat. Plaut. in Aulul.

Mānūlēātus, a. um. idem quod manicatus. (χειριδωτὸς.) Plaut. in Pſeud. Manuleatā tunicam.

Et

Et manuleatam tunicã, dicimus manicas proli xiores habentem. Manicatum, aut manuleatũ hominem, indutum tunicis manicatis.

Manum conſerere, eſt prælium incipere, & contendere. συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι. Sed apud Iuriſconſ. cũ de aliqua re diſceptatur in iure præſenti prætore, ſiue ager, ſeu quid aliud ſit, manum conſerere dicitur. Ad manus uenire, ſimiliter eſt prælium ſeu contentionem incipere.

Mānūm. uide in Mane, & Manes.

Mānūmitto, is. a. t. de ſe ſeruo liberũ facio, libertatem do. ἀφίημι Manumiſſus, (ἀφετ@, ἐλευθερωθεὶς) liberatus à poteſtate. nam quãdiu quis in ſeruitute eſt, manui. hoc eſt poteſtati, ſubditus eſt. Hinc Manumiſſio, quæ eſt datio libertatis. Cic. pro Cælio: Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio.

Mānūs, us. f. q. à manando dicta eſt, quòd ex brachijs manet, uel quòd ex ea manent digiti. χείρ. Et manus inſtrumentum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ ſimilitudine. Item manus, multitudo uocatur, uel exercitus. & poteſtas, ut cum dicimus, Rem in manu eſſe. διὰ χειρὸς εἶναι. & nunc tractari (μετὰ χεῖρας εἶναι) quod nõ modò ſignificat in promptu eſſe, ſed etiam in poteſtate. Inde Manumiſſio dicta eſt, & Manumiſſus, à poteſtate liberatus. Item manus capitur pro proboſcide elephanti, quòd ea in decerpẽdo pabulo pro manu utatur elephantus. Curt. lib. 4. Nonnunquam pro ſcriptura manuum. Quintil. lib. 1. Manibus prælium facere, eſt manus conſerere. Salluſt. in Iug. Manu docere, eſt apertè docere. Cicero 1. de Nat. Deor. Inter manus arripere aliquem, eſt collatis ſimul manibus aliquem ſublimẽ ferre. Plau. in Moſt. Inter manus aliquid eſſe, dicitur per translationem, pro in poteſtate eſſe. Verg. Ante oculos, interq; manus ſunt omnia ueſtra. Verſari inter manus, eſt in uſu eſſe. Sub manu eſſe, id eſt ad latus, expeditum, promptumq; in uſum, ſiue eſſe in promptu, & in proximo. Manus remittere in aleæ ludo, eſt colluſori iactum condonare, quem ſua quiſq; manu damnoſum iecit. Manu capere, idẽ quod bello quærere. Salluſt. À manus fit adiectiuum Manualis, & hoc ale, quod extenſæ manus altitudinem habet. Plinius. Manus iniectio (χειρῶν ἐπιβολὴ) dicitur quoties nulla iudicis authoritate expectata, rem nobis debitã uindicamus. Et manibus ac pedibus quicquam obire, (ποσί τι καὶ χερσί τι κατεργάζειν) id eſt ſumma diligentia: illis enim uerbis extremum conatum ſignificamus.

Māpāliă, ium. n. t. Punica lingua agreſtes caſæ, & furnorum ſimiles (ut inquit Hieronymus) in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id uocabulum ſolutè uiuentibus obijci. ſunt enim quaſi rotundæ cortes, ut inquit Feſtus. Liuius 9. Bell. Pun. Familiæ aliquot cum mapalibus. Mapalia, inquit Seruius, idem ſignificat quod magalia, Afrorum ſunt caſæ.

Māppă, æ. f. p. (ὀθόνη) quæ ſuper menſam ſternitur, quòd manibus pendeat, dũ ſumus in menſa. Mappa, inquit Budæus, circenſium cõmittendorum ſignum erat. Sueton. in Nero. Legitur etiam Mappum neut. gen. À mappa uero fit diminut. mappula.

Mārăthrŏn, thri. n. ſ. (μάραθρον) Latini fœniculum dicunt. De marathro & Hippomarathro, uide Plin. & Dioſc.

Mārăthrītēs uinum, eo modo dictum, quo arematites, nempe quòd marathrum infuſum habet.

Mārcĕo, es. ui. n. ſ. putreo. (σήπομαι, μαραίνομαι.) Liuius 3. Belli Pun. Sed qui pugnent marcere Campana luxuria, uino, ſcortis, omnibusq; luſtris, &c. À quo Marceſco, putreſco: à macie, quoniam quæ macie attenuata ſunt, facile putreſcunt. Plin. lib. 10. Ponitur quandoq; pro langueſco. Huius cõpoſitum eſt, Emarceo, (ἀπομαραίνομαι) quod eſt ualde marceo, à quo Emarceſco.

Mārcĭdūs, a. um. o. ſ. adiect. id eſt putridus, ſiue langueſcens.

Mārcĭpōr, oris. m. t. Marci puer, hoc eſt famulus. ſic Publipor, Lucipor, & alia huiuſmodi. Plinius libro 33. cap. 1. Singuli Marcipores Lucipores ue dominorum gentiles, uictum in promiſcuo habebant.

Mārcōr, oris. m. t. (σηπεδὼν, σῆψις) putredo, uel languor, & conſumptio, quæ & tabes dicitur. Plin. Si panni marcor affuerit.

Mārcŭlūs, li. m. ſ. nomen eſt inſtrumenti, quo fabri ærarij uti ſolent. Plin. lib. 7. cap. 56.

Mārĕ, is. n. t. (θάλασσα) altum, ſalum, profundũ, pelagus, & aquarum congregatio generaliter dicitur.

dicitur. Et multæ collectiones aquarum, uocantur maria. dictum, ut putatur, ab amaritudine. Mare cœlo miſcere, eſt omnia turbare, nihilq́ non facere. Vergilius, Maria omnia cœlo Miſcuit. Mari terraq́ quærere, id eſt ubiq́. Plaut. in Pœn.

Margă, gæ. genus terræ in modum cretæ albæ, qua utuntur ad agros ſtercorandos. Vide Plinium libro 17. capite 6.

Margărĭdæ, arum. f. p. palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues, & candidæ, & rotundæ ſunt, acinis quàm balanis ſimiliores. Plin. lib. 13. cap. 4.

Margărītă, tæ. f. p. & Margarites. μαργαρίτης. & Margaritum in nominatiuo declinari poteſt. Seruius declinat Margaris. idis. & idos. à cuius genitiuo Græco Latinè formatur Margarida. Romani margaritas appellarunt uniones ab eo quòd nulli duo indiſcreti reperiantur. Margaritam & lapillū generali nomine uocamus. Nam lapillus, gemmarum & margaritarum cōmune eſt nomen, ſubintelligiturq́ precioſus. quòd ſi maiuſculi fuerint, precioſi lapides dicuntur.

Margărītārĭi, orum. m. ſ. μαργαριτέμποροι. negociatores, mangonesq́ margaritarum apud Fir(micum.

Margărītĭfĕră, æ. f. p. quæ fert margaritas. μαργαριτοφόρος.) Plinius.

Margo, inis. d. t. ϛολὶς, κράσπεδον. folij extremitas, quamuis etiam pro cuiuslibet rei extremitate dicatur, ut pro ripa agri non culti, & eſt gen. maſcu. apud Oui. 1. Metam. Longo margine, dicentem. Fœminini apud Iuuen. Plena iam margine libri. Hinc Margineus. a. um. quod eſt in margine: & Marginatus. a. um. Vt marginata tabula, apud Plin. quæ marginem habet latiſſimum.

Mărīnŭs, na. num. θαλάσσιος, ἐνάλιος. quod mare incolit, uel quod eſt in mari. Vt piſcis marinus, marina aqua. Tranſmarinum (ὑπερθαλάσσιον) autem dicimus, quod trans mare eſt. Vt tranſmarinnæ merces, & tranſmarinus triumphus.

Mariſcæ, arum. f. p. ὠμὰ σῦκα. ficus inſipidæ. Plinius li. 15. ca. 18. Ficos mariſcas in loco cretoſo & aperto ſerito. Quidam dicunt mariſcas eſſe ficus, quæ præ pinguedine aperiantur, ſemenq́ oſtendant. Vnde pro obſcœna libidinis morbo (αἱμοῤῥοΐς) quandoq́ ponitur. Mariſcæ enim tubercula dicuntur, quæ cum ulcerare ex turpi confricatione circa ſedem naſcuntur, quod ſunt morbo ſimilia, quem Celſus σύκωσιν. Iulius σῦκον Græcè uocant, & Latinè ficus dicitur.

Mărĭſcŭs, uel mariſcum, gen. neutri, genus iunci, quem ὁλόσχοινον Græci uocant, hoc eſt totū (iuncū.

Mărītæ, arum. f. p. συνοικοῦσαι. dicuntur mulieres nuptæ. Ouid. lib. 2. Faſt. Dura cum ſorte maritæ Reddebant uteri pignora rara ſui. Similiter & de arborib. dicitur, ad quas uites, aut alia id genus applicantur, quasq́ ſuis clauiculis complectuntur. Et domus maritæ dicuntur apud Liuium 7. Bell. Punici. Et marita pecunia. Plautus.

Mărĭtĭmŭs, a. um. ἐπιθαλασσίδιος, παράλιος. pen. cor. quod ad mare incolit, uel quod ad mare eſt, uel ad mare fit: ut ora maritima, (χώρα, παραθαλασσῖτις) gens maritima, Etiam dicitur quod ex mari, ſiue quod maris eſt. Plautus in Rudente: Fluctus maritimos.

Mărītŭs, (ἀνὴρ, ἀκοίτης) uxoris uir, ab eo quòd ſit mas. Plautus in Caſ. Quid agis marite, mi uir? Adiectiuè ponitur, hinc apud Colum. libro 5. cap. 11. Maritum oliuetum. Hinc maritalis & hoc maritale. Colum.

Mărīto, as. a. p. (συνοικίζω) uiro trado, ſeu aſſocio. Sueton. in Veſpa. ca. 14. Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit. Nam non ſolum de hominibus, ſed etiam de alijs dicitur: ut de arboribus, & uitibus.

Mărmărĭtis, herba apud Plin. lib. 24. cap. 17.

Mărmŏr, oris, n. t. μάρμαρος. genus lapidis, cuius diuerſa ſunt genera: quoddā enim albū Parium dicitur à Paro inſula. Aliud Laconicum quod eſt uiride, & cunctis hilarius. Aliud à Lucullo Luculleum. Aliud Ophites à maculis ſerpentum. Aliud Porphyrites quod rubrum eſt. Biſaltes ferrei coloris & duricie. Onychites ex Arabiæ montibus. Alabaſtriten cauare ſolent ad myrothecia. Vide Plinium libro 36. capite. 7.

Mărmŏrātĭo, onis. f. t. μαρμάρωσις. ex marmore conſtructio, à marmoro. as. quod eſt ex marmore conſtruo. Apul. libro 3. Flor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorē? paumenti marmoratio.

Mārmŏrātŭs, a.um. μαρμαρωτόν. quod ſuperficiem tantum ex marmore habet. Vt marmorata pauimenta, apud Cic.2.de Legib. Var.lib. 3.de re Ruſt.ſubſtantiuum uſurpauit. Marmoratæ laudes dicuntur, quando in alicuius honorem decernuntur ſtatuæ marmoreæ, uel quid aliud ſimile. Cic. pro Archia:

Mārmŏrĕŭs, a. um. μαρμάρειος, μαρμάριος. quod ex marmore eſt. & ſepulchrum marmoreum, apud Plin.lib.31.cap.2.

Mārmŏrōſŭs, a.um.o.ſ.adiect. quod marmoream formam uel duritiem habet.

Mārră, ferreum inſtrumentum, quod uulgò Marracius dicitur. Iuuenalis: Ne marræ, & ſarcula deſint.

Mārrŭbiŭm, bij.n.ſ. herba ſatis nota, quæ exhulcerare ueſicam putatur. Græci πράσιον, alij linoſtrophon, quidam philopeda, nonnulli philocharen appellant. Plin.lib.20.cap.22.

Mārsūpiŭm, pij n.ſ. (μαρσούπιον) ſaculus numorum. Cato de Liberis educ.

Mārtiăcŭs, a.um. (ἀρήιος) quod ad martem pertinet, hoc eſt ad bellum. Vnde ſtipendia militum, Martiaca dicuntur.

Mārtiālis, le. om. t. ἀρῆιος. quod eſt natum ſub Marte ſtella, uel qui Marti ſeruit.

Mārtiŭs, a.um. (ὁ τῦ ἄρεος) quod ad Martem pertinet, ut Martia auis, Marti dicata. Ouid. Interdum bellica, ut Martia arma. Auguſtin.

Mārtiŭs menſis. μάρτιος, μουνυχιών. dictus eſt primus ani menſis, quoniam Romulus primum anni menſem genitori ſuo dicauit.

Mārtĭgĕnŭs, a.um.o.ſ. adiecti. Marte genitus. Plautus in Amph.

Mārtўr, Latinè teſtis dicitur.

Martyrium, rij.n.ſ. teſtimonium.

Mās, aris.m.t. (ἄῤῥην, ἄρσην) dicitur qui non eſt fœmina: ſunt enim contraria. Pro forti, magnanimo, & uehementi quandoque dicitur, ſicut eius diminut. maſculus. (ἀνδρεῖον.) Aliquādo pro ingenti. Perſ. Pro uirili, ut maſcula meretrix, apud Plautum. Maſcula facies. ἀῤῥενωπία. A maſculus fit Maſculinus.a.um. (ἀρσενικὸς) ut maſculinum genus, quod maſculum eſt.

Māſcŭlēſcĕrĕ, n.t. (ἀῤῥενοῦσθαι) eſt maſculum fieri. Plin.lib.18.cap.13. Denſiore.n. ſatu maſculeſcere. hoc eſt de rapis napos fieri.

Māſcŭlò, as.a.p. ἀῤῥενόω. idem quod roboro, firmo: à quo commaſculo Apuleius lib.2.de Aſino, His cognitis, animū meum cōmaſculaui.

Māſcŭlētŭm, ti.n.ſ. locus in quo plantæ uinearū maſculæ conſitæ ſunt. Plantæ autem maſculæ ſunt, quæ non ſubiguntur, ut palmites alios emittant, ſed altius creſcunt, & in altum attolli dimittuntur.

Māſpĕtŭm, folium eſt laſerpitij, apio maximè ſimile. uide Plinium lib.19.cap.3. μάσπετον.

Māſsă. ſſæ.f.p. μάζα farina omnis macerata, & aqua ſubacta, quam paſtam uocant. ſignificat etiam quicquid denſum, ſpiſſum ue eſt ad ſimilitudinem farinæ ſubactæ: ut maſſa auri, maſſa ferri. Maſſula eius diminutiuum eſt. Columella libro 12.cap.38. Poſthæc complures ea maſſulæ fiunt.

Māſticĕōs, pro uenerabili ponitur à Plau. Truc.

Māſtichē, es.f.t. uel, ut alij uolunt, maſtice, ſine aſpiratione (μαστίχη) penul.cor. teſte Plin.lib. 12.cap.17. lachryma eſt, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat.

Māſtĭgiă, æ.com p. μαστιγίας. dici poteſt uerberibus dignus. Plautus.

Măſtix. igis. penult. corr. fœm.t. (μάστιξ) flagellum, ſcutica. μαστιγῶ. flagello. Vnde Homeromaſtix, Vergiliomaſtix.

Măſtĭgĕŭs, gei.m.ſ. idem. Plau. in Trinum. Aggrediundus eſt hic homo maſtigeus.

Māſtŏs, ſti.m.ſ. (μαστὸς. ſed proprium eſt τῶν ζώων) Latinè mamma, & propriè animalium. Vnde Bumaſtos, uua, de quo ſuprà. Hinc Tubuli mammati, ſeu mammæ in balneis & fontib. intelliguntur, quas Vitruuius maſtos Græca uoce nominat. Vitruuius lib.7. Athenis (inquit) ex huiuſmodi locis & fontibus maſti uſque ad portum Pyræum ducti ſunt ſalientes. eas Varro lib. de re Ruſt. pupillas conuertit. Caſſiodor. ubera: Quanto (inquit) pulchrius eſt Claudiam aquam per tot ſicca montiū iuga lauacris et domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus immiſiſſe. Plin.lib.26.ca. 15. herbam etiam eius nominis eſſe dicit, quæ potui indita, pilos mammarum è partu naſcentium aufert.

Māſtrūcæ, arum.f.p. ueſtes quibus Sardi utebantur. Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commouit, cum Sardorum ma-

ſtruca mutauit. Hinc maſtrucatus, qui maſtruca utitur. Idem de Prouincijs Conſularibus. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à proprætore una cohorte auxiliaria ge(ſta.

Măſtŭprāri, eſt manu tractando uirilia (ſta- rem Venereã peragere. ἀνφομαι. Inde maſtupratores dicti: quo uerbo utitur Mart. Maſtuprabantur Phrygij poſt oſtia ſerui. hoc eſt præputia ducebant. Nam à manu & ſtupro deriuatur. hi alio nomine ab Apoſtolo molles uo(cantur.

Mătæŏtechniă, æ. f. p. ſuperuacua ar- tis imitatio, & uanitas artis dicitur μάταιον uanum, τέχνη ars.

Mătellă, læ. f. p. ἐρυτρίς, ἀμίς, ἀγγεῖον οὐρηγόν. à matula fit, & eſt uas aquarium. Plautus in Amphit. Nec tu poſtules matellam unam tibi aquæ infundi in caput. Eſt & uas in quod urinam reddimus. Martialis Diſpeream, ſi tu Pyladi præſtare matellam Dignus es. Græci σκαφίον: quamuis etiam ad uentris excrementa accipi poſſit.

Mătellio, onis. m. t. diminutiuum à matula ſiue matella. Varro de Vit. paſt. Poſtularet trulleum, matellionem, peluim.

Mătĕŏlă, æ. f. p. apud Plini. & Catonem, genus eſt marculi: aut, ut alij uolunt, ſarculi. Cato cap. 46. Malleolo, aut mateola adigito.

Mātĕr, tris. f. t. parens, educatrix à Græco. μήτηρ. Aliquando pro nutrice ponitur. Plautus utranq; complexus eſt: Ita forma ſimili pueri, ut mater ſua non internoſſe poſſet, quæ mãmam dabat, neq; adeò mater ipſa, quæ peperat. Hinc maternus. a. um. quod eſt matris: ut, maternus, paternusq; ſanguis, apud Ciceronem pro Roſc. Amer.

Mātĕrfămĭliās, huius matrisfamiliâs, f. t. οἰκοδέσποινα. genitiuus eſt familiâs, ad imitationem Græcorum, qui fœmininorum in a purum deſinentium genitiuos in as mutant. Dicimus tamen etiam mater familiæ, & materfamiliarum. Et eſt materfamiliâs, ut docet Gel. ea ſola, quæ in mariti manu mãcipioq; eſt, aut in eius, in cuius manu mancipioq; maritus eſt: quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoq; mariti, & in ſui hæredis locũ uenit. Vlp. in l. Pronun. Matremfamilias (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè, ſed honeſtè, et cum dignitate uixit. matrẽ enim familiâs à cæteris fœminis mores diſcernunt, atq; ſeparant: proinde nihil intereſt nupta ſit an uidua: ingenua, an libertina. nam neque nuptiæ, neq; natales faciunt matremfamiliâs, ſed boni mores.

Mātercŭlă, læ. f. t. diminutiuum à mater. μητράριον. Hora. in Epiſt. Dum pueris omnis pater, & matercula pallet.

Mătĕriă, æ. f. p. ſeu. ries. (ὕλη) eſt qua aliquid fit ut materia libri membrana eſt et atramentũ, atq; etiã ipſum libri argumentũ ὑπόθεσις. Horat. Sumite materiã ueſtris qui ſcribitis æquã Viribus. Eſt item materia domus, calx, lapides, ligna, tegulæ. Quapropter materiæ appellatione, quã Græci ὕλην uocant, ligna omnia comprehenduntur, ædificijs apta. Apud Col. accipitur materia pro ligno decorticato, & palmite de nouello nato. Liui. Multam materiam ceciderat miles.

Mătĕriālĕ, is. om. t. ἔνυλος, μητροσιασικός. quod eſt materiæ, à quo materialiter. τεχνικῶς. aduer. aliquid ſumi dicitur, cum non forma rei, ſed materia ſignificatur.

Mătĕriārĭŭs, rij. m. ſ. τέκτων. faber lignarius, uel qui materias præſtat: à materia, cuius nomine ligna ad fulciendũ ædificandũq; neceſſaria idonea ûe ſignificantur. Plau. in Milite, Si nõ nos materiarius remoratur. Materiari. ὑλοτομεῖν. ſignificat lignari. Cæſar 7. Belli Gall. Eſt & materiarius adiect. ut materiarius faber, faber lignarius, & materiaria fabrica, lignaria. Plin. lib. 7. cap. 56. Hinc quoque materiatus adiect: ut, Male materiatæ ædes apud. Cic. 3. Offic. Materiatio & materiatura, apud Vitruuium leguntur, teſte Budæo.

Mătĕris, teli genus. poſt lanceam longius. Siſenna, Gallia materibus, Sueui laceis configunt. fœm. generis eſt.

Mātermātrĭmă, f. p. illa quæ cum mater ſit, adhuc habet matrem uiuentem: ſicut patrimi, & patrimes, quorum patres uiuant: & matrimus, cuius mater adhuc uiuit, ait Feſtus.

Mātĕrtĕră, æ. f. p. μητραδέλφη. matris ſoror, quaſi mater altera.

Măthēmătĭcŭs, a. um. quod eſt diſciplinabile. Mathematici dicuntur, propriè qui diſciplinas Geometriæ, Muſicæ, Arithmeticæ, Aſtrologiæq; nouerunt. Nam hæ ſcientiæ pro-

prie Mathematicæ dicuntur, eo quòd diſcantur planè, & per demonſtrationem quandam percipiantur. Aliàs Mathematici etiam uocantur Genethliaci, quorum ars eſt, ut naturas hominum ex uultus inſpectione pronuncient. De quibus Gell. lib. 1. cap. 9. & lib. 14. ca. 1.

Măthēsis, is. f. t. (μάθησις) uel mathema. atis. pen. pro. μάθημα, diſciplina: à μανθάνω, demonſtro.

Mātrēſcĕrē, n. t. (μητρίζειν) eſt matri ſimilem fieri. Pacu. Vtinam nunc matreſcam ingenio, ut patrem ulciſci queam.

Mātrĭcīdă, æ. com. p. (μητροκτόνος, μητραλοίας) qui matrem occidit: unde matricidium, actus ipſe. Cic. ad Qu. frat. 1. Quem ſcribis certiſſimum matricidam.

Mātrĭmōnĭūm, nij. n. ſ. (συζυγία, ἐπιγαμία) eſt maris & fœminæ coniugatio. Hinc matrimoniale, γαμικόν. adiect. quod ad matrimoniū pertinet, ut matrimoniale præſcriptum, Auguſt. lib. 13. Ciuit.

Mātrix, icis. f. t. fœmina quæ fœtus gratia tenetur, μήτρα. Columella: Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Medici tamen accipiunt matricem pro utriculo, qui in fœminis iūctus eſt ueſicæ, quæ ad progenerandum apta eſt. Vide Gellium lib. 12. cap. 7. Dicitur etiam de arbore ex qua ſuccreſcūt ſtolones: ut apud Sue. in Aug.

Mātrōnă, æ. f. p. (οἰκοδέσποινα) dicitur, inquit Gell. lib. 17. cap. 6. quæ in matrimoniū cum uiro conuenit, ut in eo maneat, etiā ſi liberi adhuc non ſunt ſuſcepti: quoniam ea ſpe uir & uxor cōiunguntur, ut illa mater fiat. Hinc matronalia, ματρωνάλια, qui erant dies matronalis feſti. Et matronalis, le. adiectiuum, apud Liu. 4. bel. Mace. Matronale decus apud Col. lib. 12. in Proœm.

Mātrŭēlis, is. com. t. dicitur qui ex matris meæ fratre prognatus eſt. Vlp. in l. ad legē Pomp.

Măttă, æ. f. p. (χάρφωπος, σορία) ſtoria, & teges, quæ fit de cannabi, lino, iunco, palma, ſcirpo, aut ſparto, ubi ſtuppa, uel fœnum, uel lanæ rudiores, aut quid ſimile inſertum eſt. Oui. Plauſtroq; morantes Suſtulit, in plauſtro ſcirpea matta fuit.

Mătĭci, orum. m. ſ. cognominantur homines malarum magnarum, ac oribus latè patentibus. Feſtus. Vide Macticus.

Mătŭlă, æ. f. p. uas aquarium, ſiue ad aquam tenendam. Plaut. in Moſtel. Iam hercle ego uos pro matula habebo, niſi matulam datis. Pro meticuloſo uanoq; accipere uidetur Plautus in Perſa: Tacen' an non taces? nunquā ego te iam eſſe matulam credidi. Quid metuis?

Mātūrē, (ὡραίως) aduer. tempeſtiuè, ſiue ad tempus, uel in tēpore. Vnde Sall. in. Catil. Priuſquàm incipias, conſulto, & ubi conſulueris, maturè opus eſt facto. Comparatiuus, Maturius, Cic. 4. Aca. Superlat. maturiſſimè uel maturrimè. Idem 3. de Ora. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas cauſſas acceſſerim. & pro Cecin. Maximè & maturiſſimè indicāda

Mātūrēſco, is. n. t. (πεπαίνομαι, ὀπωρίζω) eſt. à matureo eſſe conuenit. Matureſcere autem eſt, maturum fieri. Plin. lib. 11. Cum mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. Hinc fiunt compoſita, ematureſco, & permatureſco, quæ perfectionē actus indicant. Gell. lib. 2. Vides'ne hæc ematuruiſſe, & manus iam poſtulare? Colu. lib. 2. Et per autumnum cum permaturuerit, colligi. Dicitur hoc uerbū de omnibus quæ ad cuiuſdam certæ ſui ætatis tempus prouehuntur, ut hominem & fructus: & apoſtemata etiā dicuntur matureſcere. Hinc matureſcens participium. Plin. lib. 12. cap. 3.

Mātūrĭtās, atis. f. t. (πέπανσις) tempus maturū. Cic. de Nat. Luna à ſole illuminata grauiditates & partus adfert, maturitatesq; gignendi. Modò opportunitatem ſignificat: ut Maturitas animaduertendi. Cic. in Epiſt. Modò fructuum coctionem. Colum. Medicatam fabam ſic comperimus, cū ad maturitatem perducta ſit, minus à gurgulione infeſtari. Et transfertur ad alia, ut maturitas orationis, uirtutis, ſceleris, ætatis. &c. Cic. Sulp. Modò grauitatem, moderationemq;: ut ætatis & ſenectutis maturitas. Idem.

Māturo, ras a. p. (πεπαίνω) maturum facio, perficio. Cic. in Cato. Primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Interdum maturare eſt, (σπεύδειν) accelerare, ita ut adhibeatur induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas, ex quibus duobus cōtrarijs fit maturitas, ut neq; aliquid citius neq; ſerius fiat. Vnde maturè, idem quod tempeſtiuè ſiue æquo tempore. Sall. Antonius Catilinam cum exercitu

per-

perſequi maturet. Liuius lib. 10. Inde comitiorum cauſa Romam profecturus maturauit. Maturare cœpta, eſt mature abſoluere, Idem 4. Belli. Pun. Maturare alicui mortem, apud Ciceronem pro Cluen. Paſsiuum eſt maturor eiuſdem ſignificationis cum matureſco. Plin. lib. 15. ca. 18. Contrà nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia. Hinc maturatus participium. id eſt maturus factus, Cic. in Cat. Hinc aduerbiũ maturatè, id eſt feſtinanter. Plaut. in Milite, Iube maturatè illam exire.

Mātūrŭs, a. um. o. ſ. pen. prod. (πέπειρος, ὡραῖος) propriè de frugibus dicitur, quod neq; crudũ neq; mite, neq; caducum, neq; nimium coctũ, ſed in tempore temperatum prouenit, ut poma matura. Cicero in Cat. Quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, ui auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt. Per translationem ponitur pro ſene perfectam ætatem habente. Vergil. Aeui maturus Aceſtes. Matura ætas, ſenilis, perfecta, & quæ tempus debitum aſſecuta eſt. Ponitur interdum pro celeri & feſtino, ſiue repentino, Plaut. Pſeud. Maturum facere, eſt citò expedire. Gell lib. 3. cap. 7. Maturum cenſeo, ſi rem ſeruare uis, faciendum. Contrarium eius eſt, immaturus, non maturus: ut poma immatura. Auguſt lib. 3. Ciuit.

Mātūtă, (λευκοθέα) dea marina, eadem cum aurora. Vide in Propr. Hinc mātūtīnŭs. a. um. ἑωτινός. & matutinum tempus, quòd manè fit, Cicc. ad Atti. 16. Matutinis omnibus pro quolibet mane dixit Plin. li. 10. cap. 1.

Māxillă, læ. f. p. σιαγὼν, γομφιαῖ. eſt in qua fixi ſunt dentes, quamuis etiam de parte exteriore quãdoq; dicatur, quæ barbam emittit. Perſius: Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas, Inguibus quare detonſus gurgulio extat? Hinc maxillaris, & hoc lare, quod ad maxillam pertinet: ut dens maxillaris, (γόμφιος) qui eſt molaris. Plin. lib. 32. cap. 11.

Māxĭmātēs, ium. m. t. ἄριστοι, μεγιστᾶνες. dicuntur primarij ciuitatis, qui & ſummates, & primates, & optimates uocantur.

Māxĭmĭtātĕm, Veteres pro magnitudine dixerunt. Luci. Neq; ad hoc me rogas inani maximitate.

Māxĭmŭs, a. um. o. ſ. μέγιστος. ſuperlatiuum à magnus: à quo fit aduerbium maximè, (τὰ μάλιστα, τὸ μέγιστον) quod quandoq; etiam præcipuè, quandoque ſæpiſſime ſignificat. Cic. Lentu. Vel etiã id quod mihi maximè libet. Propriè ſignificat ſummè, & uehementer ut cum dicimus, maxime doctus. Interdum eſt reſponſio. Teren. Eunu. Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maximè. Hinc fit maximopere aduerbium. Cice. A te maximopere peto, & quæſo.

Māză, æ. f. p ſecundũ Suid. panis genus eſt conſtans ex farina, oleo & aqua, aut etiã ex lacte.

Māzără, æ. f. p genus teli, quo antiqui in bello utebantur. Cæſ. 1. Bel. Gall. & nonnulli inter carras, rotaſq;, mazaras, ac tragulas ſubijciebant, noſtroſq; uulnerabant.

Māzŏnŏnŭm, ni. n. ſ. pen. cor. μαζόνομον, μαζονόμιον. Græca dictio, qua lanx grandior ſignificatur ad ferenda obſonia in menſam. Var. libro 3 de re Ruſt. Alios uideres turdos in mazonomo poſitos coctos, alios uolitare circa feneſtras captas.

M ANTE E.

MĔăptĕ cauſa, id eſt mea propria. ἐμῆς ἕνεκα. Terent. in Heaut. Ita me dij ament, ut ego nunc nõ tam meapte cauſa lætor, quàm illius, quam ego ſciò eſſe honore quouis dignam.

Mē, pro mihi, inquit Feſtus, dicebant antiqui. Ennius libro 2. Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c.

Mĕātŭs, tus. (πόρος) uide in dictione Meo. as.

Mĕcāſtŏr, (νὴ τὴν κάστορα) iurandi aduerbium. Me Caſtor, ait Feſtus, & Mehercules, iuſiurandum erat: quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules iuuet. Terent. Hecy. Salue me Caſtor Parmeno. Vbi Donatus: Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, ut hoc ſedulò facere uiderentur. Vide Ecaſtor.

Mĕchănĭcŭs. ci. m. ſ. penu. cor. faber, opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul ac manibus fiunt. ἀποχειροβίοτος, μηχανικὸς, ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem ſignificat. Eſt & mechanicus adiectiuum. Vt ars mechanica, βαναυσουργία. ars fabrilis: unde artes diuiduntur in liberales, & mechanicas.

Mēcŭm, (μετ' ἐμοῦ) id eſt cum me, ubi præpoſitio euphoniæ cauſa poſtponitur. Cicero de Oratore. Ex eo, mecum & tecum, non cum me, & cum te, ut eſſet ſimile ill's uobiſcum atque nobis-

nobiſcum. Mecum uiuit, id eſt familiaris meus eſt. Interdum mecum. (μετ' ἐμαυτὸν, πρὸς ἐμαυτὸν) ſignificat intra me. Terent. in Hecy. Haud propterea te rogo, ut hæc proferã, ſed ut tacita mecum gaudeam. Sic ſecum, tecum, nobiſcum, & uobiſcum. Mecum facere, ſignificat mecum ſentire, quod inſulſe dicitur, facere pro me. Cic. pro A. Cecin. Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur.

Mēdērgā, pro erga me, interpoſitum eſt d, propter hiatum uocalium. Plaut. in Epid. Quaſi quid filius meus Deliquiſſet mederga.

Mĕdĕŏr, deris. d. ſ. ἰάομαι, ἰατρεύω. à medius fieri uidetur. nã medijs quibuſdam, hoc eſt temperatis rebus hoc fieri oportet. Eſt autem mederi, remediũ afferre. Et conſtruitur quandoque cum genitiuo, quandoq; cum datiuo, quod eſt in frequentiore uſu. Cice. pro Quintio, Ita fit, ut ego qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, &c. Quandoq; cum accuſatiuo. Teren. in Phormi. Quas cum res aduerſæ ſint, minus mederi poſſis. Dicimus etiam mederi contra. Plinius lib. 9. cap. 31. Contra ſerpentium ictus medentur. Medendo gerundium, authore Seruio, paſſiuæ ſignificationis eſt. Verg. 12. Aeneid. Exuperat magis, ægreſcitq; medendo. id eſt dum medetur. Huius uerbi compoſita ſunt, Immedeor, quod eſt intus medeor. Colum. libr. 6. Remedeor. eris. remedium præbeo.

Mĕdĭānŭs, a. um. μέσαος. quod in medio eſt. Vnde medianas columnas Vitruuius dixit.

Mĕdĭăſtĭnŭs, ni. m. ſ. pen prod. μεσοστάτης, μεσίτης. qui in medio lauantium ſtat in balneis, inquit Priſc. Nonius pro balneatoribus, itemq; pro miniſtris & curatoribus ædium accipit, quòd in medio ſtent, ut omnibus miniſtrent. Sed uiliſſima quæq; mancipia, in agro maxime, mediaſtinos eos accipere debemus, qui abiectiſſima quæq; inter ſeruos officia obeunt. Colum. lib. 1. Separandi ſunt aratores à uinitoribus atq; à mediaſtinis. Horat. in Epiſtol. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Eſt & mediaſtinus adiectiuum. id eſt quod ad mediaſtinum pertinet. Vlpian. Qui mediaſtina opera fungitur, non continetur.

Mĕdĭbĭlĕ, ἰάσιμος. idem quod medicabile. Feſt.

Mĕdĭcă, cæ. f. p. μηδική. herba eſt trium foliorũ ſemper uirens, in equorum pabulis laudatiſſima, quæ ſemel ſata decem annos durat, ſingulisq; annis quater aut interdum ſexies demeſſa, ſua ſemper ſponte ſucreſcit, ſic dicta quod è Media translata ſit. De Hac Columel. libro 7. Cato de re Ruſtica, capite. 42. Varro 1. de re Ruſtica, capite 42.

Mĕdĭcābĭlĕ, is. om. t. cui adhiberi medicina poteſt. ἰάσιμον, ἰατρευτόν. Ouid. Heu mihi quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Mĕdĭcāmēntārĭŭs, rij. m. ſ. qui medetur, uel qui medicamenta conficit. φαρμακοποιός. Plin. lib. 19. ca. 6. Medicamentarius. a. um. quod ad medicamentum pertinet. φαρμακικός: ut, Medicamentaria ars, Idem lib. 17.

Mĕdĭcāmēntōsŭs, a. um. o. ſ. quod remediũ adfert, & medicamenti uice eſt: ut, Medicamentoſior braſſica, apud Catonem cap. 15.

Mĕdĭcīnă, æ. f. p. Medicamen, medicamentum, & medela, ἰατρική, ἰατρεία, ἴασις, φαρμακεία. idem ſignificant, ſcilicet id quo quis curatur. Sumitur quandoq; medicamentum pro ueneno, ſicut uenenum pro medicamento, quoniam Græci utrunq; φάρμακον uocant. Caius Iureconſult. Qui uenenum dicit, adijcere debet bonum uel malum, nam & medicamenta uenena ſunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum eſt, mutat. Vnde pro ut ei aliud nomẽ adiunxeris, ita erit eius ſignificatum, ut Medicamenta amatoria dicuntur quæcunq; ad amorem conciliandum dantur. Sic medicamen ſoporiferum quod ſomnum accerſit. &c. Adhibere medicinam alicui rei, afferre medicinam, facere medicinam morbo, reperire medicinam morbo aut incommodis alijs, efficere medicinam, eiuſdem fermè ſignificationis.

Mĕdĭcīnæ, arum. f. p. ἰατρεῖον. medicorum tabernæ, uicus turarius, tabernæ aromatariæ, ubi pharmacopolæ obſeruantur, & pharmaca uẽduntur. Plautus in Amphit.

Mĕdĭcīnālĕ, is. om. t. adiectiuum, quod ad medicum pertinet, ἰατρικόν. ut herba ſiue cucurbita medicinalis. Plinius lib. 12. cap. 10. & Medicinalis digitus, dictus eſt minimo proximus, ut inquit Macrobius.

Mĕdĭco, cas. & medicor, aris. d. p. ἰατρεύω. idem ſignificant quod medeor. Vergil. 1. Georgic.

Semi-

Semina uidi equidem multos medicare ſerentes. Sed medicari frequentiſſime dicitur. Et modò cũ datiuo iungitur. Idem: Senibus medicantur anhelis. Modò cum accuſatiuo. Idẽ 11. Aeneid. Sed non Dardania medicari cuſpidis ictum Eualuit. Hinc medicatio, uerbale. Colum. lib. 2. cap. 10.

Mĕdĭcātŭs, a. um. o. ſ. adiect. quod medicamentis admixtis eſt confectum: ut medicatæ fruges. Verg. 6. Aen. Sic medicata pocula, medicatæ ficus, medicatus ſapor, medicatus odor.

Mĕdĭcŭs, ci. m. ſ. ἰατρὸς. qui mederi ſolet. Officiũ medici (ut inquit Aſclepiades) eſt, ut tutò, ut celeriter, ut iucunde curet.

Mĕdĭdĭēs, ei. nõ dicitur, ſed meridies. Ci. in. Ora.

Mĕdĭcŭs, a. um. ἰατρικὸς. quod eſt medici: ut, Medica manus, Vergilius 3. Georg.

Mĕdĭĕtās, atis. f. t. μεσότης, τὸ μέσον. media pars, mediũ. Cic. de Vniuerſ. Vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellãt.

Mĕdimnŭs, ni. m. ſ. μέδιμνος. genus menſuræ, quàm mnam dicimus, ſex modios continentis. Cic. 5. Ver. Dicimus & medimnum neut. genere, Idem ibidem.

Mĕdĭŏcris, & hoc. cre. om. t. μέτριος. medium tenens, modeſtus. Cic. 3. Tuſc. Omne malum, etiam mediocre, magnum eſt. Hinc mediocritas, (μέτρον, μετριότης) id eſt medium, ut ait Nonius. Colum. libro 4. Mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in cõfinio bonimaliq; poſita eſt. Hinc quoq; mediocriter, aduerbium, id eſt medio quodã modo, ſiue prudenter & moderatè. Cic. 2. Tuſcu. Nemo mediocriter doctus ignorat.

Mĕdĭōxĭmŭs, uel medioxumus. mi. m. ſ. pen. cor. mediocrem ſiue medium ſignificat. μέσος. Vnde medioximi dij uocantur poteſtatis mediæ. Plaut. in Caſſ. At ita me dij Deæq; ſuperi, inferi, & medioximi. &c. In Ciſtel. Medioxumã quã duxit uxorem, ex eo nata eſt hæc Virgo.

Mĕdĭtābŭndŭs, a. um. o. ſ. φρόντις, ἐπίφροφ. cogitabundus. et aduerbium, meditabundè, (φροντιστικῶς) cogitabundè.

Mĕdĭtātĭo, onis, f. t. μελέτη. commentatio, exercitatio. Cic. de clar. Orat.

Mĕdĭtātōrĭŭs, a. um. μελετητικὸς. quod meditari (ſolet.

Mĕdĭtĕrrānĕŭs, nea. neum. μεσόγαιος. quod eſt à mari remotum, quaſi in media terra. Cæſ. 5. Bell. Gall. Mediterraneum mare, quod ex Oceano inter Abilam Mauritaniæ, & Calpen Hiſpaniæ promontoria irrumpens per medias terras diffunditur, Africamq́ue diremit ab Europa.

Mĕdĭtĕrrĕŭs, adiect. Feſtus: Mediterream meliꝰ, quàm mediterraneam Siſenna dici putat.

Mĕdĭtŏr, aris. d. p. pen. corr. quaſi medio animo uerſo, hoc eſt cogito, & mẽte pertracto. φροντίζω, φιλοσοφῶ. Plaut. Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, cum illò aduenero. Interdum eſt cogitando inuenire. Teren. And. Venit meditatus. λογισμός. aliunde ex ſolo loco, id eſt præparata oratione. Interdum exercere. Verg. Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam. Interdum inſidias tendere. Vergilius: Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis Vlla dolum meditantur, amat bonus ocia Daphnis. Reperitur etiam hoc uerbum in paſſiua ſignificatione. Teren. in Phormio. meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. Hinc aduerbiũ meditatè. Plau. in Bacc. Næ tu illorum mores, per quàm meditatè tenes. quaſi dicat, probè calles illorum mores. Huius compoſitum eſt Præmeditor. Immeditatus, (ἀμελέτητος) participium ſine uerbo, non meditatus. Cic. 1. Offic.

Mĕdĭtātĭuŭm, dictio ficta à Grammaticis, qui meditatiuũ uerbum appellant, quòd ſenſum quendam meditandi uideatur habere. Vide Priſcianum, Laurentium, & alios.

Mĕdĭtŭllĭŭm, (τὸ μέσον) non medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus. Cicero. in. Topicis dicit, Tullium in hoc uerbo extenſionem eſſe uocabuli, nihil ſignificantem.

Mĕdĭŭs, a. um. μέσος. quod eſt menſuratum æqualiter diſtat ab extremis, quamuis etiam medium dicatur, quicquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non æqualiter diſtet. Vergilius, Iam medium tenuere rates. Quandoq; exponitur in commune, ſiue in communem uſum. Verg. 11. Aeneid. Conſulite in mediũ. Ponitur pro mediocri. Liui. 1. ab Vrbe, Medium erat in Anco ingenium. id eſt mediocre, uel utriq; ſententiæ fauens æquè. Aliquando pro dubio ponitur. Liuius 9. belli Maced. Medio reſpõſo ſpem ad uolũtatem interpretantibus fecerat,

» ceſſurum patrum authoritati eſſe. Quan= » doq; manifeſtum. Verg. Medio'q; ex hoſte re= cepi. Quandoq; intercedens, aut potius im portunus, ac incongruus. Idem: Ne qua ſcire dolos, mediusúe occurrere poſsit. Accipere aliquem mediũ, eſt hominem quà medius eſt arripere. Liu. Medium arripit Seruium, ela= tum'q; per gradus deijcit. Sic Teren. in Andr. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Eleganter dicimus ponere in medio: proferre aliquid in medium: uocare in medium: uenire in medium: relinquere in medio, id eſt contro= uerſum relinquere, nihil ſtatuere, uel conſti= tuere: procedere in medium: in medio eſſe, uel ſitum, aut poſitum eſſe, quibus contrarium eſt obſcurũ. pellere de medio, recedere de medio, ſumere de medio, tollere de medio, pro occide re: medio excedere, pro mori: è medio diſcede re, pro ſecedere, & occultari, ait Budæus. Et dicitur medius ſecundum Priſcianum à mo= do, hoc eſt à menſura: unde et modius, & dif= ferentiæ cauſa medius, mutato o in e. Hinc di midius. a. um. quaſi per medium diuiſus.

Mĕdīūsfĭdĭūs, (νὴ τὸν ἡρακλέα) compoſitum eſt, & ſignificare uidetur Iouis filium, id eſt Her= culem: quia Δία Græcè, nos Iouem dicimus, & fidium pro filium, quia ſæpe pro litera l li= tera d utebantur. Quidam exiſtimant iuſiu= randum eſſe, ut per Diui fidem, quidam per diurni temporis, id eſt diei fidem. Alij ſic ex= ponũt, Medius fidius, hoc eſt per deũ Fidium. Nam Fidius deus eſt, qui fidei præeſt. Plau= tus in Aſin. Perdium Fidium quæris iurato mihi. Cicero ad Brutum: Ego medius fidius non exiſtimo tam omnes deos auerſos. Alij ſic exponunt, Sancus, Fidius, & Semicaper dij fuerunt Sabinorum, quibus ſacra fiebant No nis Iunij in colle Quirinali, ubi templum ha= bebant à Sabinis ipſis primum dedicatum, qui ut in urbē recepti deos hos quoq; patrios huc tranſtulerũt. De quibus Ouid. lib. 6. Faſt. ſic, Quærebam Nonas Sanco Fidióne refer= rem, An tibi Semicaper. tunc Sancus ait, Cui cunq; ex iſtis dederis, ego munus habebo. No mina terna fero, ſic uoluere Cures. Vnde obtinuit opinio huius nominis ſanctitate ma= gnam uim habere iuſiurandum, ſi quis ex tri= no hoc & tamen unico nomine, per Medium= fidium aliquid affirmaret.

Medix, ſummus magiſtratus apud Oſcos, aliàs Mendix.

Mĕdūllă, læ. f. p. (μυελὸς) dicta eſt, quod in oſsi= bus media ſit. Hinc medullo. as. cuius com= poſitum eſt emedullo, (ἀπομυελόω) quod eſt medullam extraho. Per translationem ſignifi cat declaro. Plau. Narra iam rem nobis om= nem, atq; emedulla.

Mĕdūllĭtūs, pen. prod. aduerbium eſt, ſignificat ex intimo affectu, uel intime, ἐκ μυελῶν. Plau. in Moſt. Vt uideas eam medullitus me amare.

Mĕgălĭūm, lij. n. ſ. (μεγαλεῖον) unguentũ ob ma= gnificentiam ſic appellatum, quòd excuſſerit Telinum, ante ſe cantatiſsimum.

Mehercule, & mehercules (νὴ δία τὸν ἡρακλέα) iuſiurandum, ſignificat per Herculem. Cic. Attic. lib. 10. Epiſtola tua gratiſsima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi.

Mēio, is. n. t. (οὐρέω, ὀμιχέω) ſignificat urinam e= mitto. Iuuenalis, Cuius ad effigiem non tan= tum meiere fas eſt.

Mĕl, mellis. n. t. à Græco fit μέλι. & dicitur ſuc= cus, ſiue liquor ille quē apes in aluearia con= gerunt. Plau. in Truc. In melle ſunt linguæ ſi= tæ uoſtræ, aq; orationes. Vide Pli. li. 11. ca. 14.

Mĕlāmphȳllŏn, li. n. ſ. herba urbana, & topia= ria, crepidines marginum ueſtiens: à foliorum nigredine ſic dicta eſt, quaſi melanophyllon. de qua uide Plinium lib. 22. cap. 22.

Mĕlāmpŏdĭŏn, dij. n. ſ. genus nigri hellebori: à Melampode quodam, qui eo uti in diuinatio= nibus ſolebat: uel à paſtore eiuſdem nominis, qui primus hanc herbā inueniſſe dicitur, dum capras eo purgari animaduertit. Vide Plini= um lib. 25. cap. 5.

Mĕlānchŏlĭă. æ. f. p. Latinè dicitur nigra chole= ra, hoc eſt atra bilis, quæ ſæpe in furorem agit homines, μελαγχολία. Cice. 3. Tuſc. Græci uo= lunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo, quem nos Furorem, melancholiam ipſi uo= cant, &c. Hinc Melancholicus, qui nigra bile plurimum abundat.

Mĕlāncŏrȳphūs, phi. m. ſ. auis, quæ & ficedula. ſed ficedula tantũ in autumno ab edendis fi= cis, alijs tēporibus melancoryphus, quòd κορυ φὴν μέλαιναν, hoc eſt uerticē nigrũ habeat. La tinè atricapillā dicere poſſumus. mutat enim formam.

formam & colorem. Plin. lib. 37. cap. 8.

Mĕlāndrĭŭm, drij. n. ſ. genus herbæ: de qua Plin. lib. 26. ca. 7. Melandrym potius per y, quod & roboris medullam ſignificat.

Mĕlānthĭōn, thij. n. ſ. (μελάνθιον) nigella herba: à ſeminis nigredine, de qua uide Plinium libro 20. cap. 17.

Mĕlānūrŭs, ri. m. ſ. (μελάνουρος) pen. cor. piſcis, ex eo dictus quòd nigricantem habeat caudam, & inter ſaxatiles numeratur.

Melappium, pij. n. ſ. malum maius eſt Appijs. Vide Plinium libro 15. ca. 14.

Mĕlĕāgrĭdēs, dum. f. t. μελεαγρίδες, gallinæ Africanæ. Plin. lib. 10. ca. 16.

Mĕlgĕmĕllā, mala ſunt, quæ et capūcula uocant.

Mĕlĭă, æ. f. p. arbor quæ fructum ſuauiſſimū producit. Græci fraxinum μελίαν uocant.

Mĕlĭcĕrĭs. dis. f. t. & Meliceria. (μελικηρὶς) à cera & melle nomen accepit: tuberculum, mellis craſſitudine in cubitis & genibus, interdum alijs quoq; partibus, & in ore ipſo, & in capite quod ita nominatur, quia humor in eo melli ſimilis includitur, nec preſſum remittitur, ut id quod gangilion ſiue ganglion appellant in eadem parte, ſed molle cedensq́; Plinius.

Mĕlĭchrȳſ ĭs, gemma quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle tranſlucens. Plin. lib. 37. cap. 9.

Mĕlĭcŭs, ci. m. ſ. (μελικὸς) pen. cor. à μέλος, idem » quod muſicus. Unde poëtæ lyrici, Melici dicti » ſunt. Auſonius, Tu melicos, lyricosq́; modos.

Mĕlĭlōtŏs. pen. prod. (μελίλωτος) quaſi dulcis, & mellea lotos. Eſt autem lotos herba in Aegyp» to, ſiue arbor, de qua ſuprà. Ouid. Pars thyma, pars rores, pars meliloton amant. Vide Plin. lib. 21. cap. 11. & cap. 20.

Mĕlĭmēlă, æ. f. p. (μελίμηλα) utrobiq; per ſimplex l. dicūtur poma muſtea, ſiue dulcia, quaſi mel & pomum. Nam μέλι mel, & μῆλον malum, quòd mellis ſaporem habeant. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 59. Quæ antea muſtea uocabant, nunc melimela appellant.

Mĕlĭmĕlĭ. neut. gen. ſapor mali Cydonij, ita conditi, ut melli quiddā ſimile referre uideatur. uide Colum. lib. 12. ca 45.

Mĕlĭnă, æ. f. p. (μελίνη) genus tibiæ, acutiſſimi ſoni. Eſt & genus ueſtis, uel à colore, uel à Melo inſula, unde afferebatur, ſic dictæ. Plautus in Epid. Vbi ergo eſt? niſi in uidulo, Aut ſi in melina attuliſti.

Mĕlīnŭs color, μήλινον, in floribus luteum ſignificat. neutro gen. apiaſtrum uocat Var. li. 3. de Re. ruſt. cap. 16. Eſt & melinum, ut ait Plin. lib. 23. cap. 6. oleum ex flore malorum. Eſt & unguentum. Idem lib. 13. ca. 1. Melinum quoque, coloris candidi ſpecies eſt. Idem lib. 35. ca. 6. Quidam tamē melinum colorem uolunt eſſe medium inter album & fuſcum, qui dicitur giluus.

Mĕlĭōrēſco, ſcis. n. t. melior fio. βελτιοῦμαι. Col.

Mĕlĭpēctă, orum. n. ſ. μελίπηκτα, cibaria mellita, qualia ſunt & bellaria.

Mēlis, huius melis, fœm. gen. (μῆλις) animal, quod & taxus, ſiue taxo, quòd ſit mellis auidiſſimum, & aluearibus ſemper infeſtum, in cauernis uiuens, aſperū, mordaxq́;, magnitudine uulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras, & canum colla obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38. hanc eſſe ait melibus in metu ſolertiam, ut ſufflata cute diſtentæ ictus hominum, & morſum canum arceant.

Mĕlĭſſōphȳllŏn, li. n. ſ. (μελισσόφυλλον) herba, quam uulgus baracum uocat: quam Verg. 4. » Georg. per ſyncopam meliſphyllon uocat: Trita meliſphylla, & cerinthe ignobile gramē.

Mĕlĭtēs, (μελίτης) gemma ſic dicta à colore mali aurei, quod melum propriè dicitur. Plin. lib. 37. cap. 11. ſic ait.

Mĕlĭtītēs, fœm. gen. (μελιτίτης) pen. prod. genus potionis dulcis, ut ait Plinius lib. 22. cap. 24. factæ ex melle & muſto.

Mĕlĭttōnēs, num. m. t. (μελιττῶνες) pen. prod. mellaria ubi apes nutriuntur. Varr. de Re ruſt. 3. ca. 16. Melittones ita facere oportet, quos alij μελιττοτροφεῖα appellant.

Mĕlĭŭs, oris. n. t. (βέλτιον, κάλλιον) commodius: unde meliuſculè. Cic. in Epiſt. Quem, cū meliuſculè tibi eſſet, ad me mitteres.

Mĕlĭzōmŭm, mi. m. ſ. (μελίζωμον) pen. prod. conditum uocat Apitius ex mellis deſpumati mixtura confecta.

Mĕllārĭŭs, rij. m. ſ. qui mellis opus exercet, (μελιτουργός. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Ad extrema, qua mellarij fauum eximere poſſint, opercula imponunt alueis.

Mĕllārĭŭs, a. um. (μελιτοποιητικὸς) quod ad mel per

u u r tinet,

tinet: ut uaſa mellaria. Plin. lib. 12. cap. 14.

Mellatio, onis. f. t. mellis uindemia, cum mel eximitur, (μελίτωσις.) Plin. Hæc ergo mellatio in fine uindemiæ & uergiliarum.

Mellatium, tij. n. ſ. (μελίτωμα) muſtum ad mediam partem decoctum, quam ſapam appellamus, ut inquit Nonius.

Melleus, a. um. quod ex melle eſt, uel mellis quantitatem refert ipſo guſtu, μελιτώδης. ut Melleus ſapor, apud Plinium lib. 15.

Melica, æ. f. p. genus leguminis, ſicut uulgò appellatur, quæ panniculas, ſiue lobas ad ſpeciem milij producit, colore rubido.

Melliculum, li. n. ſ. diminut. quo utimur blandiendo. Plautus in Caſin. Meum corculum, melliculum.

Mellillus, a. um. aliud dimin. ſimiliter blandientis Plaut. in Caſin Mea uita, mea melilla, mea feſtiuitas.

Mellifico, as. n. p. mel facio (μελιτουργέω) à quo mellificus, μελιτουργός. & mellificatio. Colum. lib. 9. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant.

Mellificium, cij. n. ſ. mellis factio, (μελίτωμα.) Var. de re Ruſt. lib. 3. ca. 16. Sed ut hoc aptiſsimum ad ſanitatẽ apium, ſic ad mellificiũ thy

Mellifluus, a. um. (μελίρρυτ, μελίρρυτος) (mum. ex quo fluit mel, uel fluere uidetur: hoc eſt dulce, iucundum: ut melliflua oratio.

Melligo, iginis. f. t. (μελίτωμα) pen. pro. ſuccus è lachrymis arborum ſiue florum, quem apes deuorãt, poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operáq; componunt. Plin. lib. 11. cap. 9. Ponitur & pro quocunq; ſucco floreſcentis fructus adhuc atq; immaturi. Idem lib. 11. cap. 27.

Melliloquus, a. um. o. ſ. pen. cor. qui dulce loquitur, μελίφωνος. Cic. in Cat. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

Melliſones, um. m. t. qui & mellarij, μελιτουργοί, opus mellis exercentes.

Mellitus, a. um. pen. pro. quod eſt melle conditum. μελιτώδης, μελίχι&. Var. 3. de re Ruſt. cap. 16. Et faui melliti intus ponendi à faucibus longè. Mellitus puer, pro ſuaui, & iucundo. Cic. ad Att. lib. 1.

Melodes, is. m. t. (μελῳδὸς) accipitur pro melico, dulcia carmina cantante. Sidon. Proculus melodes inſonare pulſibus.

Melodia, æ. f. p. (μέλος, μελῳδία) dulcis cantus, ſiue melleus.

Melolontha, æ. f. p. (μηλολόνθη) ſcarabei genus eſt, colore uiridi naſcens.

Melomeli, (μηλόμελι) Vide Melimeli.

Melones, (μηλοπέπονες) dicuntur à Palladio genus peponis, quod alijs melopepo appellatur, quaſi pepocydonius, uel cotoneus, quòd mali cydonij figuram habeat. dicitur enim ἀπὸ τ μήλου, hoc eſt à pomo, uel malo, quod abſolutè Græcis malum cotoneum ſignificat.

Melos, (μέλος) generis neut. & tamen indeclinabile, dicitur cantus ſuauitas, uel dulcis modulatio. Perſius.

Membrana, æ. (περγαμηνή, δέρρις) pellis ſuperior, quæ membra tegit. Plin. lib. 9. ca. 29. Membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. In ligno quoq; membrana eſt. Idem lib. 13. de tilia: Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membra. Membranæ etiam dicuntur chartæ Pergamenæ quòd tractæ ſint de membris animalium, in quorum tergoribus primum ab uno latere ſcribi cœptum, deinde ab utroq;, deraſis pilis. Earum uſus Pergami regnante Eumene inchoauit, magnamq; earum uim rex Attalus Romam miſit, ut penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc uſq; diem, quòd Pergami inuentæ ſunt, ſeruatum eſt. Hinc membranula diminutiuum. Cic. ad Att. lib. 4. Iiſq; imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Membraneus, a. um. (δέρρινος, περγαμηνός) quod ex membranis eſt: ut, Codex membraneus, Vlpianus de legat.

Membranaceus, a. um. quod ſimilitudinem membranæ habet. Plin. lib. 16. cap. 11. Quibuſdam cortex membranaceus, ut uiti.

Membranulum, li. n. ſ. (μηνίγγιον) dimi. à membris. Apul. lib. 6. Cor uiuum aſini craſſum, ſed hirundinis tenue circundedit membranulũ.

Membrari, (ἀρθροῦσθαι) ſignificat per membra formari. quo uerbo utitur Cenſorinus.

Membratim, (κατὰ μέλη) aduerb. ſignificat per membra ſingula. Plin. lib. 9. ca. 15. Hi membratim cæſi, ceruice & abdomine commendatur.

Membratura, æ. f. p. eſt membrorum poſitura.

Membroſus, a. um. o. ſ. qui magnũ habet mẽbrũ.

Membrum

Mĕmbrŭm,bri.n.ſ.(μέλος) propriè dicitur caro artus tegēs. unde membrana, ſuperior mēbri pars, hoc eſt pellis ipſa. Silius, Et uenis malè iuncta trementibus oſſa Extāt conſumptis ui ſu deformia membris. quamuis & pro ſingulis corporis partibus ponatur: ut manus, pes, auris, membrum dicitur. Ter. in Adel. Membra metu debilia ſunt. Membrum, abſolutè, ponitur pro uirili mēbro. Apul. Steterūt membra quæ iacebant antea. Membra præterea in oratione dicuntur partes periodi, quæ Græci κῶλα uocant, eaq́ rurſus diuiduntur in inciſa, quæ illi κόμματα dicunt. Cic. ad Heren. Membrum omnis appellatur res breuiter abſoluta, ſiue totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Membra principalia ſunt, cor, cerebrum, iecur. A membrū fiunt adiectiua, bimembris, δίκωλος, trimembris, quadrimembris: hoc eſt duarum, trium, quatuor partium.

Mĕmĭnī,n.& defect.t.(μέμνημαι) à meno antiquo uerbo fit, quo ueteres uſi ſunt pro recordor, & in mentem reuoco, à quo prima ſyllaba geminata, fit præteritum memini, ſicut à pungo pupugi, & quamuis ſit præteriti temporis, in præſenti tamē ferè ſemper accipitur, teſte Valla in Rauden. Requirit genitiuū uel accuſatiuum. Terent. Faciam ut meiq́, & huius diei, ac loci ſemper memineris. Cic. Omnia quæ curant ſenes meminerunt. Sed cum ſignificat mentionem facio, recuſat accuſatiuum, poſtulatq́ ablatiuum cum præpoſitione de, uel genitiuum. Quint. De quibus multi meminerunt. iungiturq́ tam cū præterito infinitiui, quàm cum præſenti. Verg. Namq́ ſub » Oebaliæ memini me turribus altis Coryciū » uidiſſe ſenem. Idem, Catando puerum memini me condere ſoles. Huius compoſitum eſt, commemini. Gellius lib.1.

Mĕmŏr,oris.om.t.(μνημονικός, μνήμων) ſecundum Priſcianū, & à memini fit. cuius contrarium eſt immemor, ἀμνήμων. Dicimus memorem, qui recordatur: ut Memor ſum tui in me officij. Plau. in Pſeud. Aduerte ergo animum, & fac ſis promiſsi memor. Cum autem de alijs rebus dicitur, ut cū dicimus rem memorem ſignificat cuius nos memores ſumus. Verg. » Sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Mĕmŏrābĭlĕ, n. t. (ἀξιομνημόνευτον, ἀξιόλογον) quod eſt dignū memoria. Col. in Præf, Cū tot alios Romani generis intuear memorabiles duces.

Mĕmŏrātŭs,us.m.q. idē quod memoratio,(ἀνάμνησις.) Gell. lib.11.ca.4. Eos uerſus frequenti aſsiduoq́ memoratu dignos puto.

Mĕmŏrĭă,æ.f.p. recordatio, monumentum, & ut inquit Cic.1.ad Heren. eſt firma animi rerum & uerborum diſpoſitionis perceptio,(μνήμη.) Teren. in Andr. In memoria habeo. Vbi Don. Plus eſt, quàm ſi dixiſſet ſcio. Nā quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci. Quæ uerò memoriæ commendamus, nunquā amittimus. Aliquādo pro antiquitate ponitur. Pacuuius: Perq́ noſtram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. Hinc diminutiuum memoriola. Cicero ad Attic. lib.12. Sed quod ſcribis igniculum matutinum, eſt memoria uacillare.

Mĕmŏrĭālĕ, quod in memoria haberi debet.

Mĕmŏrĭōſŭs.a.um. quod eſt multæ memoriæ.

Mĕmŏrĭtĕr, aduerb. ſignificat quod imperiti dicunt, mente tenus, ἀπὸ στόματος. Cic. Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucundè ſolebat.

Mĕmŏro.as.n.p.(μνημονεύω) pen. cor. ad memoriam reduco, quod & memoror deponens ſignificat. Interdum eſt dicere, narrare, ſeu exponere, recitare, λέγειν, ἱστορεῖν. Liuius lib.1. Herculemq́ in ea loca Gerione interempto, boues mira ſpecie abegiſſe memorant: id eſt dicunt. Verg. Muſa mihi cauſas memora. id eſt, dic, expone. Interdum numerare. Plaut. in Amphyt. Ibi nunc meus pater legiones hoſtium memorat. Huius compoſita ſunt, cōmemoro, & rememoro, quod eſt in memoriam reduco.

Mĕncĕps,(ἔκφρων) mente captus.

Mĕndă, & Mĕndŭm,di.n.ſ.(σφάλμα) pro erro» re. Cic. Cæc. li.6. Nam cum mendum ſcriptu» ræ litura tollatur. Ouid. Mendæ nocte latent. Hinc mendoſus.a.um. quod eſt erroribus plenum: ut Exemplar mendoſum, apud Plin. in Epiſt. Ponitur quandoque pro uitioſo. Ouid. » Non ego mendoſos auſim defendere mores. Horat. in Serm. Mendoſa eſt natura. Hinc aduerbium mendoſe, id eſt incorrecte, inemēdatè. & Emendo. das. de quo ſuprà. & remendo.as. ἐπανορθόω, quod eſt rurſus mendum tollo. Colum. lib.4.

Mĕndācĭlŏ.

Mĕndācĭlŏquŭs,a. um.o.ſ. pen.cor. qui loquitur mendacium,(ψευδολόγος.)Plau.in Trin.Nihil eſt profectò ſtultius,neq; mendaciloquius,&c.

Mĕndācĭŭm,cij.n.ſ.eſt orationis uanitas, (ψεῦδος.)Diſtant mendacium dicere, & mentiri, inquit Nonius: Qui mentitur, ipſe non falſus alterum fallere conatur: qui mendacium dicit,ipſe fallitur,quantũ in ſe eſt. Vide Nigid.Vir bonus præſtare debet, ut non mentiatur:prudens ne mendacium dicat: alterum iudicet in homine,alterum non.

Mĕndācŭlŭm,li.n.ſ. diminutiuum,paruus error.Cic.2.de Ora. Quod tamen eſt mendaculis aſpergendum.

Mĕndāx,acis.om.t. uanus, totus ex fraude & mendacio compoſitus,futilis, qui frequenter dicit mendacium,λογοποιὸς, ψεύστης. Cic. pro Roſ.Comœ. Quid intereſt inter periurum & mendacem,qui mentiri ſolet, peierare cõſueuit? Et genitiuo iungitur.Plau.in Aſin.Si huius rei eſſe mendacem inueneris. id eſt de hac re mentientem. A mendax fit comparatiuum mendacior,ſuperlatiuum mendaciſsimus, & aduerb.mendaciter,ψευδῶς.

Mĕndēſĭŭm,ſij.n.ſ. (μενδήσιον) unguentum dictũ à Mendeſo Aegypti urbe: uel, ut Hermol. putat,à loco ubi Mendes, quod Aegyptijs caprum ſignificat,colebatur.

Mĕndīcābŭlŭm,li.n.ſ.(πτωχεία)mendicatio ipſa, ſiue ipſe mendicus.Plaut.in Aulul.Memorare nolo hominum mendicabula.

Mĕndīcĭtās,atis.f.t.Cic.pro Flac.Fratres quidam conſortes ſunt mendicitatis. Pro eodem accepit & mendicimoniũ(πτωχεῖα,)Laberius, ſcilicet pro inopia, & mendiciter, πτωχῶς,per inopiam poſuit.

Mĕndīco.as.n.p.(προσαιτέω,πτωχεύω)pen. prod. uitæ alimenta poſtulo hoſtiatim.Iuuen.Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.Mendicare ſibi malum per metaphorã dixit Plau. in Amph.

Mĕndīcŭlă,læ.f.p.ueſtis,à mendice, qui magiſtratus nomen eſt apud Oſcos, ut inquit Feſtus.Plautus in Epid.Quid erat induta,an regillam,induculam,an mendiculam?

Mĕndīcŭs,a.um.o.ſ.pen. prod. adiectiuum.. id eſt pauper, inops, πτωχὸς, προσαίτης. Et, ut refert Feſtus,Verrius dictum putat à mente, quòd mentem eius fefellerit fortuna. Vel à medendo, quia precetur omnes, ut uitæ ſuæ medeantur cibo.uel quòd manu indicet. Imò potius quòd ſuam mendam dicat. ſolent enim omnes qui iniuria naturæ mẽdici ſunt, aut aliàs per diuinã uindictam in hoc malũ coniecti, cumprimis mala ſua prætexere,ut ita hominũ mentes moueant,& hoc libentius eis præſtetur eleemoſyna. Ponitur quandoq; pro infirmo,& imbecillo.Ci.1.de Oratore,Inſtrumentum autem hoc forenſe, exiguũ ſanè ac mendicum eſt. Mendiciſſimus ſuperlatiui forma à Cic.pro Mur.prolatum eſt.Hinc mẽdiculus dimin.Idem in Catil.

Mĕndix,icis.m.t.apud Oſcos,nomen eſt magiſtratus:aliàs Medix.

Mĕndōsŭs,uitioſus,unde mendoſe.Vide Mẽda.

Mĕnĭānă,orum. n.ſ.ædificia ſunt porrecta exterius.ſic dicta,quòd à Menio inuenta ſint,nõ à mœnibus, qui primus in foro ultra columnas proiecit tigna,quo ampliarẽtur ſuperiora ſpectacula.Vulgò nunc podioli,et lobiæ dicũtur. Suet.Pauci è proximis Menianis ſpectabant.

Mēns,entis.f.t. (νοῦς)animus, ratio,ſenſus,conſilium, intelligentia, cogitatio, uoluntas, dicta eſt quaſi eminens. Eſt enim mens altior animi pars,qua etiã diuina percipimus.Ouid. Mente deos adijt,et quod natura negabat Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Lactant.lib.7.Primũ non idẽ eſt mens & anima. Aliud eſt enim quo uiuimus,aliud eſt quo cogitamus.Nam dormientiũ mens,non anima ſopitur:& in furioſis mẽs extinguitur,anima manet.Et ideo non excordes,ſed demẽtes appellantur.Mens ergo,id eſt intelligẽtia,uel augetur, uel minuitur pro ætate: anima in ſtatu ſuo ſemper eſt. Thales Mileſius, Velociſsimum, inquit, omnium quæ ſunt, eſt mens: nam tantæ celeritatis eſt,ut uno tẽporis puncto cœlum omne colluſtret, maria peruolet, terras & urbes peragret. Qui igitur animũ & mentem idem eſſe dicunt, falluntur, cum mens ſit cogitationis, conſilijq; ſubtilitas quædam,certæ rationi conſentanea.Ideo amentes & dementes dicuntur,qui nullo conſilio utuntur. Animus uerò eſt uitæ & uoluntatis fundamentũ.Hinc exanimes,& exanimari.Plau.in Ciſtel.Exanimor, feror, diſtrahor,diripior, ita

ius nullam mentem animi habeo, & ubi ſum ibi non ſum: ubi non ſum, ibi animus eſt. Ponitur quandoq; pro uoluntate, ſententia, ſiue ut uulgus loquitur, intentione. Verg. Accipit in Teucros animum mentemq; benignam. Terent. Mala mens, malus animus. Ex quibus declaratur animũ ac mentem differre. Ponitur quãdoq; mens pro conſilio, γνώμη. Verg. Noſtram nunc accipe mentem. Huius compoſita ſunt, amens, demens, uehemens.

Mēnsă, æ. f. p. (τράπεζα.) eſt ſuper quam edere ſolemus, ſiue lignea, ſiue lapidea ſit: dicta, inquit Varro, quaſi meſa, quòd inter duos poneretur. Verg. Pars epulis onerant menſas, & plena reponũt Pocula. Quãdoq; ponitur pro prandio, uel cœna. Vnde & primæ & ſecũdæ menſæ, id eſt primi & ſecundi cibi. Ver. Non ego te dijs & menſis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia. Menſa etiam dicitur, tabula qua argentarij utuntur. Cic. in Piſ. Quandoq; pro diſco, ſiue quadra, hoc eſt epularum ſuſtentaculo, quod aut de ligno, aut ſtanno, interdum etiam ex pane fit. Verg. 7. Aen. Acciſis coget dapibus conſumere menſas. Hinc menſula diminutiuum. Plau. in Moſt.

Mēnsārĭŭs, rij. m. ſ. campſor pecuniarũ: argentarius à Latinis dicitur, Græcis τραπεζίτης. Liu. lib. 7. ab Vrb. Quinq; uiris creatis, quos menſarios, ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt.

Mēnsio, onis. f. t. à menſum fit, & ſignificat menſuram, (μέτρησις.) Cice. de Orat. In ſe continet uocum omnium menſionem.

Mēnsĭs, is. m. t. (μὴν) à metior deducitur, quaſi res numero dierum menſa. Cic. 2. de Nat. Qui quia menſa ſpacia conficiũt, menſes nominantur. Macrobius à Græco μήνη, id eſt à Luna trahit. Nam lunæ curriculo menſis conficitur. Menſes in plurali ſunt mulierum menſtrua. Plin. lib. 21. ca. 25. Hinc trimeſtris, triũ menſiũ, τρίμηνος. Bimeſtris duorũ menſium.

Mēnsŏr, oris. m. t. uerbale à metior, & ſignificat agrorum finitorem. Colu. Non agricolæ, ſed menſoris officium eſſe dicebã. Menſores præterea ſunt, inquit Veget. lib. 2. cap. 7. qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca in quibus tentoria milites figant. Hi etiam teſte Budæo, metatores dicuntur.

Mēnſtrŭālis, le. o. m. t. quod ſingulis menſibus fit; (μηνιαῖος.) Plin. lib. 9. ca. 10. Omnia uerò acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt.

Mēnſtrŭātŭs, a. um. quod menſtruum patitur. Vnde monſtruata mulier.

Mēnſtrŭă, orum. n. ſ. ſubſtant. pluralis numeri, mulierũ profluuiũ eſt, quod etiã menſes uocitãt, quòd multi, ſed uitioſi humeris inditiũ eſt.

Mēnſtrŭŭs, a. um. quod eſt unius menſis, ut Tempus menſtruum, quod circuiens luna comprehendit, Varr. de re Ruſt. 1. cap. 27. Sic Menſtruus cibus, menſtruum opus, menſtrua uita. (μηνιαῖος, ἐπιμήνιος.) Lucan. lib. 1. Menſtruus in faſtos diſtinguit ſecula conſul. Et menſtruum ponitur aliquando pro alimento in ſingulos menſes legato, ut annuũ, quod in ſingulos annos. Vlp. in l. qui bonis de ceſ. bon.

Mēnsūră, ræ. f. p. inſtrumentũ quo metimur, unde & nomẽ habet, aut quo alicuius rei quantitatẽ deprehendimus (μέτρον.) Plin. lib. 2. ca. 1. Quaſi uerò menſurã ullius rei poſſit agere, qui ſui neſciat. Hinc menſuro. as. μετρέω, deſcendit, quod eſt metior.

Mēnsūrnŭs, a. um. à menſe: ſicut diurnus à die, (μηνιαῖος.) Cic. ad Heren. Pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menſurni, diurniue ſpacij certa ſignificatione.

Mēntă, (ψωλή) genitale membrum, cuius diminutiuum eſt mentula, à quo mentulatus, ψωλῆς: ut in Priapo: Deus Priapo mentulatior nõ eſt.

Mēntāgră, æ. f. p. (λειχὴν) morbus dictus à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manuſq; fœdo quodam furfure occupat. uide Plin. lib. 26. cap. 1.

Mēnthă, æ. f. p. (μίνθα) cum h, herba uulgò nota etiam hodie nomen retinens, ſic dicta à Græca dictione μίνθα, à nomine Minthes Cocyti filiæ quam Proſerpina cum Plutone deprehenſam in hanc herbam commutauit, quæ poſtea commutato nomine propter odoris ſuauitatem dicta eſt ἡδύοσμος. Plin. lib. 19. cap. 8.

Mēnthāſtrŭm, ſtri. n. ſ. (ἡδύοσμος ἄγριος) ſylueſtre holus dictum, quòd mentam imitetur, quaſi ſylueſtris menta. Plin. lib. 20. cap. 4. Dioſcor. lib. 3. cap. 40.

Mēntīgo, iginis. f. t. pen. pro. genus morbi, quod pecudes inuadere ſolet. λειχὴν. de quo uide Colum. lib. 7. cap. 5.

Mēntĭŏr, iris. d. q. mendacium dico, uanitatem orationis

orationis loquor, (ψεύδομαι, ψευδολογέω.) Aliquando mentiri, eſt per imprudentiã dicere, Cic. 4. Tuſc. Litigant cum Epicuro non multum ementiente. Priſcianus uult hoc uerbum eſſe commune. Vnde Cicero in Antonio in paſſiua ſignificatione dixit, Quem ipſe ementitis auſpicijs uicioſum fecerat. Stat. libro 1. Theb. Mentitis ignoſco toris. Interdum eſt fingere, ſimulare, & monſtrare id quod non eſt: ut quum dicimus, Mentiri ſexum, mentiri colorem fuco. Mart. libro 1. Mentiturq́; uirum prodigioſa Venus. Et dicimus Mentiri aduerſus aliquem, in aliquem, alicui, & de aliquo, teſtimonia paſsim eſt inuenire. Huius compoſitũ eſt Emẽtior, (καθυποκρίνομαι) quod eſt apertè ſeu publicè oſtendo, quod non eſt.

Mĕntio, onis. f. t. à ſupino mentum, quod à mento uerbo antiquo deducitur, teſte Val. libro 1. Mentionem facere alicuius, eſt commemorare. Terent. in Eun. Dicimus etiam mentionem facere de aliquo, mentionem habere alicuius, incidere in mentionem alicuius, intermittere mentionem alicuius. Plinius. li. 2. cap. 8. In mentione terræ dicetur. id eſt, dum terræ faciemus mentionem.

Mĕntŭm, ti. n. ſ. (γένειον) ab eminendo, à gula enim eminet. Et quamuis Plin. lib. 11. cap. 17. dicat mentum nulli præter hominẽ eſſe, Plau. tamen in Menæch. menta porcina dixit.

Mĕo. as. n. p. uado, (πορεύομαι) Plin. lib. 9. cap. 17. Contra aquã nando meat. Et meare, fluere, manare. ῥέω. Vnde meatus, quos Græci πόρος uocant. Plin. Succus maluæ decoctæ poros, hoc eſt meatus ſuaues facit. Apud eundem li. 10. cap. 18. ponitur pro auium uolatu: Aues ſolæ, inquit, uario meatu ferũtur. Sic meatus ſyderũ, eſt curſus & motus aſtrorũ. Hinc meabilis, & hoc le. adiect. Plin. li. 2. ca. 5. Vitalem hũc, & per cuncta rerum meabilẽ, id eſt qui facile per omnia meat & fluit. Huius compoſita ſunt Cõmeo, permeo, remeo & tranſmeo.

Mĕphĭtĭcŭs. a. um. apud Sidonium pro fœtulento. μυδαλέος.

Mĕrăcŭs. a. um. pen. prod. Horatius, Expulit helleboro bilem, morbumq́; meraco. Propert. Ah pereat quicunq; meracas repperit uuas.

Mĕrāx, acis. om. t. & mĕrācŭs. a. um. pen. prod. quod eſt ſolum & purũ, ἄκρατος. Propertius, Ah pereat, quicunque meracas repperit uuas. Vnde uinum meracum, (ἄκρατον) dicimus, quod merum eſt, nulla aqua admixta. Hinc fit comparatiuum meracior, & ſuperlatiuũ meraciſsimus. Vnde meracius bibere dicuntur, qui minus uino aquæ miſcẽt: ſicut econtrariò dilutius, qui plus aquæ adhibẽt, Celſus. Hinc meraculus diminutiuum. Plinius li. 10. ca. 19. Opium ex uino meraculo.

Mĕrcālis, le. om. t. (ὤνιος) quaſi uendibilis. Col. lib. 7. cap. 6. Cætera mercalibus (alias mercantibus) traduntur, id eſt uendibilibus. Hinc componitur promercalis, de quo infrà.

Mĕrcātŏr, oris. m. t. (παλιγκάπηλος, ἔμπορος) qui emit, ſiue ut teneat, ſeu ut alteri uendat, & qui mercaturam exercet. Horat. Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Mĕrcātūră, æ. f. p. (ἐμπορικὴ) ars, ſeu actus mercandi. Cice. 1. Offic. Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt. Et dicimus facere mercaturam. Cic. 7. Ver.

Mĕrcātŭs. us. m. q. idem quod mercandi actus. Liuius lib. 1. Tullus ad Peroniæ fanum mercatu frequẽti negociatores Romanos comprehenſos querebatur. Eſt & locus in quo res uenduntur, qui & emporium dicitur. Teren. in Adelph. Niſi eò ad mercatum uenio, damnum maximum eſt. Donatus, Mercatus locum tempusq́; deſignat.

Mĕrcātŭs. a. um. participium, (ὠνησάμενος) ut apud Terentium, Agrum in proximo mercatus es. id eſt, emiſti.

Mĕrcēnārĭŭs, rij. m. ſ. (μισθοφόρος, ὑπομίσθιος) qui mercedis gratia operã ſuã alicui præſtat. Col.

Mercenarius. a. um. (ἔμμισθος, μίσθιος, μισθαρνητικὸς) quod ad mercedem pertinet: ut Mercenarij teſtes apud Cic. in Epiſt. & mercenarium prætoris decretum, apud eundem in Ver. Mercenarius & gratuitus, ſunt contraria. Cic. 1. de Leg.

Mĕrcēs, cedis. f. t. (μισθὸς) à merẽdo ære, inquit Var. Iuue. Scire uolũt omnes mercedẽ ſoluere nemo. Eſt enim merces præmiũ quod datur pro labore ſeu ſtipẽdio. Quãdoq; ponitur pro penſione, et reditu annuo. Ci. 2. de Fi. Familiaritates prædiorũ precioſorũ mercede ſuperari. Quãdoq; pro precio & damno: ut, Fidẽ cognoſcere hominum magna mercede, Idem ad

Lent.

lent. Hinc mercedula.læ.dimi. Cic.de Ora.

Mercimōnium, & commercium, cij.n.ſ.(συνάλλαγμα) eſt contrectatio quædã mercium, ſicut à patre patrimonium. Plau. Sed quid agit me um mercimonium apud te?

Mercŏr, aris. deponens, & ſignificat nundinor, lucri cauſa mercaturam exerceo, uel etiã ſimpliciter emo, (ἀντικαταλλάσσομαι, ἐμπορεύομαι) Terent. in Heaut. Agrum hic in proximo mercatus es. Gell. lib. 1. cap. 19. Libros treis reliquos mercatur nihilo minori precio. Mercari Græca fide eſt, ubi non uerbis, neq; ſtipulationibus, ſed præſenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, niſi præſentem pecuniam numeraſſent. Plautus in Aſinar. Cætera quæ uolumus uti Græca mercamur fide. Hinc mercatio, uerbale. Gellius libro 1. cap. 1. Pecunia omnium mercationibus perdita. Compoſita ſunt Commercor. Plautus in Capt. Pater ergo captiuos commercatur alios. Præmercor, ante alios mercor.

Mercūriālis herba, (λινόζωστις) cuius duo genera, maſculus & fœmina. uide Plin. lib. 26. cap. 5.

Merdă, æ.f.p. (σκῶρ, μίνθος) à meros, quod eſt pars, & edo, comedo. Horat. 1. Serm. Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis Coruorum, atq; in me ueniant mictum atq; cacatum. Hinc fit merdo. as. (χέζω) à quo permerdo, id eſt fœdo & conſpurco. Albius, Vt faciunt pueri, qui omnia permingunt atque permerdant.

Mĕrendă, æ.f.p. (τὸ μετ᾽ ἄριστον φαγεῖν) cibus, au autore Nonio, qui datur poſt meridiem. Vnde & merēdo. as. Calphurnius in Buc. Seraq; uidebitur hora merendæ. Feſtus, Merendam antiqui dicebant pro prandio, quòd ſcilicet medio die caperetur.

Mĕrĕō, es. & mĕrĕŏr. eris. deponens, indifferenter faciũt præteritum, merui & meritus ſum. Et propriè ſignificàt aliquid facio quãobrem aut premium accipere dignus ſum, uel pœnam pati. Ouid. 1. Metam. Quam meruit pœnam ſolus digeſſit in omnes. Et Meruit qui laude coronam. Quandoq; etiam de turpi lucro dicitur, ut ſit merere, ſordidum quæſtum facere, ἐργάζεσθαι, ἑταιρεῖν. Vnde & meretrix, & meretricia taberna, & meritorij pueri dicuntur. Secundò ſignificat confero, inſeruio, ſeu tracto, (ποιῶ) & tunc conſtruitur cum ablatiuo mediante De. Verg. lib. 4. Si bene quid de te merui. id eſt ſi in aliquo tibi beneficium contuli. Cicero, Nanq; quo animo in hominem petulantem & male de nobis meritum eſſe debuimus? Nonnunquam Mereor per ſenſum ambiguũ dicimus: ut, Homines nihil de me meriti ſunt, hoc eſt nec bene mihi, nec male fecerunt. Tertio ſignificat ſtipendia facio in militia, (μισθοφορέω) hoc eſt ſtipendij gratia milito & dimico, & tunc datiuum aut ablatiuum requirit, uel abſolute ponitur. Lucan. Aere merent paruo. Statius libro 4. Thebaid. Non hi tibi ſolum Amphiaraē merent. Dicimus etiam merere pedibus. Liu. 4. Bell. Pun. Aliquando etiam accuſatiuo iungitur, ut apud Suetonium, Prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione fit meret imperſonale, ut autor eſt Seruius in lib. 4. Aeneidos. Hinc etiam Emeriti milites, & emerita ſtipendia dicuntur, qui militia perfuncti ſunt. Plinius lib. 11. Et per translationem emeriti boues dicuntur, & quædam alia. Emeriti uerò ſenes, ſolent habere eos, qui pro ſe laborent, qui dicuntur pro alio opus agere. Mereri, antiquis eſt lucrum aut quæſtum præferre alicui rei. Plaut. in Moſtel. Quid merear? quam ob rem mentiar? id eſt, quæ mihi mendacij merces eſſet? Compoſita ſunt, commereor, demereor, emereor, promereor: ſiue commereo, demereo, emereo & promereo.

Mĕretricĭūm, cij.n.ſ. ipſa meretricandi ars. ἑταίρησις. Tranquil. in Calig. Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium & quæ lenocinium feciſſent.

Mĕretricĭūs, a. um. (ἑταιρικὸς) quod eſt meretricis, uel quod ad meretricem pertinet, ut ars, meretricia. Terent. in Heaut. Ignaram artis meretriciæ. Hinc meretriciè aduerbium, id eſt in modum meretricis. Plau. in Mil. Quàm dignè ornata incedit, haud meretriciè.

Mĕretricŏr, aris. d.p. pen. pro. ſcortor, ἑταιρεύω πορνεύω. Aul. Gellius, Thais meretricando magnam pecuniam demerebat.

Mĕretrix, inis. f.t. (ἑταίρα, πόρνη) à merēdo: nam mercede ſuam exercet militiam, quæ copiam ſui tan-

ſui tantummodo facit, ideóq; honeſtioris loci eſt & quæſtus. Plautus. in Truc. Meretricem ego item eſſe reor Mare, ut eſt, quod des deuorat, nunquam abundat. Hinc meretricula diminutiuum. Cic. 5. Verr. A meretricula commendari.

Mĕrgæ, arum. f. p. furculæ, quibus acerui frugum fiunt: dictæ à mergis uolucribus. αἴθυιαι. Vt enim illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges mergunt, ut eleuare poſſint manipulos. Feſt.

Mĕrgēs, uide Mergites.

Mĕrgi, orum. m. ſ. genus eſt uitis, ait Columella lib. 4. cap. 15. ubi ſuprà terram iuxta ſuum adminiculum uitis curuatur, atque ex alto ſcrobe ſubmerſa, producitur ad uacãtem palũ. Palladius, Mergũ dicimus, quoties uelut arcus ſupra terrã relinquitur, alia parte uitis infoſſa.

Mĕrgĭtēs, pen. cor. ſpicarum manipuli: à mergendo dicti. Verg. 1. Georg. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, Prouētuq; oneret ſulcos. Huius quoq; meminit Plin. li. 18. ca. 30.

Mĕrgo. gis. ſi. ſum. a. t. ſub aquã pono, in aquam demitto. δύω. Plin. lib. 9. cap. 38. Rurſusq; mergitur lana carminata, donec omnem ebiberit ſaniem. Interdum etiam ſimplex mergo, pro compoſito ſubmergo legitur, κατὰ ἰτέρωσιν. Plin. libro 8. capite 44. Piſcantium cimbas ſpeculatur, occultusq; adnatans mergit. μεταφορικῶς autem mergere ab aquis ad alia quoq; translatum, eſt obruere & inuoluere. Verg. Aen. 6. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ, His merſere malis. Huius cõpoſita ſunt, demergo, quod eſt deorſum mergo, quod fit, cum aliquid ſub aqua uel ſub terra, & huiuſmodi figitur. καταδύω, καταποντίζω. Colu. li. 2. Emergo, ἐκδύω. extra mergo, & quaſi ex loco ubi ſubmerſus fuerã exeo, & in lucem prodeo. Liu. lib. 1. Primum ex profunda emerſus palude. Immergo, intus mergo, ἐμβάπτω. Vergilius 6. Aen. Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda. Submergo, ſubtus mergo. Item Aen. 1. Pallaſne exurere claſſem Argiuũm, atq; ipſos potuit ſubmergere ponto?

Mĕrgŭlŭs. li. m. ſ. ἐλλύχνιον. inſtrumentum, quo lampadis lychnus continetur.

Mĕrgŭs. goris. n. t. ὑδρία. genus uaſis, quam nonnulli ſitulam appellant, quòd hauriendæ aquæ mergatur.

Mĕrgŭs. gi. m. ſ. αἴθυια. auis, dicta quòd ſe in aquam, cibum captans, aſsiduè immergat, teſte Varrone li. 4. & Oui. Metemorph. 11. de Aeſaco Priami filio ita ſcribente: Aequor amat, nomenq; manet, quia mergitur illi. hunc alij mergonem appellant. Eſt & mergus in uite ut docet Colu. lib. 1. uide Mergi.

Mĕrĭbĭbŭlŭs, li. m. ſ. (ἀκρατοπότης) dimin. à meribibus, dicitur qui uinũ ſine aqua bibit, & eſt Thracum epitheton, qui ἀκρατοπόται dicũtur.

Mĕrīdĭēs, ei. m. q. (μεσημβρία) medius dies, quaſi medidies. Sed pronunciationis cauſa ſuauioris, mutatum eſt d in r. Vide Medidies. Hinc meridianus. a. um (μεσημβρινός) quod ad meridiem ſpectat. Vt Plinius lib. 2. ca. 19. meridianum Solem dicit. & pomeridianus, de quo infra.

Mĕrīdĭo, dias. n. p. & meridior, aris. deponens, (μετ᾽ ἄριστον φάγω) ſignificat cibum meridianum capio. Plautus, Ientando, meridiando, uitam ducere. Hinc merenda dicta eſt. Aliquando ſignificat ſomnum meridianũ capio. ἐν μεσημβρίᾳ καθεύδω. Cornel. Celſus, Longis diebus meridiari debet potius ante cibum, &c. Hinc meridiatio, quies meridiana. Cic. li. 2. de Diui. Meridiationes addidi, quibus antea uti non conſueueram.

Mĕrĭſmŏs, mi. m. ſ. à Græcis dicitur figura apud Rhetores, quã Latini diſtributionem uocant. Hæc eſt cum totũ in ſingula diuidimus: aut ſingula in partes diſſecamus, ordine diſcreto, quæ ſententiarum figura diuiſioni ac partitioni affinis eſt.

Mĕrĭtō, (ἀξίως, ἀξίως) aduerbium. id eſt dignè. Teren. in Adel. Benefacis, meritò te amo. Superlatiuum habet Meritiſsimò, quo uſus eſt Cic. lib. 1. de Orat. itidem aduerbium, citra tamen comparatiuum.

Mĕrĭto, as. n. p. à ſupino uerbi mereo, ſignificat dignus ſum, & milito. Plin. lib. 7. ca. 12. Quippe cũ iam apud maiores Roſcius hiſtrio H S. quinquaginta annua meritaſſe prodatur.

Mĕrĭtōrĭŭs. a. um. (μίσθιος) quod quæſtum facit corpore ſuo. Vnde equi meritorij, & meritoriæ rhedæ, meritoriaq; uehicula. ζεύγη μίσθια, quæ quæſtus gratia locantur aut conducuntur.

ſuntur. Meritorium quoq; cœnaculum Tranquillus dixit, pro ablocatitio diuerſorio, in Vitellio. Et ſcorta maſcula, pueri meritorij, qui lucri cauſa proſtituuntur. Nam puellæ non uocantur meritoriæ, ſed meretrices, at meritorij perinde ut meretrices, precio merent. Cic. in Anton. Ingenui pueri cum meritorijs, ſcorta cum matribusfamiliâs uerſabantur. Taberna meritoria, diuerſorium atq; hoſpitium mercenarium, ubi cuiq; introire licet danti mercedem. Aliquando Meritoria abſolutè dicitur, pro tabernis mercede conductis. Iuuenalis, Nã quæ meritoria ſomnum Admittunt.

Mĕritŭm, ti. n. ſ. dicitur quoduis noſtrum factũ, quo alicuius animi aut beneuolentiam aut offenſionem demeremur. In bonum Planc. Ciceroni, Quid enim tibi pro maximis tuis ac penè immortalibus in me meritis præſtare amplius poſſim? De malo, ἀξία. Vatinius, Scis meã fortunam, neſcio quomodo, facilè obtrectatores inuenire, non meo mehercle merito. id eſt culpa. Dicitur etiã meritum, pro mercede, ut annotauit Budæus ex illis Terentij in Phormione, Egó ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem? Nihil ſuaue meritum eſt. id eſt nihil mihi mercedis ſuaue eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram.

Mĕritŭs, ta. tum. debitus, iuſtus, ubi nomen eſt ex participio, quod eſt cõgruum & conueniens, ἄξιος. Vergil. Meritos aris imponet honores. Vbi uerò meritus eſt participium, actiuè eum ſignat, qui meruit. Plin. lib. 7. cap. 30. de Cicerone, Primus in toga triumphum, linguæq; lauream merite. Paſſiuè etiã interdum accipitur. Idem lib. 7. cap. 18. Quæ Cannis corona merita. Vergil. Aen. 8. Merita accendit Mezentius ira. Huius cõtrarium eſt Immeritus, ἀνάξιος. A quibus meritiſſimus & immeritiſſimus. Terent. in Phor. Iamdudum te omnes nos accuſare audio immeritò, & me omnium horum immeritiſſimum.

Meroctes, lapillus porracei coloris, q lacte ſudat.

Mĕrŏps, opis. m. t. (μέροψ) apiaſtra, auis, quæ apes comedit. Verg. lib. 4. Geor. Meropes, aliæq; uolucres. uide Plinium lib. 10. cap. 33. Meropes etiam diuerſarum linguarum homines dicuntur, ab μείρω quod eſt diuido, & ὄψ, per o breue, quod uocem ſignificat.

Mĕrſo, ſas. a. p. (κυβιστάω, βαπτίζω) ſæpe mergo. Colum. lib. 8. Quarto die, ſi eſt uicina, maris ad littus deducta merſatur ouis.

Mĕrto, as. idem quod merſo. Accius Deiphobo, uel hic qui ea parte effrenata imprudẽtia præſentẽ præſens dictis mertare inſtituit. hæc Nonius. Feſt. Mertat, pro merſat, antiqui dicebãt.

Mĕrŭlă, læ. f. p. (κόσσυφος) auis: ſic dicta, quòd ſola uolet, & ſolitaria paſcatur, quaſi mera uolans. De huius auis natura Plin. lib. 10. cap. 29. Eſt etiã piſcis ſaxatilis, eodẽ teſte lib. 32 ca. 11.

Mĕrŭm, ri. n. ſ. ſubſtantiuũ, ponitur pro uino ſolo ſine aqua, ἄκρατον.

Mĕrŭs, a. um. quod eſt ſolum, ἄκρατος, Terent. in Phor. Nihil habet niſi ſpem merã. Per tranſlationem ponitur pro puro. Cic. lib. 2. de Orat. Tanquam ex equo Troiano, meri principes, exierunt.

Mĕrx, cis. f. t. mercatura, ἐμπορία. Differunt tamen inter ſe, quòd merx eſt ſpecies ipſa quæ emitur, uenditurúe: Mercatura uero eſt ipſum negotiationis exercitium. Vtriuſq; ſignificationem diſcreuit Cic. lib. de Repu. 3. Phœnices primi, inquit, mercaturis & mercibus ſuis, auaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. Plaut. in Ciſt. Mala merx hera hæc & callida.

Mĕſă, æ. f. p. pars in domo apum. Vitruu. Latinè dici medianam author eſt, etiã in ædib. noſtris.

Mĕſăuli, orum. m. ſ. (μέσαυλοι) ædium itinera dicuntur, quòd inter duas aulas, id eſt duo atria ſint interpoſita.

Mĕſŏchŏrŭs, ri. m. ſ. pen. cor. fiſtulator, cithariſta in medio ſaltationum. Sidonius, Nullus ibi lyriſtes, Choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit.

Mĕſŏlĕucŏs, gemma, quam nigrã linea alba diſtinguit. Item herba, teſte Plinio li. 27. cap. 11.

Mĕſŏmĕlās, gemma, quam albam linea nigra diſtinguit, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĕſŏn, onis. m. t. authore Feſto, perſona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius Meſone Comœdo, ait Ariſtophanes grammaticus.

Mĕſpĭlŭs, li. f. p. (μέσπιλος) pen. cor. genus arboris, cuius fructus meſpilum, (μέσπιλον) dicitur. Palladius, Meſpilus admiſſo germine tuta

ſubit. Hæc arbor folijs eſt prius rubris, quàm deciduis, radice inextirpabili, ignota Italiæ Catonis æuo.

Mĕſsĭō,onis.f.t.(θέρισις) ipſa metendi actio.

Mĕſsĭs,is.f.t. duo ſignificat, tempus ſcilicet metendi,(τὰ θερισικὰ, ἄμητος) & rem. Pro tempore, ſcilicet quando fruges metuntur. Verg. Ante focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbra. Pro re, hoc eſt pro ſegete ipſa iam matura. Idem in Georg. Atq; interfice meſſes. Nec ſolum de frugibus, ſed etiam de uuarum, pomorum, ac etiam herbarũ prouentu dicitur. Dicta meſſis à metendo, uel à medio, ut inquit Varro lib. 1. de re Ruſt. Per tranſlat. Plaut. in Trin. meſſem pro multitudine ſiue copia poſuit: Neque quiddam hic uile eſt niſi mores mali, eorum licet iam meſſem metere maxumam.

Mĕſsŏr,oris. m.t. θεριστής, dicitur qui metit, ἀματήρ. Verg. 1. Georg. Cum flauis meſſorem induceret aruis Agricola.

Mĕſſōrĭūs,a. um. (θεριστικὸς) quod ad meſſorem pertinet. Cicero, Meſſoria ſe corbe contexit. Et Operam meſſoriam dicimus, qua quis metit.

Mĕt, piam, & te, ornatus cauſa ponuntur, & aduerbia ſunt: ut egomet, quiſpiã, tute. Sed met iungitur caſibus omnibus pronominũ primæ perſonæ, tam pluralis quàm ſingularis numeri abſq; genitiuo plurali, ut egomet, memet, noſmet, & reliqua: ſecundæ uerò perſonæ obliquis tantum caſibus, ut tuimet, tibimet. Nominatiuo ſecundæ perſonæ, met non addunt, ne uerbum putetur tumet, à tumeo: ſed tute, tutemet profertur. Aduerbio Tanquam, coniunxit etiam Plautus in Truc. Tanquammet genium meum. Pte cum quinq; ablatiuis iungitur, ut meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, ueſtrapte.

Te, ſimiliter cum pronomine ſecundæ perſonæ idem efficit: ut, Tute id feciſti. id eſt tuipſe per te, & non per alium. Tete utraq; producta: ut meme, ſeſe. cõpoſita oſtenduntur accentu acuto. Ce uerò additur ferè his, quæ in c deſinunt, hic, hæc, hoc, apud antiquos caſus, ut hocce, hoccine. unde hoc quaſi duabus conſonantibus producitur. Verg. Hocce erat alma parens, quòd me per tela, per hoſtes Eripis? Terent. Hoccine eſt credibile, aut memorabile factum? Hicce, ſeu, hiccine, (οὑτοσί:) ſicce, ſiue ſiccine, (οὑτωσί) hæccine, hanccine, illicce. (ἐκεινοσί:) iſticce, illanccine. Teren. illancine mulierẽ dixit, pro illam ne. Apud Iuniores uerò, per eos caſus tantum, qui in s deſinunt, euphoniæ cauſa, ut huiuſce, hiſce, hoſce.

Mĕtă,tæ.f.p. congeries, ſeu ſtrues in acutum tendens, ſeu turbo inuerſus: κῶνος à Græcis appellata, quia eſſet poſita in dimenſo ſpacio, uel quia eam metiantur quadrigæ circumcurrentes. moris enim erat ſepties metam luſtrare. Prop. lib. 2. Eleg. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quàm metam triuerat ante rotam. Cum enim iam carceribus emiſſæ ad metam ueniſſent quadrigæ, erat opus, ut circum ipſam flecterentur. Vergil. Hic uiridẽ Aeneas frondente ex ilice metam Conſtituit ſignum nautis pater, unde reuerti Scirent, & longos ubi circunflectere curſus. Per tranſlationem uerò quoniam meta collocari conſueuit in fine circi, uel alterius ſpatij in quo quadrigæ certabant, factum eſt ut meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine. (ὅρος, τέρμα.) Verg. lib. 1. Aen. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Silius, Tormentis finem, metáq; laboribus orat. Hinc perueniſſe ad metam dicimus, qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipitur quandoque pro inferiori parte molæ, ſicut catillus pro ſuperiori.

Mĕtă lactis, dicitur caſeus, qui factus eſt ad formam metæ. Martialis, Fert ille ceris cana cũ ſuis mella, Metamq; lactis Saſſinate de ſylua.

Mĕtăbăsĭs,is.f.t. Latinè tranſitus, figura qua monemus, quid dictũ ſit, & proponimus, quod ſupereſt. Fabius, lib. 9. cap. 3. ex Verg. Aen. lib. 3. Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?

Mĕtăbŏlē,es.f.t.(μεταβολὴ) mutatio. fit autẽ contrarijs ita tranſpoſitis, ut à priori poſterius oppoſitum proficiſcatur, ut apud Terentium in And. Quoniam id fieri, quod uis, nõ poteſt, id uelis, quod poſſis.

Mĕtălēpsĭs,is.f.t.(μετάληψις) figura, quam modò translatiuam, modò tranſſumptiuam, modò tranſpoſitiuam dicimus. μετὰ trans, λῆψις acceptio. Fit autẽ cum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex ijs quæ præceſſerũt, denotat, ut apud Vergilium, Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor ariſtas, id ſegetes. aut à

cauſa,

cauſa, ut anima, pro uita. aut ab effectu, ut mors, pallida dicitur. μετάληψις.

Metalli, orum. m. ſ. dicti ſunt in re militari quaſi mercenarij. Accius, Calones, famuliq́ metalli, caulæq́.

Metallum, li. n. ſ. (μέταλλον) dici poteſt perſcrutatum: à μεταλλῶ, quod perſcrutor ſignificat, quòd metalla intra terræ uenas ſcrutentur homines. Vel à uerbo μεταλλάω, quæro, fodio. Inde metallicus, a. um. adiect. quod ad metallum pertinet. Et Metallifer, metallum gignens. Statius Syl. lib. 4. An ne metalliferæ repetit iam mœnia Lunæ? Metallicus autem ſubſtantiuum, qui metallis effodiendis & purgandis dat operam. Plin. lib. 34. cap. 16. Lauãt eas arenas metallici, & quod ſubſidit coquunt in fornacibus. Metallum miniarium, uocatur argentum, cum quo effoditur minium: teſte Plinio lib. 33. cap. 7.

Metamorphoſis, is. f. t. pen prod. (μεταμόρφωσις) transfiguratio, ſeu transformatio Latinè dicitur. μόρφωσις enim formatio transfertur. Hoc nomine Ouidius & Apuleius libros Transformationum ſuarum inſcripſerunt.

Metaphora, ræ. f. p. penult. corr. tranſlatio à Cicerone dicitur, fitq́ cum nomen aut uerbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt: ut, Claſſiſq́ immittit habenas. Verg. Aeneid. 6.

Metaplaſmus, mi. m. ſ. dici poteſt transformatio, μεταπλασμός. Eſt autem tranſlatio recti ſolitiq́ ſermonis in alteram ſpeciem, uel metri uel ornatus, uel neceſſitatis gratia. μετὰ trãs, πλάσμα figmentum.

Metatheſis, is. f. t. pen. corr. Latinè transpoſitio, cũ una litera neceſſitatis cauſa, ex uno dictionis loco in alium transponitur, ut Tymbre, pro Tymber.

Metempſychoſis, is. f. t. pen. pro. (μετεμψύχωσις) Latinè transmutatio, cum ſcilicet de alijs corporibus, in alia corpora tranſeunt animæ. Vnde Ouidius Pythagoreorum dogma lib. 15. explicans ait, Morte carent animæ, ſemperq́ priore relicta Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq́ receptæ.

Meteoria, æ. f. p. ſublimitas, ſpeculatioq́ ſublimiũ. Aliquando etiam dicitur ſtoliditas.

Methodus, di. f. ſ. penult. corr. ex μετὰ & ὁδὸς aſpirato cõponitur. Methodum appellat Quintilian. lib. 1. Inſtit. quam Cicero uiam, artem & rationem uocat. Item alibi, Methodon breue dicendi compendium uertit, quaſi breuem uiam, qua quàm celerrimè ad peritiam euadimus. Hinc

Methodici, orum. m. ſ. à methodo dicti ſunt, qui rationem artis, & diſcendi compendia ſequuntur. Et Amethodi, ἀμέθοδοι, hoc eſt à uia, & ratione docendi, diſcendiq́ abhorrentes, quaſiq́ auij. Hæc ex Budæo in Pandect.

Metonymia, æ. f. p. (μετωνυμία) Latinè Transnominatio, ſiue denominatio, ſiue transmutatio, ſiue hypallage eſt, cum inuentorem pro re inuenta ponimus. Teren. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Aut contrà, ſed tamen paulò durius eſt, ueluti ſi uinũ precemur, pro Baccho. De hac figura Vide tabulas Moſellani & Copiam Eraſ.

Meticuloſus, a. um. o. ſ. ψοφοδεής, à meticulo diminutiuo, ſignificat timidum. Plaut. in Moſt. Neſcis quàm meticuloſa res ſit, ire ad iudicem?

Metior, tiris. menſus. ſum. d. q. (μετρέω) ſignificat menſuro, taxo. Cic. in Catone, Neq́ enim ipſorum conuiuiorum delectationes corporis uoluptatibus magis, quàm cœtu amicorũ & ſermonibus metiebar. id eſt æſtimabam. Quandoque metiri ponitur pro transmeare. Verg. 4. Georg. Et iuncto bipedum curſu metitur equorum. Plaut. in Pſeud. Quin hinc metimur gradibus militarijs? id eſt, quin hinc abeamus? Futurum indicatiui eſt Metiar, & metibor. Supinum menſum, & metitũ. Compoſita ſunt Permetior, hoc eſt ad finem uſque metior, uel peragro. Verg. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor. id eſt euecti, ut inquit Seruius. Remetior, (ἀναμετρέω) rurſus metior. Idem, Pelagoq́ remenſo Improuiſi aderunt.

Meto, tis. meſſui. meſſum. n. t. (θερίζω, ἀμάω.) id eſt ſeco, & tam de uua & alijs rebus, quàm de ſegetibus dicitur. Verg. Poſtremus metito. id eſt uindemiato. Lactant. lib. 5. Qui uirilia ſua ferro metant. Cæſ. 4. Bell. Gal. Tum diſperſos diſpoſitis armis, in metẽdo occupatos ſubitò adorti. Verg. 4. Georg. de apibus loquens: Illæ inquit, continuò ſaltus, ſyluaſq́ peragrant, Purpureoſq́ metunt flores, & flumina libant

Summa leuet. Huius compoſita ſunt, demeto, (καταμάω) quod eſt, deorſum meto. Colum. libro 7. Demeſſis ſegetibus, iam in area futuro ſemini cōſulamus. Emeto, extra uel ualde meto. Horat. in Epiſt. Emetit Orcus Grandia cum paruis, nō exorabilis auro. Præmeto, antè ſeco. Feſt. Et habent pen. cor.

Mētŏr, taris. d. p. (τίθημαι, ὁρίζω, μετρέω) propriè ſignificat metas in agris terminandi gratia diſpono, & menſuro locum futuro ædificio, uel caſtris uel alteri cuiuis operi. Gell. libr. 1. Nam cum ferè conſtaret curriculum ſtadij, quod eſt Piſis, apud Iouem Olympium Herculem pedibus metatum, idq; feciſſe longum pedes ſexcentos. Hinc uſus inualuit, ut metari ſimpliciter pro diſponere ac parare uſurpetur. Vergil. 2. Georg. Si pinguis agros metabere campi, Denſa ſere. Unde dicimus, Caſtra prope Tyberim metatus eſt, id eſt, diſpoſuit. Interdum etiam Meto. tas. Verg. in Culice, Metabat ſeſe circū loca. Cōpoſitum à metor, eſt Emetor, pen. pro. quod eſt, perfectè menſuro, διαμετρέω. Lact. lib. de Opificio.

Mētātŏr, oris. m. t. nomen uerbale à metor, (μετρητὴς) dicitur qui arbores in ſeminario, uel arbuſto diſponit, & ordine quodā digerit, quē etiam Cicero decempedatorē uocat. Lucan. Audax Heſperios ueniā metator in agros. Metator præterea dicitur, qui iuſſu atq; authoritate principis milites in domibus incolarum collocat, ſiue in caſtris, qua parte debeat quiſque tentoria figere, oſtendit Vegetius lib. 2. cap. 7. Metatores, inquit, in caſtris dicuntur, qui præcedentes locum caſtris idoneum eligunt. Menſores etiam hi dicuntur.

Mētātĭo, onis. f. t. (μέτρησις) item à metor uerbo ſignificationē retinet. Colu. lib. 4. Hæc in quincuncem uinearū metatio expeditiſſima ratione conficitur.

Mētōpĭōn. μετώπιον. arborē uocant, quæ in Aethiopia ſubiecta Africæ naſcitur, ſtillans in arenis ſuis lachrymā ueluti reſinam. Item metopium, oleum ex amygdalo factum, quod & amygdalinum dicitur.

Mētōpōſcōpŭs, pi. m. ſ. μετωποσκόπος. qui frontem conſyderat, id eſt, qui diuinat ex facie hominis, quiq; priuatim ex inſpectione frontis, quid cui euenturū ſit, prædicit. μέτωπον frons, σκοπὸς inſpectator. Plin. lib. 35. cap. 10.

Metrētă, æ. f. p. pen. prod. genus uaſis, quod conficitur ex duobus batis. μετρητὴ. Quod (inquit Budæus libro 5. de Aſſe) Dioſcorides metretam dixit, Plinius cadum tranſtulit, quod & ipſum Græcum eſt, ſed utroq; noſtri utuntur. Metreta enim Cato & Colum. utuntur. Eſt autem congiorum decem, ut author eſt Dioſcorides libro 5. De hoc nomine uide plura apud Budæum.

Metrŏcōmĭă, æ. f. p. (μητροκωμία) ſic eſt inter uicos, ut metropolis inter urbes à ſuis colonijs agnoſcitur. ἀπὸ τ̄ μητρὸς, id eſt mater. & κώμη, uicus, uilla, caſtellum, pagus.

Metrĭcŭs, ca. cum. pen. cor. quod ad metrum pertinet. μετρικός. ut pars metrica.

Mētrŏpŏlĭs, is. f. t. pen. cor. quaſi mater ciuitas. nā μήτηρ mater, πόλις ciuitas. Metropolis autem (inquit Budæus in prioribus annotat. in Pande.) dicitur urbs, ex qua coloniæ deductæ ſunt, quales multæ ab Athenis, & urbe Roma. Sic enim ſe habet Metropolis ad Coloniam, ut mater ad filiā. Latinè dici poſſunt matrices urbes, quas Græci Metropoleis appellant.

Mētrŏpŏlĭtānī, (μητροπολῖται) qui ex Metropoli ciuitate oriundi ſunt.

Mētrŏpŏlītēs, (μητροπολίτης) pen. pro. Metropolitanæ ciuitatis pontifex.

Metrŭm, tri. n. ſ. (μέτρον) menſura. Et quoniā menſurantur uerſus, à noſtris dicuntur metra. & definitur metrum, quòd ſit connexio quædam atque ordinatio pedum ad delectationem aurium inuenta. Hinc fiunt per compoſitionem, monometrum, quod duobus pedibus conſtat. Dimetrum, quod quatuor. Trimetrum, quod ſex. Tetrametrum, quod octo. Pentametrum, quod decem. Hexametrum, quod duodecim.

Mĕtŭo, tuis. tui. a. t. timeo, horreo, in metu ſum, formido. δέδια, φοβοῦμαι. à quodam motu animi dicitur, (ut inquit Varro) cum id, quod malum caſurum putat, mens refugit. cumq; uehementius in mouendo, ut à ſe abeat, foras fertur, formido appellatur. ſi autē ex horrore uenturæ rei uehemēter tundatur pectus, à pauendo pauor dicitur. pauere enim tundere. Inde pauimentum. quòd pedibus paueatur: id eſt, tundatur. Et quia in hac perturbatione frigeſcimus,

geſcimus, à tremendo dicitur tremor. Et proprie metuere ſeruorum eſt, uereri liberorum. Cic. in Cat. Dicimus, metuo te, & metuo tibi, quemadmodum timeo te tanquam inimicum, & timeo tibi, ne quid mali tibi accidat. Teren. Enu. Metuebant omnes iam me. Plau. Amph. tuens pueris.

Mĕtūs, tus. m. q. (φόβ☉, δέ☉) timor, & eſt (ſicut Vlpianus ſcribit) de inſtanti uel futuro periculo mentis trepidatio. Cicero Tuſcul. 4. metus eſt opinio impendentis mali, quod intollerabile eſſe uideatur. Ibidem, Aegritudini finitimus eſt metus: ut enim ægritudo metus eſt præſentis, ſic ille futuri mali. Itaque nonnulli metum præmoleſtiam appellabant, quod eſt quaſi dux conſequentis moleſtiæ. Terent. in Phorm. Neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſim, id eſt, quantum metuam? In metu aliquem ponere, pro metuere dixit Cicero ad Attic. Quid autem, inquit, abſurdius hunc metuere, alterū in metu ponere? Et tam actiuè, quàm paſſiuè ſumitur. nam metus hoſtium, rectè dicitur, & cum timent hoſtes, & cum timentur. Capitur interdum pro religione, quoniam (ut docet Seruius) nata eſt ex timore. Verg. 7. Multosq; metu ſeruata per annos. Huius diminutiuū eſt Meticulus. Hinc meticuloſus, de quo uide ſuo loco.

Mĕtys, purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt.

Mĕūs, a. um. (ἐμός) pronom. poſſeſſiuū, ut meus ager. Cum uerò dico, Meus ſum, perinde eſt ac ſi dicerem, Meæ poteſtatis ſum. (αὐτεξούσι☉.) Perſius, Poſtquàm meus à prætore receſſi. Aliquando enim meus, tuus, ſubſtantiua ſunt. Vergilius lib. 4. Dulceſq; meorum Relliquias. Et lib. 5. Cape dona extrema tuorum. Teren. in Phormione, Ego meorum ſolus ſum meus. Meus carnifex. id eſt, qui me excarnificat. Idē in Andr. Meum eſt, hoc eſt, mei officij eſt, πρὸς ἐμοῦ ἐστι. Sic tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrum officium eſt. Meum non eſt: id eſt, non eſt mea natura. Terent. Non eſt mentiri meum. Mea, mea tu, & huiuſmodi, muliebria ſunt blandimenta. Meum eſt, pro meum eſt inuentum, excogitaui illud. Teren. Eun. Mea quidem ſententia, pro ut ego ſentio, ut opinor. Idem in Adel. Meo precio, pro precio à me facto, & à me ſtatuto.

M ANTE I.

MĪ, pro mihi (μοὶ) dandi caſus, à genitiuo mis. Vergil. Et mi genus ab Ioue ſummo. Mi, uocatiuus, pro meus. Terent. in Adel. O mi Aeſchine, ô mi germane. Idem Phor. Mi patrue ſalue. Hoc in loco Mi, uim blandimenti habet. Idē in Eun. Ne crucia te, obſecro, anime mi Phædria. Fœminarum, inquit Donatus, oratio, etſi nō blanditur, blanda eſt tamen. Mi inuidioſe cogitantis. Idē in Hecy. Illius dices culpa factū. SOST. haud equidem dico mi Laches.

Mīcă, cæ. f. p. (ψίξ, ψίχιον) puluiſculus ille, qui in arena quaſi argentum fulget. à quo & panis, & omnium rerum fruſtula, quæ tractantibus nobis aliquā rem inde emicāt, micas dicimus, quaſi minutim cadentes. Vnde eſt illud: Nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Catullus: Nulla in tam magna eſt corpore mica ſalis.

Mīcŏ, as. n. p. (ἄπτω, διασίλλω) propriè eſt ſubinde & per interualla, ut micæ faciunt, fulgeo & reſplendeo. Verg. Micat ignibus æther. Et quoniam talis quædam uariatio dum digitis ſortimur, apparet, per translationem micare capitur pro digitis ſortiri. (ἀναμάττειν τοῖς δακτύλοις.) Eſt autem micare digitis, luſus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut repentè porrectis digitis certantium uterq; numerum diuinet. Propterea qui certiſſima eſſet fide, quiq; bonus exiſtimaretur, eum antiqui dignū dicebant, qui cum in tenebris micaretur. de quo uide Chiliad. Eraſ. Et quia ſplendor tremulus eſt, & crebrò ſalit, factū eſt, ut quandoq; pro ſalire ponatur. Vergil. Emicat Euryalus. Accipitur & pro tremere. Idem libro 3. Georg. Et linguis micat ore triſulcis. Huius compoſita ſunt, Dimico, & Emico, (διάττω) extra ſplendeo. Plautus, Ex oculis quaſi radijs emicant Solis. Aliquando extrà ſalio, ut Emicat Euryalus. Intermico, inter uel in medium mico. Auguſt. libro 9. Ciui. Promico, (ἀποσίλλω) extendo, uel longè iacio, ſplendeoq;. Næuius.

Mĭctūrĭŏ. cturis. n. q. pen. corr. οὐρητιάω. uerbum deſideratiuum, ſimiliter & micturio. tas. uide in dictione Mingo.

Mĭctyris, paupercula pulmentaria, inquit Noni.

Midā,æ.f.p. uermis in fabis naſcens, ut inquit Theophraſtus.

Migro,as.n.p. ſolum uerto, uel muto. (μεταβάλλω, μετοικίζω, μετοικέω) & ut inquit Valla libro 5.cap.95. domicilium muto, & aliò me ad habitandum confero, relicta priore habitatione. Liu.lib.1. Et Romam inde frequenter migratum eſt à parentibus maximè, & propinquis raptarum. Per translat. Ex hac uita migrare accipitur pro mori. Cic. lib.6.de Repub. Et migrare nidum dixit Gel.lib.2.cap.19. pro tranſportare. Huius compoſita ſunt Commigro quod eſt in totum migro. Terent.in. Andr. Ex Andro commigrauit huic uiciniæ. Demigro, de hoc loco diſcedo, & aliò ad habitādum eo. Cic.pro Domo. Emigro, domo exeo. Cæſar. Immigro, eo ad intus habitandū, & in domū aliquam habitandi gratia eo. Cice.libro 1. Tuſcul. Remigro, in priſtinum domicilium reuertor. Idem ibidem, In noſtrum domum remigremus. Semigro. Idem pro Cæl. Reprehendiſtis à patre quòd ſemigrarit. Tranſmigro, ultrà ad habitandum eo: hoc eſt, in longioris loci habitationem muto. & habent pen.cor.

Mīgrātio,onis.f.t. (μετοίκησις) uerbale à migro, uerbi ſignificationem retinet. Cice.Tuſc.1. Sin uera ſunt, quæ dicuntur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui uita exceſſerunt, incolunt, id multò iam beatius eſt.

Mĭhĭ, pronomen datiui caſus ab ego, uarium uſum habet. Nonnunquā ad meam utilitatem, aut ad meum damnum ſignificat. Terent. Si quid peccat Demea, mihi peccat. Aliquando, quātum ad meum iudicium, ut interpretatur Donatus. Idem in Adel. Nam is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis, Cui dominus curæ eſt. Aliquando, à me. Idem: Syrus eſt prehendendus atq; adhortandus mihi. Aliquando, in me, circa me. Idem, Vt uos mihi domi eritis, proinde ego fama foris. Aliquando mihi & tibi, in oratione ponuntur feſtiuitatis tantum gratia. Cic. in Piſo. Is mihi etiam gloriabitur ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum? Mihi crede, ſeu credas mihi uelim, affirmantis ſunt particulæ, quæ idem ſignificant quod certè. Cic. Tuis (mihi crede) literis perlectis exilui gaudio mihimetipſi.

Mihiptĕ, (ἐμαυτῷ) pro mihipſi poſuit Cato: in quo ſignificato ſolemus hæc duo pronomina geminare, ut meme, tete.

Milĕs,itis. στρατιώτης, generis com.t. dicitur, quicunq; militiam exercet, authore Valla lib. 6. cap.32. ſed propriè qui pedes militat. à militia, id eſt, à duritia, quam pro repub. ſuſtinet, dictus: aut à multitudine, aut à malo, quod arcet: aut à mollitie per contrarium, eo quòd nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quibuſque, quòd trium millium prius legio fiebat, & ſingulæ tribus, Tatienſium, Ramnium, Lucerum, mille milites mittebant. Tria autem ſunt (ut inquit Seruius) militum genera: Euocati, qui non milites, ſed pro milite erant. Tumultuarij, qui neceſſitate aliqua electi, ad unum duntaxat bellum militant, quando uicinum eſt periculum urbis, & ſingulos iurare non patitur. Sacramento religati, qui poſt electionem in rempu. iurabant, ſe non recedere à præcepto conſulis, niſi poſt cōpleta ſtipendia, quod militare ſacramentum dicebatur. hi plenam militiam habebant, erantq; quinq; & uiginti annis obligati. de his tribus militiæ generibus uide Budæum in Pandectas.

Mīlĭārĭă,æ.f.p. κεγχραμίς. auis dicta eſt quòd milio ueſcatur, & pingueſcat. huius meminit Varro lib.3. de re Ruſt. Miliaria etiā herba eſt quæ milium necat. Plin lib.22.cap.25.

Mīlĭtārĭs, & hoc re. om. t. στρατιωτικός. quod ad milites pertinet, ut militaria dona, res militaris, militaris ars. Salluſt. Præmittit illis homines militares. Militaris uia, (λεωφόρος) quæ uulgò communis dicitur, alio nomine regia, ſeu conſularis, prætoria, platea ue. uide in dictione, Publica uia. Dicta eſt autem militaris, quòd à militibus ſterneretur, quales fuerūt Flaminia, Appia, Aemilia.

Mīlĭtārĭtĕr. στρατιωτικῶς. aduerbiū, ſignificat more militum, ſeu more militiæ, ſeu militari more. Liu.4. ab Vrbe. Oratio militariter grauis.

Mīlĭtārĭŭs,a.um.o.ſ. adiectiuum, idem quod militaris. Plautus in Pſeud. Quin hinc metimur gradibus militarijs?

Mīlĭtĭă,æ.f.p. στρατιά. quandoque bellum, quandoque rem militarem ſignificat. Cic. in Offic. Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluit. Quandoq; pro exercitio & uſu ſumitur.

ſumitur. Idem ad Attic. 6. Grata hæc & magna, mihiq; nondum laborioſa ex illa uetere militia. Militiæ nomen dare eſt, inquit Budæus ad delectum ſeſe exhibere. Militiam urbanam ſequi, dixit Cic. pro eo quod eſt in iudicijs uerſari, & cum aduerſarijs in foro contendere. Item imaginariam militiam uocat Sueton. in Claudio ſimulatam ad ſpectatorũ delectationem exhibitam. Compoſitum habet quod eſt Commilitium, id eſt belli ſocietas.

Milito, tonis. m. t. idem quod miles. Vnde & Cõmilito, (συστρατιώτης) qui ſimul militat, hoc eſt, qui ſocius eſt in bello. Cic. pro Deiot. Hic uero adoleſcẽs, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Milito, as. n. p. (στρατεύω. ομαι) militiam exerceo, & ſtipendia in bello mereo. ut Hic ſub Cæſare militauit. Cice. Offic. 1. Qui in eadem legione militabat. Et ablatiuo tantum conſtruitur, cum pretiũ exprimitur. Curtius, Græcis mercede apud Perſas militantibus. Inuenitur & Militor deponens, & imperſonaliter. Plaut. in Perſa, Illa militia militatur magis.

Miliũm, lij. n. ſ. (κέγχρος) genus frugis, à mille dictum, propter multitudinem acinorum. Mart. Frumentum, milium, ptiſanamq; fabamq; ſolebas. Plin. lib. 18. ca. 10. Milio Campania gaudet præcipuè, pultemq; candidam ex eo facit, fit & panis prædulcis. At Millium, Milliariũ, μίλιον, milliare dicitur. Liu. lib. 10. Millia quatuordecim ab oppido aberant.

Mille, (χίλια, χίλιοι) ſubſtantiuum, & neutri generis, declinaturq; hoc mille, huius mille: hæc millia, horum millium. ideoque genitiuo iungitur. Cic. in Anton. Quis unquam in illo inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummũ ferret expenſum? Quadrigarius libro 3. Annalium, Ibi occiditur mille hominum. Varro lib. 7. Rer. hum. Plus mille & centum annorũ eſt. Reperitur apud antiquos, teſte Gell. lib. 1. cap. 16. milli in ablatiuo, ut apud Lucil. 9. Tum milli nummũ potes uno quærere centum. Vno mili, pro mille. Aliquando mille adiectiuũ eſt, & tunc dicimus, mille homines, et mille propugnacula, & tantum pluraliter declinatur, mille, horum mille, his mille. Nec licet dicere millia homines, quia ſubſtantiua nõ cohærent ſine copula. dicimus tamen, decẽ millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines.

Millĕfoliũm, herbæ genus Plin. lib. 25. cap. 5.

Millĕpĕdă, uel millepedia, (χιλιόπους) genus uermiculi, qui multo pedum agmine ſcatet. Huius mentionem facit Plin. lib. 29 cap. 6.

Milliāriũm, rij. n. ſ. (μίλιον) mille paſſuum ſpacium. Cicero ad Attic. 8. Poſtea audiui à tertio miliario eum eſſe. Hoc etiam millium dicitur. uide Budæum in Prior. annot. in Pandect. Huius octaua pars ſtadium uocatur. Paſſus ex quinque pedibus, & ſinguli pedes è ſexdecim uncijs conſtant. Milliarium etiam dicitur uas ad coquendum accommodatum, (θύλακος) Cato de Re ruſt. Inter orbem & milliarium unum digitum intereſſe oportet. Et milliarium, columna aurea in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes uiæ Italiæ terminabantur.

Millĭārĕ, is. n. t. idem quod milliariũ, hoc eſt mille paſſuum ſpacium. Cic. ad Attic. lib. 6. Accipi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentiſſimè.

Milliārĭŭs, a. um. mille librarum, (χιλίων λιτρῶν.) Vnde apri milliarij apud Columellã, dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Seneca libro 11. Epiſt. Et miliiarius grex, de quo Varro de Re ruſt. libro 2. cap. 108. Item milliari aporticus. Suet. in Nerone, cap. 31.

Milliēs, (χιλιάκις) aduerbium eſt, ut millies te uidi. Sic decies, centies, & huiuſmodi. Cice. in Ver. act. 5. Millies audiuit.

Millŭs, ſiue millũ. li. nam utroq; modo dicitur, collare canum uenaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus, aduerſus impetum luporum. Dictus millus, à multitudine clauorum, hoc eſt à mille clauis: uel quaſi melinus, quod ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiant. Varr. de Re ruſt. lib. 2. cap. 9.

Mīluīnŭs, a. um. (ἰκτίνιος) adiectiuum, fit è nomine miluus, id eſt ad miluum pertinens. Plaut. in Pſeud. An tu inuenire poſtulas quenquam coquũ, niſi ſit miluinis aut aquilinis ungulis? id eſt rapacibus. Et miluinus pes, herbæ nomen eſt apud Colum. lib. 12. cap. 7. Miluinæ tibiæ dicuntur, quæ in accentus exeunt acutiſſimos.

Miluus, & Miluius. ij. m. ſ. (ἰκτῖν@) utroq; modo dicitur, auis rapaciſſima: à molli uolatu, (ut quibuſdam placet) uel fictitio nomine à uoce quam facit. Ouid. 3. Faſt. Iupiter alitibus rapere imperat, attulit illa Miluius, & meritis uenit in aſtra ſuis. Ab huius auis ſimilitudine piſcis miluius dicitur, ſubiens in ſumma maria, & natando aliorum piſcium prædam agens. Plin. lib. 9. cap. 27. Ponitur & pro ſtella, in quã conuerſus dicitur. Item miluius per tranſlationẽ de homine rapaci dicitur. Plaut. in Pœn. Malè ego metuo miluos.

Mimēſis, is. f. t. (μίμησις) Latinè imitatio morum alienorum. Alio nomine à Græcis dicitur ἠθοποιΐα. Donatus ſuper illo Terentij loco in Phorm. Ad precatorem abeam, credo qui mihi ſic oret: Nunc omitte quæſo hunc, cæterum Poſthac ſi quicquam, nihil precor, &c. Mimeſis dicitur, ubi non uerba modò, uerumetiã geſtum, uocemq; fingimus alienam. Idem alibi: Mimeſis eſt, quando aliqua uerba ſic pronunciamus, ut uana uideantur.

Mimŭs, mi. m. ſ. effictor Latinè, qui uel intra, uel extra ſcenã geſticulationes exercet, imitaturq; dicta factaq;, mores ue hominum, & naturas, quaſi ſolus imitetur. A μιμέομαι, ut Diomedes inquit, quod ſignificat imitor. Hinc archimimi, hiſtrionum principes. Mimi etiam dicuntur poëmata, ſine reuerentia laſciuiam imitantia. Ouidius, Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Mimus quoq; pro ridiculo facto, & quaſi fabula riſu digna tranſlatè ponitur. Sueton. in Othon. cap. 3. Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniam: & ſatis uiſum, ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret, qui tamen ſic quoq; hoc diſticho enotuit: Cur Otho mentito ſit, quæritis, exul honore? Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ. A mimus fit Mimicus, a. um. quod ad mimum pertinet. Cice. De Orat. 2. Huius fœmininum eſt mima: Cic. in Philip. 2. Aperta lectica mima portabatur. Ab hoc fit Mimula diminutiuum pro geſticulatricula. Ibidem paulò pòſt, Veniſti Brunduſium in ſinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

Mĭnă, æ. f. p. Græcè μνᾶ, Atticum eſt uocabulum; quo tã in appellatione rei numariæ, quàm ponderalis Athenienſes utebantur. Conſtabat aũt ex drachmis Atticis centum, eratq; maior Romana libra drachmis quatuor: nam hæc nonaginta ſex tantũ drachmas pendebat. Fannius apud Priſcian. Accipe præterea, patrio quam nomine Graij Mnam uocitant, noſtriq; minam dixere priores. Centũ hæ ſunt drachmæ, quod ſi modo dempſeris illis Quatuor, efficies hanc noſtram deniq; libram. Sic quoq; Budæus in libro de Aſſe. Mina igitur decem aureos coronatos ualuit: & drachma tres ſolidos Turoneos, & ſemiſſem. Mina etiã menſuræ genus eſt, qua agri metiuntur, qui & modius dicitur. author eſt Varro de re Ruſt. lib. 1. cap. 10. Item mina dicitur ouis, quæ habet uentrem glabrũ. Idem lib. 2. cap. 2.

Mĭnābĭlĭtĕr, ueteres dixerunt pro minaciter.

Mĭnæ, arum. f. p. (ἀπειλὴ) cõminationes, & metus incuſſiones per uerba aut ſigna. Terent. in And. Si illum relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor huius minas. Quandoq; etiã dicuntur eminentiæ murorum, quas pinnas, (ἐπάλξεις) uocant, teſte Seruio: & à minor. aris. deriuatur, quod extare & eminere ſignificat. Vergil. 4. Aeneid. Pendent opera interrupta, minæq; Murorum ingentes.

Mĭnācĭæ, arum. f. p. uulgò etiam dicuntur pro minis. Plaut. in Truc. Melius te munere certare mecum, quàm minacijs.

Mĭnāx, acis. om. t. (ἀπειλητικὸς) qui frequenter minatur. Vergil. 3. Georg. Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces Audet. Cice. Philip. 5. Num putatis P. C. dixiſſe eum minacius, quàm facturum fuiſſe? Hinc minaciter, (ἀπειλητικῶς) aduerb. Liuius lib. 2. Minaciter infremunt. id eſt iurgiosè, & cum minis.

Mĭnĕrual, ſeu Mineruale, is. n. t. (δίδακτρον) à Minerua deductum nomen, & erat quaſi præmium quod dabatur præceptori, ſicut cœna, & huiuſmodi, quaſi magiſterij merces in paucis diebus à ſcholaſticis dari ſolita, ante quinquatria, per quos dies pueri uacabant. Ouid. in Faſt. Nec uos turba feri cenſu fraudata magiſtri Spernite, diſcipulos attrahit illa nouos. A

Mingo, gis. xi. ctum. a. t. urinam facio, (οὐρέω.) Vnde & permingo, (κατουρέω.) Horatius: Hunc perminxerunt calones, atque caballi. Martialis: Incipit in medios meiere uerba pedes. Hinc micturio, quod eſt mingere cupio, &

micſito.tat.eſt ſæpe mingo.

Miniācius,a.um.(μιλτώδης) quod eſt ex minio. Vitruu. lib. 7. Parietes paſſim expolitione miniacia expoliebãtur. Alij legunt hoc loco, Expoliatione miniaca.

Miniāriă,æ.f.p.locus in quo foditur minium. Plinius lib.33.cap. 7. Siſaponenſibus autẽ miniarijs ſuæ uenæ arena ſine argento excoquitur, auri modo probatur. Miniārius,adiect.ut miniarium metallum.Plin.lib.33.cap.7.

Minimē gentium,(ἥκιστα πάντων) aduerbiũ,pro eo quod eſt, omnium gentium iudicio minimè eſſe faciendum. Aliàs ponitur pro minimè,ut ſit ſuperuacua adiectio gentiũ,ſicut ubiq; gentium,quod eſt ubiq;. Nuſquam gentium,hoc eſt nuſquam,ſiue nequaquam.

Minimŭm,(ἐλάχιστον)ſuperlatiuum aduerbium eſt. Minimè uerò,negatio eſt, quaſi nequaquã, (ἥκιστα) ut minimum doctus,qui pauxillum eſt doctus.at minimè doctus,qui prorſus eſt indoctus. plus enim minimè quàm non. Minimum etiam pro aduerbio ponitur,ut ſit quaſi ad minus,(τοὐλάχιστον.) Varr.Harum ſingula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt. Sic quoq; minimè ſumitur. Colum.lib.1. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, uel minimè nouem. Minimum,eſt etiam ſubſtantiuũ, ut minimum uini,minimum ualetudinis. Cice. de Amic. Minimopere dixerunt ueteres, uti maximopere. Licinius.

Minio,as.a.p.minio tingo,(μιλτόω) Plin. A cenſoribus in primis Iouẽ miniandum locari. Vnde & miniati libri dicuntur,cum literæ maiores uerſicoloribus fiunt.

Miniſtĕr,ſtri.m.ſ.(ὑπηρέτης) qui ſeruit, à quo miniſterium fit. Miniſtræ & ſatellites uoluptatũ, uirtutes.Cic.2.de Finib.

Miniſtĕriŭm,rij. n.ſ. (διακονία,ὑπηρεσία) propriè miniſtri opera eſt, quamuis & pro omni operatione poni conſueuerit, ut de rege Latino Verg. Mœſtusq; refugit Fœda miniſteria. Aliquando ponitur pro miniſtris,ſicut ſeruitia pro ſeruis.

Miniſtrātōriŭs,a.um.adiect.quod ad miniſtrationẽ pertinet,ut Miniſtratorij urceoli,apud Martialem lib.14.

Miniſtro,as.n.p.(ὑπηρετῶ.ὑπουργέω)ſeruio, porrigo, præparo. Plautus in Cur. Tu tabellas conſignato,hic miniſtrabit. id eſt ſeruiet, ego edam. Huius compoſita ſunt, Adminiſtro,(διοικέω) curo, ut Adminiſtro res ruſticas. Col. in Præf. Idem libro 4. Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur. id eſt, agitur, exercetur. Subminiſtro, (ὑπουργέω) ſubſeruio,ſubporrigo. Lactant. lib.5. Victum ſubminiſtrat.

Minitŏr,aris.d. p. (ἀπειλέω) ſæpe uel impetuoſe minor. Plaut.in Aſinar. Cui ergo minitaris te tibi uitam eſſe amiſſurum?.

Miniŭm, nij. n. ſ. (κιννάβαρις.μίλτος) dicitur id, quod à multis cinnabaris uocatur, cum propriè cinnabaris,ſit ſanies draconis, morientiũ elephantium pondere eliſi, utriuſque animalis ſanguine permixto. Noſtri rubricam dicunt minium.Cic. Attic.Cera (inquit) & minio: ſiue (quod idem eſt) cera miniatula notare. Cicero ad Att.lib.16.Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. Foditur minium ex gleba ſubruſo colore, & uitiatur admixta calce. Verg. Aegloga 10. Sanguineis ebuli baccis,minioq; rubentem.

Minŏ,as.a.p.duco. Feſtus: Agaſones equos agentes,id eſt bene minantes. Apud antiquos etiã pro minor ponitur. A quo.

Minĭto,as.are.ut docet Priſcianus. frequentatiuum,n.p.minis terrere.Cic.pro Milone: Quorum utrique mortem eſt minitatus. Hinc minitabundus,id eſt minitans, tanquam furioſus uel furens. Liu.9. Belli Maced. Etenim quoq; minitabundus petebat. Minitabiliter, aduerbium,pro minaciter,antiquè.

Minŏr,aris.d.p. (ἀπειλέω,ἐπανατείνομαι) minas infero, & plerunq; accuſatiuo iungitur. Cic.1. Tuſc. Cui cum Lyſimachus Rex crucem minaretur. Item eminere. Verg. Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli. Minatio,uerbale. Cicero 2.Orat. Compoſita huius uerbi ſunt, Comminor, & interminor, quæ habent pen.cor.

Minthē,Græcis herba,quæ mentha Latinis.

Minŭo,nuis.nui.nutum.a.t. (ἐλαττόω,μειόω) minorem reddo. Plin. Radix cõmanducata dentium dolorem minuit. Minutio,uerbale. Gellius lib.16.cap.5. Huius compoſita ſunt, Cominuo,(συντρίβω.) quod eſt ſimul in fruſta diuido. Lact. Diminuo,diuersè minuo. Terent. in Eun. Imminuo, κολούω, ἐπικόπτω, περικόπτω.

Minūrizo, as. n. p. idem quod parua uoce ſucci- no. Μινυρίζω enim cantillo ſignificat, & modu- latè concino. Sidon. lib. 1. Epiſt.

Minūs, oris. n. t. (ἧττον, ἔλαττον) quandoque com paratiuum eſt à paruum, neutri generis, ſicut minor maſculini & fœminini: ut, Plus minus ue. Aliquando à parum fit, non à paruum: ut, Habeo minus pecuniæ. Quando ꝑ aduer bium eſt, quòd ſi iungatur poſitiuo, contrariæ ſignificationis cõparatiuum demonſtrat: ut, minus ſtultus, id eſt prudentior. Minus pru- dens, id eſt ſtultior. Terent. in Eunu. Hoc ne- mo fuit minus ineptus id eſt, aptior. Frequen ter etiam accipitur pro nõ, præſertim coniun- ctum cum Sin, & cum Quo. ut, Sin minus, id eſt, ſi uero non: Quo minus, ut non. A minus nomine fit ſuperlatiuũ minimum: à minus ad- uerbio fit ſuperlatiuũ minimè. Plaut. in Trin. Minus quindecim dies ſunt, quòd pro his ædi- bus minas quadraginta Accepiſti à Callicle.

Minūſcūlūm, li. n. ſ. diminut. à minus, ἐλαττίον. Var. Ex hoc auiario, ut ſumãtur idoneæ, ex- cludantur in minuſculum auiarium. Eſt enim minuſculus. a. um. diminutiuum: ut, minuſcula epiſtola, minuſcula uilla.

Mĭnūtāl, is. n. t. (μυττωτὸς) genus edulij, quod ex conciſis minutatim oleribus fit, authore Api- cio. Fiebat inter cætera marino piſce, liqua- mine, oleo, uino, porris, & coriandro. Martial. lib. 11. Hinc exit uarium coco minutal.

Minūtātim, ſignificat in minutiſſimas partes, (εἰς λεπτότατα.) Colum. lib. 8. cap. 14. Naſturtium confectum minutatim. Hoc autem Varro pro paulatim dixit lib. 1. de Re ruſt. Ad ſubigendũ, minutatim aſſuefaciant.

Minūtiă, æ. f. p. (σκύβαλον, λεπτὸν) contemptibilis paruitas cuiuſcunq; rei, inquit Sipon. Lactan. de Ira. Pulueris minutias uidemus in ſole, cũ per feneſtram radios ac lumẽ immiſerit. Mi nutia etiam dicta porta Romæ, quòd Minutij ſacello proxima eſſet.

Minūtim, aduerb. in minutas partes ſignificat, λεπτομερῶς. Colum. libro 5. Minutim ſoli terga comminuat.

Mĭnūtŭs, a. um. & participium, & nomen eſſe po teſt. Participium ſignificat comminutum, (ἐ- λαττωθὲν) hoc eſt minus factum: Nomen, idem eſt quod breue, (λεπτόν.) Cic. Reticulũ ad na- res admouebat, tenuiſſimo lino minutis macu lis, plenum roſæ. Minutulus, diminut. Plaut. in Pœn. Infantes minutulos.

Mīră, orum n. ſ. (θαυμάσια) dicuntur miratione digna. Plaut. in Amph. Enimuero illud præ- ter alia mira miror maximè, ſi hæc habet pate- ram illam. Hinc permirus. a. um. pen. prod. Cic. Appio Pul. Mihi permirum accedit. A- pud ueteres mira pro monſtris atq; horrendis ſumũtur, (θαύματα, τέρατα.) Plaut. in Amph. Nimia memoras mira. Dicimus etiam mi- rus. a. um. Plin. libro 2. cap. 108. Mirus in omni reliqua diligentia. Idem lib. 11. cap. 9. Mira ar borum natura. Terent in And. Mirum ni do- mi eſt. Mirè, aduerbium, pro miro modo, ſiue mirabiliter. Cic. ad Attic. Puero municipia mi rè fauẽt. Mirum reſponſio, aduerbij cuiuſdam formam habet. Teren. in Eun. Verum credere omnem exercitum, Conſilia. G. Mirum. Hinc mirius antiqui dixerunt pro magis mirũ. Var- ro: Nunquid hoc mirius?

Mīrābĭlĕ, is. om. t. (παράδοξον, θαυμαστὸν) quod eſt admiratione dignum: ut Mirabile exemplũ Cic. 1. Off. Hinc mirabilitas, pro ſtupore. Idem in eodem, Hæc animi deſpicientia mirabilita- tem magnam facit.

Mīrābĭlitĕr, aduerb. Cic. ad Caſ. lib. 13.

Mīrābūndŭs, a. um. o. ſ. qui miratur. Liu. 5. Bel- li. Pun.

Mīrācŭlŭm, li. n. ſ. (θαῦμα) dicitur quicquid ad- mirationem afferre poteſt, quaſi ſit contra na turã, propter quòd ueteres miracula pro mon ſtris poſuere. Liu. lib. 2. Adijciunt miracula huic pugnæ. Hinc Accius perſonas diſtortas oribus difformes, miriones appellat. Miraculo eſſe. Plin. lib. 34. cap. 7.

Mĭrĭfico, as. a. p. mirabilem facio. Plaut. Amph. Thebani ciues modo miro mirificant.

Mĭrĭfĭcŭs, a. um. quod eſt mirabile, θαυμάσιος. Cice. in Catone, Mirificos fructus afferunt. Hinc ſuperlatiuum mirificiſſimus. Terent. in Phorm. Mirificè, aduerbium, pro mirum in modum. Cic. 4. Acad.

Mirmillōnēs, um. m. ſ. erant pugiles ſe ad duellũ prouocantes. Nam digladiantium alter retia- rius, alter mirmillo appellabatur, à mirmillo- nico genere quodam armaturæ Gallico, qui & ipſi quondam mirmillones appellati ſunt.

Miro, as. eiuſdē ſignificationis cum miror. Varr. in Eumen. Hoſpes quid miras?

Mīrŏr, aris. d.p. (θαυμάζω, ἄγω) propriè ſignificat re aliqua tanquam noua obſtupeſco. Verg. Artificumq́ manus inter ſe, operūq́ laborem Miratur. Et mirari eſt cum uoluptate intueri. Idem: Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ. Item neſcire, quia (ut Donatus inquit) admiratio ab ignorantia deſcendit. Terent. in And. Miror unde ſit. Sed cum dicimus, Ego miror me, miraris te, miratur ſe: tunc mirari ſignificat placere, & de ſe magnificè ſentire. Martial. Qui ſe mirantur in illos. Conſtruitur hoc uerbum cum accuſatiuo, & cum genitiuo. Verg. 11. Aene. Iuſtitiæ ne prius mirer belli ne laborum. Quandoque abſolutè ponitur. Ouid. 13. Metam. Dumq́ moror, mirorq́, ſimul fugit omnis in undas. Huius compoſita ſunt, Admiror, quod eſt ſtupore afficior, ſeu fixè aſpicio. Lactan. lib. 6. Aliquando eſt uenerari. Verg. Illum admirantur, & omnes Circunſtant. Demiror & emiror, ualde miror. Immiror, inſpecto, ſeu uehementer miror, uel magnifacio: ut, Immirari honeſtum. Cic. 1. Offic. Verbalia ſunt, Miratio & mirator. Cic. 2. de Diuin. Mart. lib. 10. Mirator uete rum ſenex auorum.

Mīrŭm in modum, & mirandum in modum, (θαυμαστὸν ὅσον, θαυμάσιον ἡλίκον,) id eſt in maiorem modum, quaſi infra rationem. Plautus in Amph. Vterque deluditur dolis mirum in modum. Mirum quantum, id eſt maximè. Liu. libro 1.

Mīsănthrōpŏs, pi. com. ſ. penult. pro. oſor hominum, qui homines odit, qui fugit hominum congreſſus.

Mĭſcellānĕă, orum. n. ſ. (συμμικτὰ) à mixtura indiſcreta rerum dici uidetur. Gell. libro ult. Variam & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt. Sic apud Apul. in Metamorph. Miſcellanea turba uelut ex colluuione omnium gentium confuſa. Miſcellus adiect. quod miſtum eſt: ut Miſcelli ludi apud Sueton. in Calig. Hinc quidam opera ſua Miſcellanea inſcripſerunt, in quibus uarijs de rebus tractatur. Varro miſcellum uocat columbarum genus, quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex utroq́ temperatū. Sic Miſcellæ uites, & Miſcellæ uuæ apud Cat. ca. 11.

Miſcĕo, ces. miſcui, miſtum. a. ſ. (μίγνυμι, μίσγω, κυκάω) per s, non autem per x, confundo, & ſine ratione perturbateq́ facio. Vergil. Interea magno miſceri murmure pontum. Quandoque eſt potum miniſtrare, (κεράννυμι) tractū à commixtione calidi & frigidi. Iuuenalis, Neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer. Miſcere abſolutè, pro miſcere omnia. Cic. ad Quint. fratrem lib. 3. Epiſt. Pompeius abeſt, Appius miſcet. Huius compoſita ſunt, Admiſceo, (ἐπιμίγνυμι) quod eſt aliquid miſceo. Lactant. lib. 6. Mares maribus admiſcuit. Commiſceo, (συμβάλλω) ſimul miſceo. Hieron. In mutuos commiſcentur amplexus. Immiſceo, intus miſceo. Colum. lib. 2. Intermiſceo, (διαμίγνυμι) in medio miſceo. Permiſceo, (ἐπιπλέκω) ualde miſceo. Auguſt. Vera falſis inordinatè permixta. Promiſceo. unde promiſcuus. a. um. Salluſt. Diuina atque humana habere promiſcua. Miſtus, uel ut alijs ſcribendum placet, mixtus, participium, hoc eſt temperatus. Liu. 3. ab Vrb. Miſtura pro moderatura, ut ait Non.

Mĭsĕlŭs, a um. o. ſ. (ταλαίπωρος) diminutiuum eſt à miſer. Plaut. in Rud. Heu ſum redactus ad hanc miſellam tuniculam, & ad hoc miſellum pallium.

Mĭsĕr, a. um. o. ſ. (ἄθλιος, δύστηνος, τάλας) flebilis, calamitoſus. Cic. O miſerum atque infelicem hunc diem. Interdum dicitur ægrotus, nam ægritudo genus eſt infelicitatis. Plautus Miſeram eſſe prædicat buccam. Interdum innocens. Cic. pro Mil. Miſeros interdum ciues optimè de Republica meritos. Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitum. Verg. Cecropidæ iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis Corpora natorum. Miſerrimum miſeriarum. Cic. ad Quint. fratrem lib. 3. Epiſt.

Mĭsĕrābĭlĭs, le. om. t. (ἐλεεινὸς, οἰκτρὸς) flebilis, lamentabilis, miſeratione dignus: id eſt per quē alij miſericordia cōmouentur. Ouidi. in Ibin: Sisq́ miſer ſemper, nec ſis miſerabilis ulli. Liu. Voces etiam miſerabiles exaudiebātur, mulierum præcipuè.

Mĭsĕrābĭlĭtĕr, (ἐλεεινῶς, οἰκτρῶς) idem ſignificat quod miſerè. Cic. 1. Tuſc.

Mĭsĕrāndŭs, a. um. o. ſ. (ἐλεεινὸς) miſeratione dignus.

gnus. Cic. 2. Tuſc. Miſerandum aſpice & euiſceratum corpus lacerati patris.

Mĭsĕrāntĕr, aduerb. Gel. lib. 10. cap. 3.

Mĭsĕrātĭo, onis. f. t. ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infelicitate mouemur. Plini. Epiſt. 51. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit.

Mĭsĕrātŏr, oris. m. t. eſt, (ἐλεῶν) qui opus aliquod miſericordiæ exhibet in eum, cuius miſeretur. Miſericors, (ἐλεήμων) qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcepit. Miſericordior, cõparatiuum antiquum. Plau. Rud. Miſericordior nulla eſt me fœminarum. Miſericordia, ipſa cordis ægritudo ex miſeria alicuius iniuſtè laborantis ſuſcepta.

Mĭsĕrē, (ἀθλίως, ταλαιπώρως) aduerbium, infeliciter. Cice. Neq; moueri eius deſiderio non poſſum, qui tam miſerè perijt. Quandoq; ſignificat ualde. Teren. Eam miſerè amat.

Mĭsĕrĕo, antiqui uſurpabant pro miſeror. Ennius in Hecub. Miſerete manus, date ferrum, ut me anima priuem.

Mĭsĕrĕŏr, eris. miſertus. d. ſ. (ἐλεῶ, οἰκτείρω) conſtruitur cum genitiuo. Et eſt miſereri, ex alicuius miſeria corde anxium eſſe, habet enim paſſiuum affectum. Brutus ad Cicero. Aut miſerebor ueſtri. Cic. pro Cornelio Balbo: Miſeremini eius.

Mĭsĕrēſco, ſcis. n. t. (οἰκτίζομαι) moueor miſericordia, & tam accuſatiuo quàm genitiuo iungitur. Stat. 1. Theb. Et generis miſereſce tui. Verg. Et miſereſcimus ultro. Huius compoſitum eſt, Commiſereſco. Ter. in Hecyr. Hinc miſereſcit, imperſonale, cum ſignificato ſui uerbi. Terent. in Heaut. Atq; inopis te miſereſcat mei.

Mĭsĕrĕt, (ἐλεῶ) imperſonale, ſimili modo paſſiuũ affectum habet, ſicut miſereor. Idem eſt enim, miſeret me illius, & miſereor illius, quia utrũq; ſignificat, ex illius miſeria angorem ſuſcipio. Cic. Miſeret me infelicis familiæ.

Mĭsĕrētŭr, (οἰκτείρω) imperſonale, moueor miſericordia. Cic. pro Ligar. Cauete, fratrum pro fratris ſalute precantium uos miſereatur.

Mĭsĕrĭă, æ. f. p. infelicitas, (ταλαιπωρία.) Miſeria dicitur, cum quis patitur uel egeſtatem uel damnum. Cice. 1. Tuſcul. Gentes noſtras flebunt miſerias.

Mĭsĕrĭcōrdĭă, æ. f. p. (ἔλεος, ἐλεημοσύνη) inquit Auguſt. quid eſt niſi alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio? qua (ſi utiq; poſſumus) ſubuenire compellimur. Cic. pro Ligar. Nulla de tuis uirtutibus plurimis nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt.

Mĭsĕrĭcōrdĭtĕr, (ἐλεημόνως) aduerb. ſignificat cum miſericordia.

Mĭsĕrĭtĕr, (οἰκτρῶς) idem quod miſerabiliter. Laberius: Mens incorrupta miſeriter corrũpitur.

Mĭsĕrĭtūdo, inis. f. t. idem quod miſeria, (ἀθλιότητς.) Actius: Qui infelix miſeritudine factus eſt aliena.

Mĭsĕrŏr, aris. d. p. & miſero. ras. (οἰκτείρω) lam̃etor, deploro, apud antiquos affectum actiuum habet, ſignificatq; uerbis, aut lachrymis, aut opere, dolorem, quem ex alicuius miſeria habemus, oſtendere: & cõſtruitur cum accuſatiuo. Cæſar, Cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabãtur: id eſt, deplorabant. Hinc commiſeror, à quo commiſeratio, (οἰκτιρμὸς) quæ eſt ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infelicitate mouemur, cum ſcilicet uel aſpectu alicuius, uel oratione, uel etiam cogitatione adducimur, ut eius miſereamur. Cic. lib. 2. ad Heren. Commiſerationem breuem eſſe oportet. Miſero autem, pro miſeror dicebant ueteres, ut Actius in Athamante: Atq; ita de illis merui, ut iure hæc nunquam miſerarent mala. Miſerata animi, pro animo. Verg. 10. Aen. Iuuenemq; animi miſerata repreſſit.

Mĭsŏcali, orum. m. ſ. quos Græci μισοκάλους uocant, quaſi omnem literarum elegantiam, nitoremq; dicendi peroſi, & ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrentes, ruſtici, inuenuſti, illepidi, & hircoſi, ac ſiniſtra Minerua nati.

Mĭſſĭcŭlo, as. iteratiuum enim eſt, à mitto, eiuſdemq; ſignificationis cum Miſſito, hoc eſt frequenter & uicibus repetitis mitto. (πεμπάζω.) Plautus in Epid. Tute ad me literas miſiculabas.

Mĭſſilis, & hoc miſſile. om. t. adiect. quod facilè mittitur, pen. cor.

Mĭſſilĕ, is. n. t. pen. cor. (ὀϊςὸς, βέλος) ſubſtantiuè, telum quod manu mittitur. Vnde & lapides miſſilia dicuntur. Plin. lib. 28. cap. 4. Et miſſilia dicũtur munera, quæ à principibus populo ſpargebantur, (ἐπιδόσεις) utputa uelaria, linea, odores,

odores, unguenta. Sueton. in Calig. Sparſit & miſſilia uariarum rerum.

Miſsĭo. onis. f. t. non ſolum ſignificat ipſum mittendi actum, (πομπὴν) ſed etiam dimittendi, (ἄδεια) Suet. in Cæſ. Miſſionem continuò efflagitauit. Sanguinis miſſio (φλεβοτομία) eſt ſanguinis inciſa uena emiſſio. dicitur etiam cum quis obtruncatur capite.

Miſsĭto, tas. pen. cor. frequentatiuum, ſæpe mitto, (προσαναπέμπω.) Liu. 9. ab Vrb.

Miſsŭs, a. um. participium, eas ſignificationes habet quas mitto. Miſſus uerò nomen quarti ordinis, immiſſionem ferarum, ſiue ludorum, aut gladiatorum in arenā ſignificat, (ἔφοδοις, θηριομαχία.) Suet. in Claud. Interiecta per quinos miſſus uenatione. Budæus. Aliquādo ſumitur pro immiſſione ferculorum, (περιφορά.) ut apud Lamprid. in Heliogab.

Mĭtēllă, æ. f. p. diminutiuum, parua mitra, (μιτρίον.) Verg. Coppa Syriſca caput Graia redimita mitella.

Mĭtēs, ium. com. t. (πραεῖς, πράοι, ἤπιοι, προσηνεῖς) teſte Auguſt. dicuntur qui improbitatibus cedunt, & non reſiſtunt malo, ſed uincunt in bono malum. Vnde & pro leni, clemente, ac manſueto accipitur mitis. Cuius contrarium immitis. (ἀπηνὴς) id eſt, aſper, ſæuus, crudelis. Vergil. Immitis Achilli. Quandoq; ponitur pro maturo, (ὡραῖος.) Verg. Sunt nobis mitia poma. Plin. Immitia adhuc et cruda poma. Mitè, mitius, mitiſſimè, aduerbium.

Mĭtēſco, ſcis. n. t. manſueſco. πραΰνομαι, ἠπιοῦμαι. Plinius: Vt feræ domi educatæ miteſcunt. Aliquando tranquillor. Apul. Mare miteſcit. Aliquando matureſco, (πεπαίνομαι.) Plin. Pomorum uelocitas citò miteſcentium tranſuolat.

Mīthrā, ſol. uide in nominibus proprijs.

Mīthrāx, (μίθραξ) gemma roſeo colore, quamuis Solis radijs oppoſita uerſicolor ſit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĭthrĭdātĭcūm unguentum, (μιθριδατικὸς) antidotum, quod ex rebus 54. conficitur, & nunc uulgò authoris nomine uocant Mithridatum. Plin lib. 15. cap. 1.

Mītĭfĭco, as. (ἡμερόω) mitem ac placidum facio. Plin. lib. 8. cap. 7. Capti celerrimè mitificantur hordei ſucco. de elephantis. Mitificare cibum, concoquere. Cic. 2. de Diu.

Mĭtĭgātōrĭŭs, adiect. quod habet uim mitigandi. Plin. lib. 28. cap. 6.

Mĭtĭgo, as. pen. cor. placo. quaſi mitem ago, (πραΰνω.) Lactan. lib. 4. Pœnitentia populi mitigatur. Item maturare, (πεπαίνειν.) Cic. lib. 2. De Republi. Maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Huius cōpoſitum eſt commitigo, de quo ſuprà. Mitigatio nomen uerbale. Cice. 3. de Orat.

Mĭtĭs, uide Mites.

Mĭtră, uide mitella. (μίτρα) dictio barbara, qua ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus. Erat enim pileus incuruus, quamuis & pro muliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipiatur. Apud Græcos non ſolum pro ornatu capitis, ſed pro faſcia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda ſumitur. Verg. 9. Aeneid. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Mĭtto, tis. miſi. miſſum, (πέμπω) nota eſt ſignificatio. Cicero in Catone: Hunc librum ad te de Senectute miſimus. Interdum excludere, (ἀφεῖναι) Verg. Mœſtumq; timorem Mittite. Interdum omittere, deponere. Teren. Adelph. Hera lachrymas mitte. Item donare. Verg. Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos. Mittere in conſilium, eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam. Cicero pro Cluent. Miſſum facere, eſt deponere, ac etiam à noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere: quod quidam barbarè dicunt, dare licentiam, uel licentiare. Terentius Phorm. Miſſum te facimus. Huius compoſita ſunt, admitto, amitto, committo, omitto, permitto, præmitto, promitto, remitto, manumitto, ſummitto; & tranſmitto.

Mĭxtārĭūs, (κύαθος) uas quo uinum aqua miſcemus. Lucilius: Vrceus aut gemina longus mixtarius anſa.

M ANTE N, ET O.

Mnā, (μνᾶ) Græcè, Latinè mina. uide in dict. Mina.

Mnēmŏsўnē, pen. cor. (μνημοσύνη) memoriam ſignificat. Catull. Mnemoſynon mei ſodalis. id eſt, monumentum.

Mnēmŏnĭcă, orum, (μνημονικὰ) præcepta de memoria. Cic. ad Herenn. 21. & 23.

Mōbĭlis, le. om. t. (εὐκίνητος.) qui facilè mouetur: à quo mobilitas, (εὐκινησία.) Verg. Quo non aliud uelocius ullum Mobilitate uiget. Quorum contraria ſunt immobilis, (ἀκίνητος.) & immobilitas. Mobilitas etiam pro inconſtantia & leuitate. Cic. 7. Philip.

Mōbĭlĭtĕr, aduerb. ut, Cor mobiliter palpitans, Cic. 2. de Nat.

Mōbĭlĭto, as. are. a. p. Lucanus, Inde omnia mobilitantur.

Mŏdĕrātŏr, oris. m. t. (οἰκονόμος, ἐπιστάτης) rector, gubernator. Cic. 1. Tuſc. Moderator tanti operis & muneris? Moderatrix, gubernatrix, rectrix. Cice. 1. de Inuent. Moderatrix rerum ſapientia.

Mŏdĕrŏr, aris. d. p. (πρυτανεύω, διοικῶ, ἐντοχῶ, χαλιναγωγῶ) rego, modum pono, & tam accuſatiuo, quàm datiuo iungitur. Salluſt. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Plautus in Curc. Linguæ moderandum eſt. Huius compoſitum eſt præmoderor, antemoderor. Dicitur & modero. ras. in eadem ſignificatione. Salluſt. Quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit. Verbale eſt moderatio, onis. Cicero de Senect.

Mŏdĕrātŭs, a. um. o. ſ. adiect. ut, Moderati ſenes Cic. de Senect. Hinc moderatè aduerbium, cũ moderatione: ut moderatè dictum.

Mŏdēſtĭă, æ. f. p. (τὸ κόσμιον, κοσμιότης, εὐταξία) & moderatio, (μετριότης) hunc habent ordinem, quòd modeſtia fundamentum, ſoliditas & baſis ipſa uirtutis, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat aurigaturq́ modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio utuntur. Cicero lib. 1. ad Heren. Modeſtiam definit, quòd ſit in animo continens moderatio cupiditatum.

Mŏdēſtŭs, a. um. o. ſ. (κόσμιος) à modico, id eſt temperato. Teren. Adelph. Proba & modeſta. Vbi Don. Proba ſibi, & modeſta apud alios. Vnde modeſtè, (κοσμίως) cum modo & temperatè. Varro: Non eos optimè uixiſſe, qui diutiſſimè uixerunt, ſed qui modeſtiſſimè.

Mŏdĭālis, le. om. t. (μεδιμναῖος) à modo, ut uas modiale, quod modium continet. Plau. in Cap.

Mŏdĭcŭs, a. um. o. ſ. (ὀλίγος, γυτθὸν) parum ac puſillum: ut modica pecunia. Apuleius, Modico labore fatigatur. Sic immodicum, (ἄμετρος, ἄμετρος) pro maximo ponitur. ut, Immodica poſſidendi libido. Et modici, pauci. Plaut. Domum modici introierunt. Sic immodicos, dicimus plures. Martialis, Atriaq́ immodicis arctat imaginibus. Propriè tamen modicum, dicitur quod non excedit modum, quod modeſtum eſt & temperatũ. Hinc modicum aduerbium, ſignificat parum. Plaut. Aedepol id modicum curat. Modicè uerò, (μετρίως) temperatè. Idem: Modicè ſapis. Immodicè, nimis, uel intemperatè. Colum. lib. 2. Immodicè facere. Modicè non ſemper à pauco, ſed quandoque à modo deducitur, ut modeſtiã deſignet, quæ inter parum & nimium uerſatur, nõ paucitatem. Varr. De re Ruſt. Cum aër eſt modice temperatus.

Mŏdĭfĭcŏr, aris. d. p. menſurã & modum capio, (μετρέω.) Gel. lib. 1. Membrorum omnium inter ſe cõpetentiam modificatus eſt. Hinc modificatio pro temperantia.

Mŏdĭŏlŭs, li. m. ſ. (πλήμνη, χοινικὶς) diminut. eſt quarta pars modij, quo etiam nomine dictum eſt paruũ uas quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Modiolus etiam eſt uas menſarium potui paratum, ut phiala, ut trulla, nõ tamen poculum, ut inquit Scæuola in l. Sciæ. De auro & argen. leg. hæc Budæus. Plaut. in Ciſtel. Ei promiſi modiolũ uini dare. Modiolus in rota, cui affixi ſunt radij. Plin. lib. 9. cap. 4.

Mŏdĭpĕrātōrēs, um. m. t. (συμποσιάρχαι) dicuntur qui modificandi authoritatẽ habent, quaſi modum imperantes. Var. In conuiuijs inſtituti ſunt modiperatores atq́ magiſtri.

Mŏdĭŭs, dij. m. ſ. μέδιμνος. menſuræ genus, duo & uiginti ſeſtertia cõtinens. Hinc ſemodius, bimodius, trimodius, & huiuſmodi. Colum. libro 2. Eadem quatuor modijs, nonnunquam tribus, etiam duobus ac ſemodio iugerum occupat. Hinc modius uini, modius tritici. Modius agri, actus quadratus, qui latus eſt pedes centum, & longus totidem: Mina etiam Latinè dicitur, teſte Varrone 1. de re Ruſt. capite 10. Modium neutro genere etiam dicitur. Plin. libro 18. cap. 16. Id præſtant in iugera modia uicena.

Mŏdŏ, (ἄρτι) quando habet o finalem corr. ſignificat tempus præſens, uel mox præteritum, uel nondum

nondum præteritum, uel ſtatim futurum: ut, Modo id ago. Teren. Modo ait, modo negat, modo dicebã, modo ueni, modo faciam. Aliquando ponitur pro longo tempore antè. Idẽ in Eunuch. Quàm dudum? DO. Modò. Vbi Donatus, Nota modò aperte pro tempore præterito dictum eſſe, id eſt iamdudum. Hinc fit, Quomodo, amodo, poſtmodo. Ponitur pro duntaxat, tantummodo, (μόνον.) Liu. Tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum cõfuſi ſunt. id eſt ſolum. Item ſignificat, ſi modo, dummodo, (γοῦν.) Teren. in Heaut. Modo liceat uiuere, ſpes eſt. Hinc & ſolummodo, tantummodo, & amodo, (ἀπὸ τούτου) quod ſignificat poſthac. Apul. Vt nemo me amodo tã manè egredientem ſolum uidebit. Quòd ſi producta ultima ſyllaba proferatur, datiuus uel ablatiuus caſus eſt à modus. Modò, pro ſaltẽ. Teren. Vtinam hoc modo ſit defunctum.

Mŏdŭlŏr, aris. d. p. pen. cor. menſura, ſiue cũ menſura & numerorum ratione compono, (μελῳδέω, κατανέω) Verg. Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui.

Mŏdŭlŭs, li. m. ſ. dimin. à modus: & ponitur pro ipſa compoſitione & cantu, qui etiam modulamen dicitur, (μελῴδημα, νόμος.) Modulus, ſiue modus, poteſt etiam dici id cantationis genus, cuius fit mentio in titulis comœdiarũ Terentij, Modos fecit Flaccus Claudij filius tibijs paribus dextris & ſiniſtris.

Mŏdŭs, di. m. ſ. (μέτρον τρόπος) propriè rationẽ ſignificat. id eſt, menſuram ſiue formã. Ratio iubet, Ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Vnde Quomodo & Quemadmodum dicimus, id eſt qua ratione. & Admodũ pro ſatis, quaſi ſecundum rationem: & Propemodum, ferè, quaſi parum abſit à modo, hoc eſt à ratione. Et, Mirum in modum, Maiorẽ in modum, quaſi ultra rationem. Cõmodum, aptum, conueniens, quaſi cum modo & ratione. Colum. lib. 2. Eſt autem modus in ſiccando fœno, ut neq; peraridum, neq; rurſus uiride colligatur. id eſt forma. Et modus, dicitur quantitas, ut apud eundem lib. 2. Si maior eſt modus, in horreo: ſi minor, in uaſis. Interdum dicitur finis ſeu euentus, πέρας. Iuuen. » Imponitq; modum ſapiens & rebus agendis.

Mœchiſſo, as. are. adulterare. Plautus in Caſ. In adulterio, dum mœchiſſat, Caſinam, credo, perdidit.

Mœchŏr, aris. d. p. (μοιχάω) inhoneſte per libidinem pecco, adulterium committo. Catullus.

Mœchŭs, chi. m. ſ. (μοιχὸς) adulter. Græcè enim μοιχὴν mœcham, hoc eſt adulteram, dicunt. Plau. in Amph. Illa illum cenſet uiuum ſuum eſſe, quæ cum mœcho eſt.

Mœniă, ium. n. t. (τεῖχη) à muniendo dicta. Veteres enim œ & u indifferenter ponebãt. Et propriè dicuntur, quæ urbem cingunt. Vergil. Et » mœnia pandimus urbi. Nec urbis tantũ ſunt, ſed etiam munitionum, caſtrorum, & aliorum ædificiorũ. Plau. Prohibentq; mœnia, alia unde ego fungar mea. Hinc fit ſubmœniũ, quod eſt ſub mœnibus.

Mœnĭānă, uide Meniana.

Mœnītŭs, a. um. o. ſ. adiect. mœnibus cinctũ. Plautus in Bacch. Cum Priami patriam Pergamũ Diuina mœnitum manu.

Mœrĕo, res. (ὀδύρομαι, σκυθρωπάζω) mœſtus ſum neutropaſſ. per œ diphthon. ab μοῖρα. Varro tamen per æ ab marceo deducit, quòd corpus marceſcere facit mœror. Eſt autem mœrere, triſtari, & dolore affici. unde & cum accuſat. quandoq; cõſtruitur. Cic. Terentiæ: Sed mœreo caſum eiuſmodi, id eſt doleo. Item deploro, ὀδύρομαι, ut apud eundem lib. 1. Tuſcul. Cum grauiter filij mortem mœreret. Inuenitur etiam mœret imperſonale cum ſignificato ſui uerbi.

Mœri, orum. m. ſ. pro muris. Vergil. 10. Aeneid. » Quin intra portas atq; ipſis prælia miſcẽs Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius, Mœrorũ pro murorum antiquè.

Mœro, ras. a. p. (λυπέω) mœrentem & triſtem facio, nam mœraret, id eſt mœrentem faceret. uetus uerbum.

Mœrŏr, oris. m. t. à Mœreo deriuatur & ſignificat, ut inquit Cic. 4. Tuſc. ægritudinem flebilem (ἄχθηδών.)

Mœſtĭtĕr, aduerb. antiquum, pro mœſtè Plaut. in Rud. Obſecro mœſtiter ueſtitas?

Mœſtĭtĭă, & mœſtitudo, inis. f. t. idem quod mœror, luctus, triſtitia. κατήφεια. Plaut. Cur tanta mœſtitudo obtigit? Quint. Dolore atq; animi mœſtitia languet.

Mœſtio, as. & mœſtifico. as. λυπέω; mœſtum facio.

Mæſtus,a.um. o.ſ.adiect. triſtis,mœrens, incultus,horridus,et miſerandus.Vergil.Et mæſtas promere uoces. Hinc mæſtè, aduerb. Author ad Heren.Tunc clementer,mæſtè,hilariter.

Mola, læ.f.p. (μύλη) dicta eſt qua ueluti mole quadam frumentum, legumina, aliaq́ res teruntur,quòd earum motu eò coniecta moluntur. Vnde molæ frumentariæ, molæ fabariæ, molæ oleariæ dicuntur. præcipuus eius uſus eſt in moletrina. Molas antiqui ab aſinis aſinarias,alias à manu manuarias,à trudendo truſatiles appellabant. Superior molæ lapis, qui rotatur meta dicitur.Inferior & ponderoſior, qui & immotus iacet Latine Catilius & Græce ὄνος uocatur.Et mola,μύλη,mandibula dicitur,ſiue maxilla. Item caro informis & inanima in utero mulieris, ſine uiri ſemine genita. De hoc Ariſtot.lib.4. De Gener Anim. Præterea mola à molito farre, dicitur far toſtum & ſale ſparſum, ὀλοχύτη, quòd eo molito hoſtiæ aſperguntur.Plin.lib.12.cap.18. Apud antiquos poſt glandes & arbuta uſus farris in honore fuit,ſeruatus in tantum ut ſacrificium non fieret ſine ſale & farre.Verg.Sparge molam. Hinc immolo,as.

Molaris,is.m.t.ſubſtantiuum (μυλίτης) dens maxillaris eſt à mola pro maxilla deductum nomen, quod cibum à cæteris dentibus confractum ipſi molunt. Et molaris, eſt molæ fragmen. Ouid.4.Metam. Aut comes, inquit, ero,dixit, dextraq́ molarem Suſtulit. Molaris uerò adiect. μυλικός. ut lapis molaris, ex quo mola fit.Plin.lib.36.cap.21.

Molarius,a.um. o.ſ. (μυλικὸς) quod ad molam pertinet:ut aſinus molarius,quo utimur ad molam.Cato.

Molendinarius. μυλωνοποιός. molendi opifex.

Molendinarius,a.um. μυλικός. quod ad molendinũ pertinet.ut Aſina molendinaria, apud Paulum Iureconſult.

Moles,lis.f.t. ὄγκος, βάρος. res magna,& magni ponderis.Verg. Totam infuſa per artus Mens agitat molem . id eſt magnitudinem mundi. Capitur quandoq́ moles pro difficultate. Vergil.1.Aeneid.Tantæ molis erat Romanã condere gentem. Accipitur & pro motu. Verg. Inde Gyan ipſamq́ ingenti mole Chimærã Conſequitur.Et à mouendo dicitur moles.

Moleſta tunica,dicebatur alimentis ignium illita & intexta,qua reos in pœnam induebant. Iuuenalis , Auſi quod liceat tunica punire moleſta.

Moleſtia,æ f.p. δυσχέρεια,ἀνία. ſolicitudo & grauitas.Cic.Tuſc.Moleſtia,ægritudo permanẽs. Inde fit cõpoſitum præmoleſtia. Cic.lib.4.Tuſcul. Alij metum præmoleſtiam appellabant. id eſt anticipationem moleſtiæ, quaſi metus ſit præuius duxq́ moleſtiæ futuræ.

Moleſto,ſtas.a.p. ἀ[illegible]ω. moleſtia afficio,& quaſi molem affero.Modeſti.Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari uolo.

Moleſtus,a.um.o.ſ. ἀνιαρὸς,λυπηρὸς,ὀχληρὸς. dicitur qui alicui grauis eſt, nec ſinit eum quieſcere. Teren.in And. Multũ moleſtus ei certè fuero . Hinc moleſtè aduerbium grauiter , ægrè, Cicero 4. Acad.Non moleſte,inquit, fero nos hæc contuliſſe.

Moletrina,æ. f.p.pen. prod. à molendo . μυλὼν, σιτοποιικὸς οἶκος . piſtrinum olim dicebatur, quò tempore tundebantur frumenta, non molebantur.

Molile,molilis,n.t.inſtrumẽtum, quo aliquid molitur , ſiue innouatur , uel id quod aut collis boum,uel humeris ſeruorũ adalligatur ad trudendas molas. Cato cap.11. Iuga ploſtraria duo,iugum aſinarium unum,molile unum.

Molimen, inis.n. t. pen. prod. quod & molimentum dicitur,id eſt quod molimur & conamur, παρασκευὴ,καταβολή. Liuius 2.ab Vrbe,Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Hinc emolumentum , ὠνχρήσιμα,pro utilitate.

Molior,iris.d.q.ago,ſtruo, conor , & quodãmodo machinor,paro,& à mouendo, uel à molibus,ſignificat moueo. μηχανῶμαι. Liu libro 9. Num montes moliri ſua ſede paramus? Verg. Claſſemq́ ſub ipſa Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ . id eſt paramus. pro uarietate enim appoſiti exponi ſolet. Moliri iter, eſt peragere.Idem. Moliri habenas,eſt gubernare.Idem. Moliri inſidias , eſt meditari aut tendere , ut lib.1. Georg. Inſidias auibus moliri , incendere uepres . Apuleius , Dum mihi moliuntur inſidias. Moliri arcem, eſt extruere.Cuius contrarium eſt demoliri Moliri moram eſt moram facere , Idem . Moliri iacula, eſt

eſt iaculari. Idem. Moliri bellum, eſt belligerare. Colum. in Præf. Moliri etiam ſimpliciter poſitum, ſignificat inuenire. Plaut. Aliquid moliar, quo me hoc diſcrimine liberē. Aliquādo operari uel facere. Cicer. 1. Tuſ. Vnde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Col. li. 2. Minoribus aratris moliuntur. id eſt operantur. Aliquando paſſiuè moliri, pro retardari. Liu. li. 1. Mutilamur, molimur, ſubijcimur. Huius compoſita ſunt, Amolior, recedo. Admolior. ἐπιτίθεμαι, ἐπιχειρέω. ſuprà molior, ſiue ſuprapono. Plau. in Aſin. Vbi ſacro manus ſis admolitus. Demolior, deſtruo. Remolior, remoueo, & à conatu reuoco. Suet. in Augu. A molior, fit molitus participium. Cic. 1. de Fini. Molita quippiam impietas. Molitio, uerbale, ipſe moliendi actus, conatus ipſe & machinatio. Cic. 1. de Nat.

Mŏlĭtŏr, oris. m. t. penult. corr. qui molit, (ἀλετής) Vulgò molendinarius dicitur. Et molitrix quæ molit.

Mŏlĭtūră, Plin. libro 15. capi. 23. Molitura etiam præſtant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.

Mŏllēſco, n. t. (διαμαλάσσομαι) mollis aut placatus fio. Claud. Ditisq; ſeueri Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. Hinc componitur remolleſco. Oui. 1. Metam. Precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcūt, ſi flectitur ira deorū.

Mŏllēſtră, æ. f. p. pellis ouina. Antiquis molleſtra uocabatur, qua galeas ſubtegebant. Feſt.

Mŏllĭcĭēs, ei. f. q. quæ & mollicia, (μαλακία, μαλακότης, χαυνότης) idem quod mollitudo, quamuis & in malū pro effœminatione quandoq; capiatur. Salluſt. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini.

Mŏllĭcĭnă, æ. f. p. pen. prod. (μαλακὸν ἱμάτιον) ueſtis inquit Nonius, à mollicie dicta. Næuius in Epid. Mollicinam, crocotam.

Mŏllĭcŭlŭs, li. m. ſ. diminutiuum, (ἁβρὸς, ἁπαλός) Plaut. pro tenello, & delicato poſuit, cum inquit in Caſina, Sed lepidè uolo Molliculas eſcas, ut ipſa mollicula eſt.

Mŏllĭfĭco, as. act. p. & molleſco, is. idem quod mollio. μαλάσσω.

Mŏllĭo, is. mollíui, uel mollij, mollitum, act. q. (διαμαλάσσομαι, καταπραΰνω, μαλακίζω) placo, molle reddo. Gell. Sed poſtea cum Brunduſium aduentaremus, mollitiq; eſſent uenti maris. & Salluſtius, Militum animos molliuerant. id eſt effœminauerant. Huius compoſitum eſt Emollio. ἐκμαλάσσω. quod eſt ualde mollio. Et præmollio. ὀργάζω.

Mŏllĭpēs, pedis. com. t. qui mollem habet pedem. Cice. 1. de Diuin. Mollipedesq; boues ſpectantes lumina cœli.

Mŏllis, le. om. t. (μαλθακὸς, μαλακὸς) tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus, inconſtans, à mouendo, quaſi mobilis, quod in quancunq; partem facile trahi ac moueri poſſit: antitheton durus, & quaſi ferreus. Vergil. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana. Inde fit quòd cum homine iunctum, modò uituperationem, modò laudem denotet: ut molle ingenium, quod facilè diſcit. Per translationem, mollis quandoque pro domito ſumitur. Vergilius, Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Quandoq; pro maturo. πέπων. Idē, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. unde mollia uina dicūtur, id eſt defecata, & aſperitate carentia. Quandoque pro remiſſo, & contemnendo, χαῦνος. Idem: Tua Mecœnas haud mollia iuſſa. Quandoque pro ſuaui ac iucundo. Idem: Mollesq; ſub arbore ſomni. Vnde & mollio, & mollitudo, & mollicies. Hinc mollior & molliſsimus. Liu. 4. Bel. Maced. Volo id quàm molliſſima uita conſequi.

Mŏllĭtĕr, (πράως) placidè, æquo animo. Cicero, Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Aliquando ſignificat delicatè, ἁβρῶς, μαλακῶς. Terentius in Adelphis, Aedepol Syriſce te curaſti molliter.

Mŏllĭtūdo, inis. f. t. (μαλακότης) placiditas. Cice. Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Mŏllūſcă, æ. f. p. nux à mollicie dicta eſt, quòd cæteris omnibus nucibus mollior ſit. Plinius libro 15. ca. 22. Molluſcæ putamen rumpentes.

Mŏllūſcŭm, ſci. n. ſ. tuber eſt arborum, quemadmodum & bruſcum. Eſt bruſcum introrſus criſpum, molluſcum uero ſimplicius ſparſum: & ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubiè prælatum à ueteribus citro fuiſſet. Plini. libro 16. Pulcherrimum uerò eſt bruſcum, multoq; excellentius etiam unum molluſcum.

Mōlo, lis. moli, multum, & molitum. a.t. ἀλέω, μύλλω. ſignificat mola tero. Cæſar lib.1. Commen. Trium menſium molita cibaria ſibi unumquemque domo efferre iubent. Molere etiam ſubagitare eſt. Horat. in Serm. Permolere uxores mo'em laudarier inquit. Huius compoſita ſunt, commolo. συναλήθω. ſimul molo. Lactant. de Opifi. Contritos & commolitos dentibus cibos colligit: & Emolo, perfectè molo. Permolo, de quo paulo antè. & hæc penultimam correptam habent.

Mŏlŏchĭnŭs, ni.m.ſ. color qui in purpuram inclinat, quod maluæ flori ſimilis ſit, quaſi μαλάχινος. Græci enim μαλάχην maluam dicunt. Hinc molochinarius, molochini coloris infector, ut eſt apud Plautum in Aul. Aſtant molochinarij, Petunt fullones.

Mŏlōrthŭs, thi. m.ſ. perpendiculum: dictio Græca compoſita, qua ſignificatur rectum plumbum, μόλυβδος plumbum, ὀρθὸς rectus.

Mŏlucrŭm, cri.n.ſ. pen. cor. lignum quadratum quo ueteres immolabant. Et molucrum quo molæ uertuntur, quod Græci μύλακον dicūt. Item tumor uentris, qui etiam uirginibus accidere ſolet, molucrum uocatur. Afranius. Virgini tam creſcit uterus, quàm grauidæ mulieri molucrum.

Mōlȳ. yos. n.t. herba, (μῶλυ) Plini. lib.25. capite 4. Laudatiſſima herbarum eſt, Homero teſte, quam à dijs uocari putant moly. At inuentionem eius Mercurio aſsignat, contraque ſumma ueneficia demonſtrat. naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda, nigraque, magnitudine cepæ, folio ſcillæ, effodi autem difficulter.

Mŏlȳbdēnă, penul. prod. μολύβδαινα. eſt (inquit Plin. lib.37. ca.17.) quæ aliàs galena uocatur, plumbi & argenti uena communis. Eſt etiam (ut idem libro 25. cap.13.) genus herbæ ſic dictæ, quæ plumbum (quod eſt uitium oculis) tollit. alio nomine Plumbago dicitur.

Mŏlȳbdĭtis, (μολυβδῖτις) plumbi ſpuma, ſicut argyritis argenti. Plini. libr.33. cap.6. Genera eius tria: optima quam chryſitin uocant: ſecunda quā argyritin: tertia quā molybditin.

Mōmăr, Siculi ſtultum uocant: authore Feſto.

Mōmĕn, inis. n.t. id eſt momentum. Lucret. Momine ſi à paruo poſſunt impulſa moueri.

Mōmĕntānĕŭs, nea, neum. quod eſt caducum, & quod facilè mutatur ac deficit. πρόσκαιρος.

Mōmĕntārĭŭs, a. um. quod in momento ſit. (ἀκαρής) Ambro. Syros uerò Heliſeus quos obſidētes in ciuitatem induxerat momentaria cæcitate percuſſos, cum quo ingrederentur, uidere non poterant.

Mōmĕntŭm, ti. n.ſ. propriè ſignificat exiguum temporis ſpatium, ſiue mauis punctum, atque exiguiſſimum quoddam & indiuiſibile, quod Græci ἄτομον uocant, ſiue ἀκαρὲς. Var. Momento temporis uterque diſceſſit. Hinc quodcunque minimum, poteſt etiam momentum appellari. Plinius, Cinis earum bibatur in uino addito reſinæ momento. Momentum etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, magni momenti. id eſt quæ magnum pondus, & uim habet: ut, Momentum copiarum, Liui.5. Ab Vrbe.

Mŏnăchŭs, chi. m.ſ. Latinè ſolitarius. μοναχὸς.

Mŏnārchă, æ. m. p. uel ches. unicus omniū princeps. μονάρχης.

Mŏnārchĭă, æ. f. p. unius principatus.

Mŏnăs, nadis. f.t. μονὰς, à monos deducitur, & ſignificat unitatem.

Mŏnāſtērĭŭm, rij. n.ſ. (μοναστήριον, ἀσκητήριον: antiquius, φροντιστήριον) ſolitudo.

Mŏnaūlŏs, (μόναυλος) tibia ſimplex. μόνος enim ſolus, & αὐλὸς tibia. Martialis lib.14. Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.

Mŏnēdŭlă, æ. f. p. κολοιὸς. auis ex graculorum genere, quaſi monetula, quòd monetas ſurripiat. huic enim aui furacitas argenti atque auri mira præcipuè eſt. Plin. lib.10. cap.29.

Mŏnĕo, es. monui, itum. a.ſ. ſignificat admoneo hortor, ſuadeo, præcipio, prædico, & ſcientē ſeu memorem facio, ἀναμιμνήσκω, παραγγέλλω. Plaut. in Pſeud. Ad hoc uolo monere te, monendus ne me moneat. Interdum monere & inuitare eſt. παρακαλεῖν. ſicut inuitantur amici ad cœnam. Terent. Monere oportet me hunc uicinum Phaniam, ad cœnam ut ueniat. Conſtruitur nonnunquam cum duobus accuſatiuis, ut Moneo te hoc. Cice. in Catil. Sed eos hoc moneo, deſinant furere. Modò cum ablatiuo. Teren. in And. Habeo pro illa re, illum quo moneam probè. Modò cum genitiuo.

nitiuo. Valer. Max. Ab eo qui proxime aſſidebat ſolutæ à ſe legis ſuæ admonitus. Hinc Monitor, uerb. qui monet, quid ſit agendum. Compoſita ſunt, Admoneo, cōmoneo, præmoneo, & ſubmoneo. ὑπομιμνήσκω. quod eſt latenter moneo. Terent. in Eunucho, Tunc ad eam ſubmonuit me Parmeno.

Mŏnētă, æ. f. p. (νόμισμα) dicta eſt quòd nos ſigni impreſſione, uel authoris uel precij moneat. Martial. libr. 1. Et centum numeres nouæ monetæ. Quo etiam nomine dicta eſt Iuno. Cicero 1. Diuin.

Mŏnētālĭs, & hoc le. om. t. quod ad monetam pertinet. νομισματικός. ut, Monetale aurum, Apul. de Aſin. Monetales triumuiri, æris, argenti, atque auri flatores. Pompon. Iureconſul.

Mŏnētārĭŭs, rij. m. ſ. qui monetam cudit, ἀργυροκόπος. Firmicus: Habentes horoſcopum ſub ſigno erunt monetarij.

Mŏnīlĕ, is. n. t. pen. prod. (ὅρμος, περίαπτον) ornamentum gutturis, quod ſolet de collo uirginum pēdere, & Græcè ὁρμίσκος nuncupatur inquit Hieronymus. dictum quòd uirtutis admoneat. nam primo ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ouid. in Faſtis: Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Sed non ſolum hominum, uerumetiam equorum pendēs à collo monile uocatur. Verg. de equis Latini: Aurea pectoribus demiſſa monilia pendēt.

Mŏnĭmēntum: uide Monumentum.

Mŏnĭtĭo, onis. f. t. quæ fit ante commiſſum, obiurgatio poſt turpe factum. παραίνεσις, ὑπόμνησις. Cic. 1. Offic. Monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

Mŏnĭtōrĭŭs, a. um. o. ſ. quod monet, ut Liber monitorius. παραινετικός.

Mŏnĭtŭm, ti. n. ſ. quod quis nos monet. Cic. 4. de Finibus, Etiam monita à conſilio ſcripta ad ſummos uiros.

Mŏnĭtŭs, us. m. q. pen. cor. & monitio, (παράκλησις) idem ſignificant.

Mŏnŏbĕli, orum m. ſ. μονόβηλοι. apud Lampridium in uita Heligabali dicuntur qui ſolo obelo, hoc eſt longitudine conſpiciendi ſunt.

Mŏnŏcĕrōs, otis. m. t. μονόκερως. & monoceron, ontis. animal unicum cornu gerens, quod & unicornis appellatur: habet equinum corpus, caput ceruinū, mugitu horrido Plin. 8. ca. 21.

Mŏnŏchōrdĭŭm, dij. n. ſ. μονόχορδον. inſtrumenti muſici genus eſt, ita dictum non quòd unā chordam, ſed quòd omnes chordas unius uocis habeat, niſi panniculi nexu diſtinguantur.

Mŏnochrōmătōs, Latinè unius coloris dicitur, unde & monochromata Plinio lib. 33. cap. 7. dicuntur, ſingulis coloribus depicta.

Mŏnŏcŭlŭs, li. m. ſ. μονόφθαλμος) qui unum tantum habet oculum.

Mŏnōdĭă, æ. f. p. μονῳδία. cum accentu in penultima, lugubris cantus qui fit à præfica defunctorū funeribus, quaſi unius cantus: nam cæteris flentibus ſola præfica canit. huiuſmodi cantus etiam nænia dicitur.

Mŏnŏgămŭs, mi. m. ſ. μονόγαμος. pen. cor. unius uxoris uir. Vnde & monogamia. Hierony. Quàm ſancta ſit monogamia, hinc oſtenditur quòd digamus in clerum eligi non poteſt.

Mŏnogrămmi, orum. m. ſ. dicti ſunt homines macri, pertenues, ac decolores. Tractum à pictura, quæ priuſquam coloribus corporetur, fingitur lineis: ut apud Ciceronem dij monogrāmi ab Epicuro dicuntur li. 2. de Natura deo. Propriè monogrāmus dicitur pictura linearis.

Mŏnŏpŏdĭŭm, dij. n. ſ. dicitur menſa unico tantum pede ſubnixa. Liu. 9. Bel Maced. Monopodia & abacos, Romam aduexerunt.

Mŏnŏpŏlĭŭm, lij. n. ſ. μονοπώλιον. dicitur, cum penes unum aliquem tota alicuius rei uendendi poteſtas eſt. ἀπὸ τοῦ μόνος καὶ πωλοῦμαι. uendo. Plaut. Potes monopolium inſtituere.

Mŏnŏptōtŏn, ti. n. ſ. μονόπτωτον. penultima producta, unius caſus. habet enim unam uocem per omnes caſus.

Mŏnŏxўlŏn, li. n. ſ. nauigium ex ligno integro.

Mōns, tis. m. t. ὄρος. terræ tumor altiſſimus, ab eminendo quaſi eminens dictus, propter quod omne quod eminet, mons dici poteſt. Vergilius, Præruptus aquæ mons. Sumitur quandoque pro ſaxo Idem: Prenſantemque uncis manibus capita aſpera montis. Sic aliquando ſaxum pro monte, ut apud eundem, Saxi de uertice paſtor. Hinc Septimontium, locus qui habet ſeptem montes.

Mŏnſtrĭfĕr, a. um. o. ſ. adiectiuum, monſtrum referens: ut, Hominum effigies monſtrifera, Plinius libro 6 capite 19.

Mŏnſtrĭfĭcŭs, a. um. o. ſ. (τερατοποιός) qui monſtra

ſtra dicendo uel faciendo demōſtrat: ut, Monſtrifica hominū ingenia. Monſtrificè aduerb.

Mōnſtro, as. a.p. (δείκνυμι) oſtendo, declaro, quaſi pro monſtro do. Teren. Adelph. Hodie nunquam monſtrabo. Monſtrare aliquando, pro docere. Plautus in Bacch. Nequicquam ſæpe monſtraui bene. Monſtratio uerbale. Et monſtrabilis & hoc monſtrabile, apud Plinium Epiſt. 107. Operum uarietate monſtrabilis. Huius compoſita ſunt, Commonſtro, demonſtro, & præmonſtro.

Mōnſtrūm, ſtri. n. ſ. quòd & promonſtrum aliquando dicitur, (τέρας) à monſtrando dictum eſt quòd ſignificando demonſtret, et quaſi porrò aliquid monſtrans ſiue monens. Cice. De Nat. Monſtra quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt? Sic quicquid eſt natura deforme, hoc eſt, præter naturam aut deficit, aut excedit, monſtrum & res monſtroſa eſt. Teren. Eun. Quid iſthuc nam monſtri fuit? Quandoq; monſtrum, φάσμα, ponitur pro monſtratione, ut apud Vergilium: Monſtra Deûm refero. Monſtrum ali dicimus, ubi quid occulti uitij latêre ſignificamus, & haud ſcio an inde metaphora ducatur, quòd ob pudorem monſtra clanculum aluntur, & occultantur. Teren. in And. Aliquid monſtri alunt.

Mōnſtrŭōſŭs, a. um: & mōſtroſus, a. um. Luci. li. 1. Monſtroſiq; hominū partus. Monſtroſe, aduerb. hoc eſt præter naturam. Cic. 1. de Diuin.

Mōntānŭs, a. um. o. ſ. (ὀρεινὸς) quod eſt ex monte: ut, Montani imbres.

Mōntĭcŭlŭs, li. m. ſ. ὄχθον, βουνὸς, diminutiuum, paruus mons. Dicitur & monticellus.

Mōntĭgĕnā, æ. com. p. (ὀρειογενὴς) qui in monte genitus eſt.

Mōntĭuăgŭs, a. um. o. ſ. pen. cor. qui per montes uagatur, ὀρειοπόλος. Cic. 5. Tuſ. Beſtiæ multiuagos atq; ſylueſtres curſus patiuntur.

Mōntōſŭs, a. um. (ὀρεινός) ubi ſunt multi montes: ut Montoſa regio, non montuoſa. Plin. Naſcitur in mōtoſis et aſperis aliquādo & herboſis.

Mŏnŭmēntŭm, ti. n. ſ. ſiue monimentū per i, (μνημεῖον, μνῆμα) dicitur quicquid nos monet, ſiue monere poteſt rei alicuius præteritæ: ut, tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fama, porticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, cæteraq; quæ nos alicuius rei præteritæ moneant. Florentinus Iuriſconſultus ſic ſcribit, Monumentū generaliter eſt res memoriæ cauſſa in poſterum prodita, in quam ſi corpus, uel reliquiæ inferātur, fiet ſepulchrū: ſi uerò nihil eorum inferantur, erit monumentū, memoriæ cauſſa factū, quod Græci κενοτάφιον appellāt.

Mŏră, æ. f. p. (διατριβὴ, ὑπερημερία, ἀναβολὴ) expectatio, temporis dilatio. Plau. Cui mora ſemper obfuit, diligentia profuit.

Mōrālĭs, le. om. t. (ἠθικὸς) ad morem pertinēs: unde ſcientia moralis, quæ de moribus tractat.

Mŏrāmēntŭm, ti. n. ſ. (μέλλησις) idem quod mora. Apul. in Floridis, Hiſce igitur moramētis.

Mŏrātŏr, oris. m. t. uerbale. Liu. 2. ab Vrbe: Aduerſus unum moratorem publici commodi auxilio delectum habent.

Mŏrātōrĭŭs, a. um. adiect. quod ad moram pertinet. Paulus Iureconſ. Oblata moratoria cautio non admittitur, hoc eſt cautio quæ datur, ut quis differat, & expectet.

Mŏrātŭs, a. um. o. ſ. (ἠθικὸς, καλῶς ἠθισμένος) qui bonis moribus præditus eſt. Plautus in Aulul. Dum mihi morata ueniat, dotata eſt ſatis. Terentius in Hecy. Sed quid mulieris uxorem habes, aut quibus moratam moribus? Eſt & participium à uerbo Moror. Liu. 4. Bel. Pun. Et ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agrum interfecta.

Mōrbĭdŭs, a. um. (νοσερὸς, ἐπίνοσος, νοσηματώδης) quod eſt morbo infectum: idem quod morboſum. Plin. lib. 8. cap. 28. Atq; ita profluuio ſanguinis morbidum aliàs corpus exonerat.

Mŏrbĭfĭcus, a. um. (νοσοποιὸς) quod morbū infert

Mŏrbŭs, bi. m. ſ. νόσος, νόσημα, ægrotatio, ualetudo, malum, & habitus cuiuſcunq; corporis contra naturam, qui uſum eius faciat deteriorem: aliàs in toto corpore, aliàs in parte accidere ſolet. Totius corporis morbus qui à Cicerone corruptio dicitur, & à Iureconſultis temporalis imbecillitas quæ ſanari poſſit, eſt ueluti phthiſis & febris: partis autem, ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Et dicimus, affici graui morbo, laborare morbo, conualeſcere ex morbo, &c.

Mōrdāx, acis. om. t. (δηκτικὸς) qui mordendo lædit, uel qui alijs detrahit: à quo mordacitas. Plaut. in Truc. Num tibi iam amabò ianua eſt mordax mea, quo introire Metuas mea uoluptas?

luptas? Plin. lib. 21. cap. 16. Iis enim omnibus folijs ineſt aculeata mordacitas.

Mŏrdĕo, es. momordi. et morſi, ſum. a. ſ. dentib. lædo, dentes in alicuius membris figo. δάκνω. Lucanus: Exhibuit primus chalybem, frenos que momordit. Plautus in Trinum. Ni fugiſſem, inquit, medium, credo, præmorſiſſet. Per translat. uerò ſignificat detrahere, pungere. Terent. Inuidere omnes mihi, Mordere clanculum. Compoſita ſunt, admordeo. ἐπιδάκνω. ualde mordeo. Verg. 2. Geor. Admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Commordeo, ut equi contumaces & præferoces. ἀφλωιάζω ſimul mordeo. Demordeo καταδάκνω. morſu decerpo. Immordeo, morſum infigo. Obmordeo, circummordeo. Præmordeo, antè mordeo. Remordeo, crucio, ſollicito. Vergilius, Quando hæc te cura remordet. Propriè tamen remordere. ἀντιδάκνειν. eſt illum à quo quis eſt morſus, mordere. Lactan. lib. 6.

Mŏrdĭcĭbŭs, pro morſibus, δήγμασι. Plautus, Aſini me mordicibus ſcindant.

Mŏrdĭco, cas. a. p. pen. cor. δάκνω. dolorem affero, perinde ac ſi morſu læderem.

Mŏrdĭcŭs, pen. cor. (ὀδάξ) aduerbium, ſignificat mordendo. Plautus in Curcu. Manum arripuit mordicus. Idem: Iamdudum oportuit naſum ademptum mordicus. Mordicus tenere per translat. pro ſumma pertinacia tueri. Cice. 4. De. Finibus, Peripatetici uerba tenent mordicus.

Mŏrĭbŭndŭs, a. um. o. ſ. ἀποθνήσκων. moriens. Liuius 6. Bel. Pun. Ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

Mŏrĭgĕr, a. um. o. ſ. pen. cor. obediens, πειθήνιος.

Mŏrĭgĕrŏr, aris. d. p. morem gero, obſequor, & quaſi ad alterius uoluntatem mores transformo, χαρίζομαι, ὑπουργέω. Teren. in Adel. Si adoleſcenti eſſes morigeratus. Inde morigeratio, & morigerè aduerbium.

Mŏrĭōnĕs, ſtulti. μωρίωνες. Martial. lib. 8. Morio dictus erat, uiginti millibus emi.

Morion, lapidis precioſi nomen. Plin. 37. ca. 10.

Mŏrĭŏr, eris. & iris. cado, occido, intereo, mortem obeo, mortem oppeto, de uita decedo, ex uita diſcedo, è uita migro, uitã amitto, uita priuor, diem meum obeo, extinguor, diſſoluor, ex corporis uinculis tanquam ex carcere euolo: hoc uerbum nunc tertij ordinis, olim quarti, & eſt deponens. μεταλλάττω, καταλύω, ἀποθνήσκω. Oui. lib. 4. Metam. At ſtrepitum mortem que timens, cupidusque moriri. Significat autem uita decedere, cuius præteritum eſt mortuus. Moriar, iurandi uerbum, quemadmodum Diſperеam. Cicero ad Att. libro 8. Moriar ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Compoſita huius uerbi ſunt, Commorior. συναποθνήσκω. ſimul morior. Demorior, emorior, intermorior, & præmorior.

Mōrŏlŏgŭs, gi. m. ſ. pen. cor. qui in ſermone moroſus. id eſt moleſtus eſt, μωρολόγος. Vnde & ſermones huiuſmodi dicuntur morologi. Plautus: Nec moleſtum eſſe, nec ſermonibus morologis uti. μωρὸς enim ſtultus, λόγος ſermo.

Mŏrŏr, raris. com. p. περιμένω. expecto. Plautus: Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles. hoc eſt nihil curo, non expecto, (οὐδὲν μοι μέλει.) Et morari, eſt detinere, retardare. ἐπέχειν, ἀνέχειν. Quintilia. Quid me adhuc pater retines? quid moraris abeuntem? Item morari, manere. χρονίζειν. Cæſar Bell. libro 2. Itaque pauliſper apud oppidum morati, agrosque Rhemorum depopulati, &c. Morari prima producta, ſignificat inſanire, Suet. in Nerone, Deſijt inter homines morari: de Claudio dictum. Sic Plautus in Trinum. Amor mores hominũ, moros & moroſos efficit. Morans, antis. participium. Vergilius 4. Georg. Namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat. Vbi Seruius, Morantes, id eſt tarde incedentes. Compoſita à moror ſunt, Commoror, quod eſt maneo, & firmam habitationem habeo. Lactant. libro 7. Demoror, Immoror. ἐνδιατρίβω. moram traho. Remoror. Et habent penultimam correptam.

Mōrŏs, (μωρὸς) Græcè, Latinè ſtultus. Plaut in Trin. Amor mores hominum moros & moroſos efficit. A quo Morari uerbum prima longa, pro inſanire. uide paulò ante.

Mōrōsŭs, a. um. o. ſ. δύσκολος, δύσεροπος, δυσάρεστος, ἀσυνάλλακτος. curioſus, diligensque, qui nimis exactè omnia fieri expoſcit. Porphyrio: Ille eſt moroſus, qui multorum morum inter ſe contrariorum eſt: unde ſenectus moroſa. Seneca, Quando res penè nulla animo hominis cuncta faſtidientis ſatisfacit, ea propriè moroſitas

roſitas eſt. Moroſe aduerbium. Plin. libr. 18. capite 13. Terram non moroſe elegit. Et Moroſitas. atis. Cicero de Senect.

Mōrōsis, & moroſis, (μωρότης) delirium, memoriæ uitium & inſania, quotieſcunque ex somnifico grauamine reſipiſcentia non datur ad mentem. hæc enim non modo memoriam, ſed uſum quoq; rationis intercipit.

Mōrphnūs, (μορφνὸς) aquilæ genus, ab Homero percnum uocatum, quidam etiam plancū uo

Mōrs, tis. f. t. τὸ κῆρ, καταστροφή, κατάς (cant. λυσις, θάνατος. interitus, occaſus, fatum, letū, neceſſitas, exitus, funus, diſceſſus, extremus uitæ dies, diſſolutio naturæ, & ut Plutarc. ait nihil aliud eſt mors quàm σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις, hoc eſt corporis & animæ diſſolutio. Mors, inquit Sen. eſt naturæ lex, tributum officiumque mortalium, malorumq; omnium remedium. Hæc à ueteribus Dea credita eſt, Noctis & Erebi filia, quæ in mortales omnes uitæ neciſq; poteſtatem haberet. Stat. In ſcopulis mors ſæua ſedet. Accipitur quandoque mors pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. Plini. libro 14. cap. 22. Hinc rerum omnium obliuio, morſq; memoriæ. Legitur etiam mortes in plurali. Cice. 2. de Fini. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ.

Mōrsĭcātĭm, ſignificat mordendo, (ὀδὰξ, δηκτικῶς.) Varro, In bellis morſicatim ludunt.

Mōrsĭūncŭlă, æ. f. p. diminutiuum, paruus morſus, (δηγμάτιον.) Plautus in Milite, Molles morſiunculæ.

Mōrsŭs, a. um. participium, (δηχθείς.) Plin. Datur morſis à cane rabioſo, ne rabidi fiant.

Mōrsŭs, us. m. q. nomen, modò pro dentium læſione, modo pro ſcommate & maledicentia ponitur, (δῆγμα.) Cicero ad Attic. libro. 12. Recordationes fugio, quæ quaſi morſu dolorem efficiunt. Idem ſignificat Morſio.

Mōrtālis, le. om. t. θνητὸς, qui morti ſubiectus eſt: cuius contrariū eſt immortalis: ut, Deus immortalis. Quintilianus li. 5. cap. 12. In clariſsimum ſolem mortale lumen inferre. Inuenitur etiam mortalior comparatiuus. Plinius libr. 14. cap. 14. Mortalis ſubſtantiuè pro homine. Plini. lib. 12. cap. 17.

Mōrtālĭtās, atis. f. t. contrarium eſt immortalitas. Cic. 1. de Nat. Aut non omne quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. Mortalitas pro ipſis hominibus Plin. lib. 2. cap. 61. Mortalitas ipſa inuenit ſibi medium quiddam.

Mōrtārĭūm, rij. n. ſ. uas in quo res quæ reſoluendæ ſunt, piſtillo teruntur, (θυεία, ὅλμος, ἴγδις.) Plautus in Aulu. Cuius diminutiuum eſt mortariolum, (θυείδιον.) Hieronymus in Numeris, Ponent cum eo turibula, mortariola. Eſt & mortarium locus & ſuſceptaculum, in quo calx ſiue intrita ſubigitur ſeruatúrue, quę loca etiam plebi hodie mortaria appellātur.

Mōrtĭcīnī, (θνησιμαῖον) claudi dicuntur pedum quòd ueluti morticina caro ſit.

Mōrtĭcīnūs, a. um. o. ſ. penul. prod. exangue, corruptum, & ſua ſponte mortuum. Vnde morticinam (κρέας θνησιμαῖον) carnem dicimus animalium, quæ non ſunt mactata, ſed per ſe mortua. Plin. Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit.

Mōrtĭfer, ſiue mortĭferus. a. um. penu. cor. quod mortem affert, (θανατηφόρος.) Columel. libro 7. Eſt etiam mortiferus ſerpentis ictus. Plinius libro 10. capite 59. Pullis anſerum urtica mortifera contactu.

Mōrtŭālĕ, is. om. t. quod ad mortuos pertinet, νεκικόν. Vnde Emortualis dies in quo q̄s mortuus: ſicut natalis, in quo quis natus eſt. Plautus, Certum eſt enim hunc emortualem facere ex natali die. Mortualia etiam dicuntur uana atque inania, qualia ſunt quæ de mortuis referuntur. Plaut. in Aſin. Hæc non ſunt nugæ, non enim mortualia.

Mōrtŭūm mare (πόντος νεκρὸς) dicitur, quia nihil uiuum gignit.

Mŏrŭlă, æ. f. p. διατριβή. diminutiuum à mora. Auguſtinus libro 11. Confeſ.

Mŏrŭs, ri. f. ſ. μορέα, συκαμινέα. morum fructus συκάμινον, συκόμορον. à mora, id eſt tarditate, ut quidam putant. nam poſtrema omnium arborum morus floret, propter quod prudentiſſima arbor dicitur, quia lædi ſe à frigore non ſinit. Sunt tamen qui à Græco id nominis deriuent: μαυρὸν enim nigrum dicitur. Ouid. Ardua morus erat gelido contermina fonti.

Mōs, moris, m. t. eſt uitæ inſtitutum conſuetudine firmatum, (ἔθος, ἦθος.) Varro ait morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Interdum ponitur pro conſuetudine approba-

probata, quæ habetur pro lege. Interdum in malum, (τρόπος) nam & boni & mali mores dicuntur. Plaut. in Trinumo, Nam hic nimium morbus mores inuaſit bonos, ita plerunq; omnes iam ſunt intermortui. Sed dum illi ægrotant, interim mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerũt uberrime. Hinc fit moratus, moralis, morigeratus.

Mōſchātŭlă, pyra dicebantur à moſchi colore. eſt enim moſchum ſanies animalis, quod eodem nomine Arabes appellant.

Mōtăbilis, le. om. t. πολυκίνητος. qui frequenter mouetur. Hieron. in Geneſim, Creauit Deus omnem animam uiuentem atq; motabilem.

Mōtăcillă, æ. f. p. (σεισοπυγὶς) auis quæ ſemper mouet caudã. Vulgò cauda tremula dicitur.

Mōtĭo, onis. f. t. uerbale. Cicero. 2. de Natu. In corporum etiam motione atque geſtu, multa cernunt ſubtilius.

Mōtĭuŭs, a. um. κινητὸς. quod mouetur & nõ permanet. Donat. in expoſitione And.

Mōto, tas. a. p. κινέω. frequentatiuum. Verg. Zephyris motantibus umbras.

Mōtŏr, oris. m. t. uerbale. Mart. lib. 11. Cunarũ fueras motor Charideme mearum.

Mōtŭs, ta. tum. participium. κινηθείς. Verg. Sed motos præſtat componere fluctus.

Mōtŭs, tus. m. q. κίνησις. ipſa motio, unde fit terræ motus. Cic. de Amic. Ad illum primum motum animi & amoris.

Mŏuĕo, es, moui, motum. a. ſ. κινέω. notæ ſignificationis. Cæſar, Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. Per translat. ponitur pro excludere: ut, Veros hæredes mouere, & in eorũ locum ſuccedere. Cic. 1. Off. Mouere animum, eſt inducere, allicere. Verg. 3. Geor. Nõ umbræ altorum nemorũ, non mollia poſſunt Prata mouere animum. Seru. Mouere animum, in ſuũ deſiderium illicere. Mouere tragœdias, ſignificat uerbis rem atrocem & indignã efficere, quale eſt opus tragicorum de rebus atrocibus ſemper mœſtisq; loquentiũ, ſicut econtrario comœdias agere, pro ridicule ac dicaciter loqui. Mouere, pro moueri: ut, Terra mouere dicitur. Compoſita huius uerbi ſunt, Amoueo, admoueo, quæ ſunt cõtraria. uide Amoueo, Commoueo, Dimoueo, ſuo loco manere non ſino, et de propoſito deduco. Aliquando diuerſe ſiue diuerſim moueo. Teren. in Adel. Caue nunc oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos. Emoueo extra moueo. Promoueo. προάγω, παράγω. uehementer ultrà moueo, pro longo, ultrà eo. Terent. in And. Quantũ huic promoueo nuptias? id eſt prolõgo. Permoueo (διάγω) ualde moueo. Sall. in. Iug. Demoueo, deorſum moueo. Liu. li. 6 Remoueo, (ἀπάγω) alieno, diſcedo, tollo. Liui. lib. 2. Remoue metum, ideſt aufer. Semoueo, ſeorſum moueo. Summoueo, (παροθέω) clam ſiue ſubtus, uel à longè moueo. Colum. libro 1.

Mōx, aduerbium, ſignificat ſtatim, (εὐθὺς, αὐτίκα.) Terent. in Andr. Mox ego huc reuertar. Significat etiam paulò pòſt, uel poſtea. Cice. libro 1. De Orat. Verum illa mox, nunc de ipſa exercitatione quid ſentias, quærimus. Mox pro deinde. Plin. libro 12. cap. 12. In noſtro orbe proximè laudatur Syriacum nardum, mox Gallicum, tertio loco Creticum.

M ANTE V.

MVcĕo, ces. mucui. σήπομαι. mucidus ſum: à quo muceſco, mucidus fio. Pli. li. 18. Iterumq; exporrigi in Sole ſuper lintea, quod niſi feſtinatò peragratur, lurido colore muceſcere. Cato De re Ruſt. Vini ſingulæ urnæ dabũtur, quod neq; aceat, neq; muceat.

Mūcĭdŭs, a. um pen. cor. quod mucorẽ, hoc eſt mucum habet, σαπρός. Iuuenalis, Neq; enim omnia ſuſtinet unquam Mucida cærulei panis conſumere fruſta.

Mūcŏr, oris. m. t. σῆψις. lanugo, quæ diutino ſitu contrahitur, quemadmodum in pane, carne, alijsq; huiuſmodi fieri uidemus.

Mūcro, onis. m. t. ἀκωκὴ, αἰχμὴ. propriè cuſpis & acumen enſis ac telorum. Apuleius, Circulatorem aſpexi equeſtrem, ſpatham præacutam infeſto mucrone deuoraſſe. Impropriè ponitur pro enſe, ſicut tectum pro domo. Dicitur & de alijs rebus pro illo ſummo acumine. Vnde apud Plini. li. 8. herbarum, dentium, unguium, mucrones dicuntur.

Mūcrōnātŭs, ta. tum. ὀξὺς. quod eſt acutum, & ad mucronis ſpeciem formatum. Plin. lib. 32. Trebius Niger autor eſt, piſcem xiphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe, à quo naues perfoſſæ merguntur in Oceano.

Mūcŭs, ci. m. ſ. (μύξα, κόρυζα) narium humiditas,

tas, & craſsior pituita. Catullus, Mucus & mala pituita naſi. Hinc mucoſus, qui & mucidus, muco plenus. Columella lib. 6. cap. 7. Signum eſt crueta & mucoſa uentris proluuies.

Mūgĭl, & mugilis, in nominatiuo, m. t. pen. corr. genus piſcis capitoſi. Græci à capite κέφαλος appellant: qui omnium piſcium ſquamis intectorum uelociſsimus eſt, adeò ut trãſuerſa nauigia interim ſuperiactet. Huius natura eſſe fertur, quòd abſcondito in metu capite, totum ſe occultari exiſtimet. Plinius lib. 9. capite 7.

Mūgĭnŏr, aris. d. p. pen. cor. murmuro, Lucil. Muginamur, molimur, ſubducimur. Feſt. Muginari, eſt nugari, & quaſi tardè conari. Murgenor inferius legitur pro tardor.

Mūgĭo, mugis, mugiui, uel mugij, itum. n. q. (μυκάομαι,) factitium uerbum à uoce boum. Liu. libro 1. Inde cum actæ boues, quæ ad deſiderium (ut fit) relictarum mugiſſent. Vnde mugitus, (μυκηθμὸς, μύκημα) pen. prod. ipſa uox. Vergilius, Mugitusq́ boum. A mugitus ſimilitudine, uenti quoq; aliquando mugire dicuntur. Lactan. li. 7. Cur emicent fulgura, tonitrua mugiant. Mugitus nemorũ. Pli. li. 18. cap. 35. Huius compoſita ſunt, admugio, (ἐπιμυκάομαι) quod eſt iuxta uel poſt mugio. Claud. lib. 3. Omnibus admugit quocunque it. Immugio, intus uel ualde mugio. Verg. lib. 3. Remugio, ἀναμυκάομαι, reſono. Idem 3. Georg.

Mūlă, uide mulus.

Mūlārĭs, & hoc lare. (ἡμιονικὸς) adiectiuum à mulo. Colum. lib. 7. Eſt mularis, quæ præcio fœtus ſui comparatur generoſo.

Mūlcĕo, ces, ſi, ſum. a. ſ. (καταψάω, καταρρέζω, θέλγω.) Priſcianus mulſi, mulſum, & mulctum. Vnde Cicero in cõtentione Metelli, Permulſa atq; recreata. Varro in Saty. Capite permulſo. Sall. 4. Hiſtor. Liberalibus uerbis permulcti ſunt. Eſt autem mulcere, lenire, mollire, blandire, mitigare, dulcem facere, ungere, delectare, polire. Verg. Et mulcerẽ dedit fluctus & tollere uento. Huius compoſita ſunt, Demulceo, perfectè mulceo. Cicero 3. ad Heren. Vox bene permulſa, id eſt mollificata. Gel. lib. 2. Permulcti ſonis mitioribus.

Mūlcēdo, inis. f. t. Gell. lib. 19. ca. 9. Quæ nullam mulcedinem Veneris, neq; Muſæ haberet.

Mūlctă, æ. quære Multa.

Mūlctŏr, aris. d. p. Suet. de Aug. Rebellantes grauiori unquam mulctatus eſt pœna, quàm ut captiuos ſub lege uenundaret.

Mūlctră. ctræ. f. p. (πέλλα, ἀμολγεὺς) ipſum lac mulctum, ſeu emunctio, aut uas in quo mulgetur. Verg. 3. Georg. Quàm magis exhauſto ſpumauerit ubere mulctra, Læta magis, preſſis manabunt ubera mammis. Colu. lib. 8. Sed mulctra cum eſt repleta lacte, non ſine tepore aliquo debet eſſe.

Mūlctrālĕ, is. n. t. (ἀμολγεὺς) ſimiliter uas in quod mulgentur animalia. Verg. in Geor. Implebunt mulctralia uaccæ.

Mūlctrŭm, ctri. n. ſ. (πέλλα) idem quod mulctra. Horat. in Epod. Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ.

Mūlgĕo, ges, mulſi, uel xi. ſum. & mulctum. a. ſ. (ἀμέλγω.) Priſcianus, Mulgeo quoque mulſi facit, quamuis differentiæ cauſa quidam mulxi protulerunt, quia mulceo quoq; mulſi facit. Eſt autem mulgere, lac è mammis exprimere. Verg. 3. Georg. Quod ſurgente die mulſere, horisq́ diurnis, Nocte premunt. Transfertur tamen ad alia. Eius compoſita ſunt, Emulgeo, (ἀπαμέλγω.) Colum. li. 8. Exiguum emulgendum eſt. Terent. in Phor. per translat. Emulſi argento ſenem. Immulgeo, (ἐναμέλγω) intus mulgeo, Plinius.

Mūlgo, gas. (δημόω) palàm facio. Plautus in Ciſt. Pro puella ſeruulus nequam, qui dominum mulgeat atque uillicum. Huius compoſita ſunt, Dimulgo & Promulgo: de quibus alibi.

Mūli Mărĭānī, (ἡμίονοι μαριανοὶ) ſunt furculæ quibus religatas ſarcinas uiatores gerunt, quarum uſum quia Marius attulit, muli Mariani poſtea appellati. Front. lib. 4. Stratagem.

Mŭlĭĕr, eris. f. t. (γυνὴ) à mollitie (ut inquit Varro) dicta eſt, & immutata & detracta litera, quaſi mollior. Vlpianus, Mulier dicitur quæ uirgo non eſt: Quòd ſi, inquit, ego me uirginem emere putarẽ, cũ eſſet mulier, emptio non ualebit. Mulier etiam de brutis dicitur. Plin. li. 10. ca. 64. Molas gigni putãt, ubi mulier non ex mare, uerum ex ſemet ipſa tantũ cõceperit.

Mŭlĭērcŭlă, æ. f. p. diminutiuum. Cic. 5. Tuſc.

Mŭlĭebriă, tantũ plurali numero, dicuntur menſtrua.

ſtrua,(τὰ γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα.) Interdum ſumitur pro muliebri natura, (τὸ γυναικεῖον) ſicut uirilia pro pudendis uirilibus. Interdũ pro libidine. Quintil. Nobilis adoleſcens à centurione muliebria paſſus. ἠταιρηκώς.

Mŭliebris, & hoc bre. om.t. quod ad mulieres pertinet, ſeu quod eſt aut fuit mulieris, ut mulieris ſexus, (γυναικεῖος, γυναικώδης.) Muliebre ueſtimentum, Plautus in Menæch. Muliebris malitia. Idem in Epid. Muliebris animus, timidus & inconſtans.

Mŭliebrĭtās, atis. f.t. (τὸ γυναικῶδες) mollicies.

Mŭliebrĭtĕr, aduerb. quod ſignificat mollè, effœminatè, ſeu more mulierũ, (γυναικείως.) Iuſtin.

Mŭlĭĕrārĭŭs, rij. m.ſ. idem quod mulieroſus. (φιλογύνης.) Iul. Capitol. Mulierarius fuit inter primos amatores.

Mŭlĭĕro, ras. a.p. effœmino, (γυναικίζω, θηλύνω) Varro, Hic ephebum mulierauit.

Mŭlĭĕrōsŭs, ſi. m. ſ. qui nimium appetit mulieres, (φιλογύνης, φιλογύναιος.) à quo mulieroſitas. Cic. 5. Tuſcul.

Mūlio, onis. m. t. qui mulos clitellarios, ſiue quadrigarios ducit, (ἀστραβηλάτης, ὀρεοκόμος.) Iuuenalis, Nam mihi cõmota iamdudum mulio uirga. Eſt præterea mulio genus culicum. Plin. lib. 11.

Mūlōnĭŭs, a. um. quod ad mulionem pertinet. Cic. pro Seſt. Mulioniam penulam arripuit.

Mullĕi, orum. m. ſ. calcei regũ Albanorũ erant, purpurei coloris, poſtea patriciorũ, à mullando, id eſt ſuendo ut ex Titinnio probat Feſt.

Mullŭs, li. m. ſ. per duplex ll, genus piſcis marini, maximæ nobilitatis & gratiæ, qui binas libras ponderis rarò exuperat. Martialis, Nolo mihi ponas rhombum mullumq́ bilibrem.

Mulſŭm, ſi. n. ſ. à mulceo, quaſi melle delinitum, (μελίκρατον, οἰνόμελι.) Mulcere enim delinire eſt, quaſi mollicere. Eſt autem mulſum, potio ex uino melleq́ confecta. Plin. libro 21. ſcribit, mulſum ex uetere uino utiliſsimũ fieri, quod facillime cum melle cõcorporatur. Vſurpatur etiam pro adiectiuo, mulſus, a, um. Plinius, Lac mulſum, acetũ mulſum, aqua mulſa quæ melle concinnentur. Columel. li. 9. cap. 11. Rorem marinum aqua mulſa decoctum. Pli. lib. 19. cap. 22. Exemplum quoque lacte mulſo augetur. Apud Plautum ex amantis & blandientis affectu dicitur, Mea mulſa.

Mulsĕŭs, a. um. hoc eſt dulce. Plin. lib. 21. ca. 19. Vtriuſq; radix mulſei ſaporis eſt.

Mŭltă. tæ. ſ. p. (πρόστιμον, ἐπιτίμιον, ζημία) ſolutionis pœna, quòd olim (ut Varro inquit) ſingula ob peccatum exigebãtur, ut ouis, aut bos: poſtea multa ſimul exigi cœperunt, & uinum atq; oleum addi. In hoc autem multa differt à pœna, quòd pœna generali nomine dicitur omnium delictorũ correctio: multa uerò ſpecialis eſt peccati, cuius animaduerſio pecuniaria eſt pœna, (τιμωρία) cõtrà nõ tantũ pecuniaria, ſed capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. Var lib. 9. Rerum hum. dicit, hoc uocabulum nõ Latinum, ſed Sabinum eſſe. Dicimus autem, in eadem ferè ſignificatione, Dicere multam, infligere multam & facere multam. Multã dicere propriè erat iudicis uel magiſtratus, exigi tamen non poterat, niſi populus rectè multatũ uideri cenſuiſſent. Budæus in Paud. Multam (inquit) dicere antiqui tum dicebant cum ad populum, & in comitio multa diſceptanda irrogabatur, quod ipſi Certare multam dicebant. Vide apud Liu. lib. 5. ſecundi belli Pun.

Mŭltātĭtĭŭs, a. um. quod ex multa fit, uel quod ad multã pertinet, ſiue quod nomine multæ exigitur, (ἐπιτιμημένος.) Liu. li. 10. Ex multatitia ité pecunia, quã exegerũt pecuarijs damnatis ludi facti.

Mŭltēſĭmă pars, pro quãtitate infinita, (πολλοστημόριον.) Lucilius, Quàm paruula pars, quàm multeſima conſtet.

Mŭltĭbărbŭs, bi. m. ſ. qui habet multam barbam, (πολυγένειος.) Apul. in Flor.

Multibibus, a. um. o. ſ. dicitur qui multi eſt potus, (πολυπότης) & eſt epithetum Herculis. Plau. in Curc. Nomen eſt lenæ multibiba atq; merobiba.

Mŭltĭcŏlōrĭŭs, a. um. quod habet multos colores, (πολύχροος.) Multicolor, omnis generis. idem. Plinius lib. 17. cap. 10.

Mŭltĭfăcĭō, magni æſtimo, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Cato, Neq; fidem, neq; iuſiurandum, neq; pudicitiam multifacit.

Mŭltĭfărĭŭs, a. um. id eſt uariũ: quaſi quod multis modis poſsit diuidi: uel quod multarum eſt ſpecierum, (πολύχροος.) Gellius, lib. 5. cap. 6. Militares coronæ multifariæ ſunt. Multifariè

aduerbium uariè, multis modis. Pli. li. 7. ca. 54. De eodem multiplicius. lib. 7. cap. 14.

Mŭltĭfărĭăm, aduerbium, (πολλαχῶς.) idem. Cic. 2. de Orat. Quod eſſet multifariã defoſſum.

Mŭltĭfĕr, ra. rum. Plin. lib. 16. ca. 9. Tam multifera ſunt, & tot res præter glandem pariunt.

Mŭltĭfĭdŭs, a. um. quod in multas partes finditur & multas diuiſuras habet. Mart. li. 14. Multifido buxus quæ tibi dente datur.

Mŭltĭfŏrĭs, re. om. t. quod eſt multorum foraminum. Plin. lib. 8. ca. 55. Inijcient eas in ſpecus quæ ſunt multifores in terra.

Mŭltĭfōrmĭs, me. om. t. uarium, quaſi multiplicis formæ aut uariæ. Plin. lib. 11. ca. 37. Oculi contuitu multiformes.

Mŭltĭfōrmĭtĕr. aduerbium, uarijs modis. Gel. li. 9. cap. 5. Plato ante hos omnes ita uariè & multiformiter diſſeruit de uoluptate.

Mŭltĭfŏrātĭlĭs, le. om. t. qui habet multa foramina, (πολύτρητος.) ut, Tibia multiforatilis, Apul. in Flor.

Mŭltĭgĕnĕrĭs, & hoc re. ſicut degeneris, & hoc re. om. t. ſignificat quod eſt multorum generũ, (πολυγενής.) Plautus in Capt.

Mŭltĭgĕnŭs, a. um. multorũ generum. Plin. lib. 11. Multigena, terreſtrium uolucrumq; uita.

Mŭltĭiŭgŭs, a. um. & Multijugis. e. pen. corr. quod eſt multiplex, uarium, multum & numeroſum. πολύχος. Apul. in Apolog. Legiſti Ariſtotelis multijuga uolumina.

Mŭltĭmŏdŭs, a. um. Liuius 1. Belli Pun. Oppidani ad omnia tuenda multimoda arte diſtineri cœpti ſunt, & non ſufficiebant.

Mŭltĭnūmmŭs, adiectiuũ. Varro. 3. De re Ruſt. ca. 15. Ego enim uno ſeruulo, ordeo nõ multo, aqua domeſtica, meos multinummos alo aſinos. id eſt quorum opera multos paro numos.

Mŭltĭpārtītŭs, a. um. o. ſ. adiect. Plin. libro 6. cap. 19. Nanq; uita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

Mŭltĭlŏquŭs, (πολυλόγος) qui multa loquitur.

Mŭltĭpēs, multipedis, com. t. multorum pedum animal. πολύπους. Plinius lib. 22. ca. 75. Ad multipedum morſus cum melle.

Mŭltĭplĕx, icis. om. t. (πολυπλάσιος) uarius, inuolutus, multas plicationes habens, cui contrarium eſt ſimplex. Suet. de Clar. Gram. Multiplici uariaq; doctrina cenſebatur. Multipliciter, aduerbium. Titulus eſt apud Plinium,

Mŭltĭplĭco, as. are. a. p. multiplex reddere aut facere, πληθύνω. Plin. lib. 14. ca. 8. Primus hic multiplicaſſe uarietatem uidetur. Hinc multiplicatio. Columella lib. 3. cap. 2. Multiplicatione frugum reditus augeatur.

Mŭltĭpŏtēns. tis. om. t. qui multum poteſt. Plaut. in Bacch. Habet pectus multipotens, Vbicunq; uſus ſiet.

Mŭltĭſcĭŭs, a. um. o. ſ. qui multa ſcit, & multas ſcientias habet. πολυμαθής, πολυΐστωρ.

Mŭltĭsŏnŭs, adiectiuum. Mart. lib. 1. Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

Mŭltĭtūdo, inis. f. t. ὄχλος, συχνότης, πλῆθος. frequentia, celebritas, turba, cœtus, concilium, conuentus, caterna. Cic. 1. V. Cum maxima frequentia à multitudine domũ reducebatur.

Mŭltĭuăgŭs, a. um. Plin. lib. 10. ca. 37. Ferũt non mutare ſedẽ colũbas, multiuaga alioqui auis.

Mŭltŏpĕrĕ, ea forma dixit Plautus qua magnopere dicimus, in Merc. Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum.

Mŭltĭtĭă, (πολύμιτα) indumẽta dicebantur minutiſsimis filis contexta: unde à multis filis, & propterea ſubtilibus nomen inditũ: uel à mulcendo, quoniã carnem demulceãt. Et tantum pluraliter declinatur. Iuue. Saty. 2. Sed quid Non facient alij, cũ tu multitia ſumas Cretice?

Mŭltĭuĭdŭs, a. um. o. ſ. (ἀφρόνως) multa uidens.

Mŭltĭuŏlŭs, a. um. o. ſ. (πολύβουλος) qui multarum rerum deſiderio tenetur.

Mŭlto, as. a. p. punio, condemno, laxo, diminuo, quia omnis punitio diminutionẽ habet, τιμῶ, ζημιόω, προστιμῶ, ἐπιβάλλω. Et conſtruitur cum ablatiuo uel genitiuo. Verg. Multatam triſti morte Camillam. Interdum ſignificat priuare. Idem, Quod ſi perdiderim, patria multabor. Interdũ lacerare, mutilare, uerberare, diſſoluere. Teren. in Adel. Ipſum dominũ atq; omnem familiam multauit uſq; ad mortẽ. Interdum augere, & uoti cõpotem facere. Nonius, Vobis quidẽ gratias ago, cũ uotis me multatis meis. Multare matrimonio, eſt diuortiũ facere. Plaut. Nunquid cauſſam dicis, quin te multem matrimonio?

Mŭltō, aduerbium, cũ dictionibus alius, aliter, ſecus, antè, pòſt, præſto, malo, antecedo, excello, & ſimilibus ſuperlatiuam uim habentibus,

tibus,elegantem dicendi uim habet. Terentius in prologo And.Verũ aliter euenire multò intelligit.Cic.in Ver.Cui quemadmodum reſiſtam, multò mihi antè eſt iudices prouidendum.Idem Attico:Non multò pòſt, quàm tu à me diſceſsiſti. Idem:Multò ſecus euenit. Salluſt.Multò præſtat benficij memorem eſſe, quàm maleficij.

Mŭltŭs,a.um.(πολύς)grandis,multiplex,creber, nimius. Cice.pro P. Seſt.Multis fortiſsimis atq; optimis uiris, iniuſtis iudicijs tales caſus incidiſſe.Multus in opere, hoc eſt continuus, aſsiduus. Sall. in Iugu. In agmine atq; ad uigilias multus eſſe. Multus in eo fuit,ſiue in ea re,id eſt frequens Cic.4.Aca.Cæſar 1.Bel. Gal.Multo denique die. Cic. Quint. Fra.libro.2.Multa de nocte.Multo mane, Idem ad Att. Multo tanto,ea forma,qua Altero tanto,quod Græci dicunt πολλαπλασίως.Plau.in Rud. Ego multo tanto miſerior quàm tu Labrax. Multus pro multiplici.Plin.lib.19.ca.5. Radice multa craſſaq;.Multiſsimus.Cic.Att. lib.11.Ex multiſsimis,& miſerrimis curis.

Mŭltŭm,aduerbium.Plautus in Perſa:Dic me illam amare multum.Cice.de Senect.Affero res multum & diu cogitatas.

Mŭlŭs,per ſimplex l, animal quod ex aſino, & equa generatur,ἡμίονος, ὀρεύς.qui autem ex equo & aſina genitus pullus, hinnulus dicitur.Plin.lib.8.cap.44.

Mŭndānŭs,a.um. quod mundi eſt.κοσμικός.Vnde interrogatus philoſophus,cuias eſſet,Mundanum ſe eſſe reſpondit.

Mŭndĭcĭēs,ei.f.q. & mundicia,pro lautitia qua quis ſe mundum, ac politum tenet. καθαριότης.Cic. 1. Offic. Adhibenda præterea mundicia eſt,non odioſa,nec exquiſita nimis: tantum, quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam.

Mŭndĭfĭco,mundum facio.καθαροποιῶ.

Mŭndo,as.a.p. detergo, depuro, καθαίρω,καθαρίζω.Plin.li.15.cap.6.Ob id crebrius uaſa immunda.Hinc cõponitur Emundo,extra mundo, ἐκκαθαίρω. Colum libro 2. Ouilia debent emundari.

Mŭndŭs,di.m.f. ſubſtantiuum,dicitur ornatus muliebris,quo ſcilicet mulier mũdior fit, κόσμος γυναικεῖος. In cuius nominis appellatione continetur ſpeculum,inaures, armillæ,anuli, gemmæ,& ſimilia quibus mulier ornatur.Cato pro lege Oppia,Mundiciæ,ornatus & cultus fœminarum inſignia ſunt, his gaudent & gloriantur. Hinc mundum muliebrem appellarunt noſtri maiores. Liu. 2. Belli Maced. Dicitur & mundum neutro genere. Lucilius, Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;. Hinc deducitur mundus,qui conſtat ex Sole & Luna, & terra,& ſtellis,& omnibus elementis,quicquid cœli ambitu continetur: quẽ, ſicut Græci κόσμον, quod apud nos ornatum ſignificat, ita à perfecta abſolutaq; elegantia uocamus,quòd nihil eo ſit mundius, & pulchrius,& ornatius.

Mŭndŭs, a.um. quod eſt purum, terſum, politumq;.καθαρὸς,κόσμιος: cuius contrarium eſt immundus. Teren.in Eunu. Quæ dum foris ſunt,nihil uidetur mundius.

Mŭndŭlŭs,li.m.f. diminutiuum qui nimia mundicia utitur, ut placeat mulierculis. Plaut. in Truc.Nunc ego iſtos mundulos.

Mŭndĭtĕr,aduerbium.Plaut.in Pœn.

Mŭnĕrālĭs,le.om.t.quod ad munus pertinet:unde Muneralis lex,qua Cincius cauit,ne cui liceret munus accipere.Plaut.

Mŭnĕrārĭŭs,rij.m.f.ſpectaculi exhibitor, qui ludos gladiatorios exhibet populo, unumq;,uel plura paria gladiatorũ ad ſpectacula pugnatura producit. ἀγωνοθέτης: ἀθλοθέτης. Quint. li.8.ca.5.Munerariũ Auguſtus primus dixit.

Mŭnĕro,as.& Mŭnĕrŏr.raris. deponens,in eadem ſignificatione qua dono,δωρέομαι.Cic.2. De Inuen. Aliud alij cõmodi aliquo adiuncto incõmodo muneratur. Macrob.Regni eum ſocietate munerauit. Hinc Remunero,quod eſt munus pro munere reddo.ἀντιδωρέομαι.Liu.

Mŭngo,gis.xi. ctum.a.t. quaſi mucũ ago, μύσσω. Id enim mungere eſt, cum è naribus mucus trahitur.Vnde emungo fit,(ἀπομύσσω)de quo ſuprà. Inuenitur etiam Emungor deponens. Cato de Liberis educandis, Neq; emungentur libertatem.

Mŭnĭcĭpālĭs,& hoc le.om.t. quod ad municipes pertinet:ut,Municipales homines, quos.Cic. Att.lib.8.pro imperitis accipit.Sic Municipalia ſacra,pro inſcitis,& à uetuſtiſsimo ritu ac more nihil immutatis accipiũtur.Municipale ius,

ius, dicitur priuatum ius uniuſcuiuſq; ciuitatis. Municipalia magiſteria, uocantur adminiſtrationes & officia ſui municipij.

Mūnĭcĭpātim, ſignificat per municipia: ſicut oppidatim, per oppida.

Mūnĭcĭpĭă, orum. n. ſ. dicebantur quæ aliunde ueniebant in ciuitatem, & cum ſuo iure uiuerent, muneribus tamen Populi Romani, honoribusq; fungebātur. Capiebant enim munera ſed non damnoſa, ut eſt collatio tributorū & huiuſmodi, ſed quæ ad honorē pertinerent, à quo munere capeſſendo nomen ſibi uendicauere, nulla Populi Romani lege aſtricta. Et municipia, ſunt ciuitates, ſuo iure & legibus ſuis utentes, quæ meliores conditione ſunt quàm coloniæ, quorū incolæ municipes uocati ſunt. Propriè tamen municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiunt. Sed abuſiue nunc municipes dicimus, ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues. Cice. in Bruto, Non dubito, quin ſcias non ſolum cuius municipij ſim, ſed etiam quàm diligenter ſoleam municipes Arpinates tueri.

Mūnĭfĭcē, aduerbium, largè, abundanter. Liuius 1. ab Vrbe. Munificè prædam largiri.

Mūnĭfĭcēntĭă, æ. f. p. Plin. lib. 27. ca. 1. Hoc modo poſſet uideri etiam rerum naturæ ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio.

Mūnĭfĭcī, orum. m. ſ. apud antiquos non à largitione (quæ nulla erat) ſed conſentientes appellabantur ad ea quæ amici uellent. μεγαλοπρεπεῖς, εὐεργέται. Nunc autem munificus pro liberali ponitur, quaſi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. A munificus, fit munificentior & munificentiſsimus. Cic. pro Roſc. Cato tamen munificior & munificiſsimus dixit.

Mūnĭfĕx, cis. omnis gen. Munifices (authore Feſto) qui non uacabant, ſed munus principi faciebant. Contrà beneficiarij dicebantur, qui uacabant muneris officio. Plin. lib. 11. cap. 40. Plin. Sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, deſcendit.

Mūnīmĕn, inis. n. t. pen. pro. ſiue munimentum, idem eſt quod munitio, quæ propriè caſtrorum eſt, cæterarumq; rerum quæ milites contra aduentum hoſtium muniunt, ſiue uallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, quo ſint ab hoſtium aduentu muniti. ἐπιτείχισμα, ἀσφάλισμα, ἐπιτειχισμὸς, ἀποχαρακτήριον, φράγμα.

Mūnĭo, is. iui. uel munij. nitum. a. q. ſignificat fulcio, fortifico, reparo, præparo, defendo. ὀχυρόω, τειχίζω, ἀσφαλίζομαι. Columella, Quantumq; res patitur à frigore, & tempeſtatibus muniemus. Plaut. in Mil. Tibi muni uiam. Munire uiam (inquit Valla) eſt reſpurgare, reficere, ac ſubſtruere, interdū lapidibus, quales ſunt uiæ Romanæ à pleriſq; portis in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Sic dicimus munire ripam, munire alueum, munire aditum, cum illa uel reficimus, uel reparamus. Huius compoſita ſunt, Communio. Cæſar, Præſidia diſponit, caſtella communit. Circummunio, pro circumfulcio. περιφράσσω. Colū. lib. 1. Circummunito macerie aut foſſa. Emunio, extra munio. ἐκφράσσω. Idem libro 1. Præmunio, antè munio.

Mūnĭs, ne. om. t. officioſus, antiquè. Plau. in Mer. Dico eius pro meritis gratum me & munem fore. Vnde Munia, ἔργα, τέλη. dicuntur obſequia lege debita, & officia quæ publicè præſtantur. Colu. lib. 1. Vnde immunis, (ἀτελής) qui ab huiuſmodi onere liber eſt. A munis fiunt Communis & Immunis, de quibus alibi. Et munico. cas. quo Veteres utebantur, ſicut à communis communico. Nec habet munia aliam terminationem.

Mūnŭs, eris. n. t. (δῶρον, γέρας.) quatuor modis dicitur. Primo pro dono: unde munera dari ac mitti dicuntur. Dictum munus (inquit Varro) ab eo quòd qui mutuo animo ſunt, id dant officij gratia. Plautus in Trucu. Melius te munere certare mecum, quàm minacijs. Altero pro onere, quod cum remittitur, uacationem militiæ præſtat. τέλος. nam munera. id eſt, officia, ſine labore atq; onere exerceri non poſſunt. unde immunitas appellatur, & immunis. Et hoc etiam dicitur publicum munus, quod in adminiſtranda Repub. cū ſumptu, ſine titulo dignitatis ſubimus. Liu. 4. Bel. Pun. Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicides præeſſet cuſtodiæ urbis. Sufceptū reip. munus explere, id eſt exequi, Cice. de Prouin. conſ. Tertio pro officio. ἔργον, τάξις. unde Munera militaria uocātur. Et milites quidā municipes dicuntur qui in ciuitatē recepti, munera cum

ra cum ciuibus faciunt, id eſt officia. Cicer. Eiuſq; uirtutis hoc munus proprium. Munus nutricationis dixit Gell. pro educatione liberorum. Tuum eſt munus, tuæ partes. Cic. Famil. lib. 11. & 3. Ver. Oſtendit illud munus non eſſe ſuum. Quarto pro ſpectaculis ſeu ludis qui à principe populis quaſi muneris loco exhibentur. ἀγῶνες. Nanq; id genus oblectamenti antiqui munera nominarũt, quòd populus tali ſpectaculo, perinde ac munere quodã capiebatur. Sueton. in Cæſare, Beſtias quoq; ad munus populi comparatas trucidarant. Munus gladiatorium dicebatur, cum in ſpectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur. Sueto. in Cæſ. Munus in Republica obire, (λειτουργεῖν) dicimur, cum præſtamus debita officia, ut pendere uectigal, & huiuſmodi.

Muræna, æ. f. p. (μύραινα) piſcis eſt longitudine non diſsimilis anguillæ. Parit quocunq; tempore, cuius oua citiſsimè creſcunt. Martialis, Quæ nata in Siculo grandis muræna profundo, Non ualet exuſtam mergere Sole cutem. Eſt autem muræna duplex, marina & fluuiatilis. Marina roſtrum habet quale anſeris. Fluuiatilis autem omnino noſtræ lampetræ eſt ſimilis, & à quibuſdam galeos dicitur.

Mūrǣnŭlǣ, (μυραινίδες) ſunt ornamenta colli flexuoſa inſtar murænarum, & catenæ ex auro, quibus matronæ condecorantur, ſicut ſcribit Hieron. ad Marcel. Poteſt tamen murænula eſſe diminutiuum à muræna.

Mūrālis, & hoc le. (τειχικὸς) quod ad murũ pertinet: ut, Muralis corona, qua donari ſolebat ab imperatore, qui primus murum ſubijſſet, & in hoſtium oppidũ per uim aſcẽdiſſet. Liu. 3. Belli Pun. Pili murales, quibus quatiũtur muri, aut qui de muris deijciuntur. Cæſar 7. Bell. Gall. Sic machinæ murales, quibus muri diruuntur. Et muralis herba, quòd in muris præcipue naſcatur. Plin. lib. 2. ca. 56.

Mūrātŭs. a. um. quod muros habet. τετειχισμένος, ὀχυρός. unde urbes muratæ dictæ ſunt.

Mŭrcĭdŏs, (νωθὰς) appellant ignauos, ſtultos, inquit Feſtus. Plautus in Epid. Væ tibi murcide homo. Et murci dicuntur homines, qui munus Martium pertimeſcentes, pollicem ſibi præcidunt.

Mŭrcĭŏlŭm. li. Columella ſemen lentiſci uocat.

Mūrĕx, icis. m. t. (ἀποῤῥαξ, κογχύλιον) piſcis marinus ex concharum genere, à purpura diuerſus, qui & conchylium per excellentiã dicitur. Ex eius humore fit color purpureus. Unde ueſtis tincta murice, conchyliata dicitur. Interdum accipitur pro purpura. Verg. 4. Aeneid. Syrioq; ardebat murice lana. Et murices ſunt tribuli, (τρίβολοι) machinulæ ferreæ doloſæ, tetragona forma, quæ in quancunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Val. Maxim. lib. 3.

Mūrĭcātŭs. a. um. quod eſt muricis modo factum. κογχυλιωτός. Plin. lib. 20. cap. 22. Utriq; folia pauca, ſpinoſa muricatis cacuminibus. Muricati greſſus, Fulgentio dicuntur formidoloſi, & pauendi. Muricatim, aduerbium, conuolutim, in modum muricis. Colum. lib. 9. cap. 33.

Mūrgĕnŏr. pen. cor. tardor. Muginor ſuprà, pro tardè conor: & maginor.

Mūrgĭſo, onis. m. t. penul. prod. iners, deſidioſus, à mora & deſidendo dictus, inquit Feſtus.

Mūrĭă, æ. f. p. genus liquaminis, quod ex thynno piſce conficiebatur. ἅλμη. Perſius, Tingit holus ſiccum muria uafer in calice empta. Muria, aqua ſalſa, ſiue ſalſugo, quam ſal muriam uulgò dicimus. Pli. lib. 31. cap. 8. Muria quoq;, ſiue illa ſalſugo, ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. Lege Muries.

Mūrĭēs, riei. (ἅλμη) ſal in pila tuſum, & in ollam fictilem coniectum, & in furno percoctum, quo deinde in aquam miſſo, Veſtales utebantur in ſacrificio. Quidam tamen exiſtimant idem eſſe muriem, & muriam, ſignificareq; ſalſamentorum aquam.

Mūrĭātĭcŭs. a. um. om. ſ. quod in muria diu fuit. Plautus in Pœnulo.

Mŭrīnă. æ. f. p. uel Mȳrīnă. æ. uinum myro, id eſt odore, conditum. Græci enim myron dicunt, quod nos odoramentum, unguentum ue dicimus. Gell. lib. 10. ca. 23. Romanas mulieres bibere ſolitas ferunt loream, paſſum, murinam, & quæ id genus optant, potu dulcia.

Mŭrīnŭs. a. um. ut murinus odor. Plau. in Pœn. Arabius, murinusq; omnia odor complebat.

Mūrīnŭs, à mure. uide infrà.

Mŭrmĭlōnĭcă, ſcuta cũ quibus de muro pugnabant, erant enim ad hoc ipſum apta.

Mŭrmŭr

Murmur,is.tam. maſcul. quàm neutri generis, lenis aquæ ſtrepitus.licet & pro alio quocunq; ſtrepitu poni conſueuerit.

Murmurabundus,Murmurator,(γογγυστὴς)Murmuratrix & Murmuratio,à murmuro.

Murmurillo.las.(ὑποτονθορύζω)murmuro.Plau. in Rud.Quid murmurillas tecum?

Murmurillum,li.n.ſ.(τονθορυσμὸς)murmuratio. Plaut.Rud. Palàm age, nolo murmurillum.

Murmuro,ras.n.p.& murmuror deponens.μορμύρω.Plau.in Caſ.Mihi inanitate iamdudũ inteſtina murmurant:pro eo,quod eſt crepãt.κορκορυγῶσι.Plerunq; pro ſecreto maledico capitur,quòd is qui murmurat, ita lenitur loquitur,ut magis uideatur id facere ſono,quàm ut intelligatur.Plaut.in Aulula.Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat. Huius cõpoſita ſunt Commurmuro.Plin. lib.10. Vbi congregatæ inter ſe commurmurant. Submurmuro.

Murrha,gemma. uide in dictione Murrhinum,

Murrheus. a. um. (μύῤῥινος.)quod ex murrha eſt,ut Murrhea uaſa,Iaboll.

Murrhinum,ni.n.ſ.(μύῤῥινον)penul.cor. à murrha fieri puto.Vnde uaſa myrrhina,ex murrha gemma,quam quidã eandem eſſe putant, quam nunc uulgò agatem dicunt,qualia ſunt uaſa,quæ in diui Marci theſauris apud Venetos poſita ſunt. Exiſtimant murrham eſſe humorem,qui in Oriente, maximè in Parthico regno,ſub terra condenſatur. Martialis,Surrentina bibis,nec murrhina picta,nec aurum Sume,dabunt calices hæc tibi uina ſuos.Vide Plinium libro 33.cap.3.

Murinus,a.um. (μύῖος)pen.prod.quod ex mure eſt.Plinius lib.3. cap.8. Murino fimo contra calculos illinere uentrem prodeſt. Murinum hordeum,herba.Idem lib.22.cap.25.

Murus,ri.m.ſ.(τεῖχος)mœnia,propugnaculum, à muniendo dictus eſt.propriè eſt lapideus urbis ambitus. Cæſar.7.de Bell.Gal.Portas claudere,murum complere cœpérunt.

Mus,muris.m.ſ.(μῦς) exiguum animal eſt,nobiſcum in domo habitans, à corroſionis ſono, quem facit, dictus. Latinè etiam ſorex appellatur.In genitiuo plurali muriũ,& per ſyncopen murum.Mus etiam araneus eſt, quem Græci μυγαλῆν appellant. De hoc Plin.lib.10. & lib.19.Ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt,diuulſus & impoſitus.

Mus Indicus,animal eſt magnitudine felis,ſpecie muris. Græci ἰχνεύμονα uocant. Naſcitur in Aegypto,& cum aſpide pugnat.

Muſa,æ.f.p.(μοῦσα)Latinè ſignificat cantũ.Vnde muſica,(μουσικὴ)appellata eſt ſcientia,quæ tractat de ratione canendi. Et muſicus,(μουσικὸς)muſicæ peritus. Pro cantu.Vergilius, Paſtorem muſam Damonis, & Alpheſibœi.

Muſeum.ei.n.ſ. locus eſt Muſis & ſtudijs conſecratus,unde Strabo lib. ult.ſcribit apud Alexandriam fuiſſe celeberrimum muſeum.Plin. Iun.1. Epiſt ad Fund.O mare,ô littus,uerum ſecretumq; muſeon, quàm multa inuenitis, quàm multa dictatis. Eſt præterea Muſeum opus ex punicibus cõſtructũ, itaq; dependens ut imaginẽ ſpecus imitetur. Plin.lib.36.ca.21.

Muſca,æ.f.p.(μυῖα)paruum animal uolatile.Cuius dimin.eſt Muſcula.Boëtius,Quid imbecillius homine,quos morſus muſcularum necat?

Muſcari,d.p.eſt muſco tegi. βρυῶσι. Colum. lib. 11.Muſcantur oleæ.

Muſcarium,rij.n.ſ.flabellum quo muſcæ abiguntur. σόβη. Ab huius ſimilitudine muſcariũ etiam appellatur coma illa quarũdam herbarũ, in qua ſemina dependent,(σκιάδιον)qualis eſt fœniculi,aneti,& ſimilium. Plinius.

Muſcarius,a.um.quod ad muſcas pertinet. μυικός.Plin.Aranei muſcarij tela,id eſt,quæ uenatur muſcas.

Muſcenton,roſæ genus. Funditur ex caule malleolaceo,folia oleacea habens.*. Aliàs Moſchenton roſa,funditur è caule maluaceo.

Muſcerda,æ.f. p. murinum ſtercus. μυόχοδον. Plinius lib.29.cap.6.

Muſchus,cum h,(μόσχος.)Eſt animal ſimile muri, duos dentes ſuperiores, & duos inferiores habens, iuxta cuius umbilicum naſcitur ſanguineum apoſtema, inter carnem,& corium,quod cum pelle ablatũ,muſchum precioſum conficit.Moſchus dicendũ,non muſchus.

Muſcinus, a.um.om.ſ.à muſca, ſicut à formica formicinus.

Muſcio,onis.m.ſ. (μύαγρος) catus,murilegus,quòd ſit infeſtus muribus.

Muſcipula,μυάγρα,machina ad capiẽdos mures.

Muſculus,li.m.t.μῦς.modò dimin.eſt,& ſignificat paruũ murem:modò ſignificat articulum, in quo neruorũ capita ſunt,ſiue eſt pars orga

nica corporis conſtans carne, fibris neruoſis, uena, arteria, & membrana ſuccingente, eſtq́ motus organū. Plin. lib. 20. ca. 21. Item conuulſis, laxatis, tumentibus, & muſculis, neruis, articulis impoſuit. Muſculi etiā ſunt quædā Veteribus machinæ quibus in expugnationibus urbiū utebātur. Cæſar. 3 Bel. Ciu. Scalas, muſculosq́ ad repentinā oppugnationem fieri, & parari iuſsit. Item muſculus, (μυσίλιτ@) genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudæ temperat balænā, ne in ſcopulū impingat. Eſt enim balæna luſcioſa, & penè exoculata, quæ cū fortè ſe direxerit profectura aliorſum maris, indiget hoc piſciculo præuio, qui eam deducit, & reducit. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutr. & Plin. lib. 9. cap. 62.

Mūſcŭs, ſci. m. ſ. μνίον, βρύον. uiridis herba, ſeu potius lanugo in corticibus arborum & circa fontes & loca humida naſcēs. Col. lib. 4. ca. 24. Iam uerò muſcus, qui more cōpedis crura uitium deuincta cōprimit, ſituq́ ex ueterno macerat, ferro diſtringendus, & eradendus eſt. Hinc fit muſcoſus, ſa. ſum. (βρυώδης) quod muſco opertū eſt. Unde dicuntur muſcoſi fontes. Et muſcoſa prata, apud Var. 1. de re Ruſt. cap. 9. Cic. Quint. Fra. lib. 3. Nihil muſcoſius.

Mūſică, cæ. & Muſice. ces. f. t. (μουσική) ſcientia eſt quæ modū canendi demonſtrat. Hæc apud Græcos antiquitus tātæ uenerationis fuit, ut idem muſici, & uates, & ſapientes iudicarentur. Artem tractare muſicam, periphraſticos dictum pro comœdias ſcribere. Terent. in prologo Phorm. In medio omnibus Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.

Mūſĭcē, (μουσικῶς) aduerb. ſignificat integrè, ut nihil deſit. Nam Muſicam Veteres encyclopædiam dixere, in qua omnes ſunt comprehenſæ diſciplinæ. Muſicè, etiā delicatè ſignificat, & genialiter. nam muſicὸs, adipatè & genialiter uiuere manifeſtum eſt. Plaut. Moſtel. Muſicè hercle agitis ætatem, itaq́ uti uos decet, uino, & uictu piſcatuq́ probo electili Vitam colitis.

Mūſĭmōn. is. m. g. t. aſinus, mulus, aut equus breuis. Lucil. li. 6. Preciū emit, qui uendit equum muſimonē. De muſimone uide Plin. li. 8. ca. 49.

Mūſĭmōnēs, aliqui legunt pro Muſimones.

Mūſſĭtābundŭs, (μύζων) tacens, taciturnus.

Mūſsito, tas. n. p. (μύζω) frequēt. à muſſo, hoc eſt multum & frequenter muſſo, & quod aperte dicere nō audeo clàm murmuro. Liu. libro 7. Muſsitantesq́ inter ſe rogitabāt num quem plebeij COS. pœniteret.

Mūſſo. ſas. (μύζω.) ſubmiſſa uoce loquor, & ſecretè occulteq́, quod celatū uelim, quaſi murmuro. Ennius, In occulto muſſabant. Aliquando ponitur pro tacere, & quaſi obmuteſcere. Ennius, Non decet muſſare bonos. Aliquādo pro dubitare. Verg. li. 12. Muſſat rex ipſe Latinus. Seruius, Muſſare, queri. Verg. 11. Aen. Flent mœſti, muſſantq́ patres.

Mūſtāx, lauri ſpecies, quæ maximo folio conſtat flaccidoq́, & albicante. uide Pli. li. 15. ca. 30.

Mūſtācēŭs, (& Muſtaceū legitur, ſecundū Probum) libi genus, quod datur ad conciliandum ſtomachum, à muſto, ſeu à muſtace lauro (ut quidam putant) nomen deductum. οἰνοῦττα. Plinius lib. 15. capi. 30. ſcribit eſſe genus lauri, quam Leneus Grammaticus muſtacen appellat, quod muſtaceis ſubijceretur.

Mūſtārĭŭs. a. um. om. ſ. quod ad muſtum attinet, ut Muſtarius urceus, in quo muſtum reponitur. Cato de re Ruſt. cap. 11.

Mūſtēlă, ſiue muſtella per duplex ll. ſ. p. quaſi longior mus, mures perſequitur & ſerpenteis. γαλῆ. Vide Plin. li. 29. ca. 4. Eſt etiam hoc nomine genus piſcis, murænæ ferè ſimilis. Plinius libro 9. cap. 17.

Mūſtēllīnŭs, adiectiuum, fit à muſtella. γαλῆινος. Teren. Eun. Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex, Colore muſtellino.

Mūſtēŭs. a. um. quod muſtū, hoc eſt dulcedinem in ſe habet. γλεύκινος. Unde poma muſtea. Plinius. Dicitur etiam muſteus, recens: ut, Muſteus piper, Idem lib. 12. & Muſteus fructus, Colum. lib. 10.

Mūſtrĭcŏlă. colæ. eſt machinula (authore Feſto) ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius, Muſtricolam in dentes indam tibi.

Mūſtŭm. ſti. n. ſ. uinū nouū. γλεῦκος, οἶνος νέος. Ouid. in Faſt. præmia de lacubus proxima muſta tuis. Muſtum, inquit Nonius, non ſolum uinū, uerumetiā nouellū quicquid eſt, rectè dicitur: ut, Muſta uirgo, Næuius in Gym.

Mūſtŭs, ſta. ſtum. (νέος) idē quod recens. Unde Plautus Muſtam iuuencam dixit.

Mūtābĭlē,

Mūtābĭlĕ,is.om.t.à muto, quod facile mutatur. μεταβλητικὸς, εὐμετάβολον. Verg. Varium & mutabile ſemper Fœmina. Contrarium eſt, immutabile, quod nullo modo mutatur.

Mūtābĭlĭtās,atis.f.t.mobilitas. Cic.4.Tuſ.

Mutæ cicadæ,f.t. ἄφωνοι τέττιγες dicuntur cicadæ minores, non quòd nihil canant, ſed quòd parum canant.

Mūtĕo,tes.mutui,à quo muteſco,n.ſ. (φιμοῦμαι) mutus fio, uel mutorum more taceo. Hinc obmuteſco, de quo infrà.

Mŭtĭli,orum.m.ſ.dicti ſunt boues ſine cornibus, aut capri. κολοβοὶ, κυλλοί. Ouidius, Turpe pecus mutilum. Columella lib.8. ſcribit, meliorem eſſe arietem mutilum, quàm cornutum. Et mutili dicuntur hi, quibus ferro, uel alia re aliquod membrum exectum ſit. Manci uerò, quibus membrum naturæ uitio deſit.

Mŭtĭlo,las.a.p.pen. cor. trunco, aliquid detraho, diminuo. κολοβόω, πηρόω. Teren.in Hecyr. Ego propterea te ſedulò & moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat, Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemcunque nacta ſis. Huius compoſitum eſt, Dimutilo. περικόπτω.

Mŭtĭnēnſĭs color, (μουτιναῖον χρῶμα) dicitur natiuus, à Mutinenſibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt. Varr.

Mūtĭo,tis. tiui.uel tij.titum. n. q. & eſt mutire, tanquã mutum ſignum facere, ſeu ſtrepitum, ſiue ſummiſſa & imperfecta uoce fabulari, aut unum uerbum tantum dicere. γρύζω. Teren.in Andria, Itaque hercle nihil iam mutire audeo. id eſt, uerbum ſonare.

Mūtĭto.tas.a.p.pen.cor.ſæpe facio, aut ſæpe exercito, modò unum, modò aliud. ἀλληλοποιῶ. Gel. lib.2. Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſib. antiquo ritu mutitarent. id eſt, mutua inter ſe conuiuia agitarent.

Mūto,tas.a.p.transfero. Varro, Fac ut aliquò cum omni familia mutes. Quãdoque ſignificat uariare. διαλλάττειν, μεταβάλλειν. Plin. lib. 9. cap.29. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci & maximè in metu. Vnde mutare animum, mutare ſententiam, conſilium, decretum, factũ, & fidem dicimus. τὸ προαιρούμενον ἀλλάξασθαι. Teren.in Phor. Quandoque aliquid pro alio accipio. Colum.lib.10. Quare dum uiridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat, ære mutandi ſunt. Aliquando ſine ablatiuo preci. Vergilius, Nec nautica pinus Mutabit merces, omnis feret omnia tellus. Salluſtius aliter, Nemo niſi uictor pro pace bellum mutauit. Huius compoſita ſunt, Commuto, demuto. Immuto, intus ſeu ualde muto, & nouo. Permuto, idem quod ſuum ſimplex.

Muto,mutonis.m.t.(πέος) membrum uirile.

Mutōnĭātŭs, ti. m.ſ. idem quod mentulatus, cui ſcilicet egregie de membro uirili proſpectum eſt. ἔνορχις.

Mūtŭātĭtĭŭs, a. um. (δανειστὸς) quod mutuatur: ut pecunia mutuatitia. Gellius, Maximóque in pecuniæ mutuatitiæ uſu, atque commercio.

Mūtŭlŭs,li.m.ſ.dicitur quadrãgulus, aliqua ex parte imminutus. Varro, Eas aluos ita collocant in mutulis parietis, ut ne agitentur, neúe inter ſe contingat.

Mūtŭō, aduerbium, ſignificat inuicem. ἀλλήλως. Cic. Fac me mutuò diligas. id eſt, fac mihi in amore reſpondeas, & me uiciſsim ames.

Mūtŭārĕ,a.p. mutuũ dare. δανείζειν, χρῆσαι. Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius, Ad amicos currat mutuatũ, mutuet cauſa mea.

Mūtŭŏr,aris.d.p. mutuum uel mutuò accipio, (δανείζομαι) ut mutuari frumentũ aut aliam rem quampiam, quæ menſura cõſtat, μετρεῖσθαι. Cic.de Fato, Orator ab Academicis ſubtilitatem ingenij mutuatur. Plautus, Decem minas à patre mutuatus, id eſt, Sumpſit mutuũ, uel mutuò. Mutuari nonnunquam eſt aliunde ſumere. Cic.de Nat.2. Mutuemur hoc quoque uerbũ, dicatúrque tam æther Latinè, quàm dicitur aër.

Mūtŭātĭo,onis.f.t.nomen uerbale, eſt rerũ quæ mutuantur datio & acceptio.

Mūtŭs, ti.m.ſ. à mugiendo quidam deduci putant, cum is qui loqui non poſsit, prorumpit tamen in uocem, quæ mugitus potius, quàm ſermo uidetur. ἄφωνος, κωφός. Vel dicitur mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutus ſit. Vel à muſſando, quòd hic non amplius, quàm mus dicat.

Mūtŭŭm,ui.n.ſ.(δάνειον). dicitur ab eo, quòd de meo tuum fit, uel quia res, quæ redduntur, mutuãtur, & propriè ſine uſura. Plautus, Nam ſi mutuò non potero, certum eſt ſumam fœnore. Mutua beneuolẽtia, & Mutuus amor. προσάλληλον.

ἀντάλλακτος.dicitur, cum par uoluntas accipitur,& redditur. Cic.5.Epiſt.Terent.Meretrix adoleſcentem,cuius mutuo amore tenebatur,excluſit. Aliquando mutuum pro uicario accipitur. Apuleius, Mutuam tibi operam præſtiti.id eſt uicariam.

M ANTE Y.

Myās,æ.f.p.(μύια)genus conchæ,in freto circa Boſphorum Thracium,uniones rufos, ac paruos Plin.lib.9.cap.35.gignere ſcribit.

Myăgrŏs,herba eſt ferulacea,folijs ſimilibus rubiæ trepidaneis, ſemen oleoſum, quod fit ex eo.Plin.lib.27.cap.11.

Mygălē,pen.cor.uide in Mus.μυγάλη.

Mylacris,blattæ genus.quanquam,autore Polluce,gallinā ſignificet Ariſtophani. μυλακρίς.

Mylæcus,ci.m.ſ.(μύλοικος)genus eſt uermiculi ex blattis, quod circa molas ferè ſoleat naſci. author eſt Plinius libro 29. cap.6. μύλη enim molam ſignificat,ſed ſuperiorem. μύλον uerò molendinum,ſiue piſtrinum.

Mymphŭr, uris.n.t. lignum mediocris longitudinis, rotundum, quod loro circumuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis. aliâs Mamphur ut ſuprà.

Myŏpăro, onis. m.t. (μυοπάρων) genus nauigij piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam & triremem,de quo Bayf.de re.Nau. Cic.3.de Orat.Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone, Eodem(inquit)quo tu orbem terræ.

Myŏpĕs, (μύωπες) Græci uocant in die parum uidentes. μύω claudo,ὢψ oculus,quaſi myopes propter uiſus hebetationem,clauſis oculis intueri uideantur. Author eſt Nonius,myopes, qui Latinè luſcioſi uocantur, ad lucernam non uidere.

Myŏpiă,æ.f.p.uitiū myopum. Sunt & myopiæ murium cauernulæ. μυωπία.

Myriarchēs,æ. m.p. (μυριάρχης) qui præeſt decem millibus.

Myriās.adis.numerus continens decem millia.

Myrică,æ.f. p.pen. pro. genus humilis uirgulti in Italia ferè,quas alio nomine Tamaricas dicimus.Verg. Non omnes arbuſta iuuant, humilesq; myricæ. μυρίκη. Hinc Myricinus, a. um. penultima prod.

Myrmŭs,ni.m.ſ. (μύρμος) pen.corr.ab Ariſtotele uocatur mas murænæ, qui dentem extra os habet.Plin.lib.9.cap.23.

Myriŏphyllum,li.n.ſ. herba,quam Achilles Chironis diſcipulus fertur inueniſſe, à Latinis Millefolium dicitur. Plin.lib.24.cap.16.

Myriſtică nux,dicitur unguentaria glans,quam uulgò muſcatam uocant. Hæc bonum oris odorem facit, hepati, lieni, & oculis confert.

Myrmēciă,(μυρμηκία)uerrucæ ſunt,lupini amplitudine, ferè in palmis manuum & plantis pedum naſcentes.ſic dictæ, quia formicæ modo pugnant.

Myrmēcitēs,gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet.Plin.lib.36.cap.11.

Myrmēcium, cij.n.ſ. phalangij genus, formicæ ſimile capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguentibus.hæc ferè Plin.lib.22.cap.4.

Myrmēcŏlĕo,(μυρμηκολέων) paruum ualde animal, formicis aduerſum, quod ſe ſub puluere abſcondit,& formicas frumenta geſtantes interficit, & interfectas conſumit. Latinè autem dicitur uel formicarum leo: uel certè expreſsius, formica pariter & leo. Vnde & in Iob legitur, ſecundum ſeptuaginta interpretes Myrmecoleo perijt, eo quòd non habeat prædam.

Myrmēciă,gemma,quæ nigerrimo colore trāſlucet,& eminentias quaſdā habet ſimiles uerrucis.uide Plinium lib.37.cap.10.

Myrŏbălănum,ni.n ſ.quaſi unguentaria glans. βάλανον enim Græci glandem dicunt.Eſt autem arbor heliotropij folijs, fructus glandi ſimilis,ad magnitudinem auellanæ.

Myrŏbrechi, ſiue myrobrecharij, (μυροβρεχεῖς) quaſi unguento ſtillantes: μύρον Græci unguentum uocant,βρέχω pluo,& irrigo.Plaut. in Aul.Myrobrecharios pro unguentorū confectoribus accipit,ad capillos irrorādos. Ait enim, Aut manulearij, aut myrobrecharij.

Myrŏpōlă,æ.com.p.(μυροπώλης)pen.prod.unguentorum uenditor,quem noſtri unguentarium dicunt. Plautus in Caſsin.

Myrŏpōlium,lij.n.ſ.(μυροπωλεῖον) locus ubi unguenta uenduntur. Plautus: Quem ſum defeſſus quærere per medicinas, tonſtrinas, in gymnaſio atq; in foro per myropolia. Latinè

unguentaria taberna dicitur.

Mўrŏthēcium,cij.n.ſ. unguentorũ repoſitoriũ.

Mўrrhă,æ.f.p. (σμύρνα) arbuſcula eſt in Arabia præcipuè naſcens, altitudine quinq; cubitorum,nec ſine ſpina,caudice puro et intorto: cuius cortice inciſo, defluit lachryma, quæ eodem nomine uocatur myrrha Arabica, ſiue ſtacte.id eſt gutta, ſiue ſtilla myrrhæ. Eius uirtus eſt,ut corpora imputribilia reddat.

Mўrrhăpiă, (μυῤῥάπια) genus pirorum quod odorem gratiſsimum reddit.Plin.lib.15.ca.15. Melius per ſimplex r.

Mўrrhēŭs, a. um. quod ex myrrha eſt. μύῤῥινος. » Propert. Myrrheaq; in Parthis pocula cocta focis.

Mўrrhĭnă uina dicũtur,quæ myrrha cõdita ſũt.

Mўrrhītēs,gemma,quæ myrrhæ colorem habet.

Myrſeneũ, (ἱππομάραθρον) genus marathri,folijs magnis,guſtu acriore. Plin.lib.20.cap.23.

Mўrſĭnītēs,fruticis genus,quod carioten uocãt, folijs myrti acutis,compungentibus,ſed mollioribus. Item Myrſinites gemma eſt, quæ melleum colorem nigricantem habet,& myrrhæ odorem. Plin. libro 26. cap. 8. & libro 30. capite 10.

Mўrtētŭm,ti.n.ſ. (μυῤῥινὼν) locus myrtis conſitus.Plaut.in Aul. Neſcio,qui ſeruus è myrteto proſiluit.

Mўrtĕŭs, a. um. quod ex myrto eſt. μυρσίνινος. » Tibull. Et gerit inſigni myrtea ſerta coma.

Mўrtĭnŭs,a.um.eiuſdẽ ſignificationis.Plin.lib. 23.cap.4.Oleo myrtino illitum reſoluitur.

Mўrtītēs uinum,eo modo dicitur, quo aromatites.Colum.lib.12.cap.38.Vinum myrtiten ad tormina ſic facito.

Mўrtŏpĕtălŭm,li.n.ſ.herba eſt,quam multi Sanguinariam uocant.

Mўrtŭs,ti.f.ſ. μυρσίνη. arbor, baccas ſaporis præcipui producens,ex quibus uinũ fit,quod myrtydanum uocãt. Item generoſum obſonium, quod dicitur myrtatũ. Plin. lib.16.ca.19.

Mўs μῦς, ἰμὶς. in mari teſtudo, mus aquatilis, qui & marinus, & lutaria teſtudo dicitur.Itẽ piſcis genus ex oſtrea eſt. Plin. lib.32. cap.11.

Mўſtēriă,orum.n.ſ.à Græcis dicũtur ſacra quædam arcana,quæ Latini ſecluſa uocant, ita dicta quòd ea intus oporteat occludere,nec cuiquam profano explicare. Nefas enim eſt alicui aperire myſteria, niſi ſit ſacris initiatus. Vnde myſtæ dicti, ſacra diſcentes,myſteriorũ periti, diſcipuli,& initiati ſacris alicuius numinis.& Symmyſtæ, conſacerdotes eiſdem ſacris in tiati.

Mўſtăgōgŭs,gi.m.ſ.(μυσταγωγὸς)ſacrorum princeps,qui hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt ducere ſolet,& unũquodq; oſtendere.Cic.6.Ver.

Mўſtĭcŭs, a. um. (ἀναγωγικὸς,μυστικὸς) propriè quod in arcanis deorum ſacris fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quæ noctu clàm à ſolis mulieribus celebrabantur.Verg.Eſt myſtica uannus Iacchi. Sic myſtica ſacra, pro arcanis ſacris.Mart.lib.8.A noſtris myſticum,dicitur figuram.

Mўſtrŭs,genus piſcis, qui aliàs muſculus dicitur.Vide in dictione Muſculus.

Mўthŏlŏgiă,ſermo ſeu ratiocinatio fabularum.

Mўxă, apud Græcos, propriè pituita è naribus fluens,qui & mucus dicitur: unde μύξων mucoſus appellatur,hoc eſt nares muco ſordidas habẽs.Hinc etiam myxos, prommens pars lucernæ uocatur,ex qua profertur ellychnium, quaſi ex naribus mucus.

Mўxōn.onos.uel myxos,piſcis etiam genus eſt. Plin.lib.32.ca.7.Item banchi, quem quidam myxona uocant.

DE LITERA N.

N Litera ſi principalis fuerit ſyllabæ, aliquando ſumit ante ſe g, ut narus, gnarus, unde ignarus: nauus,gnauus, unde ignauus. Et ſi habuerit poſt ſe c, ſæpe c in g mutatur, ut quadringenti: pro quadrincenti:quingenti, pro quincenti. Sed in quibus n non fuerit,ſeruatur c, ut ducenti.

Nāblĭŭm,blij.n.ſ.(ναβλίον) dimin.à nablum, inſtrumentum muſicum,quod & naulum,à quo » naulium. Ouid. Diſce etiam duplici genia» lia nablia palma Vertere,conueniunt dulcibus illa modis.Suidas:Pſalterium, organum eſt muſicum,quod nabla etiam uocatur.

Năcæ,arum.m.p.(νάκαι)appellantur fullones, quòd nauci non ſint.uide Nææ.

Næ,(ναὶ) cũ diphthongo. uide in dictione Ne.

Nææ,fullones:quòd à ueteribus Græcis omnia

ferè

rè opera ex lana, nacæ dicebãtur. Feſtus Pomp. uerò ſcribit Nacæ.

Nēniă, niæ. f. p. & næniæ, næniarum, (ut eſt apud Ouid. lib. 6. Faſt.) Græcum nomen eſt ab eo deductũ, quod eſt νέατον, ultimũ. erat enim ultimum, quod defunctis caneretur carmen, quod in funere laudãdi gratia cantatur ad tibiã ante cadauer ſepultũ. Diomed. Apud Ro. id carmen, quod cũ lamentatione extremum atq; ultimũ mortuo accanitur, nænia dicitur. Acron uerò docet eſſe factitiũ nomen, à ſimilitudine uocis eorũ qui querũtur & dolẽt. Solet etiã accipi pro ineptia cuiuslibet cantus aut ſermonis. Hieron. contra Ruffinum: Non fuit impræſentiarum, qui tuas emendaret nænias. Nænia etiam, inquit Nonius Marcel. ineptum & inconditum carmen, quod à cõducta muliere quæ præfica diceretur, ijs qui bus propinqui nõ eſſent, mortuis exhiberetur.

Nævus, ui. m. ſ. (ἀνεμφαρκωσις) corporis inſigne, ſeu genitiua macula. Plin. lib. 22. cap. 15. Farina decocta in aceto tollit næuos. Vnde næuo ſus, qui næuis plenus eſt.

Năm (γὰρ, ὅτι. ſignificat nanq;, autem, enim, etenim, quoniã, ſiquidem, quippe, ſcilicet, nimirũ uidelicet, ſanè, & eſt coniunctio cauſalis, quam frequenter uſurpant autores, & primũ tantũ locum ſortitur. Cic. in Sall. Nam quòd in uxorem atq; filiam meã tam petulanter inuectus es. Solet autẽ hæc particula Nam etiam poſtponi, ut quiſnam. & Teren. in And. Quidnã hoc rei eſt? Quidnam hic uult ueterator ſibi?

Nānquĕ, coniunctio eſt cauſalis, ut nam: quæ indifferenter primo, uel ſecundo loco ponitur. Quin etiam primo loco, ſæpiſsime pro Siquidem, ſiue Certè ſumitur. Planc. Cic. lib. 10. Famil. Nanq; aſsiduis internuncijs cum Lepido egi. Verg. in Tityro: Nanque erit ille mihi ſemper deus.

Năncīſcŏr. eris. nactus. d. t. (καταλαμβάνω, τυγχάνω, περιποιοῦμαι) à nancio. cis. fit, ſecundum Priſci. & ſignificat acquiro. Teren. Non triumpho ex nuptijs tuis, ſi nihil nanciſcor mali. Et nanciſci. εὑρέσθαι. ſignificat inuenire, præſertim ſi cũ homine ponatur. Cic. de Fin. 1. Quoniã te nacti ſumus aliquando ocioſum, rectè audiam quid ſit. Hinc renanciſcor. quod à ueteribus poſitũ eſt pro reprehendo.

Nānĭŭm, nij. n. ſ. (νάνιον) nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, ſed pulchra: per diminucionem blandiendi cauſa, ſicut Glycerium, & huiuſmodi.

Nānŭm, ni. n. ſ. (νάνον) Græci uas aquarium dicunt humile & concauum, quod uulgò uocant ſitulum barbatum.

Nānŭs, ni. m. ſ. (νάνος) teſte Gellio libro 19. capite 13. Græcum uocabulum eſt, quo uocauerunt breui corpore hominem, paululum ſupra terram extantem, quem Latinè pumilionem dicimus. Nec de hominibus tantum, ſed de alijs quoque rebus dicitur. Vnde etiam mala nana, quæ alio nomine melimela uocantur.

Năphthă, bituminis genus circa Babylonem copioſiſsime proueniens, cui tanta eſt cum igne cognatio, ut flamma tranſiliat in eam undecunq; uiſam, author Plin. lib. 2. cap. 105.

Năpīnæ. βουνιῶνες. ubi ſeminantur napi. Colum. lib. 7. Napinæ, itemq; rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

Năpŭs, pi. m. ſ. (βουνιὰς) genus rapæ, quæ obtuſior & breuior. Col. li. 2. Napus, deuexam terram amat & ſiccam. uide Plin. lib. 20. cap. 4. Huius diminutiuum eſt napunculus.

Nărcīſsīnŭm unguentum, (ναρκισσέλαιον) quod ex flore narciſsi fieri ſolebat.

Nărcīſsītēs, (ναρκισσίτης) pen. prod. gemma appellãta eſt, quæ narciſsi colorẽ habet. Huius meminit Plin. lib. 37. cap. 11.

Nărcīſsŭs, ſi. m. ſ. (νάρκισσος) lilij genus, radice carnoſa atq; odora, flore purpureo, folia in radice habens ad ſimilitudinẽ foliorum arundinis, ſed aliquanto craſsiora. Eius duo ſunt genera: unũ purpureo flore, alterũ herbaceo.

Nărcōtĭcă, (ναρκωτικὰ) medici neoterici appellant medicamẽta quibus ſtupor conciliatur ac torpor, aduerſus ſenſum doloris & cruciatũ.

Nărdĭnă pyra, (ναρδάπια) dicuntur ab odore, ſcilicet quæ nardum redolent, uel quæ etiam nardi ſaporem habent. Plinius lib. 15. cap. 15.

Nărdĭnŭm, (νάρδινον) unguentum ex nardo factum, quod alio nomine dicitur foliatũ, ut ait Plin. lib. 13. cap. 1.

Nărdŭs, di. (ἡ νάρδος) fœm. gen. & nardum neutri. frutex graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra, aſpero ſapore, folio paruo denſoq;: uide Plin. lib. 12. cap. 12.

Nāris,(ῥῖνες)proprie naſi latioris partes,in quibus ſunt ſpiracula: à naritate (ut inquit Donat.)quæ nos odoratu doceant præſtò ac propè eſſe, quod adhuc oculi non uident.Siue ut alij uolunt,quòd per eas odor uel ſpiritus nare non deſinat. Vel à Græco, per inuerſionem literarum, ut ῥῖνες nares, τέρην tener. Verg. 1. Georg. Collectumq; premens uoluit ſub naribus ignem. Ouidius uſus eſt ſingulari pro naſo dicens,Pandaq; naris erat. Naribus aduncis indulgere, à Perſio Saty. 1. dictum, pro naribus in rugam contractis irridere,& ſubſannare.

Narica,cæ.f.p.eſt genus piſcis minuti. Plaut. Muriaticam uideo in uaſis ſtanneis naricam bonam.Naticem piſcem leges apud antiquos per t,non per r, & uidetur à natando dictus.

Nārrātiūncŭlă, læ. f. p. (διηγημάτιον) parua narratio.

Nărro,ras.n.p.(διηγοῦμαι)dico,recito.Terent. Eun. Narra iſthuc quæſo, quid fiet. A quo narratio. διήγησις. quæ eſt rerum geſtarum, aut perinde ut geſtarum expoſitio.Huius compoſita, Denarro. Enarro. ἐξηγοῦμαι.quod eſt extra,& large narro,explano.Prænarro.προλέγω. primò & antè alia narro. Terentius in Eun. Oportuit rem prænarraſſe me. Obnarro,præuerto,declaro.

Nārthēcĭūm, cij.n. ſ. (ναρθήκιον) diminut. eſt. Græci νάρθηκα uocant ferulam aſſurgentem in altitudinem, humilem uerò & depreſſam ναρθήκιον dicunt. meminit Plinius lib.13.cap. 22. Cum autem ſemen ferulæ morbis quibuſdam auxiliari dicant medici,narthecium pro repoſitorio medicamentorũ uſurpatur,etiam ſi fuerit ex alia materia factum: uel quia id genus ligni accommodatum eſt ad ſeruanda medicamenta. Cicero De Finib. Iam doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant.

Naſam nites, (νασαμωνίτης) gemma, quæ cum ſanguinea ſit,ſcatet nigricantibus uenis.Plin. lib.37.cap.10.

Nāſcŏr.ſceris.natus ſum. d. t. (φύομαι,γίνομαι, γεννῶμαι)notæ ſignificationis. Salluſt. L.Catilina nobili genere natus fuit, magna ui animi & corporis. Et cõſtruitur præter ablatiuũ etiã genitiuo & accuſat. cũ præpoſitio ad:ut, Natus ſum laudi, & ad laudem. Cic. pro Sext. Huius uerbi compoſita ſunt,Annaſcor, connaſcor. unde cognatus. a. um. Enaſcor. ἐκφύομαι. extra naſcor. Denaſcor.ἀποφθίομαι. decreſco,deficio, morior. Caſ. Hem. libro 1. Annal. Quæ nata ſunt,omnia denaſci aiunt. Innaſcor.ἐγγίνομαι.intus naſcor.Cic.1.Offic. Internaſcor.διαφύομαι.in medio naſcor. Columella libro 5.Obnaſcor.περιφύομαι. circum naſcor.Renaſcor. ἀναγεννῶμαι, rurſus naſcor. Pronaſcor.προέρχομαι.ortum habeo. Terent. in Phorm. Aiunt illam ciuem Atticam bonam,bonis prognatam.

Nāsĭtĕrnă, æ. f. p. uas aquarium anſatum ac patens(ὑδρία.) Varro lib.1.de re Ruſt. cap.22.

Năſsă, æ.f. p. (κύρτος) genus uaſis piſcatorij, quò cum intrauerit piſcis, exire non poteſt. Plau.Nunquã ex iſta naſſa hodie eſcã petam.

Năſtūrtĭūm, tij. n. ſ. nomen accepit(ut Plinius docet lib.19.cap.8.) à narium torſione. Eſt autem herba hortenſis,Venerem inhibens,cuius duo ſunt genera,teſte Plin.li. 20. ca.13.album & nigrum. Vtrunq; cerebrum purgare mentemq; mirifice excitare creditur.Nigrum etiã uitia capitis purgat,clarificat uiſum,& commotas mentes ſedat ex aceto ſumptũ:unde locus prouerbio factus in homines ſecordes & ſomnolentos,Ede Naſturtium.

Nāsŭs, ſi. m. ſ. (μυκτὴρ,ῥὶς)dicitur ea pars capitis,quæ à ſuperciliorum confinio oriens,& quaſi æquali porrecta iugo utrãq; aciem ſimul & diſcernit, & munit.duo autem eius ſpiramina,geminiq; hiatus,quos ueluti quidã paries per medium ductus interſepit,nares uocantur.Aliquando naſus ponitur pro acrimonia, & dicacitate. Vnde habere naſum eum dicimus,qui uenuſta quadam & ſubdola irriſione alium deridet. Apul.in Metam. Contorta & uituperanti nare diſceſsit.Mart. Non cuicunque datũ eſt habere naſum.id eſt acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem.Hinc naſuti. μυκτηριστὰ,μυκτηρίαι. dicuntur dicaces reprehenſores & deriſores, qui doctè alios norunt irridere.Idẽ: Naſutus ſis uſq; licet,ſis deniq; naſus. Idem formauit comparatiuũ: Nil naſutius hac, malignius'q; eſt. Et per diminut. naſutulus. Apul.Naſutula mulier ac dicacula.Naſus enim ſagacem ſapientiam repreſentat.

tat, ſumpta metaphora ab animalibus. Canes enim & uultures olfactu inquirunt. Sapiens igitur & cautus eſt, qui odoratu abſtruſa quæq; intelligit. Horat. Ser. Vt pleriq; ſolent, naſo ſuſpendis adunco Ignotos, ut me libertino patre natum. id eſt, uafrè ac ſubdolè irrides. A naſus fit uerbum denaſo. ſas. ἀποῤῥινάω.

Nătābŭlă, orum. n. ſ. (τὰ νηχεῖα) ab Apuleio dicuntur loca natationis.

Nātālis, & hoc le. om. t. & hoc natalitium. & natalitius. a. um. τὰ γενέσια, γενέθλια. ſumitur pro die quo quis natus eſt. Verg. Meus eſt natalis Iola. Plin. Dum natales ſuos celebraret. Natalitia dare, eſt quod uulgus dicere ſolet, Soluere feſtum. Cice. Philip 2. Hodie non deſcendit Antonius, cur? dat natilitia in hortis: cui? neminē nominabo. Hoc in loco interpres ait: Natalitia, conuiuia ſunt luxurioſa ad celebrandum natalem diem peculiariter ſtructa. Natales. γένος. plurali tantum numero, ſignificat conditionē ſanguinis & familiæ: ut, Generoſi natales, natales obſcuri. Corn. Tacit. Aderat Cornelius Fuſcus, uigens ætate, claris natalibus. Plin. in Epiſt. ad Meſsium, pro ignobilitate poſuit & ſordibus generis: Nonnunquam, inquit, candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Apud Iureconſ. Natalibus reſtituere, nobilitare eſt, & econtra. Bud. Iuuenalis etiam pro celebritate diei natalis ſumpſit, Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat. id eſt, nō aliter à uictoria exhilaratur, quàm cū dies natales celebrantur. Et natales pro annis accipiuntur. Sappho: Sex mihi natales ierāt. Tot enim dies celebrantur natales, quot aguntur anni.

Nătătĭlis, pen. cor. νηκτικὸς, πλωτὸς. qui natat, uel natare poteſt. Auguſt. lib. 12. Ciuit. Natatile ſubſtantiuum, locus eſt ubi natant piſces, aut anates, & ſimilia. Varr. li. 3. de re Ruſt. cap. 5.

Nătātĭtĭūs. a. um. quod natat. νηκτικὸς.

Nătātōrĭūm, & natatio, à natando dicuntur.

Nătātŭs. us. m. q. ipſe natādi actus. νῆξις. Claud. lib. 3. Lucus erat propè flumen Athim, quod candida præfert Sæpe mari, pulchroq́; ſecat Galatea natatu.

Nătēs, ium. f. t. (γλουτοὶ, κοχῶναι, πύγαια, πυγαὶ) caro eſt cōglobata uerſus os ſacrū, ſendendi officio aptiſsima, à nitēdo, ut quidā exiſtimāt. ibi enim eſt caro infirmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole oſsibus cogatur. Horati. in Ser. Diffiſa nate ficus. Harum tumor clunis dicitur. Iuuena. Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ.

Nătĭx, piſcis. uide in Narica.

Nătĭnātōrēs. um. m. ſ. ſeditioſi, negocioſi uocabantur. & natinatio, negociatio.

Nātĭo, onis. f. t. (ἔθνος) genus hominum, (inquit Feſtus) qui non aliunde uenerunt, ſed ibi nati ſunt. Et natio principalis, eſt in qua poſſunt eſſe multæ gentes: ideo plus in ſe cōtinet quàm gens. Natio quoq; ordinem & ſocietatem, & genus hominum ſignificat. Cic. pro. Seſtio: Nimirum hoc illud eſt, quod de me potiſsimū in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet noſtra natio optimatium.

Nātĭuĭtās. atis. f. t. (γεννητὴ, γενετὴ, γένησις) idem quod ortus. Vlpian. Municipem aut natiuitas, aut adoptio facit.

Nātĭuŭs. a. um. in quo aliquid naſcitur. (γεννητός) Plin. lib. 31. Sunt & montes natiui ſalis. Et natiuus, qui natus eſt, paſsiuæ ſignificationis. Gelli. Propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis. Et natiuæ lanæ, apud Plinium li. 9. cap. 47. dicuntur, quæ natiuum colorem retinent. Natiuum malum. id eſt innatum, ingenitum. Cic. pro dom. Natiui dei, qui naſcuntur & occidunt. Idem de Nat. 1. Natiua uerba, quæ primitiua, ſeu primæ poſitionis uocant Grammatici. Natiuus color, dicitur naturalis, qui nulla arte, ſed natura producitur.

Nāto. as. n. p. (νήχομαι, νέω, κολυμβάω) frequentatiuum eſt uerbi No, nas. Nare autem, ſeu natare, proprium eſt piſciū. Martia. lib. 1. Sacris piſcibus hæ natātur undæ. Vnde Cic. Tuſc. 5. Natura beſtias nantes aquarum incolas eſſe uoluit. Nant ſeu natant tamen & uolucres, & beſtiæ & homines etiam induſtria. Cic. de Nat. Deor. In quo quidem magis tu mihi natare uiſus es, quàm ipſe Neptunus. Col. per tranſlat. lib. 3. pro ultrà ire, uel ſerpere poſuit: ut, Natantibus radicibus. Quandoq; pro trepidare Ouid. 6. Faſt. Nox erat, & uiuis oculiq́; animiq́; natabant. Quandoq; pro nauigare. Huius cōpoſita ſunt annato. παρανήχομαι. iuxta nato, ſiue ad aliquem locū nauigo. Verg.

Huc pauci ueſtris annauimus oris. Connato. συγκολυμβάω. ſimul nato. Plau. Cōnatat nobiſcū. id eſt riualis eſt. Idem: Cōnationis noſtræ cōſcius. Eno, ſiue enato. ἐκνήχομαι. extra nato, ſeu trano. Vergilius Aen. 6. Inſuetum per iter gelidas enauit ad arctos. Innato, intus nato: ab inno. Vergilius 2. Georg. Nec non & torrentem undam leuis innatat alnus. Denato. κατανήχομαι. deorſum nato, à deno. uide alibi. Obnato. ἀντινήχομαι, contra, ſeu citra nato, ab obno: ut, In æquore filius Obnatat umbra fretis. Prænato, antè nato, à præno. Plin. Renato. ἀνανήχομαι. rurſus nato, uel natando reuertor, à reno. Supernato. ἐπινήχομαι. ſuper undis ſto, non mergor, à ſuperno. Plinius lib. 24. Trano, & tranſnato. διανήχομαι, διακολυμβάω. ultrà nato. Vergili. 3. Georg. Superant montes & flumina tranant. Et omnia habent pen. cor. & à naue dicta ſunt.

Nātrix, icis. d. t. (ὕδρος) genus ſerpentis: à nando, quod in aqua quoq; uenenum ſpargit. Cic. Cur omnia noſtri cauſa cum faceret, tantam uim natricum uiperarumq; fecerit? Luca. Et natrix uiolator aquæ. Item natrix, ut inquit Plinius lib. 27. cap. 12. herba eſt, cuius radix euulſa, uirus hirci redolet. Natrix, quoq; mulier dici poteſt natans, ſicut natatrix.

Nātūră. æ. f. p. communis omnium parens, uis, ingeniū. φύσις. dicta eſt ab eo, quòd aliquid naſci faciat, cuius proprietatū cauſam aliā nullam inuenimus, præterquàm quòd ita natura comparatum ſit. πέφυκεν. id eſt ita uiſum ſit naturæ. Hanc quidā deum eſſe dixerunt, à quo omnia ſunt creata. Sen. li. 4. De benef. Quid aliud eſt natura, quàm Deus, & diuina ratio, toti mūdo & partibus eius inſerta? Plin. ubiq; naturam parentem, rerumq; opificem appellat. Ponitur interdum pro ui: unde arborum atq; herbarū naturas dicimus. Plin. lib. 12. cap. 14. Hæc concreta denſatur, ubi loci natura poſcit. Verg. 4. Georg. Nunc age naturas apibus quas Iupiter ipſe Addidit, expediam. Naturæ ſatisfacere, & Naturæ cōcedere, pro mori, poſuit Cicero pro Cluen. Interdum pro genitalibus, tam uirilibus, quàm fœmineis, quæ à Græcis dicitur φύσις. Plin. Si quadrupedes fœtum non admittant, urtica naturam fricandam monſtrat. Dicta natura, quòd in eo membro naſcendi uis ſit.

Nātūrāliă, ium. n. t. (αἰδοῖα) plurali tantum numero, dicuntur pudenda. Columella libro 6. cap. 28. Si equa marem non patitur, detrita ſcylla naturalia eius linuntur, quæ res accendit libidinem.

Nātūrālis, & hoc le. om. t. quod ſecundum naturā eſt. φυσικός: ut, Naturale deſideriū, tēpus &c. Colum. Et naturales filij, dicuntur legitimi, qui ſola natura coniungali lege ſunt orti, non ex concubina. Suet. in Tiber. Filiorum neq; naturalem Druſum, neq; adoptiuū Germanicum patria charitate dilexit. Inde naturaliter aduerbiū, pro à natura, uel ſecundum naturam.

Nātūs. a. um. participium, à naſcor. γεγονώς. Teren. in Heaut. Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, ut conijcio.

Nātŭs. ti. m. ſ. nomen pro filio παῖς. ſicut nata ἡ παῖς. pro filia. Vergil. Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus. Nati etiam de pullis earum dixit Colum. lib. 6. cap. 37.

Nātūs. tus. m. q. non legi, niſi in ablatiuo tantum. ἡλικία. Cicero in Cat. Eum colere cœpi non admodum grandem natu.

Nāuālis, le. om. t. adiect. quod ad naues pertinet. ναυτικόν. Unde naualis corona, quæ donari ſolebat, qui primus in hoſtiū nauem armatus tranſiluiſſet. Verg. 8. Aen.

Nāuālĕ, lis. ſubſtantiuum. uel naualia, orum. νεώρια, νεώσοικοι. in quibus ſtant, uel fieri ſolēt naues. Verg. Diripientq; rates alij naualibus, ite. Cic. Offic. 2. Muri, naualia, portus, aquarum ductus.

Nāuārchis. dis. f. t. (ναυαρχίς) nauis prætoria, in qua eſt prætor.

Nāuārchūs, chi. m. ſ. nauis princeps, qui in naui nautis imperat quæcunque ad faciendam nauigationem. Cic. in Verr. Sumptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, cæteriſq; rebus nauarcho ſuo quæq; ciuitas ſemper dare ſolebat.

Nāuci. n. indeclin. (πτείψημα, σάλυσα) putamen nucis, ſiue oliuæ nucleus, ſeu membranula, quæ in nucis iuglandis medio eſt. Ponitur etiam pro eo quod eſt nihili. Plau. Qui homo timidus erit in rebus dubijs, is nauci non erit.

Nāucifăcio, id eſt nihili facio. Plautus in Bacc.

Nāuclēriăcūs

Nauclĕrĭăcŭs.a.um.eiuſdem ſignificationis,cu-ius eſt naucl erius. ναυκληρικός. Plaut.in Milite:Facito,ut uenias huc ornatu naucleriaco.

Nauclĕrĭŭs.a.um.quod ad nauclerum pertinet.

Nauclērŭs,ri.m.ſ.qui nauem regit. Latinè nauicularius dicitur, quaſi nauis cleros, id eſt ſors.Plaut.in Milite,Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis Nauclerus dixit.

Naūfrăgĭŭm,gij.n.ſ. (ναυάγιον, ναυαγία) uulgò nauis fractio. Licet quandoq; pro nauigandi periculis,& nauigationis damno, & infortunio, & iactura ſumatur. Cic. Famil.Epiſt. 16.Interea qui cupidè profecti ſunt,multi naufragia fecerunt. Translatè uerò ſumitur pro calamitate, damno, iactura uel exitio. Cic. Famil.4.Verſor in eorum naufragijs,& bonorum direptionibus.

Naūfrăgŏr,aris.d.p. pen. cor. & naufrago.as. naufragium facio. ναυαγέω.

Naūfrăgŭs,a.um.o.ſ. (ναυαγός) qui nauem alliſit,uel qui naui fracta, bona amiſit.Propertius,Tetra uenena bibens,& naufragus ebibat undas.Cum naufragus translatè ponitur,ſignificat eum,qui ſua bona diſſipauit, uel qui qua uis re alia calamitoſus eſt,& res ſuas in deſperatis & profligatis habet. Cic.in Catil. Vbi naufragos aggregauerit.

Nāuĭă,æ.ſ.p.(νάτον)lignum cauatum ut nauis, quo in uindemijs uti ſolent.

Nāuĭcŭlŏr.aris.d.p.(πλέω) propriè ocioſa nauicula uehor.Martialis,Piger Lucrino nauiculatur in ſtagno.

Nāuĭgābĭlĭs,le.om.t.πλόϊμος,πλωϊκός. quod poteſt nauigari. Liu.5.bel.Maced.Primum anni tempus nauigabile præbuiſſet mare.

Nāuĭgĕr,a.um.o.ſ.pen.cor. qui nauem ducit. πλοιοφόρος.Lucre.lib.1.Quæ mare nauigerũ, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Nāuĭgĭŭm,gij.n.ſ. (πλοῖον) nauis ductio, quod & nauagium dicitur. Et nauigium, omne genus nauis quo nauigamus, appellatur: nauis uerò ſpecies eſt.Cic.de Nat. Deor. Arborum ſectio magnos uſus adfert ad nauigia facienda. Et nauigia ſpeculatoria apud Cæſ. lib. 4. Bell. Gall. pro nauibus exploratorijs, Speculatoria,inquit,nauigia militibus impleri iuſsit.Nauigiolum diminutiuum eſt à nauigio. Lentulus lib.12.Famil.Epiſt.

Nāuĭgo,as.n.p.pen.cor. naui iter facio, nauim ago, naui uehor. πλέω, ναυτίλλω. quod uerbum tametſi neutrum eſt, tamen accuſatiuum nonnunquã recipit.Vergil.1.Aen.Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor. Cic. 2.De Fin.Maria ambulare,terramq; nauigare dixit.Quandoq; abſolutè ponitur.Cic.Famil.6. Cum rectè nauigari poterit, tum nauiges.Huius compoſitum eſt,Enauigo.ἐκπλέω. quod eſt extra nauigo. Plin.lib.9.Huius obiectu uaſtus efficitur ſinus, duodecim dierũ & noctium remigio enauigatus. Annauigo,ad aliquem locum nauigo. Idem lib. 36. cap.12. Et renauigo.Cic.Renauigare cogitabam.

Nāuĭgātĭo,onis. f.t. curſus eſt maritimus. Cic. ad Quint.frat. Aiebant te prima nauigatione tranſmiſſurum.

Nāuĭs,is.f.t. à Græco ναῦς. Teren. in Andria, Nauem is fregit apud Andrum inſulam. Plau. in Menæch. Perij miſera, quam tu nunc mihi nauem narras?

Nāuĭcŭlă,læ.ſ.p.πλοιάριον.eſt parua nauis,qua uel in mari, uel in flumine circumuehimur. Cic.ad Quirites,Cum parua nauicula traiecit in Africam.

Nāuĭtās,atis.f.t.nauatio. Cic.Epiſt.Iſta opera tua nauitas, animus in rempublicam.

Nāuĭtĕr, aduerb. ualidè admodum & conſultò uel ſcienter.Cice.in Epiſt.Bene & nauiter oportet eſſe impudentem.

Nāuĭthălmŭs,mi.m.ſ.nauis pompatica,qua potentiores oblectandi animi cauſa utũtur,quòd in ea thalamus ad quieſcendum,& menſa ad edendũ poſita ſint. hanc Vulgus Bucentaurũ uocat. Hæc à Græcis θαλαμηφόρος, θαλαμηγὸς uocatur,à Seneca Nauis bene cubiculata.

Naulŭm, li.n. ſ. (ναῦλον, πορθμίον) preciũ quod ſoluitur pro uectura in naui. Iuuenalis: Furor eſt poſt omnia perdere naulum.

Naūmăchĭă,æ.f. p. nauale bellum,ſeu naualis pugna.Mart.lib.1.Do tibi naumachiã,tu das epigrammata nobis:Vis puto cũ libro Marce natare tuo. Interdum accipitur pro loco ubi fit pugna. Sue.in Tiber. Semel triremi uſq; ad proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt.

Naūmăchĭārĭi, orum. m.ſ. (ναύμαχοι) ſunt qui prælium nauale committunt. Suet.in Claud. Proclamantibus naumachiarijs.

Nāuo, as. n. p. (προσέχω, κατατίθημι) ſtudioſe im-pleo, do, confero, cū effectu demonſtro: id eſt, adiumento ſum. Cic. 2. de Orat. Iam mihi ui-deor nauaſſe operam, quòd huc uenerim. Tra-ctum uerbum à nautis, cum ſint auxilio alijs in gubernandis nauibus. naues enim cum ex naualibus in mare deducuntur, maximo ho-minum auxilio indigent.

Naūpēgūs, pen. pro. fabricator nauiū. ναυπηγός.

Naūsĕă, æ. f. p. ναυτία. ſtomachi ad uomitum ex graui odore perturbatio et cōcitatio. Cic. Att. 5. Nauigamus ſine timore & nauſea. A na-ui deductum nomen, ex cuius ſentina moue-tur uomitus, uel ex cuius frequenti & inordi-nato motu ſubuertitur ſtomachus, & ad uomi tum concitatur. Hinc nauſeola diminutiuum à nauſea. Cic. ad Attic. lib. 14. Nauſeolam tibi tum anſam ocij dediſſe facilè patiebar. Nau-ſeoſus. ſa. ſum. quod nauſeam inducit. ναυτιώ-δης. Plin. Radice craſſa, madida, nauſeoſa.

Naūsĕo, as. n. p. nauſeam habeo, & uomitu infe ſtor, ad uomitum impellor, uomendi appeti-tum habeo, uomo. ναυτιάω. Cic. Phil. 2. Quid-libet, modò ne nauſeet, faciat. Idem. Fab. Gall. Vidit me nauſeantē. Eſt & nauſeor deponens.

Naūſcio, ſcis. ſcit. n. q. (aliâs Nauſio. ſis. ſit.) de grano fabæ dicitur, cum naſcendi gratia ſe a-perit, quòd non ſit diſsimile nauis figuræ.

Naūſtĭbŭlūm, li. n. ſ. alueum ad nauis ſimilitudi nem factum.

Naūtă, & nāuĭtă, æ. m. p. (ναύτης, ναυτίλος) qui ſe in naui agenda exercet: & quicunq; in naui eſt, nauis ducendæ gratia. Ter. in Phorm. Sal uas audiui ex nauta, qui illas uexerat. Cic. ad Attic. lib. 10. Nauitam ipſe audire uideor iam euocantem.

Naūtĕă, æ. ſ. p. ἀνάγυρον. herba granis nigris, qua utuntur coriarij, uel aqua coriariorū, uel (ut Nonius inquit) aqua ex nauis ſentina ue-niens. Plautus in Aſin. Nauteam bibere ma-lim ſi neceſſe ſit, quàm illam oſcularier.

Naūtĭcūs, ci. m. ſ. (ναύαρχος) qui nauem gu-bernat. Plin. lib. 9. cap. 11. Quod ubi uide-re nautici, ſtatim pluribus anchoris nauigia infrenant.

Naūtĭcūs, ca. cum. quod eſt nautarum, quod ad nautam pertinet: ut Nautica ſcientia, Cice. » Nauticus panis, Plin. Verg. lib. 3. Nauticus » exoritur uario certamine clamor.

Naūtĭliă, nauigatio: id eſt ars nauigandi.

Naūtĭlūs, li. m. ſ. piſcis, dictus quòd nauigantis effigiem habeat. uide Plinium lib. 9. cap. 29. Eſt & nautilus, nauta. ναυτίλος.

Nāuūs, a. um. o. ſ. (δραστήριος, εὐπραγής) celer, ſtre nuus, à nauium celeritate dictus, qui & gna-uus dicitur, cuius contrariū eſt ignauus. Co-lum. lib. 11. cap. 1. In agreſti negocio dici uix po teſt quid nauus operarius ignauo & ceſſato-re præſtet. Nauia, nauitas, gnauiá ue. προθυ-μία. celeritas, ſtrenuitas. Cic. lib 10. Epiſt. Vn de ignauia, tarditas, deſidia. Interdum na-uus dicitur quaſi ſcius, & optime pernoſcens. Colu. lib. 8. Sic autem uigilans, impiger, indu ſtrius, nauus omnium quas paſcit.

Nāuĭtĕr, aduerb. ſtrenuè, diligenter. Colu. lib. 11. cap. 1. Qui nauiter, & ſine ullis conceſſationi bus permeabit.

N ANTE E.

NE. μή. (cum prohibendi ſignum eſt pro-ducitur, aliter corripitur) dehortatiuū ſeu prohibitiuum aduerbium eſt, & iun gitur magis imperatiuo, quàm ſubiuncti-uo, inquit Donatus. Plautus: Abi, ne iura, ſa-» tis credo. Verg. Tu ne cede malis, ſed contrà » ardentior ito. Teren. Hic nebulo magnus eſt, ne metuas. Iungitur etiam nonnunquam op tatiuo. Teren. in Phorm. Vtinam ne Phor mio ni id ſuadere in mentem incidiſſet. Plerunq; » dubitatiuum eſt. Verg. Iuſtitiæ ne prius mi-» rer belli ne laborum. Apud oratores plerunq; Ne interrogatiuum raro geminatur, ſed loco poſterioris utimur aduerbio An: ut, Bonus ne an malus. Aliquando etiam ſic, Eundum mihi nec ne ſit, ignoro. Et per interrogatio nem. Cic. Verū uultis prætori Flacco nec ne? id eſt an non. ἢ μή. Quidā ſuperuacuū addunt » alterum an, hoc modo, Neſcio an bene faciā nec ne. Quandoque interrogatiua eſt. ἦ. Te-rentius: Ego ne? Tu ergo. Quandoq; habet uim interrogandi & dubitandi ſimul. Idem, Datur ne illa hodie Pamphilo nuptū? At næ cū diphthon. Græca dictio eſt, quæ per αι ſcri bitur, & ſignificat ualde, uehementer, nimis. ναί. Terent. Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligāt. Aliquādo ſignificat certè, uel utiq;, profecto, uel ita, uel etiā, & hoc per ironiā.

Cic.

Cic. Trebatio, Næ ego multo libentius emerim diuerſorium Tarracinæ. Idem: Næ illi uehementer errant. Horat. Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens næ etiã rex. Compoſita à ne, aduerbia negandi ſunt: nec, neq́. μηδὲ, μήτε. nequam, cũ eius deriuatiuis: nequicquã, neutiq́, neutiq́, nequaquã, necubi, nedum, & alia. Aliquando accipitur Ne pro ut, præſertim cum ei ſubiungitur Metuo, timeo, uereor: ut, Vereor ne moriatur, id eſt Vereor ut moriatur. Interdum utrunq́ coniungimus. Cic. Metuo ut ne pereat. Teren. Apprimè in uita utile, ut ne quid nimis, pro ut nõ quid. Quandoq́ Ne idem eſt quod Neq́ ſubſequente Quidem, ita tamen ut alia dictio intercedat. Cic. de Amic. Nunquã illum, ne minima re quidem offendi.

Ne uiuam, (ἢ μὴν, μὴ τὸ ζῶν) iurantis eſt, moriar. Cic. Sed ne uiuam, ſi tibi concedo. Idem ad Att. lib. 4. Ne uiuam, ſi ſcio. Idem ad eundem: Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio. Item Ne ualeam, &c. quibus loquendi modis utimur, cũ quid aſſeuerare, & ueluti quibuſdam precibus deuouere, aut ſacramento aliquo obteſtari contendimus.

Nebrĭdēs, f. t. pen. cor. damarum ſeu ceruorum pelles, quibus uti ueteres in Bacchi ſacris ſolebant. νεβρὸς enim dama, ſeu ceruus eſt. Nebrides etiam, eſt gemmæ ſpecies (ſed tunc ſingularis eſt numeri) Libero patri ſacra: à Nebridum pellium ſimilitudine.

Nĕbŭlă, læ. f. p. νεφέλη, ὀμίχλη. ſic differt à nube, quòd nebula uapor ſit è terra atq́ aquis ſurgẽs, quæ ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altũ ſublata, conuertitur in nubem. Nubes quocunq́ tempore fieri poſſunt, nebulæ nec æſtate cali de, nec nimio frigore exiſtunt, inquit Plin. li. 2.

Nĕbŭlārĭŭm, rij. n. ſ. ædificium, à ſubijcienda meſſe per nubilum tempus.

Nĕbŭlōnēs, & tenebriones, um. m. t. οὐδενὸς ἄξιοι, ὀυτιδανοὶ. dicti ſunt fures, nugatores, uani, nullius precij homines, qui menda ijs & aſtutijs ſuis nebulam quandam & tenebras obijciãt: uel quòd ad fugam fugitiuis nebulæ ſunt accommodatæ, uel quòd molles ſunt, ut nebula: uel inanes & uani, ut nebula, ut Don. inquit.

Nĕbŭlōsŭs, ſa. ſum. nebulis tectus, nebulis & nubibus plenus, tepidus, & frequentibus nebularum humoribus conſperſus. Cato de Re ruſt. cap. 6. Ager ſi nebuloſus eſt, rapa, raphanos, milium, panicum id maximè ſeri oportet.

Nĕc, & nĕquĕ (μηδὲ, οὐδὲ, οὔτε, μήτε) coniunctiones disiunctiuæ, quæ ferè geminatæ in oratione collocãtur, aut etiã ſingulæ: ſed tamen ita ut penè ſemper præcedat negatio. Cic. de Ami. Nec enim melior uir fuit Aphricano quiſquã, nec clarior. Teren. in Eun. Occidi, neq́ uirgo eſt uſquã, neq́ ego, qui illam è conſpectu amiſi meo. Nõnunquã ſignificat nõ: ut Nec uideo quorſum res euadat. Cic. 3. de Legib. Teren. in Heaut. Vt hanc lætitiam nec opinanti primus obijcerẽ. pro nõ opinanti. Et Cic. in Off. Nec opinata bona dixit, pro inopinatis. Et nec opinato, pro inopinato, aduerbij uice. ἀπροσδοκήτως. Cic. 3. de Fin. Cum incidiſſet ut alter alterũ nec opinatò uideremus, ſurrexit ſtatim. Sed differunt, quòd non, negat ſolum: nec & neq́ negant, & copulant. Reſoluitur interdum in copulatiuam &: ut Non feci hoc, nec facerem, id eſt, & non facerem, Quãdoq́ ſignificat etiã. Quint. Perſolui gratia non poteſt nec malo patri. id eſt etiam malo patri.

Nĕcdŭm, (μήπω) non adhuc. Verg. 1. Aen. Necdum etiã cauſæ irarum, ſæuiq́ dolores Exciderant animo. Neq́ dum, idem quod necdum: id eſt, & nondum. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. Sed eius rei maturitas neq́ dum uenit, & tamen iam appropinquat.

Nĕcēſsārĭī, orum. m. ſ. (οἱ προσήκοντες) dicuntur cognati, uel affines, uel amici, & hi quibus uti familiariter ſolemus, quòd nulla inter eos ceſſatio, id eſt ſeparatio ſit, uel quod neceſſaria inter eos officia cõferantur. Cic. In neceſſarijs, qui tibi à patre relicti ſunt, ego tibi ſum uel coniunctiſsimus.

Nĕcēſsārĭŭs, a. um. dicitur illud ſine quo quid fieri non poteſt. ἀναγκαῖος. ut Neceſſarius eſt mihi aduentus tuus. Huic opponitur anceps, quod recentiores contingens. τὸ ἐνδεχόμενον. uocãt. Hinc fiunt neceſſariè, & neceſſariò. ἀναγκαίως. aduerbia, quibus utitur Cice.

Nĕcēſsĕ, ſiue neceſſum. ἀνάγκη. dicitur, quod ui aliqua cogente fieri opus eſt: à ceſſo uerbo deductum, quia non ſit in eo ceſſandum. Et declinantur hic & hæc neceſsis, & hoc neceſſe: & neceſſus. a. um. Teren. Eun. Sed neceſſe eſt, huic ut ſubuenias. Plaut. in Sticho,

Foras neceſſum eſt quicquid habeo uendere. A quo neceſſitas, neceſſitudo, neceſſarius.

Nĕcēſſĭtās, atis. f. t. (περίστασις, ἀνάγκη) uis ipſa quæ cogit: ut Neceſſitas mihi incumbit eundi Mutinam. Nonnunquam pro inſtantibus, & neceſſarijs negocijs ſumitur. Plini. libro 3. Collegæ optimi, meiq́ue amantiſſimi, de communis officij neceſſitatibus prælocuti, excuſare me & eximere tentarunt. Aliquando appellatione neceſſitatis quoddam uinculum religioſæ coniunctionis familiaritatis ue ſignificatur. ἀναγκαιότης, οἰκειότης. Cæſar: Equidem mihi uideor pro noſtra neceſſitate, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Idem ſignificat neceſſitudo, quod & neceſſitas, ſcilicet uim ipſam quæ cogit. Salluſtius in Iugurtha, Coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Præterea neceſſitudo, eſt familiarior quidam amicitiæ uſus, & coniunctio quædam: ponitur nonnunquam pro affinitate, & ea etiam ſanguinis. Salluſtius in Iugurtha, Etiam antea Iugurthæ filia Bocchi nupſerat, uerum ea neceſſitudo apud Numidas Maurosq́ue leuis ducitur.

Nĕco, as. aui. atum. a. p. ferro interimo. κτάνω. Liu. li. 1. Obrutam armis necauere. Neco autem, cas. cui. ctum. alia ui. Diomed. Neco. cui. ueruntamen & necaui legimus: ut nectus, & necatus. At differre uolunt: ut necui ſit quaſi ſuffocaui: necaui, quaſi ferro occidi, unde necem cædem appellamus. Sed hæc differentia confunditur nonnunquam atque etiam necaui, & necatus de quacunque morte dicitur. Quintil. libro 3. Hinc adulter loris cæſus, aut fame necatus. Cic. lib. 3. ad Heren. Si accuſator dixerit ab reo hominem ueneno necatum. Dicitur etiam de alijs. Colum. lib. 2. Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur. Nectus tamen ſemper ſine ferro dicitur. Liu. libro 21. Fame, frigore, illuuie, ſqualore enecta. Huius uerbi compoſita ſunt, Eneco. ἀποκναίω, ἀποκτάνω. ſuffoco. Plautus in Amph. Puer ambos angues enecat. Hora. lib. 1. Epiſt. Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando. Interneco, & perneco. πνίγω. & habent pen. cor. (ne.

Necrŏmāntis, diuinator ex mortuorũ inſpectio

Necrŏmāntīă, æ. f. p. νεκρομαντεία. pen. acuta, diuinatio quæ fit per cadauera, ut apud Lucanum, cum mortuus ſuſcitatus euentum belli Pharſalici Sexto Pompeio prædixit. νεκρὸς enim mortuus. μαντεία diuinatio. Huius rei meminit Cic. li. 1. Tuſc. Quæſt. Plini. lib. 3. ca. 11.

Necrŏmāntĭci, orum. m. ſ. (νεκρομαντικοὶ.) ſunt quorum incantamentis uidentur reſuſcitari (mortui.

Nĕctăr, aris. n. t. Græcum eſt, deorũ potio dici poteſt. Cic. 1. Tuſc. Non enim ambroſia deos, aut nectare, aut Iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror. Quo etiam nomine immortalitas deſignatur. ab νη, quod priuationem ſignificat, et κτάνω occido. Et trãſlatè poſuit Verg. pro melle: Stipant & dulci nectare cellas. Inde fit nectareus. rea. reum. pro diuino & immortali.

Nĕcto. ctis. xui. & xi. xum. ligo, iungo. πλέκω, νέω. Propert. At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto. Eleganter Nectere dolum alicui dicitur, pro dolis circumuenire. Liui. ab Vrb. 1. Vndique dolus Regi nectitur. Aliquando nectere eſt obligare, deuincire, & ære alieno obſtringere. Idem ab Vrb. 8. Aliud initium libertatis factum eſt, quòd necti deſierunt. Huius compoſita ſunt, Annecto. ἐπιπλέκω. quod eſt ad aliquid necto, ſiue iuxta necto, ſubiungo. Colu. 5. Haſtilia, quibus annectantur ſingula. Connecto. συνάπτω, συνδέω. ſimul necto. Idem in eodem. Faſciculis arundinum cõnectuntur. Innecto. ἐμπλέκω. intus necto, cateno. Claud. li. 2. Mutuaq́ue alternis innectite colla lacertis. id eſt complectimini. Internecto. διαπλέκω. Verg. li. 7. Vt fibula crinem Auro internectat. Obnecto, obligo. Subnecto. ὑποπλέκω. ſubiungo. Idẽ Aurea ſubnectens exertæ cingula mãmæ.

Nĕcŭbi. μή που. pro ne alicubi: id eſt ut non in aliquo loco, & ſemper duo uerba poſtulat: ut, Iuſsi necubi mihi præſtò ſis: id eſt ne in ullo loco ſis. Var. de Re ruſt. ca. 45. Si erunt imbres ſecuti, uidendum necubi aqua conſiſtat.

Nĕcūndĕ. μή ποθεν. id eſt ne ex aliquo loco. Liu. 2. Bel. Pun. Circumſpectans necunde impetus in frumentatores fieret.

Nĕcȳĭă, æ. f. p. νεκυΐα. quaſi mortuaria, resq́ue funebris, & ad mortuos pertinens.

Nĕcȳdălŭs. νεκύδαλος. bombycis genus.

Nĕdŭm, (μήτι, μήτι δὲ, μήτι γε, μὴ ὅτι γε) ſignificat Non ſolum, et duobus modis accipi ſolet. Vno, cum utranque ſententiam eodem claudi

mus uerbo: ut, Funderem pro te ſanguinem, nedum pecuniã. Altero, cum ſuum utriq; ſententiæ uerbum accommodamus: ut Funderẽ pro te ſanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Negatiue ſic, Non funderem pro te obolum, nedum pro te ſanguinem funderem. Hæc particula Nedum, aliquãdo pro Non ſolum ponitur, & poſt ſe recipit, ſed etiam. Cic. Atti. lib. 10. Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Græcia ſiſte.

Nĕfandŭs, a. um. & nefans. tis. ἄῤῥητος. quod nõ eſt fandum: à nefas, quòd ne fari quidem liceat. Cice. de Nat. At uerò nefandum quidem auditum eſt, crocodilum, aut ibin, aut felem uiolatum ab Aegyptio. Lucilius. lib. 7. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

Nĕfārĭī, orum. m. ſ. ἀνόσιοι, ἐναγεῖς. ſceleſti, ſacrilegi, & ſcelerati, à farre deductum nomen, quòd ne digni quidem ſint qui farreueſcãtur. Hinc inde qui indigni ſunt ut uiuant, nefarij uocantur. Aſconius ſcribit nefarium, quod ſacra polluit farre pio ſolita celebrari. ergo nefarij ſacrilegi. Nefarius. a. um. id eſt profligatus, perditus, nequam: ut, Nefaria uolũtas, Cic. pro Sylla. Hinc nefariè. Idẽ, Cum multa in deos, homines'q; nefariè fecerit.

Nĕfās. n. indeclin. ἀθέμιτον. impium & excrabile facinus, quaſi nõ fas. Cic. Mihi nefas ſit obſ(liuiſci.

Nĕfaſti, dies. ἀποφράδες ἡμέραι. in quibus non licet ius fari. Var. lib. 5. de ling. Lat. Vocantur dies nefaſti, per quos dies nefas fari prætorem, do, dico, addico.

Nefrēndēs, ium. com. t. νεφροὶ. dicuntur à Varrone li. 2. ca. 4. porci, qui nomine lactẽtis amiſſo, nondum fabã frendere poſſunt. id eſt frangere. Alij dicunt nefrendes infantes nondum frendẽtes, id eſt frangentes. Sunt, qui nefrendes teſticulos dici putent, quod Lanuuini appellant nebrundines, Græci νεφρὸς, Præneſtini nefrones. Hæc Feſtus.

Nĕgābŭndŭs, a. um. ἔξαρνος. negans. Feſtus.

Nĕgātĭo, onis. f. t. ἀπόφασις, ἄρνησις. poſtpoſita negationi, non ſemper habet uim affirmandi, ſed magis negandi, cum altera pro uniuerſali ponitur, et particulares ſequũtur, hoc modo: Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. Verg. Nulla neq; amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Item una ſola negatio poſtpoſita negationi negat, ita tamen ut ſequens iungatur cum Quidem. Cic. Lent. Neq; errarent, ne aduerſarij quidẽ. Et ſi dixero, Non tibi hoc perſuaderet, ne deus quidem: ſubauditur enim alia negationis pars ſic, Non tibi hoc perſuaderet aliquis: deinde ad maius ſignificatum ſubiungo, Ne deus quidem, cui omnino eſt credendum. Interdum etiam ſine quidem, duæ negationes negant, cum una particularis omittitur. Teren. Agrum in his regionibus meliorem, neq; precij maioris nemo habet: ſubauditur enim neq; meliorem. Var. 3. De Vi. pa. oſtendit duas negatiuas pro una accipiendas, cum dixit: Qua abſtinentia uiri mulieres'q; Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere. Tres negationes pro una ponuntur. Terent. Neq; haud dicas tibi non prædictum.

Nĕgātĭuŭs, a. um. (ἀρνητικὸς, ἀποφατικὸς.) quod negat, ut dictio negatiua.

Nĕglĭgo, gis. pen. cor. glexi. ctum. a. t. ῥᾳθυμέω, ῥᾳθυμῶ, ὀλιγωρέω, ἀλογέω. contemno, nõ curo, quaſi ne legere quidem, nec uidere dignor: poſtremo, non timeo. Cicero libro 14. Famil. Periculum fortunarum, et capitis ſui pro mea ſalute neglexit. Hinc negligentia, incuria, & indiligentia. ἀμέλεια, ὀλιγωρία. Cic. lib. 2. Famil. Me nomine negligentiæ tibi ſuſpectum eſſe doleo. Negligentia tua feci. id eſt quòd te negligam. Terent. in Phor. Nam neque negligentia tua, neq; id odio feci tuo. Et neglectus. us. pro contemptu. Idem. in Heau. Hæc res neutiquam neglectui eſt mihi. Negligenter aduerbium. ἀμελῶς. Terent. in Andr. Ah tantam ne rem tam negligẽter agere?

Nĕgo, as. a. p. ἀποφάσκω, ἀπόφημι, ἔξαρνός εἰμι, οὔ φημι. denego, inficior, recuſo, abnuo, ex non & ago, pro dico, compoſitum eſt, quaſi dico quòd non, renuo, inficias eo, ſed etiam de facto dicitur. Terentius in Andr. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. Cice. in Lælio: Negant enim quenquam uirum bonum eſſe, niſi ſapientem. Huius compoſita ſunt, abnego, denego, pernego, quod eſt perfectè nego. Plautus in Aſin. Subnego. ὑπαρνοῦμαι. aliquantum nego. Cicero Trebat. Et habent penult. correp. Ab hoc uerbo nego, fit

nega-

negatio. uide ſuprà. Et Negantia, quod idem eſt. Cicero in Topicis, Deinde aiunt coniunctionem negantiam. Item frequent. Negito. Plautus in Bacch. Vix quidem negito.

Nĕgōcĭālĭs, le. om. t. ad negocium pertinens. πραγματικός. Cicero, Conſtitutio partes duas uidetur habere, iuridicialem, & negocialem.

Nĕgōcĭŏr, aris. d. p. negocia exerceo, & mercaturæ operam do. πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. Cice. Ser. Sulp. M. Curius qui Patras negociatur. id eſt mercaturæ operam dat. Et negociari animas dixit Plinius libro. 29. capite 1. de medicis loquens, qui ſæpe quæſtum nõ mediocrem faciunt in occidendis, quos curandos ſuſceperint. Hinc negociator. ἐμπολεύς, ἔμπορος. qui in aliorum negocijs ſe exercet. Negociationem. ἐμπορίαν, ἐμπολήν. pro mercatura poſuit Colum. libro 1. Hæc enim negociatio curam uillici auocat.

Nĕgōcĭōsŭs, a. um. quod eſt negocijs plenum. (πραγματώδης, πολυπράγμων.) Res negocioſa. id eſt difficilis, & in qua multum ſit negocij, & laboris.

Nĕgōcĭŭm, cij. n. ſ. (πρᾶγμα, ἀσχολία, ἔργον) à nec & ocium ſit: quaſi non ocium, hoc eſt opus. Et accipitur pro labore, & occupatione. Cicero, Et ſi negocijs familiaribus impediti. Negocium dare, eſt quod dicitur, in mandatis dare, mandata dare, mandare, committere. Cæſar 2. Commen. Dat negocium Senonibus, reliquiſq; Gallis, &c. Aliquando pro cura, moleſtia, ſolicitudine. Terentius, Poëta cum primum animum ad ſcribendum appulit, id ſibi negocij credidit ſolum dari, & cætera. Item negocium, dicitur factum, de quo quæſtio. Et negocium remedium eſt. Plautus in Captiuis, Neque de hac re negocium eſt, quin malè occidam. Item negocium eſt, apud eundem in Milite, pro ita oportet, ſic res poſtulat. Et nullo negocio, pro facilè. Cicero ad Attic.

Nĕgōcĭōlŭm, li. n. ſ. diminut. Cice. ad Quintũ Frat. lib. 2. Erit neſcio quid negocioli.

Nĕm, pro aliquando ſcripſerunt Veteres, quod & pro niſi etiam ſcripſere.

Nēmo, inis. com. t. οὐδείς, μηδείς, οὔτις. compoſitum uidetur à ne & homo, et de ſolis perſonis dicitur, hoc eſt de ſolis hominibus. Terent. in Eunuc. Nemo eſt quem ego magis nunc cuperem uidere, quàm te. Item nemo homo, pro nemo omnino. Cice. libro 1. Famil. Tantam in eo erga me beneuolentiam cognoui, ut hominem neminem pluris faciam. Nemo hominem, pro nemo omnium. Terent. in Eunucho, Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui uiuat minus. Nemo pro ullus. Cice. Famil. 9. Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini. Non nemo, pro aliqui, ſiue nonnulli. Idem pro Lege Manil. Cum eſſet non nemo in ſenatu.

Nempĕ, (δηλαδή, δηλονότι, ναὶ δία) aduerbium confirmantis, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando ſine interrogatione. Cice. Apud quem hæc dico? Nempe apud eũ, qui cum &c. Plaut. in Menæch. Nempe iubes? N. Iubeo Hercle uerò.

Nĕmŭs, oris. n. t. νέμος, ἄλσος. propriè dicitur, quod uoluptatis cauſſa comparatum eſt, & plenum amœnitatis: ἀπὸ τοῦ νέμω, paſco, quod in eo greges, atq; armenta depaſci ſolent. Nemora, inquit Feſtus, ſignificant ſyluas amœnas. Hinc Nemorale adiectiuum. ὑλαῖος. ut umbra nemoralis, id eſt ad nemus pertinens. Item nemorenſe, idem quod nemorale, ut nemorenſis ager & nemorenſis rex, qui Dianæ Aricinæ ſacrificijs præerat. Suet.

Nĕmŭt, niſi, etiam, uel nempe, inquit Feſtus.

Nenum, ut ait Nonius Marcel. pro Non ſumitur. Lucil. lib. 10. Sed tamen hoc dicas, quid eſt, nenum moleſtum eſt.

Nĕo, es. eui. etum. n. ſ. νέω, κλώθω. ſignificat filum torqueo. Iuſtin. lib. 1. Inuenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem. Hinc Perneo compoſitum.

Nĕŏgămŭs, mi. m. ſ. pen. cor. nouus nuptus.

Nĕŏmēnĭă, æ. f. p. (νουμηνία) penultima acuta. Latinè nouilunium, uel prima dies lunæ, aut menſis.

Nĕŏphўtŭs, ti. m. ſ. penultima correpta, nouellus, quaſi nouum germen, noua planta. φυτὸν, planta, ſeu germen. & νέον nouum. In ſacris literis dicitur, qui nuper ad fidem acceſſit, quaſi nuper inſitus.

Nĕōtĕrĭcŭs, ci. m. ſ. νεωτερικός. recentior.

Nĕpă, uel Nepes. pis. f. t. more Græco ſcorpiũ ſignificat. Plau. Dabo me ad parietẽ, imitabor nepam. Natura huius eſt, ut in pariete ac latibulis

bulis deliteſcat, qui cum aliquid ſenſerit, retro (cedit.
Nēpēnthēs, is. n t. νηπενθὲς. herbæ ge=nus eſt quæ uino iniecta triſtitiam diſcutit, a=nimiq́ hilaritatem inducit: unde à quibuſdã eadem eſſe putatur cum bugloſſa, quæ teſte Plin. lib. 21. cap. 21. eundem habet effectum.

Nĕpĕtă, ſiue Nepita. æ. f. p. nomẽ eſt herbæ, quæ uulgò pulegium agreſte dicitur. Nõnulli exi=ſtimauerunt eſſe eam herbam, quam Dioſcori des uocat galliopſim, Vide Dioſcoridẽ, Plin. libr. 20. cap. 14. & Colum. 8. cap. 7. & Nepita.

Nēphăliă. orum. n. t. νηφάλια. feſta erant, in qui bus non uinum, ſed aqua mulſa libabatur, & ſobrioſorum feſtiuitates erant. Græci enim νη φαλίας ſobrioſorum feſtiuitates uocant.

Nephritis, idis. f. t. νεφρῖτις. renũ paſſio ſeu mor bus, qui inter acutos numeratur. νεφρὸς ren di citur. Vnde nephretici, qui renum morbo la=borant, ut eſt apud Hippocra. & Galenum.

Nĕpĭtă, æ. f. p. pen corr. herba quæ Græcè καλα=μίνθα dicitur, ſicca & calida in tertio gradu, ſtomacho ac præcordijs utilis, pituitas capi=tis thoracisq́ ſoluit, ac purgat, iecori mede=tur, duritiam lienis reſoluit, calculum pellit, urinamq́ ciet, tam ſimplex, quàm cum alijs herbis uide Nepeta.

Nĕpōs, otis. m. t. ἔγγονος, ὑιωνὸς. qui ex filio filia ue natus eſt, quòd natus pòſt ſit patri, quàm fili=us. Cic. pro Deiot. Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratũ, & impium, qui nepos auũ in diſcri men capitis adduxerit. Cuius relatiuum eſt auus, & pronepos, à quo fœmini. proneptis, Aliquando nepos dicitur fratris uel ſororis fi lius. Ad cuius differentiam dicimus, Hic eſt mihi ex fratre, ſeu ex ſorore nepos, Qui uerò poſt trinepotem ſunt, minores dicuntur: ſicut ante tritauos, maiores. Quandoq́ nepotes, po ſteri. ἀπόγονοι. uocantur. Vergil. Fortè recen=ſebat numerum charosq́ nepotes. id eſt poſte=ros, ac deſcendentes. Hinc fit, ut nepos de ui=te dicatur. Colum. lib. 4. cap. 6. Ex eo loco, un de nepotem ademeris, confeſtim alterum fun dit. Et lib. 3. ca. 6. Nepos etiam de mulis idem dixit. Item nepotes appellantur conſumpto=res. ἄσωτοι. à nepa, quæ (ut Plinius inquit) de=uorat omnes filios ſuos uno ſolum ſaluo. Siue dicuntur luxurioſæ uitæ homines, quòd non aliter his rei ſuæ familiaris cura ſit, quàm ijs quibus pater, & auus uiuunt. Horati Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Nepotu=lus diminutiuũ. Plau. Sic te ſaluum hinc mitti=timus ire Venerium nepotulum.

Nĕpōtŏr, aris. d. p. luxurioſè uiuo. ἀκολασαίνω. Tertul. in Apologetico: Ariſtippus in purpu=ra nepotatur. Hinc nepotatus. tus. ἀσωτία. hoc eſt, uoracitas, & uitæ luxuries. Afran. Scurrilitate ac nepotatu nobilis.

Nĕptis, is. f. t. ἐγγόνη. quæ ex filio filia ue nata eſt. Eſt enim fœmin. à nepos. Cic. de claris Orat. Et neptes Licinias.

Nĕpōtīnŭs, a. um. Suet. in Calig. Nepotinis ſum=ptibus omniũ prodigiorũ ingenia ſuperauit.

Nĕpŭs, a. um. om. ſ. dicitur impurus. unde & Ne pa, quòd impurum ſit animal.

Nēquă, (μήτη) aduerbium, ſignificat ne per ali=quem locum. Eſt & Nequa compoſitum à ne, & quis, quæ, quod: pro ne aliqua. Cice. in Ver. Act. 1. Tamen nequa deductio fieret, ma gna ex parte tua poteſtas erat.

Nēquāliă, ſunt detrimenta. Feſtus.

Nēquăm, (ἄχρηςος, ἀχρεῖος) nomen indeclinabi le. om. gen. quod apud Veteres ſignificabat ho minem nullius precij, quòd ne tanti quidem ſit, quanti quod habetur minimi. Varro ne=quam ex ne & quicquam, media ſyllaba exti ta, componi oſtendit. Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nulliq́ rei ſit aptus: quod ex eo apparet, quòd Cicero 2. de Orat. ei oppo=ſuerit Seruum frugi. Aliquando etiam Ne=quam accipitur pro laſciuo, petulanti, libidi=noſo & prodigo. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam. Nihil enim magis proprie dicere poſ ſum. Aliquando pro nequiter ponitur. Plaut. in Pœnu. Vbi nequam faciat clàm, nequis ſit arbiter. A nequam fit nequior & nequiſſi=mus. Columella, Nulla eſt uel nequiſſimi ho=minis amplior cuſtodia, quàm quotidiana operis exactio.

Nēquāndo, (μή ποτε) ne ullo tempore: ſicut Si=quando (ἄν ποτε) ſi aliquo tempore. Cic. ad Att. lib. 10. Meas epiſtolas concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nēquāquăm, (μήτοιγε, οὔτοι, μὰ δία, οὐδαμῶς) ad=uerbium negandi. ſignificat enim non, nullo modo, nullo pacto, minimè. Cice. in Cat. Ne=quaquam in iſto ſunt omnia.

Nĕquĕ uide in dictione Nec.

Nĕquĕo,is.iui.itum.ire.n.q. ſignificat non poſſe Cic.de amic.Cuius autem aures clauſæ ueritati ſunt,ut ab amico uerum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt.

Nĕquicquăm, (ἐκ) aduerbium, ſignificat non. Verg. Nequicquam pinguis palea teret area culmos. Item capitur pro fruſtra. μάτην. Idem Aene.2.Arma diu ſenior deſueta tremētibus æuo Circundat nequicquam humeris.

Nĕquino,as.modò laſciuio,modò nego.

Nĕquinūnt,pro nequeunt,id eſt non poſſunt,dixerunt antiqui.

Nĕquis.μήτις.ex ne & quis,pro ne aliquis:hoc eſt,ut nullus.uide Nequà.

Nĕquitĕr,(πανούργως,ἀκολάστως)à nequam.Cice. De Finib.2.Ille porrò,malè,prauè,nequiter, turpiter cœnabat. id eſt cum nequitia:Cuius contrarium eſt Frugaliter.

Nĕquitiă,æ.f.p.uitium eſt, quod cætera omnia complectitur.ἀχρειότης,ἀκολασία,μοχθηρία. eſt enim frugalitati oppoſita,quæ omnes in ſe cōtinet uirtutes.Vt enim frugi,à fruge: id eſt à fructu per quandā animorum fœcunditatē: ita nequitia à ſterilitate,hoc eſt,à nihilo nominata eſt.nihil eſt enim omne quod fluit,quod ſoluitur,quod liqueſcit,& quod ſemper perit. ideo tales homines, etiam perditos dicimus. Sæpe tamen pro laſciuia, & libidinoſa illecebra,et pro luxu uitæ prodigo atq; effuſo.Cic. in Ver.Ex mulierum morſu ueſtigia libidinis atque nequitiæ.

Nĕquitŭs.πανούργως.pro nequiter antiqui dixere

Nĕritæ,arum.f.p. (νηρίται) ſunt ex concharum genere,quæ per maria nauigant, præbentes concauam ſibi partem: alterā uerò flanti auræ inſtar ueli opponentes.hæc Plin.9.cap.33.

Nĕrium,rij.n.ſ.νήριον.frutex ex folijs amygdalæ,ſed maioribus,& pinguioribus,folia eius quadrupedibus ſunt uenenum.Rhododaphne aliàs dicitur,uulgò in officinis oleander.meminit Plin.lib.24.cap.11.

Nĕruiæ,arum.f.p.τὰ νεῦρα. ſunt fidiculæ tanquam ex neruis concinnatæ: id eſt chordæ citharæ. Neruium etiam genere neutro dictum eſt, teſte Nonio Marcello.

Nĕruicĕŭs,a.um.quod eſt ex neruo.νεύρινος.

Nĕruicŭs,a.um.om.ſ.νευρικὸς. dicitur qui neruis laborat.Vitru.lib.4.Aquæ neruicos & podagricos efficiunt.

Nĕruōsŭs,a.um.quod multos habet neruos.νευρώδης:ut,Neruoſa caro,Plini.libr.11.capi.37. Per tranſlat.Neruoſus dicitur fortis & uehemens, eo quòd omne robur in neruis cōſiſtat. Vnde neruoſus Orator dicitur, qui magnam uim & efficaciā ſermonis habet.Cic.de Cla. Ora.Quis Ariſtotele neruoſior? Hinc fit neruosè pro audacter,ualide,firmiter.Item Neruoſitas,apud Plinium lib.19.cap.1.

Nĕruŭs,ui.m.ſ.νεῦρον.notæ ſignificationis.Hi à corde originem habent (ut docet Ariſtot.) Alij è cerebro oriri dicūt. Inde ſubneruo.as. ὑπονευρίζω. quod eſt neruos incido. Ponitur quandoq; neruus pro robore et uiribus.in neruis enim robur peculiariter exiſtit. Vnde dicimus rē eſſe ſine neruis,quæ debilis eſt.Hora. Sine neruis altera quicquid Compoſui, pars eſſe putat.Cic.Ver.Act.5. Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt,atq; in hoc elaborandum,ut omnes intelligant.hoc eſt totis uiribus,ſumma ui, ſummoq; ſtudio nitendū. In neruum ire,id eſt decipere,inquit Donat.Teren.Phorm.In neruum ibit.id eſt decipiet.uide Eraſ. in Chil. Neruus etiā uinculi genus eſt,quo pedes,aut ceruices impediūtur.καταφράκτης.Ex quo eſt illud Catonis,Fures priuatorum furtorum in neruo,atq; in compedibus ætatem agunt:fures publici, in auro atque in purpura.Dicitur & neruum,neutri generis. Item nerui dicuntur chordæ citharæ.Propertius, Hæc carmina neruis aptat. Hæ ſimiliter dicuntur neruiæ, quoniam ex neruis fiant.Et neruus membrū uirile.Iuuen. Menſura incognita nerui.Neruulus dimi.apud Cic.

Neſcio,ſcis.iui.a.q.ἀγνοῶ,οὐκ οἶδα.ignoro,ſum ignarus,ſum inſcius,ſum rudis,non cognoſcò,ex ne,& ſcio.Cic.de Amic. Serpit enim neſcio quo modo,per omnem uitam amicitia.Teren.in Heau.Tu neſcis quod ſcis Dromo,ſi ſapies.D.mutum dices.

Neſciŭs,a.um.o.ſ.qui ignorat,et qui ignoratur (ἀγνοούμενος)Cic.in Rud. Nunc tibi amplectimur genua egentes opum,quæ in locis neſcijs Neſcia ſpe ſumus, ut tuo recipias tecto, ſerueſq; nos. id eſt in locis incognitis, incerta ſpe ſumus.

Neſſo

Neſſotrōphīōn, ij. n. ſ. νησσοτροφεῖον. locus ubi anates clauſæ aluntur & paſcuntur. νῆσσαι anates Græcis dicuntur, & τροφὴ, alimentū. Col. li. 8. ca. 15. Neſſotrophijs lacus defoditur in duos pedes altitudinis.

Neū (μήτε) apocopatum eſt à neue, idem quę ſignificat quod neue: id eſt ne etiam, & non. Verg. Neu ſegnes iaceant terræ.

Nēuĕ, modo ſignificat ne etiam. μήτε. modo uel non. Cice. Pete à te, ne id à me, ne ue in hoc reo, ne ue in alijs quæras.

Neugmate, inquit Feſtus in carmine Cn. Marci uatis, ſignificat negare, fortaſſe negumate.

Neūquā̆m, ſignificat nullo modo: neutiquam.

Nēuŏlo, neuis, neuult, quaſi non uolo uel nolo. Plautus in Trinum. Filiam meam tibi deſpōſatam eſſe audio, niſi tu neuis.

Neūrĭs, (νευρὶς) herba, quam alij ſolanum, alij ueſicariam appellant. Dioſc. lib. 4. cap. 75.

Neūrŏbătæ, arum. m. p. (νευροβάται) penu. corr. qui omnifariam prorepunt, qui ambulant ſuper neruos, & funes neruiceos. Iulius Firm. lib. 7. Matheſeos.

Neūtĕr, a. um. in genitiuo Neutrius, olim etiā Neutri, neutræ, quemadmodū Solus, Nullus et huiuſmodi. οὐδέτερος, μηδέτερος. Eſt et neuter utriquę contrarium, ſignificatquę nec hic nec ille. In quo aduertendum eſt, quòd dicimus, Neuter alterum, non aūt Neuter neutrum: nam ſi ita dicamus, Neuter alterū diligit, hoc ſignificamus, nequę ille hunc diligit, nequę hic illum. Quòd ſi Neuter neutrū diceremus, ſignificaremus ne ſe quidē ipſum utrunquę diligere.

Neūtīquā̆m. μηδαμῶς. non nimis, uel non ualde, uel nullo modo. Terent. in Hecy. Illud uiſum eſt Pamphilo neutiquam graue.

Neūtrālĭs, & hoc le. om. t. οὐδέτερος. quod eſt neutrius partis. unde neutralia uerba dicta ſunt, quæ nequę agunt aliquid, nequę patiuntur: ut ſto, iaceo, cubo, ſedeo. hæc in nulla actiōe, nec nulla paſſione ſunt. Sunt alia neutralia ab uſu dicta, quæ habent actionem, ſed paſſionē nullā: ut Certo, habet actionem, ſed non dicimus certor, ſic pugno, cœno. Alia ſunt quæ patiuntur, ſed non agunt: ut uapulo, pendeo, algeo, langueo, & huiuſmodi.

Neūtrō, (μηδετέρωσε) aduerbiū, ſignificat, nec ad unam partem, nec ad aliam. Liui. Et neutrò inclinata ſpe torpebat.

Neūtrōbī, idem quod neutrò apud Plau. Aul.

Nēuūs, ui. m. ſ. caruncula eminens paululum, in quo ſæpe ſunt pili, & naturalis eſt. nam cum homine naſcitur, & plerunquę ſuccreſcit. Horat. lib. 1. Serm. Egregio inſperſos reprehendas corpore neuos.

Nēx, nĕcis. f. t. φόνος. proprie mors quæ ferro fit, aut alia ui. Necidatus, dicitur qui interfectus eſt. Feſtus tamē neci datum intelligi uult, qui ſine uulnere interfectus eſt, ut ueneno, aut fame. Auſonius, Sera uenenato potu abſtulit Annibalem nex. Cic. pro Mil. Inſidiatori uerò & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? In necē alterius aliquid facere. id eſt in damnū et fortunarū euerſionem. Vlp. Si quis impoſturā fecerit, uel colluſionem in necem alterius.

Nēxĭbĭlis, & hoc le. om. t. πλεκτός. pen. cor. quod nectitur: ſicut textile, quod texitur. Luc. Nexilis antè fuit ueſtis quàm textile tegmen.

Nēxo, as. a. p. & xis. nexui, nexum. προσαναπλέκω. ſecundum Priſcian. frequentatiuum eſt à necto. Vergil. libro 5. Nexantem nodis ſeq́ in ſua membra plicantem

Nēxūs, nexa, nexum. participium. ἐμπεπλεγμένος. Cic. Tuſcul. 3. de uirtutibus loquens, Omnes enim inter ſe nexæ, & iugatæ ſunt. Et nexus ob æs alienum dicitur à Liuio libro 2. ab Vrbe, pro obligatus & deuinctus.

Nēxūs, xus. m. q. uel nexus. xi. uel nexum. xi. obligatio dicitur, qua corpus etiam aut pignus afficitur. ἐνέχυρον, δεσμός. Cicero, Cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu. Hinc fit inire nexum, pro lege nexus addici, inquit Budæus in Annot. in Pand. Liuius libro 7. Sorte obruebantur inopes, nexumq́ inibant. id eſt, ſe et corpore & bonis obligabant, deuinciebantquę creditoribus. Item nexu ſolutus quis dicitur, qui cum addictus eſſet creditoribus, poſtea ære alieno diſſoluto ipſe necti deſijt. Huius contrarium eſt, nexu uinctus, & nexu obligatus. Idem lib. 1. ab Vrbe, Nexu uincti, ſolutiquę ſe undiquę in publicum proripuerunt.

N ANTE I.

Nī, (εἰ μὴ) pro niſi. id eſt ſi non, ſubiunctiuo iungitur. Teren. in Phorm. Nam ni hæc ita eſſent, cū illo haud ſtares. Eſt enim

enim à Niſi per apocopen factum. Quãdoq; etiam indicatiuo. Teren. in And. Mirum ni domi eſt. Vbi ſciendum eſt, quod ni, niſi, quàm, & præterquam ſemper repetunt eoſdem caſus, qui præceſſerunt: ut, Quid eſt animal, niſi, (ὅτι μὴ) corpus cum anima concretum? Quid aliud quæris, quàm uoluptatem? Nulli placet præterquam mihi. Præter uerò ſemper exigit accuſatiuum: ut, Nulli placet præter me. Ponitur interdum ni pro ne. Verg. Ni teneant curſus. Plautus, Ni ſtulta ſis. Niſi, in principio ſententiæ indicatiuũ deſyderat, aliàs etiam ſubſtantiuum: ut, Vapulabis, niſi caueas. Eſt etiam compoſitum niſi ex non & ſi: & ſignificat ſi non, uel præterquã & pro non uſi ſunt Veteres, ut ait Don. Eſt enim coniunctio exceptiua, licet quandoq; continuatiua uſurpetur.

Nicĕrōtiānŭm, ni. n. ſ. (νικηροτιανὸν) delicatius odoramentum & unguentum, dictum ab artifice probo Nicerote. Martialis, Laudas pinguia Nicerotiana.

Nicētēriă, orum. n. ſ. (νικητήρια) ſunt præmia relata ex uictoria, ut torques. Iuuen. Et ceromatico fert niceteria collo. Niceteria, pro ſacrificio, & epulo uictoriæ gratia facto etiam ponitur. Bud. in Pandectis.

Nicto, is. n. t. (ῥύζω) ad canes pertinet, cum ſentiunt odorem leporum ſeu perdicum. Feſtus: Nictit canis in odorandis ueſtigijs ferarum leniter ganniens, ut Ennius lib. 10.

Nicto, as. n. p. (σκαρδαμύσσω) frequent. eſt uerbi niueo. es. Eſt cũ oculis ſignũ damus claudendo uel alterũ, uel utrumq;. Plau. Aſin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. Plin. li. 11. capite 37. Grauiores alitum inferiore gena conniuent, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. hic Nictantur deponẽs eſt. Cæterum nictare, inquit Feſtus, eſt oculorum, & aliorum membrorum niſu ſæpe aliquid conari. Lucret. lib. 4. Hic ubi nictari nequeunt, inſiſtereq; alis. Vnde nictatio & nictus, uerbalia, ut Cæcil. in Pug. Hunc tumidum tremulis, palpebris percutere nictu, hic gaudere & mirarier. Compoſitum eſt, Annicto, (ὀφθαλμιῶ) quod eſt iuxta nicto. Feſtus, Annictat ſæpe leuiter oculo annuit.

Nictātio, onis. f. t. (ῥιπή) Plin. lib. 11. cap. 37. Nec genæ quidẽ omnibus: ideo neq; nictationes iis quæ animal generant.

Nidĕo, des. dui. n. ſ. (στίλβω) cuius cõpoſitum eſt Renideo, in frequentiori uſu. Et modo ſignificat ſplendeo. Stat. 10. Theb. Sparſa orichalca renident. Modo redoleo, (ὄζω) Horatius, Nec mea renidet in domo lacunar.

Nidĭfico, cas. n. p. nidum facio. (νοσσεύω.) Vergilius, Sic uos non uobis nidificatis aues.

Nidŏr, oris. m. t. (κνίσσα) odor rei aduſtæ, ut apud Verg. Illi ingens barba reluxit, Nidoremq; ambuſta dedit. Propriè tamen de carnibus aſſis in culina, & cæteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. Martialis, Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. Dicitur & de ſtercore. Apuleius lib. 4. Alios putore nidoris fœtidi à meis ſcapulis abegiſſem. Interdum pro riſu. Hora. 2. Serm. Sat. 7. Naſum nidore ſupinor. Sic enim Porphyrio interpretatur. Acron uero, Naſum, inquit, nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum. Interdum pro ſplendore.

Nidŭlŏr, aris. d. p. pen. cor. idem quod nidifico. (νοσσοποιῶ.) Plin. lib. 11. Contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantur. Aliquando eſt ouis incubare, ut Varro, Dies, quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, ſeptem eſſe dixit.

Nidŭlŭs, li. m. ſ. diminut. paruus nidus, Gellius.

Nidāmĕntŭm, ti. n. ſ. locus ubi nidulantur aues, apud Plaut. in Rud.

Nidŭs, di. m. ſ. (νοσσιά, καλιά) auiũ domicilium, à nidore, (ut putatur) quòd mali odoris ſint auium cubilia. Quandoq; tamen nidus accipitur pro fœtu auium, quaſi continens pro contento. Verg. Ipſæq; uolantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam. Quãdoq; pro quodam uaſis genere, à nidorum ſimilitudine. Varro, Nympha è lacuna fontium allata nidos implent. Et nidi, dicuntur in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. οἰκίσκος. Martialis, De primo dabit alteroue nido Raſum pumice purpuraq; cultum.

Nĭgellă, læ. f. p. (μελάνθιον) herba, inter frumenta naſcẽs, ſemine atro, inde nomẽ, aliàs Gith.

Nĭgellŭs, la. lum. (μελάντερος) diminutiuũ quod eſt parum nigrum.

Niger

Niger,a.um.o.ſ.(μέλας) propriè fuſcus dicitur. eſt enim contrarius albo. Per tranſlationem tamen ponitur quandoq; pro mortuo. Iuuen. Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas Per famam & populum nigros efferre maritos. Quandoque pro noxio. Verg. Et nigris exeſa chelydris Creta. Quandoq; pro malo. Iuuen. Nigrum in candida uertunt. Solebant enim priſci, quod bonũ & laudabile erat, creta uel alba linea notare. cõtrà, quod turpe fuiſſet, nigro ſignabant. Vnde Perſius, Quæq; ſe quenda forent, & quæ uitanda uiciſſim: Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

Nigrēdo,inis.f.t.nigrities, & nigritia,(μελανία, μελανότης) ipſe color fuſcus. unde Plinius Capillorũ nigritiam dixit, lib.9.cap.26. Nimiæq; eius nigritiæ dat auſteritatem.

Nigrefăcio,is, & nigrefio, notæ ſignificationis.

Nigrĕo,es.n.ſ.μελαίνομαι. à quo nigreſco, nigrefio. Claud. libr.3. Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere ueſtes. Colum. Oliuæ cum nigruerint, nec adhuc maturæ fuerint, ſereno cœlo diſtringere manu conuenit.

Nigrĭco,cas.n.p.pen.corr. (ὑπομελαίνομαι) aliquantum niger ſum. Plin.lib.10. Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarum fœtus ſuos alit. id eſt aliqua nigredine tincta.

Nigrĭtūdo,inis.f.t.idem quod nigredo. Plin.lib. 10.cap.36. Nulla ueris initio apparet nigritudo in roſtris paſſeris.

Nigro,as.a.p.μελαίνω. nigrum facio. unde denigro.as. Hieronymus, Denigrata eſt facies. Interdum eſt nigrum eſſe. Colum.lib.7. Parandi ſunt boues nouelli, quadrati, magnis membris, cornibus proceris & nigrantibus, & robuſtis, &c.

Nigror,oris.m.t.(μελανία) ipſa nigredo. Cice. 1.De Diuinatio. Noctiſq; & nimborum occæcat nigror.

Nihildŭm,(οὐδέπω) id eſt nondum. Cice. Caſſ. Et quanquã nihildũ audieramus, nec ubi eſſet.

Nihili facio, nihili exiſtimo, (παρ' οὐδὲν τίθεμαι, μηδὲν τίθεμαι.) Plaut. in Mil. Sed me excepit: nihili facio quid faciat cæteris.

Nihilipēndo,is.ere.a.t.idem quod nihilifacio. Plau. in Moſtel. Video te nihilipendere omnes homines præ Philolache.

Nihilōmĭnŭs,non minus,(οὐδὲν τι ἧττον.) Cicero Figulo, Tamen nihilominus eis conſicior curis, ut ipſum quod uiuã, peccare me exiſtimem.

Nihilŭm,li.n.ſ.(οὐδ' ὅ,τι ὄν) ex non & hilum cõponitur, quod ſignificat ullum. Cic.1. Tuſc. Illud ſaxum quod Siſyphus ſudans nitendo, nec proficit hilum. Sunt qui putent hilum ſignificare illud, quod grano fabæ adhæret. Alij pennæ modulum intelligi uolunt: ex quo nihilum, & nihil per apocopen, quod ſignificat quantitatem. ut, Nihil uini habeo. Inuenitur etiam pro aduerbio negandi poſitum. Terent. Nihil circuitione uſus es. id eſt non. Inuenitur etiam nihili οὐδενὸς ἄξιον. indeclinabile, & trium generum, quaſi qui nihili quidem eſt. hoc eſt nullius precij aut utilitatis.

Nil,(οὐδὲν) ſyncopatum eſt à nihil. Et modò nomen eſt: ut, Nil bonitatis. Modò aduerbiũ. Terent. in And. Nil me fallis.

Niliŏn,gemma eſt colorem habens fumidæ topacij, aut aliquando melleæ.

Nĭmbŭs,bi.m.ſ. (κνίφας, ὄμβρος) repentina & præceps pluuia. Ponitur & pro uento. Vergil. Nimborum in patriam loca fœta furentibus Auſtris Aeoliam uenit. Interdum pro nube. νέφος. qua dij ſolent in terras deſcendere. Lucil. Cum nimbo cœlitus deſcendit Iupiter. Et nimbus uaſis genus quo uina, unguenta, & alij liquores funduntur. Hinc nimboſus. a. um. Verg. Fluctu nimboſus Orion. id eſt pluuioſus, uentoſusúe.

Nimbātŭs,a.um. unguentatus, ſiue unguento perfuſus, à nimbo uaſe. Plautus in Pœn. Quàm magis aſpecto, tam magis eſt nimbata & nugæ meræ.

Nĭmīrŭm. δῆτα, δήπουθεν, ἀμέλει, ἦπου. aduerbiũ confirmandi, hoc eſt ſine dubio, certè. Poteſt etiam ſolui, ut dicatur, Nimirum, non eſt mirum. nam ni ſignificat ne, & ne ſignificat non, ut Plaut. Ne uult, pro non uult. Aliquando ad reſponſionem adhibetur. Verg. Aen.3. Et pater Anchiſes: Nimirũ hæc illa Charybdis. &c.

Nĭmĭs,aduerb. augendi,(λίαν, ἄγαν) & pro uitio dicitur, ſignificatq; plus ſatis, nimium, immoderate, plus æquo, Teren. Ne quid nimis. Cice. de Orat. Non ſumus nimis auidi.

Nĭmiŭm,nomen pro aduerbio. Terent. in Adel. Nimium iſtuc abiſti, hic propter hunc aſſiſte. Cic.4. Acad. De quo nimium diu etiã diſputo.

Nimiè, aduerb. Plaut. in Mil. Nam nulli mortali ſcio Obtigiſſe hoc, niſi duobus, tibi & Phaoni Lesbio, Tam nimiè ut amarentur.

Nimius, a. um. (ὁ ἄγαν.) Plautus in Mil. Nimia eſt miſeria, pulchrum eſſe hominem nimis. Terent. in Heaut. Nulla adeò ex re iſthuc fit, niſi ex nimio otio.

Nimietas, atis. f. t. pro ſuperfluitate. Colum. libro 6. cap. 24. Nimietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

Ningo, gis. uel ninguo. is. xi. Priſc. Ninguo quoque ninxi: unde & nix, ſicut à duxi dux, à rexi rex. uerbum exemptæ actionis, & habet tertiā perſonam tantum. Verg. 3. Georg. Interea toto non ſecius æquore ninguit. Sunt etiam, qui ninguo dicunt à ningue, cuius nominatiuus eſt ninguis, quod antiqui pro niue uſurpabant. Lucr. Albas effundere ningues. Nunc dicimus nix. χιών.

Ninguidus, a. um. (νιφόεις, χιονώδης.) idem quod niuale, quod ninguibus abundat.

Ningulum, ueteres dixere quaſi nec [illegible] Ennius, Qui ferro minitere, atque in te ningulus mederi queat.

Niptra, orum. n. ſ. νίπτρα. dicuntur lauacra, à νίπτω quod ſignificat lauo, quo nomine dicta eſt tragœdia Pacuuij, quam allegat Cicero 2. Tuſcul.

Nis, pro nobis Veteres ſcripſere, ſicut im pro eū.

Niſi, (ἂν μὴ, ὅτι μὴ) dictio exceptiua. uide ſuprà Ni.

Niſus, a. um. participium (ἐπερειδόμενος) eſt à nitor. eris.

Nitedula, æ. f. p. animal, muris exigui genus, ſicut docet Seruius. Eſt & nitedula. λαμπυρίς. cicindela, quæ noctu lucet.

Nitella, æ. f. p. (κάλλυντρον) dicitur res quæ lenigat ſordem, & expolit. unde Apuleius utitur pro dentifricio, os ipſum & dentes honeſtāte. Miſi (inquit) ut petiſti, mundicias dentium, nitellas oris, ex Arabicis frugibus tenuem, candificum, nobilem puluiſculum. Sumitur interdū pro nitore & elegantia ſermonis.

Niteo, es. nitui. (καλλωπίζομαι) ſplendidus, cultus, politus ſum. Plaut. in Pſeu. Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes. Nitere unguentis, fulgere purpura. Cic. in Catil. Hinc Niteſco. is. ere. nitidū fieri. Cic. 1. Tuſc. Cœlū niteſcere, arbores frondeſcere. Cōpoſita ſunt, eniteo, (ἀποστίλβω) quod eſt extra ſeu ualde niteo. Per tranſlat. uerò ſignificat celebrem eſſe. (εὐδοκιμεῖν.) Cic. 4. ad Heren. In omnibus elocutionis partibus enitere unus non poteſt. Hinc eniteſco. Salluſt. Poſtremò Cæſar bellum exoptabat, ubi uirtus eniteſcere poſſet. Interniteo, in medio niteo. Plin. Et habent. pen. cor.

Nitibundus, a. um. Gell. libro 1. cap. 11. Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarumq; concentu, uerum conſpiratu tacito nitibundos.

Nitido, as. a. p. nitidum facio. καλλωπίζω. Col. libro 12. cap. 3. Ferramenta deferta nitidentur.

Nitidus, a. um. ſplendidus, clarus, lucens, (διαυγής, κομψός.) Plaut. in Mil. Tum autē illa ipſa eſt nimium lepida, nimiſq; nitida fœmina. Colum. lib. 12. Far quod appellatur cluſinum, candidioris & nitidi coloris. Hinc Nitiditas. Accius, Formæ nitiditate præclarus regi.

Nitor, teris. nixus & niſus. d. t. (πειρῶμαι) conari ſub onere. Verg. Pòſt ualido nitens ſub pondere faginus axis Increpat. Interdum firmo, ſuſtento. ἐρείδομαι, ἰσχυρίζομαι, ἐπιστηρίζομαι, διατείνομαι. Idem, Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta. Per tranſlationem Cicero, Tu eris unus in quo nitatur ciuitatis ſalus, id eſt ſuſtineatur. Interdum ambulare. Pacuuius, Ardua per loca agreſti ac trepitante gradu nititur. Interdum uolare. Verg. lib. 4. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit. Interdum fulciri. Cic. lib. 1. Offic. Eſt igitur adoleſcentis maiores natu uereri, ex hiſq; deligere optimos ac probatiſſimos, quorum conſilio atq; authoritate nitatur. id eſt fulciatur, gubernetur, inſtituatur. Quandoque nitor ſignificat dare operam, laborare, conari. Terentius in Adelph. Quapropter nitar, experiar. Huius cōpoſita ſunt. Annitor, Connitor, quod eſt totis uiribus nitor, συντείνομαι, διαμάχομαι. Cic. lib. 3. Offic. Quantum conniti animo potes &c. Enitor, (ἀποτίκτω) pario. Plautus in Amph. Geminos Alcmena enititur. Vnde enixæ dicuntur mulieres, quæ partus dolore leuatæ ſunt. Hinc enixè, (συντόνως) aduerbium. Plaut. in Trin. Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. Quod & enixim dicitur. Cic. Enixim contra fortunas atque honores omnia feciſſe

ſentio.

ſenſio. Innitor, inhæreo, firmo. Colum. lib. 6. Obnitor, contranitor, obluctor, induror, obfirmor, (ἀντερείδομαι, ἀνθίσαμαι, ἀντισκείζομαι, διατείνομαι.) Vergil. 3. Georg. Verſaq; in obnixos urgentur cornua uaſto Cum gemitu. id eſt contrà obluctantes. Hinc aduerbium obnixè. (διατεταμένως) quod ſignificat cum conatu, inſtanter, quantum poſſibile eſt contrà conantem niti. Terent. in Andr. Pedibus manibusq; obnixè omnia facturum. Pernitor, ualdè nitor. Seruius, Pernix, perſeuerans, à pernitendo tractum eſt. Renitor, contranitor, (ἀντιτείνω, ἀνταίρω.) Subnitor, ſuffultio. Verg. libro 3. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. Aliquando eſt ſurſum nitor. Cæcilius 2. Annal. Latini ſubnixo animo ex uictoria conſiliũ ineunt. & habent pen. prod.

Nĭtŏr, oris. m. t. ſplendor in quacunq; re dicitur, (στιλπνότης) Cicero in Catone, Tum Lyſandrũ intuentem purpuram eius, & nitorem corporis, ſcilicet Cyri.

Nĭtrŭm. tri. n. ſ. (νίτρον) ut quidam putant, à Nitria, ubi naſci ſolet, dicitur. Hoc non multum diſtat à ſalis Ammoniaci ſpecie, quod nõnulli exiſtimant eſſe ſalis genus. ſicut enim ſalem in littore maris feruor conficit ſolis, durando in petris aquas marinas: ita in Nitria, ubi æſtate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram ſali ſimilimam, ſed nihil gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis habentem, quæ tamen iuxta naturam ſalis durare in caliditate, & nubiloſo aëre fluere ac liqueſcere ſolet. Sunt qui dicant nitrum apud Medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus fieri. Putant nonnulli inter Nitri ſpecies eſſe numerandum, quod uulgi (ut opinor) uocabulo Salnitrum nonnulli, alij Sal petræ uocant: atque uerisimile eſt hoc ueteribus fuiſſe incognitum, nouitiumq; inuentum eſſe, nõ ita pridem ad bellicorum tormentorũ uſum excogitatum.

Nĭtrōſŭs, a. um. quod nitrum habet, uel nitri ſaporem. Plin. lib. 31. cap. 10. Aquæ uerò nitroſæ pluribus locis reperiuntur. Nitroſus locus, Idẽ lib. 10 cap. 19.

Nĭtrārĭă, æ ſ. p. locus ubi nitrũ fit, & inuenitur. Plin. lib. 31. cap. 10. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit à colore terræ.

Nĭtrātŭs, a. um. o. ſ. adiectiuum, cui nitrum admixtum eſt, ut nitrata aqua. Mart. lib. 13. & Colum. lib. 12. cap. 55.

Nĭuālis, & hoc le. om. t. quod ad niuem pertinet. νιφόεις. ut Niualia loca, ubi nix abundat. Plin. libro 16. cap. 8. Naſcitur in petroſis apricis, & iiſdem niualibus. Niualis dies. Liu. 1. Belli Pun. Niualis aqua. Gellius. Niuale cœlum dixit, Columel. libro 4. quod ſæpe niues inducit.

Nĭuārĭŭs, a. um. ut Niuarium colum. Bayſius, Colum niuarium, uas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Saccus niuarius. Plinius libro 24.

Nĭuātŭs, a. um. quod eſt niue refrigeratum. Sueton. in Nero. Refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis.

Nĭuĕo, es. xi. ctum. à quo conniueo. uide Nicto.

Nĭuĕŭs, a. um. quod eſt ex niue. χιονικός. ut Maſſa niuea. Niueus liquor, Cic. de Diuin. Quandoque pro candido ponitur. ut Niuei dentes, Martial. lib. 5. Niuei lacerti, Verg. 8. Aen.

Nĭuōſŭs, a. um. locus in quo ſunt frequentes niues, (χιονιζόμενος, χιονώδης.) Colum. lib. 2. capite 9. Niuoſa hyems, Liu. 5. ab Vrbe.

Nix, niuis. f. t. notæ ſignificationis. χιών. Plin. lib. 17. cap. 2. Quãdo nix aquarum cœleſtium ſpuma eſt. uide Ningo.

Nixŭrio, is. penul. corr. nixurij. n. q. niti uolo, ſeu cupio, aut conor facere. (ὠδινιάω.) Nigid. Nixurit, qui niti uult, & in conatu ſæpius aliqua re perpellitur.

Nixŭs, a. um. participium, idem eſt quod innixus, uel incumbens, fultus, ſuſtentatus. Cicero 7. Ver. Stetit ſoleatus prætor Populi Rom. cũ pallio purpureo, tunicaq; talari muliercula nixus in littore. Nixus. us. (τόκος.) ſignificat partum. Verg. Haud fœtus nixibus edunt. Dicitur etiã nixus conatus. Quintil. libro 2. cap. 13. Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod ſemel inuaſit, incumbit.

N ANTE O.

NŌ, nas, naui, natum, n. p. cum compoſitis. uide Nato tas.

Nōbĭlis, le. om. t. γνώριμος, εὐγενής. quaſi noſcibilis, à noſco. unde & pro noto ponitur. Verg. Eſt locus Italiæ medio ſub mõtibus altis Nobilis. Sic illuſtris, egregius, inſignis,

præcipuus, ſingularis: cognitionis, non meriti & laudis nomina ſunt, quia tam de flagitioſis, quàm de claris dici inueniuntur. Vnde & pro digno, & excellenti in quacunq; re ponitur, ſiue bona ſiue mala. De bona, ut cum ad generis dignitatem refertur. Salluſt. Nobili genere natus fuit. De mala. Liuius, Nobilis ille clade Romana locus. Hinc nobilitas, (εὐγένεια) quæ eſt generis, uel alterius rei excellentia & dignitas. Colu. lib. 4. Deprehendi poteſt nobilitas in geſtu. Huius contraria ſunt, Ignobilis, (ἀγεννὴς) & ignobilitas.

Nōbĭlito, as. a. p. nobilem facio, dignitatem addo, decoro, (εὐδοκιμίζω.) Cic. de Senect. Neq; enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. Aliquando notum facio. γνωρίζω. Idem 2. Offi. Teſtis eſt Phalaris cuius eſt præter cæteras nobilitata crudelitas.

Nŏcĕo, es. cui. citum. n. ſ. σίνομαι, βλάπτω. Significat obſum, obſto, officio, iniuriam alicui infero, aut felicitatem eius impedio. Cic. in Offici. Eodem modo conſtitutum eſt, ut non liceret ſui commodi cauſſa nocere alteri. Vnde nocentes dicuntur, qui iniuriam aut maleficium cōmiſerunt, qui alteri nocuerunt, damnumq; intulerunt. Innocentes, qui ab omni iniuria maleficiò ue abſtinent. Innocentia, integritas. (ἀκακία, ἀβλαβία.) Salluſt. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuncijs accepit, ſimul & de innocentia ſua certior Romæ factus.

Nōctēs Atticæ. νύκτες ἀττικαί. Gellij opus quod noctu, quæ interdiu cum alijs conuerſando diſcuſſerat, ſcripſit.

Nōctēſcĕrĕ, eſt obtenebrari. Furius, Omnia noctēſcunt tenebris caliginis atræ.

Nōctĭcŏrāx, ſeu Nycticorax, acis. m. t. (νυκτικόραξ) coruus nocturnus interpretatur. nigra auis ac ſola, clamans & nocte uolat.

Nōctĭfŭgă, æ. com. p. (νυκτοφυγὴς) qui noctem fugit.

Nōctĭlūcă, cæ. ſ. p. (νυκτιλαμπὶς) pen. prod. dicitur luna quæ noctu lucet: Quo nomine dictū eſt animal paruum, quod æſtate dum uolitat, lucet: alio nomine Nitedula appellatur.

Nōctĭpūgă, orum. n. ſ. Lucilius uocauit obſcœna, quòd noctu pungant, atq; excitent Venerē.

Nōctĭuăgŭs, pen. pro. qui nocte uagatur.

Nōctū, (νύκτωρ) pro nocte nominaliter utebantur Antiqui. Plau. in Menæ. Haud falſum euenit ſomnium, quod noctu hac ſomniaui. Noctu uerò aduerbiū, ſignificat per noctem. Sall. Diu noctuq; laborare, feſtinare.

Nōctŭă, æ. ſ. p. auis à tempore noctis dicta, quo canit, uel uolat. (γλαὺξ.) Plin. libro 10. cap. 17. Noctuarum cōtra aues ſolers dimicatio, maiore circundatæ multitudine, reſupinæ pedibus repugnant, collectæq; in arctum, roſtro & unguibus totæ teguntur.

Nōctŭrnŭs, a. um. (νυκτερινὸς, ἔννυχος) quod eſt noctis, ut nocturna lux, ſic à die diurnus. Clau„dius Omnia quæ ſenſu uoluuntur uota diur„no, Tempore nocturno reddit amica quies.

Nŏcŭŭs, a. um. o. ſ. qui nocet. (βλαβερὸς, σίντης.) Cic. 3. de Legib. Magiſtratus nec obedientem, & nocuum ciuem mulcta, uerberibus, uinculiſq; coërcent. Innocuus, qui non nocet: uel cui non nocetur, paſſiuè.

Nodia, herba coriarijs nota. Plin. lib. 24. cap. 19.

Nōdo, as. a. p. (δεσμόω, πλέκω) nodos facio, ligo in nodos. Lactant. de Opific. Deus igitur ſolidamenta corporis, quæ oſſa dicuntur, nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atq; con„ſtrinxit. Verg. lib. 4. Crines nodantur in aurū. Huius compoſita ſunt, Enodo, (λύω) quod nodatum erat ſoluo. Per tranſlationem ſignificat declaro, expono. Gell. lib. 2. Ad hunc modum Iulianus enodabat, dijudicabatq; ueterū ſcriptorum ſententias. Interdum enodare, eſt ſine nodis, qui in arboribus ſunt, facere. Col. li. 6. Leuiſſimæ uirgæ, falce debent enodari. Connodo & Innodo, ſunt eiuſdem ſignificationis cum ſimplici.

Nōdŭs, di. m. ſ. (ἅμμα, σύνδεσμος) propriè ligatura quæ non facilè ſoluitur. Cice. de Vniue. Omnia autem duo ad cohærendū tertium aliquid requirūt, & quaſi nodum uinculumq; deſyderāt. A cuius ſimilitudine nodus in arbore, in uite, & in digito (συστροφὴ) dicitur, ubi ueluti colligati ſimul eſſe apparent. Colum. libro 3. Eius imam partem, acutiſſima falce iuxta nodum amputato. Accipitur & nodus pro quacunq; difficultate. Cælius ad Cicero. Incideramus enim in difficilem nodum. Per tranſlat. accipitur pro ænigmate, ſeu quæſtione aliqua difficili. Et nodus in exercitu dicitur denſa peditum multitudo, quòd nō facile poſſit reſolui.

A nodus

Anodus ſunt, Enodis, (ἄδεσμος) Inenodabile, Internodium. Nodulus, (ἀμμάτιον) diminut. à quo aliud, Nodellus. Nodoſus, a. um. (πολύπλοκος) quod multos habet nodos.

Noëgæum, æi. n. ſ. amiculi genus candidi. unde etiam pro candido quandoq; ponitur. Liu. Lachrymas de ore noëgæo terſit.

Nŏēmă, atis. n. t. (νόημα) dici poteſt omnis ſententia, ut apud Quint. lib. 8. cap. 5.

Noënon, Veteres pro non dixere. Var. Si hodie noënon uenis: cras quidem ſi ueneris, dies eſt natalis fortis fortunæ.

Nŏēlæ, arum. f. p. papillæ quæ ex faucibus caprarum dependent, barba ſirilium uocatur.

Nōlo, nonuis, nonuult. n. inconſequent. (οὐ θέλω, ἀβουλῶ) ex non, & uolo. Terent. in Eun. Noui ingenium mulierum. Nolunt ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultro. Pro quo Veteres neuolo, neuis, neuult, dicebant. Plaut. Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu neuis.

Nŏmæ, arum. f. p. (νομαὶ) hulcera quæ depaſcũt, uorantq; ſerpendo corpus. Plin. lib. 23. cap. 4. Eæ etiam nomata & carcinomata dicuntur.

Nōmĕn, inis. n. t. quaſi nouimen, à noſco, quia notitiam faciat. nam per id quicquid nominamus agnoſcitur. Vel nomen dicitur notamen, aut à Græco quod eſt ὄνομα, abiecto o. Et habet multas ſignificationes, quarum una talis eſt, quæ ineſt appellationi rerũ omnium. eſt enim nomen proprium, uocabulum ſingulorũ. Verba autem noſtra rerum nomina ſunt, ut ſalio, curro. utiq; his omnibus nominibus res ſignificãtur. unde is ſapientiſſimus iudicatus eſt, qui rebus nomina impoſuit. unde omne quod loquitur. id eſt, omnes partes orationis rerum nomina ſunt. Alia nominis ſignificãtia eſt, qua unam partem orationis ex octo uidemus eſſe ſignatam, ut nomen, pronomen, uerbum, &c. Tertia nominis proprij, & hominis & deorũ. Quarta quadripertita eſt, qua unaquæq; perſona ſine alterius communione ſignificatur. Quod Cicero lib. Rhetor. ſic definit, Nomen eſt, quod unicuique perſonæ attribuitur, quo quæq; ſuo proprio & certo uocabulo appellatur. Hoc rurſus diuiditur in quatuor mẽbra, Prænomen, nomen, cognomen, & agnomen. Prænomen interdum una, interdum duabus, interdum tribus literis cõtinetur. C. ut Caius, Gn. ut Gneus, Sex. ut Sextus. & hoc non fuit ſine ratione. Nam & Quintum ideo dixerunt, quòd quinto loco natus eſſet. Luciũ, quòd initio lucis exortus. Gneum à corporis effigie. Cognomen maiorum eſt, tractum ex familia uel ſanguine, (ἐπωνυμία) ut Cornelius ex Cornelijs. Nomen autem proprium perſonæ eſt, quod proprium gentilitium. hoc eſt, quod originem gentis, uel familiæ declarat: ut Cicero, Scipio. Agnomen extrinſecus uenit, & hoc trib. modis. Aut ex animo, ut Superbus, Pius. Aut ex corpore, ut Craſſus, Pulcher. Aut ex fortuna, ut Africanus, Gotthicus, Aſianus, Numantinus, à deuictis gentibus, ſed hoc raro uſurpatur. cognomen nanque, ſiue cognomentum potius quàm agnomen dicitur. Cice. Scipio ille cui Africano fuit cognomen. His quatuor partibus perſonæ proprium & certũ nomen includitur, ut Publius prænomen, nomen Scipio, Cornelius cognomen, Africanus agnomen. Qui autem prænomen, nomen & cognomen tantum ponunt, dicunt Publius prænomen eſſe, Cornelius nomen, Scipio cognomen. Et nomen quidem atq; cognomen omnium eiuſdem familiæ commune erat, prænomen uerò tantum ſingulorum: & ideo proprium nomen quo ſe inuicem gentiles uocabant: ut pater appellabat ex duobus filijs alterum Publium, alterum Lucium, nec aliter inter ſe fratres ipſi uocabant. Quidam etiam à ueſtimento cognomen ſortiti ſunt. ut Antonius Caracalla. Quidam à pecore minori, ut Portius, Scropha. Quidam à pecore maiori, ut Equitius, Taurus. Quidam à piſcibus, ut Sergius, Orata, Muræna. Quidam ab arboribus, ut Fronditius. Quidam ab ea re quam optimè ſererent, ut Fabius, Lentulus, Cicero. A pinſendo Pilumnus, qui primus pilum inuenit, & multa huiuſmodi.

Nōmēnclātŏr, oris. m. t. (ὀνοματολόγος) à nomine calando. id eſt, uocando, qui memoriter unumquenque nominatim uocare didicit, utputa in foro reos, in conuiuio conuiuas. Cic. Att. lib. 4. Ad urbem ita ueni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam nõ uenerit. Hinc Nomenclatio, & Nomenclatura, (ὀνομασία, ὀνοματολογία) pro nũcupatione & nominatione.

Nōmĭnātim. ὀνομαστὶ, ἐξονομακλήδην. per ſingulorum nomina. Plin. Cum uillico omnes nominatim aſſignati eſſent. Dicitur tamen & de uno: ut, Tenens cruentum pugionem Brutus, nominatim Ciceronem inclamauit.

Nōmĭno, as. a. p. appello, nomen impono, (ὀνομάζω.) Cic. de Amici. Amor enim, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Interdum accipitur pro nominatim compellare. Plaut. in Moſt. Hem quis me nominat. Budæus: Nominare pro declarare, ut uulgò dicimus, & exprimere. Eſt etiam nominare, præſentem ſiſtere, & ut iuris pontificij ſcriptores dicunt, Ius patronatus habere. hoc eſt nominare deſignandum. Brutus ad Cic. Hinc Denomino, (παρανομάζω) quod idem eſt quod nomino, ſeu nomē alicuius habeo. Colum. lib. 4.

Nōmĭſmă, atis. n. t. (νόμισμα) uide Numiſma.

Nŏmŏdĭdăctēs, (νομοδιδάκτης) qui legē docet.

Nŏmŏphy̆lăcēs, um. m. t. (νομοφύλακες) legum cuſtodes et ſeruatores: ἀπὸ τοῦ νόμου, id eſt, à lege, & φύλαξ cuſtos.

Nŏmŏthĕtæ, arum. m. p. (νομοθέται) Latinè legiferi dicūtur, unde Solon Nomothetes dictus.

Nōn, (οὐ, οὐκ) negatiua dictio, accommodari poteſt indicatiuo: ut, Non tulit Antigenes. Optatiuo, ut Non mihi ſi centum linguæ ſint, oráq; centum. Subiunctiuo, ut Non illa quiſquam me naue per altum Ire, neque à terra moneat conuellere funem. Quæ ſi negationi præponatur, affirmatur, Non nihil tibi debeo. id eſt, aliquid tibi debeo. Cum uerò poſtponitur, magis affirmat, quàm ſi præponeretur, ut ſi dixero, Nihil non tibi debeo. ſignificat enim omne tibi debeo. Ouidius lib. 3. Faſt. Multa tibi memores, nil non debemus Eliſæ. id eſt, debemus multa tibi, cum fueris de nobis merita, ſed Eliſæ debemus omnia. Non autem, (οὐ μὴν) rectè dicimus, at non dicimus, Non uerò: ut, Amicus Cæſaris ſum, nō autē aſſentator: uel, aſſentior uero non. Non ita pridem, (οὐ πρὸ πολλοῦ, πρὸ μικροῦ) hoc eſt non multo tempore ante. Non modo, (μὴ ὅτι, οὐχ ὅπως, οὐχ ὅτι, οὐ μόνον) ſignificat non ſolum, ut Non modò te diligo, ſed etiam amo. Quandoq; ponitur pro nedum. Trebon. Ciceroni, Non enim neſcis quanti te faciam, & quàm pro ueterrimo amore omnibus tuis, etiam minimis cōmodis, non modò tanto bono gaudeam.

Nōnnūllŭs. ἔστιν ὅς, τινος. aliquis.

Nōnnūnquăm. ἔσθ᾽ ὅτε, ἐνίοτε. ſignificat aliquādo

Nōnæ, arum. f. p. (νῶναι) quaſi nouæ, propter initium obſeruationis. Vel quòd ab eo die ſemper ad Idus nouem dies putentur. Vel ideo Nonæ dictæ ſunt, quòd ante diem nonum ſint: ſiue à noua Luna, cum pontifex eo die nouam Lunam obſeruaret, & uiſam regi ſacrificulorum indicaret.

Nōngēnī, (ἐννενήκοντα) pro noningeni.

Nōrmă, æ. f. p. κανὼν. γνώμων. fabrorum inſtrumentum habens duo latera, quo omnia dirigunt, metiunturq́;, quæ & regula dicitur. Plin. lib. 36. cap. 22. Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Vnde quæ recta dimenſáq; ſunt, normam habere dicuntur. Per translat. uerò ponitur pro recta uia. A norma fiunt adiectiua, Abnorme & Enorme.

Nōrmālis, le. om. t. quod ad normā factum eſt, ut normalis angulus. Quint. lib. 11.

Nōrmātŭs, a. um. quod eſt regulatum & directum, (διαμεμετρημένον.) Colum. lib. 3. ca. 13.

Nōſcĭto, as. a. p. pen. corr. frequentatiuū à noſco. (ἐπιγινώσκω, γνωρίζω.) Plaut. in Ciſt. Nunc ueſtigia ſi qua ſunt, noſcitabo.

Nōſco, is. noui, notū. a. t. γινώσκω. quod & Gnoſco dicitur. unde Agnoſco, & cognoſco, & ignoſco. Significat autē noſcere, ultra notam ſignificationem charum habere. Habet & alia compoſita, ut Dignoſco. Internoſco. διαγινώσκω. inter alios noſco. Cic. in Læl. Pernoſco, perfectè noſco. Colum. libro 7. Fit autem noſco à Græco, nam Græci γινώσκειν dicunt cognoſcere. γνωστὸν cognitū. γνῶσιν notitiam. Hinc Latini ueteres non noſco, ſed gnoſco dicebant, & gnotū cognitum, & gnoro pro ſcio.

Nŏſŏcōmĭōn, mij. n. ſ. (νοσοκομεῖον) hoſpitale languentium, uilla & domicilium ad quod diuertunt ægrotantes pauperes. Hieronymus ad Ocean. Primò omnium noſocomion. id eſt, languentium uillam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atq; inedia miſerorum membra refoueret.

Nŏtābĭlis, le. om. t. qui noſci poteſt, (γνωστὸς) Col. lib. 3. cap. 21. Vitis utiq; folium notabile geris. &c.

&c.id eſt,per quod noſci poſſit.Notabilis,inſignis,& apertus.Plin.libro 36. cap.5. Notabilis fœtiditas uultus Hipponacti.

Nŏtă,æ.f.p. σημεῖον,σύνθημα,σύμβολον,στίγμα. à noſco.is.deriuatur. Feſtus, Nota nunc ſignificat ſignum,ut in pecoribus, tabulis,libris,literæ ſingulæ aut binæ: nunc ignominiam.Vſurpatur & pro ſcriptura.Curius Ciceroni. Sulpitio ſucceſſori nos de meliore nota commenda. Sunt etiam notæ , quibus cōpendio ſcribitur. Suet.de Cæſ.Extant ad Ciceronem,item ad familiares domeſticos de rebus , in quibus ſi quā occultius perferenda erant, per notas ſcripſit. Hoc eſt,ſic ſtructo literarū ordine , ut nullum uerbum effici poſſet:quæ ſi quis inueſtigare & perſequi uellet, quartam elementorū literam. id eſt d pro a,& perinde reliquas cōmutet. Nota pro infamia & ignominia, ſeu probro aliquādo ſumitur.Suet.Varijs affectus notis. Cice.3. Offic . O turpem notam temporū. Eximere notæ, id eſt,remittere infamiam.Oui. Ille Numantina traxit ab urbe notam. Eſt item nota, ſignum quo aliquid notatur.Cic.Qu.Valerio, Notam apponam eam,quæ mihi tecum conuenit. Nota præterea quodcunq; ſignum ſignificat. Liuius , Inſtruit etiam ſecretis notis , per quas haud dubiè cognoſcerēt ſua mandata eſſe.id eſt, dat ſigna quibus fidem facerent. Et notæ pro indicijs. Celſus,Nec tamen ignorare oportet , in acutis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis & mortis.

Nŏtārĭūs,rij.m.ſ.(γραμματεὺς,σημειογράφος) à notis dictus eſt. id eſt literis uel ziferis, qui per notas quaſdam multarum literarū uim habentes dicta colligunt .Mart. lib.10. Nec calculator, nec notarius uelox Maiore quiſquam circulo coronetur.

Nōtĕo,tes.tui.n.ſ.à quo Noteſco,notus fio. (γνωρίζομαι.) Lact.lib.1. Quod quia fieri nō potuit, ut huiuſmodi per ſeipſum ratio diuina noteſceret,nō eſt paſſus hominem diutius errare. Propertius , Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri. Hinc fit Innoteſco. Lacta.lib.5. Scripta eius innotuerunt.id eſt, nota & manifeſta facta fuerunt.

Nŏthŭs,thi.m.ſ. (νόθος) cū aſpiratione,is apud Græcos dicitur (inquit Quintil.lib.3.) qui ex uxore nō legitima natus eſt. Verg.lib.7. Suppoſta de matre nothos furata creauit. Nothum Græci appellant, quicquid non legitimum eſſe uolunt, nec uerū : ut, Nothi pulli apud Colu. lib.8.cap.10.

Nōtĭfico,notum facio. γνωρίζω. Ouid.1. de Ponto, Atq; modum pœnæ notificare uelis.

Nōtĭo,onis.f.t.cognitio,demonſtratio,manifeſtatio. ἐπιβολή,ἔννοια. Propriè autem Boëtius Cōment.3.Topic.Notio intellectus eſt quidam,& ſimplex mentis cōceptio, quæ ad res plures pertineat à ſe inuicem differentes.

Nōtĭtĭă,æ.f.p.(γνῶσις) cognitiō,à notus,quæ & notio dicitur.Teren. in Heaut. Quanquā hæc inter nos nuper notitia admodum eſt.

Nŏtĭŭs (νότιος) unius ex piſcibus ſigni cœleſtis.

Nŏto,as.a.p.frequent.à noſco.Priſc. animaduerto,deſigno,obſeruo. Lactan.lib.2. Curſus ſiderum & defectus notauerunt. Notari ignominia, eſt in ſe ignominiæ notam recipere ob turpitudinem uel ſcelus aliquod perpetratū. Cic. Aulo Cecinnæ, Deinde ut eam in ciuitatem boni uiri & boni ciues , nulla ignominia notati nō reuertantur,in quam tot ſcelerum condemnati reuerterunt. Poteſt etiā dici à nota deriuatiuum,ut ſit notare,ſignū notam ue apponere. Iuuenal.Sed quæ Fabritius cenſor notet. Lactant.lib.4. propriè,Cuius rei figuram etiā Iudæi nūc exhibent,cum limina ſua cruore agni notant. Et notare,eſt ab alio dictata cōſcribere. Notarunt hoc annales, pro ſcriptum eſt in annalibus. Plin.lib.8.cap.51. Vnde qui dictat, ſcriptor,qui uero ſcribit, notarius . σημειογράφος appellatur. Item ignominia afficere . ἀτιμῶσαι. Cicero : Sed notandā putaui libidinem nimiam. Compoſita huius uerbi ſunt, Annoto, Connoto,Denoto,Prænoto, Antenoto ſeu Anteſigno,Subnoto. Martial. Et nō ſobria uerba ſubnotaſti. Habentq; pen.cor.

Nōtŭs,a.um.(πρόδηλος,γνώριμος) cognitus,& amicus & charus dicitur. Verg.lib.7. Et notis compellat uocibus ultrò.

Nŏuācŭlă,æ.f.p.(ξυρὸς) culter raſorius, culter tonſorius,à nouo.as. quod nouare . id eſt, nouum facere uideatur . Accipitur aliàs etiā pro quouis cultro, ut apud Colum. lib.ult. Cutem nouacula decerpito.

Nŏuālis,(νέωμαι,νεατὸς) genere fœmin.& nouale genere neutro dici poteſt ſecundū Seruium,

atque idem uult nouale eſſe aruum tunc pri-
» mum ad ſementem proſciſſum. unde Verg. Im
pius hæc tam culta noualia miles habebit? Et
Quintil. in Milit. Mariano, Mox ingentibus la-
certis humum fodere, ſegnem futuris nouali-
bus eruere ſyluam. Sed idem Verg. ſicut etiã
cæteri quidam, alibi dixit de agro qui ſolet an
» nis alternis proſcindi: Alternis idem tonſas
» ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dure
ſcere campum. Ideoq; Seruius alibi ait, Noua
lia, id eſt noua terra, quæ per ſingulos annos
renouatur per ſemina.

Nŏuĕllētŭm, ti. n. ſ. ſumitur pro uinea ex nouel-
lis uitibus conſita. τὸ νεόφυτον. Paul. Iureconſ.
Veluti ſi nouelletum in fundo factum ſit.

Nŏuĕllo, as. n. p. nouum agrum colo, ſeu nouas
uites pango. νεῶσαι, νεάσαι. Suet. Edixit, ne
quis in Italia nouellaret. Huius compoſitum
eſt Renouello, (ἀνανεόω) quod eſt rurſus no-
uellum fieri. Colum. lib. 3.

Nŏuĕllŭs, a. um. (νεόφυτος) dimin. à nouus.

Nŏuĕm, (ἐννέα) genus numeri, à quo fit Noue-
nus. a. um. ἔννατος. & Nouenarius. a. um.
Var. Quo pacto erunt in mulis & paſtoribus
nouenæ partes, ubi nec admiſſuræ, nec fœturæ
obſeruantur? Sed do in hominibus poſſe noue-
narium retinere numerum.

Nŏuĕndĭŭm, dij. n. ſ. (ἐννέα ἡμέραι) nouem die-
rum ſpacium. à quo nouendiale ſacrificium,
quod mortuo fieri ſolebat nono die, poſtquam
erat ſepultus. Liuius, Nouendiale ſacrum pu-
blicè ſuſceptum eſt.

Nŏuĕrcă, cæ. f. p. (μητρυιὰ) dicitur quam quis li
beris ſublatis, nouam uxorem ducit accerſen-
dæ familiæ gratia, dicta quaſi νέα ἀρχὴ, id eſt
noua princeps. Verg. in Buc. Eſt mihi nanque
domi pater, eſt iniuſta nouerca.

Nŏuĕrcāri, d. p. (μητρυιάζειν) eſt nouercarũ mo-
re agere, hoc eſt malignè & inimiciter.

Nŏuiſsĭmŭs, a. um. poſtremus. Cicero pro Qu.
Roſc. Breui tempore, qui ne in nouiſſimis qui-
dem erat hiſtrionibus ad primos peruenit co-
mœdos. Hinc nouiſſimè, Idem.

Nŏuĭtās, atis. f. t. Cic. ad Lentulũ, Fam. 1. Noui
tate eſſe inuiſum. Nouitas, pro generis ignobi-
litate. Salluſtius, Nouitatem meam contem-
nunt, ego illorum ignauiam.

Nŏuĭtĭŭs, a. um. (νεώνητος) quod eſt nouum, ut
nouitium opus, quod eſt nuperrimè factum.
Vlp. lib. 11. Plerique ſolent mancipia, quæ noui-
tia non ſunt, quaſi nouitia diſtrahere, adhoc ut
pluris uendant. Cuius contrarium eſt Vetera-
nus. Martianus, Si tamen nouitia mancipia
fuerunt, non etiam ueterana. Mancipia autem
nouitia intelliguntur, quæ anno nondum ſer-
uierunt. Sic, Nouitium uinum, Plin. Nouitiæ
puellæ, Terent. in Eunu. Nouitius conſul, Ci-
cero pro Dom.

Nŏuo, as. a. p. (νεόω) nouum facio. Salluſt. Con-
ſul optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat
antecapere, ne quid eo ſpacio nouaretur. No-
uare pro immutare. Cic. 3. de Legib. Nihil ha-
bui ſanè, quod putarem nouandum in legibus.
Huius cõpoſita ſunt, Innouo, (καινοτομέω, και-
νοτρίζω) & renouo (ἐπισκευάζω.)

Nŏuūncĭŭm dicitur, quod eſt nouem unciarum.

Nŏuŭs, a. um. proprie dicitur recens, & quod nu
per fuit. νέος, καινός. Teren. in Adelph. Nouus
maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam? Ibidem, Et noua nupta eadem hæc di
ſcet? Accipitur quandoq; pro magno & mi-
» rando. (παράδοξος) Verg. Pollio & ipſe fa-
» cit noua carmina. Quandoq; pro inopinato.
» Idem, Quis furor iſte nouus? Noui quoq; ho-
mines dicuntur, quorum nulli maiores clari
fuere, ſed ipſi per ſeipſos clari eſſe incipiunt, &
magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cicero. A no-
uus fiunt aduerbia, nouè & nouiter. Author
ad Heren. Ne quid ambiguè, ne quid nouè di-
camus. Plin. in Paneg. Non ſolitudinem illi no
uiter, ſed templum, ſed forum inſederant. &
ſuperlatiuũ nouiſſimus, (ἔσχατος) quod pro
ultimo poni cõſueuit, quia quæ recenter fiunt,
ultimum locũ habent. Cic. lib. 1. de Orat. Quæ
duo ſunt ad iudicandum nouiſſima. Nouiſſi-
mè aduerbiũ, quod Ad poſtremum, dixit Cic.

Nŏx, noctis. f. t. à noceo, quòd oculis noceat, uel à
Græco quod eſt νύξ. Eſt autem nox terræ um-
bra, uel (ut Speuſippus ait) umbra diei cõtra-
ria, Solis priuatio. Cic. de Nat. Deor. Ipſa um-
bra terræ ſoli officiens, noctem efficit. Offi-
ciens, id eſt obſtans, & ſe illi interponens. No
ctis partes ſunt, ueſpera, crepuſculum, contici
nium, intempeſtiuum, gallicinium, lucifer, &
matutinum. A nox fiunt, pernox (παννύχιος)
noctua, nycticorax, nocturnus, noctesco, per-
nocto,

nocto, noctiuagus, noctiluca, binoctium, trinoctium, quadrinoctium, & huiuſmodi.

Nŏxă, æ. f. p. (τιμωεία) pœna dicitur. Itaq; noxæ dedere, uel Dedere ob noxam, eſt ſeruum, uel quadrupedem, quæ noxam admiſit, tradere puniendum eius arbitrio, cui damnum illatū eſt. Ouidius, Verba fides ſequitur, noxæ tibi deditus hoſtis Spargitur effuſo cornua Bacche mero. Salluſt. Maximè uellem P. C. praua incœpta conſultoribus noxæ eſſe. Liu. 8. ab Vrbe, Non noxæ eximitur Fabius, ſed noxæ damnatus donatur Pop. Rom. Aliquando noxa dicitur culpa. αἰτία. unde Iureconſul. De uerb. ſignificat. ſcribit noxæ appellatione omne delictum contineri. Liuius, At quàm ob noxam? id eſt propter quam culpam. Aliquando dicitur læſio, damnum. βλάβη. Ouid. lib. 15. Metamor. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur. Noxitudo etiam apud Veteres pro noxa dicebatur.

Nōxālĭs, le. om. t. unde noxalis actio. Caius in l. 1. de Noxal. action. Noxales actiones appellantur, quæ nō ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituūtur.

Nōxĭă, æ f. p. (αἰτία) culpa. Plaut. in Merc. Nihil magis manifeſtè teneo, in noxia es. Qua noxia? Terent. in Phorm. Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt.

Nōxĭŭs, a. um. quod nocet. βλαβερὸς. Salluſtius, Niſi uindicatum fuerit in noxios, quid erit reliquum? Cuius contrarium eſt Innoxius, qui non nocet.

N ANTE V.

NVbĕcŭlă, æ. f. p. (νεφίον) diminut. parua nubes. Plin. lib. 18. Nubecula, quamuis parua, uentum procelloſum dabit. Per tranſlat. Cice. in Piſon. Neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus reipub. nauem gubernaſſem, ſaluamq; in portu collocaſſem frontis tuæ nubeculam, pertimeſcerem.

Nūbēs, bis. f. t. νεφέλη. eſt uapor humidus in ſublime elatus è terra per æſtum, ſiue aër in liquorem coactus, cuius denſitas haud dubiè Solem obumbrat. Sunt qui hoc nomen à νέφος deriuent, quod apud Græcos à priuatione lucis nomen accepit: quemadmodū κνέφας. quod nymbum ſignificat, à quo noſtri gnephoſum dixere obſcurū, quaſi nebuloſum. Varro, Gnephoſus locus, & ſine ulla luce.

Nūbĭfŭgŭs, adiectiuum, qui nubes fugat, uel etiam qui fugit nubes. Columel. libro 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat uultu.

Nūbĭgĕnă, æ. maſc. gen. Colum. lib. 10. Nox ubi nubigenæ Phryxi, nec portior Helles, &c.

Nūbĭlārĭŭm, rij. n. ſ. locus quo propter nubes cōferuntur frumenta ſemitrita. ἀποθήκιον. Col. lib. 1. Dicitur & nubilar. Idem lib. 2.

Nūbĭlĭs, is. f. t. quæ eſt apta, ut uiro in matrimonium iungatur. ἐπίγαμος, ὡραία. Verg. 7. Aeneid. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Cic. pro Cluen. Nubilis filia.

Nūbĭlo, as. & Nubilor. aris. deponens, nubilum ſeu obſcurum facio, apud Catonem legitur. ζοφόω. Et apud Varro. Nubilat aër. Cato de re Ruſt. Vbi nubilabitur, in noctu ſub tecto ponito. Hinc componitur obnubilo, quod eſt totum obſcurum facio, & quaſi nubibus impleo. Gell. lib. 1.

Nūbĭlōsŭs, ſa. ſum. (νεφελώδης, ζοφώδης) quod eſt nubibus plenum.

Nūbĭlŭs, a. um. penult. corr. fuſcum, nubibus tectum. ζοφερός ut, Nubilus color, obſcurus. Plinius lib. 9. cap. 35. Nubilum uero ſubſtantiuum, ipſam nubem ſignificat. Idem lib. 2. cap. 62. Rhodi & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cernatur.

Nūbo, bis. pſi. & nuptus ſum, præteritum facit, ſupinum nuptum, & eſt neutropaſſiuum. καλύπτω. ſignificatq; operio, uelo, à nube quæ cœlum operit. Quoniam uero Sponſæ apud ueteres dum uiro tradebantur, nubere, hoc eſt uelare, capita ſolebant: factum eſt ut nubere uſurpetur pro uiro tradere, ſeu uiro tradi. γαμεῖν, ζευγνύειν. Nam & actiuè dicimus, Nupſit filiam Cæſari: & paſſiuè, Cuius filia nupſit Cæſari. Eſt autem proprium mulieris. Non enim uir, ſed mulier proprie nubit. Licet quandoq; figuratè uel peruerſo naturæ ordine præpoſterè dicatur. Sueton. de Nerone: Cui etiam ſicut ipſi Sporus ita denupſit. Iuuenalis: Quid quæris? nubit amicus. Sunt qui dicant uirum tum nubere, cum ſeruit uxori, uelut illa potius uir ſit, quàm ille. Vnde Martialis: Vxori nubere nolo meæ. Conſtruitur cū datiuo, & aliquando cum

do cum ablatiuo mediãte præpoſitione Cum. Cicero Mar. Catoni: Regis Parthorum filium quo cum eſſet nupta regis Armeniorũ ſoror. Huius uerbi compoſita ſunt, Connubo, quod eſt matrimonio iungor, quaſi ſimul nubo. συνοικίζομαι, ϛυοικῶ. Hinc connubium, ius legitimi matrimonij. Denubo, innubo, quod proprie ſignificat ad domum uiri tranſire. Vnde & pro tranſire ſimpliciter ſumitur. Lucil. lib. 4. Satyra. Suam enim inuadere atq; innubere cenſent. Hinc innubus, qui uxorem ducit: & innuba, quæ uiro traditur. Obnubo, abſcondo, tego. περικαλύπτω. Stat. Obnubitq; comas, & temperat aſtra galero. Pronubo, nuptijs præſum, à quo pronubus, & pronuba penult. cor. Sed cætera omnia habent pen. prod.

Nŭcāmēntă, orum. n. ſ. penul. cor. à nuce inclinari uidetur. κυΐλάεια. Plin. lib. 16. cap. 10. nucamenta appellat panniculas, quaſi quaſdam dependentes ex ramis abietis, & piceæ.

Nŭcēs, cum. f. t. à nocendo dictæ, quòd ſatis noceant. Ouid. Quoniam ſata lædere credor, Cultus in extremo margine ſundus habet. Sine quòd linguæ noceant. Vel quòd ut nox aërem, ita nux ſuccu ſuo corpus atrũ faciat. Conſtat nucis nucleum eſſe difficilem cõcoctu, dolorem capitis inferentem, tuſſientibus inimicum. Græci κάρυον uocant, à grauedine capitis. κάρα enim caput ſignificat. Eſt autẽ nux generale omnibus, quæ durò operimento tegũtur. τὰ καρυηρὰ, ut ſunt caſtaneæ, amygdalæ, auellanæ, & huiuſmodi. Verg. Caſtaneaſq; nuces. De nucib. uide in dictione Iuglans.

Nŭcĕŭs, a. um. quod eſt ex nuce. καρυηρός. Plin. lib. 16. cap. 19. Nuceam hanc, atq; aliam materiam omnem cum effodies.

Nuclĕŭs, ei. m. ſ. quod tenerum in nuce includitur. πυρήν. Plautus in Curcul. Qui è nuce nucleum eſſe uult, Frangat nucem. Inde enucleo. as.

Nŭcŭlă, æ. f. p. (καρυάκιον) diminut. minuta nux. Vnde & Prœneſtinæ nuculæ appellatæ ſunt. À nucula fit aliud dimin. nucella.

Nūdipĕdāliă, orum, uel ium. n. t. (γυμνοπόδια) ſacra erant Hieroſolymis, ut ſcribit Hierony. contra Iouin. & Egeſip. lib. 1. belli Iudaici.

Nūditās, atis. f. t. (γυμνότης) ſimplicitas: & quandoque ſumitur pro inopia. Quint. lib. 10. cap. 1. Tenuitas ac nuditas placuit, &c.

Nūdiūstertiūs, & nudiusquartus, cõpoſita ſunt aduerbia à nunc, & die tertio & quarto. id eſt nunc eſt tertius, & nunc eſt dies quartus, ſemperq; de præterito dicuntur. πρόχθες. Dicitur & nudius quintus, & nudiuſſextus. Plautus in Trucul. Hercle nudiuſquintus natus quidem ille eſt. Idem in Trin. Nudiuſſextus cui talẽtum mutuum dedi.

Nūdo, as. a. p. nudum facio, detego. γυμνῶ, γυμνοῦμαι. Cic. 7. Verr. Hominem proripi, atq; in foro medio nudari ac deligari, & uirgas expediri iubet. Nudatur arbor folijs. Plinius lib. 16. cap. 22. Nudare gladios, pro diſtringere. Liu. 8. Bel. Pun. Nudata caſtra, Cæſar 1. Bell. Gal. Nudatus defenſoribus murus, Cæſar 2. Bell. Gall. À nudo fit cõpoſitum, denudo, pen. pro. ἀπογυμνόω. ut Denuda crura tua.

Nūdūs, a. um. quod eſt ſine tegmine. γυμνός. Vergil. Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluentes. Et per tranſlationem Cic. pro domo, Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Reſpub. à magiſtratibus? Sic, Nuda urbs præſidio. Nudũ in cauſa deſtituere, apud eundem. Nudus, etiam idem eſt quod planus, clarus. ψιλός. Nudè. ψιλῶς. planè.

Nūgæ, arum. f. p. (φλυαρία, λῆρος, ὕθλος) à nõ, & ago cõponi uidetur, quòd nihil agant. Sunt enim ſermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunq; ſcurriles, ioculatorijq;. Plau. in Menæch. Nugæ ſunt meræ.

Nūgālis, & hoc le. om. t. quod eſt nugis plenum, ſeu quod eſt nugarum. φλυαρώδης. Gell. lib. 13. cap. 16. Alij alia quædam nugalia.

Nūgāmēntă, orum. n. ſ. idem quod nugæ. ὑθλήματα. Apul. À quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti?

Nūgātōrĭūs, a. um. idem quod nugale. φλυαρώδης. Cic. ut, Nugatorium argumentum, Cice. 2. ad Heren. Idem. 1. de Nat. Tota res Vellei nugatoria eſt.

Nūgāx, acis. om. t. ſimiliter & nugas, trium generum, & indeclinabile, idem ſignificant, ſcilicet nugatorem, & eum qui uana loquitur.

Nūgĭgĕrŭlŭs, pen. cor. qui uana nunciat.

Nūgĭgĕrŭs, a. um. ut nugigera manus, hoc eſt uana, & quæ ſeipſam feſellit. Cic. ad Att. lib. 4.

Nūgĭuēndŭs, di. m. ſ. (λαχυθοπώλης) ab antiquis diceba-

dicebatur, qui aliquid mulieribus uenderet: nam omnia quibus mulieres utūtur, pro rebus uanis atq; inutilibus habentur. Plaut. in Aul. Nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.

Nūgŏr, garis. d. p. uana & nugas ago. σπερμολογῶ, ληρέω, φλυαρέω. Cic. 2. de Diuin. Democritus tamen non inſcitè nugatur. Hinc nugator, nugis turbator. σπερμολόγος. Plaut. in Capt. Nimius nugator fuit.

Nūllātĕnŭs, pen. cor. aduerb. ſignificat nulla ex parte, nullo modo. οὐδαμόσε, χοσῇ γε.

Nūllĭbi, ſignificat in nullo loco. οὐδαμοῦ.

Nūllŭs, a. um. cōpoſitum eſt ab ullus, quaſi non aliquis, uel ne unus quidem. οὐδεὶς, ὅστις. Cic. de Amic. Sine amicitia uitam eſſe nullam ſentiāt. Quod cum ſit nomen, ponitur tamen quandoque pro non & ullus. Terent. in Andr. Nullus ſum. οὐδείς εἰμι. id eſt, non ſum. Interdum ponitur pro non, uel minimè. Terent. in Andr. Liberatus ſum Daue hodie tua opera. D. At nullus quidem.

Nūllŭsdūm, (οὐδεὶς πω) id eſt nullus in hūc diem.

Nūm, (μῶν, οὔτι) ſoli indicatiuo iungitur, ad quod pertinet interrogatio, & penè idem ſignificat quod an, ſubintelligitq; utique negatione: ut Num ego te ſpoliaui? quaſi diceret, ego te non ſpoliaui. Sed quoties per negationem interrogamus, ſubintelligitur affirmatio: ut Non ego te ſpoliaui? quaſi, ego te ſpoliaui. Cū autē num poſtponitur uerbo finito, ſubiunctiuū poſtulat. Cic. Interrogaui num dubitarent.

Nūmĕllǣ, arum. f. p. genus uinculi lignei, ad diſcutiendos noxios paratum, quò collum & pedes immittuntur. Plaut. in Aſin. Numellas, pedicas, boias. Var. 2. de re Ruſt. cap. 9. canibus dedit, cum ait, Conſuefaciunt quoq;, ut alligari primū poſſint leuibus numellis. Colum. lib. 6. cap. 19. bobus, cæteriſq; magnis animalibus dedit, item ouib. & capris, lib. 7. cap. 8. Nōnulli antequam pecus numellis inducāt, uirides pineas nuces in mulctram dimittunt.

Nūmĕn, inis. n. t. (θεῶν βουλὴ) propriè nutus ac uoluntas Dei eſt, à nuo. is. quod ueteres pro uolo » uſurpabant. Verg. Non hæc ſine numine di» uûm Eueniunt. Aliquādo numen ſumitur » pro ipſo Deo. δαίμων, τὸ δαιμόνιον, θεῖον. Ver» gil. Spero equidem medijs, (ſi quid pia numina » poſſunt) Supplicia hauſurū ſcopulis. Aliquā do pro habitu atque ornatu, ut interpretatur Nonius. Idē: Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

Nūmĕrābĭlis, le. om. t. quod numerari poteſt. εὐαρίθμητον. Cuius cōtrarium eſt innumerabile, quod numerari non poteſt.

Nūmĕrālis, le. om. t. quod ad numerum pertinet. ἀριθμητικόν. unde numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris. Nomina numeralia, quibus utimur in numerādo: ut unus, duo, tres. Et aduerbia numeralia, ut bis, ter, &c.

Nūmĕrārĭŭs, rij. m. ſ. ſiue numerator, ἀριθμητής. dicitur qui ſumme atq; mirabiliter computat. Auguſt. lib. 2. de Libero arbitrio.

Nūmĕrārĭŭs, a. um. quod ex numero eſt. ἀριθμικός. à quo ſupernumerarium, quod ſupra numerum additum eſt.

Nūmĕrātĭm, aduerb. ſignificat per numeros.

Nūmĕrātō, aduerbij uice poſitum. Cic. ad Attic. lib. 2. Mihi & res, & cōditio placet: ſed ita, ut numeratò malim, quàm exiſtimatione. Id eſt malim numerari mihi quàm diutius expectare. Vel potius, malim ipſam rem mihi numeratam eſſe, quàm ut exiſtimer eam poſſidere.

Nūmĕro, as. per numeros recenſeo, uel colligo, » & metior. ἀριθμέω. Verg. Biſq; die numerant » ambo pecus, alter & hœdos. Cice. 4. Ver. Numerare omnes nō eſt neceſſe. Numerare pecuniam, pro præſentem pecuniam dare. Cice. ad Plancū: Atticus, pecuniam numerauit de ſuo. Numerare alicui: ſubintelligitur, pecuniam. Plaut. in Aſin. Numerari iuſſit ſeruulo Leonidi. Numerare, pro habere & cenſere. Cice. 3. Ver. Qui collega Timarchidi propè numerabatur. id eſt habebatur, & cenſebatur. Nullo loco numerare, id eſt nihili facere. Cic. de Finib. Huius cōpoſita ſunt, Annumero, quod eſt alicui numero. καταριθμέω Plaut. in Aſin. Mihi talentum argenti ſoli annumerauit. Connumero, ſimul uel cū alijs numero. συναριθμέω. Item de alicuius numero, id eſt ſocietate ſum. Dinumero, clarè & diſtinctè numero, ſiue diuerſe numero. Plaut. in Aſin. Enumero, perfectè numero. καταλέγομαι. Terent. in Adelph. Iam'ne enumeraſti. Pernumero, perfectè numero. Plaut. in Epid. Pernumeratum eſt. Renumero, rurſus numero, ſeu reſtituo. ἀποδίδωμι. Teren. in Hecy. Renumeret dotem.

Nūmă-

Nŭmĕrōſŭs,a.um.quod magno cõſtat numero. πολύς.ut numeroſus populus, numeroſa multitudo, gloria,cohors,uarietas, oratio, quæ numeris conſtat, Cic.in Orat.Plin.in Epiſt.Hoc opus numeroſas poſcit manus: id eſt multas. Numeroſè,aduerb.Cic.3.de Orat.

Nŭmĕrŭs,ri.m.ſ.eſt collectio unitatum.ἀριθμός. Vnde unitatem dicunt non eſſe numerum,ſed principium numeri. Et licet numerus dicatur de ijs, quæ numerantur, interdum tamen etiam refertur ad ea quæ menſurantur. Cic.3. Offi.Si,exempli gratia,uir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. Interdum ad ordinem. Verg. Digerit in numerum. Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris conſtat,frequenter etiã pro ratione harmonica ponitur. Vergil.Numeros memini,ſi uerba tenerem. Accipitur & pro ſocietate,grege, & partibus. τάγμα, κατάλογος. Vnde dicimus aliquem eſſe ex eorum numero,qui eſt eorũ particeps. Salluſt. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit. In numero eſſe,id eſt annumerari.Cice. ad Sulp. In numeros nomen referre. Plin. in Epiſt. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt. In numeros milites nondum relatos dicimus, cum delecti quidẽ ſunt, nondum tamen in ſuos ordines peruenere. Numerus,pro honore, uel exiſtimatione. Cicero 2.Philip. Quem locum apud ipſum Cæſarem obtinuiſti, quo numero fuiſti? À numerus fit adiectiuum Innumerus.a. um. quod eſt ſine numero,hoc eſt infinitum. ἀναρίθμητος. In numerato eſſe dicitur,cum pecunia eſt in promptu. ἀριθμητὰ χρήματα. Vnde ingenium in numerato habere, hoc eſt ſemper promptum paratumq́ ad omnia. Numerò,aduerbium, ueteres pro nimium citò dicebãt,authore Feſto. Plautus in Menæch. Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium. Idem in Milite, Haud etiam numerò hoc dicis.

Nŭmĭdĭānă pyra, dicuntur à regione Numidia.

Numiſma, atis. n. t. uel nomiſma Græca dictio eſt,idem ſignificans quod Numus, dictus ut putatur ἀπὸ τοῦ νόμου, hoc eſt à lege. Nam cũ ante percuſſum numiſma, homines mutuo permutationis commercio uterentur,introductus eſt lege uſus numi.

Nŭmmārĭŭs, a. um. o.ſ. (χρηματικός) quod ad nummos pertinet,ut res nummaria. Cic.3.Offic. Nummarius interpres pacis & concordiæ,apud Eundem pro Cluentio.id eſt mercenarius,& qui ob id pecunias accepiſſet. Nummarium iudicium, idem 5.Ver.quod fit acceptis pecunijs. Nummarij iudices,ſordidi et corrupti. Idem ad Att.lib.1.

Nŭmmārĭŭs,rij.m.ſ.qui nummis deditus eſt. χρηματιστής.Hieron.ad Marcellum,Volo in nummarios inuehi ſacerdotes.

Nŭmmātŭs,& **Nŭmmōſŭs**,ſa.ſum. qui nummis abundat, apud Plaut. πολυχρήματος.

Nŭmmŭlārĭŭs, rij .m. ſ. campſor pecuniarum: qui nummos ad menſam tenet, uel qui officio menſæ nummorum inſeruit. Hieron.ad Ruff. Et nummulariorum æra diſſoluit. Item nummularius. ἀργυροκόπος. qui nummos cudit,qui & monetarius dicitur.

Nŭmmŭlŭs,li. m. ſ. diminutiuum, paruus nummus. κερμάτιον, νομισμάτιον. Cicero ad Attic.lib.1.

Nŭmmŭs,mi. m. ſ. à numiſmate appellatus eſt. Græci enim nummum νόμισμα uocant. Quo uerbo & Latini eodem modo utuntur. Horatius: Retulit acceptos regale numiſma Philippos.fuitq́; nummus,decima pars aurei denarij. Plautus in Pſeud. Nimis ſum miſer, nummum nuſquam reperire argenti queo. Nummus adulterinus. κίβδηλον νόμισμα. moneta falſa. Cic.3. Offic.

Nŭnc,(τὸ νῦν ἔχον, τὰ νῦν) aduerbium temporis,et eſt hoc quod Græcis νῦν. nam ν in u uertitur προθέσει c. ſignificat hoc præſenti tempore: quamuis quandoque pro nomine ponatur. Cicero:Nunc temporis numero,quaſi temporis præſentis,& quaſi nuncini, ſi Latinitas pateretur,ſicut craſtini. Interdum ponitur pro ſerò. Verg. Nũc ſcio,quid ſit amor. Dicitur, & nunc nuper.Terent.in Eunu. Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. Eſt enim ex illis uerbis, quæ ueteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant.

Nũcio,as.n.p.moneo,ſignifico. παραγγέλλω. Terent. in Hecy. At iſtos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nunciant. Huius cõpoſita ſunt, Annuncio, quod eſt alicui nuncium porto. προσαγγέλλω.

προαγγέλλω. Denuncio, manifeſtè nuncio. ἐπαγγέλλω. Col. Enuncio, extra nuncio, manifeſto. ἐξαγγέλλω. Salluſt. Prænuncio, antè nuncio. προαγγέλλω. Terent. in Phor. Abi, prænuncia hanc uenturam. Pronuncio. προφέρω. profero: unde pronunciatio, prolatio: de qua Cic. 1. ad Heren. Pronunciatio eſt uocis, uultus, geſtus moderatio cum uenuſtate. Et pronunciare. ἀποφαίνεσθαι, ἀναγορεύειν. eſt decernere. à quo pronunciatum, ſtatutum. Obnuncio, contra aliorum uoluntatem, ſeu malum nuncio. καταγγέλλω. Obnunciare enim dicuntur augures, cum aliquid mali ominis ſæuumq́; uiderint. Vnde & pro reſiſtere reluctariq́; ponitur. Suet. in Caſare: Lege autem Agraria promulgata, obnunciantem collegam armis foro expulit. Renuncio, de quo alibi.

Nūncĭŭs, cij. m. ſ. qui nunciat, & quod nunciatur. ἄγγελος, ἀγγελία. Vergilius: Et nuncius ibis Pelidæ genitori. Nuncium remittere uxori, pro repudiare uxorem. Cicero ad Attic. lib. 1. Nuncium remiſiſti uirtuti, apud Eundē. Nuncius, quod nunciatur. Plaut. in Sticho: Suo nunquā æquè patri nuncium lepidum attulit. Nunciū. ij. etiam ſignificat rem, quæ nunciatur, genere uidelicet neutro. Terent. in Heaut. Menedeme ſalue: nuncium apporto tibi, Cuius maximè te fieri participem cupis. Nuncia. æ. fœm. gen. Cicero de Legib. Nuncia filio Iouis miranda uiſa figura. A nuncius fit internuncius. διάκτωρ. qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandum.

Nūncŭpo, as. a. p. pen. cor. nomino. χρηματίζω, ὀνομαζοποιῶ. Varro in Medo: Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine? Cic. 2. de Nat. nomine ipſius Dei nuncupabant. Nuncupata uota dicuntur, quæ conſules & prætores, quando in prouinciam proficiſcuntur, faciunt. Nuncupare uota, eſt alicui Diuorum uota polliceri & deſtinare. Plinius in Paneg. Nuncupare uota, & pro æternitate imperij ſolebamus.

Nūndĭnæ, arum. f. p. pen. cor. πανήγυρις. à nono die dictæ ſunt, quaſi nouendinæ. Inſtitutæ perhibentur, ut ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die repeterent urbem ad mercatum, pro legibus accipiendis, & ut ſcita atq; conſulta frequentiore populo referrētur, quæ trinundino die præpoſita, à ſingulis atq; uniuerſis facilè noſcebantur. Trinundinus autem dies, uel trinundinum, ſiue trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antè ſolebat, ut notior eſſet uniuerſis. Idem eſt enim dicere, trinundino, & tertijs nundinis: & in trinundinum: hoc eſt in tertias nundinas. Dicitur & nundinum, neutro genere. Liu. Poſtquam uerò comitia decemuiris creandis, in trinundinum indicta ſunt. Sunt qui putent, trinundinum eſſe trium dierum ſpacium, ad habenda comitia creandorum magiſtratuū cauſſa: alij quod tribus in locis uno die fierēt comitia, aut tribus diebus uno in loco celebrarētur.

Nūndĭnālis, le. om. t. quod pertinet ad nundinas. Plaut. in Aul. Coquus ille nundinalis eſt, in nonum diem Solet ire coctum.

Nūndĭnārĭŭs, a. um. πανηγυρικὸς. quod ad nundinas pertinet, uel quod nundinis deputatū eſt. Plin. libro 8. cap. 51. de ſuibus: Quin & ducere in urbe forum nundinarium, pomoſq; petere dicunt.

Nūndĭnātŏr, oris. m. t. qui nundinis mercatur. καπηλευτὴς. Feſtus: Nundinis ruſtici conueniebant mercandi & uendendi cauſa.

Nūndĭnŏr, aris. d. p. (καπηλεύω, ἀργυρίζομαι) palàm uendo, ſicut in nundinis fit, quod & nundino. nas. dicitur. Apul. Toti nunc iudices ſententias ſuas precio nundinantur. καπηλεύουσι τὰς δίκας. Cicero ſæpius nundinari proemptitare utitur, ut in Verr. Ab iſto pueri annorum ſenum ſeptenumq; denum ſenatoriū ordinem nundinati ſunt.

Nūndĭnātĭo, onis. f. t. ipſe nundinandi actus. Cic. de lege Ag. Quam denique in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis?

Nūnquăm, nullo tempore. (μήποτε, οὐδέποτε) à quo Nonunquam, quod ſignificat aliquando. Nunquam non, (διὰ παντὸς) ſignificat ſemper. Sueton. in Tib. Turbatiore cœlo nunquam nō coronam lauream ceruice geſtauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis.

Nūnquāndo (μήποτε) pro eo quod eſt, num aliquando. Cic. de Amic. Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, Nunquando amici noui nō indigni amicitia, ueteribus ſint anteponēdi.

Nūnquĭd, (ἄρα, ἆρα μὴ, μὴ ἀράγε) interrogantis parti-

particula,qua nō tam interrogamus, quàm exactius inſtamus plerunq;. Componitur autem ex num,& quid,ſed m mutatur in n. Et modò aduerbiū eſt:ut Nunquid ego ſum Rabbi? Modò nomen:ut Nunquid. μήτι. criminis habes, quod mihi obijcias? Sed apertius, nō in neutro genere: ut Nunquis. μήτις. omnium noſtrum te offendit? hoc eſt an aliquis.

Nŭo,nuis.νεύω.n.t. annuendo,caput inclino,aut abnuendo cōcutio.Compoſita uide in Abnuo.

Nūpĕr,aduerbium,ſignificat non longo tempore,à nunc. νεωςὶ,ἄρτι. Cicero de Diuin. Nam ante diſciplinam patefactam, quæ nuper inuenta eſt. Hinc nuperum. id eſt recens, nouum.ὑπόγγυον,νέον. Plautus,Recens captum hominem,nuperū, nouicium. Nuperrimus, recentiſſimus.

Nūptĭālis,& hoc le. om.t. quod ad nuptias pertinet.γαμικὸς: ut nuptialis thalamus, nuptialis cœna.Plaut.in Curc.Nuptialis uox. Liu.1.ab Vrbe. Nuptiales faces,& Nuptialia dona, Cicero pro Cluent. Hinc fit nuptialiter. γαμικῶς. aduerbium quod ſignificat more nuptiarum.

Nūptĭæ,arum.f.p.coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis uitæ, diuini & humani iuris communicatio. γάμ⊗. Propriè tamen dicuntur ceremoniæ & hilaritates in ducendis uxoribus: dictæ, quòd pudoris gratia ſe obnuberent puellæ. Cice. pro Cluent. Nuptiæ plenæ dignitatis,plenæ concordiæ.

Nūptŭrĭo,ris.n.q pen.corr.nubere cupio.γαμησείω. Apuleius in Apolo. Eam diceres ſine ulla magia iam olim nupturiſſe.

Nūptŭs, a. um. participium. νενυμφευμέν⊗. Lactant. Eamq; Zephyro nuptam. Vnde nupta uerba dicebant, quæ non licebat uirgini dicere. Plautus. Virgo ſum,nondum didici uerba nupta dicere. Huius contrapoſitum eſt, innupta. ἄγαμ⊗. quæ nondum accepit uirum: ut Innuptæq; puellæ.

Nūptŭs,pti.m.ſ. nuptæ maritus, ὁ γήμας: quamuis raro ſit in uſu, niſi apud ueteres. Plaut. in Caſſ. Charinum libet ſcire quid agat nouum nuptum: id eſt maritum, ut exponit Priſcian.

Nūptŭs, ptus. pro ipſo nubendi actu. γάμησις. Nam dicimus, Hæc data eſt nuptui. συνοικησομένη,συνοικησομένη. Cæſar: Et ſorores ſuas nuptui in alias ciuitates collocaſſe.

Nŭrŭs,rus.rui.ſ.q. filij uxor. Cic. 2. Philip. Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurū ſequebatur. Martialis: Atq; inter Latias gloria prima nurus.

Nūſquăm,(οὐδαμῶ) locum negat, & ſignificat nullibi: ſicut uſquam,alicubi, quaſi unoquouis loco. Teren. Eun. Ille autem bonus uir nuſquā apparet. Nuſquā gentium. id eſt nuſquam omnino. Plaut. in Amph.

Nūſquămnōn,ſignificat ubique. πανταχοῦ. Nonnuſquam,alicubi.

Nūto,tas (νευστάζω) frequent.à nuo. n.p. ſignificat caput ſubinde concutio,& ad anim.ū trāſlatū,uacillo,titubo,id eſt dubito. Cice. de Nat. Deor. Democritus nutare uidetur in natura Deorū. Aliquando ponitur pro moueri & ruinam minari, ſumpta translat. à motu capitis quod affirmantes inclinamus, negantes uero concutimus. Vnde Nutare ædificia dicimus, cum male ſolida uetuſtate & putredine minātur ruinam.

Nūtrīco,as.a.p. pen. corr. idem ſignificat quod nutrio. τρέφω, τιθηνέω. Plautus in Mil. Bona mea inhiant, certatim nutricant & munere. Nutricor.aris.deponens,idem ſignificat. Cice. 1. de Natu. Mundus omnia, ſicut membra ſua & partes ſuas nutricatur,& continet. Colum. lib. 8. protulit paſſiuè, Lactens porcus acere nutricandus eſt. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 23. Quòd ea ſole nutricantur.

Nūtrīcātŭs,us.ui.m.q.ipſa nutricatio. Varro 1. de re Ruſt. cap. 47. Contrà herba in patris ad ſpem fœniſeciæ nata, non modò nō euellenda in nutricatu,ſed etiam non calcanda.

Nūtrĭo,tris.triui.uel trij.a.q.ſecundum Priſcia. Propriè paruulorū eſt,ut creſcant. τρέφω Plin. libro 11. cap. 40. Balanæ, uituliq; mammis nutriunt fœtus. Inuenitur etiam nutrior, tam deponens quàm paſſiuum. Vergil. lib. 2. Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam: id eſt nutrito.

Nūtrīmēntŭm,ti.n.ſ. alimentum. Suet. in Calig. Quantum per hanc nutrimentorum conſuetudinem fauore & gratia ualuerit. id eſt quòd in caſtris educatus ſit,ut ait Budæus.

Nūtrītŭs,us.m.q.idem quod nutrimentum. Plinius libro 22. cap. 24. Multi tantum nutritu tolerauere.

Nūtri-

Nūtritius, tij. m. ſ. qui nutrit, ſiue qui curam habet infantium, & adultorum, ut uiuant. τρόφος, τροφεύς. Eſt & nutritius, a. um. τρόφιμος. Colum. libro 3. Velut nutritio ſinu recipiat, & cœleſtes admittat imbres.

Nūtrix, icis. f. t. quæ nutrit. τιτθὴ, γυνὴ θηλάζουσα, θηλαζομένη. Terent. in Eun. Nutricem accerſitum ijs, quæ illam aluit paruulam. Cuius diminutiuum eſt, nutricula. Iuuenalis: Gallia, uel » potius nutricula cauſidicorum.

Nūtus, us. ui. q. m. uoluntas ῥοπὴ, νεῦμα. Liuius. Nutus eius pro decretis patrum eſſe uoluit. Plinius lib. Epiſt. docet nutum dici quando annuimus: renutum quando recuſamus. Suet. uerò in Veſp. nutum pro renutu accipit, Aduleſcentulum nutu aſpernatus, uoce grauiſſima increpuit.

N ANTE Y.

Nycteris, idis. f. t. (νυκτερὶς) uerſpertilio, tam minutis pedibus, ut eis carere uideatur.

Nyćticŏrăx. Vide ſuprà, Nocticorax.

Nyćtilōpēs, pum. m. t. (νυκτάλωπες) qui uident interdiu, occidente autem Sole cernunt exiliter, noctu nihil. Hi etiam luſcioſi dicuntur à Latinis. Plin. lib. 8. Caprinū iecur ſi ueſcatur, reſtituit priſtinam aciem his, quos nyctilopas uocant. uide Myopes.

Nymphæ, arum. f. p. apes, cum primum formā cœperint habere. Plin. lib. 11. ca. 16. Apes aliæ in uermiculo, aliæ in nympha eſſe perhibētur. In uermiculo ſunt, cum primum ab incubatu excluduntur, excepto rege, qui non uermiculus, ſed ſtatim penniger exiſtit. Cætera turba cum formam capere cœpit, nymphæ nominantur.

Nymphæă, numero plur. gen. neutro dicuntur lauacra, & balnea. λουτρά. Iulius Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla extāt præter quædam nymphea & balneas.

*Nymphŭs, phi. m. ſ. dicitur ſponſus: à quo paranymphus, & neonymphus, nouus ſponſus. *Νυμφίον Græci in maſculino ſimplici, non autem νύμφον dicunt.*

Nyſſă, (νύσσα) per geminum ſſ, repagulum unde curſores mouentur, ab νύω inclino, quòd cum metam attigerint, inclinentur.

DE LITERA O.

O VARIIS modis poſitum inuenitur, nam eſt uocalis. Aliquando aduerbium uocādi. ὦ. Terent. in Adelph. O Cteſipho. C. ô Syre, Aeſchinus ubi eſt? Eſt & interiectio, quæ nominatiuo quandoque iungitur. Vergilius: O regina nouam cui condere » Iupiter urbem. Varijs autem ſeruit affecti» bus. Eſt enim aliquando admirandi. ὦ. Iuuenalis: O qualis facies, & quali digna tabella. Aliquando indignandi. Cic. in Catil. O tempora, ô mores, ô paterni generis oblite, maternī uix memor. Aliquando optati aduentus, aut repentè perculſi. Terent. O ſalue ô Pamphile. Interdum eſt interiectio dolentis. Cic. O me miſerum, ô infelicem. ὦ τῆς δυστυχίας τῆς ἐμῆς. Aliquando exclamantis. Terent. in Phorm. O audaciam, etiā me ultro accuſatum aduenit. Aliquando irridentis. Cic. de Ami. O præclaram ſapientiam. Aliquando exultantis. Terent. in And. O factum bene, Beaſti me. Aliquando ponitur pro utinam, atq; ei aliquando » iungitur utinam. Ouidius: O utinam tunc cū » Lacedæmona claſſe petebat. Iungitur quoq; ei particula ſi, & dicimus ô ſi. & eſt deſideran» tis particula. Vergilius: Quanquam ô ſi ſolita » quicquam uirtutis adeſſet, &c. Vtinam, ô utinam, ô ſi, idem ſignificant. Et ut ſemel dicam, ô particula omnibus ſeruit affectibus. Tacetur quandoq; ô. Plin. Iunior, Hominem te patientem, ac potius durum, ac penè crudelem. Et (ſicut docet Donatus) maioris ſtuporis eſt hoc modo pronunciatū, & quandoq; melius ſonat.

O ANTE B.

OB, (διὰ, ὑπὸ) præpoſitio. ſeparari & componi poteſt. Separata cauſalis coniunctionis locū tenet, & ſignificat propter. Verg. lib. 11. Cuius ob auſpicium infauſtū, moreſq; ſiniſtros. Terent. in And. Ego precium ob ſtultitiam fero. Apud ueteres etiam pro ad ponebatur. Cicero Papyrio Pæto: Cuius ob os Graij ora obuertebant ſua? Sic dicebant obire pro adire: obmoueo pro admoueo: obiacent pro adiacent, & complura hoc genus. Aliquando ponitur pro ante. Plautus in Mil.

Qui

Qui lanam ob oculum habebat. Compoſita quandoq; ſignificant contra, (ἀντὶ) ut Oppugno, obijcio. Quandoq; circum, ut Obambulo, obſideo. Quandoq; ſuper, ſiue coram, ſiue obuiam, ut obuenio. Quandoq; ad, ut obeo. Dicimus enim, Iſte obiuit mortem, hoc eſt, iuit ad mortem. Componitur autem cum a, ut obaudio: cum c, ut occumbo: d, ut obduco: e, ut obeo: f, ut offero: g, ut oggannio: h, ut obherbeſco: i, ut obijcio: l, ut oblitero: m, ut obmuteſco: n, ut obnitor: o, ut oborior: p, ut oppugno: q, ut obquiniſcor: r, ut obruo: ſ, ut obſto: t, ut obtineo: u, ut obumbro.

Ŏbăcĕro, as. pen. cor. uide in Acero. παρεγοχλέω.

Ŏbăcērbo, bas. inquit Feſtus, idē quod exacerbo.

Ŏbærātŭs, ti. m. ſ. cum æ diphthongo, dicitur miles, ſeu quis alius, qui ære dato iam obligatus eſt, quaſi ære alieno aſtrictus, & debitor ad aliquid operandum. ὑπόχρεως, καταχρεως. Cæſar lib. 1. Comm. Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit.

Ŏbāmbŭlo, as. n. p. aduerſus alios ambulo, uel ambulanti me oppono, ſiue circumeo, aut obuiam eo. περινοςῶ, περιέρχομαι. Plaut. in Capt. Item alij paraſiti fruſtra obambulant in foro. » Verg. lib. 3. Georg. datiuo iunxit: Non lupus in » ſidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat. Quod Seruius exponit, inſidiatur. Ouid. de Polyphemo dixit, Nocturnus obambulat: pro eo quod eſt, ultro citroq; obambulando diſcurſat.

Ŏbārēſco, (περιξηραίνομαι) circumquaq; areſco.

Ŏbăro, as. circum aro. Liu. 3. bel. Pun.

Ŏbātĕr, tri. m. ſ. adiect. quodammodo atrum, & ueluti ſubatrum. Plin. lib. 18. cap. 35. Naſcens Luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget.

Ŏbaūdio, a. q. auditum poſtergo, ſiue audire nolo. παρακούω. Et in eadem cōpoſitione au mutat in e, & dicimus obedio, (ὑπακούω.) & fit cōtrariæ ſignificationis, quaſi dicto obediēs ſum, pareo, obſecundo. Cic. Si ſeruulis noſtris conceſſerimus, ad uerba nobis obediant, non ad id, quod ex uerbis intelligi poteſt, obtemperēt. Hinc obediens participium Cicero de Offic. Appetitum rationi obedientē præbeamus. Et nomen aliquando fit. Plin. lib. 16. cap. 43. Obedientiſſima quocunq; in opere fraxinus. Inde fit obedientia nomen, & obedienter aduerbium. Liuius 5. bell. Pun. Obedienter curatum eſt. Ponitur interdum obaudio pro audire, ſeu obedire.

Ŏbbă, æ. f. p. poculi genus, authore Nonio, uel ligneum, uel ex ſpartho, dicta quaſi ob bibere ſit facta. Varro ad Marull. Vtrum meridie, an ueſperi libentius ad obbam accedas.

Ŏbbibo, bis. idem quod bibo. Cic. 1. Tuſc. Qui cū uenenum ut ſitiens obbibiſſet, reliquū ſic ē poculo eiecit, ut id reſonaret.

Ŏbcæco, as. a. p. non plus ſignificat quàm cæco, (ἐκτυφλόω) Col. lib. 4. Velut ignorantiæ tenebris obcæcata, luce ueritatis caruit.

Ŏbdo, dis. n. t. ex ob & do, ſignificat, ut inquit Feſtus, oppono. ἐπιτίθημι. Terent. in Eunu. Peſſulum oſtio obdo. Et pro claudo ponitur. Plin. lib. 6. cap. 11. Ab ijs ſunt portæ Caucaſiæ, magno errore à multis Caſpiæ dictæ, ingens naturæ opus, & montibus interruptæ repente, ubi fores obditæ ferratis trabibus.

Ŏbdōrmĭo, is. n. q. idem quod dormio. Obdormire crapulam dixit Plautus in Moſtel. Vbi, inquit, ſomnium ſepeliui, omnemq; obdormiui crapulam. Hinc obdormiſco. Cice. 1. Tuſcul. Quid melius, quàm in medijs uitæ laboribus obdormiſcere?

Ŏbdūco, is. a. t. pen. prod. ſuperduco, tego. ὑπεράγω, περικαλύπτω, προβάλλομαι. Verg. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Aliquando ponitur pro detego, aperio. Lucil. Vos interea lumen auferte, atq; aulam obducite. Aliquando pro circumduco. περιάγω. ſiue cōtraduco. Plaut. Pſeud. Meum exercitum protinus obducam. Aliquando pro facio, contraho. ἐπισπῶμαι. Plin. Iam callum obduxerat. Aliquando pro inducere ponitur. Cic. 4. Acad. Conatus eſt rebus tenebras obducere. Obducere frontem, eſt frontem contrahere, ſiue corrugare. Quintil. lib. 10. cap. 3. Interrogauit quæ cauſa frontis tam obductæ. Diem obducere, dixit Cicero ad Attic. lib. 10. diem conſumere. Hinc obducto. as frequentatiuum. Plaut. in Merca. Meaſq; in ædes ſic ſcorta obductarier? Et obductio, uerbale. Cic. pro C. Rab. Carnifex uerò, & obductio capitis, & nomen ipſum crucis abſit, &c. Obductio capitis. id eſt, obuolutio, inquit Budæus.

Ŏbdŭlciſco. ſcis. circum dulcis fio.

Ŏbdūrĕo.

Ŏbdūrĕo,res.rui σκληρύνομαι.à quo obdureſco, durior fio. Cicero Cornificio, Equidem ſic iam obdurui, ut ludos Cæſaris noſtri æquiſſimo animo uiderem.

Ŏbdūro,as. a.p. penult. product. durum facio. πωρόω, σκληρόω

Ŏbdūrēſco,is.n.t.idem quod obdureo.& non ſolum de alijs rebus dicitur uerum etiam de homine, iungiturq́ aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad. Cic.ad Cæl.lib.2. Obduruit animus ad dolorem nouum.Et cum præpoſitione contra. Idē 3.Tuſ. Obduruiſſeq́ ſeſe cōtra fortunam arbitrantur.

Ŏbēdĭo,dis.n.q.obtempero.uide Obaudio

Ŏbēdo,dis.a.t.pen.cor.conſumo,quaſi circumedo. περιτρώγω.à quo Ŏbēſūs.a.um.pro gracili & exili & circumroſo macilentoq́.Næuius,Corpore,pectoreq́ undiq́ obeſo, Aliquando ſignificat comedo. Vnde obeſus,pro uberi & craſſo,(πίων)ut ſit obeſus, quaſi ob edendum factus.Verg.3.Georg. Argutūq́ caput, breuis aluus, obeſaq́ terga. Hinc obeſo.as. impinguo.Colum.lib.8.cap.7.Nonnulli madefacto triticeo pane obeſant auem.

Ŏbēſitās,atis.f.t.pinguedo,uel ipſe obeſorū ſtatus,& temperatura. πιότης. Colum.lib.6.ca. 24.Ne eas ſteriles reddat nimia corporis obeſitas.

Ŏbĕliſcŏlychnĭūm,nij.n.ſ.inſtrumentum militare, ab uſu gemino,ſcilicet uerucu li & lucernæ dictum.

Ŏbĕliſcūs,diminutiuum, ab obelus magis nomine,quàm re, cum magnæ res obeliſci dicantur. Eſt autem lapis aſperrimus,in figura metæ cuiuſdam,ſenſim à proceritate in excelſum conſurgens,paulatim gracileſcens,ſpecie quadrata,in uerticem productus anguſtum, manu leuigatus artificis: qui multi Romæ fuiſſe referuntur. Et ſunt pyramidibus longè minores,Solis numini ſacrati, ut ait Plini.libr.36. capite 8. propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant.

Ŏbĕlūs,li.m.ſ.ὀβελός. penult. prod. Latinè dicitur ueru,ſiue ueruculum. A cuius ſimilitudine uirgula quædam iacens inter puncta etiam ueru dicitur,pro qua maior pars nunc aſteriſco utitur,ſic ✳. Hac uſi ſunt eccleſiaſtici interpretes, qua denotatur aliquid additum in tranſlatione, quod in prototypis nō habetur. Sic dictus quòd obelo, id eſt ueru ſit ſimilis: uel quia tanquam ueru ſuperflua iugulat,& confodit.

Ŏbĕo,obis,obiui, obitum.n.q. Eſt autem obire, adire. ἐφοδεύειν. Nam ob,pro ad quandoq́ ponitur. Vnde obire mortem. τελευτᾶν τὸν βίον. eſt ire ad mortem. Plau.in Aulu. Obire morte quoque dicimus. Sueton.in Auguſt. Morte obijt repentina,& ſine caſu. Similiter obire dicimus,pro eo quod eſt mori,quaſi ire ad diem fati. Seruius Sulpi. Cic. Et obire uadimonium,(ἀπαντᾶν πρὸς τὴν πυείαν) eſt ire ad uadimoniū.id eſt ad diem ſe ſiſtere. Cic. Quint. Sic dicimus obire rus, uillam &c. περιελθεῖν.pro circumire. Cic. Mari. Aliquando ſignificat præſto eſſe. ἀπαντᾶν. Suet.in Cæſare, Tamiſius adijcit Craſſum diem cædi deſtinatam non obijſſe. Aliquando exequi, ſiue ſuſcipere. ἐπιτελεῖν: ut, Obeo legationem, id eſt exequor munus,ſiue officiū legationis. Obeo prouinciam, exequor, aut ſuſcipio officium prouinciale. Cicero 7.Ver. Nam æſtate ſumma, quo tempore cæteri prætores obire prouinciam & concurſare conſueuerunt. Aliquando pro peragere,ſiue perficere ponitur. Cicero ad Attic.lib.8. Et ſi erat deliberationis,tamen obire non potui. Quandoque circundare. Vergil.8.Aeneid. Ducunt exortem Aeneæ,quem fulua leonis Pellis obit totum. Item obire,obuiam ſe præbere. ὑπαντᾶν. Terent. Hecy. Vt uoluptati obitus,ſermo, &c. ubi Don. Obitus,occurſus, ὑπάντησις.

Ŏbĕquito,as.a.p.circumequito. παριππεύω, καθιππεύω.ut, Obequitare caſtris, Liu.lib.2.

Ŏbĕrro,as.a.p.circumerro. περινοστῶ. Plin.li.17. cap.19. In ſumma tellure oberrant. Perſius per tranſlationem pro circumuolo poſuit, cum dixit: Diues arat Curibus,quantum non miluus oberret.

Ŏbēſco,as.ab eſca compoſitionem habere conuenit,quaſi eſca farcio. δελεάζω. Colum.lib. 8. cap. 7. Nonnulli madefacto triticeo pane obeſcant aues: quo loco alij legunt Obeſant, ut in dictione Obedo. Ineſco,idem fermè ſignificat,ſed per tranſlationem ponitur pro decipio. Tere.in.Adel. Neſcis ineſcare homines.

Ŏbēx,icis.d.t.ab obijcio,ſignificat cuiuſcunque rei obiectionem,ſiue obſtaculum. ἐμπόδιον.

Verg.lib.10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vnde & peſſulum, ſeramq́ oſtiorum, (μοχλὸν, κλεῖθρον) *obices appellamus, authore Feſto. Plaut. in Mer. Tibi deniq; iſte lætitiam pariet obex.*

Ŏbfirmo, *uide infrà* Offirmo.

Ŏbgānnio, ἀντιγρύζω. *uide Gannio.*

Ŏbhērbēſco, *ſcis.* περιβοτανίζω. *ex ob & herbeſco. Herbeſcere uerò eſt herbam fieri. Feſtus: Obherbeſcere, herbam increſcere.*

Ŏbiăcĕo, *ces.n.ſ.pen.cor. circum, aut cōtrà, ſiue obuiam iaceo.* ἀντίκειμαι. *Feſtus: Obiacuiſſe, anteiacuiſſe. Liuius libro 9. Cum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſectas deiectu arborum, ſaxorumq́ ingentium, obiacente mole inuenere. id eſt contrà iacente.*

Ŏbiĕcto, *a.p. frequenter obijcio, oppono, imputo.* ὀνειδίζω, ἐγκαλέω. *Cic. in Sall. Qui falſum crimen bonis obiectat. Interdum ponitur pro expono.* παραβάλλομαι. *Vergilius libro 4. Et corpora bello obiectant. Quandoq; exprobrare. Plaut. in Trin. Ne omnino inopiam ciues obiectare poſſint tibi. Hinc obiectatio, exprobratio. Et obiectaculum, pro obice & clauſtro, ut ait Budæus.*

Ŏbiĕctūm, *cti.n.ſ.* (τὸ ὑποκείμενον) *philoſophi uſurpabant pro omni eo, quod cerni poteſt. id eſt quicquid oculis obijcitur.*

Ŏbiĕctūs, *a.um. participium.* ἀντικείμενος, ἐγκεκλημένος. *ut obiecta tela, apud Cicer. de Auruſp. reſpon. Obiectæ uallo munitiones, apud Liuium lib. 3. ab Vrbe.*

Ŏbiĕctūs, *ctus.m.q. nomen, ſignificat oppoſitionem, ſiue obiectionem.* προβολή. *Plinius libro 2. cap. 10. Obiectu terræ Lunam occultari.*

Ŏbĭĭcio, *cis.pen.cor. antè iacio antepono, porrigo, offero* παραβάλλω, προτείνω. *Columel. libro 7. Pampinos uitis obijci. id eſt antè poni. Plautus in Curc. Flos ueteris uini meis naribus obiectus. id eſt porrectus. Terent. in Heaut. Vt hanc lætitiam nec opināti prius obijcerem ei domi. id eſt offerrem uel darem. Et uariè cōſtruitur. nam dixit Cicero ad Torqua. Ad omnes caſus periculorū obiecti ſumus. Et pro Archia: Obijcere ſe in impetus hominum quotidianos. Et pro domo ſua: Obieci meum caput pro ueſtris ceremonijs. Aliquando infero: Plautus in Amph. Qui multa Thebano populo acerba obiecit funera. Aliquando repentè oſtendo. Claudianus: Extemplo ſeſe mediis obiecit in aruis. Obijcere mentem, eſt mentem inducere. Liuius 7. ab Vrbe. Obijcere moram, eſt retardare. Plaut. in Trin. Quandoque ponitur pro exprobrare, atq; in hac ſignificatione iungitur interdum duobus datiuis Plin. libro 34. cap. 3. Camillo enim crimini obiecit SP. Caruilius Quæſtor, quòd ærata oſtia haberet in domo. Obijcere crimini. id eſt dare crimini.*

Ŏbĭtĕr, *pen.cor. ex ob, & iter compoſitum, aduerbium, ſignificat incidenter, hoc eſt præter propoſitum, quaſi in itinere occurrens, aut quaſi per iter, & in tranſitu.* ὁδῷ πάρεργον, ἐν παρόδῳ. *Plin. lib. 11. Cuius anguſtiæ non ſinunt uagari incertam aciem, & uelut canali dirigunt, obiterq́ incidentia facilè declinant. Iuuenal. Aut obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus: Id eſt interim.*

Ŏbĭtŭs, *a.um.pen.cor. participium.* τετελευτηκώς. *ut Morte obita, quales fama uolitare figuras. Eiuſdē ſignificationis eſt cum obeo, obis.*

Ŏbĭtŭs, *us.m.q. nomen, quod modo mortis executionem, hoc eſt mortem, ſiue interitum ſignificat.* τελευτή. *Cice. Cum de obitu fratris literas accepiſſem. Modò occaſum.* δύσις. *Vergil. lib. 1. Georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus. Modò aduentum.* ἀπάντησις. *Turpilius: Et quis eſt, qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo?*

Ŏbĭnānĭs, *& hoc. ane. idem quod inane, & uacuum, niſi quòd aliquid auget compoſitio. Varro. 1. de re Ruſt. cap. cap. 4. In his idem aiunt, cum ad lumen ſuſtuleris, quod perlucet, id eſſe obinane.*

Ŏbīrātŭs, *a.um. adiectiuum, idem quod iratus. Liui. 1. ab Vrbe: Aut fortunæ, ut fit, obirati, cultum reliquerant deûm.*

Ŏbiūrgo, *gas.a.p. ualde arguo, reprehendo, uel contra aliquem clamo.* ἐπιτιμάω. *Terent. in Andr. Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit, Quid facias illi, qui dederit damnū aut malum? Aliquando ponitur pro exprobrare. Cice. Obiurgantibus quòd ſexagenarius Pompiliam uirginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit. Hinc obiurgito, frequentatiuum. Plau. in Trin. Rogitas, te ne obiurgitem?*

Et

Et obiurgatio, quæ eſt poſt turpe factum caſtigatio, authore Feſto. Et obiurgator uerbalis. Item obiurgatorius adiect. quod ad obiurgationem pertinet: ut, Obiurgatoria epiſtola, Cic. ad Attic. lib. 13.

Obiūro, ras. a. p. penul. prod. iureiurando aſtringo. ὀξομόω. Cice. pro Cælio: Obiurauit M. Cælium ſicut neminem unquam parens.

Oblātio, onis, f. t. προσφορὰ, ἀνάθημα. propriè dicitur quod dijs offertur. Veteres offerumentum dicebant.

Oblecto, as. a. p. & oblector. aris. com. p. ſignificat recreare. ψυχαγωγέω, ἄγω, κηλέω. Teren. in Hecy. Vbi te oblectaſti tandiu? Oblectare otium temporis, eſt tempus otioſum & uacuum à rebus ſerijs traducere in uoluptatem. Plini. Epiſt. 79. Reliqua uide in dictione Delecto.

Oblīdo, dis. a. t. pen. prod. ex ob, & lædo. ſignificat circumcirca, uſque ad mortem percutio, ſuffoco, neco. λυβάομαι, πνιγνόπλω. Colum. lib. 7. cap. 3. Ne anguſtiæ fœdus oblidant.

Obligo, gas. a. p. penul. cor. circumligo. ἐπιδέω. Colum. lib. 6. Admiſſarij dexter, uel etiam ſiniſter uinculo teſticulus obligetur. Per translat. obligare, eſt deuincere beneficijs, ſeu debere. ἀναγκάζω. ſed hoc in uoce paſsiua. Cic. Aulo Trebo. Dolabellam antea tantummodò diligebam, obligatus nihil eram.

Obligurio, ris. n. q. pen. prod. multa auidè conſumo, & ſuauitatem ex eduliorum conſumptione capio: unde etiam pro patrimonium profundere ſumitur. Cic. in Cat. Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt.

Oblimo, as. a. p. pen. prod. ex ob, & limus componi uidetur, quaſi circumlimo, ſeu ſuperlimo, repleo. περιπηλόω. Cice. 2. de Nat. Recedit, mollitoſq; & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Verg. 3. Georg. Et ſulcos oblimet inertes. Per translat. Claud. lib. 3. pro obcæcare, & quaſi limo meatus claudere, ſeu obtundere, uel inquinare poſuit: Sed quòd diſſuaſor honeſti Luxus & humanas oblimat corpora mentes. Eſt & oblimo, (ἀτρυχόω) à limo mas, compoſitum, quo uſus eſt Horat. 1. Ser. pro cōſumere. Rem patris oblimare malū eſt.

Oblinio, is. a. q. circumlinio. Colum. lib. 5. cap. 9. Sed oportebit talearum capita, et imas partes miſto fimo cum cinere oblinire.

Oblino, is. a. t. περιχρίω. penu. corr. circumfœdo, circumlino. Varro 3. de re Ruſt. ca. 8. Qui ita decipiuntur, cum ſe obleuerint uiſco. Salluſtius in Iugur. Simul gladium ſanguine oblitum oſtentans.

Obliquus, a. um. pen. prod. non rectus. Plin. lib. 9. cap. 29. de cancris, Natant obliqui in caput, id eſt tranſuerſi, non recti. Hinc obliquitas. Idem lib. 3. cap. 5. Ni talis obliquitas in latus digredi uideretur. Obliquè, aduerbium, cui contrarium eſt rectè. & c. Obliquo. as. curuū facio. Plini. libro 6. capite 13. Lunatis obliquatur cornibus.

Oblitero, as. a. p. abrado, aboleo, obſcurum facio, caſſo, deleo, uel in obliuionem duco, & quaſi è literarū monumentis deleo. παραγράφω, καταξύω, ἀφανίζω. Cice. ad Senatum, Publici in me beneficij memoriæ priuatam oſtenſionem obliterauit. Fit autē oblitero (ut quidam putant à littus, quòd ibi notata à fluctibus æquari, & tolli ſoleant. Alij ab obliuione. id eſt à ſupino oblitum. Vel dici poteſt ab oblino, ſicut à lino litera.

Oblitēſco, ſcis. n. t. ab obliteo inuſitato uerbo. id eſt abſcōdor, ſiue deliteſco. Var. 1. de re Ruſt. cap. 51. Ne æſtu per rimoſa in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam.

Oblītus, a. um (ἐπιλελησμένος) pen. prod. participium ab obliuiſcor: ut Vergil. Nunc oblita mihi tot carmina.

Oblĭtus, a. um. o. ſ. penul. cor. ab oblino eſt, quaſi circumlitus, & circumfœdatus. περικεχρισμένος. Tibul. Oblitus & muſto feriat pede ruſticus uuas. Oblitus ſtultitia atq; inhumanitate dixit Cicero 5. in Ver.

Obliuioſus, a. um. o. ſ. dicitur is, qui citò obliuiſcitur. ἐπιλήσμων. Cic. 1. de Inuen. Memor, an obliuioſus.

Obliuiſcor, eris. d. t. ἐπιλανθάνομαι. (obliuioſus. compoſitum uidetur ab oblino. Quia uero accentu differunt, poteſt eſſe ſimplex dictio. Eſt & uerbū deponens, quamuis aliquando paſſiue ſumatur. Verg. Nunc oblita mihi tot carmina, pro à me. Et cōſtruitur cū accuſatiuo. Plau. Caſ. Non ſum ego oblitus officiū meū. Aliquando cum genitiuo. Cic. 2. Ver. Quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant.

Obliuium, uij. n. ſ. idem quod obliuio, quæ eſt memoriæ defectus, ſiue imbecillitas. Hoc aūt no

mine in plurali numero tātummodo utimur: Hora. Ducere ſollicitæ iucunda obliuiā uitæ.

Ōblŏco,as.a.p.pen.cor. idem quod ſimplex locare. Iuſtinus, Cum operam oblocare ad puteos exhauriendos ſolitus eſſet.

Ōblōngŭs,adiect. idem quod longus ſignificat, niſi quid addat præpoſitio. Plin.lib.17. ca.12. Figura oblonga maxime probatur.

Ōblŏquŏr, eris.d.t.pen.cor. contrà loquor,uel in contrarium loquor. καταλαλέω. Liuius: Notatos quoq; qui ferociſsimè obloquuti erant, ſingulos manu corripuit. Ponitur etiam pro maledico: unde obloquutores, (κατάλαλοι.) maledici, detractores. Plaut.in Milit. Obloquutor non ſum alteri.

Ōblūctŏr. uide ſuprà Lucto.

Ōblūdo,pen.pro. cum aliquo ludo. Plaut.Truc. Cum uident quempiā ſe adſeruare, obludunt.

Ōbmănēns, pro diu manens, ut permanēs. Feſt.

Ōbmōlĭŏr, liris.d.q. Liu.7.bel.Maced. Sed undiq; omnes ad munienda, & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant concurrunt. id eſt obſtruenda oppoſitis molibus. Aliquando ſignificat opponere. Curtius: Arborum truncos & ſaxa obmoliuntur.

Ōbmŏnērĕ, pro admonere, authore Feſto.

Ōbmūtēſco, ſcis.n.t. quaſi mutus fio, conticeo, reticeo. Cic.2.de Fin. Si ignorent id homines, uel ſi obmutuiſſent. Ponitur aliquando pro non eſſe in uſu. Plin.lib.33.ca.13. Lydium Sardibus emebatur, quo nunc obmutuit.

Ōbnāto, uide Nato.

Ōbnēcto, is.a.t. eſt, authore Feſto, obligo, & maximè in nuptijs frequens eſt.

Ōbnĭgĕr, a.um. adiectiuum, idem quod niger, uel ſubniger: aut, ut quidem uolunt, admodum niger. Plin.lib.8.cap.23. Radicibus multis & obnigris.

Ōbnītŏr, (διατείνομαι, ἀντερείδω) pen.pro. contrà nitor. de in dictione Nitor.

Ōbnōxĭŭs, a.um.o.ſ. (ὑπόδικος, ὑπεύθυνος, ἔνοχος) ex ob & noxius componitur. Noxius autem à noxia, aut noxa deriuatur, quæ à nocendo originem trahunt. Apud antiquos noxia (ut Feſtus ait) pro damno capiebatur, apud poëtas pro culpa: noxa uerò pro peccato, aut peccati pœna, quæ omnia complectitur noxius. nam qui noxius eſt, damnum ſibi plerunq; & alijs, culpam uerò ſibi infert, poſtremoq; peccati pœnam. Vnde obnoxius. id eſt circumnoxius, quaſi noxia ſiue noxa circundatus: uel quaſi ob noxiam, ſiue noxam notatus, & pœnæ addictus, (κατάδικος, κακάχειδος.) Propriè tamen (ut inquit Feſtus) is eſt qui pœnæ obligatus eſt ob delictum, utputa ſi quis morbis obnoxius, ob nimiam cibi intemperantiam: aut ſi mulier, ob ſtupri cum aliquo uiro conſuetudinem, illi obnoxia ſit, ut apud Salluſt. Eratq; ei cum Fuluia nobili muliere uetus conſuetudo, cui cum minus gratus eſſet, quia quæ inopia minus largiri poterat, repentè glorians maria monteſq; polliceri cœpit, & minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret. id eſt morem gereret. Interdum obnoxius, ponitur pro noxio. & ſic obnoxius & innoxius, ſunt contraria, Ennius. Obnoxium ingenium. id eſt illiberale, & degener, dicitur à Plin. Et Obnoxia corpora, pro ualetudinarijs. Et lib.19.cap.10. cum inquit, Olera nulli animali obnoxia futura traduntur, ponitur pro nocentia. Interdum pro obſcuro, (ἀμαυρόν.) nox enim pro obſcuritate ponitur. Plau. Aliquando ſignificat ſeruiliter & trepidè: ut apud Liuium libro 3. ab Vrbe, cum inquit: Obnoxiè dicere ſententiam.

Ōbnūbĭlārĕ, a.p. (ἐπιλυγάζειν) eſt quaſi caligine quadam & nubilo obtenebrare: hoc eſt obſcurum facere, & quaſi nubibus implere. Hinc Obnubilus, adiectiuum: ut Obnubila loca apud Ciceronem 1. Tuſculan. Apuleius Obnubilauit animam. Innubilare uſurpauit Firmicus, quod accidere ſolet intermorientibus.

Ōbnūbo. bis. (κατακαλύπτω) pen.pro. uide Nubo.

Ōbnūncio. as. are. n. p. Donatus. Qui malam rem nunciat, obnunciat: qui bonā, annunciat. Nam proprie obnunciare dicuntur augures, cum aliquid mali ominis ſæuumq; uiderint.

Ŏbŏlŭs, li.m.ſ.pe.cor. genus ponderis, quod ſex ſiliquas continet: eſt autem ultima apud Veteres numorum ſignificatio, inquit Donatus. Bud. de Aſſe ait obolum ualere ſemiſſem noſtrum & denariolum. id eſt ſeptem denariolos.

Ŏbŏlĕo, es.n.ſ. proprie ſignificat male oleo, & grauem odorem reddo. Plau. Moſt. At te Iupiter Dijq; omnes perdant, oboluiſti allium.

Ponitur

Ponitur interdum pro præſentiſco, ſiue ſubo- leo. Idem in Menæch. Oboluit marſupium huic iſtud, quod habes. cætera uide in Oleo.

Ŏbŏrĭŏr, iris. d. q. adnaſcor, ſubnaſcor ue. ἐπιγίνομαι. Liuius libro 1. Aduentu ſuorum lachrymæ obortæ.

Ŏbrēpo, pis. n. t. pen. prod. latenter & tacite aduenio, ſicut & ſurrepo. κλέπτω, ὑπέρχομαι, ὑποδύω, παρεισδύομαι. Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ greſſu tacito gradiuntur. Iuuenalis per tranſlationem, Obrepit nõ intellecta ſenectus. Obrepere dicitur, quicquid ſenſum fallit: ut, obrepit fames, mors, ſomnus, dies, ſenectus. Et iungitur interdum accuſatiuo cum præpoſitione in. Cic. 1. de Diuin. Ponitur interdum pro fallere, ſiue incautum aggredi. Plin. lib. 36. ca. 5. Obrepere ad magiſtratus dicitur, qui falſa ſpecie uel probitatis uel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur, Cic. pro Planc. Hinc Obrepo. as. frequent. Plautus in Perſ. Opertæ ne fuerint, ne quis obreptauerit. Eſt & obripio (συναρπάζω.) de quo in dictione Rapio.

Ŏbrēptĭo, latens & fallax aditio. κλέμμα. Vlpi.

Ŏbrĭgĕo, ges. pen. cor. πήγνυμαι. uide Rigeo.

Ŏbryzŏn, zi. n. ſ. (ὄβρυζον) aurum dicitur, quaſi ἀβείζον. hoc eſt ſyncerum, delicatumq́ue, quod ſæpe igne candefactũ & exuſtum eſt, & quod in coctione non minuitur.

Ŏbrōdo, dis. a. t. pen. pro. circumrodo. περιτρώγω. Plaut. in Amph. Prægnanti malum dari oportet, ut ſiet quod obrodat.

Ŏbrŏgo, as. a. p. penult. corr. quaſi obloquor, atque alterius ſermonem moleſtè impedio. παραφθέγγομαι. Feſtus, Obrogare legem. ἀντεισφέρειν, παραγράφειν, παρεισφέρειν. eſt legis prioris infirmandæ cauſa, legem aliã ferre. Cic. ad Att.

Ŏbrūmpo, pis. a. t. idem quod rumpo. Varro.

Ŏbrŭo, is. a. t. ſubſterno, ſeu circumruo, operio. συγχωννύω, καταβάλλω, καταχέω. Transfertur etiam ad animum. Quintil. Tot uoluptatibus obruere poſſunt unum dolorem. Venuſtè dicimus obruere aliquem lapidibus, telis, uino, ære alieno, negotijs, riſu, teſtimonijs. & alia id genus. Hinc adobruo, ſubtus obruo, & in terra defodio. Columel. lib. 2. Atq; ita iaciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

Ŏbrūtĕo. uide Bruteo.

Ŏbſălūto. uide Saluto.

Ŏbſæuĭo. uide Sæuio.

Ŏbſătūro, ras. a. p. penult. corr. ſignificat ad ſaturitatem uſque, & faſtidium aliquid alicui oggero, ἀποκορέννυμι. Terent. in Heaut. Næ tu propediem, ut iſthanc rem uideo, iſtiuc obſaturabere.

Ŏbſcœno, as. a. p. ſignificat obſcœnum & malũ omen affero. μολύνω. Plautus in Aſinaria.

Ŏbſcœnŭs. a. um. quidam ab ob, & canendo componunt, s litera interpoſita, euphoniæ cauſa: alij ab ob, & κοινῶ, inquino, unde cœnum quidam dici exiſtimant, s ſimiliter interpoſita. Intelligendum eſt ergo, quòd obſcœnum ſicut duo ſignificat, ita duplicem habet compoſitionem, & duplicem orthographiam. nam aliquando ſignificat abominabile (ἀπαίσιον) augurium. Vergil. libro 1. Georg. Obſcœniq; canes, importunæq; uolucres. Et tunc à canendo contraria & mala dicitur, & ſine diphthongo ſcribitur. Feſtus, Obſcœna apud antiquos dicebantur, quæ mali ominis habebantur. Aliquando dicitur quod turpe immundumq́ue, (ἀναίσχυντος, αἰσχρὸς) tunc ſimiliter ex ob & cœnum componitur, quod ab κοινῶ inquino deducitur. Varro lib. 6. de Ling. Lat. docet obſcænum cum æ ſcribendum, idq; ab ſcæna deducit. ex ob & ſcæna, quaſi adſcænam, quòd ſcænis id daretur, quod obſcœnum foret. Priſcianus, ab ob & κοινὸν. quod nos cœnum dicimus, s interpoſita. Feſtus ab Oſcis deriuat, quorum frequentiſſimus fuit uſus libidinum ſpurcarum. Vnde & uerba impudentia appellantur obſcœna. Obſcœnum etiam quandoq; ponitur pro pernicioſo & uitabili. Vergil. Obſcœnamq́ue famem, quæ prima pericula uito. Hinc Obſcœnè, aduerbium id eſt impurè. Cice. 1. Offi. Et Obſcœnitas. tis. Idẽ 1. Off. Alter ne libero quidem, ſi rerum turpitudini adhibeatur orationis obſcœnitas.

Ŏbſcūrŭs, a. um. o. ſ. σκοτεινὸς, ἀμαυρὸς. latens, abſconditus, & ſine lumine. Vnde obſcura oratio, (ἀσαφὴς λόγος) difficilis, & cuius ſententia latet. Componitur ex ob, & cura, ſiue curo, interpoſita s, quòd ea quæ obſcura ſunt, nobis curam obijciãt. Vnde ab Obſcurus obſcuro. ἀποκρύπτω, ἀμαυρόω, ἀφανίζω. fit, quod

ſignificat non curo, ſiue ſupprimo, ſicut fit in obſtrudo, quod eſt occludo, in qua ſignificatione capitur & obſcuro. Cice. pro. Arch. Neque enim eſt diſsimulandum quod obſcurari non poteſt, ſed præ nobis ferendum. Capitur quandoq; obſcurum pro ignobili, (ἄσημον.) Cicero lib. Offic. 1. Qui magna ſibi proponunt obſcuris orti. Ponitur aliquando pro aſtuto, & fallaci: ut obſcurus uir, apud Ciceronem in 1. Offic. Hinc obſcurè, aduerb. cuius contrarium palàm. Cic. 4. Acad. Alterum quidem, ut uidemus, palàm: alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius. Ab obſcurus fit, obſcuritas, (σκότος, ἀσάφεια) quod modo opacitatem, ſiue tenebroſitatem, & luminis penuriam ſignificat. Plin. lib. 10. cap. 1. Obſcuritates, & uitia oculorum ſanat. Modò ignobilitatem. Cic. 2. Off. Sic obſcuro. as. (συσκιάζω.) Sall. Sed profectò fortuna res cunctas ex libidine magis quàm ex uero celebrat, obſcuratq;. id eſt ignobilem reddit.

Ŏbſĕcro, as. a. p. (ἀντιβολῶ, λιπαρῶ) ex ob & ſacro, ſignificat per ſacra rogo, uel opem à ſacris rogo, obteſtor, deprecor, & quaſi ſacra ut te exorem, facio. Teren. Obſecro te, quàm primum hoc me miſerum libera metu. Obſecrare, inquit Donatus, eſt iratos rogare. Additur aliquando ablatiuus Precibus. Marcellus ad Cice. lib 4. Ponitur quandoq; aduerbialiter pro cedò, eſtq; ueluti rogantis cū interrogatione particulata. Teren. in Eun. Obſecro an is eſt? id eſt, dic quæſo. Hinc obſecratio, uerbale. Cic. pro Fonteio.

Ŏbſĕcūndo, das. a. p. ἐπευοδόω, & ἐπευδῶ. ſignificat felicito, proſperū facio, ex ob & ſecundo, quod ſignificat proſperum facio. Verg. Dij cœpta ſecundent. Fit aūt ſecundo à ſecundus, ſecundus uerò ſequor. Eſt aūt obſecundare, omnia ad alterius nutum facere, uel in melius conuertere. Cic. pro Pompo. uſus eſt pro obſequi. Inuenitur & obſecundor deponens.

Ŏbſēpio. is. a. q. ſepibus circundo. Plaut. in Caſ. Vbi illum ſaltum uideo obſeptum. Obſepire iter ad honores, per translationem ponitur pro munire. Liu. lib. 9. ab Vrbe: Hæc plebi ad curules magiſtratus iter obſepſit.

Ŏbſĕquēlă, æ. f. p. θεραπεία. morigeratio. Plaut. Omnes parentes facient obſequelam.

Ŏbſĕquĭbĭlis, le. om. t. qui obſequitur. θεραπευτικός. Gell. li. 2. cap. 19. Cognatos affinesq; illos fermè tam obſequibiles eſſe ait.

Ŏbſĕquĭōſūs, a. um. o. ſ. qui facilè obſequitur. ὑπουργητικός. Plau. in Captiuis.

Ŏbſĕquĭūm, quij. n. ſ. τὸ ὑπηρετούμενον, θεραπεία. officium, quo quis id ſequitur & facit, quod alteri placiturum nouit. Terent. Obſequium amicos, ueritas odium parit.

Ŏbſĕquŏr, eris. d t. penul. cor. alterius uoluntati morem gero, inſeruio. χαρίζομαι, ὑπηρετῶ, δίδωμι χάριν. Plau. Ego ſanè cupio obſequi gnato. Obſequi animo eſt indulgere ſibi, ſiue genialem uitam agere. Aliquando iungitur accuſatiuo. Gellius lib. 1. cap. 7. Sed ea tamen quæ obſequi non oportet. Hinc obſequens. id eſt obediens, aliquando nomen, aliquando participium. Hinc quoq; Obſequenter. tius. tiſſime. aduerbia. Plin. in Epiſt. Vixit in contubernio auiæ delicatæ ſeueriſſimè, & tamen obſequentiſſimè.

Ŏbſĕro, ris. a. t. pen. cor. circumſemino, ſeu circumplanto. περιφυτεύω. Columella li. 3. Agrū antequam uineis obſeras, explorato qualis ſaporis ſit. Obſerere mores per translationem dixit Plautus in Trinum. pro imbuere. Quandoq; pro circundare. Teren.

Ŏbſĕro, ras. a. p. pen. cor. ſignificat occludo, ue luti ſera impoſita. κλεισμόω. Terent. in Eunu. Tu abi, atq; obſera intus.

Ŏbſĕrūābĭlis, le. om. t. qui idoneus eſt, ut obſeruetur uel ueneretur. αἰδέσιμος. Cuius cōtrarium eſt inobſeruabilis. Plinius.

Ŏbſĕrūāntĭă, (αἰδὼς, θεραπεία) ut inquit Cicero, eſt per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignamur. Liuius libro 1.

Ŏbſĕrūātio, onis. f. t. quandoq; dicitur annotatio, & cuſtoditio præceptorum. παρατήρησις. Plinius lib. 11. cap. 10. Mira obſeruatio operis. Quandoque & honor, & reuerentia. (θεραπεία.) Valerius Maximus.

Ŏbſĕruo, uas. a. p. ἐπιτηρῶ, ἐφορῶ, φυλάττω, παρατηρέω. circum oculis mentis & corporis ſeruo, ſpeculor, cuſtodio, noto ne me prætereat, ne me decipiat. Tere. in And. Obſerues filiū, quid agat. Et obſeruare, eſt uenerari & admirari homines, tantum dignitatis uel uirtutis cultu.

cultu. τηρεύομαι, θεραπεύω. Cic. Octauio, M. *Aruilius Auianus ab ineunte adoleſcētia me obſeruauit, ſemperq́ dilexit. Hinc* Obſeruans *participium, aut ex participio nomen.* Obſeruans *tui, obſeruantiſſimus mei. id eſt amans, uel amantiſſimus.* Cic. pro Quint. *Ita credo hominem propinquum, tui obſeruantem, uirum bonum, &c. Et obſeruatus, huius obſeruatus, nomen: idem quod obſeruatio. Varr. 2. de re Ruſtica.*

Ōbsĕs, idis. com. t. ὅμηρος. *qui traditur imperio alicuius ea conditione, ut ſi dator obſidis à fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus & uitam eius ſæuiendi, qui datus eſt obſes. Hic quoniam obſidionis cauſa dari conſueuit, inde nomen aſſumpſit. Quamuis Feſtus ex ob & fides compoſitum uelit, per mutationem literæ, quòd ſit ob fidem datus.* Cic.

Ōbsēſſi, orum. m. ſ. πολιορκούμενοι. *ſunt qui aliquem locum egredi non poſſunt.*

Ōbſidiæ, arum. ſ. p. *dicūtur ſicut & inſidiæ.* Col.

Ōbſidiānŭs, a. um. *ut obſidianum uitrum, obſidiana gemma: dicta à ſimilitudine obſidiani lapidis, uel quòd ex ea fiat obſidianus lapis. Unde is qui primò inuenit, Obſidius uocatus eſt, à quo Obſidianus appellatus eſt, nigerrimi coloris eſt, & aliquando tranſlucidi. uide Plini. lib. 36. capite 26.*

Ōbsidiōnālis, & le. om. t. *ab obſidio fit.* πολιορκητικός. *Unde corona obſidionalis, quæ ei debetur, qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet. hæc fiebat ex gramine uiridi, ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. Plin. de uiris illuſtr.*

Ōbsīdiŏr, aris. d. p. (ἐνεδρεύω) *ſignificat circà inſidias facio. Colu. lib. 9. cap. 14. Cauendum erit, ne apes intercipiantur uiolentia crabronum, qui ante aluearia plerunque obſidiantur prodeuntibus.*

Ōbsidiŭm, dij. n. ſ. & obſidio, & obſeſsio. πολιορκία, πολιόρκησις. *idem ſignificant, & ab obſido ſiue obſideo fiunt. Sæpius obſidio ab authoribus uſurpatur. Cic. pro Corn. Balbo, & pro Domo ſua: Obſeſſio templorū, occupatio fori. Gell. 15. cap. 10. A peritia, diſciplinaq́ faciē di obſidij. Et obſidione eximere. Liu.*

Ŏbsīdo, is. t. & ōbsīdĕo, des. ſ. περικάθημαι. *actiua ſunt, quibus adduntur circumſido & circumſedeo. idem enim ſignificant, eodemq́ modo ſumuntur, & conſtruuntur. Sed differunt inter ſe, quomodo aſſido, et aſſideo, de quibus ſuprà dictum eſt: quòd in obſido motus quidam eſt, ut ſit quaſi obſiſto: in obſideo uerò quies, quaſi obſto. Sall. Occultè pontem obſidunt. De obſideo, idem in Iugurtha: Armis obſeſſus teneor. id eſt impeditus. Significat obſido & circūſido, quaſi obſepio & circunſepio, aut ad obſidendum ſiue circunſedendum eo, uel ad obſidendum me loco. Obſideo uerò & circunſedeo.* (πολιορκέω, περικαθίζομαι.) *obſeſſum teneo ac uallo & foſſa ſeptum teneo. Et obſidere, eſt ſedere. Teren. in Adelph. Nunc uerò domi Certum obſidere eſt uſq;, donec redierit. Obſidere ſtuprū, eſt inſidiari ſtupro. Cice. in Catil. Ponitur aliquando pro circunſtare. Seneca. Varia & incerta pericula humanam uitam obſident. Aliquando pro occupare & detinere. Cic. 1. Ver. Hinc obſeſſor, qui obſidet. Liu. Papyrio quoq;, q obſeſſor Luceriæ reſtiterat.*

Ōbsigno, as. a. p. (κατασημαίνομαι, ἀποσημαίνομαι, παρασημαίνομαι, ἐπισφραγίζομαι) *ſigni impreſſione occludo, & ad literas cæteraq;, quæ ſigno quouis notantur aut imprimuntur, pertinet. Plautus in Curc. Scribit & obſignat literas. Quandoque ſumitur pro ſigno notariorum ſeu ſubſcriptione eorum aut teſtium. Cice. pro Cluentio, Pecuniaq́ obſignata quæ ad eam rem dabatur. Hinc obſignator quem uulgò notarium uocamus. Cice. ad Att. lib. 14.*

Ōbsīpo, pas. pen. prod. παραβάλλω. *ſignificat obijcio, ut cum Ruſtici dicunt, Obſippa pullis eſcam. Feſtus.*

Ōbsiſto, is. n. t. *contrà ſiſto, obſto, repugno.* ἐνίσταμαι, ἀνθίσταμαι, ἀντιπράττω. *Cic. 7. Verri. Quis enim unquam iſtius libidini obſtitit?*

Ōbsĭtŭs, a. um. pen. cor. *inuolutus.* περιειλημμένος. *Teren. in Eun. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis annisq́ obſitum. Obſitus.* περιφύτευτος. *etiam ab obſero dici poteſt, circunſeminatus uel circumplantatus.*

Ōbsŏlēſco, ſcis. leui. uel lui. letum. n. t. *ex ob, id eſt contrà, et oleſco, addita s præpoſitioni, quæ aduerſatur oleſco. Nam obſoleſco, & oleſco, in ſignificatione cōtraria ſunt. Oleſco, creſco. Obſoleſco,* ἀπαρχαιοῦμαι, παρακμάζω, παλαιοῦμαι. *deficio, reijcior, inueteraſco, deſueſco, dimitto ſignificat. Nitēre & obſoleſcere, ſunt*

contraria. Cice. pro Lege Agraria, Non dico ſolum alijs remaneat, intermiſsis non quieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. id eſt ſordidetur. Similiter obſoletus, participium eſt ab obſoleſco, aut nomen ex participio. Cice. pro Quintio, Audacem, cupidum, perfidioſum, uulgaria & obſoleta ſunt. (ἀρχαῖα, ἀπηρχαιωμένα) id eſt inueterata. Pro obſcuro, ſeu ſordido, ac detrito accipitur obſoletus, (ῥυπαρός.) Liu. libro 3. Filiam ſecum obſoleta ueſte, cum ingenti admiratione in forum deducit. Hinc obſoletè. tius. obſoletiſsimè aduerb. Cice. 3. Verr. Saltem ut obſoletius ueſtitum uideret.

Ōbsōnĭŭm, nij. n. ſ. uide Opſonium.

Ōbsōrbĕo, uide Sorbeo.

Ōbsōrdĕo, es. n. ſ. ſordidus fio aut obſoleſco, inquit Nonius. Cæcilius, Obſorduit iam hæc in me ærumna miſeria.

Ōbſtăcŭlŭm, li. n. ſ. κώλυμα, ἐμπόδισμα. impedimentum, ab obſto. Plaut. in Pſeud. Ibi nunc oppidò oppoſita obſtacula.

Ōbſtetrīco, as. n. p. pen. pro. ad pariendum adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago μαιεύομαι.

Ōbſtetrīx, icis. f. t. (μαῖα, ἰάτρια) ab obſtando uel obſiſtendo. eſt enim illa quæ parturientium curam habet. Vnde & obſtetrices dictæ eo quòd obſiſtant dolori, uel certè pignori, ne laxatis uteri genitalibus clauſtris, in terram defluat.

Ōbſtĭno, as. a. p. (διαβεβαιόω) pen. corr. obfirmo. Liuius lib. 2. Quoniam id certum, inquit, atq; obſtinatum eſt, neq; ego obtundam. Hinc obſtinatus participium, aut nomen ex participio. id eſt offirmatus, aut perſeuerans, ut tenere poſsit, inquit Feſtus. Vt obſtinata uoluntas, obſtinata pudicitia, apud Liuium 1. ab Vrbe de Lucretia. Inde obſtinatio, (τὸ ἀνένδοτον) firmitas animi. Cic. de Prouin. conſ. Obſtinate, (ἀνενδότως) firmiter. Teren. in And. Itane obſtinatè operam dat, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat? Vbi Don. Obſtinatè facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti.

Ōbſtĭpārĕ, a. p. (παραφράττειν) obijcere, ait Feſtus. Vide Obſiſto. Alij interpretantur condenſare, obturare rimas, obſtruere. Plau. in Ciſt. Obſtipat aquulam.

Ōbſtĭpi, orum. m. ſ. pen. prod. dicuntur, quibus colla rigent, & in humerum capita ſunt inclinata. ἐπικαμπεῖς. Perſius, Aerumnoſiq; Solones Obſtipo capite, & figentes lumine terrã.

Ōbſto, ſtas. ſtiti. ſtatum. n. p. (ἀνθίστημι, ἐνίσταμαι) ſignificat contrà ſto. Curtius, Obſtant oppido gemini colles. Aliquando ſignificat reſiſtere, aduerſari, impedire. κωλύειν. Terent. in And. Quid obſtat, cur non ueræ fiant?

Ōbſtrāgŭlŭm, li. n. ſ. operimentũ, & quòd uulgò coopertorium dicimus. Plin. lib. 7. cap. 35.

Ōbſtrĕpo, uide Strepo.

Ōbſtrĭgillo, as. a. p. pe. pro. obſto, detraho alicui, repugno. ἀντιπίπτω. Varro lib. 4. de uita Po. Ro. Curio dicebat amicis, ut illi renunciaretur, ſe obſtrigillaturum ne triumphus decerneretur.

Ōbſtringo, gis. a. t. deuincio & obligo, quaſi circumſtringo. δεσμεύω. Cicero pro Plancio, Cui non ſim obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. Obſtringere ſe parricidio, periurio, ſcelere, & huiuſmodi, eſt committere parricidium, ſcelus, peierare. Cic. 3. Off. Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere?

Ōbſtrūdo, dis. ſi. ſum. a. t. pen. prod. ex ob & trudo, interpoſita s, ſignificat occludo, ſeu occulto. ἀποκρύπτω. Plaut. in Curculio. Inuenitur & obtrudo, quod eſt contrà trudo, quaſi per uim do, aut pro fortitudine pono, (ἐπιβάλλω.) Teren. in Hecy. Nunquã auſus ſum recuſare eam, quã mihi obtrudit pater. id eſt ui dedit.

Ōbſtrŭo, a. t. (ἀποκρύπτω, ἐπιφράττω) id eſt occludo, & quaſi ſtrue quadã alicui loco im poſita obſiſto, ne quid effluat. Cice. de Senect. Qui iter pœnis uel corporibus ſuis obſtruere uoluerunt. Hinc obſtructio, uerbale. Cice. pro Seſt. Sed hæc obſtructio nec diurna eſt, &c. Dixit Cicero pro domo ſua, Obſtruere luminibus, (φέγγεσιν ἐπισκοτεῖν) id eſt officere.

Ōbſtŭpĕfăcĭo, cis. a. t. (ἐκπλήττω) ſignificat animo conſterno, & ſtupidos ſenſus reddo. Terentius in Phorm.

Ōbſtŭpēſco, ſcis. n. t. ſignificat ſtupore percutior. ἐκπλήττομαι. Aliquando inſenſibilis fio, (ἀναισθητῶ, ἀργῶ.) Mẽbra metu debilia ſunt, animus ſtupore obſtupuit. Terentius in Adel. Hinc obſtupidus adiectiuum. Gel. lib. 5. ca. 1.

Ōbsŭm, obes. obfui. neut. inconſeq. (βλάπτω) mutatur

mutatur enim b in f, ſignificat noceo, quaſi contra te ſum. Cuius contrarium eſt, Proſum, quod eſt iuuo, quaſi pro te ſum. Plautus in Amph. Factum id Amphitryoni obſuit.

Ŏbsūrdēſco, ſcis. n. t. (ἐκκωφοῦμαι, ἐκθαμβῶ) totus ſurdus fio. Cice. in Somnio Scip. Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt.

Ŏbtĕgo, gis. a. t. uide Tego. Obtegere ſe corpore alicuius, eſt poſt illum latêre. Cic. pro Seſt.

Ŏbtēmpĕro. as. n. p. morem gero. προσέχω. Cice. Sic mihi ſemper obtēperauit, tanquam filius patri. Item ſignificat conſulo, prouideo. Terent. Et qua re minus aut famæ foret, aut rei obtemperās. Hinc obtemperatio, uerbale. Cic. de Leg. Quòd ſi iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, &c.

Ŏbtēndo, is. a. t. contrà tendo. προίσχομαι, προβάλλομαι. ut, Obtendere uelū ante lectum. id eſt diſtendere uel extendere. Plinius lib. 5. ca. 22. Huic par, interiacente ualle, mons aduerſus Antilibanus obtenditur, hoc eſt oppoſitus eſt. Aliquando ſignificat pro excuſatione allego. Hinc obtendiculū, (πρόβλημα) quo aliquid tegitur: & obtentus pro prætextu. (πρόσχημα.) Gell. lib. 10. cap. 22. Qui obtentu Philoſophiæ nominis inutile ocium ſequuntur. Ponitur aliquando pro extenſione. Vergilius lib. 11. Aen. Extinctoſq́ thoros obtentu frondis inumbrāt. Obtentus, eſt aliquando participium.

Ŏbtĕro. ris. a. t. pen. cor. cōtero, ſuffoco, ἐπιτρίβω. Liu. Ab elephantis obtriti ſunt. id eſt pedibus elephantorum protriti. Aliquando ſignificat ab omni parte tero, tundo in mortario. Col. Hinc obtritus, huius. tus. Plin. lib. 18. cap. 28. Ne herbæ uellantur, obtrituq́ hebetentur.

Ŏbtēſtŏr, aris. com. p. precor. ἱκετεύομαι, ἐκλιπαρῶ, ἀντιβολῶ. Hoc uerbo utimur in maximis angoribus, fermè ſemper cum adiuratione. Terent. in And. Per tuam fidem, perq́ huius ſolitudinem Te obteſtor. Aliquando etiam ſine adiuratione. Cæſar libro 7. Matresfamiliæ paſſis manibus obteſtabantur Romanos, ut ſibi parcerent: Hinc obteſtatio, uerbale. Cic. ad Mem. lib. 1.

Ŏbtĕxo. xis. a. t. circuntexo: (περιυφαίνω.) Plin. lib. 11. Filis etiam araneus quacunq́ inceſſerit, alarum maxime lanugines obtexit.

Ŏbthūro. as. a. p. pen. prod. et th aſpirato, ſignificat occludo. ἀντιλαμβάνω, πωμάζω, ἐπιβύω. Trahitur, ut inquit Feſt. à Græco, ab eo quòd illi oſtia dicunt θύρας. Hinc obthuramentum, quo aliquid obthuratur. Plin. lib. 16.

Ŏbtĭcĕo. uide Taceo.

Ŏbtĭnĕo. es. a. ſ. pen. cor. ſignificat uinco, habeo, occupo, quaſi cōtrà teneo. ἐπέχω, κρατῶ. Cic. ad At. li. 7. Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. Et obtinere, eſt fortiter tenere. Ponitur aliquādò pro retinere & conſeruare. Cic. Obtinere & repelli, ſunt contraria. Idem ad Lentulum lib. 1. Neq́ ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe uideamur. Hinc obtento. as. frequent. Cic. ad Att. lib. 9. Et tamen ſpes quædam me obtentabat fore, ut aliquid conueniret potius, &c.

Ŏbtĭngit, obuenit, συμβαίνει, συμπίπτει. Teren. in And. Neſcis quid mihi obtigerit. Non niſi in tertijs perſonis legitur. Obtingere prouinciam, eſt cum ſortitò prouincia regenda alicui committitur. Cic. in Verr.

Ŏbtōrpēſco, ſcis. n. t. (καταθαμβοῦμαι) ab obtorpeo, ualde torpidus fio, & torpore quodam ita afficior, uel propter metum, aut alia quauis ratione, ut omnino imbecillior ſim.

Ŏbtōrquĕo. es. a. ſ. uehementer torqueo. Plin. De uir. illuſt. Conſuli ita collum in comitio obtorſit, ut multus ſanguis efflueret è narribus.

Ŏbtrēcto. ctas. (διαφθορῶ, ἀντιπράττω) ex ob & tracto, a in e mutata. Tracto uerò frequētatiuum eſt uerbi traho. Eſt autem obtrectare, contra alienam ſententiam tractare ſeu maledicere, & ob id obſiſtere, & (ut Veteres dixerunt) obſtrigilare, ſicut eſt cum alicuius dicta aut facta deprauantur. Obtrectat, inquit Eraſmus, qui male prædicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicuius. Ponitur aliquando pro culpare ſiue damnare: ut Alicuius laetitiam aut apparatum obtrectare, Plin. lib. 9. capi. 35. Hinc obtrectator, detractor. Et obtrectatus, tus idem quod obtrectatio. Gellius libro 20. capite ultimo, Aequum eſſe puto, ut ſine uano obtrectatu cōſiderent. Obtrectatio, (διασυρμός) definitur à Cice. lib. 3. Tuſc. quòd ſit ea, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo, ex eo quòd alter quoq́ potiatur eo, quod ipſe concupierit. Ponitur aliquādo pro detrectione. Cæſar 1. Belli Ciuili.

Ōbtrigo.as.a.p.pen.prod.ex ob & trigo, ſignificat iureiurando aſtringo. ἐξορκόω. Trigare enim ſtringere eſt.

Ōbtrūdo.dis.ſi.ſum. (ὠθίζομαι) uide Obſtrudo.

Ōbtrūnco.cas. a.p.capite cædo & occido, quomodocunq; id fiat. ἀποδειροτομέω, κατακόπτω. Liuius lib.1. Ita regem obtruncant. Hinc obtruncatio, uerbale. Colum.

Ōbtūndo.dis.di.tuſum.a.t. ἀμβλύνω. ſine n, ſicut fit in alijs à tundo cōpoſitis, quamuis tundo tunſum n retineat. Eſt autē propriè obtundere, totum ſeu circum percutere, rumpere, & craſſum hebetemq; facere. Plaut. in Amph. Nam ſum obtuſus pugnis peſſimè. id eſt perculſus uel perfractus. Transfertur quoque ad ingenium, & ad oculos, ad uocē, (ἀποκεκνωμένη.) & dicimus obtuſum ingeniū, & obtuſa acies. id eſt hebes, & ſine acumine. Obtundere & acuere, ſunt cōtraria. Cic. 1. Tuſc. Aliquando ſignificat ſæpe repetendo eadē dicere, (ἀποκναίειν, παρενοχλεῖν) uel uerbis aliquem lædere, & quodammodo ferire. Tractum à fabris, qui repetūt tundendo aliquid malleo. Terentius in Andria, Obtundis, tametſi intelligo. Hinc obtuſus participium: ut obtuſus pugnis. Et nomen. Cic. in Cat. Ille autem cuius obtuſior ſit acies, nō uidere? Et obtuſè, aduer. Cic. 1. de. Nat. De. Quo quid dici poteſt obtuſius?

Ōbtŭŏr, ĕris.t. & obtueor, ēris. d.ſ. & obtutus. uide Tueor & Tuor.

Ōbtūrbo, as.a.p. ponitur quandoq; pro interpello. Cic. Att. lib.12. Me literæ & ſcriptio, non leniunt, ſed obturbant. uide Turbo.

Ōbtūtŭs, us. m. q.penu.prod. quaſi obtuitus. id eſt aſpectus: ab obtueri. ἀτενισμός, ἀτενοφθαλμισμός. Verg. Obtutuq; hæret defixus in uno.

Ōbuāgio, gis.n.q.pen.prod. contra, ſeu circum uagio. ἀντιβαυβάζω. Plaut. in Pœnulo.

Ōbuāllo, circumuallo περιχαρακόω. Cic. pro Lege Agrar. Eum locum nobilitas præſidijs firmatū atq; omni ratione obuallatū tenebat.

Ōbuārĭcātōrēs, rum. m. t. dicebantur qui cuipiam occurrebant, quò minus is rectum iter conficeret, inquit Feſtus. Obuarico. as. uerò eſt occurro, obſto.

Ōbuāro. as. n p. penult. prod. deprauo, peruerto. διαστρέφω. Tractum à uaris, qui introrſum pedes intortos habent. Ennius.

Ōbuĕnio, is. n. q. (προσίημι) ſignificat obuiam, uel contrà, ſiue coràm uenio, & contingere quoquomodo, (περιέρχεσθαι.) Quintil. libro 10. capite 3. Expectantes quid obueniat, quid res poſcat, quid perſonam deceat. Obuenire ex hæreditate, uel hæreditate ſine præpoſitione, eſt quòd uulgò dicimus; per ſucceſſionem. Var. de re Ruſt. Hinc obuentio, uerbale, Vlp.

Ōbuĕrſo. ſas. a.p. frequent. eſt ab obuerto. ἀντιστρέφω. & obuerſor. aris. deponēs. (παρίσταμαι) Cicero pro Sext. Sed mihi ante oculos obuerſatur reipublicæ dignitas, quæ me ad ſe rapit. Obuerſari dicitur id, quod ita animo appareat, ut adeſſe coràm uideatur, & cerni. Et dicimus obſeruari ante oculos: uel cum datiuo, obſeruari oculis. Hinc obſeruatio, uerbale, contradictio. Cic. pro Muræ. Mœſtos amicos, obſeruationes, teſtificationes, ſeductiones, &c.

Ōbuĕrto, tis. a. t. (ἀντιστρέφω) contrà uerto. Liu. Tum totam aciem in Samnites obuertit.

Ōbuiăm, (εἰς συνάντησιν) aduerb. loci, quaſi ad uiam. Terentius in Phorm. At ego obuiam conabar tibi Daue. Et dicimus procedere obuiam alicui, prodire obuiam, properare obuiam, ire obuiam, uenire obuiam, mittere obuiam, obuiam fieri. Cic. pro Mil. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

Ōbuĭo, as. n. p. (ἀπαντάομαι, ἀπαντῶ) ex ob & uio, quaſi ad uiam eo: unde & deuio, quaſi contrà uio: & planius eſt obuiū proficiſci, uel obuium eſſe. Per translationem ponitur pro reſiſtere. Salluſtius in Iugurtha: Tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiatum.

Ōbuĭŭs. a. um. (ἐπιτυχών, ἀπαντῶν) quod alicui occurrit, & tanquam in uia expoſitum eſt. Dicimus autem, Obuius tibi fio, obuius ſum tibi, obuium me tibi fero, & obuio tibi. Obuius & expoſitus homo dicitur, qui omnes admittit, nec ſe difficilem præbet in colloquijs. Plin. Epiſtol. 10.

Ōbūmbro, bras. a. p. (ἐπισκιάζω, ἐπικρύπτω, ἐπισκοτίζομαι.) umbris undiq; obſcuro. Verg. Obumbrant æthera telis. Per translationem ponitur obumbrare pro tueri. Idem libro 11. Et magnum reginæ nomen obumbrat. Ponitur aliquando pro obſcurare. Quintil. in 8.

Ŏbūncŭs, a. um. o.ſ. ualde uncus & incuruus. Vergilius 6. Aen. Roſtroq; immanis uultur

obunco

obunco, Immortale iecur tundent.

Obuŏluo.uis.a.t.circumuoluo.Cic.in Orat.Ob uoluendum caput.Ponitur aliquando pro uelare, obtegere. Horat.11.Ser. Verbiſq; decoris Obuoluas uitium.

O ANTE C.

OCcā, cæ.f.p. (βωλοκόπημα) inſtrumentum, quo tracto reptanteq; ſuper terrā ferreis dentibus, quibus inſtructum eſt, glebæ conteruntur, & agri ſuperficies coæquatur, & ſemina cooperiuntur. Ab occido, ſeu occæco. Col.lib.2.Deinde glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus.

Occāllĕo, les. n. ſ. (ἀποτυλοῦμαι, ἀποσκιῤῥοῦμαι) totus calloſus ſum: & per tranſlationem pro induratus ſum ponitur. A quo Occalleſco, quod eſt callum obduco. Partes illæ callum obducere dicuntur, quæ obdureſcunt. Plaut. in Aſin.Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis.

Occăno, & occino, is.n.t. pen. corr.occinui, & occini, & occanui ſecundum Probum, cum cano cecini faciat. & ſignificat conuitium facio, & quaſi contrà cano. κατᾴδω, ἐπᾴδω. Salluſt.lib.1.Iuſſu Metelli ceruices occanuerunt. Supinum occentū. Hinc occentus pro concentu, aut ipſo occinendi actu. Valer. Max. lib.1.Occentuſq; ſoricum auditus.

Occæco, uide Obcæco.

Occāſio, onis.f.t. καιρὸς, εὐκαιρία. Cic.de Inuen. Occaſio, eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Hæc naſcitur per actus humanos non impedientes. Ponitur aliquando occaſio pro copia, teſte Budæo. Dicimus occaſionem capere, occaſionem captare, occaſionem parere, occaſionem eſſe, occaſionem uenire, occaſionem uideri, occaſionem dare, occaſionem habere, occaſionem offerri, occaſionem nanciſci, occaſionem tenere aut remittere: quæ ſunt contraria, occaſionem amittere, occaſionem amplecti. Hinc occaſiuncula diminutiuum. Plautus.

Occāſūs, us.m.q. modo interitus dicitur, & de homine, & de rebus maioribus dici ſolet. δυσμὴ, δύσις. Cicero libro Acad. Ac poſt Lælij noſtri occaſum. Modo dicitur Solis merſio in Oceanum. Apud Ennium tamen occaſus pro occaſione ponitur. Et locus ubi Sol occidit.

Occātōrius, a.um. quod ad occationem pertinet. βωλοκοπικός. Col.lib.2.cap.13. Bubulcorū operas tres exigunt, occatoriam unam, &c.

Occēdo, dis.ceſſi, ceſſum. n.t.ex ob & cedo, ſicut accedo, & recedo, & huiuſmodi, ſignificat accedo. ἀντιβαίνω. Plaut.in Aſinaria: Næ tu hercle cum malo mihi obuiam occeſſiſti.

Occēnto, tas. n.p. frequent. ab occino. Feſtus: Occentare, conuitium facere, ut apud antiquos, cum id clare & cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri poſſet, Plaut.in Perſa.

Occepſo, ueteres pro incepero poſuerunt. Plau.

Occhī, arbores in Hyrcaniæ conuallibus, ficis ſimiles, ex quibus defluit mel horis matutinis duabus. Plin.lib.12.cap.8.

Occĭdens, entis.m.t.ſubſtantiuum, pen.cor.dicitur plaga, in qua Sol occidit. δύσις. unde & occidentalis plaga, (δυτικὸς, δυσμικὸς) uocatur. Ci.de Nat. Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Occidio, onis.f.t. (μιαιφονία) idem quod occiſio: id eſt cædes, mors. Liuius 8. Bel. Pun. Cum duo exercitus eorum propè occidione occiſi eſſent, &c.

Occīdo, dis.a.t.pen.prod.ex ob & cædo, interficio quomodocunq; ſignificat. φονεύω, ἀποκτείνω, ἀναιρέω. Teren.in And. Si quicquā mentitum inuenies, occidito. Aliquando ſignificat enecare, excruciare, & cædere. Terentius in Adelphis: Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam uſq; occidit. Vnde occiſus, quandoq; interfectus, quādoq; cæſus dicitur. differuntq; inter ſe occiſus & necatus, quòd occiſus uulnere, necatus etiam ſine ictu dicatur. Vnde ueneno necatos, non occiſos dicimus. Occiſa etiam res dicitur, deſperata & perdita. Plaut. Occiſa iam eſt hæc res. Hinc occiſito.tas.frequentatiuum ab occido. Hinc occiſio.onis.uerbale, actus ipſe occidendi, cædes ipſa. Cic. Philip.14. Eiuſq; copias occiſione occiderit, ſuo exercitu ita incolumi, &c.

Occĭdo.dis.n.t.(δύω, ἐκπίπτω) pen.cor.occidi, occaſum.ex ob, & cado. aliquando ſignificat pereo. Terentius, Occidi: Neq; uirgo eſt uſquam, &c. Significat obuenio. Vnde occaſio. Aliquando interimor, à quo occaſus pro interitu. Vnde & de herbis, & de arbori

bus

Digitized by Google

bus quoq; dicitur, cum ſeneſcunt & euaneſcunt. Vergilius: Et fallax herba ueneni Occidit. Aliquando cado, ſiue deſcendo. Plautus in Rud. Et alia ſigna de cœlo ad terram occidunt. id eſt, cadunt. Vnde & præoccido, antè occido. Plin. li. 18. In quarto Calen. Maij Canis occidit, ſydus & per ſe uehemens, & cui præoccidere Caniculam neceſſe ſit. Cic. lib. 1. Tuſc. occidere pro mori ſumpſit. Hinc occidens participium. Idem ad Sulpit. lib. 4. Profectò aliquid opis occidenti Reipub. tuliſſemus. Et occidens nomen, de quo ſuprà.

Ōccĭdŭŭm, dui. n. ſ. (δυτικὸν) quod occidit, uel ubi fit Solis uel alterius rei occaſus. Claud. Solus Amazonio cinctus Stymphalides arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges.

Ōccĭlārĕ, a. p. contundere. συγκλάζειν. Plaut. in Amph. Qui mihi aduenienti occilet os.

Ōccino, uide occano.

Ōccĭpĭo, pis. n. t. pen. cor. ex ob & cœpi, ſignificat incipio. ἐπιχειρέω. Liuius lib. 1. Agere porrò occœpit.

Ōccĭpŭt, itis. n. t. ex ob & caput, ſignificat poſteriorem capitis partem, quæ fronti opponitur. ἰνίον. Dicitur & occipitium. Plaut. in Aul.

Ōcclūdo, is. a. t. claudo. κατακλείω. Plau. Occludit oſtium ancillæ. Hinc occluſus, aliquando participium, aliquando nomen.

Ōccŭlco, as. a. p. idem quod conculco. Cato ca. 49. Ita ubi fuerit, ponito in ſcrobe aut in ſulco, operitoq; & bene occulcato.

Ōcco, cat. n. p. glebam occido, comminuo, & ſupra ſemen terram apto. βωλοκοπέω. Cic. in Catone: Quanquam me quidem non fructus modo, ſed etiam ipſius terræ uis & natura delectat, quæ cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, primum id occatum cohibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, cognominata eſt. Dicta occatio, (βωλοκοπία) quòd quaſi cooperiat ſemina. Hæc etiã occæcatio dicitur, quoniam ſemen ſparſum operit terra. Hinc occator, uerbale. Plaut. in Capt. Non occatorem dicere debebas prius? Huius compoſita ſunt, Inocco & deocco, pro bene occo.

Ō[illegible]cŭlo. lis. a. t. pen. cor. cului, cultum, ex ob & colo, o in u mutata, licet quidem à celo compoſitũ uelint, & ſignificat abſcondo, ſiue ſub terra conſtituo. κλείω, συγκρύπτω, συγκαλύπτω, ἀποκαλύπτομαι. ἐπικαλύπτομαι. Hinc occultus participium, aliquando nomen. Cic. Famil. lib. 11. Habeo multò occultiora, quæ uix uerbis adſequi poſſum. Ex occultò, aduerbialiter ponitur pro ſecretò, Plin. Hinc occultè, aduerb. id eſt clàm & cautè. Cæſ. 1. Bel. Ciuil. Occultè ad exploranda loca proficiſcitur.

Ōccŭlto, tas. a. p. frequent. eſt ab occulo. lis. ἀποκρύπτω. Ver. Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos. Hinc occultatus particip. & aliquando nomen. Inde occultatè aduerb. idem quod occultè. Cic. pro Deiot. Hinc etiam occultatio, & occultator, uerbalia.

Ōccūltŭm, ti. n. ſ. ἀποκεκρυμμένον. ſic differt à celato, ut occultum ſit, quod per ſe occultum eſt: celatum uero dicitur de re, quæ abſconditur ne uideatur.

Ōccūmbo, bis. ex ob & cubo. bas. & ſignificat morior, ſeu necor, ſuccumbo, uincor. πίπτω, ἡττάομαι. Refertur etiam ad Solem, cum occidit. δύομαι. Interdũ ponitur pro ferior ſeu afficior, eo quod additur morte. Cic. lib. 1. Tuſc. Vt eſſe qui pro patria morte non dubitaret occumberet. Dicimus etiam occumbere mortem. Liu. 1. Belli Maced. Qui pugnantes mortem occubuiſſent. Et occumbere morti. Verg. 1. Aeneidos, Seu certæ occumbere morti.

Ōccŭpātĭtiŭs ager dicitur, qui deſertus à cultoribus proprijs, ab alijs occupatur. καταληφθεὶς χωρίον.

Ōccŭpo, pas. pen. cor. ex ob & capio, ſignificat quod in cõmune ſiue in medium erat, ante alios capio, ut ait Val. lib. 5. καταλαμβάνω, προλαμβάνω, φθάνω, προκαταλαμβάνω. Hinc occupatio. onis. eſt cum alicui neceſſariæ rei, cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia uacamus. Cice. lib. 1. Offic. Sunt autem nulla priuata natura, ſed aut ueteri occupatione, ut ij qui quondã in uacua uenerunt. Aliquando eſt detinere. Idem. 1. Offic. Et in ea funditus delenda occupati ſunt, & fuerũt. Hinc occupatus homo, (ἀσχολούμενος) dicitur. Occupatus & ocioſus, contraria. Cicero 1. Tuſc. Vt ſi occupati aliquid profuimus ciuibus noſtris, proſimus etiã, ſi poſſumus, ocioſi. Dicimus cũ datiuo, occupatus alicui rei, Plin. Et per ablatiuum cum præpoſitione in. Vt occupatus alio amore, Teren. Interdũ eſt locũ

teneret

tenere ſeu ui capere. Liu. lib. 33. Nam & ipſis uocantibus urbem hanc accepi, nõ occupaui. id eſt non ui cepi. Aliquando ſignificat præuenire. Plau. in Rud. Occupas præloqui. Aliquando eſt inuenire, tenere, poſsidere, Plautus in Trinum. Familiam optimam occupauit. Ab occupo fit præoccupo (προκαταλαμβάνω) quod eſt, antè capio, uel antè poſſideo. Lactan. lib. 5. Præoccupabit enim aduerſaus non reſiſtentes. Hinc præoccupatio, uel occupatio apud rhetores, quæ à Græcis πρόληψις uocatur. Valla uero ait libro 5. Occupare ſæpe antecapere eſt, & ut aliqui loquuntur, præoccupare. Vnde ſchema illud occupatio dicitur, cum quæ dici ab alio poterãt, ea ipſi præueniẽdo dicimus in noſtrã partem, ne nobis poſtea officerent retorquentes.

Ŏccŭrro. ris. ri. ſum. obuius fio, obuiã procedo. ἀπαντάω. unde occurſus, (ἀπάντησις) obuiatio. Cic. pro Cluentio per translationem: Sed ego occurram expectationi ueſtræ iudices. id eſt ultro anteuertam, & præueniam. Quandoque pro currere ponitur, & (ἐπέρχεσθαι) in mentem uenire. Idem: Sed mihi, cum de ſenectute aliquid uellem ſcribere, tu occurrebas, (προὔβαλλες Theod.) & in hac ſignificatione poſſumus addere animo, uel animis. Quandoque offerri. προβάλλειν. ut Occurrebat tibi oratio. id eſt offerebat ſe. Quandoq; obſtare ſiue obſiſtere, (ἀντίστασθαι) Perſius, Venienti occurrite morbo. Hinc occurſus. us. ipſe occurrendi actus. Huius frequentatiuum » eſt occurſo. ſas. id eſt currendo obuiam eo. » Vergilius, Et inter agendum Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. Ponitur quandoque pro ſuccurrere, ſiue in memoriam uenire. Plinius Epiſtolarum libro 5. Occurſant animo meo mortalis, & mea ſcripta. Occurſare numinibus, eſt adorare & ſacrificijs placare, & præuenire numina, ne nobis noceant. Plinius. Hinc occurſatio, uerbale, hoc eſt diligens captatio honorum, dum magnatibus, aut populo occurrimus prius, quàm » decernatur. Cicero pro Plancio, Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis.

Ŏcellātŭs. a. um. (ὀμματωμένον) quod ocellos » habet, ab ocello diminut. Vnde Suet. in Aug. Ocellatas nuces dixit, pro multis foraminibus diſtinctas.

Ocha, cum h, anſer. compoſita dictio ex Græcorũ maſculino articulo, ὁ, & χὴν anſer.

Ōchră, (ὤχρα) Cretæ, ſiue lapidis ſpecies, quæ fit exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Plin. lib. 35. cap. 6.

Ōcĭŏr, aris. d. p. (σχολάζω) in ocio et quiete ſum. Cuius contrarium eſt, negocior. Cicero. libro 1. Offic.

Ōcĭōsŭs, (σχολαῖος, ἥσυχος) uacuus, tranquillus, ſecurus. Terentius in And. Ocioſo iam nunc eſſe impero. id eſt ſecuro. Nam niſi qui ſecurus eſt, non eſt ocioſus, ut inquit Donatus. Hinc ocioſè, (σχολῇ, ἀτρέμας) aduerb. quod eſt cum ocio. Teren. in Adelph. Ocioſè iam nunc iam illico hic conſiſte.

Ōcĭŭm, cij. m. ſ. (ἀπραγμοσύνη, σχολή) propriè uacatio à labore, cuius contrariũ eſt, negocium. Cicero, Et idipſum quod datur ocij. id eſt temporis, in quo poſsimus aliquid operari. Sed quia hi qui ſtudijs literarum operam dant, neceſſe eſt, ut cæteris negocijs uacui ſint, factum eſt, ut ocium pro literario ſtudio accipiatur. Cic. Quid dulcius eſt ocio literario? id eſt ſtudio, & (ut ita dicam) negocioſo ocio? Eſt ergo duplex ocium, aliud philoſophicum, aliud uulgare. Philoſophicum bonum & honeſtum. Vulgare ſeruile, cum deſidia & inertia ab honeſta exercitatione deſiſtimus.

Ŏcquĭniſco. ſcis. inclino, inquit Nonius. uide Oquiniſco.

Ōcrĕă, (κνημὶς, τὸ ἀντικνήμιον) dicta eſt, quæ crus tuetur, quòd (Varrone authore) opponatur cruri, uel quòd ſit inæqualiter tuberata, ut inquit Feſtus. Hinc

Ōcrĕātŭs, a. um. o. ſ. (κνημιδωτὸς) qui ocreis calceatus incedit. Plinius libro 35. capite 2. Ad reliquos uſus laborioſè euelluntur ocreatis cruribus.

Ōctāngŭlŭs, a. um. o. ſ. (ὀκτάγωνος) res, uel figura dicitur octo angulos habens.

Ōctāuŭm, ponitur aliquando tanquam aduerb. pro octies. Liuius 6. ab Vrbe.

Ōctŏgĕnŭs, a. um. Plinius lib. 9. cap. 51. Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur. id eſt octozinta.

Ōctōbĕr, bris. m. t. (πυανεψιών) menſis dictus eſt, quòd octauum locum teneat.

Ŏctōnŭs.

Octōnŭs,a,um. (ὀκτὼ) ab numero. Varr. Nutri care octonos porcos paruulos primo poſſunt.

Octŏpēs,piſcis polypus, à numero pedum.

Octŏphŏrŭm,ri.n.ſ.pe.cor. uehiculũ octo rotas habens,(ὀκτάφορον) Suet. de Calig. Interdum adeò ſegniter & delicatè inceſsit, ut octophoro ueheretur.

Ŏcŭlātŭs,a,um.o.ſ. (πολυόμματος, ὀμματωδὰς) modo dicitur qui per totum corpus oculos habet. Modo dicitur qui oculos habet uigilantes, & qui cuncta perſpiciat, & callidus ſiue præſens eſt. Plautus in Trucul. Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem. Plin. locum oculatiſsimum appellant cõſpicuum, lib.34.cap.6.

Ŏcŭlĕŭs,a,um. o. ſ. πανόπτης, πολυόμματος. plenus oculis. Plaut. in Aul. Quos ſi Argus ſeruet, qui totus oculeus fuit. Per translationem ponitur pro perſpicaci, quaſi qui ex oculis conſtet. Apuleius, Perſpicatiorem ipſo Lynceo uel Argo, & oculeum totum.

Ŏcŭlis captus, cæcus dicitur. ἀλαός.

Ŏcŭlĭtŭs,pen.cor.aduerb. ὀφθαλμηδόν. ſicut medullitus, animitus fingitur, quo ſignificatur tam charum eſſe quàm oculum. Plaut. Qui amat ancillam meam oculitus.

Ŏcŭlo.as.a.p. ab oculis fieri puto. ὀμματόω. Tertullianus in Apologet. Sed quia iam expolitos & ipſa urbanitate deceptos in agnitionem ueritatis ocularet. Hinc inoculo, & exoculo, (ἐξομματόω,) à quo exoculaſſo, ſis. quod eſt oculum eruo, Plaut. in Rud. Et hæc omnia ab oculus deducuntur.

Ŏcŭlātĭo.onis.f.t. in uitibus pro gemmarum ſuperfluarum deſectione. Plin.

Ŏcŭlŭs,li.m.ſ. (ὀφθαλμὸς, ὄμμα) dictus ab occulendo, quòd ciliorum teguminibus occulatur. Latent enim oculi ſub cilijs & genis. Sunt autem oculi pars corporis precioſiſsima, in quibus (ut Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odij exiſtunt. Per translationem poſuit Cicero in Lælio, Nec uero ille in luce modo atque in oculis magnus, ſed intus domiq; præſtantior. Dicuntur etiam oculi in arborum ſurculis, unde germinant. Cato cap.6. Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſerunto. Ab oculus fiunt, monoculus, unoculus, lanoculus. Et diminut. ocellus ὀμμάτιον. Perſius, Patranti fractus ocello. Ocellus meus, blandientis. Plaut. in Aſin.

Ŏcŭlŭm adijcere, (ἐπιβάλλειν τοὺς ὀφθαλμοὺς) eſt cupiditate rei uiſæ teneri. Oculi etiam de ſtellis dicuntur. Plin. lib.2.cap.5. Inde tot ſtellarum collucentium illos oculos. Idem libro 14. cap. 15. notat caudæ pauonis oculos appellat. Idem libro 7. cap. 18. rotundas pantherarum maculas oculos appellat.

Ŏcȳmŭm,mi.n.ſ.pe.cor. ὤκιμον. herba ad boum pabulum ſata, qua ciebant aluum bobus. Dictum nomen à celeritate naſcendi, hoc eſt ab ὠκὺς. quod ualet citò, ut inquit Var. lib.1. de re Ruſt. cap.31.

Ŏcyŏr,oris.com.t. (ὠκίων, ὠκύτερος) & ociſsimus. (ὤκιστος, ὠκύτατος.) Latina nomina, pro celerior, celerrimus: fiunt à poſitiuo Græco ὠκὺς, quo Latini carent. Plin. lib.2. Mercurij ſidus inferiori circulo fertur nouẽ diebus ocyore ambitu. Hinc fiunt aduerbia, ocyus & ocyſsimè quanquam & ocyter dicatur pro citò & perquam promptè.

O ANTE D.

ODē,es, ſiue Oda, æ. f. p. (ᾠδὴ) cantus Latinè dicitur. ὁδὸς uero uia.

Ōdēŭm, alij Ōdæŭm, æi. n. ſ. (ᾠδεῖον) pars ædificij. Cice. ad Attic. lib.4. Monimentum illud, quod tu tollere laudib. ſolebas, ut odæum laxaremus. Vbi interpres, Odeum pars ædificij, authore Vitruuio, quæ Latinè dici cantilenarium poteſt: de quo Pauſanias, & cæteri. Vide Odium

Ōdi, (μισῶ, ἐχθαίρω) uerbum defect. & neut. (ut priſcianus inquit) neque præſens, neque futurum, neq; participiũ habet, ſed tam præſentis, quàm præteriti tẽporis ſignificationem tenet. Significat autem odi, odio habeo, & habui. à quo oſus. unde exoſus, & peroſus. & oſor, de quibus alibi.

Ōdĭnŏlȳōntĕs, (ὠδινολύοντες) à nonnullis Græcorum dicitur remora piſcis. ſic appellatur ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας. id eſt, à ſoluendo dolores partus. Plinius lib.32.cap.1.

Ŏdĭōſŭs,a, um. o. ſ. (μισητὸς) qui odio habetur. Cice. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium. Aliquando capitur pro moleſto, (λυπηρὸς, ἐπαχθὴς.) Terentius in Phorm. Si porrò eſſe odioſi pergitis. Odioſè aduerb.

cum

cum odio, uel tædio. Plaut. in Pœn.

Ŏdĭŭm, dij. n. ſ. (μῖσος ἔχθος) ira inueterata, ut inquit Cicero lib. 4. Tuſcul. Interdum capitur pro inſtantia, aſsiduitate, moleſtia, faſtidio. ἀνχίνια, ἐνόχλησις. Terent. in Eun. Neq; agri, neq; urbis odium unquam me percipit. id eſt moleſtia, faſtidium, uel ſatietas præoccupat. Odium mitigatur, deponitur, tenetur, ſedatur. Cicero.

Ŏdiūm etiā, pen. pro. ſiue quod idem eſt, odion, nomen loci à cantu nomen habens. In eo enim muſica certamina ſpectabātur. Græcè ᾠδεῖον. Vide Odeum.

Ŏdŏr, oris. m. t. (ὀσμὴ) literæ commutatione dicitur pro olor. hinc notum eſt, quid ſignificet oleo. Dicitur & odos pro odor, ſicut honos, lepos. Odor, inquit Plinius lib. 9. cap. 7. eſt infectus aër. Per translationem quandoq; ponitur pro iudicio: ut Odor dictaturæ, ait Budæus. Odores & aromata pro eodem accepit. Colum. lib. 12. cap. 20.

Ŏdŏrāmēntŭm, ti. n. ſ. (ὄσφρησις, ἄρωμα) odoratio ipſa, ſiue quod odoris gratia tenemus. Plinius lib. 21. cap. 27. Omnium odoramentum, atq; adeò herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco.

Ŏdŏrārĭŭs, rij. n. ſ. ſubſtantiuum (ἀρωματοπώλης) qui odores conficit, uenditq;. Adiect. autem, quod ad odores pertinet, ut Odoraria myrrha. Plinius.

Ŏdŏrātŏr, oris. m. t. (ὀσφραντικὸς) qui odorem ſequitur, ut canis, qui & Odoriſecus dicitur.

Ŏdŏrātŭs, a. um. (εὐώδης) quod aliunde accepit odorem, ut templum odoratū. Plin. Epiſt. lib. 2. Ante cryptoporticum xyſtus uiolis odoratus. Interdum ſumitur pro odorifero. id eſt, quod ex ſe odorem habet. Odoratus uerò, huius. atus. ponitur pro olfactu. Cice. 2. de Nat. Eorumq; iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, & ſpectatus.

Ŏdŏrĭfĕr, a. um. o. ſ. adiect. quod odorem reddit Plin. lib. 12. ca. 17. Eundē & ad ſerpentes fugandas urunt, in odoriferis ſyluis frequētiſsimas.

Ŏdŏrŏr, deponens, olfacio. (ὀσφραίνομαι) Per translat. ponitur pro odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentire, ut apud Ciceron. ad Att. Odorare diligentius quidnam futurū ſit. Odorari ſagacius, eſt diligenter inueſtigare, & indagare, Cice. Odorari, & deguſtare aliquem, eſt calidè & clàm explorare, quid habeat animi. Cic. ad Attic. lib. 4.

Ŏdōro, as. n. p. pen. pro. odorem reddo. Colum. lib. 9. cap. 4. Qui colaret, odoretq; mella.

Ŏdōrŭs, a. um. quod ex ſe odorē mittit, ut Odora pinus. εὔοσμον, ὀσφραντικόν. Aliquando pō nitur pro indagatore & ſagaci, Verg.

O ANTE E.

Œcōnōmĭă, æ. f. p. rei domeſticæ adminiſtratio. Quint. lib. 1. accipit pro diſpoſitione, oratoribus & poëtis maximè neceſſaria, ut quid quo loco dicendum, non ignorent.

Œcōnōmĭcă, orum. n. ſ. (τὰ οἰκονομικὰ) quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent. Vnde & Oeconomicus Xenophontis pulcherrimus liber eſt. Componitur ex οἶκος. quæ eſt domus, & νόμος lex. docet enim diſpenſatorem legem domus eſſe.

Œcōnōmŭs, mi. m. ſ. pen. cor. tam pecuniæ quàm frugum & omnium, quæ dominus poſsidet, diſpenſator, et rei familiaris adminiſtrator eſt.

Œnănthē, es. f. t. (οἰνάνθη) uitis labruſcæ florens uua. Dicta quaſi οἴνου ἄνθος. hoc eſt uini flos. Plinius lib. 20. cap. 29.

Œnănthĭnŭs, a. um. o. ſ. (οἰνάνθινος) pen. cor. quod ex œnanthe factum eſt: ut œnanthinum unguentum, quod ex œnanthe, hoc eſt flore labruſcæ fit. Plin. lib. 13. cap. 1. 14. 16.

Œnŏphŏrŭm, ri. n. ſ. pen. cor. uas uinarium, ad ferenda uina aptum, ab οἶνος uinum (ἀπὸ τοῦ οἴομαι.) quod eſt imaginor, & φέρω porto. Martial. Reddidit œnophori pondera plena ſui.

Œnŏpōlă, æ. com. p. (οἰνοπώλης) uenditor uini.

Œnŏpōlĭŭm, lij. n. ſ. (οἰνοπώλιον) taberna uinaria. Plautus in Aſin. Cum à piſtore panem petimus, uinum ex œnopolio.

Œſtrŭm, ſtri. n. ſ. (οἶστρος) Græcè, furor dicitur. Vnde Statius uocat œſtrum poëticum furorem. Oeſtrum etiam Latinè Aſilus, uolatile paruū, uulgò tabanus, ex ſoni ſimilitudine dictus, uel à tabe. Colum. lib. 9. cap. 14. ſcribit naſci in extremis partibus fauorum, amplioris magnitudinis quàm ſunt apes cæteræ, eoſq; nonnulli putāt eſſe reges. Verum Græcorum authores οἴστρους appellant ab eo, quòd exagitent, nec patiantur examina conquieſcere.

Œſȳpŭs

Oetypus, (οἰσυπ@, οἴσυπη) ab oue dictum eſt, quam Græci ὄϊν uocant, quaſi ὄϊων ῥυπόν. id eſt ouium ſordes. Plinius libro 29. cap. 2.

O ANTE F.

OFfa, æ. f. p. per duplex ff. (μάζα) conſtat ex carne ferè porcina Lucanica, quam facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres à Lucanis didicêre. Vnde offam porcinam cum cauda, offam penitam dicebant. unde eſt illud Iuuen. Et patruo ſimiles effunderet offas. Offa etiam cibariũ ex fruſtis panis, in iure pingui, caſeo uetere, pipere & cinnamomo conditis. Offa & pultem ſignificat, & quicquid eſt in pultis modum redactum. Poteſt etiam fieri offa ex alijs rebus. Varro lib. 3. de re Ruſt. Cibatui offas poſitas, hæ maximè glomerantur ex ficis & farre mixto. Ponitur quandoq; offa pro maſſa. Plin. lib. 4. cap. 48. Ab offa fit

Offarius, rij. m. ſ. coquus qui conficit offas. μαζοποιός.

Offatim, aduerbium, particulatim. κατὰ μερίδας.

Offectores, uide ſuprà in dictione Infectores.

Offella, æ. f. p. (μαζίον, ζωμίδιον) dimin. fruſtulum carnis erit, puta librale, in quod caro conciditur. Vitulina, à uitulo, quam ad ignem ueribus uerſantes ad eſcam paramus. Seruius hanc dictionem ſimplici f ſcribendam docet, nec refert in carmine, an proſa, ſicut à mamma mamilla.

Offendiculum, li. n. ſ. impedimentum, obſtaculum. προσκοπὴ, πρόσκομμα. Plin.

Offendimentum, ti. n. ſ. ligaturæ nodus, quo apex retinebatur, cum perueniſſet ad mentum.

Offendix, icis. m. t. idem quod offendimentum.

Offendo, dis. di. ſum. ex ob & fendo, quod non eſt in uſu, ſicut & defendo, ſignificat incurro in aliquid, ſiue incido. & eſt propriè animi & corporis. περιπίπτω, προσκρούω, περιτυγχάνω, καταλαμβάνω. Et pro lædere, (ἀδικεῖν) uſurpatur. Col. lib. 5. cap. 9. Deinde arando ne coxam bos, aliã ue partem corporis offendat. Et offendere, eſt inuenire, ſed opinionẽ. Cic. de Rep. Item ponitur pro percutere, & uerbis iniuriam facere. Offendere apud aliquem, eſt infeliciter agere, ita ut nõ probetur is qui agit, hoc eſt in malam opinionem incidere. Cice. pro Cluen. Offendere apud iudices, eſt condemnari, inquit Budæus. Quandoq; eſt peccare, errare. Liu. Offendere abſolutè etiam Cic. in Verrem pro infeliciter agere ſumit.

Offenſus, a. um. o. ſ. quandoq; participium eſt, quãdoq; nomen ex participio, pro inuiſo. Suetonius in Iul. Cæſ. Pompeium aſſectatus eſt, offenſum patrem. Offenſior inuenitur pro irato. Suetonius in Claud. Cæſ.

Offenſa, æ. f. p. offenſio, offendo. inis. & offenſus. in uno ſignificato accipiuntur. προσβολὴ, παράπτωμα. Lucretius, Non igitur mulis offenſibus in temerando. Offenſa tamen actiuè ſumitur. Cic. Cum tot eius offenſas pati non poſſem, diſceſſi. Offenſio plerunq; paſſiuè. Idem, In corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio. id eſt omnis moleſtia & paſſio. Offenſa opponitur gratiæ. Quint. lib. 4. cap. 1. Eſſe in offenſa, eſt offendere. Offenſioni eſſe, eſt moleſtiam offerre. Offenſiones belli, ſunt damna, & pericula. Offenſiones ex morbis, ſunt læſiones & dolores.

Offenſaculum, li. n. ſ. (πρόσκομμα) eſt id quod ponitur, ut aliquis in ipſum incidat, uel impingat. ab offenſa nomen deductum.

Offenſatio, onis. f. t. (ἀπόταξις) obſtatio ſeu obuiatio, ab offenſo. as. (προσκρούω) frequentatiuo uerbo. Liuius 5. Bell. Pun. Flere omnes repente, & offenſare capita. Illius autem uerbalis offenſio, formatio legitima eſt. Defenſito quoq; frequentatiuum eſt uerbi defendo, ut apud Ciceronem: Si igitur non poterit, ſiue cauſas defenſitare.

Offenſator, oris. m. t. ἁμαρτητικὸς, προσκόπτων εἰωθὼς, ὁ μὴ κατορθωτικὸς, ὁ ἀποτευκτικὸς) qui in re quacunq; ſæpe excidit, ab eo quod ſuſcepit, & quod efficere contendit, ſiue qui offendicula incurrere ſolitus eſt, ut offenſator equus. Quint. lib. 10. ca. 3. At ſi in legendo offenſator fuerit, inhibetur curſus.

Offenſiuncula, læ. f. p. (προσκομμάτιον) paruà offenſio. Cic. pro Planc. Vidit M. Piſonem in iſta ædilitate offenſiuncula accepta.

Offercio, is. a. q. impleo. ἐμπλήθω. à quo offertiſſimus, id eſt pleniſſimus. Plaut. in Aſin. Aliquando eſt pinguiſſimus. Plaut. in Capt. Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimã.

Offero, ers. a. inconſequent. propriè exhibeo, ſiue præſento. προσφέρω. Teren. Heaut. Opportunè

tunc te mihi offers. Interdum eſt ſponte do. ἀνατίθημι. ut offerre meam amicitiam cuipiam, ἐπιδίδωμι ἐμαυτὸν εἰς φιλίαν τινός. Hinc Oblationes dicuntur, quæ dijs offeruntur. (ἀναθήματα.) Interdum inferre. Cic. 3. Offic. Reginæ ſtuprũ obtulit. Interdum immittere. ἐπάγειν. obycere, (προφέρειν) ut apud eundem in Læl. Addendũ eodem eſt, ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Interdum polliceri. ὑπισχνέομαι Iuſtin. Cum ei auxilium obtuliſſet. Aliquando pro opponere. Cic. ad Brutum, Romam ut ueni, ſtatim me obtuli Antonij ſceleri, atq; dementiæ. Offerre uitium uirgini, eſt uiolare, & uim inferre. Offerre religionem, eſt inijce re ſcrupulum. Cic.

Offĕrūmentās, per quandã translationẽ Plau. in Rud. dixit plagas, percuſsiones & flagella, quòd ea ſcapulis & tergo offerãtur, cum quis fuſte cæditur.

Offĕrūmentă, orum. n. ſ. Veteres dicebant oblationes, quæ dijs offerebantur, authore Feſto.

Officiālis. & hoc le. om. t. (τὸ περὶ καθήκοντος) quod ad officium pertinet, uel quod de officio tractat. Lactan. lib. 6. Quid M. Tullius in ſuis officialibus? Officialis miniſter magiſtratus uocatur.

Officīnă, æ. f. p. penul. prod. locus ubi aliquid fit, hoc eſt, in quo artifices opera faciunt. ab efficiendo dicta. ἐργαστήριον. Cice. in Philipp. Armorũ officinas in urbe uidetis. Hinc officinator à Vitru. li. 6. pro fabro ponitur. Taberna uerò ubi aliquid uẽditur, cũ alibi factũ ſit: licet quandoq; officina pro taberna ponatur.

Offĭcio. cis. a. t. (βλάπτω) ex ob, contra & facio, quaſi noceo dicitur. Inuenitur antiquè accuſatiuo iunctum. Plau. in Trucul. Iam hercle ego te hic affatim officiã. Vnde per antiphraſim officiũ quidam dici uolunt. Aliquando officere, idẽ eſt quod efficere. Eſt etiã quando officere ſignificat inficere: unde Offectores, colorũ infectores dicuntur. Officere luminibus (ἐμποδίζειν τῷ ἀνόψῳ), hoc φωτὶ ἐπιπροσθεῖν apud Iuriſperitos pro obſtruere luminibus.

Offĭciōsŭs, a. um. o. ſ. qui libenter uel probe officium, ſeu beneficium alicui exhibet, ſiue qui obſequi alteri multũ ſtudet. θεραπευτικός, εἰς θεραπείας ἕτοιμος. Cic. Octauio, Hominẽ prudẽtem & officioſum cognoſces. Capitur aliquando in malam partem. Officioſus dolor. νενομισμένη λύπη. à Cice. lib. 1. Tuſc. dicitur, qui ex iuſta cauſſa ſuſcipitur, & cuius probabilis ratio reddi poteſt. Hinc Officiosè aduerb. Cic. ad Att. lib. 13. Quæ inimico animo ferant, cum utriq; officiosè pareat.

Offĭcĭŭm, cij. n. ſ. (τὸ καθῆκον, τάξις, τὸ γινόμενον) ab efficiendo, uel ab officiendo dicitur, quod quiſque efficere debet pro conditione ſuæ perſonæ. In quo animaduertere oportet, quid loco conueniat, quid tempori, quid rerum aut perſonarum dignitati. Dicimus Latinè, facio officium meum, & fungor officio meo, obeo officium, exequor officiũ meũ, perſoluo officium alicui, receptũ præſto officiũ, ſeruo officium, retineo officium, ſatisfacio officio, uſurpo officium, intermitto officium, Ambr. li. 1. Offic. Legimus officiũ dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret, quandoquidem officium ab officiendo dictũ putamus, quaſi efficiũ, ſed propter decorem ſermonis una immutata litera, officium nuncupari. Vel certè ut ea agas quæ nulli officiant, proſint omnibus. Poteſt etiam dici & rectè, ut ab officio. is. officium deriuetur, ita ut ob, non contra, ſed circum ſignificet, ut circa quod faciendum eſt, innitamur. Officium autem generatim loquendo, cum ad omnes homines pertineat (ſiquidem Cic. de Offi. ſcripſit itẽ & Ambroſius) quantũ intelligo, eſt congruus actus uniuſcuiuſq; perſonæ. Vel id eſt, in quod quiſq; incumbere debet, ut ipſum ſicut charitas poſtulauerit, quoad potuerit, effectum reddat. τὸ νενομισμένον κατορθοῦν. Vnde cum facimus quod debeamus quia benefacimus, inde officium etiã beneficium dictum eſt. Cicero libro 2. ad Heren. Si plura aut maiora officia, quàm maleficia uidebuntur conſtare. Capitur interdum officium pro honore: ut, Circumſtabant Cæſarẽ ſenatores ſedentem in aurea ſella officij gratia. Magiſtratus quoque officium dicitur. Quandoq; accipitur pro alicuius artis ratione. ἔργον. ut officium grammatici, officium medici. Et cum ad uirtutem pertineat, ut hominis officium eſt pietatem colere: dicimus tamen interdum, lenonis eſt officium inſidiari pudicitiæ. Et eſt officium duplex. Alterum perfectum,

quod Græci κατόρθωμα uocant, quod & omnes numeros uirtutis continet. Alterum medium, pertinet ad inſtitutionem uitæ communis. Summo officio præditus homo, is dicitur, qui eſt officioſiſsimus, uel integræ uitæ, uel quia omnino id quod decet, ſtrenuè facit. Cicero 3. Verr.

Offigo, Plaut. in Moſt. Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia. cõpoſitũ eſt à figo.

Offirmo, as. a. p. (διαβεβαιοῦμαι) firmum propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinatè. Teren. in Heaut. Age quæſo, ne tam offirmes te Chreme. Propriè autem offirmare eſt ualde ſeu perfectè contra aliquem firmare.

Offlecto, circum uel contrà flecto, ἐπικάμπτω. Plaut. in Aſin. At ego hinc offlectam nauem.

Offōco, as. a. p. (διαπνίγω) pen. prod. aquam in fauces do ad ſorbendum. Quidam non offoco, ſed offuco dicunt.

Offringo, is. a. t. (πτελιλάω) ex ob & frango, quod fractum eſt contrariò frango. Feſtus, Offringi terra dicitur, quando iterum tranſuerſo ſulco aratur.

Offūciæ, arum, f. p. dicuntur fallaciæ, ſimulationes rerum. (παραφυάδες) Plau. in Moſtel. Neq; aliam ullam offuciam.

Offŭlă, æ. f. p. dimin. ab offa. (ψωμίδιον) Suet. in Clau. Rogo uos, quis poteſt ſine offula uiuere?

Offundo, is. a. t. circumfundo, obſcuro, obcæco, ſiue operio, maculo ûe. (ἐπισκοτίζω, καταχέω) Cice. pro Roſc. Erant qui tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris. Aliquando offundere, eſt inijcere. Idem, Hic terror et hæc doctorum animis offuſa caligo eſt.

Offuſco, as. aui. atum. act. p. obſcuro, denigro, & quaſi fuſcum reddo.

O ANTE G.

Oggānnĭō, is. n. q. multum dico, inculco, (ἀντικνυζῶμαι.) Plautus in Aſin.

Oggĕro, is. pen. cor. uide in dict. Gero.

Oggrăſsārī, d. p. pro gradi uſurpatur. (ἐγκαταςπίζειν.) Plautus, Niſi cum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu.

O ANTE H.

OH, interiectio, qua utimur ubi ex interuallo notos uidemus, Comicis uſitata. Teren. in Adelph. Oh qui uocare? Eſt etiam admirantis cum contemptu quodam. Idem in Andr. Oh tibi ego ut credam furcifer? Aliquando affirmantis cum certitudine quadam. Idem in Eun. Oh, qui egomet produxi. Dolentis & reprehẽdentis, & exultãtis ob rem bene geſtam. Plau. in Moſtel. Oh, probus homo ſum, qui pro me cauſam diceret, &c. Oh, oh, exultantis eſt. Plautus in Moſtel. Oh, oh, ocellus es meus, tuus ſum alumnus, &c.

Ohē, (ὦ, ἅλις) interiectio exclamantis, & ſatietatem uſq; ad faſtidium deſignat, & iubet modum imponere. Prima ſyllaba communis. Martialis. Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle.

Ohō, interiectio admirantis aliquid fieri repente. Plaut. in Pœn. Oho amabò, quid illuc nunc properas?

Oinŏmĕli, (οἰνόμελι) uide in Mulſum. Oenomeli Latinius proferetur.

O ANTE L.

OLĕă, & Ōliuă, æ. f. p. ἐλαία. pro arbore. Verg. 2. Geor. Sed truncis oleæ melius propagine uites Reſpondẽt. Similiter et pro fructu, olea, & oliua dicitur. Vnde olea conditiua Varroni dicitur, quæ ad condiuum aſſeruatur. Vnde & pro liquore oleum, & oliuum (ἔλαιον) dicimus. Oleum ab olea, oliuum ab oliua.

Ŏlĕāceŭs, a. um. (ἐλαΐνος) quod eſt ſimile oleæ, ut lignum oleaceum, liquor oleaceus. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ŏlĕāginŭs, a. um. (ἐλάινος) pen. cor. quod ex olea arbore eſt, ſicut faginus, à fago. Vergil. Truditur è ſicco radix oleagina ligno. Dicitur etiã oleaginum, quod eſt coloris olei. Plin. Dicitur & Oleagineus, a. um. Varro lib. 1. De re Ruſt. Demum in oleagineis ſeminibus arbores uidendum.

Ŏlĕāris, & hoc re. om. t. (ἐλαϊκὸν) quod ad oleum pertinet. Plini. libro 34. cap. 14. Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ aquæ differant. Sic Oliuaris, & hoc re. Seruius, Tapetis autem molis oliuaribus.

Ŏlĕārĭŭs, a. um. & Ŏliuārĭus, a. um. quod ad oleum pertinet. Vt olearia & oliuaria cella. Columella libro 2.

Ŏlĕārĭŭs, m. ſ. qui oleum facit uel uendit, (ἐλαιοπώλης.) Colu. lib. ultimo, Periti ſsimi olearij uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri.

Ŏlĕāſter

Ŏlĕaſtĕr, ſtri. m. ſ. olea ſylueſtris, (ἀγρία ἐλαία, ἀγριελαία.) Verg. Indicio eſt tractu ſurgens » oleaſter eodem Plurimus. Huius diminutiuum eſt oleaſtellus. χαμελαία. Columel. lib. 11. capite 49.

Ŏlĕaſtrĭnŭm, ni. n. ſ. dicitur oleum, quod ex oleaſtro fit, ἔλαιον ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας.

Ŏlĕātŭs, a. um. quod eſt factũ cũ olea. (ἐξ ἐλαίας.)

Ŏlĕĭtas, atis. f. t. tempus legendarum olearum, & fructus oleæ. Cato de re Ruſtica cap. 68. Vbi uindemia & oleitas facta erit, prela extollito. Oleoſus, adiect. quod eſt plenum oleo. Plin. Semen oleoſum. Ponitur & pro pingui. Pli. li. 18. ca. 9. Ibi quod ſupernatat, butyrũ eſt oleoſum natura. Oletũ, ti. locus oleis conſitus.

Ŏlĕntĭcă, dicuntur mali odoris.

Ŏlĕo. les. oleui. & olui. oletum, uel olitum. n. ſ. odorem ſpiro, & emitto, (ὄζω,) & conſtruitur frequenter cum accuſatiuo, ferè cũ omnibus ſuis cõpoſitis, in quo ſignificationẽ eorum neutralem tranſitiuam eſſe deprehendere licet. »Horatius, Vina ferè dulces oluerunt mane »Camœnæ. Aliquando cum ablatiuo. Ouidi»us: Perq; lucos ſacros, & olentia ſulphure fertur. Eſt autem mediũ uerbũ: nam bene olere, iucundè olere, male olere dicimus. Inuenitur etiam olo, olis, Plautus: Olunt ædes Arabicas. Eius naturæ ſunt compoſita, uideli»cet Redoleo, ἀπόζω, quod idem eſt quod oleo. Aboleo, adoleo, exoleo, inoleo, de quibus ſuprà. Oboleo, graueolentiam odoremq; tetrum reddo. Suetonius in Cali. Ille antidotum oboluiſſet, quaſi ad præcauenda uenena ſua ſumptum. Peroleo, ualde oleo. Suboleo, quaſi oleo, & odorem ſentio. Per tranſlationem ſubolere ponitur pro demonſtrare, & de aliqua re ſentire, quaſi quæ male ſentiat, αἰσθάνομαι. Plautus in Caſsina, Subolet iam uxori, quod ego machinor. Dicitur etiam graueoleo, ſuaue oleo. Ab oleo fit oleſco, quæ inter ſe differũt, quod oleo habeat ſignificationẽ naturalem trãſitiuã: oboleſco, paſsiuã innatam.

Ŏlētŭm, ti. n. ſ. (ἐλαιὼν) idem quod oliuetum, ut ſuprà dictum eſt, ab olea (ut eſt apud Cat. de re ruſt.) Eſt autem ſumptum ab oleo. Item ſtercus humanũ, τὸ ἀποσκυβαλόμενον τοῦ ἀνθρώπου, ἡ κόπρος, ἡ ἀποσκυνή. Veranius: Sacerdotula in ſacrario fecit oletũ Propriè tamẽ capitur pro loco, in quo meijmus, atq; excernimus.

Ŏlfăcĭo, olfacis, olfeci, olfactum, quod & olefacio dicitur, ſignificat odoro, ὀσφραίνομαι. Plin. lib. 11. Quo nam modo olfaciant Delphini, mirum. Per tranſlat. ponitur pro ſubodorari, ſiue præſentire. Teren. in Adel. An non ſex totis menſibus Prius olfeciſſem quàm ille quicquam cœperit?

Ŏlfăcto, tas. n. p. (προσοσφραίνομαι) frequent. ab olfacio, odoror. Plin. lib. 10. cap. 4.

Ŏlfāctŭs, cta. ctum. partic. & olfactus. us. ὄσφρησις, ſenſus odoris per nares ſubminiſtratus.

Ŏlfāctōrĭŭm, rij. n. ſ. florum, uel odorum faſciculus, delectandis naribus, uel olfactus gratia comparatus. Plin.

Olibantum, ti. n. ſ. menſura uinaria rotunda nominabatur. Melius Cilibantum, uide Cillibæ.

Ŏlĭdŭs, a. um. penult. cor. quod tam bonum »quàm malum odorem habet, ὀσμώδης. Mar»tialis, Olidæq; ueſtes murice. Horatius libro Epiſt. in malum dixit.

Ŏlĭm, (ἐκ παλαιοῦ, πάλαι) aduerbium temporis non ſolum præteritum tempus, ſed etiam »præſens, & futurum denotat. De præſenti. »Vergilius: Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat »amores. De futuro. Quintil. Qui olim nominabuntur. Ponitur etiam pro aliquando. Curtius: Olim enimuero mero ſenſibus uictis ex lecto ſæpe conſurgit. Ponitur quandoq; pro nuper. Terentius in Andria: Alium eſſe cenſes nunc me, atq; olim cum dabam? Pro »ante, & pro quouis tempore. Vergilius 2. »Geor. Hic tibi præualidas olim multoq; fluentes Sufficiet Baccho uites. Olim particulam fabulæ propriam eſſe, ait Donatus.

Ŏlĭmĭām, iam longo tempore. πρόπαλαι, Quintilianus: Olimiam imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum quærit.

Ŏlĭtŏr, oris. m. t. pen. cor. qui olerũ hortum exercet, qui & hortulanus dicitur, κηπωρός. Similiter olitor, λαχανοπώλης, qui olera uendit. Cic. ad Tyro. li. 16. Sic olitorem ipſum cõmouebis.

Ŏlĭtōrĭŭs, a. um. (κηπευτικός) quod ad olera pertinet, ut forum olitoriũ, ubi uenduntur olera. Horti olitorij, & oſtia olitoria, quæ dicuntur oſtia hortorum.

Ŏlĭuārĭŭs, a. um. quod ad oliuam pertinet. Columel lib. 12. cap. 47. Oliuaria metretæ.

Ŏlĭuētă,tæ.ſ.p. (ἐλαιόφυτα) ab oliua dicebatur, ſicut à uino uindemia.

Ŏlĭuētŭm,ti.n.ſ.locus in quo oleæ conſitæ ſunt, ἐλαιών. Colum.lib.5.

Ŏlĭuīnă,næ.ſ.p.reditus olei,aut olei maxima copia.Plautus in Pſeud. Cuius amatores domi oliuinam habent maximam.

Ŏlĭuĭtās,atis.ſ.t.oleæ fructus,ἐλαία.Var. Dicitur etiam oliuitas,ſiue oleitas,ſiue oleata,tempus legendarum oliuarum.Colum. Oliuifer, adiect.quod oliuam fert.Martial.lib.12.Bœtis oliuifera crinem redimite corona.

Ŏlĭuo,as.n.p.oliuarum uindemiam ago,ſiue oliuas colligo,ἐλαιολογῶ. Plin.lib.15. ca.3. Quippe oliuantibus lex antiquiſsima fuit.

Ŏllă, læ.ſ.p. (χύτρα) genus uaſis, ait Nonius. pro quo antiqui dicebant aula,quia nullam literam geminabant, inquit Feſtus. Ab olla fit diminutiuum ollula.Var.

Ŏllāris, & hoc ollare. om. t. unde ollares uuæ dicuntur, quæ in ollis fictilibus optime condiuntur.χυτρεοῖ.de quibus Colum.lib.12.ca.43.

Ŏllārĭă,riæ.ſ.p.temperatura æris.Plin. lib.34.

Ŏlli,& Ollic:pro illi,& illic,ſcripſerũt ueteres.

Ŏlŏlygōnēs,ὀλολυγόνες.pe.cor.mares ranæ,quo tempore uocẽ mittentes, cient ad coitũ fœminas.Fit à uerbo ὀλολύζω,quod ſignificat ululo.

Ŏlōr,oris.m.t.κύκνος.uide in Holor.

Ŏlŭs,eris.n.t.dicitur omnis herba ſatiua,quæ in uſu cibario eſt, ab alendo, quòd oleribus alerentur homines, antè quàm fruges uel carnes eſſent, λάχανον. Hinc oleraceus, adiect. ut oleraceus frutex,hoc eſt herba olerum modo fruticans. Huius dimin. eſt oluſculum λαχανάριον.Horat. Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. Quidam hoc nomen aſpirãt, atq; Varro deducit ab olla.

Ŏlŭs ātrŭm, ſiue in compoſitione Olyſatrum, alio nomine ἱπποσέλινον dictum,quod folia habeat ſubnigriora, propter quod Columella pullum olus appellat, Atq; oleris pulli radix. Quidam petroſelinon uocant, quòd inter petras, & iuxta maceriam ſeri à ueteribus conſueuerit. uide Plinium lib.19.cap.8.

O ANTE M.

OMāsŭm,ſi.n.ſ.pen.pro.eſt pinguius atq; craſsius inteſtinum quod nonnulli bubulum eſſe credunt, ἐχῖνος Ariſt.Horat. in Serm.Seu pingui tentus omaſo.

Ombria,æ.ſ.p.gemmæ ſpecies,quam nonnulli Notitiam uocant.

Ŏmĕn,inis.n.t.augurium,quod fit ore,quaſi oremen,οἰωνὸς,κληδών, φήμη,σύμβολον,ὀιώνισμα. Eſt enim futuræ rei pronunciatio ori hominis incidens, diuino tamen furore: & tam de bono quàm malo dicitur. Hinc ominoſus, qui omen malum portendit. Plin.Epiſt.14.lib.3. Ominoſa res accidit. id eſt malum omen portendens. Dicimus uenuſtè, accipere omen: accipere in omen terroris,& uictoriæ & ſimilium: & conijcere omen in aliquem.

Ōmentŭm,ti.n.ſ.membrana tenuis & pinguis, qua integuntur uentriculi, & uniuſcuiuſque membri interioris ueſtitus, τὸ ἐπίπλοον. Perſius, Tot tibi cum in flammas iunicũ omenta liqueſcant.Vnde & pro membrana, quæ totum inuoluit cerebrum ponitur. Macrobius. Hinc omentatus, ta, tum. quod eſt pingui omento fartum ἐπιπλώδης.

Ōmĭnŏr,aris.d.p.pen.cor.auſpicor,omẽ capio, φημίζω, οἰωνοπολέω. Curtius: In illo periculo Macedones ominati eſſe uidebantur. Hinc abominor, de quo ſuprà. Antiqui omino, as, dicebant. Pompon. Ita ſit & tibi bene, qui recte ominas. Hinc Ominator, qui omen capit, uel qui præeſt ominibus capiendis. Plautus.

Ŏmitto, tis. a.t. (ἀποτίθεμαι,παρίημι) ex ob & mitto,ſed b abijcitur contra regulam. Quidam tamen per b ſcribendum putant,ſed non proferendum. Et eſt omittere,rem aliquã penitus dimittere,relinquere, ac præterire. Remittere uerò, & intermittere, aliquo certo tempore dimittere. Teren.in Adel.Nũc ſi hoc omittam, actum agam. Ponitur omiſſus aliquando pro negligente, languido ac remiſſo. Idem in Heaut. Vbi te uidi animo eſſe omiſſo. Huic contrariũ eſt attendo,προσέχω.Omiſsior ab re, dicitur qui lucrum negligit. Idem in Adelph.At enim metuas,ne ab re ſint tamen Omiſsiores paulò.

Ōmmăneo,es.n.ſ.(καταμένω)diu maneo.

Ōmnĭfărĭăm, (πανταχῆ) aduerb. id eſt omnibus modis, ſiue omnis generis. Gell. lib. 12. ca.13.Cum uerò omnes terras omnifariam,& undiq; uerſum circũfluat, nihil citra eum eſt.

Omnifarius, a. um. o. ſ. παντοῖος, dicitur ſicut pluriſarius, quo Suetonius utitur.

Omnigenus, a. um. pen. cor. ex omni genere, παντὸς γένους, παντοῖος. Verg. lib. 8. Omnigenûm Deûm monſtra.

Omnimodus, a. um. (παντὶ τρόπῳ) pen. cor. omnium modorum.

Omnimorbus, a. um. (πανακὴς) quod omnibus morbis ſubuenit, unde omnimorbam herbam quidam maluam appellant.

Omniparens, entis. m. t. pen. cor. qui omnia genuit, παντοτόκος. Verg. 6. Aen.

Omnipotens, entis. m. t. pen. cor. omnia potens compoſitum eſt (ut docet Priſcianus) ex tribus corruptis, ſcilicet omni, potis, & ens, qui omnium potis eſt, παντοκράτωρ. Verg. 1. Aen. Sed pater omnipotẽs ſpeluncis abdidit atris. Hinc omnipotentia, παντοδυναμία, rerum omnium facultas.

Omnipudens, entis. om. t. pen. cor. quem omnia pudet, πανταιδήμων.

Omnino, aduerb. ſignificat prorſus, παντελῶς, καντάπασιν, πάντως. Vnde apud Iureconſul. omnino receſsiſſe dicitur is, qui receſsit animo permutandi domicilium. Ponitur aliquando pro etiam. Cic. ad Nigidium lib. 4. Perſeceratq; fortuna ne quid tale ſcribere poſſem, aut omnino cogitare. Sed omnino, pro ſed etiam. Cic. pro Quintio.

Omnis, ne. om. t. (πᾶς) diſtributiua dictio, eandem uim habet in ſingulari, quàm in plurali. omnis enim homo. ſignificat omnes homines. Differt tamen omnis à toto, quod omnis ad numerum refertur, totus ad quantitatem. Omnis de uniuerſis numero diſtinctis, ut omnis grex. Confunduntur tamen plerunq;.

Omnetenens, entis. m. t. pen. cor. qui omnia complectitur, παντοκράτωρ.

Omniuagus, a. um. pen. cor. per omnia uagus, παντοπλανής. Cic. de Nat. Deor. Quæ eadem Diana omniuaga dicitur.

Omniualens, entis. m. t. (παντοδύναμος) pen. cor. omnia ualens.

Omniuorus, adiect. Plin. lib. 25. cap. 8. Bibunt autem lac uaccinum, quoniam boues omniuoræ ſunt in herbis.

Omoplatæ, arum. f. p. (ὠμοπλάται) Celſus oſtendit eſſe duo oſſa lata, quæ utrinq; ad ſcapulas tendũt, quæ noſtri ſcoptura operta dicunt.

Omphacinum unum, (ὀμφακίας οἶνος) ex immatura uua factum) unde acor ex uuis Græcè appellatur ὀμφάκιον, & acerba uua, ὄμφαξ) Plinius in Prol. libri 23. Hinc omphacinus, a. um. quod ex omphace factum eſt.

Omphacium oleum, (ἔλαιον, ὠμοτριβὲς, ὀμφάκινον) quod fit ex immatura oliua, cuius medicinæ Plinius lib. 24. meminit, & lib. 12. cap. 28. eius confecturam docet.

Omophagi, orum. m. ſ. (ὠμοφάγοι) pen. pro. qui cruda carne ueſcuntur, ut Aetoli.

Omphalon, li. n. ſ. (ὀμφαλὸν) Græci dicunt umbilicum. unde Omphalocarpon, herba cuius ſemen umbilico ſimile deſcribitur. Plin. lib. 27. cap. 5.

Omutiſco, ſcis. n. t. ſine b, & ſimplici m, quamuis ex ob & muteſco componatur: & ſignificat mutus fio, ἀμυμῶμαι. Verg. libro 4. At uerò Aeneas aſpectu omutuit amens. Eſt præteritum ab obmuteſco, non ab omuteo, quod reperiri non puto, quia nemo exprimere uerè poteſt, mutus ſum, multo minus, mutus fui: niſi à Deo liberatus fuerit.

O ANTE N.

Onæ, arum. f. p. (ὦναι) ficus ſunt prædulces, quæ Tarenti tantum naſcuntur: ſic dictæ, quod propter bonitatem iure emi queant. ὠνὴ enim, Græcè dicitur emptio. ὠνέομαι, id eſt emo.

Onager, gri. m. ſ. (ὄναγρος) penult. corr. aſinus agreſtis. Componitur enim ex ὄνος, aſinus, ἄγριος ſylueſter. Varro: Aſinorũ duo ſunt genera: Vnũ ferũ, quos uocant onagros. Alterum manſuetum, ut ſunt in Italia omnes.

Onerarius, a. um. quod oneratur, uel onerari poteſt, φορτικός. Vnde naues onerariæ, quæ à geſtandis oneribus dictæ ſunt, & ob id tardæ, quemadmodum actuaria nauicula, quæ celeritate præſtat dicta eſt, quòd facile agi poſſit. Cic. 3. Verr. Eaq; in onerariam nauem ſuam conijcienda curauit.

Onero, as. a. p. onus impono, ἐπιφορτίζομαι, ἐπαχθίζω. Verg. 1. Aen. Vina bonus quæ deinde cadis onerârat Aceſtes. Transfertur etiam ad animum: ut Oneraſti me curis. Onerare præceptis, eſt mandata dare: onerare populum, eſt à populo pecunias exigere. Hinc oneratus &

onuſtus, πεφορτισμένος, ἔμφορτος, quæ id ſignificant, cui impoſitum eſt onus: ut onuſta frumento nauis. Cic. 1. Off. Huius uerbi compoſitum & contrarium eſt, Exonero, quod eſt onus detraho, ἀποφορτίζω, ἀποσκευάζω. Teren. Vos quoque amicos eius exoneraſtis metu. Et de fluminibus quoque dicitur, quæ ſe in mare exonerant. ἐκβάλλω.

Ŏnĕrōsŭs, a, um. o. ſ. φορτικός. plus eſt quàm oneratus: ſignificat enim quod eſt oneri, ſiue quod onerat & grauat. Verg. 9. Aen. Euryalum tenebræ ramorum, oneroſaque præda Impediunt. id eſt magni ponderis præda.

Ŏnīſcŭs, ſci. m. ſ. genus uermiculi arcuatim incedentis, pluribus pedibus. Nam Plinius multipedæ duo genera eſſe ait: Vnum arcuatim repens, Græcè ὀνίσκον uocari: Alterum ſcolopendram minorem, & ſepa, quæ non arcuatur. Dioſc. lib. 2. cap. 37.

Ŏnĭtēs, (ὄνυχος) genus marmoris. Plin. libro 36. cap. 7.

Ŏnŏcentaurŭs, ri. m. ſ. animal monſtruoſum, quod à parte ſuperiori hominis ſpeciē habet, à parte inferiori aſini præfert imaginem.

Ŏnŏchēlŏs (ὀνόχειλος) Latinè dicitur labrum aſini, genus herbæ. Plin. lib. 22. cap. 21.

Ŏnocrŏtălŭs, li. m. ſ. (ὀνοκρόταλος) auis eſt cygno ſimilis, dicta quòd collum in aqua mergens ſpiransque ueluti ruditum aſini edat. ὄνος aſinus, κρόταλος. Plin. lib. 10. cap. 47.

Ŏnŏmătŏpœĭă, æ. f. p. (ὀνοματοποιΐα) cum œ diphthongo, id eſt nominis fictio: ut balatus ouium, mugitus boum: ab ὄνομα, quod eſt nomen & ποιῶ fingo. A quibuſdam nominatio dicitur, qua cuiuſcunque rei nomen idoneo uerbo nominamus, imitationis aut ſignificationis gratia: ut ſunt Rudere, uagire, murmurare, ſibilare, &c.

Ŏnōnĭum, (ὀνώνις) urticæ genus multò cæteris mitius, & folijs ferè nihil mordentib. conſtat.

Ŏnŭs, oneris. n. t. (φόρτος, φορτίον, ἄχθος) pondus. Cic. pro lege. Manil. Inſula Delos, quò omnes undique cum mercibus atque oneribus commeant. Ponitur aliquando pro moleſtia, munere, prouincia, ſiue partibus & officio. Cice. in Verrem, Cur tuum onus ſuſtineo? Videtur ratio exigere ut aſpiretur, cum Varro dicat, honos ab honeſto onere: & honeſtus, quòd honus ſuſtineat Reipublicæ uerum uſus hodiernus refragatur. His autem uerbis in oratione pulchrè adhærere ſolet: Abijcere onus, alleuare onus, deponere onus, habere onus, imponere onus, opprimi onere, premi onere, ſuſcipere onus, & ſuſtinere onus, & tollere onus.

Ŏnychĭpunctă, gemma, quæ & Iaſponix (ἰασπόνυξ) dicitur, niues imitata.

Ŏnyx, onychis. (ὄνυξ) gen. maſ. gemma cuiuſdam ſpecies eſt humani unguis candorem referentis. Martialis: Calcatusque tuo ſub pede lucet onyx. Acron dicit eſſe metallum gemmæ ſimile, de quo parua uaſa ad unguenta faciebant, quæ à Porphyrione ampullæ marmoreæ dicuntur. Nam onychiten lapidem quidam dicunt eſſe marmoreum. Hunc quidam alabaſtritem lapidem uocant ad uaſa unguentaria, quoniam ea incorrupta optime ſeruat, ut ait Plinius. Apud Lucanum & Pappin. ſumitur pro ipſo marmore. Et pro uaſe tam fœmin. quàm maſc. generis eſt. De onyche uide Plinium lib. 37. cap. 6. & lib. 36. cap. 7. Ab onyx fit adiect. onychinus, a, um. ὀνύχινος penult. corr. quod pertinet ad onychem gemmam, uel quod ex onyche factum eſt. Onychina pyra à colore uocat Plin. quæ onychis, hoc eſt unguis ſimilitudinē & formā habeant. Eſt & onyx conchæ marinæ genus.

O ANTE P.

Opāco, as. a. p. pen. pro obumbro, cooperio, obſcuro, σκιάζω. Vergilius libro 2. Georg. Nunc alia frondes & rami matris opacant.

Ŏpācŭs, a, um. (σκιερὸς, δασύσκιος, ἀνήλιος) penultima producta, quod eſt umbroſum, ab operiendo. Vergilius: Ad fontes ſacros frigus captabis opacum. Hinc opacitas, atis. Colum. Pluſque nocet putris unda, quàm prodeſt opacitas.

Ŏpĕră, ræ. f. p. actio eſt, & labor, & induſtria operantis, ſeu operatio pro mercede ſumpta. ἐργασία, ἔργον. Cic. lib. 1. Offic. Operas quoque perſonas dicimus, quæ precio cōductæ aliquid operis faciūt. αὐτουργοί. ſicut cuſtodia, quæ cuſtodit, ſiue etiam nebulones conducti ad malum inferendum. Cic. pro Flacco: Operæ faceſſant, ſeruitia ſileant. Opus uerò, finis fructuſque

fructuſq; operæ, quod fabricando factum relinquitur. Vnde opera authorum, συγγράμματα, dicuntur. Et opera, ἔργα, tam publica quàm priuata ædificia dicuntur. Aliquando tamen opus capitur pro opera. Vergil. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit, quaſi ad operas. Interdum opus ponitur pro mercede uel neceſſario, χρεία: opus eſt ægrotanti medico, id eſt neceſſarius eſt medicus ægrotanti. Dicimuſq;, opus eſt mihi hæc res, huius rei, hanc rem, hac re, quod frequentius uſurpatur. Dicimus quoque, operam do, operam impendo, operam nauo. προσέχω. Hinc dedita opera, dicimus de induſtria, quaſi cura adhibita & labore impenſo. Dicimus etiam operam conferre in aliquam rem, operam conſumere in aliqua re: operas, uel operam dare, pro iuuare: perdere operam, operam perire: ponere operã in aliqua re: ponere operam alicui, præbere operam, operas reddere, tribuere operam alicui rei: uti alicuius opera ad aliquid faciendum. Operæ eſt, idem quod opus eſt. Plautus in Caſin. quorum omnium teſtimonia ſtudioſis paſſim occurrent.

Ŏpĕrārĭūs, rij. m. ſ. (ἐργάτης, ἐργάτις) ſubſtantiuum, qui laborem operando fert. Et operaria, riæ. fœm. Plau. in Bacch. At nimium precioſa operaria es. Operarius, a. um. adiect. (ἐργατικὸς) quod induſtria atq; opera fit, ſiue quod ad operariũ pertinet aut operam. Plin. lib. 14. ca. 10. Quæ inter uina operaria numerantur. Et fit ab opera. Hinc operarius homo, qui operatur. Operarij lapides, qui ad opus aliquod accommodari, & incidi poſſunt. Operarius dies, id eſt profeſtus.

Ŏpĕrātōrĭūs, ria, riũ. (αὐτουργὸς) quod operatur.

Ŏpercŭlo, as. a. p operculo operio, πωμάζω. Col. lib. ultimo, Ab eo tempore, quo primum dolia operculaueris.

Ŏpercŭlūm, li. n. ſ. inſtrumentum quo aliquid tegitur, πῶμα. Colum. lib. 9.

Ŏpĕræprĕcĭūm, aduerb. (τὸ πράγμα ἄξιον) ab opera deducitur, & ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinens, uel quia decens, uel quia utile, uel quia glorioſum, uel quia iucundũ. Cic. Operæpreciũ erat ludentes intueri. Poſſumus quoq; dicere precium operæ. Plin. Id uerò audire precium operæ ſit. Ponitur interdum operæ, & ſubauditur precium. Perſ. Saty. 6. Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues.

Ŏpĕrĭmēntūm, ti. n. ſ. dicitur quod aliquid tegit, ἐπίβλημα, σκέπασμα. Cato De re ruſt. cap. 10. In ſtragula octo, puluinos ſedecim, operimenta decem, mappas tres.

Ŏpĕrio, is. ui. tum. a. q. ex ob, pario, ſed b abijcitur, unde & per ſimplex p ſcribitur, ſignificatq; tego. ἀποκρύπτω, ἐπιβάλλω, καλύπτω. Propert. Atq; humili pelli totos operibat amantes. Significat quoque claudo. Teren. Heauton. Vbi abiere intrò, operuere oſtium. Quandoq; celare, abſcondere, non patefacere. Plin. Epiſt. 60. Opertum & apertũ, contraria ſunt.

Ŏpĕrĭŏr, riris. opertus, apud Plau. in Moſt. operitus, deponẽs. q. (περιμένω) ut experior, expertus, quanquam experior commune habeatur. Eſt autẽ operiri, expectare. Teren. in Phorm. Hic ego interea uirum operibor.

Ŏpĕrŏr, aris. d. p. ab opera, ſignificat in opere aliquo faciundo laboro, (ἐργάζομαι, αὐτουργῶ. Plinius. libro 11. cap. 10. Adoleſcentiores ad opera exeunt, ſeniores intus operantur. Item rem diuinam facere, ſacrificare, ἱερουργῶ, ἱεροποιῶ: unde & operatio, ἱερουργία, pro ſacrificio. Iuuenalis: Vt matutinis operatur feſta lucernis. Recentiores philoſophi operationem pro eo accipiũt, quod Græci ἐνέργειαν uocant. Cuius compoſitum eſt Cooperor.

Ŏpĕrōſūs, a. um. o. ſ. qui rebus gerendis operam dat, ἐνεργὸς, ἐργώδης. Cic. Videtis ut ſenectus non modò languida non ſit, uerumetiam operoſa. Quandoque paſſiuè dicitur. Ouid. Moles operoſa laboret. id eſt quæ ab aliquo operata eſt. Item operoſum dicitur, quod eſt multæ operæ, uel uehementis operis. Plinius libro. 18. Facilis & operoſus, contraria. Hinc operoſe aduerbium, id eſt laborioſe, difficulter. Cicero in Orat. Vt fiat quaſi ſtructura quædam, nec tamen operoſe. Et operoſitas, huius, atis. Quintilianus li. 8. cap. 3. Eſt etiam quæ περιεργία uocatur, ſuperuacua (ut ſic dixerim) operoſitas.

Ŏpertānĕā ſacrificia, quæ in operto fiebant, quæ & ſecluſa dicebantur, ne prophanorum oculis pollueréntur. Hæc à Græcis μυστήρια appellantur. Plin. lib. 10. cap. 56. Gallinæ puræ

non uidentur, ad opertanea ſacra nigræ.

Operto, as. a. p. (σκεπάζω) frequentatiuum eſt ab operio, ut inquit Feſtus.

Opertorium, rij. n. ſ. περικάλυμμα, operimentum.

Operula, æ. f. p. (πραγμάτιον) diminutiuum ab opera. Opuſculum, diminutiuum ab opus.

Ophicardelus, gemma eſt, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt.

Ophiomachus, chi. m. ſ. (ὀφιομάχος) genus uolucris contra ſerpentes pugnantis. Quidam accipiunt pro lacerta, quæ etiam cum ſerpentibus pugnat.

Ophites, (ὀφίτης) pen. pro. marmoris genus, ſerpentis maculas habentis. Lucan. li. 9. Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites.

Ophthalmos, mi. m. ſ. (ὀφθαλμὸς) Latinè oculus dicitur. Hinc Ophthalmicus, medicus oculorũ. Martialis lib. 8. Hoplomachus nunc es, fueras Ophthalmicus antè. Hoc etiam nomine dictus eſt piſcis, qui à Plinio uocatur oculata. Plau. in Cap. Pernã, atq; ophthalmon.

Opicus, a. um. (ὀπικὸς) pen. cor. quod eſt ſordidum, immundum & obſcœnum. Nam (ut inquit Feſtus) Opicum pro Oſco ponitur. Oſcis enim frequentiſsimus fuit uſus libidinũ ſpurcarum. Vnde & uerba impudentia dicuntur obſcœna. Iuuenalis Opicos mures, fœdos & putidos dixit.

Opifex, icis. om. t. pen. cor. ab opera, & facio deduci uidetur, & artificem, atq; operatorem ſignificat, non modo rerum, ſed etiam uerborum, κατασκευαστὴς, δημιουργός. Vnde etiam eo qui, & blandarum artium ſectatores, opifices appellantur. Hinc deum opificem, id eſt operatorem omnium rerum dicimus. Ouid. Ille opifex rerum. Cuius opus dicitur opificium, χειρούργημα, κατασκευὴ, δημιούργημα. Poteſt etiam dici opifex, quaſi opem ferens.

Opificina, æ. f. p. idem quod opificiũ, ait Bud.

Opilio, onis. m. t. quaſi ouilio, qui oues cuſtodit, ποιμὴν. Plau. Aſin. Sunt tamen, qui upilio non opilio ſcribant, authoritate Priſciani, qui dicit o breuem in hoc nomine eſſe conuerſam in u longam ex literarũ affinitate. Vide Vpilio.

Opilo, (inquit Feſtus) genus auis eſt.

Opima ſpolia, (σκῦλα ὄπιμα) id eſt propriè ampla & magnifica, quæ dux duci detrahit.

Opimas, atis. (πλούσιος) opibus refertus.

Opimo, as. pen. prod. pinguefacio. πιαίνω. Colu. lib. 8. cap. 9. Offæ panis uino madefactæ celerius opimant quàm cæteri cibi.

Opimus, a. um. pe. pro. idẽ eſt quod diues & pinguis, πίων. ut hoſtia opima. Gell. li. 5. ca. 14. formauit cõparatiuũ, Opimior. Inde opimè, abundanter & lautè. Opimus & gracilis ſunt contraria.

Opinabile, is. om. t. quod opinione concipi poteſt, δοξαστὸν, πιθανὸν, ἔνδοξον.

Opinio, onis. f. t. (δόκησις, δόξα) eſt quæ idoneis formatur authoribus. Quandoq; dicitur ſpes. Cic. lib. 1. Offi. Quandoq; fama. Idem, Erat opinio bona de Lepido. Quandoq; ſuſpicio, exiſtimatio, iudicium, ſiue perſuaſio, quam habemus de aliquo. Cic. ad Octauium. Quod utinam neq; noſtra nos opinio, neq; tua fides fefelliſſet. ὑπόληψις.

Opinioſiſsimos, (δοξαστικωτάτους) appellat Cic. in Horten. philoſophos, quoniã ſcilicet opinantur, tanquã nihil comprehendi poſsit. Et de ſe quoq; loquẽs ait, Magnus quidẽ ſum opinator.

Opinor, aris. d. p. pe. pro. puto, ſuſpicor, opinionem habeo, ὑπολαμβάνω, δοξάζω. Lactan. lib. 3. Id enim opinatur quiſq;, quod neſcit. Hinc opinatum dicitur, quod præter opinionem accidit. Hinc opinatio uerbale, hoc eſt aſſenſio, inquit Cicero in Acad. Et opinator, qui nihil aſſerit, ſed ſemper opinatur. Et opinabilis, & hoc bile, quod opinione concipi poteſt. Cicero 1. Academ. Itaq; hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Hinc ſunt aduerbia, Exopinatò, pro ex opinione, & ſecundum opinionem, Quint. Nec opinato, pro inopinanter, ex improuiſo. Liuius 1. ab Vrbe.

Oppipare, aduerb. id eſt abundanter, & copioſe. πολυτελῶς. Cic. lib. 3. Off. c. Oppiparè à Pythio apparatum conuiuium.

Opiparus, a. um. & opiparis, & hoc re. utroq; modo dicitur, magnarum opum apparatus, πολυτελὴς. Opipares lecti ab Apuleio lib. 2. dicuntur magnificæ ac precioſæ menſæ.

Opiſthographus, uide Hopiſtographus.

Opiter, opiteris, uel opitris. m. t. dicitur cuius pater auo uiuo mortuus eſt. Sic dictus, quòd obitu patris genitus ſit, aut quòd auum poſt patrem habeat, id eſt pro patre. Feſtus.

Opitulor, aris. d. p. (ἀμύνω, ἐπικουρέω, παρέχω

μαι

mi,pen. cor. adiuuo, ſubuenio: ab ope,pro auxilio, & tollendo, id eſt ferendo. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione contra. Plinius libro 28. cap. 8. Et dorſo medullam adalligatam contra uauas ſpecies opitulari. Hinc opitulator,(παραστάτης.)

Ŏpĭŭm, pij. n. ſ. μήκωνος ὀπὸς,ὄπιον) ſuccus ex papauere,habens per ſomnũ uim(ſi copioſius ſumatur) mortiferam. Plin. lib. 20. cap. 17.

Ŏplŏmăchŭs, aut potius Hoplomachus (ὁπλομάχος)pe.cor.quaſi cum armis militaribus & ſcuto depugnans dicitur.

Ŏpŏbălsămŭm,mi.n.ſ.(ὀποβάλσαμον)ſuccus balſami, ab ὀπὸς, i. ſuccus qui præfertur omnibus odoribus,uni Iudææ terrarũ conceſſum, ut ait Plinius lib.12. cap.16. Summa opobalſami probatio eſt ut lac coagulet, & in ueſte maculas non faciat.

Ŏpŏrŏthēcă,æ.f.p.(ὀπωροθήκη)locus ubi fructus autumnales habentur. Nam ὀπώρα,fructus autumnales,& theca repoſitorium.

Ŏpŏrtĕt, n. ſ. & defect. (δεῖ,χρὴ)ſignificat expedit,uel utile,aut neceſſe eſt. Imperſonale uerbum,ut oportet legere libros. Per paſſiuum, Oportet legi libros. In præterito:ut, oportuit feciſſe hoc,& factum hoc oportuit. Sine uerbo aliquo. Cic. Tamen id factum non oportuit. Aliquãdo eſt conijcientis. Plau.in Pſeud. Hunc hominẽ malũ eſſe oportet,id eſt mirum niſi hic homo malus eſt. Inuenitur aliquando perſonale. Quintil. Diſertos ſatis putat dicere,quæ oporteant.

Ŏppāngo,is.a.t. oppegi,oppactum,affigere,coniungere. Plautus in Curcul. Vbi ſuauium oppegit,fugit.

Ŏppēdo,is.(ἀντεπιπέρδω)uide in Pedo.

Oppĕto,is.a.t. penult. cor. ex ob,& peto. Non autem ex os,& peto(ſicut putauit Seruius)ut ſit quaſi ore terram peto, cum ij qui moriuntur,non omnes ore terram petant, ἀποθνήσκω. Significat tamen morior,ſiue necor: licet plerunq; ſine accuſatiuo ponatur, cum plenũ ſit. Pli.lib.10. Oppetunt non ſenio,non ægritudine,ſed fame. Cic.cum accuſ.iunxit lib.De Diuin. Aequius eſſe cenſuit naturam oppetere mortem. Et tunc ſignificat incido,ſiue incurro,(περιλαμβάνω. Propriè tamẽ oppetere ſignificat ſubire,ſeu affectare, ἐπιβάλλομαι. Oppetitur mors Cic.teſtimonio in 1.Tuſcul.

Ŏppĭco, as.are. a. p. idem quod picare,hoc eſt pice illinire,quod genus picationis fieri antiquitus ſolebat in dolijs, uel cadis uinarijs,ne perfluerent. Cato cap.120.

Ŏppĭdānŭs,a.um.o.ſ.qui oppidum incolit. ἀστικὸς,ὁ κατὰ πόλιν. Cæſar li.3.Comment. Sub ueſperum Cæſar portas claudi iuſsit, ne quã noctu oppidani à militibus iniuriã acciperẽt. Inuenitur adiect. ut Oppidanũ ius, Cic. pro Pl.

Ŏppĭdātĭm,(κατὰ πόλεις)aduer.id eſt per uaria oppida.ut oppidatim diſcurrere.

Ŏppĭdĭcŭs,(ὁ τὴν πόλιν οἰκῶν)eius ſignificationis eſſe arbitror,cuius oppidanus. Gel.li.2.

Ŏppĭdō(κόμιδῆ)aduerb. ſignificat ualde multum. Tractus ſermo à colentibus agros, qui cum interrogarentur, quantum meſsium collecturi eſſent, uolentes ad ſufficientiam, & multum dicere, reſpondebant, oppidò: id eſt ad ſe, & ad oppidum ſuffecturas. Quandoq; ponitur pro uerò,uel ſtatim. Plaut. Reddit omne aurum oppidò. Iungitur aliquando cum Quàm,ſicut præpoſitio Per. Gellius, Oppidò quàm libens feci.

Ŏppĭdŭlŭm, li.n.ſ. diminutiuum,paruum oppidum,πολίχνιον. Cic.ad Attic.lib.10.

Ŏppĭdŭm, di. n. ſ. (πόλις)quamuis ab ope danda dicatur,quòd opis cauſſa mœnibus cingatur. In uerſu tamen per duplex pp ſcribi conſueuit,cum & ab opponendo ſe hoſtibus oppidum quidam dici exiſtiment. Eſt autem oppidum omnis urbs,præter Romã,quæ peculiare nomine Vrbs dicta fuit,ut cætera nominentur oppida. Seruius Sulpit.cum numeraſſet urbes multas, poſtea dixit: Quæ oppida quodam tempore florentiſsima fuere. Dicebatur etiam oppidũ locus in circo,unde quadrigæ emittebantur.

Ŏppĭgnŏro,as.a.p.ex ob & pignoro:pignoro uero à pignus fit,& eſt oppignorare,aliquid pignori dare,ἐνεχυράζω,ὑποτίθημι. Teren. Num oppignorare filiam meã opportuit? Repignorare,eſt ſoluto debito pignus recipere.

Ŏppīlo,as.a.p.pen. prod.ſignificat occludo. ἐμφράσσω. Cicero in Philip. Tabernis oppilatis. Hinc medici uitium præcluſi fractiq; iecinoris,aliorumq; intus uiſcerum oppilationem, (ἔμφραξιν)uocant. Fit autem à pila,quod co-

lumnam ſignificat.

Ŏpplĕo,es.a.ſ.ἀναπληρόω.Plau.Item opplere eſt quaſi occupare. Cic.ait, Mentes oppletas tenebris.

Ŏpplōro,as.n.p.contra ploro.κατοδύρομαι.Cic.lib.4.ad Herennium: At ille, Quin mihi illum datis, ac uos auribus meis opplorare non deſinitis.

Ŏppōno,nis.a.t.contra pono,ſeu ex aduerſo pono pro uelamento.(προτείνομαι, προΐσχομαι, ἔμπροσθεν ποιοῦμαι.) Cice.1.de Nat.deor. Ponitur quandoq; pro obijcere.Cic.pro Quint.Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. Aliquando pro eo quod alias deponere dicitur, & contra alium prouocantem pignus ponere. Vnde oppoſitio, contrarietas, oppoſitum, ἀντιτεταγμένον, ἀντικείμενον, ἐναντίον. contrarium. Et oppoſitus. huius tus.Gellius.

Ŏppōrtūnŭs, opportuna, opportunum.o.ſ. εὔκαιρος. per duplex pp, ab ob, & portus, ſeu Portunus compoſitum eſt. Portunus autem, qui & παλαίμων, inter deos colebatur, quia portubus præeſſe dicebatur. Diciturq; opportunus, qui omnibus accommodatur ue luti portus, unde opportunè aduerb. Dicimus autē opportunè accidere, (ἐν δέοντι, ἐς δέον) quod pro deſiderio noſtro accidit, ſiue quod accidit in loco, & tempore. Tere. in And. Opportunè hic fit mihi obuiam. Ponitur aliquando opportunus pro commodo & optato. Cic. Quandoq; pro apto & idoneo. Teren. Eunu. Ad omnia hæc magis opportunus. Quandoque iungitur datiuo pro procliui, et obnoxio. Plin.lib.18.cap.7. Opportuniora morbis corpora. A quo etiam opportunitas, (εὐκαιρία) pro commoditate, pro ratione loci, temporis, & perſonarum. Cic.3. De Finib. Et quemadmodum opportunitas, ſic enim appellemus εὐκαιρίαν, non fit maior productione temporis, &c. E diuerſo importunum eſſe, & importunum fieri dicimus, quæ ſunt, fiunt ue præter rationem loci, ſiue temporis, aut perſonarū. Ponitur quandoq; pro facilitate. Plin. Epiſt. 24. Tranquilli ſtomachum multa ſollicitant, uicinitas urbis, opportunitas uiæ, &c. Quandoq; pro utilitate. Cic. de Amicit.

Ŏpprĭmo,is.a.t.(ἐφίστημι, ἐπιλαμβάνω, ἐπικαταλαμβάνω) pen.cor.eneco ſiue perturbo, habetque in ſe maiorem uim, quàm extinguo. Cic. in Læl. Interdum opprimere, ponitur pro continere, ſeu claudere, ἐπιστομίζειν. Plau.in Aſin. Os opprime. Interdum pro conuincere, ſeu comprehendere, uiolare, βιάζειν: ut, Oppreſſit uirginem. Premendo grauare, πιέζειν. præuenire, occupare, καταλαμβάνειν. ſupprimere, celare, tacere, & conſtringere, συνάγειν. Vnde oppreſſio, conſtrictio: cuius diminut. eſt oppreſſiuncula. Plau. Molles morſiunculæ pupillarum horridularum oppreſſiunculæ.

Ŏpprŏbrāmēntūm,ti.n.ſ.ὄνειδος. idem quod opprobrium. Plau. in Merc.

Ŏpprŏbrĭūm,brij.n.ſ.(ὄνειδος) ex ob, & probrū, ſignificat infamiam, dedecus: quaſi obiectum probrum, quod proueniat ob probrum, id eſt propter ſcelus commiſſum, ut cum quis cuipiam maledicit. Cice. in Sallu. Cum omnibus matribus familiarum opprobrio eſſet.

Ŏpprŏbro,as.n.p.ὀνειδίζω. opprobrio do, obijcio. Gell.lib.1.cap.15. Inde opprobratio, uerbale. Gell.lib.12.capi.11. Tum Cice. inopinata opprobratione permotus.

Ŏppūgno,as.n.p.πολεμέω, πολιορκῶ, προσβάλλω. contra ſeu circa pugno nocendi cauſſa. Cice. pro Sex. Domus eſt oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano.

Ŏppŭto, uide Puto.

Ŏppūuīrĕ, percutere eſt. unde oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius: Oppuuijs pueri coërcentur. uide in dictione pauco.

Ŏpſōnātŏr,oris.m.t.ὀψώνης. qui emit opſonia, & coquo ad coquendum tradit. Seneca ad Lucilium: Adijce opſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt.

Ŏpſōnātūs,us.m.q.ipſa opſonatio.ὀψωνία. Plau Truc. Dedi præterea unam in opſonatum.

Ŏpſōnĭto,as.n.p.frequentatiuum, ſæpe opſono, ὀψωνέομαι. Næuius: Multi mecum eo die opſonitauere.

Ŏpſōnĭūm,nij.n.ſ.dicitur, quicquid ultra panem & uinum in cibo adijcitur. ὀψάριον.

Ŏpſōno,as.pen.prod. Nam Græcè ὀψώνιον per ψ ſcribitur: ſimiliter opſonor deponens (ὀψωνέω) quod idem ſignificat: id eſt emo, ſeu præparo res neceſſarias ad opſonandum, hoc eſt, aliquid cum pane comedendum, ſiue conuiuandum. Terentius in Andria, Vix dra-

chmis

chmis opſonatus eſt decem.

Ŏpsōpœūs, pœi m.ſ. concinnator opſoniorum, (ὀψοποιὸς) id eſt coquus.

Ŏpsōpōlis, is.f.t.penul.prod. ὀψόπωλις. opſoniorum uenditrix.

Optabilis, le. om.t. quod optari debeat. (εὐκταῖος) Cic. Luccio: Quæ nobis optabiles in experiendo non fuerunt. Hinc optabiliter aduerbium. Cic. 1. Tuſcu.

Ŏptālĕā, æ.f.p. fruſtum carnis aſſæ.

Ŏptātĭ, orum.m.ſ. ἠρημένοι. dicuntur qui in honeſtum gradum aliquem ſunt electi.

Ŏptātō, (ἐπιποθήτως) aduerb. quaſi cum deſiderio. Teren. in And. Optatò aduenis.

Ŏptĭcŭs, a.um. pen. cor. idem quod uiſiuus, ſiue perſpectiuus, (ὀπτικὸς) ut uirtus optica, id eſt uiſiua. Vnde pars Geometricæ diſciplinæ una dicitur optice, (ὀπτικὴ) id eſt perſpectiua, quæ ad oculos pertinet.

Ŏptĭmātēs, tum. com.t. pē. pro. οἱ ἄριστοι. ſunt qui primū in ciuitate locum tenent. Cic. pro Sex. dicit optimates eos eſſe, qui ita in repub. ſe gerunt, ut ſua conſilia optimo cuiq; probentur. Priſcianus lib. 5. Optimates ſunt, qui defendunt ſenatores: populares, qui defendūt popu (lum.

Ŏptĭmĭtās, atis.f.t. εὐχέρεια. utilitas, cō modum. Plau. Maximas optimates gaudio efſertiſſimas ſuis heris ille unàmecum pariet.

Ŏptĭmŭs, a.um.o.ſ. ἄριστος, κράτιστος, βέλτιστος. ſuperlatiuum eſt à bonus. Optimo iure ea ſunt prædia, quæ optima conditione ſunt, Budæus. Hinc optimè, aduerbium, quod præter alia ſignificata ponitur aliquando pro opportunè. Tere. in Eun. Adeſt optimè ipſe frater.

Ŏptĭo, onis.fœm. t. optatio, electio, (αἵρεσις) Plautus in Caſ. Optio hæc tua eſt, utram harum uis conditionem, accipe. Et dicimus dare optionem alicui, & facere optionem alicui. Eſt autem aliquando generis maſculini. Feſtus ait, In re militari optio appellatur is, quem decurio, aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus. Dicitur ab optando (ut Vegetius ait) quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorum, atq; uicarij ſolent uniuerſa curare.

Ŏpto, tas. a. p. deſydero, cupio. (εὔχομαι) unde Optatiuus modus apud Grammaticos. τὸ εὐκτικόν. Quandoq; eligo, (αἱροῦμαι) Vergilius libro 1. Optatq; locum tectis. Hinc optio. Interdum optare eſt precibus poſtulare. Verg. Et reor, & ſi quid ueri mens augurat, opto. Interdum adiungere, aſcire, (προσαιρεῖσθαι) Varro libro 4. de Vit. pa. Huius compoſita ſunt, adopto, quod eſt ualde deſidero. Plautus in Ciſt. Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Et adoptare, eſt filium adoptiuum facere. Terentius in Adelph. Ego hunc maiorem adoptaui mihi. Adoptio, (θέσις) ſicut ſcribit Caius, duobus modis fit: aut principis authoritate, aut magiſtratus imperio. Coopto, (προσαιροῦμαι) eligo. Cicero in Bruto: A quo in collegium augurum fueram cooptatus. Exopto, ualde deſidero, uel ualde precor. Præopto, (προαιροῦμαι) ante opto. Terentius in Hecyra: Adeò peruicaci es animo, ut puerum præoptares perire, &c.

Ŏpŭlento, as. a. p. πλουτίζω. dito, ſeu abundantem facio, fœcundo ue. Colum. lib. 1. ca. 1.

Ŏpŭlentŭs, a.um. o.ſ. πλούσιος. diues, & opibus abundans, quia rebus abundat terræ, quaſi diuitiarum plenus. Hinc opulentia, & opulentitas, (πλοῦτος) eiuſdem ſignificationis. Plautus in Milit. Quaſique eius opulentitatem reuerearis. Hinc quoque aduerbium opulenter, id eſt cum opulentia. Liui.

Ŏpŭleſco, diteſco. (πλουτῶ.) Furius: Quo magis in tantis poſſint opuleſcere campis.

Ŏpŭlŭs, li. f.ſ. penult. corr. genus arboris, maritandis uitibus maxime idoneum. Ruellius: Opulus corno ſimilis arbor, arbuſto Gallico faciundo idonea.

Ŏpūntiæ herbæ meminit Plinius. (ra, ræ.

Ŏpŭs, operis, & opus indeclinabile. uide Ope

O ANTE Q. & R.

OQuiniſco, is. ἐπινεύω. ex ob, & quiniſco, quamuis quimſco non legerim: unde & cōquiniſco. ſed b abijcitur. ſignificat inclino. Pom. in Piſt. Niſi cum aliquis ſubitò obuiam occurrat mihi, qui oquiniſcat. Conquiniſco uerò (ut Priſcianus inquit) eſt caput inclino. Sed Plautus in Ciſtell. pro indigno poſuit: Feſt. uerò, Conquinere, deputare: unde conquiniſco uidetur eſſe formatū. Vide Conquiniſco, quo modo rectius ſcribi uidetur.

Ŏri,

Ōră,æ.f.p.ἐσχατα,τὰ ἐσχατεύοντα.extremitas cuiuſq; rei. Verg. Et mecum ingentis oras euoluere belli. Hinc ueſtimētorum extrema, oræ (κράσπεδα) dicuntur. Et regionum, terrarum q́ue fines, inſuper maritimæ ipſæ regiones. Sciendum eſt, quòd Plinius cum oram dicit, ferè ſemper regionem littoralem appellat. Ora pro initio rei, authore Feſto, uſus eſt Cæcilius. Apud Celſum Oræ uulneris uocantur, quæ futura comprehenduntur. Oram maritimam Græci uocant ἀκτὴν, ut Gell. oſtendit.

Ōrācŭlŭm,li. n.ſ.χρησμὸς,λόγιον. ab ore dictum eſt (ut inquit. Priſc. Cic. lib. Topi. Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt his deorum oratio. Vnde & pro reſponſo accipitur. Quandoq; ponitur pro templo, in quo reſponſa dantur. Plinius lib. 12. ca. 23. Inde & nomen Ammoniaco ab Ammōis oraculo, iuxta quod naſcitur arbor. Item pro dicto alicuius, unde dicimus, Oraculum Catonis eſt.

Ōrātă, genus piſcis, à colore auri. uide Aurata.

Ōrātio, onis. f.t. duobus modis accipitur. Primò eſt omnis ſermo loquentium, atq; etiam oris, ſiue oratoris ratio, & argumentorum arte diſpoſitorum enumeratio, habetq; numeros, figuras & affectus, quales ſunt Ciceronis orationes. Secundò, in ſacris ſcripturis accipitur pro precibus & ſupplicationibus: ut, Exaudi deus orationem meam. Huius dimin. eſt Oratiuncula Cic. de Clar. ora. Indicant enim o (ratiunculæ.

Ōrātŏr, oris. m.t. cauſarū̄ actor dicitur, quem Græci ῥήτορα uocant, quamuis differant, quòd orator ſit qui in iudicijs & cōcionibus cauſas agit: rhetor, qui rhetoricen profitetur. Dicitur etiam legatus qui principis aut reipub. mandata peragit, & quicunq; aliquid rogat, orator dici poteſt. A Cic. ſic definitur, Orator eſt uir bonus, dicendi peritus qui in cauſis publicis et priuatis plena & perfecta utitur eloquentia. Hinc oratorius, adiectiuum, quod ad oratorem pertinet, ut Oratoria præcepta. & Oratoriè, aduerbium, hoc eſt ornatè & elegāter. Legitur & Oratrix fœm. apud Quintil. lib. 2. cap. 15.

Ōrbefăciŏ, orbitatem alicui induco, & orbum liberis facio. πηρόω, ὀρφανόω. Vnde orbifico, ex quo orbificus.

Ōrbĭcŭlātŭs, ta. tum. κυκλοτερὴς, σφαιροειδὴς. quod in orbem et circulatum factum eſt: à figura orbis in rotunditatem circumacti: ut poma orbiculata, apud Var. de re Ruſt. li. 1. ca. 59. Hinc orbiculatim, aduerb. per orbes, & circulos, quaſi circulatim. Plin.

Ōrbĭcŭs, ca. cum. authore Nonio, quod eſt per orbem ductum, ſeu per circulū̄. Var. Vt ſydera cœli circa terrā atq; axem uoluuntur mo(tu orbico.

Ōrbĭs, is. m.t. circulus. κύκλος, σφαῖρα. Plin. lib. 11. cap. 37. Alijs glauci coloris orbibus circundatis. Cuius diminutiuum eſt orbiculus. Apud Catonem cap. 3. ponitur orbiculus, pro trochlea. Hinc mundus à rotunditate dicitur orbis terrarum. οἰκουμένη. Aliàs ponitur pro ſphæra: ut, nouem orbes ſphærarū̄, author Macrobius. Orbes etiam quandoq; dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. Statius: Tum uacuos orbes. Sed & ipſa lumina ſic appellantur. Lactantius: Orbes ipſos, humoris puri ac liquoris plenos eſſe uoluit. Ponitur quandoq; pro regione. Plin. lib. 12. cap. 12. In noſtro orbe proximè laudatur Syriacum. Aliquando pro operculo in orbem facto. Orbis ablaqueationis apud Colum. lib. 4. cap. 4. ponitur pro foſſura, ſiue foſſione illa, quæ in orbem circa uites, aut arbores fieri ſolet. Quādoq; pro orbili ponitur, id eſt extremitate radiorū̄ in rota, Varr. 3. de re Ruſt. Eſt etiam orbis, ſuper quem carnes in menſa minutim conſcindimus, ne mappa corrumpatur. Martial. 2. Ponitur quandoq; pro contextu, & ſerie continua. Cice. in Orat. In Thucydide orbem orationis deſidero.

Ōrbĭlĕ, huius bilis, id eſſe uidetur, quod rotam in ſummo axe continet: uel id potius, quod in extremis radijs eſt, & canthis cingitur. Varro. 3. De re Ruſt. cap. 5.

Ōrbĭtă, æ. f.p. τροχία. pen. cor. rota, ſiue currus. Vergil. lib. 3. Geor. Iuuat ire iugis, quà nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Et orbita, ueſtigium decurrentis in uijs rotæ excurſu. Hinc exorbito, tas. de quo alibi. Item orbita, rotunditas. Verg. in Aetna: Solis ſcire modum, & quantò minor Lunæ eſt.

Ōrbo, as. a.p. idem eſt, quod priuo. πηρόω, ἀποστερέω. Cicero de Amicitia, Etſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen afferet ætas illa ſolatium.

Ōrbŭs

Ŏrbŭs,bi.m.ſ. πεπηρωμένος τὰς ὄψεις propriè dicitur oculorum luce priuatus, quaſi amiſſis orbibus,propter rotunditatem oculorum. Iuuen. Dudum uigilantibus orbis. Per tranſlationem orbi dicuntur,quicunq; aliqua re chara priuati ſunt. Hinc Orbitas. ἀτεκνία. illa patrum qualitas poſt amiſſos liberos : & uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum. Similiter orbi dicuntur ὀρφανοί . Terentius, Orbæ qui proximi ſunt, uxorem ducant. Hinc orbitas, ὀρφανία orphanitas. Plaut. in Cap. Quid hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem filios produxerim. A Colum li.6. Orbi palmites dicuntur, qui oculis & gemmis carent, & nihil pariūt: Orbitudo, idem quod orbitas, ſed antiquum eſt. Accius: Miſeret lachrymarū,luctuum orbitudinis.

Ŏrcă,cæ.f.p. genus belluæ marinæ, balænis infeſtū. De qua Plin.9. cap.6. Ab huius beluæ ſimilitudine uaſis quoddā uinarij ſiue olearij genus,ſpecie tereti & uniformi Orca dicitur. Item ſalgamarium,in quo fici quoque aſſeruabantur. Plin. li.15. cap.19. Quidā etiam orcam accipiunt pro uaſculo luſorio, quo coniecti tali,agitatiq; emittuntur in tabulam aleatoriam. Et à Martiale dicitur turricula, ex imitatione Græcæ dictionis, quam Latini uſurpant, πύργον. Plini. lib.35. pro capſa pigmentorum muliebrium poſuit. Orca, etiam gemmæ nomen eſt,ut ait Plin.37. ca.10.

Ŏrchēſtră,æ.f.p. ὀρχήστρα. ſpacium in theatro,in quo ſenatorum,& honorificentiſſimorū erant loca deſignata. Dicta orcheſtra,quòd in ea ſaltationes fieri cōſueuiſſent. Nam apud Græcos ὀρχέομαι tripudio,ſalto. Sueton. Deinde in orcheſtram,ſenatumq; deſcendit. Iuuenalis poſuit pro ſeſſione Senatus,& primorum.

Ŏrchĭs. ὄρχις. herba,quæ & cynoſorchis quaſi canimus teſtis. Plin. lib.27. cap.8.

Ŏrchītēs,(ὀρχίτης) penul. cor. genus oliuarum, quæ à teſticulis nomen ſumpſerunt, ut inquit Seruius lib.2. Georg.

Ŏrcĭnĭānă ſponda,pro lecto funebri apud Martialem ponitur.

Ŏrcŭlă,æ.f.p. ὀρκυνάριον. diminut. ab orca. Cato de re Ruſt. Hinc quidam urceum,& per diminutionem urceolum deducunt.

Ŏrdĕŭm,uide Hordeum.

Ŏrdĭnārĭŭs,a.um. (τεταγμένος, τακτὸς) ab ordo, Ordinaria ſemina,dicuntur ordine diſpoſita. Vitru. lib.2. Ordinarios lapides appellat, qui ſunt eiuſdem formæ & ordinis, & inter ſe ſimiles. Item ordinarius homo,ait Feſtus, dicitur homo ſcurra,et improbus,quiq; aſſiduè in litibus moratur, ob eamq; cauſſam in ordine ſtat prætorem adeuntium. Siue per contrarietatem,ut ait Aelius Stilo,minime ordinatè uiuit. Extraordinarium, (πάρεργον) quod ſit extra ordinem.

Ōrdĭno,as.a.p. (διατάττω, τάττω) diſpono, qui cuique locus eſſe debeat, unde & ordinarium dicimus,inquit Budæus, rectè atq; ordine conſtitutum. Hinc ordinatio, uerbale. Columel. libro.12. cap.3. Et ordinatim,aduerbium, per ordinem. A quo fit præordino,antè ordino.

Ōrdĭŏr, iris. orſus. & orditus. d.q. καταβάλλομαι, ἄρχομαι. teſte Priſciano,præteritum facit orſus,ſignificat fari incipio. Vergil. Veneris contrà ſic filius orſus. Vnde exordium,principium orationis. Ponitur etiam ſimpliciter pro incipio. Cicero lib.5. Tuſcul. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus,quàm à communi Parente natura? Orſum aliquando poëtæ pro eo qui orationē finit,abuſiuè poſuerūt. Verg. Sic orſus Apollo Mortalis uiſus medio ſermone reliquit. Hinc aborſus. Cum aūt facit orditus, ad telæ uel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat, (ἱστουργέω.) Plin. Araneus orditur telas. Veteres etiam ordio protulerunt. Afranius: Expectat tamen,animo me ordire oportet. Compoſita huius uerbi ſunt, Abordior,exordior,& reordior.

Ōrdo,inis.m.t. (κατακόσμησις, τάξις.) eſt digeſtio, & ſuo cuiuſq; loco collocatio, ueluti in acie ſit,ubi pedites, ubi alæ, ubi cætera. Vel in ciuitatibus ſignificat ſtatum. Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equeſtris, & Plebeius: ab Ariſtotele τάξεις dicuntur. Ordo amplisſimus, Senatorius uocabatur. Ordines ducere dicuntur, qui militibus præſunt: ut ſunt centuriones, atque alij. Accipitur quandoque pro ipſis hominibus: hoc eſt, qui ſunt eiuſdem dignitatis, ut ſunt equites, conſules, & cæteri, quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cicero: Qui apud omnes ordines eſſet gratioſus. id eſt apud omnium ordinum homines. Aliquando refertur ad fortunas, & ge-

tus uitæ. Sic honeſti ordinis homines, dici poſſunt opulenti. Inde fiunt interordo, inter ordinũ, de quibus ſuprà.

Ŏrĕă, æ. f. p. χημὸς. ab ore fit, & ſignificat frenũ, dictumq́ quòd ori inſeratur. Titinnius in Setina: Et ſi tacebit, tantum gaudebit ſibi permitti oreæ. Nam aurea eſt, quæ ad equorum aures religatur.

Ŏrĕŏn, (ὄρεον) herba eſt, ſic dicta, quòd in montibus naſcatur. uide Plin. lib. 27. cap. 12.

Ŏrĕŏsĕlĭnŭm, ni. n. ſ. ὀρεοσέλινον. montanum apium, cicutæ folijs, radice tenui, ſemine anethi, minutiori tamen. Dioſcorides lib. 3. cap. 74.

Ŏrĕtĕnŭs, (μέχρι τοῦ σώματος) duæ partes ſunt. Gellius: Guttum Samium ore tenus imprudens.

Ŏrexis, (ὄρεξις) Græcè, Latinè appetitus, ſeu eſuritio dicitur, ab ὀρέγομαι. quod eſt appeto. Quidam etiam pro uomitu accipiunt. Iuuen. Rabidam facturus orexim.

Ŏrgănă, orum. n. ſ. per excellentiam dicuntur omnia muſicorum inſtrumenta. Quintil. lib. 9. cap. 4. Natura ducimur ad modos, ut illi quoque organorum ſoni, quanquàm uerba non exprimunt. Iuuen. pro cithara poſuit. Eſt & organum, inſtrumentum quoddam ædificij. Vitru. lib. 10. Inter machinas & organa id uidetur eſſe diſcrimen, quòd machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, ut baliſtæ, torculariumq́ prela. Organa autem, unius operæ propoſitum, uti ſcorpionis. Apud Colum. lib. 4. ſumitur pro inſtrumento ad metiendum apto. Hinc organicè aduerbia: ut, organicè moueri, & mechanicè apud Vitruuium, teſte Budæo.

Ŏrgănārĭi, orum. m. ſ. organorum fabricatores.

Ŏrgĭă, orum. n. ſ. ὄργια. ſacra fuerunt, quæ dijs immortalibus fieri ſolebant. ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ut inquit Euſebius libro Præpar. hoc eſt, à furore. Hinc abuſiuè ſacra Liberi Patris dicta ſunt Orgia. Innouabantur autem tertio quoque anno: unde trieterica dicta ſunt. id eſt triennalia. Vergil. 4. Aeneid.

Ŏrgyĭă, æ. f. p. ὀργυιά. ſecundum Herodotum menſura ſex pedum eſt. (ria.

Ŏria, æ. f. p. nauis piſcatoria. Nonius. Vide Ho

Ŏrichălcŭm, ci. n. ſ. æs aurei coloris, quod in magno precio apud Veteres fuit. Græci. ὀρείχαλκος, ab ὄρος, quod eſt mons, q̃a in mõtibus foditur. Alij aurichalcum ſcribunt. Cic. 1. Offic. Si quis aurum uendens, aurichalcum ſe putat uendere, &c.

Ŏrĭcŭlārĭŭs, pro auriculario ſubinde apud Celſum legitur, ea ratione, qua codex pro caudex, ut ait Budæus.

Ŏrĭēns, & participium eſſe poteſt, (ἀνατέλλων) & nomen ſubſtantiuum, (ἀνατολή) generis maſculini, ut cum per ſe dicitur oriens: ut, Ab Oriente in Occidentem pergit Sol.

Ŏrĭfĭcĭŭm, cij. n. ſ. (στόμα.) dicitur, quod in quacunque re patet.

Ŏrĭgănŭm, ni. n ſ. pen. cor. herba, cuius diuerſæ ſunt ſpecies. Nam quoddam dicitur heracleoticum, agreſte, & othimin. Plin. lib. 20. ca. 17.

Ŏrigo, iginis. f. t. γένεσις. pen. prod. genus eſt. Ponitur quoq; pro principio, initio, cauſſa, ortu, ſtirpe, ſemine ſiue fonte alicuius rei. Vnde originale, adiect. ut culpa originalis, originalis decor. Hinc etiã originarius adiect. idem quod originalis. Bud. Originarij ſunt, qui contrahunt municipatum origine principaliter.

Ŏrĭŏr, oreris. & oriris. d. t. &. q. participia tamen oriturus, & ortus habet. Significat naſcor, (φύομαι) Quandoque ſurgo, prodeo. (ἀνατέλλω) Vnde oriri ſolem dicimus. Huius compoſita ſunt Aborior, adorior, coorior. Liui. Tum uerò coorto tumultu terga uertere. Oborior & ſuborior, eiuſdem ſignificationis: hoc eſt, ſubnaſcor: ut, Obortæ ſunt lachrymæ, Subortus eſt rumor. Exorior quoque, & perorior.

Ŏrītēs, (ὀρείτης) gemma eſt, globoſa ſpecie. à quibuſdam ſyderites appellata. Plin. lib. 37. ca. 10.

Ŏrĭūndŭs, a. um. o. ſ. ὁ ἀναφέρων, γένος, ἀπόγονος. qui originem ducit, quòd ex eo loco parentes eius fuerunt: ſignificat enim locum, unde maiores noſtri ſunt, nosq́ originem traximus. Ortus uerò, (γεννηθεὶς) ex loco, perſona ue præſenti. Liuius, Nati Carthagine, ſed oriundi à Syracuſis. Inuenitur tamen oriundus pro orto, et cum præpoſitione, & ſine præpoſitione. Columel. lib. 1. Significat oriundus non ſolum locum, ſed quandoque perſonam. Liuius 4. Belli Macedo. Oriundus à magno Alexandro.

Ŏrmĭnĭŭm, ſiue Ŏrmĭnŭm, nij. n. ſ. ſyluestris aſparagus, quam corrudam Columella & Cato uocant.

uocant.Plin.lib.20.cap.10.

Ŏryză,æ.f.p.ὄρυζα,ὄρυζον.ſpecies frumenti,folio carnoſo,altitudine cubitali, flore purpureo, Horati.in Serm. Sume hoc ptiſanarium oryzæ. Vulgò riſum appellant. Inde oryzinum oleum,ὀρύζινον.

Ŏrnāmēntŭm,ti.n.ſ.ἀνάθημα,κόσμος,καλλώπισμα.ornatus,apparatus. Cato cap.10. Ornamenta bubus ſex. Et quandoq; honor dicitur.Cic. Licio,Suſcepiq; mihi perpetuā propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Ponitur etiam pro beneficio honorifico. Cic. ad Cæl. Ornamento eſſe,idem eſt quod decorare,ornare.Idem.

Ŏrnātŭs,a.um. (κεκοσμημένος) qui bonis artibus inſtructus,ſiue qui honores adeptus eſt à populo:& bene aptus,ut miles,aut gladiator, aut acturus fabulas,ait Feſtus.

Ŏrnātŭs,us.m.q.σκευή.accipitur pro cultu quo quis ornatur: unde dicimus ornatum regium. Feſtus.

Ŏrnĭthŏbŏſcĭŏn,cij.n.ſ.ὀρνιθοβοσκεῖον.locus ad paſcendum gallinas & aues. Varro, De his qui ornithoboſcion inſtituere uolunt.

Ŏrnĭthōn (ὀρνιθὼν) Varro, Ornithones auiaria ſunt,in quibus ſtabulantur turdi,pauones & omnes alites, quæ intra parietes uillæ ſolēt

Ŏrno,as.a.p.pulchrum facio.(ποι- (paſci. κίλλω,διακοσμέω.)Cic.li.1.Tuſc.Quæſt. Nocturnamq; cœli formam undiq; ſyderibus ornatam. Et ornare,præparare,aptare.ἐνσκευάζειν.Plaut. in Cap.Non ornatis uos iſtic apud uos nuptias? Item honorare.Cice.Cæſ. Ornare fugam,eſt parare fugā, Teren.Eun. Ornare munus uerbis,apud Eund.in Eunu. eſt laudare,& uerbis quodammodo maius facere. Hinc ornatè,aduerbium rectè,propriè eleganter & diſpoſitè: ut,Ornatè dicere, propriè eſt eloquentis. Huius compoſita, adorno,(ἐνσκευάζω)quod eſt deſuper orno. Eſt etiam adornare,bene apparare. Plaut.in Caſ. Intrò abi uxor,atq; adorna nuptias. Exorno & Suborno,de quibus alibi.

Ŏrnŭs,ni.f.ſ.arbor eſt, de qua uide Colum.lib. de Arboribus cap.16.

Ŏro,ras.a.p.παρακαλῶ,δέομαι,εὔχομαι. precor, et hoc quando iungitur cum Deo,uel cum homine.Terent.in Andr. Quod ego per hanc te dexteram oro. Quando uerò cum re, ſignificat peto.Idem in Eun.Vnum uos oro, ut me in ueſtrum gregem recipiatis. Interdum eſt agere,dicere,(λέγειν) & tunc ſolo accuſatiuo contentum eſt.Terent.in Phorm,Seruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt.Hinc fit orans participium, & oratus, ta, tum.& oratum, ti.ſubſtantiuum, quod orauimus. Et oratus,us.id eſt precatio,rogatio. Cicero pro Flacco, An etiam ſcripſit oratu tuo? Et oratio,onis,omnis elocutio,authore Cice. in Bruto. Compoſita huius uerbi ſunt, Adoro,exoro,quod eſt orando impetro. Deoro & peroro,ſignificant orationem concludo.

Ŏrŏbănchē (ὀροβάγχη) herba, Latinè eruangina dici poteſt.Plin.lib.22.cap.25.

Ŏrrhŏpўgĭŭm,(ὀῤῥοπύγιον)uide Vropygium.

Ŏrphănŭs,ni.m ſ.qui caret patre,præſidioq; paterno. Græcum eſt. Pupillus,qui caret patre, ſed nō præſidio paterno,cum tutore iuuetur.

Ŏrsŭs,a.um.ἀρξάμενος. in ſignificatione actiua.Verg.Inde toro pater,Aeneas ſic orſus ab alto. Liuius in ſignificatione paſsiua poſuit pro incœpto,cum lib.1.ait, Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Ŏrthŏdŏxĭă,æ.f.p.recta opinio.

Ŏrthŏdŏxŭs,xi. m.ſ. homo rectè opinionis ſiue ſententiæ,aut fidei.

Ŏrthŏgōnŭs,ni. m.ſ.ὀρθόγωνος. rectus angulus, qui ex utraq; parte æqualis eſt. Hinc orthogonius,adiectiuum,quod rectis angulis conſtat,& omnium partium æqualitatem habet. Colum.lib.5.cap.1.Orthogonius ager.

Ŏrthŏgrăphĭă,æ.f.p.recta ſcriptura uel pictura

Ŏrthŏĕpĭă, (ὀρθοέπεια) emendata cum ſuauitate expoſitio.

Ŏrthopnŏĭci,orum.m.ſ.(ὀρθοπνοϊκοί)aſthmatici dicuntur,qui eam anhelitus difficultatem habent, ut niſi recta ceruice ſtent, ſpirare non poſſint. Orthopnœa,(ὀρθόπνοια)ipſa paſſio. ὀρθὸν enim rectum, πνέω ſpiro. uide Celſum libro 4.capite 4.

Ŏrthŏſtătă,tæ.f.p.Vitru.libr.2.cap.8.& lib.10. ca.17.orthoſtatas, poſtes uocat:alibi cap.16. Arrectaria tigna,teſte Budæo.

Orti penſiles.κῆποι μετέωροι.qui ſupra ædificia facti,uel ſupra columnas erecti pendent.

Ŏrtŭs,a.um.participium,modò ſignificat natū,

γεννη-

(γεννηθὰς)ut, Ortus ſum Bergomi. Modò qui reſurrexit,uel prodijt, (ἀνατείλας) ut, Ortus eſt Sol.

Ŏrtūs, tus.m. q. nomen, γένεσις,ἀπαρχὴ,πρόλαψις, ſignificat natiuitatē. Cic.Non nobis ſolum nati ſumus, ortusq́ noſtri partem patria uendicat,partem amici. Interdum ſurrectionē,(ἀνατολήν)ut,Solis ortus. Interdū locū in quo ſurgit:ut,Ab ortu Solis usq́ ad occaſum.

Ŏrtūs,ti.m.ſ.(κῆπος)locus in urbe,uel in uilla, in quo arbores,herbæ,& olera oriuntur.unde & Hortenſis,(κηπαῖος,κηπουρικὸς,κηπωτικὸς) ab oriendo ducitur, quòd in hac agri ſpecie plures q̃ alibi herbæ per totū annū oriantur. Et omnia quæ in ortis oriuntur, ab oriendo olera dicuntur. Ab ortus, fit dimin. ortulus, (κηπίον.) & adiect. Ortenſis & hoc ortenſe, (κηπαῖος,κηπουρικὸς, κηπωτικὸς) quod ex orto eſt,ſiue in eo creſcit. Plin.lib.19.cap.10.

Ŏrtygŏmētrā,æ.f.p. (ὀρτυγομήτρα,)rex coturnicum, maior aliquantò ac nigrior auis. Dicta quòd dux ſit,ac moderatrix coturnicum:componitur enim ex ὄρτυξ,& μήτρα matrix.

Ŏrtȳx,tygis. f.t. (ὄρτυξ) auis quæ coturnix, & uulgò qualea dicitur. Eſt & herba, de qua Plin. lib.21.cap.17.

Ŏrūm,uulgò pro aurum dicunt.

Ŏrȳx,orygis,m.t.animal, quod præcipuè in Getulia naſcitur.Fertur contra ſtare,ac contueri Solis radios, Caniculamq́ adorare. Eſt ex caprarum genere,de quo habetur in Deuteronomio, quòd ſit immundum. A quibuſdam Solus uocatur, contrario ueſtitur pilo, & ad caput uerſo.Colum.lib.10.

O ANTE S.

O͞S,oris,n.t. (στόμα)propriè concauum illud, intra quod lingua & dentes concluduntur: & habet omnes pluralis numeri caſus præter genitiuum Orium, Verg. Componēs manibusq́ manus, atq́ oribus ora. Et ponitur quandoq́ os pro facie. Idem, Os humerosq́ deo ſimilis. Et de brutis etiā dicitur. Idem, Ora citatorū dextra detorſit equorum. Neq́ ſolum de facie dicitur, ſed etiā de tota ſpecie qua cernitur, & quicquid in aliqua re patet,os dici poteſt.Idē, Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os. Accipitur aliquando Os pro impudentia & temeritate.Cic.6. Verr.Os hominis inſigneq́ impudentiam cognoſcite.Huius nominis deriuata ſunt, oſculor, oſtium, oro, oraculum, orarium,oſculum,orior, ordior,orea,omen, orificium,&(ſecundum aliquos)oſtendo.

Ŏs,oſsis.n.t. (ὀστέον) quod & oſſum dici poteſt. Pacuuius, Oſſum inhumatū, ſolidamentum corporis uocatur, quod nodatum, & adiunctum inuicem neruis alligauit natura. Hinc componitur Exos,(ἄνοστος) quod eſt ſine oſſe. Lucre. Exos & exanguis tumidos perfluat artus. Inde exoſſo,ſas.

Os leonis,genus herbæ,florem faciens purpureum.Columella Narciſsiq́ comas, in hiantis ſæua Ora feri.

Ŏsānnā, (ὡσαννὰ) componitur ex oſi, quod ſignificat ſaluifica,ſiue ſaluū fac, & anna obſecro:quæ uox(inquit Hieron.)interiectio eſt deprecantis.In Hebraicis exemplaribus ſolet legi Hoſianna prima uocali aſpirata.

Ŏſcēdo,inis.f.t.(χάσμη,τὸ χασμᾶσθαι) uitiū quo quis tenetur,ut ſæpius oſcitet.Gel.lib.4.Quidam dicunt oſcenidinem ſignificare grauedolentiam. Serenus, Hinc oſcedo fugit, lingua quoq́ uulnera cedunt.

Ŏſchĕōn,ei.n.ſ.Latini ſcrotum dicunt,id eſt teſtium receptaculum.Vide Celſum.

Ŏſcillō,las.(καταχύνω) ab oſcillum fit & ſignificat inclino. Feſtus, Oſcilla ſancta dicuntur, quòd oſcillent.id eſt inclinēt,præcipitesq́ efferant oſcillantes. Seruius putat eſſe compoſitum ab os & cilleo,les.quòd in hoc cillerētur, id eſt mouerentur ora, nam Cillere mouere eſt.Plau. in Amph. Qui. mihi aduenienti os oſcillet probè, id eſt os moueat, probè ipſum pugnis percutiendo.

Ŏſcillŭm, li.n.ſ. cum c,diminut. (στομάτιον,στομίον) à diminutiuo oſculum, pro paruo ore, ſicut à tantulo tantillum. Colum:lib. 2. cap. 10.Vermes gignit, qui ſimulatq́ oſcilla lapillorum adederint, reliqua pars enaſci non poteſt. Oſcilla, (ἀγαλμάτια) etiam ſigilla ſunt, & paruæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebantur, & uenales proponebantur,quibus homines pro ſe atq́ ſuis Diti patri & Saturno piacula faciebāt.Verg.2.Geor.Oſcilla ex alta ſuſpendūt mollia pinu.Et ſic ab oſculū fit,cū ſignificat faciē paruā,uel totā ſpeciem.

Oſcines

Oſcines,um.m.t.ὄρνεις οἰωνοὶ.pen.cor.ab ore & canendo,aues auſpicium ore facientes.Horatius, Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu.Plin.lib.10. cap.19.omnes aues quæ canunt,oſcines dici exiſtimat.

Oſcinum,ni.n.ſ.augurium auium,(οἰωνοπολία.) Cic.2.de Leg.Fulgura,atq; oſcina pianto.

Oſcito,as.n.p.pen.cor.ex os & cito, propriè ſignificat os commoueo,& os totum aperio,ut ſit præ ſomno aut tædio.(χασμῶμαι)Quæ cũ toto corpore fit,pandiculatio.σκορδινᾶσθαι. uocatur.& Ponitur aliquãdo pro ſe aperire.Pli lib.16.cap.24.Sed omnium folia quotidie ad ſolem oſcitant,&c. Hinc oſcitans,quod aliquando ſignificat ocioſum et negligentem.Cice.1.De Nat.Quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. Eodẽ modo oſcitatio,quæ eſt actus ipſe oſcitandi, pro ocio, & animi ſecuritate ſumitur. Dicitur & oſcitor deponens, pro dormito.Cic.4.ad Heren.Sedetis & oſcitamini. Oſcitanter,negligenter. Idem de Clar. Orat.Tam oſcitanter & oſcitabunde?

Oſculum,li.n.ſ.φίλημα.diminutiuũ,paruum os. Quod eſt contra Priſcianum, qui non uult oſculum tenere ſignificatum primitiui.Ouid. lib.1.Metam.de Daphne, Videt oſcula, quæ non Eſt uidiſſe ſatis. Differunt autem inter ſe, oſculum, baſium & ſuauium: quòd oſculum officij ſit, ut cum è longinquo redeuntes ſalutamus atq; oſculamur: baſium pudicorũ, ut patris in filium:ſuauium uoluptatis,à ſuauitate dictum. Ponitur igitur oſculum pro baſio: quoniam baſiando os coartamus atque minuimus, & quaſi ex ore oſculum facimus. Hinc oſculor,oſculũ do:& oſculatio uerbale.

Oi,(ἄθι)aduerbium optantis.uide ſuprà O.

Oſirites. ὀσιρίτης. ab Aegyptijs dicitur herba, quam Cynocephaliam,hoc eſt canis caput uocant,quòd canino capiti ſit ſimilis. Tradunt ſi quis eam totam eruat,ſtatim mori. Plinius libro 30.capite 2.

Oſprionæ,m.p.ὀσπριῶναι.ſunt,ut ſcribit Budæus,qui comparãdis leguminibus creati ſunt. & Oſprionia munus ipſum.

Oſſeus,a.um.ὀστεινὸς,ὀστώδης.quod ex oſſibus eſt.

Oſſiculum, li.n.ſ.ὀστάριον. diminutiuum ab os, oſſis. Plinius lib.11.cap.37.Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua. Hinc fit aduerbium oſſiculatim, quod ſignificat minutatim. Cæcil.in Fallacia.

Oſſifraga,genus aquilæ,ab oſſibus frangendis.

Oſſilegium,gij.n.ſ.oſſium collectio.ὀστολογία.

Oſſilegus,pen.cor.oſſium collector.ὀστολόγος.

Oſſuaria,æ.f.p. appellatur locus in quo defunctorum oſſa reponuntur.ὀστοδοχεῖα.Vlp.lib.2. de ſepul.uiolat.

Oſtendo,dis.di.ſum.& oſtentum.a.t.ἀποδείκνυμι,ἐμφανίζω,προφαίνω. ex os & tendo, ſignificat demonſtro,quia oſtendo,eſt ſpeciem ſeu faciem rei monſtro: quia tendere os,eſt faciem monſtrare : uel quia os oſtendere ſolemus in id,quod uolumus demonſtrare. Ter.in Eun. Iamne oſtendiſti ſigna nutrici? Oſtendere ſe optime,eſt optime ſe gerere. Cic.ad Qu.frat. COSS.ſe optime oſtendunt.

Oſtentiferum,ri.n.ſ.τερατώδης.ferens oſtenta.

Oſtento, as.a.p.frequentatiuum ab oſtentum ſupino formatum,quod ſignificat ſæpe oſtendo. προεπιδεικνύω.Plautus in Aulul. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Oſtentare alicui periculum capitis, eſt minari mortem. Oſtentare iugulum pro capite alterius,eſt exponere ſe periculo uitæ pro altero, Cic.ad Attic.libro 1. Aliquando cum iactantia,& gloriandi cauſſa oſtendo, ἀλαζονεύομαι.Teren.in Eun.Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices ſuas oſtentat. Vnde oſtentatio,iactantia. Cæſ.1. Belli Ciuil. Oſtentatio ſui. Oſtentator,iactator. (σοβαρός.) Liui.1. ab Vrb.Oſtentator factorum.

Oſtentum,ti.n.ſ.τέρας.ab oſtendo, quod ſtatim futurum aliquid oſtendat, ut Cometæ, tonitrua die ſereno.Labeo definit, oſtentum eſſe contra naturam cuiuſcunque rei genitum factumq;. Duo ſunt genera oſtentorum: unum, quando quid contra naturam naſcitur : alterum,cum quid prodigioſum uidetur. Sueto. in Cæſ. Cunctanti oſtentum tale factum eſt, Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedẽs littore,repentè apparuit arundine canens. Accipiuntur etiam oſtenta in bonam partem. Sueto.in Veſpa.Iampridem ſibi per hæc oſtenta conceptam in ſpem imperij uenit. Aliàs oſtentum participialiter poni ſolet, (ἐπιδεδειγμένον.) Pacuuius, In ipſo tempore oſtentum ſenem.id eſt demonſtratũ.

Eſt enim oſtentus,ta,tum. Varro libro 1. de re Ruſt. Qui locus optimus uino ſit, & oſtentus Soli, Aminæum ſeri oportere.

Ŏſtēntŭōſŭs, a. um. (τεράσιος) quod oſtentum facit, ut à prodigium, prodigioſus.

Ŏſtēntŭs,tus.m.q.nomen, irriſio dicitur. χλεύη. Sallu. in Iugur. Sed quoniam eo natus ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. Oſtentui eſſe, eſt alicui pro exemplo & quaſi ſpectaculo eſſe, ſicuti Solomon, qui ob nimiam fœminarum amorem omnibus eſt ridiculo.

Ŏſtĭă, orum, n.ſ. (ἐκβολαὶ τῶν ποταμῶν) tantum pluraliter, fluuiorum patentes aditus ſunt. Dicimusque Nili oſtia & Tyberina oſtia, quæ mare intrant, non aditus. Aliquando oſtia ponitur pro portus marini ingreſſu. Vergil. Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia uelo

Ŏſtĭārĭŭs, rij. m. ſ. θυρωρὸς. oſtij cuſtos. Cuius fœmininum eſt oſtiaria. Plin. lib. 11. cap. 14.

Ŏſtĭātĭm, per ſingula oſtia. (κατὰ θύρας.) Cice. 6. in Verr. Oſtiatim poſuit pro nominatim ſiue ſingulatim, Hic, inquit, nolite expectare, dum ego hoc crimen agam oſtiatim, &c.

Ŏſtĭōlŭm, li. n. ſ. dimin. Plin. lib. 19. cap. 8.

Oſtĭŭm, ſtij. n. ſ. ab obſtando quidam deducunt, quòd eo arcemur ingreſſu. Quidam ab os oris, quòd ſit id per quod ingredimur uel domum, uel quemcunque alium locum. Terentius in Eun. Tu abi, atque oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. Oſtiorum latera antas uocamus, à quibus antipagamenta, ualuarum ornamenta.

Ŏſtrăcī, ſiue oſtracites. ὀστρακίτης. gemma, quæ teſtacea eſt, Achatæ ſimilis. uide Plinium libro. 37. capite 10.

Ŏſtrăcĭſmŭs, mi. m. ſ. ab oſtraco, hoc eſt calculo ſiue teſtula, relegationis genus quod per oſtracos fiebat. In his enim notabantur eorum nomina quoſcunque exilio adigendos cenſerent, non tamen ad caſtigandum improbitatem, ſed ad potentiam moderandam. Hoc Latini teſtularum exilium uocant.

Ŏſtrăcŭm, ci. n. ſ. Latinè teſta. Hinc oſtraceum adiectiuum: ut, Oſtraceum pauimentum, id eſt teſtaceum, quod etiam nunc oſtracum uulgò uocant.

Ŏſtrĕārĭŭs, adiectiuum: ut, Oſtrearius panis, quo Veteres cum oſtreis ueſci ſolebant, de quo Plini. libr. 18. cap. 11. Oſtrearię, arum, ubi oſtreæ uiuunt & reperiuntur. Idem libro 9. capite 51.

Ŏſtrĕātŭs, ta. tum. ponitur pro duro atque aſpero, (ὀστρεώδης.) Plau. Pœn. Itaque iam quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtat.

Ŏſtrĕŭm, ei. n. ſ. generale nomen eſt ad omnes piſces qui aſperam ſcabramque teſtam habent, qui autem læui & plana integuntur teſta Cōchæ propriè dicuntur, quamuis Conchæ eodem quoque uocabulo dicantur. Eſt autem nomen Græcum, quo ſignificant quicquid teſta intectum eſt, ſicut et nos à teſta teſtudinem, ſiue quiduis aliud, ueluti animal teſta ſuperinductum teſtudinatum dicimus. Apud Gell. lib. 10. cap. 9. legitur oſtrea genere fœm.

Ŏſtrĭfĕr, a. um. o. ſ. quod oſtrum producit. Vergilius 1. Georg. Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Ŏſtrīnæ, ueſtes, ὀστρῖνα ἱμάτια. dicuntur purpureæ, & ſubrubeæ. Turp. Interea inſpexit uirginem geſtantem in capite riculam, indutā oſtrinam.

Ŏſtrīnĕŭs, a. um. quod ex oſtro eſt.

Oſtrŭm, ſtri. n. ſ. muricis, ſiue conchylij ac purpuræ color, ſic dictus quod ex cōcharum marinarum teſtis eximatur. Vide etiam ſupra Conchyle.

Ŏſtrĭă, æ. f. p. uel oſtrys, uocatur arbor, quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa, ſimilis fraxino, cortice, & ramis, & folio pyri, tamen paulò longiorib. craſſioribusque, ac rugoſis inciſuris, materia dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri, morteſque miſeras ueterum ſuperſtitio exiſtimauit.

Ŏſtŭm dixerunt antiqui id, quod ex uno factio olei purū purgatumque relinquitur. Factū uerò dicebant, quod uno tempore conficerent, quem alij centum ſexaginta modiorum, alij centum uiginti faciebant.

Ŏſŭs, a. um. o. ſ. μισῶν. cum ſuis compoſitis exoſus & peroſus: participia ſunt, ſiue participiorum modo capiuntur, de quibus in dictione Peroſus. Iungitur autem oſus cum accuſatiuo, & actiue ſumitur: ut oſus ſum, oſus es, oſus eſt, pro odi, odiſti, odit. Participium quoque futuri temporis oſurus, quo uſus eſt Cic. in Lælio: & oſor uerbale ab oſum ſupino fiunt, quæ Feſtus ab odio ſumit, licet non ſit in uſu.

uſu. Plau. in Amph. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri. id eſt odi. Idem in Aſin. Madidum, nihili, incontinentem atq; oſorem uxoris ſuæ. id eſt qui odit uxorem ſuam.

O ANTE T.

Othone, es. f. t. herba quæ in Syria naſci tur, ſimilis erucæ perforatis crebro fo= lijs, flore croci, quare quidā anemonem uocauerunt. Plin. lib. 27. cap. 11. Ŏthŏnnă a= pud Dioſcoridem.

Ŏtiă, ſunt marinæ aures, genus oſtrei, ὠτία.

Ŏtiŭm, tij. n. ſ. uide Ocium.

Ŏtidēs, auiculæ perdicibus ſimiles, quæ breui uolatu citò laſſantur. Plin. lib. 10. cap. 23.

Ŏtŭs, ti. m. ſ. (ὦτος) auis noctuæ ſimilis, pinnulis circiter aures eminentibus præditus, unde no men accepit, quaſi auritū dicas. Nonnulli ulu lam appellant, alij aſionem, de quo Dionyſius Aelius, Auis hæc, inquit, laudata, & ſaltans capitur, uelut nycticorax. Vnde otos item dicimus gloriæ affectantes, id eſt κενοδόξους.

O ANTE V.

Ovālis, & hoc le. om. t. quod ad ouatio= nem pertinet: ut, Oualis corona, quæ ex myrto fiebat: quam habebant, qui ouan tes introibant, cum bella non erant indicta, aut ſine ſanguine confecta Gel. lib. 5. cap. 6.

Ŏuāns, antis. om. t. pro lætante, abuſiuè. Verg. 4. Aenei. Sola fuga nautas comitabor ouantes. Vbi Seru. Ouantes, lætantes abuſiue. Nā pro= priè ouatio, eſt minor triumphus: & ſic dicta quòd in ea ſacrificium fieret de ouibus.

Ŏuātio, onis. f. t. ὄα, εὔας, πεζὸς θρίαμβος. & eſt ab ouo, as. ſignificat paruum triumphum, quē faciebant ouantes, qui non in curru, ſed pedi= tes ouali corona redeuntes ex pugna, cum bel lum non erat indictum, uel ſine ſanguine con fectum, ab ohe, gaudentium interiectione, ut ſit ouatio, quaſi ohatio, ab Ohe interiectione lætantis. Vel à uoce militum, quæ fiebat gemi nata oo litera, per interpoſitionem u euphoniæ cauſa. Cum autem ab ouum ſit, ſignificat tem pus, quo gallinæ oua faciūt. ὠασμός. ut uerna= tio, mellatio, pullatio. Plin. Certa Luna capiē dum cenſent, tanquam congruere ouationem etiam ſerpentium, humani ſit arbitrij.

Ŏuātŭs, ta. tum. ὠοειδής. quod eſt in ſimilitudinem oui factum. Hinc ouatum aurum, ouo aura tum: quoniā oui albo ante illinito, æra ac mar mora auri & argenti laminis decorarentur. Nonnulli ouatum aurum, dici aiunt ouatio= ne uictoriaq; quæſitum uel ingens, uel copio= ſum, quantum ouationibus comparatur.

Ŏuĭārĭă, riæ, f. p. προβάτων πλῆθος. ouium mul titudo. Varr. 2. de re Ruſt. Habui grandes in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

Ŏuĭārĭcŭs, a. um. προβατικός. poſſeſſiuum ab oue deriuatū. Col. 7. cap. 6. Et quoniā de ouiarico ſatis dictū eſt, ad caprinū pecus nūc reuertar.

Ŏuĭcŭlă. προβάτιον. dimin. ſignificat paruā ouē.

Ŏuĭfĕră. ᾠοτόκος. quæ fert oua, ut ouifera gallina

Ŏuīlĕ, is. n. t. ποίμνη. locus in quo oues morari ſolent, ſiue in quem oues ſeſe recipiunt.

Ŏuīllŭs. a. um. προβάτιος. diminut. ab ouinus: ut, Ouillum fimum Plin. lib. 19.

Ŏui luteum. λέκιθος. uocamus uitellum in ouo.

Ŏuīnŭs, a. um. προβάτειος. quod ex oue eſt, ut pel lis ouina: à quo ouillus. a. um.

Ŏuĭs, is. f. t. à Græco ὄϊς, interpoſita u, propter hiatum, ſignificat pecudem illam lanige= ram, ex cuius uillis confectis atque contextis homines ueſtiuntur. Ouem maſculino gene re legi admonent Feſtus & Nonius. Varro Teren. Quando citatus neq; reſpōdit neq; ex= citatus eſt, tum ego unum ouem multā dico.

Ŏuo, ouas. n. p. χαίρω. lætor, & lætitiam uocife= rando ſeu canendo demonſtro, & minore tri= umpho triumpho. Liuius lib. 1. Duplicíq; ui= ctoria ouantem Romulum, &c.

Ŏuŭm, ui. n. ſ. ab ᾠὸν interpoſita u, euphoniæ cauſa. Martialis li. 13. Heſperius ſcombri tem peret ouo liquor.

O ANTE X.

Oxălĭs, (ὀξαλίς) lapathi herbæ genus, ſa tiuo proximum, folijs aquoſis, colore be tæ candidæ, radice minima. Plin. li. 20.

Ŏxŏs. ὄξος. neutri generis, ſiue oxeos, acetum.

Ŏxĭs, idis. f. t. ὀξίς. pro uaſe aceti.

Ŏxўbaphum, phi. n. ſ. Lati. acetabulū, ab aceto.

Ŏxўgălă, æ. f. p. ὀξύγαλα. quaſi acetoſum lac. Ga la Latinè lac, oxos acetum, Plin. 28. cap. 9.

Ŏxўgărŭm, ri. n. ſ. pen. cor. acutum garum, hoc eſt garum ex aceto confectum, quod in princi pio menſæ apponi ſolebat. ὄξος. acetum, γάρος liquamen ex piſce.

Ŏxўhălme, es. f. t. ὀξάλμη. genus potionis, quod

ex ſale & aceto recenti fieri ſolebat aduerſus ſerpentes.

Ŏxy̆lăpăthŏn, thi. n. ſ. *lapathum acuta habens folia, de quo Plinius lib. 20. cap. 21.*

Ŏxy̆mĕlĭ, itis. n. t. (ὀξύμελι) *acetoſum mulſum dicitur, genus potionis, de quo Plinius libro 4. capite 17.*

Ŏxy̆mōrŏn, *ut docet Budæus ex Quint. eſt ſententia ex periculo petita: hoc eſt ita acutè & affectatè enũciata, ut fatua uideatur: ut apud Verg. 7. Aen. Num capti potuere capi?*

Ŏxy̆my̆rsĭnē, es. f. t. (ὀξυμυρσίνη) *frutex eſt, quẽ acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora producit, baccasq́; rufas ad ceraſorum ſimilitudinem. Plin. lib. 15. cap. 11.*

Ŏxy̆pŏră, orum. n. ſ. *ſunt quæ Columella tradit appellari oxygara, Plin. lib. 20. cap. 22. Fœniculum condimentis propè omnibus inſeritur, oxyporis etiam aptiſsime. Sunt, & ſua Medicis oxypora, quaſi à celeritate dicta penetrandi. eſt enim remedium præſentaneum, id eſt celeriter iuuans.*

Ŏxy̆pōrŏpōlæ, arum. com. p. (ὀξυποροπῶλαι) *qui cibos uendunt aceto confectos. Plinius.*

Ŏxy̆s, (ὀξύς) *maſc. generis, & oxy neutri, indeclinabile, acutum, citum, & uelox ſignificat.*

Ŏxy̆săccărŭm, ri. n. ſ. (ὀξυσάκχαρον) *potionis genus ex ſaccaro & aceto.*

O ANTE Z.

OZænă, æ. f. p. (ὄζαινα) *morbus cum ulcera circa nares ſunt, plures ue cruſtæ, & odorem fœdum habent, cui malo uix poteſt ſuccurri, nomenq́; trahit ab ozæna polypo, graui capitis odore. Plin. lib. 25. cap. 13. Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.*

Ŏzænītis, ὀζαινῖτις, *herba, quæ & Pſeudonardus dicitur. dicta ἀπὸ τοῦ ὄζειν, quod eſt olere. Plin. lib. 12. cap. 12.*

Ŏzĭmŏn, *regia herba, ſiue baſilica, aut baſilicum à Liguribus uocata, fragrantiſsimi odoris & uehementiſsimi, unde nomen accepit, nempe à uerbo ὄζω, quod eſt, redoleo.*

Ŏzĭmŭm, mi. n. ſ. pen. cor. *ab ὄζω redoleo, genus edulij redolentis, ex inteſtinis confecti. Per- » ſius, Cum bene diſcincto cantauerit ozima uernæ. alij legunt Ocymum.*

DE LITERA P.

P *Litera muta eſt, nec aſpirationem admittit, niſi in dictionibus Græcis, quæ poſtponitur ut Phaëton. Conuertitur quandoq; in traducendis dictionibus Græcis p in b, ut cum apud Græcos πύξος, apud nos buxus ſcribitur: ab ἄψυρτος (cum litera ψ, pro qua nos pſ ponere cõſueuimus) abſyrtus cum b traducitur. Interdum p exile pro ph aſpirato traduci ſolet, ut quod à Græcis φοινίκεος cum ph aſpirata ſcribitur, à noſtris puniceus transfertur, ſic πορφύρεον, purpureum dicimus. Quin & contrà, ubi illi p exile ponunt, Latini ſæpiſsime aſpiratum ponunt, ut quod illi ὑψιπύλη, nos hypſiphyle ſcribere ſolemus.*

Pābŭlārĭs, & hoc re, om. t. (νομαδικὸς) *quod ad pabulum pertinet, ſeu quod pro pabulo datur. Colum. Vicia pabularis, & uicia ſeminalis.*

Pābŭlātĭo, onis. f. t. νέμησις, νομή. *Actus ipſe pabulandi. Cæſ. 7. Bel. Gal. Pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando ponitur pro paſtu. Var. 3. de re Ruſt. ca. 16. Si è bono loco transtuleris, ubi idonea pabulatio non eſt, fugitiuæ fiunt.*

Pābŭlātŏr, oris. m. t. (ὁ ἐπὶ νομὴν πορευόμενος) *qui pabulatum uadit. Colum. lib. 5. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. Hinc pabulatorius adiecti. ut pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colum. lib. 6. cap. 3.*

Pābŭlŏr, aris. d. p. (νέμομαι) *pabulum ex agris capio. Val. Maxi. Pabulantium hoſtium globo ſeſe obiecit. Interdum pabulari, eſt paſcere. Colum. lib. 1. ca. 7. Placidè ac lentè pabuletur, ut & largi ſit uberis.*

Pābŭlŭm, li. n. ſ. (τροφὴ, νομὴ, χιλὸς) *propriè pecudum, & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, uel ſtramentitius eſt. » Verg. Priuſquam pabula guſtaſſent Troiæ, » Xanthumq́; bibiſſent.*

Pācātē, (ἀφελῶς) *aduerbium, ſignificat tranquillè, ſedatè.*

Pācĭfĕr, a. um. o. ſ. (εἰρηνοφόρος) *quo nonnulli utuntur, à pace & fero, hoc eſt pacem ferens. Inde pacifera arbor, quæ etiam inter armatos hoſtes*

hoſtes prætenſa, quietis erat indicium, & eſt hæc arbor de genere lauri.

Pācificātōrĭūs, a. um. διαλλακτικός, εἰρηνοποιικός. quod ad pacificationem pertinet: ut, Pacificatoria legatio, Cic. Philip. 12.

Pācifico, as. a. p. σπένδομαι, διαλλάττω. à pacis ſ. or eſſe uidetur, eſt pacem inter aliquos conciliare, & diſcordias bellumq; tollere. Cic. Lepido. Quidam hæc tria ſeparant, ut pacificatus ſum, pacem feci ſignificet. Pacatus ſum, in pace ſum, ab armis deſtiti. Placatus ſum, ab indignatione animi ad lenitatem redij, uel animo leni ſum. Vnde & Pacificatio, id eſt compoſitio, uel ab armis diſceſſio.

Pāciōnēm, inquit Feſtus, antiqui dicebant, quam nunc Pactionem dicimus. Vnde & Paciſci, & Paco adhuc in uſu remanent.

Pāciſcōr, ſceris, pactus, deponens, ſignificat pactum facio, conuenio, ad conditionem uenio. Plaut in Bac. Paciſci cum illa paulula pecunia potes. Ponitur aliquādo pro promittere. Idem in Trin. Hæc tibi pacta eſt Callicli filia? id eſt, promiſit ne tibi. Hinc pactor. oris. uerbale. Cice. 7. Verrin. Huius compoſitum eſt Depaciſcor.

Pāco, as. a. p. à pace fit, & ſignificat mitigo, lenio, placo, propicio, concordo, & pactum facio, (ἡμερόω, ξυμβιβάζω) Dicitur & Pacor deponens. Auguſtinus utrunq; complexus eſt, Sodalis, non tibi feci iniuriam, quod pacaui, reddidi tibi, fraudem tibi non feci, quia quod pacatus ſum reddidi.

Pāctilis, uide in dictione Pango, gis.

Pāctio, onis. f. t. (ut inquit Vlpianus) duorum plurium ue in idem placitum & conſenſus. (ὁμολογία, συνάλλαγμα) Cic. lib. 3. Offic. Regulus non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hoſtiles perturbare.

Pāctūm, cti. n. ſ. pactio, conuentus, conditio: quādoq; participium eſt, à paciſcor, id eſt pacti decretum. τὸ διαμολογηθέν. Plautus in Aſin. Hinc inierunt uiginti minæ bonæ, mala opera partæ: Has tibi non pactis legibus dare iuſſit. id eſt, ſub cōditione. Quandoq; nomen, quod à Cicerone ſic definitur lib. 2. De Inuen. Pactum, (συμβόλαιον) eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, ut iure præſtari dicatur. In ablatiuo quandoq; accipitur pro modo, τρόπῳ. Terent. in And. Eo pacto gnati uitam, & conſilium meum cognoſces. Hinc Pactitius adiect. uulgò conuentionalis dicitur. Gell. lib. 1. ca. 25. Ceſſatio pugnæ pactitia, induciæ dicuntur.

Pǣān, uide in proprijs.

Pǣāntĭdă, gemmæ. aliàs Gemonides uocantur.

Pǣgnĭūm, nij. n. ſ. παίγνιον. genus ludicri poëmatis, à ludendo. Vnde Technopægnion apud Auſonium.

Pǣdāgĭūm, gij. n. ſ. παιδάγιον. locus in domicilio, in quo pueri ſeruiq; commorantur, qui παῖδες uocantur. Plin. libro 7. Epiſt.

Pǣdāgōgĭūm, gij. n. ſ. παιδαγωγεῖον. idē eſt quod pædagium. apud Iureconſ. titulo de fund. inſtru. ſeruitium atq; mancipium dicitur.

Pǣdāgōgūs, gi. m. ſ. (παιδαγωγός) pen. pro. pueri ductor. παῖς puer, ἀγωγός ductor. Is eſt enim, cui ducendorum puerorum cuſtodia datur.

Pǣdĕrăſtēs. παιδεραστής. amator puerorum.

Pǣdĕrăſtĭă, æ. f. p. amor obſcœnus in pueros.

Pǣdĕrōs, otis. gemma eſt, quam alio nomine Opalum aut Sanguineum uocamus, ita dicta, Plin. teſte lib. 37. cap. 6. propter eximiam eius gratiam, quod uel ipſum nomen præfert, amorem enim puerorum ſignificat. Eſt etiam eodem teſte lib. 22. ca. 22. acanthi genus quod à nonnullis appellatur melamphyllon.

Pǣdĭă, æ. f. p. (παιδεία) eruditio, inſtitutioq; in bonas artes, ut docet Gell.

Pǣdĭco, as. a. p. pen. prod. obſcœnum uerbum, quod ſignificat præpoſteram cum maſculis libidinem exerceo. Græci dicunt πυγίζειν. id eſt nates cōtrectare. Hinc pædicones, ſiue pædicatores, (πυγισαὶ) puerarij, puerorum amatores, concubitoresq;.

Pǣdŏr, oris. m. t. ſqualor, illuuies, ſordes, & omnis immunditia, ſeu putor in animali. αὐχμός, ῥύπος) Cic. 3. Tuſ. Barba pædore horrida, atque intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum.

Pǣdotrībēs. παιδοτρίβης. pen. prod. uel Pædotriba. bæ. m. p. ludi literarij præceptor, & exercitationis magiſter. Cuius officium, ut inquit Plato in Gorg. eſt corpora hominum formoſa robuſtaq; efficere.

Pǣōn, onis. m. t. nomen medici, & genus pedis, qui à Diomede quadruplex eſſe traditur.

Pǣōnĭa, æ. f. p. παιωνία. herba uocata eſt à Pæone

ne medico, qui eam inuenit.

Pætŭs, a. um. o. ſ. qui obliquatis oculis in altum reſpicit. Horat. in Serm. Appellat pætum pater & pullū male paruus Si cui filius eſt. Vbi interpres Porphyrio, Strabo, qui eſt detortis oculis dicitur, pætus, leniter declinatis. Acro ibidem, Pæti propriè dicuntur, quorum huc atque illuc oculi uelociter uertuntur. Hinc Pætorum familia Romæ cognomen ſumpſit.

Pāgānālĭa, orum. κωμητικὰ. ruſticorum feſta.

Pāgānĭcŭs, a. um. ſignificat quod paganorum eſt, id eſt quod ad ruſticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, & Paganicum abſolute, dicitur quod ex prædijs, paſtione, alijsúe reditibus ruſticis prouenit: & opponitur Caſtrenſi. Paganica pila dicitur à pagis, id eſt uillis, quòd pagani ea uterentur. Hæc eſt craſſior, laxiorq́; , & pluma plena, nec ad luſum tam agilis, ut quæ nec tam leuis eſt, nec iactata facile reſilit. Marti. lib. 4. Vt quæ difficilis turget paganica pila, Folle minus laxa eſt, et minus arcta pila.

Pāgānŭs, ni. m. ſ. κωμήτης, κωμητικός. à pago dictus, ruſticus, uillanus, in ulla natus, qui non nouit urbem, quaſi ex uno fonte potans. Hinc Semipaganus, ſemiruſticus. Perſius per tranſlat. arrogantiam uitans ait, Ipſe ſemipaganus, Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum. Interdum pagani, (παγανοί, ἀστράτευτοι) accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametſi urbani ſunt. Et eſt uerbum peculiare Iureconſultorum, à quibus hæc duo perinde ac cōtraria opponuntur, miles & paganus. Vlp. Eſt reſcriptum à Diuo Pio, in eo, qui cum eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit.

Pāgātim. κατὰ πάγους. aduerbium dictū eſt per ſingulos pagos, ea forma qua oppidatim.

Pāgēs, inis. f. t. compactio dicitur, licet uix ſimplex inueniatur, ſed compoſita, ut compages. συναφή.

Pāgĭnă, æ. f. p. σελὶς. pen. cor. utraq; pars folij, à pangendo, quòd in paginis carmina panguntur. id eſt, figuntur. Verſus enim pangi uel figi ceris dicuntur. Vel quòd in libris ſuam quæque obtineāt regionem, ut pagi. Cice. ad Tyro. lib. 16. Variè ſum affectus tuis literis, ualde priore pagina perturbatus. Plin. 17. ca. 22. paginas in uitibus uocat areas interſeptas inter duo iuga. Hinc Pagella diminutiuum, & Compagino, (συναρμόζω) pro coniungo, quòd paginæ ſimul coniunguntur.

Pāgĭnŭlă, æ. f. p. dimin. à pagina. σελίδιον. Cice. ad Atti. Cōnſulum paginulas habeat.

Pāgĭō, gis. pepigi, pactum. a. t. ſignificat paciſcor. συντίθεμαι. Cic. 2. ad Heren. Pacta ſunt, quæ legibus obſeruanda, hoc modo, Rem ubi pagunt, oratione pagunt.

Pāgŭrŭs. πάγουρος. eſt ex genere cancrorum.

Pāgrŭs piſcis. Plini. lib. 32. cap. 10. Pagri fluuiatilis longiſſimus dens capillo adalligatur.

Pāgŭs, gi. m. ſ. κώμη, πάγος. ſimul poſitæ uillæ, hoc eſt ruſticanæ domus in unū coagmentatæ uel cuiuſq; fluuij tractatus, & utrinq; ſecundū flumen habitationes. Nam πηγὴ, & Dorice παγὰ, fons dicitur, quòd circa fontes hæ ponerentur, & omnes eadem aqua uterentur.

Pālă, æ. f. p. σφενδόνη. inſtrumentum ruſticanū, uulgò notum, dicta à pangendo, mutata g in l, inquit Varr. 4. de Lingua Lat. & inſtrumētum, quo panis in furnum mittitur, et extrahitur. Dicitur etiam quoddam ignis receptaculum. Itē Palæ dicuntur dorſa dextra læuaq; eminentia membra. Item (ut inquit Strabo) minores auri purgatioris maſſulæ, & uiq; non minores ſelibra. Plin. li. 33. ca. 4. Expuitur aris pala quædam. hoc eſt, quod Græci ψῆγμα appellant. Pala quoq; anuli pars plana & latior, in qua gemma inſeritur. σφενδόνη. Cic. 3. Offic. Ibi cum palam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo uidebatur.

Palacra, auri maſſa. Plin. lib. 33. cap. 4.

Pălæſtră, æ. f. p. παλαίστρα. luctatio, à πάλιν iterum, παίω ferio, percutio. Vel ἀπὸ τῆς πάλης. id eſt à luctatione. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id eſt à motu urnæ. Nam antiqui ducti ſorte luctabantur. Palæſtra, etiam dicitur domus lenonis, in qua eſt exercitus amatorum aſſiduè. Terent. in Phor. Eccum, à ſua palæſtra exit foras.

Pălæſtrĭcōn, locus ubi palæſtra exercetur.

Pălæſtrĭcŭs, ci. m. ſ. παλαιστρικός. ſubſtantiuum, idem quod palæſtrita. Afranius, Depellis mihi manum per palæſtricos.

Pălæſtrĭcŭs, a. um. παλαιστρικός. quaſi ex uſu palæſtræ, ſiue quod ad palæſtram pertinet: ut, Palæſtricus motus, Cic. 1. Offi. Hinc palæſtricè aduerb. more palæſtritarum. Idē in Orat.

Pălæ

Pălăſtrītă,tæ.m.p. παλαιστρίτης. qui ſe in palæſtra exercet,uel ſodalis palæſtræ,aut magiſter.

Pălăm,aduerbiũ,& differt à Coràm, quòd hoc ad perſonas tantum certas referatur,illud ad omnia: & ſignificat manifeſtè,apertè,in conſpectu atq; oculis omnium. ἀποκεκαλυμμένως, φανερῶς. Cõtrarium habet clam. Similiter palàm & obſcurè, contraria. Cic. 4. Aca. Palàm & interdiu,quibus contraria ſunt clàm & noctu, Cæſ. 3. Bel. Ciu. Hinc fit Propalàm, eiuſdem ſignificationis. à quo Propalo, las. pro manifeſto,ſeu aperio, de quibus infrà.

Pălānĕă, idem ſignificat quod Palangæ.

Pălāngæ, arum. f. p. (Græci φάλαγγες dicunt) ſunt ligna teretia, qualia ſunt quæ nauigijs, dum ſubducuntur ad littus, aut ad mare trahuntur, ſupponi ſolent. Vnde etiam nunc palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtib. transuehunt. Vide in dictione Phalãgæ. Vnde

Pălāngo, gas. a. p. φαλαγγίζω. onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afran. Et capream unam ſemilacerã quaterni ſimul palangabãt.

Pălāthă, æ. f. p. παλάθη. ficus inter palas compreſſa. Heſychius ait eſſe maſſam ficorum & caricarum.

Pălātim. πεπλανημένως. aduerb. ſignificat paſſim uagando. Liu. 3. Tuſ. Palatim fugerunt.

Pălātīnă officia, dicuntur officiales aulici, & imperatorij. Iulius Capitol.

Pălātīnă palæſtra, quæ in Palatio monte exercetur. Cicero ad Atti. lib. 2.

Pălātĭo, onis. f. g. id fundamenti genus eſt, quod in aquis, aut uliginoſis, aut congeſtitijs locis fieri uidemus, à palis, qui in terram panguntur, dictum uocabulum. Fiſtucatio etiã appellatur à fiſtuca machina uulgò nota, qua etiam pauitores utuntur utrinq; anſata: hac enim pali magna ui in terram adiguntur. Budæus.

Pălātĭŭm, tij. n. ſ. domus imperatoria, ſuperba, & ampla. Vide in proprijs.

Pălātŭăl, alis. n. t. ſacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatio.

Pălātŭālis, is. m. t. flamen conſtitutus ad ſacrificandum ei Deæ, in cuius tutela palatiũ eſt.

Pălātŭs, ti. m. ſ. οὐρανὸς, ὑπερῴα. oris cœlum, quod labijs dentibusq; quaſi palis munitus ſit. Cice. 2. de Finib. Nec enim ſequetur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Dicitur & palatũ. Columel. lib. 7. Sed etiam ſi palatum atq; lingua concolor lanæ eſt.

Pălĕă, æ. f. p. ἄχυρον. à palàm, ut ait Varr. de re Ruſtica lib. 1. cap. 50. ſeu pabulo dicitur. nam ea ſola primum in paſcendis animalibus præbebatur. Quo ſanè uocabulo, non propriè culmi, ſed follicula ipſa granulorum comprehenduntur. Vergil. 1. Georg. Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Palea quoq; dicitur cartilago deflua à collo galli gallinacei apud Colum. lib. 8. cap. 2. & Varro. De re Ruſt. libr. 1. cap. 6. Palea æris ponitur pro ramento, & excremento, apud Plin. lib. 34. ca. 11.

Pălĕārĭă, orum. n. ſ. τὰ λογόνατα. pelles dependentes ex gutture boum, dicta quaſi pellearia. Verg. 3. Georg. Et crurum tenus à mento palearia pendent. Huius nominatiuus ſingularis eſt palear. Item palearia. ἀχυρῶνες. ubi condũtur paleæ, ſicut fœnilia, ubi fœnum reponitur, cuius nominatiuus ſingularis eſt palearium. Colum. Defrutariam, fœnilia, peleariaq;, & apothecas, & horrea.

Pălĕātŭs, a. um. ἀχυρωτὸς. quod eſt factum ex paleis, uel paleis opertũ: ut, Lutus paleatus. Colum. lib. 8. de arboribus.

Pălillŏgĭă, æ. f. p. παλιλλογία. Lati. reduplicatio.

Pălillŏgŭs. gi. m. ſ. παλιλλόγος. iterũ collectus.

Pălimbăcchīŭs, chij. m. ſ. genus pedis, ex prima & ſecunda longis, ultima breui, ut Auguſtus.

Pălimpiſſă, pix liquida iterum decocta.

Pălimpsæſtŭs, ſti. m. ſ. παλίμψηστος. membrana iterum abraſa. Iureconſulti chartàm deletitiam ſiue deletilem uocãt. Nam abraſis prioribus literis reſcribitur. Quidam legunt Palinxeſtus, à πάλιν iterum, & ξύω rado.

Pălingĕnĕſĭă, æ. f. p. (παλιγγενεσία) Latinè dicitur regeneratio, hoc eſt reditio poſt tempus animarum in corpus, quod fuit Pythagoræ dogma.

Pălinōdĭă, æ. f. p. παλινῳδία. contrarius cantus, & dici poteſt recantatio, ſiue retractatio. Vnde Palinodiam canere, eſt à ſuperioribus ſentire diuerſa, & quod ſemel dictũ eſt reuocare. uide Chil. Eraſmi.

Pălĭūrŭs, ri. παλίουρος. herba ſpinoſa & aſpera. Verg. Carduus & ſpinis ſurgat paliurus acutis. Eſt etiam nomen arboris in Africa ſuauẽ fructum facientis, quo uina commendantur.

Et nomen paludis in Africa. Plin. li. 24. ca. 14.

Pállă, æ. f. p. (χλαῖνα) per duplex ll, eſt honeſtæ mulieris ueſtimentum, hoc eſt tunicæ pallium, quòd palàm & foris eſt ad ueſtigia uſq; demiſſum. Verg. Pro longæ tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorſum à uertice pendent. Palla etiam utebantur citharœdi, & tragœdi. In gallia quoq; uiri palla utebantur. Unde Mart. Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.

Pállăcē, es. f. t. (παλλακή) uel Pallaca. cæ. ſignificat concubinam. Sueton. in Veſpa. ca. 21. Accubante aliqua pallacarum.

Pallacana, cepæ genus eſt, nullo ferè capite, radice tātū oblōga. Subinde reſecatur ut porrū.

Pállĕō, les. lui. pallidus ſum. n. ſ. ὠχριάω. Mart. lib. 1. Pulchrè ualet Charinus, & tamen pallet. À quo Palleſco, pallidus fio. Huius cōpoſita ſunt, Expalleo, à quo Expalleſco, ualde pallus fio. Plau. Curc. Impalleo, à quo Impalleſco, quod eſt, intus uel ualde palleſco. Perſius, At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

Pálliăſtrŭm, ſtri. n. ſ. rude ac uile pallium.

Pálliātŭs, a. um. pallio indutus, & pallio coopertus. τριβωνοφόρος. Apuleius, Nec palliari tam aperta res poteſt, id eſt cooperiri.

Pálliŏlātŭs, a. um. pallio indutus. Martial. Hanc uolo, quæ facilis, quæ palliolata uagatur.

Pálliŏlŭm, li. n. ſ. τριβώνιον. dimin. à pallio, id eſt breuius pallium, ſiue linteum, aut laneum ad caput tegendum. Hinc palliolatim aduerbium. Plaut. in Pſeud. Palliolatim amictus.

Pálliŭm, lij. n. ſ. dictū eſt quod palàm ſit, & foris (ſub ea enim tunica ſumebatur) longè lateq; diffuſum, & uiris mulieribusq; cōueniens. τρίβων ἱμάτιον. Gel. li. 9. Video, inquit Herodes, barbā & pallium, philoſophum nondū uideo.

Pállŏr, oris. m. t. quaſi pellis liuor. ὠχρίασις, ὦχρος. Plinius lib. 14. ca. 22. Hinc pallor, & genæ pendulæ. A quo pallidus, ὠχρίας, ὠχρός, ut Pallidus color. Et diminutiuum Pallidulus.

Pálmă, æ. f. p. (θέναρ) dicitur planū illud, & ex parte concauum manus, quod in digitos deſinens decorè patet. Cic. in Orat. Cum autē manum dilatauerat, palmæ illius similē eloquentiā eſſe dicebat. Accipitur aliquando pro tota manu. Verg. 1. Aen. Duplices tendens ad ſydera palmas. Ab huius ſimilitudine arbor quoque illa nobilis palma, (φοίνιξ) uocatur, quam phœnicem uocamus, quòd comā in cacumine habeat circumextenſam, & ramos in digitorum modum protenſos. unde & genus earum carycas dactylos, hoc eſt digitos, uocamus, quoniā digiti uideantur. Hæc arbor nōn cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum pondus, ideo uictoribus traditur præmio, qui non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Unde & pro uictoriæ ſigno, & uictoria ipſa ſolet poni. Vide Gell. li. 3. ca. 6. Itē palma (ut docet Seru. 11. Aen.) ſignificat togā, quia etiam toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta, & propriè triumphantiū fuit, quàm merebantur ij qui de hoſtibus palmā deportaſſent.

Pálmāris, & hoc palmare, om. t. ſignificat quēadmodū palmarius. a. um. ut palmaris ſtatua, quæ alicui propter uictoriam ponitur. Cic. 6. Phil. Et palmaris uirgula. Var. 1. rer. Ruſt. ca. 15. Palmare ſpaciū, Col. lib. 9. Et palmare facinus, νίκης ἄξιον, quod eſt dignum palma.

Pálmārĭŭs, a. um. adiect. (ἀξιόνικον, ἐπινίκιον) idem quòd Palmaris ſignificat, id eſt palma dignum. Teren. Palmarium, (σπιθαμιαῖον) etiam dicitur quod eſt palmi.

Pálmētŭm, ti. n. ſ. locus palmis conſitus, uel ubi frequentes ſunt palmæ, & ponitur aliquando pro ipſa palma. Plin. lib. 5. ca. 1. Hiericuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam.

Pálmĕs, itis. m. t. κλῆμα, uitis propriè eſt, ut arboris ſurculus, nempe lignum illud, quod quotannis ex ipſa ſtirpe emergit, & gemmas producit, quæ deinde in uirgulas abeunt, & palmæ cuiuſdam digitos faciunt. Palmitum duo ſunt genera apud Plin. lib. 17. cap. 22. Eum enim, qui è duro exit ac prouenit, materiamq; in proximum annum promittit, pampinarium palmitem uocat, quòd pampinos tantum promittat, & letam frondem ſine fructu oſtendat. Qui uerò ſupra cicatricem eſt, fructarius palmes dicitur, quod fructū polliceatur, ſemperq; ſub iugo relinquitur; atq; ex anniculo palmite factus, fructum protinus creat. Sunt prætereà Palmites anniculi, unius anni: ueteres & emeriti, qui multorum annorū ſunt: & nouelli; qui & cuſtodes dicuntur, non longiores tribus gemmis, proximo anno materiā daturi; ſi uitis luxuria ſe conſumpſerit.

Pálmĕŭs, a. um. (φοινίκινος) quod eſt ex palma arbore.

..arbore: ut, Palmea teges apud Colum. lib. 5.

Pālmĭpĕdālĭs, le. om. t. menſura unius pedis & palmi: ut, Malleus palmipedalis. σπιθαμιαιοδιᾶῖος. Colum. lib. 3. cap. 9.

Pālmĭpĕs, dis. com. t. planos ad palmæ ſimilitudinem habens pedes. τὸ στεγανόπουν. Unde anſeres, & omnes ferè aquaticæ aues, palmipedes dicuntur. Plin. lib. 10. ca. 11.

Pālmŏ, mas, materias alligo. συνδέω. Colu. lib. 11. cap. 2. In alia ſignificatione accepit Quintilia. in Declam. Cæci. Tuus autē qui palmatus eſt paries, ueſtigium eius partis oſtendit. Huius compoſitum eſt Depalmo, quod eſt palma percutio. θένω. Gell.

Pālmŏs, Latinè ſaltū uenarū, & ſubſultatio cordis, id eſt pulſio, quæ cauſatur ex dolore.

Pālmōsŭs, ſa, ſum, quod eſt palmis abundās. φοινικώδης. Verg. 3. Aen. Palmoſa Selinis.

Pālmŭlă, æ. f. p. extrema pars remi, eo quòd in modū palmæ protenſa eſt. Verg. 5. Aen. Et læuas ſtringas ſine palmula cautes. Sunt & palmulæ, φοίνικες, fructus palmæ, qui & dactyli, & cariotæ dicuntur.

Pālmŭs, mi. m. ſ. menſuræ genus. Et eſt duplex, maior & minor. Maior digitorum duodecim, Græcè σπιθαμὴ uocatus: minor digitorū quatuor, παλαιστής. Dicitur etiam palmum neutro genere, apud Vitruuium lib. 2.

Pălo, as. a. p. (παλλακεύω) ſepio, tendo & quaſi palis munio. Colum. li. 11. cap. 2. Ut uitis paletur, & capite tenus alligetur. Itē uagari, errareq́;. πλανάω. unde & diſpalare, quod eſt diuidere. Siſenna: Diſpalati ab ſignis digreſsi omnes.

Pālŏr, aris. d. p. paſsim uagor: ſicuti faciunt qui lento gradu diſperſi labruſcas quærunt, ἀποσκεδάννυμαι, περιφέρομαι. Liu. libro 5. Iam obſidionis tædio uicti abſcedunt, uagiq́; per agros palantur, cibis uinoq́; raptim hauſto repleti. Hoc uerbum à palàm quidā deduci exiſtimant. Alij à palis caſtrorum, hoc eſt ſudibus, modò huc modò illuc trāslatis. Hinc palatus, participi. diſperſus. Liu. 5. ab Urbe.

Pālpebræ, arum. f. p. (βλέφαρα) pen. cor. capilli, quos in genis homines utrinque habent, à palpitando, id eſt tremendo: uel à palpādo, id eſt prætentando. Ob id enim natura palbebras homini dedit, ut uallum quoddam uiſus eſſet, & prominens munimētum: circa occurſantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. Plinius lib. 11. cap. 47.

Pālpito, as. n. p. (πάλλομαι, ἀσπαίρω, σπαίρω) frequent. à palpo, leuiter ac frequenter moueor. Plinius, Palpitat certè cor, & quaſi alternatim mouetur. Hinc palpitatio, uerbale, propriè cordis eſt, & deinde partium ſingularum frequens, & continuus motus. Plinius lib. 32. cap. 5.

Pālpo, as. & palpor deponens, (ψηλαφάω) pro leuiter, blandè, & quaſi tentādo tango. Unde & pro adulari, θωπεύειν, frequenter accipitur. Plaut. in Amph. Obſeruatote, quàm blandè mulieri palpabitur. Hinc palpator pro adulatore: & palpatio, uerbalia, ipſe palpandi actus. Huius compoſitum eſt Expalpo, quod eſt elicio.

Pālpo, onis. m. t. qui & palpator, (θώψ) pro adulatore, & blando homine.

Pālpŭm, pi. n. ſ. (θωπεία) nonnulli pro blanditijs uſurparunt. Plautus in Pſeud. Mihi obtrudere non potes palpū. hoc eſt blandiri, & ſpem inanem uerbis inijcere.

Pālūdāmēntă, torum. n. ſ. ſunt inſignia ac ornamenta militaria, propriè tamen Imperatorum, id eſt eorum qui exercitus educunt. Unde legimus olim Romæ Imperatores, eorumq́; lictores paludatos ad bellum proficiſci ſolitos fuiſſe, præcinentibus tubis. Liuius: Cum paludatis lictoribus profectus ab urbe, Brunduſium uenit. Hinc paludatus, qui imperatoriam chlamydem, uel alia eiuſmodi ornamenta militaria geſtat. Omnia enim militaria ornamenta, paludamēta dici Feſtus ait. Dicta ſunt autem paludamenta, quòd perſpiciuntur illi, qui illa habent, & fiunt palàm, ut inquit Varro. Inuenitur etiam paludamentū dici de ueſte muliebri, apud Plin. lib. 33. ca. 3.

Pălūdāpiūm, pij. n. ſ. apij ſpecies, circa aquæductus, & in paluſtribus naſcens. ἐλεοσέλινον.

Pălūmbēs, is. t. tam maſculini, quàm fœminini generis inuenitur, ſylueſtres columbæ ſunt, quæ in arboribus ſepibusq́; nidificant. φάττα. Vergili. Raucæ tua cura palumbes. Lucan. Macrosq́; palumbes. Dicitur & palumbus & palumba. Horum duo ſunt genera. Unum torquatum, à torque quo inſignitur. Alterum genus, quod uinaginem dicunt, ab uſu labru-

ſta.Plin.lib.10.ca.35. A palumbus fit palumbinus,a.um. φάσινος.quod ex palumbe eſt.Vt palumbina caro,apud Plin.lib.10.cap.12.

Pălūmbārĭūs, rij. m.ſ. accipitris genus palumbes perſequentis. φασσοφόνος.

Pălūmbŭlă,(φάσσιον)diminutiuum à palumba.

Pālūs, li. m.ſ. σκόλοψ, πάσσαλος. eſt lignum acutum,quod ſolet in terram defigi,ad fundanda ædificiorum fundamenta,aut caſtra munienda, aut claudendos hortos,aut ſuſtinendas uites,& ſimilia. Pălūs uerò,ludis. ἕλος. eſt ubi paululum aquæ in altitudine,& palàm latius diffuſa,quæ non fluit, etiam quandoq; ſiccatur.Verg.lib.4.Georg. Cocyti tardaq; palus inamabilis unda.

Pălūſtĕr,a.um.& paluſtris,ſtre.quod ex palude eſt: ut,Iuncus paluſtris, locus paluſtris,aqua paluſtris, paluſtre uadū, & paluſtria paſcua.

Pāmbăsĭlĭă, æ. f. p. (παμβασιλεία) eſt genus regni,quaſi rerum numeris omnibus dominationis abſolutum,cuiuſmodi erant principes Romani tempore Vlpiani.

Pāmpĭllŭm, li.n. ſ.genus delicati currus. Lampridius: Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas,& binas ad pampillum, uel ternas,& ſic uectatus eſt.

Pāmpĭnācĕŭs,adiectiuum. Colum.lib.12.ca.20. Cripæ pampinaceæ libram.

Pāmpĭnārĭūs palmes,qui,ut inquit Plin.lib.17. capite 21. è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit: ſiue congeries uirentium ramuſculorum, οἰνάριον.Vide paulo antè Palmes.

Pāmpĭnārĭūs,a.ūm.quod eſt pampini. κλημματικός ut,Pampinarius palmes,& Pampinaria uirga.Colum.lib.4.cap.24.Et lib.3.cap.10.

Pāmpĭnĕūs, a. um. idem quod Pampinarius. Verg.2.Georg. Liber pampineas inuidit collibus umbras. Pampineus odor pro ſapore uini.Proper.lib.2. Pampineus,noſti quàm ſit auarus odor.

Pāmpĭno,as.n.p. (βλαστολογέω,οἰναρίζω) penult. corr.pampinos decerpo: uel à ſarmento coles qui nati ſunt de his, qui plurimum ualent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquo,reliquos decerpo,ne relictis colibus,ſarmentū nequeat miniſtrare ſuccum. Hinc pampinatus participium,ſiue nomen ex participio.Pampinatio, & Pampinator,oris. uerbalia,Colum.lib.4.cap.27.Idq; faciet uarijs de cauſis,pampinator induſtrius.

Pāmpĭnōſūs,a.um.o ſ.quod pampinis abundat, κληματώδης. ut,Pampinoſa uitis,apud Colu. lib.5. cap.5.

Pāmpĭnūs,ni.pen.cor.à Vergilio genere maſculino ponitur,à Varrone frequentius fœminino:& ſignificat folium uitis,ſeu ramuſculum uirentē, κλῆμα. Verg.Heu male tunc mites defendit pampinus uuas. Ponitur aliquando pro cirris polypi piſcis.Plin.lib.9.cap.51.

Pănăcēs,is.f.t.(πάνακες)pen. cor.& panax,herba cuius ſuccus opopanax uocatur,ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc eſt à ſanandis omnibus morbis. Plinius, Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit.Hinc deducitur πανάκεια,idem ſignificans. Lucanus lib.9. Et panacea potens & Theſſala centaurea.

Pănăgĭŏs, gi. m. ſ. (πανάγιος) Latinè ſanctiſſimus,quaſi totus ſanctus.

Pănagrŏn,gri. n.ſ.(πάναγρον)retis genus,quòd omnia capit,à πᾶν & ἄγρα.

Pănārĭūm,rij.n. ſ.locus ubi panis ſeruatur, panis repoſitoriū, ἀρτοθήκη, θύλακος, κάρδοπος. Diminutiuum eſt panariolum.Panaria & panariola nos hodie quoq; uernacula uoce ciſtas & ciſtellas uocamus,ex uiminibus factas.Martialis, Cum panariolis tribus rediſti.

Pănăthēnăĭcōn,(παναθηναϊκὸν)genus unguenti,quod (ut Plin.lib.13.cap.2.inquit) Athenæ perſeueranter obtinuere.

Păncārpĭă, (παγκαρπίαι) coronæ ex uarijs florum generibus factæ,& penè omnibus.

Păncrătĭăſtēs, ſtis. m.t. (παγκρατιαστὴς) certator,& uictor pancratij,Gell.lib.3.cap.15.

Păncrătĭūm, tij.n ſ. (παγκράτιον) quaſi omnia potens, ludus gymnicus, quinquertio conſtans: à quo pancratiaſtæ dicuntur, qui hoc ludo excellunt. Et pancratij certatores dicuntur. Sen. lib.5. de Benefic. Lacedæmonij uetant ſuos pancratios ceſtu decernere. Eſt autem pancratiū ex eo,ut uidetur dictum,quòd aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumq; neruorum contentione tranſigitur.

Pāndēctă, æ. f. p. nomen compoſitum à πᾶν: quod eſt totum, & participio huius uerbi δέχομαι:quod eſt capio, quaſi omnia intra ſe

compre

comprehendens, uolumen aliquod uniuerſaliter continens. Vnde Iuſtin. libros in quibus uetera iura collegit, πανδέκτας appellauit, quæ omne ius complectuntur.

Pāndīcŭlārĭs dies, qui & communicarius, (πάνδημος) dicebatur, in quo communiter omnibus dijs ſacrificabatur. Feſtus.

Pāndĭcŭlātĭo, (σκορδινισμὸς) oſcitatio.

Pāndĭcŭlŏr, aris. d. p. extendor, ut faciũt q̃ è ſomno expergefacti ſunt, oſcitantes. σκορδινᾶμαι. Pandiculantur, inquit Feſtus, qui toto corpore oſcitantes, extendũtur, eo quòd pãdi fiunt.

Pāndo, is. paſſum. a. t. (πετάζω, πετάννυμι, ἀποκλόω) à pane dicitur, ſignificatq́ patefacio, aperio: quòd apud ueteres, qui ope indigeret, & ad aſylum Cereris confugiſſet, panis ei dabatur. Pandere itaq́, quaſi panem dare. Et quia nunquam fanũ talibus clauderetur, pandere pro aperire uſurparunt. Vnde mulier capillo paſſo dicitur, quaſi porrecto & ſparſo. Et paſſis manibus, et uelis paſsis, id eſt diductis, atq́ diſtentis. Verũ de dictione paſſus uide ſuo loco. Huius compoſita ſunt, Expando, ἐξαπλόω, extra pando. à quo expaſſum, extentum. Nonnunquam tamen apud ueteres a in e mutatur, ac pro eo quod eſt diſpaſsis, diſpeſsis dictum eſt: ut, Diſpeſsis manibus, Plaut. in Mil. Oppando, πετάννυμι, circum extendo. Propando ultra pando. Repando à quo repandum dicitur, quod retrorſum patet.

Pāndo, as. a. p. (κυρτόω) incuruo. Vnde à Vitruuio arbores pandatæ dictæ ſunt, quæ in ædificijs curuantur. Plin. lib. 16. ca. 42. Facile pandatur iuglans.

Pāndŏcheūs, (πανδοχεὺς) ſtabularius dicitur.

Pāndŏchīūm, chi. n. ſ. (πανδοχεῖον) hoſpitium, diuerſorium, ſtabulum.

Pāndocrătŏr, uel pantocrator. oris. m. t. (παντοκράτωρ) omnipotens, uel omnia uicens.

Pāndŭs, a. um. idẽ quod apertus, latus, aut potius incuruus, πεπαννυμένος. Verg. 2. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Pānēgȳrĭs, is. f. t. (πανήγυρις) conuentus, nundinæ feſtiuitas, ab πᾶν & ἀγύρω, hoc eſt ab omnibus rebus mercandis, quales quinto quoq́ anno Athenis celebrari ſolitas ſcribit Herod. li. 6. Vnde Panegyrici, ſunt ſermones laudatiui, qui in conuẽtu populi, et ſacris celebritatib. habentur, quales ſunt, quibus diui Imperatores laudantur. Et panegyricon, tertium dicendi genus, quod Latini demonſtratiuum dicunt.

Pănĕrōs, (πάνερως) uide Panſebaſtos.

Pāngo. is, pepigi, panxiq́, pactum. a. t. (πήγνυμι) ſignificat figo, planto, ſiue iungo: unde pactilis, πηκτὸς, hoc eſt compactus, & ex pluribus partibus coniunctus. Plin. lib. 21. cap. 3. Sũmaq́ authoritas pactilis coronæ. Liu. lib. 7. Prætor maximus Idib. Septembris clauũ pangat. id eſt figat. Pro planto. φυτεργῶ. Col. li. 3. At quæ uetere ſarmẽto pangũtur, tardius conualeſcunt. Cicero Tyroni, pro ſcribo poſuit, quaſi quid ſimile plantationis: An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Inde etiam uerſus pangi, uel figi in cera dicuntur. Pangere oſculum, eſt oſculari. Plautus in Curc. Qui uult cubare, pangit ſaltem ſuauium. Pangere inducias, eſt facere inducias. Liu. 7. bel. Pun. Compoſita eius quædam ſeruant a, ut circumpango, περιπήγνυμι: unde circumpactus, pro circumiunctus. Plinius libro 17. Ramis terraq́ circumpactis. Depango, καταπήγνυμι, pro defigo. Idem lib. 13. Quercus & olea tã pertinaci odio diſsident, ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur. Oppango, circumpango. Repango, à quo repages, & repagula. Quædã mutant a in i: ut, Appingo, Compingo, συμπήγνυμι, quod eſt coniungo. Impingo, unde impages. Interipſa tamen tam in præterito, quàm in ſupino conuenit.

Pānĭcă, orum. n. ſ. uocantur repentini quidã terrores, & conſternationes, quales lymphatici metus, uſq́ adeò irreuocabiles, ut non ratione modò, ſed mente etiam careãt. Quicquid cum ſtupore cõtingit, pauor ſine cauſa obortus, terriculamentumq́ inane, dicitur panicũ. Fit autem à Pane deo, quoniam repentinorum terrorum, & conſternationum cauſam deo Pani tribuũt. De panico terrore uide Politia. in Miſcella. uide quoq́ Eraſm. in Chil.

Pānĭcŭlă, læ. f. p. (ἀνθήλη) dimi. à panus, ſignifi. comã illã in milio, panico, arundine. itẽ quod pendet è picearũ, uel roborũ quoq́ ramis, & quicquid ſub longa, uel ſubrotũda forma tumet, panicula ferè dici poteſt. Pl. li. 21. c. 4. Græcula roſa cõuolutas habet foliorũ paniculas.

Pānĭcūm

Pănĭcŭm, ci.n. ſ. genus frugis, à paniculis ſuis dictum ἔλυμος. Cæſar: Panico uetere atq; hordeo corrupto omnes alebantur.

Pānĭfēx, icis. com. t. qui panē facit, qui & panificus dicitur. σιτοποιὸς, ἀρτοποιός. Vnde mulieres quæ panem faciunt, panifices, ſeu panificæ uocantur.

Pānĭfĭcĭŭm, cij. n ſ. ipſa panis cōfectio, & actus faciendi panem, σιτοποιΐα.

Pānĭs, is. m. t. (ἄρτος) à paſcendo proprietatem habet, ſiue quòd omnibus pulmentis adhiberi poſsit, & ferè adhibeatur, cū nullum obſonium faciat inſipidius. nam πᾶν, totū dicitur. Panis uaria ſunt genera. Nam alia ſunt ab obſonijs appellata, ut oſtrearij. alia à delicijs, ut artolagani. alia à feſtinatione, ut ſpeutici. alia à coquendi ratione, ut furnacij, uel artoptitij in clibanis cocti. Panis ſecundarius, αὐτόπυρος, ἀγελαῖος, panis uulgaris, qui omnium cibus eſt. Cibarius appellatur panis rudis, à ſcabricie, panis ſecundò coctus, quo utuntur nautæ, δίπυρος.

Pānnĕŭs, a. um. (ῥάκινος) quod ex panno eſt, ut ueſtis pannea, quæ ex lana eſt.

Pānnĭcŭlārĭă, orum. n. ſ. dicuntur ea quæ in cuſtodia receptus ſecum attulit, ut ueſtem qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur, aut numos, quos uictus ſui cauſſa habuerat in promptu, aut leues anulos, hoc eſt qui rem nō excedunt aureorum quinq;. Vide in l. diuus. de bo. damna.

Pānnōsŭs, a. um. o. ſ. qui ſordida ueſte, & craſſo panno uiliq; opertus eſt, nec hoc niſi de paupere dicitur. ῥακώδης. Iuſtin. lib. 2.

Pānnŭcĭlĭŭm, lij. n. ſ. (ῥακίον, χαψιδάριον) à panno & uoluendo filo, ſudariolum ſignificat, ut eſt apud Varronem lib. 1. De lingua Latina. Hoc pannicellum dicere poſſumus.

Pānnŭs, ni. m. ſ. per duplex nn, quo ueſtimur, ut panneæ ueſtes, quæ ſunt laneæ uel bombycinæ, ῥάκος. Pannum, neutro genere protulit Næuius in Tabell. Huius diminutiuum eſt panniculus, ῥάκιον. quaſi tenuis, et delicatus, quamuis quādoq; pro panno craſſo & uili, ſiue attrito & lacertato etiam ponatur.

Pānsæ, arum. com. p. dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes: ſicut planci, quibus plani ſunt. Plin. lib. 11. cap. 45.

Pānsĕbāſtŏs, (πανσέβαστος) gemma cui addita fœcunditas exiſtimatur, quæ paneros dicitur. Plinius lib. 37. cap. 10.

Pānthēr, eris. m. t. (πανθὴρ) ab Ariſtophane uocatur animal, quod Theodorus Gaza lupum canarium appellat.

Pānthērā, æ. f. p. (παρδάλις, πανθὴρ) pen. prod. animal prorſus ferum & maculoſum, quæ & pardalis dicitur: ex πᾶν, quod ſignificat totum, & θὴρ fera. Abundat in Hyrcania & Media. Hinc pantherinus, adiectiuum, quod ad pantheram pertinet: ut Pantherina pellis, & Pantherinæ menſæ, quæ in toto diſcurſu maculatæ ſunt. Plin. lib. 33. cap. 15.

Pānthērŏn, ſiue pantherum, ri. n. ſ. retis genus eſt: ex eo nomen habens, quòd aues omnes concludat, eadē ferè ratione, qua panagron, quod rete piſcatoriū eſt. Thera uenatum ſignificat, & aucupium, unde pantheron dictum. Eſt enim huiuſmodi rete, quod noſtri ſaltabundū appellant, quod cum humi exporrectum eſt, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quiſquilijs, ne ab auibus prouideri poſsit: deinde cum opus eſt, adducto magna ui fune, repentè expanditur, ineſcatasq; aliquot diebus auiculas uno ictu uniuerſas contegit.

Pāntĭcēs, fluxus uentris, inquit Feſtus à pandendo, quòd uentrem pandant. Sunt qui Pantices nimiam uentris pinguedinem interpretentur. Plaut. in Pſeud. Eo uos ueſtros pantices adeò madefacitis, cum ego ſiem hic ſiccus.

Pāntŏcrătōr (παντοκράτωρ) uide Pandocrator.

Pāntŏmīmŭs, mi. m. ſ. (παντόμιμος) pen. prod. rerum omnium imitator, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes oſtendebat. Ex πᾶν, & μῖμος.

Pănūrgĭă, æ. ſ. p. aſtutia, fraus. Plaut. Iſthæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

Pănūrgŭs, gi. m. ſ. (πανοῦργος) aſtutus, quaſi omnium rerum experientiam habens. Ponitur Atticis ſcriptoribus pro callido, aſtuto, uafro, uerſipelli, uerſuto, ueteratore.

Pānŭs, pani. m. ſ. & panis. is. tramæ inuolucrum, quo panni texuntur: à quo panula, ait Nonius, & panicula, ait Feſtus, per diminut. Lucil. lib. 9. Foris ſubtegminis panus. Ab huius ſimilitudine etiā innatus tumor ſub faucibus, auribus úe, & inguinibus, panus, φῦμα, appellatur,

pellatur. Plin. li. 10. ca. 1. Huius diminutiuum eſt panellus, φυμάτιον.

Pāpæ, (πάπαι) dicuntur ſacerdotes, quemadmodum presbyteri, hoc eſt ſeniores appellantur.

Pāpāuĕr, eris. n.t. (μήκων) genus herbæ. & album quidem ſatiuum ſemen habet, quod toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Plinius lib. 18. cap. 19. & 25. Dioſcor. lib. 4. cap. 67.

Pāpāuĕrātă toga, (μηκωνοειδὴς χιτὼν) à colore candido dicta eſt: eadem ſpiſſa toga dicebatur. Plin. lib. 8. cap. 48.

Pāpē, (παπαὶ) admirantis interiectio. Donatus ait, Interiectio eſt mira ſubitò accipientis: habet enim in ſe affectum uerbi miror: ut Papè, quid uideo? Ab alijs cum diphthongo ſcribitur papæ.

Pāpĭlio, onis. m.t. (ἡ ψύχη) inter uermiculos alatos numeratur, quo nullũ animal imbecillius eſt. Colum. lib. 9. cap. 14. de Apibus: Vermiculi quoq; qui tineæ uocantur, item papiliones enecandi ſunt. Item papilio, παπυλιὼν, dicitur tentorium, σκηνή. Plinius lib. 6. cap. 3.

Pāpillă, æ. f.p. (θηλὴ, μαζὸς) parua papula, id eſt tuberculum. Significat etiam mammæ capitulum, unde lac trahitur, quamuis etiam pro ipſa mamma ponatur. Verg. lib. 11. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit. A quarum ſimilitudine papillæ dicuntur, quæ aquas fundunt: hoc eſt clauiculæ in fontibus, quibus exertis aqua effluit, quibus etiam fiſtulæ immiſsis, aquæ curſus prohibetur. Var.

Pāpillātŭs, a. um. o.ſ. papilla ornatus, ſeu in papillæ ſpeciem factus, θηλοειδής. Expapillatus uerò, ἀπομαστωμένος, aduſq; papillam nudatus. Plautus.

Pāppă, æ. f.p. πάππα, per duplex pp, puerorũ cibus eſt, deductum nomen à pane.

Pāppārĕ, n.p. (παππάζειν) eſt minutis & blandiuſculis uerbis patrem appellare. Aliquando eſt cibum ſumere. Plaut. in Epid.

Pāppās, (πάππας) accipitur pro patre, ſiue pro eo qui puerum alit. Iuuen. Timidus prægustet pocula pappas. Eſt autem nomen uenerationis à Syracuſijs tractum.

Pāppŭs, pi. m.ſ. (πάππος) auus. Hinc pappous, παππῷος, id eſt auitus. Pappi etiam dicuntur carduorum flores, & laginoſa quædam ſubſtantia in aërem ſe effundens, ut ueluti flocci quidam uolare uideantur. Plin. lib. 21. cap. 16. pappum uocari ait lanuginẽ helxines herbæ. & lib. 25. cap. 13. dicit eſſe herbam, quæ aliàs ſenecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorũ floribus ſimilem habeat: Græcis erigeron dicitur.

Pāpŭlă, æ. f.p. puſtula, taberculum, ἐξάνθημα, quæ ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur. Huius diminutiuum eſt papilla.

Pāpȳrŭs, ri. f.ſ. (πάπυρος ἡ) arbuſcula eſt præcipuè in Aegypti paluſtribus naſcens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem faſtigiata, thyrſi modo cacumen includens. Ex qua chartæ acu diuiſæ in pertenues, & latiſsimas phyluras præparabantur, quæ ab huius fruticis appellatione etiã papyri nomen acceperunt, quo hodie nos quoq; noſtras chartas quæ ex contritis linteis fiunt appellamus, quòd eundem nobis præſtent uſum, quẽ olim Aegyptijs præſtabat papyrus. Legitur & papyrum neutro gen. apud Plin. li. 13. ca. 11. Hinc etiã papyraceus, a. um, παπύρινος, quod eſt materiatum ex papyro.

Pār, is. om.t. (ἴσος) cum ſuis compoſitis, compar, diſpar, impar, ſepar, ſunt generis omnis. Et licet par producatur apud poëtas, in obliquis tamen prima corripitur, & tam datiuo, quàm genitiuo iungi poteſt. Et in ablatiuo pare uel pari. Significat autem par numerũ duorum, quaſi inter ſe parium, ut Paria amicorum apud Ciceronem de Amicit. Vnde unum par, & duo paria dicimus, ζεῦγος, ζεύγη. Interdum pares pro duobus accipiũtur. Interdum accipitur pro decenti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile eſt, ἴσος. Quint. Si propter matrimonia uiolata urbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? Parem eſſe, ἐπαρκεῖν, ſignificat ſufficere alicui rei, ſiue reſiſtendo ſiue exequendo. Cic. ad Atticum: Sed adhuc pares non ſumus. Paria facere. τοῖς ἴσοις ἀμείβειν, μετρεῖν τὴν ἴσην, id eſt quod alibi amiſſum eſt, uel quod aliunde acceptũ, alibi uel aliunde compenſare. Quintilianus.

Par impar (ἄρτιον ἢ περιττόν) genus ludi. Horat. Ludere par impar, equitare in arũdine lõga.

Pārābĭlis, & hoc le. om.t. quod in promptu eſt,

& cui

& citò haberi poteſt. πόριμος, εὐπόριστος, ἕτοιμος. Cicero lib.5.Tuſc. Diuitias (inquit) maturas parabiles eſſe.

Părăbŏlă,æ.f.p.(παραβολή) ſignificat iuxta ſententiam, quaſi rerum diſsimilium cōparatio. Vnde Quintilianus, Parabole (quam Cicero collationem uocat) longius res quæ comparantur, repetere ſolet.

Părăcentēſis,is.f.t. παρακέντησις. ſignificat punctionem, ut eſt apud Plin.lib.25.

Părăclētŭs. παράκλητος. per e productam ſcribitur, & profertur, à παρακαλῶ, quod rogo, hortor ſignificat. item pro alio precator interuenio, ut aduocatus, & patronus.

Părădiăſtŏlē,es.f.t. παραδιαστολή. dici poteſt per dilationem, quod fit, cum rem noſtram dilatamus interpretatione. De hoc ſchemate, uide Rutilium Lupum.

Părădigmă,atis.n.t. παράδειγμα. exemplum facti uel dicti alicuius. uide Iulium Rufinianum.

Părădiſeă poma. παραδείσια μῆλα. dicuntur à ſitu, quòd ferè in omnibus pomarijs inſerātur, odore ſaporeq́ inſignia.

Părădiſŭs. παράδεισος ὁ. pomarium, id eſt hortus conſitus, generis tam maſculini, quàm fœminini. Eſt & locus ferarum ſeptus, ſiue uiuarium, aut uiridarium. Vox deflexa eſt, ut quidam uolunt, ab Hebræo pardes, quod hortum domeſticum ſignificat, ſiue pomarium.

Părădŏxă.n.ſ. παράδοξα. à Græcis uocantur admirabilia, ſiue inaudita, & quæ ſunt præter opinonem omnium. De ſchemate paradoxo, uide Rufinianum.

Părænēſis,is.f.t. παραίνεσις. pen.cor. præceptio, ſeu admonitio. Hinc Acron Horatianus interpres: Hæc ode parænetice ſcripta eſt pro eo, quod eſt præceptiuè ſiue monitoriè.

Părăgōgē,es.f.t. παραγωγή. deductio, figura qua litera uel ſyllaba fini iungitur, ut dicier pro dici. Hāc alij paralepſim, alij prolepſim uocāt.

Părăgrăphē. παραγραφή. Latinè præſcriptio, exceptio, effugium litis, compoſitio. Eſt & tropus apud poëtas, cū præcedenti completo, ad alia fit tranſitus. Eſt etiā annotatio in margine, & ſcholium. Inde paragraphi & paragraphæ Iuriſconſultorum. Dicitur etiam paragraphus linea in longum protenſa, uox protrita Iuriſconſultis noſtris.

Părăllēli, pen. pro. dicūtur circuli ſphæræ, qui ad eūdem polū conſtituti, finiūtur. Parallelus enim quaſi alternus, mutuus, inuicē cōparatus, à quo lineæ æquè diſtantes parallelæ dicūtur.

Părăliŭs, genus eſt tithymalli. Plin. lib.26.ca.8.

Părălyſis,is.f.t.(παράλυσις) diſſolutio neruorū. & alio nomine à Græcis hemiplexia, hoc eſt ſemiapoplexia, cum in alteram tantum corporis partem malum id incubuit. nam cum totum afficitur, apoplexia nominatur. Inde paralyticus, diſſolutus.

Părănītēs, gemmæ ſpecies, quæ & ſapinos dicitur. Plin.lib.37.cap.9.

Părănymphŭs, phi. m.ſ. (παράνυμφος) ab Hierony. dicitur pronubus, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptijs celebrandis, auſpicium capere ſolebant.

Părăphērnă,(παράφερνα) dicuntur ea quæ præter dotem dantur fœminis: à παρὰ & φερνή. Hæc & paraphernalia dicuntur, Vlpianus de Iur.dot.l.dotis.

Părăphrăſis, is.f.t. (παράφρασις) pen.cor. Eſt eiuſdem ſententiæ per alium ſermonem explicatio, & liberior interpretatio, cum quædam mutantes, aut etiam addentes copioſius ac dilucidius explicamus, quod ab alijs dictum eſt: cuiuſmodi eſt Themiſtij in Ariſtotelem. De hoc Quint.lib.10.ca.5. Dicitur etiam peruerſa dictionum interpretatio.

Părăphrăſtēs,is.m.t.(παραφράστης) dicitur interpres latius explicans, qui non literā ex litera, ſed ſenſum è ſenſu trāſfert, quaſi iuxta loquēs. & pro peruerſo & deprauatore ponitur.

Părāriŭs,rij.m.ſ. (προξενητής) idem quod proxeneta, qui nominibus faciendis interuenit. Sen. lib.3. de Beneſi. Quidam uolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios. Pararium æs appellabatur, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Feſtus.

Părăſangæ, apud Perſas uiarum menſuræ ſunt, quinquaginta ſtadia continentes. Plin. lib. 6. ca.16. Budæus triginta ſtadia continere dicit.

Părăſtădēs, lapides, qui utrunq; oſtij latus muniunt. Vitruuius quoq; paraſtadas antas uocat. Hermolaus. παραστάδες. Vide Paraſtatæ.

Părăſceuē,es.f.t.(παρασκευή) dici poteſt præparatio, nam à παρασκευάζω, quod eſt præparo, deducitur.

Pārăsĭōpēſis, is. f. t. (παρασιώπησις) ſchema eſt apud Rhetores, à Latinis præoccupatio dicitur, cum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur.

Pārăsītăſtĕr, ſtri. m. ſ. (παρασιτόμιμος) qui paraſitorum imitator eſt.

Pārăsītŏr, aris. d. p. paraſitum agere. Plautus: Qui paraſitando pauerunt uentres ſuos.

Pārăsītŭs, ti. m. ſ. (παράσιτος) qui aliorum menſas & cibaria ſequitur, ex κατὰ ad, σῖτον cibus, σιτέα ſagina, quod non ſolum frumentū, ſed cibaria quoque deſignat. Accipitur nonnunquam pro eo, qui ſimplicibus uerbis riſum ab audientibus captat: primo tamen paraſitus in honore fuit. Nam paraſiti uocabantur olim comites ſodalesq́ pontificum, & magiſtratuum, ut docet Athenæus lib. 6.

Pārăſtătæ, arum. m. p. (παραστάται) uel paraſtades, (παραστάδες) ut apud Vitru. & Plin. lapides ſunt pilarū ferè modo appoſiti columnis, de qua ſimilitudine alterum cruris os (duo enim ſunt) paraſtata nominatur in iumentis à Vegetio, quod & paracnemion appellatur à Iul. Polluce, apud quē & meatus illi per quos genitura è teſtibus per urinæ uias defertur, paraſtatæ nuncupantur. Sunt & in prælio (inquit) dicti paraſtatæ, nomen officij. Sed & tabulæ quædā certis inſtrumentis à Vitruuio paraſtatæ uocantur. Pli. li. 33. ca. 3. Bud. in iſtis Vitruuij & Plinij locis dicit male fuiſſe emendatū, legendumq́ paraſtaticæ & paraſtatica.

Pāratrăgœdio, as. n. p. (παρατραγῳδέω) id eſt exaggero, ac uerborū magnitudine aliquid augeo. Plau. in Pſeud. Illic homo eſt: uide ut paratragœdiat carnifex.

Pārco, is. peperci, parſum. n. t. (φείδομαι) duo ſignificat. Aliquādo enim abſtinere, continere ſe à re aliqua, quaſi parū tangere, conſeruare, temperare: & tunc parſi facit in præterito atque datiuum regit: ut Parcere labori, id eſt à laborando abſtinere, uitare, fugere: Parcere ſumptu, à ſumptu abſtinere. Verg. Eclog. 3. dixit, Parcite oues nimiū procedere. Vbi Seru. Parcite, prohibete, id eſt ſeruate ne procedant. Habet quoq́ in hac ſignificatione ablatiuum cum præpoſitione à uel ab. Liu. 5. Bel. Pun. Altera ſignificatio eſt, cum ponitur pro ignoſcere, cōcedere, remittere, cōdonare, ueniā uel impunitatē dare: & tunc peperci facit in præterito. Cic. pro Quintio: Viri boni malunt cōmemorare, ſe, cum perdere poſſent, pepercíſſe, quàm cū parcere poſſent, perdidiſſe. Huius uerbi cōpoſita ſunt, Cōparco, (καταφείδομαι) eiuſdem cū ſimplici ſignificationis. Reparco, iterum parco. Plaut. in Truc. Vtinam rei iterum parſiſſem meæ, ut nunc reparcis.

Pārcŭs, a. um. o. ſ. (φειδωλός) qui frugi eſt, & ſumptibus [illegible] cit. Gellius lib. 3. cap. 19. Neq; ab arca, [illegible] ab arcendo, ſed ab eo quod paruum & parū denominatur. Parcus comitatu, apud Pli. in Paneg. dicitur, qui paucos habet in comitatu. Hinc parcè aduer. frugaliter, & moderatè. Hinc parcitas, (φειδωλία) pro frugalitate. Huius compoſitū eſt, præparcus, (σμικρολόγος, γλισχρός) ualde parcus. Plin. li. 11. Similiter deparcus nimium parcus, ac tenax, cui opponitur profuſus ac magnificus. Apuleius, At uerò cōtraria accuſaſtis unum ſeruum, ut deparci: tris liberos ut profuſi.

Pārdălĭānchēs, (τὸ παρδαλιαγχὲς) aconiti genus, ſic dictum quod carnes eo tactæ pantheras necant. Plin lib. 8. cap. 27.

Pārdălĭj, (παρδάλιοι) lapides ſunt fului coloris, à pantheræ colore. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pārdălĭŭm, lij. n. ſ. (παρδάλιον) dicitur unguentum, quòd pardalis odorem reddat, quæ ſola ex animalibus odorem reddit, & Latinè panthera dicitur. Plin. lib. 13. cap. 11.

Pārdălŭs, (πάρδαλος) pen. cor. auicula, quæ magna ex parte gregatim uolat, colore cinereo.

Pārdŭs. di. m. ſ. animal eſt, cuius fœmina pardalis, (πάρδαλις) dicitur. unde & leopardus. Plinius lib. 8. cap. 17.

Pārĕctătŭs, (παρέκταος) qui de pueritia uenit ad pubertatem. Luc. li. 10. Tum ephebū, quem uocant parectatum.

Pārĕlcōn, (παρέλκον) eſt productio dictionis ex adiectione ſyllabæ, ſiue etiā dictionis integræ ad aliam dictionem.

Pārēns. entis. com. t. (ὁ γεννήτωρ, ἡ γεννήτειρα) à pario fit, quo nomine non modo pater, & mater, ſed auus, proauus, auia & proauia, & omnes ſuperiores uſq; ad tritauos ſignificātur. ultra hos qui nō habēt ſpeciale nomē, maiores appellantur. Plin. lib. 18. ca. 1. terram omniū parentem dixit, id eſt alumnam. Parentes pro conſangui-

conſanguineis poſuit Salluſt. Et de arbore parens dicitur. Plinius lib. 12. ca. 5. Hinc parenticida, qui patrem aut matrẽ occidit. Plautus in Epid. Quia ego tuum patrem faciam parenticidam. Et parentela, συγγένεια. Iulius Capitol. Cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua putauit.

Părēntālĭă, um. n. t. (κτερίσματα, ἐναγίσματα, τὰ νομιζόμενα) conuiuia quæ in parentũ, aut propinquorum mortibus fieri conſuerunt. horum Aeneas inuẽtor fuit. Dicta ſunt parentalia, quòd ita parerẽt mortuis, qui ita uiuentes iuſſerant facere, uel quòd filij parentibus hoc præſtarent. Cic. 1. Philip. Decreturũ fuiſſe, ut parentalia cũ ſupplicationibus miſcerentur.

Părēnthĕſis, is. f. t. interpoſitio, ex παρὰ & ἐν, quæ duo ſignificant inter. θέσις poſitio. figura, quoties remota de medio ſententia, integer ſermo perdurat.

Părēnto, as. n. p. (κτερίζω, ἐναγίζω, τὰ νομιζόμενα ποιῶ) ſignificat parẽtibus iuſta celebro: uel generaliter, pro mortuis iuſſa facio & ſoluo, ſed non ferè ſine hoſtili uictima. Plin. lib. 18. cap. 12. Quoniam mortuorum animæ ſunt in ea, (ſcilicet faba) qua de cauſa pàrentando utique aſſumitur. Et ab hac propria ſignificatione ſit etiam, ut parentare ſit pœnas perſequi, pœnas expetere. Cic. pro Flac. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos.

Pārĕo, is. parui, paritum, n. ſ. (φαίνομαι.) unde pariturus, ſignificat uideor: & à pario (ut aliqui putant) deductum, quoniam partus, poſtquàm extra uterum eſt, uidetur. Ver. Cui pe-
» cudum fibræ, cœli cui ſydera parent. id eſt à quo fibræ & ſydera cernuntur. Unde & compoſita, Appareo: ut, Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Compareo, corã aliquo pareo: Diſpareo, (ἀφανίζομαι) à conſpectu recedo. Tranſpareo, (διαφαίνομαι) per aliquod corpus lucidum uideor. Interdum parere eſt obedire,
» (πείθομαι.) Verg. Paret Amor dictis charæ ge-
» netricis. Parere interceſsioni, eſt deferre, id eſt, petenti cedere. Apud Cic. 3. de Leg. Parere gulæ, eſt ſeruire gulæ, ſiue indulgere.

Părērgŏn, dicitur quod alicui rei præter propoſitum additur. Sunt etiam, inquit Bud. parerga corollaria operis locati, quæ fiunt ultra id, quod in ſtipulatione cõprehenſum eſt. Ergon, eſt opus ipſum, de quo actũ eſt: Parergon, eſt operis appendix, de quo nihil actum erat.

Părætonĭŭm, nij. n. ſ. (παραιτόνιον) coloris genus, à loco Aegypti ita uocatũ. Hoc ſpumam maris eſſe exiſtimant cum limo ſolidatam, quæ propter minutæ conchulæ plerunq; in eo inueniuntur. Plin. lib. 35. cap. 6.

Părēlĭă, (παρήλια) à Latinis uirgæ, ab hiſtoricis ſoles appellantur, author Seneca.

Părĭēs, etis. m. t. (τοῖχος) pen. cor. de priuatis dicitur, ut paries domorum: murus tam de publicis, quàm de priuatis dicitur. Paries intergerinus, uide Intergerinus. Paries cratitius, dicitur ab aſſeribus, qui arrecti tranſuerſiq; in modum cratis texũtur: unde Vitruuius arrectarios parietes, & tranſuerſarios appellat.

Parĭĕtārĭă, æ. f. p. (παρθένιον) herba à parietib. in quib. naſcitur, dicta. uulgò uictriolum. Dicitur & perdiciũ, quòd perdices ea ueſcãtur.

Părĭĕtīnæ (τοῖχοι ἠφανισμένοι) penult. prod. muri ueteres, ac ſemiconſumpti, Plin. lib. 22. cap. 17. Auguſt. Parietinæ dicuntur, quas uulgò dicimus ruinas, ubi parietes ſtant ſine tecto, & ſine habitantibus.

Părĭlĭs, & hoc le. om. t. (ἴσος) ſignificat æquale.
» Lucretius: Concharũq; genus parili ratione uidemus. A quo parilitas, (ἰσότης) æqualitas. Gellius lib. 14. cap. 5. Parilitas uirtutum inter ſe conſimilium.

Părĭo, is. parere, pen. cor. peperi, partum. n. t. uel pario, is. parire, pe. prod in quarta coniugatione, pariui, paritum, ut apud Ennium, Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. & apud Cato. cap. 80. Eſt autem parere, fœtum emittere, (τίκτειν, ἀποτίκτειν) quod propriè ad fœminas pertinet, licet etiam quandoque de uiris dicatur. Cæcilius: Hic uicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat, id eſt genuiſſe. Per tranſlationem dicitur interdum, pro acquirere ſiue comparare, κτᾶσθαι, περιποιεῖσθαι. et ſic conſtruitur ſicut Emo. Parere oua dicũtur aues, pro ponere, & quod uulgò facere dicimus. Parere uerba, eſt noua fingere. Cic. 3. De Fin. Huius compoſita ſunt, Aperio (à quo adaperio) comperio, (à quo cooperio) & reperio.

Părĭtĕr, (ἴσως) aduerb. ſignificat ex æquo. Næuius:

uius: Vt pariter diſpartiantur bona patris. Aliquando conuenienter (οἰκείως.) Aliquando ſimiliter, (ὁμοίως.) Plautus in Aulul. Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum. Eſt & aduerb. congregandi, ſignificans unà, ſimul. Cic. 1. Tuſc. Pariter enim cum uita ſenſus amittitur.

Părĭtūră, (γονή) idem quod genitura. Var. lib. 1. De re Ruſt. Demes, ſi uis, duas res de mulis, admiſſuram, & parituram.

Părĭtūdo, inis. f. t. ipſe pariĕdi actus. Antiquum. Plaut. in Aulul.

Părmă, æ. f. p. (πάρμη, Σ.) breue ſcutum, quo pedites utebantur, quòd è medio in omnes partes eſſet par, ut inquit Var. Hoc ſcutū Græci (authore Plinio) uocant πέλτην. Huius diminutiuum eſt parmula. Horatius: Senſi relicta nō bene parmula.

Părmŭlārĭŭs, (πελταστής) gladiator, qui parmula utebatur. Itemq́ factor & locator eius generis. Quint. lib. 2. cap. 12. Ego, inquit, parmularius ſum. Vbi interpres, Parmularius dicitur parmarum, hoc eſt ſcutorum, faber.

Părnăcĭdăs ueſtes, appellabant puellares. Var. De lib. edu. Vt puellæ habeant potius in ueſtitu chlamydas, encombomata, & parnacidas, quàm togas.

Păro, as. a. p. à pario deduci uidetur. nam quod paramus, quodammodo parere, & proferre uidemur. Plautus in Mil. Itaque ego paraui hic intus magnas machinas. Ponitur aliquādo pro inſtruere, ornare, moliri. Cæſar 5. Bell. Gall. Neruios, Aduaticoſq́ bellum Romanis parare. Significat etiā, (κτάομαι, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω) acquiro, comparo. Et ſicut emo capi poteſt, licet in eo precium expreſſum non inueniatur ita apertum, ut in eius compoſito comparo, ſed quaſi precium. Terent. in Eunucho, Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Hinc paratus participium, aut nomen ex participio. Terentius in Andr. Omnia parata iam ſunt intus. Eſt & quartæ declinat. Quintil. libro 10. cap. 1. Copioſus uerborum ſu paratus. id eſt apparatus. Inuenitur & paratum ſubſtantiuum. Terent. in Eunucho, Parati nihil eſt. Hinc paratè, aduerb. promptè, & expeditè. Hinc fit parito, as. frequentatiuum. Plaut. in Merc. Qui cum illuc, quò nūc ire paritas, Veneris. Huius compoſita ſunt, apparo, cōparo, reparo, ſeparo, diſparo, quod eſt ſeparo, æquiparo, propero, & ſupero. quæ habent pen. cor.

Păro, onis. m. t. (πάρων) genus nauis, ad cuius ſimilitudinem Myoparo, (μυοπάρων) dicitur, piraticum nauigium: brigātinus hodie uocatur.

Părŏchŭs, chi. m. ſ. (πάροχος) pen. cor. auſpex, ſiue paranymphus, quod ante uehicula eat, quæ Græcè ὀχήματα dicuntur. Quidam parochū interpretātur præbitorem, à παρέχω, præbeo. Huius officium erat, magiſtratibus præbenda conducere. Vel Parochi magiſtratus erant, quibus cura erat, ut ligna & ſal legatis publicè miſſis præberentur. Horat. Proxima Campano ponti, quæ uillula tectum Præbuit, & parochi quæ debent ligna ſalemq́. Sunt qui parochias, ait Budæus, appellatas inde cēſeant, quibus ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt, ab exhibitione ſcilicet ſanctifici cruſtuli, ſacroſanctiq́ panificij. Quanquam non parochias primum, ſed parœcias appellatas eſſe idem cenſeat Budæus.

Părœcĭă, æ. f. p. (παροικία) cum œ diphthon. dici poteſt accolatus, ſiue accolarum conuētus, ſacraq́ uicinia. nam παρὰ iuxta, οἶκος domus, ubi ſcilicet ſunt domus cōtiguæ. Aug. li. 14. Ciu.

Părœmĭă, æ. f. p. παροιμία, Latinè prouerbium. Donat. Eſt accommodatum rebus, temporibuſq́ prouerbium.

Părŏmœŏn, (παρόμοιον) figura quoties eſt uerborum in oratione aliqua ſimilitudo.

Părŏmŏlŏgĭă, (παρομολογία) dici poteſt cōfeſſio: figura cum aliquas res concedimus aduerſario, deinde inferimus aliquid quod aut maius ſit, quàm ſuperiora, aut etiam omnia, quæ poſuimus, infirmet.

Părŏnŏmăſĭă, æ. f. p. (παρονομασία) Latinè agnominatio, cum aliquod nomen ex alio in ſignificatione diſtante conficitur. Quando autem eſt uerborum, paromœon dicitur.

Părōnȳchĭă, (παρωνυχία) abſceſſus circa radices unguium. Plin. lib. 23. Dicta paronychia à παρὰ ad, ὄνυξ, unguis, quaſi ad unguem.

Părōpſĭs, (παροψίς) per o gene. fœm. ex παρὰ & ὄψον, id eſt ad cibū. P.opſis genus iuris ſecundum Iul. Pollu. quāquam & pro repoſitorio opſoniorum aliquantum concauo, quod catinū

dicunt, apud idoneos legatur. Martialis: Cui »portat gaudens ancilla parapſide rubra Ha»lecem.

Părōtĭdēs, (παρωτίδες) apoſtemata ſecus aureis. nam collectiones fiũt in glandulis. Dicuntur & parotides (ut inquit Celſus) arteriæ duæ, in dextra ſiniſtraq; iuxta guttur, quæ ſurſum procedentes, ultra aures feruntur. Quin & ipſi aurium cincini, apud Iulium Poll. uocantur parotides. itemq; partes his ſubiectæ, quæ à faucibus ad malas pertinẽt. para enim ad, ota aures dicũtur. Solent etiam iuxta dentes in gingiuis oriri dolentia, quas Græci παρώτιδας appellant.

Părōxȳſmŭs, mi. m. ſ. (παροξυσμὸς) ſtimulatio, cõcitatio, exacerbatio, παροξύνειν enim eſt incitare, acceſſus febris dicitur.

Părră, æ. f. p. genus auis inauſpicatæ. Horat. Impios parræ recinentis omen.

Părrĭcīdă, æ. com. p. (πατροκτόνος, πατραλοίας) pen. prod. à pari, uel à patre deduci poteſt. Si à pari, r euphoniæ cauſa additur: ſi à patre, t in r conuertitur, ideo per duplex rr ſcribitur. Quibuſdam tamen à parente compoſitum uidetur, & pro parenticida per ſyncopam, commutatione t in r. nam parricidæ dicuntur parentũ interfectores, & patriæ proditores, quia patria parens uniuſcuiuſque eſt. Ponitur & pro alio quocunq;, qui qualemcunq; hominem occiderit. Hinc parrici appellabantur quæſtores, qui cauſa capitalium rerum quærendarũ creari ſolebant. Sunt tamen, qui inter parricidium & patricidium diſtinguant, quod patricidium ſit patris interfectio: unde & matricidium, quo mater interficitur, ſic patricida & matricida. Parricidium uerò, cognati, uel ciuis, uel alicuius alius occiſio, uel contra patriã machinatio. Cic. lib. 1. Offi. Poteſt enim, dij immortales, cuiquam eſſe utile, fœdiſſimũ & deterrimum parricidium patriæ?

Pārs, partis. f. t. (μέρος, μοῖρα) à pari, quod partes ſimul iunctæ pares, id eſt æquales ſint toti. Vel dicitur à pario, quòd pars à toto deducta, & quaſi parta ſit. Poteſt etiam dici à parum, quòd pars ſit quid parum reſpectu totius. Eſt autem quadruplex huius nominis ſignificatio. eſt enim uel loci, uel membri, uel muneris, uel ſectæ. De primo, Cic. Fam. 13. Nunc autem opto, ut ab iſtis Orientis partibus uirtutis tuæ lumen eluceat. De altero, cum membri eſt, & cuiuslibet rei diuiſionem ſignificat. Ouidi. in Faſt. Pars bona montis erat. Sic magna pars, maior pars, maxima pars. Propè pars, pro magna uel maior pars. Eſt & alius loquendi modus per accuſatiuũ. Cic. Fam. 4. Et ſi enim abfui magnam partem conſulatus tui. Sic autem reſolui poteſt, Maximam partem, id eſt maximè. Tertiam ſignificationem diximus eſſe muneris uel officij, idque in plurali numero. ut, Meæ, uel tuæ partes ſunt. Terent. Duras fratris partes prædicas. Item partes tranſactæ dicuntur, cum ſuſcepto negotio perſuncti ſumus. De poſtrema ſignificatione, quæ factionis eſt, uſurpaturq; tam in ſingulari, quàm plurali numero, Cicero Philip. 5. Nam nunc quidem partiam contentionem eſſe dictitat. Quarum partiam? alteri uicti ſunt, alteri ſunt è medijs C. Cæſaris partibus. Præter has præcipuas huius dictionis ſignificationes reperiuntur & aliæ apud Grammaticos, ut cum pro initio ſumitur. Celſus: Parsq; ſanitatis eſt, uomitum eſſe ſupreſſum. Et pro uxore. Plautus in Menæ. Satur nunc loquitur de me, & de parte mea. Parte quoq; ablatiuus ponitur aliquando pro partim. Plin. lib. 37. cap. 11. Melichloron eſt geminus, parte flauus, parte melleus.

Părſĭmōnĭă, æ. f. p. (φειδὼ) moderatio ſumptuũ, & parcitas, hoc eſt conſeruatio rerum. quæ ſic definitur à Philoſophis, Parſimonia eſt, qua cauemus, ne quod diſpendium ultra modum fiat, & res familiaris (quoad fieri poteſt) ſine cuiuſquam iniuria conſeruetur. Fit autem à præterito parſi, quod conſeruaui, ſiue abſtinui ſignificat.

Părthĕnĭŭm, herba Mineruæ dicata quæ παρθένος, id eſt uirgo dicitur. Dioſc. lib. 3. cap. 156. & lib. 4. cap. 42. & 101.

Părtĭārĭŭs, (κοινωνὸς) colonus, ſiue alius quis, cũ quo aliquid commune habemus, & partimur. Cato. Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit, & coquit.

Părtĭceps, ipis. om. t. (μέτοχος) qui partem capit, omnis eſt generis. Terent. in Heaut. Niſi ubi ille huc ſaluos redierit meus particeps. Participem facere aliquem rei alicuius, eſt ei cõmunicare quicquid eſt. Dicimus per genitiuum,

parti-

particeps ſum laborum tuorum. Cæſar 3.Bel. Ciuil. Quos ſui conſilij participes habebant. Vel per datiuum, cum præpoſitione in, Particeps ſum tibi in laboribus. Cur.

Pārticipiūm, pij. n. ſ. μετοχή. pars orationis dicitur, quòd partem capiat nominis et uerbi. Participia iuncta cum uerbis infinitis, ſeruãt uim participiorum. Hinc participialia. μετοχικά. nomina, dicta ſunt gerundia, quæ licet non ſint participia, ſimilia tamen participijs ſunt. nam & caſus, & genera, & tempora & ſignificationes habent more participiorum, & poſt ſe caſus regunt nõ antè. Differunt autem gerundia à participijs, quòd ipſa rei adminiſtrationem ſignificant ſine tempore: ut, Tenet me occupatio iuris dicendi: gerundium eſt, nec tempus ſignificat futurum, ſed rei adminiſtrationem in iure dicendo. illa uero tempus, ſine rei adminiſtratione: ut, tenet me cura dotis numerandæ: participium eſt futuri ſignificatiuũ, ſine rei adminiſtratione. Præterea gerundia duplicem ſignificationem habent, participia unam tantum. Aliquando participium ſumitur pro participatione.

Pārticipo, as. a. p. μεταλαμβάνω, μεταδίδωμι, μετέχω. partem tribuo, communico, impertior, participem facio: uel partem capio, partem ſubeo, particeps fio. Cum ſignificat participem fieri, iungitur accuſatiuo tantum. Vt cũ dicitur participare peſtem, id eſt peſtis participem fieri: ſic participare uoluptatem. Plaut. Et participabo. Cum ſignificat participem facere, iungitur interdum genit. cum accuſ. Plaut. in Ciſtel. Paternum ſeruum ſui participat conſilij. Interdum accuſatiuo & ablatiuo cum præpoſitione Cum. Liuius 3. ab Vrbe, Suas laudes participare cum Cæſone, memorare pugnas, &c.

Pārtĭcŭlă, læ. f. p. μερίς. diminutiuũ, parua pars. Cic. 3. Verr.

Pārtĭcŭlāre. τὸ κατὰ μέρος, τὸ ἐπὶ μέρους, μερικόν. quod ad partem ſpectat.

Particulariter et particulatim. μερικῶς. aduerb. ſignificant membratim & per partes. Cic. lib. 1. ad Heren.

Pārtĭcŭlōnēs. συμμέτοχοι. dicuntur cohæredes, qui partem patrimonij ſumunt. Nonius.

Pārtĭm. τῇ μὲν, τῇ δὲ, τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ. aduerb. ſignificat ex parte, uel pro parte, & ferè ſemper in oratione geminatur: ut, Partim ſubticuit crimen, partim confeſſus eſt. Aliquando idem eſt quod pars: ut, Partim hominum uenerunt, id eſt pars hominum uenit, ſiue quidam homines. Vide Gell. lib. 10. cap. 13.

Pārtĭo, onis. f. t. τέξις. idem quod partus. Plaut. in Trucul. Horreſco miſera mentio quoties fit partionis.

Pārtĭŏr, partiris: & partio, partis, partiui, partitum: futuro partiam, & partibo: partiar, & partibor. μερίζω, διανέμομαι. Eſt autem partiri, partes facere, & quaſi diſtribuere. Plaut. in Aſin. Hanc quam nactus ſum prædam, cũ illis partiam. Præter proprium accuſatiuum habet aliquando ablatiuum cum præpoſitione Cum, aliquando alium accuſatiuum cum præpoſitione in: aliquando cum præpoſitione inter. Hinc partitio, onis. uerbale. Cic. De Nat. Deorum, Hæc ſi rectè memini, partitio fuit. Et partitor, oris, aliud uerbale. Cic. in Vat. Sed partitorem ad partiendas merces miſſum putares. Hinc aduerb. partitè, diuiſè. Cic. in Orat. Ab his fiunt compoſita, impertio actiuum, & impertior tam paſſiuum quàm deponens. ἀπονέμω. a in e mutata, ſicut fit in expers. Et ſignificat impendere, uel partem dare, & participem facere. Cicero, Huic rei aliquid temporis impertias. Diſpertio uel diſpertior, uarie partio. Nonius, Vt pariter diſpartientur bona patris. Bipertior. διχοτομέω. tripertior, quadripertior, quinquepertior: à quibus bipertita, tripertita, & huiuſmodi.

Pārtūm, ti. n. ſ. περιποιηθέν. propriè dicitur labore acquiſitum, quia nullus partus ſine labore & dolore. Fit autem à pario, ris. Cice. Male parta, male dilabuntur.

Pārtŭrĭo, is. n. q. (ὠδίνω) penult. corr. à pario uel à partu fieri uidetur, quod eſt in pariendo laboro, ſeu laboro ut pariam. Cicero Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod iamdiu parturit.

Pārtŭs, a. um. participium à pario, id eſt in lucem æditus. Aliquando idem quod nactus, acquiſitus. περιπεποιημένος. Apul. Partamq́ à patre & multo tempore, & multo labore pecuniam uno die conſumpſit.

Pārtŭs, huius partus, m. q. nomen. (τόκος, τέξις,

 κύημα.

κύημα) pro ipſo pariendi actu. Et de arboribus dicitur. Plinius lib. 12. cap. 14. Autumno legitur ex æſtiuo partu. Aliquãdo accipitur pro prole.

Păruidūco,is.parui facio. Cic. pro Archia. Pericula mortis parui eſſe ducenda.

Părŭipĕndo,is. Cic. Att. Sed ſi iſta paruipendimus,certe & maiora contemnimus.

Părūlis,idis.f.t.(παρουλίς) tuberculum iuxta dentes in gingiuis naſcens.

Părŭm, (μικρόν,ὀλίγον) aduerb. ſignificat modicum. Terent. in Adelph. Magis impenſe capitis, cõſulitis parum.ſubauditur uobis. Parum proſpicere, eſt parũ aut nihil futura prævidere. Hinc paululum,pauxillum, & pauxillulum,(παρὰ μικρὸν) diminutiua.

Părūmpĕr,(παρὰ μικρὸν) paruo tempore,quaſi perparum,hoc eſt ualde parum. Plaut.Expecta hic parumper.

Părŭŭs,a. um. quod nõ eſt magnum, (μικρός.) Parui odoris amœnum eſſe dixit Plin. lib. 12. cap. 13. id eſt imbecilli & pauci. Ponitur & paruum pro eo,quod eſt minimi precij. Cic. 1. Offic. Parua ſunt foris arma, niſi eſt cõſilium domi. In paruo,ponitur pro ferè. Plin.lib.8. cap.33. Eminet roſtrum, ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo. Paruiſſimus protulit Lucretius lib.3. Hinc paruitas, atis.Cic. Hinc paruulus,diminut.Terent.in Eunu.Matri paruulam puellam domo quidam mercator dedit. Paruula pecunia,& immanis opponuntur.Cice.pro Roſc.Comœdo, Et illa fuit pecunia immanis,hæc paruula. Ponitur & paruulus pro puerulo. Quint.li.5.cap.7. Excepta paruulorum iudicia. Hinc paruulum, aduerb. Plin. Epiſt.170.Nam paruulũ differt,&c. id eſt minimum. Hinc etiam paucus,(ὀλίγος.)à quo diminut.pauculus & pauxillus.

Păsālli, odores uocari poſſunt, quos olere conſucuimus. Item ij,quos in pilas redactos manibus geſtare.ſolemus, præſertim peſtilentiæ tempore.Paſtilli.

Păſcālēs,(σιτιστοί) oues & gallinæ dicuntur,quæ paſſim paſcuntur:à paſco, ſiue à paſcuis, quaſi paſcuales.

Păſchālis,& hoc le.om.t. quod ad paſcha pertinet,ut paſchalis dies,paſchale ſacramentum.

Păſcĕŏlūs,li.m.ſ.(ut inquit Var.) ſacculus eſt ex aluta factus.Quidam dicunt ſignificare loculum in marſupio.

Păſcĭto,as.a.p.(διανέμω) pen. cor. frequentatiuum à paſco.Var.3.De re Ruſt.cap.16. Nunc feras,quæ in ſylueſtribus locis paſcitant: cicuret,quæ cultis.

Păſco,is.paui,paſtum,a.t.(νέμω) id eſt comedo. In hac ſignificatione etiam ſumitur paſcor deponens. Interdum eſt cibum alteri præbere, (νέμειν,βόσκειν) & quaſi cibo ſaginare. & ſic dicimus, Herba paſcit equum, & paſco equũ herba.Verg.Veloces Spartæ catulos, acremq;

» moloſſum Paſce ſero pingui. Vnde per trãſlationem ponitur pro delectare, ἑστιᾶν. Idem, Atq; animum pictura paſcit inani. Et paſcere oculos, eſt uiſu alicuius rei gratæ nos oble-

» ctare.Interdum pro augeri & creſcere:ut, Et

» ſacrum tibi paſcere crinem. Huius cõpoſita ſunt cõpaſco, depaſco, (κατανέμομαι) paſcendo abſumo. Et depaſtus dicitur agrum bos, qui cibum ex agro ſumpſit. Item depaſtus ager paſſiue, (κατανεμηθείς) hoc eſt paſcendo cõſumptus. Diſpeſco, diuido, & proprie pecus à paſtione deduco. Expaſco, depaſco, perpaſco,in totum paſco,ſatio.

Păſcŏr,eris.deponens.t.(νέμομαι) ſignificat co-

» medo.Verg.Paſcuntur uerò ſyluas, & ſumma Lycæi. Dicimus etiam paſcor equum per herbam.Equus paſcitur herba.Equus paſcitur in uiridi pabulo. Ab hoc fiũt depaſcor,νέμομαι, ἐπινέμω: & impaſcor, (ἐπινέμομαι) quod eſt intus paſco.Col.lib.2.

Păſcŭă,æ.(νομὴ) idem quod paſcuum.

Păſcŭŭm,ui.n.ſ.(ἐπινομία,νομὴ) à quo plurale paſcua,in quibus pecudes paſcuntur,ſiue ager paſcuus ſit, ſiue pratum, ſiue mons aut collis. Columella lib. 8. In eo rure,quod paſcuo caret,contineri poteſt.

Păſcŭŭs,a.um. (νομαδικὸς) unde Paul. ſyluam paſcuam appellat, quæ eſt paſcuis pecudum deſtinata.

Păsilŭs & paſeolus, legumina uulgò nota, quæ & phaſilus & phaſeolus (φασίολος) dicuntur. Dioſcor.lib.2. cap.118. Vide Faſelus, Phaſeli & Phaſeolus.

Păſsĕr,eris.m.t.(στρουθὸς) auis,à patiẽdo, eo quod morbum caducum patiãtur paſſeres. Vide Plinium lib.10.cap.16. Quo etiam nomine ſignificantur

tantur omnes aues. Vnde cum Cic. dixit omnibus paſſeribus inſitam à natura uoluptatem, de omnibus auibus intellexit. Et paſſer. ψῆττα. nomen piſcis marini, ut ait Plin. lib. 32. cap. 11. A paſſer fit diminutiuum paſſerculus. στρουθίον. Plaut. in Aſin.

Paſſer ſolitarius, (στρουθίον μονάζον) auis aliquantò grandior paſſere ſubnigrior, ſolus per domorum culmina incedens, cantu ſuauis. Paſſer marinus, altera auis.

Pāſsĕrnīcēs, lapides ſunt. Plin. lib. 36. cap. 22.

Pāſsĭm, (διεσπαρμένως, ἀνὰ ἄλω) aduerb. à paſſu, ſignificat paſſu diſtante, ſparſum'ue, non ubiq́, cum ubiq́ ſit ſine interuallo: ut, Herba eſt in prato ubiq́, grex uerò paſſim paſcitur, quia aliquid interualli eſt inter pecudem & pecudem, non inter herbam & herbam. Ponitur interdum pro undiq́, (πανταχόθεν) Lactant. Conſtituit Aſylum, eò paſſim confugerunt ex finitimis locis. Interdum pro quomodolibet. Aliquando pro ubiq́, πανταχοῦ, πανταχῆ. Lact. Creditur ei paſſim tanquam cognitæ ueritati.

Pāſsĭo, onis. f. t. perturbatio, affectus & affectio, Græcè πάθος dicitur. A neotericis uerò authoribus eccleſiaſticis paſſio uſurpatur pro animi uel corporis morbo.

Pāſsĭuŭs, a. um. (παθητικὸς) quòd paſſionem denotet. Vnde paſſiuæ qualitates dictæ ſunt, non quod patiantur aliquid, ſed quod faciant paſſionem. Inter paſſiuas qualitates & paſſiones iſta diſcretio, quod paſſiones ad tempus exortæ facilè commutantur: paſſiuæ uerò qualitates, ſecundum quas quales dicimur, perpetuò perſeuerant. Aliquãdo paſſiuũ dicitur, quod eſt indiſcretũ & confuſum: ſic paſſiua Venus, paſſiua libido apud Firmicum uſurpatur pro publica, & cõmuni, & promiſcua. Et paſſiui amatores apud eundem, qui paſſim & indifferentes omnes fœminas amant.

Pāſsŭm, ſi. n. ſ. (γλυκὺ) genus liquoris, quod ex uua paſſa cogitur. Fit ex uua quam Græci ſticam, noſtri Apianam uocant, uuis in uite diutius Sole aduſtis, aut feruente oleo, donec paulò amplius dimidium pondus ſuperſit, fuſasq́ leniter uuas exprimunt & colligunt. Vide Plinium lib. 14. cap. 9.

Pāſsŭs, a. um. à patior, (παθὼν) idem quod perpeſſus. Vergil. O paſſi grauiora. Vnde uua paſſa, quæ in ſiccando paſſa eſt Solem. Hinc & uino nomen datum, quod paſſum uocatur.

Pāſsŭs, a. um. à pateo, (ἀνεῳγμένος, ἐξηπλωμένος) idem eſt quod patens, extenſus. Plaut. In portum uento ſecundo, uelo paſſo peruenit.

Pāſsŭs, a. um. à pando, (ἐκπετασθεὶς, ἐκπεταμένος) idem eſt quod diductus, porrectus, diſperſus. Terent. in Phorm. Capillus paſſus, nudus pes. Quod & expaſſum aliquando dicimus, & mutatione a in e, diſpeſſum. Plautus in Mil. Diſpeſſis manibus. Veteres enim paſſum dixiſſe non panſum, & expaſſum non expanſum, Gellius, Seruiusq́ teſtantur. Tertul. tamen Oppanſum uelum dixit, pro oppaſſo & extento.

Pāſsŭs, us. m. q. (βῆμα) ſpacium, quod patet in ſpacio pedum, quia patens apertumq́ eſt, uel quia ſic pedes paſcunt. à pateo enim paſſum ſupinum eſt. Budæus: Paſſus à paſſis manibus dici uidetur. Alij paſſum quinque pedum eſſe putant, id eſt duorum greſſuum, ut ſit greſſus cubiti unius & pedis. hoc eſt pedum duorum & dimidiati.

Pāſtillŭm, li. n. ſ. (ſicut docet Feſtus) fuit genus libi rotundi, quo utebantur in ſacris.

Pāſtillŭs, li. m. ſ. (τροχίσκος) diminut. uidetur à paſta, quamuis fiat mutatio generis. Quidam à paſtu deriuant, ubi genus ſeruat. Feſtus à pane, & dicit eſſe maſſam cuiuſcunq́ materiæ in formam panis parui. Vnde paſtilli medicinales & paſtilli odoratorij. Horat. in Serm. Paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum. Et paſtilli ſunt, qui illinũtur. uide in dictione Emplaſtrũ. Paſtilli, medicis arida ſunt medicamẽta, cõtrita humore non pingui, aut uino uel aceto incocta, quæ à coctione rurſus inaruerũt.

Pāſtĭnācā, (σταφυλῖνος) genus radicis, uirtutis calidæ. Dioſcor. lib. 3. cap. 81. & 57. Item paſtinaca, (τρυγὼν ἡ) genus piſcis. Plin. libro 9. cap. 20. 24.

Pāſtĭnārĕ, n. p. (βωλοστροφεῖν) eſt agrum fodere. Colum. lib. 3. cap. 13. Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Hinc paſtinatio, onis. uerbale. Et paſtinator, oris. Colum. 3. cap. 13. Huius compoſitum eſt repaſtino, as. Repaſtinari dicebant ueteres uineas, quæ refodiebantur: nunc Antiquitatis imprudens cõſuetudo, quicquid emo

 ti ſolis

ti ſolis uineis præparatur, repaſtinatum uocat. Vnde quidam repaſtinari agrum dicũt, cuius natura fodiendo mutatur. Plin.lib.19. Hinc repaſtinatio, pro renouatione quandoq; capitur. Vnde per translationem dicuntur libri Repaſtinationum.

Păſtĭnātŭm,ti.n.ſ. Col.lib.4.cap.4. *Facta in paſtinato ſcrobe.*

Păſtĭnātŭs,us. m. q. (βωλοστροφία) *ipſa paſtinatio.Colum.*

Păſtĭnŭm,ni.n.ſ.pen. cor. eſt(ut Col.lib.3.cap.16. refert) *ferramentũ bifurcum,quo ſemina panguntur. Palladius aliter accipit, cum ait, Paſtinũ fieri nunc tempus eſt. Menſura paſtini hæc eſt in tabula quadrata iugerali, ut centeni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.*

Păſtio,onis.f.t.(νομὴ) *actus ipſe paſcendi,& idẽ quod paſtus,quamuis hoc magis ad brutorum alimenta pertinere uideatur.*

Păſtŏmĭs, idis. (πασόμιδος) *inſtrumentum ferreum,ſiue ligneum,quod ad cohibendũ equorum tenaciam,naribus uel morſui imponitur. Lucilius, Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.*

Păſtŏphŏri,m.ſ.(παστοφόροι) pen.cor. *ſacerdotes ſacroſancti Aegyptiorum, honoratiores cæteris. Dicti quòd ferant pallium Veneris,cui nomen eſt Paſtos.*

Păſtŏphŏrĭŭm, rij. n.ſ. (παστοφόριον) *Paſtophori domicilium. Hieronymus in Eſaiam,Paſtophorium eſt thalamus, in quo habitat præpoſitus templi.*

Păſtŏr, oris. m. t. (ποιμὴν) *qui curam habet paſcendi.*

Păſtōrālĭs,& hoc le.om.t.(ποιμαντικὸς)*quod eſt paſtoris,uel quod ad paſtorem pertinet:ut Paſtoralis cura,paſtorale officium, Var.*

Păſtōrĭcŭs,a.um.(ποιμενικὸς) *idem eſt quod paſtoralis apud Auguſtin. Vt carmen paſtoricũ lib.1. Acad.*

Păſtōrĭtius,a.um.(ποιμαντικὸς,βοτηρικὸς) *idem eſt quod paſtorius,Var.*

Păſtōrĭŭs,a.um.(ποιμενικὸς) *quod ad paſtorem pertinet. Var.lib.2.De re Ruſt. An ea quæ tria here dixiſti mihi de paſtoria re.*

Păſtŭs,ſta.ſtum.participium,(σιτισθεὶς) *qui cibũ uel pabulum ſumpſit.*

Păſtŭs,us.m.q. (σίτησις,νομὴ) *cibum ſiue cibationem uel pabulum ſignificat. Gell.lib.1.cap.19.Alta luce orta, auis in paſtum profecta eſt.*

Pătāgĭŭm, gij.n. ſ. (παταγεῖον) *aurea chlamys, quæ precioſis tunicis ſuperindui ſolet: & qui ita induti ſunt,patagiati dicuntur. Et patagiarij,qui huiuſmodi ueſtes cõficiunt. Feſtus ait, Patagium eſt, quod ad ſummã tunicam aſſui ſolet,quæ & Patagiata dicitur.*

Pătefăcio,is.a.t.(ἀνοίγω,ἀνακαλύπτω) *patentem facio. Ponitur aliquando pro declarare, detegere,manifeſtare, palàm facere. Terent.in Hecy. Pertulit tot meas iniurias, quæ nunquã ullo patefecit loco. Hinc patefactio uerbale. Cic.2.De Finibus, At qui hæc patefactio quaſi rerum opertarum,&c. Hinc patefio,(ἀνακαλύπτομαι) apertus,& palàm fio.*

Pătellă,læ.f. p. (πινάκιον) *à patulo, uel* πλάσσω *fingo,uel ab* πλατεῖα,*quod eſt latitudo: uas latum eſt, condiendis obſonijs aptum,lanx, ſeu parepſis,* (πίναξ) *ſiue uas eſcarium ad olera & pulmenta ponenda. Poteſt tamen eſſe diminutiuum à patina, quod nonnulli uolunt eſſe »ſartaginem,ſed Iuuenalis diuerſa oſtendit, cũ inquit, Vrceoli, pelues, ſartago, patellæ. Eſt etiam morbus arborum, hoc eſt ſolis exuſtio. Plin.lib.17.cap.24.*

Pătĕo,es.paſſus.n.ſ.(ἀνοίγομαι) *apertum eſſe. Plautus, Ingredere tu, fores iamdiu patent. Ponitur aliquando pro extendor. Cæſ.7.Belli Gallici, Ante id oppidum planities millia paſſuum tria in longitudinem patebat. Aliquãdo ponitur pro in poteſtate eſſe: ut, Omnia mea tibi patent. Pro obnoxium ſiue opportunum eſſe. Celſus, Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. Aliquando pro conſtare ſiue manifeſtum eſſe, & hoc in tertijs perſonis tam ſingularis quàm pluralis: & cum datiuo ſignificat expoſitum eſſe. Liu.1.Belli Mace. In patentem uulneri equum, equitemq; ſagittas conijcere poterat. Hinc patens & patulum, quæ inter ſe differunt, quòd patens ſit, quod ad tempus patet,* (ἀνοιγόμενος.) *Patulum,quod ſemper patet,ut arbor. Hinc Plautus Bouem patulum appellat,cuius cornua diuerſa ſunt,ac latè patent.*

Pătĕr,tris. m.t.(ὁ γεννήσας) *qui aliquem genuit. Et uocatur pater,ut ait Var. lib.4. de Lingua Latina,quod patefaciat ſemen. Patris nomine*

aui, abaui, proaui, ataui continentur, non autem tritaui, ut uult Valla. Pater etiam nomen religionis eſt: unde Dij omnes Patres uocabantur. Verg. 2. Georg. Huc pater ô Lenæe ueni. Similiter pater nomen eſt reuerentiæ, propter quod Romulus centũ ſenatores, quos ad Reipub. curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent, patres ab honore uocauit, ſiue ab ætatis uel curæ ſimilitudine. Dicitur autem πατὴρ Græcè, quaſi παῖδας τηρῶν, hoc eſt ex ſe genitos ſeruans.

Pātērfămĭlĭās, genitiuo Patriſfamilias, uel Patriſfamiliæ, (οἰκοδεσπότης) dicitur qui primus eſt, & imperium habet in familiam, ſiue qui poteſtatis ſuæ eſt, ſiue puber, ſiue impuber.

Pater patratus, uide in dictione Patro, as.

Paterpatrimus, mi. m. ſ. (πατὴρ πατέρα ἔχων) qui cum ipſe pater ſit, adhuc uiuentem habet patrem.

Pătĕra, ræ. f. p. (κρατὴρ) pen. cor. poculi genus latum ac patens. Verg. Spumantem pateram, ac pleno ſe proluit auro.

Pătĕrnŭs, a, um. (πατρῷος, πατρικὸς) quod eſt patris. Terent. in Adelph. Pol haud paternum iſthuc dediſti.

Pătēſco, ſcis. n. t. (ἀνοίγομαι) aperior, patens fio. Quandoq; tamen pro primitiuo ponitur. Saluſt. Hinc latè pateſcentibus campis exercitum tutò emittit.

Păthē, (πάθη) à Cicerone dicuntur, perturbationes, ſiue animi ægritudines: à Gellio affectus, uel affectiones.

Păthētĭcă oratio, (παθητικὸς λόγος) dicta eſt, quã ex Rhetorica arte præcipitur dirigi oportere, aut ad indignationem, aut ad miſericordiam.

Păthĭcŭs, uide paticus.

Pătĭbŭlŭm, li. n. ſ. (μοχλὸς) modo ſeram ligneã, qua oſtia clauduntur, ſignificat: à pateo, quòd hac remota ualuæ pateant. Tit. Modò crucem, (σταυρὸν) & ſic à patior fieri manifeſtũ eſt. Hinc patibulatus, dicitur à Plauto in Moſtel. id eſt patibulo affixus. Eſt etiam patibulum, inſtrumentum uindemiatorium, ſiue legulorum, hoc eſt eorum, qui oliuas colligunt, Cato. Patibulus apud antiquos genere maſculino lectum eſt, teſte Nonio.

Pătĭcŭs, ci. m. ſ. aut potius cum aſpiratione pathicus, (πασχητιῶν) pen. cor. à Græco πάσχω, aſpiratione detracta, ſignificat eum qui ſe iniri turpi libidine patitur. Vnde Pathici pueri, id eſt paſſiui: & pathicæ puellæ. Pathicus item ad inanimata transfertur, & comparationem recipit. Vnde Mart. Pathiciſſimos libellos appellat laſciuos.

Pătĭentĭă, æ. f. p. (ὑπομονὴ, ἀνεξικακία) eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio, inquit Cic. de Inuent.

Pătĭnă, æ. f. p. (λεκάνη, λοπὰς) pen. cor. uaſis genus, quo dapes elixæ & iurulentæ in menſam feruntur. Terent in Eun. Iamdudum animus eſt in patinis. Hinc patinarius, ria, rium. (λεκανόθετος) quod eſt in patina cõditum uel repoſitum. Dicta patina ab eo, quòd pateat. Dicitur & patena per e, Colum. lib. 12.

Pătĭŏr, pateris, paſſus ſum, paſſum (πάσχω, ὑπομένω) uerbum commune, ſignificat ſuſtineo, tolero, æquo animo fero. Dicimus autem, Patior te, tolero te: & Patior abs te, toleror abs te: & Patior abs te multa incommoda. Hinc patiens participium, & aliquando nomen: unde patienter aduerb. id eſt conſtanter, moderatè, fortiter. Hinc etiam patibilis, & hoc patibile, quod perferri poteſt. Cic. 4. Tuſc. Negligenda mors eſt, patibiles, & labores & dolores putandi. Compoſita huius uerbi ſunt, compatior, quod eſt miſeror, & cõſtruitur cum datiuo. Perpetior, uehementer patior.

Pātŏr, oris. m. t. (χάσμα) hiatus, & apertio, à patendo nomen deductum: ſicut uagor pro uagitu, & fluor pro fluxu. Apul. lib. 1. Quod altrinſecus ædium patore perflabili.

Patrēs conſcripti. οἱ προσκαταλεγμένοι. Feſtus, Patres dicti ſunt, qui ſunt patricij generis: conſcripti, qui in ſenatu erãt ſcriptis annotati. Ab initio, ut ait Plutarchus in Romulo, tantũ patres dicti ſunt, poſtea à ſcriptis in eum ordinem pluribus, Patres conſcripti uocati ſunt.

Patrēs allecti, etiam dicebantur, authore Feſto, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatus ſunt numerum aſſumpti. Hodie aũt allecti, aſcriptitijq; uocari poſſunt Latinè in collegijs magiſtratũ, qui uulgò creati, & extraordinarij uocantur, ut nonnulli ſunt hodie inter rationales, et præfectos ratiocinatorũ, quos cle

ricos, magiſtrosq́ computorum appellamus. Budæus.

Patriă,æ.f.p.(ἡ γενέθλιος πατρίς) urbs ſiue oppidum, unde orti ſumus, quòd patria communis omnium parens ſit. Aliquando & prouincia ipſa, ex qua orti ſumus, patria uocatur, ſed improprie. Vnde Salluſtius Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit. Prouerbij ſpeciem habet, Quæuis terra patria, & Patria ibi, ubi bene. de quo uide Eraſmi Chiliadas.

Patriarchă,æ.f.p.(πατριάρχης) patrũ princeps, hoc eſt pontificum primus.

Patricidă,(πατροκτόνος) uide in Parricida.

Patricij,orum.m.ſ.(εὐπατρίδαι) ſenatorum progenies, hoc eſt, qui à primis ſenatoribus oriundi erant. Liu.lib.1. Romulus centum creat ſenatores, qui patres ab honore, patricij quoque progenies eorum appellati. Cintius ait, Patricios appellari ingenuos. Vnde plebeij patricijs opponuntur. non enim ſenatores omnes erant patricij. Hinc patricius,a.um. ut Patricius magiſtratus, Cic. ad Brutum. Hinc patriciatus,us. pro ipſa dignitate, Sueton. in Augu. Patricij Franciæ ſunt, quos patres Franciæ uocant: ſuntq́; quaſi duodecim uiri Reip. conſtituendæ. ſunt enim numero duodecim, ſex quidem pontifices, & ſex duces militares. Bud.

Patrimōnium,nij.n.ſ. (οὐσία) bona paterna, hoc eſt hæreditas à patre relicta. Cicero pro Domo ſua, Liberis autem noſtris ſatis amplum patrimonium relinquemus.

Patrimus,mi.m.ſ.pen.prod. uel patrima, qui uel quæ patrem adhuc uiuentem habet. Liuius 7. Bel. Mace. Patrimi omnes, matrimiq́; ad id ſacrificium adhibiti.

Patrimus,a.um.(πατρικὸς) quod eſt patris: ſicut matrimus,a.um. quod eſt matris.

Patritus,a.um.(πατρῷος) pen. prod. quod eſt patris: ſicut auitus,a.um. quod eſt aui. ſunt enim tanquam poſſeſſiua. Cice. lib.1. Tuſc. Patritam & auitam (ut ait Theophraſt.) philoſophiam.

Patrius,a.um.(πάτριος, ἐπιχώριος) quod eſt patriæ, ut mos patrius. Aliquando dicitur quod eſt patris. Verg. lib.11. Patrio mucrone relicto.

Patrizo,as. uel patriſſo,as. n.p.(πατρίζω) paternos mores imitor. Terent. in Adelph. Laudo ô Cteſipho, patrizas, abi, te uirum iudico.

Patro,tras. (παιδοποιῶ) propriè ſignificat liberis operam do. Patrare apud antiquos perficere, non ſolum cum opera liberis daretur, ſed etiam cum aliud quippiam iam incœptum ad finem perduceretur, (διαπράττομαι.) Vnde & patres patrati dicebantur, quòd ad patrandũ, hoc eſt peragendum iuramentum, ubi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Plutarchus in Problem. Fecialibus ſacerdotibus qui fœderibus faciẽdis præſunt, pater patratus præeſt: inde dictus, quod ipſe pater patrem haberet, ſicq́; filijs prouideret, & patrem cõſuleret. Huius uerbi compoſita ſunt, impetro, quod eſt obtineo, & quaſi id quod cupio, facio. Perpetro, quod eſt perficio. Perpetro, mãdo aliquid perfici. Act. Age uerò perpetra, quod cœpiſti, fieri. & habent pen. cor.

Patrōcinŏr,aris. d.p. (συνηγορῶ, ὑπερασπίζω, συνάπτω) pen. cor. ſignificat tam uerbo quàm facto imbecilliorem protego. Hinc patrociniũ, συνηγορία, ipſa protectio, tutela & defenſio. Feſtus, Patrocinia appellari cœpta ſunt, cũ plebs eſſet diſtributa inter patres, ut eorum opibus tuta eſſet. Dicimus autem uenuſtè, arripere patrocinium, tueri patrocinium, ſuſcipere patrocinium, repudiare patrocinium.

Patrōnymĭcŭm,ci.n.ſ. πατρωνυμικὸν. quod ſub patris nomine ſignificat filium: ut Priamides, id eſt Hector, Priami filius. Compoſitum nomen ex patre & onoma, ſed o in y uertitur.

Patrōnŭs,ni.m.ſ. (προστάτης, ὁ προστατεύων, συνήγορος) qui aliquem in periculo defendit. Pedianus: Qui defendit aliquem in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi ius ſuggerit. Dicitur & patrona. Terent. in Eun. Te mihi patronam cupio Thais.

Patrŭĕlis,is.m.t. à patruo. Sunt enim patrueles, (ἀνεψιοὶ) patruorũ filij, hoc eſt, ut ait Nonius, mariorum fratrum filij: quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus. Sicut ſorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipſæ fratribus genitæ, author Iureconſul.

Patrŭŭs,ui. m. ſ. (θεῖος πρὸς πατρὸς, πατράδελφος) frater patris, quòd quaſi patris loco ſit. Cic.3.Ver. Patruo teſtimonium dicente. Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui, & abaui: qui & propatruus, & abpatruus dicitur.

Patrŭiſſimus, ſuperlat. protulit Plaut. in Pœn.

Pătŭ-

Pătŭlĭco,as.n.p.penult.cor.aperior,patulus fio. (ἀνοίγομαι.) Plin.lib.21.cap.8.

Pătŭlŭs,a.um.pen.cor.ἀνοικτὸς.uide Pateo.

Păucŭs,a.um.(παυρὸς) contrarium eſt mu'to. Ab eo fit diminut.pauculus. Terent.in Heauton. Loquitor paucula. A paucus fit paucitas, (ὀλιγότης) Cicero de Orat. Magna oratorũ eſt,ſemperq́; fuit paucitas. Item paucies, quo ueteres pro rarò utebantur. Titin. Vxorẽ meam paucies uidebo.

Păuens,entis.om.t.(πτοιόφοβος) qui ad tempus, uel ex cauſſa timet.

Păuendŭs,id eſt timendus, apud Plin.li.8.ca.23.

Păuĭcŭlă,læ.f.p. inſtrumentum, quo coæquatur & condenſatur terra arearum: à pauiendo dicitur.Cato cap.129.

Păuĕo,es.paui.n.ſ.timeo.(πτοιοφοβοῦμαι.) Plaut. in Amphit.Ne paue. Vnde Expaueo.

Păueſco,ſcis.n.t. (πτοιοφοβοῦμαι) timidus fio, aut idem quod timeo. Auguſt. Sed ne repentinum ouis expaueſceret ad lupum.

Păuefio,timidus fio.Gel. In tanta uiolentia tempeſtatum uideor paulum pauefactus.

Păuidŭs,a.um.o.ſ. (πτοιώδης) qui ſemper timet, inquit Seruius. Hinc pauidè aduerb. timidè, meticuloſe.

Păuimentitiŭs,a.um.o.ſ.(ἐδαφώδης)quod ex pauimento conſtat.

Păuimento,as.n.p.ἐδαφίζω. pauimentum facio, ſeu pauimento ſterno. Vnde pauimenta,loca dicuntur,in quibus ſtrata ſunt pauimenta. Plinius lib.17.cap.4. Ergo pauimentandum ubi ſata ſit,cenſent,ut lachryma non abſorbeatur.

Păuimentŭm,ti.n.ſ.ἔδαφος,ἐπιπέδος. dicitur ipſum domus ſolidamentum,ſiue incruſtatio, quam gradiendo calcamus: à pauiendo, tundendo, ſiue feriendo dictũ, quòd dum fiunt pauimenta,pluribus ſimul diebus feriuntur. Iuue.Verre pauimentum, & nitidas oſtende columnas. Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud Veteres.

Păuio,pauis,paui.itum. a. q. ἐδαφίζω. uerbum antiquũ,ſignificat ferio,percutio,tundo. Sumptum eſt à Græcis, qui παίειν dicunt percutere. Cice.2. de Diuinat. Hinc pauor. δεῖμα. quando timor cor pulſat. Hinc depuuio,uis. & oppuuio, uis. Lucilius, Palmiſq́; miſellam depuuit me.id eſt uerberauit. Vnde oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius, Oppuuijs putri coërcentur.

Păuito,as.n.p.φοβοῦμαι. pen.corr. frequent. à paueo,ſignificat ualde timeo,ſiue frigeo.Terent. in Hecy. Vxorem Philomenam pauitare, nescio quid,dixerũt, id eſt laborare ex frigorib.

Păulatim,id eſt ſenſim,leniter,aduerbium eſt. Terent.in Hecy.Paulatim elapſus Bacchidi.

Păuliſpĕr. ὀλίγον χρόνον. aduerbiũ, id eſt ualde paulum temporis.

Păuŭm.ὀλίγον.aduerb.diminut.à parum,cuius ſunt quatuor gradus diminutionis,ſcilicet paulatim,paululum, pauxillum, & pauxillulum. μικρὰ,βραχὺ.Poſt paulum, pro paulò pòſt dixit Quintil.lib.9.cap.4.

Păulō,aduerb.eſt,idem ſignificat quod paulum: ſed paulum poſitiuis, paulò comparatiuis frequentius iungitur,ut paulò amplius,paulò magis: & præpoſitionibus antè & pòſt, ut paulò antè,paulò pòſt.uide Vallam in primo. Paulò magis ponitur interdum pro nimium. Et pro propemodum,ſiue ferè. Paulò mox,ponitur pro ſtatim,cum paruo interuallo.Plin.Paululum,diminutiuũ à paulum. Teren.in Adelph. Agelli hic ſub urbe eſt paululum,quod locitas foras.Ponitur aliquãdo pro pauliſper. Teren. in Eun. Paululum opperirier ſi uis,iam frater ipſe hic aderit uirginis. Inuenitur & Paululus,a.um.adiect.Liu.8.

Păulŭs,la.lum.adiect.à parum quo rariſſimè uſi ſunt authores,niſi in ablat. Terentius in Andr. Dum in dubio eſt animus, paulo momẽto huc illuc impellitur.

Păuo,onis.m.t.& Păuŭs,ui.ταὼς.auis multiplicis coloris. uide Plinium lib. 10.cap.20. Hinc Pauonius adiect.quod ex pauone eſt,ut pauonium ouum,apud Col.lib.8.cap.5. Et Pauonaceus,a.um.apud Plin.

Păuŏr,oris.m.t.δεῖμα,δειλία.ut ait Cic.lib.9.Tuſcul. Eſt timor loco mouens mentem.

Păupĕr,eris.πένης,πτωχὸς. generis communis, uel (ſecundum aliquos) omnis, à paruo lare. Cic.in Parad.M.Manlius pauper fuit, habuit enim ædiculas in Carinis,& fundum in Labicano. uel (ut inquit Varro) à parua pecunia. Apud Veteres etiam paupera dicebatur.Plautus,Paupera hæc res eſt. Hinc fiunt diminut. Pauperculus,& Paupercula.

Pauperies, ei. f. q. (πενία) ipſa paupertas. Horat.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiē fugiēs, per ſaxa, per ignes.

Paupero, as. a. p. pauperem facio. (πένητα ποιῶ) Plaut. in Milite, Quæ improba eſt, mentis uitio dominum pretio pauperat. Hinc Depaupero. Var.

Paupertas, atis. f. t. ipſa pauperis cōditio. πενία. Var. lib. 1. De ling. Latina, Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta eſt. Paupertatē quidam ab egeſtate ita diſtinguunt, ut egeſtas ſit, quando ad uictum neceſſaria deſunt: paupertas, quando licet non ſunt opes, tamen neceſſaria ſuppetunt.

Paupertinus, a. um. o. ſ. pen. pro. idem quod pauper. (πενιχρός) Varro De uita populi Romani lib. 1. Quòd ſi paupertina ſit elegantia, ac cum caſtimonia.

Pauſa, ſæ. f. p. παῦσα, παυσωλή. requies alicuius rei. Lucil. lib. 1. Saty. Hæc ubi dicta dedit pauſam facit ore loquendi.

Pauſarius, rij. n. ſ. (κελευστής) à Seneca uocatur, qui remigibus modos dat, & remigandi officium quadam quaſi pauſa moderatur.

Pauſia, æ. f. p. genus oliuæ, à pauiendo, quòd nō niſi pauiendo, id eſt tondendo, oleum emittit. Seu quòd antè quàm molæ ſubijciatur, tunditur. Plin. lib. 15. cap. 1.

Pauſo, as. n. p. (παύομαι) quieſco. à quo Repauſo, quod eſt rurſus requiē capio. Plaut. in Trin. Pauſa, uiciſti caſtigatorem tuum.

Pauxillus, adiect. dimin. à paulum. Hinc pauxillum aduerb. id eſt parum admodum. Plaut. in Capt. Sed ſi pauxillum potes contentus eſſe. Hinc pauxillulus, adiect. diminutiuum à pauxillus. Plautus.

Pauxillatim, (κατὰ μικρά) ſignificat paululum, ſenſim, pedetentim. Plaut. in Epid. Cœpi rurſum uorſum ad illas pauxillatim accedere.

Pax, pacis. f. t. (εἰρήνη) à pactione dicitur, quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. Horat. Hoc paces habuere bonæ, uentiq; ſecundi. Et eſt pax, tranquilla libertas. Vergil. Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Per tranſlationem quandoq; ſumitur pro uenia. Idem, Sed uotis precibusq; iubent expoſcere pacem. Quandoq; propitiationem, ut apud eundem, Pacemq; per aras Exquirunt. Dicimus pulchrè, pace aduenio, pacem affero, conciliare pacem inter aliquos. Pax etiam aduerb. Græcum eſt, & ſignificat tantummodo, uel ſilentium quoddā, et imperantis uim habet. Terent. in Heaut. Dum argentum capio pax, nihil amplius.

Paxillus, li. m. ſ. πάσσαλος. diminut. à palus, pali. ut inquit Priſc. ſed Cic. in Orat. Ad Brut. uult à paxillo palus fieri.

P ANTE E.

PEanĭs, gemma eſt, quæ & grauida dicitur, quæ & parturientibus auxilio eſſe exiſtimatur. Melius Pæantis, cū diphth.

Peccatum, ti. n. ſ. & nomen, & participium eſſe poteſt. Unde Peccatior, Peccatiſſimus. Eſt autem peccatum, quicquid fit cōtra officium, quæ etiam culpa appellatur.

Peccatus, huius catus. idem. uide in Pecco.

Pecco, as. n. p. ἁμαρτάνω, πταίω. propriè ſignificat adulterium committo. Dictum quaſi pellico, id eſt, cum pellice coëo. Unde peccatus, pro adulterio, quaſi pellicatus. Apud Veteres enim peccatus, us. in uſu fuit. Cic. Nemo in manifeſto peccatu tenebatur. Etiā ſignificat quomodocūq; labi, offendere, delinquere. Cic. li. 1. Offic. paſſiuo uſus eſt, cum ait, Multa peccantur. Et impersonaliter, ἁμαρτάνομαι, ἀποτυγχάνομαι. cum ait, Quo magis cauendū eſt, nequid in eo genere peccetur. in primo Offic.

Pecorarius, rij. m. ſ. προβατώδης. qui pecua ſiue pecora publica redimit, ut inquit Aſcon. Eſt etiā qui pecorum curam habet. νομεύς. Auguſt. lib. 15. Ciuit. Hic erat pauper habitantium in tabernaculis pecorariorum. Idem Pecuarius dicitur, Cicero.

Pecorinus, a. um. προβατινὸς, θρεμμάτ. quod eſt pecoris, ut pecorina caro. Similiter Pecoreus, a. um. & Pecudinus, a. um. ut pecorea, ſiue pecudina pellis. Dicitur & Pecuinus, a. um.

Pecten, inis. m. t. κτείς. inſtrumentum textorum, quo fila in telis continentur in ordine, quoq; intrecta tranſuerſim fila accutiunt. A cuius ſimilitudine & pecten dictus, qui explicat capillos. Eſt quoq; cratis dentatæ genus, ſtylis ferreis, ad colendum terram. Item pubes, hoc eſt, locus ubi pila ad urenda naſcuntur. Item inſtrumentum quo citharam pulſamus. πλῆκτρον. Verg. lib. 6. Iam pectine pulſat eburno.

Item

Item pectinet, ſiue Pectunculi, (κτένες) piſces ſunt, qui ſe ex aqua iaculantur ſagittæ modo, quemadmodum loligo facere dicitur. Pectines à Plinio dicuntur in arboribus, & earum materia, per longitudinem rectæ pectinũ modo lineæ, & interualla. Græcè κτηδόνες. Pecten Veneris, herba eſt. Plin. lib. 24. cap. 19.

Pĕctĭnātĭm. κτενωδῶς. aduerbium, ſignificat ad pectinis ſimilitudinem factum, & quaſi denticulatim.

Pĕctĭno, as. a. p. κτενίζω, πέκω. Eſt inſtrumento, quod pecten uocant, ferreo, ſegetis luxuriem ſtringo, ſiue inſtrumento eodem rariorum ſegetum ſpicas culmus abſtringo, atq; ita colligo. Plin. lib. 18. cap. 21. Sunt genera terræ, quorum ubertas pectinari ſegetẽ in herba cogat. Item capillum orno.

Pĕctĭtŭs, a. um. ἐκτενισμένος. pen. cor. politus & ſubactus: ut, Pectita lana. Colum.

Pĕcto, is. pexui, uel pectui, pexum. κτενίζω. ſignificat explico, & pango capillum. Verg. lib. 7. Pectebat ferum, puroq; in fonte lauabat. Transfertur etiam ad alia. Nam & pectere citharam dicimus, hoc eſt percutere. Item pectere lanam & ueſtes dicimus, à quo & ueſtes ipſæ pexæ dicuntur, hoc eſt, quæ in ſuperficie quaſdã ueluti lanoſas extuberantias præ ſe ferunt. Pexa munera, craſſa, & opima, ac ſpiſſa, non leuia. Mart. lib. 7. Diuitibus poteris Muſas, elegosq; ſonantes Mittere, pauperibus munera pexa dato. Hinc Pexitas, atis: ut, Pexitas telæ. Plin. lib. 11. cap. 24. Et pexatus adiect. qui ueſte pexa eſt indutus. Martial. Pexatus pulchrè, &c. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Depecto, Propecto, ultra in longum pecto. Repecto. ἀνακτενίζω. rurſus pecto.

Pĕctŏrālis, & hoc rale. om. t. προςθωρίδιος, ἐπιςηθίδιος. quod ad pectus pertinet, ut faſcia pectoralis. Eſt & Pectorale, ſubſtantiuũ, genus armaturæ, quod ante pectus ponitur. Plin.

Pectorium, rij. n. ſ. genus quoddã uehiculi, quo uti galli ſolebant. Vide petoritum.

Pĕctŏrōsŭs, a. um. ςερνώδης. quod eſt magni & ualidi pectoris. Poëta in Priap. Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

Pĕctŭs, oris. n. t. ςέρνον, ςῆθος. anterior pars animalis, à gula uſq; ad uentrẽ. Dictum eſt quaſi pactus, à compactis coſtis. Eſt enim pectus coſtis compactum, quæ ueluti firmamenta pectoris ſunt. Interdum etiam ſignificat animum, quem in ipſo corde reſidere nonnulli antiquorum putauere. Iuuenalis, Nocte dieq; ſuũ geſtare in pectore teſtem. Hinc Expectoro.

Pĕctŭſcŭlŭm. ςερνίδιον. dimin. paruum pectus.

Pĕcŭārĭă, n. ſ. βοσκήματα. dicuntur ab eo quod eſt pecuare, & per apocopen pecuar. Nam pecua, ut inquit Cic. in Pomp. ab eo quod eſt pecu uenit. ut à genu genua, quæ oues dicuntur. Plaut. in Merc. Nos pecua ruri paſcere, nec pueros nutricare. Et ſignificant non ſolum pecorum multitudinem, uerumetiam omnia, ex quibus populus Romanus haberet redditus, quia diu hoc ſolum uectigal Romanis fuit.

Pĕcŭārĭă, riæ. f. p. προβατική. dicitur ſcientia parandi ac paſcendi pecoris, ut fructus ex eo capiatur, quæ res pecuaria dicitur. Var. Eſt & pecuaria, locus in quo pecorum greges conſiſtunt. Var. li. 2. Cuius nobiles pecuariæ in Brutijs habentur. Idem pecuaria, pro pecorũ multitudine. Var. lib. 3. Duo genera cum ſint paſtionum, unum agreſte, in quo pecuariæ ſunt, alterum uillaticum.

Pecuariam rem facere. προβατικὴν ἐργάζεσθαι. ſignificat armẽta gregesq; alere, quæ res ad ſcientiam paſtoris pertinet.

Pĕcŭārĭŭs. ν. μάς. uide in Pecorarius.

Pecuarius, a. um. βοσκηματικός. quod ad pecus pertinet. Plaut. in Truc. Male uertit res pecuaria mihi apud uos.

Pĕcŭ, uide ſupra Pecuaria, orum.

Pĕcŭātŭs, a. um. o. ſ. θηριώδης. apud Veteres pro ſtulto uſurpatur.

Pecuuium, Hunc genitiuum pluralem Cato protulit, ab eo quod eſt pecu.

Pĕcŭlātŭs, us. m. q. κλέμμα. pecuniæ publicæ, aut principis furtum, ſicut ſacrilegium, rerum ſacrarum. Cic. act. 5. in Ver.

Pĕcŭlātŏr, oris. m. t. Cic. Offic. 3. Fures peculatores, id eſt qui peculatum faciunt.

Pĕcŭlĭārĭs, & hoc are. om. t. ἴδιος. quod ad peculium pertinet, uel quod peculio deputatur, ſeu quod peculij proprium eſt. Sed in uſu iam receptum eſt, ut peculiaris, proprius, ſpecialis, ſiue præcipuus dicatur, nec cum alijs communis. Peculiare edictum, dicitur ad quod tempus proprium. Cicerõ 5. Ver. Ponitur aliquando pe-

do peculiare pro re ſeruili. Vlpian. Si peculiare uinum legatum ſit, id contineri, quod ſerui habuerunt. Hinc aduerb. peculiariter, (ἰδίᾳ) ſpecialiter, præcipuè. Plin. libro 27. Epiphoris peculiariter imponitur, quaſi ſingulariter, & eius propria uirtus. Peculiarius, (ἰδιαίτερον) proprius.

Pĕcūliātŭs, ta. tum. id eſt pecunia abundās, nummatus. Aſinius Cic. Planè bene peculiatus.

Pĕcūliārĭs ſeruus, dicitur à peculio, quod propriè ſeruorum eſt. Vnde Labeo, Paterfamilias peculium habere nõ poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona.

Pĕcūlio, as. a. p. (ἀργυρὶς τιμᾶν) quempiam pecunia mulcto, aut peculium aufero. Plaut.

Pĕcūlĭōsŭs, qui peculium multum habet. Plaut. in Rud. Peculioſum eſſe decet ſeruum.

Pĕcūlĭŭm, lij. n. ſ. à pecore, ſiue pecu, propriè ſeruorum eſt, ſicut pecunia nobiliũ. Vnde apud maiores omne patrimonium dicebatur peculium, quia pecoribus uniuerſa eorum ſubſtantia conſtabat. Propriè autem ſignificat, quicquid alicuius labore & induſtria partum, & lucrifactum eſt. Cic. in Parad. An eorum ſeruitus dura eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis? Sunt & aliæ huius nominis apud Iureconſul. expoſitiones. Vlpian. De pecul. l. depoſiti, Peculium dictum eſt quaſi puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium. Tubero ait Peculium eſſe quod ſeruus domini permiſſu ſeparatũ habet à rationibus dominicis. Florẽtinus inquit, Peculium eſt, quod parſimonia quis parauit, uel officio meruit à quolibet ſibi donari. Huius diminut. eſt Peculiolum.

Pĕcūlŏr, aris. & Depeculor, com. p. κλέπτω. ſignificant ea, quæ ad rempub. ſeu principem pertinent, furor. Hinc Peculator, & Depeculator. κλέπτης. qui tale furtũ facit, authore Aſconio.

Pĕcūnĭă, æ. f. p. (ἀργύριον, χρῆμα) à pecore, ſiue à pecu dicta eſt, quia omnis pecuniæ pecus fuit fundamentum. Plin. lib. 33. cap. 3. ſcribit, Pecuniam ſortitam eſſe nomen à nota pecudis, quoniam antiquitus nummi effigie pecudis ſignabantur. Pecuniæ uerò nomine (ut inquit Hermogenianus) non modo nummi, hoc eſt numerata pecunia, ſed omnes res tã ſolidæ, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur. Huius diminut. eſt Pecuniola. ἀργυρίδιον.

Pĕcūnĭālĭs, & hoc le, om. t. (χρηματικὸς) quod ad pecuniam pertinet. Auguſt. lib. 7. Ciuit. Raro tamen inuenies, qui nõ habeat artem ſuam pecuniali mercede uenalem.

Pĕcūnĭārĭŭs, a. um. o. ſ. (χρηματιστικὸς) quod ad pecuniam pertinet. Cice. ad Brut. Nodus eſt inopia rei pecuniariæ.

Pĕcūnĭōsŭs, a. um. πολυχρήματος. quaſi pecuniæ plenus, hoc eſt pecudum: ſicut locuples, loculis plenus, ut ait Cic. in Cato.

Pĕcŭs, udis. fœm. gen. & Pecus, oris, neut. ſignificat omne animal, quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur, θρέμμα, βόσκημα. ut boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ & huiuſmodi. Plin. etiam elephantos pecudes uocat. Inuenitur pecus, oris. pro multitudine pecorum, ſeu pecudum. Verg. Dic mihi Damœta, cuium pecus, an Melibœi? Interdum pro oue, (πρόβατον). Quintil. Cur in uſum ueſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur? Solent authores ubiq; hoc nomine pro quocunq; genere animalium, quæ humana & lingua & ſpecie carent uti, ut Apibus, fucis, ueſpis, auibus, piſcibus & omni marina belua. Horat. 1. Carm. Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes. Diciturq; pecus (ut docet Varro) à pes, quòd pedibus ſine ratione bruta ferantur. Pecuda etiam neutro genere in uſu fuiſſe, Veterũ affirmat authoritas. Siſenna, Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus.

Pĕdă, & Pedatura, (ἴχνος) ueſtigium humanũ, præcipuè pedis, inquit Feſtus.

Pĕdālĭs, & hoc le. om. t. (ποδιαῖος) quod eſt pedis, ut menſura pedalis.

Pĕdāmĕn, inis. n. t. & Pedamentum (χαράκωμα) ſuſtentaculum, quod alicui arbuſculæ adhibetur, ſicut palus, quo uitis ſuſtentatur. Plinius lib. 17. cap. 20. Caſtanea pedamentis omnibus præfertur. Colum. Pedaminum tradenda ratio eſt.

Pĕdānĕŭm, nei. n. ſ. (χαράκωμα) inquit Palladius lib. 4. Super nudum inducimus, & aſſiduo uecte denſamus pedaneum.

Pĕdānĕŭs, a. um. (ποδιαῖος) idem quod pedalis. Hinc Bipedaneus, a. um. (διποδιαῖος) Tripedaneus, & huiuſmodi. Col. lib. 1. Bipedanea humus a: bo:ibus quatuor pedum abunde eſt.

Pĕdānĕŭs

Pĕdānĕus iudex, qui à præſide conſtituitur, ut minora iudicia diſcernat, quòd is magiſtratus non uehatur curru, ſed pedibus proficiſcatur in forum.

Pĕdārĭ,orum.m.ſ. qui in ſenatu ſententiam non dicunt, ſed ab alio dictam cõprobant, mouentes ſe loco, & in partem eius qui dixit ambulantes. Et ab actu tranſeundi pedibus in aliena ſedilia, pedarij ſunt appellati. Cicero ad Attic. Inde in ſententiam pedarij cucurrerunt. Sententia eorũ pedaria appellatur. uide Gell. hac de re diffusè tractantem lib 3.cap.18.

Pĕdātĭm,(κατὰ πόδας, βάδην) aduerb. Plin. lib. 11. Leo tantum & camelus pedatim gradiuntur. hoc eſt, ut ſiniſter pes nõ tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur.

Pĕdātĭo,onis.f.t.(χαράκωσις)dicitur, quando pedamentis uinea fulcitur. Colum.

Pĕdātō,(κατὰ πόδα) aduerb. poſitum eſt pro repẽte, uel acceſſu. Cato lib.1.Orig. Igitur tertiò pedatò bellũ nobis fecere. id eſt tertiò reuerſi.

Pĕdātŭs,a.um.(κεχαρακωμένος) quod eſt ſuſtentaculo firmatum, ut uinea pedata. Quandoq; etiam pedatus, à pede humano, uel de aliquo animali, (ὑπόπους) ſicut à manu Manuleatus. Suet. De Othone, Fuiſſe traditur male pedatus, id eſt diſtortis pedibus.

Pedem ſtruere, ἀναποδίζειν, Veteres pro eo uſurparunt, quod eſt fugere, & pedem retroferre, retrocedere. uide in Struo.

Pĕdeprĕſſĭm,(βάδην) tarde, paulatim, quaſi lenta & tarda itione. Nonius.

Pĕdĕs, (πόδες) dicuntur quibus utimur in gradiendo, cuius nominatiuus ſingularis eſt pes. Pes autem totum dicitur, quod eſt à femore ad calcem, diuiditurq; in coxendicem, femur, genu, femen, poplitem, crus, ſuram & imum pedem, qui calx appellatur, & diuiditur in conuexum pedis, quæ pars ſuperior eſt, & calcaneum, quæ eſt pars poſterior. Item in uolam, quæ eſt pars medij pedis caua, & plãtam, quæ pars tota inferior eſt, digitosq;, & ungues. Aliquãdo pedes ponitur aduerbialiter, pro eo qui ſuis pedibus it, neq; equi, aut alterius animalis miniſterio utitur, quod & pedibus quandoque dicitur. Curtius, Pedes agmen circuibat.
Quoniam uerò ſtandi fundamentum pes eſt, factum eſt, ut in ædificijs area, pes magnus dicatur. Pes etiam menſuræ genus eſt, quo menſurantur terræ, & continet digitos ſedecim.
Item funis, quo in naui tenditur uelum, & uulgò podia. (πούς.) Vergil. lib. 5. Aen. Vnà omnes fecere pedem. Plaut. etiam remos nauium pedes appellauit. Item pes, eſt metrica conſtructio ſyllabarum, ut ſpondeus, dactylus. Vnde pedeſtris oratio, (πεζὸς λόγος) dicitur numeroſa, & ſecundum rationem metricam cõpoſita, quòd pedis officio fungatur, quamuis non ſit carmen. Præterea pes uocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Plaut. in Curcul. Huius diminutiuo frequẽtius utimur, ſcilicet Pediculus. Vnde Pediculoſus, & Pedicularis. Fit autem pes à Græco πούς, à quo fiunt multa compoſita.

Pĕdĕs, ditis. com. t. (πεζὸς) miles, qui pedibus militiam exercet: ſicut eques, qui equo militiam exercet.

Pĕdĕſtĕr, ſtris. m. t. (πεζὸς) qui pedibus iter facit. Apul. Qui modo in exercitũ profectus eſt pedeſter. Dicitur etiam hic & hæc Pedeſtris, & hoc pedeſtre. (πεζικός) ut pedeſtris exercitus, pedeſtria agmina. (πεζικὴ δύναμις.) Dicimus etiam pedeſtrem acceſſum, qui à pedibus fit. Auguſt. lib. 4. Ciuit.

Pĕdĕſtrĭă auguria, (πεζικοὶ οἰωνοί) dicebantur quæ à lupo, uulpe, ſerpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus dabantur.

Pĕdĕtēntĭm, (κατὰ ποδὸς βάσιν) aduerb. cõpoſitum à pede & tento, tas. paſſim, ſiue per paſſus. Terent. in Phor. Dij bene uertant, quod agas, pedetentim tamen. quod Donatus exponit pro cautè.

Pĕdĭcă, cæ. f. p. (πέδη) pen. cor. à pede, ſignificat laqueũ, quo pedes illigantur. Verg. li. 1. Geor. Tum gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

Pĕdĭcĭnŭs, idem eſt quod pes, ſimiliter & Pediolus.

Pĕdĭcōſŭs, ſiue Pĕdĭcŭlōſŭs, a. um. o. ſ. (φθειριῶν) cum deducitur à pes, ſiue à pediculus, qui eſt capitis uermis, ponitur pro eo, qui eſt plenus ipſis uermibus. Plaut. Pedicoſus, ſqualidus, ubi me uidit, caput ſcabit. Quandoq; uerò à pædor, ſcribitur cũ diphthon. & ſignificat quod mali odoris eſt. πιναρός. Mart. Hinc menti domines pediculoſi.

Pĕdĭcŭlārĭs, & hoc lare. om. t. (φθειρικὸς) quod ad

ad pediculos capitis uermes pertinet. Vnde pedicularis morbus, quo corpus pediculis ſcatet. Hunc morbum Græci φθειρίασιν appellant. Nam phthira pediculum dicunt.

Pĕdīcŭlŭs, li.m.ſ. (πόδιον) diminutiuum, paruus pes. Hinc pediculi, (μόσχοι) uocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiuſmodi ſuſtinentur. Pediculata poma, quæ pediculos habent, quibus ſuſpendi poſſunt. Item pediculus, (φθὴρ) uermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. Pediculi quoque terræ, ſcarabei terreſtres ricino ſimiles. Sunt & maris pediculi, à ſimilitudine pediculorum capitis, quibus ad uaria medicamenta utuntur. Item Pediculi, populi in Calabria. Plin. lib. 3. cap. 11.

Pĕdio, is. a. q. (ποδίζω) Veteres uſi ſunt pro eo, quod eſt pede pulſo, & quaſi plauſum reddo. A quo fiunt cōpoſita, Compedio, impedio, & præpedio, de quibus locis ſuis.

Pĕdiŏlŭs, (πόδιον) diminut. paruus pes. Similiter & Pediculus, uide in Pedicinus.

Pĕdiſsĕquŭs, qui.m.ſ. (ἀκόλουθος) & pediſſequa, famulus & ancilla, qui & quæ dominum ſeu dominam ſequitur. Terent. in Andr. Accedo ad pediſſequas. Quidam unico s ſcribendum præcipiunt.

Pĕdĭtātŭs, tus.m.q. (πέζευμα, τὸ πεζὸν) peditum copiæ, ſicut equitatus, equitum copiæ. Cice. 5. Philip. Tu ciuem ſceleratum, pecunia, peditatu, equitatu, copijs inſtrues?

Pĕdo, das.n.p. id eſt uado, à quo Repedo, (ἀναποδίζω) quod eſt quaſi pede itero, redeo. Lucanus, Rediſſe, ac repedaſſe, ut Romam uitet. Eſt & impedio, de quo alibi. Pedare etiam eſt uiti uel alteri arbuſculæ ſuſtentaculum adhibere, χαρακοῦν. unde uineæ pedatæ dicuntur. Plin. lib. 17. cap. 21.

Pēdo, dis. pepedi, n.t. crepitū uentris emitto. πέρδω, βδέω. Horatius in Serm. Nam diſploſa ſonat quantum ueſica, pepedi. Huius compoſitum eſt, oppedo, (καταπέρδω) pen. prod. quod eſt contra pedo.

Pēdŏr, oris.m.t. uide Pædor.

Pĕdŭm, di.n.ſ. (λαγωβόλον, καλαύροψ) paſtorale baculum, ſeu uirga incurua, qua pecudum pedes detinentur. Vergilius, At tu ſume pedum, quod me cum ſæpe rogaret. Eſt & Pedum, (πέδα) oppidum, non longè à Præneſtinis, à quo Pedani, (πεδανοὶ) populi.

Pēgmă, matis.n t. (πῆγμα) quod & Peema dicitur, Græcum eſt, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod eſt pāgo, & extruo. Eſt autem machina quædā lignea, in qua ſtatuæ collocantur, & quaſi figuntur ad illas ſuſtinendas. Eſt item machina bellica quædam, in qua qui depugnabant pegmates à Suet. uocati ſunt. Interdum πήγματα cum ludicris producebantur in ſcenam, cum pueris etiam conſidentibus, ex lignis & tabulis, quæ conſtabant uario picturæ genere. Feſtus ſcribit, pegmata eſſe, aut ære, aut marmore ornamenta, quæ ut plurimum in atrijs, quandoque in porticibus aulisque affigunt, maiorum aliorumque fortium uirorum geſta certius, quàm pictura oſtendentia.

Pēiĕro, ras.n.p. (ἐπιορκέω) pen. cor. falſo, & animo fallendi iuro, ſeu iuramentum infringo, ex per & iuro, adiecta r, & u longa in e breuem conuerſa. De huius uerbi ſignificatione Cice. Off. 3. ſic ſcribit, Nō enim (inquit) falſum iurare, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis concipitur, more noſtro, id nō facere peiuriū eſt. Dicimus & Periuro, ras. quod periurus probat, & Periuriū, de quibus ſuo loco.

Pēiŏr, & Deterior, oris. com. t. (χείρων, κακίων) differunt, quòd peior à malo dicatur, deterior à meliore, id eſt minus bonus.

Pēiŭs, aduerb. pro magis, & multo magis, ac uehementius. Cic. 11. Philip. Neminem ueterani peius oderunt.

Pĕlăgiă, æ.ſ.p. (πελαγία) dicitur purpura, à pelago, à quo & ſuccus eius pelagium, ſicut ſuccus buccini dicitur Tyrius. Plin. lib. 9. cap. 38.

Pĕlăgŭs, (πέλαγος) penult. cor. tam maſculini, quàm neutri generis, profundum maris ſignificat. Vnde etiam pro ipſo mari frequentius ſumitur. Valerius Flac. lib. 1. O quantum terræ, pelagum quantos aperimus in uſus. Hinc Pelagicus, ca. cum. (πελαγικὸς) quod in mari uiuit, ſiue etiam quod eſt ex mari. Colum. lib. 8. cap. 17. Cæteri ſaxatiles, aut pelagici ſatis ex his, ſed recentibus melius naſcuntur.

Pēlămĭs, midis. fœm. t. (πηλαμὶς) genus piſcis thynni. Nam pelamidas primò, ſed cum annuum exceſſere tempus, thynni uocantur. Dicta quòd in luto moretur, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, id eſt à luto. Plin. lib. 32. cap. 11. Pelamidum gene-

ris

ris maxima apolectos uocatur.

Pelĕcīnŭm,ni.n.ſ.herba in ſegetibus creſcens,de qua Plin.lib.26.cap.12.

Pĕlĭcānŭs,ni.m.ſ. auis Aegyptia. naſcitur in ſolitudinibus,maximè Nili fluminis. Duo autem ſunt pelicanorum genera, ut docet Hieronymus,unum uolatile,aliud aquaticum. Et Latinè dicuntur Onocrotali,Græcè πελικᾶνος.

Pēllāx,acis.om.t. ἀπαγωγὸς,πιθανὸς,προσαγωγός, qui per blanditias decipit.Verg.Inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi. Inde pellacia,(ἀπαγωγὴ) fallacia. Idem lib.4.Georg.Verū ubi nulla fugam reperit pellacia.

Pēlleſuinā. βυρσοῦον. locus ubi pelles uenduntur.

Pēllēx,cis.f.t. (παλλακὴ,παλλακὶς) ut inquit Iureconſu.illa uulgò appellatur,quæ cum eo cui uxor ſit,corpus miſcet.Cic.Vxor generi,nouerca filij,filiæ pellex.Concubina, quæ cum cœlibe uiro ſine nuptijs locum tenet uxoris, quàm Græco uocabulo παλλακὴν,pallacen appellamus. Pellex, Latinum nomen eſt à pelliceo, quod eſt, blandiendo decipio, quia blandiendo uirum ab uxore ſeducit. uide Vallam libro 6.cap.48.

Pēllĭcātŏr,qui ad fraudem pellicit. προσαγωγός.

Pēllĭcātŭs,tus.m.q.actus quem pellex exercet, ſicut concubinatus,quem cōcubina. παλλακία. Cic.2.Offic.Ab ea enim eſt ipſe, propter pellicatus ſuſpicionem,interfectus.

Pēllĭcĕo,ces.pellicui.raro habetur.inuenitur tamen apud Colum. Pellicio,cis,lexi,ctum.(unde Pellectus) magis in uſu eſt, & ſignificat blandiendo decipio, (ὑπισύρομαι, ὑφέλκομαι, προσάγομαι,ὑπάγω.) Terent.in Phor. Is ſenem per epiſtolam pellexit. Componiturq́; ex per, & lacio,mutatis r in l,& a in i. Feſtus, Lacit, decipit,inducit. Lax,lacis uerò fraus eſt. Vnde & Lacto, as, propter quod & in bonā partem, & in malam accipi poſſunt, ut Allicio, Elicio,Illicio,& alia. A pellicio fiunt Pellax, Pellicator,Pellicatus,& Pellex. Legitur quoque Perlicio apud Liu.lib.4.pro eodem.Pelliceo tamen,& pellexi,& pellectus magis in uſu ſunt,quàm pelliceo,uel perlicio.

Pēllĭcĕŭs,cea. ceum. (δερμάτινος) quod eſt ex pelle,ut Veſtis pellicea.

Pēllĭcĕŭm,ci.n.ſ. uel Pellicea, ueſtis ex pellibus. βαίτη. Hieronymus contra Iouin.[illegible] eiecti in uaſtem lacrymarum,tunicis conſutis,& pellicijs ueſtirentur.

Pēllĭcŭlă,dimin.parua pellis, δερμάτιον. Mart.lib.3.Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

Pēllĭcŭlo,las.a.p.pen.cor.pellibus alligatis obturo. περιδερματίζω. Colum.lib.12.cap.46. Vas operculatum pelliculant.

Pēllĭōnēs,qui ueſtes pelliceas, & alia ex pellibus opera faciunt. δερματομαλάκται.

Pēllĭrĭs,galerus dicebatur,ex pelle factus.

Pēllĭs,is.f.t.(δέρμα,δορὰ) dicitur cum eſt à carne ſeparata,quæ cutis antea dicebatur. Iuuenal.Satyra 10. Diſſimilemq́; ſui deformem pro cute pellem. Dicta pellis (ut quidam putāt) à pellendo,quòd externas iniurias tegendo repellat. Hæc poſtquam concinnata eſt ad calceos, & cætera opera facienda, aluta dicitur. Varr. Huius diminutiuum eſt pellicula. Sub pellibus eſſe,eſt eſſe in caſtris ſtatiuis.Cic.

Pēllītŭs,ta. tum. quod pelles habet, uel pellibus tectum eſt. δερματώδης. Propert. Pellitos habuit ruſtica chorda patres.

Pēllo,lis.pepuli,pulſum.a.t.(προσβάλλω,κόπτω) id eſt percutio, ferio. Terent. Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? Aliquando abigo,extrudo,ἐλαύνω,ὠθέω. Plaut.Pelle animo timorem, mox aderit gnatus. Ponitur interdum pro exagitare,affligere.Cicero ad Nigidiū lib.4. Hinc fiunt pulſo,pulto,pulſus, &c. uide ſuo loco. Huius compoſita ſunt, apello, ſiue aſpello,appello per duplex pp, compello, depello, diſpello, expello, impello. Propello, ἀνάγω,quòd eſt à longè pello, amoueo. Aliquando ſignificat ultrà duco, προάγω. Colum. lib.2.Cum uentum erit ad uerſuram, in priorem partem iugum propellat. Perpello, εἰσάγω,προάγω,perfectè pello,induco.Liu.lib.1.Incenſam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret. Repello,retrò pello. A ſupino pulſum fit frequentatiuum pulſo,ſas. Antiqui etiam dixerunt pultum,à quo pulto,tas.

Pēllŏs,(ὁ πέλλος) ſiue pellus.li. ardeæ auis ſpecies, dicta à πέλας aduerbio, quod ſignificat propè,quoniam non uolat ita in altum, quemadmodum aliæ ſpecies. Plin.lib.10.cap.60.

Pēllūcĕo,es.n.ſ.per medium luceo. διαφαίνω. Iuuena.Cretice pelluces. Pellucens oratio, id eſt clara & aperta.

P[illegible]o.

Pĕllŭo,(κατανίζω) perfectè lauo.

Pĕllŭuiŭm,ij.n.ſ.& pelluuia,(ποδονιπτήρ) fœmin.gen. uas quo lauantur pedes, ſicut malluuium, & malluuia, uas quo lauătur manus. Dictum pelluuium, à pelluendo. hoc idem polubrum dicitur.

Pĕlōris,ridis.f.t.genus conchæ. πελωρίς. Horat. in Serm. Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plin.lib.32.cap.11.

Pĕltă.æ.f.p.(πέλτη) ſcutum breuiſſimum in mo» dum Lunæ iam mediæ. Verg. Ducit Amazonidū lunatis agmina peltis. A quo nomine poſtea peltaſtæ. πελτασαὶ. pedites appellati ſunt, qui ad motum cōcurſumq; leuiores erant. Alij non peltaſtas, ſed peltiſtas appellant. Liuius lib. bel. Maced. Nocte cetratos, quos peltiſtas uocant, abdiderat.

Pĕluĭs,is.f. t. (λεκάνη, ποδονιπτήρ) quaſi pedeluis (ut Var. inquit) à pedum lauatione. Alij peluim ſinum aquarium putăt, in quo uariæ res pelluuntur. Cato cap.19. Peluis una.

Pēmĭnōsŭs, adiect. id eſt mali odoris, à pædore legit Feſtus apud Var. lib. de Re ruſt.1. ca.51. ſed tunc cum æ diphthongo ſcribendum eſſet.

Pēnārĭŭs,rij.ut legit Feſtus: uel penaria, riæ, ut uult Var. de Ling. Lat. ut uerò alij, penariū. locus eſt ubi penus, id eſt res neceſſariæ ad uictum quotidianum pertinentes reponuntur.

Pēnātēs,tium.m.t.(ἐφέστιοι θεοὶ) dicti ſunt dij domeſtici, ut inquit Cic.lib.2.de Nat.Deor. quòd penes nos nati ſunt, uel quod non longè abſint ab hac uita, ſiue quòd penitus inſident. Ex quo etiam penetrales à poëtis uocătur. Cuius nominatiuus ſingularis ſecundum aliquos, eſt hic Penas, aut iuxta quoſdam hic Penatis.

Pēnātōrēs,rum.m.t. qui penus geſtant. Cato aduerſus Macilium, Non ex militibus piſcatores, penatores feci.

Pēndĕo,des.pependi,penſum.n.ſ.(αἰωροῦμαι, κρέμαμαι) ſignificat in ſublimi eſſe, ſiue ſuſpenſum eſſe. propriè auium uidetur eſſe, quæ quaſi pennis ſe ſuſtinent. Et interdum ponitur abſolutè. Terent.in Eunu. Tu iam pendebas, qui ſtultum adoleſcētulum nobilitas flagitijs. Aliquando ablatiuo iungitur cum præpoſitio» ne ab. Et ſine præpoſitione. Vergilius: Incultiſq; rubēs pendebit ſentibus uua. Hinc per translationem pendeo, pro ſuſtentor, ἀπαρτῶμαι, ἐπέχομαι, ponitur, uel potius innitor. Oui» dius, Pendet & à ueſtra noſtra ſalute ſalus. Quădoq; pro cruciari, & in pœna eſſe, ſiue dubium eſſe, aut animo ſuſpenſum eſſe. hoc eſt dubitare, hæſitare, ἀπαρτῶμαι, & ſic conſtruitur cum genitiuo, uel ablatiuo, & interdum ponitur abſolutè. Et pĕdere dicitur, qui nimio deſyderio alicuius rei intentus, ceſſat ab omni alio opere, & id unum ſolicitus expectat. Vergil. » Dum cōſulta petis, noſtroq; in limine pendes. » Item ceſſare, κᾶδη. Vergilius: Pendent opera » interrupta, minæq; Murorum ingentes. Ponitur aliquando pro ponderare, ſiue pondus efficere, ait Budæus. In eadem ſignificatione legitur & pendo, is. per tertiam coniugationem. Pendere rei dicebantur, quòd eorum nomina in programmate, id eſt tabula pendula, publicè propoſita atq; ſuſpenſa erăt. Hinc pendens participium, & aliquădo nomen ex participio. Pendentes alas dixit Plin. lib.10.capite 38. & pendens uinum, Cato cap.147. hoc eſt uinum quod adhuc in ipſa uite pendet, & nondum ex ipſis uuis expreſſum eſt. Huius cōpoſita ſunt, appendeo, dependeo, impendeo, propĕdeo, βρίθω: & ſuſpĕdeo, ἐπαιωροῦμαι, quod eſt ſupra pendeo.

Pĕndo,dis.pependi, penſum, uerbum actiuum, & aſſumpta e, fit neutrum in alio ſenſu, ſignificatq; pondero, ad libram aliquid examino: à pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendent. Et per translationem ſignificat, conſydero, æſtimo, σταθμῶμαι. unde & eos genitiuos regit, quos uerba precium ſignificantia habere ſolĕt: ut magni pendo, parui pendo, nihili pendo, flocci pendo, καταμικρολογῶ, σμικρὸν ὑπὸ λόγον ποιοῦμαί τινος, & huiuſmodi, quod eſt in magna & parua æſtimatione habeo. Vnde magis ſeparata, quàm compoſita ſunt dicenda. Pendere, eſt etiam ſoluere, ἀποτίνειν, ἱστάναι. Salluſt. Semper nationes ſtipendia pendere. Vnde pœnam pendere, propriè dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit. Vergilius: » Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Item pendere, ſuſtinere, ὑπέχειν, δοῦναι. Plin. lib.19. cap. 4. Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt. Compoſita ſunt, Appendo, compendo, unde compendium. Diſpendo, διασπείρω, uariè pendo, à quo diſpendiū. Dependo, καταβάλλω.

κατακάμπω. eſt do. Expendo, impendo. Perpendo. ϛαθμῶμαι, ἐξετάζω. diligenter conſydero, ſeu perfectè pondero. Propendo, Præpendo, antè pendo. Propertius: Cum tua præpendent demiſſa in pocula ſerta. Rependo, Suſpendo, ſurſum pendo, altè ligo. Quandoq; ſuſpendere, eſt anxium eſſe. Plau. Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Et quoniam dum anxij ſumus, etiam dubij efficimur, ſuſpenſum quandoq; pro dubio ponitur, Itē pro placido, ac ſilenti. Teren. Phor. Hæc ubi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placidè ire perrexi. Item pendendo interficio. κρεμάω, ἀνασκολοπίζω. Lactan. lib. 4. Tum ſuſpenderunt eum inter duos noxios medium, qui ob latrocinia damnati erāt. Hinc ſuſpendiū, pro ſuſpenſione. Cel. Suſpendio uitam finiuit.

Pĕndŭlŭs, la, lum. μετέωρος, αἰωρούμενος. quod pendet. Oui. Laſſaret uiduas pendula tela manus. Et Pendulum uinum apud Plaut. quod corruptum eſt, lentoremq; traxit.

Pēnĕ. παρ' ὀλίγον. aduerb. ſignificat ferè. Plau. in Epid. Pene in curſu concidi. Hinc peniſſimè ſuperl. formauit Plau. in Aul. ut uult Priſ. libro 17. licet alij à penitus formari uelint. Alij Pœnè ſcribunt cum diphthongo.

Pĕnēs, (παρὰ) præpoſitio quomodo ſumatur. uide in dict. Apud.

Pĕnĕtrābĭlĕ, is. om. t. adiectiuum, quod facilè penetrat. πορευτικὸν, διάτορον. Verg. 10. Aen. Penetrabile telum. Interdum ſumitur paſſiuè, quod facilè penetratur. Titus Liuius: Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat.

Pĕnĕtrālĕ, is. n. t. μυχὸς. nomen ſubſt. ſignificat omnem partem interiorem domus, uel templi, licet ſit intecta: ſeu omne quod in intimis partibus eſt. Vnde penetrale ſacrificium dicebatur, quod in penetrali, hoc eſt in intima parte domus fieri ſolebat. Eſt etiam adiecti. pro interno & interiore, ἐνδόμυχον. ut apud Verg. Aeternumq; adytis effert penetralibus ignē, quaſi penitus remotis.

Pĕnĕtro, as. a. p. quaſi penitus intro. διαπείρω, εἰσδύω, ἐμματεύω, διαίρω, πειρῶ. Cice. 1. Tuſc. Qui ſi permanet incorruptus, ſuiq; ſimilis, neceſſe eſt ita feratur, ut penetret, & diuidat omne cœlum. Conſtruitur aliquando cum accuſatiuo ſine præpoſitione, ut penetrare Atlātem, pro Atlantem montem ſuperare, & prætergredi, apud Plin. lib. 5. cap. 1. Penetrare ſe, ponitur pro inferre ſe. Gell. lib. 5. ca. 14. Specum quandam nactus remotam latebroſamque, in eam me penetro, & recōdo. Penetrare ſe in fugam, eſt fugere, apud Plaut. in Amph. Dicimus etiam penetrare pedem intra portā, intra ædes, & ſimilia.

Pēnĭcillă. γραφίδες. uide in Peniculus.

Pēnĭcŭlāmĕntŭm. ti. n. ſ. κρωσσός. pars ueſtis, quæ terram attingit, authore Nonio. Ennius lib. 11. Annalium: Pendent peniculamēta Imum, ad quenq; pedum.

Pēnĭcŭlŭs, li. m. ſ. & penicillus: ſiue peniculum, & penicillum. σπόγγος. quamuis diminutiua uideantur à penis, ſignificant tamen ea quibus calceamenta, uaſaq; terguntur, ut ait Feſtus: & fiebant olim ex pene, id eſt ex cauda animalium. Nam, ut ait Cic. lib. 9. Epiſt ad Papyrium, Caudam antiqui penem uocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. Itē quibus pictores pingunt, γραφίς. quoniam ex caudarum extremitatibus fiant. Quint. libro 2. Inſt. ca. 22. Vt cælator cælum, & pictor penicilla deſyderant. Item quibus albarium tectorio inferunt, qui dicuntur tectorij penicilli. Plin. lib. 28. ca. 17. Setarum ex his penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Item qui bus uulnera ſtipantur. τὰ ἔμμοτα. uel ideo ne claudantur, uel ut aperiantur magis: ut ſunt penicilli ex linteolis cōcerptis, ex medulla ſambuci, & ex ſpongia. Idem: Tum peniculo uulnus apertum. Omne præterea quo ad aliquid mundandum, detergendū, illinendum ue utimur, penicillum, uel peniculum uocamus, præſertim ſi ex ſpongia ſit factum. Item ſpongiæ genus molliſſimum eſt, qui penicillus dicitur, ex quo fiunt penicilli.

Pēnīnſŭlă, læ. f. p. dicta eſt quaſi penè inſula, id eſt undiq; ferè aquis clauſa, & breui tantum anguſtia, quæ dicitur Iſthmos, continenti adnectitur. Liu. 1. Bel. Macedon. Et oppidum Celetrum eſt aggreſſus in peninſula ſitum.

Pēnĭs, is fœminini generis. κέρκος. cauda dicitur, à pendendo. Hinc peniculos dicimus, quibus calceamenta terguntur. Pòſt autem penis uirile membrum dici cœptum eſt, πέος τὸ αἰδοῖον

τὸ αἰδοῖον. ſicut & ſalax cauda. Cice. 9. Epiſt. ad Papyrium: At hodie penis in obſcœnis eſt. Quidā à penetrando dici uoluerunt, & rectius maſculino genere profertur. Mæuius apud Feſtum, Peni pinxit bibulo.

Pĕnĭtŭs, ta. tum. ἐκ ψοιάδων. pen. pro. quod ex pene, hoc eſt cauda eſt. Vnde penita offa, offa porcina cum cauda. Plautus.

Pĕnĭtŭs, pen. cor. ſignificat, quod eſt intra, ſiue idem quod intrinſecus. διαμπάξ. Plaut. Aſin. Agè, quæſo excrea uſq; ex penitis faucibus, etiam amplius. Penitior. ἐνδότερος. interior. Penitiſſimus, intimus. Inde penetro, tras.

Pĕnĭtŭs. παντελῶς, διαμπερὲς. aduerbiū locale, quaſi pene intus. id eſt ualde interne, ſeu intrinſecus, uel intima parte & ſecreta: ut cum dico, Penitus me noſcis, hoc eſt intus & in cute. Fit autem à penes. id enim penes nos uidetur eſſe, quod eſt penitus reconditum. Interdum ponitur pro aduerbio qualitatis, & ſignificat prorſus, uel ualde, omnino. τὸ παράπαν. Verg. Penitusq; ſonantes Acceſtis ſcopulos. Quandoq; ſignificat longè, remotè. Idē: Penitusq; alias aduexerat oras. Penitus cognoſcere, id eſt perfectè, & uſq; ad interiora.

Pennă, æ. f. p. per duplex nn, auium eſt. πτερόν. Cic. 1. de Nat. Deor. Vt & pennis foueant, ne frigore lædantur. Sunt enim pennæ maiores quàm plumæ, et eſt generale ad pinnas, ſcilicet ſummitates, & ad plumas. Pinnæ autem. πτέρυγες, πτίλον, propriè ſunt pennæ, quæ plumæ, hoc eſt molliores, & exiguæ pennæ non ſunt. Pennæ renaſcuntur, metaphoricos dicit, qui priſtinam recuperat authoritatem. Cice. ad Atticum libro 4.

Pennārĭūm. καλαμοθήκη. in quo pennæ reponuntur: ſi. ut calamarium, in quo calami.

Pennātŭs, a. um. ὑπόπτερος, πτερωτὸς. quod pennas habet: ut Volucres pennatæ. Sic impennatus qui pennas non habet. Pennatū ferrum, dicitur pennis munitum, ut leuius fiat, & aërem facilius penetret, quemadmodum in telis et ſagittis uidemus. Plin.

Pennĭcŭlūm. li. n. ſ. πτερύγιον. pinna eſt, quæ facili motu uentorum indicat flatum.

Pennĭgĕr, a. um. o. ſ. qui gerit pennas. πτεροφόρος. Cic. de Vniuer. Alterum pennigerum & aëreum, tertium terreſtre, &c.

Pēnnŭlă, ſiue pinnula, pars ſumma auris, ab acuitate dicta. λοβός. Propriè uerò pennula πτερίς. diminut. eſt à penna. Cice. lib. 3. de Natu. Deor. Cum autem pennulis uti poſſunt, tum uolatu eorum matres proſequuntur.

Pēnsă æ. f. p. à pendendo, quod pro aliqua re cōducta ſoluitur. μισθός. Penſio tamen, de quo infrà, uſitatius dicitur. Et penſa. ἄτρακτοι. plurali numero, ſingulari tamen, quòd eſt penſum, nō caret, manipuli lanæ, uel lini, qui pendent ex colo & fuſo trahuntur. Nam cum dicimus, Trahit penſa, idem eſt quod net, uel fila conficit. Penſum per translat. eſt officij cuiuſq; perfunctio, inquit Budæus. Translatio eſt ab ancillis penſa deducenda à matronis capientibus. Dicimus aūt uenuſtè abſoluere penſum, conficere penſum, peragere penſum. Accurare penſum, eſt diligenter accurateq; ſuum officium facere. Plau. in Bac. Ego penſum meum lepidè accurabo. Exigere penſum ab aliquo, eſt petere an ſuo ſit functus officio. Penſum præterea dicitur, quaſi cogitatum, ſiue meditatum. Hinc dicimus nihil penſi habere, pro eo quod eſt nihil curare, flocci facere. Sall. Neq; dicere, neq; facere quicquā penſi habebat. Inuenitur comparatiū Penſior & hoc penſius à nomine Penſus adiect. & ſignificat extimatius & pretioſius, quod ea quæ magni facimus à nobis perpetuo penſitentur, id eſt cogitentur, & ponderentur. Gel. lib. 11. ca. 5. Vt nihil quicquam eſſet charius penſiusq; nobis, quàm noſmetipſi. Quandoq; penſa capiuntur pro filis. Vergil. De textrice, Excuſſi manibus radij, reuolutaq; penſa.

Pēnsĭcŭlātē. ἀκριβῶς. aduerb. id eſt cum pōdere.

Pēnsĭcŭlātōrēs. ζητασαὶ. dicti ſunt, qui aliorum dicta ſiue dictiones exactè ponderant.

Pēnsĭcŭlo, las. a. p. idem quod penſito. ζητάζω. Gell. Penſicula utrunque moderatè, reperies ſuo quodq; in loco ſonare aptiſſimè.

Pēnsĭlis, & hoc ſile. om. t. κρεμαστός. penul. corr. quod ſuſpenſum, & ſublime eſt: ut, Penſilis hortus qui ſupra ædificia factus eſt: hoc eſt in ſolario, uel in aëre ſublimis. Sic penſilis uua. Penſilis homo, qui ſuſpenſus eſt. Plau. Penſilis urbs, quæ ſubter cauata eſt. Plini. Penſile horreum, quod nos uocamus granariū: quòd ſit in altiore domus loco, Colum. li. 1. Aliquando

do tamen penſilis, dicitur mollis.

Pēnſio, onis. f. t. dicitur id quod pro re aliqua cō ducta ſoluitur. id eſt, quod datur pro rei alicuius uſu, ut agri, aut domus, καταβολή, ἀποφορά. Cice. Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. Hinc penſiuncula, diminutiuum.

Pēnſiōnārĭūs, q penſionē alicui ſoluere tenetur.

Pēnſĭtātŏr, oris. m. t. λογιστής, ἐξεταστής. ponderator: à penſito. Gel. lib. 17. cap. 1. Verborum penſitatores ſubtiliſſimi.

Pēnſĭto, tas. a. p. ſæpe uel ualde bene pondero, examino. σταθμῶμαι. Gell. lib. 1. cap. 4. Aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur. Et penſitare, eſt ſoluere. τελεῖν, φέρειν, ἀποφέρειν. Cic. in Orat. contra Mithridatem, Quo tandē animo eſſe exiſtimatis eos, qui uectigalia uobis penſitāt? Hinc penſitatio, uerbale. Plin. 19. ca. 6. Properare præteriti temporis penſitatione.

Pēnſĭtātūs, participium, ſiue nomen ex participio, ut Res penſitata. Plin. Epiſt. 8.

Pēnſo, ſas. a. p. à pendo, uel à pendeo frequentatiuum, ſignificat ſæpe pōdero, æſtimo. τιμῶμαι, ἀμείβομαι. Liu. 4. Bel. Maced. Reliquas ciuitates monere, ut factis, non ex dictis amicos penſent. Significat aliquando compenſo, ſiue cōpenſando parem facio, aliquid pro alio do, quantum quis mereat reddo. Val. Max. lib. 1. Hinc dicimus, penſare crimen una laude, ut apud Plin. lib. 9. ca. 25. Et penſare lætitiā mœrore, id eſt parem facere lætitiā mœrori Ponitur aliquando pro ſupplere. Plin. lib. 31. cap. 8. Fotu quoq; apud mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat. Hinc penſator, uerbale. Plin. li. 33. cap. 12. Penſatores, libripendes dicuntur. Hinc compenſo, diſpenſo, repenſo.

Pēnſŏr. ἐξεταστής. qui ponderat: à pendo, dis.

Pēnſum, uide Penſa.

Pēntĕdăctylŏs. πεντεδάκτυλος. herba eſt arboris inſtar, quæ alio nomine ricinus dicitur, alij helioſcopium uocant.

Pēntădōrŏn. πεντάδωρον. lateris, id eſt terræ co ctæ ſpecies quinq; palmos continens. Græci enim ueteres, doron palmum dicebant, & dora munera, quæ manu darentur: Alij dicunt ædificij genus eſſe. Vide Plinium lib. 35. cap. 14. & Vitru. libro 2.

Pēntăphўllŏn. πεντάφυλλον. quod & pentapterō, herba quinq; folia habens. multas habet uirtutes. Plin. lib. 26. ca. 9. Dioſc. lib. 4. cap. 45.

Pēntăſtĭcæ. πεντοστιχοὶ. porticus dicuntur, à quinque columnarum ordinibus.

Pēntătēuchūs, chi. m. ſ. πεντάτευχος. dici poteſt uolumen quinq; librorum. Nam πέντε quinq;. τεῦχος uolumen, ſignificat.

Pēntathli, orum. m. ſ. πένταθλοι. dicūtur illi, qui in ludo quinq; artes gymnaſticas exercēt, uidelicet diſcum, curſum, ſaltū, palæſtram, iaculationem. Et ipſa exercitatio pentathlon dicitur. Latini alio nomine quinquertiū uocant, à quinq; artibus. Et ipſi pentathli, id eſt athletæ, qui his quinq; artibus ſe exercebant, quinquertiones appellantur. A πέντε & ἆθλος.

Pēntēcōſtē, ſtes. f. t. πεντηκοστὴ. à penteconta, dici poteſt quinquagenaria, quoniā hæc dies à reſurrectiōe Domini diſtat quinquaginta die

Pēnthēmĭmĕrĭs. πενθημιμερὲς. pē. cor. Latinè ſemiquinaria (habet enim ex quinq; dimidium) cæſura eſt, quoties poſt octo tempora ſyllaba relinquitur, partē orationis terminās. Hæc aūt cōmunis eſt, ut Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Dicitur à πέντε quinque, ἥμισυ ſemis, & μέρος diuiſio, uel pars.

Pēntĭrēmĭs, is. f. t. nauis quinq; remos in quolibet ordine habens. Latini quinqueremem uocant. Curtius de bel. Africano, lib. 4. Capit ex eo prælio pentiremem unam, triremes duas.

Pēntŏrŏbŏn, herba eſt, aliàs pumœnia dicta. uide Plinium lib. 25. cap. 4.

Pēnŭārĭūm, rij. n. ſ. ſiue penuaria cella. ταμιεῖον. dicitur omne, quod in penu reponitur, & ipſum penu, & quod in penu eſt. uide Cellariū.

Pēnŭlă, æ. f. p. φαινόλη. per ſimplex n, ueſtis denſa, ac uilis, quæ nebuloſo, ſeu pluuioſo tempore ſupra tunicam aſſumitur loco pallij, ad arcendas à corpore pluuias. Quint. lib. 6. ca. 4. Galba penulā roganti amico reſpondit, Si nō pluet, non opus eſt tibi: ſi pluet, ipſe utar. Hæc ſi ex pellib. eſſet, ſcortea uocabatur. Scorta enim ueteres, pelles nominabant. Vlpi. inter communia ueſtimenta, quibus uir & mulier promiſcuè utūtur, penulas annumerat. Erat etiam penula gauſapina, candida, ac uilloſa, qua hyberno tempore utebantur. Martialis.

Pēnŭlārĭūm, locus in quo penulæ reponuntur.

Pēnŭlātūs, penula indutus, ἐν φαινόλῃ.

Pēnūriă, æ. f. p. (ἀπορία) quaſi urens penu, uel quòd penè urat, uel quòd penè minus ſit quàm neceſſe eſt: ſignificatq; omnem inopiam rerum, & præſertim earum, quæ in penu recōdi ſolent. Terent. in Adelph. Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuiū penuria. Aliqui pœnuria cum diphthongo ſcribunt.

Pēnūs, hic uel hæc, quartæ declinationis, & hic penus, ni. ſecundum Priſcianū, & hoc penus, noris. & hoc penum, & hoc penu indeclinabile, ſignificat omne eſculentū poculentumq;, quo ueſcuntur homines. βίοσ, τὰ πρὸς τὸν βίον ἐπιτήδεια. Dictum penus, quòd ea, quæ longæ uſionis gratia contrahuntur, & reconduntur, non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur. Horat. in neutro genere: Annonæ proſit, portet frumenta, penuſq;. Penum, Afra. Vos quibus cordi eſt, intra tunicam manus leua, dextra in penū herile. Hinc fit penarius adiect. quod ad penum pertinet.

Pepliŏs, herbæ genus. Plin. lib. 20. ca. 20.

Peplŏs, herba eſt, de qua Plin. lib. 27. cap. 12.

Peplŭs, pli. m. ſ. (πέπλος) ſiue peplū, ueſtis ſolennis, quæ inijcitur uel uiro, uel fœminæ, uel deo, deæ ue. Vergil. Crinibus Iliades paſſis peplumq; ferebant. Vbi Seru. peplū propriè eſt palla picta fœminea Mineruæ conſecrata.

Pĕpōnēs, um. m. t. (πέπονες) melones. Plin. lib. 20, cap. 1. Pepones qui uocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum.

Pĕr, (διὰ, ἀνὰ) præpoſitio eſt, quæ ſeparata, quādoq; localem, quandoq; temporalem habet ſignificationē, ut Per urbem uado. Quandoq; denotat perſonam: ut Per medios ruit. Quandoq; iurandi eſt, νὴ. ut, Per Pol. id eſt Pollucem. Quandoq; obteſtandi. Verg. Per te, per qui te talem genuere parentes. Quandoq; medium quendam & quaſi interceſſorem ſignificat: ut Per meos amicos obtinui. Per adoptionem pater, dicitur qui adoptauit. Per ætatem, etiam pulchrè dicimus. Teren. in Eunu. Per eos annos, uel dies uenuſtè dicimus: uulgus indoctum diceret, durantibus his diebus, uel annis. Cic. 7. Ver. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinē, atq; infamiam delere, poteſtis. Per deos, per dextram, per fortunas, per fidē, per homines, per deûm immortalium fidē, per iura, per genua, modus deprecādi honeſtiſſimus. Cic. At. Subueni igitur per deos, idq; quàm primū. Per fas & fidem deceptus dicitur, qui nimiū fidendo alicui in re bona honeſtaq; falſus eſt. Liu. Per me licet tibi hoc facere. id eſt, te non impedio. Sic per te & per illos, &c. Per me nulla eſt mora, ait Ter. in And. Per me didici legere, hoc eſt ex meipſo, nullo adiuuāte, aut nullo ſuadente. ſic per te, per ſe, & cætera. Per me etiam, per ſe, &c. aliquādo ponūtur pro quod ad me attinet, quantum ad ſe attinet, &c. Cic. de Amicitia; Suoſq; omnes per ſe eſſe poſſe ampliores uolebat. Aliquādo per ſe ſignificat ex ſeſe, ſua natura, ſiue naturaliter. Cic. de Amic. Sed quòd per ſe ſibi quiſq; charus eſt. Per ſpeciē, id eſt ſimulata occaſione, per ſimulationem, fingendo. Liuius 1. ab Vrb. Per ſpeciem alienæ fungendæ uicis ſuas opes firmauit. Per tempus, id eſt in tempore, tempeſtiuè, opportunè. Plaut. in Menæch. Per tempus aduenis. Per, aliquando pro inter ponitur. Verg. 1. Georg. Has inter, mediamq; duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ diuûm, et uia ſecta per ambas. Compoſita uerò perfectionem denotant. Cice. Nuncius, qui literas accepit, non pertulit. Aliquando in bonum, uel in malum accipitur, ut perſequor. Aliquando abnegatiua eſt, ut perfidus, periurus. Aliquādo ſignificat mediū, ſiue trans: ut perfluo, perpluo, perſpicuum, per cuius medium uidemus, ut cryſtallus. Aliquando habet uim aduerbij, & pro ualde ponitur, tamq; ſuperlat. quàm poſitiuo iungitur. Cic. Pergraue mihi uiſum eſt. Et ſi addatur quàm, ſignificat maximè: ἄγαν σφόδρα. ut perquàm bonus, id eſt optimus. Iungitur etiam ſuperlatiuo. Curtius: Perquàm maximo poteſt exercitu comparato. Aliquando ſignificat nimis, uehementer, & in bonam & in malam partem: ut Pertinax, qui nimis tenax eſt, durus, & inexorabilis, de quo infrà.

Pērā, æ. f. p. (πήρα) pellis à collo ad lumbos pendens, à quo pera, ſacculi genus. Hinc peram uiatoriā uocamus, qua panem & aliquid obſonij geſtare uiatores ſolent: quemadmodum poculum uiatorium quo uinum. Eius diminutiuum eſt perula, πηρίδιον.

Pĕrăctĭcūm, ci. n. ſ. gummi genus, quod naſcitur in Media, ex arbore, quam alij precū uocant,

alij

alij malachran, nonnulli maladacion. Plinius lib. 12. cap. 9.

Pĕrăgo, gis. τελῶ, διαπράττομαι. pen. cor. peregi, peractum. a. t. perficio. Seneca: Omnia inchoat, nihil peragit. Interdum perduco. Plau. Nauem peregit in portũ. Interdũ pertracto, mecũ reputo. Verg. li. 6. Omnia percepi, atq; animo mecum antè peregi. A perago fit peractio, διατέλεσις. quæ eſt perfectio, finitio. Cice. in Cat. Ma. Senectus peractio ætatis eſt. Peragere reum. διελέγχειν, καταλαμβάνειν, αἱρεῖν, ἐπεξιέναι, καταδικάζεσθαι. ſignificat condemnare: ſed Facere reum, eſt accuſare. Peragere reum (inquit Bud.) eſt ita rei accuſationem perſequi, ut tandem damnetur. Peragere partes ſuas, eſt facere ſuum officiũ. Hinc peragito, frequẽtat. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Vehementiusq; peragitati ab equitatu, montem excelſum capiunt.

Pĕrăgro, as. n. p. περινοστῶ. pen. corr. ſignificat obeo, luſtro, ex per, & ago componitur: & pro ambulo, ſiue inquirendo circumeo ſumitur. Cic. 3. Offic. Et ob eam cauſam, urbe relicta, rura peragrantes ſæpe ſoli ſumus. Hinc peragratus participium, ut Peragrata terra, Cic. 5. Fin. Et peragratio, uerbale. Hinc & peregrinus, peregrinor, & peregrè deducuntur.

Pĕranno, nas. n. p. ſignificat per integrum anni tempus uiuo. ἀπενιαυτίζω. Componitur enim ex per, et anno, nas. Sue. in Veſpaſiano: Ideoque puella nata non perannauit.

Pĕrbācchŏr, aris. d. p. perpoto, & luſito conuiuijs frequentãdis. Cic. 2. Phil. At quàm multos dies in ea uilla turpiſſimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.

Pĕrbibo, perfectè bibo, totum bibo.

Pĕrcă, cæ. piſcis. Plin. lib. 32. cap. 10.

Per cauſam, ſiue per ſpeciẽ. κατὰ πρόφασιν, προφάσει. ſignificat per ſimulatam cauſam. Liuius lib. 4. Vt cum appropinquaret ianuæ rex, per cauſam aliquam in anguſtijs ſuſtineret à tergo agmen.

Pĕrcēllo, is. perculi, perculſum. a. t. ſignificat euerto, percutio. ἀνατρέπω. Varr. in Parm. Alius tenerã abietem ſolus percellit. Aliquando differo. Luc. Ad nonũ hoc percellit annũ.

Pĕrcnoptĕrŭs, (περκνόπτερος. Ariſto.) auis eſt ex aquilarum genere, quæ circa lacus uerſatur, uulturi ſimilis, alis minimis, reliquas magnitudine antecellens, ſed imbecillis, & degeneri ita, ut à coruis ſæpenumero uerberetur.

Pĕrcĭpio, pis. a. t. pen. cor. capio, perfectè capio. & hoc pro nominis natura, cui adiungitur, ſignificabit aut propriè, aut tranſlatè, (καταλαμβάνω.. Cice. de Natura 2. Alteram, quam cepèrimus ex magnitudine commodorũ, quæ percipiuntur cœli temperatione, fœcunditate terrarum. Aliquando ponitur pro intelligo, ſentio, cognoſco. ἀκριβῶ, καταλαμβάνω, κατανοῶ. Plau. in Curc. Ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri. A quo perceptio. κατάληψις. uerbale.

Pĕrcĭtŭs, pen. cor. nimis incitatus, qui ira, ac furore accenſus eſt. κακοδαιμονῶν.

Pĕrcŏārcto, ctas. ex per & con, & arcto, abiecta n. Arcto uerò frequentatiuum, ab arce fit, & ſignificat perfectè cogo, ſiue conſtringo. κατασυνοχορῶ.

Pĕrcŏlo, is. a. t. pen. corr. perfectè colo: id eſt, amo, ſiue ueneror. διασέβομαι. Plaut. in Trin. Feceris par tuis cæteris factis, patrem tuum ſi percoles. Significat interdum culturam abſoluere, perficere, polire, ſupremam manũ addere, complere. Hinc percultus, id eſt politus, ornatus. Plautus.

Pĕrcōntŏr, aris. d. p. ἀνέρομαι, ἀνακρίνω. per o, & ſine c ante t, à conto dicitur. Significat autẽ idem quod percunctor, id eſt diligenter interrogo, inquiro. ab ijs ſumptum, qui uada in fluminibus contis exquirunt, aut in mari loca nauibus opportuna pertentant. Cic. in Somnium Scip. Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Repub. percontatus eſt.

Pĕrcūdo, dis. a. t. pen. pro. perfectè cudo, & quaſi frango. διακολάπτω. Col. li. 8. ca. 5. Animaduertat auiarius, an pulli roſtellis oua percuderint.

Pĕrcūlsŭs, participiũ, à percello. ἐκπλαγείς. Sæpius ad animum refertur. Percuſſus. πληγείς. ad corpus: fit à percutio.

Pĕrcūnctŏr, (ἐκπυνθάνομαι) per u, & c ante t, fit à cunctus. cta. ctum. quòd à cunctis perquiratur: quòd is qui curioſus eſt, per cuncta interroget. & eſt omnino eiuſdem tum ſignificationis, tum conſtructionis cum uerbo percontor. Hinc percunctatio diligẽs inquiſitio.

Pĕrcūro, as. a. p. pen. pro. perfectè ſano. καταθεραπεύω. Curtius: Percurato uulnere acrius obſi-

obſidioni inſtitit.

Pērcūrro,is.a.t.ualde curro,ſiue currendo perſeuero,(διατρέχω.)Terent.in Andr.Continuò ad te properans,percurro ad forum. Quandoq; eſt curſim pertranſire, & celeriter: ut, Quid opus eſt multa percurrere? Ci.1.de Or.

Pērcŭtio,tis.a.t.pen.co.percuſſi,cuſſum: ex per & quatio,q in c mutata,& abiecta a,ſignificat ferio. κατακόπτω,διαισάω,πλήττω. Percutere aliquem palpo,eſt uerbis adulari, & ſuadere.Percutere fœdus,eſt ferire, uel facere fœdus. Percutere de cœlo,eſt fulminare. Hinc percuſſor,qui percutit,& occidit,& ad id faciendum conducitur. Et percuſſus.us. m.q. pro percuſſione. Et percuſſio,pro ictu,atq; etiam pro percutiendi actu.Cuius compoſitũ eſt, Repercutio.

Pērdiciūm. περδίκιον. herba eſt, qua perdices præcipuè ueſcuntur.Plinius lib.21.cap.30.

Pērditē,aduerb. ut perditè amare dicuntur δυσέρωτες,pro eo quod eſt uehementer amare.Terent. Aliquando ſignificat corruptè.Cice.ad Att.Qui hic poteſt ſe gerere non perditè?

Pērditŏr,oris.m.t.φθορεύς.à perdo,is.Cic.

Pērditūm perdamus,plus ſignificat,quàm perdamus ſolum. Eſt enim exaggeratio quædã. Cice.ad Teren.Ne puerum perditum perdamus: hoc eſt,ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus.Perditus,a. um.(ἀποβεβλημένος) amiſſus.Et perditus,(ἀκόλαστος,ὄλεθρος) q ita alicui perturbationi aut uitio ſubiacet,ut inde ſe eximere non poſſit.Et qui omni uitio cõtaminatus eſt ita,ut de eo nulla ſpes habenda ſit,perditus dicitur. Perditum enim dicunt, quod interijt,& recuperari non poteſt.

Pērditūs,a.um.profligatus.Cic.Att. Nihil fieri poteſt miſerius,nihil perditius.

Pērdiū.aduerb.admodum diu.

Pērdiūs,a.um.o.ſ. ex per & dius,quod eſt dies: & is dicitur,qui per diem uigilat.πανημέριος. Sene.Id perdius pernoxq; agebat.Sic interdius,intra diem,uel per diem,quia nulla uigilationis propria ſignificatio ineſt. Dius autem pro die ponitur in compoſitione,& nomen eſt & nominatiui caſus, ſicut noctu pro nocte.

Pērdix, (πέρδιξ) d.t.auis nota,à perdendo dicta. Nam hæc auis dicitur eſſe plena fraudis & fallaciæ, quæ decipiendi uenatores uias pulchrè calleat, atq; artes nouerit, ut eum à pullis auertat ſuis, Plin. lib.10.cap.33.

Pērdo,dis,didi,ditum.a.t. ex per & do compoſitum,ſignificat amitto, iacturam uel damnũ facio contrahóq;.ἀποβάλλω. Cic.Fam.4. Summo ingenio, ſumma uirtute filium perdidit. Et maxime hæc ſignificatio eſt de rebus charis ac iucundis.Sic perdere aquam, eſt tempus fruſtra datum conterere, cum ad clepſydram dicitur. Quintil. Alio modo ſignificat perimere, (ἀπολλύω) uel affligere, euertere, profligare.Cic.Attic.2.Nos non inimici,ſed inuidi perdiderunt. Huius compoſita ſunt, Deperdo,quod eſt in totum perdo,παραπόλλυμι. Caius ſcribit deperditum dici,quod in natura rerum eſſe deſijt: diminutum, quod uſu raptum eſt.Diſperdo,conſumo,uel uarie perdo.

Pērdūco,cis.perduxi,perductũ.a.t.ad finem uſque duco,compleo, abſoluo. διανύω, διάγω. Cicc.Coruinum accepimus, ad centeſimum annum uitam perduxiſſe. Perducere ad furorem,pro impellere, perſuadere. Aliquando eſt per uim ducere, ut Perducere puellam. προάγειν.Inde perductores,(προαγωγοὺς à Cice.in Ver.dicti ſunt amantium internuncij, libidinis adminiſtri, atq; ut(Aſcon.inquit)perductores ſunt etiam inuitarum perſonarũ.

Pērdŭēllio,onis.m.t.(συνωμοσία) crimen læſæ maieſtatis,aut Reipublicæ: ſeu is qui ita læſit.id eſt eius criminis reus eſt. ὁ κολάσαι τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα.

Pērdŭēllis,is.m.t.hoſtis dicitur.πολέμιος.Plautus in Amph. Perduelles penetrant ſe in fugam,ibi noſtris animus additus eſt. Antiqui perduellem dicebant, quem nunc dicunt hoſtem. Et tunc hoſtis ſignificabat peregrinũ, qui ſuis legibus uteretur.

Pērdŭo,ueteres dixerunt pro perdo. Plautus in Amph. Caue ſis, ne tu te uſu perduis.à quo perduaxo. Plautus, Dij te perduaxint cum iſthoc omine.

Pērĕdo,penult.cor.ex per & edo.es. & ſignificat uehementer edo.παντρώγω.Cice.3.Tuſc. Lachrymæ peredere humorem. A qua peredia.diæ(περίτρωξις)ipſa comeſtio.Feſtus.

Pĕrĕgrē,pen.cor.ſignificat peregrinando abeſſe.ἐπὶ ξένης.Et eſt commune tam ſignificantibus quietem,quàm motum: ut, peregre ſum, peregre

peregre ueni, peregre uado.

Pĕrĕgrīnă ſacra, (ὀθνεῖα ἱερὰ) dicta ſunt, quæ ex alijs urbibus religionis gratia ſunt aduecta.

Pĕrĕgrīnŏr, aris. deponens abſolutum. p. ſignificat per aliena loca peragrans proficiſcor. ἐπιξενοῦμαι, ἀποδημῶ. Cic. pro Rabi. Vt peregrinari in aliena ciuitate, nō in tua magiſtratum gerere uideare. Peragrinari dicuntur aures, quæ rem non audiunt, nec attendunt. Cicero pro Mil. Veſtræ peregrinantur aures? Peregrinatur animus, id eſt expatiatur, diuagatur, recreatur. Plin. Hinc peregrinitas, alieni ſoli habitatio.

Pĕrĕgrīnŭs, a. um. o. ſ. ξένος. aduena, & aliena loca peragrans, à peragro. gras. Et differt ab hoſpite, quòd peregrinus ſimpliciter eum ſignificat, qui in ſua ciuitate non eſt: hoſpes, qui in aliena ciuitate eſt. Transfertur ad alia, & dicimus peregrinas arbores, quæ ad nos aliunde ſunt aduectæ: ſic peregrinam faciem, quæ à quotidianis noſtris differat, & quam apud nos non ſimus ſoliti uidere. Meretrices olim, teſte Donato, peregrinæ dicebantur. Antiqui tamen peregrinos dicebant hoſtes.

Pĕrēmptālĭă fulgura, Priſci appellauere, quæ ſuperiora portenta perimunt, id eſt tollunt.

Pĕrēmptōrĭŭs. a. um. ἀναιρετικὸς. quod eſt mortiferum, à perimendo, ut uenenum peremptorium, apud Apul. lib. 10. Sic apud Iureconſ. Tit. de iudicijs. l. et tertium, peremptorium edictū dicitur eo, quòd tribus edictis propoſitis, uel uno pro tribus fieri ſolebat, & quòd perimat diſceptationem inter litigatores.

Pĕrendĭē. μεταύριον, τῇ τρίτῃ. ſignificat poſt cras. Cic. Scies igitur cras, ad ſummum perendie.

Cōmpĕrēndĭnātĭo, (ut inquit Aſconius) mutua denunciatio in perendinum diem.

Pĕrēndĭnŭs dies, (ἡ μεταύριον ἡμέρα) dicitur ab hinc tertius. Cæſar: Qui, ſi per te liceat, perēdino die caſum belli ſuſtineat. Hinc comperendino. as.

Pĕrēnnĭă, orum. n. ſ. ſunt ceremoniæ in auſpicijs ſeruari ſolitæ. Cic. 1. de Nat.

Pĕrēnnĭſĕrŭŭs, ui. m. ſ. qui perpetuò ſeruit uni domino, antiquum eſt. Plautus.

Pĕrēnnĭs, & hoc ne. om. t. ſine h, ex per & annus mutatis literis, quaſi per annos durans: id eſt perpetuus. ἀΐδιος Cicero in Bruto: Contine te in tuis perennibus ſtudijs. Hinc perenne aduerbium, id eſt perpetuò, continuò, Colu.

Pĕrēnnĭtās, atis. f. t. per annos duratio. ἀϊδιότης. Columel. lib. 1. cap. 6. Nam ea cœli poſitio maxime frigida, et minime humida eſt, quæ utraque perennitatem conditis frumentis afferūt.

Pĕrēnno, nas. per annos duro. διαγίνομαι. Columel. lib. 5. Roſa hoc modo culta multis annis perennat.

Pĕrĕo, is. iui. uel perij, peritum. n. q. ἀπόλλυμαι, φθείρομαι) ſecundum analogiam. n. q. Componitur enim ex per & eo, quod facit itū, ſed nuſquam legis, cum tamē periturus habeatur. Significat autem ſtatus quandam, aut dignitatis imminutionem atq; conuulſionem. Aliquando ponitur pro fruſtra & inaniter conſumi, & tunc ad rem refertur. Vnde dicimus Operam & oleum perire, operam & impenſam Teren. in Adelp. Nempe tua arte uiginti minæ pro pſaltria periere. Aliquādo uitæ extinctionem habet, & pro mori ſumitur, quaſi in totum ire, quòd qui perit, prorſus abit. Perire mulierē, ea forma dicitur, qua deperire, & amando uri. Plau. Truc. Tres unam pereūt adoleſcentes mulierem. Hinc perito. as. uide ſuo loco. Huius compoſita ſunt, Depereo. παραπόλλυμαι. & diſpereo. Peream, iurantis, uel imprecantis uox, quemadmodum & diſpeream. Var. 3. de re Ruſtica, cap. 3. Peream niſi piſcem putaui eſſe.

Per fas & nefas. δικαίως, κἀδίκως. prouerbiale, tractum ab his qui quauis uia uoti compotes effici contendunt.

Pĕrfĕro, ers. a. inconſeq. pen. cor. uſq; ad conſtitutum finem fero. περιφέρω, διαφέρω. Cic. Sed nuncius ille qui literas accepit, nō pertulit. Alibi pro denunciare poſuit, ut in Epiſt. ad Cæl. Aliquando patior, patienter fero. Terent. in Adelp. Paupertatem unà pertulimus grauē: Dicimus autem perferre literas, perferre clamorem, perferre famam, perferre fructum, perferre mandata, perferre rumore uel nuncijs, perferre ſermones.

Pĕrfĭcĭo, cis. a. t. id eſt, abſoluo, cōpleo quod inceptū eſt. Perficere promiſſa, eſt implere quod quis promiſerit. Perficere cibum, eſt concoquere. Ponitur aliquādo pro efficere et curæ habere. Plautus in Aſin. Perficito argentum

hodie ut habeat filius, amicæ quod det. Hinc perfectus, aliquando nomen, aliquando participium. Dicimus Latine, Hic eſt perfectus in illa arte. Hinc perfectè aduerb.

Pĕrfido. dis. (διαθαῤῥέω) ualde fido. Cic. 3. Offi.

Pĕrfidŭs, a. um. o. ſ. pen. cor. qui fidem uiolat, ſiue perdit. ἄπιστος. Hinc perfidia. ἀπιστία. Plau. in Amph. Non ambitiones neque perfidia. Hinc perfidioſus, id eſt perfidiæ plenus. Idem in Ciſt. Perfidioſus eſt amor. Et perfidioſè Cicero.

Pĕrfīdŭs, a. um. o. ſ. (πιστότατος) pen. prod. à fido. is. pro eo cui multū fidendum eſt: ſicut infidus, cui non eſt fidendum.

Pĕrflŭo, liquorem tranſmitto, ut lagæna male compacta fluit. uide in Fluo.

Pĕrfodio. is. (διορύττω) pen. cor. uide Fodio.

Pĕrfrico, as. a. p. pen. cor. ualde frico. διαψάχω. Perfricare uero os ſeu frontem, ſignificat pudorem deponere. ἀναιδεύεσθαι. Hinc facta eſt locutio prouerbialis de inuerecundo, ut dicatur, Perfricuit os, perfricuit faciem, perfricuit frontem. Cice. 3. Tuſcul. Epicure, os perfricuiſti. Plin. in Præfat. 2. Perfricui faciem, nec tamen profeci.

Pĕrfrūctŭs, (ἀπολαύσας) à perfruor. Cic. ad Horten. Et amœnitate loci perfructus eſt.

Pĕrfŭgă, æ. cōm. p. pen. cor. qui ad hoſtes perfugit, ſiue transijt, uel transfugiendi morem perfectè nouit. αὐτόμολος. Cic. lib. 1. Offic. Perfuga ab eo uenit in caſtra Fabricij. idem dicitur transfuga.

Pĕrfŭgio, is. (καταφεύγω) pen. cor. uide Fugio.

Pĕrfŭgiŭm, gij. n. ſ. (καταφύγιον, καταφυγὴ) portus, præſidium, arx, locus tutiſſimus, quo nos in uexatione aut calamitate recipere contendimus: licet non minus etiam de hominibus, pecunijs, & alijs rebus quæ miſeris defenſionis & ſolatij loco eſſe poſſunt intelligatur. Cice. Itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum cenſeo, literulis noſtris.

Pĕrfūnctōrĭē, (ἀφοσιώσεως ἕνεκα) quod eſt tranſitoriè, & inaniter, neglectè, oſcitanter. Vlpianus: Neq; quidem perfunctoriè aut obſcurè dicere, aut denunciare debet.

Pĕrfūnctōrĭŭs, a. um. à perfungor, ſignificat quod citò & leuiter tranſit. ἀφωσιωμένως.

Pĕrfūngŏr, eris. d. t. plus eſt quàm defungor. eſt enim perfungi ad extremum obire munus ſuum, & ſtrenuè operam nauare.

Pĕrgo, pergis, perrexi. n. t. ex per & rego, ſignificat uado. πορεύομαι. Plin. Mox ubi pluribus eodem modo ſe corijs loricauit, in dimicationem pergit. Quandoq; proſequor, perſeuero, ſiue procedo, (διατελέω, διεξίημι. Teren. in Adelph. Nam ſi moleſtius eſſe pergis. Quandoq; ago. Pergite Pierides. Quādoq; feſtino. Terent. in Phorm. Domum ire pergam, ubi plurimum eſt. Quandoq; conor. Idem in eadem: Hoc ubi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placidè ire perrexi. Hinc componitur Expergo, quòd ſignificat expergefacio. Ponitur aliquando pro præterire. Cic. Attico li. 3. Sed pergo præterita. Perge in uirum, dixit Plaut. in Menæh, id eſt, oſtende te uirum, fortem & animoſum.

Pĕrgrǣcŏr. aris. d. p. epulis & potationibus inſeruio, quod Græcorum proprium. ἑλληνίζω, ὑποψαλάω. Titinius: Hominem impium, nunc ruri pergræcatur.

Pĕrgrăphĭcŭs, adiect. id eſt lepidus, ad unguem factus, abſolutus, quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. in Truc. Nimis pergraphicus ſycophanta.

Pĕrgŭlă, æ. f. p. locus apertus à multis lateribus aërem excipiens. προβολὴ. Aliquando extra parietem porrectus, & modo ſub dio expoſitus: à pergendo dicta, quòd in ea ambulare ſoleamus, forumq; aut hortū, aut plateas, aut uias perſpectare, & quādoq; cœnare æſtiuo tempore: uulgus Gallicum Galeriam uocat. In pergulis præceptores diſcipulos erudiebant, alijq; artifices opera ſua uelut in propatulo habebāt. Nam locus omnis rebus uenalibus exponendis accommodatus, pergula dicitur. Item in naui pergula dicitur excurſus per totā nauim, & alio nomine portiſculus appellatur. In uineis uero topiarium opus ſignificat. Colum. Plinius etiam uitium generoſarum pergulas præcepit quinquatribus eſſe putādas, lib. 17. ca. 24. Hinc pergulanus adiect. ut pergulana uitis, quæ pergulis adiungitur & ſuſtinetur.

Pĕrhĭbĕo. es. a. ſ. pen. cor. ex per & habeo, ſignificat dico, & fermè teneo. λογοποιῶ. Colum. li. 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Interdum perhibere, eſt dare. παρέχειν. Plaut.

Plaut.in Merc. Orauit, ut apud me perhiberem ſibi locum. Quandoq; precium denotat eo modo, quo uendo. Plaut.in Perſa: Eodem mihi precio ſal perhibetur, quo tibi.

Pĕrĭcārpūm, genus bulbi eſt. Plin.li.25.ca.9.10.

Pĕrĭclĭtŏr, aris. d.p. pen.cor. idem eſt quod periculor. κινδυνεύω, παρακινδυνεύω. ut periclitor fama, capite, hoc eſt periculum ſubeo iſta perdendi. Plinius lib.17.cap.24. Arbores gelu periclitabantur. Periclitari etiam ſignificat experiri. πεῖραν ποιεῖν, κίνδυνον ποιοῦμαι. Cic. lib.1. de Orat. Subeuntibus uſus omnium, & periclitandæ uires ingenij. Hinc periclitatio, uerbale. id eſt experimentum, uſus. Cic. 1.de Nat.Deor. Vſu & periclitatione temporis percipimus.

Pĕrĭcŭlŏr, aris. d.p. periculum ſubeo, periculo me expono. κινδυνεύω. Cat. Periculatus ſum.

Pĕrĭcŭlōſŭs, a.um. quod eſt cum periculo. κινδυνώδης, ἐπικίνδυνος, παράβολος. Cic. lib.1. Offic. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites habere coguntur. Hinc periculoſè, aduerbium.

Pĕrĭcŭlūm, li.n.ſ. à pereo deduci uidetur, & ſalutis diſcrimen ſignificat. κίνδυνος. Verg. »Obſcœnamq; famem, quæ prima pericula uito. Vnde periculum facere, pro periclitari, uel experiri. Dicimus quoq; rem alicuius eſſe uel fieri periculo: aut meo, tuo, ſuo, noſtro, ueſtro periculo, cuius periculum & damnum in illum, uel in nos impendet & redundat. Aliquando dicitur experimentū, (πεῖρα) quia rarum eſt tentamentum ſine periculo. Teren. in Eun. Fac periculum in literis. Et ſic à perior antiquo uerbo, ſecundum Seruium deriuatur, ſicut à fero ferculum.

Pĕrĭdrŏmĭs, dis. fœm.gen.t. Hypæthra ambulatio ambiens palæſtras apud Vitru. teſte Budæo. Vide Paradromis.

Pĕrĭŏdŭs, di.f.ſ. (περίοδος.) Latinè clauſula, ſiue circuitus, uel ambitus, uel comprehenſio, uel circumſcriptio & continuatio dici poteſt. Nonnunquam anfractus, & terminus. Nam componitur ex περὶ circum, & ὁδὸς uia. eſt enim ubi plena ſententia eſt. Cice. de Clar. Orat. Quinetiam comprehenſio, & ambitus ille uerborū (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. De perihodo, uide Quintil. lib. 9.ca.4. Medici perihodicas febres uocant, quæ certis temporibus ueniunt. Eſt & perihodus, genus certaminis apud Græcos. In Gymnicis enim certaminibus perihodo uiciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemeæa, Olympia uicit: à circuitu eorū ſpectaculorum.

Pĕrĭleūcŏs, (περίλευκος) gemma, quæ ab ore ipſius gemmæ ad radicem uſq; candidū habet.

Pĕrĭmo, is.a.t. quaſi in totū emo. ἀναιρέω. Nam quod interficimus, à nobis emptum, & noſtri omnino iuris factum eſſe uidetur, & hac de cauſa interficere ſignificat. Plaut.in Menæch. Virum hunc ego perimam impuriſsimum. Dicimus pulchrè, Perimere aditum aut reditū, perimere curas, perimere conſilium alicuius, id eſt tollere eius propoſitum, ſiue adimere. Inde peremptus, (ἀναιρεθεὶς) interfectus.

Pĕrindĕ, (οὕτως) ex per & inde compoſitum eſt, aduerb. ſimilitudinis: ſignificat enim ita, & tunc ſequitur quaſi, uel ut. Cice. lib.3. Tuſc. In quo facetum illud Bionis, perinde ſtultiſsimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur. Ponitur aliquando pro adeò, ualde aut multū, cum præponitur negatio, & tunc aliquando ſequitur Quàm. Aliquando ſignificat pariter, æquè, ſi nulla ſit negatio, nec ſequatur ac ſi, &c. Cic. Teren. Te & Dolabellam perinde diligo. Aliquādo ponitur pro tanquā, & ſic plerunq; habet poſt ſe ac, uel ac ſi, uel atq;. ὡσεὶ, ὥσπερ, ὡσπερεί. ut, Fac perinde ac ſi tua res eſſet. Aliquādo ſignificat per hunc modū. Ter.in Phor. Sexcentas perinde potius ſcribito mihi iam dicas.

Pĕrĭŏdĭcŭs, a.um. (περιοδικὸς) uide Periodus.

Pĕrĭpătētĭcī, orū.n.ſ. (περιπατητικοί) philoſophi dicti ſunt, à περιπατέω. hoc eſt à deambulando. Et περίπατον Græci uocant deambulationem. horum princeps fuit Ariſtoteles, nam in Lyceo inambulans docebat.

Pĕrĭpĕtăſmă, atis.n.t. (περιπέτασμα) genus cortinæ, qua parietes & aulæ teguntur, ſeu tapeſtia, Babylonici floris uarietate cōſpicua, quæ à Lucretio Babylonica dicuntur, ab alijs aulæa & Attalica, à Capitolino ſtromata, & periſtromata, à Varrone Belluata, hoc eſt à belluis uariegata, à Plauto periſtromata.

Peripheroma, idem quod peripleroma. Aſpira-

tionem loco l literæ malè ſcribi ſuſpicor.

Pĕrĭphrăſĭs,is f.t.(περίφρασις) Latinè circum locutio, uel circuitio: & oratio, rem ſimplicem circumſcribens elocutione. uide Quintilianum lib.8.cap.6.

Pĕrĭplērōmă,atis.n.t. (περιπλήρωμα) quaſi ſupplementum. Figura eſt, cum particula aliqua ſententiæ minimè neceſſaria additur metro.

Pĕrĭpneūmŏnĭă, æ.f.p. (περιπνευμονία) morbus cum pulmo totus afficitur, & tuſsis ſubſequitur. A Celſo lib.4.cap.7. Peripneumaticus morbus dicitur. Qui hunc morbũ patiuntur, peripneumonici dicuntur.

Pĕrĭpsēmă, atis.pen.prod. quod Græci περίψημα ſcribunt: à περιψάω quod eſt circumrado, uel circumlino, abſtergo, & repurgo. Vnde limatura, ſiue raſura, ſcobs, ramentum, purgamentum dici poteſt. Sis pro nobis Peripſema, Veteres dicebant, cũ ſacros homines pro expianda peſte, aliouè morbo dijs immolarẽt, quod idem erat ac ſi dixiſſent, Sis pro nobis piaculum, & luitio noſtra, & ſeruatrix urbis uictima. Hæc D. Paulus ad ſe, ſuoſq; fratres transferens dicit, Nos tanquam piacula mundi facti ſumus, & ſuccidaneæ pro populo uictimæ. Ac ſi diceret, non minus apud gentium uulgus deteſtabiles ſumus quàm illi, qui diris execrationibus onerati atq; obruti, pro ſalute publica olim abijci ſolebant.

Pĕrĭſcĕlis,idis.f.t. (περισκελίς) ornamentī genus circa crura, quo mulierum greſſus componi ſolebant, ut docet Porphyrius, enarrans illud Horatij, Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis. Fit autem ex περὶ circum, σκέλος crus.

Pĕrĭſsŏlŏgĭă,æ.f.p.(περισσολογία) ſuperflua locutio. Verg.1.Aen. Faciẽ mutatus & ora Cupido. Vbi Serui. Et ora, periſſologia eſt.

Pĕrĭſtĕræ,arum.f.p. (περιστεραὶ) dicuntur columbæ domeſticæ, & harum ſtationes periſtereones uocamus.

Pĕrĭſtĕrĕōn (περιστερεὼν) idem quod periſterotrophium. Var. de re Ruſt. lib.3.cap.7.

Pĕrĭſtĕrŏtrŏphĭūm, (περιστεροτροφεῖον) locus in quo columbæ habentur, Latinè columbarium: quamuis columbarium propriè ſit loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Inde periſtereos.rei, uel periſteon. onis. uel periſtereum. rei, primum fœm.gen. ſecundum maſc. gen. tertium neutr. gen. herba columbis admodum familiaris: de qua uide Plinium lib.25. cap.8. & 10.

Pĕrĭſtrōmă,atis. n.t. (περίστρωμα) pen.pro. quaſi circum ſtratũ, idem quod peripetaſma. Cic. lib.2. Phil. Conchyliatis C. Pompeij periſtromatis uerſicoloribus perſimiles ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Pĕrĭſtȳlĭūm,lij.n.ſ. (περιστύλιον) quaſi circumcolumnium. περὶ circum, στῦλος columna. Eſt autem locus circumquaq; porticum habens, uel ſaltem à tribus lateribus, Vitruuius. Eſt etiam locus atrio proximus, Idem. lib.6.ca.7. Item aula, ibidem cap.9. Budæus.

Pĕrĭſtȳlūs, (περίστυλος) locus clauſus columnis.

Pĕrĭto, tas.n.p.pen.cor. frequen. à pereo, ex per & ito. ἀπόλλυμαι, οἴχομαι. Plaut. in Capt. Qui per uirtutem peritat, non interit.

Pĕrītŭs, a.um.o.ſ. ſciens, gnarus, exercitus, intelligẽs: & plus eſt quàm doctus, teſte Cic.1. Off. eſtq; deductũ à perio antiquo uerbo, quod aperio ſignificat. Conſtruitur cum genitiuo: ut, Peritus iuris. Accuſatiuo, cum præpoſit. Ad: ut, Peritus ad diſciplinam. Ablatiuo, cum præpoſit. De: ut, De agricultura peritiſſimus exiſtimatur. Var.1. de re Ruſt. ca.2. Hinc peritè, aduerb. Et peritia. tiæ. Plin. lib.14. ca.1. Aliæ peritia domini amplo diſcurſu atria media complentes.

Pĕrĭūrĭōſŭs, & Periurus, rior. riſsimus. qui iuſiurandum uiolat, qui iurando ius peruertit, ἐπίορκος. Verg. Talibus inſidijs, periuriq; arte Sinonis.

Pĕrĭūrĭūm, rij. n. ſ. (ἐπιορκία) eſt iuſiurandum uiolatum, aut iuramentum falſum. Quid autem ſit iuſiurandum, Cic. lib.3. Offic. declarat dicens, quòd ſit affirmatio religioſa.

Pĕrĭūro, as.n. p. pen. prod. idem quod peiero. Plaut. in Bacch. Ne periurem cura. Hinc periuratio, uerbale. Periuratiuncula, diminutiuum. Plaut. in Sticho: Ac periuratiunculas paraſiticas.

Pĕrīzōmă,atis,n.t. (περίζωμα) dicitur omne quod circumcingit, pudendorum uelamen. Vt in Geneſi: Fecerunt ſibi perizomata. Dicitur & lumbare, & braccha, & ſuffibulum. Var.

Pĕrĭzōnĭūm, nij. n. ſ. (περιζώνιον) palliolum præcinctum

præcinctum, quo nudæ uirgines infra papillas præcinguntur. Hoc & præcinctorium, & caſtula dicitur.

Pĕrlĕgo, is. a. t. pen. cor. multū, ſiue à principio ad finem uſque lego, aut uideo. ἐπιλέγομαι, διεξέρχομαι, ἐκλέγομαι. Quintil. Quod uidere non eſt ſatis, ſed perlegendum erit. Perlegere oculis, eſt diligenter intueri, contemplari.

Pĕrlĭtŭs, a. um. o. ſ. (κατάχριστος) pen. cor. à perlino. is. Apuleius lib. 1. Et lolio perlitus.

Pĕrlūcĭdŭm, & pellucidum, di. n. ſ. (διαφανὲς) à perluceo, uel pelluceo, per mutationem r in l. ſicut perluo & pelluo, perliceo & pelliceo. Et eſt id per cuius mediū oculos dimittimus, atq; uidemus, ut aqua, laterna, uitrum.

Pĕrlŭō, is. a. t. multum lauo. ἀπολούω. Columel. lib. 6. cap. 8. Tum uino perluitur os.

Pĕrmănĕo, es. n. ſ. pen. cor. uſq; ad finem maneo. διατελέω, παραμένω, διαμένω, καταμένω. Plin. Iun. Tunc demum lentè cunctanterq; ueniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt. Per translationem ponitur pro perſeuerare. Terenti. in Hecy. Vnde ira inter eas interceſsit, quæ tamē permanſit diu. Hinc permanſio, ut permanſio in aliqua ſententia firma ac perpetua.

Pĕrmāno, as. n. p. penult. prod ad finem mano, deſcendo, peruenio: iungiturq; cum ad, uel in. καταῤῥέω. Cic. 1. de Nat. Nec eſt quod ab his ad hominum uitam permanare poſsit. Plaut. in Capt. per translationē poſuit pro uulgare, Ne ue permanet palàm hæc noſtra fallacia.

Pĕrmitto, tis. a. t. ſino, concedo, tolero: ut, Permitte me legere. Interdū dedo. ἐπιτρέπω, παρίημι, ἐκδότας ἑαυτὺς ποιῆσαι, ἀνατίθημι. Curt. libro 1. Interdum immitto, incito. ἐφίημι. Siſenna libro 3. Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. Interdum præcipito. καθίημι. Idem libro 4. Multi præmiſsis armis ex ſummo ſe permitterent. Interdum committo. Salluſt. M. Petreio legato exercitum permittit. Et permittere, eſt mittere, uel tranſmittere. διαπέμπειν. Columella lib. 8. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.

Pĕrnæ, arum. f. p. à pede, uel à Græco πτέρνα, dicuntur tam priores, quàm poſteriores coxæ porcinæ ſalitæ cum toto pede, quos Martialis petaſones appellat. Quidam dicunt pernam propriè pedem ſignificare, quo uocabulo Hiſpani nunc uulgò utūtur, à quo pernæ ſuillæ. Vnde & compernæ, qui ſunt longis pedibus. Ab huius pernæ ſimilitudine, piſcis quoq; genus perna dictus eſt, uide Plin. lib. 32. cā. 7. & cap. 11. & 12.

Pĕrnĭcĭābĭlis, le. om. t. ad necem omnia ducens. ὀλοθρευτικός. Liu.

Pĕrnĭcĭālĭs, mortalis, ſiue quod perniciē affert. ὀλέθριος. Plin. Pernicialia & braſsicæ cum uite odia, lib. 24. cap. 1.

Pĕrnĭcĭēs, ei. f. q. (ὄλεθρος) mors, à perneco. Neco autem à nex. Nonius: Pernicies, periculum, exitium. Hinc perniciosus, pro mortifero, & pro damnum afferente. Cicero 1. de Inuen. Is inutilis ſibi, perniciosus ciuis patriæ alitur. Hinc perniciosè, aduerb. damnoſe, exitialiter. Plinius libro 3. cap. 22. Sic perniciose luxuriat.

Pĕrnĭcĭtās, atis. f. t. uelocitas. ὠκύτης. Plin. Cauda uilloſa homines naſci, pernicitatis eximiæ.

Pĕrnĭo, onis. m. t. morbus pedum, ex nimo frigore proueniens, & calcaneum infeſtans præcipuè. πτέρνα, χίμεθλον. Pli. Huius diminutiuum eſt perniunculus. Idem lib. 26. ca. 11. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

Pĕrnix. nicis. om. t. pen. prod à pernitor. ris. qui nimium nititur, & diu in aliqua re perſeuerat. Verg. 3. Georg. Et inter Dura iacet pernix inſtrato ſæua cubili. ὠκύπτερος. Aliquando ſumitur pro celeri. Idem lib. 4. Pedibus celerē, & pernicibus alis. Hinc perniciter aduer. ut perniciter uolare apud Plin li. 6. ca. 14.

Pĕrnix. icis. m. t. à perneco. as. fit, pro pernicioſo. Et in fœmin. gen. ſumitur pro morte.

Pĕrnocto. as. n. p. διανυκτερεύω, παννυχίζω. per totam noctem moror, uerſor, uigilo, oro, quieſco, ambulo, ſto, habito, dormio, uel quicquam aliud facio, ſiue bonum id ſit, ſiue malum: non autem totam noctem inſomnem duco. Cic. pro Cluent. Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandā, atq; ibi pernoctaret. id eſt per totam noctem moraretur. Eſt & abnocto, quod ſignificat per noctē, ſiue noctu abſum. Seruius in lib. 5. Aeneidos.

Pĕrnox, (παννύχιος) generis omnis, ſignificat per totam noctem durans, unde Pernox uigilia

lia dicitur, quæ per totam noctem continua‑tur. Gellius lib.1. cap.1. Stare ſolitus Socra‑tes dicitur pertinaci ſtatu perdius atq; per‑nox. Sic luna pernox dicitur, cum per totam noctem lucet. Hinc pernocto.

Pĕro, ōnis. m. t. (ἰμβὰς) genus calceamenti ruſti‑ci eſt, corio crudo, contra niueis hymbreiſq; & frigora, quòd perā ueteres pellem dicebāt, pendentem à collo ad lumbos. Vitruuius ue‑ro, Ex ulua, inquit, paluſtri factis peronibus. Vbi quaſi pro culeo & utre accepit. Budæus, Perones tibialia ſunt laxa, quibus noſtrates ruſtici utuntur: ſic dicta, ut arbitror, quod pe‑ræ modo ſint informia.

Peroriga, qui admittit equum, ut ſaliat equam. Varro lib. de re ruſt. cap. 7.

Pĕrōnātŭs, ti. m. ſ. qui perones aſſumpſit, ſiue pe‑ronibus calceatus eſt. Perſius, Nauim ſi po‑ſcat ſibi peronatus arator.

Pĕrōrātĭo, uide Peroro.

Pĕrōro, ras. n. p. (ἐπιλέγω) finio orationem, pe‑rago, ſiue uſq; in finem dico: & eſt proprium Oratoris, cum cauſſam iam peregit. Et poni‑tur aliquando abſolutè. Cice. pro Quintio, Hæc tria cum docuero, perorabo. Aliquan‑do cum accuſatiuo. Lactant. lib. 5. Quan‑quam Tertullianus eandem cauſſam plenè pe‑rorauerit. Vnde peroratio, (ἐπίλογος) dicitur finis orationis. Sed quia in hac parte utimur plerūq; affectibus, ideo uſurpamus perorare, pro ipſa affectuum commotione. ἀνδρολογεῖν. Quintil. At iſta lege recitat, & in cadauere fi‑lij perorat: id eſt indignationem cōmouet. Pe‑rorare rem aliquā, interdum eſt eam in pero‑ratione tractare, & de ea dicere. Cic. 5. Ver.

Pĕrōſŭs, a. um. o. ſ. (διαμισῶν) ex per & oſus. O‑ſus autem participiū eſſe puto uerbi odio, pro quo defectiuū odi manſit in uſu. Vnde oſor uerbale. Capiuntur ſimiliter oſus, exoſus, & peroſus, & actiuæ ſignificationis ſunt, & par‑ticipia, quod oſtendit oſurus futuri temporis. Feſtus ſcribit, Oſi ſunt, ab odio declinaſſe an‑tiquos, teſtis C. Gracchus, in ea quæ eſt de le‑ge Minutia, cum ait, Mirum ſi quod his iniu‑riæ fit, ſemper eos oſi ſunt. Quintil. lib. 1. Qui modò legitimam diſciplinam non ſint peroſi. Exoſus paſsiuè etiam dicitur ab Eutropio.

Pĕrōttă, æ. ſ. p. genus chartæ nuper inuentæ.

Pĕrōtti, à peronibus dicti ſunt.

Pĕrpĕndĭcŭlārĕ, is. n. t. (ἐπικάθετον) Geometræ uocant, quod rectè in aliquid incidit, ut radij ſolis rectè ex alto in aquam deſcendentes, per‑pendiculares appellantur.

Pĕrpĕndĭcŭlŭm, li. n. ſ. inſtrumentum fabri mate‑riarij, ſeu cæmētarij, quo plumbo à filo, & gno‑mone pendente, rectitudo, ſeu obliquitas ope‑ris perpenditur, id eſt examinatur: κάθετος. Cic. lib. 2. Academica. Atq; ſi crederemus, nō egeremus perpendiculis, non normis, non re‑gulis. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus. Plinius lib. 7. cap. 56.

Pĕrpĕndo, dis. probè examino, diligenter conſy‑dero. (ἐξετάζω, καθμῶμαι.) uide Pendo.

Pĕrpĕnsă, herba de qua Plin. lib. 21. cap. 9.

Pĕrpĕnsē, aduerb. ſignificat examinatè, pondera‑tè. ἀκηκριβωμένως.

Pĕrpĕrăm, pen. corr. aduerb. ſignificat prauè, peruersè, corruptè, uitiosè. κακῶς, πονήρως. Plaut. Quid niſi ſemper agit perperam. Expo‑nunt perperam, petulanter, ſeu inconſtanter. πέρπερος enim Græcè inſtabilis eſt, & leuis, & mentis inops.

Pĕrpĕri, orum. m. ſ. (πέρπεροι) pen. cor. indocti, ſtulti, praui, mendaces. Actius in Pragmati‑cis, Deſcribere eū miror perperos populareis.

Pĕrpĕrĭtūdo, inis. ſ. t. modò prauitatem, modò ſtultitiā ſignificat. περπερεία. Act. in Pragm.

Pĕrpĕro, as. a. p. (περπερεύω.) deprauo, quaſi ni‑mis exactè paro.

Pĕrpĕs, etis. pen. cor. generis omnis, idem quod perpetuus. ἀΐδιος. Plaut. in Amph. Ibi cœna‑ui, atq; ibi quieui in naui noctem perpetem.

Pĕrpĕſsŭs, (περιπεπονθὼς) qui nimis cum labore & dolore paſſus eſt, quod à perpetior fit.

Pĕrpĕtĭm, pen. cor. aduerb. ſignificat perpetuò. (ἀεί.) Plin. lib. 20. cap. 4.

Pĕrpĕtĭŏr. ris. unde perpeſsio, ſuffero, perfero. Cic. Niſi hoc peius ſit hæc ſufferre & perpeti.

Pĕrpĕto, is. a. t. pen. cor. ex per & peto, ſignificat continuo, ideo ualde & ſine intermiſsione pe‑to, perago, perficio. διατελέω. Vnde perpetem & perpetuum dicimus integrum, ſolidum, & nunquam interruptum.

Pĕrpetro, as. n. p. (διαπράττομαι) pen. cor. ex per & patro, ſignificat perficio, ſicut impetro pro exoro. Plau. Poſtquam opus meum, ut uolui, omne

omne perpetraui. id eſt abſolui. Et ponitur plerunq; in malam partem.

Pĕrpĕtŭĭtās, atis. Cic. in Off. Quod perpetuitatis cauſa machinata natura eſt. διαμονή.

Pĕrpĕtŭo, as. a. p. perenno, continuo, ſine intermiſsione perpetuum facio. ἀϊδίζω. Cic de Ora. lib. 3. Si cuiuſpiã ſit infinitus ſpiritus, tamen eum perpetuare uerba nolumus.

Pĕrpĕtŭŭs, a. um. (ἀΐδιος) ut accipitur à Theologis: id eſt cui & principium datur, & finis, ut mundus & homo exterior. Sempiternum, quod ex ſemper & æternum componitur, id intelligitur quod principium habet, nunquàm habiturum finem: ut ſunt angeli, & dæmones, & interior homo. Aeternum quod nec principium habuit, nec idem finem habiturum eſt, ut deus. quæ differentia nulla eſt apud Oratores. Eſt quando perpetuum ſignificet continuum. διηνεκής. unde perpetuam orationem dicimus continuam.

Pĕrplŭĕrĕ, ſignificat per medium pluere, tranſmittere pluuiam. διαβρέχεσθαι. Quintil. lib. 6. Cum cœnaculum perplueret.

Pĕrquăm, compoſita dictio, ſemper poſitiuis adiungitur & uerbis, ſignificatq; maximè. ὡς σφόδρα. Plin. Epiſt. 147. Perquàm uelim ſcire, an eſſent phantaſmata, &c.

Pĕrrĕpto, ptas. a. p. frequentatiuum à perrepo, ſignificat tarde & cum labore incedo. καθέρπύζω. Terent. in Adelph. Perreptaui uſq; omne oppidum, ad portam & ad lacum.

Pĕrrŭmpŏ, pis. a. t. perfectè, ſeu per mediũ rumpo. διαῤῥήγνυμι, διεξελαύνω, διαῤῥήγνυμι. Columella lib. 3. Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Aliquando ponitur pro irrumpere, ui & uiolentia intrare. Liu. lib. 8. Qui aliquoties impetu capto perrumpere nõ poterat hoſtium agmen. Habet quoq; aliquando ſuum accuſatiuum cum præpoſitione ad uel in. Perrumpere leges. id eſt uiolare, effringere. perrumpere periculum, perfringere.

Pĕrſcribo, bis. a. t. ampliſsime, ad longum, & ad finem uſq; ſcribo. ἀναγράφω, διαγράφω. Liu. Facturus ne ſim operæprecium, ſi à primordio urbis res geſtas Populi Romani perſcripſerim. Aliquando eſt in tabulas publicas, in actaq; referre: quod in regiſtro ſcribere uulgò dicunt, uocabulo à regiſtris corrupto. Hinc dicimus perſcripta in tabulas, ut relata in tabulas aliqua eſſe. Item pro in codice accepti atq; expenſi aliquid notare. Teren. in Phorm. Perſcriptum dicitur, quod literis conſignatũ eſt, & monumentis antiquis continetur, apud Cic. ſemper, inquit Bud. Perſcriptio, actus ipſe perſcribendi. Perſcriptiones pro contractibus, & inſtrumẽtis pactorũ poſuit Cic. 5. Phil. quod regiſtrũ uulgus appellat. Perſcriptor, tabellio ſiue cautor, qui formulas cõcipit. Bud.

Pĕrſcrūtŏr, aris. d. p. pe. pro. diligenter inquiro.

Pĕrſĕquŏr, eris. d. t. in bonam & in malam partem accipi poteſt. διώκω. In bonam, ut ſi quid aut quẽ quoad poſſumus ſequamur. Et ſic ſignificat quod cœperam perſeuero exequi. διεξιέναι. Cic. pro Deiot. Spem infinitã perſequi nolui. Secundum hanc ſignificationem dicimus, Perſequi imperiũ patris, pro facere. Perſequi ius ſuum, pro defendere. In malum ſignificat, inſectari, ulciſci. ἐπεξελθεῖν, ἐπεξιέναι. Sall. Et accepta iniuria ignoſcere, quam perſequi malebant. Hinc perſecutio, uerbale, quod in bonam, & in malam partem capitur.

Pĕrſĕro, ris. n. t. ex per & ſero, ſignificat perfecte ſero. κατασπείρω. Plaut. poſuit pro diſſemino, cum ait, Inde ueniſſe perſerit.

Pĕrſĕuērāntĭă, æ. f. p. quæ eſt in ratione bene conſyderata, ſtabilis ac perpetua permanſio. ἐπιμονή, καρτερία. Perſeueranter. ἐπιμόνως.

Pĕrſĕuēro. as. n. p. (καρτερῶ, διατελέω.) pen. pro. ex per & ſeuerus componi puto, nõ enim ſeuero legitur. Et ſignificat cum conſtantia animi, & quaſi quadam ſeueritate continua, cœpta diligenter tueor. Cic. de Ami. Oreſtes autem ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeuераret. Et cum præpoſitione in, ut: Perſeuerare in propoſito, in ſententia.

Pĕrſĭcă poma, dicta ſunt, quòd ex Perſica primò adducta fuerunt. uide Plin. lib. 13. cap. 9.

Pĕrſĭdĕo, es. n. ſ. pen. cor. ex per & ſedeo. id eſt permaneo. διακαθίζομαι. Plin. lib. 17. cap. 24. Pruinæ pernicioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatq;, &c.

Pĕrſīdo, dis. Verg. 3. Geor. Vbi frigidus hymber Altius ad uiuum perſedit: id eſt, inquit Seruius, medullas & oſſa penetrauit.

Pĕrſiſto, is. (ἐμμένω) uide in dictione Siſto.

Pĕrſōlātă, herbæ genus, ut ait Plin. lib. 26. ca. 9.

Pērſōluo,is.a.t.perfectè ſoluo. (διαλύω.)Decius Brutus,Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt.Eſt enim propriè propter debitum,uel propter alicuius uirtutes & beneficia erga aliquem. Perſoluere pœnas,eſt dare pœnas,puniri.

Pērſōlūs,adiect.ut Perſolæ nugæ,apud Plau.in Curc.id eſt meræ nugæ.

Perſoluta,uel perſolyton, herba hortēſis apud Aegyptios,de qua Plin.lib.21.cap.15.

Pērſōnālē,quod ad perſonam pertinet.(προσωπικόν. Vnde perſonalis actio, quæ in perſonam fit. Perſonale uerò uerbum, quod per perſonas diſtinguitur, cuius contrarium eſt impersonale.

Pērſōnă m. (πρόσωπον) definiũt Philoſophi eſſe naturæ rationalis indiuiduam ſubſtantiam. Accipitur nōnunquã pro quæſita & iam conſtituta dignitate uel exiſtimatione. Cic.Fa.5. Non obſcuris perſonis res agetur.Et hoc quoque eſt, cum apud Rhetores perſona ſumitur pro qualitate,qua alius ab alio differt,tum in animo,tum in corpore,tũ in extrapoſitis,quæ à rhetoribus numerantur in attributis perſonæ. Alio modo dicitur facies conficta,πρόσωπον uocata.Plin.lib.35. cap.14. Perſona adducitur capiti denſus ue reticulus. Vnde perſonati,(οἱ ἐν προσωπείοις) dicuntur,qui huiuſmodi perſonis tecti ſunt:& propriè hiſtriones Attellanici ſunt. Perſonata quoque fabula dicitur, quæ agitur à perſonatis hiſtrionibus, hanc laruam uocant. Tertio accipitur perſona pro uno ex iis, qui ad fabulam agendam in ſcenam introducuntur. Quarto ponitur perſona pro onere, uel quibuſdã quaſi agendi partibus,munere uel officio. Cic.pro Muræna,Illã grauitatis ſeueritatiſq; perſonã non appetiui. Et habet in hac ſignificatione ferè ea uerba,quæ oneri uel officio attribui ſolent,qualia ſunt:imponere,deferre,ſuſcipere,recipere,ſuſtinere,gerere,tueri,deponere. Eminentes etiam figuræ in ædificiis, quæ aquas ore uel mētula fundunt, eoq; uarios uultus & geſtus exprimunt, perſonæ dicuntur: ut eſt apud Vlpianum l. fundi, de act. empt.

Pērſōnātă,genus herbæ naſcentis iuxta riuos & flumina,de qua Colum.lib.6.cap.17.

Pērſōnātă felicitas,(ὑπόκλαστος εὐδαιμονία) dicitur à Seneca non uera,ſed ſimulata,quæ forinſecus eſt decora,intus uerò deformata inſtar hiſtrionum,qui inducta perſona ſimulant & imitantur quæcunq; uelint.

Pērſōnātă uulnera,ſunt quæ latent.

Pērſōnātiă,(ἄρκειον)genus herbæ. Plinius lib.21.cap.15. Folio perſonatiæ nullum eſt latius.

Pērſōnāti,propriè Attellani uocantur, quia ius eſt his non cogi in ſcena ponere perſonam, quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat.

Pērſōnātūs,a.um.o.ſ.(ὁ προσωπιδωμένος)qui perſonis, hoc eſt larnis indutus eſt. Deniq; generali uocabulo perſonatus dici poteſt, quiſquis foris aliud oſtendit,& intus aliud ſentit & machinatur, Cice. Att. lib. 15. Quid eſt autem, cur ego perſonatus ambulem?

Pērſōnātūs pater,(ὑπόβολος)dicitur ab Horatio, in Serm. comicus pater, inductus in comœdia ſub perſona hiſtrionica.

Pērſōnātūs.tus.m.q.(ὑπόκρισις) ipſa in perſonis actio. Vnde dicimus hiſtrionem perſonatum agere in ſcenis.

Pērſŏno, as. (περιηχοῦμαι) eſt ſonitu plenũ eſſe. uide in Sono.

Pērſpĭcācĭtās,(τὸ ξυνετικὸν) conſideratio & acumen. Cice.Att.lib.1.Etſi ex his quæ ſcripſimus tãta es perſpicacitate,etc.Et perſpicacia,ciæ,idem.Cice.Att.lib.15.Quod ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret.

Pērſpĭcāx,acis.om.t.conſyderatus,acutus.Ter. Heaut. Noſti ad eas res quàm ſit perſpicax?

Pērſpĭcio,it.a.t.ad plenum uideo,cognoſco ue, plenam rei cognitionem habeo,συνορῶ,καθορῶ, διορῶ. Hinc perſpicientia. θεωρία. Cic. libro 1.Offic. Aut enim in perſpicientia ueri ſolertiaq; uerſatur. id eſt perfecta cognitione. À perſpicio fit frequent. perſpecto. as. Plaut. in Mil. Sinite me prius perſpectare, ne uſpiam inſidiæ ſient. Et perſpectus. a. um. interdum participium.Cæſar 4. Belli.Gal. Eorum dierum conſuetudine itineris noſtri perſpecta. Interdum nomen ex participio, & comparatur,ſignificatq; id quod diligenter animaduerſum eſt. Cice. Qu. Frat. Tertius actus perſpectiſsimus,atq; ornatiſsimus eſſe uideatur. Hinc perſpectè aduerb. id eſt diligenter,doctè.

Pērſpĭcŭĭtās, atis. f.t. ſplendor ac facilitas, euidentia.

Digitized by Google

dentia.(ἐνάργεια) Cic.4.Acad.

Pērſpicuũm,cui.n.ſ.(διαφανὴς,καταφανὴς,τρανὴς) dicitur per cuius medium uidemus.Mart.lib.4.de uitro,Prodat perſpicuus ne duo uina calix. Per tranſlationẽ ponitur pro claro,manifeſto ac minime dubio. Plaut. Tam claras perſpicuas ſententias. Sic dicimus perſpicuam orationem,(σαφῆ,ἐναργῆ) id eſt claram & apertam. Hinc perſpicuè, aduerb.id eſt euidenter.

Pērſpiſsò,aduerb.ſignificat tarde.Plaut.Quod bene promittunt aruſpices perſpiſſo euenit.

Pērſtino,as.(διαρκῶ)pen.cor.uide Deſtino.

Pērſto,as.(διαμένω,διίστημι)permaneo,perſeuero,continuo.Gel. Hoc modo perdius, pernox perſtabat. Iungitur interdum datiuo, interdum ablatiuo cum præpoſitione in:ut perſtare in ſocietate,perſtare in ſententia,& ſimilia.

Pērſtringo,gis.a.t.(ἐνέρω,ἐπισφίγγω)ualde ſtringo, claudo, inquit Nonius. Cic. contra Rull. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſsit? Tranſlatè uerò aliquando ſignificat percurrere,leuiter tangere, breuiterq́ ſtrictimq́ dicere, non longius perſequi, incidere media, ut citò ad extrema labamur. Cic. pro Sexto Roſc. Aliquando ponitur pro taxare & reprehendere,leuiq́ dolore afficere. Cic.pro Seſt. Vt eos quorum ſcelere,furore uiolatus eſſem,uocis libertate perſtringerem. Aliquando pro offuſcare,obnubilare, obſeruare, obtenebrare, obtundere, (ἀμαυροῦν) ut cum dicimus perſtringere aciem,aut oculos mentis & animorum,aut boni ingenij: & cum oculi nimia luce,aut aures nimio ſonitu perſtringuntur.

Pērſuādĕo,(ἀνάγομαι,ἀναπείθω)non ab actu,ſed ab affectu perſuaſionis ſignificationẽ habet, ut ſit perſuadere, ſuadendo inducere. Cicero lib.1.ad Heren. Si animus auditoris perſuaſus fuerit. id eſt ad credendũ inductus. Nam perſuadeo,perfectè ſiue maximè ſuadeo ſignificare docet Terent.in Andria, cum ait,Ipſus mihi Dauus, qui intimus eſt eorum conſilijs, dixit,Et is mihi perſuadet nuptias, quantum queam, ut maturem. Sipontinus ait, Suadere eſt hortari aliquem ad id quod intendimus: perſuadere,eſt ſuadendo aut diſſuadendo aliquid, hominem in opinionẽ noſtram inducere. Hinc perſuaſus participium,& aliquando nomen ex participio. Cic.in Tuſc. Opinio mali,quo uiſo & perſuaſo,ægritudo inſequitur neceſſario. Et perſuaſio,uerbale,dicitur credulitas, & opinio firma, quam fidem appellamus. Et perſuaſorius,adiect. quod perſuadet. Et perſuaſibilis,& hoc bile. quod poteſt perſuaderi. Hinc perſuaſibiliter aduerb. Quint. lib.2. cap.16. Qui finem eius eſſe ait, perſuaſibiliter dicere. Perſuaſor, uerbale, qui perſuadet. Perſuaſtrix.ſtricis.fœm.gen. Plaut. in Bacch. Eccas tandem probri perlecebræ,& perſuaſtrices.

Pērſŭlto.as. n.p.ſaltando lætitiã animi oſtendo. Liu.4.Belli Maced. Perſultare propriè ferarum eſt & pecudum. Lucretius lib.1.Inde feræ pecudes perſultant pabula læta.

Pērſŭo,(διαρράπτω)in totum ſuo,ex per & ſuo.

Pērtædĕo,des. dui.n.ſ. (ἀδημονῶ,ἀπαγορεύω)à quo pertædeſco, quod eſt tædio uehementer afficior.Gel. lib.1. cap.2. Iamq́ omnes finem cuperent, urbisq́ eius defatigati pertæduiſſent. Hinc pertædeſco. Cato cap.156. Nolite multum dare, ne pertædeſcat.

Pērtæſus,a.um.participium,(ἀπαγορευόμενος)ſine uerbi origine (ut inquit Ser.) & regit accuſatiuum. Sed poteſt eſſe à pertædeo. Suet. in Caeſ. Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil tum à ſe memorabile actum eſſet. Verg.lib.4.Aen.genitiuo iunxit, Si non pertæſum talami tædæq́ fuiſſet.

Per te,aut me,aut alium ſtare,dicitur,cum nos aut aliquid aliud,ne fiat cauſa ſumus.

Per tempus,(ἐν καιρῷ)ſignificat opportunè.Terent.in Hecy.Per tempus accedamus.

Pērtēndo,is.n.t.(διέκω,διατείνω) ad finem tendo, ualde tendo, extendo. Aliquando eſt rectà tendere & proficiſci. Liu.5.ab Vrbe,Pars maxima,atq; ipſe Sergius Romam pertenderunt. Aliquando eſt contendere. Cice. pro Corn.Balbo, Cum fœderibus, quorum acerbiſsima diligentia eſt,pertendemus? Aliquando eſt ad finem ducere id, quod intendebamus aut cœperamus. Teren.in Heaut.

Pērtēnto, tas. (ἀποπειρῶμαι) uehementer tento, ualde experior,probo.Verg.Latonæ tacitum pertentat gaudia pectus. Alibi leuiter tentare,(ὑποδράω)ut Blanda uiciſsim Gaudia pertentant.

tentant. Aliquando pertentare, (καταπειράζειν) eſt ſæpe tentare. Verg. 3. Georg. Nonne uides, ut tota tremor pertentet equorum Corpora?

Pērtērricrĕpŭs, adiect. quod crepat, & terrorem incutit. Lucretius de tonitru, Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem.

Pērtēxo, xis. (ἀποτελέω) perago, perficio. Tranſlatio à textoribus, qui primò telam ordiuntur, & orſam deinde texunt. Cic. 2. de Orat. Propriè tamen pertexere, (διυφαίνειν) eſt ual de finem uſq; texere.

Pērtĭcă, cæ. f. p. pen. cor. baculus oblongus. Var. 1. de re Ruſt. cap. 5. Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Hinc perticalis, & hoc. cale. Colum. lib. 4. cap. 31. Perticalis ferè ſalix eundem agrum, quem uiminalis, deſiderat. id eſt ex qua fiunt perticæ.

Pērtĭmēſco, ſcis. a. t. (περιδέδια) ſignificationẽ ſui primitiui habet. non enim renuit ſignificationem paſsiuam innatam, quoniam Pertimeſcitur Cic. de lege Agrar. paſsiuè dixit. Lactant. lib. 3. Quare non eſt quod philoſophis tantum honoris habeamus, ut eorũ eloquentiam pertimeſcamus.

Pērtĭnācĭă, æ. f. p. obſtinatio, peruicacia, nimia in opinione perſeuerantia, & tam in bonum, quàm in malum ſumitur. ἰσχυρογνωμοσύνη. In bonum, Suet. in Cæſ. Ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur. In malum. Actius, Pertinaciam indocti poſsident. Hinc pertinaciter, aduerbium, perſeueranter, obſtinatè.

Pērtĭnāx, acis. om. t. (διάτονος, αὐθάδης) pen. cor. qui nimis tenax eſt, à pertineo. Plaut. in Capt. Quid tu ais? tenax ne pater eius eſt? Et ille, Imò ædepol pertinax. Vnde pertinax quemadmodum & obſtinatus, eſt quem de ſuſcepta cauſa propoſitaq; ſententia nulla adhortatio, nulla uis, nullum periculum deducere poteſt: uel qui nimis præfractè aliquid defendit. Et ſic à pertendo fit, nam (ut inquit Var.) in quo non debet pertendi, & pertendit, pertinacia eſt: In quo uerò oporteat manere, ſi in eo perſtet, perſeuerantia uocatur. In bonam partem, pro perſeuerante. Liuius, Vincit tamen omnia pertinax uirtus.

Pērtĭnēo, a. ſ. (διακρατέω) pen. corr. quaſi ad finem uſq; teneo, & aliquando perſonale eſt, ſignificat attingere uel annecti: aut pertingere uel peruenire, (διήκω, διικνοῦμαι, τείνω, διατείνω, ſυντείνω) & modò accuſatiuo cum præpoſitione ad, modò cum in iungitur. Cic. in Cat. Maiore, Tanta eſſe conatos, quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent. Inuenitur aliquando cum præpoſitione per. Cice. de Nat. Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam. Aliquando uerò imperſonale eſt, uel etiam perſonale, & ſignificat eſſe alicuius, partes eſſe alicuius præcipuas, officium eſſe, curationis eſſe, cõuenire (ἐπιβάλλειν, προσήκειν.) Nam ea pertinere ad nos dicimus (ut inquit Pomp. de uerborum ſignifi.) quæ dominij noſtri ſunt, & ea quæ aliquo iure poſsidemus, quamuis non ſint noſtri dominij. Item ea quæ in nulla noſtra cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. Pertinet ad rem. id eſt huc ſpectat, ſi è re eſt, ſiue ſi quid affert momenti. Pertinet eòdem, pertinet ad officium meum, pertinet ad periculum tui capitis.

Pērtŭrbo, as. a. p. (ἐκταράττω) ualde turbo, commoueo. à quo perturbatio, (πάθος) quæ eſt auerſa ratione contra naturam animi commotio. Author Cic. lib. 4. Tuſcul.

Pēruăgo, & gor. (περιφέρομαι) pen. cor. per aliquem locũ uagor. Cic. lib. 3. ad Heren. Locos imaginum innouandarum cauſa celeriter animo peruagemus.

Pēruĕllo, is. a. t. (κατατίλλω) uellico, & punctiunculis torqueo. Cice. lib. 3. Tuſc. Quid mœres? cur cedis fortunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit.

Pēruĕnīrĕ, (φθάνειν, διήκειν, διικνεῖσθαι) ſignificat ad finem uenire. Plin. Epiſt. 274. Perueni ad fontem puriſsimum.

Pēruērsī, orum. m. ſ. (διεστραμμένοι) inquit Hieron. qui de recto declinant ad peruerſitatem: ut diabolus. Plaut. in Truc. Illic & hic peruerſus eſt. Peruerſus dies à Plauto in Men. dicitur ineptus, incõmodus, intẽpeſtiuus. Hinc peruerſe aduerb. Et peruerſitas. Cic. 2. Tuſc. Peruerſitas opinionum.

Pēruērto, is. ere. a. t. modò cõuertere (διαστρέφω, παραστρέφω, παράγω.) inuertere, ſubuertere, ad terram ruere. Plaut. in Aul. Ne cœnes ſenex, aulas peruertunt. Modò deprauare, (παραφθείρ

, φίσιν ἄγω)ſignificat. Cic.1.Ver.1.

Perueſtigo.as.a.p.pen. prod.non ſolum quæro, ſed quærendo inuenio uel acquiro.(ἀνιχνεύω) Veſtigo autem quæro,tractum à ueſtigijs,tanquã à ſignis indicijsq́, quib. ad rei notitiã peruenimus. Cic.2.de Orat.Noſſe regiones intra quas uenias,& perueſtiges, quod quæras.

Peruicax,acis.om. t. (ἰσχυρογνώμων, ἐνστατικὸς) pen.correp.durus,contentioſus,nulli cedens, perſeuerans cum quadam ui. Ter.in Hecyra, Adeon' peruicaci eſſe animo,ut puerum præoptares perire? Hinc peruicacia, (τὸ ἐνστατικὸν)duricies,obſtinatio.Plin.li.17.ca.20.Perdurandi peruicacia.

Peruicus,dicitur pro peruicaci, teſte No.Plau. Aul.Hic quidam peruicus cuſtodem addit.

Peruigilium, lij. n. ſ. multa uigilatio & cuſtodia. (παννυχίς)Plin.lib.11. Peruigilio quidem uincuntur cibi.Et peruigiliũ,ſacrum nocturnum,quo uigiliæ indicuntur,ut per totam noctem uigiletur.Sueton.

Peruigilo.las.n.p. (παννυχίζω)uſq; ad finem uigilo, uel totam noctem inſomnẽ duco. Mart. li.9.Nam uigilare leue eſt,peruigilare graue.

Peruinca,cæ.ſ.p. herba uulgò nota,quæ in longum creſcit,obuia quæque uinciens ac peruinciens,folia habet lauro ſimilia,ideoq; χαμαιδάφνη. hoc eſt parua laurus appellatur.Florem facit uiolæ ſimilẽ, & coronamẽtis adhibetur.

Peruius.a.um.(διαβατὸς,βάσιμος)per quod iri poteſt.Terent. in Adelphis, Id quidem angiportum non eſt peruium. Aliquando dicitur penetrabile.

Peruolo,as.n.p.(διαπέτομαι)pen.cor.uſq; ad finem uolo,celeriter uolo Per tranſlationem ponitur pro celeriter aduenio,& quaſi uolando perducor.Cic.in Somnio Scip.Quibus agitatus, & excitatus animus uelociter in hanc ædem & domum ſuam peruolabat. Hinc peruolito.as.frequentatiuum.Verg.9.Aen.Omnia peruolitat latè loca.

Peruolo, peruis. (προθυμοῦμαι)penul. cor. ualde cupio. Liu.Peruelim ſcire.

Peruulgo.gas.a. p. diuulgo, & iacto. Cice. pro Syll. Iſtas tabulas peruulgari,atq; edi populo imperaui. A quo peruulgatus.a.um.

Pes. pedis.m.t.(πούς)uide Pedes.Hinc deducuntur per compoſitionem multa, ut unipes,bipes, tripes, ſemipes, cornipes, flexipes, planipes,loripes, ſolidipes, alipes, curuipes. Pedibus ſtipendia facere,eſt pedibus merere. Ad pedes deſilire,idem quod ex equis deſilire. Dicimus pedibus ire,pedibus iter facere,pedibus præliari.Pedem efferre, eſt egredi. Cic. Att. libro 8. Ad pedes alicuius ſe abijcere eſt,quod dicunt uehemẽter ſe humiliare coram aliquo. Pedem dare, eſt fauorem & auxilium præſtare. Contrarium eſt, Omni pede niti, quod eſt uniuerſo ualore & uiribus. Dicimus etiam referre pedem. Suo ſe pede metiri eſt,ſumptum facere pro modulo facultatũ ſuarũ.Pes etiam pro loco ponitur. Cic. At.li.7.Pedẽ in Italia uideo nullum eſſe, qui non in iſtius poteſtate ſit.

Peſſi,(πρόσθετα,πεσσάρια)fœminarum medicamenta, quæ in molli lana naturalibus earum conduntur. Quæ enim per anum, clyſteres, per collum matricis, peſſi ſiue peſſaria appellantur.

Peſſulatæ fores, (ἠσφαλισμέναι θύραι)dicuntur peſſulis clauſæ,munitæq́.Et peſſulata ianua, peſſulis firmata.

Peſſulus,li.m.ſ. (μοχλὸς,καταπήγιον)pen.cor. quaſi paruus pes,inſtrumentũ quo oſtium clauditur (cadenatius uulgò dicitur)claueq; mox ſubdita reſeramus. Terent.in Eun. Peſſulum oſtio obdo.Vnde oppeſſulata ianua,(ἠσφαλισμένη θύρα)id eſt peſſulis firmata.Feſtus,Obices ſunt peſſuli ferrei.Dictus peſſulus,quòd ne peſſundetur oſtiũ,affigi ſolet & annecti.Huius diminutiuum eſt peſſellus.

Peſſum,aduerb.ſignificat modò retrorſum,modò deorſum(ὀπίσω,κάτω) quaſi ad pedes, uel ſub pedibus.Vnde peſſum premere, eſt pedibus calcare, ſiue ſub pedibus premere. Plin. lib.4.Peſſum iere uitæ precia, omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes in cõtrarium cecidere. Peſſum eo, (ὑποφέρομαι, καταφέρομαι, δύω, ἰζάνω)hoc eſt cedo uel retrocedo. Aliquando peſſum ire,ſiue abire,eſt ire in fundum,ſiue imam partem alicuius rei liquorem in ſe continentis, ut dolij, aluei fluminis,maris aut lacus. Columella libro 12. capite 6. Nam ubi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit,maturam.

Peſſundo,as.a.p.arceo,reprimo,conculco,pedibus

bus calco, opprimo, (καταπατέω.) Terent. in Andria, Quæ ſi non aſtu prouidētur, me, aut herum peſſundabunt.

Pēſtilēntĭōsŭs, a. um. (λοιμώδης) quod peſtilentiam affert.

Pēſtĭs, is. f. t. (λοιμὸς) peſtilens, peſtilentia & peſtilitas, in una ſignificatione accipiuntur. Plautus in Amph. Peſtis te tenet. Lucret. lib. 6. Hæc igitur ſubitò clades noua peſtilitasq́. Peſtilens uerò dicitur, quod peſtem infert: cui ſaluber opponitur, Cice. 1. De Fato. Ponitur aliquando peſtis pro pernicie: translatione à morbo ſumpta, qui uitæ periculũ habet uimq́ maximè exitialem. Cic. pro Syl. Funeſta Reip. peſtis. Dicitur aliquando de homine, qui alios corrumpit, & damna infert. Teren. Hinc peſtifer à peſtis, adiect. ut fulmē peſtiferũ, quod mortem aut exiliũ oſtēdit, inquit Feſt. Peſtiferum bellum, pernicioſum, mortem afferens. Et peſtiferè aduerb. Cic. 2. de Leg. Multa peſtiferè ſciſcuntur in populis.

Pĕtălă, à Græcis dicuntur arborum frondes. πέταλον Latinè folium. Vnde Petalion, foliatum, uide in dictione Foliatum. Et bracteas antiqui petalia à tenuitate nominabãt. Cariotarum quoq; petalia uocantur, Calend. Ianuarijs miſsitari ſolita, de quo Ouidius & Mart.

Pĕtăsītēs, (πετασίτης) à Dioſco. li. 4. ca. 103. Surculus herbæ, quæ eſt maior ulna, digiti magni craſsitudinis. Ea autē herba ſic dicta eſt, à galeri, ſiue pilei forma, quòd eius prægrande folium galeruli Græci formã habere uideatur.

Pĕtăſo, onis. m. t. πέρνα. pen. cor. caro porcina, quam alij coxã, alij eam partē ſuis dicũt, quæ ab alis incipit, & coſtas comprehēdit, quibuſdam ueluti uirgulis pinguibus diſtincta. fruſtum de perna præciditur, & ſale obrutum, deinde in fumo ſuſpenſum aſſeruatur. Huius diminutiuum eſt petaſunculus. Iuuen. Sat. 7. Siccus petaſunculus & uas Pelamidum.

Pĕtăsŭs, ſi. m. ſ. (πέτασος) pen. cor. capitis tegmen, galero perſimile, ſiue ipſe galerus. Plau. in Amph. Ego habebo uſq; in petaſo pinnulas Fitq́ à Græco πετάννυμι, quod eſt extēdo. Vnde petaſus, quē alio nomine σκιάδιον dicunt. hoc eſt umbellam. Hinc Petaſati, (πετασῖται) qui galero, capitis ornamento utũtur. Sue. de Auguſto. Per translationem uerò petaſus, dicitur quiddam in galeri formam ædificijs ſuperpoſitum, extenſum, & explicatum, in metæ formam ſe contrahēs. Plin. li. 37. ca. 13. Sunt qui petaſum accipiant pro pinna, quam gladiatores in galeis habebãt, ſed non congruere uidetur. Alij pro quodã calceamenti genere. Lactantio accipitur pataſus pro alato Mercurij calceamento. Hinc petaſatus ut quidam uolunt, qui ſocco, aut cothurno calceatus eſt. Cic. Sed petaſati ueniunt, comites ad portam expectare dicunt.

Pĕtaūriſtǣ, arum. m. p. (πεταυρισταὶ) qui ita ludunt, & leuioribus ſaltibus mouentur. Varro. li. 2. De uit. pop. Rom. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi uelut is Galli, Germani, petauriſtæ, qui & Petauri dicuntur à πέτασθαι, uolare. Feſt. Petauriſtas Lucil. à petauro appellatos exiſtimare uidetur. At Aelius Stilo, quòd in aëre uolent.

Pĕtaūrŭm. ri. n. ſ. πέταυρον. genus ludi, & machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere homines per aëra rotarum pulſu iactabantur. Mart. Quam rota tranſmiſſo toties impacta petauro. Dici etiam poteſt petaurũ, ſupra quod homines agilitate corporũ inſignes ludunt. Græci dicunt petaurum eſſe laqueum, & aſſeres, quibus domos tegũt. Iul. Pol. exiſtimat caueam eſſe, in quam ſe cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Pĕtēſſo, ſis. μνῶμαι. antiquum uerbũ, idem quod peto. Cic. li. 2. Tuſc. Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. Hinc Expeteſſo. Plaut. in Trin. Vtram potius harum mihi artem expeteſſam.

Pĕtigo, ignis. f. t. (ἄλφος) penul. prod. morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd uicina petat ſeſe latè ſumma cute diffundens: occupat plerunq; totum uultum, oculis exceptis.

Petilanſura, ſignificat ungulam equi albam.

Pĕtĭlĭŭs, (πετίλιον) flos colore albo, dictus uel à paruitate foliorum uel ab urbe Lucaniæ Petilia. Plin. lib. 21. cap. 9.

Pĕrtĭlŭs, adiect. pe. cor. tenuis, exilis. (λεπτός) Lucil. Inſignis uaris cruribus & petilis, Nonius.

Pĕtīmĭă, orum. n. ſ. ulcera in humeris iumentorum, quòd ima. id eſt profunda, petant.

Pĕtĭōlŭs, li. m. ſ. πόδιον. dimin. eſt à pede. Afranius, Atq; adeò nolo, nudo petiolo ambules. Et

petiolus dicitur, quo fructus pendet. μόσχος. Col.li.De Arb.ca.23. Idem Peditinus dicitur.

Pĕtītĭo,onis.f.t. (αἴτησις, διαδικασία, ἔγκλημα) actus ipſe petendi, & aliquãdo accipitur pro honore, ambitione, & ambitioſorum ſtudio. Cic.Att.1.Fuit & mihi & Quint. fratri magno uſui in noſtris petitionibus. Aliquando pro actione.Idẽ in Bruto. Aliquãdo eſt captantiũ aduerſarium ad plagam inferendã:cui opponuntur uitatio & declinatio. Cic. Catil.

Pĕto,petis.tiui.uel petij,petitũ.a.t.(αἰτέω, εἶμαι) ſignificat oro, ſiue obſecro,uel uolo.Valla inquit, Petere dicimur, cum aliquid humiliter & precibus petimus. Petere (inquit Varro) propriè eſt aliquid ſimpliciter,& precariò poſtulare. Et ſic unum tantum exigit accuſatiuum.Cic.Te autem pro uetere noſtra neceſſitudine etiam atq; etiam peto. Iungitur aliquando datiuo pro ablatiuo cum præpotioſitione. Nam ſic dicimus, peto tibi.id eſt, peto pro te. Petere aliquando cõmemorare eſt, inquit Nonius. Verg.lib.8. Aen. Quid cauſas petis ex alto? Ponitur aliquando pro tenere. Verg.3.Aen.Summiſsi petimus terram. Aliquando pro adipiſci.Plin.lib.12.ca.14. C.etiã Cæſar Auguſti filius inde gloriam petijt.id eſt adeptus eſt. Petere fugam,eſt fugere.Petere ſalutem fuga, eſt fugiendo uitam ſeruare. Peto dicitur in malum, & in bonum. In malum.(ἐφίεμαι)ut,Hic petit caput alterius aut famam. Aliquando petere, eſt inſtanter poſcere. (ἐνίσταμαι) Vnde petulcus,& petulans, Liu.lib.1. Iam Horatius, cæſo hoſte, uictor, ſecundã pugnam petebat. Aliquando eſt inſidias tendere, uiolẽter aggredi.Cic.pro Ligar Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Phaſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? Aliquando manere,expectare. Verg. lib.6. Aen. Troianos hæc monſtra petunt.Aliquando cupere,appetere,deſiderare, ut apud eund. lib.3. Georg.Pulchrãq; petunt per uulnera mortem. Aliquando percutio. (βάλλω.) Liu. lib.22.Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem. Aliquando inquirere(ζητεῖν.) Verg.Euandrum petimus. Aliquando eligere,uel capere, ut Idem, Principio ſedes apibus ſtatioq; petenda. Aliquando proficiſcor.(στέλλομαι.) Sue.in Veſp. Et Cutilias ac Reatina rura, ubi æſtiuare quotannis ſolebat,petijt. Aliquando influere, ut Campum petit amnis. Petere gladio,aut ueneno,aut lapide,aut cornu, & huiuſmodi, (ἐφίεσθαι, στοχάζεσθαι, ἐπιχειρεῖν) eſt inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari. Petere curſu, adipiſci, obtinere. Verg. Quæ littora proxima curſu Contendũt. Petere muneribus, oſculis, precibus, eſt conciliare. Petere oculis, eſt contemplari. Petere auribus,audire. Petere naribus, olfacere. Petere tactu,palpare. Iungitur interdum huic uerbo ablatiuus. Cic. Audes quicquam ab iſtis petere? Nunquam uerò uel rarò duos accuſatiuos habet. Hinc Petitus, huius tus,idem quod petitio. Gel lib. 18. cap.3. Iuſsitq; eum conſenſu petituq; omnium, eandem illam ſententiam dicere. Et Petitor.oris. qui petit,& litem intendit.Cic.in Partit. Sed accuſatorem pro omni actore & petitore appello. Huius compoſita ſunt, Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent pen.cor.

Pĕtōrĭtŭm,ti.n.ſ (φορεῖον) pe.cor.genus uehiculi.Hora.lib.1.Serm.Atq; caballi Paſcendi, ducenda petorita,nunc mihi curto Ire licet mulo.*Vide Pectorium.

Petrã,æ.f.p.(πέτρα)lapis tenerior,mitiorq;.Vnde gemmæ lapides,non ſaxa dicuntur. Hinc petroſus. a. um. (πετρώδης) quod eſt petris abundans.Plinius lib.17.ca.27.Caprificorũ laudantur maximè nigræ,& in petroſis.Petricoſus,adiect.idem.Martialis libro 5. per tranſlationem dixit,Res petricoſa eſt.

Petrŏlĕŭm,lei.n.ſ.(πετρέλαιον)oleum quod ex petris naturæ ſponte fluit.

Petrōnēs, num. m. t. ruſtici dicti ſunt à Veteribus, à petrarum aſperitate, & duritia. Hinc Plautus petronem, ueruecem duriorem eleganter dixit.

Petrŏsĕlīnŭm,ni.n.ſ.(πετροσέλινον) quaſi petrarum apium: nam inter lapides melior naſcitur. Eſt herba nota, quæ inter apij genera numeratur, componiturq; ex petra, & σέλινον. apium. Plin.lib.20.ca.12.Dioſcor.lib.3.ca.75.

Pĕtŭlāns,antis.om.t.(ὑβριστὴς, ἀσελγὴς) pen.cor. improbus.à quo Petulantia, improbitas,cum alios per contumeliam petimus. Cic.in Sall. Deſine bonos petulantiſsima inſectari lingua.

Quādoq́ ponitur pro ſuperbo. ἀλαζὼν. Idem, Petulanter diues. Quandoque pro laſciuo. Ouid. Vt poſſem uerbis petulantius uti, Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi. Et generaliter petulantia, (ὕβρις, ἀσέλγεια) eſt laſciuamentum, ſiue effrenatio immodica ad quodlibet uitium, à petendo dicta. Dicitur quoq; de pecudibus, de arborum ramis, & de morbis. Gel. libro 1. cap. 3.

Pĕtūlcŭs, ca. cum. (ἀσελγὴς) laſciuus. Verg. Hœdiq́ petulci. Vnde meretrices quoq; petulcas Veteres dixerunt. à petendo.

Peūcĕdănŭm, ni. n. ſ. ſiue Peucedanus, à pinu nomen inuenit, de qua uide Plin. lib. 25. cap. 9.

Pēxo, as. a. p. (ἐκτενίζω) à pecto. is. Vnde Pexæ ueſtes. ἐκτενισμένα. quæ pectine contextæ. Et Pexati, qui pexis ueſtibus ſunt induti. Mart. Pexatus pulchrè rides mea Zoile ſemper. Sunt qui dicunt pexas ueſtes eſſe piloſis cōtrarias, raſas, quæ pilis carent. Nam Perſius dixit, Pexumq́ togaq́ recenti. Probus, Barba inquit, tonſuræ genus eſt, quo iuuenes ſic tonſi pexibarbi appellantur. Nos præpoſitionem addimus, depexa. Teren. Depexum dabo.

Pēzītæ (πεζίται) fungi, qui ſine radice aut pediculo naſcuntur, quaſi pedeſtres. Dicti quòd non tollant ſeſe altius à terra. πεζὸς pedes: etiam in ludo ſcachorū: πεζὸς. Plin. lib. 19. ca. 3.

P ANTE H.

Phăcăsĭŭs, ij. n. ſ. calcei genus. unde Phæcaſiatos ſacerdotes & deos uocamus. Sen. ad Lucil. Si quem palliatum aut phæcaſiatum conſpexeris.

Phăgĕdænă, æ. f. p. cum diphthongo in pen. nam Græcè φαγέδαινα ſcribitur, ἀπὸ τοῦ φάγειν. hoc eſt ab edendo. & eſt exulceratio uſq; ad oſſa celeriter depaſcens, cum inflammatione ſaniem maleolentem emittens, & ad mortem perducens, author Iulius Pollux. Apud Col. lib. 9. ca. 12. putatur eſſe morbus, quem in iumentis uermem appellant. Idem apibus tribuit, lib. 10. Sæpe etiam, (inquit) uitio, quod Græci φαγέδαιναν uocant, intereunt. Hinc Phagedænicus, adiect. Plin. lib. 24. cap. 4. Condylomatis, quæ Phagedænica uocantur.

Phăgōnēs, um. m. t. dicuntur uoraces, & eo uerbo Plautus utitur.

Phăgŭs, us. & phagi. f. ſ. φηγὸς. arbor glandifera, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, comedere. Verg. in Cu. Vmbroſæq́ manent phagus hederæq́ ligātis Brachia. Hinc Phagineus. a. um. & Phaginus. a. um. (φήγινος) pe. cor. pro materiato ex ea arbore.

Phălacrŏn, cri. n. ſ. φαλακρὸν. Græci caluum dicūt. Vnde corui aquatici phalacrocoraces dicūtur, ut inquit Plin. lib. 10. ca. 48. Hinc loca ſatis fruticibusq́ nuda, phalacras appellant, quaſi calueta, ut quæ nihil ferant. apud Col. glabreta dicuntur.

Phălæcĭŭm, cij. n. ſ. (φαλαίκειον) carmen dictum à Phalæco inuentore. Conſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trochæis, hoc & Hendecaſyllabum, à ſyllabarum undena menſura uocatur.

Phalænæ, quidam piſces in mari. balænæ.

Phălāngæ, arum. f. p. (φάλαγγαι) ſunt quibus baiuli ferendis oneribus utuntur, quas ἀκτινοφόρια Plato appellat. Plin. li. 7. ca. 56. Phalangæ fuſtes ſunt nodis carentes, quibus Afri prælium contra Aegyptios primi fecerunt. Iul. Pollux, Phalanges inquit, ſiue phalengæ dicuntur ligna, quibus ſubiectis naues trahi ſolent. Sic Nonius ſcribit Phalanges ſignificare fuſtes teretes, qui nauibus ſubijciuntur. A quo fit Phalango. gas. quod eſt onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afranius, Et caprea unā ſemilacerā quaterni ſimul phalangabant.

Phălāngārĭi, orū. m. ſ. (φαλαγγῖται) qui aliquid oneris phalangis tranſuehunt. Item phalangarij appellati ſunt milites, qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alex. Sirius Roma. Imperator, ut author eſt Lampridius.

Phălāngĭŭm, gij. n. ſ. (φαλάγγιον) genus aranei, quod omnibus internodia terna ſunt in cruribus. Dicitur & Phalanx. Eſt & herbæ nomen, quæ & alio nomine Phalāgites dicitur. de qua uide Plin. lib. 27. cap. 12.

Phălānx, gis. f. t. (φάλαγξ) dictio Macedonica, quæ non proprie legio, ſed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur: quando ſcilicet pes pedi, clypeus clypeo, uir uiro in acie conſerebatur. continebat autem octo millia armatorum. Cæſar, Milites noſtri è loco ſuperiore pilis miſsis, facilè hoſtium phalangem perfregerunt. Item phalanx eſt regula continens lances. id eſt libram. Et Phalanx ab Ariſto. genus aranei, quod & phalangiū, (φαλάγγιον) dicitur

dicitur.tarantola. Item Phalanges dicuntur digitorum internodia. Phalangitæ.arum. Liu.7.Bell.Maced.

Phălărĭcă,æ.f.p.(φαλαρικὰ)genus eſt teli,à phalis.id eſt turribus,dicta eſt,quia turres defendit.Vel à Phalari Siculo tyranno,ut Ammianus inquit.Hæc (ut Vegetius ſcribit) ad modum haſtæ ualido præfigitur ferro, quod in longitudinem habet pedes tres,ut cum armis corpus transfigat: inter cuius tubam & haſtile,ſulphur,reſina,bitumen,ſtupa conuoluuntur infuſa oleo,quod incendiariũ uocant,balliſtæ impetu deſtinata,prærupto munimine ardens figitur ligno,turritãq; machinã incẽdit.

Phălĕræ,arum.f.p. (φαλάραι) ornamenta equorum,atq; etiã ipſorum equitum & nobiliũ,ἀπὸ τ φαλῶ,dicuntur,ſeu à uerbo Græco,quod illuſtrare ſignificat. Verg. 5. Aen. Primum equum phaleris inſignem uictor habeto.

Phălĕrātŭs,a.um. (φαλαρωτός) id eſt phaleris ornatus. Sueto.in Claud. Craſſus frugi equo phalerato, & in ueſte palmata. Apud Teren. Phalerata dicta legũtur, pro ornata in Phor.

Phănĭo,onis.m.t.(φανίας)nihil aliud ſignificat, quàm boni pedis hominem.id eſt cuius aduentus afferat aliquid felicitatis.

Phăntăsĭæ, arum.f.p. φαντασίαι. imagines rerum inſidentes animo.Vide pòſt Phantaſma.

Phăntăſmă,atis.n.t.(φάντασμα)uiſum,quæ ſpecies una,& nomen eſt eorum,quæ dormientes uidere ſibi uidentur. Differt à phantaſia, inquit Suidas, quòd phantaſma eſt imaginatio,uel uiſio eius quod non eſt,phantaſma autem eius ſolum, quod eſt.

Phăntăſtĭcŭs, a.um. (φανταστικὸς)imaginatiuus.

Phānŭm, ni.n.ſ. (ναὸς) templum, quia φανερὸς apertum & manifeſtum ſignificat, & omnibus adeuntibus aperta ſunt templa.

Phărĕtră,æ.f.p. (φαρέτρα)pe.cor.ubi ſagittæ reponuntur.Verg.Succinctam pharetra,& maculoſæ tegmine lyncis.

Phărĭăs,æ.f.p.(φαρίας)ſerpens eſt,ſulcum dum ſerpit,cauda in terra faciens,& ſuper eam ferè ambulans. Lucan. Et contentus iter cauda ſulcare pharias.*Pareias rectius.παρείας.

Phărĭcōn . φαρικὸν . genus ueneni eſt, quod Athenæus Phariacon nominat . de quo Plini. lib.29.cap.10.

Phārmăceūtĭcē, ces.f.t. (φαρμακευτικὴ.) uide Medicina.

Phārmăceūtrĭă,æ.f.p.(φαρμακεύτρια) dicitur, quam nos ſagam dicimus,uenefica.

Phārmăcōdēs,(φαρμακώδης)odor medicamenti.* medicamentoſum.

Phārmăcŏpōlă,læ.com.p.(φαρμακοπώλης)pen. pro. dici poteſt unguentarius,qui Pharmaca. id eſt uenena,uel medicinas uenditat, quales ſunt qui uulgò herbararij uocantur.

Phārmăcŏthĕŏn. φαρμακόθεον. medicamentum diuinum,quale eſt rhabarbarum.

Phārmăcŭm,ci.n.ſ. (φάρμακον) pen.cor.medium uerbum quod pro ueneno, & pro medicamento accipi poteſt. Vnde Caius Iureconſultus, Qui pharmacum dicit, debet addere bonum uel malum.

Phārmăcŭs,ci.m.ſ. (φαρμακὸς) ueneficus.Pharmacæno,ueneno incanto.

Phăsēlī, nulli ſunt apud Gallos. Italis tantum noti. Hinc Phaſelinus adiect.quod ex phaſelo factũ eſt,ut phaſelinum oleum.Plin.lib.13. cap. 4. Phaſelinum, renibus utiliſsimum eſt. Vide Faſelus, & Phaſeolus.

Phăsēllŭs,uide in dictione Faſellus.

Phăsĕŏlŭs,li.m.ſ.(φασίολος) Phaſilus,ſiue Phăsēlŭs,ſeu etiam Paſeolus,uel Paſilus,genus leguminis, quod Verg. uile appellat, à Paſello inſula dictũ eſt,non procul à monte Olympo.

Phăsĭānārĭŭs , (φασιανοτρόφος) qui phaſianos paſcit.Paul.Iureconſ. Phaſianarij autem, & paſtores anſerum continentur.

Phăsĭānī,orũ.m.ſ.(φασιανοὶ)aues notæ,à Phaſi fluuio,ad nos traducti ab Argonautis. Nanque ex ea regione in Græciam transportatæ ſunt.Mart. lib.13. Argoa primum ſum transportata carina, Antè mihi notum nihil niſi Phaſis erat.

Phăsĭs,auis boni ſaporis, quam uulgus Phaſianum appellat.apud Col.lib.8.cap.8.

Phăſmă, atis.n.t. (φάσμα) Latinè apparitio, monſtrum uiſum dicitur.Eſt etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum.

Phăſſă, φάσσα.per duplex ſſ, à Græcis palumbi dicuntur.

Phăulĭæ,ſunt oliuæ quæ minimo ſucco, corpore grandiſsimo,puſilloq; ſunt nucleo.

Phĕllāndrўŏs, (φελλάνδρυος) herba quæ in palu

ſtribus naſcitur, folio apij, cuius ſemẽ propter calculos, & ueſicæ incõmoda bibitur: à Dioſ. helioſelinon, hoc eſt (ut Theod. uertit) paludapium uocatur.

Phēniōn, herba quæ & antemone dicitur, quaſi herba uenti. ſic enim uulgus appellat, quòd eius flos non niſi uento ſpirante aperiatur. Vide Plin lib. 21. ca. 23. Quidam tamen non phenion, ſed fremium ſcribunt, atq; ita ſcriptum in Dioſcor. reperies.

Phēngītēs, lapis, de quo Plin lib. 36. cap. 22.

Phĕretrŭm, tri. n. ſ. φέρετρον. uide Feretrum.

Phērnē, (φερνὴ) Latinè dos dicitur.

Phĭălă, æ. f. p. (φιάλη) penul. cor. uas. uini uel aquæ, plerunq; ex auro conflatum. Iuue. Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Hoc eſt uaſa aurea, quæ Virroni commendata ſunt.

Phīdĭtĭă, (φιδίτια) cœnationes Lacedæmonij, ſeu conuiuia nominabant, ſiue quòd philias, id eſt amicitiæ, cauſſa inſtituta ſunt, ſiue potius à Parſimonia. φείδομαι enim ſignificat parco & abſtineo. φειδὼ parcitas & parſimonia. φειδωλὸς parcus. Vnde & phiditia, conuiuia de parca, & frugi.

Phĭlădĕlphĭă, æ. f. p. fraternitas, amor fratris.

Phĭlălēthēs. φιλαλήθης. ueri amator Latinè dicitur.

Phĭlāndrŏs, φίλανδρος. amans uerum.

Phĭlānthrŏpĭă, æ. f. p. (φιλανθρωπία) humanitas. id eſt amor erga homines, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica.

Phĭlānthrŏpŭs, pi. com. ſ. (φιλάνθρωπος) pen. pro. Latinè humanus. id eſt amans homines. Quo nomine dictum eſt lappæ genus quod ueſtibus hominum adhærens, eos amare uideatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 19. Dicitur hæc Dioſcor. Aparine, officinis Rebulus.

Phĭlărchŭs, chi. m. ſ. (φίλαρχος) amator imperij.

Phĭlaŭtĭă, amor ſui ipſius. φιλαυτία. Cic. Att. Niſi forte me communis philautia decipit.

Phĭlippēi, ſeu Philippī, (φιλιππικοὶ) ſunt aurei nummi pretioſi, quorum apud Plautum frequens mentio eſt, ut in Pœnulo, Hic ſunt numerati aurei trecenti nummi, qui uocantur Philippei.

Philocares, herba, quæ aliâs marrhubium dicitur. Plinius. lib. 20. cap. 22.

Phĭlænŭs, ni. m. ſ. φίλοινος. uinoſus, amator uini, potator.

Phĭlŏgræcŭs, ci. m. ſ. qui libenter utitur dictionibus Græcis. Varr. 3. de re Ruſt. ca. 10. Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod uos Philogræci uocatis ἀμφίβιον.

Phĭlŏhiſtŏrĭcŭs, ci. m. ſ. φιλοΐστωρ. amator hiſtoriarum.

Phĭlŏlŏgŭs, gi. m. ſ. (φιλόλογος) amator uerborum uel ſtudij. Cicero ad Qu. Fra. lib. 2. Nos ita enim philologi ſumus, ut uel cum fabris habitare poſsimus.

Phĭlŏmūsŭs, ſi. m. ſ. amator ſiue amicus Muſarum. Martial. lib. 7. Nolito nimium tibi placere, Delectas Philomuſe, non amaris. Sed apud Martialem nomen proprium eſt.

Phĭlŏnīcŭs, (φιλόνεικος, φιλόνικος) iurgioſus, amator uictoriæ.

Phĭlŏpŏlĕmŭs, mi. m. ſ. (φιλοπόλεμος) bellicoſus.

Phĭlŏpŏnĭă. φιλοπονία. amor laboris.

Phĭlŏpŏnŭs. φιλόπονος. amator laboris.

Phĭlŏsŏphĭă, æ. f. p. (φιλοσοφία) amor & affectatio ſapientiæ. σοφία ſapientia dicitur. Cic. 1. de Legib. Ita fit ut mater omnium bonorum rerum ſit ſapientia, à cuius amore Græco uerbo φιλοσοφία nomen inuenit. Apuleius Diſciplinam regalem appellat, tam ad bene dicendum quàm ad bene uiuendum repertam.

Phĭlŏsŏphĭcŭs, a. um. (φιλοσοφικὸς) quod ad Philoſophum pertinet.

Phĭlŏsŏphŏr, aris. d. p. (φιλοσοφέω) ſapientiæ ſtudeo, uel philoſophorum more diſputo, & rerum naturas perſcrutor. Cic. 1. de Nat.

Phĭlŏsŏphŭs, phi. m. ſ. φιλόσοφος. amator ſapientiæ.

Phĭlŏſtŏrgĭă, æ. f. p. φιλοστοργία. indulgentia, amor parentum ergà liberos.

Phĭlŏxĕnĭă, æ. f. p. φιλοξενία. hoſpitalitas.

Phĭlŏxĕnŭs, ni. m. ſ. φιλόξενος. hoſpitalis.

Phĭltră, træ. f. p. Latinè amatoria, genus ueneni, amorem & ut plurimum inſaniam ingerẽtis. φίλτρον, enim apud nos amatorium dicitur. Oui. lib. 2. de Arte amandi, Philtra nocent animis, uimq; furoris habent.

Phȳmă, matis. n. t. φῦμα genus tuberculi mollis, furunculo rotundioris planiorisq;, quod in pus citò conuertitur.

Phimoſis,

Phīmōſis,is.f.t.(φίμωσις)dicitur cū glans membri uirilis ita tegitur præputio, ut nudari nō poſsit. Dictum ἀπὸ τοῦ φιμὸς, quòd nexum in ſuperiore parte ſacci ſignificat, cum ſcilicet toto ſacculi oris ambitu collecto, tanquam ſuniculo colligatur.

Phlĕbŏtŏmiă, æ. f. p. φλεβοτομία. inciſio uenæ, quæ fit ad ſanguinem minuendum ſedandi ſeruoris gratia. φλὲψ enim Latinè uena dicitur. Auicen. quarta primi.

Phlĕbŏtŏmŭm, mi. n.ſ. ferrū quo uena ſecatur.

Phlĕgmă matis.n.t.φλέγμα. pituita. Eſt autem ſicut aqua mixta cum gypſo, & liquefacta. Inde phlegmaticus,qui ex phlegmate laborat.

Phlĕgmŏnē,es.f.t. φλεγμονή. Latinè.inflammatio,ſiue collectio,quoties ſanguis utilis, & mediocriter craſſus fertur ſubitus in aliquam corporis partem. Propriè quælibet incenſio cum tumore & ulcere,hoc nomine appellatur. Galenus de morborum differentijs.

Phlĕgōntĭs,huius phlegontidis.(φλεγόντις.)lapillus,quòd in eo flamma quædam intus ardere uideatur. Plin.lib.37.cap.11.

Phlœ̆ŏs, (φλοιὸς)herba paluſtris, ad nexus utilis,ex qua Phloinæ ueſtes ab Herodoto etiam dicuntur. Plin.lib.21.cap.15.Dioſ.li.4.ca.14. Strabo lib.16.

Phlȳctǣnă,æ.f.p.(φλύκταινα)Latinè puſtula,tumor,bulla: à φλύω.

Phōcă,cæ.f.p.φώκη.piſcis, bos marinus, à ſono mugitus.Vergi. lib. 4. Georg. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Hic corio & pilis tectus parit in terra pecudum more,canum modo coit. In ſomno mugit, à quo præcipuè uituli nomen accepit.

Phœ̄bă̈s.badis.f.p.(φοιβὰς)fatiloqua,quòd Phœbæi numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in Bacchantis imaginem.

Phœ̄nīcĕ̆ŭs.a. um. (φοινίκεος) quod eſt purpurei coloris, à purpura, quæ prima commendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices,quos mutatis ſyllabis Pœnos appellamus. Vnde Punicus & Puniceus deriuantur.

Phœ̄nīcĕ̆ă, herba eſt, de qua Plin.lib.21.cap.25.

Phœ̄nīcĭs,cidis.(φοινικὶς)purpura,pānus rubēs.

Phōnăſcŭ̆s,ſci.m.ſ. (φωνασκὸς) uocis,pronunciationiſq; moderator & magiſter. Suet.in Aug. Dabatq; aſsidue phonaſco operam.

Phrăſĭ̆s,(φράσις) eloquētiæ corpus,inquit Quintilian.lib.10.cap.1. & dicendi modus. Dicta à φράζειν,quod eſt fari & diſſerere. A phraſis fit Theophraſtus.

Phrĕnĕs, (φρένες) dicūtur à Græcis præcordia, quæ exta nuncupāt. Galen.docet diaphragmata dici Phrenas. Ariſto. præcordia dici autumat phrenas, à mente & prudentia,quæ Græcè dicitur φρὴν.

Phrĕnītĭs,idis.f.t.φρενῖτις. morbus lædens mentem, & ad inſaniā furoremq; deducens. ἀπὸ τῆς φρενὸς id eſt deturbatio mentis. Inde phreneticus qui eo uitio laborat. et Phreneſis,huius.neſis,apud Iuuen.penul.prod.legitur: Manifeſta phreneſis. Aliter Serenus protulit: Ex uitio cerebri phreneſis furioſa mouetur.

Phrȳ̆gĭ̆ōnēs,um.m.t. (φρύγιοι)qui acu pingunt, uel qui ueſtes acu auro intexunt. Phryges primi inuenere talem texturā, ideóq; qui talem exercent artem,Phrygiones appellantur.

Phrȳ̆gĭ̆ŭs lapis,gentis nomen habet,eſt autē gleba pumicoſa. Plin.lib.36.cap. 19. Hinc quoq; Phrygianus adiectiuū: ut,Phrygianæ ueſtes, hoc eſt acu pictæ, & filis aureis decoratæ.

Phthīrĭ̆ă̆ſĭ̆s,(φθειρίασις)uide Pedicularis.

Phthĭ̆ſĭ̆s,is.f.t.(φθίσις)tabes, morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita à capite diſtillante. ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt tabeſcere, unde phthiſici uocantur. Sunt qui phthiſin,phthonē quoq; appellent, ſed illud genus maximè, quo ſanguis reijcitur.

Phthōngŭ̆s,(φθόγγος)ſonus. unde diphthongus. Quā ob cauſam phthōgus & harmonia in cælo dicātur, uide Ptolem.lib.4. Harm. inſtitut.

Phūcŭ̆s.φῦκος.uide in dictione Fucus.

Phū.φοῦ. uocant aliqui nardon agrion,ſiue creticum,folio oleris atri,caule cubitali,geniculato,in pupura albicante: radice obliqua uilloſáq;, & imitante auium pedes.

Phȳ, interiectio mirantis, teſte Don. Teren. in Adelph. Phy, domi habuit,unde diſceret.

Phȳcōs,(φῦκος Græcè)herba thalaſsion,ſiue alga,qua priſtinus lanæ color reparatur. Hanc Latini fucum uocant. Vnde effutias dixerunt ſimulationes rerum. Dioſcor.lib.3.cap.135.

Phȳcŭ̆s,(φῦκος)ſiue Phyſis,genus piſcis dicitur, quòd ſolus nidificet ex alga: & eſt inter ſaxatiles,ut apud Pli.lib.9.cap.16. & lib.32.cap.11.

Phygethlon,(φύγεθλον)eſt,ut inquit Cornel. Celſus lib.5.ca.28.tumor non altus,latus,durus, rubicundus, cum uehementi inflammatione punctioneq́, ac membrorum diſtentione,neq́ materia magnopere in pus conuertitur.

Phylăcă.æ.f.p.(φυλακὴ)pe.cor.locus cuſtodiæ, hoc eſt carcer. Plaut. Capt.Illic eſt abductus rectà in phylacam,ut dignus eſt.

Phylăciſtă, æ.m.p. (φυλακιςὴς) carceris cuſtos. Plaut. in Aul. Trecenti conſtant phylaciſtæ in atrijs.

Phylarchus,φύλαρχος. Latinè princeps gentis.

Phylĭră,æ.f.p.φιλύρα.pen. cor. propriè arbor, quam Latini tiliam uocant. Alij dicunt eſſe membranam tenuiſsimam inter corticem & lignum tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ, quæ in magno honore apud antiquos fuerunt.Horat.lib.1.Carm.Diſplicent nexæ phylira coronæ.

Phylūra,(φύλυρα) idem quod phylira,ſcilicet membrana, & tenuiſsimum capillamentum. Vide Phylira.

Phyſitĕr,aut potius phyſeter, teris.m.t.pen.pro. Græcè φυσιτὴρ, genus piſcis marini, admirabili magnitudine.à φυσάω,ſpiro uel ſufflo.Vide Plin.lib.9.cap.4.

Phyſică,corum.n.ſ.φυσικὰ.naturalia dicuntur: ut Phyſica Ariſto.in quibus de rebus naturalibus tractat. Vnde & metaphyſica. τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, id eſt ſupernaturalia. Dicimus etiam phyſica.cæ.fœm.gen.

Phyſicus,a.um.o.ſ.(φυσικὸς) naturalis. Hinc phyſicè,aduerbium.

Phyſiŏlŏgus,gi.m.ſ.(φυσιολόγος)de naturis diſſerens.Hinc phyſiologia.æ.naturæ ratio.

Phyſiognōmiă,æ.f.p.φυσιογνωμία.naturæ regula.Nam id uerbum ſignificat mores naturasq́ hominum, coniectatione quadam de oris & uultus ingenio ſciſcitari.

Phyſiognōmus,mi.m.ſ.qui hominum mores ex corpore uultuq́ cognoſcit.

Phyſis,is.f.t.φύσις.Latinè natura dicitur.

P ANTE I.

Piābilis,le.om.t. καθάρσιον.quod purgari poteſt, cuius contrarium eſt Inexpiabile.

Piăcŭlārĕ,is.n.t.adiect.(ἀγναλιον)quod ad ſatisfactionem peccati pertinet uel datur. Liuius lib.1. Is quibuſdam piacularibus ſacrificijs factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt &c.

Piăcŭlāriă auſpicia.καθαρτικοὶ οἰωνοὶ. dicebantur,quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, cum aut hoſtia ab ara profugiſſet,aut percuſſa mugitum edidiſſet:aut in aliam partem corporis,quàm oporteret,cecidiſſet.

Piacŭlum,li.n.ſ.(μίασμα,ἐναγισμα) ſacrificium,cultus,& quicquid agitur, ſeu præbetur pro ſatisfactione peccati.Verg.Et prima piacula ſunto.id eſt, hoſtijs te expia. Aliquando dicitur crimen, flagitium.ἄγος. Idem lib. 6. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Vbi Seruius,Piacula commiſſa,propter quæ expiatio debetur.

Piāmĕn, inis.n.ſ. ſeu Piāmentum, (κάθαρσις,ἀφοσίωσις) erat id quo in expiando utebantur. Plin.lib.25.cap.4.Hac euulſa, ſcrobem repleri uario genere frugum religio eſt, ac terræ piamentum.

Piārĕ,a.p. (σέβειν,μιαίνειν,ἐναγίζειν) ſignificat colere, contaminare,polluere,quod & impiare dicitur,quemadmodũ ſacrum ponitur pro execrabili. Quandoq́ piè amare. Næuius Nemo eſt, qui magis ſuos piet liberos. Aliquando purgo, ἀφοσιόω. Verg. Et culpam miſerorum morte piabunt.Huius uerbi compoſita ſunt: Expio.ἀφοσιοῦμαι.quod eſt purgo. Impio,contamino.

Piātrix,icis.f.t.(ἁγνάτρια)ſacerdos quæ expiare ſolita erat.Feſtus.

Pică,æ.(κίττα) quamuis fœmininum uidetur à picus,longè tamen diuerſæ ſignificationis eſt. nam auis eſt magnitudine palumbæ, alis uario colore,& præſertim cæruleo depictis,humana uerba proferens. Marti. lib.4. Pica loquax certa Dominum te uoce ſaluto: Si me non uideas,eſſe negabis auem.Eſt & alia pica, ſub uentre alba, ſuperius nigra, quæ uania appellatur.

Picātus, ta. tum. πιττωτὸς. quod pice linitum eſt, ſeu conditum. ut Vinum picatum. Plin. Pice & reſina condire muſta, uulgare Italiæ eſt.Erat & picatum aliud,quod ſponte naturæ picis ſaporem reſipiebat: & hoc in agro Veienſi peculiariter naſcebatur. Plinius lib.14.cap.1.

Picĕă,æ.f.p. (πεύκη) & Pinus eiuſdem generis ſunt.

ſunt: ſed picea minus alta, incuruaq́ eſt, folio quoq́ pinguiori ac tenuiori. Plin. lib.16. cap. 10. Theoph. lib.3. cap.10. Dioſc. lib.1. cap. 86.

Piceăſtrŭm. ſtri. n ſ. picea ſylueſtris. Plin. lib.14. cap.20. Fit è picea reſina, in Hiſpania autem è piceaſtris minimè laudata.

Picĕŭs. a. um. (πίσσινος) à pix fit: quod eſt ex pice, ſignificans uel quod nigrum & uiſcoſum ac tenax ſit, ut pix. Plinius lib.10. cap.33. Hymbrem piceum dixit.

Picĭnŭm. πισσέλαιον. genus olei, quod ex pice fit.

Pico. cas. a. p. (πισσόω) ſignificat pice quicquam linio. Plin. lib.36. Vaſa tuentur picando parietes. Huius cōpoſita ſunt, Compico & Impico.

Picră, æ. f. p. (πικρὰ) amara dicitur.

Picris, (πικρὶς) lactucæ uel cicorij agreſtis genus, quam ita appellauere (ut inquit. Plin. lib. 19. cap. 8.) cum exprobatione amaritudinis. Vide Pigridiæ.

Pictatium, uide Pittacium, & Pyctatium.

Pictŏr, oris. m. t. uide Pingo.

Pictūră, æ. f. p. dicitur actus uel ars pingendi, aliquando tabula uel alia res picta.

Pictūrātŭs, a. um. o. ſ. (ποίκιλος) uaria pictura exornatus, & acu pictus. Unde picturatus ager floribus dicitur à Stat. & Picturatæ ueſtes, à Verg. 3. Aen.

Picŭs, ci. m. ſ. (δρυοκολάπτης) auis parua uncorum unguium, cauat arbores in quibus pullos educat, & ſcandit in ſubrectum felium modo. Dicta à Pico Saturni filio, qui ei nomen dedit, ut docet Plin. lib. 10. cap. 18. Et quoniam hæc auis Marti ſacra eſt, quandoq́ picus Martius dicitur. Picos etiā Romani ueteres uocabant, quos Græci gryphes. Plautus, Picos diuitijs, qui aureos montes colunt, eos ſolus ſupero.

Piens, (εὐσεβὴς) à pio. as. cum ſignificat piè amo. A quo pientior, pientiſſimus. Piens tamen in uſu non eſt.

Pĭĕtās, atis. f. t. eſt, ut inquit Cic. lib. Artis ueter. per quam ſanguine coniunctis, patriaeq́ beneuolis officiū & diligens tribuitur cultus, Auguſt. ſic: Pietas propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci εὐσέβειαν uocant. Aliter uero Cic. Nō eſt ulla erga Deos pietas niſi honeſta de numine eorū ac mentē opinio, cum expeti nihil ab ijs quod ſit iniuſtum ac inhoneſtum arbitrere. Dicitur etiam pietas, amor filij erga parentes & propinquos, & ciuis erga patriam, quæ communis omniū parens eſt. Eius contrarium eſt impietas.

Pĭgĕr, a. um. o. ſ. ὀκνηρὸς, ἀργός. tardus, cuius cōtrarium eſt impiger pro diligente. ut Pigra familia, apud Plaut. in Moſt. Ponitur aliquando pro lento & minimè fluido. Colum. lib. 2. ca. 2. Nullum enim temerè uidemus locū, qui modò pigrum teneat humorem &c. Hinc pigre, aduerb. Cic. Pigrius intrante fœmina ad pullos. Hinc quoq́ pigritia, ignauia, lentitudo, tarditas. Et pigrities. ei. idem. Et pigredo. inis, pigritudo & pigritas, idem.

Pigrŏr, aris. d. p. Cic. ad Att. lib.14. Tu quæſo quicquid noui, multa autem expecto, ſcribere ne pigrere: id eſt moreris.

Pigrēſco. is. eſt pigrum fieri & lentum. Plin. lib. 18. ca. 2. Mox pigreſcit in uirginē tranſgreſſo.

Pigro. as. a. p. antiquum, detinere, tardare. Actius in Chryſip. Melius pigraſſe quàm properaſſe, eſt nefas. Nonius.

Pigĕt, piguit, & pigitum eſt. μισῶ, ἄχθομαι. Stat. lib. 7. Nec pigitum paruosq́ lares humilesq́ ſubire. imperſonale eſt. Dicitur & pigeo. ges. pigui, & conſtruitur cum accuſatiuo, ſignificatq́ dolere, ſeu moleſtum eſſe. Plau. in Menæc. Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen, niſi piget. Quando uerò imperſonale eſt, conſtruitur cum accuſatiuo & genitiuo, niſi quid loco genitiui ponatur, puta infinitiuus. Plau. Nō dediſſe te, pudet me, quia nō accepi, piget. Inuenitur etiā pigendus, quod eſt à pigeor uerbo deponenti. Differentiā inter pigere & pudere uide in Pudeo.

Pigmentă. orum. n. ſ. φάρμακα. ſunt colores pictorum, & unguēta quibus utūtur puellæ ad uenuſtandam faciē, ut fucus. Plau. in Moſt. Non iſthanc ætatem oportet pigmentū ullum attingere. Per tranſlationem uerò dicuntur mendacia & fraudes; quia eius qui pingitur non eſt naturalis color, ſed artificialis. Cice. 2. de Orator. Quandoque ponitur pro coloribus rhetoricis. Idem de clar. Oratoribus, Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem, & colorem defuiſſe.

Pigmentārĭŭs, rij. n. ſ. (φαρμακοπώλης) qui facit

uel uendit pigmenta. Firmicus: Quicunq; habuerit horoſcopum in parte Libræ uigeſima ſexta, erit pigmentarius, uel rurarius.

Pigmentātŭs, ta. tum. πεφαρμαγμένος. quod eſt pigmentis ornatum.

Pignerator, ris. uide in Pignoro.

Pignŏrātitiŭs, a. um. ὑπόβολος. ex ſupino uerbi pignoro nomen deductum, ſignificat quod pignori datum eſt: ut res pignoratitia. Et pignoratitius uir, cui pignus capere licet.

Pignŏro, ſiue Pignero. ras. aut pigneror. aris, deponentaliter. ἐνεχυριάζομαι. ſignificat rem pignori do. Suet. de Vitellio, Vtq; ex aure matris detractum unionem pignorauerit ad itineris impenſas. Et pignerare ſiue pignerari, eſt quod uulgò dicimus, per executionem capere, hoc eſt pignora capere. Iuuen. Cuius & albeolos & lanam pignorat Atreus. Cic. 14. Philip. Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemq; pignorari ſolet. Hinc pignorator, uerbale, qui pignus accipit. Huius uerbi cōpoſiti ſunt. Oppignoro, & repignoro: de quib. alibi.

Pignŭs, oris. & neris. n. t. à pugno, ut Caius de Verborum ſignific. inquit, in l. plebs. Quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Et eſt propriè quod creditori datur, ut ſit ſecurus. Per tranſlat. dicitur, cum aut munus noſtrū, aut aliquid ſimile, pignus eſſe amoris beneuolentiæq; uolumus. id eſt indiciū uel argumentum certum, ſiue idoneum ſignum. Verg. Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus, Dat iuueni, atq; animum præſenti pignore firmat. id eſt ſecurum facit. Bud. inquit, pignus Latinè id eſſe quòd Græcè hypotheca, quaſi obligationi ſuppoſitū, uel quaſi obſidē debiti ſuppoſitū, quòd Latini pignori opponere dicuntur. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. Teren. in Phorm. Ager oppoſitus eſt pignori ob decē minas. Dicimus Latinè auferre pignus, ponere pignori uel in pignus, opponere pignori, accipere pignori. Coërcere pignoribus captis, dixit Cice. quod nos cogere per bonorū captionē dicimus. Aliquādo pignus ſumitur pro eo, quod deponitur ab iis, qui ſimul decertāt ad ſequeſtrū. Verg. Tu dic, mecū quo pignore certes.

Pigrĕo, gres. ὀκνῶ. piger ſum. à quo pigreſco & pigreſio, idem ſignificantia. uide in Piger.

Pigridiæ. ἄγριαι θρίδακες. ſunt olera amara, quas Hieronymus uocat Lactucas agreſtes. ✱ Melius Picrides. πικρίδες. ob amarorem.

Pigrĭtiă, æ. f. p. ὄκνος. negligentia, ignauia, inertia. Cic. Tuſc. Definiunt pigritiam metum cōſequentis laboris. uide in Piger.

Pigro, gras. & pigror. καρκινῶ. uide in Piger.

Pilă, æ. f. p. ἴγδις. à pinſo, uas cōcauum, quòd antiqui ſiccata frumenta in pilas immiſſa pinſebant ac contundebant. Plini. li. 18. Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter uaſa illa concaua, medicorum uſui apta, in quibus ptiſanæ fieri ſolent, pilæ dicuntur: mortaria etiam dicuntur. Item pila, eſt columna ſtans, quàm Græci στήλην uocant à ſtando. Apul. 1. Metam. Pila media, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Et in hoc ſignificatu prima producitur. Pilæ etiam ſunt opera informia, quæ in aqua conſtruuntur, cuiuſmodi magnifica Cenuæ uiſitur, molem uulgò appellant, de quorum conſtructione uide Vitru. li. 5. Item pilā σφαῖρα. priore correpta eſt qua luditur, ab πάλλω, ex quo, quòd forma ſphærica ſit, quæ omni ex parte æqua eſt: uel à pilo, quòd pilis impleri ſoleat. De quatuor pilarum generibus uide Sipontinum in Cornucopiæ. Item pila capitur pro quacunq; re rotunda, inſtar pilæ luſoriæ.

Pilāni, orum. m. ſ. dicti ſunt milites, qui pilis pugnabant, qui antea Primipilares. πρωτοπῖλαι. uocabantur, mutata n in r.

Pilārii, orum. m. ſ. dicuntur præſtigiatores, qui leui agitatione pilulas, ſeu paruas pilas uidētur emittere, aut in uas iniicere, cum ſecus faciant. Quint. li. 10. ca. 7. Quo ſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quæ emiſerint, ultrò uenire in manus credas, & qua iubentur decurrere.

Pilates, genus lapidis candidiſſimi. Cato.

Pilātim, (κατὰ στήλας) aduerbium, à pila pro columna, ſignificat per pilas. Vitruuius: Pilatim ſtruuntur ædificia.

Pilātŭs, a. um. o. ſ. ἐφωπλισμένος. pilo armatus. Mar. 10. Et pilata redit iāq; ſubitq; cohors.

Pileātŭs, a. um. πιλίον ἔχων. qui pileo indutus eſt. Liu. 4. Bel. Puni. Pileati, aut lana albatis capitibus uolones epulati ſunt. Vnde ſerui pileati, qui pileo impoſito uendebantur. Gell. lib. 7. cap. 4.

Pilentŭm,

Pilentum,ti.n.ſ. πιλέντον, ὄχημα. uehiculi genus,quo matronæ uectantur,ita libratum,ut conſidentes in puluinis, in aëre ſuſpenſæ agitari uideantur. Verg.Caſtæ ducebant ſacra per urbem Pilentis matres in mollibus, id eſt penſilibus.

Pileolus,& Pileolum.πιλίδιον. dimin.à Pileus. Horat.Vt cum pileolo ſoleas cõuiua tribulis.

Pileus,ei.m.ſ.πῖλος,πιλίον. tegmẽ capitis,quod & pileum dicitur. Perſius: Hanc nobis pilea donant.Ponitur quandoq; pileus pro libertate.Vnde legimus apud hiſtoricos, ad pileum ſeruos fuiſſe uocatos,quod ſignificat ad libertatẽ,cuius inſigne eſt pileus.Suet.in Tib.Seruisq; ad pileum fruſtra uocatis,in Siciliã profugit.Accipiebant enim ſerui pileum raſo capite,qui manumittebantur.Plaut. Amph.Vt ego hodie raſo capite caluus accipiã pileum.

Pilo,las.n.p.τριχόω.pen.cor.à pilus,qui in carne eſt,ſignificat pilos emitto. Actius:Tunc primum pilabant genæ. Interdum eſt pilos detrahere.ἀποτριχόω.Mart.Quòd pectus,quòd crura pilas.Hinc depilo.

Pilo,las.a.p.πιλόω.pen.prod.Græcum eſt,& ſignificat complano.A quo ſunt compoſita,cõpilo,expilo,oppilo & ſuppilo.

Pilula,æ.f.p.σφαιρίδιον.quaſi parua pila, globulus,ac ſphæricum quiddam & rotundum: Plin.lib.16.cap.7.Naſcuntur in eo pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes floſculos molles,lucernarũ luminibus aptos.Et ea uenena, ſiue pharmaca, quæ hac forma ſumimus,uulgò pilulas nominamus.

Pilum,li.n.ſ.ξυρὸς.nouacula,culter raſorius.

Pilus,li.m.ſ.θρίξ. generalius eſt quàm capillus. Capillus enim de ijs tantũ dicitur,qui caput ueſtiunt: Pilus uerò omniũ partium corporis communis eſt.Plin. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. Solet tamen hæc differentia confundi,quoniã Gell. Capillum pro pilo hœdino dixit lib.12.ca.1.Pili lõgiores ac proni in colla, atque armos ueſtientes,iubæ dicuntur:Pili uerò craſſiores,rigidi, quales habent ſues,uocantur ſetæ.Hinc piloſus adiectiuum,id eſt pilis abundans.

Pilus.πῖλος,ὑσσὸς.prima prod. quod & pilum dicitur,telum Romanum, à perimendo dictum, quaſi perillum,ut inquit Varr. Huius haſtile erat pedum quinq; & ſemis, & ferreum trigonali figura nouem unciarũ. Plau.Curc.Quia ex te hodie faciam pilum catapultariũ. Hinc primipilus.πρωτόπιλος.et præpilatæ haſtæ.Propilatum, præferratũ pilum, de quibus infrà. Præterea pilus,ſiue pilum.ὕπερος. à pinſendo, ſeu(iuxta Seruium) à pilumno, inſtrumentũ quo quippiam in mortario teritur.

Pinacotheca,æ.f.p. locus eſt in quo tabulæ pictæ,argentũ cælatum,ſtragula ueſtis,ſigna et nihil ornamenta reponuntur.

Pinaſter,ſtri.m.ſ.πίτυς ἀγρία. pinus ſylueſtris, miræ altitudinis.Plin.libro 15.ca.10.Pinaſter aliud eſt,quàm pinus ſylueſtris.

Pindo,dis.pindi,pinſum.μάσσω.idem quod pinſo. Inde pinſor, qui nunc piſtor dicitur.nam erat utriuſq; rei artifex. hoc eſt qui frumenta pinſebat,& qui panes coquebat.

Pinetum,ti.n.ſ.πιτυὼν,locus pinis conſitus.

Pineus,a.um.πιτυινὸς. quod eſt natum ex pinu.

Pingo,gis.xi.ctum.a.t.γράφω. Pingere eſt formã alicus rei ductis lineis repræſentare.Hinc Pictor.ζωγράφος.qui aliquid pingit.Et Pictura.γραφική.ars pingendi.Pingere humum uarijs floribus,eſt uerſicolorem florum uarietatem humo aſpergere.Plau.Stich.Agè tu ocyus pinge humum,conſperge ante ædes. Ponitur aliquãdo pro deſcribere.Cic. Bibliothecã mihi tui pinxerunt conſtructione. Hinc Pictus aliquando participium.Plau.in Menæch. Tabulã pictam in pariete.Aliquando nomen, id eſt ornatus.Cic. De clar.Orat.Quo nihil poteſt eſſe pictius. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Depingo.διαγράφω, διατυπόω. quod eſt pingendo deſcribo,denuncio,demonſtro. Teren. Phorm.Probè horum facta imprudens depinxit.id eſt,elocutus eſt. Expingo, ſicut pingo. Plin.Pericula expingimus,ne quis miretur & rogos pingi.Cõpingo,& Impingo, de quibus

Pinguetudo,& pinguedo.inis.f.t.λιπαρότης (alibi. ... ρια,παχύτης.licet Seru.Latinum eſſe neget, à doctiſſimis tamen uſurpantur.Plinius: Omni pinguedine detracta in olla caro decoquitur. Varro 3.De re Ruſtica, capite 9. Et lux pinguetudini inimica.

Pinguefacio,cis.παχύνω. ſignificationis actiuæ eſt,Pinguefio paſſiuæ.Plini.libro 16.capi.44. Dein ea pinguefacit.

Pin-

Pingueſco, ſcis. n. t. παχύνομαι. à pingueo, gues ſit, id eſt pinguis fio. Columel. libro 1. Omne emaciatum armentum medica pingueſcit, id eſt pingue fit.

Pinguiarius, a. um. o. ſ. qui pinguia amat. Mart. li. 11. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

Pinguis, gue om. t. opimus, craſſus, rudis: cõtrarium macro (παχύς, λιπαρός.) Aliquando ponitur pro fœcundo. γόνιμος. Vergilius: Et pingues hortos. Aliquando pro impedito, & inepto. Cice. lib. 4. Acad. Quod ipſi Antiocho pingue uidetur, & ſibijpſi contrarium. Pingue. λιπαρὸς, πιμελή. ſubſtantiuum neutri generis dicitur, quod inter carnem et cutem eſt, ſucco liquidum. Vergil. 3. Geor. Et omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. Hinc pinguiter, aduerbium craſſè, & compoſitum præpinguis. ὑπέρπαχυς. quod eſt ualde pinguis. Columel. libro. 4. A pinguis fit impinguo, impinguas. πιαίνω.

Pinna, æ. f. p. πτέρυξ. proprie penna eſt, quæ pluma. id eſt mollior, & exigua penna non eſt. nam penna, nomen generale eſt ad plumas & pinnas. Var. li. 3. de re Ruſt. ca. 7. de columbis: Qui jam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur illiſis cruribus. Pinna etiam omne acutum ſignificat. Vnde & pinnæ murorum. ἐπάλξεις. id eſt ſummitates. Liui. 10. belli Macedo. Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant. Vnde pinnirapi retiarij dicuntur, quòd pinnas è galeis mirmillionum iacto rete exciperent. Sunt etiam pinnæ, quibus innatant piſces, & quarum adminiculis, ueluti remis in natando utuntur. Pinna præterea eſt conchæ genus. πίννα. Naſcitur in limoſis, ſubrecta ſemper, nec unquam ſine comite, quem pinnotherem, alij pinnophylacem uocant, qui cum pinna quærendæ eſcæ cauſa ſocietatẽ init. Plin. lib. 9. cap. 42.

Pinnaculum. ἔπαλξις, πτερύγιον ἀκρωτήριον. faſtigium, & ſummitas ædificij in acumen tendentis. Siue quòd Veteres pinnam acutum dicebant. Vnde bipennis, ſecuris quæ utrinq; aciẽ habet, ſiue quòd pinnaculis addi pina conſueuit, quæ facili motu uentorum indicet flatum, quod genus nunc penniculum dicitur.

Pinnatus, a. um. quod pinnas habet. πτερωτός. ut pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Pinnata folia, dicuntur pinnarum modo conciſa. Plin. lib. 16. cap. 10.

Pinnirapus, pi. m. ſ. πτερυγοκλάδος. pen. cor. gladiator. Compoſitum nomẽ ex duobus corruptis, ſcilicet pinna & rapio. Vide Pinna.

Pinnother, genus piſcis. Vide Pinna.

Pinnula, æ. f. p. λοβὸς. dimin à pinna, & eſt ſumma pars auris: ab acuitate dicta. Vide etiam Pinna, cum qua eiuſdem eſt ſignificatus.

Pinſito, tas. ἀναμάττω. frequentatiuum, à pinſo. ſis. Plautus in Aſin. Qui polentam pinſitant: id eſt, contundunt. aliàs pranſitant.

Pinſo, ſis. ſui. piſtum & pinſum. apud Vitruuiũ ſæpius teſte Budæo, & pinſitum apud Colu. μάσσω. pila tundo, uel molis frango. Columel. lib. 2. cap. 9. Panicum pinſitum, & euolutum furfure, ſeu milium quoq; pultem, quauis inopia maximè cum lacte nõ faſtidiendam præbet. Pomponius: Quum neq; molis molui, neq; palmis pinſui. Vnde Pinſor, quem nunc piſtorem dicimus. Vide Pindo.

Pinſo, ſas. (φύρω, μάσσω) in eodem ſenſu quo pinſo. ſis. Varro libro 1. De re Ruſt. Promendo diem, ut in piſtrino pinſetur ac torreatur. id eſt, tundatur uel frangatur.

Pinus, arbor. πίτυς. tam maſculini quàm fœminini generis, et tam quartæ quàm ſecundæ declinationis, quæ & pinea dicitur. Hinc Pinifer, adiect. Vergil. 10. Aneid. Multos Veſulus quẽ pinifer annos Defendit. id eſt in quo creſcunt pinus. De pinu uide Plinium lib. 16. cap. 10. Dioſc. lib. 1. cap. 86.

Pipare, (πιπίζειν) dicuntur gallinæ, cum uoces emittunt, ſcilicet quum faciunt pipi. Varro in Originib. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.

Piper, eris. n. t. πέπερι. nomen arboris, cuius fructus condimentis aptus & calidus, ex Arabia ad nos adfertur. Perſius: Rugoſumq; piper. Dicitur & piperi inuariabile, ſicut gummi, nauci, mancipi. Plin. lib. 12. cap. 7. Hinc Piperatus adiectiuum: ut, Piperatum uinum, (πεπερίτης) quod pipere & melle conditum eſt. Et piperatum acetum, apud Columellam, lib. 12. cap. 47.

Piperites, (πιπερίτης) penult. product. herba, quæ & ſiliquaſtrum dicitur, caule rubro & longo, denſis geniculis, folijs lauri, guſtu piperis.

uide

uide Plin.lib.19.cap.17.

*Pipilo,as.*paſſeris eſt, Catullus: Ad ſolum dominum uſq; pipilabat.

Pipio,pis.n. q. (πιππίζειν) proprium eſt uocis pullorum.Colum.lib.8.ca.5.Die undeuiceſimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint,auſcultet ſi pipiant. Sunt etiam qui hoc uerbum paſſeribus tribuant, ut in carmine quod Ouidio aſcribitur: Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.

*Pipiōnēs,um.m.t.*πιππίζοντες.columbarum pulli,ut eſt apud Lamprid.in Alexandri uita.

*Pipŭlŭm,li.n.ſ.*conuitium,tractum à pipatu pullorum.Plau.in Aulul. Ita me dij bene ament Lauerna,te iam,niſi reddi uaſa mihi iubes,pipulo hic differam ante ædes. Nonius.

*Pīrātă,tæ.m.p.*πειρατὴς.nomen latronis,qui primus mare infeſtauit, à quo omnes ſpoliatores & prædones piratæ dicti ſunt. Alij piratam à περάω,tranſeo deducunt, quia ſcilicet ex trāſuerſo ſimul ac piratæ uiderent inſulā, in eam tranſeundo mare impetum facientes, illam deprædabantur. Vel quod piratæ ſemper mare permeant. πειρατὴς Græcè, Latinè prædo.

*Pīrātĭcăm facere,*dicuntur prædones. Nam Piratica ſubſtantiuum,eſt ars ipſa. Cicero poſt Reditum in ſenatu: Profectò & egeſtate & improbitate coactus, piraticam ipſe feciſſet. Hinc Piraticus,adiect.quod ad piratā pertinet: ut Piraticum bellum.Idem.

*Pīrātērĭŭm,rij.n.ſ.*πειρατήριον. habitaculum piratarum eſt.

*Piſcārī,d.p.*eſt piſces uenari.ἁλιεύειν,γριπεύειν. Ex quo fit compoſitum expiſcor,de quo alibi.

*Piſcārĭă,riæ.f.p.*locus ubi piſces uendūtur.ἰχθυοπωλεῖον.Varr.Nullus in piſcaria piſcis erat.

*Piſcārĭŭs,a.um.*idem quod piſcatorius(ἁλιευτικός)ut,Hamus piſcarius.Plau.in Stich.

*Piſcārĭŭs,rij.n.ſ.*ſubſtantiuum, qui piſces uendit.ἰχθυοπώλης.Var.Inter piſcarios nemo uēdebat.

*Piſcātŏr,oris.m.t.*uerbale,qui piſcatur. Et piſcatrix,fœm.generis:ut, Piſcatrix rana,Plinius libro 9.cap.42.

*Piſcātōrĭŭs,a.um.*quod ad piſcatorem pertinet: ut Nauis piſcatoria,apud Cæſ.1.Bel.Ciuil.

*Piſcātŭs, tus.m.q.*γριπεία,ἁλιεία. ipſa piſcatio & actus piſcandi.Plinius:Quos uenatus, aucupia,piſcatuſq; alebant.

*Piſcīnă,arum.f.p.*ἰχθυοτροφεῖα,κολυμβῆθραι.uiuariæ,lacus & ſtagna ab initio dicta ſunt, in quibus uiui piſces coërcentur.Varr.li.3.de re Ruſt.Piſcinas uoco eas,quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad uillam. Sed quoniam in piſcinis natare etiam ſolebant,inualuit conſuetudo, ut omnes in hunc uſum collectæ aquæ ad natandum,ſiue frigidæ ſiue calidæ, piſcinæ dicantur,uidētur'q; à piſcibus dici,quamuis in his nihil piſcium ſit. Cicero: Latiorem,inquit,piſcinam uoluiſſem,ubi iactata brachia nō offenderentur. Quin etiam uaſa lignea ampliora ad tuendam aquam, piſcinæ uocantur.Plinius:Decoquitur in aqua, & in piſcinas ligneas funditur.

*Piſcīnālis,& hoc le.om.t.*ἰχθυικόν. quod eſt piſcis,uel quod ad piſces pertinet.Vnde piſcinalēs cellæ apud Palladium.

Piſcīnārĭŭs,rij.m.ſ. ἰχθυοτροφεῖα κεκτημένος.qui piſcinas piſcibus refertas habet,uel qui piſcibus delectatur.Vnde Cice.ad Att.li.1. Lucullum & Hortenſium piſcinarios appellat.

*Piſcis,is.m.t.*ἰχθύς.animal quod in aquis degit, & propriè quod tegitur ſquamis, ut ex Plin. apparet lib.9.ca.12. Reliqua in aquis degentia aquatilia dicuntur. Piſces pluraliter pro ſigno cœleſti. A piſcis,fit piſculus.ἰχθύδιον. diminutiuum,apud Terent.in Andria.

*Piſcōſŭs.ſa.ſum.*locus piſcib. plenus, & in quo piſcari facile eſt.ἰχθυώδης.Ouid.3.Faſt.Eſt prope piſcoſos lapidoſi Orathidis amnes.

Piſcŭlēntŭs locus. ἰχθυώδης. ubi multi piſces morantur,& in quo eſt facilè piſcari. Cat.Fluuium magnum,pulchrum,piſculentum.

*Piſŏr,oris.m.t.*à piſendo dicitur.Vnde piſores, ſiue piſtores.τρίπτορες.Veteres dicebant, tam eos qui frumenta piſebant, id eſt tundebant, quàm qui panes coquebant.

Piſo,is.piſi,piſere.n.t. Budæo ſignificare uidetur,quod Græcis πτίσσειν,hoc eſt purgare, decorticare,quod piſendo fit in hordeo, & alijs frugibus.Plin.lib.18.ca.10.Vt niſi intenti piſant,concidantur grana.Var.de re Ruſt. Alij ficum & uuam paſſam cum piſerunt, affundunt ſapam.Piſo.as.idem.Varro 1.de re Ruſtica,ca.16.Niſi piſetur,ac torreatur.

*Piſăſphăltŭs.*πισάσφαλτος.pix mixta bitumini quæ in Apolloniatarum agro reperitur.

Piſſe-

Piſſelæŏn.πισσέλαιον.oleum quod ex pice ſit.

Piſſŏcērŏn,(πισσόκηρον)eſt melliginis genus ex cera & pice,ſiue gummi,ſiue reſina mixtum. Plin.lib.11.cap.7.

Piſtăcĭŭm,cij.n.ſ.nucis genus. Plin.lib.13.ca.5. In nucum genere piſtacia nota.Vulgus pharmacopolarum uocat phiſticorum.

Piſtilĭŭm,li .n.ſ. ὕπερος. ſine r, inſtrumentum quo in mortario quidpiam tunditur. Plautus in Aulul.Piſtillum,mortarium.

Piſtŏr,oris.m.t.à pinſo.is.qui frumenta in pilis pinſit.nunc autem dicitur, qui panem coquit ſeu facit.(ἀρτοποιός)Plin.lib.18.ca.11.Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſq; bellum. Atteius Capito piſtores tantum eos qui far pinſebant,nominatos eſſe tradit,eoſq; coquere ſolitos panem toſtum lautioribus.Piſtorem ergo & coquum eoſdem apud Antiquos fuiſſe accipiendum eſt.

Piſtōrĭcŭs,a.um.idē quod piſtorius.ἀρτοποιϊκός. Vnde Iureconſultus Operas piſtoricas dixit.

Piſtōrĭŭs,a.um.quod ad piſtorem pertinet.σιτοποιϊκός.ut Ars piſtoria.

Piſtrillă,læ.χειρομύλιον. diminutiuū à piſtrino, ſecundum Priſcianum.Nam diminutiua quādoque diuerſa ſunt à genere nominum primæ poſitionis,ſicut à ſcuto ſcutella. At Donatus à piſtrina deducit,& ſumitur pro molendino à manib.Tere. Apud ipſum lacū eſt piſtrilla.

Piſtrīnēnſis, & hoc ſe.om.t.quod ad piſtrinum pertinet, (μυλικός.) molas piſtrenſes, & piſtrinenſe contubernium.

Piſtrīnŭm,ni.n.ſ.& piſtrina næ.μύλων,ἀλφιτεῖον.penult.pro.locus in quo pinſitur, & panis fit. Quandoq; etiam capitur pro laborioſo ſeruitio:tractum à ſeruis,qui ob noxam à dominis in piſtrinum truduntur.Plin.lib.18.ca.9.piſtrina fœminino genere utitur,E ſiligine, inquit,laudatiſſimus panis,piſtrinarumq; opera laudatiſſima.

Piſtrīx,f.t. mulier quæ panē coquit. ἡ σιτοποιός.

Piſtūră,æ.f.p.ars pinſendi.σιτοποιϊκή.

Pĭsŭm,ſi.n.ſ.πίσιθος.genus leguminis,cuius cau les ſparguntur in terrā, niſi habeant adminicula.Colum.lib.2.Similis quoq; ratio eſt piſi, quod tum facilem et ſolutam terrā deſiderat.

Pĭthēcī,orum.m.ſ.ſunt ſimij,àquib. inſulæ ubi eorum eſt maxima copia, Pithecinæ ſiue Pithecuſæ dictæ ſunt.

Pĭthēcĭŭm,deformem mulierem uocat Plaut. in Mil.Pithecium,inquit,hæc eſt præ illa.

Pĭthŏdĭcŭs,à pitho uaſe,dicitur uaſcularius.

Pĭtĭſſo,ſas.ἀπογεύομαι.parum uini paulatim,& quaſi tentandi gratia guſto.Terent.in Heaut. Nam ut alia omittam, pitiſſando modo mihi Quid uini abſumpſit?

Pĭtpĭt,Oſcorum lingua pro quicquid.

Pĭtăcĭŭm,cij.n.ſ.apud Celſum lib.2.ca.10.accipitur pro modico panno, qui aliquo medicamento illitus, modò præcordijs, modò capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandū cruciatū. Apud Liberi. ponitur pro uelamento,ſeu ornatu tunicæ, & quidam à pictura deriuant.

Pĭtŭītă,æ.f.p.pen.cor.morbus ex catarrho proueniens,ſiue humor eſt ex capite redundans, qui ex ore,& præcipuè naribus effluit, Græcè φλέγμα dicitur.Horat.in Serm. Lenta feret pituita,uides, ut pallidus omnis? Pituita etiam in gallinis dicitur, apud Colum. lib. 9.& in arboribus apud Pliniū libr.17.cap.27. Hinc pituitoſus. φλεγματώδης. & phlegmaticus qui pituita abundat.

Pĭtŭītārĭă,riæ.herba, quæ & aſtaphiſagria dicitur, hoc eſt, uua agreſtis. dicta pituitaria, quòd pituitam oris ſiccet, ſed tamen fauces lædat.Plin.23.cap.1.

Pĭtylĭſma,uide Pityſma.

Pĭtyŏcāmpă,arum.f.p.πιτυοκάμπαι. uermes è pinu arbore naſcentes, morſu uenenato, nec diſſimili à bupreſtis morſu.Plin.lib.23.cap.2. Vſus contra cantharidas,bupreſtin, pinorum erucas,quas pityocāpas uocant.πίτυς pinus,& κάμπη eruca, uermiculus q olera depaſcitur.

Pĭtyŏnīcēs,(πιτυονίκης)dicitur qui eſt uictor in ludis Græciæ,in quib.uictores donabatur pinu,qui in Archemori honorem celebrabātur.

Pĭtyrŏn.πίτυρον. Latini furfurem dicunt.Vnde pityrij panes,furfurei:quorum meminit Galenus libro.1.De alimentis.

Pĭtylĭſmă,matis.n.t. πιτύλισμα.genus exercitationis,de quo uide Polit.in Miſcel.cap.58.

Pĭŭs,a.um.εὐλαβής, εὐσεβής,ὅσιος.quandoq; religioſum ſignificat, qui Deum colit, qui Deo fidens uiuit ſecundum præcepta ipſius. Vergilius:Dij meliora pijs. Quandoq; miſericordem,benignum. Cicero:Non ſecus in me pius,

us, quàm pater in filios. Quandoq; caſtum. Quintil. Et pios amores ac pudicos. Hinc piè aduerbium, id eſt religioſe, & cum maxima in Deum fiducia. Huius contrarium eſt impius.

Pix, icis. f. t. πίσσα. eſt, quæ fit ex arborum reſinis ad ignem decoctis. Reſina uerò, eſt liquor craſſus ex arboribus fluens, & ſæpe ſua ſponte ſiccatus ad ſolem. Pix liquida, coquitur ad nauium, & ad multos alios uſus. Plinius libr. 14. Pix in Italia ad uaſa uino condendo maxime probatur Brutia, & picea reſina. Hinc pico. as. de quo ſuprà uide in Picea. Hinc piceatus, adiectiuum, quod eſt pice illitum. Martialis libro 8. Non fuit Autolici tam piceata manus.

P ANTE L.

Plăcăs, Græci uocant cruſtas, maſſasq; auri, in tabellæ formã congeſtas. Tabulæ à Græcis πλάκες dicuntur. Vide plancæ.

Plăcēntă, æ. f. p. libum farinaceum, quod fit ex farina ſiliginea, caſeo, melle. Dicta quòd nobis placeat, uel quòd ea ſolerent deos placare. Vel dicitur à Græco πλακοῦς.

Plăcĕo, ces. cui. citum. ἀρέσκω. Placere eſt gratum eſſe. Cuius contrarium eſt diſplicere. Cic. pro Domo ſua: Nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantijs diſpliceret? Placet ferè in tertijs perſonis ponitur pro uidetur, cenſet, eſt eius opinionis. Cic. in Diuin. Vt doctiſsimis ſapientiſſimisq; placuit. Aliquando efferri, gloriari, & confidere. ἐγκαλλωπίζεσθαι, εὐδοκεῖν. Quin. Placeas licet tibi opum tuarum fiducia dices, ſi mihi idem inuidere non expedit, pares ſumus. Hinc placito. as. frequent. Plautus in Bacch. Neq; placitant mores. Placendus, adiectiuum nomen à placeo uſurpauit Plautus in Trin. Si illa inquit, tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi. id eſt, debet placere, & accepta eſſe tibi. Hinc etiam cõplaceo, quod ſignificat etiam placeo. Terent. in And. Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi. Diſpliceo. ἀπαρέσκω. non placeo. Idem in Heaut. Heu heu quàm ego nunc totus diſpliceo tibi. Perplaceo, ualde placeo. Idem ibidem, Perplacet. Habetq; imperſonale paſſiuæ uocis.

Plăcĭdo, as. a. p. ἡμερόω, τιθασσεύω. placitum ſeu placatum facio.

Plăcĭdŭs, a. um. ἀρεστὸς, θυμήρης, ἥμερος. mitis, ſedatus, quòd illa quæ quieta ſunt, omnib. placent. Hinc placiditas. εὐαρέστησις, πραότης. Placidè, aduerbium, quietè, ſine tumultu.

Plăcĭtŭm, ti. n. ſ. nomẽ. ἀρεστὸν, ἀρεσκόμενον, δόγμα. ſignificat conſenſum, & ueluti pactione firmatum, hoc eſt decretum: quòd quæ decreta ſunt, ea ſic ſenatui uel maioribus placuiſſe (uidētur.

Plăcĭtŭs, a. um. participiũ. ἀρεστόν. quod placuit. Teren. Vbi ſunt cognitæ, placitæ (ſunt.

Plāco, as. a. p. ἀρέσκομαι. cũ accuſatiuo. et ἐξαρέσκομαι, ἱλάσκομαι. mitem, placidum facio, propitio, ſedò, tranquilliorem reddo. Inde placabilis, propitiabilis, ſiue quod facilè placatur: cui contrarium eſt irritabilis. Et placabilitas, placamen, & placamentum, id eſt quo quis placatur. Et placatio uerbale. Cic. 4. Tuſcul. Perturbatio animi placatione abluatur. Et placatus, aliquando participiũ, aliquando nomen. Huius uerbi compoſitũ eſt, Complaceo. ἐξιλάσκομαι. pen. pro. Gell. Conciliare ſibi atq; complacare iudices debent.

Plācŏr, oris. εὐαρέστησις. placabilitas ipſa.

Plērŭſquĕ, raq;. runq;. πολύς. Vnde in nominatiuo tam ſingulari, quàm plurali pleráq; penult. corripitur, in ablatiuo producitur. Hor. in Epiſt. Si quædã nimis antiquè, ſi pleraq; durè. Idem: Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat. Pleriq; modò capitur pro eo quod eſt plures, uel maxima ex parte. Sall. Pleroſq; ſenectus diſſoluit, niſi qui ferro aut beſtijs interiere. Modò pro eo quod eſt nõnulli. Quint. Videas pleroſq; ira percitos, id eſt nõnullos. Hinc deducitur aduerbium plerũq; quod dupliciter ſumi poteſt. Vno modo pro eo quod eſt, ferè ſemper. Terent. And. Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat. Alio modo, ſed rariſsimè, pro eo quod eſt nonnunquã. Quint. Excuſſa ſunt plerunq; uitia uerberibus. Dicimus quoq; Plerunq; omnes, ut pleriq; omnes. Plautus in Trinum. Ita plerunq; omnes iam ſunt intermortui. Inuenitur etiã Plerus ſine adiectione. Pacuui. Periere Danai, plera pars peſſundata eſt.

Plāgă. æ. f. p. percuſſio, uulnus, uerber. Vergil. Plagisq; peremptũ Tunſa per integrã ſoluuntur

tur uiſcera pellem. Ponitur etiam plaga pro inciſione arboris. Plin. lib. 21. cap. 15. Succus à plaga manat. Aliquando plagæ, retia dicuntur rariora, ad capiendas feras. ἄρκυς. quòd plagis, id eſt foraminibus, plena ſint. Verg.
» Retia rara plagæ, lato uenabula ferro. Vbi Seruius ſcribit plagas propriè illos funes dici, quibus retia tendũtur circa imam & ſummam partem. Hac in ſignificatione dicimus incidere in plagas, pro eo, quod eſt incidere in periculum. Cic. in Ver. In illas plagas incidendum eſt. Rurſus cœli uel terræ ſpacium ampliſsimum (quod etiam tractus, & κλίμα à
» Græcis dicitur) plaga appellatur. Verg. lib. 7.
» In medio dirimit plaga ſolis iniqui. Item grande linteum tegmen, quod uocant lecticariam ſindonem, uel torale. Varro de uita populi Romani, Chlamydes, plagæ, uela, uaſa aurea. Et habet primam correptam, niſi cum ſignificat uulnus, quòd Græcè dicitur πληγή. Ouid.
» de Triſt. Non habet in nobis iam noua plaga
» locum. Huius dimin. eſt plagula, id eſt parua plaga. Eſt & plagula ſtragulum. Plin. lib. 13. cap. 12. Premuntur deinde prælis, & ſiccantur in ſole plagulæ, atq; inter ſe iunguntur. ita legit Budæus.

Plăgĭārĭŭs, rĳ. m. ſ. (πλήκτης) qui plagas, id eſt uulnera infert. Idem & ἀνδραποδιστὴς, qui hominem, quem ſcit liberum eſſe, emit, uendit úe, aut pro ſeruo tenet. Item qui ſeruo aut ſeruæ perſuadet, ut à domino domina úe fugiat, uel eum eam úe inuito uel inſciente domino celat, & uinctum habet. Dictus plagiarius, quòd lege Flauia plagis damnatus eſſet. Lex ipſa, plagiaria: crimen, plagiarium ſiue plagium uocatur.

Plăgĭātŏr, oris. m. t. idem quod plagiarius.

Plăgĭgĕr, a. um. o. ſ. (πληγοφόρος) pen. cor. quaſi genitus ad plagas. Plautus in Pſeud. Plagigera genera hominum.

Plăgĭōsŭs, ſi. m. ſ. dicitur Grammaticus, ludimagiſter, quòd plagas inferat. Item qui ſuauitate uerborum retrahit à propoſita uirtute.

Plăgōsŭs, a. um. o. ſ. (πληγώδης) plenus plagis. Vt plagoſa crura, apud Apul. ab Horat. Plagoſus, qui ſæpe plagas infert.

Plăncæ, arum. ſ. p. (πλάδιον) tabulæ planæ, à planitie ita appellatæ. Plin. lib. 8. ca. 42. Nec pontes aſini tranſeunt, per raritatem plancarum tranſlucentibus fluuijs. uide Placas.

Plānci, orum. m. ſ. (στεγανόποδες) qui ſupra modum pedibus plani ſunt, id eſt qui pedes imos graciles habent, planosq; æqualiter, quaſi tabellas, quæ plancæ uocãtur. Plin. lib. 11. ca. 45. Vola homini tantũ, exceptis quibuſdã: nanq; & hinc cognomina inuenta Plauti, Planci, qui etiam Ploti dicuntur. Vnde poëta primò Plotus, deinde Plautus, propter huiuſmodi pedes, eſt dictus.

Plānctŭs, ctus. m. q. nomen, luctus: ut, Conuertiſti planctum in gaudium. Ponitur etiam pro
» percuſſione. Sili. Liuentia planctu Brachia.

Plānē, (ἀκριβῶς, πάντως) aduer. id eſt clarè, apertè, certè. Teren. in Heaut. Sed te miror, qui alia tam planè ſcias. Aliquando clarè, apertè, manifeſtè. Plaut. in Menæch. Non potuit paucis plura planè proloqui. Quandoq; omnino, funditus, penitus. Cice. Trebat. Quare ſi planè à nobis deficis, moleſtè fero.

Plănētæ, arum. m. p. (πλανῆται) ab errore dicti ſunt. id eſt erratici et uagi. Latini ab inceſſu uocant errantia ſydera, & erraticas ſtellas. Nigidius errones appellat. Nam (ut ait Seruius) interdum in Auſtrũ, interdum in Septentrionem, plerunq; contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Sunt autem ſeptem planetæ, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Quinq; contra mundũ ferũtur, & cũ mundo quãdoq; retrogradi ſunt. Sol uerò & Luna ſemper contra mundum.

Plăngo, gis. xi. ctum. a. t. fleo, (κόπτομαι.) Et planctus propriè uocum, ploratus tantum lachrymarum, fletus ad utrunq; pertinet. Sed confunduntur plerunq;. Aliquando percutere. Lucilius: Plangũt littora fluctus. Hinc Planctus, & Plangor, pro percuſſione. Silius: Liuentia planctu brachia. Ponitur quandoq; plãgor pro uociferatione. Cic. 2. Philip. Cum diadema imponebas cum plangore populi.

Plānĭdŭs, a. um. o. ſ. idem eſt quod planus. ἰσόπεδος, ὁμαλός. Colum. lib. 3. Curamq; adhibeto, ut à ſuperiore, & ſicciore, & exiliore, in planidiorem, humidiorem, pinguiorem agrum transferas. Planiorem alij legunt.

Plānĭpēs, edis. com. t. qui pedes planos habet. στεγανόπους. Diomedes ſcribit planipedẽ Græcè

μίμον

μίμου ſignificare. Vnde comœdiæ ſiue fabulæ genus dicitur planipedia, ubi nullo procedebatur cultu, quòd actores pedibus planis, id eſt nudis, proſcenia introirẽt, nõ ut tragici actores cum cothurnis, neq; ut comici cum ſoccis.

Plānĭtĭēs, ei. f. q. æqualitas loci, (ὁμαλότης, πεδίον.)

Plānĭtūdo, inis. f.t. idem quod planities. ὁμαλία.

Plāntă, æ. f.p. (ταρσὸς, φύτευμα) cum de pedibus dicitur, ſignificat totam partem inferiorem, digitosq; & ungues. Si uero de arboribus, ea eſt quæ transferendi gratia, uel de arboribus rapta, uel ex ſeminibus eſt orta. Et de herbis quoq; dicitur.

Plāntāgo, iginis. f.t. (ἀρνόγλωσσον) herba, cuius duo ſunt genera, ſcilicet maior & minor. Plinius lib. 25. cap. 8.

Plāntārĭă, orum. n. ſ. (φυτευτήρια) ipſæ plantæ in terra natæ, quæ cum radicibus transferuntur de uno loco in alium. Plantaria, etiam dicuntur plantarum loca. Plin. lib. 17. Quædam in plantario inſita, eodem die transferuntur.

Plāntārĭs, & hoc re. om. t. (πτερωτὰ πέδιλα) quod eſt plantæ pedis. Stat. 1. Theb. Summa pedum properè plantaribus alligat alis.

Plāntārĭŭs, a. um. quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum ut plantetur. φυτευτήριος: ut, Plantaria arbuſcula. Colum. lib. 6.

Plāntĭgĕr, a. um. o. ſ. plantas gerens. φυτοφόρος. Vnde plantigeræ arbores, quæ ex ſeſe pullulando plantas emittunt.

Plānto, tas. n.p. φυτεύω. notæ ſignificationis: ut, Homo quidam plantauit uineam. Hinc plantatio, uerbale. & compoſita, deplanto, quod eſt contrarium ſuo ſimplici. nam deplantare ſignificat, quod plantatũ erat euellere. ἀποφυτεύειν. Plin. Leui aura ocyſſime deplantãtur. Explanto, ſignificat ſicut deplanto. Colum. lib. 6. Antequam explantes arbuſculam. Supplãto, ſubtus planto, de quo alibi.

Plānŭlă, æ. f. p. ἐγκοπεύς. à complanando dicta eſt, pro inſtrumento fabrili, quo aſſamenta leuigantur & poliuntur. Nam dolabra idem uidetur eſſe quod aſcia, ut inquit Donatus, qui ait, Dolare, eſt aſcia cædere. Et planulæ ſunt, quas nos lamas uocamus. Fores enim cum planulis ferreis parietibus & cardinibus coniunguntur, & ſuper illos deuoluuntur.

Plānŭs, a. um. priore prod. cuius figura æqualis eſt: ut Planum ſolum apud Plin. Epiſt. 161. Hinc planidus, adiect. quod ſuo loco uide. De plano, uel è plano aliquid facere, eſt rem non ſuo ordine, aut ſimpliciter facere. Sueton. in Tyber. Iudicesq; aut è plano, aut è quæſtoris tribunali admonebat. id eſt è ſolo, in quo populus ſtabat. Et Papin. in l. Miles. ad Iul. de adulterijs, Libellus inquit, de plano dari poteſt. id eſt iudice non ſedente, & diebus feriatis. Plani piſces dicuntur, qui ſuperficiem planam, nõ rotundam habent. Plinius lib. 9. cap. 24. Planus ponitur aliquando pro aperto & manifeſto, quòd quæ plana ſunt, nullum impedimentum habeant, quin undecunq; uideri poſſint. Plaut. in Perſa: Satin' hæc tibi ſunt plana, & certa? Vnde Planum facere, eſt declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſoluere, & ante oculos uerbis explanando ponere, & pateſacere. Cic. in Ver. Hoc planum factum eſt. Hinc planè, aduerbium uide paulo antè. Et planiloquus, adiect. qui planè & apertè dicit quod ſentit, & liberè. Plaut. in Truc. Planiloqua eſt.

Plānŭs uerò priore cor. Gell. lib. 16. cap. 7. cõmemorat inter uerba inuſitata, quibus uſus ſit Mimus Laberius, aitq; ſignificare ſycophantam. Budæus autem ait, impoſtores à Græcis planos dictos. Cic. pro Cluent. Hic ille planus inquit, improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, &c. Euſthat. Planus eſt, qui artem quandam profitetur imponendi etiam ſpectãtibus.

Plăsĭs, (πλάσις Græcè) Latinè formatio. Hinc

Plăſmă, matis. n. t. & plaſmatum, figmentum, quod & figulinum opus dicitur, quod formatum eſt. Item plaſma emplaſtrum: à πλάσσω fingo, componoq;. Perſius, Liquido cum plaſmate guttur Mobile collueril. Antiqui enim emplaſtrum ex pluribus liquidioribus rebus cõmixtis, uocem adiuuantibus, faciebant. Cato, De plaſmatis bibendis.

Plăſtēs, is. m. t. (πλάστης) fictor, qui figulinam artem exercet, qui & figulus dicitur. Plin. lib. 35.

Plăſtĭcē, es. f. t. (πλαστικὴ) fictoria, uel ars figulina, qua finguntur imagines ex argilla: ἀπὸ τοῦ πλάσσω, quod eſt fingo. Vnde & proplaſtice. προπλαστικὴ dicitur ars faciendi typos. id eſt formas, quibus formandis figulinis operibus utuntur. Dicitur etiam proplaſtice, ipſa forma,

quam ad formanda alia opera adhibent. Plin.

Platachoriaſis, is. f. t. equorum morbus eſt.

Plătălĕă, auis, quæ & platea dicitur: uide inferius.

Plătănŭs, ni. f. ſ. (πλάτανος) pen. cor. arbor latè ſpargentibus ſe ramis. πλατὺς latum. Petronius Arbiter, Nobilis æſtiuas platanus diffuderat umbras. Eſt etiam aliquando quartæ declinat. Verg. in Cul. Nam primum prona ſurgebant ualle patentes Aëriæ platanus. Hinc Platanetum, & πλατανὼν, pro loco platanis conſito.

Plătĕă, æ. f. p. pen. indifferente, quamuis ſecundũ Græcam originem producenda uideatur. Illi enim πλατεῖαν dicunt, nos plateam, ſicut μήδειαν Medeam, σπονδεῖον ſpondeum. Horatius tamen in Epiſt. corripuit, cum ait, Puræ ſunt plateæ, nihil ut properantibus obſtet. Eſt autem Platea, uia latior, ferèq́ militaris, quæ etiam prætoria, conſularisq́ dicitur. Terent. in Andr. In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem. Quandoque etiam capitur pro area, in quam conuenire populus ſolet. Lamprid. in Heliog. Plateas in palatio ſtrauit. Eſt & nomen auis. πελεκὰν. quæ ad ea uolat, quæ in mari merguntur, & capita eorũ morſu corripit, donec capturam extorqueat. Dicta platea, à latitudine corporis * lego, roſtri. Vide Plin. lib. 10. cap. 50. & Cic. lib. 2. De Nat.

Plătўŏphtălmŭs, (πλατυόφθαλμος) quaſi dilatans oculos. πλατὺς enim latus, ὀφθαλμὸς oculus. uide Plinium lib. 33. cap. 6.

Plătўphўllŏn, genus tithymalli, à latitudine foliorum dictum: de quo Plin. lib. 26. cap. 8.

Plaŭdo, dis. ſi. ſum. n. t. pro re bene geſta congratulor, lætitiamq́ oſtendo manibus pulſando, ſtrepitumq́ faciendo. κροτέω. Plaudere ſibi, eſt ſibi blandiri & placere, ſua nimium amare. Plin. Epiſt. 91. Plaudite, uerbum addi ſolitum in fine comœdiarum. Hinc Plauſor, uerbale. Quint. Aſſiduus plauſor. Huius cõpoſita ſunt, Applaudo. ἐπικροτέω. quod eſt alicui plaudo. Supplaudo, de quo alibi.

Plaŭſĭbĭlĭs, le. om. t. à Plaudo eſt, & ſignificat fauorabile, iucundum, populare, quod plauſu populi excipi poteſt. κεκροτημένον, κροτητὸν, δημοτικόν. ut, Plauſibilis oratio dicitur, quæ placet, & plauſum populi meretur.

Plaŭſtrŭm, ſtri. n. ſ. (ἅμαξα) currus, quod ex omni parte ſit palàm quod in eo uehitur, ut inquit Varro.

Plaŭſŭs, ſus. m. q. actus ipſe plaudendi. κρότος. Ponitur aliquando pro ſonora percuſſione. Plin. De gallinaceis, Diem uenientem nunciãt cantu, ipſum uerò tantũ plauſu laterum. hoc eſt alarum concuſſu.

Plaŭtĭ, à planis pedibus. Vide Planci.

Plēbēcŭlă, (τὸ πλῆθος) dimin. eſt à Plebs.

Plēbēĭŭs, a. um. quod eſt plebis, uulgaris, pauper. (δημοτικὸς, ἐνδεὴς, ὁ τυχὼν) Vt plebeij Aediles. & Plebeia aura, apud Liu. 6. ab Vrb. Dicimus aliquando etiam plebeus.

Plēbĭcŏlă, æ. com. p. qui plebem colit, & plebi ſeruit.

Plēbĭſcĭtŭm, ti. n. ſ. plebis ſtatutum, (ψήφισμα χειροτονία.) Sciſcere enim ſtatuere eſt. Scita uerò plebis, appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit, plebeio magiſtratu rogante, utpote tribuno. De Plebiſcito, uide Gellium lib. 5. cap. 27.

Plēbs, bis. f. t. uel plebes. bei. idem quod uulgus, hoc eſt uilior pars populi. τὸ πλῆθος, ὄχλος. Gellius, Plebs, in qua gentes ciuium patritiæ non inſunt. Plin. lib. 16. cap. 10. Tanta plebei conſternatione, ut primò pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit.

Plēctĭlĭs, le. om. t. (πλεκτὸς) pen. cor. quod plexũ eſt. ut Corolla plectilis. Plaut. in Bacch.

Plēcto, ctis. xi. ctum. (ſecundum Priſc.) uel xui, ſecundum aliquos & xum. (μαστιγοῦμαι) ſignificat ſupplicio afficio, punio, ferio. ἀπὸ τοῦ πλήττω. Plau. in Menæch. Plecte illos pugnis. Huius paſſiuum eſt, plector. Terent. in Phorm. Ego plectar pendẽs. id eſt feriar, inquit Don. Hinc plectrum, & plagæ.

Plēctŏr, eris. d. t. non eſt in uſu, ſed habet compoſita, amplector, complector, circumplector, implector. unde implexus, quod eſt implicatus. ἐμπλεκτος. Perplector, perfectè ligo. διαπλέκω. à quo Perplexè aduerb. hoc eſt obſcurè, implicitè, inordinatè & abſtruſè. Teren. in Eun. Pergin' ſceleſta mecum perplexe loqui? Hinc perplexor, quod eſt ualde ligo, ſeu in dubio pono. Plautus in Aulul. At ſcio, quo uos ſoleatis pacto perplexarier.

Plēctrŭm, ctri. n. ſ. (πλῆκτρον) inſtrumentum citharœdi,

tharœdi, quo fides plectūtur, id eſt percútiūtur: πλήσσω percutio. Mart. Exornent docilem garrula plectra lyrā. A noſtris dicitur quādoque pecten. Verg. Iam pectine pulſat eburno. Plectrum etiam quādoq; calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur, dum inter ſe pugnarent.

Plēgmă, tis. n. t. (πλέγμα) rete, crines intorti, hoc eſt tricæ, & omne textum.

Plēnilūniŭm, (πανσέληνον) uide Luna.

Plēnŭs, a. um. (πλήρης, μεστὸς, ἔμπλεως) quod eſt uacuo contrarium, hoc eſt in quo nihil eſt uacui, ſed integrum atq; perfectum eſt. & iungitur aliquando genitiuo. Plaut. in Merc. Cum ſis iam ætatis plenus, anima fœtida. Aliquando iungitur ablatiuo. Plin. Epiſt. 21. Et ille quidem plenus annis obijt, plenus honoribus. Ponitur aliquando pro diuitijs onuſto. Cice. 4. Ver. Plenus deceſſerat, &c. Plena manu dare, pleno gradu ingredi quid ſit, uide Chiliadas Eraſ. Hinc plenè, aduerbium, id eſt perfectè, cumulatè, abundanter. Et plenitudo, perfectio. πλήρωμα, ἁδρότης.

Plĕo, es. quamuis non ſit in uſu, habet tamen cōpoſita Compleo. πληρόω. expleo, impleo, à quo adimpleo, oppleo, repleo & ſuppleo.

Plĕŏnăſmŏs, mi. m. ſ. (πλεονασμὸς) Latinè cumulatio ſiue adiectio, figura, quoties ſuperflua adduntur, ut Sic eſt ore locuta.

Plērīquĕ, (πλεῖστοι) à plus deducitur, quod authores aliquando uſurpāt, pro eo, quod eſt plures, & maxima ex parte.

Plērŭnquĕ, quod ſignificat ferè ſemper, (ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.) Pleriq; omnes, una pars orationis, id eſt pleriq. uide Plæruſq;.

Plethrŏn, (πλέθρον) thri. n. ſ. Valla ex Herodoto uertit iugerum. Suidas ait menſuram eſſe centum pedum.

Pleūrĭtĭs, idis. f. t. (πλευρῖτις) dolor laterum. Hinc pleuriticus. πλευριτικὸς. qui hunc morbum patitur. Sunt etiam qui hunc morbum pleureſin uocent. Macer, Coſtarum quā pleureſin Attica lingua.

Plēxă, orum. n. ſ. (πλεκτὰ) ligata. à quo perplexa, intricata & abſtruſa.

Plĭcātĭlis, le. om. t. quod plicatur, aut plicari poteſt. πλεκτὸν. ut Nauis plicatilis, apud Plin. li. 5. cap. 9. quum facta eſt ex corio: & plicatilis criſta upupæ.

Plico, as. aui. atum. & plicui, plicitum, a. p. (πλέκω, πλίσσω) à quo quatuor compoſita, applico, cōplico, explico & implico. Similiter duplex præteritum, & duplex ſupinum habent. Reliqua ſolum in aui, atum, terminant: ut, duplico, triplico, quadruplico, multiplico, replico, ſupplico. Significat autem plicare, nectere, & ueluti rugas facere. Tractum à Græco πλέκω, quod eſt necto. Applico, de quo alibi. Complico, ſimul plico, cumulo. Implico. ἐμπλέκω, συμβάλλω. innecto, inuoluo: ut, Implicitus graui morbo. Salluſt. Aliquando implicare, eſt ornare. Plaut. Implicat ad ſpeculū caput. Circumplico, undique plico. Replico, diſſoluo. Plaut. Replica tricam. Eſt etiam replicare. ἀντιδιαπλέκειν. rurſus explicare, dicere. Plinius: Cum ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit. Duplico, à quo cōduplico, et multiplico, & ſupplico, de quibus alibi.

Plōdo, dis. ſi. ſum. ſignificat quatiendo ſiue colliſdendo, & manibus pedibuſ ue ſonum aliquē facio. κροτέω. Huius compoſita ſunt, Applodo, quod eſt iuxta ſeu ad aliquid plodo. Quintilianus, Cōplodere manus, ſcenicum eſt, pedes applodere interim licet. Applodere per translationem, eſt fauere ac teſtari honorem illo motu. Cōplodo, explodo, diſplodo & ſupplodo, de quibus in Explodo.

Plōro, ras. a. p. (κλαίω, ὀλοφύρομαι) uide Fleo. Quint. lib. 6. cap. 1. Date puero panem, ne ploret. Eius compoſita ſunt, cōploro, ſimul ploro. Liu. lib. 1. Deploro, exploro & imploro, de quibus ſuis locis.

Plōſtrŭm, ſtri. n. ſ (ἅμαξα) idem quod plauſtrū: nam au in o ſæpe cōuertitur. Huius dimin. eſt ploſtellum, ἁμάξιον. ut, Ploſtellum Pœnicum apud Varr. lib. 1. De re Ruſt. cap. 52. quod ſit ex aſſibus dentatis cum orbiculis.

Plūmă, æ. f. p. mollior & exigua pēna. πτίλον, πτερόν. Hinc plumeus. a. um. τρίχινος. Ut Lectus plumeus. Plumea culcitra, apud Cic. 3. Tuſc. Implumis, & hoc me. quod eſt ſine pluma, ut auis implumis. Item plumeus & plumiger.

Plūmārĭŭs, a. um. (πτερύγινος, τρίχινος) quod ex pluma eſt. Unde plumariam culcitram dicimus, quæ pluma plena eſt. Et plumarium dicitur opus acu factum. ὑφαντὸν. quod Græci à licio-

liciorum multiplici uarietate, polymitarium appellant.

Plūmārĭūs, ſubſtantiuum, qui acu depingit aliquid ſuper culcitris plumeis, aut puluinaribus plagis. ὑφάντης. Cato de Liberis educ. Etenim nulla quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plūmātĭlĭs, le. om. t. (πτίλινον) pen. corr. quod ex plumis factum eſt. Plaut. in Epid. Comatile aut plumatile aut cerinum. Nonius clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.

Plūmbāgo, iginis. f. t. communis uena plumbi & argenti, & herba quædam, de qua Plin. libro 25. cap. 13.

Plūmbārĭūs, a. um. quod ad plumbum pertinet, (μολυβδικός.) ut Plumbaria officina. Plin.

Plūmbārĭūs, rij. maſc. ſ. qui ex plumbo facit opera. μολυβδουργός.

Plūmbātæ, (μολυβδωταί) dicuntur pilæ plumbeæ, quas Veteres peregrino uocabulo monobarbulos uocabant. A quo & milites, qui his utebantur, monobarbuli appellati ſunt.

Plūmbātūrā, æ. f. p. (μολύβδωσις) modò ferruminationem ſignificat, modò quamcunque coniuncturam plumbo factam.

Plūmbĕūs, a. um. quod ex plumbo eſt, (μολύβδινος) ut Imago plumbea, Nummus plumbeus. Plumbeus gladius, Plumbeus homo, à Plauto dicitur liuidus: à Terentio obtuſus & ſtupidus. Plumbeum ingenium, hebes & obtuſum, quod cogitando penetrare nō poteſt. Plumbeæ iræ, ſunt grauiſſimæ, & quæ diu inſident pectoribus. Plumbeus color, eſt plumbū referens.

Plūmbo, as. n. p. μολυβδόω. ferrumino, uel plumbo cōglutino. Plin. lib. 34. cap. 17. Neque argentū ex ſtanno plumbatur, quoniā prius liqueſcit argentum. Hinc replumbo, quod eſt reſoluo.

Plūmbūm, bi. n. ſ. (μόλυβδος, μόλιβδος) duplex eſt, album ſcilicet & nigrum: album, ſtannū dicitur. Nigri plumbi duplex origo eſt, aut enim ſua ſponte naſcitur uena, nec quicquam aliud ex ſe parit. Aut naſcitur cum argento, miſtiſque uenis conflatur. Vide Plin. lib. 34. cap. 16. & 17. Eſt & plumbū genus uitij in oculis, de quo idem Plin. lib. 25. cap. 13.

Plūmēſco, is. à plumeo. mes. fieri conuenit, pennatus fio, (πτεροῦμαι.) Plin. lib. 10. cap. 52.

Plūmo, mas. n. p. plumam emitto. unde plumatum eſſe, pennatum dicimus, (πτεροφυῶ) Gell. lib. 2. cap. 29. Pullis iamiam plumantibus. Et plumare, eſt acu pingere. ὑφαίνειν. Flau. Vopiſcus, Laneas tunicas purpura micantes, & plumantia difficultate pernobiles.

Plūmŭlă, æ. f. p. dimin. parua pluma. πτερύγιον.

Plŭo, is. plui. tum. uerbū exceptæ actionis, ideoque ferè ſine nominatiuo ponitur. Plin. lib. 16. cap. 26. Etiamſi non pluat. Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuum eius rei quæ pluendo decidit. (βρέχω, ὕω) Tibul. Multus & in terris deplueretque lapis. Val. Max. In Piceno lapides pluiſſe ait. Quandoque ablatiuum poſitum habet. Liu. lib. 6. Belli Maced. Tarracinæ & Amiterni nunciatum eſt aliquoties lapidibus pluiſſe. Quandoque accuſatiuum. Idem 10. ab Vrbe, Nam & terrā multifariam pluiſſe, nunciatum eſt. Huius compoſita ſunt, Appluo. ἐφύω. Plinius, Niſi appluat, exanimatur. Compluo. Varro, Deorſum, quò impluebat dictum impluuium: ſurſum, quà compluebat compluuium. Depluo, deorſum pluo, (καταβρέχω.) Impluo, intus ſiue ſuprà pluo. ἐμβρέχω. Perpluo, per medium pluo. διαβρέχω. Quint. Cum cœnaculum eius perplueret.

Plūrĭfārĭūs, adiectiuum, Sueton. in Claud. Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit.

Plūrĭfārĭām, aduerb. ſignificat pluribus modis, ſiue pluribus locis, πλεοναχῶς.

Plūrĭmūs, a. um. o. ſ. ſuperlatiuum à multus, (πλεῖστος.) Plaut. in Aulul. Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis. Quandoque pro longo ponitur. Verg. Iamque aſcendebant collem, qui plurimus urbi Imminet. Nux plurima, id eſt longa, qua ſignificatur amygdalum. Hinc plurimum aduerb. id eſt permultū. Cic. De Amic. Plurimum ſibi confidit.

Plūs, ris. πλέον, πλεῖον. generis neutri, magis, amplius, præter, ultra. In obliquis uerò & numero plurali trium generum eſt. Et ſecundū Priſcian. comparatiuum eſt, ſignificatione tantū, non uoce, ab eo quod eſt multum. At Gell. lib. 5. non comparatiuum, ſed abſolutum, id eſt poſitiuum dicit, atque aliquando nominatiuo iungitur. Liu. de Bello Maced. Plus quinquaginta hominum ceciderunt. Aliquando accuſatiuo.

tiuo. Terent. in Eun. Non plus triduum. Iungitur aliquando genitiuo, iuxta cōmunem regulam: ut Plus ſapientiæ, apud Plaut. in Mil. Iungitur quoq; aliquando ablatiuo. Plaut. in Men. Plus triginta annis natus ſum. Ponitur aliquando plus pro diutius. Terent. in Hec. Vt cum matre unà plus eſſet. Plures pro multi, paſſim apud autores legitur. Cic. 2. De Finib. Plures dies manere non poteſt. Plin. lib. 9. capite 12. Aquatilium tegmenta plura ſunt. In plurali, plura & pluria. Donatus, Antiqui hoc complure, & hæc compluria, quod noſtri cōplura dicunt, quia Veteres hic & hæc pluris, & hoc plure, non hoc plus dicebant. Gellius quoq; refert Capitonem docuiſſe pluria Latinum eſſe, plura uerò barbarum. Nunc autem de uſu & pluria & plura dicimus. Vnde & compluria & complura. Eſt etiam plus aduerbium. Plus ſatis (πλέον τοῦ ἱκανοῦ) dicimus, pro eo quod eſt maximè, & plus quàm ſatis. Terent. in Eunu. Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Dicimus plus minus, plus minus'ue, plus'ue minus'ue, in eadem ſignificatione, pro circiter: frequentius tamen inuenitur plus minus: ut dies plus minus triginta, pro eo, quod eſt paulò plus, aut paulò minus. hoc eſt circiter. Dicimus etiam plus plusq; pro magis magisq;. Cice. Attic. lib. 6. Quem me hercle plus plusq; in dies diligo. Componitur quandoque plus, & dicitur perplus. Ab eo fiunt deriuatiua, pluralis, & hoc le. pluratiuus. a. um. eiuſdem ſignificationis, ut apud Macrobium, Pluratiuus numerus.

Plūſcŭlŭs, a. um. (παραπολύς) diminutiuum, quamuis plus à maſculino uel fœminino non ueniat. Et ſignificat parum plus, uel aliquantò plus. Terent. in Phorm. Tum pluſcula ſupellectile opus eſt.

Plūſquăm, ultraquam, amplius, ante. Cice. pro Flac. Græci ſemper accuſatori pluſquam rogatum reſpondent.

Plŭtĕŭs, ei. m. ſ. machina ad expugnandos muros, ad ſimilitudinem caſſidis. Contexitur è uimine, & corijs protegitur, ternisq; rotulis: quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, ut in quamcunq; partem uolueris, admouetur. Hos obſidentes muris admouent, applicantq;, & eorum munitione ſagittis aut alijs miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbant, ut ſcalis aſcendendi præſtetur occaſio, ut inquit Vegetius. Cæſar, Deuſtos pluteos turrium uidebant. Poſtea uerò etiam tabulæ, quibus aliquid præſepiretur, eodem nomine dictæ ſunt. παραφράγματα. Liuius, Cratibus pluteisq;, & linteis contectus. Suetonius in Caligula accipere uidetur pluteum pro fulcro tori diſcubitorij, cum inquit, Quoſdam ſummis honoribus functos cœnare modò ad pluteum, modò ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Librorum quoq;, & tabularum ſingnorumq; repoſitoria plutei appellantur. » Iuuenalis, Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthes. Hinc plutealis, & hoc le. Vnde à Cicerone ad Attic. libro 1. Sigilla plutealia, imagunculæ pluteis, id eſt tabulis, incluſæ dicuntur. Tabula inſuper, qua utuntur ij qui literis dant operam, & ſcribunt, plu- » teus literalis dicitur. Perſius, Nec pluteum » cædit, nec demorſos ſapit ungues. Pluteum etiam dicebant ſpacium id, quod inferiores columnas à ſuperioribus per longitudinem in fronte diſcernebat.

Plŭuĭă, uiæ. (ὑετός) à pluendo, eſt iugis & lenta aqua, è cœlo decidens.

Plŭuĭālĭs, ſeu pluuiatilis, le. om. t. adiectiua eiuſdem ſignificationis (ὄμβειος.) Feſtus: Compluuium, quò de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Et dies pluuiales apud Colum. lib. 2. cap. 13. in quibus pluit.

Plŭuĭōſŭs, ſa. ſum. (ὑετώδης) ut annus pluuioſus, in quo fuerunt frequentes pluuiæ. Plin. libro 18. cap. 25. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciat.

Plŭuĭŭs, a. um. ὄμβειος. ut aqua pluuia, quæ pluta eſt. Plinius: Teriturq; in mortarijs admiſta » aqua pluuia. Horat. lib. 1. Carm. Ventos pluuios uocat, hoc eſt pluuiam inducentes. ὀμβροφόρους. Colum. in Præfat. lib. 1. Ver pluuium nominat, in quo ſæpe fit pluuia.

P ANTE N.

PNeumaticus, (πνευματικός) ſpiritalis. Vnde pneumatica organa, dicuntur ſpiritalia, hoc eſt quæ ui flatus, uel ſpiritus aliquid hauriunt & attrahunt.

Pneūmōn, onis. m. t. (πνεύμων) Latinè pulmo, quod à πνέω ſpiro deſcendit.

Pneŭmŏnĭă,æ.f.p.(πνευμονία) quæ & peripneumonia, inflammatio pulmonis, cũ ex alijs cauſis, tum ex diſtillatione uehementi, uel ſynanchia, uel ſuſpirio, uel pleuritide proueniens, ut ſanguis inde copioſus excreari ſoleat. Hinc

Pneŭmŏnĭcī,(πνευμονικοί) qui laborant ex pulmone, qui Latinè dici poſſunt pulmonarij, ſicut à Columella Ouis pulmonaria dicta eſt, cuius pulmo afficitur.

P ANTE O.

Pŏcillātŏr, oris.m.t. pincerna, qui à poculis, ſiue à cyathis dicitur, hoc eſt cuius officiũ eſt, ut in conuiuio uinum miſceat.

Pŏcillŭm, li.n.ſ. dimin. paruum poculum. ἐκπωμάτιον. Plin. lib.4. cap.13.

Pŏcœnĭŭm, dicitur quòd ſit poſt cœnam. κῶμος.

Pŏcŭlēntŭs, a. um.o.ſ. quicquid potari poteſt. Quidam uolunt potulentum ſcribi debere.

Pŏcŭlŭm, li.n.ſ. propriè uas quo bibitur, à potione dictum. ἔκπωμα, ποτήριον. Sumitur tamen quandoque pro eo quod bibimus. Verg. Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ.

Pŏdagrĭcŭs & podagroſus, a.um.o.ſ. ποδαγρῶν. qui podagra laborat.

Pŏdagră, æ.f.p.(ποδάγρα) pen. cor. pedum dolor. πὸς pes, & ἄγρα atrocitas. Ouid.1.De Ponto, Soluere nodoſam neſcit medicina podagram. Vide etiam Plin. libro 26. cap.10. Eſt item Podagra, pedica, laqueus, quo capiuntur animalia.

Pŏdēris, is.f.t. (ποδήρης) pen. prod. talaris tunica, hoc eſt ueſtis ad talos uſq; demiſſa, quæ adhæret corpori, & ita arcta eſt, & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in ueſte ſit ruga. Solent milites habere lineas, quas camiſias uocant, ſic aptas membris, & aſtrictas corporibus, ut expediti ſint uel ad curſum, uel ad prælia, dirigendo iacula, tenendo clypeum, enſem uibrando, & quocunq; neceſſitas traxerit. Dicta poderis à ποδῶν, id eſt à pedibus.

Pŏdēx, icis. m. t. (ὀρχός, πρωκτὸς) poſterior pars corporis pudenda, quòd ex ea pedes fluere uideantur. Iuuen. Et podice læui Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Pŏdĭă, (πόδια) funis in naui quo tenditur uelum.

Pŏdĭŭm, dij.n.ſ. (πόδιον) locus ad ſpectandum habilis: à pede nomen habens. Nunc uulgò dicitur Menianum. Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus inſtar pulpiti, mutulis è marmore ſuppoſitis. Iuuenalis, Omnibus ad podium ſpectantibus. Huius dimin. eſt podiolum.

Pŏēmă atis, n.t.(ποίημα) & poëmatum, & poëſis, (ποίησις) poëtarum opus, hoc eſt figmentum, ſiue fictio. Sunt qui diſtinguant inter poëma & poëſin, quòd illud ſit inuentio parua, quæ paucis uerbis exprimitur, hæc uerò textus ipſe ſcriptorum & opus totum.

Pœnă, æ.f.p.(τίμημα, τιμωρία) ſupplicium, à pendendo (ut Varro inquit) quo quis ob delictum afficitur. Alij à Græco, quod eſt ποινή. Pœnarũ uerò octo genera Cicero commemorat, damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem, mortem. Hinc punio quaſi pœnio, pœna afficio.

Pœnālis, & hoc le. om. t. quod ad pœnam pertinet. ἐπιτίμιος. Vnde & pœnalis actio.

Pœnārĭŭs, a.um. ut Pœnaria actio, Quintil. lib. 4. cap.5.

Pœnĭcă pauimenta, dicta ſunt Numidico marmore ſtrata.

Pœnio, Veteres pro punio dixerunt.

Pœnĭtēntĭă & Pœnitudo, inis.f.t. (μετάνοια, μεταμέλεια) in uno ſignificatu accipiuntur, & à pœnitet quo ad primum ſignificatum, fiunt: ſignificant enim actum ipſum pœnitendi, cum aliquem facti pœnitet, & pudet, eiq; dolet. Ponitur aliquando pro contemptu & aſpernatione. Plin. lib.5. cap.17. Gens æterna, in qua nemo naſcitur, tam fœcunda illis aliorum pœnitentia eſt. Budæus.

Pœnĭtĕt. tebat. tuit. quaſi pœna tenet. Pœnitere dicimus, cum quæ ipſi facimus, ea nobis pòſt incipiunt diſplicere, & moleſta eſſe. μεταγινώσκειν, μεταμέλειν, μετανοεῖν. Quoniam uerò his etiam quæ nobis aut tædio, aut pudori ſunt, pœna quædam eſſe uidetur, fit ut pœnitet aliquando pro tædet, pudet, ſeu dolet accipiatur. Cic. in Catone, Num igitur ſi ad centeſimum uixiſſet annum, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? Accipitur interdum pro parum uidetur, & à pœnuria deduci ſentit Gellius. Terent. in Heaut. Me, quantum hic operis fiat, pœnitet, Id eſt parum uidetur, quod à ſeruit fit. Cic. 1. Offic. Tandiu autem uelle debebis, quoad

quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. Hinc fiunt participia, pœnitens, pœniturus & pœnitendus. Quintil. lib. 9. cap. 3. Eouſq; proceſſum eſt, ut non pœniturum, pro non acturũ pœnitentiam: & uiſuros, ad uidendum miſſos, Salluſtius dixit. Colum. lib. 1. Itaque hic ager ſiue exercetur, ſiue ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus. Pœnitendus enim idem eſt, quod parui æſtimandus, pudendus. Pœnitens uerò interdum iungitur genitiuo. Sueton. in Vitel. Non multò pòſt pœnitens facti. Interdum ablatiuo cũ præpoſitione de. Idem in Claud. Pœnitentis de matrimonio Agrippinæ. Pœnitendum gerundium legitur: ut, Non eſt eius præceptoris pœnitendum.

Pŏētă, æ. m. p. ποιητὴς, ἀπὸ τ͂ ποιῶ. quod eſt facio, effingo, quaſi fictor, Eſt enim qui elegantia carmina fingit. Horatius in Arte, Pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Pŏētĭcē, ces. f. t. (ποιητικὴ) aut poëtica. cæ. ars cõ ſcribendorum uerſuum.

Pŏētĭcŭs, a. um. (ποιητικὸς) quod ad poëtam pertinet: ut Ars poëtica, uerba poëtica. Hinc poëticè. ποιητικῶς. aduerbium, quod eſt more poëtarum.

Pŏētĭfĭcŭs, a. um. quo uſus eſt Ennius, qui Caballinum fontem poëtificum nominauit.

Pŏētŏr, taris. d. p. in poëtica me exerceo, ſiue poëtam ago. ποιητίζω. Ennius, Nunquam poëtor, niſi podager.

Pŏētrĭă, æ. (ποιητρία) & poëtis. idis. f. t. per modum patronymici fœminini, Mulier poëtices perita, ut Sappho et Carina. Perſius, Poëtrias picas Cantare credas Pegaſeium melos.

Pōgōnĭă, æ. f. p. (πωγωνία) dici poteſt barbata, genus cometæ. πώγων enim barba.

Pŏl, iurantis aduerbiũ, & propriè iuramentum mulierum, id eſt per Pollucem.

Pŏlĕmōnĭă, herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 6.

Pŏlentă & Pulenta, æ. f. p. (ἄλφιτον) utroq; modo dicitur: ſic fit, Perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una, poſtero die frigunt, deinde molis frangũt, ſeruantq; in multos dies. Cato De re Ruſt. cap. 108. Tum id percolato, polentam adiicito.

Pŏlentārĭŭs, a. um. (ἀλφιτικὸς) quod pertinet ad polentã, ſeu quod eſt ex polenta. Plaut. in Cur. Eiiciam polentarium crepitum.

Pŏlīmēntă, orum. n. ſ. teſticuli porcorum cum caſtrantur, quòd ad ſimilitudinẽ ueſtium poliantur. Plaut. in Menæch. Pernam itidem aut ſynciput, aut polimenta porcina.

Pŏlĭo. is. iui. uel polij, politum. a. q. ſignificat orno, & quaſi politico more, qui ruſtico contrarius eſt, compono. ξέω, λεαίνω. Plautus in Pœnulo, Poliri, expoliri, pingi, fingi. Hinc politum ξεστὸν, ἀστεῖον. dicimus cultum, ornatum. Et politiones agrorum, cultus diligentes, ſicut politiones ueſtimẽtorum, mundiciæ et cultus. Hinc politè, aduerbium: ut Politè loqui. Et politulus, diminutiuum. Cicero ad Volum. Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio. Et politura. ræ. pen. prod. Plin. libro 36. cap. 6. Thebaica polituris accommodatur. Huius compoſita ſunt, Depolio, expolio & perpolio. διαπονῶμαι, ἐργάζομαι. quæ perfectionem actus denotant. Cicero 2. ad Heren. Difficillimum eſt inuentum expolire, & expolitè pronunciare. Repolio, rurſus polio. ἀναξέω. Colum. lib. 2.

Pŏlĭŏn, (πόλιον) ſignificat pulli aſinini fimum, quem mater initio partionis ante fœtum effundit, ut inquit Ariſt. Plin. uerò Poleam libro 28. cap. 11. à Syris uocari ſcribit.

Pŏlĭŭm, prima breui, nomen eſt herbæ.

Pŏlis, ios. f. t. (πόλις) Latinè ciuitas & urbs dicitur: unde Neapolis. Hinc politicus. a. um. quod eſt ciuile: ut, Politicus homo. Cicero in Epiſt.

Pŏlĭtīă, æ. f. p. (πολιτεία à polis) eſt (iuxta Ariſtotelem in Rhetoricis) principatus, & conſuetudo rerum, ſecundum quã uiuere unumquenq; & conuerſari decet. Tres autem ſunt, quia aut unus regnat, aut plures, aut omnes. Si unus & ille bonus, hic regnum conſtituet: ſi malus, tyrannidem: at ſi plus regnant, & boni, hi ariſtocratiam: ſi mali, ochlocratiam facient: ſi omnes, & hi boni, democratiam.

Pŏlĭtĭēs, ei. f. q. mundities, & ornatus dicitur. γλαφυρότης.

Pŏlĭtĭōnēs, (διαπονήσεις) uide in Polio.

Pōllēntĭă, æ. f. p. potentia. δύναμις. Plau. in Rud. Ne impiorum potior ſit pollentia.

Pōllĕo, es. n. ſ. per duplex ll, poſſum, ualeo, præſto,

ſto, excello, ἰσχύω, σθένω. Liu. lib. 1. Multum illi terra, plurimum mari pollent. Item ſplendere. Plin. lib. 36. Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. Huius cōpoſita ſunt, Præpolleo, quod eſt ultra alios polleo. διαφέρω. ut Præpollens diuitijs, Liu. lib. 1. Repolleo, à quo Repolleſco, quo uſus eſt Colum. lib. 5. Nouellis frondibus repolleſcat. id eſt, repulluleſcat. Aequipolleo, æquiualeo.

Pōllĕx, icis. m. t. (μέγας δάκτυλος) digitus primus in pede & manu, quòd ui & poteſtate inter cæteros digitos polleat: nec in ſiniſtra ceſſat, nec minus quàm tota manus ſemper in officio eſt. Vnde & apud Græcos ἀντίχειρ uocatur, quòd quaſi altera manus uideatur. Plin. lib. 11. cap. 43. Hominis pollex articulos habet tres. Premere pollicem, & Conuertere pollicem quid ſit, uide Eraſmum in Chiliad.

Pōllĭcārĭs, & hoc re. om. t. (ἀντιχειριαῖος) quod pollicis latitudinem, ſiue craſſitudinem habet. Plin. lib. 35. cap. 14.

Pōllĭcĕŏr, eris. t. uerbum commune, ſecundum Priſc. Nam in ſignificatione paſſiua uſus eſt Ouidius de Arte, Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Eſt autem polliceri, ſua ſponte & ultrò promittere, deferre, uel offerre, affirmare. ὑπισχνοῦμαι, ἐπαγγέλλομαι. Plautus in Aul. Credo ego Aedepol illi mercedem gallo pollicitos coquos. Hinc pollicitor, aris. frequentatiuum, & Pollicitatio. onis. uerbale, id eſt (inquit Budæus) offerentis ſolius promiſſum. Item Pollicitum, ſubſtātiuum, id eſt promiſſio. Colum. lib. 11. cap. 3. Memores polliciti noſtri ſubiungemus cultus hortorum.

Pōllĭnārĭŭs, a. um. (γυρυώδης) quod ad pollinem pertinet, ut cribrum pollinarium, quod de lino, non de ſetis equorum fit, ad pollinem purgandum.

Pōllincērĕ, pen. prod. à pollinceo, (γυρυονομεῖν) eſt farinam in piſtrino lucrifactam diuidere. Et pollinctio, ipſa diuiſio.

Pōllincĕrĕ, pen. corr. à pollincio, (κηδεύειν, ταφεύειν) corpus mortuum curare, ungere, &c. Pollinctus ipſa curatio. Hinc Pollinctura, (κηδεία) ipſa accuratio.

Pōllinctŏr, oris. m. t. cum c, libitinarius, accurator funerum, & redemptor dicitur. id eſt, qui funera morientium curat, quaſi pollutorū unctor, id eſt cadauerum curator. σποργηγός, νεκροφόρος. Vnde pollinctū funus, dictum à pollinctoribus unctum. Apuleius, Pollinctor eius funeri dum unctionem parauit.

Pōllĭntŏr, oris. m. t. curator piſtrini, qui farinam facit & pollinem, quiq; pollinario cribro pollinem excutit, à polline farinæ deductū nomen.

Pōllĭntio, onis. f. t. uerbale. à Pollinceo, quod eſt farinæ in piſtrino ſecretio. Cato cap. 136.

Pōllĭs, inis. & Pollen, inis. m. t. (γύρις, παιπάλη) à polleo deduci uidetur, flos tritici. Ita enim appellant in tritico, quod florem in ſiligine. Marcellus Dioſc. interpres dicit, pollinem eſſe tenuiſſimum puluerem, magis quàm farinam, qualis circa molas plerunq; & loca, in quibus panis pinſitur, parietibus hærens inuenitur.

Pōllūbrŭm, bri. n. ſ. (ποδόνιπτρον) uas eſt latum quod & peluim dicimus, à polluendo dictum, quòd eo aqua ex manuum ablutione excipiatur. Eſt item uas in quo pedes lauamus. Fabius Pictor, Aquam manibus pedibuſq; dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra uas cum aqua.

Pōllūcĕo, es. xi. (ἀποθύω) uerbum ad ſacra pertinens, ſignificans multum dedicare, uel deuouere. Vel pollucere, eſt libamenta Herculi in aram porrigere. Et ſacrificium polluctum, quo Herculi decima data ſit. Plaut. in Stich. Vt decimā partem Herculi polluceam. id eſt ſplendidè dedicem. Hoc uerbo uſi ſunt authores, quoties opiparas dapeis, ueluti in ſacrificium Dei, & in primis Herculis, facturi erant, cui decimas omnium rerum Romani uoto reddebant. Vnde polluctum. cti. cœna eſt pollucibilis, & opipara, lautè apparata, uctiuum epulum.

Pōllūcĭbĭlis cœna, (μεγαλοπρεπὴς) à Macrobio dicta eſt opulenta, opipara, & ſplendida. Hinc Pollucibiliter, (πολυτελῶς) ſplendidè & lautè. Plaut. in Moſt.

Pōllŭo, is. lui. lutum. a. t. (μολύνω) uiolo, maculo, afficio, inquino, fœdo, contamino, conturbo, & quaſi porrò lauo, ſed per contrarium, ſiue per antiphraſim, quòd ea quæ inquinantur, madefieri neceſſe eſt. Lactan. lib. 5. Omnia ſcelere & libidine polluebamus. Hinc nocturnā genituram ſomno ſparſam, pollutionem, μιασμὸν. appellant.

Pōlū-

Pŏ'ŭlŭs, adiect. pro paululus, uel paruulus, antiquum. Cato cap. 10.

Pŏlŭs, li. m. ſ. quaſi cœli cardo, uertex. Duo autem ſunt poli. πόλοι, γίγγλυμοι. Arcticus, id eſt Borealis, & Antarcticus, Auſtralis. Et ab altero in alterum protenditur axis, à quibus cœlum ſuſtinetur. Borealis altiſſimus his, qui ſunt in noſtro hemiſphærio. Auſtralis imus & depreſſus, & qui à nobis uideri non poſſit. Dictus polus à πολῶ uerbo Græco, quod uerto ſignificat & circumago.

Pŏlўăcānthŏs, herba, de qua Plin. lib. 21. ca. 16.

Pŏlўānthĕmŭm, mi. herba. Plin. lib. 27. cap. 12.

Pŏlўāndrĭŭm, drij. n. ſ. (πολυάνδριον) locus ubi ſunt multa ſepulchra publica.

Pŏlўānthrōpŏn, populoſam ciuitatem dicunt.

Pŏlўārnă, æ. com. p. (πολύαρνα) multorum agnorum, ſiue qui poſſidet multos agnos. Var. 1. De re Ruſt. cap. 1. Veteres poëtæ alios uocant Polyarnas, alios Polymelas, alios Polybutas. id eſt multorum agnorũ, multarum ouium, multorum boum.

Pŏlychrŏnĭŭs, nij. m. ſ. diuturnus, longæuus, & multi temporis, ſicut ὀλιγοχρόνιος, qui parum uiuit.

Pŏlўdōrĭă, æ. ſ. p. munificentia. πολυδωρία.

Pŏlўgălŏn, uel Polygala. (πολύγαλον) herba palmi altitudine, in caule ſummo folijs lenticulæ, quæ potata lactis ubertatem inducit, unde & à lactis abundantia nomen accepit. Plin. libro 27. cap. 12. Dioſc. lib. 4. cap. 14.

Pŏlўgŏnătŏn, (πολυγόνατον) herba ſine folijs, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens. Plin. lib. 27. ca. 12.

Pŏlўgōnĭŭs, multorum angulorum.

Pŏlўgŏnŭm, ni. n. ſ. pen. corr. herba, à geniculorum multitudine, quàm nos ſanguinariam uocamus, folijs rutæ, & graminis ſimilis. Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinẽ. Plin. lib. 27. cap. 12. Dioſc. lib. 4. cap. 5. Hoc nomen Veteres uſurparunt pro fœcundo.

Pŏlygrāmmŏs, gemma, apud Plin. lib. 37. cap. 9.

Pŏlўgўnæcŏn, mulierum frequentia.

Pŏlўhiſtŏr. πολυΐστωρ. Latinè multiſcius dicitur.

Pŏlўlŏgĭă, æ. ſ. p. πολυλογία. multiloquium.

Pŏlўlŏgŭs, gi. m. ſ. πολύλογος. multiloquus.

Pŏlўmĭtŭs, a. um. (πολύμιτος) pen. corr. à poly & μίτος filum, quod nos licium dicimus, à liciorum multiplici uarietate. Unde ueſtis polymita, quæ multis licijs contexta eſt, ſicut monomita, (μονόμιτος) dicuntur, quæ uno licio conſtant: dimita, quæ duobus: trimita, quæ tribus. Hinc Polymitarius, ria, rium. ut opus polymitarium, quod & Plurimarium dicitur. Polymitarij enim dicuntur, qui artem polymitariam exercent.

Pŏlўmўxŏs, (πολύμυξος) lucerna quæ multos habet angulos, & in his funiculos, illuſtrandis conuiuijs accommodata. Mart. Illuſtrem cum tota meis conuiuia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

Pŏlўphăgŭs, a. um. o. ſ. (πολυφάγος) penult. corr. qui multum comedit, & Latinè dici poteſt manduco.

Pŏlўphărmăcŭs, uenenis uel medicinis abundãs.

Pŏlyplūsĭŏs, (πολυπλούσιος) Latinè bene numatus dicitur. Plau. in Capt. Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polyplusio.

Pŏlўpŏdĭŭm, dij n. ſ. (πολυπόδιον) herba dicta, ſiue quod radix eius ueluti cirros ad ſimilitudinem polypi piſcis habeat, ſiue quòd farina eius indita naribus polypum conſumit. Filicula uulgò dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. 12. & Dioſc. lib. 4. cap. 198.

Pŏlўptōtŏn, ti. n. ſ. (πολύπτωτον) quod multiplicem habet caſum, ex πολὺ, quod eſt multiplex, & πτῶσις caſus. Figura, qua diuerſis caſibus ſententia uariatur, ut Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti.

Pŏlўpus, (πολύπους) genitiuum facit polypi, & polypodis, m. t. piſcis eſt ex molliũ genere, à multis pedibus appellatus. Vide Plin. lib. 9. cap. 29. Item Polypus, narium morbus (ὄζαινα) cũ caro interiora naſi occupat. De quo morbo uide Celſum lib. 6. cap. 8. Hinc Polypoſus, qui eo morbo laborat.

Pŏlўsўndĕtŏn, ti. n. ſ. (πολυσύνδετον) pen. cor. ab πολὺς multus. σύνδεσμος coniunctũ, quaſi multipliciter coniunctũ. Figura, cum ſermo multis coniunctionibus concatenatur. Vergil. Tectumq; laremq;, Armaq; Amyclæumq; canem, Creſſamq; pharetram.

Pŏlўsўnthĕtŏn, (πολυσύνθετον) pen. cor. figura, cum ſententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur: ut, Ille hunc pœna conſtrictum trahebat, hic autẽ uociferabatur,

concurſus uerò nō mediocris erat, cum tamen omnes opitulari uellēt, ſed nemo auderet, neq; ibi magiſtratus aderat, neque circunſpicientes quò potiſſimum confugeremus, reperiebamus.

Pŏlytrĭchŏn, (πολύτριχον) herba, quæ uulgò Capillus Veneris uocatur. Vide Plin. lib.22.cap. 21. Dioſc.lib.4.cap.130.

Pŏlytrŏpŭs. πολύτροπος. multimodus, prudens.

Pōmārĭŭm, rij.n.ſ. locus arboribus pomiferis cōſitus, quod Latini etiam uiridarium appellāt, Græci παράδεισον. Ouid. 4. Metam. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas Mœnibus. Aliquando pomarium, (μηλὼν) dicitur locus ubi reponuntur poma.

Pōmĕrĭdĭānŭs, a.um. (μεταμεσήμβρινος) à poſt & meridie, quod poſt meridiem fit, ut pomeridiana ambulatio uel ſeſſio, apud Cic. Dicitur & Poſtmeridianus. Quint. lib.3.cap.1.

Pōmĭfĕr, a.um.o.ſ. (μηλοφόρον) ferens poma, ut arbor pomifera. Col.lib.5. cap.9. Supereſt ratio pomiferarum arborum.

Pomiliōnēs, & Pomilij, orum.m.ſ. (νάνοι) nani. id eſt homines paruæ ſtaturæ, paulum ſupra terram extantes. Habent quandoque membra enormia, qualem Martialis deſcribit in illo diſticho, cui nomen eſt Pomilius, Si tantum ſpectes hominis caput, Hectora credas, Si ſtantē uideas, Aſtyanacta putes. Scribitur etiam à nonnullis per u, pumiliones.

Pōmărĭŭm, rij. n.ſ. locus erat tam intra quam extra murum, quem Antiqui in condendis urbibus, quà murum ducturi erant, certis circa terminis inauguratò conſecrabant. Et hoc ſpacium quod neq; habitari, neq; arari fas erat, nō magis quòd poſt murum eſſet, quam quòd murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt. Dictum pomœrium, teſte Varr. quaſi poſtmurium. Nam Antiqui mœrū dicebant quod nos murū. Feſtus, Pomœrium quaſi promuriū. id eſt proximū muro. Vide quoq; Gell. li.13.ca.14.

Pōmpă, æ.f.p. (πομπὴ) omne ſpectaculum, & apparatus ſolennis, cum oſtentatione & ſpecie quadam triumphi, tam in aduerſis, quàm in proſperis & lætis, à Græco πέμπω mitto. Significat etiam longum incedentem ordinem, qualis eſſe ſolet in ſupplicatione, quam nos hodie proceſſionem appellamus. Terentius in Heaut. Tranſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa eò traducenda eſt.

Pōmpēiānæ ficus, & Pōpeianæ uitis ab inſitore.

Pōmpĭlŭs, li.m.ſ. (ναυτίλος, ὠὸν πολύπυς) piſcis genus, ut lib.3. refert Plinius, qui ſemper comitatur nauigiorum curſus. Aelianus uocat Pomphilon, uide Plin.lib.9.cap.19.

Pōmpōnĭānă pyra, dicebantur ab inſitore, & cognomine mammoſa appellabantur, à ſimilitudine mammæ.

Pōmŭm, mi.n.ſ. (μῆλον, ὀπώρα) generale nomen eſt omnium fructuum, qui ex arboribus eſui apti proueniunt, ſiue mollium ſiue durorū. Malum idem eſt cum pomo, quod tamen ita à nuce diſtingui ſolet, ut nux dicatur omne pomū, quod foris duro tegitur, & intus habet, quod eſt eſui: malū uero, quod foris habet quod eſt edendo, & durum intus includat. Dictum pomum (ut docet Var. lib.1. De re Ruſt. cap.31.) quaſi potomum, quod eius inſitio potu. id eſt aquatione indiget. Nam illi per ſiccitatem aquam addi opus eſt, ut ſtabilia matureſcant, ſiue quòd uicem potus in cibis præbeat.

Pōndĕro, as.a.p. (ἵστημι, ζυγοστατέω) libro. Plaut. Dum numularius ponderaret argentum. Per translationem eſt examinare, conſyderare. Lactan.lib.3. Mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda eſt. Hinc componitur Prępondero, (ὑπερβαρέω) quod eſt, prius pondero, ſeu prius examino.

Pōndo, (ὁλκὴ, λίτρα) indeclinabile, & gene. neutri, idem eſt quod libra, hoc eſt pondus duodecim unciarum. Liu. Argenti pondo bina, & ſelibras in militem præſtaret. Nonnunquam ponitur Pondo pro pondus. Vnde Liuius ſcribit coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuiſſe. Compoſita ſunt. Dipondium, Tripondium, & Aſſipondiū, pro unum pondo, quod id erat libræ pondus.

Pōndŭs, eris.n.t. grauitas, ſiue quod graue eſt dicitur. βάρος, ἄχθος. Plaut. in Amphit. Haud malum pondus eſt huic pugno. Vergil. 6. Aen. Gemuit ſub pondere cymba. Itē pondus quod librando ad ſtateram ponderatur. Cic. in Cat. Magnum auri pondus. Intercū ponitur pro numero. hoc eſt multitudine. Varro de uita Pop.Ro. E Græcia cōportaſſe magnum pondus omnium artificum. Interdum pro authoritate. Cic. Appio, Sed idem ſcribit meas literas

maximum

maximum apud te pondus habituras. Hinc ponderoſus, ſa. ſum. quod eſt graue, ſiue grauis ponderis. βαρύς. Ponderoſam epiſtolam dixit Cic. ad Att. lib. 2. pro longa, & multa cōtinente. Hinc quoque Ponduſculum diminut. Colum. lib. 12. cap. 51.

Pōnĕ, (ὀπίσω, ὄπισθεν) quando grauem accentū habet, aduerbium eſt, & ſignificat pòſt, ſiue retrò, aut à tergo, contrarium habet antè, quod » etiam quandoque aduerbium eſt. Verg. Ponè » ſubit cōiunx, ferimur per opaca locorū. Quandoq; præpoſitio eſt, pro poſt, cui contraria eſt ante præpoſitio. Liu. 10. Bel. Macedo. Ponè caſtra utriq; pabulatum, & lignatum ibant.

Pōno, nis. poſui, & poſiui, poſitum, a. t. colloco, conſtituo, figo, ſtatuo, cōſumo. τίθημι, τίθεμαι. » Verg. 1. Aen. Vrbe uelut poſita templis ſibi ferre dicatis. Aliquando deſinere, (ἀποτίθεσθαι.) » Verg. lib. 7. Cum uenti poſuere, omniſq; repente reſedit Flatus. Aliquando erigere, ædificare. Idem, Poſuitq; immania templa. Aliquan» do deponere. Idem, Ponuntq; ferocia Pœni » Corda uolente Deo. Aliquando apponere. Martialis, Nolo mihi ponas rhombum, mullum » ue bilibrem. Aliquando pingere. Horatius, » Solers nunc hominem ponere, nunc Deum. nam de ſculptore & pictore loquitur. Huius uerbi cōpoſita ſunt, Appono, quod eſt aliquid antepono. παρατίθημι. Plin. Nihil ei præter ſecundarium panem oleraq; appoſuit. Interdum ſubiungo. Vnde Appoſitū dicitur caſus, qui uerbo ſubiungitur. Antepono, profero. Cōpono, Circumpono, & Depono. Diſpono, ordino, quaſi in diuerſis locis pono. διατάττω. Hinc Diſpoſitio, quæ eſt rerum in ordinem collocatio. διάταξις. Diſpoſitum, decretum, conſtitutum. Vnde ex diſpoſito dicimus, (ἐκ παρατάξεως.) id eſt de induſtria, & quemadmodum à nobis cōſtitutum eſt. Expono, impono, interpono. παρεντίθημι, παρεμβάλλω. Oppono, præpono, propono, poſtpono, quaſi retrò pono. ὕστερον τίθεμαι. Repono, ſepono, ſeorſum pono, remoueo. ἀποτίθεμαι. Suppono, ſummitto. ὑποτίθεμαι, ὑφίσταμαι. & adulterinum loco ueri ſubijcio. ὑποβάλλομαι. ut, Suppoſitus partus, (ὑποβολιμαῖος) dicitur, quando fœtus alterius matris non ueræ matri ſubijcitur. Superpono, & Suprapono. ἐπιτίθημι. Tranſpono, ultra pono. μετατίθημι. Et habent pen. prod.

Pōns, tis. m. t. à pendeo, quòd ueluti in aëre pendeat. γέφυρα. Et ſignificat omne per quod ſuper aquas tranſimus. Vnde & pro ſcala nauium quādoq; ponitur. Verg. Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. Hinc ſenes depontanos appellatos eſſe legimus, à pontis deiectione, hoc eſt ferendi per pontes ſuffragij ademptione. Vide Eraſ. in Chiliad.

Pōntĭcŭlŭs, li. m. ſ. (γεφυρίς) dimin. paruus pons: ut, Ponticulus ligneus, Cic. 5. Tuſc.

Pōntĭfex, icis. m. t. (ἱεράρχης, ἀρχιερεὺς, ποντίφεξ) ſacer magiſtratus (ut inquit Scæuola) à poſſe & facere dictus. Vel (ut inquit Varro) à ponte, quia ſublicius pons à pontificibus factus eſt primum, & reſtitutus ſæpe. Erāt autem maiores & minores pontifices, inter quos ſummus, qui Pontifex maximus dictus eſt, quòd maximarum rerū, quæ ad ſacra & religionem pertinent iudex ſit, & uindex cōtumaciæ priuatorum magiſtratuum. Liu. 1. ab Vrb.

Pōntĭfĭcālĭs, & hoc le. om. t. (ἱεραρχικὸς) quod ad pontificem pertinet, ut Pontificalis authoritas. Pontificales libri, in quibus ſacræ ceremoniæ cōtinentur. Pontificalis cœna quæ ſit, uide Macrob. 3. Satur. & Chil. Eraſmi.

Pōntĭfĭcātŭs, tus. m. q. (ἀρχιερωσύνη) pontificis dignitas, ſicut conſulatus, conſulis.

Pōntĭfĭcĭŭs, a. um. ἱεραρχικὸς. quod eſt pontificis, ut ius Pontificium, quod ius Canonicum dicitur. Pontificia uerò. orum. plural. tantum nu. libri pontificij. Cic. 1. De Natu.

Pōntōnēs, num. m. t. naues quibus in traijciendis amnibus loco pontium utimur. πορθμεῖα. Apul. Et ſi uado non poterunt, pontonibus tranſibunt.

Pōntŭs, pro mari. Vide in proprijs.

Pŏpă, æ f. p. pinguedo. λίπος. Popam uentrem » dixit, pro uoratore, helluoneq; Perſius, Aſt illi tremit omento popa uenter, quales erant uictimarij, qui popæ dicebantur, & uictimas uenales habebant, qui & ligabant eas ad altare, feriebantq;. Spart. in uita Getæ, Percuſſit hoſtiā popa nomine Antonius. Hinc Popana, pinguia unguenta dixerunt Veteres.

Pŏpănŭm, ni. n. ſ. (πόπανον) placēta lata, tenuis, » rotunda, quam dijs Veteres offerebant, ſed & pro quocunque libo capitur. Iuuen. Sat. 6. Scilicet

licet & tenui popano corruptus Oſiris.

Pōpellūs,li.m.ſ.diminut.à populus, paruus populus.δημίδιον. Perſius, Ante diem blando caudam iactare popello.

Pōpīnă,æ.f.p. (ὀψοπωλεῖον,καπηλεῖον) pen.prod. ganea,culina,à popa, locus ubi publicè opſonia,caroq; cocta,ac delicatè confecta uenditatur,comediturq;,uel priuatim ubi guloſa familia extraordinariè ligurire & helluari conſueuit,ſiue ipſe qualem dixi cibus, authore Valla » in Raud. Horat. Fornix tibi & uncta popina » Incutiunt urbis deſyderium.

Pōpīnālis,& hoc.le.om.t. (καπηλικὸς) quod ad popinā ſpectat. Colum.lib.8.cap.16. Celebres erant deliciæ popinales.

Pōpīnātio,onis.f.t. nuncupatur à Gellio,quæ alio nomine dicitur helluatio,quam Græci ἀσωτίαν uocāt. Fit autem popinatio à popinari, quod ſignificat helluari,& indulgere popinis.

Pōpīnōnēs,num.m.t.(ἄσωτοι) tabernarij, uel luxurioſi,qui ſe popinis dedunt.

Pōplēs,itis.m.t. (ἰγνύα,ἰγνὺς) pars oppoſita genu,quæ curuatur,dicta, quòd poſt plicetur. Accipitur quandoq; pro tota illa parte neruoſa. Liu.lib.2. Quoſdam & iacentes uiuos ſuccisis femoribus poplitibusq; inueuerunt.

Pōppȳſmă,atis.n.t.(ποππύσματα) propriè dicitur id uocis blandimenti, quod fit equis indomitis cum tractatione manuum.& quæ fit manibus palpatio,interpretari poteſt, ut apud Iu» uen. Præbebit uati crebrum poppyſma roganti.id eſt crebram manuum tractationem, cum quadam uocis adulatione. nam fit à ποππύζω. quod eſt ſibilo,uel adulor. Eſt & ποππύζειν illiſis manibus inter ſe,& palma cum palma cōcuſſa plauſum edere,quod eſt applodere. Plinius lib.28.cap.2. Fulgetras poppyſmis adorare,conſenſus gentium eſt.

Pōpŭlābundŭs, (λαφυραγωγῶν) prædabundus,à populando.id eſt,qui populatur.

Pōpŭlāriă ſacra, (δημοτικὰ ἱερὰ) ut Labeo inquit, ſunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familijs attributa ſunt, ut Fornicalia, Palilia:ſic dicta,quod populo grata eſſent, cum in populum miſſio fieret, ab ijs qui gratiam plebis quærebant.

Pōpŭlāriă,dicebantur loca ubi plebs ſedebat. Vide Equeſtria. Item popularia,nugatoria, puerilia. Laber. Popularia agimus per ludum.

Pōpŭlāris,& hoc re.om.t. (ἰδιωτικὸς,δημοτικὸς) quod eſt populi: ut, Popularis ſtrepitus. Ho» rat. Interdum popularis,(δημαγωγὸς) dicitur » charus,& gratus populo, qui ſibi populi fauorem conciliat. Cic. Nihil tam populare,quàm bonitas. Interdum dicitur plebeius,uilis, & ignobilis.τῶν πολλῶν εἷς. Plautus, Præſtat diuitem eſſe ac popularē,quàm nobilem & mendicum. Et popularis dicitur,qui eſt eiuſdem conditionis,generis,ſortis,& fortunæ. ὁμοεθνὴς,δημότης. Terent.in Phorm. Amicus ſummus meus & popularis Geta. Erat enim & ipſe ſeruus. Vulgus indoctorū patriotam appellat. Ponitur aliquando pro ciue, Terent. Adelph.Obſecro populares. & ſubdito,authore Budæo. Liu.Tentando nunc ſociorum,nūc popularium animos. id eſt ſuorum ſubditorū. Populari nomine uocare eſt,nomine à populo uſurpato. Plin.lib.23.cap.4. Populari etiā nomine à nobis appellantur balani.

Pōpŭlārĭtās,atis.f.t.affabilitas,humanitas,blanditiæ,& gratia in populo, ὀχλοκοπία,τὸ δημαγωγικὸν:ut,Homo innoxiæ popularitatis, Plinius.Ponitur aliquandò pro coniunctione populi atque amicitia, quæ ex eiuſdem patriæ habitatione contrahitur. Plautus in Pœn. Si quid opus eſt,quæſo,dic,atque impera popularitatis cauſſa.

Pōpŭlārĭtĕr, affabiliter, humaniter,cum gratia populi,ſiue more populi.δημοτικῶς.

Pōpŭlātĭm, modò ſignificat per populos. κατὰ δήμους. Cateruatim, & in uniuerſum. Cæci. Omnes ſeruos prædo populatim.

Pōpŭlātŭs,ta.tum. participium, quod ſignificat deprædatus.πορθήσας. Populatus uerò nomē, ſignificat populoſum:ut, Vrbs populata.id eſt populo plena.

Pōpŭlētŭm,locus populo arbore cōſitus.λευκών.

Pōpŭlĕŭs,a.um. quod eſt materiatum ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet.λεύκινος.

Pōpŭlnŭs,a.um.idem quod populeus. Dicitur & Populneus.nea. neum. in eadē ſignificatione.

Pōpŭlo,as.a.p.amorem populi concilio. δημαγωγῶ. Pacuuius, Pater mihi patriam populauit meam. Aliquando, ponitur pro prædari,quod & populor dicitur & corrūpere. δη-

δηρομῶν, φέρειν τι καὶ ἄγειν, λαφυραγωγεῖν, πορθεῖν. Verg. Populatq́ ingentem farris aceruum. Hinc depopulor, pro deprædor, paſſimq́ & populatim diripio.

Pŏpŭlōſŭs,a.um. quod eſt plenum populo. πολυάνθρωπος. ut, Oppidum populoſum.

Pŏpŭlŭs,li.m.ſ.pe.cor. ſingulari numero, unius ciuitatis multitudinem ſignificat, iuris conſenſu, & concordi communione ſociata. λαός, δῆμος. Verg. Hinc populum latè regem. Populi uerò, diuerſarum ciuitatum. Colum. lib. 9. ca. 13. de apibus, populum dixit.

Pōpŭlŭs,li.f.ſ.antepe. pro. genus arboris, à frondium multitudine ſic appellata. λεύκη. Vulgo alberbaum. Verg. Hic candida populus antro Imminet. Plin. lib. 34. cap. 8. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur.

Pōrcă,æ.f.p. ſus fœmina. ὗς. In agro uerò, eſt terra elata inter duos ſulcos: à porrigendo (ut inquit Varro lib. 1. cap. 29. de re Ruſt.) quòd ea ſeges porrigat. Vel quòd aquas porceat, hoc eſt, porrò arceat. Prohibet enim aquā frumentis nocere. Nam crebriores ſulci, limi ſolent uocari. Colum. lib. 2. cap. 4. Liras ruſtici uocant eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt, ut inter duos latius diſtantes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Campani (inquit Hermol. Barb.) hodie porcas uocant puluinos ſiue hortulos, in quibus ueluti ſulcatim ſua cuiuſq; generis olera ſeruntur. Id genus & areæ dicuntur, apud Colum.

Pōrcārĭŭm, rij. n. ſ. dicimus quod ex porco eſt. χοίρειον. Vt porcariam uuluam, qua edito partu ueſcebantur. Plin. lib. 11. cap. 37.

Pōrcārĭŭs, porcorum cuſtos. χοιροβοσκός.

Pōrcĕo,ces. prohibeo. (ἀνείργω.) Lucilius lib. 6. Non te porrò procedere porcet. Componiturq́ ex porrò & arceo, quaſi procul arceo. ſyncopatum uidetur, & obſoletum eſt.

Pōrcetră,æ.f.p. χοῖρος, alijs δίκφαξ. porca quæ ſemel tantum peperit, ſcropha quæ ſæpius.

Pōrcĭnārĭŭs,m.ſ. qui carnes porcinas uendit.

Pōrcĭnŭs,a.um. (χοίρειος, ὕειος) quod ex porco eſt, ut Caro porcina.

Pōrcŭlātĭo,onis.f.t. porcorũ nutricatus. χοιροβοσκίαν Varro 2. de re Ruſt. cap. 4. In nutricatu (quam porculationem appellabant) binis menſibus porcos ſinunt cum matribus.

Pōrcŭlātŏr, qui porcos nutrit, ut pingueſcant.

Pōrcŭlēnă. Plaut. Porculenam pariturus eſt.

Pōrcŭlētŭm,ti.n.ſ. idem quod porca, cũ pro puluino ſiue horto (ut dictum eſt) ponitur.

Pōrcŭs,ci.m.ſ. (χοῖρος) domeſticus aper, ſerus, ſus utriq; communis eſt. Martialis, Iſte tibi faciat bona Saturnalia porcus. Inter ſpumantes ilice paſtus apros. Dictus porcus, quia porrecto rictu paſcatur, & terram dum herbarum radices rimatur, latius porrigat. Porcus Troianus, (χοῖρος τρωϊκὸς) dicebatur quaſi alijs animalib. incluſis grauis, ab equo Troiano armatis pleno, ſumpta metaphora. Hinc fiunt diminutiua, porculus & porcellus. χοιρίδιον, χοιρίσκος.

Pōrī,orum.m.ſ. (πῶροι) pen. prod. per ſimplex r, teſte Plin. lib. 36. cap. 17. dicuntur lapides pario marmori candore & duritia ſimiles, ſed minus ponderoſi. Pori uerò penul. corr. ſignificant meatus. Plin. lib. 20. de malua et althea. Succus decoctæ, pori meatus ſuaues facit. Eſt etiam porus iter, per quod genitura in urinæ uias defertur.

Pōrŏcēlă. πωροκήλη. herniæ ſpecies. Vide in dictione Enterocela.

Pōrphyrītēs, (πορφυρίτης) lapis de quo uide. Plin. lib. 36. cap. 7. Hinc Porphyreticus. a. um. quod eſt factum ex porphyrite.

Pōrphyră, ræ. f. p. (πορφύρα) Latinè purpura. Vnde Porphyriacus. a. um. pro purpureo. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis.

Pōrphyrĭo,onis.m.t. (πορφυρίων) auis, quæ ſola morſu bibit, cuius crura prælonga rubent, & roſtrũ. Hæc à nonnullis pellicanus dicitur.

Pōrphyrĭs,idis. πορφυρὶς. ueſtis purpurea.

Pōrrĭcĭo,is.a.t. (παρεκτείνω) penul. corr. quaſi porrò iacio. id eſt ualde porrigo, quod uerbũ ſolenne ſacrificantibus erat. Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur dijs. Plautus in Pſeud. Nam ſi ſacrificem ſummo Ioui, atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci ſi lucri quid detur, potius rem diuinam deſeram.

Pōrrĭgo,is.xi.ctum. ex porrò, & rego, non ago, ut quidam uolunt. Et ſignificat protendere, extendere. ὀρέγειν. Plin. Facilius quippe radices porrigunt ſolo ſubacto. Quandoq; offerre. ἐμβάλλειν: ut, Stipem elephanto porrigere.

Aliquan-

Aliquando pro proſternere, & interficere. Martialis: Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum. A porrigor ſit participium porrectus. id eſt extenſus. Aliquando uerò nomen eſt. Plautus in Caſ. Primum ego te porrectiore fronte uolo mecum loqui. id eſt hilariore. Et porrectio uerbale. Huius compoſitum eſt Exporrigo, ſeu exporgo per ſyncopam, quod eſt extrà porrigo. διαχέω. Terentius in Adelphis, Da te hodie mihi, Exporge frontem, id eſt exhilara.

Pōrrīgo, ginis. f. t. genus morbi, à porrigendo. id eſt extendendo. creſcendo enim porrigitur. Naſcitur (ut Celſus libro 6. ſcribit) in capillo, barba & ſupercilio, ubi inter pilos quædã quaſi ſquamulæ ſurgunt. Græci uocant πιτυρίδα. Hinc porriginoſus, qui porrigine infeſtatur.

Pōrrò, aduerbiũ. ſignificat certè. γνῶθι, μέγιστα. Cice. pro Plancio: Nihil porrò tam inhumanum, &c. Quandoque ſignificat longe pòſt. πόρρω Verg. Hinc maxima porrò Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem. Quandoq; à longè, ut ſit aduerbium loci. Liu. lib. 8. Si ire porrò pergas, per alium ſaltum arctiorem impeditioremq; euadendum. Quandoque poſtcà, deinde, in futurum, ἀπὸ τούτου. Teren. in prol. Andr. Dehinc ut quieſcant, porrò moneo. id eſt in futurum. Quandoque ultrà. Liuius lib. 1. Ex loco infeſto agere porrò armentum occœpit. Quandoq; cõiunctio eſt, & pro Autem ponitur, locaturq; in principio orationis. δὲ, δὴ, αὖ δὲ. Quintil. Porrò qui confeſſum defendit. &c.

Pōrrūm, ri. n. ſ. & in plurali porri, ſiue maſcul. gen. porrus (πράσον) genus oleris. Plin libro 10. cap. 6. Porrum ſeritur ſemine, ab æquinoctio autumno. A porrum ſit porraceus. a. um. πράσινος. ut, Porraceus color. Plinius libro 37. cap. 10.

Pōrtă, æ. ſ. p. (πύλη) à portando, dicitur omnis exitus, & quo poteſt importari uel exportari aliquid. Cæſ. 6. Bel. Gall. Capit arma à proximis, atq; in porta cõſiſtit. Hinc fiunt diminutiua, portula, portella, & porticula. πυλίς.

Pōrtēndo, dis. n. t. porrò, hoc eſt antè tendo, prædico ſignificat. ἐπισημαίνω, προσημαίνω, προφαίνω. Plaut. in Aſin. Accaſtor nobis periculum magnum & familiæ portenditur, Demeneti ſi expectemus mortem.

Pōrtēntōſūs, a. um. quod portentum facit. τερατώδης, τεράστιος. ut, Portentoſa Græciæ, pro mendacijs dixit Plin. lib. 5. cap. 1.

Pōrtēntūm, ti. n. ſ. (τέρας) à portendo. id eſt præoſtendo, quòd portendat aliquid futurũ: cuius ſignificationem Veteres ex augurijs & auſpicijs accipiebant. Aliquando dicuntur portenta inania quædam, & irridenda. Cice. 1. Tuſc. Quid negotij eſt hæc poëtarum & pictorum portenta conuincere? Poterant & dicta prophetarum portenta dici, quia porrò, hoc eſt de longè tendebant. id eſt futura diuinabant. Portenta quoque fieri dicuntur, cum inſolita corpora raró ſe oſtendunt: ut cometæ, turbines, barathra, ſereno cœlo facta tonitrua. Vnde Varro, In cœlo, inquit, memorabile extitit portentum.

Pōrthmēus, (πορθμεύς) Latinè dicitur transfretator, qui nauigio uehit, & qui exigit portorium.

Pōrthmis, idis. πορθμίς. nauis ad traijciendum.

Pōrtĭcŭlŭs, li. m. ſ. paruus portus. λιμενίσκος. Sumitur quandoq; pro malleo.

Pōrtĭcŭs, us. f. q. (στοὰ) quæ propter repentinos imbres, & umbrarum ac deambulationis gratia ædificantur. Hinc porticula dimin.

Pōrtĭo, onis. f. t. quaſi partio, ſignificat partem. μέρος. Plin. lib. 9. cap. 51. Sed quota hæc portio eſt? Huius diminutiuum eſt portiuncula. μερίς. Hinc fit proportio, quæ eſt duarum rerum inuicem facta comparatio. λόγος.

Pōrtĭſcŭlŭs, li. m. ſ. hortator remigum, qui eam uirgulam, quæ portiſculus dicitur, in manu tenens, hortatur remiges, urget, & cuncta pro libito moderatur. κελευστής. Plaut. in Aſin. Tute habes portiſculũ. Ennius in Annal. Portiſculus cum ſignum dare cœpiſſet.

Pōrtĭtŏr, oris. m. t. qui uectigal portus, ſiue portæ. id eſt portorium, quod eſt fructus pecuniarios ex portu conduxit, & à uenientibus illos exigit. λιμενιστής. Plaut. in Trin. utrunq; complexus eſt: Solutum eſt portitori iam portorium. Græci τελώνας, Cicero magiſtros ſcripturæ, & portitores appellat. Et portitor dicitur, qui aliquid portat. βαστάζων. Stat. lib. 1. Theb. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ. Poteſt etiam dici qui traducit homines, ac ue-

ac uehit ad nauim de littore, uel ad littus de naui, uel ad ulteriorem fluminis ripam, quam Græca uoce πορθμεῖα dicimus.

Pōrto, as. a. p. non tantum corpore, ſed etiam animo, & tam bona, quàm mala. φέρομαι, κομίζω. Terent. in Andr. Dij boni, boni quid porto? Et portare dicimur, cum iumentis aliquid nobiſcum ducimus. Hinc Verrem legimus amicam à prouincia portaſſe, & Pompeium deportaſſe triumphum. Hinc portito, frequentatiuum. Et portatus. tus. actus ipſe portandi. Huius compoſita ſunt, Apporto, aſporto, quæ contraria ſunt. Comporto, ſimul porto. συγκομίζομαι. Exporto, extra ſeu ex loco porto, auferó ue. Importo, introporto. ἐσκομίζομαι. Reporto, retrò porto. ἐπάγω. Vergil. » Hæc triſtia dicta reportat. Deporto, Supporto. συγκομίζω. & tranſporto.

Pōrtōrĭūm, rij. n. ſ. naulum, & merces quæ datur portitoribus. πορθμίον, λιμένιον. Item uectigal, quod portitori ſoluitur. id eſt, telonia rio, ſcripturario, & ſcripturæ magiſtro ex portu uel fluminum, uel lacuum, uel ſtagnorum. Plautus in Aſin. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio.

Pōrtŭlācă, quam Græci ἀνδράχνην dicunt, herba eſt frigida, & humida (ut inquit Auicenna) quæ dentium tollit ſtuporem.

Pōrtŭs, us. m. q. dicitur locus concluſus, quò importantur merces, & inde exportantur: uel ad quem applicant naues, & in quo perſæpe hyemant. λιμήν. Antiqui domos partim portus, partim inſulas uocabant à portando. Vnde etiam Porticus dictæ ſunt. In ablatiuo plurali portubus & portibus facit. Hinc portuoſus, multos portus habens. Salluſt.

Pŏs, uidetur potius ſignificare pontem, quàm potentem, inquit Varr. lib. 1. De Ling. Lat.

Pōſcă, æ. f. p. ſiue puſca apud Celſum, uinum in torculari aquatum, quod apud Plinium, Varronemq́;, & alios lora dicitur. Quidam poſcam dicunt eſſe potionis genus, quam Græci ὀξύκρατον uocant, quæ ex aquæ acetiq́; mixtura conficitur.

Pōſcĭnūmĭŭs, a. um. qui poſcit numos. αἰτησιχρήματος. unde baſia meretricia poſcinumia dici poſſunt, quippe quæ nihil aliud quàm numos poſcunt.

Pōſco, poſcis, popoſci, a. t. ſignificat rem debitam & honeſtam peto. αἰτέω, ἀξιῶ. Varr. Poſcere eſt, quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Don. Poſcere, eſt imperioſe rogare. » Aliquando prouocare. προκαλῶ. Verg. Haud » acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Aliquando petere, ſeu uendere. Plautus in Merc. Tanti quanti poſcit. Aliquando eſt requirere, exigere. Cæſ. 4. Bel. Gall. Ad quos ſe celeriter, cum uſus poſcit, recipiunt. Huius compoſita ſunt, Appoſco. προσαιτέω. quod eſt iuxta debitũ & ius poſco, ſeu uolo. Terent. in Heaut. Porrò hæc talenta dotis appoſcent duo. Depoſco. Expoſco, multum, ſeu cum inſtantia, aut publicè poſco. ἐξαιτῶ. Liu. lib. 1. Pacem preci» bus expoſcunt. Verg. lib. 1. Sed uotis precibuſq; » iubent expoſcere pacem. Repoſco, quod mihi debetur, reddi peto. ἀπαιτῶ. Et repoſcere, eſt uehementer poſcere. Plaut. in Curc. Quam tu uirginem me repoſcis?

Pōſcŭlentŭm, ti. n. t. (πότιμον) nõ poculentum dici debere ſcripſit Hermolaus, quanquam à poſca etiam poſculentum dici poſſit.

Pŏſĭtĭo, f. t. θέσις. ſitus, ſituatio.

Pŏſĭtĭuŭs, a. um. o. ſ. quod primò poſitum eſt, nec aliunde deriuatum. θετικός.

Pŏſĭtūră, f. p. nota, qua ſenſus in oratione diſtinguitur. θέσις. Item dicitur ſitus, ſiue poſitio. Sic ſyllabam dicimus eſſe longam poſitura.

Pŏſĭtŭs, us. m. q. idem quod poſitio, ſiue ſitus.

Pŏſĭtŭs, a. um. o. ſ. participium, ſui uerbum ſignificationem retinet. Aliquando ponitur pro » exanimato. Verg. 4. Aen. Sic te ut poſita cru» delis abeſſem.

Pŏſſēſſĭo, f. t. proprietas, & uſus, ſiue actus poſſidendi agri aut ædificij, non ipſe fundus, aut ager. νομή. Aliquando tamen ſumitur pro ipſis bonis immobilibus. κτῆμα, κτῆσις. Cic. ad Val. Is habet in Volaterrano poſſeſſionem. Hinc poſſeſſiuncula, dimin. Cic.

Pŏſſēſſĭuŭs, a. um. o. ſ. quod poſſidetur. κτητικόν. ut Euandrius enſis, ædes regiæ, quæ regis poſſeſſio eſt.

Pŏſſēſſŏr. m. t. qui poſſidet. ὁ κεκτημένος. cuius fœmininum eſt poſſeſtrix.

Pŏſſĭbĭlĕ, n. t. dicitur quaſi fieri poteſt. δυνατόν. cuius contrarium eſt impoſſibile.

Pŏſſĭdĕo, act. ſ. (κρατέω, νέμομαι, in Pand.) ex

poſ

pot & ſedeo. pos autem quod in uſu non eſt, idem eſt quod potens, ut ſit poſſideo, quaſi potens ſedeo. Poſſidere bona ex edicto, eſt poſſidere per adiudicationem, ſiue per decretum. Poſſidere bona publicè, eſt quod in manu regia ponere dicimus. Hinc Poſſeſſio, Poſſeſſor, & Poſſeſſiuus, a. um.

Poſſum, potes, potui. n. ex pos & ſum cõponitur, quaſi potens ſum. δύναμαι, οἷός τε εἰμί. Habet quandoq; appoſitum, ut cum dicimus, Deus omnia poteſt. unde fit Omnipotens. Quandoq; eſt ſine appoſitione. Plaut. Non hic ut poſſit, edit, ſed poſſe cupit, ut edat. Ponitur aliquãdo pro ualere, & bene habere. Cice. 2. Tuſcul. Nihil enim dolet niſi pes, poſſunt oculi, poteſt caput, latera, pulmones, poſſunt omnia. Poteſſe autẽ, apud Plaut. in Aul. inuenitur pro poſſe. Dicimus uenuſtè, poteſt fieri, pro poſſibile eſt: non poteſt fieri, pro impoſſibile. Aliquãdo ſolum poteſt ponitur, nec exprimitur fieri. Iungitur interdum accuſatiuo cum præpoſitione apud, & ualeo ſignificat: ut, Hic apud principem plurimum poteſt.

Poſt, præpoſitio, ſignificat μετὰ Græcam præpoſitionem, quando ordinem demonſtrat ſiue loci, ſiue temporis, ſiue alicuius alterius rei, & deſeruit accuſatiuo. Vergil. Poſt montem oppoſitum. Compoſita uerò reperitur cum multis dictionibus, ut poſthac, poſtmodum. quandoq; tamẽ loco aduerbij poſtea. ἔπειτα. & hoc quando nulli caſui ſeruit, ut quando iungitur ablatiuo. Quòd ſi per ſe proferatur, uel præpoſterè, habet accentum acutum, in uerſu uerò grauem.

Poſteã, aduerb. componitur ex poſt & ea. ἔπειτα, μετέπειτα. Vnde & producit a, ſicut alia cõpoſita. Similiter poſteaquàm una dictio eſt, ſicut & poſtquàm. ἐπειδή. quæ connexiuæ particulæ ſunt. Aliquando inter poſtea & quam interponitur uerò, & ſignificat, ſed poſteaquã.

Poſtergo, act. p. (μεθίεμαι) poſthabeo, relinquo, poſtpono, & quaſi poſt terga iacio: à quo poſtergator. & poſtergatio.

Poſteriora, n. pl. t. (τὰ ὀπίσθια) dicuntur quæ à uultu auerſa ſunt. Vnde eſt illud: Poſteriora mea uidebis.

Poſteritas, ſ. t. ſignificat poſterũ ſeculũ, ſiue homines qui pòſt naſcẽtur. οἱ μεταγενέστεροι, ἀπόγονοι.

Poſterius, aduerb. tardius, uel ſecundò. ὕστερον. Quandoq; etiã minus, uilius, abiectius. Plaut. in Aſina. Poſterius iſta dicis, quàm credo tibi.

Poſtero, ras. act. p. ὑστερίζω. Pall. Oliua ſpeciei merito poſterauit.

Poſterus, a. um. o. ſ. quòd aliquid ſequitur. ὑστεραῖος, ἐπιών, ὀπίσθιος. Vt poſtera dies. id eſt ſequens. Aliquando poſterus dicitur, qui poſt nos futurus eſt. Vnde poſteri, quicunq; ex nobis, & poſt nos etiam ex alijs naſcentur. μεταγενέστεροι, ἐπίγονοι. Cum dicitur, In poſterum proſpicere, in poſterum differre, ſubauditur tempus: cui contrarium eſt, In præſens. Huius comparatiuum eſt, poſterior, & ſuperlatiuum poſtremus. ὕστατος. id eſt ultimus. Poſteri pedes, qui poſt primos ſunt. ὀπίσθιοι. Hinc componitur præpoſterus, quaſi peruerſus, & inuerſus. πρωθύστερος. Cic. Caſ. Præpoſteros habes tabellarios. Præpoſtera libido, (καταπυγοσύνη) dicitur uitium Sodomiticum. Præpoſteros, homines libidinoſa cupiditate uocat Iulius Firmicus, qui & pædicatores uocantur.

Poſtfero, act. inconſeq. pe. cor. poſtpono. ὕστερον τίθημι. Plin. lib. 2. Gebenna nulli prouinciarum poſtferenda.

Poſtfuit, poſthabitum eſt. Sall.

Poſthabeo, act. ſ. poſtpono. ὕστερον τίθημι, ὀλιγωρῶ, χαίρειν ἐῶ. Terent. in Phor. Nam omnes poſthabui mihi res.

Poſthac, aduerb. dictio cõpoſita, ſicut Antehac, & ſignificat deinceps, in futurũ, ſiue poſt hoc tempus. μετὰ ταῦτα, τὸ λοιπὸν, εἰς τοὔπιον.

Poſthumus, mi. m. ſ. pen. corr. ex poſt & humus componitur, qui poſt mortem parentis natus eſt, quaſi poſt humatum & ſepultum patrem. ὀψίγονος. Dicitur & poſthumus. ma. mum. pro futuro, & ſequenti, & poſtero. Vnde & Apul. Poſthumam ſpem dixit.

Poſticula, æ. ſ. p. dimin. à poſtica, pro poſteriore parte ædium, ὀπισθόδομος. Apul. Per quandam poſticulam intrò uocat me.

Poſticulum, li. n. ſ. aliud dimin. Plaut. in Trin. Poſticulum hoc recepit, cum ædes uendidit.

Poſticum, ci. n. ſ. & Poſticus, pen. pro. à pòſt ſtando, pro oſtio in poſteriore parte ædium. παραγία θύρα. Veteres tamen etiam uicinum habitantem ad poſteriorem partem ædium, ſic appellarunt. Horatius, Auria ſeruantem poſtico falle

co falle

ſo falle clientem. Et oſtium ipſum, poſtica fœminino genere di. itur. Poſtica etiam augurum eſt (ut inquit Seruius) Augures deſignãt ſpacia lituo, & eis dãt nomina, ut prima pars, quæ ante nos eſt, dicatur antica, poſterior poſtica. Dextram quoq; (ſicut ſcribit Feſtus) anticam, ſiniſtram poſticam dicimus. Sic etiam ea cœli pars, quæ Sole illuſtratur ad meridiem, antica nominatur, quæ ad Septentrionem poſtica. Rurſus quæ diuiduntur in duas partes, Orientem atq; Occidentẽ, antica, & poſtica dicuntur. Item poſtica linea in agris diuidendis, quæ ab Oriente in Occidentem ſpectat. Omnia deniq; quæ poſt nos ſunt, poſtica dicuntur, & quæ ante nos, antica. Inuenitur etiam poſticus.a.um. ὀπίσθιος.

Pōſtĭdĕā, id eſt poſt id, ſiue deinde. Plautus in Stich. Poſtidea loci ſi hoc eduxerit.

Pōſtĭlēnă, æ.f.p. à poſt & ſtando, quòd ſtet à parte poſteriori. ὀπισθία. Eſt enim incuruum lignum, ſiue craſſius lorum, quod ſub iumenti cauda ponitur. Plaut. Hinc per contrarium antilena, qua pectus cingitur. τὸ προστερνίδιον.

Pōſtis, is.m.t. à poſt deducitur, & ſignificat ualuam oſtij, ſiue latus portæ dictus, quòd poſt fores ſtet. παραστάδες.

Pōſtlīmĭnĭŭm, nij.n.ſ. ἀναπόδμημιον. ex poſt & limina componitur. Quæcunq; enim à nobis alienata ad hoſtem perueniunt, cum à noſtro limine exierint, ſi pòſt ad idem limen reuertantur, poſtlimino redeunt. Sunt qui ex aduerbio pòſt, uim nominis interpretentur, reliquã uocabuli partem ſolum addidamentum oſtendentes, tanquam liminium nihil ſignificet, ſicut tullium, ſupplementum eſt in medutullio. Poſtliminio quietis, apud Apuleium ſignificat poſt quietem. nam reuerſio quædã, poſtliminij uocabulo ſignificatur, quia ſemper poſt id quòd retrò relinquitur. Poſtliminio mortis. id eſt reuerſione à morte et poſt mortem.

Poſtmitto, is.a.t. poſthabeo, negligo, parui aut nihili habeo. λῶ. Cic. pro Cælio.

Pōſtmŏdŭm. ὕστερον. pen.cor. ex poſt et modum, ſignificat poſtea, ſiue poſtremò, quaſi poſt modum rei datum. Dicitur & poſtmodò.

Pōſtōmĭs, idis. ἐπιστομὶς. inſtrumentum ligneum ſeu ferreum, quod ad cohibendum equorum tenaciam naribus uel morſui imponitur. Vide Paſtomis.

Pōſtpōno, is.a.t. retrò pono, poſthabeo. Cice. ad Tyron. Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parērem.

Pōſtprincipiŭm, opponitur principio, & ſignificat progreſſum rei Gell. li. 16. cap. 18. Voluptas autem, uel utilitas talium diſciplinarum in poſtprincipijs exiſtit.

Pōſtquăm, & poſteaquàm, (ἐπειδὴ) connexiuæ particulæ ſunt.

Pōſtrēmĭſsĭmŭs. Veteres pro poſtremo dixerũt.

Pōſtrēmĭtās. ἐσχατιὰ. pro extremitate ponitur.

Pōſtrēmō, aduerbium, ſignificat finaliter, ultimo loco, tandem. τὰ ὕστατα, τὸ τελευταῖον. Ad poſtremum, idem eſt. In poſterum uerò. τὸ λοιπὸν. ſignificat in futurum tempus.

Pōſtrēmŭs, mi.n.ſ. ſuperlatiuum, ultimus. Poſtremum quoque ſuperlatiuum aduerbialiter ponitur, ut ultimum. Teren. in And. Si id facis, hodie poſtremum me uides.

Pōſtrĭdĭē, (τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ ἐπιούσῃ) & Pridie. τῇ προτεραίᾳ. compoſita ſunt, & diuerſa. De pridie, Gell. lib. 19. ca. 24. Die piſtrim, eodem modo dicebatur, quod ſignificabat, die priſtino. id eſt priore. Feſtus uero (cui magis accedendum puto) compoſitionem pridie antiquam eſſe innuit, cum ait. Pri antiqui pro præ dixerunt. Pridie igitur, ex præ & die compoſitum, priori ſiue præcedenti die uno antè ſignificat, non de eo, qui ante multos fuit dies. Poſtridie uerò, poſtero die: ſyncopatum enim eſt. Aliquando eis genitiuus iungitur: ut Pridie ſiue poſtridie Calendarum. & poſſeſſiuè iungitur. Nonnunquam accuſatiuus apponitur. Cicero App. Pridie Nonas Iunias cum eſſemus Brunduſij. Et reſoluitur, Die præcedenti Nonas, ſiue die ante Nonas. Interdum pridie & poſtridie ſequitur quàm: ut Pridie quàm intres patriam, ſacrificium facito. Similiter, Poſtridie quàm pater mortem obijt, epulum feci. id eſt poſtquàm pater mortem obijt, epulum feci. id eſt poſtquàm pater mortem obijt. A pridie fit pridianus.a.um. quod eſt pridie alicuius diei. χθιζὸς, προτεραῖος. Sueton. in Caio, Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi. A poſtridie fit poſtridianus, qui poſtridie alicuius diei ὑστεραῖος. ſicut poſtriduanus, qui poſt Idus eſt.

Pŏſtŭlo,as.a.p. ſignificat quodam modo requiro,uolo,poſco, peto,deſydero: ut res, locus, perſona,tempus,cauſa poſtulat. ἀπαιτῶ,ἀπαιτέω. In qua ſignificatione quandoq; ablatiuo iungitur mediante præpoſitione. Aliquando accuſatiuo ſolum. Nonnunquam duobus accuſatiuis.ſed tunc ſumitur pro oro. προσβιῶ. Quandoq; ſignificat rem debitam & iuſtam peto. Aliquando ſignificat accuſo, ſeu querelam dico de altero apud alterū. προβάλλομαι, κρίνω,λαγχάνω,δίκlω γράφομαι,εὐθύνω. Poſtulare (inquit Vlpian.)eſt deſyderium ſuum,uel amici in iure,apud eum qui iuriſdictioni præeſt,exponere,uel alterius deſyderio contradicere.Solet diſtingui inter poſtulare, poſcere, petere,obſecrare, & flagitare, quia poſcimus imperiosè,petimus precario,poſtulamus iure,obſecramus. id eſt per ſacra rogamus:flagitamus, non ſine ſtrepitu uerborum addendo conuitium. Expoſtulare eſt,cum querimur iniuriam apud illum,à quo accepimus, & habet in ſe reprehenſionem,de quod alibi. Hinc poſtulatum,uel poſtulatio, quod uerbi ſui uarietatem ſequitur. Ponitur et pro ſacra ſupplicatione,(quam proceſſionem uocant) & fieri ſolebat poſt poſtularia fulgura quæ (ut inquit Feſtus)uotorū aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignabant. Item poſtulationibus uacare eſt,quod requeſtas expedire dicimus. Plini.in Epiſt.Senecio cum exploraſſet conſules poſtulationibus uacaturos,conuenit me. Alio modo,cum poſtulo accuſationis eſt, ſignificat querelam, uel quaſi iuſtam querelarum interpoſitionem. Inter expoſtulationem & poſtulationem hoc differentiæ eſt, ut expoſtulatio ſit apud illum ipſum,qui peccauerit,poſtulatio de illo apud alterum.

Pŏtāmĕntŭm,(πότισις)idem quod potatio.

Pŏtĕ, pro potis.id eſt poſſibile, accipitur metri cauſa. Cic.de Cl. Hoſpes non pote minoris.

Pŏtēns,entis . om.t. δυνατὸς . tam participium quàm nomen inuenitur,à poſſum. Sed quando participium eſt,tempus ſignificat,& accuſatiuo iungitur nominum,uel infinitiuo , nec comparationem accipit:ut Potens pugnare, uel potens bella facere. Quando uerò nomē, caret tempore,& genitiuo iungitur: ut Potēs maris,potens regni.Et comparationem accipit,ut potentior,potentiſſimus. Huius contrarium impotens ,qui non poteſt. A quibus potentia. δύναμις.& impotentia,potenter & impotenter. Differunt autem,ſecundum Priſcianum,potentia,& poteſtas,quòd poteſtas magis pro ui accipitur,potentia pro dominatione. Hinc omnipotens,armipotens,bellipotēs. Viripotens , mulier quæ coire cum uiro per ætatem poteſt.

Pŏtēntātŭs,us.m .q. poteſtas. δυναστεία. Cæſ.1. Bel.Gal.Hic cum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderunt.

Pŏtērĭŭm,rij.n.ſ.ποτήριον. Latini poculum dicunt.Eſt & fruticis nomen apud Dioſcor.

Pŏtĕſsŭm,id eſt poſſum. δύναμαι. Terent.

Pŏtĕſtăm,pro poteſtate ueteres uſuparūt. Plau.

Pŏtĕſtās,atis.f.t.optio,ditio,imperium,ius,uis, potentia. δύναμις,ἐξουσία. Cuius nominis multa tradit Paulus Iureconſul. De uerb.ſignif. In perſona magiſtratuum, imperium: in perſona liberorum,patria poteſtas:in perſona ſeruorum, dominium. At cum agimus de noxæ deditione cum eo, qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam facultatemq; ſignificamus. Item poteſtates in plurali numero, dicuntur principes,potentes,quos Græci δυνάστας uocant,& hi qui magiſtratus gerunt , & habent merum imperium. Et poteſtas ponitur pro conſilio & ratione. Vnde exire aliquem de poteſtate ἐξίστασθαι.dicimus,mentis impotem fieri.ut apud Cic.lib.4.Tuſc. Sic in poteſtatem redire,dicitur id quod è poteſtate prius exiuerat. In poteſtate eſſe, paſſiuæ ſignificationis eſt. Sic in poteſtatem uenire, eſt non poteſtatem aſſequi,ſed in poteſtatem cadere, uel ſub poteſtatem alicuius ſubijci.

Pŏtĭo,onis.f.t.πόμα.potus.Cic.Tuſcu.

Pŏtĭōno,nas.a.p.ποτίζω.potionem præbeo: cuius paſſiuum eſt potionor.Suet.de Calig.Creditur potionatus à Cæſonia uxore, amatorio medicamento.

Pŏtĭŏr,oris.com.& pŏtĭŭs,oris.n.t.cōparatiua, pro melior & melius,quaſi potentior & potius,cōmodior,exoptatior,exquiſitior . κρείττων, βελτίων. Et potiſſimus.a.um . ſuperlat. id eſt optimum ,præcipuū,exquiſitum, potiſſima ratio,potiſſima nobilitas.Hinc aduerb.potius,quod ſignificat magis,& potiſſimum,uel

potiſſimè. id eſt principaliter, quàm maximè.

Pŏtiŏr, tiris. & poteris. γίνομαι ἐγκρατής, ἐπιτυγχάνω. à potis deducitur, depon. tā tertiæ quàm quartæ coniugationis eſt. In infinitiuo tamen et participio quartam ſequitur. Eſt autem potiri, tenere, & quaſi in poteſtate habere, & ſic ferè ſemper cum genitiuo conſtruitur. Sallu. Cui fatum foret urbis potiri. Potiri rerum, eſt imperiū tenere. Aliquando eſt obtinere, & in poteſtatem uendicare, & tunc ablatiuo iungitur: ut, Cæſar tandem potitus eſt Gallia. Aliquando fruor. ἀπολαύω, καρποῦμαι. potiſſimum in præſenti tempore, ſic etiam cum ablatiuo.

Potis ſum, poſſum, pote uolo, poſſum uelle.

Potis eſt, poſsibile eſt. οἷόν τε ἐστι. et potis, potēs eſt

Pŏtis, & pote. δυνατὸς adiectiuum. A quo pote aduerbium, ut quipote, utpote. uide Compos. Et Pote ſuperius.

Pŏtiſsĭmŭm, potiſſime, quà maximè. Vid. Potior.

Pŏtiŭs, citius, prius. id eſt potiuſquàm, priuſquàm, antequàm. Cic. pro Mil.

Pŏtīto, tas. n p. pen. cor. conſuetudinem potandi habeo, (καταπίνω.) Eſt enim frequent.

Pōto, tas. taui. & potus ſum. tatum, & potum. n. p. ſignificat bibo. πίνω. Et tranſlatè, Cice. in Tuſ. Stoicorū iſta magis guſtata quàm potata delectant. Eius compoſita ſunt, appoto, quod eſt multum poto. πίνω, προσπίνω. Compoto, ſimul uel cum alio poto. συμπίνω. Vnde compotatio, quàm Græci συμπόσιον dicunt. Epoto, potādo exhaurio. ἐκπίνω. Perpoto ualde poto. διαπίνω. Præpoto, antè poto. προπίνω. & habent penult. prod.

Pōtōrĭŭm, rij. n. ſ. ποτήριον. uas quod ad potum eſt deputatum. Plin. lib. 33. ca. 10.

Pōtōrĭŭs, a. um. om. ſ. (πότιμος) quod ad potandum pertinet. unde dicimus uaſa potoria, ſicut uaſa eſcaria.

Pōtŭs, ta. tum. in utraque ſignificatione ſumitur pro eo qui potauit. ἐμπεπωκώς, πιὼν. Cicer. Fam. 7. Et ſi domum bene potus ſeroq; redieram. Paſſiuè autem. ποτὸς. ab Ouidio libro 15. Metamorp. ſumitur, Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Pōtŭs, tus. m. q. idem quod potio, (πόσις, πῶμα) Plinius libro 10. capite 72. Serpentes exiguo indigent potu.

P ANTE R.

PRāctĭcā, cæ. fœm. p. ἀπὸ τοῦ πράττειν. hoc eſt ab agendo.

Præ, (πρό) præpoſitio, quæ tam ſeparata, quàm compoſita ubiq; diphthongatur. Separata quidem ablatiuo deſeruit, & quandoque ſignificat pro. ſiue propter: Apuleius, Præ luxuria cuncta profuderat. Quandoq; ſignificat antè. πρό. ſiue de loco dicatur, ſiue de electione. Et modo abſolutè ponitur. Terentius: I præ, ſequar. Modò cum ablatiuo, ut Præ oculis. id eſt ante oculos. Interdum ponitur pro reſpectu, ſiue ad comparationem. πρὸς, παρά. Terentius in Eunucho, Hic ego illum contempſi præ me. ὡς πρὸς ἐμέ. id eſt ad comparationem mei. Item pro extra, ſiue excepto, uel excepta. Gellius lib. 1. Præq; ſe uno cæteros omnes linguæ Atticæ rudes eſſe atque agreſtes prædicabat. Item pro reſpectu eius: Plautus in Perſa: Imò res omnes relictas habeo, præ quod tu uelis. In eadem ſignificatione dicimus præ quam. Compoſita ſignificant antè, uel prius: ut præpono, præfero. Aliquando ſuper, ut præfectus, præſideo. Aliquando ualde, uel mirum in modum, ſiue præter modum, multa per ὑπὲρ Græcè, ut præclarus, præcelſus: & magis auget quàm per. Significat quandoque etiam ante tempus, ſiue præter morem aliorum: ut Præcox uua, præcox ingenium. Item ſignificat non, ſiue nondum, ut præmaturus. Aliquando ſuper uacuè ponitur, ut præmorior, præcingo, quæ ſignificant ſicut eorum ſimplicia. A præ fit præut, quod collationem ſignificat. Plautus, Modeſtior nunc quidem eſt de uerbis, præ ut dudum fuit. id eſt, ſi priſtinos eius mores reſpicias. ὡς γε πρὸς τὸ γένος. à præter, ſicut à ſub ſubter, in inter, pro propter.

Præăccĭpĭo, is. a. t. ante accipio. προλαμβάνω. A quo præacceptio figura, quæ præſumptio à noſtris, à Græcis uero πρόληψις dicitur.

Præăcŭo, ĭs. a. t prius acuo, aut ualde acuo. Cato De re Ruſt. Vitem teneram præacuito.

Prăbĕo, es. a. ſ. ex præ & habeo, abiectis a & h, ſignificat do, exhibeo. παρέχω, ομαι. Nam qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicitur. Aliquando ſignificat oſtendo. Terentius in Adelph. Seruum haud illiberalem præbes te.

Hinc præbitus,participium. Et præbitor.oris. uerbale. Cic.2.de Offic. An tu id agis,ut Macedones te non regem ſuum,ſed miniſtrum & præbitorem putent?

Prǣbēndă, pluralis tantum numeri,neutri generis,dicuntur ligna & ſal,quæ parochi publicè miſsis exibere debent: de quibus Horat. Et parochi quæ debent ligna ſalemq́.

Prǣbĭă, Veteres remedia dixerunt,authore Feſto,quòd ægrotantibus præbeantur.

Præbitere, pro perire uſurpauit Plaut. Idem in Pœn.dixit pro præterire. Vide Præterbito.

Prǣcăluŭs,ui.m.ſ. (ἔμπροσθεν φαλακρὸς) caluus in anteriore parte capitis.

Prǣcārŭs,a.um.o.ſ.nimis,ſiue multum carus,

Prǣcăuĕo,es.a.ſ.antè caueo prouideo. Plau.in Amph. An non id præcauiſſe oportuit?

Prǣcēdo,is.n t. antecedo. (προάγω, προέρχομαι.) ut, Nox præceſsit,dies appropinquauit.

Prǣcēllo,lis. διαφέρω. uide in dictione Cello.

Prǣcēntĭo,onis.f.t. modulatio illa uocum, quæ ante initium cantus fieri ſolet,quaſi præludium, (ἀναβολὴ, προοίμιον, πρόασμα.) Quapropter & exordium,alij præcentionem uocauere ad ſimilitudinem Græcorum,qui id προοίμιον nominant,propterea quod οἴμη cantus eſt.

Prǣcēntŏr,oris.m.t. (χοροστάτης. ἐξάρχων, κατάρχων) qui canendo præcedit, ſicut præſultor, qui ſaltantium choream ducit.

Prǣcēps, ipitis. om.t. παράκρημνος, κρημνώδης. interdum ad locũ pertinet. & dicitur præceps locus, unde quis poteſt præceps dari: uel uia præceps in qua uix licet ſine aliqua prolapſione cõſiſtere. Verg. Turrim in præcipiti ſtantẽ, ſummiſq́ ſub aſtra Eductã tectis. Præceps homo,(προπετὴς)dicitur,qui ſine conſideratione aut modo quid agit, & quaſi rem & tempus præoccupat. Ponitur & pro nimis feſtino: ut, præceps diſceſſus, præceps reditus, pro nimis celeri & ſubito. Præcipites palmites, apud Colum. ſunt qui de hornotinis uirgis enati, in duro alligantur. Sunt qui præceps à caput per compoſitionẽ deriuent,quod quamuis non abnuam,tamen etiã à capio dici uidetur, quòd anceps cum am præpoſitione compoſitum à capio Feſtus dici uelit. Sed tamen propriè præceps à caput. Vnde & biceps, triceps. Caput uerò à capio fit. Præcipites foſſæ, dicuntur in quas quis poteſt præcipitari. Præceps ſenectus.id eſt decrepita. Præceps dies, dicitur,cum ſol occaſui propinquus eſt,noxq́ appetit. Præcipitem agere, eſt exturbare, umſtyrtzen. Hic & præceps fieri dicitur, uel etiam qui nimia celeritate utitur,& non ſatis conſulto aliquid agit.

Prǣcēptĭo, onis. f. t. præceptorum traditio. Cice. Offic. Itaque propria eſt ea præceptio Stoicorum.&c.

Prǣcēpto,ptas. a.p. frequentatiuum, ſignificat ſæpe Præcipio.(ὑποτίθεμαι.)

Prǣcēptŏr,oris.m.t.uide Præcipio.

Prǣcēptŭm, pti. n. ſ. & nomen & participium eſſe poteſt. Nomen ponitur pro iuſsione. παράγγελμα, προτροπὴ, ὑποθήκη. Vnde decem legis præcepta. Aliquãdo pro diſciplina,ſiue documento,ſiue admonitione,& quaſi regula quadam bene uiuendi: ut cum præcipitur, quid uir uxori,quid uxor uiro debeat. Aut pro documento tradito ad aliquam artem percipiendam. Hinc dicimus dare præcepta de aliqua re,ſiue tradere. Participium,modò ſignificat ante captũ. προειλημμένον. Liu. li.1. Tempore illi præcepto. Modò iuſſum. ἐπιτεταγμένον. ut Præceptum eſt tibi,ne diſcedas.

Prĕcĭæ uuæ, ſine diphthongo in prima, quaſi præcociæ: dictæ ſunt, quæ citò matureſcunt.

Prǣcīdāncŭs, a. um. idem eſt inquit Nonius, quod præcidendus,(τὸ προθυόμενον) ut, præcidanea agna,quæ ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ ſolennes legitimas ferias præcederent. Præcidaneæ hoſtiæ quæ ante ſacrificia ſolennia pridie cæduntur.

Prǣcīdi os dicitur, cum bene pulſatur. συγκλείεσθαι. Senect.lib.de Natura quarto.

Prǣcīdo,is.a.t.pen.prod.ex præ & cædo, quod eſt ferio,percutio,incido,ſignificat antè cædo, inquit Feſt.& aliquando eſt amputare,obtruncare, ſecare, (ἀποτέμνω, περιτέμνω, ἐκκόπτω.) Cic. Illi magnum gladio præciderat. Transſlate ſumitur pro mutuum reddere: Plau. Linguam oculi præciderunt. Aliquãdo eſt intercipere,libere negare, prorſus adimere,& accurate aliquid de re quapiã auferre more fabrorum,& nimis breue reddere,obſcurareq́ rem aliquã. Itẽ præcido. (πυγίζειν) de re obſcœna. Mar. Præcidi gaudes,præciſus Papile ploras.

Præcimo

Prǣcīno,is.n.t.προᾴδω.pen.cor.præcinui,præcentum,antè cano,prædico,prædiuino.

Prǣcīpio,à præ & capio, ſignificat antè capio, præuenio, præoccupo. προλαμβάνω. Vergil. Cogite oueis pueri, ſi lac præceperit æſtus. Item antè uidere. Idem,Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi. Item iubere, (παραγγέλλειν) & pertinet ad eos,qui curam aliorum gerunt, & qui alijs præſunt. Hinc præcepta, pro iuſſis. Item monere,inſtruere,docere.Plin.libro 18.ca.24.Heſiodus, qui princeps omnium, de agricultura præcepit.καθηγᾶσθαι.Vnde Præceptores,(καθηγητὰς, artium magiſtri, doctores, inſtitutores, quorum placita,Præcepta, & Præceptiones dicuntur.Præceptrix,uerbale fœminini generis.Cice.lib.1.de Finib.Sapientia præceptrice in tranquillitate uiui poteſt.

Prǣcīpĭtĭŭm,tij.n.ſ.locus præruptus,unde præcipitari facile poteſt.ἀπόκρημνον,ἀπόλυμον.

Prǣcīpĭto,as.κατακρημνίζω.cum act.ſignificat præcipitem agere,uel in præceps deijcere.Cū uerò neutrum eſt,ſignificat celeriter deſcendere,uel ruere: ut,Nilus præcipitare dicitur ex montibus.Per tranſlationem ponitur pro ad calamitatem & exitium propendere atque inclinare,aut pro de gradu uel ſtatu conuelli.Cic. Att.1.Me certe ad exitium præcipitantem retinuiſſes.Præcipitare palmitem,flagellum,& huiuſmodi,pro deorſum reflectere.Hinc præcipitium,tij.locus præruptus,unde præcipitari facilè poteſt.Et præcipitatio.onis. uerbale. Et præcipitantia.tiæ.apud Gell.lib.6.ca.2.Et præcipitanter,quod ſignificat inconſideratè. προπετῶς.temere.

Prǣcĭpŭŭs, a.um. à præcipio, pro antè capio, quod antè capitur,quaſi ante omnia,ſiue præuentis omnibus.ὁ πάνυ κύριος. Hinc aduerb. præcipuè,(ἐξαιρέτως.quod eſt ante alia,potiſſimum,maxime:non autem ſpecialiter,ut multi indoctè interpretantur.

Prǣcīſio,onis.f.t.id eſt abſciſsio.ad Heren.

Prǣcīſūm,ſi.n.ſ. dicitur pars carnis uiſcerum, hoc eſt,circa quod uiſcera inuoluta ſunt,quòd oras circumciſas habeat. Lucil. Illi præciſo atque epulis capiuntur opimis. Nam omaſum, dicitur inteſtinum pingue.

Prǣcīſē.ἀκριβῶς.aduerbium à præcido,pro deſignate dico,de quo diximus.

Prǣclāmo,antè clamo. προβοάω.Vnde præclamito.ex quo præclamitores.

Prǣclārē,rectè,probè,optimè.

Prǣclārŭs,a.um.eximius,egregius, commemorandus.

Prǣclāuūm,ui.n.ſ.pars ueſtis erat, quæ ante clauum texebatur. Afranius:Totū diem præclauum unum texere.

Prǣclūdo,as.a.t.claudo, intercludo, præcido. Cic.pro Planc. Nam maritimos exitus præcludebat hyemis magnitudo.

Prǣcōgnĭtŭs, ante cognitus. (προεγνωσμένος) quamuis rarò præcognoſco reperiatur.

Prǣcōnēs,um m.t. κήρυκες. à præcinendo dicti ſunt,quaſi præcanes,quòd ante canant & annuncient,quod eſt faciendum. Vel (ut inquit Priſcian.)à præ,id eſt ualde,canendo.Sunt enim qui iuſſu magiſtratus publicè aliquid ore denunciabant: ſenatuſconſulta recenſebant, iudices & candidatos ſuis nominibus appellabant:qui auctionem faciebant, & audientiā in theatris indicebant.Hos quoque curiones uocatos legimus. Et præcones laudum noſtrarum, qui res à nobis geſtas laudando diuulgant.

Prǣcōnĭūm,nij.n.ſ.ipſa præconis uox. κήρυγμα,ἀνακήρυξις. Suet.de Ner.Et præconio ubique contendit. Sed quoniam à præcone res geſtæ etiam prænunciari ſolent, ideo quādoque pro laude,fama,& gloria ſumitur, à geneologia, uirtutibus corporis & fortunæ. Plaut.in Merc.Præconium iubere,id eſt præconis uoce ſignificare. Aliquando eſt præconis officium. Idem in Menæ. Præconium ut mihi detis.id eſt, ut præconis uicem habeam.

Prǣcōnĭŭs,a.um.antepenul pro.quod eſt præconis.κηρυκικός.ut,Sub uoce præconia.

Prǣcŏquo,quis.n.t.πρὸ τῆς ὥρας πεπαίνω.penu. cor.antè coquo,ſeu maturo.Colu.lib.5.Vuæ commodius inſolatæ præcoquuntur.

Prǣcōrdĭă, orum.n ſ.membranæ quæ exta ſeparant ab inferiore uiſcerum parte:dicta, quia cordi prætenduntur, ut Plinius libro 11. ca. 37.ſcribit,& à Græcis φρένες dicuntur. Item quæ Græci ὑποχόνδρια. dicūt, à Poëtis & medicis Latinis præcordia appellantur.Et præcordia,uno nomine exta in homine uocātur.

Prǣcōx,cocis.om.t.πρώϊμος,π. ὄωρος.penultima corr.quod & præcoquus.a.um. Dicitur autem

tem præcox fructus, qui præter morem cæterorum coctus & maturus factus eſt: ut præcoqua uua, præcox ficus. Ita dicimus ſerotinas uuas, quæ poſt conſuetum tempus tarde matureſcunt. Per translationem quoque præcox ingenium dicitur, quod nimis cito maturitatem conſequutum, nimisq; cito uidetur adoleuiſſe.

Prædă, æ.f.p. λεηλασία, λεία. à pariendo (ut inquit Varro) quaſi parida, quòd manu parta ſit. Et eſt (ut Gellius libro 13. ca. 23. inquit) propriè corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt: Manubiæ uerò, pecunia ex uenditione prædæ redacta.

Prædābūndŭs, qui prædatur. Salluſt. in Iugur.

Prædācĕŭs, a. um. quod ex præda eſt, (λεηλατικός.) Gell. lib. 4. cap. 17. Aegrè paſſus, quòd rationem pecuniæ prædaceæ poſceretur.

Prædātitiŭs, a. um. idē quod prædaceus. λῄϊος.

Prædātŏr, oris. m. t. populator. λαφυραγωγός. Ioui uerò deprædatori, templum fuiſſe legimus, non quòd prædæ præeſſet, ſed quòd ei aliquid ex præda in partē prædæ debebatur.

Prædātōrĭŭs, adiect. quod ad prædatorem pertinet: ut, Prædatoriæ naues, apud Liuium.

Prædēnsŭs, ualde denſus. ὑπέρπυκνος.

Prædēnsātŭs, denſus factus. Plin. lib. 9. ca. 11.

Prædēſtino, nas. προορίζω. uide in dict. Deſtino.

Prædĭātōrēs, dicūtur periti iuris ad prædia pertinentis, (χωριονόμοι.) Cic. Att. li. 12. Et ſi reus locuples eſt, & Apuleius prædiator liberalis.

Prædĭātōrĭŭs, ria. rium. quod ad prædium pertinet, (περὶ χωρίου) ut lex prædiatoria. Cic. pro Balbo: Q. Scæuola, cum de iure prædatorio conſuleretur, ad Turium et Caſelium prædiatores reijciebat.

Prædĭātŭs, prædijs munitus. Apul. li. Florid. Ipſe bene ueſtitus, bene prædiatus.

Prædicābilis, le. om. t. quod eſt palàm dicendū & gloriandū. Cic. 5. Tuſc. Nec in miſera uita quicquam eſt prædicabile, aut gloriandū. etc.

Prædĭcātĭo, onis. f. t. dictio, celebritas, κήρυξις. Plin. lib. 35. ca. 1. Affirmant uana prædicatione, ut palàm eſt. Et apud logicos decem prædicamenta, quæ de omnibus prædicantur. κατηγορίαι. quæ Quintil. libro 3. cap. 7. elementa decem appellat.

Prædĭcātŏr, oris. m. t. id eſt laudator, & cuiuſcunq; rei diuulgator, (κήρυκτις.

Prædĭcātŭm, ti. n. ſ. τὸ κατηγορούμενον. Grammatici appoſitum uocāt, quod prædicatur. id eſt, dicitur de ſubiecto.

Prædĭco, cas. a. p. aperte ſeu publice dico, celebro, uulgo, laudo. κηρύσσω. Cic. pro Quintio: De quo homine præconis uox prædicat, & prædicium conficit.

Prædīco, cis. n. t. pen. prod. ante ſiue prius dico. προλέγω. Prædictio. πρόγνωσις, προφητεία. quod prædicitur, ſiue prænunciatur, uel prædiuinatur. Cic. lib. 1. De Diuin. Ex quo ſæpe genere hariolorum etiam & uatum furibundas prædictiones audiendas putauerunt. Et prædictum, pro ſuprà dictum.

Prædictio, uide Prædico.

Prædĭŏlŭm, li. n. ſ. paruum prædiū. χώριον. Cic. Mar. Cæl. Sed mea prædiola tibi nota ſunt.

Prædiſco, antè intelligo. προμανθάνω. Verg. Varium cœli prædiſcere morem Cura ſit.

Prædĭtŭs, a. um. (κεκοσμημένος. penul. cor. non dicitur ornatus, ſed quaſi affectus. Participium ſine uerbo puto, quaſi à prædo. dis. ex præ & do. Et accipitur tam in malam, quàm in bonam partem: ut præditus ſum honore. πρόσεστί μοι τιμή. præditus ſum damno.

Prædĭŭm, dij. n. ſ. χωρίον. à præda, eo quòd capti ab hoſtibus agri militibus diſtribuebantur. Vel dicitur à præſtando (ut inquit Varro) ſicut prædes. Alij à prius, ſeu ualde dando. Eſt autem prædium ruſticum & urbanum. Vnde anteurbana prædia uocantur, quæ urbi erant propinqua. Ager, locus in rure quē colimus. Aruum, ea pars agri, quæ ſementi datur. Fundus etiam pars agri eſt. Singula enim prata, ſingulæ uineæ, ſinguli horti, ſingula olìueta, pomaria, paſcua, ſalicta, nemora, uenatoria, piſcatoria loca, ſiue uillam atq; ædificium, ſiue piſcinam ſiue uiuaria habeant, ſiue nō habeant, ſinguli fundi ſunt, & hoc in agro duntaxat. Eſt itaq; fundus, ruſtica poſſeſſio: prædium, & urbana & ruſtica. Poſſeſſio generale nomē eſt. Nam poſſeſſiones dicuntur omnia bona immobilia. Dicitur poſſeſſio etiā non ipſa proprietas, ſed uſus & actio poſſidendi.

Prædo, donis. m. t. qui prædatur. πειρατής. Cuius diminut. prædonulus, à Catone uſurpatur.

Prædŏr, daris, d. p. συλάω, λεηλατέω. à præda fieri Varro docet, & habet utranq; ſignificationem.

nem. Significat autem diripio, ui aufero, prædam facio. Cic. in Ver. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur.

Prædūro, as. a. p. pen. pro. ὑπερσκληρύνω. præter morem duro, ſiue ualde durum facio. Colu. lib. 3. de re Ruſt. Quia nimium præduratur.

Præēo, præis. n. q. antè eo. προάγω, προοδοιπορῶ, καθηγοῦμαι. Vnde præitor. ὁδηγός. Præire uerba iuſiurandi, uel præire iuſiurandū dicitur, qui iuriſiurandi uerba concipit, & iuraturo dictat. Hoc genus iuſiurandi idem eſt cum Conceptis uerbis iurare.

Præfācio, cis. ex præ & facio ſumitur, ſicut præfero: ut ſi dicā, Præ me facio, ſicut præ me fero.

Præfāndă. προαπίλεκτα. dicūtur turpia, (ro. quòd ſcilic. ea præfari oporteat. hoc eſt, prius quàm dicantur, oporteat præfari honorem.

Præfāri, d. p. antè fari, proloqui. ἀναβαλλέσθαι, φροιμιάζειν, προλέγειν. Hinc præfatus. ta. tum.

Præfātio, onis. f. t. à præfatus deducitur, ſignificat id, quod præloquimur antè quàm ad rem ueniamus. πρόλογος, προοίμιον. Huius diminutiuum eſt præfatiuncula.

Præfectōrĭŭs, adiect. Vlpi. de ſenatoribus, Sed uir præfectorius an fœminæ conſulari præferatur, uidendum eſt.

Præfectŭs, cti. m. ſ. uide in Præficio. Vnde Præfectus pretorij. τῶν βασιλικῶν ἔπαρχος.

Præfĕrĭcŭlŭm, li. n. ſ. à præfero, uas æneum ſine anſa, patens ueluti peluis, quod præferre in ſacrificijs ſolebant. Feſtus.

Præfĕro, pen. cor. antè fero. προίσημι, προκρίνω. Aliquando ſignificat præpono. Plini. Quòd hominem rudem atq; ignarum ſibi præferret. Item prænuncio, ſeu oſtendo. παρενδείκνυμαι, κατηγορῶ. Liui. Vultus tuus neſcio quid ingens malum præfert.

Præferrātŭm pilum. σιδηρούμενον. in molendo propterea uocatur, apud Plin. libro 18. ca. 10. ut à pilo ruido diſtinguatur, ad molas uidelicet, quas aqua uerſat, utili. Nec tam quòd ſine ferro eſt, id nomen habet, quàm quòd aſperum impolitumq;. Nam & ruidus panis appellatur, qui parū coctus, rugoſusq; ſit. Quanquàm rubidus ferè ſcribitur. Præferratum eſt, quod ferrum in cacumine habet. Præferratus etiam dicitur ferro uinctus. Plaut.

Præfĕſtino, as. n. p. ante tempus feſtino. προσπεύδω. Hinc Præfeſtinè, aduerbium celeriter. Plau. in Ruden. Vt ſine labore extraxi hanc præfeſtinè ſatis? Et Præfeſtinatim, idem. Siſenna hiſtor. lib. 4. Iudices quos uellent, inſtituerent præfeſtinatim & cupidè.

Præfĭcă, cæ. f. p. ἡ θρηνοῦσα. pen. cor. mulier in funere conducta ad lamētabilem cantum, quæ dat cæteris modum plangendi: & fortia facta laudat, quaſi in hoc ipſum præfecta.

Præfĭcio, cis. a. t. pen. cor. ex præ & facio, ſignificat præpono. καθίστημι, προΐσταμαι. Vnde præfecti. ὑπάρχοντες, ἐπιστάται, προστάται. dicuntur, qui alicui rei agendæ præpoſiti ſunt: ut præfecti prouinciarum. Et præfecti urbiū, quos Græci Latiniq; lingua Perſica ſatrapas uocant. Magiſtratus eorū præfectura. σατραπεία, ἐπαρχία. dicitur. Præfecturæ (inquit Peſtus) eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum Reſpublica, neque tamen magiſtratus ſuos habebāt, ſed in quas legibus præfecti quotannis mittebantur, qui ius dicerent. Eſt igitur præfectura urbis, præfectura militaris, & præfectura rei perficiendæ.

Præfīgo, figis. a. t. pen. pro. antè figo. προπήγνυμι. Plin. lib. 33. ca. 4. Lineas itineri præfigunt. Item præcludo. Verg. 3. Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos, Primáq; ferratis præfigunt ora capiſtris.

Præfĭgūro, ras. præmonſtro, repræſento.

Præfīnio, finis. pen. pro. prius ſtatuo, ſiue antè determino, aut determinatè tracto & aſſigno. προορίζω. Cice. Mario: Sed eo uidiſti multum, quòd præfiniſti, ne pluris emerem.

Præflōro, ras. ἀπανθίζω. id eſt prælibo, inquit Bud. Gelli. Et futuri gaudij fructum ſpes tibi tam præflorauerit.

Præflŭo, antè fluo. προῤῥέω. à quo præfluxus et præfluuiū. πρόῤῥοι. pro fluore alicuius rei ante (tea ſto.

Præfōco, as. a. p. pen. pro. ſpiritū faucibus claudo. ἄγχω, ἀποπνίγω. Hinc præfocatio uuluæ fit, cum uulua reſiliendo afficit uitalia, hoc eſt cor cerebrumq;.

Præfrāctŭm, cti. n. ſ. durum, & inflexibile dicitur. αὐθάδης, ἀτενής. unde et pro obſtinato ſumitur. Cice. libr. 3. Offic. Ego etiam cum Catone meo diſſenſi: nimis enim præfractè uidebatur ærarium uectigaliáq; defendere.

Prǣfrīgĭdŭs, ualde frigidus, (περίψυχρον.) Plin. lib. 17. Septentrionaliq́ & frigido ſitu.

Prǣfrĭngo, prius frango, (προκαταῤῥήγνυμι.) Col. lib. 2. Et præfractas ſtirpes, refodiat.

Prǣfŭlgĕo, es. n. ſ. præter modum fulgeo. (περιλάμπω.) Interdum antefulgeo, προφαίνω.

Prǣfūrnĭŭm, nij. n. ſ. πρόπνιγος, προπνιγεῖον. os patens furni, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obſtruitur. Cato cap. 38. Ventus ad præfurnium, caueto ne accedat.

Prǣgĕlĭdŭs, qui multum aut nimis frigidus eſt. περίψυχρος. Colum. lib. 2. Ea locis prægelidis ac niuoſis, ubi æſtas humida, & ſine uaporibus recte committitur.

Prǣgĕſtio, is. n. q. ualde geſtio. ὑπερπροθυμοῦμαι. Cic. pro M. Cælio: Prægeſtit animus iam uidere primum lautos iuuenes.

Prǣgigno, gnis. a. t. antè gigno. Plaut. in Pſeud. Quia nolebam ex me morem prægigni malum. id eſt, nolebam eſſe autor mali moris.

Prǣgnāns, antis. f. t. (ἔγκυος, ἐγκύμων) quaſi ante gnatū, uel antè genitricem: eſt enim præ, antè. Propriè prægnans dicitur, quæ iam occupata eſt in generando, quod conceperit. Dicitur & de bruis, ut ſus prægnās quatuor menſes, apud Varronem. Et prægnans arbor, quæ etiam fœta dicitur, cum humorem & ſuccum ſibi familiarem exuit, necdum in folia aut flores propagauit. Hinc prægnatio. onis.

Prǣgrāndis, de. om. t. ualde grandis, (περιπαχής, ὑπερμεγέθης.)

Prǣgrăuo, uas. a. p. (ὑπερβαρύνω) pen. cor. ſupra modum grauo, grauem admodum facio, & moleſtus ſum. Plin. lib. 17. cap. 22.

Prǣgrĕdĭŏr, eris. d. t. antè uenio. Liu. 10. ab Vr. Qui lictores prægredi uiderunt, &c. Ponitur aliquando pro prætergredior. Plin. lib. 28. ca. 2. Cum fugiunt uenantem, declinant ad dextram, ut prægreſſi hominis ueſtigiū occupēt.

Prǣgūſto, as. a. p. ante guſto. Hinc prægustator, qui cibos principis prægustat. Vt prægustator libidinum, apud Suet. in Claud.

Prahendo, & prendo. dis. di. ſum. a. t. (ἀντιλαμβάνομαι, λαμβάνομαι) Plau. in Amph. Mi uir, & manum prahendi, & oſculum detuli tibi. Hinc compoſita ſunt Apprehendo, (ἀντιλαμβάνομαι) quod eſt ualde ſeu perfectè prahendo: Cōprehendo, deprehendo, & reprehendo.

Prǣhēnſo, ſas. a. p. frequenter prahendo. περιλαμβάνομαι. Liu. lib. 4.

Prǣiăcĕo, es. n. ſ. ante iaceo. Plin. lib. 3. cap. 4.

Prǣiăcio, a. t. antè iacio, (προβάλλω.) Col. lib. 9. Mox præiaciuntur in gyrum moles.

Prǣiūdĭcĭŭm, cij. n. ſ. (προκατάγνωσις) ut inquit Aſconius, dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod ſequantur. Iudicium autem, res quæ cauſam litemq́ determinat. Quint. Præiudicia ſunt à rebus iudicatis, quæ pares fuerunt, aut ex iudicijs ad ipſam cauſam pertinentibus, aut ab eiuſdē cauſæ pronunciatione. Lauren. Valla: Præiudicium, quaſi ſententia quædam ante iudiciū.

Prǣiūdĭco, as. a. p. ante tempus iudico, (προκαταγινώσκω.) Interdum eſt præiudiciū facere. Cic. 3. de Leg. Edant & exponant, quid in magiſtratu geſſerint, deq́ ijs cenſores præiudicēt.

Prǣiūro, as. n. p. ante alios iuro, (προόμνυμι.) A quo præiurator, præiuratrix & præiuratio, quam ij facere dicuntur, qui ante alios conceptis uerbis iurant.

Prǣlĕgo, gis. a. t. ante lego, ut ſolēt præceptores ſuis diſcipulis. Hinc prælectio, & prælector.

Prǣlĭāris, et hoc are. om. t. (ἀμφιμαχικὸς) quod ad præliū pertinet. Vnde præliares dies, quib. fas eſt hoſtem bello laceſſere, uel ablata repetere.

Prǣlĭcentĕr, nimis licenter. Gell. Quàm uerba finxit prælicenter.

Prǣlĭgānĕŭm uinum, apud Catonem à præligendo dicitur. eſtq́ illud, quod uel præmaturum eſt, uel præ omnibus legitur, quod & precium Vergilio dicitur.

Prǣlĭŏr, aris. d. p. (μάχομαι) dimico, prælium cōmitto. Cæſ. lib. 5. Bel. Gal. Equeſtribus prælijs ſæpe ex equis deſiliūt, ac pedibus præliantur. Dicimus etiam, Ego prælior prælium.

Prǣlĭŭm, lij. n. ſ. ἀμφιμαχία, & πόλεμος. Significat autem ipſum tantummodo armorū certamen uel pugnam conflictumq́, qui in bello cōmittitur. Verg. autem honeſtè prælium pro coitu poſuit, cum de equo ætate confecto loquitur.

Prǣlŏquŏr. προλαλέω. antè ſeu prius loquor.

Prǣlūcērĕ alicui, eſt præferre facem.

Prǣlūdĭŭm, dij. n. ſ. προοίμιον dicitur illa modulatio uocum, quæ ante initium cantus fieri ſolet, quæ & præcentio dicitur.

Prǣlūdo. is. a. t. antè ludo. ἀναβάλλομαι, ἐγχειρέω μαι.

μω.Verg.lib.3.Georg. Et ſparſa ad pugnam præludit arena. Hinc præluſio. onis, idem quod præludium.

Prælūm,li.n.ſ. à præ & luo cōponitur, eo quòd ex humore fluenti præluatur, id eſt madefiat. Sunt enim præla propriè trabes in torculari, quibus uua calcata premitur: torcular, tota ſtructura, lacus qui muſtū continet, quamuis ſæpe ponatur pro ipſo torculari. ſunt qui ſine diphthongo ſcribant à premendo deducētes.

Prælūmbo.bas.a.p. lūbos præfringo. ἀποσφύζω. Næuius: Cœpit unūquēq; prælūbare fuſtibus.

Prælŭo, id eſt antè purgo, ſiue antè fluo. προλύω.

Præmāndo.das. antè ſiue prius mando.

Præ manibus, (μετὰ χεῖρας) in promptu, & ad manū. Gel. Quod præ manibus eſt, ponemus.

Prǣmātūrŭs.a.um. (πρόωρος) ſimile ac diſsimile eſt huic nomini præcox. Eſt enin præmaturus, antequam ſit maturus, collectus, ut Poma præmatura, id eſt nondum matura. Et per translationem, præmatura ætas: quanquam maturum ipſum in frugibus propriè dicatur. Hinc Præmaturè, aduer. id eſt immaturè. Plau. in Moſt. Quia præmaturè uita careo. id eſt, qui mortuus ſum ante tempus.

Prǣmĕdĭtŏr, aris. d. p. prius meditor, præcogito.

Prǣmĕrcŏr, aris. d. p. prius emo, (προωνέομαι.) Plaut. in Epid. Adepol næ iſtam tēpore ſuo, gnato tuo ſumus præmercati.

Prǣmĕſtiūm, uel Præmeſſum, uel Præmetium, (ἀπαρχὴ) à præmeto uerbo, quod ſignificat antè ſeu prius meto, ſeco, uel præcido, quod prælibationis cauſa præmetitur.

Prǣmĭātŏr, oris. m.t. prædo. Næuius, In ſcena nocturnos cœpit præmiatores tollere. Dicitur aliquando qui præmia ſoluit.

Prǣmĭtto, is.a.t. antè mitto, (προπέμπω.)

Prǣmĭŏr. aris. d. p. lucror. Sueton.

Prǣmiūm. mij. n. ſ. (ἆθλον, γέρας) eſt quod in ludis proponitur dandum ei, qui fortiter fecerit, uel qui in aliquo certamine uictor euaſerit. Differt à precio, quòd præmium ſolum pro rectè factis datur, precium uerò etiam pro male factis. Propriè tamen precium eſt, quod datur pro re empta. Terent. Precium ſperans, illico producit, ac uendidit. Sunt qui præmium dicant quaſi præuium, quia primò præponitur, quod dandum eſt uicto. & deinde certatur. Aliquando præmium pro pecunia ponitur. Hinc præmioſus, pecunioſus. Accius: Diuitem ac præmioſum auum.

Prǣmŏdĕrŏr, antemoderor, (προρρυθμίζω)

Prǣmŏdūm (παρὰ τὸ μέτρον) prima ſyllaba acuta, eſt ſupra modum. Gell. lib. 7. cap. 7. Parcentes (inquit) præmodum.

Prǣmŏlĕſtĭă. ſtiæ. Cic. 4. Tuſc. Alij metum præmoleſtiam appellabāt, quòd eſt quaſi dux conſequentis moleſtiæ.

Prǣmŏnĕo, nes. a. ſ. pen. cor. antè moneo.

Prǣmōnſtro, as. a. p. antè monſtro, doceo, oſtendo (ἀποδεικνύω, προδεικνύω) Hierony. Nemo apprehendet illud, niſi ego præmonſtrauero. Hinc præmōſtrator, uerbale, qui præmonſtrat, & docet quid faciēdū ſit ante periculū.

Prǣmŏrdĕo. des. n. ſ. (καταδάκνω) Plaut. in Trin. Neq; præmordiſſe dixit, ſed præmorſiſſe.

Prǣmŏrĭŏr, quaſi antè morior. Plin. lib. 6. cap. 10. Præmoritur uiſus, auditus, inceſſus.

Prǣmūnio. nis. a. q. (προασφαλίζω) pen. prod. prius munio, aut prius induo. Cice. pro Cælio. Fretus ueſtra prudentia non pertimeſco.

Prǣnārro, ante narro. προλέγω, προδιηγέομαι. Teren. in Eunu. Rectè ſanè interrogaſti, oportuit rem prænarraſſe me.

Prǣnăto. as. a. p. pen. cor. ante nato. Plin. lib. 9. cap. 45. Prænatante piſculo frontē ſuam ſpargit. Ponitur. aliquando pro præterfluere. Verg. 6. Aen. Domos placidas, qui prænatat amnem. uide ibi Seruium.

Prǣnāuigo, as. a. p. præternauigo, uel ultrà nauigo.

Prǣnōmĕn, uide in dictione Nomen.

Prǣnōſco. is. præſentio. Cic. in Aruſp. Hoc ſignum ueniens poterunt prænoſcere nautæ.

Prǣnōtĭo. onis f.t. prima notio, antecepta animo rei quædam informatio.

Prǣnŏto. as. a. p. (προσημειόομαι) pen. cor. ex præ & noto, ante noto, inſcribo. Noto uerò, frequentatiuum eſt à noſco.

Prǣnūncio, ante nuncio, (προαγγέλλω) Teren.

Prǣnūncĭŭs, adiect. qui antenunciat aliquid quàm ſit.

Prǣōccŭpātĭo (προκατάληψις. (uide Occupatio.

Prǣōccŭpo. pas. (προκαταλαμβάνω) ex præ & ob, & capio. uide in dictione Occupo.

Prǣōpto. as. ante, ſiue prius opto, (προαιρέομαι.) Terent. in Hecy. Adeon' peruicaci eſſe an.

animo,ut peiurum præoptares perire?

Præpăro,as.a.p.(προδιαποιῶ,παρασκευάζω)pen. corr.antè paro,quæ mihi utila forè credo.

Præpĕdimentŭm,ti.n.ſ.impedimentum.

Præpĕdio,dis.a.q.pen. cor. ex præ & pedio,ſignificat prius pedibus deuincio. πεδάω. Per translationem uerò quaſi pedibus uehemẽter obligo,impedio.Plaut. in.Caſſ.Timor præpedit dicta linguæ.id eſt ualde impedit.

Præpĕs.petis.(ταχυπτέρυγος, Hom.)generis omnis,idem quod uelox.Volunt plerique hoc nomen ſignificare uelocitatem in altum uolantis. Dicebantur & præpetes ab auguribus aues,quæ oportunè præuolabant, aut idoneas ſedes capiebant, ut inquit Higinius. Alij uolunt eſſe,quæ ingentibus & patulis,& porrectis alis uolitant.

Præpĕto. tis. penult. corre. antè uel prius peto, id eſt, uado, (προορμῶ.)Feſt.Præpetere dicebant pro anteire.Hinc præpes.

Præpīlātæ haſtæ, (δόρατα σιδηρωτά)ſunt, quæ ferreas habẽt cuſpides,quaſi præferratæ. Præpilatum.ἐσφαιρωμένον. etiam dicitur ubi non eſt ferrum,ſi modò in mucronem acutum ſit, ut cornua locuſtarum,quibus natant.

Præpinguis,ualde pinguis,(ἔκπαχυς..

Præpōndĕro, magis pondero,(ὑπερβαρέω.)Per translat.uerò ſignificat pluris eſſe,ſiue pluris æſtimari debere.προτιμᾶσθαι.

Præpōno,is.a.t.antepono per electionem,præfero, (προΐσταμαι, προτιμάω.)Hinc præpoſiti. προεστῶτες. qui rebus aliquibus præfecti ſunt. Interdum præponere,eſt prius ponere tempore præcepto.προτίθημι.Sall.in Iugurtha,Vbicunque res poſtulabat,præſidiũ eſt præpoſitum.

Præpŏſĭtio,onis.f.t. actus ipſe præponendi, & eſt pars orationis apud Grammaticos.

Præpŏſtĕrus.ra.rum.(προθύστερος) penult.cor.uide in dictione Poſterus.

Præprŏpĕrus,a. um. ualde ſeu nimis celer,(ἔκσπουδος):ut,Præpropera feſtinatio, Cic.Treb.

Præpūtium,tij.n.ſ.(ἀκροβυστία,πόσθη) quæ glandem, hoc eſt ſummam colis partem tegit: dictum quod membris pudentibus præemineat.Vel à præputando.

Prærĭpio.pis.a.t.pen.cor.antecapio, præoccupo. προαρπάζω,ὑφαρπάζω.

Prærōdo,pen.prod.uehementer rodo,(κατατρώγω,καταδάπτω.Colum.lib.2. Nam ſi ſæpius cacumina manu præfracta, aut à pecore præroſa fuerint,in perpetuum corrumpuntur.

Prærŏgātiuă.æ.ſubſtantiuum,præſtantia & antelatio,qua quis aut præfertur aut præferri alteri debet.(ἐξοχή.)Dicitur & prærogatiuum. Cice.pro Murena. Eſt & prærogatiuus, adiect. ut Prærogatiua tribus, quæ prima ferebat ſuffragia: & prærogatiua cẽturia,iidem. Et prærogatiuus non tantũ eum ſignificat qui primus rogatur ſententiam,ſed etiã cuius ſententia momentum habet & autoritatem, quaſi præiudiciũ affert in euẽtũ comitiorũ.Bud.

Prærūmpo,is.a. t. prius rumpo, prius excido. προκαταρρήγνυμι.Auguſt. Hæc qui facit,prærupto paſsionis muro, uiolenter ad cœlorum regna conſcendit.

Prærūptus, diſiectus, auulſus, (ἀπότομος, πρηνής.)Plin.li.8.cap.32. Ad prærupta ducunt, ſaltumque demonſtrant.

Præs,prædis, com. t. (ἐγγυητής) ſponſor,qui ſe populo obligat. Aſcon. Prædes dicuntur ſatiſdatores locupletes, pro re de qua lis eſt apud iudicẽ,ne qui tenet, diffidens cauſæ poſſeſsionem deteriorem faciat.Differunt autem prædes à uadibus, quoniam uas appellatur qui pro alio uadimonium promittit, & propriè datur in re capitali : præs uerò in lite nummaria.

Præſāgio.gis.pen.prod.giui.gitum,n.q.ex præ & ſagio,ſignificat antè ſentio,prædiuino,præſipio.προμαντεύομαι,προαισθάνομαι. Sagire eſt enim eſt acutè ſentire.Ex quo ſagiarij,qui multa ſcire uolũt,& ſagaces dicti canes.Hinc præſagitio.Ci.1.Diui.Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta atque incluſa diuinitus. Inuenitur etiã præſago. as. à quo præſagatio & præſagor. geris.deponẽs,pro præſagio,ſeu prædiuino.

Præſāgium,gij.n.ſ.præſenſio, (prædiuino. diuinatio.προμάντευμα.

Præſāgus.præſaga.(προφήτης)qui uel quæ præſagire nouit.Claudianus, Heu mens præſaga futuri. Sagæ autẽ dictæ anus,quæ ſciunt.

Præſāno. nas.n.p.antè ſano. Hinc præſaneſco. ſcis.ante ſanum fieri.

Præſcio, ante ſcio, (προγινώσκω.)Terent.in And. Nonne oportuit præſciſſe me antè? A quo præſcientia. πρόγνωσις. ſcientia de futuris.

ris. Hinc præſciſco, id eſt præſcio, uel potius præſentiſco ſignificat. Præſcius. a. um. (προειδώς.) Auguſt. li. 5. Ciuit. Confiteri Deum eſſe & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt. Theologi Neoterici dicunt, Præſcire, eſt aliquem damnandum ſcire: prædeſtinari uerò, ſaluandum deputare.

Præſcribo, ante ſiue prius ſcribo, προγράφω. Cic. Ser. Sic enim præſcripſimus ijs, quibus ea negocia mandauimus. Interdum ſignificat prænotare, intitulare, inſcribere, (ἐπιγράφειν.) Verg. Nec Phœbo gratior ulla eſt, Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen. Interdum ſignificat præcipere, determinare, legem ponere. περιγράφειν, προορίζειν. Lacta. li. 6. Id autem ipſum benefacere quid ſit, ipſe præſcribit. Præſtare auxilium depreſſis & laborantibus, impertiri uictũ non habentibus. Varro, Quoniam præſcriptum erat, ne quis angiportum tranſgrederetur. Secundum hanc ſignificationem præſcriptũ & præſcriptio. ὅρος, ὑπογραφή. pari modo pro præcepto, uel ordine, lege, regula ſeu forma ſumuntur. In re forenſi, autore Budæo, præſcriptio, exceptio & tranſlatio unum ſunt. Interdum præſcribere, eſt ponere, & quod uulgò dicitur, limitare. Terentius in Andria, Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti Pater. Interdum præponere. Cicero in Catone, Senatui quæ ſunt gerenda, præſcribo. Interdum interdico, interminor. Idem in Vati. At ibi idem præſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas.

Præsěco. as. pen. cor. præſecui. ctum. prius ſeco, præcido. ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Accomodatur quandoq; immolationi. Suet. in Auguſto, Nunciata repentè hoſtis incurſione, ſemicruda exta rapta foco præſecuit, atq; ita prælium ingreſſus uictor redijt. Id eſt partem reddidit Marti, partem ad ueſcendum reſeruauit.

Præsĕgmĭnă, partes corporis inciſæ, uel amputationes rerum ſuperfluarũ. ἀποκόμματα. Unde quæ ex unguibus animaliũ ſcinduntur, præſegmina uel reſegmina (ἀπονυχίσματα) uocãtur.

Præsēns, entis. om. t. (παρών) à præſum fit, ſicut à, poſſum potens, ab abſum abſens: & propriè ſignificat, quod nunc fit, uel ſine mora: & qui in conſpectu eſt, ſiue qui adeſt: ſicut inquit Auguſtinus 11. Ciuit. præ oculis, quæ præſto ſunt oculis. Quãdoq; præſens dicitur, nõ quod nũc fit, ſed quod tunc fiebat. id eſt tempore illo ſiue præterito, ſiue futuro, tunc præſenti. Sic capitur, in præſens in præſentia, & impræſentiarũ, quæ ſignificãt præſenti tempore, quod uel præſens eſt, uel fuit, uel erit. Pro tempore illo præſenti. Sall. Si cauſa peccandi in præſens minus ſuppetebat. Res præſens eſt, quæ repræſentatur, & aliquando deſignat locum, de quo agitur. Quandoq; præſens ſignificat quodammodo præſtans & potens, quaſi præſit, & ideo præſtans ſit, quia ſtatim operetur. ἰσχυρός, δυναμικός. Præſentius, præſtãtius, Præſentiſſimũ, præſtantiſſimum. Unde præſentiſſimum periculum, præſentiſſima medicina, præſentiſſimũ remediũ, præſentiſſimũ uenenũ. id eſt potens, & inprimis efficax, & ſubitò aut ſanãs aut necans, quod etiã præſentaneũ uocatur. Quãdoque præſens ponitur pro forti. λιπαρίας. Ter. in Phor. Animo uirili præſentiq; ut ſis, para. Quãdoq; pro propitio. εὐμενής, συνεργός. Ter. in Phor. Non tu hunc habeas præſentẽ Deum?

Præsēntānĕus. ea. eum. (αὐτοφυής) quod in præſens ſubitò fit. uide in Præſens.

Præsēntĕ, pro præſentibus, ſicut abſente pro abſentibus lectum eſt, locutio tamen minus Latina. Pompon. Qui apud forum præſente teſtibus mihi uendidit.

Præsēntĭă. tiæ. f. p. (παρουσία.) præſens alicuius rei exiſtentia.

Præsēntĭo, is. a. q. antè uel prius ſentio, (προαισθάνομαι. Plau. in Trinum. Feciſſet Aedepol, niſi hæc præſenſiſſẽt canes. A quo præſentiſco, quo frequentius utuntur autores. Hinc præſenſum, ſi, ſubſtantiuum, & præſenſio. onis.

Præsēnto. as. a. p. quaſi præſens facio, (παρίστημι.) Huius compoſitum eſt, repræſento, quod eſt rurſus præſento, & interdum ad mentem reuoco. Hinc præſentarius, adiect. ut: Præſentarium argentum. Plaut. in Moſt.

Præsēpĕ, pis. n. t. (φάτνη) pe. pro. & præſepium, & præſepes fœminini generis, à præſepio deducitur. Plau. Præſepes mea eſt. Præſepe autem ſtabulum dicitur, in quo equi, muli, & cætera animalia cõtinentur. Verg. Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent. Quãdoq; lupanar dicitur. Cic. in Piſone, Uerum audis in præſepibus

ſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo & uino. Aut gula, Horat. Scurra uagus, non qui certum præſepe teneret. Præſæpiũ uerò locus, in quo pabulum animalibus porrigitur. Colu. In ſtabulo ſint ampla præſepia. Præſepia, numero plurali, parua nubecula in cœlo, quòd in ea aſelli ſtabulari uideantur. Plinius.

Præſertim, (ἄλλως καὶ ταῦτα) aduerb. ſignificat præcipuè, hoc eſt ante alia, eo magis, maxime, uel minime.

Præſes, idis. com. t. (ἔφορος, ἡγεμὼν, προστάτης) à præſideo, ſicut reſes à reſideo, deſes à deſideo: is eſt, qui maius in prouincia imperiũ habet omnibus poſt principem. Aliquando dicitur auxiliator & defenſor. uide Vall. lib. 5. Præſes locus, apud Plau. in Caſ. ponitur pro tuto.

Præſideo, des. n. ſ. (προστατέω, ἐφιδρύω) pen. cor. differt à præſum, licet quandoq; indifferenter ponantur, quòd præeſſe generaliter cuilibet, etiam uili officio eſſe poteſt: Præſidere maioris, aut quaſi maioris autoritatis ſemper eſt. Cic. Quamobrẽ uos Dij, & patrij penates, qui huic urbi atq; imperio præſidetis. Valla lib. 5.

Præſideratio, onis. f. t. (προαστροβαλισμὸς) eſt cum maturior tempeſtas hyberna mouetur, quaſi ante ſideris tempus. Feſtus.

Præſidiarius, ria. rium. quod paratur, ut præſidio ſit. φρουρικός. Colum. lib. 4. cap. 15. Et præſidiarij malleoli propagandi ſunt.

Præſidium, dij. n. ſ. φρουρὸς, ἔφεδρος, φρούριον. propriè dicitur præfectus aliquis, cum parte militũ, qui ad cuſtodiã & defenſionem arcis, uel perſonæ, uel oppidi præſidet. Dictum præſidium (authore Var.) quia extra caſtra præſidebant in loco aliquo, quo tutior legio eſſet. Vnde ſæpe legimus, Præſidium Annibalis Capua, Tarento, Rhegio pulſum eſt. Præſidium ſtatiuum dicitur, quod datur, ut aliquis ſtet in loco aliquo. Cice. 12. Philip. Per tranſlationem uerò omne auxilium & ſalutis propugnaculum, præſidium. πρόβολος. dicitur quã uulgò munitionẽ dicere ſolemus. Auxilium uerò ab aduentu, cũ acceſſerint ei cui adiumento ſunt alienigenæ. Subſidium, dictum à triarijs, qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebãtur. ἐφεδρεία, οἱ ἐπὶ τὴν ἐφεδρείαν τεταγμένοι. quòd ſubſidebãt, ab eo ſubſidium. ἐπίταγμα. appellatum. Plaut. Agite, ſubſidite omnes, quaſi ſolent triarij. Inde ſubſidium, ad impetus hoſtium ſuſtinendos, cum ſua non poſsint ui obſiſtere, mitti dicitur, uulgò ſuccurſum. καταφύγιον, προσφύγιον. dicimus. Opem ferre, eſt penè deſtitutos adiumento aliquo ſubleuare: ſicut ſuppetias ire, & occurrere ſuppetias, eſt ferè ſubſidio ire.

Præſignis, & hoc gne. om. t. id eſt præſtans, uel præ alijs inſignis. Ouid. in Faſt. Præſignis facie Corniculana fuit.

Præſtabile, quod præſtari poteſt. ποιητέον.

Præſtabilis, le. om. t. excellens. ἔξοχος. Gell. Chilo præſtabilis homo ſapientiæ.

Præſtantia, æ. f. p. excellentia, à præſtans fit, (ὑπεροχὴ.) Gell. lib. 1.

Præſtiga, (πρόστεγα) locus ubi ocij cauſa ſumus ſub tecto tantum, patula reliqua parte, tanquam ſub porticu. Plau. in Pſeud. Vorſa præſtega, ſtrata, lutaq; coctaq; omnia uti ſint.

Præſter, eris. m. t. (πρηστὴρ) genus ſerpentis uenenati, qui alio nomine dipſas. Διψὰς. dicitur. Vnde apud Plinium lib. 22. Hæmorrhoidum & præſterum. Eſt & præſter, uentus, turbo, dum ardentior, & accenſus fuerit, uniuerſa amburens ac proterẽs. Peritiores ſine d phthongo ſcribunt.

Præſtes, itis. idem eſt quod præſes, antiſtes, (προστάτης, παραστάτης.) Nam antiqui ſic præſtites dixerunt, ut nunc antiſtites.

Præſtigiator, oris. m. t. (γόης θαυματοποιὸς) dicitur, qui circunſtantibus ita oculorum aciem præſtringit, ut nõ aduertãt dolũ qui & præſtrictor uocatur. Plaut. in Pœn. Præſtigiator hic quidem Pœnus probus eſt. Dicitur & præſtigiatrix, apud eundem in Amph. Quidã præſtigiator dici putant à ſtyge, & tenebris, quòd ita aciem oculorũ præſtringat, ut res aliter uideri faciat, q̃ ſunt. Var. à ſcientia dici putat.

Præſtigium, ſeu Præſtigiæ, arum. f. p. à Præſtringo quaſi præſtrigiæ, incantationes, deluſiones, γοητεία. Illi qui eas faciunt, dicuntur præſtigiatores.

Præſtino, nas. (προωνέομαι, προκαταρχαΐζω) pen. cor. à præ & ſtino, ſignificat emo, aut potius emendo teneo. Plaut. in Epid. Vt & præſtines argento prius, quàm uenit filius.

Præſtituo, is. a. t. prius ſtatuo, præſcribo, prædeſtino, præfinio, (προορίζω, ἀφορίζω.) Ouid. Dij ſummum

ſummum præſtituere diem.

Prǣſto. ſtas. ſtiti. ſtitum & ſtatum. a. p. unde & præſtaturus, ſignificat multa. Nam cum accuſatiuo iungitur, ſignificat excello, ſupero ὑπερφέρω, διαφέρω. Quintil. lib. 1. Præſtat tamen ingenio alius alium. Datiuo, Terent. in Eunu. Homini homo quid præſtat? Quādoq; præſtare, eſt ſatisfacere, ſeu cautionem dare, &, ut planius dicamus, eſt rei alicuius exitum in ſe recipere, ſiue alienæ culpæ diſpendium uelle luere: ut cū dicimus, Præſtare alienum promiſſum, quod eſt alienum promiſſum in ſe recipere, & quaſi proprium eſſe, uelle ſatisfacere. βεβαιῶσαι, ἀναδέχεσθαι, ἐγγυᾶσθαι. & eſt uerbum Iureconſultorum, qui ſcribunt, præſtandum eſſe dolum, præſtandam noxam, & alia conſimilia. Cicero 3. Offic. Quicquid eſſet in prælio uitij, id ſtatuerunt, ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtare oportet. Quandoque facere. Idem, Emptorem indemnem præſtare oportet. Quandoq; cauere, fugere, timere. Idem Torqu. Nihil in uita nobis præſtandū præter culpā putemus. Quandoque exhibere, reddere. παρέχειν. Cice. Lentulo, Sed præſta te eum, qui mihi à teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. In tertia perſona ſingulari ſignicat Melius eſt. Salluſt. Emori per uirtutē præſtat. Ab hoc uerbo eſt præſtans, quod aliquando participiū eſt, aliquando nomen. Verg. O præſtans animi iuuenis. id eſt cui eſt animi præſtantia. Et præſtatio, uerbale. Paulus de Legat. tertio.

Prǣſto, aduerb. (ut puto) loci: alij uolunt nomen eſſe indeclinabile omnis generis, quod iungitur uerbo ſum, uel fui, & aliquando adſum. Teren. in Eunuch. Præſto adeſt, habetq; eaſdē ſignificationes, quas adſum. παρίσαμαι. ut ſignificet præſens ſum, præſidio ſum, faueo, iuuo. De primo, Cic. Te uolo curare ut mihi ſummopere præſtò ſis, auxiliūq; adducas. De ſecundo, Idē pro Mur. Ius ciuile didicit, multum uigilauit, laborauit, multis præſtò fuit. Item, Præſtò eſſe, ſignificat aduenire ſiue comparere. Idem ad Heren. Hirundines æſtiuo tempore præſtò ſunt, hyeme pulſæ recedunt.

Prǣſtŏlŏr, aris. d. p. pe. cor ex præ & ſtolor. Stalor autem à ſto deducitur. Nam (ut Feſtus inquit) præſtolari is dicitur, qui antè ſtando ibi, quò uenturū excipere uult, moratur. Præſtolari igitur, ſignificat manere, expectare. περιμένειν. Cic. li. 2. Inuent. datiuo iunxit, Qui tibi ad forum Aureliū præſtolarentur. Aliàs præſtolari ſignificat præſtò eſſe (ut ait Donatus) & parére atq; obſequi. παρίσαμαι.

Prǣſtrīngo, gis. a. t. (περισφίγγω) propriè eſt ualde ſtringo, uel obtundo, hebeto. Plin. lib. 18. cap. 34. Præſtringit enim, atque percellit hic radices arborum. Præſtringitur acies ferri, eboriſq; nitor, dixit idem lib. 7. cap. 15. id eſt obtunditur, hebetatur. Per translationem eſt claudere, obtenebrare. δυσωπεῖν, βασκαίνειν. uerbum à præſtigiatoribus translatū, qui aciem oculorum ſuis uaframētis præſtringere cōſueuerunt. Vnde præſtigium, cuius inuentor fuit Mercurius. Interdū attingere. ἀκροθιγῶς θιγγάνειν. Interdum radere (ἐπιξέειν). Cic. in Philip. Cuius quidē portā Capuæ penè præſtrinxiſti.

Prǣſtrŭo. ruis. n. t. prius ordino, ædifico ūe. (προκατασκευάζω.) Col lib. 1. capite 5. Quippe ab imo præſtructa, ualenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent.

Prǣsŭl, ulis. com. t. (χοροστάτης.) à præſilio. is. fit quod eſt ante ſalio. & is appellatur apud antiquos, qui primus erat inter Salios Martis ſacerdotes. A ſaliendo dicti in portandis ancilibus. Hinc præſulatus (ἱερωσύνη) ipſa dignitas.

Prǣsūlto, as. n. p. antè ſalio, (καθάλλομαι, προπηδάω. Liui. lib. 7. Præſultat hoſtium ſignis.

Prǣsūltŏr, oris. m. t. qui ſaltantiū choreā ducit, (ἔξαρχος, χοροστάτης, κορυφαῖος.

Prǣsŭm, ante alios ſum, (ἐπιστατέω.) ut, Homo cæteris animantibus præeſt, id eſt ea ſuperat, uel antecedit. Et præeſſe ſignificat præfectum eſſe. ἐφίστασθαι, ἄρχειν. Salluſt.

Prǣsūmo. is. a. t. prius ſumo, (προλαμβάνω.) Præſumere animo. προνοεῖν. eſt præſagire. Valer. Maximus lib. 1.

Prǣsūmptio, onis. f. t. anteſumptio. Quintilia. lib. 9. Mirè uerò in cauſis ualet præſumptio, quæ πρόληψις dicitur, cum id quod obijci poteſt occupamus, quæ præcipuè proœmio conuenit. Plin. in Orator ad Paul. Ego beatiſsimum exiſtimo eū, qui bonæ ac manſuræ famæ præſumptione perfruitur.

Prǣtĕgo, gis. a. t. pe. cor. præuelo, antè tego, (προκαλύπτω,

παρωθῶ, προβάλλω. Lactan.li.5. Tum uitia ſua diuitijs prætegebat.

Prætendo,is.a.t. antè tendo, oppono,(προκαλύπτομαι, προτάνομαι, προίσχομαι, προβάλλομαι. Verg. Marti prætendere muros. Quandoque præfero, præmõſtro, exhibeo. Fumosq́ manu prætende ſequaces. Idem 1. Georg. Quando que prætexo. Idem ibid. Religio uetuit, ſegeti prætendere ſepem. Lact. per transla. li. 4. dixit Excuſationẽ de lege prætẽdere, id eſt allegare.

Prætento.tas.a.p. prius tento,(προπειρῶμαι.)

Præter,(πλὴν, cum χωρὶς) præpoſitio, quæ cum à præ deſcẽdat, ſcribitur per æ diphthongon, & modo ſeparatur, modò componitur. Separata uim excipiendi habet, & ſemper accuſatiuo iungitur: ut, Nullũ timeo præter Deum. Aliquando ſignificat ultrà. πρὸς. Aliquando ſignificat antè. Cic. in Ver. Præter oculos ſoli ferebant. Aliquando ſine, (δίχα, χωρὶς.) Salluſt. Præter rerum capitalium condemnatos. Aliquando contra,(παρά. Teren. in And. Præter ciuium morem atque legem. Præter, aliquando aduerb. eſt, pro præterquam. Colum. lib. 3. ca. 2. Omnis incõmodi patientes præter caloris. Præter hac, apud Plaut. ſæpius legitur pro poſthac. Cõpoſita uerò plerunq́ ſignificant ultro.

Præter ſpem,(παρ' ἐλπίδα) ſignificat ex inſperato. Præter opinionẽ, ex inopinato, uel contra ſpem, ſeu cõtra opinionẽ,(παρὰ προσδοκίαν.)

Præterbito.tas.n.p.pen.cor. frequentatiuum, ſignificat frequẽter eo,(παραμείβομαι.) Interponitur b, quaſi præterito.at. Plau. in Epi. Caue præterbites ullas ædes, quin roges.

Prætereà,(πρὸς, πρὸς δὲ) aduerb. deductum à præter, ſignificat ultra ea quæ dicta ſunt. Et interdum habet pronomẽ tam ſingularis quàm pluralis numeri incluſum. Vergilius, Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. id eſt præter eum, ſcilicet Aeneam. Et præterea, quandoq́ ponitur pro poſtea. ἔπειτα. Ver. Præterea aut ſupplex aris imponat honores.

Prætereo. is. iui & rij, præteritum, a. q. ſignificat ultrà eo. (διαπάσσω, παράγω, παραμείβομαι. παρέρχομαι, παραφέρω.) Terenti. in Eun. Dum hæc reputo, imprudens uillam præterij. Ponitur aliquando pro effugere, uitare. Terentius in Hecyra, Neſcis quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare. Præterire aliquid, eſt nullam de re aliqua facere mentionem. Præterit me hæc res. id eſt ignoro. Ponitur aliquando pro antecellere, uincere. Var. 1. De re Ruſt. cap. 1. Hos nobilitate Mago Carthaginenſis præterijt Pœnica lingua. Vnde tempus præteritum. παρωχημένον, φθάσαν, προλαβόν. quod iam non eſt, ſed ultrà iuit. Præteriti dicũtur extincti. Item præteriti. ἀμνημόνευτοι, ἀποδοκιμασθέντες. dicuntur, qui in petitione magiſtratuum repulſam habuerunt, ut ſæpe apud Cic. inuenies.

Prætermitto, tis. a. t. intactum relinquo, omitto, prætereo. παραλείπω. Teren. in Adel. Nihil prætermitto, conſuefacio. Prætermittere ſilentio, idem quod præterire ſilentio. Prætermittere pœnam ſceleris, apud Cic. pro ignoſcere.

Prætermõnſtro. as. Gell. lib. 10. cap. 9. Vſus conſilio ſum magiſtri prætermõſtratis. id eſt quaſi prætereuntis, aliud agentis, & præter officium ſuum monſtrantis.

Prætèrprŏptĕr, tota una dictio, ſignificat præter quam propter, hoc eſt propter aliã cauſſam, quàm propter eam de qua loquimur, ut Præterpropter uitam uiuitur, hoc eſt propter aliam cauſſam uiuitur, quàm ut uiuatur, utputa propter laudem, uel propter gloriam. Ennius.

Prætĕrquàm, (πλὴν ἢ, πλὴν ἢ μὴ) tota una dictio, ſemper requirit præcedentẽ caſum, quia idem uerbum ſubintelligitur, & ſignificat niſi: ut, Nemo id dixit præterquam Cicero. Nullius id intereſt præterquam patris. Significat etiam aliter quàm (ἄλλως ἢ) Liuius libro 1. Inſuper, & præterea. Plin. lib. 21. Præterquam ſerpentem ictus. Præterquã ponitur aliquando in oratione ſequente ſemper, pro cum ſemper. Gel. li. 15. cap. 1. Aliquãdo ſequente etiã. Celſus, Aqua uerò frigida infuſa præterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt.

Prætĕrquàm quòd, (πλὴν ὅτι) id eſt niſi quòd. Plinius, Omnia nobis ex uoto ſucceſſerunt, præterquàm quòd in itinere defunctam matrem audiuimus. Sunt qui putant eſſe unam tantum dictionem.

Prætĕruĕho, is. a. t. (παρελαύνω) propriè eſt ultra ueho. Liu. lib. 1. Cum præterueheret naui bus Galliæ oram, &c. Tranſlatè. Cic. 7. Phil. Magna ſpe ingredior in reliquam orationem

P.C.

P.C. quoniam periculoſiſsimum locum ſilentio ſum præteruectus.

Prætèruerto, a.t. anteuerto, & per translationem pro prius dico ponitur. Cic. 1. de Diuin. Neq; habes aliquid, quod huic ſermoni præteruertendum putes.

Prætèruŏlo, las. n.p. (παραπέτομαι) pen. cor. ultra uolo, celeriter prætereo, & quaſi ultra uolando effugio. Lactan. lib. 1. Quàm calidè periculum præteruolauit.

Prætēxo, xis. a.t. (προϋφαίνω) proprie prius texo, prius facio, ſeu prius ordino. Cic. de Orat. 1. Si omnia quæ fiunt, quæq; aguntur, leuioribus principijs natura ipſa prætexuit. Vſurpatur item pro eo, quod uulgò dicimus bordare, & cooperire bordum. Verg. 6. Aeneidos, Tum dente tenaci Anchora fundabat naues, & littora curuæ Prætexunt puppes. Translatè ponitur pro contego, abſcondo, quaſi aliud, quàm ſit, oſtendo, colorem quæro. προφασίζομαι, προΐσχομαι, προΐσαμαι. Verg. 4. Aen. Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpā. Vnde prætextum. πρόσχημα, πρόφασις.

Prætēxtă toga, (πεντεπόρφυρος) genus ueſtimenti oblongum ac talare, quod ſupra tunicas honorati quique ſumunt, dicta quod ei purpura prætexebatur. Hæc unà cum bulla in uſum puerorum nobilium uſurpabatur. Vnde prætextati dicebantur, qui nondū decem & ſeptē annos præterierāt, à prætexta quā induebant. & hac depoſita, accipiebāt togā uirilem. Erat & prætexta, geſtamen magiſtratuū & Regū. Hac Tullus Hoſtilius primus uſus eſt, inquit Plinius. Dicimus autem prætextus. ta. tum. adiect. ut Prætexta toga, prætextæ actiones: uel ſubſtātiuè hæc prætexta, huius prætextæ. Prætextæ actiones, ſeu comœdiæ dictæ ſunt à prætexta. Horatius, Vel qui prætextas, uel quā docuere togatas. In his imperatorum negocia agebantur, & publica: regesq; Romani, uel duces inducebantur perſonarum dignitate penè tragœdijs ſimiles. Et dictæ prætextæ, quòd in his ferè regum aut magiſtratuum acta comprehenduntur, qui principio prætexta toga utebantur.

Prætēxtātum ſermonem (ἀπαρασκεύαστον λόγον) Veteres appellauerūt ab eo quòd prætextatis nefas ſit obſcœno uerbo uti, licet Sue. Gel. Macrobius, prætextatum ſermonem acceperint pro eo, qui apertè obſcœnam rem ſignificat. Suet. in Veſp. ſcilicet & Macrobius lib. 2. Satur. Sic prætextati mores. ἀπαρασκεύαστοι. dicuntur à Satyrico poēta, & Feſto. Prætextati anni à Plinio dicuntur li. 33. pro annis pueritiæ. & Prætextata ætas, à Gellio lib. 1. Prætextatæ puellæ, à prætextis dicebantur, quas nubentes deponebant.

Prætēxtūm, xti n.ſ. (πρόσχημα) dicitur illud uelamen, quo moueri aliquis uidetur ad aliquid agendum, cum tamen alia cauſſa moueatur. Sueton. de Cæſ. E. prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit, cauſſas autem alias fuiſſe opinantur. Eiuſdem eſt ſignificationis prætextus. tus. id eſt obtentus, & quod Cicero per cauſſam, & per ſimulationem dicere ſolet.

Prætōr, oris. m.t. Athenis (ἄρχων, στρατηγός) omnis magiſtratus appellabatur, cui parêret exercitus. Vnde imperatores, prætores quandoq; uocantur. Cic. Heren. Epaminundas Thebanorum imperator, ei qui ſibi ex lege ſucceſſerat prætor, exercitum non tradit. Capta Sardinia, alijsq; prouincijs, totidem prætores, quod prouinciæ in ditionem uenerant, creati ſunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Dictus prætor (ut Liu. innuit) à præeſſendo: ut Varro, à præeundo, quaſi præitor, quòd præiret iure & exercitu. Et Liuius lib. 5. ſcribit, primum prætorem ex patribus, qui ius in urbe diceret, creatum fuiſſe, penes quem magiſtratum, omnis publici priuatiq; iuris poteſtas, ut & nouum ius condere, & uetera abrogare facultas eſſet. Creatus, cum cōſules auocarentur bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas Prætura dicitur.

Prætōriānus, qui apud prætorem ſeu in prætorio uerſatur. (στρατηγικός) Cic. pro Cælio, Nemini unquam præſenti prætoriani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. Et Prætoriani milites honoratiores erant, qui Romæ habebant caſtra, quæ Prætoria dicebantur.

Prætōriūm, rij. n.ſ. domus in qua prætor habitat, ſiue dux. (ἀρχεῖον, στρατηγεῖον, πραιτώριον.) Quia (ut dictum eſt) omnis magiſtratus cui parêret exercitus, Prætor dictus eſt. Hoc

alie

alio nomine à Quintiliano dicitur Auguſtale. Ponitur etiã pro magnifica & ampla domo, in agro & ruri extructa, in quæ ædificia pecunias ingentes effundebant. Palladius lib. 1. Ipſius etiã prætorij ſitus ſit loco aliquatenus erectiore & ſicciore propter iniuriã fundamentorum, & ut læto fruatur aſpectu. Item prætorium, dicitur locus in quo prætor ius dicit, ut eſt in Euangelio. Ponitur etiam pro conſilio, quod fit in imperatoris tentorio, id eſt ipſo prætorio. Vnde dicimus Dimitti prætorium, ſicut dimitti ſenatum. Liu. Ponitur enim continens pro contento, ut ſæpe fieri ſolet.

Prætorius uir, qui præturam geſſit, (ὁ ἄρξας) Cic. pro Planc. Cedat conſulari generi prætoriũ, nec cõtendat cũ prætorio equeſter locus.

Prætōrĭŭs, a. um. quod eſt prætorij, ſeu quod ad prætorium pertinet: ut Prætorium ius, prætoria cohors, quæ à prætore non diſcedebat. Prætoria uerò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur, quia initio prætores erant, qui nunc conſules, & hi bella adminiſtrabãt.

Prætūră, æ. f. p. prætoris dignitas. στρατηγία.

Præuălĕo, les. n. ſ. pen. cor. antecello, & quaſi in maiori precio ſum, uel melior ſum. διαφέρω. Plin. lib. 10. Vulturum præualent nigri. Aliquando præualere ſignificat potentiorem ſeu robuſtiorem eſſe. ὑπερισχύω. Hinc præualeſco. is. pro inualeſco. Et præualidus adiectiuum, id eſt præpotens. Et præualidè aduerbium.

Præuārĭcŏr, aris. d. p. pen. cor. ex præ & uaricor, quamuis & diuarico dicatur. Varicari autem à uaricibus, quæ (teſte Nonio) ſunt uenæ in ſuris inflexæ & obtortæ. Præuaricor igitur propriè eſt à recto diſcedo, (καθυφίεμαι, ἐθελοκακέω, ὑποκρίνομαι.) Plin. lib. 18. cap. 19. Arator, niſi incuruus, præuaricatur. Translatè uerò eſt quocunque modo à præſcripto ſui officij deflectere. Et in litibus forenſibus ſignificat colludere. Cic. De Aruſp. reſpon. Clodius à Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſime præuaricaretur. Præuaricari accuſationi, inquit Budæus, eſt præuaricando ſubſeruire. Hinc præuaricator à uaricando, hoc eſt transgrediendo, dictus eſt, qui ab officij ſui præſcripto deflectit, atque aberrat. Plinius Iun. Alioqui præuaricatio, (καθύφεσις) eſt tranſitè dicenda. Præuaricatio etiã eſt, curſim & breuiter attingere, quæ ſunt inculcanda, inſiſtenda, repetenda.

Præuĕho, is. a. t. prius duco, (προελαύνω.) Liu. lib. 9. Sed equites Romani præuecti per obliqua campi.

Præuello, is. (προτίλλω) per duplex ll. antè uello.

Præuēlo, as. a. p. (προκαλύπτω) pen. pro. prius operio. Claud. de Raptu.

Præuĕnio, is. a. q. anteuenio, anticipo. (προφθάνω) Liu. 4. Belli Punic. Cæterum præuenerat non fama ſolum. &c.

Præuĕrto, & tor. deponens, id eſt prætereo, præcedo, anteuerto (προλαμβάνομαι, φθάνω.) Verg. "Volucremque fuga præuertitur Hebrum. id "eſt tranſit, præuertit. Item reuoco, Plau. Flebilis præuertitur metus, accurro, ut ſciã quid uelit. Ponitur aliquando pro præoccupare. "Verg. 1. Aeneid. Et uiuo tentat præuertere "amore Iam pridem reſides animos. Aliquando pro præponere. Gell. lib. 4. cap. 3. Iuriſiurandi religionem animo atque amori præuertiſſe, &c. Præuerſum fulgur, inquit Feſtus, quod ignoratur noctu an interdiu ſit factum.

Præuĭdĕo, es. a. ſ. ante uideo (προορῶ.) Plin. Id nos futurũ præuideramus. Hinc præuidentia, (πρόνοια) quæ duplex eſt. Aut enim animo, aut oculis præuidemus. Præuideo eſt quaſi caueo.

Prævĭŭs, a. um. qui præeundo uiam monſtrat. (ὁδηγός, χειραγωγός.) Præuius Aurora Cic.

Prāgmă, matis. n. t. (πρᾶγμα) Latinè actio, ſeu negocium dicitur. Inde Pragmaticus, negociator, uel forenſis iuris interpres, oratoris miniſter, qui in foro ac iudicijs uerſans liteis dirimit. Cic. lib. 1. De Orat.

Prāgmătĭcă ſanctio, dicta eſt quod per eam à ſupremo atque ordinario iudice diſcedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur.

Prāndĕo, des. prandi, & pranſus ſum, neutropaſſ. ſ. prandium ſumo. (ἀριστάω.) Pranſos Veteres uocabant, non ſolum qui ediſſent, ſed etiam quibus nihil deeſſet. Varro, Pranſum te ac paratum eſſe oportet.

Prāndĭŭm, dij. n. ſ. (ἄριστον) ab edendo dicitur, quaſi peredium, cibus qui ante meridiem ſumitur, cibus meridianus. Vel dicitur quaſi parandiũ, quia debemus accipere, quod paratũ eſt. Cuius dimin. eſt Prandiolum, ſiue Prandiculum, quod ientaculũ appellatur. Feſtus.

Prānſito,

Prānſito.as.n.p.(ἀριςίω)pen.cor.frequentatiuum,quod Plau.in Amph. cū accuſ. conſtruxit,Nequam homines qui polentā pranſitant.

Prānſŏr.oris.m.t. qui prandet, aut qui inuitatus eſt ad prandium. Plau. in Menæh. Bonū anteponam prandiū pranſoribus. Hinc pranſorius,adiect.Quintil.

Prăſŏīdēs.πρασοειδὴς.lapilli genus,& porraceus interpretatur.

Prăſīnŭs,ni.m.ſ.(πράσινος) penult.cor. color uiridis ad ſimilitudinem porri. Nam πράσον » Latinè porrum dicitur. Hinc ueſtes è uiridi » lana,praſinæ dicuntur.

Prăſĭŭs,(πράσιος)gemma quædam è uiridantium genere,Plin.lib.37. cap.8.

Prātŭm,(λειμὼν)ti.n.ſ. eſt in quo ad fructū percipiendum (ut ait Vlpianus De uerborum ſignificat.) falce dūtaxat opus eſt, eo dictum, quod ſine ope paratum ſit ad fructum faciendum. Nomen quoque indiderunt ab eo, quòd protinus eſſet paratum, nec magnū laborem deſyderaret.Prata etiam dicuntur,quæ nunc uiridia,ut plurimū buxo & lauro frequētata. Hinc Pratenſis,& hoc ſe.(λειμώνιος)quod eſt ex prato.Colum.Pratenſe fœnum.Hinc Pratulum,diminutiuum.

Prāuŭs.ua.uum. propriè eſt diſtortus, uel peruerſus. (διάστροφος.)Cic. De Fin. Si qua in membris praua, aut debilitata, aut imminuta ſunt. Trāslatè pro iniquo,malo,iniuſto,impio,nocētiq́; accipitur. Idem De oratore 3.Recta & praua tacito quodā ſenſu dijudicamus. Sic etiam prauitas propriè eſt deformitas, ut prauitas membrorū,paruitas oris.Translatè pro uitio,peruerſitate uel inquitate uſurpatur

Prĕcārĭŭs.a. um. (παράκλησις,δέησις)eſt quod precibus petenti utendum conceditur,tamdiu quādiu is qui conceſsit,patitur.Curt.Sed precariū ſpernebatur imperiū. Præcario nomen ipſa terminatione datiui pro aduerbio accipitur, & ſignificat prece uel precibus. Plaut. Precario habere uidetur. παρακλήσει κεχρῆσθαι. qui poſſeſsionē corporis, uel iuris adeptus, ex hac ſolūmodo cauſa quòd adhibuit preces, & impetrauit, quod ſibi poſsidere aut uti liceat.

Prĕciōſĭŏr,maioris præcij.(τιμιώτερος)

Prĕcĭŭm,cij.n.ſ.præmium,merces,uel quod datur pro re empta,(τιμὴ.)Hinc Precioſus.a.um. quod eſt multi precij, τιμαλφὴς, τίμιος. *Docti ferè pretium ſcribunt per t.

Prĕcŏr,precaris,d. p. (δέομαι)cum accuſatiuo ſignificat oro. Iunctum uerò cum datiuo, id eſt quod opto alicui bonam uel malam fortunam.εὔχομαι. Quintil. Et oram ſoluentibus bene precemur.Dicimus autem precor Deos, & precor ad Deos,& precor Deos bonas preces.Huius compoſita ſunt,Deprecor, Imprecor.pe.cor. quod in bonam & in malam partē accipitur. Quint. Imprecamur debilitates, naufragia,morbos.

Prĕmo, mis. preſsi, preſſum, propriè calco,& innitor alicui rei cum pōdere,ſtringo. (πιέζω, » θλίβω)Verg.Aeneid.2.Veluti qui ſentibus an» guem Preſſit humi nitens. Quandoq; uexa» re.Idem, Numina nulla premunt,mortali ur» gemur ab hoſte. Quandoq; effodere. Idem, » Sulcumq́; ſibi premat ipſa carina.Quandoq; » inſequi,inſiſtere.ἐπιτίθεσθαι. ut Hac fugerent » Graij, premeret Troiana iuuentus. Quandoq; urgere, occultare, expellere, ἀποθλίβειν. cohibere, claudere,uitiare. βιάζεσθαι.remoue » re,excitare,& uaſtare: ut,Pelago premit ar» ua ſonāti.Quādoq; occidere,Idē Armigerūq; » domi premit. Quādoq; demergere, infodere. » Idem,Quod ſupereſt,quæcūq; premes uirgul» ta per agros,Sparge fimo pingui. Quandoq; inſtare,& dicēdo immorari. Plin.Epiſt.9.lib. 3. Cum Caſtam accuſarem, nihil magis preſſi,quàm quòd accuſator eius, &c. Quandoque reprehendere,maledicere.Quintil.lib.12. Præcipuè uerò preſſerūt eum, qui uideri Atticorum imitatores concupiebant. Huius compoſita ſunt, Comprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo,& Supprimo, quæ habent pen. cor.

Prĕndo. is. prehendo, prenſo, ambio. Cic. pro Clu.Cum tabulas prendiſſet Oppianicus digito legata deleuit.

Prēnſātĭo.onis.f.t.ambitus, honoris cupiditas. Cic.1.At.Fuit hæc illius præpropera prēſatio.

Prēnſo.as.a.p.prendo,prehenſo.Cic.Att.1.Prenſat unus P.Galba ſine fuco ac fallacijs.

Prēſbўtĕr.eris.m.t. πρεσβύτερος Græcè. Latinè ſenior dicitur.

Prĕſſōrĭŭs. adiect. ut Preſſorium uas, in quo quid premitur.

Preſſo.ſas.a.p.(καταπιέζω)frequent.uerbi premo.Verg.Preſſabimus ubera palmis. Inuenitur & Preſſor.aris.deponens.Plau.in Perſa, Vomica eſt,preſſari parce.

Preſſūrā,æ.f.p.idem quod preſſus.(συνοχή.)

Preſsus.a.um.quod eſt ſubtile,ac breue. λιτός. Cic.in Hor.Quis te in definiēdis & explicandis ſententijs preſsior? Aliquādo dicitur onuſtum,grauatum.βεβαρημένον.Verg.1.Georg. Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ. Preſſo gradu incedere,hoc eſt firmo, nec celeri,ſed quo cautos incedere uidemus.Liuius 8. Bel.Pun.Hinc preſsè,aduerb. Cic.1.Offic.

Preſsus.us.m.q.(θλίψις,συνοχή)ipſa preſsio,ſiue ipſe premendi actus,preſſura.Cic.1.De Orat. In ipſo uocis preſſu & ſono.

Preſter,uide Præſter.

Pretium,uide Precium.

Priapiſmus.mi.m.ſ.(πριαπισμός)morbus eſt,cū genitales partes in ſolā longitudinē protenduntur,& in circulū tumeſcūt ſine Veneris appetitu.

Pridem,(πάλαι) aduer.tēporis,quaſi prius die,ſignifi. paruo tēpore prius.Plin.lib.17. Aliquando longo tempore prius,(πρὸ πολλοῦ.) Apul.Quod pridē Plato affirmauerat.Eiuſdem ſignificationis ſunt,iampridem,dudum, iamdudū,nuper,iamdiu.Quæ ſi cum pridem aut dudum addamus,non uel quàm uel ita,ſignificant ſemper multo tempore antè.Cic.pro Roſcio, Quampridem Panni nomen detuliſti, hoc eſt quàm multo tempore antè. uide Val.lib.1.cap.14.

Pridie. τῇ προτεραίᾳ. Pridianus.uide Poſtridie.

Primæ,marum.(τὰ πρωτεῖα,τὰ πρῶτα) fit à primus cum ordinem ſignificat, & intelliguntur partes. Cic.Erat excellens iudicio uulgi,& facilè primas tenebat. τὰ πρῶτα ἔλαχεν.

Primæuus, a. um.(ἀρχέγονος) quod eſt primæ ætatis:ſicut grandæuus,grandioris ætatis.

Primanus,ni.m.ſ.Tribunus erat, qui primæ legioni tributū ſcribebat: ſicut ſecundanus, qui ſecundæ:tertianus,qui tertiæ.Tacitus,Primanis ſtratis una & uiceſimanorum principibus aquilam abſtulere.

Primarius,a.um.quod aliunde non habet originem.(ἀρχικός.) Primarij ciues,qui primi ſunt in ciuitate,qui etiam primates,(οἱ πάνυ ἔκκριτοι, ἐξάρχοντες) dicuntur.

Primates,dicti ſunt qui & Sūmates,ſiue Optimates,qui ſunt primi in ciuitate.οἱ πρωτεύοντες.

Primicerius, rij. m. ſ. à cereo fit (ut author eſt Hieronymus in Chronicis,& Caſsiodorus in Epiſt.)quoniā & Græcè πριμικήριος dicatur. Ammianus uero refert inter tribunos fuiſſe, qui dicerētur primicerij. De ſecūdicerijs quoq; mentio eſt apud Veteres. Vide Primanus.

Primigenii fœtus, (πρωτογενεῖς) ipſi primogeniti. Vnde apud Lucretium,Coortus & dies mundi primigenus.

Primigenius,a.um.idem quod primitiuus.(ἀρχοειδής, προηγούμενος, πρωτότυπος.) Et propriè primigenia dicuntur ſemina, quæ dedit Natura,quæ Cic.Prima naturæ,& Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant.Et uerba uocātur primigenia,(πρωτότυπα)ut lego,ſcribo,quæ nō ſunt ab alio uerbo. Itē primigenius ſulcus dicitur, qui in cōdenda noua urbe,tauro & uacca deſignationis cauſſa imprimitur.Et primigenia, (τὰ πρωτεῖα) iura primi & maximi natu filij.

Primipara,pen.cor. dicuntur parentes,quæ primo pepererunt,πρωτοτόκοι.)Plin.lib.8.ca.40. Et ab ea,quæ fœmina ſit,ex primipara genus citius cerni.

Primipilus, li. m. ſ. centurio primæ cohortis, (πρώτης τάξης ἄρχων) ut Liu.lib 7.ſcribit.Nam ordo partes tres habebat,quarū unamquanq; primum pilum uocabant. Primipilus (ut ait Vegetius lib.1.)400.milites ducebat in prima acie,eratq; caput legionis. Hinc primipilaris dici uidetur,non tam miles qui fuerat ſub centurione primipili,quàm ipſe centurio,qui olim præditus fuerat hac dignitate.

Primiter, & Primitus, aduerbia ad primum, (πρώτως)id eſt primò. Lucil lib.5.Sicuti cum primiter ficos populares ſentis,item precio ingenti ad primitus paucos.

Primitiæ,arum.f.p.primi fructus ex agro ſuſcepti,qui Deo offerūtur.(ἀπαρχαί,καταργματα.) Primitias uitis reſecare conſuerunt, inquit Colum.lib.4.cap.10.id eſt prima flagella.

Primitium, tij. n. ſ. quod in aliquo primum, & principale eſt.(τὸ πρῶτον.)Oui.Ecce rapit medijs flagrantē Rhetus ab aris Primitiū torrē.

Primitiuus,a.um.quod aliunde non habet originem,ſiue quod per ſe inuentū eſt.(πρωτότυπος.) Vnde & primitiua uerba, quæ per ſe inuenta ſunt.

ta ſunt, nec aliunde deriuantur.

Primōdŭm, pro primò. Plaut. in Capt. Primodum opus eſt piſtorienſibus.

Primōgĕnĭtŭs, ti. m. ſ. (πρωτότοκος) inquit Hieronym. contra Heluid. eſt qui aperit uuluam, & ante quem nullus eſt genitus, non is quem frater poſt genitus ſubſequitur. Et omnis unitus eſt primogenitus.

Prīmōrdĭă, (τὰ πρωτογενικὰ, ἀρχαὶ) quæ primò ordiuntur. hoc eſt initia. Plin. li. 11. ca. 1. Quamobrem par eſt moribus primordia ingerere.

Prīmōrēs, um. com. t. (τὰ ἄκρα) ſummæ quæq; res. Luc. Cum gallus gallinaceus digitos, primoresq; erigit ungues. Hinc primores pro primis, optimatibus. Et primores dentes, qui primi patent. Gel. Primorem partem domus dixit pro atrio.

Prīmŭlŭs, pen. cor. diminut. eſt à primus. Plau. in Amp. Primulo diluculo abijſti ad legiones. Hinc Primulum, aduer. Ter. in Adel. Paulatim plebem primulum facio meam.

Prīmŭm, (πρῶτον, αὐτίκα, γένει) aduerb. & idem eſt quod primò, uel à primo. à quo fiũt compoſita, Quàmprimum & Vtprimum. Ponitur primũ aliquando in oratione nulla alia ſequente clauſula. Plau. in Aſin. Cenſen' tu illũ hodie primũ ire aſſuetũ in ganeum? Aliquando alia ſequẽte clauſula, cui præponitur præterea, uel deinde. Ter. in Prologo Heau. Id primum dicã, deinde quòd ueni, eloquar. Nõnunquã ſequitur tertia clauſula, cui præponitur poſtremò. Aliquando pro poſtremò bis ſubiungitur

Primō. aduerb. quoq; eſt. id eſt prima (deinde. fronte, prima ſpecie, primo aditu. Ter. Phor. Cœpi aduerſari primò.

Prīmŭs, (πρῶτος) quandoq; ad numerum, ſeu ordinem refertur, ut primus, ſecundus, tertius, iungiturq; frequenter apud bonos authores cum quiſq;, ut primo quoq; tẽpore, (ὅταν τάχιστα ἐγχωρῇ, κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον χρόνον) id eſt, ubi primum ſe ulla offeret occaſio. Quandoq; dicitur princeps, cum ponitur pro primo, optimo, (κράτιστος) ſicut & prior pro meliore præcipuo, & pro eo, ante quem nullus eſt. Idẽ, Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Fit autem primus à pridẽ, abiecta dem, & accepta mus, ſicut prior accepta or. Hinc fiunt aduerbia, Primò, primè, apprimè, Primũ, primitus, & imprimis, & Principiò. τὰ πρῶτα, τὴν ἀρχήν.

Prīncēps, ipis. com. t. (δυνάστης, ἄρχων) qui uel quæ principatũ tenet, quaſi primũ caput. Et princeps dicitur dominus, quòd qui dominatur primus ſit. Item dicitur primus uel prima. Vergi. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Hoc item nomine uocabantur in prima acie dimicãtes, ut ſunt ordinarij, cæteriq; principales. Aliquando adiect. eſt pro primo. Suet. De claris Grammat. Principem locũ inter grammaticos tenuit.

Prīncĭpālĭs, le. om. t. quod primũ & præcipuum eſt, aut quod principis eſt. (ἡγεμονικὸν, τὸ κύριον.) Principalis porta caſtrorum, inquit Feſtus, nominatur, quòd in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt. Hinc principaliter, aduerb. præcipuè, uel ut decet principem. Plin. in Paneg. Quid uitam, quid mores iuuentutis, quàm principaliter formas, &c.

Prīncĭpātus. us. dominatus, primæ. Cic. de Natura lib. ſecundo, Principatum id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν uocant.

Prīncĭpĭă. πρίγκιπας ſæpe Polybius. locus in caſtris à principibus militibus ſic appellatus, ut eſt apud Colu. lib. 1. Inde poſt principia eſſe, eſt eſſe in tuto, citraq; periculum.

Prīncĭpĭŭm, pij. n. ſ.. ἀρχὴ. initiũ alicuius rei, primordium, exordium, uel procemiũ, & modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur, quomodo in ædificanda domo initium fundamentũ eſt. Ter. in Heaut. Neq; quod principiũ inueniã ad placandum, ſcio. Hinc Principiò aduerb. id eſt primum.

Prĭŏr, oris. com. t. πρότερος. nomen comparatiuum, quod non ſolũ ad duos, ſed etiam ad plures referri poteſt. Apul. lib. 1. Flor. Hippias è numero ſophiſtarum, eſt artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus.

Priſcŭs. a. um. . ἀρχαῖος. quod ſuperiori ætate fuit, ut Priſci Latini, qui fuere antequã Roma conderetur. Hinc Priſcè, aduerb. Cic. pro M. Cælio, Vtrum me ſecum priſcè agere malit.

Priſtĭnŭs. a. um. penultima corre. . παλαιός. quod ſuperioribus annis, menſibus, diebus, & noſtra memoria fuit: ut Priſtina noſtra beneuolentia. Priſtinum etiam dicitur de rebus, quæ non ſeneſcunt, non autem priſcum. Vt Pharos & Tyrus nunquam in ſtatum priſtinum

num redibunt. Et dicitur priſtinum, quaſi primiſtinum, à primus (ut inquit Priſcianus) Aliquando priſtinus dicitur prior. Curtius, Dies priſtino procelloſior.

Priſtis, is. f. t. (πρίσις) genus piſcis marini longiſſimi, atq; anguſti corporis. Plin. lib. 9. cap. 3. ſcribit priſtes in mari Indico ducentûm cubitorum eſſe. Priſtis etiam Scylla, maris monſtrũ dicitur. Ab huius ſimilitudine nauis oblonga dicta eſt priſtis. Dicta priſtis à ſectione undarum. Græci autem πρίσιν ſectionem. πριςὴν ſectorem dicunt.

Priuati, orum. m. ſ. (οἱ ἰδιωτεύοντες) propriè dicuntur, qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate. Cic. lib. 1. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari ciuibus iure uiuere. Aliquando dicuntur exempti à iure cõmuni, ut in Decret. diſtin. 3. Et Priuatum, cui aliquid eſt ademptum. Plaut. in Truc. Tum pol ego & donis priuatus ſum, & perij.

Priuatio, onis. f. t. amotio, diminutio, ſpoliatio. Cic. de Fin. lib. 2. Quia dolori non uoluptas contraria eſt, ſed doloris priuatio.

Priueres, um. f. t. mulieres priuatæ.

Priuignus, gni. m. ſ. (πρόγονος) filius mariti, uxoris ue, cuius prior coniunx deceſſit. Dictus priuignus, quòd prius quàm mater ſecundò nuberet, eſt genitus. Pri enim, antiqui pro præ dixerunt.

Priuilegium, gij. n. ſ. (προνόμιον, προτίμημα) lex priuatis facta, ſiue lex ad priuatos homines ſingulosq; pertinens. Cic. pro domo ſua, Leges priuatis in hominibus irrogare. id eſt enim priuilegium.

Priuo, uas. a. p. adimo, ſpolio, aufero, excludo, expertem facio, aut quod proprium alicuius eſt, extorqueo. (ἀποστερέω, στερίσκω.) Hinc Priuatus. a. um. (ἴδιος) quod non eſt commune cum alijs. Cic. pro Quint. Resq; ipſius erant priuatæ. Et priuatim & priuatè (ἰδίᾳ) aduerbia, quod non eſt publicè factum.

Priuos, & Priuas, (ἰδίας) antiqui pro ſingulis dicebãt. In le Priuas uerbenas, & priuos ſilices, pro ſingulis accipit Liu. 10. Bel. Pun. Vnde & Priuata dicuntur. Eſt aũt adiect. Priuus. a. um.

Prius, ante. Cic. ad Att. lib. 4.

Priuſquàm, antequàm. Cic. de Or.

Pro, præpoſitio eſt ablatiuo caſui ſeruiens, quæ tam ſæparata, quàm cõpoſita localem uim habet, & aliquando ſignificat antè, (πρὸ) ut pro curia, pro mœnibus. Procurro, antè curro. Proſtratus, antè ſtratus. Interdũ ponitur locò in, ut pro roſtris, pro cenſu, pro tribunali. Interdum pro iuxta ſiue ſecundũ, (κατά.) ut pro Platonis ſententia, pro hominum iudicio. Interdum pro cauſa, ſiue propter, ut cũ dicimus, Pro mutuo animo, Pro reconciliata gratia. Interdum pro loco, ut Pecuniam ei dedi pro prædio. Interdum ponitur pro authoritate, ut Tribuni plebis pro poteſtate interceſſerunt. hoc eſt authoritate poteſtatis ſuæ. Item pro defenſione. (ὑπέρ.) Verg. lib. 9. Pro turribus adſtant. id eſt pro defenſione turriũ. Eſt & interiectio admirantis, (ὦ) Teren. in Adelph. Prô Dij immortales, facinus indignum quod narras? Item interiectio dolentis, ſeu indignantis. Teren. in Heaut. Prô Deûm atq; hominũ fidem. Sed his duobus modis circumflectitur, & nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuoq; iungitur. Compoſita uerò temporalem uim habent, ut prouideo, proſpicio. Quandoq; priuatiua eſt, ut profanus. id eſt nõ ſacer. Prohibeo propudium. Quandoq; accipitur loco è, uel ſuper, ut prominet. id eſt eminet, uel ſupereminet. Nonnunquam ſignificat porrò, ſiue in longum, ut promiſſa barba. Quandoq; procul ſpacio loci, ut procella, quæ procul ueniens percellit.

Proauthor, oris. m. t. Suet. in Claudio, Appium Cæcum generis ſui proauthorem. Id eſt authorem, & principem.

Proauus, pen. cor. aut paterni uel materni pater, quòd prope ſit auum. (πρόπαππος.) Plaut. in Mil. Pater, auos, proauos, abauos. Cuius relatiuum eſt pronepos. à quo fœmininum, proneptis. A proauo fœmininũ proauia. προμάμμη.

Probabile, (πιθανὸν) dicitur, quod licet non ſit uerum, uidetur rationibus probari poſſe. Hinc probabiliter, aduerb. Et Probabilitas. atis.

Probatio, onis. f. t. Cic. pro Font. Falſum ob probationẽ pretium datum cũ multa improbata (ſint.

Probator, oris. Cic. pro Cæc. Huius rationis ne probator quidem ſum.

Probi, (χρηστοί, δόκιμοι) boni dicuntur, quaſi prohibi, quod ſe à delinquendo prohibeant. Hinc Probè, & Probiter, aduerb. id eſt bene, rectè, elegan-

elegãter. His contrarij ſunt Improbi, & Reprobi. ἀδόκιμοι. A probus fit probitas, (καλοκαγαθία, εὐγνωμοσύνη) bonitas. Cic. de Ami. Quòd ſi tanta uis probitatis eſt, ut eam, &c. Ab Improbus, improbitas. Diminutiuũ Probulus. unde & Improbulus. Iuuenalis, Finge tamen te improbulum.

Prŏbĭtās, atis. f. t. bonitas, integritas, uirtus. Cic. de Ami. & pro Plan. Virtus, probitas, integritas, in candidato requiri ſolent.

Problēmă, matis. n. t. & problematum, propoſitio eſt, interrogationem annexam habens.

Prŏbo, probas, a. p. (δοκιμάζω, ἀποδέχομαι, ἀρέσκομαί τινι.) laudo. Hinc probari & ualere in uulgus, ad populũ, eſt populare & plauſibile eſſe. Contrà frigere ad populum, eſt improbari. quãuis maiorẽ uim habeat probo, quàm laudo. Nam apud idoneos ſæpe legimus. Et laudo, & probo. Quandoq; probare eſt, argumentis demonſtrare, (ἐλέγχειν, κατασκευάζειν, ἀποδεικνύναι.) Plaut. in Rud. Nec probare pernegando mihi poteſt niſi pars datur. Quandoq; experimentum facere tentare, ut cum dicimus, Amicos probato. Aliquando probare, eſt efficere, ut probum & rectũ ſit, rectumq; iudicetur id, quod quis facit, uel dicit. Cice. 1. Verr. Hinc Probatus, aliquando participium, aliquando nomen. Cic. 4. Verrin. probatiſsimũ hominem dicit. Quandoq; permittere. Horat. lib. 1. Carm. Vagus & ſiniſtra Labitur ripa Ioue non probante. Huius compoſita ſunt: Approbo, Comprobo, (συγκατατίθεμαι.) eiuſdẽ ferè ſignificationis. Et contraria horum Improbo, & Reprobo, (ἐγκαλέω, ψέγω) pro damno, quæ habent penult. cor.

Prŏbŏſcis, idis. f. t. (προβοσκίς.) eſt porrectio corporis inhærẽs naribus, quæ excepto homine in alijs ferè animantibus inuenitur. Dicta proboſcis, quòd antè depaſcat. Græci enim προβόσκειν dicunt antè paſcere.

Probro, bras. a. p. prima communi, probro afficio. (ὀνειδίζω) Ex quo fiunt compoſita, Exprobro, Opprobro, de quibus ſuprà. Improbro, quo uſus eſt Plautus in Truc.

Probrōsŭs, ſa. ſum. adiect. ignominioſum. (ἐπονείδιστον) Gellius libro 1.

Probrŭm, bri. n. ſ. (ὕβρις) ſtuprum, adulterium, flagitium. Vnde lex fuit apud Romanos, ut probrum uirginis ueſtalis capite puniretur. Aliàs ſignificat maledictum, contumeliam ſiue infamiã, dedecus, quæ ex ſcelere ſequi ſolent, (αἰσχύνη, ὄνειδος.) ut datum eſt probro, id eſt ignominiæ aſcriptum. Liu. lib. 2.

Prŏcăpĭs, pen. cor. progenies quæ ab uno capite procedit.

Prŏcāx, ὑβριστὴς. & Procacitas. uide Proci.

Prōcēdo, is. n. t. (προβαίνω, προάγω, προχωρέω) pe. pro. ultra cedo, progredior. Sall. in Iugur. Sed ubi plerunq; noctis proceſsit: quod eſt, quaſi præterijt. Aliquando eſt bene uel male cadere, ſiue cedere. Teren. in Andria, Niſi id putas, quia proceſsit parum. Procedere in pedes, & pedibus gigni idem, ſignificant fœtum ita naſci, ut pedes ex utero priores emergant.

Prŏcĕleūſmătĭcŭs, mi. m. ſ. (προκελευσματικὸς) pes ex quatuor ſyllabis breuibus conſtans. Dictus quaſi primitus iuſſus, eo quòd in ſacris Mineruæ prius eius pedis uerſus pronunciari iubebatur. πρὸ enim antè. κελεύω iubeo.

Prŏcellă, æ. f. p. (θύελλα) eſt uis uenti cũ pluuia, nec durans, & in mari potius, quàm in terra. Dicta ab eo, quòd omnia procellat. id eſt moueat, uel percutiat. Aut à procul, quia à longè uidetur. Hinc Procelloſus. a. um. θυελλώδης. procellis plenum.

Prŏcello, lis. a. t. (περιτρέπω) percutio, euerto. Vnde Procella. Plin. in Panegyr. Erant ſub oculis naufragia multorũ, quos inuidioſa trãquillitate prouectos improuiſus turbo proculerat.

Prŏcĕrēs, um. m. t. (πρόβολοι) pen. cor. capita trabium, hoc eſt mutili quidam extantes. Hinc principes ciuitatis, proceres, (οἱ δυναστεύοντες) appellati ſunt, quòd ij ita in ciuitate eminent, ſicut illi in ædificijs. Verg. Pòſt alij proceres. Huius nominis ſingularem protulit Iuuenalis, Agnoſco procerem: qui eſt à procer. eris.

Prōcērĭtās, atis. f. t. prolixitas. Plin. in Paneg. Tu ſola corporis proceritate clarior alijs.

Prōcērĭtŭs, malo ſpiritu afflatus.

Prōcērŭs, a. um. (εὐμήκης, μέγας, ἔξοχος, προμήκης) penult. pro. prolixum & in longitudinem productum. Quod nomen quidam à cera deriuãt, quaſi ad ſimilitudinem ceræ protenſum propter facultatem. Alij à creſcendo, hoc eſt excretum. Huius compoſitũ eſt Improcerus. Dicitur etiam hic & hæc Proceris, & hoc re.

Prōceſsūs.us.m.q. (πρόβασις, προκοπὴ, πρόχωρησις) progreſſum, et ſucceſſum ſignificat. Cic. pro Lege Manil. Vt ex iis locis à militibus noſtris reditus magis maturus, quàm proceſſus longior quæreretur.

Prōceſtrium, ſtrij.n.ſ. (προκοιτῶν) putabatur locus apertus ac patulus, quò proceditur in cubiculum cœnaculi, & reliquas partes ſuperiores. Plin. ad Gal. Poſt hanc cubiculũ cũ proceſtrio, altitudine æſtiuum, munimento hybernum. Nam proceſtria (ut Feſtus exponit) ædificia ſunt ante caſtra, uel quibus proceditur in muro. Sunt tamen, qui uelint cum procœtono legi, loco ante cubiculum, ab excubando nomen ex Græco ſibi uendicante. Fit autem proceſtrium, æqualibus columnarum interuallis patulum, ſupra quarum epiſtylia arcus curuantur. Quidã etiam proceſtria, aditũ & ueluti portam caſtrorum appellauerunt.

Prōchȳtē, uaſis genus eſt.

Prŏci, orum.m.ſ. (μνηστῆρες) dicũtur qui in eandem libidinem nimia appetentia conſpirant, à procando dicti. Eſt enim procare, (κωμάζειν) nimiũ laſciuè petere. Vnde procaces, (κωμαστικοὶ) mollium rerũ petitores, & in petẽdo nimium petulci. Verg. Procos irriſa priores. Inde procacitas. ἀσέλγεια. Cic. lib. 4. de Repub. A procando. id eſt poſcendo Procacitas nominata eſt. Et Procax, petax, quod & de inanimantibus dici poteſt. Vergil. Penitusq́ procacibus Auſtris, quod eſt ſæuientibus procellis, uel (ut Donatus exponit) impudentibus. Vnde procax meretrix, (ἀσελγὴς) petulans dicitur, impudens, inuerecunda, mordax. Ter. Maligna multò & magis procax illico facta eſt. Vnde procaces, (ὑβριστικοὶ) legimus, qui mordaciter & iniurioſè loquũtur. Cic. in Salluſt. Non enim procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur. Sciendũ tria hæc, procaces, petulantes, & proteruos multum ſimilitudinis habere; & libidinem quandam, atque iniuriam declarare, tam in factis quàm in dictis.

Prōcĭdo.is.pen. corre. procidi, procaſum, n.t. ſignificat me proſterno, ſeu uehementer inclino, pronus cado, (προπίπτω, προσπίπτω.) Gel. Nam cum multis annis poſtea ſcena, quæ prociderat, refecta eſſet. Hinc Procidentia.tiæ. actus ipſe procidendi. Et Prociduus, adiect. quod procidit. Plin. lib. 20. cap. 20. Infantium cerebro imponitur, umbilicoq́ prociduo.

Prōcingo.gis. a. t. apparo. Hinc Procinctus. a.um. paratus, expeditus. Vnde.

Prōcinctā claſsis, dici mos fuit, quando exercitus ad pugnam paratus erat, ὡς μάχην ἐξωπλισμένη, συγκεκροτημένη, ὡς προβολὴν καταστᾶσα.

Prōcinctūs. us. m. q. (προβολὴ, παρασκευὴ) dicitur apparatus bellicus, ſiue expeditio, & quicquid paratum eſt, & ipſa prouiſio facta antè quàm aliquid fiat.

Prōcĭeo, procies. ciui. citum. penul. cor. ſignificat peto. (μνῶμαι.) Liu. Matrem procitum plurimi uenerunt. Procitum uerò penul. prod. ſignificat ruptum atq; irritũ. Hinc Iureconſul. irritum teſtamentum, Procitum dicunt à procio, quod ex pro & cio componitur.

Prōcito.at. προκαλοῦμαι. ſæpe dico, prouoco. Feſt.

Prōclāmātŏr.oris.m.t. Cice. de Ora. Non enim cauſidicum neſcio, quẽ, neq; proclamatorem, aut tabulam conquirimus.

Prōclāmo. mas. a. p. (ἀναβοάω, ἐκκηρύττω) palàm & ualde clamo, uociferor. Liu. lib. 1.

Prōcliuē, is. com. t. (ἐπίφορον, ἐπιρρεπὲς, κατάφορον) pen. prod. quod eſt porrò inclinatum, uel pronum. Et propriè ſecundum Cic. li. 4. Tuſc. dicitur in malis, cum procliuitas dicatur in his, qui ad aliquod uitium proni inclinatiq; ſunt, (ῥᾴδιον, καταφερὲς.) & eſt facilitas in bonis agendis. Procliue etiam dicitur, quod facile factu eſt. Vnde in procliui eſſe, eſt facile, & in promptu eſſe. Plautus in Captiuis. Hinc Procliuiter, procliuius, procliuiſsimè, aduerb. Cic. 6. de Finib. Qui ſperant facilius, & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

Prŏco.as. prŏcŏr. aris. d.p. (μνάομαι) ut quidam putant à procio fiunt, quod peto ſignificat. Et eſt procare, laſciuè petere, ſeu oculos in aliquã fixius intendere. Quandoq; etiam inhoneſtis uerbis, & abſque reſpectu aliquem aggredi. Hinc componitur Reciproco, pro repeto, de quo alibi.

Prōcōnsŭl. ἀνθύπατος. uide in dictione Conſul.

Prōcrāſtĭno.as. penul. cor. prolongo, diem de die traho, differo. ὑπερήμερος εἶναι, ἀναβάλλομαι. Gell. li. 16. Hinc Procraſtinatio uerbale, dilatio, tarditas.

Prōcrĕo. a. p. pario, gigno, uitam trado, libe-

ros ex aliqua ſuſcipio. Cic. de Natura libr. 2. Quæ multiplices fœtus procreant, ijs mam- marum data eſt multitudo: à quo procreator, procreatrix, & procreatus, uide Creo.

Prōcŭbĭtŏr, oris. m. t. φρουρός. qui noctu cuſtodiæ cauſſa excubat, cum caſtra hoſtium in proxi- mo ſunt. Feſtus.

Prōcŭbo, as. uigilo, quaſi porrò, hoc eſt longè, ſum, à cubando.

Prōcūdo, is. a. t. (παρατείνω, παρακολάπτω) pen. prod. ſignificat prolato, cudendo extenuo, ſeu probè cudo, exacuo úe. Vergil. 1. Georg. Du- »rum procudit arator Vomeris obtuſi dentē.

Prŏcŭl (ἄποθεν, πόῤῥω) aduerb. uidetur componi ex porrò, longe, quaſi longe ab oculis, uel præ oculis. id eſt ante oculos. Vnde poteſt & ſatis longè & non longè ſignificare. Verg. lib. 5. » Eſt procul in pelago ſaxum. Aliquādo præ- poſitio eſt deſeruiens quandoq; accuſat. quan- doq; ablatiuo. Curtius, Procul urbem dixit. Procul dubio, perinde eſt, ac ſi dicas certè.

Prōcŭlco, as. a. p. (καταπατέω) progrediendo uel agendo conculco. Colum. lib. 2. cap. 10. Nam à pecudibus legumina proculcantur.

Prōcŭlĭūnt, promittunt ait ſignificare Antiſti- us De iure pontificali lib. 9. Feſtus.

Prōcŭmbo, bis. n. t. proſternor, procliuiter ia- ceo. (κατάκειμαι.) Liu. lib. 1. Ipſum feſſum uia procubuiſſe. Significat interdū demitti. Plini- us lib. 16. cap. 36. de arundine, Folia (inquit) à medio internodio cum plurimum deſinunt ueſtire, procumbuntq;.

Prōcūrātōrĭŭs, a. um. (ἐπιτροπικὸς) quod ad procuratorem pertinet: ut procuratoriæ lite- ræ, procuratorium munus.

Procūro, as. a. p. prima indifferente, ſignifi- cat adminiſtrationem rerum alienarum ge- ro. (ἐπιτροπεύω, ἐπιμελοῦμαι) Cice. Cornific. Is procurat rationes Dionyſij. Hinc Procura- tor, ἐπίτροπος, διοικητής. negociorum geſtor, cui præcipuè agri colendi cura omnis incum bit. Vlp. de Procuratoribus & Defenſ. lib. 1. Procurator eſt, qui aliena negocia mandato Domini adminiſtrat. Actores uerò cauſſarū, cauſidici dicuntur. Procuratio, (διοίκησις) ipſa adminiſtratio. Aliquando procurare, eſt ſtudioſè curare, ſeu inueſtigare. ἐπιμελεῖ- σθαι. Aliquando ſignificat ſimpliciter curare. Apulei. Hunc enim equuleū ſuum curioſè ni- mis procurantem inueni. Aliquando ſuſtenta re, medicare, adiuuare, (θεραπεύειν.) Cato De re Ruſt. Eodem modo cæteras arbores procu rato. Procurare, aliquando expiare. Gel. lib. 4. cap. 6. Vt terram mouiſſe nunciari ſolet, eaq; res procuratur. Hinc quoq; Procuratio. id eſt expiatio. Cice. 1. de Diuinat. Atq; eti- am ſcriptum à multis eſt, cum terræmotus fa- ctus eſſet, ut ne plena procuratio fieret.

Prōcurro, ris. curri. procurſum. n. t. (προάγω, περι- τρέχω) ultrà ſiue longè curro.

Prōcŭruŭs, ualde curuus. (ἐπίκυρτος) Verg. 2. » Georg. Contrà nonnulla eſt oleis cultura, nec » illæ Procuruam expectant falcem.

Prōdĕo. dis. diui. uel prodij, proditum. n. q. (πάρει- μι, προέρχομαι) ex pro & eo, d interpoſita, ſi- gnificat ultrà eo, ſiue foras exeo, quaſi porrò eo. Cic. An ego obuiam tibi non prodirem?

Prōdĭctātŏr. oris. m. t. qui extraordinariam di- ctaturam gerit. Liu. 2. Bel. Pun. Prodictato- rem populus creauit Qu. Fab. Maximum.

Prōdĭgæ hoſtiæ. uide in Prodigus.

Prōdĭgĭālis, & hoc le. om. t. quod prodigium procurat. τεράσιος. Plaut. in Amph. Sed mu- lier poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecā- tum oportuit. Hinc prodigialiter, aduerb. idem quod prodigioſè.

Prōdĭgĭātŏr, oris. m. t. qui ex prodigio futura pronunciat. (τερατοσκόπος.)

Prōdĭgĭōsŭs, a. um. quod prodigium facit, uel quod præter naturam eſt, & conſuetudinem. τερατώδης. Plin. lib. 10. ca. 63. Partus aliquādo ſinguli, quod prodigioſum putant. Hinc pro- digioſè, aduer. id eſt præter morē uel naturā.

Prōdĭgĭŭm, gij. n. ſ. (τέρας) quaſi porrò digium, quòd porrò dicat, porrò ſignificet, & aliquid futurū eſſe portēdat. Feſt. Prodigia, quòd præ dicūt futura, permutatione g literæ: nam quæ nunc c appellatur, ab antiquis g uocabatur.

Prōdĭgo, is. pen. cor. prodegi. ſupinum non legi: n. t. ex pro & ago d euphoniæ cauſa interpoſi ta. ſignificat cōſumo, ultra modū erogo. διασπα- θάω, σπαθάω. Plau. in Aulu. Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperce ris. Aliquando ſignificat procul agere, ſiue procul adigere. Varr. 2. de re Ruſt. Aliquando

ſignifi

ſignificat præmonſtro. προφαίνω. Vnde Prodigia, & prodigiatores.

Prōdĭgŭs,a.um.o.ſ.(ἄσωτος)qui bona ſua conſumit. Cic.lib.1.Offi.Omnino duo ſunt genera largorum, quorũ alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui pecunias profundunt in eas res, quarũ memoriam aut breuem, aut omnino nullam ſunt relicturi. Liberales qui ſuis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienũ ſuſcipiunt cauſſa amicorum, aut in filiarũ collocatione adiuuant, aut opitulantur uel in re quærenda uel augenda. Ponitur tamen interdũ prodigus pro liberali. Antiqui hoſtias prodigas dicebant, quæ conſumebantur. Hinc fit aduerbium prodigè. ἀσώτως. profuſè, abundanter. Cice.11.Philip. Sed non poſſum non prodigè uiuere, qui noſtra bona ſperant, cum effundunt ſua.

Prōdĭgĭtās,atis.f.t.antiquum.id eſt profuſio. Lucil.lib.6.Satyr. Nequitia occupat hoc, petulantia, prodigitasq;.

Prōdĭnūnt, ueteres pro produnt dixere. Ennius Annali.lib.1.

Prōdĭŭs, etiam dixerunt pro interius, longius, inquit Non. à prodeundo, quaſi porrò eundo.

Prōdo,dis.didi. a.t. (προδίδωμι, προΐεμαι) porrò. id eſt longè proijcio, deſero, excludo, propello. Verg. Nauibus, infandũ, amiſsis unius ob iram Prodimur, atq; Italis longè diſiungimur oris. Et prodere, deferre, oſtendere, patefacere. ἐκφέρειν, διαγορεύειν. Idem: Prodere uoce ſua quenquã, aut opponere morti. Item differre, protrahere. παρατείνειν. Terent. in Andria: Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptijs prodat dies. Item propagare. Verg.lib.6. Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri Proderet. Item deſerere, uel decipere, aut hoſti & inimico tradere. προδιδόναι. Hinc proditor. προδότης. proditio. προδοσία. & prodimentũ, quod uulgò dicitur tradimentũ: uel à prodendo conſilia hoſtibus, uel à tradendis urbibus, arcibus, exercitu. Item prodere memoriæ, eſt literis mandare. δηλοῦν τῷ λόγῳ, ἱστορεῖν, διαλαμβάνειν. Item ſcribere, & componere, quod poſteri legant. Cic.lib.1. Offi. Vtile ui lebatur Vlyſsi, ut quidã Tragici poëtæ prodiderunt. Aliàs pro loco, & ſecundum diuerſos actus. Plin.lib.2. Diuus Auguſtus læuum ſibi prodidit calceum præpoſterè indutum, id eſt ſignificauit, ſiue retulit.

Prodrŏmŭs,mi.m.ſ.(πρόδρομος) Latinè præcurſor. Cic. ad Atticum lib.1. Nam mihi Pompeiani prodromi nunciant apertè Pompeiũ acturum. Vnde prodromi dicuntur à Græcis, fici præcoces, quaſi præcurſoriæ. Et prodromi Aquilones, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt.

Prōdūco,is.a.t. (παρατείνω, ἐκτείνω, παράγω) in longum duco, quod & de tempore, & de corporeis rebus dicitur. Verg. Abnegat exciſa uitã producere Troia. Terent. in Andria per translationem dixit: Non ne tibi eſſe ſatis hoc ſolidum uiſum eſt gaudiũ, niſi me lactaſſes amantẽ, & falſa ſpe produceres? id eſt deluderes, detineres. Hinc producta ſyllaba dicitur longa. ἡ μακρὰ, ἐκτεταμένη. Colum.lib. 3. cap. 10. flagellum uocat productiſsimum, quod longiſsimum eſt in uitibus. Et producere, eſt antè, ſeu ultrà foras ue ducere, παράγειν, παριστάναι, προβάλλεσθαι. Teren. Produxi, ac uendidi. Hinc productores, dicuntur qui uirgines abducunt, easq; ad quæſtum exponunt. Teren. Eunuc. Precium ſperans illico producit, & uendit. Vbi Donatus: Propriè uenales produci dicũtur. Plau. pro proſtituere poſuit. Apud Græcos dicitur. προαγωγή. & προάγειν. unde ὁ προαγωγός, προαγωγεύς. leno. & προαγωγεύω lenocinor. Interdũ pro gignere. γεννᾶν, φύειν. Idem in Capt. Quid hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem filios produxerim. Interdum interponere: aut (ut uult Donatus) differre, protendere, prolatare. Teren. And. Dicam aliquid iam me inuenturũ, ut huic malo aliquam producam moram. Interdum proſequi. Verg. Nec te tua funera mater Produxi. Interdum conſumere. Teren. in Adel. Et cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem. Producere in iudicium, eſt uocare, uel cogere. Cic. 7. Verr.

Prōdūctĭlis,le.om.t (ἐλατόν) pen.cor. quod tunſionibus malleorum productum eſt.

Prŏfānō, as.a. p. βεβηλόω, φθείρω. id eſt ex ſacro, humanis uſibus promiſcuũ facio. Liu. Sacra, ſacerdotes, omnia profanarẽt. Hinc prophanatio, uerbale. Et prophanatus, partic. Vnde profanatũ templũ dicitur cũ in eo uel dimicatum eſt.

tum eſt, uel aliquid turpe commiſſum.

Prŏfānus. a. um. pe. prod. dicitur irreligioſum, non ſanctum, quòd ſit porrò à fano, ſed impium, ſceleſtum, aduerſum omni religioni. βέβηλος. Plau. Sacrum an profanum habeas parui penditur. Profanum etiam dicitur, quod ex religioſo uel ſacro in hominum uſum cõuerſum eſt, Vergilius. Et profani dicebantur ſacris non initiati, qui fanum intrare non poterant. Idem, Procul ô procul eſte profani, Conclamat uates. Nunc laicum uocamus, quaſi populare, teſte Budæo. Et per allegoriam profanos dicimus imperitos, qui meritò ſunt doctis exoſi. Horati. lib. 1. Carm. Odi profanum uulgus. Varr. profanum interpretatur, quod eſt ante fanum, coniunctũ fano. Scribitur etiam per ph, prophanus, uide ſuprà Fanum.

Prŏfārī, (ἐξειπεῖν) antè uel latè fari, dicere, pronunciare. Propriè profari eſt, quod Græci dicunt prophetare. id eſt futura prædicere. Hinc fit nomen quartæ inflexionis profatus. tus. ipſe profandi actus. Gel. lib. 18. cap. 11. Neq; dictu profatu ue ipſo, tetræ aut inſuaues eſſe.

Prŏfĕctō, (ὄντως γε, παντάπασι) aduerb. confirmantis eſt: dictũ quaſi pro facto, & ſignificat nimirum, ſanè, certè. Plerunque autem ad reſponſionem adhibetur. νὴ Δία. Cic. Quis hæc renunciat? Is profectò qui interfuit. Quod etiam per certè facimus. Sic fit per nimirum, & per nempe. * Sunt qui ultimam communem uelint, ſed tutius producetur.

Prŏfĕro, fers. a. inconſeq. pen. cor. (ἐξενεγκεῖν, προφέρω) Quandoq; eſt extra ferre, exercere. Plau. in Amph. Tu Theſſala intus pate rã proferto foras: palàm facio, prodo, pronuncio. Seneca, Antequàm ſententiam proferam. Aliquãdo ſignificat protẽdo, prolato. παρεκτείνω. Plin. Cum lineã protuliſſet longiſsimam atq; rectiſsimam. Item citò in medium adfero. Cic. pro C. Bal. Proferam teſtes, proferã legatos.

Prŏfeſsio. onis. f. t. Cic. Ep. lib. 16. Tu uero conſice profeſsionem ſi potes, & c. uide profiteor.

Prŏfeſsus. a. um. ἀπόρρητος. uide in dict. Feſtus.

Prŏficio. cis. n. t. procedo, efficio, obtineo, conſequor. ἐπιδίδωμι, προκόπτω, πλέον ποιῶ. A quo profectus. ἐπίδοσις, προκοπή. Idẽ eſt enim proficere, & profectum facere. Plinius, Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit. Ponitur aliquando pro prodeſſe. Et ponitur ſic uel abſolutè, uel cum datiuo, uel cum accuſatiuo cum præpoſitione ad. Cic. Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt?

Prŏficiſcor. eris. profectus, d. t. eundi & ueniendi ſignificationem habet. πορεύομαι, ὁρμῶμαι. Cic. Niſi antè Roma profectus eſſes, nunc eam certè relinqueres.

Prŏfĭtĕor, eris. d. ſ. (ἐπαγγέλλομαι) latè ſeu palàm polliceor. Cic. Acad. Qui philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturũ. Aliquando eſt affirmare, ſiue cõfiteri uoluntariè, liberè. Cic. 5. Ver. Sed me omnium prouinciarum defenſorem eſſe profitebor. Vnde profeſsio, confeſsio palàm facta. Et profeſſor, qui publicè fatetur. Inde qui liberales artes docent, profeſſores. γραμματικοί. dicuntur, quia artes illas ſe ſcire & poſſe publicè tradere fatentur. Profiteri uerò apud prætorem. ἀπογράφεσθαι. eſt nomen ſiue cenſum profiteri, ſiue quod Liu. ſæpe uſurpat, nomẽ dare: aut ut uulgus loquitur, ponere nomen in ſcriptis.

Prŏflĭgo. as. a. p. pen. pro. deijcio, prodigo, depello, deperdo, & ad perniciem deduco. καταβάλλομαι, κατατρύχω. Vnde profligatum exercitum dicimus. id eſt proſtratum, deiectum, afflictum, & perditum. Hinc profligatiſsimos homines. ἀπονενοημένους. uocamus perditiſsimos, & in quibus nihil eſt ſalubre, nihil integrum. Quandoq; profligatũ accipitur, quaſi pro abſoluto & effecto. Cor. Tacitus, Profligauerat bellũ cum Iudæis Veſpaſianus. id eſt confecerat, & penè ad exitũ deduxerat. Hinc profligata dicuntur, quæ propè abſoluta ſunt. Sic dicimus profligata, & in profligato eſſe ædificia, quæ propè abſoluta ſunt.

Prŏflīgo. is. pen. prod. xi. ctum. a. t. latè ſiue multum certo. καταπονῶ, ἀποτρύω.

Prŏflŭbĕo, bes. bui. ſiue proflubeſco. ſi tamẽ inueniatur, ſignificat emano. Colum. lib. 7.

Prŏflŭens, modò participiũ eſt (προρρέων. Liu. lib. 1. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Modo ſubſtantiuũ. ῥεῦμα, ῥεῖθρον. & gen. maſ. poniturq; pro flumine. Hinc profluenter aduerbi. abundanter.

Prŏflŭentĭa. æ. f. p. eſt ipſa actio profluendi. Tranſlatè ſumitur pro copia & abundantia.

Prŏflŭo. is. deorſum, ſiue è longè fluo. ἀπορρέω.

Prōflūuiūm,uij.n.ſ.fluxio.ῥύσις.unde profluuium ſanguinis dicimus.

Prōflūūs.a.um.quod profluit.ἀπορρέω. ut profluus amnis,qui perpetuo fluit.

Prŏfŭgio,gis . n.t. procul fugio , aut quantum poſſum inde fugio.ἀποφεύγω.

Prŏfūgiūm,gij.n.ſ.dicitur,cum longè aliquò fugitur,ubi ſe quis tutum putat.καταφύγιον.

Prŏfŭgŭs,gi.m.ſ.qui longe aliquò fugit,procul à finibus ſuis uagans,quaſi porrò fugatus,& qui diuerſa petit loca,etiam non fugatus.αὐτόμολος.Sic Hora.profugos Scythas appellat quòd crebrò domicilia mutent.

Prŏfūndo,dis.a.t.largè fundo,ſupra modum expono,inſumo:tractum ab aqua,quæ profunditur ex uaſis.καταναλίσκω.Plau.in Curc.Profundis uinum? Et profundere.προχύειν.extrà fundere.Vnde dicimus,Preces,& uota profundunt. Profundere uires animi, eſt omnes neruos intendere, & omnem ingenij uim applicare.

Prŏfūndŭm,di.n.ſ.βαθύ.dictum eſt quod porrò.id eſt longè habeat fundũ. Vnde propriè ſignificat imum , ut profundũ mare. Quandoq; ſumitur pro alto.Verg.Ni faciat, maria ac terras cœlumq́; profundum. adiect. Hinc profunditas.βαθύτης.

Profūsŭs,a.um.o.ſ.ſupra modum ſumptuoſus, abundans.δαπανηρὸς,ὁ προΐμος.Sall.Alieni appetens,ſui profuſus,quaſi profuſor.Ponitur aliquando pro abiecto,& iacente.Hinc profusè,aduerb.id eſt ſparſim, abundanter.

Prōgĕnĕrūm.ἀντίγαμβρον.dicit auus neptis ſuæ uirum. Huic correſpondet proſocer,qui & ſocer magnus dicitur.

Prōgĕniēs, ei.f.q.à progignendo eſſe uidetur, quaſi porrò genita.γονά. Eſt autem progenies,genus atq; familia.Colum.lib.1.ca.9. de uitibus dixit,Cum ſint ipſa duo genera unius uitis progenies.

Prōgnārē,aduerb.id eſt apertè, authore Feſto.

Prōgnārĭtĕr,audacter,ſtrenuè.γενναίως.Plaut.

Prōgnātŭs,idẽ quod natus.Et prognati, liberi.

Prōgnōsĭs.πρόγνωσις.præſcientia,præuidentia.

Prōgnōſticōn,rei futuræ ſignum,& per g ſcribitur. προγνωστικόν. Et à Græco uerbo deriuatur .hoc eſt ἀπὸ τοῦ προγινώσκω.quod præſcio.ſiue præcognoſco ſignificat.

Prōgrĕdiŏr,deris.progreſſus ſum.d.t.procedo,ſerpo.προάγομαι.Et translatè quoque ſumi ſolet.Cic.Videamus,ſi placet,quatenus amor in amicitijs progredi debeat. uide Gradior.

Prŏgўmnăſmătă , uide in Gradior.

Prŏhĭbĕo,bes.a.ſ.ex pro & habeo,ſignificat ueto,procul teneo,auerto,impedio ne quid fiat, aut incipiatur.κωλύω, εἴργω,ἀνείργω. Vergili. Prohibe infandos à nauibus ignes. Inhibeo uerò,retineo,comprimo.ἀναπαύω,ἐπέχω.Hoc enim differt à prohibeo,quòd prohibere generale ſit,etiam ante rem inceptam, inhibere rem iam incœpta.Verg.Parcite Rutuli,& tela inhibete Latini. Hinc nautæ inhibere remis dicuntur,cum nauem retrò uertere uolentes, currentis impetum remorum impreſſione retardant.

Prōiēctā ædificia.προσβεβλημένα.ea dicuntur (ut inquit Labeo) quæ ita prouehuntur , ut nunquam requieſcant . Quid interſit inter proiectum & immiſſum , uide ſuprà in dictione Immiſſum.

Prōiēctă,partes ſunt domus prominentes, qualia ſunt Meniana,& podia piſilia, unde aſpectus eſt nobis in uicos & plateas Bud.

Prōiēctūs puer,dicitur expoſitus.ἔκθετος, προμέφος.Hic ſi nutriatur,dicitur proiectitius.

Prōiicio,is.a.t.pen.cor.quaſi porrò iacio.ἀπορρίπτω.Verg. Proijce tela manu.Aliquando ponitur pro extendo,porrigo.Cic. Vrbs proiecta in altũ. Hinc proiectus.ctus.προβολή. pro extenſione. Lucre. Quamlibet immani proiectu corporis extet. Interdum proijcere ,eſt abijcere . ἐκβάλλειν . Cicer. Quid ſi eum ex urbe proieceris?

Prōiēctio,onis.f.t.porrectio. Cic.Orat.Brachij proiectio in contentionibus.

Prōiēctūră,f.p.eſt prominentia,& uelut ſupercilium quoddam parietis,arcendis ſtillicidijs inuentum.Fabri larmicros appellant, & inambulamenta.Budæus.

Prōin,aduerb. idem ſignificans quod proinde.

Prōindē.καὶ μὴν,δὴ καὶ,τοιγαροῦν,τοίνυν. cum accentu in penu.componitur ex pro & inde , ſignificatq; ideo,ideóq;,propterea,propter hoc, quapropter. Semper enim depẽdet ex ſuperiore ſententia.Ponitur quandoq; pro aduerb.ſimilitudinis,eandemq́; ſignificationem habere uidetur cum Perinde.οὕτως.Terent.in Phor. Proinde expiſcare,quaſi non noſſes.

Prōlātio,onis.f.t.dilatio.Cic.pro Rab.

Prōlātus,a.um.o.ſ.προσφλωγμένος. procul latus,ablatus,à protollo.id eſt procul aufero.

Prōlāto,as.a. p.dilato, protraho, & in aliquod tempus differo.

Prōlicio. is.a.t. antiquum. Plautus in Curcul. Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.id eſt inducit. Hinc prolecto,lectas. id eſt illecto.Cicero.

Prōlectibilē,(ἐπαγωγὴ, θέλγητρον. titillatio, incentiuumq́; atq; illectamentum.Sidon.ad Vectionem.Nemo ita naturæ firmæ eſt,ut prolectibilibus careat occultis.

Prōlēpsis,is.f.t.πρόληψις.dici poteſt præacceptio:ex πρὸ antè,& λῆψις ſumptio,ſiue acceptio: ſiue ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν. hoc eſt à præſumendo.Vide Præacceptio.

Prōlēs.lis.f.t.γενεά.progenies.

Prōlētārii. οἱ τὸ θητικὸν τελοῦντες. à prole dicti ſunt,qui in plebe Romana pauperrimi erant, atq; raro ad militiã conſcribebantur,proliſq; procreandæ gratia tantummodo in urbe relinquebantur.Gell.lib.16.ca.10. Vnde proletarius ſermo,pro plebeio & uili.

Prōlixē.ἐκτενῶς.id eſt admodum liberaliter,largè.Teren. in Eunu. Accipit hominem nemo melius prorſus,neq; prolixius. Aliquando ſignificat longè lateq́;.

Prōlixitās,atis.f.t.μῆκος. longitudo,quæ et prolixitudo à ueteribus dicta eſt.

Prōlixūs,a. um.o.ſ.ἐκτενὴς,ἐπίμηκες.quaſi porrò laxum,quod longum latumq́; eſt, & liberale.ἐκτενὴς. Aliquando dicitur ſuperfluum,unde prolixam orationem dicimus.

Prōlōgiūm,gij.n.ſ.προλόγιον.principium , quaſi proloquium , à Græco.λόγος. Plaut. Exanimauit me prologio ſuo.

Prōlōgūs,gi.m.ſ.πρόλογος.proloquiũ,ſiue præfatio,ubi aut poëta excuſatur,aut fabula commendatur.Ponitur aliquando pro ipſo homine prologũ referente. Tere.in Prologo Hecy. Orator ad uos uenio ornatu Prologi.

Prōlōquōr,eris.d.t.penu.cor.prologo utor,uel multũ ſiue ultrà loquor in longũ. Quandoq; proloqui,eſt antè ſiue ſimpliciter loqui:quandoq; ſummam rei breuiter eloqui.Varro aũt ſic habet,Proloqui eſt,cũ quod in animo habemus loquendo efferrimus. Aliquãdo eſt ſententiam ferre.ἀποφαίνεσθαι.A quo proloquiũ. ἀπόφανσις, ἀξίωμα.ſententia in qua nihil deſyderatur,quod etiam pro exordio ponitur.

Prōlūbiūm,bij.n.ſ.cupiditas,& uoluptas.Gel. lib.16.ca.19. Feros & immanes nauitas prolubium tamen audiendi ſubit.

Prōlūdo,dis.a.t.pen.pro.ſignificat futurum certamen meditari,& exercendarum uiriũ cauſſa,confirmandiq́ue animi ueluti ſimulacrum quoddam certaminis inire.προαγωνίζεσθαι. & quod Græci dicunt προοιμιάζειν.Hinc proluſio uerbale,& proludium,dij.id eſt præludium & initiũ orandi cauſſas,ſed per translat.

Prōlūgeo,es.a.ſ.ſolito diutius lugeo.Feſtus.

Prōlūo,luis.a.t. βρέχω,δεύομαι. ex pro & lauo, quod è prima in tertiam tranſit coniugationẽ, ſicut abluo:ſignificat multũ ſiue multo tempore lauo. Aliquando eſt ſuperfluere.ἐπικλύζειν. Colu.li.2.ca.18.Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatiſq; radicibus germina non patitur coaleſcere.

Prōlūuiēs,ei.f.q. ῥύπος. immunditia cuiuſcunq; rei ſordidæ.Verg. Fœdiſſima uentris Proluuies.id eſt ſordis effuſio.

Prōlūuiūm,uij.n.ſ. idem quod proluuies. Per transl.dicitur profuſio,& prodigalitas.πρόεσις.cum quis more aquæ opes profundit.

Prōmercāliā,ium.n.t. ὤνια.mercimonia ſunt uenditioni expoſita.Promercalia dicũtur,(ut ait Bud.)quæ paterfamilias uenalia habet extra ea,quæ uſui ſuo ſeruat.Quidã aiunt promercalia propriè dici merces,quæ primo minoris emuntur,ut poſtea pluris diſtrahantur,quarũ rerum negociatores Græco uocabulo propolæ nuncupantur.Suet.in Cæſ.aurũ promercale uocat id,quod Cæſ.uendidit ſuperans,ſibi reſeruata tãta auri copia,quãto ſuo uſui ſatis (eſſet.

Prōmĕrĕor,eris.d.t.et promereo.es.bene ago, beneficium præſto, adiuuo ,proſum, προσάγομαι.Verg.li.4.Aenei.Nunquàm regina negabo Promeritam. Hinc promeritum.ti.Cice.ad Quirites. Plautus tamen in Amphit.in malam partem ſumpſit.

Prōminĕo,nes.n.ſ.pen.corr . ex pro & maneo, quaſi antè uel extrà in longum maneo,ſiue ultrà emineo. ἐξέχω,unde promontorium.

Prōmiſcĕo , es . a. ſ. ἐπιμίγνυμι . uide Miſceo. Grammatici promiſcuũ genus,(ἐπίκοινον)& quaſi

quaſi incertum, ſiue confuſum uocant. A quo promiſcuè. συμμιγῶς. aduerbium, confuſè, incertè, mixtè, pro quo ueteres etiam promiſcā dixerunt, inquit Feſtus.

Prōmīſsio, onis. f. t. pollicitatio, pactio.

Prōmītto, tis. a. t. polliceor. ὑπισχνέομαι. Cic. Iam enim totum quod tibi promiſeram, præſtiti. Quandoque eſt producere, & quaſi in magnitudinem mittere, ſiue porrò. id eſt longè mittere (καθιέναι) Plau. in Rud. Capillum promittam optimum. Quandoque minari. ἀπειλεῖν. Verg. Promiſi ultorem, & uerbis odia aſpera moui. Hinc promiſſum. ſi. ſubſtant. quod promittitur. Huius compoſita ſunt, Adpromitto, quod eſt pro altero promitto. Compromitto. ἐπιτρέπω. quod ſignificat litem ad boni uiri arbitrium mitto. A quo compromiſſum. ἐπιτροπή. ipſa facultas arbitrio data. Compromiſſarius arbiter. ὁ ἐπιτετραμμένος τὴν δίκην. Repromitto, firmiter ſeu etiam promitto.

Prōmo, mis. pſi. ptum. a. t. προχειρίζομαι, προβάλλω, ἐκφέρομαι. propriè eſt proferre. Verg. Læti que cauo ſe robore promunt. id eſt educunt. Translatè Plinius in Paneg. Iubes quæ ſentimus promere in medium. id eſt eloqui, exponere. Vnde etiam promere conſilia, eſt aperire, palàm facere. Hinc quoque prompto. as. frequentatiuum. Huius compoſita ſunt, Depromo, quod eſt extraho, extrà do, declaro. Expromo, perfectè promo.

Prōmōntōrium, rij. n. ſ. ἀκρωτήριον. quaſi præeminens mons, ſignificat enim montem in maria prominentem.

Prōmptārium, ſiue promptuarium. rij. φυλακτήριον, ταμιεῖον. locus in quo res ad uſum neceſſariæ ita repoſitæ ſunt, ut ſtatim promi ac proferri poſſint. Symmachus in Epiſt. promptarium uocat ingenium, tanquam repoſitorium doctrinarum.

Prōmptārius, a. um. uel promptuarius, (φυλακτικός. ex quo aliquid depromitur. Plautus in Amphit. Inde cras è promptaria cella depromar ad flagrum.

Prōmptitūdo, inis. f. t. προθυμία. ut ait Speuſippus, eſt patiēs expeditio propoſiti ad res agēdas.

Prōmptus, a. um. ἀπροφάσιστος, πρόχειρος, ἕτοιμος, οἷος. dicitur qui iam paratus eſt ad agendum, & in quo nulla mora eſt, quaſi iam productus, expeditus, alacer, ardens. Sic dicimus, Promptus ingenio, qui ingenium ad omnia paratum habet. Per translationem ponitur pro manifeſto et aperto, cum res à ſecretiore loco educitur, ut parata nobis & ad manus ſit. unde dicimus, Res eſt in promptu. φανερὰ, πρὸ ὁδοῦ. quaſi manifeſta.

Prōmōueo, es. a. ſ. ultrà moueo, proueho. Ponitur aliquando pro prolongare, producere tēpus. Teren. in Andr. Quantum huic promoueo nuptias. Aliquando pro proficere. Teren. Hecy. Abibo hinc, præſens quando promoueo parum.

Prōmūlco, nauis agi dicitur. ἑλκεσθαι. cum ſcapha ducitur fune, à promulcendo.

Prōmūlgo, gas. a. p. publico, palàm pronuncio, quaſi prouulgo. ἐκφέρω, δημεύω. Feſtus, Leges promulgari dicuntur, cum primum in uulgus eduntur. Vnde uerbalia promulgator, promulgatrix, promulgatio. δήμευσις. id eſt diuulgator, diuulgatrix, diuulgatio.

Prōmūlsis, idis. f. t. potio ex mulſo condita, ὑδρόμελι. Cic. Papy. Habuiſſes non hoſpitē, quem tu es ſolitus promulſide conficere. Hinc promulſidaria uaſa dicuntur, quib. mulſum cōtinetur.

Prōmūrāle. πρόβλημα τείχους. dicitur cum extra muros, qui ambiunt ciuitatem, alius ducitur murus, & eſt murus ante murum, qui & antemurale uocatur. Dicitur etiam locus promuralis, qui eſt ante murum.

Prōmus & Condus, (ταμίας. apud ueteres pro cellario ſumebantur. Plau. Aſinar. Ego ſum promus, condus, procurator pæni. Promus igitur, qui præeſt cibarijs promendis, qui uictum familiæ promit: Condus, qui recondit in cellam penuariam ipſa pænora. Apuleius in Apolo. Promum librorum appellat illum, qui libris promendis præeſt.

Prōmuſcis, idis. fœm. ge. manus, ſiue proboſcis elephantorum dicitur. Plin. lib. 8. ca. 7.

Prōnĕpōs, & Prōnĕptis, nepotis filius & filia.

Prōnōmĕn, inis. n. t. ἀντωνυμία. ideo dicitur, quia uice nominis fungitur. Nam ſicut dicendo nomen explicamus perſonā, ſic pronomen tacito nomine, ut cum dicimus: hic legit, ille ſcribit.

Prōnŭbă, æ. f. p. προμνήστρια. dicitur quæ nuptijs præeſt celebrādis, & ea ex parte uxoris, ſicut auſpex ex parte uiri. Pronubæ (inquit Donat.) ſunt, quæ nubentes ad domū mariti deducūt, ac comi-

ac comitātur, et quæ in obſequio nubenti ſunt.

Prōnūbo, is. n. t. nuptijs præſum, (προξενῶ τῶν γάμων) uide in dictione Nubo.

Prōnūnciātio, onis. f. t. actio, appellatio.

Prōnŭrŭs, us. f. q. nepotis uxor dicitur. πρόνυος.

Prōnŭs, a. um. o. ſ. propriè dicitur in anteriorē partem flexus, (κατωφερὴς, καταφερὴς, ἐπιπρηνής) Item pronus dicitur, qui eſt cōtrarius ſupino. Plin. lib. 28. Supini cubitus oculis condu cunt, at proni tuſſibus. Per translat. uerò quis dicitur pronus. id eſt inclinatus ad uirtutes, uel ad uitia. ἐπίφορος. Item ponitur pro uicino, ſicut altus pro longè poſito. Verg. Ventisq́ uocatis Prona petit maria. Dicitur & pronis in tertia declinatione, ut apud Terentius in Phorm.

Prōnūncio, as. a. p. propriè eſt de ijs, qui habent ius cognoſcendi, cum ſcilicet de re controuerſa ſtatuunt, ut pronunciare decretum, iudicium, ſententiā. Item pro proferre. Cic. Summa enim memoria pronūciabat plurimas Epicuri ſententias. Ponitur aliquādo (inquit Bud.) proeo quod eſt expreſſe, & nominatim prædicere, præfariq́ ex bona fide in rebus cōtrahendis. Cic. 3. Offic. Cum in uendendo eam rem ſciſſet, & non pronunciaſſet, emptori damnum præſtari oportere.

Prōnŭpĕr, ualde nuper. Plaut. in Trin.

Prŏœmium, mij. n. ſ. προοίμιον. Latinè initium, uel exordium ſiue præfatio dicitur, ex πρὸ & οἶμη componitur, quaſi ante cantum, & ſine h ſcribitur. Sunt tamen qui procemium appellatum uelint, quod Græci οἶμον uiam nominant, quòd procemium ante rei ingreſſum ponatur, ideoq́ cum h ſcribendū putant. A procemium fit procemior. aris. quod eſt exordior.

Prōpāgo, ginis. & propāgēs, gis. f. t. παραφυάς. pen. prod. uitis uetula et ſuppreſſa, ut ex una plures fiant, dicta quòd porrò pangatur. id eſt longè figatur. Verg. Flexos propaginis arcus. Vbi prima producitur. Prŏpāgo, aliquando ſignificat genus, & ſic prima corripitur. Propages (inquit Nonius) eſt ſeries, & affixio continua, uel longè ducta.

Propāgo, as. a. p. παραφύω. pen. prod. propriè eſt uitem uetulam ſupprimere, ut ex ea una plures fiant. Et per translationem ponitur pro extendo, dilato, profero. ἀναφύω.

Prōpālăm, aduerb. id eſt clare, aperte, & in propatulo. ἀναπεπταμένως. Cic. lib. 1. De Orato.

Prōpatrŭŭs, ui. m. ſ. dicitur maximus patruus, frater proaui. προπατράδελφος.

Prōpătŭlŭs, adiect. latè patens atq́ apertū, quaſi porrò patulum. προφανής. Cic. 6. Ver. Ante ædem Cereris, in aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt. In propatulo, aduerbialis formula eſt, pro palàm, in publico.

Prŏpĕ, graui accentu pronunciata pen. præpoſitio eſt, & ſignificat iuxta. ἐγγύς. Interdum ſignificat ex propinquo. ἐγγύθεν. Mart. li. 1. Hic ubi ſydereus prope, &c. Propè uerò ultima acuta ponitur aduerbialiter ſine caſu, idem ſignificans quod Prope præpoſitio. Terent. in Andr. Prope adeſt. Comparatiuum propior. ἐγγύτερος. propinquior: ut Tunica propior pallio eſt. Hinc dicimus, Nihil propius factum eſt. παρὰ τοσοῦτον, παρ' ἐλάχιστον, παρ' οὐδὲν ἐγγύς. id eſt, parum admodū abfuit, quàm ut hoc aut illud factum ſit. Superlatiuum proximus. ἐγγύτατος propinquiſsimus, ac nobis adhærēs. Veteres tamen non ſolū propinquum & nobis hærentem, proximum dicebant, uerum etiā longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Verg. Proximus huic, longo ſed proximus interuallo. Aliquando ponitur pro maxime propitio. Terent. Gradiuum teſtor, qui Deus eſt nobis omnium proximus. Interdum non habet uim ſuperlatiui, & propinquum ſignificat, quapropter comparatiuum facit proximior, quod propinquiorem ſignificat, & ab eo fit proximitas. ἀγχιστεία. Proxime. ἔγγιστα. aduerb. Quintil. 3. ca. 8. Sed eam plures petant, uel eodem iure, uel proximitatis uel diuerſo, &c. Et aliquando proximus ὁ πλησίον. in ſacris literis intelligitur omnis homo. Sciendum quòd propius, & proxime, præter comparatiuorum ſuperlatinorumq́ naturam conſtruuntur cum accuſatiuo. Cic. Proximus Pompeium ſedebat. Propius. ἐγγυτέρω. urbem mouent. Sal. Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. Compoſitū à prope eſt Deprope, quod ſignificat ex propinquo.

Prŏpĕdiĕm. ἐν βραχεῖ. aduerb. temporis, quaſi prope eſt dies, quando hoc fiet. id eſt citò.

Propello, is, propuli, propulſum. a. t. ἀνείργω. uide Pello. ✝ Prima ſyllaba indifferens eſt.

Prōpēmōdūm. ὀλίγου δεῖν. id eſt penè, quaſi pro pe menſuram.

Prōpēndēo, es. n. ſ. ῥέπω. ſignificat ſurſum pendere, cum quid in ſtatera ponderatur: ſicut dependēre, deorſum pendēre. Item propendere penult. correp. eſt diu, ſiue multum aut à longè examinare.

Prōpēnsūs, a. um. uehementer inclinatus. λίαν καταφερὴς, προπετής. Cice. lib. 1. Offic. Quin etiam ſi quis eſt paulò ad uoluptatem propenſior. Et propenſus, quaſi ultra tenſus. ἐκτενής. de propenſa munera. id eſt multa ac magna. Plau. in Truc. penſè, aduerb. id eſt ex animo.

Prŏpĕrātĭm. σπουδῇ. Cæcil. Properatim in tenebris iſthuc confectum eſt opus.

Prŏpĕrāntĕr. σὺν σπουδῇ. fit à properans. Accius, Remiſque nixi, properanter nauim in fugam trahunt.

Prŏpĕrē, celeriter, aduerb. σπουδαίως Sallu. Tum properè conſul ducit exercitum.

Prŏpĕrĭtĕr. μετὰ σπουδῆς. Catul. Animula miſerrima properiter abit.

Prŏpĕro, as. n. p. pen. corr. à propè fit, & ſignificat feſtino, celeriter eo. σπεύδω. Salluſtius, Qua illis diſceſſus erat in Galliam properanti. id eſt celeriter eunti. Et ille dicitur properare, qui feſtinanter aliquid agit, uel dicit. Cato. Qui unum quid maturè tranſigit, properat: qui multa ſimul incipit, nec perficit, feſtinat. Verum utraque uerborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt ueritati, ut ſit ſæpe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis: feſtinare corporis neceſſitati obſequentis. Huius compoſita ſunt, Appropero, (κατασπεύδω) quod eſt iuxtà propero. Depropero, ualde ſeu celeriter propero, properanter facio. Impropero, intro propero. Aliquando eſt crimen uel aliquid aliud obijcere, (ὀνειδίζω.) Inde improperium. A propero fit properatio, properantia, properitas. σπουδὴ. feſtinatio. Salluſtius in Iugurtha: Neq; ex tanta properantia tam facilè tractum bellum, &c.

Prŏpĕrūs, a. um. pen. cor. idem quod celer. σπουδαῖος. Plaut. Properam uideo ancillam uenientem Hinc fit próperior, properrimus, & compoſitum præproperus.

Prŏpetro. pen. cor. uide in dictione Patro. as.

Prŏphētă, æ. & prophetes. æ. maſcul. gen.

Prŏphētĭs, idis. uel idos. & Propheteſſa. æ. in fœminino, (προφῆτις, à πρόφημι.) quod eſt prædico. Eſt autem propheta, qui futura pronunciat, ab eo primum intellecta, aliàs uero non poſſet dici propheta. Veteres (ut inquit Feſtus) antiſtites fanorum oraculorumq; interpretes, prophetas dicebant.

Prŏphētīă, (προφητεία) eſt inſpiratio uel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili ueritate denuncians. Vnde prophetia, uiſio: propheta, uidens dicitur.

Prŏphēto, tas. n. p. prædico, laudes Deo cano, (προφητεύω.)

Prōpīlārē, acuere eſt. ἀκρωτηριάζω. Propilatū, acuminatum, & quaſi ad pilæ formam factum.

Propīnă, æ. f. p. penult. producta, dici poteſt ante famē, ex pro, id eſt ante, & πεῖνα. fames. Et (ut nonnulli dicūt) locus erat iuxta thermas & balnea publica, ubi poſt lauacrum à fame & ſiti reficiebantur.

Propīno, as. n. p. naui, penult. prod. ex πρὸ & πίνω. quod ſignificat poſt potum tradere, (προπίνω.) Proprie ſignificat poculum, ut quis bibat, prægustare ac porrigere. Plaut. in Curc. Propino magnum poculum, ille bibit. Eſt etiam propinare, cibū potumq; extraordinarium uoluptatis gratia cum amicis aſſumere, & quod uulgò dicitur compotare. Interdum eſt ſimpliciter porrigere. Teren. in fine Eunuchi: Hunc comedendum & deridendum uob s propino.

Prŏpīnquūs, à propè deducitur, & modo ſignificat eum, qui propè eſt. Teren. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Modò affinem, (ὁ ἐγγὺς τοῦ γένους, ὁ καθ᾽ αἷμα προσήκων.) Propinquitas, affinitas. Aliquando uero coniunctio, ſiue unitas. Cic. 3. De Offic. Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piræo. Hinc propinquè, aduerbium.

Prŏpinquo, as. n. p. propinquus fio. ἐγγίζω. Verg. Fuge nate, propinquant. A quo appropinquo. παραβάινω, προσεγγίζω.

Prŏpiŏr, us. interior, arctior, iunctior, citerior.

Prŏpitiābilē, quod eſt ad propitiandum aptum. ἱλαστικὸν. Vnde propitiabilis hoſtia. Item propitiabile, quod facilè flectitur, ut Propitiabile numen.

Prŏpitiātōrĭūm, rĳ. n. ſ. ἱλαστήριον. locus in quo

placari

placari ſolet Deus, licet & pro tabula quadã poni uideatur in Exodo, poſita ſuper arcam.

Prŏpĭtĭo, as. ſiue propitior. aris. d.p. propitium reddo, placo. ἱλάσκομαι.

Prŏpĭtĭŭs, a. um. ἵλεως. quod eſt placidum fauensq́; à propè, & ito, itas, ut quidam aiunt. Vel dicitur propitius, prorſus pius, aut porrò. id eſt ualde pius, authore Nonio.

Proplāſtĭcē, ces. f. t. προπλαστικὴ. dicitur ars ipſa faciendi typos, hoc eſt formas, quibus formãdis, figulinis operibus utuntur figuli. Vide Plinium lib. 35. cap. 12.

Propnīgēōn, (προπνιγεῖον) locus in balneis, in quo ignis incluſus exæſtuat. πνῖγος. Latinè æſtus, & ſuffocatio. πνίγω, ſuffoco.

Prŏpōlæ, orum. com. p. μεταβολεῖς, προπῶλαι. penu. pro. negociatores, qui merces præemũt minoris, ut poſtea pluris uendant. πρὸ enim antè, πωλέω uendo.

Prŏpŏlĭs, eos. f. t. penul. cor. quaſi ſuburbanum. πρόπολις. & id dicitur teſte Varr. 3. De re Ruſtica, ca. 16. quod apes faciunt ad foramen introitus porrectum in alueum, maxime æſtate fauorum ſtabilimentum, quo omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruuntur.

Prōpōno, nis. a. t. ſtatuo, delibero, (προαιροῦμαι.) Aliquando ſignificat promittendo pono, & oſtendo, (προτίθεμαι. ut propono ludum, propono præmiũ. Aliquando eſt extrà pono. προβάλλω, προτίθεμαι, ἐκτίθεμαι) ſiue palàm oſtẽdo. Plin. libro 35. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. Aliquando anteponere, docere. Lactan. lib. 4. Pœnitentiam nobis in illa circunciſione propoſuit. Aliquãdo procul ponere, apponere, offerre. Hinc propoſitus. a. um. participiũ, quod præter alia ſui uerbi ſignificata ponitur pro expoſito, explicato, prolato. Cic. 1. de Ora. Tanquàm in aliquem locupletẽ ac refertam domũ uenerim, non explicata ueſte, neq; propoſito argento.

Prōpōrtio. λόγος, ἀναλογία. uide in dict. Portio.

Prōpŏsĭtĭo, onis. f. t. ἀπόφανσις. quæſtio habens aliquid, quod diſputatione ſoluendum ſit, & à Græcis πρόβλημα dicitur. Cic. li. 2. ad Heren. Propoſitio dicitur, per quam oſtẽdimus ſummatim, quid ſit, quod probare uolumus.

Prōpŏsĭtŭm, ti. n. ſ. προαίρεσις, σκοπός, πρόθεσις, ἐπίθεσις. dicitur quod mente ſtatutum eſt, & intentio hominis.

Prōprætŏr dicebatur, qui extraordinariam præturam gerebat. ἀντιστράτηγος. Seu qui cum authoritate prætoria aliquò mittitur, non autẽ qui pro prætore prouinciam tenet.

Proprĭŭm, prij. n. ſ. ἴδιον. à propè ſit, & dicitur quod peculiare eſt uniuſcuiuſque. Hoc enim maxime propè eſt, quod proprium eſt. Hinc proprietarius & proprietas. ἰδιοτισμὸς, ἰδιότης. Propriè. ἰδίως, κυρίως. quod eſt peculiariter. Cicero de Orator. Quàm propriè de unoquoque dixit. Aliquando dicitur diuturnum. Siſen. Atqui metu & ſuſpicione propriam habere quietem non poterat. Dicimus etiam aliquid eſſe proprium oratori & epiſtolæ, hoc eſt quod maxime obſeruari debet, & conuenit oratori aut epiſtolæ. Vel per genitiuum. Cic. de Oratore, Ornatè dicere propriúmne ſit oratoris, &c.

Prŏptĕr, ſignificat alicuius cauſſa, (διά.) Et accipitur loco cauſalis coniunctionis: ut, Propter niuem frigeſcunt homines Aliquando aduerbium eſt, et ſignificat propè. ἐγγὺς, παρά. Cicero 6. in Verr. Etenim propter eſt ſpelunca quædam. In eadem ſignificatione, hoc eſt pro prope, aliquando præpoſitio eſt, & accuſatiuo quoque iungitur. Teren. in Adel. Nimium iſthoc abiſti, hic propter hunc aſsiſte.

Prōptĕrĕā, (διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκα) ſignificat ob eam cauſam: ſicut quapropter, propter quam cauſam, & propterea quòd. ἀνθ' ὧν.

Prōpŭdĭŭm, dij. n. ſ. αἶσχος. dicebant, cum maledicto nudari turpitudinem nolebant, quaſi porrò pudendum, uel à quo pudor & pudicitia procul ſint. Propudia uirorum apud Plinium li. 28. ca. 8. intelligitur immodica, aut certe obſcœna uenus, et probroſa mollicies. Plautus meretriculam propudium uocat. Hinc dicuntur Propudioſa dicta, quæ procul à pudicitia ſint remota.

Prōpūgnācŭlŭm, li. n. ſ. eſt munitio, uel quaſi locus munitus, unde uehementer certari poſſit, & defendi procul. προβολὴ, ἔπαλξις.

Prōpūgno, as. a. p. uehementer & de longè pugno, ſiue pugnando reſiſto. ὑπερασπίζω, προμάχομαι. Vnde propugnator. πρόβολος, προβλῆμα μάχος. Liu. 4. Quid honores Reip. propugnatoribus datis?

Propūlſo,

Propŭlſo,as.a.p.frequentatiuum à propello,ſignificat de longè pulſo, ſeu procul fugo. ἀπωσεῖν, ἀπελαύνω, διώκω, ἀμύνομαι. Liu. lib.1. Tamen cũ mœnibus bellum propulſare poſſet, in aciem copias eduxit. Prima ſyllaba indifferens eſt, ut etiam in propello.

Prŏpȳlæŭm.æi.n.ſ. προπύλαιον. Latinè ueſtibulum, uel porticus quæ eſt ante domum. Cic. lib.1.Offic.

Prŏquæſtŏr,oris.m.t.qui quæſturam extraordinariam gerit: ſiue qui quæſtoris authoritate accepta mittitur in aliquam regionem.

Prŏră,ræ.f.t.anterior pars nauis.

Prŏrĕpo, pis. (ἐξέρπω) pen.prod.uide Repo.

Prŏrĕtă,æ.m.p.pen.pro.dicitur qui cuſtos eſt & gubernator in nauis prora, (πρωρεύς.)

Prŏrĭpĭo,is.a.t.pen.pro.quod ad effectũ,ſignificat procurro ſiue profugio, (ἐκθορέω, ὁρμῶ.) Sed quando accuſatiuo procurrẽtis aut profugientis conſtruitur, ſignificat ſubduco me, uel ſubtraho. ὑπεξάγω ἐμαυτόν, καὶ ὑπεξαιροῦμαι. Salluſt. Deinde domum ſe ex curia proripuit. Ponitur aliquando pro rapere. Cic.7. Ver. Deinde iubet undiq; hominem proripi, uehementiſsimeq́; uerberari.

Prŏrĭto,as. a.p. pen. prod. ſignificat prouoco. παροξύνω. Colum.lib.10. Vt Peluſiaci proritet pocula zythi.

Prŏrŏgo,as.(παρατείνω, ἐπέχω.)uide Rogo.

Prŏrsŭs & prorſum, dicimus quaſi porrò uerſus, ſignificat omnino, penitus, funditus, in totum, πάντως, ἀμέλει, ἀπαρτιλῶς. Interdum ponitur pro rectè & uerè, ut ait Donat. Teren. in Adel. Eo pacto prorſus illic alligaueris filium. Quandoq; uero nomen eſt, ſignificat rectum. Vnde prorſi limites dicuntur, in agrorum menſuris, qui ad Orientem directi ſunt, ut ait Feſtus.

Prŏrŭmpo, is. n. t. ultro ſiue ualde rumpo, uel cum impetu feror,(ἀνεξελαύνω, διαῤῥήγνυμι.) » Verg. lib.1.Georg. Rurſus in obliquum uerſo » prorumpit aratro. Quandoq; eſt ultra emittere, euomere. Vnde proruptum, effuſum, fluensq́;. Quãdoq; eſt irrumpere, quod eſt quadam ui progredi, proſilireq́;.

Prŏrŭo,is.a.t.ruere facio, proijcio, facio ut aliquid cadat, (καταράσσω, διαῤῥίπτω.) Liu. Mare fluminib. inuexit, montes lapſu ingẽti proruit.

Prŏſă,æ.f.p. unde & proſella diminutiuum. Plinius lib.17. Sed proſellis binis ternisq; ſic erant. Et proſa, dicitur oratio ſoluta, quaſi profuſa. πεζὸς λόγος. Inde proſa dea, cui ara deprecandi gratia periculi, ab ægro partu conſtituta eſt, de qua Gellius lib.15. cap.16.

Prŏſăpĭă,æ.f.p. generis longitudo, ſiue progenies antiqua, à proſupando, id eſt iaciendo & disijciendo.

Prŏſcēnĭă.(προσκήνια) ſunt pulpita ante ſcenã, in quibus ſcenici hiſtrionia magebant.

Prŏſcindo,is.a.t.ualde uel ultrà, ſeu ſubtus ſcindo, (κατασχίζω.) Vnde dicimus terram proſcindi, cum primum aratur grandioribus glebis relictis. Cum iteratur (inquit Varro,) offringere uocant. Tertiò cum arant iacto ſemine boues, lirare dicuntur. Hinc proſciſſum. ſsi. ſubſtantiuum, pro terra proſciſſa. Per tranſlationem proſcindere eſt infamare, contumelijs laceſſere, lacerare. διασύρειν. Sueto. de Auguſto: Hunc fœdiſsimo conuitio coram proſciderunt.

Prŏſcribo,is.a.t.aliquid per ſcripturam uenale propono & publico, (ἀπογράφομαι.) Vnde proſcriptum, uenale expoſitum. Nam proſcribi domus dicuntur, quando appoſita inſcriptione uenales uel locandæ ſignificantur. Item proſcribere, eſt relegare, damnare. Horat. in » Serm. Proſcripti regis Rupili pus atq; uenenum. Tractum ab eo, quòd hi propriè proſcribi dicuntur (ut Vlp. teſtatur) quorum nomina claris literis, ut de plano rectè legi poſsint, ante tabernam, uel ante eum locũ, in quo negociatio exercetur, non in loco remoto, ſed euidenti ſcribuntur. Hinc proſcriptio, damnatio, (δήμευσις.) Et proſcriptus, damnatus. Item eſt in aliquem penetrabile telum intorquere. Macrob. Non eſt facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.

Prŏſĕctă, dicta ſunt ab antiquis uiſcera, quæ in ſacrificijs proſecaſſent, (διάτμητα.)

Prŏſĕdæ, dicuntur à Plauto meretrices eo, quòd ante ſtabula ſedeant, (αἱ ἐπ' ἐργαστηρίοις καθήμεναι.)

Prŏſĕdănŭm, ni. n. ſ. tarditas in Venerem eſt, arietibus & hircis, alijsq; pecudibus proueniens ex nimio labore.

Prŏſĕlēnŭs,(προσέληνος) pen.prod. dicitur ante lunam

lunam. componitur ex πρὸ & σελήνη. Et proſelini, dicuntur ante lunam geniti, quo nomine dicti ſunt Arcades.

Prŏsēlŷtŭs, ti. m. ſ. pen. pro. aduena, peregrinus, aduentitius. Eſt enim uerbum Græcum, illi enim dicunt προσήλυτος. & propriè ij ſunt, qui ex ethnicis legibus Moyſi, et ceremonijs initiati Iudaiſmum profitebantur.

Prōsēmino, as. n. p. quaſi ultrà ſemino, diſſemino. διασπείρω. Manilius lib. 1. Semper enim ex alijs alios proſeminat uſus.

Prōsĕquŏr, eris. d. t. penult. corr. propriè ſignificat ultrà, ſiue pòſt ſequor. ἀντέρχομαι. Cice. lib. 2. Offic. Sequitur, ut hæc officiorum genera proſequar. Aliquando proſequi eſt cum affectu animi ſequi. προσφέρεσθαι, πρεσβεύω. ut Proſequor te amore. Et ferè ſemper cum ablatiuo. Interdum eſt quaſi deducere. & comitari. Liuius 2. ab Vrbe, Decedentem domum cum fauore ac laudibus proſequuti ſunt. Eſt etiam condire & tegere, deſcribere, tractare & aſſequi.

Prōsērpĕrĕ. ἐφέρπειν. propriè dracones dicuntur, ſiue ſerpentes, dum nullis pedibus innixi per terram deuoluuntur.

Prŏſeūchē, uel Proſeucha, æ. f. p. προσευχή. obſecratio, uel oratio, quæ ad Deum funditur, quia attentione opus ſit. προσέχω enim, attēdo uel intendo, uel adhibeo ſignificat. Iuue. uidetur ponere pro eo loco, ubi precibus, uel obſecrationibus mendici à tranſeuntibus ſtipem mendicabant, uel uictitabant.

Prōsĭlio, lis. διάλλω, ἐκθόρω. uide in dict. Salio.

Prōsĭtūm, Veteres dixerunt pro propoſitum: ſic etiam in participio proſita, id eſt propoſita. Feſtus.

Prōsĭtiūm dicitur, quod profectum proijcitur.

Prōsŏcĕr, pen. cor. uide in dictione Socer.

Prŏsŏdĭă, æ. f. p. προσῳδία. cum accentu in penultima, Latinè accentus dicitur, qui lex eſt, ſiue regula ad eleuandam, deprimendam ùe ſyllabam uniuſcuiuſq; particulæ orationis accommodata, & alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Et autem proſodia à πρὸς Græca præpoſitione, quæ ſignificat ad, & ᾠδὴ cātus.

Prŏsōnŏmăsĭă, æ. f. p. Latinè annominatio dicitur, quæ fit ſimilitudine aliqua uocum, & uicinitate quadam uerborum: ut, Quis locus aut lucus? Ex oratore arator.

Prŏsōpŏpœĭă, æ. f. p. προσωποποιία. ad uerbum dicitur perſonæ factio, hoc eſt perſona figuram inducens. Componitur enim ex πρόσωπον, quod perſonā ſignificat, & ποιῶ facio. Figura eſt, cum perſona aliqua fingitur, ut cum inanimatum loquitur ad animatum, uel è diuerſo.

Prōſpēctē, aduerb. conſultè. λογισμένως.

Prōſpēctūs, ctus. m. q. ipſe proſpiciendi actus, aut ipſa à longè uiſio, σκοπιά. Verg. 2. Georg. Nō animum modo uti paſcat proſpectus inanem.

Prōſpĕr, ri. m. ſ. qui dat felicitatem, & ſpem noſtram implet. σωτήριος, εὐήμερος. felix, qui recipit: ut, Sydus proſperū, ſub quo natus eſt felix. Proſper, aliquando pro felice ponitur, id eſt pro eo qui recipit felicitatem. Vnde improſperè, quod ponitur pro nō bene. Colum. lib. 1. Et felix aliquando ponitur pro proſpero. Verg. Sis felix, noſtrumq; leues quæcūque laborem. Pro eo quod eſt proſpera & benigna. Dicitur & proſperus. a. um. Hinc proſperè aduerbium, quaſi pro ſpe, ſiue ad uotum. Et proſperitas. atis. felicitas, & ad uotum ſucceſſus.

Prōſpĕrŏr, aris. d. p. proſper fio, εὐημερῶ, εὐοδοῦμαι. Auguſtinus in prologo de Ciui. dei: Qui res humanas ita proſperari uolunt, ut ad cultum neceſſarium eſſe arbitrentur. At proſpero. as. proſperum facio. Liu. 6. ab Vrb. Qui ritum uim uictoriamq; proſperetis.

Prōſpĭcĭēntĭă, cura, prouidentia. πρόνοια.

Prōſpĭcĭēntĕr, aduerb. id eſt circumſpecte.

Prōſpĭcio, cis. a. t. antè, ſiue à longè uideo, prouideo, curo, caueo. προμηθεύομαι, προμηθοῦμαι, προορῶ. Præcaueo, prouideo. προνοοῦμαι. conſtruitur cum datiuo. Terent. in Adelp. Et iam proſpiciam mihi.

Prōſpĭcŭūs, intentus, ac uigil. προνοητικός.

Prōſpīro, as. n. p. pen. pro. ultrà ſeu longè ſpiro.

Prōſtĕrno, nis. a. t. ante ſterno, uinco, profligo. καταβάλλω, ἐλαφίζω. quod fit, cum hoſtes in acie ſternuntur. Aliquando ſignificat in terram deijcio. Apul. Puellamq; reluctantē tandem proſtrauit. Abijcere ſe atq; proſternere, ponitur pro parui æſtimare, & ſeſe demittere. Cic. in Parad. Proſtratæ religiones à Cic. 2. De legibus dicuntur, dirutæ & euerſæ.

Prōſthĕsis, is. f. t. πρόσθεσις. appoſitio ſiue additio.

tio. Figura, cum in principio dictionis additur litera, ut gnatus pro natus.

Proſtibulum, li. n. ſ. πορνεῖον, ἐργαστήριον. modò ipſum ſcortum dicitur, quod quæſtus copioſioris gratia, concurrentib. illuc aduenis, manſiones ante ſtabula habuere: à proſtituendo, quòd in eo loco ſe proſtituant meretrices. Dicitur & proſtibula. læ. ἡ ἐπ' ἐργαστηρίου καθημένη, προεστῶσα γυνή. Plau. in Perſ. Hic faceret proſtibulam propediem.

Proſtituo, is. a. t. quaſi antè ſtatuo, meretricandam præbeo. προΐστημι, προαγωγεύω, καταπορνεύω. Vnde proſtituere pudicitiam, ſignificat uulgò ſui corporis poteſtatem facere. Hinc meretrices proſtitutæ dicuntur.

Proſto, ſtas. proſtiti, proſtatum. n. p. προΐσταμαι, à longe ſto. Item proſtare, eſt pro precio ſtare ſeu uiuere. Iuuen. Et ad circum iuſſas proſtare puellas. Item antè ſtare. Quint. Iubet proſtare gladio cinctum.

Proſubigo, gis. pen. cor. ex pro & ſub, & ago, ſignificat uehementer ſuffodio. κατατρίβω. Vergil. 1. Geor. Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas. uide Seruium.

Proſum, prodes, profui, utilitati ſum, quaſi pro aliquo ſum. ὠφελέω.

Proſumia, æ. f. p. genus nauigij leuis, ſpeculatorij. κατασκοπίς. Cæcili. Qui pro gubernatore ſe gerens, prope uertit proſumiam. Hæ naues etiam geſcoretæ uocantur.

Protaſis. πρότασις. dici poteſt propoſitio. Donat. Protaſis primus actus eſt, initium dramatis.

Protego, is. xi. ctum. a. t. defendo.

Protelo, las. a. p. pen. prod. excludo, propello, propulſo. ἀπείργω. ἀναβάλλω. Item differre, prolongare. Item propello, & longè excludo. Turpil. Propter peccatū pauxillum indigniſſime patria protelatū eſſe ſæuitia patris. Per tranſlat. ſumitur pro perturbo, exagito. Tractū ab aſſiduo telorum iactu. Teren. Phorm. Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet.

Protelum, li. dixit Lucre. Vndiq; protelo plagarum continuato. id eſt tenore, inquit Don.

Pro tempore. κατὰ χρόνον. aduerbialiter uſurpamus pro ratione temporis.

Protendo, is. a. t. ultrà tendo. προβάλλομαι, προτείνω. ut protendo pedem. Item profero, differo. Cic. ad Furni. lib. 10. Comitia tamen in Ianuarium menſem protendimus.

Protenus, aduerb. idem quod protinus.

Protermino, as. n. p. propago, fines promoueo. τοὺς ὅρους παραλλάσσω, à termino promouendo dictum uerbum. Apul. lib. 9.

Protero, ris. a. t. pen. cor. ultrà ſiue de longè tero, aut uehementèr tero, pedibus conculco. ἐπιτρίβω. Plau. Ego hic te mulier, quaſi ſus catulos, pedibus proteram.

Proterreo, res. a. ſ. ἀποφοβέω. à longe terreo.

Proteruia, æ. f. p. ἀκολασία, ἀσέλγεια. petulantia. Lucret. Capripedes agitat cum læta proteruia Panas. Quo etiam nomine ſignificatur ſacrificium quoddam (ut teſtatur Macrobius) in quo mos fuit, ut ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet igne conſumeretur, quemadmodum Moſes de agno paſchali.

Proteruitas, atis, f. t. idem quod proteruia.

Proteruio, is. n. q. ἀκολασταίνω. laſciuio, inobedio, petulanter ago.

Proteruus, a. um. o. ſ. petulās, procax, ſuperbus. ἀκόλαστος. Dictus proteruus à proterēdo, quòd omnia ſub pedibus eſſe uelit, & nullus ſit pudor in petendo & audendo. Hinc proteruè et proteruiter, aduerb. immoderatè & ſuperbè.

Prothymia, æ. f. p. προθυμία. Lat. promptitudo.

Prothymus. πρόθυμος. promptus, & herba eſt multum probatæ uirtutis.

Prothyra, æ. f. p. πρόθυρα. pen. cor. ſunt ueſtibula in domorum ianuis, (authore Vitru.) quaſi magnum ſecretum. à θύρα ianua, πρὸ antè.

Protinus, pen. cor. componi uidetur ex pro & tenus, id eſt à longè, quantum fieri poteſt. Ver. En ipſe capellas Protinus æger ago. Id eſt lōgè à finibus, ut ſit protinus, quaſi porrò tenus. πόρρω. Quandoq; ſignificat ſtatim ac ſine intermiſſione. αὐτίκα. Verg. Protinus ad regē curſum detorquet Hiarbam. Quandoq; cōſequenter, deinceps, deinde. καὶ ἑξῆς. Idem. 1. Georg. Protinus aërij mellis cœleſtia dona Exequar. Quandoq; iugiter, continuò, omnino, ut Cum protinus utraq; tellus Vna foret. Hic Seru. exponit, id eſt continuè. διηνεκῶς. Protinam Veteres dicebant. Teren. in Phorm. Atq; hinc me conijcerem protinam in pedes.

Protocollum, li. n. ſ. πρωτόκολλον. prima concinnatio, & raptim confecta ſcriptura, quæ meliorem compoſitionem deſyderat.

Protō-

Prōtŏgĕnŭs. πρωτόγονος. primogenitus.

Prōtōllo, ſis. a. t. differo, prolōgo. μηκύνω. Plaut. in Caſſ. Protollo mortem mihi. Ponitur et pro ultra tollere. Plau. in Pſeud.

Prōtōmārtyr. πρωτομάρτυς. primus teſtis.

Prōtōmĕdĭcŭs, ci. m. ſ. qui princeps eſt medicorũ. apud nos dicitur ἀρχίατρος.

Prōtōmyſtă, æ. m. p. πρωτομύστης. myſtarum princeps. Myſtæ autem ſacerdotes appellantur, qui myſteria & eccleſiæ ſecreta regunt & adminiſtrant.

Prōtōnŏtārĭŭs, rij. m. ſ. primus notarius. πρωτογραμματεύς. Notarius uero à nota deducitur Sed iudiciorum notarij barbarè dicuntur.

Prōtŏtŏmŭs. πρωτότομος. pen. cor. primæ ſectionis. Vnde primus caulis qui ſucciditur, uel cima braſſicæ, à prima ſectione ita appellatus eſt, quæ uere fit. Eſtq; ipſorum caulium delicatior tenuiorq; cauliculus.

Prōtrăho, his. act. t. ἀνατείνω. uide Traho.

Protrĕptĭcŭs, a. um. προτρεπτικός. inſtructiuus & exhortatius. Auſonius, Libellum (inquit) inſtar protreptici luſeram.

Prōtrĭmēntă, orum. n. ſ. dicuntur edulia minutim trita conciſaq;, qualia hodie quæ in pulmentarijs plurima concinnant, ex carnibus fruſtillatim conciſis. ἐντρίμματα. A tritura dicta, quaſi à proterendo

Prōtrŏpŭm, pi. n. ſ. penul. corr. genus potus. Ita quoq; appellatur à quibuſdam muſtum ſponte defluens, antequàm calcentur uuæ. Protropum dicitur à Colum. lib. 12. ca. 28. Lixiuium Latinè, ſiue Lixinum, teſte Budæo.

Prōtypŭm, pi. n. ſ. quod in typi uicem formatũ eſt. Plin. lib. 35. cap. 12.

Prōuĕho, his. a. t. (προάγω) produco, hoc eſt ultrà ad locum. Sed dicimus aliquem ætate prouectum, (προβεβηκότα τῇ ἡλικίᾳ) & prouecta prudentia.

Prōuĕnĭo, is. n. q. propriè eſt earum rerum quæ è terra oriuntur, (φύομαι) Sed transfertur, ut prouenire in ſcenam, prouenire ingenia. Vnde prouentus, (πρόσοδοι) dicuntur reditus, & non tantum bonarum rerum, ſed etiam malarum.

Prōuērbĭŭm, bij. n. ſ. παροιμία. dicitur quaſi commune omnium uerbum, uel quòd uerbum pro uerbo ponatur. eſt enim ſententia, quæ in ore omnium uerſatur. Inde prouerbialis & hæc le. παροιμιώδης.

Prōuĭdē, aduerb. diligenter ſignificat.

Prōuĭdĕo, des. a. ſ. προορῶμαι, προγινώσκω. pen. co. ſignificat antè, uel à longè, et futurũ aliquid uideo antequàm ſit factum. Plini. Hoc enim ſapientis eſt, omnia quæ uentura ſunt, prouidere. Quoniam uero ea quæ prouidemus, ſi mala ſunt, aut uitamus, aut emendamus, factum eſt, ut prouidere, uitare ſignificet, ſiue cauere, & remedium præbere. Cice. Satis iam omnibus quæ neceſſaria erant, prouiſum putabant. Hinc prouidentia & prudentia. πρόνοια. dicuntur. Quidam Prudentiam definiunt, rerum bonarum & malarum, & utrarumq; ſcientiam: prouidentiã uero, per quam futurum aliquid uidetur, antequam factum ſit. Vnde prouidentia aliquando pro Deo ponitur. Quint. Nullam ego res humanas deſpicere prouidentiam reor. Hinc prouidens, id eſt prudens. Et prouidenter, aduerbium.

Prōuĭdŭs, uidens antè, diligens, ſolers. προνοητικός, προμηθής. Improuidus. ἀπρόμηθος.

Prōuĭncĭă, æ. f. p. ἐπαρχία. dici uidetur, quòd procul uinci uideatur. propriè enim prouinciæ, dictæ ſunt regiones longè ab Italia bello acquiſitæ, quòd eas Romanus populus prouicerit. id eſt antè uicerit, inquit Feſtus. Et quoniam præfecti ad eas gubernandas cum officio mitti ſolebant, factũ eſt etiam, ut ipſi magiſtratus, & onus nobis impoſitum, prouincia appelletur. Eſt & prouincia, regio Galliæ Narbonenſis, Rhodano finitima, qui eam à Celtis ſeparat. Strabo lib. 17.

Prōuĭncĭālēs, dicti ſunt qui ex prouincijs ſunt, ſiue (ut Vlpian. inquit) qui in prouincijs domicilium habent. ἐπαρχιῶται. Prouincialium nomine omnes, præter Italicos appellabãtur. Prouincialis ſcientia dicitur, quæ de prouinciarum adminiſtratione eſt.

Prōuĭncĭātĭm, aduerbium, ſignificat per ſingulas prouincias. κατ' ἐπαρχίας.

Prōuĭſĭo, onis. f. t. cautio. Cic. de Orat. Vitium longanimi prouiſione fugiendum.

Prōuĭſo, is. a. t. penul. pro. duo ſignificat, inquit Do. uidere, aut ad uidendũ ire, & procedere.

Prōuŏco, ās. a. p. προκαλοῦμαι. penult. corre. propriè à lõgè uoco. Aliquando prouocare, eſt in

aliquod certamen uocare, ſiue ludendi ſiue lædendi gratia. Horatius, Criſpinus minimo me prouocat, Digito ſcilicet. Hinc prouocator uerbale, à quo prouocatorius adiect. ut prouocatoria dona militaria, id eſt quæ meruit prouocatus, quod humanius eſt, quàm prouocaſſe. Aliquando prouoco, (κατάρχω, προκατάρχω, προκαλοῦμαι) eſt inuito, incito, hortor, & hoc tam in bonū quàm in malum. Cic. Tuis literis amantiſsimis ſum prouocatus. In malum, ſignificat laceſſere, irritare. Plin. Quamuis enim multis prouocatus iniurijs, nunquam tamen ab amicitia receſsi. Interdum eſt profugere, & fermè idem eſt quod appellare. ἐκκαλέω, ἐπικαλοῦμαι. niſi quòd prouocare magis eſt quàm appellare. Et propriè ad maiores potentioresq́ pertinet prouocatio. πρόκλησις. Et iungitur accuſatiuo ſæpe cum ad. Cic. Cum alter ad ſenatum prouocaſſet, alter uero appellaſſet tribunos. Appellatio autem prouocatioq́, inuentæ fuerunt pro remedio aduerſus iniurias magiſtratuum. Et cauſa in qua quis prouocat ad alium iudicem, ἐφέσιμος, ſiue ἔκκλητος δίκη dicitur.

Prōuŏlo, las. n. p. pen. cor. antè ſeu ultrà uolo, aut procul uolo, auolo, (ἀποπτίζομαι.) Liu. lib. 2. per tranſlationem pro procurro poſuit. Sic primum infenſis haſtis prouolant duo Fabij.

Prōuŏluo, uis. a. t. anteuoluo, (προκυλίω) ut, Prouolutus pedibus. Aliquando eſt uoluere ſeu ruere facio. Liu. Ingentia in ſaxa ſubeuntes prouoluentibus Barbaris.

Prŏūt, aduer. id eſt ſicut, uelut, aut pro eo quod. uulgò dicunt ſecundum quod.

Prŏxĕnētă, æ. m. p. (προξενητὴς) litigator, mediator, uel conciliator, à προξενέω. quod eſt concilio, uel induco ad aliquid faciendū. Iam apud nos qui medius eſt, ut res emantur, & uendantur, Proxeneta dicitur.

Prōxĭmē, nuperrimè. Cic. Att. lib. 11.

Prŏxĭmo, as. n. p. appropinquo, (ἐγγίζω.) Apul. lib. 1. de Aſino aureo, Minimo minus interij, & tamen Athenis proximo.

Prŏxĭmūrĭūm, pontificale pomœriū proximi muri.

Prōxĭmŭs, (ὁ ἔγγιστα) uide in dictiōe Prope.

Prūdēns, entis. om. t. (ἔμφρων, συνετὸς, φρόνιμος) quaſi prouidens, & interdum ſapiens, interdum ſciens, (εἰδὼς) dicitur. Vnde iuris prudentes uocātur, qui ius ſciunt, & iuriſprudentia, iuris ſcientia. Hoc tamen inter ſe differunt prudens & ſciens (ſecundum Don.) quod prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit: Sciens, qui alterius iudicio rem percipit. hoc eſt, prudens per ſe, ſciens per alios. Sic imprudentia, (ἀφροσύνη) pro inſcientia. Prudentiæ eſt (ſicut docet Macrobius) ad rationis normam quæ cogitat, quæq́ agit uniuerſa dirigere, ac nihil præter rectum uel laudabile facere. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circumſpectio, prouidentia, docilitas, cautio. uide etiam Prouideo. Hinc prudēter, aduer. ſapienter, prouidè.

Prŭīnă, æ. f. p. à perurendo, quòd fruges & uirgulta perurat. πάχνη. Ex rore gelido naſcitur, nec fit niſi immoto aëre & ſereno.

Prūnă, æ. f. p. (ἀνθρακιὰ) à carbone ita diſtinguitur, quòd illa quādiu ardet pruna dicitur, carbo cū extincta fuerit. Dicta pruna à perurēdo.

Prūnĕŏli, fungi, qui & ſpineoli dicti ſunt, ignoti prorſus ueteribus, quod certè inter tot gulæ irritamenta mirandum eſt.

Prūnētūm, locus prunis conſitus. κοκκυμηλεών.

Prūnŭs, ni. f. ſ. arbor quæ pruna producit, (κοκκυμηλέα.) Prunum, fructus.

Prūrio, is. n. q. quaſi peruror, eſt enim prurire propriè libidine ſcalpendi ardere, (κνίζω, κνήθω.) Plaut. in Amph. Dentes pruriunt. A quo pruritus. us. (κνισμὸς) qui eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturam.

Prūrīgo, iginis. f. t. idem quod pruritus.

Prūrītŭs ſalſus uocatur, qui ex phlegmate procedit.

Prȳmnēſĭūs, ſij. m. ſ. (πρυμνήσιος) paxillus (uel uectis), ad quem funis nauticus religatur, quem alij tonſillam dicunt. Sunt qui prymneſium genere neutro efferant.

Prȳtănĭs, is. m. t. πρύτανις. magiſtratus, præfectus, adminiſtrator: ut conſulatus, quē publici conſilij principē appellabant. À uerbo πρυτανεύω, quod eſt guberno, & magiſtratū exerceo.

P ANTE S.

Pſāllo, lis. n. t. (ψάλλω) cano, citharam pulſo, & propriè de pſalmis dicitur. Aliquando ponitur pro prædicare, ut eſt illud, Sic pſallam nomini tuo.

Pſālmŭs, mi. m. ſ. (ψαλμὸς) Latinè canticum, à ψάλλω cano, quòd ad pſalterium cantaretur.

Pſāltērĭūm.

Pſăltĕrĭŭm, rij. n. ſ. ψαλτήριον. Græca dictio eſt, quod Hebraicè nablon, Latinè organum laudatorium dicitur. Et eſt (ut Hieronymus ſcribit) in modum quadrati clypei cum decē chordis. Auguſtinus, Pſalterium eſt organum, quod quidem manibus portatur percutientis, & chordas diſtinctas habet, ſed illum locum unde ſonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum quod pendet, & tactum reſonat, quia accipit aërem, pſalterium ſuperiore parte habet. Cithara autem, hoc genus ligni cauum & reſonans in inferiore parte habet. Itaque in pſalterio chordæ ſonum deſuper accipiunt, in cithara chordæ ſonum ex inferiore parte accipiunt.

Pſăltēs, tis. m. t. ψάλτης. Latinè cantor.

Pſăltrĭă, æ. f. p. ψάλτρια. cantrix, à pſallendo: fidicina quæ ſequebatur, & amabat hiſtriones. Terentius in Adelphis, Iſthæc enim penes nos pſaltria eſt?

Pſēgmă, atis. ψῆγμα. idem ferè quòd flos æris.

Pſēphiſmă, atis. n. t. ψήφισμα. neu. gene. dictio Græca, quæ decretum ſignificat.

Pſēphŏpēctæ, arum. m. p. ψηφοπαῖκται. Græco uocabulo Computatores dicuntur.

Pſeudiſomon, genus ſtructuræ in ædificijs.

Pſeūdŏ, nomen trium generum, & inuariabile per mutationem caſuum, in compoſitione tantum, & Latinè falſus dicitur.

Pſeūdădelphŭs. ψευδάδελφος. falſus frater.

Pſeūdŏbūnĭŏn. ψευδοβούνιον. genus herbæ. Plin. lib. 24. ca. 26. Dioſc. lib. 4. ca. 126.

Pſeūdŏdictāmŭm. ψευδοδίκταμνος. falſum dictamum, genus herbæ, quæ in Creta ſimilis pulegio naſcitur. Plin. lib. 26. cap. 8.

Pſeūdŏmārtўr, (ψευδομάρτυρ) falſus teſtis.

Pſeūdŏpŏrtĭcŭs, falſa porticus, (ψευδοστοά.) Nā in ædificijs partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem, ſed precarium aut temporarium uſum præbent, quaſi alienum opus mentientia, hoc nomine inſigniri ſolent, ut pſeudipteros, & pſeudoaulæ, ſimiliaq; his complura in Vitruuio.

Pſeūdoprŏphētæ, (ψευδοπροφῆται) falſi uates.

Pſeūdŏthўrŭm, (ψευδόθυρον) quaſi falſum oſtium. Vnde pro poſtico ſumitur.

Pſeūdŏūrbānă ædificia, dicuntur à Vitru. ædificia ruſtica, urbana elegantia extructa. Bu.

Pſĭlōthrŭm, thri. n. ſ. ψίλωθρον. unguentum depilatorum, quo mulieres utebantur. à ψιλόω nudo. Martial. lib. 6. Pſilothro nitet, aut arida latet oblita creta. Pſilothrum, præterea dicitur uitis alba, uide Plinium. lib. 23. cap. 1.

Pſimmўthĭŭm, thij. n. ſ. ψιμμύθιον. dicitur, quod nos ceruſſam nominamus. Plin. li. 34. ca. 18.

Pſĭttă, tæ. fœm. (ψίττα) piſcis genus, quem nos paſſerem uocamus.

Pſĭttăcŭs, ci. m ſ. (ψιττακὸς, ψιττάκη) papagallus uulgò dicitur, auis in Indiæ littorib. proueniens, colore uiridi, torquem habens circa collum puniceū, grandi lingua, & cæteris auib. latiore: unde & articulata uerba exprimit, ita ut ſi eam non uideas, hominē loqui putes. De hac aue uide Apul. lib. 2. Plin. lib. 10. cap. 42.

Pſōlē, les. f. t. (ψωλὴ) Lat. præputium, mentula.

Pſōră, æ. f. p. ψώρα. cutis aſperitas, & ſquamoſa.

Pſўchrŏlūtrēs, tris. com. t. ψυχρολούτρης. dicitur, qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur, ſiue lauacri frigidi cultor. ψύχος frigus. λουτρὸν balneum, & lauacrum. Seneca libro 12. Epiſt.

Pſўchŏmānŭŭm, (ψυχομαντεῖον) locus uaticinij, ubi fiebat manium euocatio.

Pſўdrăcĭŏn. ψυδράκιον. genus puſtularum ſubalbidarum acutarumq;.

Pſўllĭŏn, herba, quam uulgus noſtrū peculiarē uocat: de qua uide Plinium lib. 25. cap. 11.

P ANTE T.

Ptē, (πτὲ) ſyllabica adiectio, quære Met.

Ptĕră. πτερά. ſiue (ut Vitru. libr. 3. cap. 2. appellat) Ptĕrōmătă. πτερώματα. in tēplis muri duo ſunt (ait Strabo lib. 17.) ad altitudinem eorum utrinq; ſurgentes. ita dicti, quòd alarum ſpecie quaſi protegant.

Ptĕrўgĭŭm, gij. n. ſ. πτερύγιον. in oculis uocatur membranula quædam neruoſa, quæ oriens ab angulo, uel à narium uel temporum parte ad coronam uſq;, interim & pupillā operit. Pterygium in digitis (apud Paulū Aeginetam) eſt cum caro excreſcit, partem illam contegens, quæ eſt in ungue. At Celſus lib. 7. Pterygium dicit eſſe, cum recedit ab ungue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuum eſſe à πτέρυξ. id eſt ab ala.

Ptērnă, æ. f. p. πτέρνα. uocatur pars inferior naualis ueli, circa medium ferè, trachelon: ſum

ma pars carcheſium nominatur.

Ptĭsănă,æ f p.pen.cor. hordeum decorticatū, uel hordei ſuccus,ſiue aqua. Apud Colu.uidetur eſſe pultis genus ex farina hordeacea, in quo eſt maxima uis reſtaurandi uires & nutriendi. Vide Plin.li.18.ca.7. & lib. 22.ca.25.

Ptĭsănārĭŭm,rij.n.ſ. πτισανεῖον.pro uaſe in quo coquitur,uel tunditur ptiſana. Alij uolunt ptiſanarium oryzæ,eſſe oryzam coctam,uel ptiſanam ex oryza.

Ptōchotrŏphĭă,orum.n.ſ. πτωχοτροφεῖα.pen.pro. diuerſoria,ſiue domus ubi ptochi,hoc eſt mendici nutriuntur. à Latinis Hoſpitale dici(tur.

Ptyăs,adis. πτυάς.aſpidis genus, colore ſubuiridi cinereoq́;,ſed in aurum tendente. ἀπὸ τοῦ πτύω. (ut quidam aiunt) quoniã eius ſputum fertur pernicioſum eſſe. De ptyade,uide Plin.lib.2.capite 6.

Pty̆ngē,ges.f.t. πτύγξ.auis rapax, quàm alij Hybridem uocant,noctu uolans, uenatur more aquilæ.Pugnat etiam cum aquila acriter,ita ut ſæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & uiuæ à paſtorib.capiantur.Ariſt. Hiſt.ani.

P ANTE V.

Pūbĕo,bes.n.ſ. ἡβάω.pubes ſum. A quo pubeſco,lanuginem emitto.Verg.3.Aen. Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo. Interdum ponitur pro creſcere, ſiue maturitatem adſequi. Verg.2.Geor. Hinc omnes largo pubeſcit uinea fœtu,id eſt exuberat.

Pūbĕr,eris.com.t. ἔφηβος.uide in dict. Pubes.

Pūbĕrēſco,ſcis.n.t. (ἡβάσκω,ἐφηβεύω) puber fio,ſiue creſco,à Puber.

Pūbērtās,atis.f.t. ἐφηβεία, ἥβη. ætas in maribus qui eſt annus decimus quartus, in fœminis duodecimus. Item pubertas eſt emiſſio ipſa pubis,à qua anni pubertatis dicti ſunt.

Pūbēs,is.f.t.(ἥβη)propriè lanugo,quæ maribus decimoquarto anno: fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis eſt ſignum,factum eſt ut mas pubes,ſiue puber uocetur, quàmprimum ad generandū aptus eſt,et fœmina ſimiliter ad concipiendū. Sall.Puberes omnes interfici iubet. A quo impubes.bis,uel impuber,(ἄνηβος, ἀγένειος)qui nondum lanuginem emiſit: ſiue qui nondum ad pubertatis annos peruenit. Ponitur quandoq; pro iuuenum multitudine. Liu. Cum pubem Albanam in arcem, præſidio armisq; obtinendam auocaſſet. Interdum etiam pro populo. Vnde pube præſente dicimus,hoc eſt populo præſente. Transfertur etiã ad alia. Vergil.li.12. Puberibus caulem folijs.id eſt, ut inquit Seru.adultis. Sciendū quòd pubes pro lanugine,pro parte pudenda, & pro multitudine,ſubſtantiuum eſt,et facit geni.pubis. At impubes.bis,qui adhuc inueſtis,adiect.eſt. Vnde impubis Iuli,apud Verg. & Horat. in Epod. dixit,Impube corpus. Oui.li.3. Metam. Impubesq́; genas. Cic.uero lib.4. Inuect.ait, Filiū eius impuberem legatum à patre miſſum. Puber quoq; adiectiuè ponitur. hinc Puber ætas, apud Liu. Et pubera folia, apud Verg.

Pūblĭcă ſacra, (δημόσια ἱερὰ) quæ pro populo fiebant: ſicut priuata, quæ pro ſingulis hominibus,familijsúe.

Pūblĭcă uia,quæ in ſolo populi eſt,cuius ſolum publicum eſt, ſiue quà iter populo eſt. λεωφόρος. Publicas uias Romani partim prætorias, partim conſulares appellauerunt. Sunt uiæ priuatæ,ſunt & uicinales, quæ in uicis ſunt, quæ in uicos ducunt. Præterea aliæ ruſticæ dicuntur,aliæ urbicæ. Militares uiæ, quæ inter publicas ſunt latiores, ut capere poſſint milites agminatim iter facientes. Vehicularis autem uia dicitur,quam Græci ἁμαξιτὸν, ἁμαξήλατον, & λεωφόρον uocant.

Publica uectigalia,(δημόσια τέλη) intelligere debemus,ex quibus uectigal fiſcus capit,quale eſt uectigal portus,uel uenalium rerum, & piſcinarum, & metallorum. Vlpia.de Verborum ſignific.l.inter publica.

Publica iudicia, (δημόσιαι κρίσεις) non omnia ſunt,in quib. crimen uertitur,ſed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorum publicorum uertuntur,ut Iulia maieſtatis,Iulia de adulterijs, Cornelia de ſiccarijs & ueneficijs, Pompeia de parricidijs,Cornelia de teſtamentis.

Publica uerba,(δημόσια ῥήματα) dicūtur, quæ in communi ſunt conſuetudine, & uſu.

Pūblĭcānōs,(τελώνας)appellarunt maiores eos, qui uectigalia, & alios populi Romani reditus exigendos,certo conſtituto precio redimebant,qui daciarij uulgò dicuntur. Vlpian.de publ. & uectig.li.1. Publicani ſunt,qui publico fruuntur,nam inde nomen habent. Et om

nes qui aliquid à fiſco conducunt, rectè uocantur publicani.

Pūblicē, & publicitus, aduerbia à publicus nomine deriuantur, idem ſignificant, quod uulgò palàm, (δημοσίᾳ) Cic. pro Roſc. Res ea publicè geſta eſt. Publicè dare ſumptus alicui, eſt illi ſumptus ſuppeditare ex ærario. Publicè uenire, eſt palàm uenire. Publicitus, inquit Don. eſt publica cura & conſilio. Plau. Hoſpitio publicitus accipiat. id eſt carcere publico.

Pūblico, as. a. p. publicum facio, manifeſto. δημεύω. Vnde publicare librum, eſt edere in publicum, & publicare ſe, copiã ſui publice facere. Et publicare, eſt rem aliquã publicam, ſeu in Reipu. poteſtate facere, & præconi publico ſubijcere. δημεύειν. Cic. 2. Artis uet. Lex eſt apud Rhodios, ut ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur.

Publicum conſilium, dictus eſt Senatus.

Pūblicŭs, a. um. δημόσιος. quod non eſt priuatum alicuius, ſed populo commune. Hinc res publica. πολιτεία, τὰ κοινὰ τῆς πόλεως. res populi, & publica uectigalia. Ponitur etiam publicum, ſubſtantiuè, & neut. gen. pro cõſpectu publico. Hinc dicimus carere publico, pro eo quod eſt, Non prodire in publicũ. Ponitur et publicũ aliquando pro uectigali, unde & publicani dicti.

Pūblĭpŏr, oris. m. t. Publij puer, ſiue ſeruus. ſic Marcipor, Marci puer. Veteres enim à ſuis pronominibus pueros, id eſt ſeruos in familia nominabant. Vnde à Lucio Lucipores, à Quintio Quintipores. Vide in Marcipor, & Gentiles.

Pŭdēfīo fis. neutrũ paſſ. à pudefacio fit, quod ſignificat pudorem inijcio, αἰσχύνομαι.

Pŭdēndă, orum. n. ſ. uirilia, quæ & uerenda. αἰδοῖα. dicuntur, quòd, ut ait Auguſt. libr. 15. de Ciuit. libidinis nos maxime pudeat.

Pŭdēns, entis. om. t. uerecũdus. αἰδοῖος, αἰδήμων. Cuius contrarium eſt impudens, à quibus pudenter, & impudenter.

Pŭdĕo, es. dui. ditum. n. ſ. αἰδοῦμαι. cum accuſatiuo. Lucan. Semper metuit, quæ ſæua pudebũt. Imperſonale ſæpius legitur. Pudet, puduit, & puditum eſt ſecundum Priſci. & conſtruitur cũ accuſatiuo, gen. dat. et abla. Differt aũt pudere à pigere, quòd pudere uerecundiæ ſit, pigere pœnitentiæ. Don. Pudere eſt in his quæ turpiter fiunt: Pigere in his quæ cum damno ac malo. Pudere ad dedecus, pigere, ad dolorem refertur. Teren. in Adelp. Patris me quidem pudet, pigetq́. Compoſita ſunt, depudet, & diſpudet, penul. cor. quod eſt bis ſeu ualde pudet. Suppudet. ὑπερυθριῶ. parum pudet.

Pŭdēndŭs, a. ũ. quod pudore dignũ eſt ſiue quod eiuſmodi eſt, ut illius nos pudere oporteat.

Pŭdĭbūndē. αἰσχυντηλῶς. aduerb. cum pudore.

Pŭdĭbūndŭs, (αἰσχυντηλὸς) qui pudore ducitur.

Pŭdīcĭtĭă, æ. f. p. modò pro caſtitate, modò pro religioſa munditia ponitur, (ἁγνεία.) Verg. Caſta pudicitiam ſeruat domus.

Pŭdīcŭs, a. um. o. ſ. (ἁγνὸς, σεμνὸς) caſtus. A quo fit pudicitia, caſtitas. Quorum contraria ſunt, impudicus & impudicitia. A pudicus etiam fit depudico.

Pŭdōrĕm, (αἰδῶ) philoſophi definiunt eſſe modeſtiam, quæ animum reprimit, ne procaciter aut inordinatè, aut turpiter quid peragat. Pudor à uerecundia ſic ſeparatur, ut pudor ſit rei turpiter actæ, uerecundia etiam rectè facti atque honeſti.

Pŭēllārĭs, & hoc re. om. t. idem quod puerilis παιδικός. Quin. Tum ætate tam puellari, præſertim meæ comparata.

Pŭēllāſcĕrĕ, effœminari. θηλυδριᾶν. Pacuuius, Puellaſcunt laſciuia adoleſcentes. Aliquãdo reflorere. (ἀναβλαστάνειν) & quaſi ad pueritiã redire. Varro, Etiam ueteres puellaſcunt.

Pŭēllŭs, li. m. ſ. dimin. à puer, ſignificat paruum puerum, ſiue paruum filiũ. παιδίον. Sic puella, (παιδίσκη) à puera, per diminutionem.

Pŭĕr, ri. m. ſ. παῖς. tribus modis dicitur, ut ait Paulus de uerb. ſignif. l. puer. Primò, cum ſeruum ſignificamus. Secundò, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus, marem denotantes. Tertiò, cum ætatem puerilem intelligimus. Ponitur interdum etiam pro filio. Verg. Aſcaniusq́ puer. & eſt generis communis ſecundum Priſc. Liu. in Odyſ. Sancta puer Saturni filia. Declinatur & hic puerus, & hæc puera, ſicut puellus & puella.

Pŭĕrārĭŭs, rij. m. ſ. q pueros amat, ſectaturq́ ut eos præpoſtera libidine exerceat. παιδεραστής.

Pŭĕrāſcĕrĕ, n. t. νεανίζειν, νεανιεύω. dicuntur, qui exacta infantia pueritiã inchoant. A quo repuraſcere. ἀνανεάζω. quod eſt in puerilem

ætatem reuerti. Quod de ſenibus ferè dicitur, cum deſipere uitio ætatis incipiunt. Plau. in Merc. Aiũt ſolere eũ rurſum repueraſcere.

Pŭĕrilis. & hoc.le.om.t. (παιδαριώδης, νηπίαχος) quod pueri, uel quod puerorum proprium eſſe ſolet. Vt ætas puerilis, facta puerilia, geſtus pueriles. Hinc pueriliter, aduerb. more puerorum. Vt pueriliter blandiri, Liu. 2. Bel. Pun.

Pŭĕrīlĭtās, atis.f. t. (παιδαριώδης) ſignificat actũ aliquem puerilem. Ponitur aliquãdo pro ipſa pueritia. Varro.

Pŭĕrĭtĭă, æ.f.p. (νηπιεία, νηπιότης) ætas puerilis. A pueritia legimus & diſcimus, ait Cic. 1. Tuſc. Quandoq; ſumitur pro puritate. Varro, Ea erat matronæ ſimplicitas & pueritia, & honeſtas.

Pŭērpĕră, æ.f.p. mulier quæ recens peperit ſiue puerum, ſiue puellam. λεχώ.

Pŭērpĕrĭŭm, rij.n.ſ. tempus quo puerpera ex dolore partus cubat, uel etiam tẽpus ipſum quo parit mulier. λοχεία. Aliquando etiam proles ipſa. Gel. Monumentumq; ei factum, iuſſu Auguſti, in uia Laurentina, in quo ſcriptum fuiſſe conſtat numerum puerperij.

Pŭgĭl.is.com. t. à pugna uel pugno, eſt qui pugnare conſueuit. πύκτης. A quo pugillatus. tus. pugilum ludus. Plaut. in Capt. Hic homo pugilatum incipit. Hinc quoq; pugilatio, pugilum exercitatio.

Pŭgĭlĭcē, aduerb. ſignificat firmiter, ualenter. ἀθλητικῶς. Plautus in Epid. Valet pugilicè atque athleticè.

Pŭgĭllāris, is.m.t. & hoc lare, ſiue pugillar. neu. gen. πινακίδιον. Auſonius, Bipatens pugillar Expedi. In plurali, pugillares, & pugillaria. Apul. Dolebã me hercle, quòd pugillares, & ſtylum nõ habebam. Sunt autem pugillares tabellæ cereæ uel ligneæ, ſiue alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribimus: dictæ quòd pugno comprehendãtur, uel à pungendo, quòd ſtylo in his pungendo ſcribatur.

Pŭgĭllātōrĭus, adiect. quod pugno percutitur, à pugno: ut, Follis pugillatorius, qui ſpiritu inflatur, & pugno percutitur, non palma. Eſt enim pilæ genus, quæ ex pelle fit, cæteris craſsior.

Pŭgĭllŭs, li.m.ſ. diminutiuum à pugno, ſignificat paruum pugnum. δράκιον.

Pŭgio, onis.m.t. (ἐγχειρίδιον) genus teli, uel gladius breuis, dictus à pugno, quòd facile apprehenditur, uel quòd eo punctim pugnetur, ut inquit Feſtus.

Pŭgiuncŭlŭs, li.m.ſ. paruus pugio. ἐγχειρίδιον.

Pŭgnă, æ.f.p. (μάχη) lucta uel prælium, à pugno dicitur. Veteres enim, inquit Donatus, ante uſum ferri & armorum, pugnis & calcibus, & morſibus, corporumq́ue luctatione certabant. Quandoq; apud poëtas pro ſtupro ponitur. Huius dimin. eſt pugnicula.

Pŭgnāx, acis. om. t. (μάχιμος) bellicoſus. à quo pugnacior, pugnaciſsimus. μαχιμώτατος. Pugnax exordium dicendi, à Cice. 2. de Orat. dicitur, id eſt efficax & uehemens. Hinc pugnacitas. atis. pugnãdi uis. Et pugnaciter, aduerbium, pertinaciter, inſtanter.

Pŭgnācŭlŭm, li.n.ſ. locus unde pugnatur, antiquè. Plaut. in Milit. Deturbabo ego iam illum de pugnaculis.

Pŭgno.as. n. p. eſt uerbum bellicum, & ſignificat congredi, dimicare, uel ferro decernere. μάχομαι, διαπληκτίζομαι. à pugnis ductũ, quibus prælia quondã committebantur, ante haſtas & reliqua ferri arma inuenta. Transfertur ad controuerſias, & alias rerum contentiones: ut, Pugnare conſilijs, authoritate, uirtutibus, &c. Cic. Fam. 4. Significat etiam moliri, attentare uel conari. Cic. ad Att. Pugnauit, ut ita fieret. Huius compoſita ſunt, Depugno, (περιμάχομαι) quod idem eſt, quod pugno. Compugno, (συμμάχομαι) ſimul pugno. Expugno, pugnando, uel oppugnando uinco. Et de perſonis, oppidis, caſtris, nauibus, cæterisq; huiuſmodi dicitur. Liuius. Vna duas naues expugnauit. Interdum expugnare, non eſt pugnando uincere. Oppugno, pugnando uincere contendo. Impugno, ualde aduerſor, confuto. προσπολεμέω. Propugno, aduerſus pugnãtes pugno, ſeu procul me defendo. Vnde & propugnacula. Repugno, pugnando reſiſto, contradico, refragor. ἀντιπίπτω, ἀντιπαλαίω, ἀντιμάχομαι.

Pŭgnus, ni. m.ſ. à punctione, id eſt percuſsione dicitur, uel à pugno. κόνδυλος. Donatus in Adelphis, An pugnus à pugna ſit dictus, an ab illo pugna. Quidam à Græco deducunt. πυγμή.

Pŭlchĕr. chra. chrum. formoſus, decorus præclarus,

rus, uiſendus, inſignis, egregia forma, in quo forma eſt, & ſpecies liberalis, egregia uel eximia facie, à pollendo, quòd polleat forma. καλὸς, περικαλλής. Cic. in Offic. O puerũ pulchrũ Pericle. Eius dimin. eſt pulchellus. la. lum. Interdũ pulcher ſumitur pro bono, ſicut bonũ pro pulchro. Gell. lib. 19. ca. 8. Contra ea dicis poëtarum pulcherrimè, id eſt optime. Teren. Forma bona fortaſſe. Et è cõtrario, malũ pro » deformi. Interdũ pro forti. Verg. Hercule » pulchro. A pulchro fit comparatiuũ pulchrior, & ſuperlatiuum pulcherrimus, pulchrius, pulcherrimè, pulchrè, & pulchriter. Pulchralis pro pulchro. Ennius, Pulchralibus ludis.

Pŭlchrē, aduerbium, præclarè, probè: ut Pulchrè dicere.

Pŭlchrēſco. ſcis. pulcher fio. καλλωπίζομαι.

Pŭlchrĭtās, idem ſignificat quod pulchritudo.

Pŭlchrĭtūdo, inis. f. t. ſpecies, uenuſtas, decor, elegantia. κάλλος. Et ut Cic. 3. Tuſc. inquit, eſt quædam apta figura membrorum cum coloris quadam ſuauitate. Venuſtas, gratia, quam affert pulchritudo.

Pūlēx, icis. m. t. (ψύλλα) animal notum, dictũ eſt, quod puluere generetur. Quo nomine etiã dictus eſt uermiculus, herbis & præcipuè braſſicis infeſtus. A pulex fit pulicinus (ψύλλιν@) ſicut à muſca muſcinus, à formica formicinus.

Pŭlĭcōſŭs, a. um. o. ſ. pulicibus plenus. ψυλλώδης. Colum. lib. 7. cap. 13. Pulicoſæ cani remedia ſunt: Sume cyminum, &c.

Pŭllārĭ, dicuntur feles à Lucilio, quòd pullos gallinaceos inquirant.

Pŭllārĭŭs, rij. m. ſ. qui pullorum curã habet. πωλοκόμος. Dicitur quoq; pullarius, qui è paſtu pullorum captat auſpicia.

Pŭllāſtĕr, ſtri. m. ſ. (πῶλος) & pullaſtra, ſignificant gallum, ſiue gallinam adoleſcentes, ſicut etiã à nobis dicuntur Lingua uernacula, non enim diminutiua ſunt. Sic à Varrone 3. de re Ruſt. ca. 9. Pulluſtræ, dicũtur iuuẽcæ gallinæ.

Pŭllātĭo, apud Colum. lib. 8. ca. 5. accipitur pro fœtura pullorum, quæ & pullitio dicitur.

Pŭllātŭs, a. um. o. ſ. pulla ueſte indutus, hoc eſt lugubrem habitum ferens ex parentũ morte, uel alia quauis ratione, qui & atratus dicitur. μελανείμων. Quandoq; pullatus accipitur pro uiliori perſona, ſiue rudi & imperita. Suet. de Auguſt. Sanxit, nequis pullatorum media cauea ſederet.

Pŭllĕgĭŭm, gij. n. ſ. (γληχώνιον, γλήχων) ſiue pulegium, & puleium ſine g. genus herbæ, ſeu fruticis medicinalis. eſt enim calida & ſicca in tertio gradu. Vide Plinium lib. 20. ca. 14. Ponitur aliquando pullegium pro ſuauitate ſermonis per translationem. Cic. ad. Tyro lib. 16. Cras expecto Leptam, etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt.

Pŭllēſco, ſcis. idẽ quod pullulaſco. βλαστάνω. Colum. lib. 4. cap. 21. Ex nouello palmite uitis pulleſcat. Hinc fit compoſitum repulleſco. Idem ibidem.

Pŭllĭcēnŭs, ni. m. ſ. dimin. à pullus, & eſt, qui ex gallinarum ouis naſcitur.

Pŭllĭcĭēs, ei. f. q. (πόλισις) pullatio. Colum. lib. 9. cap. 11. De apibus, Cum primo uere in eo uaſe nata eſt pullicies, nouus rex eliditur.

Pŭllĭgo, iginis. f. t. idem quod pullus color.

Pŭllĭnŭs, a. um. (πώλινος) quod eſt pulli. Vnde pullini dentes, quos primum equi iaciunt.

Pŭllĭprĕmōnēs, um. m. t. dicuntur pædicones, à premendis pullis, id eſt pueris teneræ ætatis. πυγισαί. Priſci, pullum dicebant puerum ab aliquo amatum.

Pŭllŭlāſco, ſcis. pullulans fio. βλαστάνω.

Pŭllŭlĭ, orum. m. ſ. plantariorũ ſunt, ſicut et pulli, quos uulgò reiectos uocãt. Plin. li. 17. ca. 10.

Pŭllŭlo, las. n. p. pen. cor. fœtiſco, quaſi pullos emitto. Nam pullulare, (παραφυᾶν, βλαστάνειν) dicimus arbores, cum à radice nouæ plantæ ſurgunt. Huius compoſitum eſt, Expullulo, quod ſignificat extra pullulo, uel extra fructũ produco. Col. lib. 3. Pampinus expullulat.

Pŭllŭs, li. m. ſ. quod quidam per ſyncopam à puellus dici uolunt, ſignificat nouellum, id eſt paruum puerum, & paruum filium. παιδάριον. Vnde paruos fœtus quorumcũq; animalium, quinetiam arborum atq; plantarum pullos, (πῶλος) dicimus: ut pullus hirundinis, pullus aſini, pulli ranarũ. Quin etiam priſci pullos dicebant ſuos catamitos.

Pŭllŭs, la. lum. quod eſt natiui coloris, id eſt non plenè obſcurum, atrum, leucopo contrarium, quòd pulli ouium ferè eo colore naſcantur. » φαιός. Vergil. Ne maculis infuſcent uellera » pullis. id eſt nigris, inquit Seruius. Vnde ueſtis

pulla, dicitur fuſca, atra, qua quis in luctu induitur. Sunt tamen, qui dicunt hunc colorem Hiſpanum ſiue Bethycum dici, à quo pullati etiam Bethycati dicuntur. Martialis, Et Bethycatus ſimul atq; leucopeatus. Similiter pullus color, dicitur impluuiatus, quaſi fumo ex ſtillicidio implutus. Item ſuadus, ut apud Plaut. Sordida & ſuada amictus togula. Ponitur tamen pullus pro nigro, (μέλας) Colum. lib. 10. cap. 13. Atq; odoris pulli radix, hoc eſt oleris atri.

Pūlmēntārium, rij. n. ſ. dicitur quod inter cibos ſumitur in ſimilitudinem pultis factum. hoc eſt, quod pulmenti uicem præbet. προφάγιον. Iuuenalis, Veniet qui pulmentaria condit. Hinc pulmentaris, & hoc re, quod pertinet ad pulmentum. Plin. lib. 18. cap. 12. Præualens pulmentari cibo.

Pūlmēntārium teſtaceum, dicitur torta, quæ coquitur ſub teſta.

Pūlmēntum, ti. n. ſ. ipſa puls, uel aliud cibarium ad modum pultis factum. ἄρτυμα.

Pūlmo, onis. m. t. eſt unum de uiſceribus, de natura ſui ſpongioſus, & ideo ſpiritus capax. πνεύμων. Diuiditurq; in ſimilitudinem ungulæ bouis, & duæ illæ partes fibræ uocātur, ſicut in omnibus uiſceribus. Reſpiramus autem pulmone. unde Perſius, Quod pulmo animæ prælargus anhelet. Attollitur enim ſpiritus attrahendo, & emittendo deprimitur. Apud Veteres pluraliter tantum pulmones dicebantur, ſicut & ceruices. Plaut. in Curcul. Pulmones diſtrahuntur, cruciatur cor.

Pūlmōnārius, a. um. quod laborat pulmonis morbo. πνευμονικός. ut Ouis pulmonaria apud Colum. Dicitur etiam Pulmonarius de morbo quem Græco uocabulo πνευμονικὸν & πνευματικὸν appellant. Et herba pulmonaria uocatur à medicis, quæ eſt folijs mollibus, albo maculatis. Plin.

Pūlmōnĕă poma dicuntur, quæ uulgò centumfolia appellantur.

Pūlpă, æ. f. p. (ἰνίον, ἶνα, Theophraſt) in animalium corporibus muſculum appellamus: in arboribus uero quod eſt in medio ligni, à nonnullis cor, ab alijs medulla appellatur, de quo Plinius lib. 16. cap. 38.

Pūlpāmēntum, ti. n. ſ. à pulpa dictum eſt, & accipitur pro cibo laudatiore. Teren. in Eun. Lepus tute es, & pulpamentum quæris?

Pūlpĭtum, locus ante ſcenam editior, in quo omnis comœdia recitabatur. Græcè θυμέλη, λογεῖον. Plin. Epiſt. 90. lib. 4. Inde iſta ludibria, ſcena & pulpito digna. Ponitur etiam pro ſuggeſto. id eſt pro quocunq; loco edito, unde ſermo habebatur ad populum.

Pūls, tis. f. t. uictus antiquiſsimus ex farina, aqua, melle ſeu caſeo, ouo decoctio factus, quo pro pane Veteres utebantur. πολτὸς, ἀθάρη, ἄλφιτον ἡψημένον. Dicta, quod ita ſonet, cum aqua feruenter aſpergitur.

Pūlsātĭlēs uenæ, ſunt quibus pulſus exploratur, quas Antiqui ἀρτηρίας uocant.

Pūlſo, ſas. a. p. frequentat. à pello, ſignificat ſæpe percutio, uerbero. ἐντινάσσω, κόπτω, ἀράσσω, πλήσσω. Teren. in Adelph. Sed quis hoc oſtium pulſauit? Interdum pulſare, eſt uiolare, lædere. Verg. 11. Aene. Pulſator referens infecto fœdere diuos. Interdum ſonare facio. ἀνακρούομαι. ut pulſo lyram. Huius compoſita ſunt, Compulſo, expulſo, quod eſt ualde pulſo.

Pūlsūs, us. m. q. motus, agitatio, & locus ille ubi cōiungitur manus lacerto. σφυγμός. Plin. alibi pulſum percuſſum appellat. Nam uitæ gubernacula tenet, & ictu crebro aut languido ualetudinem indicat.

Pūltārius, rij. m. ſ. à pulte accipitur pro uaſe pultis, hoc eſt, in quo plus decoquebatur.

Pūltĭcŭlă. æ. f. p. (πολτίον) dimin. à pulte.

Pūltĭphăgōnĭdēs, (πολτοφάγος) pultis deuorator.

Pūlto, tas. a. p. κόπτω. idem quod pulſo, fitq; à ſupino pultum, quo antiqui utebantur. Plaut. Pultando confregi fores.

Pūluĕrēſco, ſcis. n. t. (κονιορτοῦμαι) in puluerem redigor, quod à puluereo fit. Vnde & diſpuluereo, pro diſſoluor.

Pūluĕro, ras. n. p. (κονιορτόω, κονίζω) in puluerem redigo. Apud Plinium eſt, puluerem ex glebis ſuper ipſis uuis excitare, ut deinde matureſcant. Hinc pulueratio, quæ eſt genus culturæ (ut inquit Seru. 1. Geor.) quo imminutæ glebæ uitibus applicantur. Pulueret Plaut. dixit, pro puluere plenum ſit. ait enim, Venus uentura eſt noſtra, nolo hoc pulueret.

Pūluĕrŭlēntŭs, a. um. Cic. Attic. lib. 5. Nunc iter faciebam æſtuoſa & puluerulenta uia.

Pŭluīnăr,aris.n.t.(προσκεφάλαιον(penult.prod. quaſi pluminar,eſt quod capiti dormituri ſup ponimus,ad puluinorū ſimilitudinem.Iuuenalis,Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Quo etiā nomine dicitur lectulus, qui in templis ſterni conſueuit, numini dicatus. Vnde Lectiſternium nuncupatur, ſicut docet Auguſt.li.3. Ciuit. Videtur autem dici puluinar à pluma qua fulcitur.Abuſiuè etiam puluinaria pro templis dicuntur. Inde apud Liuium legitur, ad omnia puluinaria ſacrificatū fuiſſe. Videntur etiam accipi pro illis puluinis,in quibus ſimulachra Deorum recumbentia collocantur. Acron. Puluinaria dicebantur, aut lecticæ diuorum, aut tabulata, in quibus ſtabant numina, ut eminentiora uiderentur.

Pŭluīnārĭŭm.rij.idem quod puluinar.

Pŭluīnātŭs.ta.tum. (προσκεφαλαιώδης)quod eſt ad ſimilitudinem puluini molle,ac conuexum.

Pŭluīnŭs,ni.m.ſ.ſeu Puluillus,(προσκεφάλαιον) à pluma,quaſi pluminus,quòd plumis pullorum fiat, ceruical,ſeu plumatius. Quandoq; accipitur pro lecto. Cicero in Verr. Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus,lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus.Item puluini uocātur, qui ſcabellis ſuperimponuntur,quo mollior ſit ſeſsio. Iuuenalis, De puluino ſurgat equeſter. Et puluini,areolæ, terra elata inter duos ſulcos in hortis. Habet enim uelut puluinorum in quibus ſedemus ſimilitudinē, propter quòd & torus à quibuſdam dicitur. Plin. lib. 19.cap.14. Areis diſtingui,eaſq; reſupinis puluinorum toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis, quà datur acceſſus homini, ſcatebriſq; decurſus. Hinc puluinulus, diminutiuum. Columella libro de Arborib. capi. 10. Ab inferiori autem puluinuli altiores excitentur. Item puluinus, arena durior, quæ in modum ſaxi lapideſcit. Vitru.lib.5. Puluinus firmiſsimè ſtruatur. Item puluinus, machina, qua naues in portum ſubducuntur.

Pŭluĭs,eris,(κόνις,κονιορτὸς)generis maſc. & fœmin. Dicitur autem puluis (ut quidam putāt) à pellendo, quòd pellatur ui uenti. Apud antiquos etiam puluer dicebatur. Sed ab eo quod eſt puluis, genitiuus erit puluis: à puluer uero, pulueris. Verum in uſu eſt tantum puluis in recto, pulueris in obliquis. Ponitur aliquando puluis pro loco certaminis. Vnde in ſuo puluere currere, id eſt in ſua materia ſcribere. Ouid. in Faſt. Inq; ſuo noſter puluere currat equus, id eſt in argumento Latino ingenium noſtrum ſe exerceat.

Pŭluĭſcŭlŭs,& puluiſculum,(κονίσαλος)diminutiua ſunt à puluis. Et generaliter de omni puluere dici poteſt. Propriè autem ſignificat puluerem illum,quo utuntur puellæ,qui & cinis dicitur. Hinc puluereus.a.um. & puluerulentus.ta.tum.κονιορτώδης)idem ſignificant, plenum ſcilicet pulueribus.

Pūmĕx,icis.d.t.lapis cauernoſus, qui ad corpora leuigāda laudatiſsimus eſt,in mari creſcēs. Verg. 12. Aen. Vt cum latebroſo pumice paſtor. Pumices præcipui ſunt in Aeolijs. Probatio eorum eſt in candore, ac minimo pondere, & ut maximè ſpongioſi, atq; aridi ſint, ac teri faciles, nec in fricando arenoſi.

Pūmĭco.as.a.p.pen.cor. pumice polio, leuigo. κισηρόω. Vnde pumicatum, pumice politum.

Pūmĭcōsŭs.a.um. κισηρώδης)quod pumicis uel naturam uel ſimilitudinem habet, hoc eſt rarum, & cauernoſum: ut, Pumicoſa terra. Et pumicoſus dicitur locus, pumicibus plenus.

Pūmĭcĕŭs, adiect. idem quod pumicoſus. Plautus in Pſeud. Pumiceos oculos habeo, nō queo lachrymas exorare.

Pumĭlis, pen.cor. paruus, nanus. (νάννος.)

Pumilŭs. & Pumilio, authore Placiad. mollis & eneruis dicitur. χαμαίζηλος. Dicitur & Nanus.

Pūnctim, aduerb, ſignificat per punctiones, infixioneſq; gladij, ſiue pungendo. ἐκ διανύξεως. Punctim cæſimq;, prouerbiū à gladiatoribus tractum, qui in hoſtem irruentes, nunc punctim, nunc cæſim lancinant.

Pūnctŭs,cti.maſculino genere, & Punctum, neutro gene. dicitur. σημεῖον, στιγμή. Seneca, Punctum, & adhuc puncto minus, mundi quod incolimus. Plin. lib. 2. Non aliud eſt terra uniuerſa, quàm mundi punctus. Tradunt Geometræ, punctum eſſe corpus indiuiduum, in quo neq; longitudo, neq; latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehenſibilem breuitatem ſui, in partes diuidi non poſſe, quod protractum lineam efficit, id eſt corpus unius dimenſionis. Quandoque tamen

punctum

punctum ſumitur pro temporis uel horæ momento. Cicero, Itaq; ne punctum quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſe. Quandoq; pro ſuffragijs, & fauore, quoniam Veteres ſuffragia non ſcribebant, ſed puncto notabant. Vnde expuncti, (ἀποδοκιμασθέντες) dicebantur » uiles, eiecti, ſiue fauore priuati. Horatius, » Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. hoc eſt, Solus ſuffragia iudicum tulit, qui & utile & dulce ſcripſit, quoniam prodeſſet, & delectaret.

Pūngo, gis. pupugi, uel punxi, punctum, a.t. non ſolum de ferro, ſed de quacunq; alia re dicitur. νύττω, σίζω. Hinc punctio, onis. uerbale, & punctus, huius punctus, idem, ipſe pungendi actus. Huius compoſita ſunt, compungo, quod eſt totum pungo, ferio, ſeu ſigno. Cic. 2. Offic. Compunctum notis Thracijs, diſtricto gladio iubebat anteire. id eſt ſignatum, uel percuſ» ſum. Expungo, foras mitto. ἐξαλείφω. Perſius, Expungam, namq; eſt ſcabioſus, & acri bile tumet Cornutus. Tractum à militibus, qui expuncti dicuntur, dum è militia mittuntur. Repungo, de quo alibi.

Pūnĭcŭs color, ſiue Puniceus, (φοινίκεος) qui eſt coloris rubentis, qui Græcè Phœnicos dicitur. Horat. Puniceis inuecta roſis.

Pūnĭcă mala, (ῥοιαὶ) granata, quæ hoc cognomen ſibi circa Carthaginem uendicauerunt, ubi & multa & inſignia naſci perhibentur. Granata dicuntur, à granis, quibus ſunt referta.

Pūnĭcānŭs, adiect. Vt punicani lecti, apud Cic. pro Mur. id eſt lecti ex Phœnicia.

Pūnĭo, nis. niui. nitum. a.q. quod & pœnio dicitur, quaſi pœna afficio, caſtigo. τιμωρέομαι, κολάζω. Cic. pro Dom. Tu eum ſupplicio puniendum putaſti? Inuenitur & punior deponens apud Cice. pleriſq; in locis. Pro Domo ſua, Crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ poſtulare. Hinc impunitus, non punitus. ἀτιμώρητος.

Pūpă, pæ. puella. uide in Pupus.

Pūpĭllă, ſiue Pupula, æ. f.p. pars oculi parua, qua continetur uis uidendi. κόρη. Cicero. 1. de Nat. Acies ipſa qua cernimus, quæ pupilla uocatur, ita parua eſt, ut quæ nocere poſsint, facilè uitet.

Pūpĭllāris, re. om. t. (ὀρφανικός) à pupillo deducitur. Inde Pupillaris ætas, pupillare negociū, quod ad pupillum pertinet.

Pūppēs, & Puppis, is. f. t. poſterior pars nauis. πρύμνα. Aliquando poëtis ponitur pro naui » tota. Ouid. de Ponto, Dum mea puppis erat » ualida fundata carina.

Pūpĭllŭs, li. m. ſ. à pupus deriuatur, pro impube, qui deſijt eſſe in patris poteſtate uel emancipatione. ὀρφανός. Hiero. Pupillus dicitur, qui non habet patrem. Orphanus, qui nec patrem habet nec matrem.

Pūpŭlă, læ. f.p. idem quod pupilla.

Pūpŭlŭs, & Pupula, dimin. à pupus & pupa. Ca» tullus, Deprehendi modò pupulum puellæ.

Pūpŭs, pi. m. ſ. puer paruulus, tenerior. παιδάριον. Pupa, puella, Auſoni. Barbara quæ Latias uincis alumna pupas. Martia. Pupam ſe dicit Gellia, cum ſit anus. Et à ſimilitudine pupa quoque paruula puellaris imago dicitur. » ἀγαλμάτιον. Perſius, Dicite Pontifices, in ſa» cro quid facit aurum? Nempe hoc quod Ve» neri donatæ à uirgine pupæ.

Pūrgāmĕn, inis. n.t. ſeu Purgamentum, ſordes, quæ ex re aliqua immunda & lurida tergitur, & repurgatur. Græcè καθάρμα, περίψημα dicitur. Col. lib. 1.

Pūrgo, as. a.p. (περικαθαίρω, ῥύπτω) mundo, quaſi purum ago, hoc eſt educo. Per translationē ſignificat excuſare. ἀπολογέομαι. Teren. in Eun. Sed heus tu purgon' me de iſthac Thaidi, Quòd eam me amare ſuſpicata eſt? Purgari rationes dicuntur, quando deciduntur ſuperflua aut obſtantia, collatione facta accepti, & expenſi. Hinc purgatio, uerbale, ipſe purgādi actus. Purgationes fœminarum, pro menſtruis dixit Plin. lib. 20. cap. 4. Huius uerbi compoſita ſunt, Depurgo, Expurgo, perfectè mūdo, ſeu palā excuſo. ἐκκαθαίρω, ἀπολογοῦμαι. Perpurgo, ualde purgo. περιπλύνω. Cato de re Ruſt. Aluū mouebit, & poſtridie perpurgabit ſine periculo. Repurgo, rurſus purgo.

Pūrĭfĭco, as. a.p. mundo, purum facio. ἁγνίζω. À quo Purificatio, & quo nonnulli utuntur Purificus. καθαρτικός.

Pūrĭmē, dixerunt Veteres pro Puriſsimè.

Pūrĭtās, atis. f.t. & munditiā, & inanem ſimplicitatē ſignificat. ἁγνεία, καθαρότης. Cuius contrariū eſt impuritas, turpitudo ſeu improbitas.

Pūro,

Pūro.as.a.p.purū facio,quaſi pus extraho. πυόω, ἐκπυΐσκω. A quo depuro pe. pro. unde depuratū dicimus mundatū. Suppuro de quo ſuo loco.

Pūrpŭră,æ.f.p. (πορφύρα) piſcis ex concharum genere, annis ſeptenis uiuens. Congregatur uerno tempore,mutuoq; attritu lentorē quendam ueluti ceræ emittit, ſed nobilē illum ſuccum ad tingēdas ueſtes in medijs faucibus habet,reliquo tempore ferè ſterilis,cum uita ſuccum emittit, & ideo uiuas capere oportet. Hinc etiam Purpureus color, (πορφυροῦς) dicitur,qui nigricantis roſæ ſplendore ſublucet, cæterorū omnium colorū gratiſsimus, & tingēdis ueſtibus maxime expetitus. Hinc purpureæ ueſtes dictæ ſūt Tyriæ,à loco ubi purpura fit. Quādoq; cæruleus dicitur,præcipuè quando de mari & flumine dicitur,quòd ex altitudine nigrū accipimus.Vnde Verg.8.Geor. In mare purpureū uiolentior influit amnis. Accipitur quandoque purpureus pro pulchro. Verg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Purpura à pelago pelagia appellatur. Purpura,antiquitus erat inſigne Romanorum magiſtratuū,atq; aliquando ponitur pro ipſis magiſtratibus.Martialis, Purpura te felix,te colit omnis honos.

Pūrpŭrārĭŭs.a.um. quod ad purpurā pertinet. πορφυρικός.ut Officina purpuraria,in qua purpura fit. Plin.lib.35.cap.6.

Pūrpŭrāſco.ſcis.n.t.purpureus fio.

Pūrpŭrātŭs.ta.tum. quod eſt purpura ornatū. πορφυροφόρος,περιπόρφυρος.Vnde Purpurati leguntur ij,qui apud principes dignitate anteirēt.

Pūrpŭrĕŭs.a.um.(πορφύρεος)quod eſt totum ex purpura. Inuenitur etiā Purpureus,pro purpurato.Horat.lib.1. Carm. Et purpurei metuunt tyranni.

Pūrpŭrĭſsă,æ.f.p.color qui bombyci mixtus,mulierum genas tingit.ἀνδρείκελον.

Pūrpŭrĭſſo . ſas . a . p . purpuriſſa inficio . (ἀνδρεικελοχρόω.

Pūrpŭrĭſsŭm,ſi. n. ſ. genus coloris factitij, quo genas oblinunt mulieres, & quo utūtur pictores,& cū purpuris pariter tingitur.Hoc Græci uocant ἀνδρείκελον.

Pūrpŭro , as . n . p . purpuræ colorem habeo, ſiue reddo.

Pūrŭlēntĭă.æ.f.p.ipſa puris plenitudo, uel uulnus plenum pure. ὁ πυῶδες.

Pūrŭlēntŭs,a.um. (πυώδης) quod pure ſiue ſanie plenum eſt.ut Aures purulentæ. Hinc Purulentè,aduerbium.

Pūrŭs. ra. rum. mundum ſine ſorde, (καθαρός, ἁγνός.)Hinc pura ueſtimēta. Et purè lautum, quod aqua pura lotū erat. Et purum aurum, quod expurgatum coctumq; eſſet. Hinc pura oratio, quæ facilè aſſenſum auditorum ineat. Pura haſta, à Verg. 6. Aene. quæ eſt ſine ferro. Pura uaſa,dicuntur, quæ ſunt ſine emblemate, ſine celatura & incruſtatione. Hinc purè & puriter, aduerbia. Huius cōtrariū eſt impurus,quod modò ſordidū,cōtaminatumq; ſignificat.Modò improbum. Terent. Mei loci atq; ordinis hominem haud impurum.

Pūs,puris.gen.neut.ſanies eſt,& quicūq; humor in putredinem uerſus. πύον. Mouere pus,eſt pus excitare & extrahere.

Pūsă,pro puella apud antiquos accipiebatur.

Pūsĭllănĭmĭs,me.om.t.qui eſt puſilli animi,quē Græci ἄνανδρον,μικρόψυχον dicunt, cui contrarium eſt magnanimus. A quo Puſillanimitas.μικροψυχία,& Puſillanimiter aduerb.

Pūsĭllŭs.li.m.ſ.diminut.eſt à puſio. id eſt paruulus. τυτθός. A quo fit aliud dimin.Puſillulus.

Pūsio,onis. m. t. paruus puer. παιδίον. Veteres enim puſum & puſam,pro puero & puella uſurpabant. Capitur tamē ferè ſemper pro maſculo ſcorto.

Pūſtŭlă,æ.f. p. eſt ſpecies occultæ uomicæ,ſiue tuberculum in ſummitate cutis naſcens,& uerruca,quam ampullam uocamus.Puſtulæ ſunt apud Celſum li.5.id genus morbi,quod uariolas & rubeolas uocāt,morbus in ætate puerili maximè eueniens,ut inquit ille,rarò in medio corpore,ſæpe in eminentibus partibus. Bud. Hinc Puſtulatus, adiectiuū, puſtulis plenus.

Pūſtŭlātŭm argentum,(ἀργύριον φλυκταινῶδες) à puſtulis dicitur,quæ in argento cælato in aſpredinem quandam exciſæ uiſuntur, ſicut puſtulæ in corpore oriuntur, ſimiles illis puſtulis, quæ ex uerruca uel ex ſudore naſcuntur. Tranquillus in Nerone, Puſtulatū argentum poſuit pro purgatiſsimo & excoctiſsimo,cuiuſmodi aurum obryzum à Græcis appellatur.

Pūsĭlă,æ.f.p.eſt tumefact.ꝰilla leuis,quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, quā Feſt. betam

quoq;

quoq; uocari ſcribit, quod pro re nullius precij ponitur. Puſula etiã morbi genus, qui alio nomine dicitur ſacer ignis. Puſuloſus, qui eo morbo laborat.

Pŭtāmĕn, inis. n. t. rerum repurgamentum. κέλυφος, ἔλυτρον. Nam quicquid ex aliqua re proijcitur, putamen appellatur.

Pŭtātĭo. onis. repurgatio arborum ac uitium.

Pŭtĕāl, alis. n. t. prætoris tribunal, uel ſubſelliũ dicitur. Et tegmen quo cooperitur puteus.

Pŭtĕālis, & hoc. le. om. t. quod ex puteo eſt. φρεάτιος. Ouid.

Pŭtĕānŭs. a. um. (φρεατικὸς) eiuſdem ſignificationis. unde aquam puteanam dicimus.

Pŭtĕārĭŭs, rij. m. ſ. qui puteos fodit. φρεωρύχος.

Pŭtĕo, putes, putui. n. ſ. μυδάω) fœteo, & mali odoris ſum. Hinc puteſco, mali odoris fio. Infrà legitur putiſco.

Pŭtĕŭs, ei. m. ſ. qui perpetuas habet aquas (ut docet Auguſtinus) & de uiuo fonte manantes. φρέαρ. Dictus quòd puteat ex alumine, & ſulphure ſæpe, dum cauatur. Huius diminutiuũ eſt Puteolus. φρεάτιον. Putea plurali numero, & genere neutro, dixit Varro, teſte Nonio.

Pŭtĭdăm orationem. σαπρὸν λόγον. dicimus per metaphorã, quæ auribus auſtera, inſuauis, & (ut ita dicam) rancida eſt.

Pŭtĭdŭs. a. um. pe. cor. & Pŭtŭlĕntŭs. a. um. quod eſt mali odoris. μυδαλέος, σαπρός. Nonius, Putidum non ſolũ ab ore fœtido & graui, quod naribus probatur, ſed etiam quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum, putidum dici poſſe authoritas uetuſtatis admiſit: ut putida oratio. σαπρὸς λόγος. Hinc Putidulus & Putidiuſculus, diminutiua. Hinc quoq; Putidè, aduerbium, inſuauiter, auſterè, rancidè.

Pŭtillātŭm aurum. χρυσίον πεψυγμένον. id eſt purgatum, apud Iureconſultos. Putum enim purum dicebant Veteres.

Pŭtiſco, ſcis. n. t. putidus uel mali odoris fio. δυσωδιῶμαι. Cic. lib. 5. de Fin. Non inſcitè illud dictũ uideatur, inſuauẽ animum illi pecudi datum pro ſale, ne putiſceret. Idẽ Puteſco.

Pŭtĭtĭŭs, pro ſtultò à Plauto ponitur.

Pŭto. as. a. p. propriè ſignificat falſa, ſuperflua, & infructifera ex quacunq; re à ueris & fertilibus reſeco, & purgo, & deputo. καθαίρω. Hinc putari arbores & uites. ἀμπελουργεῖσθαι dicũtur. et arborũ pargatores, putatores (τρυγηταὶ δένδρων.) dicuntur. Ratio quoq; putari dicitur, in qua ſententia pura ſit. Hinc factum, eſt ut putare pro cogitare, & conſyderare, (οἴεσθαι, νομίζειν) capiatur. Cogitando enim reſecamus mente, quæ falſa, aut inutilia ſunt, & quod uerum ac bonum eſt, huic cogitãdo hæremus. Ter. in Eun. Dum hæc puto, præterij imprudens uillã. Vnde putare rem dicimur, hoc eſt diſputare de re, & declarare quid res ipſa uelit. σκοπεῖν. Terent. in Adel. Mitto maledicta omnia, rem ipſam putemus. Interdum aptare. Titius, Da penſam lanam, qui non reddet tempori putatam, rete facite, ut multetur malo. Interdũ æſtimare, iudicare. νομίζειν. Ter. in And. Recte putas. Compoſita ſunt, Amputo à quo Peramputo, Cõputo, Diſputo, Exputo, Imputo, (προσλογίζομαι) quod eſt quaſi intus annumero, cõpenſo. Et imputare, eſt aſcribere, attribuere, et culpã dare. αἰτιᾶσθαι. Imputatus uero, ta. tum. pro nõ amputato ſumitur. Interputo, hoc eſt quod inutile uidetur è medio puto. διακαθαίρω. Opputo, Circumputo. περικαθαίρω. Plinius libro 17. Opputatur autem, quicquid proximo tulit fructum. Perputo, perfectè puto, declaro, & uti dici debet profero. διασαφέω. Reputo, rurſus ſeu ſæpe puto, retracto, quod dicimus cogito, & recogito, ſeu multum conſydero, ac mecum uoluo. ἀναπολῶ, ἀναπεμπάζομαι. Liuius libro 1. Qui ſis, non unde natus ſis, reputa. id eſt, bene conſydera. Et reputare, eſt computare. ἀναλογίζεσθαι. Vlpian. Item ſumptus litis tutor reputabit. Supputo, calculo numero. λογίζομαι. & omnia habent pen. corr.

Pŭtŏr, oris. m. t. δυσωδία. Cat. cap. 157. Ea omnem putorem adimet.

Putrefăcio, is. a. t. reſoluo, corrumpo, putre aliquid facio. σήπω, τήκω.

Putrĕo. tres. n. ſ. marceo, & in pus ſoluor. σήπομαι. Pacuuius, Annis & ætate hoc corpus putret.

Putrēſco. is. n. t. putridus fio. κατασήπομαι. Huius compoſita ſunt, Computreſco, Imputreſco. intus reſoluor. ἐνσήπομαι. Colu. lib. 6. Cum imputruit, conteritur.

Putris, & hoc. tre. om. t. quod eſt corruptum, ac reſolutum. σαπρός. Ver. 1. Geor. Et Zephyro pu

Digitized by Google

ro putris ſe gleba reſoluit. Super quo Seruius, Putris gleba, ſolubilis. Hinc Putridus. a. um. Cic. in Piſon. Non dentes putridi deceperunt. Et putredo. dinis. (σαπεδὼν, σῆψις) corruptio, reſolutio.

Pūtŭs, a. um. idem quod purus. καθαρὸς. unde Putum argentum. id eſt purgatum. Plura uide apud Gell. lib. 5. cap. 6.

P ANTE Y.

Pȳcnŏſtȳlŏn, li. n. ſ. (πυκνόστυλον) ædificium in quo ſunt denſæ columnæ.

Pȳcnŏcŏmŏn, mi. n. ſ. herbæ nomē, de qua Plin. lib. 26. cap. 8.

Pȳctās, (πύκτας) Græci uocant pugiles. Hinc pyctale, pro certamine. Seruius, appellat pugnam cæſtuum. Hinc Colum. lib. 8. cap. 2. Gallinaceum pugnacem pycten uocat. Dicimus igitur pycta. ctæ. uel Pyctes. ctis.

Pȳctātĭŭm, tij. n. ſ. (πυκτάκιον) apud Lamprid. in Alexand. uita, dicitur album. hoc eſt tabella dealbata, in qua nomina iudicum ſelectorum deſcribebantur, decurionum, & pontificum. Aliud eſt Pittacium, de quo ſuprà.

Pȳgă, æ. f. p. (πυγὴ) dictio Græca, ſignificat extremam partem, tam anteriorem, quàm poſteriorem. Hinc eſt quòd & membrum, & nates ſignificat. Trunci enim extremum utrunq; eſt.

Pȳgărgŭs, gi. m. ſ. (πύγαργος) capra quædam ſylueſtris, non diſsimilis damis. Plin. lib. 10. ca. 3. pro quodam aquilarum genere accipit: Secundi generis (inquit) pygargus in oppidis manſitat, & in campis, albicante cauda. Ex πυγὴ nates, & ἀργὸς album.

Pȳgĭſtæ, arum. m. p. (πυγισαὶ) dicūtur puerarij, & emaſculatores, quando libido præpoſtera uirilem animum effœminat: à contrectandis natibus ſic appellati.

Pȳgmăchĭă, æ. f. p. (πυγμαχία) cæſtuum pugna. πυγμὴ enim cæſtus dicitur.

Pȳgmăchŭs, chi. m. ſ. (πύγμαχος) pugil.

Pȳlă, læ. f. p. πύλη Latinè porta. Cic. Att. lib. 5. Iter in Ciliciam fecit per Tauri pylas.

Pȳră, æ. f. p. (πυρὰ) lignorum congeries. In his cremari corpora antiqui conſueuerunt.

Pȳrăcănthă, herba apud Dioſc. lib. 1. cap. 15.

Pȳrălĭs, (πυραλὶς) pennata beſtiola, magnitudine muſcæ, ex igne proueniens. Vnde & nomen: à quibuſdam Pyrauſta, (πυραυστὴς) appellatur. Quandiu eſt in igne, uiuit, cum euaſit longiore paulum uolatu, tunc emoritur. uide Plinium lib. 11. cap. 36.

Pȳrămă, lachrymæ genus eſt ex metopio arbore ſtillans. eſt enim pingue, & reſinoſum.

Pȳrămĭs, idis. f. t. πυραμὶς. moles maxima, quadrata, ita conſtructa, ut è lato in acutū tendat in formam flammæ, quæ latior ſurgens, in acutum deſinit, quales Romæ adhuc extant duæ, iam uetuſtate fatiſcentes. Dicta pyramis, quòd flammæ ſimilitudinem habeat, uel à lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabatur, ab ignea quadam uarietate. πῦρ enim ignis dicitur. ποικίλος uarius. Vide Plini. libro 36. cap. 5. Hinc Pyramidatus, adiectiuum quod in pyramidis formam factum eſt. Cicero 1. de Nat. Deor. Quædam pyramidata, & curuata quædam, & quaſi adunca.

Pȳrătĭŭm, tij. n. ſ. genus potionis, quod ex pyris factū creditur, & loco uini ſumebatur. ἀπίδιον.

Pȳrauſtă, (πυραύστης) uide in Pyralis. Præter ea quæ in dict. Pyralis dicta ſunt, pyrauſta apud Ariſtot. uermiculus eſt, & quem clerum uocat, aranei ſpecie, nocens fauis.

Pȳrēnēs, num. m. t. pen. pro. ſunt ceraſorum oſſa ſeu baccæ, apud Ariſt. lib. 2. Meteorū in fine.

Pȳrĕthră, æ. f. p. (πύρεθρον) herba medicinalis, linguam adurens & mordicans. Eius folia in acetarijs probantur, radice utuntur pigmentarij. Pyrethrū Macer uſurpat in neut. gen. alij quoq; permulti. Plin. lib. 28. cap. 9. Dioſc. lib. 3. cap. 841.

Pȳrĕtŭs, (πυρετὸς) febris ab incendio appellata, quemadmodum apud nos febris à feruore.

Pȳrgŏbărĭs, (πυργόβαρις) turris, uel domus in modum turris ædificata.

Pȳrgŭs, gi. m. ſ. (πύργος) Latinè turris dicitur, quòd fulgureis ignibus feriri turres conſueuerunt. Eſt & uaſis genus luſoriū, quæ à Martiale turricula, à Perſio orca, ab alijs uerò Fritillum dicitur, quò conijciuntur tali. Eſt præterea ordo quidam militaris, quadringentos uiros cōtinens, & turma equeſtris. Sunt qui pyrgum dicant ἀπὸ τοῦ πυρὸς. quia tendat in acutū.

Pȳrĭăſĭs, is. f. t. (πυρίασις) fomentum contra pyretum febrim.

Pȳrĭcauſtă, n. ſ. (πυρίκαυστα) Latinè ambuſta dicuntur.

cuntur. hoc eſt aduſtiones, & aduſta.

Pȳrītēs, (πυρίτης) lapis, quòd plurimus illi ignis ſit. Hunc nos ignarium dicimus, quidam etiã uiuum uocant, qui clauo uel altero percuſſus lapide, ſcintillas edit. Eſt & alius pyrites, æris ſimilitudine in Cypro reperiri ſolitus, & circa Acarnaniam, cuius uſus in medicina non paruus eſt. Plin. lib. 36. cap. 19.

Pȳrŏbŏlārĭi, orum. m. ſ. (πυροβολῖται) ſunt iacula tores pyrobolorum.

Pȳrŏbŏli, (πυρόβολοι) pen. cor. ſunt tela ignita, & ardentia, quæ cum flamma mittuntur.

Pȳrrhichĭūs, (πυῤῥίχιος) genus pedis, qui conſtat ex duabus ſyllabis breuibus, dictus à Pyrrho qui primus uictoria potitus, frequentibus pyrrhichijs laudatus ſit.

Pȳrrŏcŏrāx, acis. m. t. (πυῤῥοκόραξ) auis luteo roſtro, nigra, præcipuo ſapore, nomen habet à colore roſtri. uide Plin. lib. 10. cap. 48.

Pȳrōdēs, eſt lapis, qui & pyrites dicitur.

Pȳrŏmāntĭă, (πυρομαντεία) uide in Magia.

Pȳrŏpœcilūs. πυροποίκιλος. uide in Pyramis.

Pȳrrhĭchă, chæ. ſiue Pyrrhiche. ches. f. t. πυῤῥίχη. ſaltatio Græcanica, quam Pyrrhus in Creta primus inſtituit, ut lib. 7. ſcribit Strabo & libro 10. docet pyrrhicham repertam fuiſſe à Pyrrhicho, pro iuuenibus ad diſciplinam militarem exercendis.

Pȳrrhĭchārĭi. πυῤῥιχίται. dicuntur ſaltatores pyrrhichidæ.

Pȳrūs, ri. f. ſ. ὄχνη, ἄπιος. arbor. Pyrum. ἄπιον. fructus, dictum quòd ad ſimilitudinem pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ ſimilitudinem reddens. Pyrus. πυρὸς. etiam Latinè frumentum dicitur. De pyris multa uide apud Plin. lib. 15. cap. 15.

Pytiſma, atis. n. t. (πύτισμα) leuis ſputi irroratio, ab πυτίζω, quod eſt ſputo leui & crebro irrorare. Sunt qui ſcribant pityſma cum y in ſecunda. Iuuen. Qui Lacedæmonium pityſmate lubricat orbem. id eſt qui lubricat anulum ſputo. Alij pytiſma, quod magis probo.

Pȳxăcānthă, (πυξάκανθα) medicamẽtum quoddam, à buxo cui ſimilis eſt folio.

Pȳxis, idis. f. t. (πυξὶς) Græcum nomen eſt à buxo, quod Græcè πυξὸν, Latinè buxum, uaſculum è buxo, quanquam, ut docet Quint. lib 8. capite 6.) pyxides pro uarietate uſuum cuiuſcunq; materiæ eſſe poſſunt. Plin. lib. 18. cap. 11. Primori ineſt pyxis ferrea. Huius diminut. eſt pyxidicula. πυξίδιον. in qua aromata continentur. Celſus lib. 6. A pyxide etiam pyxidatum. πυξιδωτὸς. dicitur ad effigiem pyxidis formatum. Plin. lib. 31. cap. 6. Commiſſuris pixydatis.

DE LITERA Q.

Q Litera muta eſt, ſuper uacua dicitur, ſicut & k. quoniam c poteſt implere earũ uocabulum, & propter nihil aliud ſcribenda uidetur, niſi ut oſtendatur ſequens u, ante alteram uocalem in eadem ſyllaba poſitum perdere uim literæ in metro, & ut pinguior per eam ſonus habeatur, quàm c haberi poſſit. Quod ſanè terminatio ipſius q, & neceſſaria conſequentia alterius u, poſt illud, & ante alteram uocalem indicare poteſt. Nunquam enim in eadem ſyllaba uocalem poſt q ponere poſſumus, cum inter q & uocalem interponamus u, ut qualis, queror, ſequitur, loquor, quũ (ut Victorino placet) quamuis hoc nonnulli per unum u ſcribi uelint. Transfertur autẽ q in c, ut loquor locutus, ſequor ſecutus: in ſ, ut torqueo torſi: in x, ut coquo coxi.

Q ANTE V.

Quā, (πῆ, ᾗ, ᾗ ἂν) aduerbium, modo ſignificat per quem locum. Verg. Dic mihi quà ſit iter. Modò in quantum, ſiue quatenus. ἐφ᾽ ὅσον. Seneca, Hominem quippe quà animal eſt, moueri ſenſu oportet. Modò partim, uel tum. Plin. Epiſt. 5. lib. 3. Medium tempus diſtentum impeditumq;, quà officijs maximis, quà amicitia principum egiſſe. Verg. Quà facere id poſſit, noſtram nunc accipe mentem. id eſt qua ratione. & Ouid. in Epiſt. Quà patet umbroſum Rhodope glacialis ad Aemum. id eſt qua parte.

Quădāntĕnūs, (ἐπί τινος, μέχρι τινός) pe. cor. uſq; ad quandam partem ſiue aliquantulam. Plin. lib. 26. ca. 10. Tria autem genera eius, latum, & alterum longius, quadantenus rubens.

Quadră, æ. f. p. (πίναξ) menſarium inſtrumentum, ex ſtanno uel argento, ſuper quod dapes ſcindũtur, ſiue opponũtur ſciſſæ, quòd quadrata forma

ta forma fieri ſoleat, ueluti rotunda repoſitoria orbes dicimus, qui uulgò inciſoria dicuntur. Fitq; aliquando etiam ex pane. Verg. 2. Geor. Patulis nec parcere quadris. Sunt qui dicant quadram panis fragmentum, ſiue fruſtum eſſe, quia olim apud Rom. quadrati panes dicerētur. Mart. Cum mittis turdumq; mihi, quadramq; placentæ.

Quadrāgēſimă, æ. f. p. (τεσσαρακοστὴ) abſolutè dicitur pro quadrageſima parte. Suet. De Calig. Pro litibus atq; iudicijs ubicunq; cōceptis quadrageſima ſummæ, de qua litigāretur, exigebatur. Sic dicimus decimam, uigeſimā, quinquageſimam, centeſimam.

Quadrāgēnāriŭs, a. um. numeri eſt multiplicatiui. Quadragenarius lapis. id eſt quadraginta librarum, ſic in alijs menſuratis. Quadragenarius homo. id eſt quadraginta annorum. Sic in alijs, ubi ætatem inquirimus. Grex quadragenarius, eſt quadraginta capitum, ſic cum alijs collectiuis numerum incertum complectentibus. Liuius 7. ab Vrbe, Quadragenariæ octo cohortes, lecta robora uirorū ſcribuntur. Quadragenariæ cohortes. id eſt quadraginta uiros continentes.

Quadragenus, numeri diſtributiui eſt, ponitur tamen aliquando pro cardinali. Verg. Gurgite ſepteno rapidus mare ſummouet amnis. id eſt ſeptem gurgitibus. Quadrageſimus, adiectiuum eſt numeri ordinalis.

Quadrāgintā. (τεσσαράκοντα) quaſi quater decem, adiect. eſt numeri cardinalis.

Quadrāngŭlŭs, a. um. adiect. quod habet quatuor angulos. τετράγωνον.

Quadrāns, antis. m. t. (τεταρτημόριον, κοδράντης) genus nummi, quòd ſit quarta pars aſſis, hoc eſt unciæ tres. unde & triuncis, uel triunx dicitur. Iuuenalis, Nam ſi Pieria quadrās tibi nullus in arca Oſtendatur. Quadrans operæ, apud Colum. lib. 2. cap. 4. eſt quarta pars operæ. Eſt & quadrans genus ponderis, apud Plin. lib. 18. Hinc quadrantalis. & hoc. le. id eſt, quarta pars pedis. Et quadrantarius, a. um. adiect. ut, Quadrantaria mulier dicitur per contemptum, quæ accepto quadrante, hoc eſt uili precio, proſtat ad omnes.

Quadrāntăl, alis. n. t. (κύβος) figura eſt, quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ, quibus in alueolo luditur. In quamcunq; enim partem incubuerint, immotam habēt ſtabilitatem. Eſt & genus uaſis pedem quadratum habens. ἀμφορεύς. & cōtinet 48. ſextarios. Plautus, Anus hæc ſitit. Quantillum ſitit? Modica eſt, capit quadrantal.

Quadrāriŭs, adiect. ut uas quadrarium, hoc eſt ex quadrato lapide factum, ut contractius ſit. Cato cap. 18.

Quadrātă ſtatura, (εὐφυεστάτη) dicitur, quæ nō eſt nimis longa, ſed quodam mediocritatis temperamento decora. Vnde Suet. ſcribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.

Quadrāti boues, à Col. lib. 6. cap. 1. dicuntur grādibus membris formati, & quod uulgò dicūt, bene membrati.

Quadrātŭm, ti. n. ſ. πλαίσιον, τετράγωνον. figura eſt rectas, atq; æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habens.

Quadrātūră, æ. f. p. ipſa quadratio. (τετραγωνισμός.) Vnde Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.

Quadrĭcōrnĭŭm, nij. n. ſ. dicimus quod quatuor cornua habet. τετράκερων.

Quadrĭdēns, entis. om. gen. quod quatuor habet dentes. Cato cap. 10. Rutra quinq;, raſtros, quadridentes duos.

Quadrĭdŭŭm, ui. n. ſ. quatuor dierum. τεσσάρων ἡμέρων. à quo Quadriduanus. a. um. uide in quatriduum.

Quadrĭennĭŭm, nij. n. ſ. ſpacium quatuor annorum. τετραετία. Cic. ſ.

Quadrĭfārĭăm, aduerb. quadripartitò, in quatuor partes. τετραχῶς.

Quadrĭfĭdŭs, a. um. pen. cor. quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt. τετράσχιστος. Verg. 4. Georg. Quadrifidasq; ſudes, & acuto robore uallos.

Quadrĭfŏrĭs, & hoc. re. om. t. quod quatuor fores, ſiue foramina habet. Plin. lib. 11. cap. 21. Veſpæ nidos uere faciunt ferè quadrifores.

Quadrĭformĕ, quod habet quatuor formas.

Quadrīgă, æ. f. p. (τέθριππος) penul. prod. quaſi quadriiuga, à quatuor equis, quibus iungebatur, appellata eſt. Gell. lib. 19. cap. 8. Quadrigas Cæſar, etiam ſi currus unus equorum quatuor iunctorū agmen unum ſit, plaratiuo numero ſemper dicendas putat. Aliquādo qua-

drigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. Col. lib. 3. cap. 9. Sacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiũt. Hinc quadrigula, diminut. Cice. de Fato, Aut Philippus haſce in capulo quadrigulas uitare monebatur.

Quadrīgārĭŭs, rij. m. ſ. (τεθριπποελάτης) *qui quadrigas in Circenſibus agebat, inquit Aſcon. Eſt & nomen proprium authoris, ſæpe à Gellio citati.*

Quadrĭiūgi, *orum. m. ſ. ſiue Quadrijuges, pen. corr. equi quaterni ad unum iugum alligati.* τετράζυγοι. *Sic bijugi, trijugi, & ſeiugi, cum duo, uel tres, uel ſex equi ad unum iugum adhibentur. Verg. Quadrijugo uehitur curru. Idem alibi, Quadrijuges in equos, aduerſaq; pectora tendit.*

Quadrīgātŭs, *ti. m. ſ. numus erat argenteus, quadrigæ imaginem habens impreſſam, ſicut Bigatus, qui bigarum notam habebat. Plin. lib. 3. cap. 3. Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ, & inde bigati & quadrigati dicti.*

Quadrīgĕmĭnŭs, *adiect. Plin. lib. 8. cap. 33. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina, quorum motu, &c. Id eſt quatuor cornicula.*

Quadrĭlătĕrŭm, *quod habet quatuor latera.*

Quadrilibris, & *hoc. bre. quod eſt pondo quatuor librarum. Plaut. Aul.*

Quadrĭlinguĭs, *qui quatuor linguas habet: uel modò unũ modo aliud loquitur.* τετράγλωσσος.

Quadrĭmēmbrĭs, *quatuor partium.*

Quadrīmŭs, *a. um. quod habet quatuor annos. à quo fit dimin. quadrimulus. la. lum.*

Quadrĭmātŭs, *us. ætas quatuor annorum.*

Quadrĭngēnti, *orum. m. ſ.* (τετρακόσιοι) *quater centum, numeri cardinalis eſt. Hinc quadringenties, aduerbium. Et quadringenteſimus, numeri ordinalis. & quadringenus, numeri diſtributiui, uel ut nonnulli legunt, quadrigeni, aut quadriceni.*

Quadrĭnōctĭŭm, *quatuor noctes.* τετρανυκτία.

Quadrinus, *adiect. dicitur ut trinus.*

Quadrĭpērtĭŏr, *iris. d. q. in quatuor partes diuido.* τετραχῶς μερίζω. *unde Quadripertitum, in quatuor partes diuiſum.*

Quadrĭpērtĭtō, *aduerbium, ſignificat in quatuor partes.* τετραχῶς.

Quadrĭrēmĭs, *is. f. t. pen. pro. nauis, quæ quatuor remorum ordines habet.* τετράηρης.

Quadrĭsȳllăbŭm, *bi. n. ſ. quod ex quatuor ſyllabis conſtat.* τετρασύλλαβον.

Quadrĭuĭŭm, *uij. n. ſ. dicitur ubi quatuor uiæ cõueniunt.* τετράοδος.

Quadro, *as. n. p. in quadrum redigo.* τετραγωνίζω. *Per translat. ponitur pro conſentire, & ex omni parte conuenire. Tractum à lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter ſe optimè conueniunt.* ἁρμόζειν, συνάδειν, ἐπιβάλλειν, εὐθετεῖν. *Apul. Vt omnia ad calamitatem quadrarent. Summa rationũ quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua. id eſt cum æqualis eſt ſumma accepti & expenſi.*

Quadrŭm, *dri. n. ſ. idem quod quadratum. id eſt quod rectas atque æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habet. Col. lib. 8. cap. 3. Perticæ dolantur in quadrum. In quadrum ſententias redigere, hoc eſt æqualiter fundere, & ſuo numero ſeruato æqualiter diſponere.*

Quadrata cõpoſitio. id eſt æqualiter fuſa. Forma enim quadrata, nulla eſt ex parte neq; longior, neq; breuior.

Quadrŭpĕdo, *as. n. p. pen. cor. quatuor pedibus gradior.* τετραποδίζω. *Vnde quadrupedantia animalia, quadrupedia dicuntur. Vergil. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.*

Quadrŭpēs, *dis. om. t. quod quatuor pedes habet.* τετράπους. *Hinc quadrupedus, da. dum. Verg. 7. Aeneid. Saucius & quadrupes nota intra tecta refugit.*

Quadruplātōrēs, *m. t. à quadruplo. as. uel quadruplor.* ἐνδεῖκται, συκοφάνται, σιτοκλέπται*. Aſcon. Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proſcriptorum bonis quos detulerant, conſequebantur.*

Quadruplēx, *icis. om. t.* (τετραπλοῦς) *quadruplo, & quadruplico.* τετραπλασιάζω. *à quater ſiue quatuor, numeri eſt multiplicatiui.*

Quadruplŏr, *aris. d. p. quadruplaturã exerceo, ſiue delator fio, & damnati quartam partem accipio.* φαίνω, ἐνδείκνυμι.

Quadruplŭs, *a. um. quod eſt quatuor.* τετραπλοῦς.

. πλάσιος. à quo quadrupliciter, & quadruplico.cas.

Quadrũs,ra.rum.quod eſt quadratum τετράγωνος.uide in Quadrum.

Quǣ,(ἥτις) nomen relatiuum, cum æ diphthongo ſcribitur cum omnibus compoſitis,ut differat à Que coniunctione,ut quænam,quæque, quædam,quæuis,quæcunq;,quælibet, & cætera huiuſmodi.

Quǣcũnquē.ἅττα.uim relatiui in ſe continet:ut, Feci quæcunq; iuſſiſti. Aliquando ſimpliciter,& ſignificat omnia.ὅσα.

Quǣrcerus,a.um.pen.cor.quod eſt frigidũ cum tremore.Lucil. Lactans me ut febris quærcera. Et Feſtus ait,antiquos quærceram dixiſſe grauem & magnam.

Quǣrcēūs. a. um. (δρύϊνος) idem quod quærnus.a.um:ut,Quercea corona,Seruius.

Quǣrcĭcũs,a.cum. quod ex quercu eſt. δρυϊκός.

Quǣrcũs,cus.f.q. (δρῦς) dicitur,quòd id genus arboris graue ſit, ac durum, tum etiam quòd in ingentem euadat amplitudinem. & tam ſecundæ,quàm quartæ declinationis eſt.

Quǣrĭto,as.frequent.ſignificat inſtanter quæro. ἐπιζητέω,περιποιοῦμαι.Et propriè de ijs dicitur, qui quotidie inquirendo uix uictum inueniũt, ut inquit Don. Plaut. Qui inops & ſordibus quæritando alit familiam.id eſt oſtiatim quærendo uictum,quod mendici faciunt,qui & rogatores dicuntur. Plaut. Vt rogator oſtiatim petam panem.

Quǣrnēũs,a.um.poſſeſſiuũ,idem eſt quod quærceus.Col.lib.6.

Quǣrnũs, a. um. quod eſt ex quærcu. δρύϊνος. Vergil.1. Georg. Sed tamen & quærnas glandes.

Quǣro,ris.quæſiui.itum. & quæſtum per ſyncopen,ex quæ & res cõponi uidetur.ζητέω. Nam propriè quærere eſt, quæ ſit res aliqua, quam ignoramus,inueſtigare. Et dicimus,Quæro te hanc rem,& quæro te de hac re,& quæro hanc rem abs te. Quæro rem, inueſtigo ueritatem. Terent.in Adelph. Quære rem,imò extorque. Huius uerbi compoſita mutant æ in i productum,quæ ſunt acquiro, inquiro, circumquiro. Conquiro. ἀναζητέω. quod eſt undequaq; quæro. Diſquiro συζητέω.quærendo diſcerno. Exquiro, inquiro, inueſtigo, quaſi bene intus quæro. Perquiro,inueſtigo.Requiro,de quo infrà.

Quǣrquētũm,ſiue Quærcetum, ti.n.ſ.locus ubi conſitæ ſunt quercus. δρυμὸν. À quærqueto aũt dicuntur quærquetulanæ Nymphæ,quærqueto præſidentes.

Quǣſītŏr,oris.m.t.iudex quæſtionis,prætor,uel iudex,qui iudiciũ exercet, uel qui præeſt quæſtioni rerum capitalium,& de repetundis.

Quǣſo, (αἰτοῦμαι) primam perſonam indicatiui tantum habet. Quæſere tamen apud Salluſt. & Cic.legitur. Modò quæſo ac quæſumus dicimus pro rogo.Sunt tamẽ qui declinẽt,Quæſo,quæſis,quæſi,quæſum,uel ſecundum Probũ quæſiui,quæſitum.Lucret. lib.1. præſenti uſus eſt,Ni diuûm pacem uotis adit, & prece quæſit.Huius frequentatiuum eſt quæſito.as. Priſcianus,Quæro, quærito differentiæ cauſa facit,quia à quæſo quæſito fit.

Quǣſtĭcŭlũs, dimin. ſignificat paruum lucrum. κερδάλιον. Cic.lib.2.De Or.

Quǣſtio,onis.f.t. à quæſtum ſupino fit. ζήτημα, ἐρώτημα.& quandoq; ſignificat dubitationem, ſiue interrogationem. ut quæſtio eſt, an mundus æternus ſit. Eius diminutiuum eſt quæſtiuncula. ἐρωτημάτιον. parua interrogatio, uel dubitatio. Quandoq; ſignificat controuerſiam. κρίσις. ut apud Rhetores. Significat & quæſtio id, quod uulgò informationes dicimus.Cic.pro Milone,Num quæ noua quæſtio decreta eſt? Quandoq; torturam, & corporis dolorem.βάσανος.qui datur alicui facinoroſo ad eruendam ueritatem,ſicut in iudicijs.

Quǣſtĭōnārĭi,ſunt inquiſitores,examinatoresq;.

Quǣſtŏr,oris.m.t.(ταμιεύς,ταμίας) præpoſitus pecuniæ publicæ,hoc eſt,qui curam ærarij habet,eiusq; pecunias expenſas & acceptas referre in tabulas publicas cõſueuerat.Pro eo nunc præfectos ratiocinariorum habemus,quos magiſtros cõputorum uocamus. Hic urbanus dicebatur,qui etiam uectigalia exigebat à prouincijs. Quæſtor quoq;, qui imperatoris uice fungitur in exercitu. Et hic erat primus honoris gradus apud Romanos. Item quæſtor, qui præeſt iudicijs exercendis, & maleficijs puniendis. ὁ ἀνακρίνων. quem maleficiorum iudicem appellare ſolemus, qui & quæſitor uocatur. Verg. Quæſitor Minos urnam mouet. Dictus quæſtor à quærendo, qui conquireret

reret publicas pecunias, & maleficia, quæ triumuiri capitales nunc cõquirunt. Ab his poſtea qui quæſtionẽ & iudicia exercent, Quæſtores dicti.

Quǣſtōrĭŭs, a. um. quod ad quæſtorem pertinet. ταμιευτικὸς. ut Quæſtorium officium.

Quǣſtōrĭŭs, rij. m. ſ. qui quæſtor fuit, ut uir quæſtorius. ταμιεύσας. Cic. 13. Phil.

Quǣſtŭārĭŭs, a. um. o. ſ. qui quæſtus gratia artẽ aliquam exercet. χρηματιστικὸς, φιλοκερδής. & Quæſtuariæ artes, quæ lucri gratia exercẽtur.

Quǣſtŭōſŭs, a. um. ἐγκερδὴς, κερδαλέος. idẽ quod lucroſus: ut quæſtuoſus homo, qui lucri cauſa auidior undiq; lucella quæritat.

Quǣſtūră, æ. f. p. quæſtoris dignitas, ſicut à prætore prætura. ταμιευτικὴ ἀρχὴ, ταμεία.

Quǣſtŭs, ſtus. & ſti. m. ſ. & q. (πόρος, πορισμὸς, ἐργασία, κέρδος. Datiuum & ablatiuum plurales facit quæſtibus, ſignificatq; lucrum nummarium. Eſt enim lucrum amicorũ & gloriæ & ſcientiæ. Interdum ponitur pro actione ipſa atq; artificio lucrandæ pecuniæ. Quint. Nam ut lingua primum eſſe cœpit in quæſtu.

Quālis, le. om. t. (οἷος) relatiuum qualitatis eſt, alicuius rei naturam declarans, ut Qualis pater, talis filius. Ponitur & interrogatiuè. ποῖος. ut, Quale ei reſponſum dediſti? Interdum infinitè. ποιός τις. ut Noui qualis ſit. Reſpondet quandoq; ſequenti ſubſtantiuo, & quandoque antecedenti.

Quālĭtās, atis. f. t. (τὸ ποιὸν) eſt ſecundum quam quales dicimur, ut albedo, nigredo. Quālĭtātes (ποιότητες) ſunt, ſecundũ quas albi, nigri, dicimur. Cice. in Acad. Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci uocant, quod ipſum apud Græcos nõ eſt uulgi uerbum, ſed philoſophorum.

Quăllŭs, uel quallum in neutro genere, (κάλαθος, ταῤῥὸς) genus uaſis uiminei, per quod uinum guttatim defluit cum calcatur uua, à colando, reliqua uerò materia exire prohibetur. Ponitur etiam pro ciſtula, in qua mulieres ponebant penſa lanæ. Apud Apuleium accipitur pro caniſtro, quo panis ſeruatur. Eſt & quallus, in quo gallinæ oua edunt, apud Col. lib. 8. cap. 3.

Quăm (ἢ) coniunctio diſcretiua, uel electiua: ut, Diues opto eſſe quàm pauper. Sed uidetur iſta particula Quàm, propriè ſignificare quòd, quamuis uideatur ui quadã uerborum ad alia trahi, ut quando, pro ſequentibus ita ſignificabit, ut quàm uenies? quàm ero illic? ὡς. Aliquando ponitur pro poſtquàm, ſiue ex quo, antequam, & pro cum. Aliquando ſumitur pro quantum. ὡς, ὅσον. & tam poſitiuo, quàm comparatiuo & ſuperlatiuo iungitur. Cic. Quàm moroſi ſunt, qui amant. Aliquando pro ualde. ὅτι ὅσον. Cic. Cum quo ſemper quàm familiariſſimè uixerat. Et in hac ſignificatione iungitur aliquando cum per, ſanè, oppidò & admodum. Aliquando quàm, comparatiuè ponitur, licet non ſit comparatio, quando ſcilicet res rei comparatur. Plautus in Rud. Tacita bona'ſt mulier ſemper quàm loquens. Vide Vallam lib. 1. cap. 18.

Quāmlĭbĕt, quantumuis, quantumlibet. ὅσον βούλει. idem ſignificant. Plin. Impudica mulier quamlibet facinus audet.

Quàm mox, ſignificat quam cito. Liuius Intenti quàm mox ſignum daretur.

Quāmōbrĕm, (ἀνθ' ὅτου, παρ' ὃ) cum ponitur cauſatiuè tam plurali reſpondet quàm ſingulari, ſignificatq; quapropter, uel quam ob cauſam. Aliquando interrogantis eſt particula, & rationem alicuius rei petentis. Cice. 1. de Finib. Quamobrem tandem non ſatisfacit?

Quāmprīdĕm, ſignificat quanto tempore antè. Cic. pro Rabi. Quampridẽ nomẽ Fannij in anniuerſaria retuliſti? Interrogãtis eſt particula.

Quāmprīmŭm, (ὅσον οὐδέπω, τὴν ταχίστην, αὐτίκα δὴ μάλα) tota una dictio, ſignificat ualde citò.

Quāmuīs, & Quānquām, (καί τοι, καίπερ) coniunctiones aduerſatiuæ ſignificantes quod tametſi. Interdũ tamen quamuis ponitur pro quantumuis. ὅσον βούλει. Plau. in Trin. Quamuis malam rem quæras, illic reperias.

Quāndĭū, (μέχρις ἂν, ἄχρις ἂν) quanto tempore, cuius relatiuum eſt tandiu. Ponitur aliquãdo interrogatiue: ut, Quamdiu id factum eſt?

Quāndo, (πότε, ἡνίκα) aduerb. temporis, ſignificat quo tempore, acuitur in prima, ponitur q; modò interrogatiuè, ut Quando uenies? Modò relatiuè. ὅτε, ἡνίκα. ut Quando eram iuuenis, literis operam dabam. Et correlatiuum eſt tũc. Sicut enim tot quot, talis qualis, tantum

quantum

quantus, ita tunc quando dicimus. Infinitiuè, ut quando ueniam, te alloquar. Ponitur interdum pro aliquando. ποτὲ. præſertim cum præcedit num, ut Num quando. μήποτε. me audiuiſti? Interdum pro ſiquidem, uel quoniam. ὅτε, ἐπειδὴ. & ſic eſt coniunctio cauſalis, habetq; accentum grauem in ultima. Verg. Hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet. Quando gentium? id eſt quando: abſoluté, ea forma qua nuſquam gentium, ubi locorum. Plaut. in Amph.

Quāndōquĕ, (ἐνίοτε, ἔσθ᾽ ὅτε) ſignificat aliquo tempore, ſic aliquando, & ſi quando.

Quāndōquĭdĕm, ὅτε, ὁπηνίκα, ἅπερ, ἐπειδήπερ. coniunctio cauſalis, pro ſiquidem, ſeu quoniã.

Quāndūdūm, interrogantis. πόσον χρόνον. Iandudum, reſpondentis. Plaut. Quandudum è foro aduenisti domum? Non ita dudum.

Quāntĭſpĕr, (μέχρις οὗ) ſignificat quanto tempore, ſicut tantiſper, tanto tempore.

Quāntŭlŭs, & Quāntillŭs, a. um. diminutiua ſunt à quantus, ſicut à tantus, tantulus, & tantillus: & ſignificant quàm exiguus. πόσος τι. Cice. 4. Acad. Quantulus uobis uidetur? de ſole loquitur.

Quāntŭs, a. um. o. ſ. refertur ad numerũ, ad pondus, & ad menſuram. πόσος, πηλίκος. Et modò interrogatiuum eſt, modò relatiuum. ὅσος, ἡλίκος. modò indefinitum. Cuius compoſita ſunt, Aliquantus, quantiſper, quantuſcunque, quantuſquantus, & quantuslibet. Hinc quantum, aduerb. quantitatis.

Quāntŭſcūnquĕ, id eſt quàm magnus eſt, uel tantus quantus eſt. ὁποσοσοῦν, ὁπηλικοσοῦν. Hinc, quantuluſcunq; diminut. id eſt quàm minimũ, uel quàm parum tibi uidebitur.

Quāntŭslĭbĕt, idem quod quãtuſcunq;, uel ſignificat unum quantum tibi capere licet, non omne: ut quantumlibet ſpacium.

Quāntŭſquāntŭs, quantuſcunq;. Terent. in Adel. Tu quantuſquantus, nihil niſi ſapientia es.

Quāprōptĕr, (διό) aduerbiũ, ſignificat propter quod, ſiue quamobrem.

Quāquāuērſŭs, ſiue quaquauerſum, ſignificat in omnem partem, ſiue per quencunque locum. πανταχόσε.

Quārtānŭs, adiectiuũ: ut quartana febris, quæ quarto quoq; die nouam acceſſionem habet, ſæpius autem ſubſtãtiuum febris ſupprimitur, quàm exprimatur.

Quārtānārĭŭs, qui quartanam febrem patitur.

Quārtārĭŭs, rij. m. ſ. mulio mercenarius, quòd quartam partem quæſtus capiat. Quartarius etiam apud Cat. cap. 91. ſic congij quartã partem ſignificat, ut tertiarius tertiã, & ſextarius ſextam. Quartarium in menſura pro quadrante cõgij intelligo, ſicut in pondere pro quadrante libræ.

Quārtō, (τὸ τέταρτον) & Quartum, aduerb. inter ſe differunt. Nam, Marcus fuit quartò conſul. id eſt, tres conſules ab origine, & inſtitutione, & ordine conſulatus antè fuerunt, quàm Marcus fuiſſet conſul, qui tenet nunc quartò conſulatum. Quartum autẽ conſul, ſignificat perſonam, quæ quater fuerit conſul.

Quăſi, aduerb. ſimilitudinis, ſignificat ita ut. καθαπερ, οἷον ει. Imaginem enim innuit, ut Iraſceris quaſi canis. Et non ſolum imaginem, ſed ipſam planè ueritatem ſignificat, ut Tu pater non amas me quaſi filium. Habet etiã quiddam proprium, quale eſt, Tu obijcis quòd uxorem repudiauerim, quaſi tu idem non feceris. Quaſi tu dicas, pulchrè dicimus pro eo quod eſt, uerba tua eò tendunt, ut dicas, &c. Ponitur aliquando pro ferè, penè. Teren. in Heaut. Quaſi talenta ad quindecim coëgi.

Quăſillŭs, & quaſillum, li. n. ſ. diminutiuum à qualus. καλαθίσκος. Feſtus, Calathos Græci, nos dicimus quaſillos. Et corripit primam ſyllabam, quamuis quallus illã producat. Eſt & quaſillus uas lanificijs aptum. Romani ueteres quaſillum Talaſſionem appellarunt, ut author eſt Varro. Unde Thalaſſij nomen in nuptijs frequentabãt, ad lanificium nouas nuptas inuitantes.

Quăſſo, as. a. p. (κραδαίνω, σαλεύω) frequentatiuum, ſæpe quatere. Plaut. in Trin. Quid quaſſas caput? Aliquando rumpo. διασείω. Verg.

„Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem.

„Hinc conquaſſo.

Quăſſŭs, a. um. idem eſt quod quaſſatus, fractus. κατεαγὼς. Plin. lib. 18. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quaſſa ſarcire. Eſt & quaſſus, huius ſus. uerbale. Cic. 2. Tuſcul. Nam attrectatu & quaſſu ſæuum amplificatis dolorem.

Quătĕnŭs, pen. corr. παρ' ὅσον, καθ' ὅσον, ἐφ' ὅσον, ἢ ταύτῃ. propriè ſignificat quantum, ſiue uſq; ad quem finem, ſicut eatenus, tantum. Aliquando ſignificat, qua fine, ut eatenus, hac fine, inquit Feſtus: ut Verberaui filium quatenus ſit bonus. id eſt ad hunc finem, ut eſſet bonus. Aliquando ſignificat quoniam, quandoquidem. παρ' ὅσον. Plin. Epiſt. 51. lib. 3. Docet etiam Acron eſſe aduerb. loci. Interdum ponitur pro quomodo. Lactant. lib. 4. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui uiderit, quatenus adiurati per Chriſtũ de corporibus, quæ obſederint fugiant.

Quătĕrnĭo, onis. m. t. quatuor chartarum, ſiue alterius cuiuſcunq; rei compoſitio. τετράδιον. ut quatuor quaterniones militum.

Quătĕrnŭs, (τέταρτος) quatuor. Plin. Quaterni renes coruis ſunt in Brileto.

Quătĭnŭs, cum i correpta, (ὅτι) coniunctio eſt, & ſignificat quia.

Quătĭo, is. ſſi. ſſum. a. t. (σείω, τινάσσω) ſignificat moueo cum uiolentia, cõcutio, moleſto. Verg. lib. 9. Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. Aliquando pro eijcio, (ἀποσείω.) Terent. in Eunuch. Nimirum homo quatietur certè cum dono foras. Compoſita eius mutant q in c, abijcitur a. ut Abſcutio, quod eſt amoueo. Concutio, (διασείω) totum commoueo. Decutio, diſcutio, excutio, incutio, percutio. Recutio, iterum quatio. Succutio, (ὑποσείω) ſubtus quatio.

Quătĕfăcĭo, is. concutio, expello. Cice. ad Brut. Nulloq; præſidio quatefeci Antonium.

Quătrĭdŭŭm, dui. n. ſ. ſpacium quatuor dierũ. Hinc quatriduò, aduerb. ſicut triduò. Vide Quadriduum.

Quatuoruiri, ut triumuiri dicitur in leg. 2. De orig. iur. Hinc Quatuoruiratus, ipſa quatuor uirorum dignitas. Aſinius ad Cic. Quatuoruiratum ſibi prorogauit.

Quătŭŏr, (τέσσαρες) nomen numerale binariũ numerum in ſe bis continens: à quo quater, (τετράκις) aduerb.

Quărtŭs, τέταρτος. Quaternus, quaternarius, quaternio, quadruplus, quadruplũ, quadriennium, quadrimus, quadratum, quadrum, quadrantal, quadrans, & multa huiuſmodi.

Quĕ, (τε, καί) abſque diphthongo, coniunctio, modò copulatiua: ut, Arma uirumq; cano. Modò cauſatiua, pro quoniam. Cic. Non ſolum nobis nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria uendicat, partem amici. Modò expletiua. Quandoq; pro etiam, (καί) Apul. Id ei ſerioq; loquenti non crederem. In compoſitione autem ſemper poſtponitur, ac coniunctionis uim amittit, ſed uim ſyllabicæ dictionis obtinet: ut nanq;, quoq;, atq;. Differunt autem inter ſe, que, ac, atq;. Que enim poſtpoſita eſt, & enclitica, Ac ſemper præpoſita: atq;, tã præpoſitiua, quàm poſtpoſitiua. Sciendum quoque eſt, quòd que, aliquando producitur. Vergil. lib. 3. Liminaq;, laurusq; dei. Ponitur quandoq; pro an. Horat. 2. Serm. Quid refert uri uirgis, ferroq; necari?

Quĕmădmŏdŭm, (ὥσπερ, καθάπερ) dictio compoſita ex quem, & ad, & modum, ponitur pro aduerb. ſimilitudinis Sicut. Ponitur nonnunquam interrogatiuè, pro quomodo, ſiue ad quem modum, (πῶς, τίνα τρόπον.) Cic. 7. Ver. Quemadmodum eſt aſſeruatus? Aliquando nam interponitur, & dicimus quem nam admodum. Plaut.

Quĕo, quis, quiui, uel qui, quitum, n. q. ſignificat poſſum. δύναμαι, ἔχω. Dictum queo, (ut quidam putant) quaſi qui eo. Vnde Antiqui nequeunt, quandoq; pro non [illegible] dicebant, cum tamen nequeo ſignificet non [illegible]um. Terent. autem quitus. a. um [illegible] queor d[illegible] in Hecyra. Sed antiquè (ut ait Donat.)

Quĕrcŭs, uide Quercus.

Quĕrēlă, æ. f. p. querimonia, & queſtio, eiuſdem ſignificationis ſunt. μομφή, μέμ[illegible] [illegible]ρμός.

Quĕrĭbŭndŭs, lamentabilis. μεμψί[illegible], [illegible]ητικός. Cic. Humili ac queribunda uoce.

Quĕrĭmōnĭă, æ. querela, lamentatio. C[illegible] 1. Ver. In populi Romani quotidiana querimo[illegible].

Quĕrĭmōnĭārĭŭs, qui querimoniam exponit.

Quĕrŏr, ris. queſtus, d. t. lamentor. μέμφομαι, ὀδύρομαι. Dicimus autem queror illud, & queror de te cum illo, uel illi, uel apud illum. Aliquando abſolutè. Plinius, Quid multa? queſtus eſt grauiter: Hinc queritor frequentatiuum, & conqueror compoſitum. ἀπολοῦμαι. pen. corr.

Quĕrŭlŭs, a. um. (ἐγκληματικός, μεμψίμοιρος) quod conqueritur, ſiue quod querelis plenum eſt.

eſt, licet quãdoq; à poëtis pro canoro ponatur. Horat. Sub cantu querulæ deſpicit tibiæ.

Quĕrquĕdŭlă, auis ſemper in aquis natans, ſicut anas. ὄρτυξ. Var. 3. De re Ruſt. cap. 3.

Quĕſtŭs, us. m. q. lamentatio, ſiue ipſe querendi actus. μέμψις. Cic. 5. de Fin. Quod eiulatu, queſtu, gemitu, &c. Cuius datiuus & ablatiuus eſt queſtubus per u, ſicut portubus.

Quī, cum ſit relatiuum ſubſtantiæ, ponitur tamen aliquando aduerbialiter pro quomodo. τῷ, πῶς. Cice. Qui fieri poterat, ut eius dolore non angerer, qui mecum ſemper familiariſſime uixiſſet. Aliquando ſumitur pro ut, pro utinam, (εἴθε.) Terent. in Phorm. Qui illum Dij omnes perdant. Aliquando pro unde. Idem in Hecy. Nec qui hoc mihi eueniat, ſcio. Aliquando pro quur, quamobrem. τί. Componitur aliquando cum Dum, & dicimus qui dum, in eadem ſignificatione. Qui autem, nomen infinitum, aliquando interrogatiuè tenetur pro Quis. Plaut. in Amp. Qui me alter eſt audacior homo, aut qui confidentior? Ponitur aliquando pro qualis. Hinc quicunque ponitur aliquando pro qualiſcunque. Cice. de Orat. Quicunq; in dicendo ſumus. Compoſita à qui ſunt, Quidam, quicunq;, quiuis, quilibet, à quo unuſquiſlibet.

Quĭă (ὅτι) coniunctio cauſalis, quæ interdum bis repetitur ſequente ſubiunctiuo uel indicatiuo.

Quĭănăm, (διὰ τί) aduerb. interrogandi, ſignificat quare. Verg. lib. 5. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?

Quĭănĕ, (ὄντως) una particula eſt, & ſignificat certè, reuera. Verg. lib. 4. Quiane auxilio iuuat antè leuatos.

Quid, (τί) nomen ſubſtantiuum interrogat, aut infinitè capitur, nunquam refert. Interrogat autem, ut cum dicimus, Quid negocij tibi eſt? Interdum ponitur pro aliquid. τί. ut, Si quid habes noui, mihi ſcribe. Aliquando eſt aduerbium interrogandi, pro quur uel quare, (τί.) Terent. in Andr. Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? Aliquando ponitur pro, in quo. Cic. in Læl. Quid enim indigens Africanus mei? Compoſita ſunt quicquid, quicquam, quidam, quidque, quidpiam, nequidquam, quianam, numquid, quidni, quidlibet. Vſus habet ut d ſequente q, mutetur in c. ut quicque, quicquam: & ſequente p in p, ut quippiam.

Quid agimus? τί δρῶμεν. conſilium querentis eſt, inquit Donatus.

Quidăm, cum ſuis perſonam certam dicit, & ſingulare potius ſignum eſt, quàm particulare.

Quĭdĕm, aduerb. affirmandi, quo ſignificatur certè. γέτοι, γοῦν, δή. Et tribus modis in oratione accepi ſolet. Vno ad diſtinguendas res, μέν. ut, Ego quidem ſcribo, tu uero legis. Altero, quaſi per exceptionem eius, quod affirmes. Cice. lib. 3. Offic. Ab optimis illis quidem (γε δή) uiris, ſed non ſatis eruditis. Pluresq; in hoc modo comites habere hoc aduerbium poteſt: ut uerum, ueruntamen, ſed, tamen, at, attamen, cæterum. Tertio, cum nulla ſequitur ex prædictis coniunctionibus, ut apud eundem: Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut ſi quiſquam eſt, ille ſapiens fuit. Dicimus etiam quidem certe, & quidem hercle certo. Eius cõpoſita ſunt, Equidem, ſiquidem, de quibus alibi.

Quid hominis habes? cum contemptu dicitur.

Quid iſthic? (τί τοῦτο) aduerb. eſt ægrè concedentis, inquit Donat.

Quid ita? (πῶς δή) ſignificat quur. Plaut. in Aulul. Occidi. E. quid ita?

Quidnăm, (τίποτε) interrogatiuum uel nomen, uel aduerbium.

Quid ni, ſignificat certè, uel certum eſt, uidelicet, quur non? πῶς γὰρ οὔ, τί μήν. Et duæ partes ſunt ſecundum Priſc. ſicut quur non. Veteres enim ni pro ne ponebant, & ne pro non. Plaut. Ni ſtulta ſis. Et ne uult, pro non uult.

Quid quæris? (τί δεῖ λέγειν, τί πλέον) ſignificat quid plura, uel, quid opus eſt uerbis? quid uis præterea? quid uis dicam? Modus dicendi, cũ paucis uolumus oſtendere aliquid.

Quicquid, (ὅ,τι οὖν) eſt ſubſtantiuum, ſicut & Quid, ideo genitiuum ſubſtantiui uel adiect. exigit, ut quicquid pecuniarũ, quidquid molle. Quodcunque adiectiuum ideo ſubſtantiuum in eodem caſu patitur, ſicut & quod, ut quodcunq; cœlum.

Quid tum deniq;? τί οὖν, τί ἐκ τούτου. Quid ergo? Quid tum poſtea? (τί οὖν) Quid itaque? Quid interea? Quid demum? omnia ſignificant,

cant, quò pertinet iſtud, de quo loqueris? ſiue, quid attinet hæc dicere? ſiue, quid ſibi uult hic ſermo?

Quĭēs, (ἡσυχία) *ceſſatio à quocunq; opere, laxamentum, otium, uacatio: ſubſtantiuum, f. gen. quamuis etiam adiect. trium generum inueniatur. Salluſt. lib. 2. Hiſtor. Et in quiete nomine hiſtrionis uix ſanè Burbuleium appellabat. A quo ſimiliter inquies, generis omnis ſecundum Priſcian. Poteſt facere genitiuum quietis & quiei quintæ declinationis. unde & requies, requiem, & requietem, accuſatiuum facit. Differunt (ut quidã aiunt) quies & tranquillitas: quòd quies corporis ſit, tranquillitas animi. Eſt autem proprie quies, ſomnus: dicta, quaſi qui tibi es, & nullo alio negocio diſtineris. Propter quod etiam quies pro tranquillitate accipitur. cuius contrarium eſt inquies, hoc eſt cura, & ſollicitudo, & moleſtia. Hinc quietus, (ἥσυχος) tranquillus. Terent. in Eunu. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam. Hinc quietè, aduerb. Cic. de Seneſt. Quietè & eleganter acta ætas. Inquietus, turbatus, ſollicitus. Quietudo & inquietudo. Quies etiam aliquando ponitur pro ſerenitate aëris uel clementia.*

Quĭēſco, is. quieui, quietum, n. t. (ἡσυχάζω, ἡσυχίαν ἄγω) *modò dormio ſignificat: modò ſto, non moueor,* (κατὰ χώραν μένω, ἀτρεμίω) *modò curis ſiue labore uaco: modò quieſcere facio, præſertim ſi accuſatiuo iungatur. Vnde Seru. Requierũt flumina curſus. id eſt quietos eſſe fecerunt. Quieſco enim ego, aliter dicimus: & aliter, quieſco ſeruum. id eſt quieſcere facio.* παύω. *Quieſcere etiam dicitur, qui non eſt inſolens & inquietus. Terent. in Prol. And. Dehinc ut quieſcant, porrò moneo. Aliquando pro permitto. Cic. ad Attic. lib. 7. Quieſcat rem adduci ad interregnum. Hinc componuntur acquieſco, aliquantum quieſco. Quandoq; ſignificat conſentio, condeſcendo. Conquieſco,* (παύομαι) *bene quieſco. Requieſco, ſicut quieſco.*

Quĭlĭbĕt, *unus quem tibi capere libet.* ὅστις βούλει, ὁστισοῦν. *Recentiores tamen philoſophi pro uniuerſali termino accipiunt. Ponitur etiam aliquando pro uili & obſcuro,* (ὁ τυχών.) *Plin. lib. 7. Bis ab Annibale captus, neq; cum quolibet hoſte res fuit.*

Quĭmātŭs, ti. m. ſ. *à quimus, quinque annorum. Plin. Vita fœminis quindecim annis longiſſima, maribus uiginti, robur in quimatu, id eſt, quinto anno.*

Quĭn, *uarijs modis dicitur. Nam aliquando ponitur pro quur non,* (τί μὴ) *quum ſcilicet increpantes, uel interrogantes, uel exhortantes dicimus, Quin uenis? quin fugis? Aliquando pro quòd, ſeu ut. Terent. Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius. Aliquando pro quinetiam,* (καὶ μὴν καὶ) *id eſt inſuper, præter id, ſiue atq; etiam. Tunc enim per hanc particulam magis confirmamur. Quod & quinimo quandoq; dicitur. Aliquando ita ponitur, quaſi uideatur eſſe contrarium priori ſignificato, quòd non, uel ut non,* (μὴ οὐχὶ, μὴ οὐ.) *Cic. Non idcirco cauſas Iſocrates non defendit, quin id utile eſſe & honeſtum exiſtimaret. Aliquando ponitur pro qui non.* ὅστις οὐ. *Cice. Nemo eſt noſtrorum, quin uota uictoriæ ſuæ fecerit.*

Quĭncēntŭm, *pro quingentum dixere ueteres, autore Feſto.*

Quĭncūncēs, (πεντεγγίαι) *unciæ quinq;. Hinc Quincuncialis ordinum ratio, de qua apud Varronem, Plin. & Col. fit mentio,* (Theod. πεντάδα.) *Eſt & quincunx, menſuræ genus, paulum ſupra mediam heminam continens. In quincuncem arbores diſpoſitæ quæ certo ordine æqualiq; diſtantia conſtitutæ ſunt. uide Plin. lib. 8. cap. 3. Quincuncialis uerò herba dicitur, ut triennalis: à menſura. id eſt, quæ folio quincuncem aut trientem æquet amplitudine. Quincuncialis herba, ait Budæus, quæ minor eſt ſemipede, & ſeptenûm fermè digitorum. Plin. lib. 27. ca. 11. de lithoſpermo: Herba quincuncialis, ferè folijs duplo maioribus quàm rutæ. Quincunces etiam uſuræ ſunt, quoties ex centum nummis (ut exempli gratia ſit) quinq; nummos uſuræ percipimus. Sic Semiſſes uſuræ, trientes, beſſes, & huiuſmodi.*

Quĭndēnŭs, *adiect. eſt numeri diſtributiui. Ponitur aliquãdo pro quindecim. Liu. 5. Bel. Macedon. Quindena iugera agri data in ſingulos pedites ſunt.*

Quĭnctĭām, *coniunctio copulatiua, qua nectimus, quæ coniuncta ſignificare uolumus. Ponitur*

nitur aliquando pro inſuper, præterea. Verg. 4. Aeneid. Quinetiam hyberno moliris ſydere claſſem.

Quinimò, quin potius, imò uerò, imò etiam. ἀλλὰ ἀλλὰ καὶ, μὲν οὖν γε.

Quinquatria, orum. n. ſ. (παναθήναια) ab eo quod quinquatre in ſingulari, ſicut Bacchanale & Vulcanale. Feſta erant quæ quinq; diebus Palladi fiebant, ut Ouidius libro 3. Faſt. innuit, ita appellata, quoniam quinque diebus poſt Idus celebrantur. nam dies poſt Idus ater erat. Inde Quinquatria, quaſi quinque ab atro die. Sunt qui dicant hanc diem munuſculorum quoq; eſſe, quo tempore matronæ inter ſe inuicem munera miſſitabant, & cœnas ſeruis apponebant, ut uiri Saturnalibus. Dicitur & quinquatrus, ſicut triatrus, ſexatrus, ſeptimatrus, decimatrus. Iungitur hæc particula atrus, quæ nihil ſignificat ſupplementi cauſa. Varro libro 1. de Ling. Lat. Quinquatrum diem unum feſtum eſſe dicit, ſic appellatum, quòd erat poſt diem quintum Idus Martij: ſicut ſexatrus à Tuſculanis uocatur dies poſt diem ſextum, & ſeptimatrus poſt diem ſeptimum. Declinatur autem ſubſtantiuè in plurali, tam tertiæ quàm ſecundæ declin. ſicut cætera feſtorũ nomina. Quinquatriæ in prima declin. Diomedes protulit. Quinquatrus, huius. atrus, pro ipſis quinquatrijs etiam legitur antiquè. Cic. ad Attic. lib. 9.

Quinque. πέντε. nomen numerale & inuariabile, à quo Quintus. a. um. πέμπτος. Quinus. a. um. quinarius. a. um. quinquies, (πεντάκις.) quincunx, quinquemeſtris, (πενταμηνιαῖος) quincupertitus, quincuplex, (πενταπλοῦς) quindecim, quinquaginta, quingenti, quinquageſimus, & huiuſmodi.

Quinquelibralis, & hoc le. om. t. apud Colum. libro 1. cap. 15. pondo quinque librarum. Quinquemeſtris & hoc ſtre, quod quinq; menſes natum eſt.

Quinquennis, & hoc. enne. om. t. quinque annos natus. Plaut. in Pœn. Duæ fuere filiæ, altera quinquennis, altera quadrimula.

Quinquennalis et hoc. le. quod fit ſingulis quinq; annis. Vt quinquennales ludi, apud Plin. lib. 4. capite 5. Quinquennalis magiſtratus, qui quinq; annis continuis geritur.

Quinquennium, nij. ſpacium quinq; annorum.

Quinqueremis, nauis quinq; remorum ordines habens.

Quinquertium, tij. n. ſ. (πένταθλον) & quinquertiones, uide in dictione Pentathli.

Quinqueuiratus, dicitur officium ſiue magiſtratus, in quo ſunt quinq; uiri. & hi Quinqueuiri una dictione uocitantur, ſicut Triumuiri.

Quintilis, is. m. t. (μεταγειτνιὼν, ἰούλιος) menſis ideo dictus eſt, quòd quintus in ordine eſſet à Martio, qui apud Antiquos primus anni menſis erat, ſed poſtea in honorem Iulij Cæſaris dictatoris, Iulius appellatus eſt.

Quipote, penult. corr. ſignificat quomodo poſſibile eſt. πῶς δέ. Componitur autem ex qui & pote.

Quippe, ſignificat nam, etenim, nempe. γε μὴν, γοῦν. Verg. Sed lata & fortia ſurgunt, Quippe ſola natura ſubeſt. Quippini, cur non, antiquè. Plaut. in Menæh. Itan' cenſes? MED. quippini?

Quirinus, quære infra in dictione Quirites.

Quirito, as. pen. prod. & Quiritor. aris. d. p. (σχετλιάζειν, ποτνιᾶσθαι, διαμαρτύρεσθαι) dicitur, ſignificat clamo, Romanos cõmoueo, & Quiritum auxilium inuoco, deos hominesq; imploro. Ab Apuleio ponitur pro ſuppetias petere. Hinc quiritatio, uerbale. & quiritatus. huius. atus. id eſt clamor urbanorum, & iubilatus ruſticorum, ut oſtendit Valla ex authoritate Varronis.

Quis, qui, quæ, (τίς) quod uel quid, quandoque interrogatiuè ponitur. Aliquando infinitè, (ὅστις, τίς.) Plin. Tum mihi neſcio quis in aurem inſuſurrauit. Qui, quæ, quod, relatiuè ſæpe ponuntur, referunt enim antecedens: quis uero, & quid nunquam. Vnde notandum eſt, qui, quæ, quod, relatiuè poſita, quandoq; diſſentiunt à ſuo antecedente. Salluſt. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Nonnunquam quis ponitur pro aliquis. τὶς. Plaut. Si quem ſeruorum domi habes. Nam qui pro aliquis in nominatiuo caſu raro præterquàm apud uetuſtiſſimos inuenitur. Etenim non quæ, ſed qua pro aliqua dicimus. Martial. Si qua fides ueri præfari maxime Cæſar. Ponitur item quis admirantis pro qualis, ποῖος: ut, Quis globus ô ciues. Et tam fœminino

quàm maſcul. genere proferri poteſt. Vergil. Qui cum partiri curas. De ſocia Camillæ loquitur. id eſt cum qua. Quia (ut inquit Auguſtinus) antiqui hic aut hæc quis, ablatiuo ab hoc & ab hac qui: ſicut facilis facili. Inuenitur etiam quis in datiuo & ablatiuo pluralib. (τίσιν) ſed producitur, cum in nominatiuo ſingulari corripiatur. Lucil. lib. 1. Profata quis ille, Quis fuit ille dies. Tunc autem melius cũ diphthongo ſcribitur queis. Quod autem, adiectiuum eſt, ideo ſemper ſubſtantiuo iungitur, Quid uero ſubſtantiuum. Præterea qui, quæ, quod, frequenter accipiuntur pro tantus. a. um. Et hoc tribus modis. Nam, cuius humanitatis es, dicere poſſumus: &, Qua humanitate es: & Quæ eſt tua humanitas, pro tantæ humanitatis es. In eundem ſenſum accipiuntur Is, ea, id. Compoſita à quis ſunt, ſiquis, aliquis, nequis, quiſquis, quiſq́; à quo unuſquiſq́;, quiſnam, quiſputas, quiſpiam, quiſquam. Seru. Quis & quibus ſecundum artem dicimus, ab eo enim quod eſt qui, in bus mittit: ab eo quod eſt à quo, in is. ſed à tertia declinatione, in uſu ſunt datiuus & ablatiuus plurales, licet antiqui omnibus uſi ſunt caſibus. Deniq; & Cato in Orig. ait: Ques ſunt populi, & declinauit Ques, quium: ſicut puppes, puppium.

Quiſnăm, (τίς ποτε) interrogatiuum eſt. id eſt Nam quis.

Quiſpŭtās, (τίς δ᾽ ἄποτε.) id eſt, quis credis? ſiue quiſnam.

Quiſquăm, & quiſpiă, (τίς) idem quod aliquis. Quiſquam, tam maſculino quàm fœminino iungitur. Quiſquam aliquando ponitur pro quiuis, ſiue quilibet. Cice. ad Terentiam: Niſi nos fortiores cognoſcerem, quàm quenquam uirum, pro quemuis uirum.

Quiſquiliæ, arum. f. p. (περιψήματα, συρφετός) purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis ſurculorum foliorumq́;, & florũ decidit: unde nomen uenit, uelut quicquid cadiæ, inquit Feſtus. Ob id Cæcilius quiſquilias uolitantes dixit. Quiſquilias Cic. lib. 1. ad Att. homines nihili uocat.

Quiſquilĭūm, uocant exiguum fruticem ilicis producentem coccum, quod granum eſt ad tingendas ueſtes gratiſſimum. De quo Plinius lib. 16. cap. 8. Hinc natum eſſe putatur, ut ueſtis coccina, literis per imperitiam interceptis, ſquallata uulgò hodie dicatur, pro quiſquiliata, σκωληκιδωτά.

Quiſquĭs, quicunq́;, quiſq́;, (ὅστις) idem ſignificãt, ſcilicet omnes.

Quō, (ᾗ, ὅπη) accipitur pro quanto, ut cum dicimus eo magis, quo magis. Aliquando eſt aduerbium loci, (ποῖ.) Vergil. Quó ue tenditis iter? id eſt, ad quem locum tenditis. Aliquando eſt coniunctio, & ſignificat ut, (ἵνα, ὅπως.) Plin. Iun. Neq; enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. Aliquando ponitur pro quare, (ᾗ, διὰ τὸ) ut inquit Donatus. Et Quo, (ἐς τί) pro ad quid, uel in quem uſum. Horatius: Quò mihi fortunam, ſi non conceditur uti? Hinc ſunt compoſita, uſquequo, quoad, quocirca, quouſque, quoquomodo, quoquouerſus, quoquam, quoq́;, aliquo, aliquoties.

Quŏăxo, as. F eſt. Quoaxare ranæ dicuntur, cũ uocem emittunt.

Quŏăd, (μέχρις οὗ ἄν, ἕως ἄν) componi uidetur ex quo & ad, ſed præpoſterè: ſicut hactenus, quatenus. Et ſignificat donec, ſiue quandiu, uel quouſque: ut, Quoad uiuam, ero tibi amicus. Poteſt autem eſſe interrogatiuũ, ἄχρις οὗ. Terent. in Phorm. Senem quoad expectatis ueſtrum? Relatiuum, ut Quoad iuſſiſti, parui. Infinitum, ut Quoadlibet, ſtudeo. Aliquando rei & ingenij facultatem, (ἐφ᾽ ὅσον) ſiue temporis commoditatem ſignificat. Cic. in Lælio: Ut quoad poſſem, & liceret ab eius latere nunquam diſcederem. id eſt quantum. Aliquando quantitatem rerum tantum denotat. Et ſic ſemper exponitur pro quãtum. Quoad pro quãtum, ferè iungitur uerbo poſſum. Cic. de Senect. Quoad potuit, reſtitit.

Quŏădĕĭŭs, (ἐκ τῶν ἐνδεχομένων) tota una dictio ſignificat uſq́;, uel in quantum, uel quantũ ad eius uires, uel quantum ab eo. Eius, in hac dictione parelcon eſt. Cic. Elaboro quoadeius facere poſſum, (ὡς ἐνδέχεται μάλιστα) ut conſilia hoſtium intelligam.

Quŏădūſquĕ, (καθ᾽ ὅσον ἄν) eiuſdem ſignificationis eſt, ſicut quoadeius: ſcilicet quantum, uel quouſq́;. Accius: Nihil te impedio, quoaduſq́; rem peragas.

Quŏcircă, (διὸ, παρ᾽ ὃ) ſignificat quamobrem, itaque.

Quŏd,

Quŏd,(ὅ) nomen infinitum eſt,quod poteſt capi relatiuè, interrogatiuè, & infinitè. Vide Priſcianum & Vallam, aliosq́ Grammaticos.
Quod aliquando in oratione ponitur,& ſubintelligitur propter. Plautus in Epid. Animum aduerte,ut quod ego ad te uenio, intelligas. Ponitur aliquando pro quantum. Cic. pro Roſcio Amer. Qui omnes, quod ad me attinet, uellem uiuerent. Ponitur aliquando in oratione pro quadam continuatione,ſiue connexione, quoties utinam adiunctum habet.
Ponitur aliquando quod, pro in quo. Sed ſi quid ſit,quod mea opera opus ſiet, &c. Ponitur aliquãdo pro quicquid. Cic. pro domo ſua: Ornamentorum quod ſuperfuit infanis domũ ſuam deportauit. Quod idem,ſæpe ponitur pro id quod, ſiue quod ipſum,aut quod etiam. Cic. de Aruſp. Reſponſis, Quod idem in iudicio capitis durum atq; iniquum eſt. Aliquando uero eſt coniunctio cauſalis, (ὅτι) cum ponitur pro quia:ut,Quòd ſcribas,lætor. Quandoq; ponitur pro ſed, & in principio clauſulæ locari ſolet.Cic. Quodſi (κἂν, cum ſubiunctiuo) quis à me huius conſilij mei cauſam quærat, ita reſpondeo. Cum autem quòd pro ſed ponitur,ferè cum ſi,niſi, cum, quia, aut quoniam iungitur:& dicimus, quòd ſi, quòd niſi, quòd cum,quòd quia,quòd quoniam. Ponitur aliquando pro cur,ſiue quamobrem. Vergil. in Bucol. Si ad uitulam ſpectes, nihil eſt quòd pocula laudes. Ponitur aliquando pro ut,inquit Donatus.
Quo iure,quaque iniuria,δικαίως,κἀδίκως.prouerbiale eſt,quaſi per fas nefas,uelis nolis.
Quo minus,ſignificat ut non.μὴ οὐχὶ.
Quŏmŏdŏ,(πῶς,τίνι τρόπῳ) tota una dictio,ſignificat aliquãdo quemadmodum. Ponitur aliquando pro ut. Cic. ad Attic. lib.10.Tulliæ noſtræ mirifica uirtus: quomodo illa fert publicam cladem,quomodo domeſticas tricas.
Proprie Quomodo ſignificat qua ratione, & uolunt quidam ablatiui caſus eſſe,ſeparatimq́ legendum. Quomodocunq;,id eſt qualicunq; ratione,utcunq;, qualitercunque, quoquo pacto.Componitur quoq; Quomodo cum nam, & dicimus quomodonam.
Quŏndăm,(πάλαι) aduerb.temporis, & modò præteritum tempus denotat, pro olim,uel aliquando. Modò futurum, (ἀνεκῶθεν.) Modò præſens.Verg. Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.Ponitur quandoq; pro ſemper.Idem:Vt quondam in ſtipulis magnus ſine uiribus ignis.
Quŏnĭăm,cõiunctio cauſalis.παρ' ὅ,τι. Poteſt & eſſe ſubcontinuatiua, (ἄγε.) ut,Quoniam ambulat,mouetur. Interdum (authore Feſto) ſignificat poſtquam. Plautus in Aſin. Quid nunc,quoniam ambo,ut eſt lubitum,nos deluſiſtis,datis ne argentum?
Quŏquăm.ποῖ.ſignificat aliquò,id eſt ad aliquã partem,locum ue.
Quŏquĕ.καὶ. ponitur pro etiã. Aliquando pro ſimiliter.ὁμοίως. Verg. Vocabere tu quoq; uotis. Huic particulæ quoq; aliquãdo iungitur etiam.Teren.in Hecy. Ego quoque hoc etiam credidi. Aliquando &.Plin.lib.8.ca.16.Sunt uero & fortuita eorũ quoq; clementiæ exẽpla.
Quŏquō,quocunque.
Quŏquōmŏdō,quomodo,quocunq; modo,quacunq; ratione,omni ratione.
Quŏquōuērsūs,uel quoquouerſum.πάντη,πάντως.aduerbium ad locum, ſignificat uerſus omnes partes, ſiue uerſus quemcunque locum: quod uernacula lingua dicimus, in qualmane ſcuoglia.
Quōrsūm.(ποῖ) uerſus quem locum, quaſi quò uerſum:ut,Quorſum uadis? Teren.per trãslationem dixit:Neſciebã quorſum tu ires. hoc eſt quid tuis uerbis uelles, quò tenderes. Dicimus & quorſus. Cic.de Cla. Orat. Quorſus inquam iſthuc?non enim intelligo.
Quŏt.πόσοι.nomen numerale, aut potius numeri cardinalis interrogatiuum: ut, Quot nummi tibi ſunt?Habeo tot,quot tu.
Quŏtēnnĭs,ne. om.t. ἀμφὶ πόσα ἔτη,δαέτι&. ſignificat quot annorum.habet enim antecedentia nomina numeralia,uel compoſita ex numeralibus & annō:ut anniculus, biennis, triennis:ut,Tu es biennis, quotennis ille. Quidam etiam uſurpant quotennium, ſicut ſeptenniũ.
Quŏtānnĭs,id eſt ſingulis annis.
Quōtēnŭs.ποσάκις.relatiuum diuiſiuum, ſignificat uſq; ad quem numerum.Cic.ad Att.In ripa neſcio quotenorum iugerum. Priſcian.dicit interrogatiuũ eſſe numeri diſtributiui: ut, Quoteni boues arant?bini,terni,&c.

Quŏti-

Quŏtīdĭānŭs,a.um.communis,aſſiduus.

Quŏtīdĭē,(ὁσημέραι) uide in dictione Cotide.

Quŏtĭēs,aduerb.eſt interrogatiuum numeri cardinalis aduerbialis,id eſt quot uicibus.

Quŏtĭēſcūnquĕ,ὁσάκις.tam ſæpe,quocunq; tempore,ac toties ipſi reſpondet.

Quōtquŏt,(ὅσοι) id eſt,omnes qui.

Quŏtuplēx,(ποσαπλάσιος) quot generum.

Quŏtuplŭs,(ὁσαπλάσιος) ad menſuram, uel ad pondus refertur: ut, Meus ager reddit decuplum,quotuplum non reddit tuus.

Quŏtŭs,(πόστος) relatiuum ordinale,quo ſignificatur,cuius numeri,ſiue in quo numero aut ordine:ut, Sum primus in ciuitate, quotus es in tua? Frequentius interrogatiuè ponitur,nam proprium interrogatiuum eſt numeri ordinalis. Quandoq; ponitur pro quot. Mart. Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum Addideris uerbum, menſa parata tibi eſt. Quandoq; ſignificat continuam quantitatem, & ponitur pro quantus. Iuuen. Quota portio fecis Achææ.

Quŏtūſquĭſquĕ,(πόσοι) in ſingulari,idem ſignificat quod nomē numerale quot. Et eſt uetus elegāsq; locutio per interrogationē,et ad paucitatē refertur:ut,Quotuſquiſq; ſtudet? id eſt,quot ſtudent:hoc eſt, quàm pauci ſunt,qui ſtudent.

Quŏūſquĕ, quamdiu, uel uſq; ad quod tempus, (μέχρι τίνος,μέχρι,μέχρι πῦ. Et ponitur interrogatiuè. Cic. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Relatiuè:ut,Quouſq; uolui,comedi.id eſt tamdiu comedi,quamdiu uolui. Infinitè:ut,Quouſq; eſſes,didici. Aliquando ſignificat uſq; ad quem locum:ut, Quouſq; agri tui fines protraxiſti?

Quum primū,(ἐπειδὴ τάχιστα) duæ partes ſunt: neceſſeq; eſt eis iungi duo uerba,& ſignificant quod barbarè dicitur,tam citò.

DE LITERA R.

R LITERA ſemiuocalis eſt,et liquida,quæ poſt mutam in eadem ſyllaba poſita, præcedētem ſyllabā, modò longam, modò breue facit:ut, Ouid. in dictione patrem exemplum poſuit, Iam patrem,famulosq; patris,lucemq; timebam. ubi pa ſyllaba & producitur & corripitur. Et apud Græcos in initio dictionum r litera recipit aſpirationem,ut Rhadamantus,Rhea, & huiuſmodi. Conuerriturq; nonnunquam in l,ut intelligo pro interlego,pelluceo,pro perluceo. In ſimplicibus,ut niger nigellus,umbra umbella. In s,ut arbos pro arbor,odos pro odor. Tranſit in duo ſſ,ut uro uſſi,gero geſſi. In u conſonantē, ut ſero ſeui,tero triui. In n,ut æneus pro æreus.

R ANTE A.

Răbĭdŭs,a.um.o.ſ.rabie plenus, rabie agitatus. λυσσῶν. Hinc rabidè,aduerb. Cic.5.Tuſc. Quē libidinibus inflammatum ac furentem,omnia rabidè appetentem,&c.

Răbĭēs,biei.f.q.& rabia,æ.(λύσσα) à rapio,morbus canum,cum ueluti furore quodā acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt. Alij rabiem,quaſi rauiem dici putant à raucitate uocis,quam rabioſi habent,ſimilem canis latratui. Rabies etiam hominis eſt,& accipitur pro impetenti furore. Hinc rabioſus,(λυσσώδης) idem quod rabidus. Ponitur quādoq; rabioſus pro iracundia pleno,qui ueluti rabie agitatus uideatur. Cic.4.Tuſc.Vide,ne fortitudo minime ſit rabioſa,ſitq; iracundia tota leuitatis. Hinc rabioſe,aduerb.

Răbĭo,is.n.q. nimia irā, & quaſi rabie agitor. λυσσάω. Cæcilius:Rabie rabire ſe ait. Alij rabo.bis.tertiæ coniug.eſſe uolunt.

Răbĭōſŭlŭs,a.um.o.ſ.dimin.Cic.

Răbo, onis. fœminini generis, pro arrabone apud Plautum legitur in Truc.

Răbŭlă,æ.m.p. (δικολόγος) à rabie (ut quidam uolunt) & à raui,id eſt raucitate,ut is ſit rabula,qui in negocijs agendis acer eſt & rabioſus: quiq; in multis intentus eſt negocijs, paratusq; ad rapiendum quid auferendumq;. Vnde & pro aduocato, & cauſarum patrono accipi ſolet,uel dicitur à radendis auribus. Cic. Quaſi rabulæ,qui ſibi diſerti non uideantur,niſi omnia tumultu & uociferatione concuſſerint.

Răcēmārĭŭs,rij.m.ſ.(βοτρυκὸς)malleolus ex quo pampini pullulant,uel ſteriles, uel certe minus feraces. Colum.lib.3.cap.18.

Răcēmātĭo,onis.f.t. (βοτρυολογία) racemorum uindemia,ut quando à uindemiatoribus racemi rari prætereuntur, ſicut in meſſib. peractis quod ſupereſt,ſpicilegium dicitur.

Răcēmā-

Răcēmātŭs,a.um.quod racemos habet. βοτρυόεις. Plin.lib.18.cap.7.de Panico,Paruis racemato paniculis.

Răcēmōsŭs,ſa.ſum.quod eſt racemis plenum. Βοτρυώδης. Plin. Hederæ modo racemoſa eſt.

Răcēmŭs,mi.m.ſ.pen.prod. βότρυς. pars botryonis,ſiue potius ipſe botryon,qui & botrys more Græco, botrus noſtris. hoc eſt integer uuæ racemus:eſt enim illa teſta uuarũ plurima grana continens. Et non ſolum de uite,ſed etiam de alijs plantis dicitur.

Racha,(ῥαχὰ) nomen Hebræum eſt, inquit Hieronymus,quod idem eſt quod κενός. id eſt inanis aut uacuus: perinde ac ſi per contumeliam quendã ſine cerebro nuncuparemus. Auguſt. ſuper Matth. Racha, uox indignantis animi motum ſignificans.

Rādicĭtŭs,pen.cor. aduerbiũ,ſignificat à radice ῥιζόθεν,ἀπὸ βάθρων. unde & pro omnino quandoq; ponitur. Plin.lib.18.cap.26. Herbas malas radicitus erui.

Rādico,cas.pen.pro.radicem facio, & radicem capio,ſiue emitto dicitur. ῥιζόω. Plin.lib.18.capite 7. Frumenta multa radicantur fibris. Hinc componitur Eradico,quod eſt uſque ad radices euello.

Rādicŭlă,æ.f.p. parua radix. ῥίζιον. Et radicula uocatur herba, ſuccum habens lauandis lanis commodiſſimum. Hanc Græci στρούθιον. & lauaria ob id à noſtris uocatur. de qua Plinius lib.19.cap.3.

Rādĭfico,as. ſimiliter ſignificat radico, radices facio. ῥιζοφυῶ.

Rădiārĕ,n.p.radios emittere, fulgere. ἀκτινοβολέω,λάμπω. Ouid. lib.2.Metamor. Argenti bifores radiabant limina ualuæ. Hinc cõponitur irradio, (ἐλλάμπω) quod eſt illuſtro, & quaſi intus radio. Hinc radiatus,adiectiuũ, quod radios habet aut emittit. Cic.4.Acad. Solis autem magnitudo, ipſe hic radiatus me intueri uidetur,admonet,&c.

Rădĭŭs,dij.m.ſ. (ἀκτίς) ſplendor à ſole micans. Transfertur & ad fulgorem oculorum. Plin. Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Item radius dicitur ſpeculare ſeu fabrile inſtrumentum,quo Geometræ declinationem & interualli dimenſionẽ examinant,(διόπτρα.) Item textoris inſtrumentũ, quod uulgò druellem,(κερκίς,πηνίον) nominant,quo telæ annectuntur, radius dicitur: nunc nauicula appellatur. Radij quoq; rotarum dicuntur, (κνήμαι.) Inſtrumentũ etiam quo raduntur menſuræ,radius uocatur,quod alio nomine hoſtorium nominant. Et radij dicuntur oliuæ oblongæ. Verg. Hinc radiolus diminut. parua olea. Eſt & radius paſtinacæ piſci pro telo. Plinius lib.9.ca.42. A radius fit radioſus adiect. quod multos emittit radios. Plaut.in Sticho.

Rādīx,(ῥίζα) dicta eſt, quod ſæpe effoſſa parum per terram raditur, ut arbor melius fruticeſcat. Radices montis, dicuntur inferior pars montis. Hinc radicoſus adiect. quod multas radices habet. Huius dimin.eſt radicula.

Rādo,ſi.ſum.a.t.complano,incido,extirpo,mundo. ξύω,ξέω. Per translationem ponitur pro lædo,laceroq;. Quint.lib.1. Ne aures delicatas raderet,hoc eſt offenderet,fatigaretq;. Ponitur aliquando pro ſcalpturire. Plaut. in Aul. Simul radebat pedibus terram. Huius compoſita ſunt,abrado,adrado. ἐπιξύω. iuxta rado. Circumrado. περιξέω. Corrado,derado, (ἀποψάω) de aliquo rado. Erado, (ἀποξύω) extra rado. Interrado, (διαξέω) in medio rado. Obrado,circumrado. Et omnia habent penult.prod.

Rādŭlă,æ.f.p.pen.cor. ξύστρα. inſtrumentum ferreum,à radendo dictum, quod doliorum ueterum pix liquata primum uel in ſole, uel lampade ardenti ducitur,ut deinde iterum picentur ad futuram uindemiam. Unde pix Radulana eſt dicta,quæ radula eraditur. Plin. lib. 14.cap.19.

Răgădĕs,& Ragadia,(ῥαγάδες) fiſſuræ ſunt & rimæ,inter ſedis uicia annumeratæ, quas Plinius ſciſſuras uocat. Celſus anifiſſa. Auicenna nõ ſolum in ano, ſed in mentula naſci ragadas prodidit. Naſcũtur & in labijs, & in uulua fœminea,de quo & in dictione Condylomata.

Răiă, genus piſcis plani & cartilaginei. de quo Plin.lib.9.cap.42. Raias Græci βάτους dicunt à rubi nomine propter aculeos.

Rāllă,genus ueſtis,à raritate. nam rarum, facit dimin. rallum. Plaut.in Epid. Tunicã rallam, tunicam ſpiſſam.

Rāmālĕ,is.n.t. κλάδος,φρύγανος. ramus inutilis ex arbore deciſus. Perſius, Ut ramale uetus.

Rāmēn-

Rāmentum,ti.n.ſ.(ῥίνημα,περίψημα,κόρημα) tenuis cuiuſq; rei particula à radendo,quaſi raſura. Vnde ramenta auri,argenti,lignorum, & cæterarum rerum dicimus. Sed & ramenta fluminum dicũtur minutulæ arenæ partes.

Rāmĕūs,a.um.quod ex ramo eſt.κλάδινος. Ver. lib.4.Georg.

Rāmēx, genus herniæ. (κήλη) uide in dictione Hernia ramicoſus, qui patitur illum morbũ. Col. lib. 9. aliter accipit ramices, cum inquit de uiuario cõſtituendo:deinceps per tranſuerſa laterum caua tranſmittuntur ramices, qui exitus ferarum obſerent.

Rāmnūs,genus ſentium aſperrimum aculeis, & flore gratiſſimum.ῥάμνος.uide Rhamnus.

Rāmūs,mi.m.ſ. arboris pars eſt. κλάδος,κλών. Eſt in arbore ramus, ut inquit Theophraſtus, quòd à caudice fiſſum, multiplexq; ſpargitur: unde ramos nõnulli nodos appellauere, ſuntq; ueluti quædam ipſarũ arborum brachia, quibus ſeſe latius diffundunt & expandunt,atque in altum tolluntur. Hinc ramoſus adiectiuũ quod multos ramos habet. Á ramus fit diminut.ramuſculus,et ramulus.κλαδίσκος. Hinc ramuloſus,adiect.Plin.lib.16.cap.24. Ramuloſa folia ulmo & cytiſo.

Rānă,æ.ſ.p genus animalis paluſtris.βάτραχος. Ranarum aliæ ſunt terreſtres, (licet in aquis dulcibus degant) aliæ marinæ. Rana etiam morbus eſt, qui bobus accidere ſolet. Colum. lib.6.cap.8.

Rāncĕo,ces,rancui.neut.ſ. rancorem habeo, ſiue puteo.ὑγρωτιάω.

Rāncĭdūs, da. dum. (σαπρὸς) quod eſt rancore putidum,ut caro rancida. Interdum pro inſuaui ponitur. Hinc rancidè aduerb. Gellius lib.18.cap.8. In collocandis uerbis immodicè faciunt,& rancide. Huius diminut. eſt rancidulus.

Rāncōr, oris. m. t. (σαπρότης) putor quidam atque odoris grauitas,quæ ex uetuſtate & putredine ac corruptione naſcitur.à ranceo, nomen uerbale.

Rāntūm,dixerunt Veteres quadrantem,quòd in eo & triente ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in aſſe.

Rānūncŭlūs,li.m.ſ.dimin.eſt à rana.βατράχιον. Ranunculos per iocum uocat Vlubrenſes Cicero ad Trebatium lib. 7. qui ſibi obloquerentur,eo quòd clamarent tanquam ranæ. Eſt & ranunculus herba,de qua Plin.lib.25.ca.13.

Rāpă,pæ.ſ.p. (γογγύλη) dicitur quòd paſſim rapiatur. Dicitur & rapum neut.gen.Martialis, Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa.Plin.lib.18.cap.13.Theophraſt.lib.7.cap.4. Dioſc.lib.2.cap.121.

Rāpăcĭă,orum.raporum frondes,quas homines decoctas in cibum ſumunt.γογγυλίδος.Plinius lib.18. cap.13. Et homini non minor rapaciorum gratia quàm cymarum. Cato cap.35. diuerſe extulit. Rapiciam, inquit, & coles, rapicij unde fiunt, & raphanum in loco ſtercorato ſerito.

Răpāx,acis.om.t. auidus, & rapinis ſemper intentus.ἅρπαξ. Hinc rapacitas.τὸ ἁρπακτικόν.

Răphănūs,ni.m.ſ.pen. cor. genus radicis notæ, comeſtibiliſq;. ῥάφανος. Plin.lib. 20. cap.4. Quidam hoc nomen aſpirãt in prima. Dioſc. lib.2. cap.124. Hinc raphaninus adiect. ut, Raphaninum oleum.

Răphănītis,itidis.ſ.t.genus ireos herbæ, de qua Plin.lib.21.cap.7.

Răpĭdūs,a.um.o.ſ. (θοὸς,ῥοώδης) uelox, ab eorum qui rapiũt celeritate dictus.Vnde & amnis rapidus, qui cum celeritate & furore labitur. Hinc rapidè,aduerb. Cice.2.de Legib. Rapideq; dilapſus citò in unum cõfluit. Et rapiditas,atis.

Răpīnă,æ.ſ.p. ubi ſeminatur rapum. Columel. lib.11.cap.2.

Răpīnātŏr,oris.m.t.à rapina,raptor dicitur.ἅρπακτης. Lucilius, Homo impudicus impune eſt rapinator.

Răpĭo,pis.pui. ptum. a. t. ſignificat per uim aut cum feſtinantia,ſiue cum furore rapio,traho, euello,auſero. ἄγω,ἁρπάζω. Terent. in And. Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. Aliquando in præterito rapſi facit. Cice. 2.de Legib.Sacrum, ſacro'ue commendatum qui clepſerit,rapſerit'ue,parricida eſto. Aliquando rapere,(βιάζω) eſt uim afferre,uitiare,& proprie de uirginibus atq; impuberib. pueris, » etiamſi loco non dimoueantur. Vergilius, Et » rapti Ganymedis honores. Rapere aliquem in ius eſt,quod & uocare,& trahere dicitur. Rapere aliquẽ in inuidiam, eſt odium in aliquem conci-

concitare. Compoſita, abripio, arripio, corripio, deripio, diripio, eripio, irripio, præripio, proripio & ſurripio.

Răpo, ponis. m. t. idem quod raptor. ἅρπαξ. Pomp. Ne uos cõturbent auri argẽtiq; rapones.

Răptim. aduerbium, ſignificat cum feſtinatione, uelociter, citò. μεθ' ὁρμῆς. Cice. ad Attic. libro 2. Hæc raptim ſcripſi. Significat & raptim, rapiendo. Plin. libro 17. cap. 14. Semine raptim auium fame deuorato.

Răptio, onis. f. t. rapina, & raptus, diſtinguuntur ab inuicem, quòd raptio ad perſonam: rapina (ἁρπαγὴ) ad rem: raptus, (βία) ad ſtuprum referatur. Terent. in Adelph. Diſperij, Cteſiphonem audiui filium unà in raptione fuiſſe cum Aeſchino. Colum. etiam Rapinas uocat culturas raporum. id eſt loca ubi rapæ ſeruntur.

Răptito, tas. pen. cor. frequent. à rapto. tas.

Răpto, ptas. a. p. frequenter rapio, traho. προσαναρπάζω Vergil. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Răptŏr, oris. m. t. qui rapit. ὁ βιαζόμενος.

Răptūră, æ. f. p. rapiendi actus. Plin. lib. 11.

Răptŭm, pti. n. ſ. res rapta, ut rapto uiuere.

Răpŭlŭm, li. n. ſ. diminut. à rapum. γογγυλίς. Horat. in Serm. Captus, ut aiebat cœnæ pater, acria circum Rapula.

Răpūncŭlŭs, li. m. ſ. ut uulgò nominant, à rapo: radicula, quæ comeditur in acetarijs. γογγυλίς. Rapuntium uernaculi noſtri dictitant.

Rārefăcio, cis. a. t. rarum facio. ἀραιόω.

Rārĕfio, paſſiuum à rarefacio.

Rārēntĕr, aduerb. idem quod raro. σπανιάκις. Gell. lib. 2. cap. 25. À rarus nõ dicitur rarè, ſed alij rarò dicunt, alij rarenter.

Rārēſco, ſcis. n. t. ſignificat rarũ fio, ſiue deficio. ἀραιοῦμαι, μανοῦμαι, σπανίζω.

Rārĭpĭlŭs, a. um. quod habet raros pilos. ψιλός.

Rāro, ras. a. p. rarum facio, μανόω. cuius compoſita ſunt, diſraro, & interraro, (διαμανόω) quod eſt, in medio rarum facio. quo Colum. lib. 4. utitur.

Rārŭs, a. um. (μανὸς, ἀραιὸς) propriè dicitur, quod non eſt denſum. Interdum ponitur pro præſtanti, (σπάνιος) quoniam omnia præclara rara ſunt. Hinc rarò aduerb. inſolenter, minus ſæpe, non ſæpe. Et rarè, non denſe, nõ ſpiſſe. Colum. lib. 2. cap. 9. Nam niſi rarè conſeritur, uanam & minutam ſpicam facit. Hinc quoq; raritudo. dinis. idem quod raritas, id eſt infrequentia. Colum. Cic. 2. de Nat. Deorum. In pulmonibus aũt ineſt raritas quædam, &c. id eſt laxitas, & mollities ſpongioſa.

Rāsāmēntŭm, ti. n. ſ. idem quod raſura. ξύσμα.

Rāsĭlis, & hoc le. om. t. pen. cor. ἀποξυσμένον. quaſi raſum, nihil extantis ac redundantis plenitudinis, inquit Val. lib. 1. cap. 10. Verg. tamen dixit, Et torno raſile buxum, quaſi raſibile.

Rāsĭto, tas. a. p. pen. cor. ſignificat ſæpe rado. ξυράω. Gell. lib. 3. cap. 4.

Rāsŏr. oris. m. t. qui radũt. κουρεύς. Et per tranſlat. fidicen, quia uidetur chordas ictu radere.

Rāsōrĭŭs, ria. rium. quod ad radendũ pertinet. κουρικός. unde dicimus cultros raſorios.

Răſtrŭm, ſtri. neut. gen. ὁ ξύστρα. quod in plurali hi raſtri, & hæc raſtra dicimus, ruſticum eſt inſtrumentum dentatum ad glebas cõfringendas, terramq; in occatione effodiendam. dictũ quòd terram radat, & fodiendo conculcet. Raſtrum etiam quadridens poſuit Cato inter inſtrumenta pratenſia, cap. 10. Raſtellum diminut. pratis tantum proprium erat, ac quemadmodum etiam hodie potiſſimum, ligneum fuit. Verum & ſtabulariorum uſibus deputantur, hiſdem quoq; terram effodiunt. Suet. in Nerone.

Rāsūră, æ. f. p. ipſe radẽdi actus. κουρά, ξυρισμός. Col. lib. 4. cap. 29. Eaq; raſura ita deducitur.

Răto, Veteres pro ratifico dicebant. Vnde irrito contrarium. κυρόω.

Rătārĭæ naues, (σχεδίαι) à ratium ſimilitudine appellatæ ſunt.

Rătĭfico, as. approbo, & quod actũ eſt cõfirmo.

Rătĭo, onis. f. t. (λόγος) à ratum ſupino fit, & eſt uis illa animi, qua à cæteris animalibus homo diſiungitur, ijſq; præpollet atq; imperat. Quæ ſic definitur ab Auguſtino lib. 2. de Ordine, quòd ſit mentis motio ad ea quæ diſcutiũtur, diſtinguendi & connectendi potens. Vnde ab Horatio ponitur pro ratiocinatione & diſcurſu animi, ad inueſtigandum uerum. Cic. lib. 1. ad Herenn. Ratio eſt cauſa, quæ demonſtrat uerũ eſſe id, quod intendimus breui ſubiectione. Aliquando pro conſilio & propoſito ponitur. Cic. in Verr. Act. 2. Mea quidem ratio cũ in præteritis rebus eſt cognita, tum in reliquis

exploratâ atq; prouiſa eſt. Aliquando pro reſpectu & cura. Idem Plan. Peto à te ut mei rationem habere uelis. Si uero iungatur cũ præpoſitione Cum, ſignificat negocium, (πρᾶγμα, αἰτία.) Idem in Catone, Rationem habet cum terra, quæ nunquam recuſat imperium. Aliquando ponitur pro cauſa. Idem ad Cat. lib. 15. Cum propter rationem belli quinq; dies eſſem moratus. Aliquando pro modo, uia & forma, (μέθοδος) ut rationem inire, pro modum inuenire. Et ratio quandoque dicitur ſupputatio uel calculus, ſiue expenſa, (λογισμός.) Rationibus inferre aliquam ſummã, eſt eam in ratiocinario perſcribere. Rationibus referre, inter recepta computare. Ratio etiam proportio, (ἀναλογία) dicitur, ut ſi quando numerus ad numerũ habet proportionem, quam nos rectam dicimus rationem uel duplã uel triplam, ut quatuor ad duo, & ſex ad duo. Ad rationem noſtrorum temporum dixit Cic. in Bruto. id eſt comparatione noſtrorum temporum. Rationẽ capere oculis, eſt ex uiſu tantum rationem concipere.

Rătiōnẽm conſtare, (δύναια λόγον ἔχειν) eſt æquã legitimamq; rationem oſtendi, aut apparere oſtendi poſſe.

Rătiōcĭnātio, onis. f. t. (συλλογισμὸς) Cic. 1. de Inuent. Ratiocinatio autem eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ratiocinatiuus adiect. quod ad ratiocinationem pertinet: ut ratiocinatiuum genus orationis, apud Ciceronem de Inuentione.

Rătiōcĭnĭŭm, nij. n. ſ. ipſe ratiocinandi actus. Col.

Rătiōcĭnātōrẽs, um. m. t. (συλλογιςαὶ, λογιςαὶ) dicti ſunt qui calculatores uulgò nominantur. Colum. lib. 1. Vt diligens ratiocinator poſito calculo uidet id genus, &c.

Rătiōcĭnŏr, aris. d. p. pen. corr. ſignificat per rationem quandam deprehendo, colligo, computo. συλλογίζομαι.

Rătiōnābĭlis, le. o. n. t. (εὔλογον) dicitur, quod cũ ratione factum, dictum ue eſt. Cuius contrarium eſt irrationabile. Itaq; domum aliquã rationabilem poſſumus dicere, noſtrumq; ſermonem: rationales autem uel illum qui hunc fecit, uel nos qui loquimur. Itaq; cum aliquid ui[d]emus, congruentibus ſibi partibus figuratum, nõ abſurdè dicimus, rationabiliter apparere. Item cum aliquid bene, cõcinnè ue audimus, nõ dubitamus dicere, quòd rationabiliter ſonet: irrationabile uero, quod his caret.

Rătĭōnālĭs, le. om. t. (λογικὸν) philoſophi dixerũt eſſe, quod ratione uteretur, uel uti poſſet. Vnde dicimus, hominem eſſe animal rationale & mortale.

Rătĭōnālĕ, lis. n. t. ſubſtant. genus ueſtis ſacerdotalis. Hierony. ad Fabian. Rationale etiam dicitur genus ueſtis, apud Hebræos Oſum, Græcè λόγιον, nos rationale poſſumus appellare. pannus eſt breuis, ex auro habens magnitudinem palmi, per quadrum & duplex, ne facile rumpatur.

Rătĭōnārĭŭs, (λογιςήριος, τὸ γραμματεῖον) adiect. eſt, ut rationarius codex, in quo rationes rerũ geſtarum continentur. uulgus regiſtrum uocat. Et rationarius liber, in quo accepti & expenſi rationes deſcribuntur. Item rationarius (λογιςὴς) qui rationarium cõficit, uel qui rationibus præeſt.

Rătis & Rates, is. f. t. σχεδία. ſecundum Probum efferri poteſt. Et propriè rates dicuntur connexæ, & rectè cõpactæ inuicem trabes, quæ per aquam trahuntur. Abuſiuè à poëtis uſurpantur pro nauibus. Verg. Diſiecitq; rates.

Rătĭūncŭlă, æ. f. p. diminut. λογίδιον. & ponitur aliquando pro ſupputatione. Terent. in Phor. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.

Rătŭs, a. um. participium à reor, reris. (νομίζω) quod ſignificat puto, imaginor. Plaut. in Amphit. Victis hoſtibus, quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Feſtus, Ratus ſum, ſignificat putaui. Aliquando tamen ratus dicitur firmus, certus, conſtans, fixus, κύριος. Terent. in Hecyra, Ne quod egiſſem, eſſet ratum. Ratum & irritum ſunt contraria: ſimiliter ratum & ruptum. Cice. de Orat. Ratum habere aliquid, eſt approbare, confirmare. Ratum facere, eſt quod uulgus dicit, ratificare. Ratũ mihi eſt, id eſt approbo, confirmo. Pro rata, ſiue pro rata parte, eſt quod uulgus dicit, ad æquipollentiam. Cæſ. 1. Belli Gal. Quadraginta iugera in ſingulos proponit, & pro rata parte centurionibus, euocatiſq;. Ratæ preces apud Oui. in Faſtis, ſunt preces exauditæ.

Raucæ, uermes terreni, radices arborum lædentes. Pli

tes. Plinius libro 17. cap. 18.

Raûcio, cis, rauſi. ſum. n. q. raucus ſum. βραγχιᾷς. à quo irraucio. Eſt & rauceo, ces. à quo raucesſco & irrauceo.

Raûcūs, a. um. o. ſ. βραγχώδης. qui nimio clamore, uel alia cauſa uocem obtuſam habet, compreſſam & impeditam. Verg. Dant ſonitum rauci per ſaxa ſilentia cygni. Raucos cygnos uocat, hoc eſt inter uolandum, raucum per aëra ſonum efficientes, qualis eſt tubarum. Ponitur aliquando pro feſſo & defatigato. Cic. ad Var. lib. 9. Te uero nolo, niſi ipſe rumor iam raucus erit factus, ad Baias uenire, id eſt niſi ipſe rumor defecerit. Hinc rauciſonus, adiect. & raucitas & raucedo. βράγχος. pro uocis obtuſitate.

Raūdūm, (ἀνάργασον) dicebatur æs à ueteribus. Vnde in uenditionibus mancupi ſcriptũ erat, Rauduſculo libram ferito. Nam raudus ſiue rodus, inquit Feſtus, ſignificat rem rudem & imperfectam: unde & ſaxum quoque raudum appellant poetæ.

Rāuīdūs, adiect. rauidi oculi, nigro & fuluo mixti, qui color eſt, inter flauum & cæſium.

Rāuīllæ, arum. com. p. ἀποχλομμένοι τοὺς ὀφθαλμούς. dicuntur, qui rauos oculos habent, quemadmodum qui caſij, cæſiliæ. Feſtus.

Rāuīs, (φωνῆς ἀποκοπή) raucedo uocatur, quæ fit aut nimia ſiccitate propter clamorem, aut nimio humore ad uocis locum fluente, ex quibus uox homini plerunq; negatur. Vnde ad rauim uſque petere aliquid ab alio, eſt (inquit Eraſmus) improbè, ſæpius, clamosè, adeò ut uox etiam toties uociferanti rauceſcat. Hinc rauio. uis. & rauus. ua. uum.

Rāuīſcēllūs, a. um. diminut. à rauus. Plaut.

Rāuūm, ui. n. ſ. ἀποχλομμένος. Veteres dixerunt obtuſum. Vnde Raua uox, obtuſa, & parum liquida, parumq; ſonora. Rauus color, obtuſus. id eſt mixtus niger cum fuluo, color inter flauum & cæſium qualem habent lupi. Hora. Raua decurrens lupa Lanuuino.

R ANTE E.

RĔ, (ἀνά) præpoſitio, per apocopen à retrò facta uidetur. Vnde reſpicio, retro aſpicio. Reuertor, retrò uertor. Repoſco rem datam retrò poſco. & non niſi compoſita reperitur, quæ etiam alias ſignificationes habet. Nam quandoq; perfectionem denotat, ut recognoſco. Quandoq; reciprocationẽ, ut redamo. Quandoq; cõtrà, ſiue aduerſus, (ἀντί) ut reluctor, id eſt repugno, reſiſto. Quandoq; iterum atq; iterum, ſeu ſæpe, ut reputo. Quandoq; de nouo, ut renouo, quod eſt rurſus nouum facio. Quandoque inde, (ἀπό) ut remoueo. Quandoq; ualde (σφόδρα) ut redundo. Quandoq; longè. Verg. libro 1. Italiam petere, & terras tentare repoſtas. Seruius, id eſt longè poſitas. Quandoque denotat contrarietatem ſuorum ſimplicium, ut retego, quod eſt tectum denudo: reſigno, quod ſignatum erat aperio: recludo, clauſum patefacio. Habet aliquando re eandem ſignificationem, quam habet ſimplex, ut repræſento. Componitur autem cum dictione ab a incipiẽte: ut redamo, redarguo: b, ut rebello: c, ut recuro: d, ut reddo: e, ut redeo: f, ut refero: g, ut regredior: h, ut rehibeo: i, ut reijcio: l, ut relego: m, ut remigro: n, ut renitor: p, ut repugno: q, ut requiro: ſ, ut reſarcio: t, ut retineo: u. ut reuertor. Sed cum a, e & h, interponitur d cauſa euphoniæ.

Rĕālĭs actio, dicitur quæ in bona tantum extenditur.

Rĕāpsĕ. τῷ ὄντι. ſignificat re ipſa. Pacuuius.

Rĕātūs, tus. m. q. ſtatus & conditio rerum, hoc eſt habitus demiſſus, pannoſus, ſqualidus & miſericordiæ aucupator. Vnde reorum ſordes, ſordidatiq; dicebantur. Iureconſultus, Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit. id eſt in eum mitius animaduertendum. Hodie in reatu ſunt, qui carcere detenti, ſqualore & illuuie conficiuntur: aut qui honoris cauſa cuſtodiæ ſuæ, aut apparitorum, commiſſi: aut uadimonio, aut uadibus obſtricti ſunt, aut ex promiſſoribus. Iuſtin. lib. 4. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, id eſt ad cauſam dicendam. Budæus.

Rĕbĕllo, las. n. p. ἀφίσημι, ἀντιτυπέω, ἀφηνιάζω. ex re & bello, propriè ſignificat repugno, & quaſi bellando aut certando contrauenio & contendo. Vnde rebelles, (ἀποστατικοί) dicuntur, qui in fide non permanent, & iuſſis poteſtatum repugnant. Rebellio. ἀπόστασις. repugnantia, ſiue ipſe rebellandi actus. Rebellium, idem. Liuius 5. Decad. 2. Pacatos ad re

bellium

bellum incitaſſet. Rebellare uulnera, ſeu alia uitia dicuntur, quando ſemel curata repullulant. Plin. lib. 25. ca. 15.

Rĕbīto, as. à re & ito. as. frequentatiuo uerbi Eo, is, compoſitum, reuertor ſignificat, & redeo. interpoſitum autem b, tantum euphoniæ cauſa. Plautus in Capt.

Rĕbŏo, as. n. p. ἀντιβοάω, ἀναμυκῶμαι. ex re & boo, mugio. Græcum eſt, ut inquit Seru. Per translationem ſignificat reſonare, reſultare, remugire. Verg. 3. Georg. Reboant ſyluæq́; et magnus Olympus.

Rĕcălēſco, ſcis. n. t. rurſus caleſco, ἀναθερμαίνομαι.

Rĕcăluāſtĕr, ſtri. m. ſ. dimi. eſt. ἀναφαλαντίας. ſignificat eum qui fronte calua eſt, nō toto capite, quaſi recaluatulus. Valla li. 1. ca. 7.

Rĕcăluŭs, idem ſignificat quod recaluaſter. ἀναφαλαντίας. Plautus in Rud. Ecquem recaluum ac ſilonem ſenem.

Rĕcāndēns, id eſt ualdè candens. Plin. lib. 37.

Rĕcānto, as. rem incantatam alio carmine libero. Ponitur etiam pro iterum cantare. Mart. li. 2. Nuſquam Græcula quod recantat Echo.

Rĕcēdo, is. n. t. quaſi retrò cedo. Plautus in Capt. Proin tu ab iſthoc procul recedas. Ponitur aliquando pro reuertor. Salluſt. in Iug. Albinus Aulo fratre in caſtris proprætore relicto, Romam receſſit. Aliquando pro diſcedo. Cice. Attic. Vnde nos pridie Nonas Maij recedere cogitamus. Aliquando pro diminui. Plinius Epiſt. li. 3. Receſſit uenter. Tranſlata uero ſunt, Recedere ab officio, & non facere officium. Recedere ab armis, eſt ceſſare, deſiſtere. Recedere à uita, eſt mori. Recedere à cōditione, perſona, ſtatu, eſt quod dicimus immutare perſonam, conditionem, ſtatū. Hinc receſſus, ſus, ipſe recedendi actus. Receſſus in oculo, eſt cauitas ſiue profunditas ipſius. Plin. lib. 8. cap. 33. Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine, &c. Ponitur aliquando pro ſolitudine. Cice. Att. Mihi ſolitudo & receſſus, prouincia eſt. Hinc receſſim, aduerbium, retrocedendo. Plaut. in Caſſ. Receſſim cedam ad parietem.

Rĕcēllīclūniæ. κινησίπυγοι. dictæ ſunt meritoriæ meretrices, quæ deſultura quadam, & aſſultura mouent clunes, uti uenus concinnior inſcenſori præſtetur.

Rĕcēllo, lis. a. t. reduco, reclino: ſicut excello, in altum extollo. ἀνακλίνω. Liui. lib. 4. Bel. Pun. Ferrea manus cum iuncta proræ eſſet, grauiq́; libramento plumbi recelleret, ad ſolū ſuſpenſa prora, nauim in puppi ſtatuebat, id eſt deprimeret, inquit Budæus.

Rĕcēns, entis. om. t. νεαλής, πρόσφατος, νεαρός. nomen, ſignificat nouum, hoc eſt quod nuper accidit. Vnde recentior, recentiſſimus: & aduerbium recenter. Inuenitur etiam recens. νεωστί. aduerb. Plaut. Qui recens ex agro uenerat. Verg. Sole recens orto.

Rĕcēnsĕo, es. a. ſ. καταλέγομαι, ἐξετάζω, ἀπαριθμῶ, ἐπισκοπέω. recognoſco, uel ſummam alicuius rei facio: ut recenſere populum, eſt per numeros colligere. Vnde recenſus, pro recenſione & recognitione dicitur. ἐξέτασις. Et recenſiti, qui per recenſum numerati ſunt. Sueto. in Caſ. Recenſum populi uicatim per dominos inſularum egit.

Rĕcēntārī, (νεάζεσθαι) renouari, & denuò recens fieri. Actius, Recentatur commune lumen hominibus & uoluptas.

Rĕcēptācŭlŭm, li. n. ſ. ἐκδοχεῖον, ὑποδοχὴ. locus in quem ſe tutò recipiunt. Cic.

Rĕcēpti in ciuitatem. ἀναγεγραμμένοι πολῖται. dicuntur, qui cum ſuffragio ciues ſunt effecti, ut apud Liuium ſæpe legitur.

Rĕcēptītiŭs, a. um. quod reſeruatur, (ἀναλήψιμος, κλητέος) Vnde receptitius ſeruus appellatus eſt, nuptæ mulieris proprius, quem reſeruauit, cum dotem marito daret.

Rĕcēpto, ptas. frequentat. à recipio. ὑποδέχομαι. Terent. Meum receptas filium.

Rĕcēptŏr, oris. m. t. uerbale, ſiue receptator, qui latrones, eorūq́; ſurrepta recipit, occultatq́; uulgus recelatorem appellat.

Receptus mos. τὸ καθεστηκὸς. eſt, quem ſponte ciuitas alienum aſciuit.

Rĕcēptŭs, us. m. q. ἀναχώρησις, ἀναγωγὴ. reductio, id eſt, quò ſe tutus recipit exercitus, & ſine periculo hoſtem expectare poteſt. Vergil. lib. 11. Planicies inculta iacet, tutiq́; receptus.

Rĕcēſſŭs, us. m. q. Cic. de Orat. Luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipit.

Rĕcĭdipnŭm, pni. n. ſ. (ἐπιδειπνητικὸν) ueſtis quam uocant cœnatoriam. Iuuenalis, Ruſticus ille tuus ſumit recidipna Quirine. Compoſitum nomen

nomen ex Latino & Græco, ſcilicet ex recinio, & δεῖπνον cœna. eadem etiam Triclinaria dicuntur. Vide Trechedipnum.

Rĕcĭdiuŭs, a. um. pen. pro. ſignificat quod recidit. παλίμος. Verg. lib. 4. Et recidiua manu poſuiſſem Pergama uictus. id eſt quæ reciderunt.

Rĕcĭdo, dis. pen. cor. recidi, recaſum. n. t. ſignificat retrò, ſiue iterũ cado. πελίπω, ἀναπίπτω. Et ſemper corripit re. Propertius, Recidit inq; ſuos menſa ſupina pedes. Iungitur præpoſitionibus in uel ad: ut, Recidere in tenebras, & recidere ad paucos. Recaſurus, a. um. participium.

Rĕcīdo, dis. di. a. t. pen. pro. ex re & cædo, quod incido ſignificat, quaſi retrò ſeco. ἀποκόπτω. Vnde reciſos ramos dicimus, id eſt reſecatos. Cato cap. 2. Viam publicam muniri, uepres recidi. Hinc reciſamentum, paruum fruſtum, & quaſi ramentum ex re aliqua reciſum.

Rĕcĭnĭŭm, uide in dictione Recinus.

Rĕcĭno, is. n. t. iterũ, uel frequenter cano.

Rĕcĭpĕrātĭo, onis. f. t. uide Recupero.

Rĕcĭpĭo, pis. a. t. pen. cor. ex re & capio. Propriè recipere dicimus, quando quis aliquid quod tradidit, recipit, quaſi retrò uel rurſus capit, (ἀναλαμβάνω.) Liuius libr. 9. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. Quandoq; ponitur pro admittere, accipere, honoris uel beneficij, uel humanitatis cauſa ſuſcipere. ἐκδέχεσθαι, ὑποδέχεσθαι. Cic. 1. Off. Cyrillum quendam ſuadentẽ ut in urbe manerent, Xerxemq; reciperent, lapidibus obruerunt. Quãdoq; pro reuocare, ad ſe redire, animum ac uires reſumere. Verg. Sic ore effata recepit ad ſeſe. Quandoq; in tutum reducere, liberare. (ἐπανάγειν.) Idem, Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus. us. pro reductione. Quandoq; ſimpliciter conferre ſe, & proficiſci (κομίζεσθαι.) Plau. in Capt. Inde me continuò recipiam rurſum domum. Quandoq; excipere ad uſum ſuum, & reſeruare: quod fit, cum quis uenditis cæteris, ſibi quippiam reſeruat. Plautus in Trin. Vbi nunc adoleſcens habet? C. poſticulum hoc recepit, cum ædes uenderet. Hinc receptitius ſeruus. Multa morte aliquẽ recipere, dixit Vergil. quod eſt aliquem proſternere, crudeliter & malis modis tractare. Eſt item facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere & polliceri. ἀναδέχεσθαι, ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτόν. Cic. Craſſo, Tibi promitto, ac recipio ſanctiſsimè eſſe obſeruaturum. Aliquando pro approbo. Quint. 8. Vſus recepit bene moratas urbes, & poculũ epotum. Hinc fiunt uerbalia, receptor, receptrix, & receptator à recepto. as. quæ ſæpe illos aut illas ſignificant, qui uel quæ latrones, eorumq; ſurrepta recipiunt, occultantq;. Vulgus recellatores appellat. Metius Iureconſult. De recept. Peſſimum inquit, genus eſt receptatorum, ſine quibus latêre nemo diu poteſt.

Rĕcĭprŏco, cas. a. p. recepto, reflecto, remitto, retrogradior. ἀντιστρέφω, παλινδρομέω. Liuius libro 2. Bel. Pun. Cum iam ſpiritum includeret uentus, nec reciprocare animam ſineret, auerſi à uento parumper conſedêre. Cic. 1. de Diuin. Siquidem iſta ſic reciprocãtur, ut ſi diuinatio ſit, Dij ſint, & ſi Dij ſint, diuinatio ſit.

Rĕcĭprŏcŭs, ca. cum. ἀντίστροφος penult. corre. quod eſt repetitum.

Rĕcĭprŏcŭm pronomen. αὐτοπαθές. dicitur quia in ſeipſum reflectitur. Reciprocum Varro à recipiendo deriuat, et id eſſe aſſerit, quod aliũde profectum redit eò, unde profectum eſt: ut Reciprocus amnis, id eſt refluus.

Rĕcīsāmēntŭm. ἀπόκομμα. uide in Recido.

Rĕcĭto, as. n. p. ἀναγινώσκομαι, ἀπαγγέλλω, ἐπιδείκνυμαι. ex re & cito, ſignificat ſcripturam clara uoce, ut alij audiant, intelligantq; lego, de ſcripto dico. unde poetæ, & alij ſcriptores recitabant publicè opera ſua, & nõnulli aliena. Aliquando non legendo, ſed memoriter referendo fit recitatio. Quintil. At iſta legem recitat, loquens de muliere, quæ cæca erat.

Rĕclāmo, as. n. p. pen. prod. clamore aduerſor, non acquieſco, contradico, (ἀνθίσταμαι, καταβοᾶν, ἀντιλέγω) Reclamo tibi pro reo, dixit Plinius Epiſt. lib. 9. id eſt, cum clamore reprobo, quæ in reum dicis.

Rĕclīno, as. are. ad aliquid flexum eſſe, incuruari, & reflecti. Cæſ. 6. Bel. Gal. His ſunt arbores pro cubilib. ad eas ſe applicant, atq; ita paulum modò reclinatæ quietem capiunt.

Rĕclĭuĭs. & hoc ue. id eſt accliuis, propendens.

Rĕclūdo, is. a. t. pen. pro. modò ſignificat probè claudo. κατακλείω. Modò habet ſignificatonẽ cõtrariam ſuo ſimplici. ἀνοίγω. hoc eſt aperio.

Plau.Capt. Cellas refregit omnes intus,recluſitq́; armarium.

Rĕcōctăm uulgò dicunt, qui & ſecundarius caſeus dicitur. δίεφθος.

Rĕcōgĭto,as.iterum atq; iterum cogito.

Rĕcōgnōſco,ſcis.a.t.rurſus cognoſco. καταλέγομαι, ἀναγινώσκω. Ponitur aliquando pro æſtimare,conſiderare,tractare,ad memoriam reuocare,uel etiã agnoſcere.Cic ad Brut.Verba tua recognoſce. Interdum eſt, ut ſe aliquid habeat,reuideo.ἐφορᾷν.Col.lib.1.Panis potionisq́; bonitatem guſtu ſuo exploret, ueſtem, manicas,pedumq́; tegmina recognoſcat.Inde etiam, cum opus compoſitum emendandi, aut limandi,aut reprehendendi,aut retractandi cauſa reuidemus, recognoſcere dicimur.

Rĕcŏlo,is.a.t.pe.cor.ſignifi.reputo,meditor, & mente tracto.ἀναλογίζομαι,δἰεξίεμι. Diomed. Supereſt,ut ſingula recolendo memoria tenus mandentur, ne fruſtra cum tempore euaneſcant. Ponitur aliquando pro polire,nouare.

Rĕcōllĭgo,is. a.t. in unum colligo. Recolligere ſe, eſt recipere ſe,uires reſumere,ut conualeſcentes ægri.

Rĕcōncĭlĭārĕ, a. p. (καταλλάττειν)eſt in gratiam reſtituere,quoties ſcilicet amici,qui interpoſita aliqua offenſa,aliquandiu fuerant inimici, in priſtinam redeunt beneuolentiam ac familiaritatem, à quo conciliatio. καταλλαγή.Reconciliare exiſtimationem,eſt recuperare.

Rĕcōncĭnnārĕ,a.p. πάλιν ἀθετεῖν, ἐπισκευάζειν. id eſt inſtaurare,denuo componere, expolire.

Rĕcōndo,dis.a.t.repono,& cõtego.ἀποτίθεμαι.

Rĕcŏquo,is.a.t.pen.cor.id eſt rurſus coquo.Per tranſlat. ponitur pro rurſus polio,& formo, tanq̃ ea quæ iterũ coquũtur,ut meliora fiant.

Rĕcōrdŏr,aris.d.p.rurſus in cor reuoco,uel iterum rem cordi do,ſiue in mentem reuoco.ἐννοῶ,ἐνθυμοῦμαι,ἀναμιμνήσκομαι. Et dicimus, Recordor huius rei,& hanc rem. Hinc recordatio.ὑπόμνησις.

Recrĕo,as.a.p. (ἀναζωπυρῶ,ἀνακομίζομαι,ἀναφέρω)reficio,releuo.Cic.Att. Recreaui afflictos animos bonorum.

Recrēſco ,ſcis. n. t. rurſus creſco. ἀναφύομαι. Hinc Recrementũ.ti.idipſum quod recreuit, hoc eſt ueluti purgamentũ, & retrimentũ alicuius rei.Celſus lib.5.Vlcera illinẽda ſunt aut plumbi recremento,aut ceruſſa, id eſt ſcoria.

Recrūdēſco,ſcis.n.t.renouo. ἀνανεοῦμαι. Tractum à uulneribus, quæ agitatione nimia, uel male purgata interdum recrudeſcunt, id eſt cruda & noua fiunt.

Rēctă, abſolutè à Veteribus dicebatur cœna, quam clientibus,& conuictoribus,& recto ordine diſcumbentibus lautè principes dabant. Sue.in Domit.Sportulas publicas ſuſtulit,reuocata cœnarũ rectarum cõſuetudine. Mart.

» Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. Liberaliores enim diuites,ciuilioresq́; ſalutatoribus ſuis legitimũ conuiuiũ exhibebãt,quæ recta cœna uocabatur. Sordidi aũt & maligniores,rectæ cœnæ loco ſportulam tantum præbebant. Inuenitur etiam Rēctā, (εὐθὺ) aduerb. Plin.Cum domum rectà proficiſceretur.

Rēctă tunica,(ὀρθὴ ἐσθὴς)dicebatur quæ ita contexta erat, ut ueluti rigens ſtaret. Vel quæ aſtantibus ab imo in altũ texebatur. Hac tyrones,& nouæ nuptæ induebantur.

Rēctāngŭlŭs,(ὀρθόγωνος)eſt cum lineæ ita coniunguntur,ut nulla pars magis declinet.

Rēctē,(καλῶς)eſt,cui, ſi propriè accipiatur,opponitur obliquè. Tranſlatè uero ponitur pro bene, probè,præclarè,iure, rite, cui opponitur perperam,uel uitio. Cic. Si rectè uos cognoui. Sic rectè eſſe alicui,eſt illi bene eſſe,ualere. Recte ferre aliquid, eſt probè, patienter. Recte

» ocia ponere, apud Horat. pro præclarè. Cic. Recte & meritò cõmouebamur. Ponitur aliquando in reſponſione,cũ ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus, ait Donatus. Teren. in Hecy. Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tã triſtis? P A. Recte mater. Reſpondetur aliquãdo pro ſic,uel etiã. Ibidem, Tu rus hinc abis? D. recte. Ponitur aliquãdo pro tuto. Cic. ad Teren. lib.14. Recte in præſentia domi eſſe poteſtis. Recte parere, eſt non monſtrum parere, inquit Donat.in Teren: Hecy. Præſertim cum rectè & tempore ſuo peperit. Differt recte dicere,& uere dicere, quòd recte dicere ad ad uerba, uere dicere ad ſententiã referatur. Teren.in Adelph. Et recte, & uere dicis.

Rēctĭo, onis.f.t. Cic. de Fin. Omniumq́; rerum publicarum rectiones præſcripſimus.

Rēctŏr,oris.m.t.gubernator. Cic.de Som. Ciuitatum rectores & conſeruatores.

Rēctum

Rĕctŭm.ἀπευθυσμένον. dicitur inteſtinum, quia in imo unde excernitur, dirigitur.

Rĕctŭs, cta. ctum. λογιστεύμενος. à rego fit. & id eſt, quod regitur, ſicut rector, qui regit. Aliquando Rectus dicitur, qui ſtat, & erectus (ὀρθὸς) eſt. Aliquando dicitur qui nullam in partem flectitur, cuius contrarium eſt obliquus. Plinius lib. 11. cap. 19. Recto curſu. Vnde per translationem recti homines uocantur iuſti, & rectum iuſtum. Item rectum dicitur perfectum officium, quod Græci κατόρθωμα uocant. Rectus item apud Grammaticos, dicitur primus caſus, qui impropriè dicitur caſus cum nominatiuus à nullo flectatur, & cæteri caſus ab eo flectantur & cadant, ideóq; dicuntur caſus. εὐθεῖα.

Rĕcŭbo. bas. n. p. pen. cor. & Rĕcŭmbo. bis. quieſco. ἀνάκειμαι. Verg. In te omnis domus inclinata recumbit. Aliquando recumbere, eſt ad menſam ſedere.

Rĕcŭlă, pen. cor. diminu. eſt à res. πραγμάτιον.

Rĕcŭpĕrātōr, oris. m. t. eſt cui prætor iuriſdictionem mandabat priuatarum cauſarum, qui de legatus iudex poſtea appellari cœptus eſt à recentioribus.

Rĕcŭpĕro, as. a. p. penultima corre. recipio, uel redimo, aut quod iam amiſſum erat, iterum acquiro. ἀνακομίζομαι, ἀναλαμβάνω. Liui. li. 5. Ferro non auro recuperare patriam iubet. Hinc recuperatio. onis. ipſe recuperãdi actus. Feſt. Recuperatio eſt, ut ait Gal. Aelius, cum inter populũ & regem, nationesq́; et ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per recuperationẽ reddantur res, recuperenturq́; & res priuatas inter ſe perſequantur. Hinc quoq; recuperatorius, adiect. quod ad recuperatorem pertinet.

Rĕcŭrro, is. retrò curro uid. Curro.

Rĕcūſo, ſas. a. p. penu. prod. ex re & cuſo, quod à cudo. dis. fit, ſignificat renuo, refuto. ἀναδύομαι, ἀναίνομαι. Ponitur quoq; pro accuſationem depellere. Cic. Bruto, Tum igitur Galba recuſans pro ſeſe. Hinc recuſatio, uerbale, ipſe recuſandi actus. Ponitur quandoq; pro defenſione. Cic. 2. de Leg. Pœna uiolatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

Rĕcŭtĭtŭs, ti. m. ſ. pen. pro. curtatus, & cui à glãde reſecta eſt cutis. ἀπεψωλημένος. Quo nomine dicti ſunt Iudæi, à reciſa ſcilicet uerendorum cute. Mart. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. Aliquando recutitus, ruptus, & exulceratus dicitur. Idem, Nec ruptæ recutita colla mulæ.

Rĕdămo, as. a. p. pen. corr. ſignificat contrà, uel ſimiliter, ſiue me amantem amo, in amore reſpondeo. ἀντιφιλῶ, ἀντερῶ.

Rĕdāndrŭo, druas. de priſcis dictionibus eſt, ex re & andruo compoſitũ, ſignificat redeo. Lucil. in 9. Vt uulgus redandruet inde. Nonius.

Rĕdārgŭo, is. accuſo cum reprehenſione. Cic.

Rĕdaūſpĭco, as. & Rĕdaūſpĭcōr. aris. d. p. ſignificat incipere, & denuo auſpicium ſumere, uel auſpicari. Plau. in Capt. Exauſpicaui ex uinculis, nunc intelligo redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. id eſt, cœpi ego illum è catenis eximere, nunc quoq; uolo, ut rurſus in catenas redeat.

Rēddĭtŭs, tus. m. q. à reddo, uel Reditus ſimplici d, à redo antiquè, prouentus, obuentia. Plin. in Epiſt. Nec redditus incertus. Poteſt & à redeo deriuari, quòd ſingulis annis redeat.

Rĕddo, dis. didi. ditum. a. t. ἀντιδίδωμι, ἀποδίδωμι. per duplex dd, differentiæ cauſa, uel euphoniæ, quaſi retrò do. Nam propriè reddere, eſt acceptum, uel ablatum reſtituere. Terent. Phorm. Adeò res redit, Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Cic. ad Quintum Frat. Cogebantur Syllani homines quæ per uim ac metum abſtulerant, reddere. Huc referuntur, quæ officij, uel præmij mercedisq́; nomine debemus, ut Reddere uitam pro Repub. reddere mortem pro patria. Cice. Offic. Ea quæ acceperis utenda maiore menſura iubet reddere Heſiodus. Sic quoque ſi cui dederim literas ad alium quendam perferendas, rectè iſtum illi eas reddidiſſe dixero. Cice. Terentiæ, Omnes ſunt redditæ, diligentiſſimeq́; à te præſcripta ſunt omnia. Aliquando ponitur pro præſtare, facere, uel efficere. ἀποτελῶ, ἀπεργάζομαι: ut, Aliquem reddere laſſum, Plaut. Conuinctum, Terentius Andr. Curuatura iunceas, Idem. Ociosum, Cice. 9. Fam. Elinguem, id eſt mutum facere, Idem pro Flac. Mollem & placidũ, pro Cecin. Aliquando ponitur pro exprimere uel referre. Cic. de Orator. 1. Perge Pomponi de Cæſare, & redde quæ reſtant.

Rĕdēmpto, ptas. frequent. eſt. λυτρῶμαι. A quo redemptito.tas. Plautus, Redemptitauere ad unum captos.

Rĕdĕo,dis.diui.& ditum.n.q.retrò eo, ſiue reuertor. ἀνέρχομαι, ἐπανήκω. Teren.in And. Redeo inde iratus,atq; ægrè ferens. Interdum reuocor. περιήκω. Verg. Redit agricolis labor actus in orbem. Sic dicimus Redire ad ingenium id eſt, redire ad ſuam naturam,& priſtinos mores. Redire ad ſe, eſt mentem perturbatam quietam reddere Teren. Adel. Tamen reprime iracundiam, atq; ad te redi. Redire ad rem,dixit Cic.1.de Fin.id eſt, ad propoſitum redire. Redire in mores patrios,eſt in libertatem uenire. Liu.9.Belli Pun. Ponitur aliquando redire pro prouenire,unde fit reditus,id eſt prouentus,de quo ſuo loco. Plin.lib. 14. Cato denos culeos redire iugerib. ſcripſit.

Rĕdhibĕo,bes.a.ſ.ἀποδίδωμι.pen.cor. ex re & habeo, d interpoſita cauſſa melioris ſoni. Et eſt redhibere,ut Vlp. inquit,facere ut rurſus habeat uenditor, quod habuerat. Feſt. Redhiberi id dicitur quod redditum eſt, improbatumq́;,& qui dedit, rurſus coactus eſt habere id,quod antè habuit. Hinc redhibitio, actus ipſe reſtitutionis. Ponitur aliquando ſimpliciter pro reddo,reſtituo. Plau. in Menæ. Saluũ tibi, ut mihi dediſti, redhibeo marſupium. Hinc redhibitio,quaſi redditio.

Rĕdĭgo,gis.a.t. περιτρέπω, περιΐστημι, καθιστῶ, παρασκευάζω, περιάγω. pen.cor.ex re & ago, in i cõuerſa,& d interpoſita, ſignificat quadã ui & induſtria reduco ad aliquid uel aliquò. Et ſemper,accuſatiuum cum præpoſitione In uel ad poſtulat, multiſq; accommodatur actib. & in utranq; partem ſumi ſolet. Plau. in Amphit. Deniq; Alcmenam redĭget antiquam in concordiam coniugis. Idem in Aſin. Redigã te unde orta es,ad egeſtatis terminos.

Rĕdĭmīcŭlă,orum. n.ſ. κάλλωτρα, ταινίαι. ornamenta capitis mulierum,& uittarum tæniæ, pendentes à poſteriori parte mitræ.

Rĕdĭmĭo,imis. miui. mitum. a.q.pen.pro. ex re & emo,d interpoſita,& e in i mutata, ſignificat orno,corono,acu pingo. ἀναπλέκω, ταινιόω, ἀναλαμβάνω, ἀναδέω. Nam eius ſimplex Emio,orno,ſeu decoro ſignificat. Ouid.1.Hero. Quod tibi donaui perfide,littus emi.

Rĕdĭmo,mis.a.t.pen.cor.ex re, & emo,n interpoſita euphoniæ cauſſa,ſignificat emo. ἐξωνέομαι, ἐργολαβέω. Cic. Qui merces redimunt,ut ſtatim uendant. Et in iure ciuili, redẽptores, uectigalium emptores appellantur,& à Cicerone mancipes. Ponitur etiam redimere, pro certo precio aliquid faciendũ ſuſcipere, quod conducere quoq; Latini dicunt. Vnde redemptor, qui certo precio conducit aliquod uniuerſum opus faciendum. Cice.2.de Diuin. Et redemptor, qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat faciendam,&c. Hinc quoq; redemptio dicitur. Redẽptio quoq; eſt quod pro alicuius liberatione datur. Plini.de Viris illuſtrib. Impetrata redemptione marito adulterum Centurionem interficiendũ tradidit. Item redimere, recuperare eſt. λύειν, λυτροῦν. Cic. Re uiliſsima et parua, maximam redemit. Vnde qui ab hoſtib. capti ſunt, uel qui alicui pœnæ ſunt obnoxij, ſoluto precio redimuntur. id eſt, liberantur, recuperantur. Rurſus redimere, emendare eſt, ut Redimere culpam præteritam, Cicero. Ille enim præteritam culpã redimere dicitur, qui aliquo egregio facto eam cõpenſat. Redimere hereditatẽ, eſt cum aliquis uenditam hæreditatem iterũ (recipit.

Rĕdintegro,as.a.p.in integrum reſtituo,reitero, renouo, reſtauro. Hinc redintegratio. Cice. Quid ego improborum facta renouem oratione,ut redintegratione illius cõiurationis animos uulnerem ueſtros?

Rĕdĭūnt,pro redeunt ſcripſerunt antiqui.

Rĕdĭpīſcōr,eris.redemptus ſum.id eſt,aſſequor.

Rĕdĭto,tas.n.p.pen.cor.frequent.ſignificat ſtatim ſiue continuè redeo. ἐπαναστρέφω.

Rĕdĭtūs,tus.m.q.pen.cor. duo ſignificat,ſcilicet reuerſionem. ἀνακομιδὴν, κάθοδον. Ouid. Vela queror reditu,uerba carere fide. Et prouẽtum. πορισμὸν, πρόσοδον, λῆμμα. eo quòd ſingulis annis reditus redeat. Idem 2.de Ponto,
At reditus iam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid
ſit Vtile,ſollicitis ſupputat articulis.

Rĕdĭuĭă,æ.f.p.morbus eſt, cum cutis extra ungues ſe ſoluit, ſiue cum circa ungues cutis extra reſoluitur, quia rediuire eſt ſoluere, inquit Feſt. Græcè παρωνυχία dicitur. Placidus Grãmaticus accipit rediuias, pro ſerpentium exuuijs. Legitur & reduuia duplici uu, apud Cicero-

cero.

ceronem, pro Roſc. Amer.

Rĕdiuiuă,quæ poſt interitum redeūt, uel quod mortuum ad uitam redire poteſt.uel rediuiua ſunt,quæ ex uetuſto,renouantur.ἀπισκευαστά. Quod & Seneca ſentire uidetur lib.3.Decla. Rediuiuum me ſenem meretrix uocat. Iuue. Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum,Ac uelut exhauſta rediuiuus pullulet arca Nūmus,et è pleno ſemper tollatur aceruo.

Rĕdiuĭūs,uij.m.ſ.uermiculus,ſeu beſtiola quædam,quæ infixo ſemper ſanguini capite uiuit, cui uni ex omnib. animalibus cibi exitus non eſt,ſed uſq; adeò intumeſcit ſacietate, ut ipſe alimento moriatur. Hoc Græci κρότωνα uocant,Latini rediuium à rediuiendo,id eſt ſoluendo, quod carnem animalium ſuctu reſoluat. uide Plinium lib.11.cap.34.

Rĕdŏlĕo,pen.cor.ἀπόζω. uide in dictione Oleo.

Rĕdŏrĭŏr,rurſus incipio.ἀνάρχομαι.

Rĕdŏſtīrĕ,eſt retribuere, gratiam referre. Feſt. Nonius uerò ait, Redoſtis,id eſt,redit. Acci. in Amph.Quid hic redhoſtit uiam?

Rĕdŭcĕm,& reduces,pen.cor.illos dicimus,qui à periculis in tutum ab exilio,ſiue captiuitate reducuntur in patriam.καταγόμενοι, κατερχόμενοι. Nominatiuus eſt redux. Ponitur aliquando ſimpliciter pro redeunte. Plini. li.8. cap.1. Sexto die perfunduntur amne, non antè reduces ad agmen.

Rĕdūco,cis.a.t.pen.prod.retroduco, retraho. ἀπάγομαι, ἀνάγομαι, κατάγω. Iuſtin.lib.2. Reliquas copias rex ipſe reducere in regnum parat. Item liberare, & ſine periculo recipere. Apul. Meq; oppido in arcem reduco. Hinc Reduces.Item replicare.Verg.Inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.id eſt replicatos.Itē reconciliare,ut illud eiuſdē, Numenq; reducāt.

Rĕdŭlcĕrāri,d.p.ἀνελκοῦσθαι.ab ulcere fit,ut cutis redulceratur putridis humoribus.id eſt,in ulcus prouenit,rurſus ulceroſa fit:uel etiam plaga redulceratur,hoc eſt,redintegratur. Columella libro 7.cap.1.

Rĕdūncŭs,contrarium eſt adunco. Plin. libr.11. cap.37. Alijs adunca,alijs redunca.

Rĕdūndo,das.n p.πλεονάζω,πλημμονάζω.ex re & undo,d interpoſita,ſignificat ſuperabundare,refluere. Aliquando uero ponitur pro recidere.ὑποτμήξειν. Plaut.Hoc facinus in tuum redundabit caput.Hinc fit Redundātia.id eſt ſuperfluitas.

Rĕdŭuiă.uide rediuia.

Rĕfēllo,lis.a.t.ex re & fallo,ſignificat, quod dictum eſt arguendo falſum oſtendo. ἀποσκευάζομαι.Cic.2. Tuſ.Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.Et differt à purgo,quòd refellere dicatur de eo,qui factum negat:purgare de eo, qui fatetur quidem factum,ſed defendit.

Rĕfercio,is.ferſi.a.q.ἀναπλήθω.ex re & farcio, & ſignificat repleo.Cice.pro Corn.Quòd eis rebus urbem Italiamq; referſerunt. Hinc refertus adiect.plenus.Cic.ad Qu. Frat.lib.1. Cum Caſ.literis refertis omni officio,&c.

Rĕfĕro,ers.a.penul.cor.reporto,quaſi retrò fero.ἀνακομίζω,ἀνάγω. Quin..Ad patrem arma non retulit. Aliquando in conſultationem pono.Sallu.Refert ad ſenatū.ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον. ubi ſolet iungi de:ut, De omnibus retulit ad Senatum. Hinc relationes dicuntur fieri in ſenatum.Seneca, Ex relationibus manant Senatuſconſulta. Referre omnia ad unum,eſt omnia in unum conferre, & unius arbitrio omnia commitere. Cic pro l.Manil. Aliquando reuoco,redeo.(ἐπανακομίζω) Vergil.Ille pedem referens. Aliquando recenſeo, numero. Idem, Cogere donec oues ſtabulis, numerumq; referre Iuſſit. Aliquando ſignificat adſcribo. Suet. Ea in deorum numerum retulit.ἀπεθέωσε. Aliquando conuerto. Vergilius lib.11.Multa dies,uariusq; labor mutabilis æui Retulit in melius. Aliquādo reuouo, & quaſi rurſus fero:ut,Referre morē, Idem li.1. Aliquando narro,indico,oſtendo,dico, Cic.pro Cecinna,Ego enim tibi refero,ſi non ſum ex eo loco deiectus,quo prohibitus, &c. Aliquādo exprimo,imitor.παρεμφαίνω.Plin. Epiſt.111. Amiſit enim filiam, quæ non minus mores eius,quàm os uultumq; referebat. Aliquando reddo.Verg.lib.8.O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos. In tertia perſona ponitur pro æſtimandū eſt,ſiue ualet,aut intereſt,ſiue utile aut commodum eſt. μέγα φέρειν. Ci.P.Ser.Cuius cōſilio magni referebat te intereſſe.id eſt,æſtimandū erat. Plin. Infinitum refert lunaris ratio. id eſt ualet in infinito. Teren.Phor.Quid tua (malū) id refert? Magni Demipho. Aliquandō ſumitur pro neceſſe

eſt. Salluſt. Refert, me mihi atq; uobis timere. Verg. 2. Georg. Neq; enim numero comprehendere refert. Habet hoc uerbum præteritum retuli, & ſupinũ relatum, quorum unum per duplex tt, alterum per duplex ll quandoq; apud poëtas ſcribitur. Rĕfĕro acceptum, fateor me accepiſſe ab aliquo. (ἀνάπτω, ἀνατίθημι.) Cicero, Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Rĕfĕro impenſum, eſt rationem de expenſis uel facio, uel reddo, προσλογίζομαι.

Rĕfertŭs, a. um. o. ſ. confertus, plenus. Cice. 1. Verr. Ornamentis fanorum domus plena, uillæ refertæ.

Rĕferuĕo, ues. n. ſ. ualde ferueo: ut, Sartago referuens. Plin. lib. 16. ca. 11. Referuens crimen, à Cicerone dicitur pro uehementi & atroci. Aliquando uero referueo contrarium ſignificat. Cic. de clar. Orat. Et quaſi referbuerat oratio. hoc eſt refrixerat.

Rĕfĭbŭlārĕ, pro fibula retexere dixit. Mart. li. 9.

Rĕfĭcio, cis. a. t. pen. cor. reſtauro, renouo, quod corruptum erat, in ſtatum priſtinum inſtauro. ἐπισκευάζω, καταρτίζω. Plin. Cum reficiendi animi gratia id feciſſet. Unde Refectum, inſtauratum, renouatum.

Rĕfigo, gis. a. t. pen. pro. quod fixum erat educo. (ἀναπήγνυμι, ἀποκαθηλόω.) Inde refigere tabulas & leges. id eſt reſcindere. Verg. 6. Aen. Fixit leges, precioq; refixit. Ponitur aliquando pro rurſus ſiue ualde figere. Verg. 4. Geor. Aulasq; & cerea regna refigunt.

Reflātŭs, tus. m. q. (ἀντιπνοὴ) flatus. id eſt uentus contrarius. Cic. ad. Att. lib. 12. Naues relatas in Uticam reflatu hoc. Fit autem à Reflo, reflas, quod eſt retrò ſiue contrà flo. Cic. Att. lib. 6. Etſi Eteſiæ ualde reflauerint.

Reflŭo, fluis. n. t. retrò ſeu rurſus fluo. (ἀναῤῥέω.) Unde fluxus & refluxus maris dicitur. Et Refluus, a. um. adiect. quod refluit: ut, Mare refluum.

Rĕfŏcillo, as. a. p. reparo, recreo, reſtauro. Verbum ex focillo. id eſt calefacio compoſitum, quod à focillo diminutiuo nominis focus deriuatur.

Rĕfŏdio, dis. a. t. contrarium habet ſignificationem ſuo primitiuo, ſignificat enim extra terram educere. Cætera uide in Fodio.

Rĕfōrmo, as. a. p. in priorem uel meliorem formam redigo. Quintilianus lib. 11. cap. 6.

Refrāctārĭŭs, a. um. o. ſ. (ἀντίτυπος) dicitur qui contumax eſt, & nimis ſuæ ſententiæ tenax. Dictus refractarius à refringendo, tanquam liberrimus ſit, & cuncta obſtantia refringens, ut nullo ſeruitutis clauſtro cohibeatur. Hinc Refractariolus, adiect. diminut. Cic. ad Att. lib. 2.

Refrāgārī, d. p. (licet & refrago legatur) ſignificat modò reſiſtere, repugnare. (ἀντιλέγειν, ἀντιπράττειν.) Modò ſuffragari. Siſenna lib. 22. Multi populi plurimæ concionis dictaturam omnibus animis & ſtudijs refragauere. id eſt, dictaturæ ſuffragati ſunt. Refragari ingenium alicui dicitur, quando ingenio aliquid aſſequi nequit. Quintil. lib. 10. ca. 6.

Refrēno, as. a. p. ualde freno, cohibeo, coërceo. Ut refrenare libidinem. Cic. in Parad.

Refrīngo, gis. a. t. rumpendo aperio. (ἀνακλάω.) Plaut. in Capt. Cellas refregit omnes intus, reclusitq; armarium.

Refrĭco, cas. a. p. pen. cor. renouo. (ἀνατρίβω, ἀνακνίζω) Tractũ à uulneribus, quæ plerunq; fricando renouãtur. Cic. Sex. Ne refricẽ meis literis deſiderium ac dolorem tuum. Cic. Att. lib. 10. neutrũ poſuit. Crebrò inquit, refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, &c.

Refrĭgĕrātōrĭŭs, a. um. quod refrigerat (ἀναψυκτικός.) Plin. lib. 22. cap. 22. Refrigeratoriam tamen uim eſſe conuenit.

Refrĭgĕro, ras. a. p. pen. cor. frigus induco, uel rem calidam frigidam facio. ἀναψύχω, καταψύχω. Aliquando refrigerare, eſt ſubleuare, recreare. Unde refrigerium, ἀνάψυξις, ἀναψυχὴ) ſubleuatio, & quaſi recreatio mentis. Tractum ab æſtuantibus, qui flabellis & frigida aura recreantur. Aliquando diminuere, ſiue dimittere, ſicut econtrariò feruere, pro creſcere & frequentari. Cice. 2. Ver. Defeſſa ac refrigerata accuſatione, &c.

Refrīgēſco, ſcis. n. t. refrigeror, deferueſco.

Refrīna, æ. f. p. pen. prod. faba (ut inquit Cincius) quæ ad ſacrificium referri ſolet à ſegete auſpicij cauſſa. Hanc opinionem adiuuat, quòd in ſacrificijs publicis, cum puls fabacea dijs præbetur, nominatur Refrina.

Rĕfŭgĭ, gæ. pen. cor. gen. com. qui aliorum dominium refugit (αὐτόμολος.) Eſt & Refugus, ga. gum.

ga.gum. (παλινδρομοῦς) quod eſt recliue ac reiectum. Sidon. Capitis apex rotundus, in patulum à planicie frontis uerticem cæſaries refuga criſpatur. id eſt in frontem reiecta.

Rĕfūgio.gis. (ἀποφεύγω) uide in dict. Fugio.

Rĕfūgiūm ſacrum, quo die Tarquinius fugit ex urbe Roma.

Rĕfūgiūm, gij. n. ſ. locus ad quem confugimus.

Rĕfūndo. is. a. t. idem quod fundo. Hinc Refuſus, adiect. id eſt redundans. Plin. li. 36. ca. 26. Non niſi refuſo mari arenas fatetur. Et Refuſè, aduerbium redundanter.

Rĕfūtātĭo, onis. f. t. (ἀνασκευή) una pars orationis dicitur, quæ alio nomine Confutatio nominatur.

Rĕfūto, as. a. p. (ἀποσκευάζομαι, ἀπολύομαι, ἀνασκευάζω) pen. prod. à futo, quod frequentatiuum eſt à fuo, fuis, quod protulit Plautus in Amph. Feſtus, Futare, arguere eſt. Vnde & confutare & refutare, redarguere eſt, ſiue non ita eſſe oſtendere. Cic. Dolabellæ, Non tam id laboro, ut ſi mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio me à te amari. Inde Refutatio, uerbale, actus ipſe refutandi.

Rēgālĕ unguentum. βασιλικόν. quo Parthorum Reges ungebantur.

Rēgālĭŏlūs, li. m. ſ. ὁ βασιλεύς. auis, quem Plin. lib. 10. ſcribit appellari regem auium in Italia: propter diſsidia & bella, quæ ſunt inter eam & aquilam. Alij putant galgulum, quæ auis Græcè dicitur ἰκτερὸς à colore.

Rēgālis, & hoc. le. om. t. ad claritudinem pertinet, & ſignificat dignum rege. (βασιλικός.) Hinc Regaliter, (βασιλικῶς) pro ſplendidè, & magnificè.

Rĕgĕlo, as. a. p. pen. cor. contrarium eſt ſuo ſimplici. ἀποκρυσταλλῶ. Colum. lib. 1. cap. 5.

Rĕgĕro, ris. pen. cor. (ἀντιφέρω.) uide in Gero.

Rĕgĕſtūm, ſti. n. ſ. Latinè dici poteſt, quod uulgò Regiſtrū uocamus. Bud. Eſt præterea terra ex ſulco egeſta, ut ait idem Budæus.

Rēgĭā, giæ. f. p. (τὰ ἀρχεῖα, τὰ βασίλεια) domicilium, & aula regis. Iuſtin. li. 1. In regiā ſe recipit.

Regia uia, (λεωφόρος) militaris, hoc eſt communis, quæ latior eſſe conſueuit. Hieron. in lib. Num. Via regia gradiemur.

Rēgĭēſco, ſcis. Veteres pro creſco uſurparunt.

Rēgĭfĭcūs, a. um. quod regem facit. βασιλικός. Hinc Regificè aduerbium. Cic. 1. Tuſc.

Rēgillă ueſtis, (βασιλική) quæ & baſilica, & trabea dicitur, quoniam ea reges uterentur, auro & purpura intexta. Plaut.

Rēgillūs, (βασιλίσκος.) dimin. eſt à rex, Vide in

Rēgīnă, æ. f. p. regis uxor (βασίλισσα.) (Propr. Cic. ad Att. lib. 14. Reginæ fuga mihi moleſta eſt. Quandoq; ponitur pro diuite. Terent. in Eun. Quia ſolæ his utuntur reginæ. Aliquando pro domina. Plau. in Truc. Sed reginæ domi ſuæ fuere ambæ.

Rĕgĭo, onis. f. t. ora, plaga. (χώρα) dicta à rego, quòd priuſquam prouinciæ fierent, regiones ſub regibus erant, atq; ab his regebantur. Poſtea maiores in urbe partes, regiones appellari cœptæ, à ſimilitudine earum regionum in quas orbis diuiditur. Ponitur aliquando regio, præſertim plurali numero, pro fine, ſiue termino, ut cum Cicero pro Archia dicit, uitæ ſpacium exiguis regionibus circumſcriptum eſſe. id eſt, ut ait Budæus, finibus & terminis. Regiones cœli ſunt, Ortus, Occaſus, Meridies & Septentrio. Ortus Occaſus, mobilia ac uaria ſunt, Meridies Septentrioq;, perpetuo permanent. Ab his quatuor regionibus quatuor uenti flare dicuntur, qui ſunt Eurus, Auſter, Fauonius, Aquilo. Ponitur aliquando regio pro orbita & linea. Cic. in Ver. De omnibus nobis ſi quis tantulum de regione deflexerit, &c. A regio fit Eregione, quod ex aduerſo, in conſpectu, quaſi rectis lineis, tanquam aduerbium in oratione ponitur.

Rĕgĭōnātĭm, aduerb. ſignificat per ſingulas regiones. (κατὰ χώρας.) Suet. in Cæſare.

Rēgĭūs, a. um. βασιλικός. quod eſt regis. Cic. 1. Off. Erat autem regius paſtor. Aliquando dicitur quod eſt rege dignum. Hinc Regiè aduerb. id eſt ut decet regē, uel ut ſolet rex. Cic.

Regius morbus, (ἰκτερός) dictus eſt, quòd mulſo curaretur, inquit Varro. Vel quia (ut Celſus ſcribit) eo morbo affectos apparatu regio, hoc eſt lecto, & conclaui cultiore, & ludis laſciuiaq; uti per utile eſt, per quæ mens ægrotantis exhilaretur. Idem morbus aurigo antè dicebatur, à colore auri, quem bilis per totū corpus diffuſa repræſentat. Arcuatus quoq; morbus appellatur, quod cœleſti arcui ſit concolor, uel quòd ita ſtringat humana corpora,

ut in arcum ducat. Græci ἐξηκοιχὸν nominant.

Rĕgno, as. a.p. impero, dominor, regnum poſſideo & adminiſtro (βασιλεύω) Priſc. Rex ſolum, quòd à regendo naſcitur, peperit ex ſe aliud uerbum, regno. Conſtruitur aliquando cum datiuo & ablatiuo. Cic. in Verr. Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe. Idem in Epiſt. Quando equitum centurias tenes, in quibus regnas. Hinc Regnator, uerbale, qui regnat. Aliquando pro poſſeſſore. Martialis lib. 10. Quiſquis eris noſtri poſt me regnator agelli. Hinc quoq; Regnatus. a. um. participium.

Rĕgnūm, gni. n. ſ. (βασιλεία) dicitur tam regio ipſa ſubiecta, quæ à rege poſsidetur, quàm ipſe dominatus. Cic. in Caſsio, Non regno, ſed rege liberati uidemur. Regnum etiam dici poteſt quicquid poſsidetur. Idem 1. de Ora. Quare negaſti te fuiſſe laturum, niſi in regno meo eſſes: id eſt in Tuſculano. Regnum quoq; dicitur, in quo quis eminet, ut in eo regnare uideatur. Cic. pro Sylla, Regnum credo conſulatus mei. Vnde Interregnum. μεσοβασιλεία. propriè appellatur id eſt tempus, quo regnũ uacat rege, hoc eſt antequàm in demortui locum nouus rex præficiatur.

Rĕgo, gis. xi ctum. a. t. moderor, guberno, quaſi rem populi ago. (ἐπιστατῶ, ἰθύνω, βραβεύω, διαχειρίζω, πολιτεύω.) Huius uerbi compoſita ſunt, Arrigo, ἐγείρω quod eſt, erigo, eleuo. Teren. in And. Arrige aures Pamphile. Corrigo, dirigo, erigo. διάγω, ἀπαίρω, ἵστημι, ἀνίστημι. pergo, porrigo. Surgo, ſiue ſurrigo. ἀναφέρω. ſurſum rego. Verg. lib. 4. Tot linguæ, totiq; ora ſonant, tot ſurrigit aures.

Regrădŏr, pen. cor. quaſi retrò gradior, & per gradus retrò cedo. ἀναχάζομαι.

Regrĕdiŏr, eris. d. t. pedem refero. ἀναχωρέω. Regreſsio & Regreſſus. uide Gradior.

Rĕgŭlă, æ. f. p. (γνώμων, κανών) norma, qua lineæ diriguntur, quaſi menſuram regens. Per translat. dicitur breuis rerum præceptio. Ponitur aliquãdo regula pro baculo, quo aliquid rectum tenetur, & inſtrumento eundem uſum præbente, quem fiſcus in factura olei. Colum.

Rĕgŭlāris, & hoc re. om. t. (κανονικὸς) quod ſecũdũ regulã eſt, uel quod in regulã trahi poteſt.

Rĕgŭlo, las. à regula, ſignificat dirigo. κανονίζω.

Rĕgŭlŭs, li. m. ſ. dimin. quaſi paruus rex. βασιλίσκος. Non quòd paruæ ſtaturæ, ſed quòd alicuius urbis aut oppidi Dominus ſit, qui generali uocabulo dominus aut princeps dicitur. Quamuis propriè reguli ſint filij, aut nepotes regum. Eſt & regulus (βασιλικὸς) auis minima, à quibuſdam regaliolus dictus, alio nomine trochilus, ut Plinius lib. 10. cap. 74. docet. Eſt & ſerpentis genus, quem Græci baſiliſcum uocant.

Reiectānĕă, ſiue Reiecta, (ἀπόβλητα, ἀποπροηγμένα) philoſophis dicuntur mala, qualia ſunt, morbus, egeſtas, dolor, ut ait Cic. 4. de Fin. ex eo dicta, quod reijciantur, repellanturq; tanquam noxia. Quæ etiam alio nomine dicuntur relationes.

Reiectio ſanguinis, id eſt fluxus. Græcè dicitur αἵματος ἀναγωγὴ trium generum. διάβρωσις. quoties exeſa parte aliqua, ſanguis exſpuitur. Rhegmochaſmos. ῥῆγμα χάσματος. id eſt quoties id fractura contingit. Tertium anaſtomoſis, quoties uenarum alicuius ore patefacto effunditur.

Reĭcŭlæ oues, (ἀπόβλητα) quæ ætate uel morbo reijciuntur. Varro. 2. de re Ruſt. cap. 1.

Reĭcio, cis. a. t. pen. cor. ſignificat confero, retrò iacio. Verg. Reijciunt parmas, & equos ad mœnia ducunt. Quandoq; reijcere, eſt repellere. ἀποκινῶ. Verg. Tityre paſcentes à flumine reijce capellas. Quãdoq; recuſare, refutare, abijcere, pro uili habere. ἀπαναίνομαι, ἀπόθομαι. Cice. in Verr. Sciebam in reijciendis iudicibus nõnullos memoria, &c. id eſt recuſandis, ſiue, ut inquit Aſcon. eligendis. Ponitur aliquando pro remittere Cic. ad Att. Ad ipſam te epiſtolam reijcio. Sic Reijcere cauſam ad ſenatum, eſt ad ſenatum referre, Cic. ad Att. lib. 2. Quandoque euomere. ἀνάγειν. Suetonius de Auguſto, Senos ſextantes non exceſsit, aut ſi exceſsiſſet, reijciebantur. Hinc reiecto. ctas. Spart. de Antonino Pio, Cum caſeum Alpinum in cœna ediſſet auidius nocte reiectauit. Reiectio & Reiectus. ἀναγωγὴ. pro uomitu.

Rĕlātiuum, ui. n. ſ. (ἀναφορικὸν, τὸ πρός τι) à Grammaticis dicitur, quod aliquid ſuperius dictum refert, ut, qui, quæ, quod. Dialectici dicunt relatiuum eſſe, quod aliquid refert, ſine

quo

quo nec ipſum poteſt conſiſtere, ut pater & filius, dominus & ſeruus, relatiua ſunt: quia nec pater eſſe poteſt, ſi filium non habeat, nec dominus niſi ſeruum. Notandum quòd relatiuũ trahit ad ſe ſæpe antecedens, præſertim cum antecedens poſtponitur. Quintilianus, Timeo ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. Interdum diſcordat à ſuo antecedente, & concordat cum ſubſtãtiuo, tam in genere quàm in numero. Salluſtius, Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Interdum ad ſe trahit nomen ſubſequens ſubſtantiuum. Liuius, Cui Africano fuit cognomen.

Rĕlātŏr. oris. m. t. Cic. Att. li. 8. Incipiam ſperare conſilio ſenatus, auctore te, illo relatore.

Rĕlāxātĭo. onis. f. t. remiſsio. Cic. de Orat.

Rĕlāxo. as. a. p. dilato, libero, ſoluo, laxamentum uel interuallũ do. Cic. de Nat. Aluus tum aſtringitur, tum relaxatur.

Rĕlēgo. gas. a. p pe. prod. ſeparo, remoueo, (ἀποδιομπομπέω) Verg. 3. Georg. Atq; ideo tauros procul, atq; in ſola relegant Paſcua. Aliquando remitto. ἀναπέμπω. Plinius li. 7. ca. 1. authores relegabo, qui de dubijs rogent omnibus. Aliquando exulem facio, in exilium mitto. ἐξοστρακίζω. Vnde relegati. παρασάντες, ἐξοστρακισθέντες. dicuntur in exilium miſsi.

Rĕlĕgo. gis. a. t. (ἀναγινώσκω) rurſus lego.

Rĕlĕuo, as. a. p. rurſus leuo. Per tranſlationem ad alia trãsfertur. Nam releuare animum alicui, eſt ſuſcitare, erigere. Terent. in Adelph. Releuare labores, eſt minuere. Plin. in Paneg. Releuare aliquem moleſtijs, cura, metu, eſt liberare. Cic. 2. de Diuin.

Rĕlĭcĭnŭs, ni. m. ſ. pen. prod. (ἀναφαλαντίας) ſignificat in occiput refugiente capillamento, recriſpum. Nomen (ut quidam putant) à recello deductum, quod ſignificat retraho, reuibro, reclino, & cæſim reduco. Et quoniam ad cranium capillitium retorquetur, inde relicinus, ueluti recellinus crinis appellatus, euphoniæ cauſſa. Apulei. lib. 1. Flor. Laudauit ſeſe, quòd erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus.

Rĕlĭgĭo, onis. f. t. (εὐλάβεια, θρησκεία, ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐλάβεια) ut Cicer. libro 2. Artis ueteris inquit, eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam uocant, curam ceremoniamq; affert. Item pietas, cultus deorum, ceremoniæ, ſacra, res diuinæ. Plutarch. in Pauli Aemilij uita dicit, Religiones eſſe diuinarum rerum ſcientiam, à philoſophis appellatã. Maſſurius Sabinus ſcribit, Religioſum eſſe id quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac ſepoſitum ſit à nobis, à relinquendo dictum. Lactantius à religando religionem dictam lib. 4. aſſerit. Auguſtinus uerò lib. 10. Ciuit. à reeligendo religionem dici exiſtimat. Venire in religionem res aliqua dicitur, cum religioſa eſſe putatur, & ſancta, hoc eſt quæ religioſè tractãda eſt. Religio, Latinè loquẽtibus eſt id, quod uulgò debitum officij, hoc eſt iuſtam muneris functionem appellant. Ponitur aliquando pro anxia cura, & ſcrupulo conſcientiæ. Cic. de Aruſp. Reſpon. Quæ tanta religio eſt, id eſt, qui tantus conſcientiæ ſcrupulus? Obligare ſiue obſtringere aliquem religione, eſt illi conſcientiæ metum incutere. Inducere religionem, eſt anxietates & formidines impendentes, quaſiq; aduentantis iræ diuinæ inducere. Eximere religionem, eſt ſcrupulum auferre, & uanum metum adimere. Habere religioni aliquid, eſt illud uereri, auerſari. Offerre religionem alicui, eſt ſcrupulum, & metum conſcientiæ inijcere. Religio eſt mihi, uenuſtè dicitur, pro eo quòd uulgò dicunt, facio conſcientiam. Ponitur aliquãdo pro fide. Cic. pro Flacco. Teſtimoniorũ religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit. Dicimus etiam religioſum eſt id facere, id eſt hoc non poteſt abſq; periculo conſcientiæ perpetrari. Liu. 2. ab Vrbe, Quem campi fructum, quia religioſum erat conſumere, deſectã cum ſtramento, &c. Quandoque religio accipitur pro metu. δεισιδαιμονία. connexa enim ſunt timor & religio. Statius, Primus in orbe deos fecit timor. Vergil. Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Vbi Seruius, Religio. id eſt metus, uel ſolicitudo, ab eo quòd mentem religet. Inde dies religioſi. ἀποφράδες, ἐπίσημοι. infames, uel infauſti dicti ſunt. Suet. de Auguſto, Huc introire (niſi neceſſariò & caſtè) religio eſt. id eſt nefas, non licet, metus eſt. Religioſè. ἐφεκτικῶς. addubitanter, ſubtimidè & uerecundè. Cuius cõtrarium eſt, irreligioſè. καταληπτικῶς. id eſt cum fiducia

ſiducia & aſſeueratione. Ponitur aliquando pro ſolicitè & accuratè, & fideliter. Cicero pro Cælio, Sapiens, moderatuſq; uir religioſe teſtimonium dixiſſe uideatur. Aliquando religio ſumitur pro ſuperſtitione. Vnde religioſus dicitur, quòd nimia & ſuperſtitioſa religione ſe alligauit. Teren. Heaut. Vt ſtultæ & miſeræ omnes ſumus religioſæ. Religioſus tamen homo. εὐσεβὴς, εὐλαβὴς. etiam dicitur, qui amat religionē, qui fidelis eſt, bonam integramq; fidem ſeruans. Sepulchra, & monumenta religioſa ſunt. id eſt habent in ſe religionem. Et delubra religioſa. id eſt maieſtatis, uenerationiſq; plena.

Rĕligo. gas. pen. cor. (ἀναδέω. uide Ligo.

Rĕlino. is. a. q. pe. cor. releni, releui, & relini, relitum. Et eſt, quod obturatum erat, aperio.

Rĕlinquo. quis. a. t. retrò demitto. (ἀνίημι, καταλείπω, ἀπολείπω) Plaut. in Moſtel. Reliquit, deſeruitq; me. Et relinquere, eſt aliquid pro ſuo alicui dimittere, ſeu legare. Plau. in Aulu. Agri reliquit ei non magnum modum, Quo cum labore magno, & miſere uiueret. Relinquere aliquem, eſt ipſum nolle iuuare. Relinquere animam, eſt mori. Reliquiſſe æs alienum dicitur, qui mortuus eſt nō perſoluto ære alieno. Relinquitur, ponitur aliquādo pro reſtat, ſiue reliquuū eſt. Relictus ab omni honeſtate dicitur, qui inhoneſtus eſt. Huius compoſitum eſt, Derelinquo.

Rĕliquāri, eſt, ut ait Budæus, æs alienum ex reliquis rationum contrahere.

Rĕliquiæ. arum. f. p. dicuntur pauca, quæ quæcunq; ex re relicta ſunt. λείψανα.

Rĕliquūm feci, eleganter pro reliqui. (καταλοιπα) ſicut miſſum feci, pro dimiſi. Ci. in Ver. Quos belli calamitas reliquos fecerat.

Rĕliquūs, qua. quum. pen. corr. ſignificat id quod supereſt. ὑπόλοιπος, λοιπὸς, ἀπόλοιπος. Cic. Curio. Reliquum eſt, ut certemus officijs inter nos. Terent. in And. Vt pernoſcatis quid ſpei ſit reliquum. Reliquum ſubſtantiuum, ponitur aliquando pro debito reliquo. Cicero ad Att. lib. 16. Maximè autem me angit ratio reliquorum meorum, &c. Hinc reliquor, aris, deponens, contrahere reliqua. Hinc reliquator. oris. uerbale.

Rĕlūctŏr. ctaris. (ἀντιμάχομαι) uide Luctor.

Rĕlŭo, is. a. t. rurſus lauo, (ἀναπλύνω) & ſic componitur ex re & lauo, ſicut diluo. Quandoq; ſignificat ſoluo, ſiue repignero. ἀναλύω. Plautus, Repignorat, reluit, uendit. & ſic ex re & luo, componitur.

Rĕmāndĕrĕ, ruminari eſt, (ἀναμασάομαι) Plin.

Rĕmănĕo, es. maneo, reſto, reſideo. Cic. Acad.

Rĕmānsio, onis. f. t. à remaneo, manſio.

Rĕmĕcŭli, nauigiorum genera, quibus Lemnij utebantur.

Rĕmĕdĭūm, dij. n. ſ. à medeor. deris. deſcendit, ſignificat id, quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur. ἄκος, ἀντιφάρμακον. Terentius in Andria, Quod remedium nunc huic malo inueniam?

Rĕmĕlīgĭnēs, remoræ, à morando. Plau.

Rĕmēndo. das. (ἀνορθόω) uide in dict. Menda.

Rĕmĕo, meas. n. p. retrò meo, redeo ἐπανέρχομαι.

Rĕmĭgātio, onis. f. t. Cic. Att. lib. 13.

Rĕmĭgro. as. n. p. redeo. Cice. Epiſt. lib. 9. Romam tibi remigrandum eſt.

Rĕmĭgĕro. as. antiquū eſt, pro remigro, reuerto.

Rĕmĭgēs, um. m. t. nautici, qui remos agunt, & remigandi miniſterio mancipati ſunt. πρόσκωποι, ἐρέται. Huius nominatiuus ſingularis eſt Remex, remigis. Curtius, Remex militis officia turbabat.

Rĕmĭgĭūm, gij. n. ſ. ipſa remorum agitatio, & remigatio. εἰρεσία. Vergilius tranſtulit ad aues, Volat ille per aëra magno Remigio alarum. Aliquando ponitur pro remigum multitudine. Idem lib. 3. Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis.

Rĕmĭgo. gas. n. p. pen. corr. remis nauigo, quaſi remis ago. ἐρέσσω, κωπηλατέω. Huius cōpoſita ſunt, Eremigo, pro enauigo, emetior. Plin. Subremigo, ſubtus remigo. ὑπαλαύνω. Idē li. 9.

Rĕmīllūm, repandū dicitur, à remi ſimilitudine.

Rĕmĭnīſcŏr, eris. d. t. recordor, quod fit cum ea, quæ mens tenuit, repetūtur, inquit Varro, quaſi iterum rem in mentem reuoco. ἀναπιμνήσκομαι, ἀναμιμνήσκομαι. Componiturq; ex re, & miniſcor. Vnde & comminiſcor. Eſt autem miniſci, fingere, & formare. Reminiſci, reformare, & iterum componere quæ lapſa erant. Differt memoria à reminiſcentia. ἀνάμνησις. quia illa communis eſt omnium animantium, hæc ad homines tantum, cum ſit diſcurſus re-

Digitized by Google

ſut rerum cum ratione ab uniuerſali ad particularia, & à remotis à ſenſu.

Rĕmiſsē, (ἀνειμένως, ἀναπεπαυμένως) aduerbium, modò humiliter, modò lentè, et ueluti remiſſo, id eſt relaxato, animo. Cice. de Orat. Quis unquam res, præter hunc, tragicas penè comicè, triſtes remiſsè, tractauit? Remiſsè diſſerere & neruosè, contraria. Similiter remiſsè & uehemẽter. Remiſsè, leniter, urbanè argere cum aliquo, cui opponitur grauiter, ſeuerè, priſcè. Cic. pro Cælio. Hinc Remiſſarius, adiectiuũ, ut Remiſſarius uectis in ſucculа torcularis, qui frequenter remittitur, uel qui ad remiſsionem factus eſt. Cato cap. 19.

Rĕmiſsĭo, onis. f. t. uide Remitto.

Rĕmitto. tis. a. t. propriè retrò mitto, (ἀναπέμπω. ομαι.) & conſtruitur quandoque cum ablatiuo precij, ut apud Curt. lib. 2. Captiuos ſi placet reddi, honeſtius dono donabimus, quàm precio remittimus. Aliquando rurſus mitto, relaxo, recreo delectationis gratia. ἀνίεμαι. Vnde animum remittere dicimur, cum deponimus curas. Cuius contrarium eſt intendo, ſumpta translatione ab arcu. Hinc remiſsio animi. ὕφεσις, ἄνεσις. relaxatio animi dicitur. Sed Propriè remiſsio, uerbale, eſt ipſe remittendi actus. Aliquando pro concedo, condono, & dimitto. καταχαρίζομαι. & tunc conſtruitur cum datiuo. Vatin. Ciceroni lib. 5. Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quẽ cepiſſem, remitto tibi, & condono. Aliquãdo pro demitto. καθίημι. cui contrarium eſt erigo. Plin. lib. 8. cap. 32. Cum erexere aures, acerrimi auditus, cum remiſere, ſurdi. Aliquãdo pro intermitto. διαλείπω. Terent. in Heaut. Nullum remittis tempus. Aliquando pro ceſſo, ad negligentiam deſcendo, negligens fio. Hinc remiſſus, id eſt laxus, negligens: ut Remiſſus dolor. Teren. in Hec. Remiſſus animus. Cic. 2. de Diuin. Remittere annum, eſt prorogare, concedere ut annus prorogetur. Aedes uenditori remittere, eſt ius emptionis uenditori condonare, ac remittere. Plaut. in Moſt. Orat ut ſuadeam Philacheti, ut iſtas remittat ſibi. De ſupplicio remittere, eſt ſupplicium diminuere. Remittere librum dicitur arbor, quando ſua ſponte librum relinquit. Neruos remittere, & intendere ſunt contraria.

Remo, mis. repto. Ennius, Riuos camposq́ue remant. Alij remere putãt dictũ, quaſi remeare. Confunditur hic prima & tertia coniugatio.

Rĕmŏră, æ. f. p. pen. cor. animal aquatile admodum breue, à Græcis ἐχενηΐς dicitur, ſpinis & cruſtis tectum, à remorando dictum, quod nauem, cui annixum fuerit, remoretur. Plin. lib. 9. Eſt paruus admodũ piſcis, aſſuetus petris, echeneis appellatus. hoc carinis adhærẽte, naues tardius ire credũtur. Inde nomine impoſito, remora à remorãdo dicitur. Remora etiã retardatio. ἐποχὴ, ἐποχὴ dicitur.

Rĕmŏrbēſco, ſcis. n. t. (ἀναvοσέω) ſignificat in morbum recido. inquit Feſtus.

Rĕmŏrdĕo, des. a. ſ. crucio, ſolicito. (καταδάκνω) Verg. Quando hæc te cura remordet. Propriè eſt eum mordere, à quo quis ſit morſus.

Rĕmŏrēs, (ἐπόχοι) aues in auſpicio dicũtur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Feſt.

Rĕmŏrŏr, aris. com. p. (ἀναβάλλω, ἀφυστερῶ, ἐπέχω) retardo, retineo, à remora piſce, ut inquit Don.

Rĕmŏuĕo, es. a. ſ. amoueo, dimoueo, abduco, aufero, reiicio, deduco. uide in Moueo.

Rĕmŭlcŭs, ci. maſc. ſ. parua nauis, ſiue ſcapha, qua grandior nauis trahitur.

Rĕmŭlcŭlo, as. n. p. propriè eſt remigrando è ſcapha grandiorem nauim traho, ῥυμουλκῶ. Quod aliquando non neceſsitatis gratia fit, ſed ut nauis quietius agatur. Hinc Remulculare aliquãdo dicimus, molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere, καχαφᾶν. In eadẽ ſignificatione ſunt, Remulco: et Promulco, promulcas.

Rĕmūnĕro, as. & remuneror. aris. com. p. retribuo, compenſo, beneficiũ reddo, mutuã gratiam & parẽ pro beneficio alicui refero. à quo remuneratio, gratia, uiciſsitudo ſtudiorũ uel officiorum. uide Munero.

Rĕnārro, as. n. p. idem quod narro, uel diligenter ſiue affatim narro ἀφηγοῦμαι.

Rĕnāſcŏr, eris. d. t. iterum naſcor. Plin. li. 11. ca. 29. Deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. Renaſcens annus, pro primo uere dicitur. Plin. lib. 16. cap. 25.

Rĕnēs, um. m. t. ſunt, qui lumbis adhærent, ἀπὸ τοῦ ῥέειν. quod eſt fluo, quòd riui ab his obſcœni humoris oriantur. Hi à ueteribus nephrundines uocabantur, à Græcis νεφροί. Diminu-

minutiuum à ren eſt renunculus.

Rĕnīdĕo,des.(ἀποσίλβω)uide in dict. Nideo.

Rēnōnēs,(διφθέραι)uide Rhenones.

Rĕnŏuo,as.a.p.renouationem facio,inſtauro,refrico,integro,redintegro,refero.Hinc renouatio.uide Denouo.

Rĕnūncĭo,cias.a.p.refero,ſiue reporto,(ἀπαγγέλλω)ut miſsi nuncij referre ſolent de his, ad quæ miſsi ſunt.Aliquãdo eſt apertè nunciare, ſignificare,declarare. Terent. in And. Quaſi tibi non renunciata ſint hæc ſic fore.Don.Renunciare,eſt quaſi ſecretum conſilium,uel malum nunciare. Aliquando ſignificat renuere, cedere,reſignare,ſeu reſtituere. Cic.in Verr. Atq; iſte Stenio uehemẽter incenſus,hoſpitiũ ei renunciat,domo eius emigrat. Hinc renunciatio,ceſsio,ἀπόταξις,& declaratio,ἀπόῤῥησις.Inde componitur Abrenuncio.

Rĕnūncĭūs.cij.qui aliquid iterum nunciat.

Rĕnŭo,is.aſpernor,recuſo,nego.

Rĕŏr,reris.ratus.d.ſ.(νομίζω)exiſtimo,opinor. Plau.in Amph.Quid me nõ rere expectatum?

Rĕpāgŭlŭm,li.n.ſ.& repages,gis.pen.cor.ex re & pago, dici poteſt obex qui oſtio aduerſus uim opponitur. μοχλὸς,νύσσα, λαμπτήρ . Ouid » 5.Meta. Raptáq; de dextro robuſta repagula » poſti Oſsibus illiſit. Inde repagula pro omni » bus clauſtris,obicibusq; ponuntur.Lucanus, Pedibusq; repagula laxat.

Rĕpāndus,da.dum.quod eſt recuruũ & ſimum, & quod retrorſum patet,ἀνάκυρτος.

Rĕpărāmĕn,idem quod reparatio,ἐπισκευασία.

Rĕpăro,ras.a.p.pen. cor. reſtauro, & in priſtinum ſtatũ redigo,quaſi rurſus paro.ἐπισκευάζω , ἀναλαμβάνω, Curt. Gratiam liberalitate doniſq; reparare tentabat.

Rĕpāſtĭno,nas.(βωλοστροφέω)pen.prod. ex re & paſtino,quod eſt fodio.uide Paſtino.

Rĕpĕdo,das.n.p.pen.corr.pedem retraho, recedo.ἀναποδίζω.uide in dictione Pedo.

Rĕpĕllo, pellis, repuli, repulſum. a. t. ſignificat » retrò pello,reijcio.ἀποκρούω,ἀπωθῶ,ἀπελαύνω, ἀποσείομαι.Ouid . Quæq; ferox repuli doctis medicatibus ignes.

Rĕpĕndo,dis.a.t.retribuo,recompenſo,(ἀντισταθμίζω,ἀντεμβάλλω,ἀντιμετρέω.Verg.Fatis contraria fata rependens.

Rĕpēnſo,ſas.a.p. pondero & repondero, ſeu reuideo, & ſubtiliter iudico, ἀντεξισάζω,ἀντισταθμίζω.Et repenſare,recompenſare,retribuere.Colum.lib.3.cap.2. Id tamen incõmodum repenſant uuarum multitudine.

Rĕpēntē,aduerb. ſignificat, ſtatim,ſubitò, ἐξαίφνης,αἰφνιδίως.Quidã à repo.pis.deriuãt per antiphraſim.ſed non uidetur uerũ,quòd repentè primam correptam habeat,ſed magis à re» pens,cuius prima ſimiliter corripitur.Ouid.in » Faſt.Bina repens oculis occulit ora meis. Repens enim idem quod ſubitus, & repentinus.

Rĕpēntīnūs,a.um.pe.prod.quod eſt ſubitarium. ut mors repentina,bellũ repentinũ,αἰφνίδιος. Hinc repentinò,aduerb.id eſt ſubitò.

Rĕpĕrcūtĭo,tis.a.t. percutientem ferio.Verg.8. » Aen.Sicut aquæ tremulũ labris ubi lumẽ ahe» nis Sole repercuſſo,&c.Repercutere alicuius dicta,eſt refellere.Repercutere faſcinationes, eſt diſcutere. Hinc repercuſsio , & repercuſſus,huius ſus.idem. Repercuſſus ſolis,uulgò reuerberatio dicitur.

Rĕpĕrĭo,ris.a.q.(εὑρίσκω)pen. corr. reperi, uel repperi apud poëtas per duplex pp , ex re & pario. Vnde repertum , quaſi repartum , & in lucem proditum.Et propriè reperire, fortunæ eſt, inuenire conſilij . Auſonius uno diſticho primam huius præteriti & productam » & correptam protulit , quando dicit , At » qui condiderat , poſtquam non repperit aurum, Aptauit collo, quem reperit laqueum. Aliquando reperire non eſt fortunæ.Terent. in Phorm . Sed ubi Antiphonem reperiam? Reperiri dicitur aliquis , aut res aliqua , cum palàm & comperta nobis eſt. Plaut.in Perſa, Repertus es ingratus.id eſt palàm uiſus,& compertus es eſſe ingratus.Hinc fit adiect. repertitius,a. um.quod repertum eſt: ut, Repertitius ciuis,Salluſt. Et repertoriũ,quod uulgò Inuentarium appellatur.

Rĕpĕto . tis . a . t . pen. corr. propriè reſtituendum peto. ἀπαιτέω.Ter.in Eun.Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam precij. Interdum repetere eſt ſæpius petere. Cice . Cæſari repetenti negare non potui. Interdum reiterare, reſumere ἀναλαμβάνειν. Cic.de Orat.Repetam noſtræ ueteris, puerilisq; doctrinæ quendam ordinẽ præceptorum. Interdum reuoluere,uolutare,ſiue recordari.

Liuius 6. belli Pun. Agè contrà, quæ illi infeſtè in nos fecerint, repetite. Interdum ſignificat redire, ἐπανιέναι. Verg. Cum primum paſti repetent præſepia tauri.

Rĕpĕtūndārūm, id eſt de pecunijs repetundis, & captæ pecuniæ à prouincialibus, accuſatur is, qui præſes prouinciæ, alienas pecunias aut ui aut dolo expilauit. κακώσεως ἐπαρχίας. Vnde Iureconſult. lib. 48. Digeſt. Lex Iulia repetundarũ pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, legatione, uel alio officio miniſteriouè acceperit. Sed poſtea latius patuit, ut hoc nomine omnia quibus diuitiæ cõſtant, contineantur: uaſa precioſa, ueſtes, frumentũ, nauigia: ut etiã ſi quis populus alteri populo iniuriã fecerit, aut captiuorũ, aut incendij, aut prædæ qui iniuriã repeteret, diceretur agere repetundarum rerum. Ergo cum repetuntur quæ ſunt ablata, tunc repetundarũ rerum agitur, uel de repetundis. nec habet plures caſus.

Rĕpĭgnŏro, ras. (ἀντιφορῶμαι) pignus recipio ſoluto pretio. Iureconſult. tit. Commodati: Non repignoras, ut mihi reddas.

Replaūdo, is. a. t. repercutio, (ἀντικροτέω.) Plaudo enim (quod & Plodo dicitur) eſt manibus pulſo & ſtrepitum facio. Vnde plauſus, quo boni recipiebantur, cum mali exibilarentur, (κρότος.)

Replĕo, es. a. ſ. refarcio. Cic. pro Seſt.

Replūmbārī, (ἀναμολιβδοῦσθαι) à Iureconſultis poſitum eſt pro eo, quod eſt reuelli & reſolui.

Rēpo, pis, pſi. n. t. (ἕρπω) propriè dicitur de animalibus, quæ pedibus & uentre gradiuntur, ut ſunt uermes, quæ reptilia, ἑρπετά, dicuntur, à rependo: quamuis & ea quæ paruos pedes habent, repere dicuntur, ut ſunt lacertæ, & ſimilia. Transfertur etiam ad radices. Colum. lib. 8. Spacium autem radicibus, quà repant, lapides præbent. Hinc repens, participium, & aliquando nomen eſt, id eſt ſubitus, celer. uide Repente. Huius compoſita ſunt, Arrepo, quod eſt ad aliquid repo, προσέρπω. Correpo, ſimul repo, ſimul teneo, συνέρπω. Erepo, ἐξέρπω, difficulter loca aſpera & edita ſcando. Irrepo, intrò ſeu latenter repo, καθέρπω. Obrepo. Prærepo, extra, ſeu quàm primũ, aut antè repo, προέρπω. Prorepo, ultrà repo. Perrepo, ualdè ſeu ad finem, & cum labore repo. Surrepo, ſubtus uel latenter repo, ὑφέρπω, & habent penultimam productam.

Rĕpōno, nis. a. t. (ἀποτίθημι, ἀνατίθημι) penult. prod. rurſus pono. Verg. Ariſq; reponimus ignem. Id eſt rurſus adhibemus ignem, & ſacrificamus. Vnde reponere fabulas & ſcripta. id eſt, rurſus recitare. Quandoque reponere, eſt recondere & collocare, ἀποτιθέναι, ταμιεύειν. Verg. Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. Quandoq; reddo, uel reſtituo, quaſi retrò appono, ἀποκατατίθημι, ἀποδίδωμι. Et (authore Sen.) priſci ſignatè dixerunt id reponi, quod creditori debemus. Quandoque reuocare, & reprimere, cohibere, reducere, reficere, καταρτίζειν. Vergil. 2. Georg. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantũ gelidus ros nocte repones. Quandoq; ſuperaggerare. Idem 3. Georg. Atqui non Maſsica Bacchi Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ. Reponere in deos, ſiue in numero Deorum, eſt inter deos collocare. Reponere aliquem in ſuis, id eſt inter amicos. Reponere poma in uetuſtatem dixit Colum. lib. 12. cap. 44. de illis pomis loquens, quæ incorrupta ſeruari poſſunt per aliquot annos. Reponere aliquid alicui, eſt uiciſsim illud obijcere, replicare, recriminari. Cice. ad Lent. Ne tibi idem reponam, cum ueneris.

Rĕpōrto, tas. a. p. retrò porto, reueho.

Rĕpŏsĭtōrĭūm, rij. n. ſ. uas in quo reliquiæ ciborum, & menſæ inſtrumenta reconduntur, ſiue ex corio ſit, ſiue ex alia materia, θήκη.

Rĕpōtĭã, dicta ſunt cum proſtidie nuptias apud nouum maritum cœnatur, quòd quaſi reficiatur potatio, τὰ ἐπαύλια, μεθέορτος ἡμέρα. Acron, Repotia, inquit, dicuntur ſeptimus dies, quo noua ſolet nupta redire ad parentes ſuos. Porphirio uerò, Repotia dicebatur dies ille, qui nuptias ſtatim ſequitur.

Rĕprĕhēndo, is. a. t. retraho, quaſi retrò prehendo. ἀναλαμβάνω. Aliàs ſignificat arguo, increpo, ἐπιπλήττω.

Reprǣſēnto, tas. a. p. præſens offero aliquid oculis, aut oſtendo, ὑποτυπόω, παρίσημι, παρεμφαίνω. refero, uel reddo. Colum. Repræſentãt uiridem ſaporem oliuarum. id eſt referunt.

Repreh-

Repreſsŏr,m.t.ut,Repreſſor cædis.Cic.

Reprĭmo, mis.a.t. pen.cor. contineo,cohibeo, κατασέλλω.Cic. Reprime impetum.

Reprŏbo, as. a. p. improbo, & quaſi refuto, ἀποδοκιμάζω.

Reprŏbŭs,a.um.o.ſ.(ἀδόκιμος)improbus.

Rĕptĭlĕ,lis.n.t.pen.cor.quicquid repit,ἑρπετόν.

Rĕpto,as.n.p. frequentatiuum, ſignificat ſæpe ſeu continuò repo. ἑρπύζω. Et reptare dicimus eum,qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt qui in hortis, aut uinetis ſpaciantur.

Rĕpŭbēſco,ſcis.n.t.rurſum pubeſco,iuuenis ſio, & ut uulgò dicitur, reiuueſco.Colum.

Rĕpŭdĭo,as.a.p.matrimonium dirimo,& quaſi ob rem pudendam aliquam repello, (ἀποβάλλω, ἀποπέμπομαι τὴν γυναῖκα.) Interdum ponitur ſimpliciter pro non accipio, recuſo, reſpuo, aſpernor. ἀπολέγομαι, ἀποδοκιμάζω.Terent. in Andr. Repudio conſilium, quod primum intenderam. Hinc repudioſus,adiectiuum: ut, Repudioſæ nuptiæ, apud Plautum in Perſa.

Rĕpŭdĭŭm,dij.n.ſ.propriè dicitur recuſatio ea, qua uir uxorem à ſe reijcit ob rem aliquam pudendam.Plinius lib.7.ca.16.

Rĕpŭĕrăſco,ſcis. n.t. quaſi in puerilem ætatem reuerto,quod de ſenibus ferè dicitur,cum deſipere uitio ætatis incipiunt.

Rĕpŭlſă,æ.ſ.p.reiectio ab honore,ſeu magiſtratu,(ἀποδοκιμασία.)& dicimus accipere repulſam,& ferre repulſam.

Rĕpūgno, as.n.p.reſiſto, contradico, obſiſto, refragor. Hinc repugnantia, & Repugnax, acis,qui obſiſtit & reluctatur.Cic.1.de Orat. Te repugnacem in diſputando eſſe uiſum. Et repugnanter,aduerbium.

Rĕpŭllŭlo,las.n.p.iterum pullulo. Hinc repullulaſco,rurſus pullulaſco,& nouos pullos emitto. & de arboribus ac plantis ferè ſemper dicitur.Colum.lib.4.cap.22. Nouellis frondibus repullulaſcant.

Rĕpūmico,as.a.p.rurſum pumico. Hinc repumicatio,uerbale.In arboribus dicitur, quando gemmæ hirſutæ propter frigus expoliuntur ipſo uere.Plin.lib.17.cap.26.

Rĕpūngo,is.a.t.quando de ratione,uel calendario loquimur,facit præteritum repunxi: quando uerò uicem redditam oſtendimus, repupugi,(ἀνταλλάσσω,ἀντινύσσω.)

Rĕpūrgo,as.a.p.purgo,uel diligenter emundo.

Rĕpŭto,tas.(ἀναλογίζομαι)uide Puto.

Rĕquĭēs,genitiuo requiei,uel requietis.f.q.uide in dictione Quies.

Rĕquĭēſco,ſcis.n.t.præter alia ſignificata, ſignificat quietem accipio, conquieſco, tranquillè uiuo ſine ullo animi aut corporis impedimento.uide cætera in Quieſco.

Rĕquīro,is.a.t.pen.prod.repetitionem, uel augmentum actus denotat. (ἐπιζητέω.) Interdum requirere,eſt ſæpius,uel rurſus quærere, aliquando interrogare.Plin.Epiſt.137. A quibus requiſierim, cur concedant, &c. id eſt, quos libenter interrogauerim. Ponitur aliquando pro deſiderare.Cic.in Parad.Noſtrorum prudentiam requiro. Ponitur aliquando requiror paſſiuè,pro neceſſarius ſum.Cic. pro L. Manil. Virtutes animi multæ & magnæ requiruntur. Hinc requirito, as. frequent.Plau.in Moſt. Quid tu ocioſus res nouas requiritas?

Rēs,rei.f.q. (πρᾶγμα) generalem habet ſignificationem.nam(ut Paulus Iurecconſ.inquit) ſiue corporalia, ſiue incorporalia comprehendit.Corporales res ſunt, quæ uerè tangi poſſunt, ut homo, ueſtis. Incorporales, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt iſta, quæ in iure conſiſtunt,ſicut hæreditas,uſusfructus, obligationes. Sumitur quandoq; res pro ſtatu ac conditione, ut reſpublica, πολιτεία. Res priuata, res familiaris, res uxoria, res mea, res tua. Cice. Id enim rebus noſtris minimè conducebat, id eſt ſtatui noſtro. Sumitur & pro contentione, lite, negocio, ſiue commercio. Terent. Quid huic rei eſt? id eſt negocij.

Item pro cauſſa: ut, Quam ob rem, id eſt propter quam cauſam. Qua de re, de qua cauſa. Ab re, ſine cauſſa. Item pro cenſu, ſiue diuitijs, πλοῦτος. Terent. in Eunu. Eius frater aliquantulum eſt ad rem auidior. Item, pro imperio, ἀρχή. Vergil. Poſtquam res Aſiæ.&c. Item pro utilitate, τὸ συμφέρον. Terent. in Hecy. Si in rem eſt Bacchidis. Item pro actu uenereo, συνουσία. Idem: Ego cum illo, quocum uno rem habebam tum hoſpite. Donatus: Rem habere, honeſtè

res impura dicitur. Rem habere, ſignificat non inopē eſſe. Rem augere, locupletari. Rem facere, lucrari. Ex re ipſa natum dicitur, quod extemporale eſt. E re nata, id eſt ex occaſione. Pro re nata, id eſt pro euentu rei & occaſione. Ab re, aliquando ponitur pro ab euentu. Ad rem uerba conferre is dicitur, qui aggreditur agere, quod dixit. Res Romana, à Liuio ſæpe ponitur pro acie Romana. Alias res agere dicitur, qui non attendit ad id, quod aut dicit aut facit. Cic. ad Caſſ. lib. 15. Huius diminutiuum, eſt recula, πραγμάτιον.

Res comperendinata, (ὑπερήμερος δίκη) dicitur cum cauſſa, id eſt iudicium, in diem tertiū conſtituta eſt.

Res iudicata, (τὸ κεκριμένον) dicitur quæ finem controuerſiarum pronunciatione accipit, uel quod condemnatione, uel abſolutione contingit, ut author eſt Vlpianus.

Res forenſis, (ἀγοραῖον πρᾶγμα) dicitur cauſſa, quæ agitur in foro, & ad cauſſidicos pertinet.

Rĕſpūblică, ciuitas libera, quæ iure regitur.

Rĕſcindo, is. a. t. cædo, tollo, aufero, deſtruo, (ἀνασχίζω, ἀποτέμνω, λκκόπτω.) Et propriè pertinet hoc uerbum ad omnia quæ ſcinduntur, reſecantur'ue ferro, aut alio quouis inſtrumento. » Verg. 1. Geor. Cœlum reſcindere fratres Ter » ſunt conati. id eſt oppugnare. Et reſcindere, eſt rurſus ſcindere. ἀνακόπτειν. Aliquando non ratum habere, irritum facere, abrogare, abolere, ἀναιρεῖν. Salluſt. in Iug. ait oportere quinquennij conſulta, & decreta omnia reſcindi. id eſt tolli & deſtrui.

Rĕſcīſco, ſcis. n. t. ſiue Reſcio, ſcis. n. q. eſt factum aliquod occultius, aut inopinatū inſperatumq́ recognoſco. (μανθάνω, αἰσθάνομαι) Terent. in Adel. En tibi, reſciuit omnem rem. Aliquando ſignificat rem, poſtquam geſta eſt, ſcio, quā neſciebam, cum gereretur.

Rĕſcribo, is. a. t. rurſus uel retrò ſcribo, reddo, renuncio. (ἀντεπιστέλλω, ἀντιγράφω.) Terent. in Phor. Atq; illud mihi argentum rurſum iube reſcribi. id eſt, reddi. Ponitur aliquando reſcribo, pro è contrario ſcribo. Quintil. libro 10. cap. 5. Melius hoc, quàm reſcribere ueteribus oratoribus. Hinc reſcriptum, pti. quod ſignificare uidetur id genus epiſtolæ, qua imperatores, aut ſummi pontifices conſulenti-bus eos reſpondent: cuiuſmodi ſunt quas decretales uocant.

Rĕſĕco, cas. a. p. pen. cor. aui, atum. & reſecui, ctum. ſignificat reſcindo. (ἀποτέμνω.) uide in dictione Seco.

Rĕſecro, as. a. p. iterum obſecro, itero obſecrationem, & religione abſoluo. ἀντιβολέω. Plaut. in Aul. Reſecro mater, quod dudū obſecrauerā.

Rĕſĕdă, herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 12.

Rĕsĕgmĕn, inis. n. t. quod ex unguibus amputatur. ἀπονύχισμα. ſiue generale amputamentū.

Rĕſĕro, as. a. p. aperio. ἀνοίγω. à ſera deductum.

Rĕsĕro, is. n. t. pen. cor. reſeui, reſatum, rurſus ſemino, ſeu rurſus planto. ἀναφυτεύω.

Rĕsĕruo, as. a. p. quaſi retrò ſeruo, ab alijs ſeruo, in futurum ſeruo. ταμιεύω, παραφυλάττω.

Rĕsĕs, idis. om. t. à reſideo, qui remanet, ſiue reſtat ocioſus à labore, ſeu opere, quod exercere ſolebat. κατήμενος. ut, Reſes plebs, Liu. lib. 2. Reſes aqua, quæ non fluit. Varr. 3. de re Ruſt.

Rĕſĕx, ecis. ὁ ἀποτέμνων. planta eſt, inquit Columel. lib. 3. cap. 10. trunco direpta, quæ uel terræ, uel etiam ſtirpi reciſæ inſeritur: ut Pampinus reſex, qui reſectus reciſusq́ melius prouenit, fitq́ fructuoſior.

Rĕsĭdĕo, des. n. ſ. pen. cor. quieſco, ſedeo, firmiter ſto. καθιζάνω. Verg. Omnesq́ repentè reſedit Flatus.

Rĕsĭdŭŭs, adiect. quod reſidet, ſupereſt & reliquum eſt. ut Reſidua ſollicitudo. Cic.

Rĕsigno, as. a. p. quod ſignatum erat aperio, relaxo, patefacio. παραλύω, ἀποσφραγίζω: ut, reſignare literas, teſtamentum &c. id eſt irritum facere. Item reſignare, eſt perfectè ſignare. κατασημαίνομαι. Colum. lib. 3. Priuſquam arbuſculas transferas, rubrica reſignato. Itē claudere: Verg. libro 4. Et lumina morte reſignat. Item reſignare, reddere, quod fit, cum in libris datorum & acceptorum pecuniam, quam acceptam ſignauimus, redditam demonſtramus. » Horat. 1. Carm. Res reſigno, quas dedit. Ponitur aliquando pro perimo, abrogo, diſſoluo: ut, Reſignare fidem, Cic. pro Arch.

Rĕsĭlĭārĕ, Veterib. pro eo, quod eſt ſæpe reſilire.

Rĕsĭlĭo, is. ἀναπηδάω, uide Reſulto.

Rĭsīmŭs, a. um. o. ſ. penult. prod. ex re & ſimus, idem eſt quod ſimus, hoc eſt qui ſurſum uerſus » preſſas habet nares. καταῤῥινής. Verg. Simus

poſuit. unde Seruius: Simæ Græcum eſt no- men, id eſt preſſis naribus. unde & ſimias dici- mus. Huius contrarium eſt, Deſimus, pro eo qui non eſt preſſis naribus, ἄσιμος, ἀνάσιμος.

Rĕſīnă, æ. f. p. pen. corr. humor ex arboribus de- fluens, in iiſdemq; reſidens, (ῥητίνη.) Et à me- dicis multiplex deſcribitur. Duæ tamen ſunt ſpecies, arida una, humida altera, & prorſus omnis ſtomacho facit, & ſanguinis reiectioni: in primisq; probatur, quæ à teribintho arbore terebinthina eſt appellata.

Rĕſīnātŭs, a. um. (ῥητινωτὸς) quod eſt reſina illi- tum, ſiue cui reſina admixtum eſt. Plinius lib. 23. cap. 1.

Rĕſīnōſus, adiect. quod reſina abundat.

Rĕſīnācĕŭs, adiect. quod reſinam refert.

Rĕſĭpĭo, is. n. t. reſipiui & reſipui, reſipere, ex re & ſapio compoſitum: idem ſignificat quod ual de oleo uel redoleo. Vnde dicimus, reſipit pi- ſcem. Plin. lib. 14. cap. 1.

Rĕſĭpīſco, ἀνανήφω. uide in dictione Deſipio.

Rĕſiſto, is. n. t. retrò ſiſto, repugno, obſiſto, obuiā eo, par ſum, aduerſor, (ἀνθίσταμαι.) Liuius 1. ab Vrbe, Reſtitere Romani, tanquam cœleſti uo- ce iuſſi.

Rĕſōluo, is. a. t. quaſi diſſoluo quod ligatum erat, » (διαφορέω.) Ouid. 1. Metam. Et uelate caput, cinctaſq; reſoluite ueſtes. Ponitur & pro mol lire, ſubigere, deſtruere, amouere, καταλύειν. » Verg. 1. Geor. Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit. id eſt amouet. Ponitur & pro nume- rare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promiſimus.

Rĕſŏno, as. n. p. pe. cor. id eſt, cōtra ſonantē ſono.

Rĕſpecto, as. a. p. ſæpe uideo, amo, adiuuo. παπταίνω. » Verg. Si qua pios reſpectant numina.

Rĕſpĕctŭs, us. m. q. modò ipſam reſpectionem, ſi- gnificat, ſiue id quod reſpicitur. (πρόσοψις.) Modò rationem, qua ad aliquid agendum mo uemur, λόγον. Plinius: Nanq; eo reſpectu com- motus abſceſſerat.

Rĕſpĭcĭo, is. a. t. retrò aſpicio, ἀποβλέπω. ſiue re- trorſum aſpicere, & in præteritum: habere ra- tionem ſui, proſpicere ſibi, & rebus ſuis conſu- lere, prouidere, proſpicere, cuſtodire, reſerua re, amare. Terent. in Heaut. Deniq; nullum re mittis tempus, neq; te reſpicis, id eſt cuſtodis. Reſpicere aliquē, eſt illum iuuare, fauere, ob- ſequi. Idem in Andr. Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice.

Rĕſpiro, as. n. p. ſpiritum capio, reſuſcito, ſeu in ſtatum priſtinum redeo, (ἀναπνέω, ἀναψύχω.) Plaut. Sine reſpirem quæſo. Hinc reſpira- tio, uerbale, à Cic. 2. de Nat. ponitur pro eua- poratione.

Rĕſpōndĕo, es. n. ſ. & Rĕſpōndo, is. Manlius lib. » 5. Sic etiam magno quædam reſpondere mun do. Eſt autem reſpondeo, poſteriore loco di co, ἀποκρίνομαι, ὑποκρίνομαι, ἀπαντῶ. Plaut. in Pſeud. Reſponde, quod rogo. A quo reſpon- ſum, ἀπόκρισις. & reſponſio. Et dicimus: Ego reſpondebo tibi, & ad te. Plinius: Cum ad eos breuiſſimè reſpondiſſem. Aliquando ſignifi- cat conuenire, conſentire & parem eſſe. Verg. » Dictis reſpondent cætera matris. id eſt conſen- tiunt, conformia ſunt. Aliquādo reſpicere, ſeu » contrà poſitum eſſe. Idem lib. 6. Contrà elata » mari reſpondet Gnoſia tellus. Hinc reſpon- ſo, as. Plaut. in Menæch. Reſponſa, aut loquere.

Rĕſpōnſĭtārĕ, ad iuris prudentes, antiſtites, cere- moniarumq; conditores pertinet, & Romæ o- lim ad pontifices. ἐξηγεῖσθαι.

Rĕſpōnſŭm, ſi. n. ſ. ipſa reſponſio. Et dare re- ſponſum, reddere reſponſum, pro reſponde- re. Ponitur quoque pro oraculo. Plin. libro 15. cap. 30.

Rĕſpōnſus, us. m. q. (ἁρμονία) conuenientia, conſenſuſq;. Vitruu. Symmetrica eſt ex ipſius operis membris ratæ partis reſponſus.

Rĕſpŭo, is. ἀποπτύω, ἀναίνομαι. uide Spuo.

Rĕſtăgnārĕ, extrà redundare, ſeu aquam nō con tinere, (ἱστάναι.) Componitur autem ex re & ſtagnare.

Rĕſtārĕ, ſupereſſe, reliquum eſſe. (ὑπολείπεσθαι, περιεῖ ναι.) Item remotum eſſe. Ennius, Reſtat, id eſt diſtat & remotum eſt, ἀφίσταται. Item retrò ſtare, reſiſtere, ἀνθίστασθαι. Cice. de Finib. Nul- lam quærentes uoluptatem Stoici reſtāt. Item reſtare cū datiuo & accuſatiuo ſignificat ma- nere: ut, Hoc mihi reſtat: id eſt hoc me manet. Hinc reſtito, as. frequent. uide ſuo loco.

Rĕſtauro, as. a. p. ex re & ſtauro: unde & inſtau- ro, ſignificat reintegro. ἀνανεόομαι.

Rĕſtibilis, le. om. t. quod reſtituitur & reſeritur. παλίμβλαστος, παλιμφυής. Vnde ager reſtibi- lis, qui quotannis ſeritur. Feſtus: Reſtibilis a- ger fit,

get fit, qui continuo biennio ſeritur farreo ſpico. id eſt ariſtato: quod ne fiat, ſolent qui prædia locant excipere. Reſtibilis ſeges, eſt quæ regerminat, quaſi cuius fœcunditas in ſequentem quoq; annum reſiſtat. Reſtibile uinetum, quod ſingulis annis repaſtinatur. Vide in Reſtire.

Rĕſtinguo, is. xi. ctum. n. t. (ἀποσβέννυμι) à ſtinguo compoſitum eſt, unde & diſtinguo & extinguo. ſignificat comprimo, offoco. Plaut. in in Caſſ. Ignem reſtinguunt aqua.

Rĕſtio, onis. m. t. qui funiculos conficit. σχοινοστρόφος. Accipitur apud Plautū pro eo, qui ſe penſilem facit laqueo, reſti ſtrangulatus.

Rĕſtĭpŭlārī, repromittere, & ut Lactātius inquit, eſt contra ſponſionem factam, pecuniam obligare. ἀντιπροκαλεῖσθαι. Valerius lib. 2. Dubitauit reſtipulari.

Rĕſtīrĕ, eſt ad ſerendum, laborandum, colendum'ue aptum eſſe, (παλιμφυεῖν.)

Rĕſtis, is. f. t. funis à reſto (ut quidā aiunt) quòd quæcunq; ligata ſtare faciat, σχοῖνος, κάλως. Ad reſtim res rediјt, dixit Terent. in Phorm. quod ſignificat res deperditas eſſe, & de ſuſpendio cogitandum. Reſtim ducere dicuntur in ſaltatione chori puerorum puellarumq; manu conſerti. Hinc reſticula, dimin. Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 41.

Rĕſtito. as. n. p. ſæpe moras facio.

Rĕſtĭtŭo, is. a. t. ſignificat reddo, (ἀποδίδωμι.) In ſtatum priſtinum reduco, ἀποκαθίστημι, ἐπανορθῶμαι. Et propriè reſtituuntur uolentes, cupientesq;, ut ciuis patriæ, & filius patri. Hinc Reſtitutio, uerb. (ἀποκατάστασις) repoſitio. Aliquando reſtituere ſignificat inſtaurare ac reficere.

Rĕſtrīngo, is. a. t. retrò ſtringo. (κατασφίγγω) Plin. lib. 35. Belli imaginem pinxit reſtrictis à tergo manibus. Aliquādo ualde, ſeu perfectè ſtringo, περισφίγγω. aliquando ſoluo, ἀποσφίγγω. Apuleius: Iumentum reſtringit. Aliquando rurſus ſtringo. Idem: Et duplici, ne ſolui facilè queat, nodo reſtringit. Reſtringere nauſeam, eſt cohibere, reprimere, facere ad, uel contra nauſeam. Hinc reſtrictus, aliquando participium, & aliquando nomen: ſignificatq; parcum, tenacem. Et reſtrictè, aduerbium: parce, tenaciter. Et reſtrictim cogitata. &c.

Rĕſulto, as. n. p. à reſilio fit, quod ſignificat in contrarium ſalio, reuertor, agor, rebello, ἀντιπηδάω. & citò recedo. ἀναπηδῶ. Quadrig. lib. 6. Artorius cautè dextrum humerum ſauciat atq; reſiluit.

Rĕsūmo, pen. prod. rurſus ſumo. ἀναλαμβάνω.

Rĕsŭpīno, nas. (ἀναβάλλω, ὑπτιάζω) ſurſum reuoluo, aliquem in tergum proſterno. Et fit à nomine Reſupinus, quod cum ſuo ſimplici Supinus eiuſdem ſignificationis eſt. Plin. lib. 7. cap. 2. Eosq; Sciopodas uocari, qui in maiori æſtu humi iacentes reſupini, umbra ſe pedum protegunt. Reſupinare igitur eſt inuertere, ſubuertere, ſupinum aliquid deuoluere. Terentius in Phorm. Ponè apprehendit pallio, reſupinat &c. Ponitur aliquando pro à propoſito, ſeu ab incœpto reuocare, differre. Accius: Quid agis? perturbas rem omnem ac reſupinas ſorori. Nonius.

Rĕsūrgo, is. n. t. rurſum ſurgo, & reſurgere dicitur herba, uel arbor, quæ iterum creſcit.

Rētæ, ſunt arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipſorum extant: à retibus dictæ, quod prætereuntes naues retinerēt inſtar retium, & quaſi irretirent. Vnde in edicto prætorum legitur, retanda flumina, quod ſignificat purganda, ne quid mora ſiue periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fiat. Hæc Gellius lib. 11. cap. 17.

Rĕtārdo, as. a. p. moror, remoror, moram affero, moram facio: moram, & impedimentum infero. Hinc retardatio, commoratio.

Rĕtĕ, is. neutri generis. Retis, maſcul. & fœminini, & hæc retia, tiæ. (δίκτυον) à rapio, uel à raritate, ut inquit Varro. ſignificat plaga, laqueus. Ouid. 5. Faſt. Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leones? Hinc fit irretio, is.

Rĕtĕgo, is. a. t. pen. cor. quod tectum erat denuo, aperio. ἀνακαλύπτω.

Rĕtento, as. a. p. frequentatiuum, ſæpe retineo, ἐπέχω. Plaut. in Aſin. Cur me retentas? Et retentare ex tento compoſitum, eſt iterum tentare. ἀναπειρᾶσθαι.

Rĕtexo, is. a. t. contrarium eſt ſuo ſimplici: ſignificat enim quod textum erat, reddo non textū, ἀναλύω, ἀνυφαίνω. Tractum à telis quæ deſtruuntur, cum retexuntur, unde & pro deſtruere ponitur. Et retexere, rurſus texere, renouare.

uare. Marius Ciceroni, An me ipſe retexam? Item ſignificat diſſoluere, reuocare, irritum facere. Retexere orationem, pro in contrarium mutare, expolire, emendare, uel potius rurſus texere, & ordiri quaſi aliam telam. Cic. 2. Philip.

Rētiăcŭlŭm, li. n. ſ. dimin. à retia, ἄρκυον.

Rētiārĭŭs, rij. m. ſ. dicebatur, qui rete immittebat. δικτυοβόλος. Quintil. lib. 6. cap. 4. Et Pœno de mirmillone, qui retiarium conſequebatur, nec feriebat.

Rĕtĭcĕo, es. n. ſ. à quo reticentia, uide taceo.

Rētĭcŭlă, (δίκτυον) dimin. à retis, fœm. gen.

Rētĭcŭlōs è neruis, dixit Var. lib. 3. de re Ruſt. capite 5. pro cancellis. Eſt & reticulus diminut. nominis retis.

Rētĭcŭlātŭs, ta. tum. quod eſt factum in modum retis, δικτυωτός: ut, Reticulata ſtructura, Plin.

Rētĭcŭlŭm, li. n. ſ. dimin. à rete, ἄρκυς. Eſt & genus retis, quod in orbem ſpargitur, unde aliquãdo capitur pro tegmine muliebris capitis, quod capillos continet, κεκρύφαλος. Eſt & reticulum, ſacculus in modum retis, quo uiatores denarios & panem geſtant, quod nomine dicitur funda. Eſt & faſcia quædam lanea uel linea ad formam retis facta, quam faciei admouemus, ne agnoſcamur.

Rētĭnācŭlŭm, li. n. ſ. quo aliquid retinetur, ſiue remoratur. ἴχμα. Verg. 1. Georg.

Rĕtĭnĕo, nes. a. ſ. pen. cor. remoror, detineo. ἀναλαμβάνω, ἐπέχω. Vnde retinacula. Per translationem ponitur pro recordor, ut cum dicimus: Si retines, quæ dicta ſunt. Aliquando pro cohibeo, ἀνίσχομαι: ut, Retinere liberos, Terent. in Adel. Aliquando pro nõ permittere, ut quicquam perdatur, uel conſumatur, hoc eſt pro cõſeruare, κρατεῖν. Salluſt. Nam imperium his artibus retinetur. Retinere officium, eſt in officio manere. Aliquando eſt retrahere aliquem ne cadat. Terent. in Heaut. Ah retine me obſecro.

Rētĭŏlŭm, li. n. ſ. idem quod reticulum, ſcilicet tegmen capitis. κεφαλοδέσμιον.

Rĕtōrquĕo, es. a. ſ. retro iacio uel remitto. ἀντιστρέφω ut, Retorquere pilam. Cic. in Cat.

Rĕtŏrrēſcĕrĕ, idem eſt quod retorridum fieri. ἀναξηραίνεσθαι, καταφρύγεσθαι.

Rĕtŏrrĭdŭs, da. dum. quod intempeſtiuè amiſſis uiribus, à ſole torretur, κατεσκληκώς. Hinc retorridè, aduerb.

Retrăcto, as. (ἀνατίθεμαι, μετανοῶ, μεταβουλεύομαι, παλινῳδῶ) à retraho, quod ſignificat reprobo, reuoco, cõmemoro, refrico, rurſum tracto: unde Liber retractationum, in quo prius tractata, aut emendantur aut reuocantur. Aliquando retractare, eſt retrò trahere, reijcere, εἰς τοὐπίσω ἐλαύνειν. Verg. 10. Aeneid. Semianimeſq; micant digiti, ferrumq; retractant. Hinc retractatio, uerbale, actus ipſe retractãdi, hoc eſt opinio reuocandi.

Retrăho, is. uide infra Traho.

Retrĭbŭo, is. a. t. recompenſo, quaſi retrò tribuo, remunero. ἀποδίδωμι.

Retrĭcăm, aquam Veteres appellarunt, qua horti irrigantur, authore Feſto.

Retrĭmēntŭm, ti. n. ſ. (διάτριμμα) à retero, is, uidetur eſſe: ſicut detrimentum à detero. eſt quod ſecundò tritum eſt, ſiue quod de ſecunda triura deperit. Item excrementum feculentum, & ſtercus. Hæc recrementa, id eſt ſtercus & urina, à Celſo & Gellio uocantur.

Rĕtro, aduerb. id eſt à tergo ſiue pòſt: cõtrarium habet antè.

Retrŏcēdo, (ἀναποδίζω.) uide Cedo.

Retrōrſŭs, uel retrorſum, retrò uerſum, εἰς τοὔμπαλιν. Horatius: Retrorſum uela iterare curſus.

Retrōrſŭs, a. um. ὀπίσθιος. Apul. lib. 2. De Aſino. Deniq; ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſiſtit. id eſt reflexa, obliquata, retrò conuerſa.

Retrudo, is. a. t. (ἀνωθέω) pen. prod. retro trudo.

Rĕtŭndo, ἀμβλύνω. uide in dictione Tundo.

Rĕuălēſco, is. n. t. ad ſanitatem redigor. ῥώννυμι, ἀναρρώννυμαι. Gell. lib. 16. cap. 13.

Rĕuello, is. (ἀνασπῶ.) uide in dictione Vello.

Rĕuēlo, as. a. p. ἀποφαίνω, ἀνακαλύπτω, ἀναστρέφω. pen. prod. contrariũ eſt ſuo ſimplici uelo, quod tego ſignificat.

Rĕuĕnĭo, is. n. q. pen. cor. retro uenio, reuertor. ἐπανήκω. Plaut. in Amph.

Rĕuĕrĕŏr, eris. d. ſ. à uereor fit, & ſignificat honoro. ἐντρέπομαι, αἰδοῦμαι. A quo reuerentia. (αἰδὼς) quam tam in uerbis, quàm in factis alicui exhibemus. Vnde aliquam rem turpem nominaturi, dicere ſolemus, Salua reuerentia, ſaluo honore, reuerentia ſit auribus ueſtris, honor

nor ſit audientium auribus. Item reuerendus, dignus reuerentia, αἰδέσιμος. Reuerens, qui defert, ſiue dat honorem. Reuerenter, cum reuerentia, ſiue honorificè, σεμνῶς. Ponitur aliquãdo reuereor pro timere, uereri. Inſerui re reuerentiæ alicuius, eſt illi deferri honorẽ.

Rĕuĕrtŏr, eris. d. t. & reuerto, redeo. quaſi retrò uerto, ἀναστρέφω. ομαι, ἐπαναστρέφω, ἐπανακάμπτω. Plaut. in Aul. Iam ad te reuertor. Aliquando reuerti ponitur ſimpliciter pro uenire, diuertere. Cice. de Fato, Ad Chryſippi laqueos reuertamur, cum nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

Rĕuincio, is. xi. ctum. act. q. retro uincio, uel uehementer & arctè ligo.

Rĕuinco, cis. a. t. conuinco, confuto. Cicero pro Arch.

Rĕuiſo, is. a. t. redeo ut uideam. ἀντιπισκέπτομαι. Terent. in And. Reuiſo quid agant, aut quid captent conſilij. Dicimus quoq; reuiſo ad aliquem. Gell. lib. 13. cap. 29. Cum ualebo ab oculis, reuiſe ad me.

Rĕuirēſco, ſcis, reuirui. n. t. iterum uireſco. Et per translat. ponitur pro reuiuiſco, renouor, renaſcor. Vide Vireo.

Rĕuiuiſco, is. reuixi. rurſum uiuus fio, ἀναβιῶ, ἀναβιώσκομαι. Cic. 4. de Fin. Quid ſi reuiuiſcāt Platonici illi? Ponitur aliquando reuiuiſcere pro renaſci, & ad priſtinum ſtatum redire. Cicero de Aruſp. Reſp. reuiuiſcere poſuit pro reſpirare à metu cædis, & emergere à fluctibus ſeruitutis.

Rĕūnctŏr, oris. m. t. miniſter & mediaſtinus eorum medicorum, qui iatralepticen, hoc eſt reunctoriam medicinam docebant. Plin. libro 19. cap. 1.

Rĕuŏco, as. a. p. pen. cor. retrò uoco, rurſus uoco, retraho, reduco, inſtauro. ἀνακαλοῦμαι, ἀνακαλίζω. Terent. in Phorm. Reuocemus hominem. Ponitur aliquando pro retraho. Cic. 1. De Legib. Quàm multos diuini ſupplicij metus à ſcelere reuocauit? Reuocare ad uitam reſuſcitare eſt, Cic. Att. lib. 7. Aliquando reuocare, ſignificat per uices mutuò uocare. Varro. Nos prouocare cum audeant, nos illos reuocare timemus? Huius compoſitum eſt Ad reuoco.

Rĕuŏlo, as. n. p. retrò uolo. ἀναβίπλαμαι, ἀναπέτομαι.

Rĕūs, a. um. o. ſ. dicitur quicunq; in litem adducitur, etiam ſi nihil admiſerit, id eſt contra quẽ quiſpiam agit. ὁ φεύγων, ὁ διωκόμενος. Cice. 2. de Orat. Reos appello non modò eos, qui arguuntur, ſed omnes de quorũ re diſceptatur. Vnde à re dicitur reus, quod rei alicuius obnoxius ſit: uel à re quam promiſit. Reus agitur, qui accuſatur. κρίνεται. Reus peragitur, qui damnatur, καταδικάζεται, ἁλίσκεται. Plinius Iunior: Dum ille peragitur reus, ſedemus. Reus uoti, inquit Macrobius, qui ſuſcepto uoto ſe numinibus obligat, ὁ εὐχόμενος. Reus promittendo dicitur, qui ſuo nomine quid pro altero promittit.

Rēx, regis. m. t. dominus, et ut philoſophus Speuſip. ait, imperans eſt ſecundum leges ſubiectis, irreprehenſibilis ciuilis ordinis inſtitutor, βασιλεύς. Vnde reges dicuntur, qui regna poſſident. Regna uero uocantur integræ regiones, quæ ab uno rege poſſidentur. ut Gallia regnũ eſt: & qui Galliam poſſidet, rex Galliæ dicitur. Dici etiã reges poſſunt, etiam ſi unius tantum urbis imperium habent. Sic principio reges Romanorum dicti ſunt, quibus imperium urbis permittebatur. Hinc interrex qui poſt prioris deceſſum interea regis locum tenet, donec nouus præficiatur, μεσοβασιλεύς. Aliquãdo ponitur pro potentiore, & eo, quem nobis ueluti in patronũ eligimus, quem ſequamur. Aliquando pro diuite. Horat. Siue reges, ſiue inopes erimus coloni. Reges ærarij, qui præſunt ærario. Cic. De Leg. Agra.

R ANTE H.

Rhā (ῥᾶ) fluuius, à quo nomen medicamento notabilis (ut Ammianus inquit) quod rheon, (ῥῆον) ſeu Rhabarbarum atq; Ponticum uocatur.

Rhacoma, herba, de qua Plin. lib. 27. cap. 12.

Rhăgădēs, (ῥαγάδες) & Rhagadia neutri generis, uocantur ſciſſuræ, quæ in ſede & pedibus proueniunt. Dictæ rhagades, à uerbo Græco ῥαγίζω, quod ſignificat abrumpo. De hoc in dictione Condyloma. Vide Ragades.

Rhăgiŏn, (ῥάγιον) ſignificat apud Græcos acinum paruũ. Eſt & aranei genus acini nigro ſimilis, de quo Plin. lib. 19. cap. 4.

Rhăgŏīdēs, tunicula oculi inferior, ut ait Celſus lib. 7. de natura oculorum loquens.

Rhămnŭs, genus ſentium aſperrimum, aculeis & flore gratiſſimum, de quo Plin. lib. 14. cap. 14. aliàs Ramnus.

Rhăphănŏſagrĭă, herba, de qua Plin. li. 26. ca. 8.

Rhăphĭŭs, animal, de quo Plin. lib. 8. cap. 19.

Rhēdă, æ. f. p. uocabulum Gallicum, ut inquit Quint. & ſignificat carrucã, ζεῦγος, μίσθιον. Eſt autem genus leuiculi currus, in quo geſtabãtur nobiliores in uillas ſuas, cuiuſmodi ſunt, quos Itali cochos uocant. Cic. Att. lib. 5. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer. Vnde à Cicerone rhedarius, (ζευγηλάτης) dictus eſt auriga, rectorq́; ipſius rhedæ. Eſt & rhedarius adiectiuum, ut rhedarius mulus, qui rhedam ducit. Inde epirhedium.

Rhēnōnēs, num. m. t. (διφθέραι, σίσυραι) ueſtes pelliceæ, præcipuè ferinæ, ad uſum humanũ redactæ: dictæ quod calidos teneãt renes, ſiue quòd ῥινὸς pellis dicitur, quòd Rhenani populi hiſce peculiariter utebantur.

Rhēŏn, (ῥῆον) idem quod rhabarbarum, quòd uulgò rheubarbarum dicitur.

Rhētŏr, oris. m. t. (ῥήτωρ) Latinè Orator, quanquam differant, quòd Orator ſit, qui in iudicijs & concionibus cauſas agit: Rhetor, qui Rhetoricen profitetur.

Rhētŏrĭcă, cæ. f. p. ſiue rhetorice, ces (ῥητορική) ipſa rectè dicendi ars ſiue exercitatio. Dicimus etiam rhetorica, orum. Cic. de Fato, Mihi rhetorica ueſtra ſatis nota ſunt.

Rhētŏrĭcŏr, aris. d. p. rhetorum more loquor, ῥητορεύω.

Rhētŏrĭcŭs, a. um. (ῥητορικὸς) quod ad rhetoricen pertinet: ut, Rhetorici libri. Cic. de Orat. Hinc rhetoricè aduerb.

Rhētŏrĭſſo, as. (ῥητορίζω) rhetoricè loquor. Non.

Rhēumă, atis. n. t. (ῥεῦμα) ſeu Rheumatiſmus, (ῥευματισμὸς) Latinè eruptio, ſiue fluxus dicitur, à ῥέω fluo. Hinc fit rheumaticus adiectiuum, qui rheumate ſiue fluxione laborat.

Rhibis, fruticis genus, quod & Siſſamon, σίσαμον appellant. ſolio uitium, caule ferulaceo, ſemine ad ſimilitudinem ricini.

Rhīnŏcĕrōn, ontis. & Rhinoceros. otis. m. t. (ῥινόκερως) animal quadrupes, habens in nare unũ cornu, ut ait Plin. lib. 8. cap. 20. genitus hoſtis elephanto, cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit ſuis ictibus peruiam eſſe. Hinc ſagacem & prudentem uirum, naſum rhinoce-
» rotis habere dicimus. Mart. Iuueneſq́; ſeneſq́;,
» Et pueri naſum rhinocerotis habent. Compoſitum nomen à ῥὶν ῥινὸς, quod naſum ſignificat, & κέρας cornu. Ponitur & pro quodam uaſe, oleum guttatim fundente, lauãtibus ſe in balneis. A' rhinocerote fit adiect. rhinocerontius, a. um. ut Cornua rhinocerontia.

Rhinocliſia, genus herbæ. Plin. lib. 27. cap. 8.

Rhīzĭās, ſuccus eſt è radice laſerpitij profluens.

Rhŏdĭnŭm oleum, (ῥόδινον ἔλαιον) è roſis, quod roſaceũ noſtri nuncupauerũt. Eſt enim Rhodinus, adiectiuum à rhodos, quòd Latinè roſam ſignificat.

Rhŏdĭnŭm unguentum, quod fit oleo roſaceo.

Rhŏdĭtēs, (ῥοδίτης) gemma à roſa uocata.

Rhŏdŏdăphnē, (ῥοδοδάφνη) roſa laurea.

Rhŏdŏdĕndrŭs, (ῥοδόδενδρος) frutex, de quo uide Plin. lib. 16. cap. 21. Dioſc. lib. 4. cap. 75.

Rhŏdōnĭă, (ῥοδωνιὰ) roſarium, id eſt locus roſis conſitus. Roſetum idem.

Rhŏdōră, (ῥοδώρα) herba. Plin. lib. 24. cap. 19.

Rhŏĭcă, (ῥοϊκαὶ) mulieres, quarum uuluæ rheumatiſmo, id eſt fluxionibus laborant.

Rhŏĭtōn, (ῥοΐτην) Græcis dicitur uinum, quod è granis malorum Punicorum exprimitur.

Rhŏmbŭs, bi. m. ſ. (ῥόμβος) Græca uox eſt, ſignificatq́; figuram quadratam, ſolidam, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli uerò obliqui, tetrapleuros, id eſt quatuor laterum. Hæc ſi in terram iactetur, uoluitur ad ſimilitudinem ferè cylindri. Vtebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam Lunam, tortis filis confectio.
» Propert. Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi. Eſt & rhombus piſcis genus: & torques, ſiue machinula illa quam uertendo mulieres tramam ad lanicium nent.

Rhōmphææ, æ. f. p. (ῥομφαία) genus gladij.

Rhōnchus, chi. m. g. ſtertentis ſonus, nomen ficti-
» tium. Martial. lib. 1. Maiores nuſquam rhonchi, &c. Hinc rhonciſſo, as. ſterto. Et ronchiſonus, adiectiuum, qui ſonat rhoncos, & deriſor eſt.

Rhŏdăpĭōn, herba, quam & κονταύριον uocant, de qua ſuperius.

Rhŏpălōn, (ῥόπαλον) herba, quæ Nymphea, & hera-

heracleon dicitur. Eſt & rhophalum campanæ malleus, & idem quo pulſatur oſtium.

Rhūs, fruticis genus, de quo Plin. lib. 24. cap. 11. Officinæ Gallicæ, uulgò appellant Sumach.

Rhўpărŏgrăphūs, phi. m. ſ. (ῥυπαρογράφος) ſordidarum rerum humiliumq́ pictor. ῥυπαρὸν. Græci ſordidum dicunt.

Rhўtīŏn, (ῥυτὶς) uaſis genus, Lunari ſpecie. Vide imbricium.

Rhythmus, mi. m. ſ. (ῥυθμὸς) Latinè numerus, harmonia. Diomedes, Rhythmus eſt uerſus imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationemq́ cōtinens. Hinc Rhytmicus, adiect. muſicus, dicitur qui numeros in cantu uel prolatione, aut ſono obſeruat. Cic. 3. De Orat.

R ANTE I.

Rĭcă, æ. f. p. (μίτρα) quadratum ueſtimentum, fimbriatum & purpureum, quo pro palliolo ſeu uitta utebantur Flaminicæ. Alij dicunt, quod ex lana fiat ſuccida alba, quod cōficiunt uirgines ingenuæ patrimæ, matrimæ, ciues, & inficiunt cæruleo colore. hæc Feſtus. Nonius, Rica eſt, quod nunc ſudariū dicimus. Eſt & ueli genus, quo mulieres capita tegunt. Dictum à ritu (ut Varro author eſt) quòd Romano ritu ſacrificia fœminæ cum faciunt, capita tegunt. Huius dimin. eſt Ricula, quod pro ſudario ponitur, apud Feſtū.

Rĭcīnŭs & Ricinum, ni. n. ſ. (τεβέννιον) dicitur à reijciendo, ueſtis antiquiſſima quadrata (ut inquit Varro) cuius mediam partem retrorſum iaciebant, unde Ricinati mimi. Seruius, Ricinus dicitur ab eo quòd poſt tergum reijcitur. Feſtus, Ricinum eſt omne ueſtimentum quadratum. Eſt & ricinus genus cucumeris, (κίκι, κρότων) & uermis canes acrius atq́ boues infeſtans (κυνοραιστής.) Varr. 2. de re Ruſt. capite 9. Ab huius animalis ſimilitudine ricinus dicitur frutex, aut herba inſtar arboris, (κρότων) grana ferens ricinis animalibus ſimilia, quam Dioſcorides arboroſum fruticē uocat, ſimilem ficui, ſed minorem, folia habentem ſimilia platano, ſed maiora, lenia, & nigriora, ex qua primitur oleum ricininum.

Rĭctŭs, us. m. q. (ῥύγχος, γελάσινος, σίαγος) nō ſolum hiatum ſignificat, unde uerba exeunt, ſed pars illa circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, uel alio modo os torquente, lineis quibuſdam terminatur, ut maximè ſunt labia. Budæus, Rictus, eſt oris diſtentio, qualis eſſe ſolet in ridentibus. Contrahere rictum, eorum eſt, qui mœſti, aut meditabundi ſunt, συνόμως διαχεῖσθαι. Diducere rictum, eſt ad hilaritatem impellere. Horat. Aliquando eſt os aperire. Iuuen. Ipſa ad conſpectum cœnæ diducere rictum Contentus. Dicimus & rictum neutri generis. Lucret. lib. 5. Moloſſum Mollia ricta fremunt.

Rīdĕo, des. riſi, riſum. abſolute neut. eſt, cum accuſat. act. (γελάω, μειδιάω.) Gellius lib. 1. Rex quaſi anus ætate deſiperet, riſit. Aliquando ſignificat lætum eſſe. Verg. Mixtaq́ ridenti colocaſia fundet acanto. Cum accuſatiuo, ſignificat derideo. Plaut. in Stich. Aecaſtor riſi te hodie multum. Hinc ridibundus adiectiuū. Huius compoſita ſunt, Arrideo, quod eſt in alicuius gratiam placidè rideo, (προσγελάω) applaudo, & lætitiam animi ridendo oſtendo. Ouid. Arriſit paries adueniente Dea. Corrideo, ſimul rideo. Derideo, (καταγελάω) deludo, contemno, & cum irriſione ac contemptu rideo. Irrideo, idem quod derideo, μωκάομαι, ἐπιγελάω. Obrideo, Subrideo, (ὑπογελάω) parum ſeu latenter rideo, omniaq́ habent pen. prod.

Rīdĭcæ, arum. f. p. (μόσχοι) pedamenta uinearum, quæ è quercu & iunipero ſolent fieri optima (ut Varr. 1. De re Ruſt cap. 8. docet.) Pedamentum uinearum, inquit Bud. aut eſt fiſſile, ut ridica: aut eſt teres, ut palus.

Rīdĭcŭlārĭŭs, adiect. (καταγέλαστον) idem quod ridiculum. Plaut. in Aſin. Mitte ridicularia, Id eſt deceptiones, quæ deriſionem præbēt, ſeu quæ riſu dignæ ſunt.

Rīdĭcŭlŭm, li. n. ſ. (γελοῖον) ſignificat ſermonem riſum excitantem. Cic. Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur. Hinc Gell. formauit compoſitum, dericulum. Terent. in Heaut. Ridiculum eſt iſthuc me admonere Clitipho.

Rīdĭcŭlŭs, a. um. iocularis, (γελωτοποιὸς) dicitur qui alijs riſui eſt, & de quo alij rident. Iuuenalis, Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quàm quòd ridiculos homines facit. Interdum ſignificat eum, qui alios ridere facit. Plaut. in Stich. Vides ridiculos nihil fieri?

Cic. C. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus. Hinc ridiculè, aduerb. Idem.

Rigĕo, ges, gui. n. ſ. frigeo, ῥιγέω, πέπηγα: ut, Rigens ſydus, Plin. Iun. in Paneg. Hinc Rigeſco, frigeſco. Per translat. rigeſcere capitur pro indurari, uel erectum ſeu contractum eſſe: quoniam quæ frigent, horrent & indureſcunt. Verg. 1. Geor. Aeraq́ diſſiliunt uulgò, ueſtesq́ rigeſcunt. ubi Seruius, Durantur, ut frangi potius, quàm ſcindi poſſe uideantur. Rigentes oculi apud Plinium, qui non circumaguntur, ut ait Budæus. Rigens corpus, nullo modo flexum. Quintil. Huius compoſita ſunt Dirigeo, à quo dirigeſco. Obrigeo, obrigeſco, quod eſt totus frigore contrahor, & quaſi indureſco, & rigidus fio. Colum. lib. 5. Obriguit hyberno frigore.

Rigĭdŭs, a. um. idem quod frigidus, πεπηγώς, κρυερός. Verg. Tellurem Borea rigidam ſpirante moueri. Aliquando ponitur pro duro, (ἀτηρός.) unde Rigidus homo dicitur aſper. Rigidus leo, durus & crudelis. Martialis libro 10. Nec dorcas rigido fugax leoni. Rigida innocentia. Liu. 4. Bel. Mac. Aliquando pro erecto, quod non niſi ex duritie accidit. Verg. Tum rigidas notare cacumina quercus. Rigiditas, (στρυφνότης) aſperitas.

Rĭgo, as. a. p. madefacio, adaquo, humorē aſpergo, ἀρδω, βρέχω. Huius compoſitum eſt Irrigo, as. de quo alibi.

Rĭgŏr, oris. m. t. (ῥίγος) modo ſumitur pro frigore uehementi. Plinius Epiſt. 161. Rigor aquæ certauerit niuibus, nec calor cedit. Modò pro duritie, σκληρία. Verg. 1. Georg. Et ferri rigor, &c. Eſt & horror ille, & concuſſio membrorum in febre.

Rĭgŭŭs, a. um. quod rigatur, ſeu quod rigari facile poteſt, διάρρυτος. Col. lib. 2. cap. 17.

Rīmă, æ. f. p. (κλαθρία) fiſſura, & propriè rimæ dicuntur exiguæ diſtantiæ tabularum in iuncturis. Vnde tractum eſt, ut omnes fiſſuræ, rimæ dicantur, & rimas agere, findi. Cic. Att. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerūt, reliquæ rimas agunt. Huius diminutiuum eſt rimula.

Rīmŏr, aris. d. p. & Rimo, as. (πολυπραγμονεῖν) ſecundum Priſcianum, diligenter quæro, ſcrutor, quaſi rimulas quaſq́ perquiro. Tractum à ſuibus, qui glandes rimantur de rimis terrarū, id eſt fiſſuris. Interdum rimari eſt ſcindere, & quaſi rimas agere, διασχίζειν. Vergil. Ergo ægrè raſtris terram rimantur.

Rīmōſŭs, a. um. quod eſt rimis plenū. διεσχισμένος, κλαθρώδης. Col. lib. 1. cap. 5.

Ringo, is, xi, rictum. quod & Ringor deponens (ῥύζω) dicitur, ſignificat os torqueo, quod canes faciunt dum latraturi ſunt, uel cum ex ira in rugas diducunt os. Hinc ringi, pro iraſci, indignari, allatrare, pulſare, conuiciari, murmurare ponitur. Terent. in Phorm. Ille ringitur, tu rides. Hinc rictus, us, & Rictum, de quo ſuprà.

Rīpă, pæ. f. p. ὄχθη, extremitas terræ aquæ uicina, dicta quòd aquarū agitatione rumpatur. Et propriè eſt aquarum currentium, ut fontium, uel fluminum: dicitur tamen aliquando etiam de mari. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni dextra ripa intrant, læua exeunt. A ripa fit diminut. ripula. Cic. ad Att. lib. 3. Hinc fit adiect. Riparius, quod in ripis habitat: ut, Ripariæ uolucres. Plin. lib. 14. cap. 4.

Rīpārĭă auis, quæ in ripis habitat. Plin. lib. 30.

Rīſcŭs, ſci. m. ſ. (ut inquit Don.) ciſta eſt ex pelle contexta. Seruius uerò ait eſſe feneſtram paruam in pariete. Terent. in Eun. Abi, ciſtellam domo effer cum monumentis. P. ubi ſita eſt? T. in riſco.

Riſio, onis. f. t. uerbale, à rideo, ipſe ridēdi actus.

Rīſŭs, huius ſus. m. q. idem. Plaut. in Mil. Nequeo hercle quidem riſu meo moderarier. Pulchrè autē dicimus, Concitare riſum, Edere riſum, Facere riſum, Mouere riſum, Tenere riſum.

Rītĕ, (κατὰ κόσμον) aduerb. à rito uerbo, ſecundum Priſc. & ſignificat bene ac rectè, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum eſſe creditur: uel (ut inquit Varro) quia quod fit ritè, id ratum & rectum eſt.

Rĭto, as. à ruo, is. deducitur. Cuius cōpoſita ſunt irrito, id eſt prouoco, & prorito.

Rĭtŭālēs, ium. m. t. (ἡ θεία θεσμοθεσία) Hetruſcorum libri, in quibus ſcriptum eſt, quo ritu urbes condantur, aræ, ædesq́ ſacrentur, curiæ, tribus & centuriæ diſtribuantur, Feſtus. Cic. 1. de Diuin.

Rĭtŭs, tus. m. q. (θεσμὸς, θεσμοθεσία) mos, & approbata conſuetudo, quam omnes ratam habent. Feſtus, Ritus mos eſt comprobatus in adminiſtran-

miniſtrandis ſacrificijs,ſiue ritus eſt mos uel cõſuetudo.Dicitur etiã rites,is. Stat.lib.11.Theb. Hei mihi primitijs ararum,& rite nefaſto.

iuālēs & Corriuales, (ἀντέρασταί) dicuntur æmuli de mulieribus,quaſi in unũ amorem deriuantes. Qui eandem amat cum aliquo, riualis eſt:quemadmodum procus, qui eandem petit. Translatio uel à beſtijs, quæ ſitientes, cum ex eodem riuulo hauſtum petunt, præliũ contra ſe inuicem concitant, uel à re ruſtica. Nam riuales dicuntur ij, quorum agros riuus aliquis diſterminat, qui incertitudine & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Item riuales, (παραποτάμιοι) dicuntur, qui in riuis habitant.Colum.lib.8.cap.15. Sine riuali diligere dicuntur ij,qui ſtultè mirantur,quod nemo alius concupiſcat, ſumpta allegoria ab amantibus,quibus eſt amica deformis,& quam alius nemo uelit.

iuālitās,tatis.f.t.(ἀντιζηλία) dicta eſt æmulatio illa inter amaſios ſiue amatores. Cic.

iuīnūs,ni.m.ſ. idem quod riualis, ἀντίζηλος.

iuūs,ui.m.ſ.locus depreſſus per longitudinem aquæ currentis, ῥύαξ à ῥέω fluo. Hinc deriuo,as. & corriuo,as. quod propriè de brutis dicitur, cum potandi gratia ad eundem riuum conueniunt. Riuulus,diminutiuum,paruus riuus.

ixă,æ.f.p.(ἔρις) nomen fictitium à ringendo, quod eſt canum,quando irritantur. Id eſt contentio & pugna. Hinc rixoſus,ſa.ſum.(ἐριστικός, δύσερις)contentioſus. Feſtus,Rictus,rixæ, rixoſe, ringitur, dici uidentur, quia in diuerſum rumpantur,contrariaq; ſint recto.

ixŏr,aris.d.p. iurgor,contendo.ἐρίζω. Horat. in Epiſt. Alter rixatur de lana ſæpe caprina.

R ANTE O.

Rōbigo,inis.f.t.(ἐρυσίβη) morbus ſegetũ, qui culmis frumentorum innaſcitur ex nimio humore, ut ait Var. hoc uicio ſpicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidũ confriatiles. Seru.uerò dicit, Rubigo genus uitij, quo culmi pereũt,ſed abuſiuè robigo dicitur. Nam propriè Rubigo dicitur. Var.dicit uicium eſſe obſcœnæ libidinis,quod ulcus uocatur.

Rōbŏrārĭă,orum.n.ſ.(δρύφακτα) antiqui appellauerunt omnia ædificia,ſepta, uillas, quæ incluſa habent animalia.Gell.lib.2.cap.20.

Rōbŏrĕūs, a. um. (δρύϊνος) quod eſt ex materia roboris.

Rōbŏro,as.pen.cor.act.p. fortifico, firmo,robur addo, κρατυνόω,ἐπισχύω. Hinc componitur corroboro,(συνεπισχύω,βεβαιόω)quod eſt totum ſimul fortifico.

Rōbŭr,ſiue robor, oris. n.t. propriè ſpecies quercus eſt duriſſimæ,ἀγρία δρῦς,ἀλίφλοιος. Per translationem ſumitur pro animi fortitudine, qua quis durat aduerſus pericula. Capitur & pro corporis firmitate, quæ aduerſus omnes difficultates firmiter obnititur. (ἰσχύς, παράστημα.) & omnium rerum firmitatem duritiamq;,robur dicimus.Verg.lib.7.Aeternáq; ferri Robora. Robur,in carcere dicitur is locus, quò præcipitatur malefactorum genus, quod antea arcis robuſteis includebatur.Erat enim genus ſupplicij,quod Plaut.in Pœn.Codicem robuſtum uocat. A robur fit adiect. roburneus,quod ex robore naſcitur. Col. lib. 9.cap.1. Nam ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent,Id eſt grandibus.

Rŏbŭs,a. um. om.ſ. apud ueteres dicebatur rubeus, & idcirco bouem robum ruſtici uocabãt.Vnde & materia, quæ plurimas huius coloris uenas habet, dicta eſt robus. & homines ualentes,ac boni coloris, robuſti. hæc Feſtus. Robus etiam genus tritici maxime laudibile (ut inquit Colum.lib.2.cap.6.) cum & pondere & nitore præſtet.

Rōbŭſtŭs,a.um.om.ſ.(ῥωμαλέος,εὔρωστος) quod eſt multi roboris.

Rōbŭſtĕūs,a.um.o.ſ.denominatiuum à robur.

Rōdo,is,roſi,roſum. act. t. (κείρω) propriè murium eſt,& ſimilium,qui dentibus ferè ſemper aliquid demoliuntur. Per translationẽ quandoq; pro detraho ſumitur, ſiue obtrecto. Cic. pro Corn.Balbo,More hominum inuidens, in conuiuijs rodunt, in circelis uellicant. Hinc Roſio, onis, uerbale. Dentem dente rodere, prouerbium,uide Chiliades Eraſmi. Huius compoſita ſunt Arrodo, (ἐπικείρω) idem quod rodo uel circumrodo ſignificat. Corrodo, Erodo,& Prærodo,quòd eſt antè rodo.

Rŏgāmĕn,inis.n.t.(δέημα) rogationem ſeu precem ſignificat.

Rŏgāſārĭūs tabellio, qui rogat,quod quiſq; ſtipulatur,hoc eſt promittit.

Rŏgātōrēs,m.t. (ἐπαίται) poſtulatores & mendici,qui eleemoſynam poſtulant. Rogator comitiorum,qui poſtulat,ut comitia fiant.Cic.1. de Diuin.

Rŏgito,tas.act.p.frequentatiuum,ſæpe precor, & ſæpe ſciſcitor, ἀναίρομαι. Hinc componitur erogito,quod eſt ualde ſtricte'ue rogito. Hinc rogitatio,uerbale;lex,plebiſcitum. Plautus in Curcul. Rogitationes plurimas propter uos populus ſciuit.

Rŏgo,as.act.p. (αἰτέω) poſco. Quandoque eſt quærere, interrogare, ἐρωτᾶν. Cicero, Roga ipſum quemadmodum Arimini ego eum acceperim. Quandoq; oro,deprecor (δέομαι.) Vergil. lib. 7. Littusq; rogamus Innocuum. Ponitur aliquando pro utendum accipere. Cicero.in Verr. Quandoq; ſtatuere, (εἰσφέρειν.) Gellius lib.1.Lex deinde Licinia rogata eſt. Hinc legis rogatio, εἰσφορά. dicitur. Hinc etiam derogare legi, & abrogare legem dicimus. Et rogationis nomine continetur, lex, plebiſcitum & priuilegium. Feſtus ait, Rogatio ea dicitur, cum populus conſulitur de uno, pluribus'ue hominibus, quòd non ad omnes pertineat: & de una pluribus'ue rebus, de quibus nō omnibus ſanciantur. Nam quod in omnes homines,res'ue populus ſciuit,lex appellatur. Dicimus autem ferre rogationem ad populum: & perferre rogationem, quod eſt legem perferre:& accipere rogationem, id eſt legem accipere. Hinc diminutiuum rogatiuncula.Cice. pro Domo ſua, Eaq; te ex una rogatiuncula feciſſe. Rogare milites ſacramento. Compoſita huius uerbi ſunt Arrogo, abrogo, corrogo, ἐρανίζω. derogo, erogo, à quo ſupererogo,irrogo, prorogo. παρατείνω, ἐπιβάλλω.quod eſt protraho,prolongo.Prorogare imperium, ſignificat noua rogatione in longiora tempora proferre.Subrogo.ἐπιβάλλω quod eſt ſubſtituo.

Rŏgŭs, gi. m. ſ. (πυρὰ) ſtrues lignorum ad cremanda cadauera, dictus quòd in eo dij manes rogentur.

Rōrārij milites.γυμνῆται.qui armatura leui prælium primi cōmittebant. Rorarium uinum, quod rorarijs dabatur.

Rōrātio, onis.f. t. quam Theophraſtus rhoada, quaſi defluxum, appellat, morbus eſt uitium, quem uulgo colaturā uocamus, de quo Plin. lib.17.Theoph.li.4.de plantis:Roratio,inquit, fit cum uitis defloreſcens irrorat. fit autem id genus affectionis cum acini defluunt, & qui remanent paruuli ſunt.

Rōrēſco,is.n.t.à roreo,es.conuenit eſſe,id eſt rore aſpergor, δροσίζω.

Rōro,as.act. p. humorem inſtar roris paulatim demitto, deſtillo, δροσίζω. Hinc cōponitur irroro,pen.prod. quod eſt intus uel ſuprà rorem ſpargo,& madefacio.

Rōrŭlēntŭs, a. um. o. ſ. δροσερὸς,πολύδροσος. quod eſt plenum rore.Colum.li.12.cap.38. Rorulentæ baccæ non legantur.

Rōs,ris.m.t.δρόσος.humor, qui ſereno tempore cœlo fluit,ſerena nocte non gelu, neq; ardoribus,neq; uentis exiſtentibus.

Rŏsă,æ.ſ.p.ῥόδον. flos è ſpina naſcens, qui propter pulchritudinem, & ſuauem odorem Veneri ſacer eſt. De roſis plura apud Plin. lib.21. inuenies, & Theoph.lib.6.cap. 6.& 7. Dioſc. lib.1.cap.131.

Rŏsāccŭs,a.um. o. ſ. ῥόδινος. quod ex roſa factū eſt,unde Roſaceum oleum,ex roſis.

Rŏsāliă,coronæ è roſis factæ.ῥοδιακά.

Rŏsārĭŭm,rij.n.ſ.copiam fruticū ſignificat, uno loco roſas gignentium.ῥοδωνιά.

Rŏsētŭm,ti.n.ſ.idem quod roſarium.ῥοδωνιά.

Rŏsĕŭs,a.um.o.ſ.ῥόδινος,ῥοδόεις. quod eſt coloris roſæ,à roſar, ſimilitudine, à quo & roſeus pannus,roſea ueſtis.

Rōſcidŭs, a. um. quod eſt rore perfuſum, δροσερός.unde nox roſcida dicitur, quæ rore humecta eſt.

Rōſmărīnŭm,ni.n.ſ.uocant fruticem,quem & libanotidem uocant.λιβανωτίς. de quo Plin.lib. 19.cap.12.Colum.lib.9.cap.4.

Rōſtellŭm,li.n.ſ.paruum roſtrum.ῥυγχίον.Plin. lib.10.cap.11.Muris roſtellum.

Rōſtrŭm,ſtri.n.ſ ῥύγχος. quo animalia cibum capiunt. A ſimilitudine autem roſtri auium, dicta eſt pars illa exporrecta,atq; acuta è prora, ἔμβολον. à quo naues ipſæ roſtratæ dicuntur. Cice. 2. de Inuen. Lex eſt apud Rhodios,ut ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit,publicetur. Et ſicut ſcribit Liuius lib.8. ab Vrbe, Roſtra dictum eſt templum, ſeu forum ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitum or-

natum

natum ex roſtris nauium Antiatum, ex quo loco concionari ſolebant, (ἔμβολα.) Vnde ſæpe legimus, Pro roſtris, πρὸς τοὺς ἐπωνύμους ἐμβόλας. id eſt in Roſtris.

Rōſtro, as. n. p. eſt roſtrum impingere (ut ait Budæus) Plin. lib. 18. cap. 19.

Rŏtă, tæ. f. p. (τροχός) à rotunditate, ſeu à ruendo, ruit enim facilè in ſuos orbes. Rotæ etiã à Latinis dicuntur quoddã caprarum genus, ut inquit Var. lib. ſecundo de Re ruſt. ca. 1. Eſt & rota piſcis, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Huius diminut. eſt Rotula.

Rŏtellă, læ. f. p. diminutiuum à rotula. (τροχίσκος.) Auguſt. Breuis etiam rotella, orbiculus appellatur.

Rŏto, tas. act. p. uerto, in modum rotæ uerſo, circumago. γυρόω, κυκλόω.

Rŏtūndŭs, a. um. (περιφερὴς, στρογγύλον, περίτροχον) dicitur collectum, & per omnem circuitum leue, ſiue offenſione aſperi anguli, dictum quaſi retundum, à retundendo, quod omnis undique retuſa, & ueluti detornata ſit aſperitas. Habet enim quod rotundum eſt unicam ſuperficiem, in qua nec principium notari poteſt nec finis. Transfertur quoque ad animum, & pro collecto, concinno, ac perfecto accipitur. Vnde ore rotundo loqui dicuntur, qui multa paucis exprimunt. Hinc rotundè, aduerb. Cic. Accedunt uerba aptè, & rotundè diſpoſita. Id eſt collecta eleganter, cõcinneq́ꝫ. Rotundæ clauſulæ dicuntur, intra quas ſententiæ clauduntur cũ ſequentibus non hærentes. Budæus. Hinc Rotunditas, atis.

Et Rotundo, as. uerbum. id eſt, rotundum facio. Cic. de Vniuerſitate, Cumq́ꝫ ſimilem uniuerſitatis naturæ efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit, &c.

R ANTE V.

Rŭbēſco, n. t. φοινίσσω, ἐρυθαίνω. notæ ſignificationis. à quo Rubeſio.

Rŭbĕllæ, f. p. (ἐρυθραὶ) uites appellatæ ſunt, & rubellæ uineæ, quòd uitium ipſarum materia rubra ſit. Plin. lib. 14. cap. 2.

Rŭbēllŭs, a. um. adiect. ἐρυθρίας οἶνος. ut rubellũ uinum, uinum ſubrubens.

Rŭbēlliānŭs, a. um. adiect. ut rubellianæ uites. Colum. lib. 3. cap. 2. A quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rŭbĕllĭo, onis. m. t. piſcis eſt. Plinius lib. 32. cap. 10.

Rŭbĕo, bes bui. n. ſ. ἐρυθραίνω, ἐρυθριῶ. rubẽs ſum.

Rŭbĕr, bra, brum. idem quod rubeus, ſed Latinũ eſt ruber, uix rubeus. ἐρυθρὸς, ἐρυθρίας.

Rŭbēſco, n. t. rubens fio. ἐρυθραίνω. Hinc componitur erubeſco. ἀπερυθριάω. eiuſdem ſignificationis. Transfertur ſæpenumero ad uerecundiam Verg. Noſtra nec erubuit ſyluas habitare Thalia.

Rŭbētă, tæ. f. p. φρυνὸς, φρύνη. ranæ genus uenenoſum, in ſicco ſemper rubens, & à rubis nomen trahit, in quibus plerunque uictitat. Plin. lib. 8. cap. 31.

Rŭbētŭm, ti. n. ſ. locus ruborũ, in quo rubi ſunt. βατώδης τόπος.

Rŭbĕŭs, a. um. & rufus, generalia nomina ſunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent. Gellius lib. 2. cap. 26. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocum, has ſingulas rufi uarietates Latina oratio ſingulis, proprijsq́ꝫ uocabulis non demonſtrat, omniaq́ꝫ iſta ſignificat una ruboris appellatione. Aliquando rubeus ponitur pro ſpineus, à rubo, & qui uitilium uſu commendatur à Plinio, uel à Rubis oppido Campaniæ, (βάτινος) ut putat Seruius. Sunt tamen, qui negent rubeum dici debere, ſed rubentem. Nam rubeus doctiſſimi quique Latinam eſſe dictionem negant.

Rŭbĭă, iæ. f. p. ἐρυθρόδανον. herba tingendis lanis ac corijs idonea, uulgò nota. De la garence. De qua Plin. lib. 24. cap. 11.

Rŭbĭcŭndŭs, a. um. rubore plenus, ſiue abunde rubens. ἐρυθρίας, ἐρυθραίνων. In quo alternitatis cauſa (ut inquit Priſcianus) c loco b ponitur, ne ſit abſonum, ſi rubibundus dicatur. Terent. in Hecy. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.

Rŭbĭdŭs, a. um. ὑπέρυθρος. quod eſt colore rufo, atriore multo mixtum. Aliquando tamen rubidus, ſcaber atque aſper dicitur. Vnde à ſcabricie panis ſecundò coctus, rubidus uocatur, qui à nautorum uſu nauticus appellatur. Feſtus ait, Rubidus apud Plautum, panis uocatur parum coctus. Item ſcorteæ ampullæ & rugoſæ, rubidæ dicuntur. Quidam etiam ruuidus ſcribunt.

Rŭbīgĭno,as.act.p.pen.cor. rubiginem cōtraho, ἰοῦμαι. Apul. lib. 3. Florid. Profectò ut gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur, ita uox in uagina ſilentij condita, diutino torpore hebetatur.

Rŭbīgo,ginis.f.t. (ἰὸς σιδήρου) quæ in metallis ſitu quodam contrahitur arida, & rubra, metallum paulatim abſumens, qualem in ferro uidemus. Dicta à colore, nam ueteres robū, rubrum dicebant. Aerugo uerò propriè fit in ære, ſicut ferrugo in ferro. Inde fit rubiginoſus,a. um. Cætera uide in dictione Robigo. Prudentius alicubi non rectè corripuit.

Rŭbŏr,oris.m.t.ipſe color rubeus, qui & Rubedo dicitur. ἐρύθημα, ἐρυθρότης.

Rubrīcă,cæ.f.p.pen.prod.terra rubri coloris, & minio proxima. μίλτος. Hac legum tituli & capita notabantur. Hinc

Rubrīcātŭs,ta. tum.quod eſt rubrica intinctum. μιλτωτὸς. Hieronym. in Exod. Pelles arietum rubricatas.

Rubrīcētŭ,n. ſ. uulgò roſetum dicitur. ῥοδωνιά. Purpuriſſum etiam dicitur. Rubriceta enim, mulieris faciei calorem emendant.

Rubrīcōsŭs,a.um.adiectiuū,ut terra rubricoſa, hoc eſt rubra, & ueluti rubrica conſperſa, aut rubris arenulis.

Rŭbŭs,bi.f.ſ.(βάτος) ſentis genus, mora agreſtis, ſic enim à ruſticis in Italia appellatur.

Rŭcto,as.n.p. à quo Ructito, frequentatiuum. ἐρεύγω. uide in dictione Eructo, & ibidem uide Ructo,as.

Rŭctŏr,aris.dep.p.idem quod ructō. Var.3. de Re ruſt.cap.2. Ego,inquit, te præſertim, cuius aues hoſpitales etiam nunc ructor, &c.

Rŭctŭs,tus.m.q.eſt propriè digeſtio cibi, & concoctarum eſcarum inuentum efflatio. ἐρυγή.

Rŭdātŭm,pro Rudimento poſuit Apul.

Rŭdēns,à rudo,dis.participium eſt,quandoque nomen ſubſtantiuum tam maſc. quàm fœm. generis. ὀγκώμενος. & ſignificat funem nauticum,(πρότονος) quoniam cum funes uento agitantur, rudere uidentur, tametſi primæ ſyllabæ quantitas non ſeruetur.

Rŭdĕrārĭŭm,rij.n.ſ.cribrum uil us,(πιτυρώδης, κόσκινος) & furfurarium, & ad rudera expurganda accommodatum, quaſi ſtercorariū Apuleius dixit. Pollinarium dicitur Plauto, & cæteris. Hoc pollinem, hoc eſt florem farinæ tranſmittit, eo ſigilmarij utuntur, & pollintores. Qui ruderarium cribrum facit, & rudiora linteamina, Rudiarius uocatur.

Rŭdĕro,as. n. p. eſt rudus induco. κατερρωνύω. Vnde Ruderatus ager, dicitur qui ueterū ædificiorum materia ſcatet. Eruderare uerò, eſt rudus eijcere.

Rŭdētŭm,ti.n.p.plenum rudere, ſiue terra, quæ prius rudis fuerat, & inculta, tum autem arata, ἀρδευτικῶδες. Cato, Lentem in rudeto, ſerito.

Rŭdĭārĭi,orum.m.ſ. dicti ſunt, qui impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. ἀποταξάμενοι. Item rudiarij dicuntur, qui ſaga ruida, & noua poliunt, ut ait Hermolaus ex Feſto. Item qui ruderarium cribrum facit, & rudiora linteamina, rudiarius dicitur.

Rŭdĭcŭlă,læ.ſ.p.(σπάθη) diminut. parua uirga, impolita, ad multa utilis, potiſſimum autem ad mouenda, & agitāda ea, quæ ſuper ignem decoquuntur. Vulgus Gallicum ſpatulam uocat. Item rudicula (ut Colum.inquit) eſt organum erectæ tabulæ ſimile.

Rŭdĭmēntŭm,ti.n.ſ.(προπαιδεία) principium, ſiue prima diſciplina, quæ rudibus cōmittitur, quod & tyrocinium, & nouitas appellatur, ut rudimentum ſeruitij. Apud Plin. rudimentum lucis, pro initio uitæ ponitur. Ponere rudimentum, eſt incipere. Deponere rudimenta tyrocinij ſub aliquo.

Rŭdio,rudis, rudiui, & rudij, ruditum. act. q. (ἰκπαιδεύω) rudem doceo. Vnde Erudio, quod eſt perfectè, quæ rudes ſcire oportet, doceo.

Rŭdis,is.fœm. t. uirga, qua gladiatores ſexagenarios ab eo munere prætor liberabat. Hinc factum, ut Rudis aliquando pro libertate, fine, ac remuneratione pro acceptis laboribus quietis ponatur. Iuuen. Ergo ſibi dabit ipſe rudem. Hinc quoque rudem accipere, eſt dimitti à munere, donare rude, dimittere. Compellere ad rudem, eſt cogere ad certamen. Aliquando ponitur pro rutabulo, ſiue impolita uirga, (σπάθη.) Plin. lib. 14.

Rŭdis,de.om.t. uerò adiect. (αὐτόσχεδιος, ἀμαθὴς, ἄγναφος) idem eſt quod recens, impolitus, imperfectus, durus, à rudere deriuatur. Trāsfertur in e ad animum, rudesq́; illi dicuntur, qui adhuc animum nō expoliuere diſciplinis, & do

& doctrina,rerumq́ uſu. Rudis genitiuo aliquando iungitur. Cic.lib.1.Offic. Rudes Græcarum literarum. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad. Liu.4.bel.Pun.Rudem ad pedeſtria bella. Aliquādo ablatiuo cum præpoſitione in,Cic.lib.1.de Orat. Rudem in iure ciuili. Ponitur aliquando rudis pro ruſtico.

Rŭdĭtās,tatis.f.t.(σκαιότης) imperitia,& obtuſitas ingenij.

Rudo,rudis,rudi, (ὀγκάομαι) propriè ad aſinos pertinet. Nam rudere aſini dicuntur,cum uocem emittunt. Abuſiue & de leonibus, & de hominibus dicitur.

Rŭdŭs,eris.n.t.lapidum fruſta, & ruinarū materies. Vnde ponitur pro re rudi,aſpera,& imperfecta. eſt autem duplex, nouum ſcilicet & uetus. Nouum rudus, eſt materia pauimenti,hoc eſt ſaxa de nouo contuſa, ſeu teſtæ confractæ cum calce ad pauimentum faciendum, Vitruu.lib.7. Vetus rudus, eſt materia ueterum pauimentorum,& diruptorum ædificiorum, quæ lapidibus & teſtis confractis, calceq́ arena commixta conſtat. Plin. Item rudus,dicitur ſtercus,quod raditur. Et rudus,ſiue raudus, & Rauduſculus à Veteribus dicebatur res rudis,aſpera,& impolita. Inde Raudum æs,uide ſuprà in Raudus. Vnde Feſtus Rauduſculana porta Romæ dicta, quòd rudis,& impolita ſit.

Rŭfĕo,es.n.ſ.à quo Rufeſco,rufus fio, πυρρίζω. Plin. Grues ſenectute nigreſcunt,merula ex nigra rufeſcit.

Rūfo,fas.act.p.rufum facio.πυρρόω.Plin.

Rŭfŭli,m.ſ.appellati ſunt tribuni militum, nō à populo,ſed à conſule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legē tulerit. hi poſtea mutatione unius literæ Rutuli ſunt appellati. Feſt.

Rūfŭs,a.um.(ξανθὸς,πυῤῥὸς) color non plenè ruber. Hinc Rufulus,diminut. Plaut.in Amph.

Rūgă,gæ.f.p. (ῥυτὶς) non ſolum in corporibus dici ſolet,quæ fit præ ſenectute,ſed etiam in ueſtibus. Ruga exterior eſt,ſinus interior. Dicitur & in arboribus. Plin.libro 12.cap.7. Deeſt tota ilia maturitas, ideoq́ & rugarum, colorisq́ ſimilitudo.

Rūgĭo,is.n.q.rugiui,& rugij. βρυχᾶομαι. unde rugitus,βρυχηθμὸς,qui propriè leonis eſt,cum uocem emittit. Hinc componitur Irrugio,gis.

Rūgo,gas.act.p.(ῥυτίζω) rugas contraho. Vnde corrugo,(ῥωίσκμαι) Huic contrarium eſt Erugo,pen.cor.rugas explico.

Rugo,is.xi.ctum. n.t. ructum emitto. ἐρυγγάνω. Cuius compoſitum eſt Erugo.à quibus ructo, & eructo frequētatiua, & Ructito,et Ructuo, de quibus in Eructo.

Rūgōsŭs,a.um.adiect.rugis plenum.

Rŭidŭs,ſiue rūuidŭs,a.um.adiect. ut ruidum pilum. Hermolaus, Præferratum pilum in molendo propterea uocatur Plinio,ut à pilo ruido (ſic enim ipſe uocat) diſtinguatur, ad molas uidelicet, quas aqua uerſat, utili, nec tam quòd ſine ferro eſt,id nomē habet, quàm quòd aſperum,impolitumq́. Nam & ruidus panis Plauto (ut ait Feſtus) cum ſignificat, qui parum coctus,rugoſusq́ ſit, quanquam rubidus ferè ſcribitur.

Rŭīnă,næ.f.p.caſus,excidiumq́ dicitur. ἀπώλεια, πτῶμα. Nam (ut inquit Hieron.)ruina eſt, cum parietes domorum diruūtur. Ponitur aliquando pro morte. Plin.lib.17.cap.25.Prodigiū in noſtro æuo Neronis principis ruina factum. Hinc ruinoſus, a. um. (πτωματώδης) quod eſt ruinis plenum, hoc eſt caſurum, ſiue quod ruinam minatur. Accipitur & ruina pro tonitru.

Rūllă,læ.f.p.inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad uomerem detergendū. Eſt autem diminutiuum à ruma, quod eſt teli genus.

Rūmă,mæ f.p. à ueteribus dicebatur mamma. μαςὸς,θηλή. Et ruma, gutturis pars eminens. Seruius, Ruminatio dicta eſt à ruma eminēte gutturis parte,per quam demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus.

Rūmĕn,inis.n.t.(λάρυγξ) eminens ſub mento gutturis pars,qua cibus in aluum demittitur. Eſt & rumen mamma. Nonius docet rumen eſſe locū in uentre,quo ſumitur cibus,& unde redditur. Pomponius, Ego rumorē parui facio, dum ſit rumen qui impleam. Feſtus,Rumen eſt pars colli,qua eſca deuoratur. unde & Rumare dicebatur,quod nunc Ruminare.

Rūmĕntūm,ti.n.ſ.abruptio,inquit Feſtus.

Rūmex,(λάπαθον) m.t lapathi ſyluestris genus, cuius ſuccus impoſitus ſcabiei,ſtatim illam purgat. Et rumex genus teli ſimile ſpari Gallici.

Luci-

Lucilius, Tum ſpara, tum rumices portantur tragula porrò.

Rūmĭfĕro, feras, act. p. rumorem fero, quod & Rumigro, as. dicitur. διαφημίζω. Rumigero nonnulli uſurparunt, & Rumito.

Rūmĭgārĕ, act. p. (μηρυκάομαι) idem eſt quod ruminare, & quod Quint. ac Plin. aiunt, remandere, & commanducare.

Rūmĭgĕrŭlŭs, li. m. ſ. pen. cor. qui rumorem gerit. ὁ διαθρυλλῶν.

Rūmĭnālēs hoſtiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51.

Rūmĭno, as. act. p. pen. cor. & Ruminor deponēs. (ἀναμηρυκῶμαι, ἀναπεμπάζω.) ſignificat reuomo, ac rurſus cōſumo, quaſi cibum ad rumen reuoco, iterum conficio. Per tranſlat. ponitur pro in memoriam reuoco. Var. Non modo abſens de te ſæpius cogitabit, ſed ruminabitur humanitatem tuam.

Rūmĭs, is. f. t. mamma. θηλή. Varro, Antiquo uocabulo mamma rumis.

Rūmo, as. act. p. lacto, quaſi mammam in rumen immitto. θηλάζω. à quo Irrumo, & Subrumari agni dicuntur, qui ad mammam admouētur. Veteres dixerunt rumare pro ruminare.

Rūmŏr, oris. m. t. (φήμη) ſermo in populo, ſine certo authore, in bonum, uel in malum de recenti diſperſus re. Aliquādo ponitur pro fauore, εὐδοξία. Verg. Ergo iter incœptum peragunt rumore ſecundo.

Rūmpo, pis, rupi, ruptum, act. t. frango. ῥήγνυμι, κλάω, καταράσσω. Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terent. in Hecy. Vt me ambulando rumperet. Interdū pro disijcere, (διαρρήγνυμι.) Verg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Rumpere ſilentiū, & rumpere uocem, (ῥῆξαι φωνὴν) eſt loqui, ſeu diu tacita proferre. Verg. Quid me alta ſilentia cogis rumpere? Rumpere moras eſt afferre moras, ſiue feſtinare. Huius uerbi cōpoſita ſunt, Abrumpo, corrumpo, dirumpo, erumpo, (ἀπορρῶ, ἐκβάλλω, de uoce ἐκρήγνυσθαι) irrumpo, interrumpo, perrumpo, & prorumpo.

Rūmpī, orum. m. ſ. qui & traduces dicuntur, authore Var. lib. 1. De re Ruſt. cap. 8.

Rūmpōtĭnŭm, ti. n. ſ. genus arbuſti Gallici, inquit Colum. lib. 5. cap. 7. Eſt & alterum genus, arbuſti Gallici, quod uocatur rumpotinum. Cæterum appellatio rumpotini hodie quoque durat in Liguria, & Inſubria. Hinc Rumpotinetum, ubi rumpotina ſunt conſita.

Rūmŭſcŭlŭs, li. m. ſ. diminutiuū, paruus rumor. φήμη. Cic.

Rūnă, uide Rulla.

Rūncĭnă, ſ. p. plu. pen. prod. σχίζοπρια apud Plinium, ſunt maiores ſerræ, quibus Fabri materiarij ſecant arborū moles, ſubiectis canterijs. Sed & runcinos agreſte uulgus dicit minores equos, ex hac fortaſſe runcinarum origine. Runcina etiam rhomphæa ferrea, & ligo ad dumeta excidenda. Præterea runcina putabatur dea, quæ runcationi præeſſent. Auguſt. lib. 1. Ciuit. Cum runcantur, id eſt, à terra auferuntur, Deam Runcinam præfecerunt. Veteres etiam Runcam pro Runcina dixerunt, teſte Feſto.

Rūncĭnă, æ. ſ. p. eſt fabrile inſtrumentum ad læuiganda ligna, non autem maior ſerra, ut Hermol. Barb. & Calepin. tradunt. Plin. lib. 16. capite 42. ubi loquitur de abiete: ramentorū crinibus pampinato ſemper orbe ſe uoluēs ad incitatos runcinarum raptus.

Rūnco, as. act. p. eruo, euello. βοτανίζω. Cornutus, Runcari propriè ſegetes, uel herbæ dicuntur. Hinc Runcatio uerbale. Col. lib. 2. cap. 9. Hinc componitur Erunco, quaſi extra runco. à quo Abrunco, de quo ſuprà.

Rŭo, is. rui, rutum, & ruitum, n. t. ἐρείπω. Ruere propriè eſt concidere. Per tranſlat. quandoq; ponitur pro effundi, (καταφέρεσθαι, καταρρήγνυσθαι.) Verg. lib. 6. Vnde ruunt totidem uoces reſponſa Sibyllæ. Quandoq; pro decipi. Cic. lib. 3. Offic. Sed hoc non eſt emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere. Quandoq; pro euertere, diruere, complanare, (διαρρίπτειν.) & ſic habet accuſatiuum, cum alibi abſolutum ſit. Verg. 1. Geor. Quādoque pro feſtinanter ire, ſeu in præceps ferri, & ſine cautela in aliquem impetum facere, (ὁρμᾶν.) Idem lib. 10. Quo moriture ruis, maioraq; uiribus audes? Quandoq; impellere, ἐλαύνειν) Teren. in Adel. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tonderem, proſternerem. Quandoq; pro eruo, eleuo, (ἀναιρέω.) Et percrepare. Sic ruina pro tonitru, ut Cœliq; ruina. Ruere nubem, eſt egerere, emittere. Ruit dies, id eſt, cadit.

cadit. Huius cōpoſita ſunt Adruo, Corruo, (ϲυνορμῶ) ſimul ruo, ſiue deorſum me totū deijcio. Diruo. καταβάλλω, κατασκάπτω, uariè ruo. Eruo, Irruo, Obruo, & ſubruo. Sciendū eſt, quòd ruo cum ſit neutrum, inuenitur habere ſignificationem actiuam. Vergil. Et ruit atram Ad cœlum picea craſſus caligine nubem. Ex quo etiam, eruo, diruo, obruo, actiua ſunt, & omnia habent pen. ſupini cor.

Rūpēs, pis. f. t. (ἀπορρῶγες πέτραι) ſunt præruptæ partes terræ, aut ſaxi prægrandis, propter altitudinem ac procliuitatem inacceſſæ, quòd ueluti abruptæ ſint, à rumpendo dictæ, quales ſunt quæ in torrentibus fiunt. Vnde fluminum quoq; altiores atq; inacceſſæ ripæ, rupes dicuntur. Rupes propriè de montibus dicuntur. Vergil. 2. Georg. Diſpicere huc ſummis liquuntur rupibus amnes.

Rūpĭcaprā, æ. f. p. ἀγρία αἴξ. capra ſylueſtris, quaſi rupium capra.

Rūptūs, pta. ptum. (ῥαγάς) præter ſignificationes à rumpo ſumptas, etiam ſignificat delaſſatum, & membris fractum ex diutino labore. Aliàs ruptus, (ῥωγαλέος) dicitur ueſtibus laceris, pannoſus. Rupti etiam dicuntur, quod Galli uocant greuez. Plin. lib. 20. cap. 6. Conuulſis, & ruptis cum ſale, & oleo.

Rūrālis, & hoc le. is. o. t. ἀγροικικὸς. quod ad rus pertinet. Vnde Rurales dij, Mercurius, Panq́, quibus ſacrificabant placentas, & uinum.

Rūrēſtris, & hoc ſtre, is. o. t. (ἀγροικός) quod eſt ruris, uel eorum proprium, qui ruri degunt. Apul. Rureſtri uocabulo uulgus indoctorum roſas laureas appellat.

Rūrĭcŏlă, læ. com. p. qui rus colit. γεωργός.

Rūrĭgĕnă, næ. cō. p. qui ruri gignitur, ἀγρογενής.

Rūro, ras. n. p. ſecundum rus facio, aut ruri ago, ἀγραυλέω. Plaut in Capt. Dum ruri rurant homines. Dicitur & Ruror deponens.

Rūrsūs, & rurſum. αὖ, αὖθις. aduerb. ſignificat retrouerſum. Donat. Rurſum, propriè retrò, prorſum, antè ſignificat, & prouerbiale, ſicut dicimus Surſum deorſum. Quandoq; ponitur rurſus, pro contrario. Verg. Aut rurſum enodes trunci reſecantur. Ponitur aliquando pro denuo. Rurſus & denuo, ſimul aliquando iunguntur. Plaut. in Pœn. Reuertor rurſus denuo Carthaginem.

Rūs, ruris. n. t. (ἀγροικία) locus extra urbem, ubi agri ſunt & uillæ, dictum, quòd in agris quotannis rurſus eadem fiant, id eſt colātur: ut rurſus capiatur fructus.

Rūſcūm, ci. n. ſ. uel Ruſcus, ci. m. μυρσίνη ἀγρία. Seruius, Ruſcum uirgultum eſt, unde uites ligantur. Quidam accipiunt pro frutice, ex quo nunc ſcopæ fiunt. qui folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora, & rigidiora. Alij pro theca, in qua includitur ſemen aſparagi. Colum. libro 10.

Rūſpŏr, ſparis, d. p. ſæpe ſeu diligenter ſcrutor. Actius, Vagantes ruſpātur ſyluas. Propriè uerò ruſpari dicuntur gallinæ, hoc eſt ſcalpere. Hinc componitur Corruſpor, pro conquiro.

Rūſsūs, et Ruſſeus, ei. m. ſ. appellationes rufi coloris ſunt. Apud Plinium mentio eſt Ruſſæ, ſeu Ruſſati aurigæ.

Rūſtĭcă, æ. f. p. auis perdici ſimilis, niſi quòd roſtrum longius habet.

Rūſtĭcă uinalia, (τὰ ἀλῶαα) quartodecimo Cal. Septemb. celebrabātur, quo die primum in urbem uinum deferebant.

Rūſtĭcānūs, na. num. (ἀγροικὸς) idem quod ruſticus.

Rūſtĭcārĭūs, ria. rium. quod ad rus aut ruſticum pertinet, (ἀγροῖκος.) Vnde falces ruſticarias dixit Var. 1. de Re ruſt. cap. 22. uide in dictione Syluaticus.

Rūſtĭcātūm, (ἀγροίκως) aduerb. pro ruſticè. Pompon. Ego ruſticatim tangā, urbanatim neſcio.

Rūſtĭcĭtās, atis. f. t. urbanitati contraria eſt, ἀγροικία. Ponitur quandoq; pro inepta & timida uerecundia. Ouid. in Arte, Etſi ruſticitas non uetat, ipſa rogat.

Rūſtĭcŏr, d. p. ruri dego; ἀγραυλῶ. Cic. Tyroni, Liceat modò ruſticari.

Rūſtĭcūs, ca. cum. (ἄγραυλος) pen. cor. quod ruris eſt, uel ruri degit, ut Domus ruſtica. Quandoque ruſticus dicitur moribus & uita incultus, quaſi ſemibarbarus, (ἄγροικος.) Vergilius, Ruſticus es Corydon. Vnde ueteres Ruſticè pro barbare uſurpabant, ſiue imperite, ut ſolet ruſticus.

Rūtă, n. ſ. plu. apud Iureconſultos, quaſi eruta dicuntur, ut arena, creta, & his ſimilia. Feſtus, Ruta cæſa dicuntur, quæ uenditor poſſeſſionis ſui uſus gratia conciderat, ruendáq; contraxerat.

traxerat.Mutius l.in rutis.de uerbor.ſignification.In rutis & cæſis ea ſunt, quæ terra nõ tenentur, quæq́ opere ſtructili, tectoris ue non continentur.Ne in rutis quidem,& cæſis, prouerb.uide Chil.Eraſmi.

Rŭtă,tæ.f.p.(πήγανον) herba à ruendo, id eſt eruendo dicta, quòd una ex omnibus herbis, propter multiplices eius uſus maximè eruatur. Hinc Rutaceus,a.um. quod ad Rutã pertinet. Et Rutatus,a.um.(πηγανώδης) quod ex ruta materiatũ eſt. Rutati lacerti, ruta inuoluti.Mart.lib.10.

Rŭtābŭlŭm,li.n.ſ. propriè inſtrumentum, quo ruſtici utuntur in proruendo igne, panis coquendi gratia, Feſtus author.

Rŭtilo,as.n.p.pen.cor.ſplendeo.πυῤῥάζω. Vnde dicimus aurum rutilare. Ponitur aliquando ut actiuum, pro rutilum facere. Plin. lib.28. cap.1.Gallorum hoc inuentum, rutilandis capillis,& cinere & ſeuo.

Rŭtilēſco,is.n.t.rutilum fieri.Plin.

Rŭtĭlŭs,a.um.(πυῤῥόας,πυῤῥὸν) quod habet aliquid ruboris cum nigro admixtum,ut conſpicuum & lucidum uideatur. Cuius coloris ſtudioſæ mulieres,rutilæ dictæ ſunt,ut inquit Feſtus. Et ueſtes rutilæ,quæ & hyacinthinæ, & hyſginæ,ab hyſge herba uocantur.

Rŭto,tas.n.p. frequentatiuum eſt uerbi ruo,is. καταβάλλω.

Rutrŭm,tri.n.ſ.quo quid eruitur, à ruendo. σκαφεῖον. Nam ſicut aratum aratrum, ſic rutum rutrum facit.Huius diminutiuum eſt Rutellũ. Lucilius, Frumentarius eſt, medicum hic ſecum,atq; rutellum unum affert.

Rŭtŭbăm, Veteres turbationẽ appellabãt. Var.

DE LITERA S.

S LITERA ſemiuocalis. Quæ ſi antecedat m,uel p,uel t in ſimplicibus dictionibus eiuſdẽ eſt ſyllabæ, ut Coſmus, proſper,teſtis. In cõpoſitis uerò aliud eſt: nam Aruſpex (teſte Quin.)quia pars eius poſterior à ſpectando eſt,tertiæ dabimus.

S ANTE A.

SAbaoth,(σαβαὼθ) numeri plur.& generis fœminini,interpretatur militiarum, uel exercituum,ſiue uirtutum. Vnde dominus ſabbaoth,inquit Hieronymus.

Sābbātārĭūs,rij.m.ſ.(σαββατίζων) qui diem ſabbati ſeruat.

Sābbătiſmŭs,mi.m.ſ.(σαββατισμός) uacatio ſacta poſt labores.

Sābbătizārĕ,n.p.eſt ſabbatum obſeruare, σαββατίζειν. Hieron.in Leuitico.

Sābbătŭm,ti.n.ſ.Hebraica lingua dies quietis dicitur. σάββατον. Et eſt ſeptimus dies,quo requieuit Deus ab operibus ſuis.

Săbīnăm,ſ.p. Illyrij appellabant telum uenabulo ſimile. Ennius, Illyrij reſtant ſicis ſabiniſq́ ſodentes. σιβύνη.

Săbūcŭs,ci.f.ſ. ſine m ante b. arboris genus notæ. ἀκτή.

Săbŭlētŭm,ti.n.ſ.dicitur locus, in quo Sabulum abundat. ψαμαθών.

Săbŭlŭm,li.n.ſ.arena groſſior. ἄμμος, ψάμαθος. Hinc Sabuloſus,ſa. ſum. plenum ſabulo, ἀμμώδης.ut ſabuloſa terra.

Săbūrră,ræ.f.p. licet ſecundum Priſcianum gemino bb ſcribatur,apud Verg.tamen eius prima corripitur. Eſt autem ſaburra,(ἕρμα)propriè nauium,ex quacunque materia. ſed ſabulum uilius, & craſſius ferè ſignificat, quo naues onerari ſolent uſq́ ad certam menſuram, quo ſtabiliores ſint.

Săbūrrārĕ,act.p.eſt ſatagere in ſabulo,ac merſare.

Sacal,in Aegypto naſcitur,& eſt electri ſpecies.

Săccārĭă,riæ.f.p. ſaccorum mercatura, σακκοπωλική. Apul.lib.1.de Aſino aureo, Saccariã faciens merebam.

Săccārĭŭs. σακκοφόρος. Vlpianus titulo de Contrahenda emptione, accipit non pro negociatore, ſed pro baiulo, qui ſaccis geſtandis uictitat.Budæus.

Sācchārŭm,ri.n.ſ.(σάκχαρον) pen.corr. dicitur mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum,ac fragile.Vnde oxyſaccharum,potionis genus ex ſaccharo,& aceto.

Săccēllārĕ,eſt uinũ ſaccis perfuſum corrigere.

Săccĭpērĭŭm,rij.n.ſ. (σακκοπήρα) maior crumena,& minoris marſupij receptaculum. Dictio compoſita ex ſacco & pera.

Sacconia,niæ.f.p. quidam pro territorio accipiunt, ſeu pro panniculo terſorio, uide Saccoma infrà.

Săccŭ-

Săccŭlārĭj, m. ſ. (ῥαδιουργοί) apud Iureconſultos accipiuntur pro fraudulentis impoſtoribus, qui uetitas in ſacculo artes exercent, & partem ſubdunt, partem ſubtrahunt, quos Vlpianus ait, plus quàm fures puniendos. Vlpianus de extraor. crim. l. ſaccularij.

Săccŭs, ci. m. ſ. σάκκος. culeus eſt. Dictus, ut quidam uolunt à ſago, quod eſt genus ueſtis æqualiter latæ ex parte ſuperiore & inferiore. Hinc ſacculus & ſacellus. σακκίον. diminutiua, quibus ſignificãtur marſupia. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus uinarius, quo uinifices colantur.

Săcĕllŭm, li. n. ſ. dimin. à ſacrum, & ſignificat locum paruum Deo ſacratum cum ara. ἱερὸν, νεωκόριον. Trebatius Iureconſul. ſcribit, Sacellum compoſitum uerbum, quaſi ſacra cella.

Săcĕr, cra. crum. idem quod uenerabile, & conſecratum. ἱερός. Capitur nonnunquã pro execrando, ſceleſto. κατάρατος. Vergil. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Et antiquitus homo ſacer dicebatur, quem populus ob maleficium iudicaſſet, neque fas erat eum molere. & ſi quis eum occidiſſet, parricidij non damnabatur. Ex quo omnis homo malus atq; improbus, ſacer appellari ſolet. Hor. Inteſtabilis & ſacer eſto. Quid ſit ſacer homo, uide Seruium in illud Verg. 3. Aenei. Auri ſacra fames, & Macrobium in Saturn.

Săcĕr ignis, (ἐρυσίπελας) morbus, cuius multa ſunt genera, quæ apud Plinium habentur libro. 25. cap. 11. Columella libro 7. capite 5. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam uocant paſtores.

Sacer locus, locus conſecratus. ἀνειμένος θεῷ τόπος.

Sacer morbus. ἱερὰ νόσος. appellatur comitialis, quod Hercules eum paſſus fuerit ex Græcis.

Sacer ſerpens. ἱερὰ. minutus, quem angues præmagni fugiunt. Magnitudo huic ad cubitum, ſpecies hirſuta. Quicquid momorderit, continuò putreſcit.

Săcērdōs, dotis. com. t. (ἱερεύς) qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda, à ſacris dictus.

Săcērdōtiſſă, ſæ. f. p. dixit Gellius, & ſi ſacerdos com. gen. ſit, lib. 10. cap. 15.

Săcērdōtĭŭm, tij. n. ſ. ἱερωσύνη. modò ſacerdotis dignitatem ſignifi. ut eſt illud, Fungi ſacerdotio. Modò ſacerdotis prouentum. Nam apud Gẽtiles ea ſacerdotia fuerũt, qualia nos Chriſtiani propriori uocabulo beneficia appellamus. Sacerdotiorum autem, ſicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnum, quod ſacris eſſet addictum locis. Alterum, quod ædis aut ſacelli iuris eſſet. Hinc Sacerdotalis, & hoc ſacerdotale, quod ad ſacerdotẽ pertinet.

Săcōmă, n. t. σήκωμα. eſt æquipondium, hoc eſt, quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Vitru. lib. 9. ca. 5.

Sacondion, (σακόντιον) genus gemmæ, coloris hyacinthini.

Sacra certamina, (ἱεροὶ ἀγῶνες) Græciæ quatuor, à Tacito Ludicra uocantur. In his morem fuiſſe, ut patres, & patriæ uincentium præconis uoce nominarentur.

Sacrāmēntŭm, ti. n. ſ. dicitur quod iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur, ὅρκος. Et ſacramentum, quo milites ſcribendi à ſacerdotibus adigebantur, nec prius militare, aut poſtquã eo abſoluti eſſent, in hoſtem pugnare poterãt. Varr. de Lingua Latina, Sacramentum à ſacro, & qui petebat, & qui inficiebatur, uterq; quingenta æris ad pontificem deponebat. De alijs item rebus alio certo numero. Qui iudicio uicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat, uicti ad ærarium redibant. Milites à Iu
» uenale ſacramenta dicuntur illo uerſu, Præ
» mia nunc alia atque emolumenta notemus
» Sacramentorum.

Sacrārĭŭm, rij. n. ſ. locus ſacer in templo, & in quo ſacra reponuntur. θυσιαστήριον, ἄδυτον. Vnde à Cicerone ſacrarium Bonæ deæ nominatur. Ponitur & ſacrarium pro larario in ædibus priuatis. Cic. ad Memmium lib. 15.

Sacrātæ leges, (ὅσιοι νόμοι) quibus ſancitum erat, ut ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorum cum familia pecuniáq; eſſet.

Sacrēs porci, (χοῖροι ἁγνοί) appellabantur, quoniam puri eſſent ad ſacrificium, ut immolarentur, cum depulſi ſunt à mamma. Plaut. in Menæch. Quanti hi porci ſunt ſacres?

Sacrĭfĭcātio, onis. f. t. Cic. de Nat. Omnis precatio, & ſacrificatio extrema eſt.

Sacrĭfico, cas. a. p. ſacrum facio. θύω, καθαγιάζω, ἱερουργῶ. Interdum ueniam peto. Plautus.

Sacrĭfĭcŭlŭs, li. m. ſ. rex ſacrorum. ἱεροποιός, βασιλεύς, ἄρχων. Gel. lib. 10. ca. 15.

Sacrificus, ci. m. ſ. ſubſtant. qui ſacra facit. Sacrificus uerò adiect. ut ſacrificæ tibiæ, quibus utebantur in ſacrificijs.

Sacrificium, cij. n. ſ. ſacrum, ſeu res diuina. Cice. ad Att. Adaram in Velabro ſacrificium facere ſoletis. Vide Hoſtia.

Sacrilegium, gij. n. ſ. ipſum ſacrorum furtum.

Sacrilegus, m. ſ. pen. corr. qui ſacra, aut de loco ſacro legit, id eſt, furatur, ἱερόσυλος. Nam legere, quandoq; furari ſignificat. Teren. in Adelph. Vbi eſt ille ſacrilegus?

Sacrimum, mi. n. ſ. uocabant muſtum, quod Libero patri ſacrificabant pro uineis, & uaſis, & ipſo uino conſeruandis. νέος οἶνος.

Sacriſcrinius, nij. m. ſ. dictio compoſita ex recto & obliquo. Sacræ enim dicuntur epiſtolæ imperiales, & is dicitur, qui præeſt regalibus epiſtolis, uel cuſtos librorũ, qui etiam à commentarijs dicitur.

Sacrium, crij. ſuccini genus è Scythia ueniẽs.

Sacro, cras. a. p. pen. comm. Deo dedico, & ſacrum facio. τελεσουργῶ, τελέω, ἱερόω, καθιερόω. Ponitur aliquando ſacrare pro deuouere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, ut impunè occidi, & uiolari poſſit. Liu. 2. ab Vrbe. Huius compoſita ſunt Cõſecro, eiuſdẽ ſignificati. Deſecro, ἀφοσιόω. ex ſacro prophanum facio, & quod uulgò dicitur degrado. Obſecro, Reſecro, religione abſoluo. Proſecro, diu ſacrificium facio. Et hæc omnia habent penult. correp.

Sacroſanctum, ti. n. ſ. dicebatur, quod iureiurãdo interpoſito erat inſtitutum, ut qui uiolaſſet, morte pœnas penderet, ἐξηθεασμένον. Vnde ſacroſancti tribuni, quos ſine inexpiabili ſcelere uiolare nemini prorſus licebat.

Sacrum, cri. n. ſ. nomen ſubſtantiuum, dicitur omne quod deorum habetur. λειτουργία. Vnde. Verg. quoties ſacrum nominat, additionem ferè deorum facit. Ponitur etiam pro ſacrificio. Item dicitur templum. ἱερόν. Paulus Iureconſultus, Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint. Et ſacrum, dicitur magicum quoddam ad compeſcendas detrahentium linguas. Ouid. lib. 2. Faſt. Ecce anus in medijs reſidens annoſa puellis Sacra facit tacitè, nec tamen ipſa tacet.

Sæculum, n. ſ. à ſequendo ſe, eo quòd ſequatur, atq; in ſe reuoluatur, αἰών. Varr. à ſene deriuat, quia rem productiſſimam deſignabat, ac longiſſimum ſpacium ſeneſcendorum hominum id putauerunt. Placuit antiquis ſignificationis cauſa primam ſyllabam producere, & per diphthongũ ſcribere, quod tamen nunc non obſeruatur. Eſt autem propriè, ſæculum ſpacium centum annorum. Vnde carmen ſæculare Horatij dicitur, in quo tractatur de ſacrificijs, quæ fiebãt de centeſimo in centeſimũ annum. Sunt etiam qui ſæculum, triginta annorum tempus exiſtiment, ut curſus eſt Saturni. Alij mille annos ſæculum habere putant. Plaut. Milite, Quin mille annorum perpetuò uiuunt, ab ſæculo ad ſæculum. Poëtæ & oratores frequenter pro tempore uſurpãt. Cice. in Parad. Ego etiam ipſe fortaſſe in huius ſæculi errore uerſor. Hinc [illegible]

Sæcularis, et hoc re. om. t. quod centeſimo quoque anno inſtauratur: ut ludi ſæculares apud Romanos. Plin. lib. 7. cap. 48.

Sæpe. πολλάκις. aduerb. ſignificat frequenter, recipitq; diphthongum, ut differat à ſepe ablatiuo nominis ſepes. Aliquando ornatus cauſa iungitur numero, & fit una dictio, Sæpenumero. Inuenitur ſæpiſſimus ſuperlatiuum nomen à ſæpe formatum. Hinc etiam fit compoſitum Perſæpe. πλειστάκις.

Sæpicule. θαμινά. aduerb. dimin. à ſæpe, ſicut à ſæpius ſæpiuſcule. Plau. Caſſ. Sæpiuſculè pec

Sæuio, uis. uiui. & ſæuij. tum, iraſcor. κατασκήπτω, ἀγριαίνω, χαλεπαίνω. Aliquando ſæuire, eſt fortiter facere. Verg. lib. 3. Georg. Sæuit & in lucem. Aliquando immanitatẽ exercere. Liu. Cum poſt uictoriam quoq; in hoſtẽ ſæuiret. Huius compoſita ſunt, deſæuio, quod eſt ualde crudelitatem exerceo. Conſæuio, ſimul ſæuio. Obſæuio, contra ſæuio.

Sæuitia, tiæ. & ſæuitudo. inis. f. t. ἀπήνεια, χαλεπότης. crudelitas. Plin. Proxima inculta, ſæuitia gentium.

Sæuus, a. um. durus, horridus, χαλεπός, ἀπηνής. Per tranſlat. modo pro inimico, crudeliq; ponitur. Verg. Sæuæ memorẽ Iunonis ob iram. Quandoq; pro forti, irato, magno, & potenti. Idem li. 1. Aene. Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem, Sed mihi ſorte datum. Hinc ſæuiter, aduerbium. Plaut. in Pſeud. Magis

gis cogito,ſæuiter blanditer'ne alloquar.

Săgă,gæ.f.p.φρασεῖα.mulier prudens,uerſuta,quæ multa ſcire uult, inquit Cic.1. Diuin. Item perita ſacrorum & diuinatrix. φοιβάς. Vnde præſagia,prædiuinationes mentis. Et ſaga,dicitur mulier ad libidinem uirorũ indagatrix. Et habet pen. pro. Acron,Saga dicta eſt uenefica. φαρμακίς. quod ſatis agat:& ea eſt quæ carminibus,& herbis mala hominib. dicebatur uel arcere,uel impellere.

Săgănă,f.p.pen.cor.uas in quo aliquid teritur.

Săgārĭă,riæ.f.p.χλανυργική. eſt exercitium uendendi ſaga,ſicut,ab argento argentaria.

Săgārĭŭs,rij.m.ſ.qui uendit ſaga. χιτωνοπώλης.

Săgātŭs,ti.m.ſ.qui ſago indutus eſt.χλανιδωτός. Mar.Vis te purpureũ Marce ſagatus amem?

Săgāx,gacis.gen.om.t.(ἀγχίνους,φρασέιος) acutus,ſolers,& habet primam correptam. Vnde & canes indagatores,ſagaces appellati ſunt,ait Cic.1.de Diuin.Hinc ſagacitas, ἀγχίνοια,pro aſtutia,& calliditate. Et ſagaciter, aduerb.perſpectè,prudenter,callidè.

Săgdă,f.p.gemma porracei coloris,quam Chaldæi adhærentem manibus habent

Săgēnă,næ.f.p.σαγήνη.pen.pro.genus retis piſcatorij,Latini uerriculum appellant.

Săgīnă,næ.f.p.pen.pro.cibus,quo quis pinguis efficitur. σιτεία, ἐπισίτιον. Sagina dicendi, apud Quint.lib.10. ca.5.eſt dicendi ubertas. Quandoq; etiam dicitur pinguedo ſuperuacua,per totum diſperſa corpus. A ſagino deſcendit.Niſi enim quis prius ſaginatus fuiſſet,non eſſet in eo ſagina.

Săgīnārĭŭm,rij.n.ſ.locus ubi ſaginantur altilia, σιτιστήριον.Varro li.3.ca.10.de re Ruſt.

Săgīnārĭŭs,ria,rium.quod ſaginatum eſt,σιτιστός.Vnde à Seruio dicitur mulus ſaginarius, & mula ſaginaria.

Săgīno,nas.act.p.pen.pro.pinguefacio. σιτίζω. Interdũ ablatiuo iungitur, cum res qua quid ſaginatur,exprimitur. Col. Formantur offæ, quibus auis ſaginatur.

Săgĭo,gis.giui.gitum.a.q.(προνοῶ.) uide in Præſagio.

Săgĭttă,æ f.p.iaculi genus quod arcu emittitur, quòd ſatis longè agatur. τόξευμα,ὀιστός. Vel à ſatis & ictus.ad longum enim ſpacium profert ictum ſuum. Sagitta etiam à rei ruſticæ ſcriptorib. ſumitur pro nouiſſima ſurculi parte,ſiue quia longius receſſit à matre, & quaſi emicuit atq; proſiluit:ſeu quia cacumine attenuata prædicti teli ſpeciem gerit, uide Colu. lib.3.ca.17.Eſt & ſagitta,herba,de qua Plinius libro 21.cap.17.

Săgittārĭŭs,ria.riũ.quod ad ſagittas pertinet, ſiue idoneum eſt,ut ex eo fiant ſagittæ.

Săgittārĭŭs,rij.m.ſ.τοξότης.qui ſagittas emittit, eas præſertim,quæ in bello ex maioribus illis tormentis eiaculabantur longius:quanquã etiam ſagittarios, artis ſagittandi peritos appellare poſſumus,quos uulgus archieros uocat.

Săgitto,tas.a.p.ſagittas iaculo,τοξεύω.

Săgmă,gmæ. & ſagma, gmatis. σάγμα. ſella quam uulgus baſtum appellat,ſuper quo cõponũtur ſarcinæ,uel inſtratum,quo mollior ſiat ſeſſio. Sed & pro ſarcina quandoq; ponitur. Interdum ſagmata dicuntur unguenta, quæ ſucco conſtant,quaſi diſtillationes. Quæ autem corpore conſtant, dicuntur hedyſmata. ἡδύσματα Græci condimenta dicunt. Et ſagma,cumulus dicitur.

Săgmĭnă,n.t.quaſi ſanctimonia, quoniam è loco ſancto capiebantur,ἱερὰ βοτάνη. Dicitur & ſagmen,quaſi ſegmen, herba uulgaris eſt, ubiq; ſine ſemine creſcens, de qua ſic Feſtus. Sagmina uocantur uerbenæ,id eſt herbæ puræ, quia ex loco ſancto ſecabantur à conſule prætoreúe legatis ad indicendũ bellũ, aut fœdus faciendum proficiſcentibus.Vel à ſanciẽdo,id eſt confirmando.

Săgum,gi.n.ſ.chlamys militaris,quadra.σάγος, ἐσθὴς στρατιωτική.Vt enim toga pacis, ita ſagum ueſtis erat index belli,ſcribit Cice.in 8. Philip. & quando in ſagis tota ciuitas erat, conſulares uiri togati eſſe ſolebant.Eſt & ſagũ ueſtis ſtragulæ genus,nõ diſſimilis cilicio. Huius diminu. eſt ſagulum. περιθωρακίδιον.

Săl, lis.t. (per metatheſin à Græco deducitur, quod eſt ἅλς)quo utimur in condiendis cibis. Vtroq; numero,tam maſcul.quàm neu.gene. dicitur. Dicitur etiam ſale neu.gen.ſecundũ Priſcianum. Ennius libro quarto Annalium, Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum Mare. Aliquando ſal ponitur pro ſapientia, & maſculino tantum gen.proferri conſueuit. Terent. in Eun. Qui habet ſalem,

qui in te eſt. Aliquando pro urbanitate, ioco, & ridiculo, & dictis ad riſum uel delectationem cōpoſitis, tam ſingulari quàm plurali numero. Cic. Publius Scipio omnes ſale & facetijs ſuperabat. Sales, ipſa ridicula Lucanus, Non ſoliti luſere ſales. Quintil. lib. 6. Salſum inquit, in cōſuetudine pro ridiculo tantū accipimus, natura non utiq;. Quãdoq; ſal, mare dicitur, quia ſalſum eſt, et ex ipſius aqua ſal elicitur. Verg. Et ſpumas ſalis ære ruebant.

Sălăcōn, ſuperbus: uide in proprijs.

Sălāmāndră, dræ. f. p. (σαλαμάνδρα) animal lacerti figura ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus proueniēs, & æſtate deficiens. Cui tantus rigor eſt, ut ignem nulla ſui læſione tactu extinguat, non aliter quàm glacies. uide Plin. lib. 10. cap. 67.

Sălārĭūm, rij. n. ſ. dicitur ſtipendium, uel merces, quā quis pro ſeruitio meritus eſt, μισθός. Dictū ſalariū, quod ita neceſſariū ſit, ut homini ſal.

Sălārĭŭs, rij. m. ſ. qui ſal, uel ſalſamēta uendit, ταριχοπώλης. Mart. Quod uiles pueri ſalariorū.

Sălārĭŭs, a. um. quod ad ſal pertinet, ἁλώδης.

Sălāx, acis. o. t. dicitur libidine pruriens, fortis in coitu & creber, cuius membrū facile ſalit, id eſt arrigitur. Vel quia ex humore ſalſo citatur libido. Unde Venus dicta eſt à mari orta. Et ſalaces aquæ, ſcaturientes, quaſi è terra proſilientes. βλύζον ὕδωρ. Unde etiā nymphæ ſalaces dicuntur. Et ſalaces cibi, Venerem citantes. Hinc ſalacitas, atis. Plin. lib. 10. cap. 36. Paſſeri minimum uitæ, cui ſalacitas par.

Sălebræ, f. p. à ſaltu dictæ, ſunt loca inæqualia, & aſpera, quæ quaſi ſine ſaltu præteriri non poſſunt, ἰκρήγματα, ῥωγμαὶ, ῥήματα γῆς. Per translationem Cic. de Finibus dixit, Hic nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. id eſt in tantas aſperitates, ſiue incultas orationes. Hinc ſalebroſus, ſa. ſum. quod multas habet ſalebras, id eſt quod eſt aſperum, καταῤῥωγός.

Sălgămă, n. ſ. (τάριχος) pen. cor. appellabantur à priſcis quæcunq; conditanea ad uictum noſtrum in uaſis ſeruabantur. utputa mala, pyra, fici, uuæ, rapæ. Inde ſalgamarij, ἁλμαντοὶ: qui ſalgama uendunt.

Săl Ămmōnĭăcŭs, ἅλς ἀμμωνιακὸς, ſic dictus eſt, quia ſub arenis inuenitur. ſimilis eſt colori alumini, medicinæ utilis.

Săli, m. ſ. per ſimplex i, auiculæ ſunt, quas Ariſt. αἰγιόθος, & αἴγιθος, appellat fœcunditatis magnæ, ut perdices, gallinæq;.

Sălĭārĭs, & hoc are. om. t. quod ad Salios pertinet, σαλιακός. Unde Saliares cœnæ appellatæ ſunt, quas Salij faciebāt ampliſſimo apparatu.

Sălicāſtrūm, n. ſ. genus labruſcæ, in ſalictis naſcens. ἄμπελος ἀγρία. Plin. lib. 23. cap. 10.

Sălĭcētūm, ti. n. ſ. & per ſyncopen Salictum, locus ſalicibus conſitus, ἰτεών. Varr.

Sălĭentēs, m. t. à Latinis dicuntur fiſtulæ, ſiue aquæductus, aut potius ipſarum fiſtularum capita, atq; etiam ipſæ tubulorum fiſtularūq; ſcaturigines, quæ & ſiphunculi dicuntur ab aquæ expreſſione, tanquam ex ſiphone ſalientes. Græci κρουνὸς dicunt. Vitru. lib. 8.

Sălignŭs, ſiue ſaligneus, a. um. quod ex ſalice materiatum eſt. ἰτέϊνος. Vergil. Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna.

Sălillŭm, li. n. ſ. dimin. paruum ſalinum. Plaut. in Trin. Verū nos homunculi, ſalillū animæ, &c.

Sălīnă, næ. f. p. locus ubi fit ſal. Sed quoniam ſal pro facetijs ponitur, nonnunquam pro apophthegmatibus, & facetijs, & ſcommatibus translatè apud Ciceronem poſitū reperitur.

Sălīnātŏr, oris. m. t. (σαλινάτωρ) dictus eſt Liu. Romanos, propter uectigal, quod nouum ex ſalaria annona commentus eſt in cenſura.

Sălīnūm, ni. n. ſ. uaſculum in quo ſal reponitur, tum ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia paratum. in eo enim cum ſale dij primitiæ offerebantur. Ponitur tamen pro quocunq; uaſe fictili menſæ pauperis. Hora. li. 2. Car.

Sălĭo, lis. act. q. & prima correpta, ſignificat ſale condio, ἁλίζω. Huius præteritum ſaliui, ſupinum ſalitum. Unde ſalitus & ſaliturus.

Sălĭo, lis. ſaliui, uel ſalij, uel ſalui, diuiſis ſyllabis, ſupinum ſaltum, n. q. & habet primam correptam, ἅλλομαι, πηδάω. eſt ſalto. Verg. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Compoſita tamen magis præteritum per ui diuiſas ſyllabas faciunt, ut Aſſilio, aſſiliui, tum. Conſilio, lui, tum. Deſilio, lui, tum. ἀφάλλομαι. Diſſilio, Exilio, extrà ſalio, ἐκθρώσκω. Inſilio. Proſilio, ultrà ſeu foras, uel antè ſalio, prorumpo, διάλλω. Præſilio, antè ſalio, προπηδάω. Reſilio. Subſilio, ſurſum deorſum ſalio, ἀναπηδάω. Tranſilio, ultra ſalio, ὑπερπηδάω. Salire

tamen dicuntur animalia ratione carentia, quando mares ineunt fœminas. Nam ſaliendo aſcendunt. Vnde, Læta ſalitur ouis. A ſalio fit Salto frequentatiuum. Cuius compoſita mutant a in u, ut aſſulto, conſulto, deſulto, exulto, proſulto, præſulto, reſulto, & ſubſulto, tranſſulto.

Sālitŏr, oris. m. t. qui ſalis tributum colligit. Cic. ad Attic. lib. 4.

Sālitūră, f. p. ἄλισις. idem quod ſalſura, condimentum cum ſale factum. Colum. lib. 12. cap. 21. Poſt ſalituram muſti.

Sălluārĭŭs, rij. m. ſ. σιαλικός. qui ſaliuat. Plin. lib. 9. cap. 51. Quæ durioris teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ, ſaliuario lentore pariunt. id eſt uiſcoſitate ſaliuæ.

Sălĭūncă f. p. herba eſt, de qua Plin. li. 21. cap. 7.

Sălĭuo, uas. a. p. ſaliuam facio. Plin. lib. 9. ca. 39. Congregantur uerno tempore purpuræ, mutuoq́ attritu lentorem cuiuſdã ceræ ſaliuant.

Sălĭuŭm, n. ſ. & ſaliua, ſputum quod ferè ſalis ſaporem habet. σίαλον, σιελός. Vel à ſaliendo, quòd in ore ſaliat, & creſcat. Ponitur aliquando ſaliua pro guſtu. Perſius Saty. 6. Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam. Hinc ſaliuoſus, adiect. quod ſaliuæ ſaporem habet. Plin. lib. 16. cap. 38. Humor ulmis ſaliuoſus.

Sălix, icis f. t. ἰτέα. arbor, à ſaliendo, uel quod ſata, uel caſu terræ compacta ſalit, ac ſurgit. Plin. lib. 16. cap. 37.

Săllo, lis, per duplex ll. act. ter. ſalli, ſaltum & ſalſum in eadem ſignificatione, hoc eſt ſale condire. Vnde ſaltus, & ſalturus: ſalſus, & ſalſurus. Lucilius lib. quarto, Sallere murænas, & frigidaria terræ.

Sălmŏ, onis. m. t. genus piſcis, quod in Rheno, & Rhodano inuenitur, & præfertur alijs piſcibus marinis. Plin. lib. 9. cap. 28.

Sălnăcĭdŭs, da. dum. quod ſalis ſaporem habet. ἁλώδης. Plin. lib. 31. ca. 3. Nam nitroſas aquas, atq; ſalnacidas, & feculentas, addita polenta utiles eſſe aiunt. Perottus Salinacidas legit.

Sălnĭtrŭm, tri. n. ſ. ut modò in conſuetudine uulgi, dicitur factitium. & ad tormenta igni um miſſilia repertum. Legitur apud Plini. Sal & nitrum ſulphuri concoctum, in lapidem uertitur, uide in dictione Nitrum.

Sălpă, æ f. p. (σάλπη) genus piſcis, circa Ebuſum, obſcœnus alibi & qui coqui non poſſit, niſi ferula percuſſus, ut ait Plin. lib. 9. cap. 18.

Sălpȳgă, gæ. f. p. pen. pro. genus formicarum uenenatarum. Cic. appellat eas Soliſugas.

Sălsāmēntārĭŭs, rij. m. ſ. qui ſalſamenta uendit, qui & Salſarius. ταριχοπώλης. dicitur.

Sălsāmēntārĭŭs, ria. rium. quod ad ſalſamenta pertinet. ταριχευτικός.

Sălsāmēntŭm, ti. n. ſ. (τάριχος) quod eſt ex ſale compoſitũ, ſiue quod eſt ſale cõditum ad diuturnum uſum ciborum: ut, piſces ſalſi, & lardũ, quæ per ſyncopen ſalmenta dici poſſunt.

Sălsē, aduerb. facetè. Cic. Quæ ſalsè dicuntur.

Sălsēdo, dinis. f. t. ipſe ſalis ſapor.

Sălsĭcōrtēx, f. t. arbor cui glans amara, quam præter ſues nullũ animal attingit. ἁλίφλοιος.

Sălsĭlāgo, inis f. t. idem ſignificat quod ſalſugo. ἅλμη. Plin. lib. 20. cap. 14. Natura ciceris eſt, gigni cum ſalſilagine.

Sălsĭtūdo, dinis. f. t. humor ſaporẽ ſalis referẽs.

Sălsūgo appellatur in ſalinis, tota liquida, marina aqua ſalſior ἅλμη. Salſugo etiam dicitur humor cum ſapore ſalis.

Sălsūră, ræ. f. p. idem quod ſalſamentũ. τὸ ἁλμῶδες. Colum. lib. 8. cap. 17.

Sălsŭs, a. um. quod ſalis ſaporem habet, ſiue quod ſale denſatum eſt. ἁλμυρός. A quo fit ſalſior, ſalſiſſimus, & diminutiuum ſalſiunculus.

Săltātĭo, onis f. t. illa hominum iactatio, quam uulgus tripudium uocat. χορεία, ὄρχησις.

Săltātōrēs, m. t. & ſaltatrices. f. t. unde & ſaltatricula dimin. qui quæ ue in tripudijs, ſtaticulisq́ dandis ſunt elegantiores, (ἀλτικοί, ὀρχησταί, χορεύοντες, ὀρχηστρίδες.)

Săltātōrĭŭs, ria. rium. quod ad ſaltationem pertinet, (χορευτικός) ut, Ludus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur.

Săltātŭs, tus. m. q. idem quod ſaltatio. ὄρχησις.

Săltēm, cõiunctio per defectionem dicitur, quaſi, ſi aliter non poteſt, γε, γοῦν, ἀλλὰ γοῦν, τοὐλάχιστον, Vel (ut inquit Gellius) u litera abiecta Nam à principio ſalutem dicebant, quod nos ſaltem dicimus. Seruius, Saltem, uel hoc tractum à captiuis, qui cum tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem concede. Hinc per ſynæreſin natus eſt ſermo, ut in conceptu rerum multarum petituri aliquid, ſaltem dicamus.

Săltim, aduerb. apud antiquos, ſiue ſaltuatim, ſignificat per ſaltus, (πηδητικῶς) Saltuatim ſcribere, eſt, non ſcribere rem ſuo ordine, ſed ut ſeſe offert, hoc eſt digredi. Siſenna. l. 1. Hiſt.

Săltito, tas. n. p. ἐξορχέομαι. penultima corre. frequentatiuum eſt à ſalto, tas.

Săltŏ, tas. n. p ſignificat tripudio, (ὀρχέομαι) Saltare laudes alicuius, eſt ſaltationibus immiſcere. Hinc ſaltura, ræ. idem quod ſaltatio.

Săltŭārĭs, & hoc re. om. t. quod ad ictus ſaltantium mouetur. Plin. li. 2. ca. 95.

Săltŭārĭŭs, rij. m. ſ. ſyluarum ſeu ſaltus cuſtos. δρυμοφύλαξ.

Săltŭōſŭs locus. δρυμώδης τόπος. ſaltib. plenus.

Săltŭs, tus. m. q. & ſalti. m. ſ. denſior ſylua, & in uia, quòd ibi arbores ſaliant, in quo paſci, & æſtiuare pecudes ſolent. ὀργὰς, ἄνυτος γῆ. Valla li. 5. ca. 106. Sunt qui dicant, ſaltus eſſe loca arboribus expedita, quia facilè in his ſaltetur. Ponitur & pro loco nemoroſo, ubi latrones inſidiari conſueuerunt. δρυμὸς.. Et ſaltus ceruorum eſt, & leporum.

Sălūbĕr, bris. m. t. pen. prod. ſalubris f. ſalubre, neu. & hic & hæc ſalubris, & hoc bre, quòd præbet ſanitatem, (ὑγιεινὸς, σωτήριος) Vnde aër, cibus, locus, ſalubres dicuntur. Col. lib. 1. Aliquando ſalubris accipitur pro ſano. Salluſtius, Genus hominum ſalubri corpore. Hinc ſalubritas, ſanitas: ut ſalubritas cœli, ὑγίεια. Et ſalubriter, aduerbium.

Sălue, (χαῖρε) uerbum ſalutantis, hoc eſt ſaluus ſis. Et habet tantum Salueto, ſaluetote, ſaluete & ſaluere: ut, Iube Scipionem ſaluere, id eſt ſaluta Scipionem. Salueo dixit Plautus in Trucul. pro ſaluus & ſanus ſum. Saluebit in futuro dixit Cice. ad Attic. libro. 6. uide in dictione Valeo.

Sălŭĭă, uiæ f. p. herba, dicta quòd diuerſos ſanet morbos, (ἐλελίσφακον. Plin lib. 22. cap. 25.

Săluiātŭm, n ſ. genus potionis eſt, quo ueterinarij & mulomedici utuntur in ægrotatione animalium. Græcè ...ον. à ſaliua. Quidam tamen legunt ſaliuatum, à ſaliuæ ſucco.

Săluio, as a. p. ſaluiatum in potum do: uel, ut alij uolunt, ſaluiati more demitto. Columel. lib. 6. capite 24.

Sălum, li. n. ſ. mare, à ſapore, ἅλς. Vel à uerbo Græco, (σαλεύω) quod ſignificat mouere, fluctuare.

Săluo, as. a. p. Cice. 1. p. Me poſſe iterum remp. ſaluare, ſi ceſſiſſem: infinitam cædem fore, ſi reſtitiſſem. de quo in Saluus.

Sălūs, lutis. f. t. incolumitas. σωτηρία. Aliquando etiam remedium. Vergil. Vna ſalus uictis, nullam ſperare ſalutem

Sălūtārĭs, ris. com. t. idem quod ſaluber, hoc eſt ſanitatem præbens, uel ad ſanitatem præbendam idoneum. σωτήριος. Salutares literæ dicuntur, quæ conſolationem afferunt. Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ abſolutionis nota erat, ut triſtis C, quæ condemnationis. Inuenitur & ſalutare, ſubſt. Plin. libr. 22. cap. 5. In præſentia externa proſequemur, à ſalutari maxime orſi.

Sălūtārĭs digitus, qui pollici eſt proximus, qui & index dicitur, (λιχανὸς.) Dicitur autem ſalutaris, uel quia non ſalutamus, niſi uiſa, & indicata. Vel quia ab eo comprimimus os ad ſilentium, quod ſalutare eſt præceptum.

Sălūtārĭtĕr, aduerbium, ſignificat quod uulgo dicitur, ad ſaluamentum, (σωτηρίως) Plancus Ciceroni.

Sălūtĭgĕr, geri. m. ſ. quo nomine utitur Apule. uidetur eſſe, non qui dat ſalutem, ſed qui nunciat, tanquam interpres & adminiſter ſuperiorum. ἀσπασμοφόρος. Plaut. in Aulularia, Salutigerulos pueros. Sic ſalutifer.

Sălūto, tas. a. p. προσαγορεύω, ἀσπάζομαι. ſalutem dico, uiſito, colloquor, quod non accedentibus tantum, ſed abeuntibus quoque attribuitur, ut Statius lib. quarto Thebaidos, Stant tamen, & nota puppim de rupe ſalutant. Et ſalutare, eſt uenerari. Terentius, Hinc Deos domum ſalutatum pergam. Vnde mortuos, & res inanimatas uenerantes, ſalutare ſolemus, non ſalutem imprecantes, ſed uenerationem indicantes. Hinc Salutator & ſalutatio, uerbalia. & ſalutatorius, adiectiuum. Huius compoſita, Conſaluto, ſimul ſaluto. Obſaluto, ſalutandi gratiam offero. Reſaluto, me ſalutantem ſaluto. ἀντασπάζομαι. Inſalutatus, non ſalutatus.

Sălūŭs, a. um. quod eſt ſanum. σῶος. Terent. in Adel. Salua res eſt id eſt bene ſe habet. A quo ſaluo. uas. quod eſt ſaluū facio. σώζω. Vnde & Saluator, qui ſaluat, Græcè dicitur σωτήρ.

Sambu-

Sāmbūcă,(σαμβύκη)dictio barbara,quâ ſignifi-catur quoddam inſtrumenti Muſici genus. Sambuca(inquit Porph. in Ptol.harmonica) triangulum inſtrumētum eſt,quod ex inæqualibus longitudine,ſicut & craſſitudine, neruis efficitur. At Ephorus & Diomedes,inquiunt inuentum à Sambuco primum, & inde nomen obtinuiſſe. Eſt & genus machinæ militaris,qua urbes expugnari conſueuerunt,in qua ſic funes intendebantur, ſicut in organo Muſico chordæ. Item Sambuca(ut Polybius ait)illa dicitur,quæ & Sambuciſtria appellatur. Ad hanc priſci Iambos canebant.

Sāmbūcĭnă,et Sambuciſtria.æ.f.p.σαμβυκίστρια. pen.correpta.quæ ſambuca canit:ſicut fidicina,quæ fidibus.

Sāmbūcŭs, ci.f.ſ. arbor, Germanis holderſtud. Hinc ſambuceus adiect.quod ex ſambuca eſt.

Sămĕră,ræ.f.ſ.ſemen eſt ulmi. Colum.lib.5.ca. 5. Melius ſcribitur,Samara.

Sămĭă,n.ſ.κεραμικὰ.ſubſtantiuū, uaſa à Samo inſula dicta. Cicero.4.ad Heren. Nos Samijs delectabimur. Singulare habet Samium. Nonius teſtam eſſe dicit. Hinc Samiolū dimin. Plaut.in Stich. Nos noſtro Samiolo potorio.

Sāmnĭōnēs. σαννίωνες.à Sannijs dicuntur, qui ſunt in dictis fatui,& in moribus obſcœni.Cice.libro.De Orat. Sanniones à ſanna rectius dicuntur.

Sāmpſūchūs chi.m.ſ.σάμψυχον.herba,quā nūc maioranam appellant, alioq; nomine amaracus dicitur. Hinc ſampſuchina adiect. ut ſampſuchinum oleum.

Sāmpsă,ſiua ſamſa,ſiue ſanſa,ſæ.f.p.oliuæ nucleus.Colum.lib.12.cap.49.

Sāncĭo,cis.xiui.citum. uel xi.ctum.a.q.ſignificat aliquid ſanctum,uel conſecratum facio, ſub ſanguine hoſtiæ.διαγγίζω,θεσπίζω, ἁγιάζω.Vnde ſanctum(authore Seru.in illud Vergil.12.Aeneid.Qui fœdera fulmine ſancit)dicitur,quaſi ſanguine conſecratum.Et ſanctio uocatur lex cū terrore pœnæ. Aliquando ſancire eſt firmare,munire,roborare, conſtituere,κυροῦν. Inde ſanctio,& ſancta res dicitur. id eſt decreta & inuiolabilis.Marian. de re. Diuiſ.ait ſanctum propriè dici,quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt, tractum à ſagminibus herbis, quæ legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos uiolaret. Alij dicunt ſanctum eſſe religioſum,& ſacrum incorruptum. Vnde ſanctus uir,dicitur integer moribus.Donatus: Sanctum dicitur, quod omni obſeruatione inuiolatum eſt.Et ſecundum ſcripturarum ſacrarum idioma,ſanctum dicitur,mundum, purificatum atq; expiatum. Vnde ſancti dicuntur fidelium filij, quòd quaſi cādidati ſint,& nullis idololatriæ ſordibus polluantur.Sanctius ærarium,dicitur intactius & integrius, ex quo nihil promi licebat ob annuas neceſſitates.

Sāncĭfico, as. a. p. ἁγιάζω. à ſanctus, quaſi ſanctum facio. A quo ſanctificator, ſanctificatrix,ſanctificatio.

Sānctĭmōnĭālēs,dicuntur monachæ,ἀσκήτριαι.

Sānctĭmōnĭŭm,nij.n.ſ.ἁγιστεία. uocatur ſanctimonialium profeſſio

Sānctĭtās, atis.f.t.ſanctitudo.inis.f.t. & ſanctimonia.ἁγιότης.idem ſignificant.Sanctitas,inquit Cicero 1. de Nat.Deor. eſt ſcientia colendorum deorum.

Sānctŭārĭŭm,rij.n.ſ.ἁγιαστήριον,ἄδυτον.ſacer locus,templum,ſacrarium. Sanctuarium quoque,ſiue ſanctuaria Plin.Mithridatis appellauit,quæ alio loco arcana,& Plutar.ἀπόρρητα uocauit lib.25.cap.8.

Sānctŭs,a. um. ὅσιος. participium à ſancio de quo diximus. Cuius diminutium ſanctulus. Hinc ſanctè aduerb.auguſtè. Vnde ſanctè iurare,id eſt firmiter. Ab hoc fit perſanctè.ὁσιώτατα.quod eſt ualde firmiter. Plaut. Id perſanctè iurauit ſe facturum.

Sāndālĭŭm,lij.n.ſ.calceorum genus.Græcè σανδάλιον.ſoleam, ſiue calceum dicunt. Hinc Sandalarius Appollo dictus eſt,à uico, cuius meminit Gell.lib.17. Hinc ſandaligerulus,qui ſandalio utitur. Eſt & ſandalium farris Gallici genus.Plin.lib.18.cap.7.

Sāndālĭdēs,f.t.palmæ genus, à ſimilitudine ſandalij dictum.Plin.13.ca.4. Vide Scandalides.

Sāndăpĭlă,læ. f. p. genus feretri: unde ſandapilarij dicti.

Sāndărăchă,chæ.f.p.σανδαράχη. genus coloris q inuenitur in aurarijs & argētarijs metallis: adulteratur ex ceruſſa,non in fornace cocta. Hæc ſi torreatur,æqua parte rubrica admixta ſandycem facit: quanquā hanc herbā eſſe

Verg.ſcribit. Hoc nomine aiunt quidam ſignificari uermicem, cuius fumus præ cæteris dolorem dentium leuare dicitur, ut eſt apud Auicen. Græci σανδαράχην dicunt. Plinius lib. 34. cap. 18.

Sāndărăchĭnŭs, ni. m. ſ. (σανδαράχινος) color à ſandaracha. Næuius: Sandarachino ore.

Sāndărăchātŭs, a. um. adiect. cui ſandaracha admixta eſt. Plin. lib. 35. cap. 15.

Sāndăſtrŏs, gemma eſt, quam aliqui garamantida uocant. Habet uelut in translucido ſtellantes intus aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Sandaſiten alij nominant. Nicander ſandaphorion, alij ſandareſon. uide Plin. lib. 37. cap. 7.

Sāndȳx, dȳcis. (σάνδυξ) pen. prod. (ſi Vergilio, & eius interpreti Seruio, nec non & quibuſdam creditur) maſ. ge. herba eſt delicatæ olfacturæ, breui caule, & in alijs fœniculo ſimilis. Naſcitur in inſula maris rubri. Eſt & ſandyx genus coloris, ex ſandaracha & ceruſſa factus. A ſandyx fit ſandycinus, a, num. σανδύκινος: ut, Color ſandycinus, qui eſt flammeus, ex rubrica & ſandaracha factus. Dioſcor. lib. 1. cap. 155.

Sānē, (μὲν δὴ, ὄντως) aduerb. idem eſt quod næ, hercle, ſatis, multum, ualde, uel porrò: & ſic quandoq; affirmatiuè ponitur, pro eo quod eſt certè: ut, ita ſanè, ſanè uerò. Quãdoq; permiſsiuè, quãdo aliquid aduerſario tribuimus, ut, Sit ſanè ut uis: pro eſto ut uis. Quãdoq; ponitur pro ualde, μάλα: quoniam qui ſanus eſt, ualidus eſt. Sueton. Bellum ſanè difficile geſſit. Iungitur nonnunquam cum &, affirmatiuaq; eſt. Item cum Quàm, Gellius: Sanequàm utile eſt.

Sānēſco, cis. n. t. ſanus fio, ὑγιάζομαι. Colum. lib. 6. cap. 7. Sed uulnera facta interdum ſaneſcunt. Huius compoſita ſunt, Conſaneſco, & reſaneſco.

Sangenos, gẽma eſt, quã & παιδέρωτα uocamus.

Sāngŭĭcŭlŭs, li. m. ſ. ſanguis hœdi ſiue ſuis in cibum formatus, αἱμάτιον. Plin. lib. 28. cap. 14.

Sāngŭĭnārĕ, n. p. eſt ſanguine manare, αἱμάσσω. Quintil. in Declam. Tum repetitis ſanguinauere planctibus, iam conualeſcentes lacerti.

Sāngŭĭnārĭă, riæ. f. p. herba dicta eſt, ſuccus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem. Græci eam πολύγονον appellant.

Sāngŭĭnārĭŭs, a. um. adiect. ſæuus & crudelis, μιαίμαλος, ἀλάστωρ, παλαμναῖος. Sic ſanguinarius homo dicitur à Seneca, qui gaudet humano ſanguine, & crudelis eſt.

Sāngŭĭnĕŭs, a. um. (αἱματώδης, ἔναιμος) modò ad corpus refertur, & ſignificat plenum ſanguine, modò ad animum, & ſignificat crudelem cruentumq;. Modò ad arborem, & ſignificat quod eſt ex arbore, quæ ſanguen appellatur. Quidam dicunt ſanguinem uirgam eſſe, cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinẽ rubet.

Sāngŭĭnŏlēntŭs, ti. m. ſ. plenus ſanguine, & ſanguine conſperſus, αἱμακτός.

Sānguĭs, guinis. m. t. (αἷμα) quod & ſanguen, neut. gen. ab antiquis dicebatur. Dicitur aũt ſanguis, qui eſt intra uenas cruor fuſus, ſiue ſanies. Ponitur interdum pro genere. Verg. Troiano à ſanguine duci Audierat. Quoad primũ ſignificatum, fit compoſitũ exanguis, ἄναιμος, quoad ſecundum, fit conſanguineus, licet ſanguineus aliud ſignificet. Etiam dicitur arbor, cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet. A quo ſanguineus, a. um.

Sāngŭĭsūgă, gæ. f. p. pe. pro. uermis in aqua degens, qui & hirudo dicitur, βδέλλα.

Sănĭēs, ei. f. q. ſanguis corruptus, quod quidam à tabo ſic diſtinguunt, ut illud de mortuo, hoc de uiuo dicatur, ἰχὼρ, βρότος. Celſus lib. 5. Sanies eſt tenuior ſanguine, uariè craſſa, & glutinoſa, & colorata. Ponitur aliquando ſanies pro infectura. Plin. lib. 9. cap. 38. Rurſuſq; carminata mergitur, donec omnem ebibat ſaniem. Sanies oleæ, eſt fex oleæ. Plin. lib. 15. ca. 1. Hinc Snioſus adiect. ſanie & impuro ſanguine conſperſus. Plin. lib. 7. cap. 15. Aut nonuitales partus eduntur aut ſanioſi.

Sānĭtās, atis. f. t. ſalus, ualetudo, integritas ualetudinis, corporis firma conſtitutio & affectio.

Sānnă, næ. f. p. (χλεύη) per duplex nn, irriſio, quæ (ut inquit Hierony.) occipitio diſtorto, ore & labris contractis fit, anteriorum dentium oſtentatione. Iuuen: I nunc & dubita, qua ſorbeat aëra ſanna Tullia. Hinc ſanniones & ſannij, ut inquit Probus: uide ſuprà Samniones. Deſanno, nas. quod eſt per faſtidium derideo. Subſanno, (χλευάζω) de quo alibi. Similiter ſannatores, qui eo modo irrident.

Sānnĭo,

Sānnio, uide in Sanna, & in Samniones.

Sāno, nas. a. p. ſanum facio, redintegro & incolumitati reſtituo, ἰάομαι, ἀλθέω. Hinc ſanatio, uerbale. Et ſanabilis adiect. quod facile ſanari poteſt. Hinc fiunt compoſita, Conſano, quod eſt ſimul uel omne ſano. Reſano, rurſus ſano. Et habent pen. prod.

Sānquālis, lis. f. t. (φλώη) auis, quam quidam oſſifragam appellant: de qua Plin. lib. 10. cap. 7.

Sānsæ, arum. f. p. oſsicula oliuarum, (πυρῆνες) Colu. lib. 12. cap. 45.

Sāntālūm, li. n. ſ. quod uulgus ſandalum uocat, lignum eſt, quod India mittit.

Sāntērnām, f. p. noſtri uocant, quod Græci χρυσόκολλαν, hoc eſt auri ferruminationem. uide Plin. lib. 33. cap. 5.

Sāntōnīcă, cæ. f. p. herba, quam abſynthium Santonicum Plin. lib. 27. cap. 7. uocat.

Sānūs, a. um. proprie dicitur, cui bona ualetudo eſt, uel qui firmo eſt corpore, ὑγιὴς, cui opponitur ægrotus. Cic. Philip. Quaſi medicus ille te ſanum fecit. Transfertur aliquando ad animum uel mentem, cum quis recto ſtatu eſt mentis, & animo quieto ac tranquillo. Cice. Att. 2. De Lolio ſanus non es. Aliquando ad alias res. Hinc ſanitas, quod prorſus eandem ſignificationum uarietatem habet, quam ſanus. Huic nomini opponitur inſanus, demens, qui mentem non habet integram. Et inſania, ſtultitia, quæ & inſanitas dicitur. Et inſanio, pro deſipio. Interdum tamen ſanũ dicitur, quod ſanitatẽ præbet: ſiquidem dicimus ſanum aërem, & ſanum cibum, quaſi ſalubrem, & ſanitatem præbentem.

Săpă, pæ. f. p. à ſapiditate dicitur, uide in dictione Defrutum. Græcè ἕψημα ab ἕψειν, quod decoquere dicitur. Martial. Et Laletanæ nigra lagœna ſapæ.

Săpērdă, dæ. com. p. dici poteſt ſapiens, elegans. κομψός. Var. Omnes uidemur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, cum ſimus canopi. Et ſaperda, f. p. (σαπέρδης) genus conchæ, mali ſaporis: & nonnunquam pro ſterquilinio ponitur. Perſius.

Săpĭdūs, da. dum. (εὔχυλος) quod gratum ſaporem habet. Cuius contrarium eſt inſipidus, ſine ſapore. ut caſeus ſapidus, uinũ inſipidum.

Săpĭēns, entis. om. t. (σοφὸς) tribus modis dicitur. Primò qui ſcientiam aliquã optime tenet: ut, Ariſtot. in philoſophia. Secundò qui per longam ætatem rerum multarum cognitionem adeptus eſt, ut Cato. Tertio qui circa præcepta bene uiuendi & cognitionem uerſatur, ut fuit in Lælio. Hinc ſapienter, aduerb.

Săpĭēntĭă, tiæ. f. p. (σοφία) eſt, ut ait Cic. in Tuſc. rerum diuinarum atq; humanarum ſcientia, cognitioq;, quæ cuiuſq; rei cauſa ſit. Et qui eam profitetur, σοφὸς, hoc eſt ſapiẽs appellatur. Ariſtoteles eam fontem eſſe putat, atq; principium rerum metaphyſicarũ. Poëtæ tamen pro aſtutia & ſagacitate ponere ſolẽt. Sic Hiero. Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus beſtijs.

Sapinus, Vide ſappinus.

Sapinos, genus gemmæ eſt, quæ & Peranites.

Săpĭo, pis piui. uel ſapij, pitum, pen. prod. uel ſapui, ſapitum, pen. cor. n. t. propriè pertinet ad ſenſum corporis, ut ſit ſapere, quòd uulgò dicitur ſaporitum eſſe: diciturq; res ea ſapere, quæ aliquid olet, χυμίζω. Hinc ſapor & ſapidus. Aliquando ſapere, (ὄζειν) ſaporem habere, quod uernaculo ſermone dicimus ſapere de la coſa: ut, Hoc ſapit hæreſim. Transfertur & ad animum, pro ſapientem eſſe, ſeu rectam ſententiã uel opinionem habere, φρονεῖν. Huius compoſita ſunt, deſipio & reſipio. uide in dictione Deſipio.

Săpŏr, oris. m. t. quicquid ſapit: & aliquando ipſe ſenſus, quo aliquid ſapimus, & geſtu quale ſit dignoſcimus. χυλὸς, χυμὸς, γεῦσις. Saporum uero decem ſunt genera, (ut docet Plin lib. 15. cap. 27.) ſcilicet dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, & ſalſus. Ponitur aliquando ſapor per tranſlationem pro iucunditate ſermonis.

Săpphīrātūs, ti. m. ſ. (σαπφειρωτὸς) ſapphiris maculatus, & uarieganter intextus. Sidonius.

Săpphīrūs, ri. f. ſ. (σάπφειρος) per p ante h, & pen. pro. lapis precioſus, coloris aërij. Vnde fit ſapphirinus, a. um. uide Plin. lib. 37. cap. 2.

Săppīnūs, ni. m. ſ. pen. prod. pars eſt abietis inferior, quæ enodis eſt: ſicut ſuperior, quæ nodoſa eſt durior, q; ſuſterna. Plin. lib. 16. ca. 39. Hinc ſapineus adiect. Aliâs ſimplici p ſcribitur.

Saprŏs (σαπρὸς) Latinè marcidus, putris, uti caſeus, dicitur, qui ad multa utilis eſt. Hinc ſaproſagus, qui ſaprum deuorat. Mart. lib. 3.

Sărcăſmōs, (σαρκασμὸς) Latinè dicitur iocus cum amaritudine.

Sărcimĕn, inis. n. t. ſutura, (ῥαφή. Apuleius: Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus.

Sărcină, næ. f. p. penultima correpta, propriè utenſiliū eſt, & eorum quæ ad cæterum uſum pertinent, ueluti faſcis quem quis in itinere faciendo comportare poſsit. σκεῦος, λώπισμα, ἀποσκευή. Hinc milites, cum caſtra mouere uolunt, ſarcinas colligere dicuntur. Per translationem quandoq; ſarcina ponitur pro inutili onere. Huius diminutiuū eſt ſarcinula.

Sărcĭnātrix, tricis. f. t. mulier quæ ueſtes ſuit & reficit, (ῥάπτρια.)

Sărcino, as. n. p. (σκευάζω) ſarcinas ſumo. Vnde ſarcinatus, adiect. ſarcinis onuſtus. Interdū ſarcinare capitur pro ſuere, ῥάπτειν. Hinc ſarcinator, qui ſuit, & ueſtes reficit. Huius cōpoſitum eſt, conſarcino, quod eſt ſarcinas colligo.

Sărcĭnārĭūs, a. um. adiect. quod ad ſarcinas pertinet. Cæſar. 1. Bell. ciui.

Sărcĭo, cis. ciui. citum. & ſarſi, ſartum, act. q. ſignificat integrū facio. (ἐπισκευάζω, ἀποκαθιστάω, καρτίζω) Vnde ſartores dicti, qui ueſtes ſarciunt, uel reſarciunt. Et ſarta tecta, opera publica, quæ locantur, ut integra præſtentur. (ἐπισκευαὶ καὶ κατασκευαί.) Vtūtur antiqui hac locutione per translationem. Plaut. in Trin. Sarta tecta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia. Sartè, integrè. Itē ſarcire, componere. Tractum à ueſtibus, quæ diſſutæ ſarciuntur, id eſt componuntur. Per translationem ponitur pro damnū ſoluere, reparare, ἀντιμεθιστάναι. Hinc componitur, reſarcio pro inſtauro, & quaſi nouam formam induco.

Sărcĭōn, eſt gemmæ ſpecies colorem carneum præ ſe ferens, aliter σμαραγδίτης uocata.

Sărcŏphăgūs, gi. m. f. (σαρκοφάγος) penultima correpta, Latinè carnem comedens dicitur. Plin. Sarcophagus lapis eſt fiſsili uena. Corpora defunctorum cōdita in eo abſumi intra quadrageſimum diem conſtat, exceptis dentibus, ideo nomen habet à carne edenda. σάρξ, σαρκὸς enim caro eſt, φάγω comedo. Vnde conuenienter pro ſepulchro poni conſueuit.

Sărcŭlo, as. a. p. ſarculo fodio, (σκαλεύω.) Col. lib. 5. Primo plantæ ſarculari debent

Sărcŭlūm, li. n. ſ. inſtrumentū, tam hortis quàm etiam uineis atq; ſegetibus purgandis utile: à ſarriendo dictum, (σκαλίς.

Sărdă, dæ. f. p. gemma uulgaris, primum à Sardibus reperta. Vocatur & ſardachates, σαρδαχάτης uide Plin. lib. 37. cap. 7.

Sărdŏă, æ. f. p. (σαρδάνιος πόα) herba apiaſtro ſimilis, quæ naſcitur in Sardinia, & in fontium defluuijs largius prouenit. Inde Sardonius riſus, prouerb. uide Chiliades. Eraſ.

Sărdŏnўchātŭs, a. um. (σαρδονυχωτός) ſardonyche ornatus.

Sărdŏnўx, chis (σαρδόνυξ) pe. cor. ſicut onyx onychis, à quo componitur, tam maſc. quàm fœm. gen. gemma eſt rubei & albi coloris, figura humani unguis. Dicitur & ſardonychus, & ſarda. Plin. lib. 37. cap. 8. Ediuerſo ad hæc ſarda utiliſsima, quæ nomen cum ſardonyche communicauit, ipſa gemma uulgaris, & primum à Sardibus reperta.

Sărgŭs. gi. m. ſ. (σαργός) piſcis genus. Plin. lib. 9. cap. 51. & ibidem cap. 17.

Sari, (σάρι) neu. gen. genus herbæ, quæ prouenit in aqua, radice dura intortáq;, ferrarijs officinis utilis.

Sariſſa, ſæ. f. p. (σάρισα) haſta prælonga. Aelianus docet, ſariſſam eſſe lanceam, qua utitur phalanx macedonica, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus cōtinent, reliqua duodecim prominēt. Inde σαρισσοφόροι, qui ſariſſas geſtant.

Sărmentŭm, ti. n. ſ. (κλάσμα, φρύγανον) prælōgas uitium uirgulas cōprehendit, in quas uitis luxuriās ſpargitur. Inde Sarmētitius, a. um. (φρυγανώδης) quod eſt ex materia ſarmētorū. Col. li. 6. ca. 26. Verum uulnera eius ſarmentitio cinere linienda ſunt. Hinc ſarmentoſus, adiect. quod plurimum habet ſarmenti.

Sărpă, pæ. f. p. (ἄμπελος τμηθεῖσα) uinea putata, id eſt pura facta. unde & uirgultæ abſciſſa ſarmenta dicūtur. Nam ſarpere Antiqui pro purgare uſurpabant.

Sărrăcŭm, ci. n. ſ. uehiculi genus, quo ligna & lapides uehi conſueuerunt. Iuuen. Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.

Sărrĭo, ris, riui. ritum. n. q. σκαλεύω. ſignificat ſarculis fodio, purgo, quod fit cū ſegetes leuiter ſcalpendo, & raſtris à noxijs herbis purgamus.

mus. Plin. lib. 18. Qui ſarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc cõponitur reſarrio, quod eſt rurſus ſarrio.

Sārrītŏr, oris. m. t. pen. prod. qui ſarrit, (σκαλιστής.) Columella.

Sārrītūră, ræ. f. p. purgatura, ſiue ipſe ſarriendi actus (σκάλευσις.)

Sārtāgŏ, ginis. f. t. patella, in qua caro frigitur, (τήγανον.) A σάρξ. caro, nomen aſſumpſit.

Sārtŏr, oris. m. t. à ſarrio, idem quod ſarritor, id eſt purgator, (σκαλιστής.) Plau. in Cap. Sator ſartorꝙ ſcelerum, & meſſor optime.

Sārtūră, ræ. f. p. idem quod ſarritura, ipſa purgandi actio, (σκάλευσις) Plin.

Sārtŭs, a. um. Cice. Epiſt. Hoc mihi da, ut M. Curium ſartum & tectum, quod aiunt, ab omni detrimento conſerues. Sarta tecta abijt in prouerbium, hoc eſt, pro cõſummatis probéꝙ curatis, & in quibus nihil ſit omiſſum.

Sās, Veteres pro ſuas dixere, & Sam, pro eam.

Săt, aduerb. uide Satis.

Sătăgo, gis. n. t. (πολυπραγμονῶ, διαπονοῦμαι, ἐνεργῶ, ἐκπονοῦμαι) pen. cor. ex ſat & ago compoſitum uidetur: unde ſategi præteritum, ſatactum ſupinum facit. Et eſt ſatagere, anxium & curioſum ſuarum rerũ eſſe, & quod uulgò dicitur Sàtis habeo, quod agam. Aliquando ſignificat diligentẽ eſſe, ſeu feſtinare, (σχινοφοῦμαι) Plaut. in Aſin. Nunc ſatagit, adducit domum ei ultrò, & ſcribit nummos. Aliquando inniti.

Sătēllĕs, litis. m. t. (δορυφόρος) miles mercede conductus, ut ab imperatoris latere non diſcedat. Et ſatelles, qui ſontibus capiendis præeſt, qui & apparitor dicitur.

Sătēllĭtĭŭm, tij n. ſ. ipſa ſatellitum actio.

Saterona, animal ambiguũ, in humore pariter & in ſicco uiuens. σαθέριον apud Ariſt.

Sătănās, næ. m. p. (σατανᾶς) interpretatur aduerſarius. Quo nomine appellatus eſt diabolus, quòd Chriſti aduerſarius ſit.

Sătĭābĭlĭs, le. om. t. qui ſatiari poteſt facile, (κορεστός,) cuius cõtrariũ eſt inſatiabilis, ἀκόρεστος.

Sătĭĕtās, atis. f. t. plerunꝙ pro faſtidio ſumitur, (κόρος) Dicitur & ſatias, pro ſatietas. Salluſt. Frumentiꝙ ex inopia graui ſatias facta.

Sătĭn, aduerb. pro ſatis ne. Terent. in Andria, Satin' ſanus es?

Sătĭo, as. a. p. κορέω, κορέννυμι, χορτάζω) à ſat deduci uidetur, & à ſaturo ita differt, ut ſatiare ad animum, ſaturare magis ad corpus pertineat, & plus ſunt quàm explere. Hinc componitur Exatio.

Sătĭs, (ἅλις, ἱκανῶς) aduerb. & per apocopen ſat, ſignificat abunde, quantum opus eſt, genitiuũ regit. Aliquando ponitur loco nominis, ut, Satis eloquentiæ habeo. Et cum ſatis ſignificet quantitatem, ſatius tamẽ, (κρεῖττον) comparatiuam qualitatem denotat, quia deriuatiuum non ſemper ſeruat ſenſum primitiui. Verg. Nonne fuit ſatius triſteis Amaryllidis iras Atque ſuperba pati faſtidia? id eſt melius. Iungitur quoꝙ cum ſuper, & dicimus, ſatis ſuperꝙ.

Sătĭsăccĭpĕrĕ, act. t. eſt prædem accipere, uel ab aliquo ſibi cauere, (δὴ ἐγγυᾶν, ἱκανὸν λαμβάνειν.) Et ſic uidetur, uelut fundamentum, habere ſatisdationem, quæ cum præcedat, in ea acqueſcit, qui ſatiſaccipit. Unde & ſatiſacceptio, quæ eſt (ut Pomponius inquit) ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoꝙ ab eo accipiantur, id eſt qui idem promittant.

Sătĭſdō, as. n. p. ſignificat fideiubeo, promitto per uadem, ſiue fidem meam pignori do, & re ipſa certifico (συγγράφομαι, κατεγγυῶμαι) Cic. Sulpitio, Primum ut ſi quid tibi ſatisdandum erit, amplius eo nomine nõ peti, cures ut ſatis detur fide mea. Caius, Satiſdare aduerſario noſtro eſt, aliquem dare, qui pro eo quod à nobis petitur, ita cauet, cum hoc nomine ſecurum futaciamus. Hinc ſatiſdatum. ti. Ci. Att. lib. 16.

Sătĭsfăcĭo, cis. a. t. quod debeo ſoluo, ἱκανοποιῶ. Item meæ exiſtimationi, aliorumꝙ de me opinioni reſpondeo. Aſconius, Satisfactio, inquit, eſt, tantum facio, quantum ſatis ſit irato ad uindictam.

Sătĭsprăſto, as. n. p. idem eſt quod ſatiſdo.

Sătĭŭs, uide Satis.

Sătĭuŭs, a. um. quod ſeminatur, uel quod idoneum eſt, ut ſeminetur, ἥμερος σπόριμος.

Sătŏr, oris. m. t. ſeminator. Cice. de Natu. Omnium rerum ſator & ſeminator mundus eſt.

Sătrăpă, uel ſatrapes, pæ. m. p. pen. cor. dictio Perſica, & apud nos ſignificat præfectũ.

Sătullo,

Sătŭllo,as.a.p.idē quod ſaturo, (χορτάζω)Var. Neq; in puluere mihi coquam carnes, quibus ſatullem corpora,& famem uentris, Nonius.

Satum,ti.n.ſ.genus menſuræ Palæſtinæ,quæ capit ſeſquimodium.

Sătŭr,ra. rum. (ἔμπλεως,χορτασθείς)quod eſt cibo plenum.Terentius in Hecyra,Sed tu cum ſatura atq; ebria eris,puer ut ſit ſatur facito. Sumitur interdū pro fœcūdo & abundante. » Perſius,Nec rus ſaturum laudare.

Sătŭr color, id eſt plenus, uehemens, & quem uulgus noſtrum oneratum uocat. Plin. li.37. cap.10. Ion apud Indos uiolacea eſt,ſed rarò ſaturo colore lucet.

Sătŭrĭo,onis.maſc. t.idem quod ſatur. Plau.in Perſa,Nam eſurio uenio,non ſaturio.

Sătŭrēiă,æ.f.p.(θύμβρα)herba fragrantis odoris,quæ & cunila dicitur, & origanum heracleoticum:à ſaturo dicta. Alij thymbram uocant.Venerem emortuam ſuſcitat in cibis ſumpta.Vnde ſatyri in uenerem proni & ſalaces. Plin.lib.19.cap.8.Dioſc.lib.3.cap.43.

Sătŭrĭtās,uide Saturo.

Sătŭro,as.a.p. pen. cor. ſicut ſatio capitur, & ſimiliter ad omnes ſenſus pertinet, χορτάζω. Nonius,Expleri & ſaturari hanc habent differentiam: Expleri eſt tantummodo plenum eſſe,ſaturari ſupra modum. Cuius cōpoſita, Exaturo, quod eſt perfectè ſaturo. Obſaturo,de quo alibi. Hinc ſaturitas, (πλησμονὴ, κόρος) pro ſatietate. Plautus in Capt. Proin tu Deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi. Quandoq; pro fœcūditate. Cic.in Cat.

Sătŭs,a.um.ἐσπαρμένος, à ſero, ris. pro ſemino. Vnde etiam à Vergilio ponitur pro genitus, » lib.2.Aeneid. At non ille, ſatum quo te mentiris Achilles.

Sătŭs, us. m. q. & ſatio, onis. f. t. (σπορὰ)ipſum ſerendi actum denotant. Verg.1. Georg. Vere fabis ſatio. Quandoq; etiam ſatus,ſemen dicitur. Cicero 2. Tuſcul. Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus uirtutum accipiendos.

Sătўra,ræ.p.f.(σατύρα)pen.cor.quaſi ſatura dici uidetur, ob carminis uarietatem,ſeu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. Eſt enim ſatyra carmen maledicum,& ad carpenda uitia compoſitum. Accepit & id carminis hunc titulum,quòd perſonis factiſq; ſatiatum abundare uideatur. Var. à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictā ſatyram eſſe ſcribit. Duo ſatyrarum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius, quod ſola carminum uarietate cōſtabat: alterum recentius, apertam hominum reprehenſionem continens,& acrem uitiorum obiurgationem. Hinc ſatyrus, & ſatyricus, quod ad ſatyram pertinet,aut pro eo qui ſatyram ſcripſit.

Sătўrĭa,riæ.f.p. auis, (σατύριον) aliàs coruus. Satyria, etiam apud Latinos cibarium confuſaneum dicitur, ueluti cibus ex uarijs rebus compoſitus.

Sătўrĭăsĭs,f.t.(σατυρίασις)pulſus teſtium, & ueluti ſingultus quidam inguinis,ſequens inflammatam quandam paſsionem ſeminalis receptaculi,cum intentione & tentigine.

Sătўrĭcē,(σατυρικῶς)aduerb. ſignificat acriter, cum conuitio.

Sătўrĭōn, (σατύριον)herba folijs lilij rubri aliquantò minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus,caule leui,cubitali modo, radice gemina. Latinè uulpis teſticulus uel leporina.uide Plin.lib.26.cap.10.

Săucio,cis.a.q.uulnero.(κατατραυματίζω)Cicero 3. Verr. Ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Hinc fit compoſitum Conſaucio.

Săucĭŭs,a.um.(τραυματίας)nomen quod naſcitur è participio ſauciatus.Et eſt ſaucius,uul» neratus.Verg.Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus. Et non ſolum de uulnere,ſed etiam de labore dicitur, quaſi feſſus. Saucius inguinum,pro inguinibus,ſicut præſtans animi, quaſi habens inguina tumentia.

Săuĭŏr,aris.d.p. (φιλῶ)uide in dict. Diſſauior.

Săură,ræ.f.p.(σαῦρα) lacerta, quæ in macerijs, & in ſepibus diu deliteſcit.

Săurĭtēs(σαυρίτης)gēmæ ſpecies,quæ in uētre uiridis lacertæ traditur inueniri.Pli.li.37.ca.10.

Săxătĭlĭs.& hoc le.om.t.(πετραῖος) penultima correpta,quod ſaxa incolit:ut piſcis ſaxatilis, ſaxatiles aues. Et ſaxatile dicitur uernacula lingua,deſaſsi. Plau.in Rud.Piſcatū hamatilem,ſaxatilemq; aggredimur.

Săxētŭm,ti.n.ſ.locus ſaxoſus & petricoſus.Cic. pro lege Agrar.Hinc ſaxetanus,adiectiuum, quod

quod inter ſaxa habitat.

Săxōſŭs, a. um. ſaxoſum copiam ſignificat, (πετρώδης) ut ſaxoſa uia.

Săxŭlŭm, diminuti. (λιθίσκος.) Cic. lib. 1. de Oratore. Illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam.

Săxŭm, xi. n. ſ. (λίθος) maius, aſperius, duriusq́ quàm lapis, licet quandoq; ſaxum pro lapide ponatur. Hinc ſaxeus, a. um. (λίθινος) quod è ſaxo eſt.

Săxifrăgŭm, gi. n. ſ. uel Saxifraga, gæ. f. p. uel Saxifragia, æ, herba, à frangendis in corpore calculis appellata: uel quòd in locis ſaxoſis cũ enaſcatur, ſaxa ipſa frangat, dum creſcit.

S ANTE C.

Scăbellŭm, li. n. ſ. diminutiuum, ſignificat paruum ſcamnum. Nonnunquam ponitur pro ſuppedaneo. Græcis ὑποπόδιον.

Scăbĕr, bra. brum. quod aſperum eſt, (τραχύς.) è ſcabie deducitur, quòd ſcabies inducat aſperitatem ipſi cuti. Hinc ungues & dentes dicuntur ſcabri, qui ſordidi ſunt, etiamſi non ſint aſperi tactu. Et ſcabrum pecus, pro ſcabioſo. Hinc quoque ſcabrè, aduerb. aſperè. & ſcabratus adiect. & ſcabroſus, plenus ſcabritia. Plin. lib. 20. cap. 11. Hippolapathi radices priuatim ungues ſcabroſos detrahũt.

Scăbiēs, ei. f. quin. (ψώρα) à ſcabo, ſiue à corporis aſperitate dicta eſt, quæ (ut Celſus ſcribit) eſt durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. A ſcabie fit ſcabioſus, a. um. (ψωραλέος) qui ſcabie laborat.

Scăbilĕ, lis. neut. gen. t. idem quod ſcabellum. Cato cap. 10. Scamnum in cubiculo unum, ſcabilia tria, ſellas quatuor.

Scăbo, is. ſcabi, ſcabitum, a. t. ſignificat ſcalpo, conforo, & quaſi unguibus fodio (κνάω, κνίζω.) Plin. lib. 8. cap. 27. Si uerò ſquamæ obtorpuere, ſpinis iuniperi ſe ſcabit.

Scabrēdo, inis. f. t. aſperitas, quando caro contrahitur, & fit rugoſa, (τραχύτης.) Hieron.

Scabritiă, æ. f. p. & ſcabrities, aſperitas. unde Plinius unguium ſcabritiam dixit.

Scabro, onis. m. t. uermis, qui naſcitur de carnibus equorum putridis.

Scænă, næ. f. p. eſt inumbratio, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, quæ quidem (ut docet Seru.) à ruſticis primũ inumbrationis cauſa cõperta fuit. unde à quibuſdã tabernaculũ ſiue papilio fuit traductũ. Vnde & σκηνοπηγία tabernaculorũ feſta. Sed cũ in urbes deducta fuit ſcæna, redactũ eſt nomen ad eam partem theatri, quæ ab uno eius nu, ad aliud dicebatur. Placidus grammaticus ſcribit ſcænam eſſe camerã hinc inde compoſitam, quæ in umbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item ſcænam dici arborum in ſe cubantium quaſi concameratam denſationem, ut ſubterpoſitos tegere poſsit. Item ſcænam uocari compoſitionem alicuius criminis, quæ digna ſit agi in theatro exclamationibus tragicis. Scæna ſic definitur à Labeone, de his qui notantur infam. l. quod ait, quæ ſit ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco ubi quis conſiſtat, moueaturq́, ſpectaculum ſui præbiturus.

Scænĭcŭs, a. um. quod ad ſcænã pertinet, (σκηνικός) ut ſcænici ludi. Scænicus uerò abſoluto uocabulo, Hiſtrio dicitur, qui in ſcæna agit.

Scænĭfāctōrĭŭs, ria. rium. (σκηνοποιητικός) ut, Ars ſcænifactoria, qua fiunt umbracula uel tabernacula, quæcunq; re fiant, uel funes.

Scænōmă, matis. n. t. ſignificat tabernaculum, ſeu ſacculum, σκήνωμα.

Scænŏpēgĭă, orum, (σκηνοπηγία) n. t. feſta tabernaculorum, in quibus Iudæi faciebant tabernacula, ad ſimilitudinem tabernaculorum in quibus habitauerunt. ab σκῆνος & πήγνυμι

Scæuă, uæ. f. p. ſiniſtra. Item ſcæuæ, (σκαιοί) qui ſiniſtra manu utuntur pro dextra.

Scālă, æ. f. p. & Scālæ, arum. (κλίμαξ, κατῆλιψ) utroque modo dicitur, à ſcandendo, quòd his altiora ſcandamus. Nam propriè ſcalæ ſunt, quæ ex pluribus gradibus conſtant.

Scālmŭs, mi. m. ſ. (σκαλμός) lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant ad nauigandum, ut firmius nauigent. Vel eſt labrum nauis, ubi remi adnexi ſunt, à quo interſcalmia, ſpacia inter remiges dicta ſunt.

Scālpellŭs, li. m. ſ. & ſcalpellũ, n. ſ. diminut. ſunt, (ἐγκοπεύς, κολαπτήρ) uide in dicti. Scalprum.

Scālpo, is. pſi. ptum. a. t. fodio, & unguibus pruritum aufero, (κολάπτω, κνίζω.) Scalpunt enim homines unguibus, & gallinæ pedibus.

Scālprŭm, pri. n. ſ. & ſcalper, & diminutiuè ſcalpellum, & ſcalpellus, ferrum quo aptatur corium, &

rium, & quo raditur, (κολαπτήρ.) Vtūtur autē eo inſtrumento diuerſi artifices. Liuius Fabrile ſcalprum appellat, quo magiſtri elephantos interimebant. Cornel. Celſus ſcalprum inter ferramenta chirurgica numerat. Hinc ſcalpratus, adiect. Columel. lib. 9. cap. 15. ferramentum ſcalpratū dixit, ad ſimilitudinem ſcalpri formatum.

Scālptŏr, oris. m. t. qui ſcalpit, (κολάπτης.) Plin. li. 37. Expetūtur à ſcalptoribus, ferroq́; includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes.

Scālptūră, ræ. f. p. ſcalpendi actio, (γλυφή.) Diomedes Grammaticus ſcalpturam dici probat, non ſculpturam: Scalpta, inquit, gemma dicendum eſt, non ſculpta, quoniam adiecta præpoſitione facit inſculpta.

Scālptūrātŭs, adiect. ut pauimentum ſcalpturatum, (διαποίκιλον) quod & uermiculatum dicitur, & nos Moſaicum dicere ſolemus. In his pauimentis picturæ radendo fiebant, quo modo nunc ſcalpturata albaria in exteriore parte parietum ac murorum fiūt. Alij uolunt ſcalpturatum pauimentum eſſe, quod ſcalpturis uariorum lapidum, & quibuſdam ueluti imbricibus compoſitum eſt ad ornatum.

Scālptūrio, is. iui. itum. n. q. idem quod ſcalpo, (κατακνάω) quod propriū eſt galli gallinacei, cum terrā ſcalpit. Alij ſcalpurio dicunt ſine t.

Scāmnūm, ni. n. ſ. (βάθρον) eſt quod lecto ueluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius aſcendatur. Varro ſcribit ſcamnum eſſe, quo duplici gradu lectum altiorem conſcendebant: ſcabellum, quo ſimplici ſcanſione in lectum non altum ſcandebant. Et ſcamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos ſulcos in colendo relinquitur. Et Colum. lib. 2. cap. 2. uocat ſcamnum crudum, ſolum immotum, minimeq́; aratro proſciſſum. Quoniam uerò in his ſedere conſueuimus, factum eſt, ut ſcamnum & ſcabellum ſæpe pro ſubſellijs uſurpentur. Ouid. li. 1. Faſt. Ante focos olim ſcamnis conſidere lōgis Mos erat. Scamma etiam in arboribus dicuntur rami & brachia, per quæ uites aſcendunt. Plin. lib. 12. cap. 1.

Scāmmōnĕā, neæ. uel Scammonia, niæ. f. p. uel Scammonium, nij. n. ſ. (σκαμμωνία) frutex uel herba, cuius ſuccus ualet ad medicinas. Quidam tamen ſcammoniam fœm. gen. pro herba, ſcammonium autē neutri generis pro ſucco radicis ponunt. uide Plin. lib. 24. cap. 15.

Scāndălĭdēs, palmæ ſpecies, à ſimilitudine ſcandalarum dictæ. Vide Sandalides.

Scāndălūm, li. n. ſ. (σκάνδαλον, πρόσκομμα) eſt quod nos offendiculum uel ruinam, uel impactionem poſſumus dicere. Hinc ſcandalizo, zas, quod eſt alicui ſcandalum præbeo, aliquem offendo.

Scāndĭānŭs, adiect. a. um. Vt ſcandiana mala. Col. lib. 5. cap. 10. Vide Scantiana.

Scāndix (σκάνδιξ) herba, quæ in olere ſylueſtris à Græcis ponitur. Plin. lib. 21. cap. 15.

Scāndo, dis. di. ſum. in altum uado, βαίνω. Hinc ſcalæ dictæ ſunt per quas in altū aſcendimus. Scandere in ſubrectum, dixit Plin. lib. 10. cap. 18. eſt felium modo aſcendere. Huius compoſita ſunt, aſcendo, (ἀναβαίνω) quod eſt furſum ſcando: cuius contrarium eſt, Deſcendo, (καταβαίνω) deorſum ſcando. Cōſcendo, (ἐπιβαίνω) ſimul ſurſum ſcando. Inſcendo, (ἐμβαίνω) ſicut eius ſimplex. Superſcando, (ὑπερβαίνω) Tranſcendo, (διαβαίνω.) Lactant. lib. 2. per translation. dixit, Dum dedit ei certa mandata, quæ ſi obſeruaſſet, immortalis maneret, ſi tranſcendiſſet, morte afficeretur.

Scāndŭlācă, cæ. f. p. herba, à ſcandendo, frugibus inimica, quòd eas uelut hedera implicans necat. Nos conuolutum appellamus.

Scāndŭlæ, f. p. paruæ tabellæ, hoc eſt in paruas laminas ſciſſæ è ligno, quibus tecta teguntur. Fiunt autem ex robore, abiete & picea fiſſis, uel aſſulatim defectis. Inde tectum ſcādulare, pars domicilij, pars ſuperior, quod ſcandulis communitum eſt, & quod ſcalis ſcandimus.

Scānſĭlĭs, le. om. t. pen. cor. dicitur per quod facilè aſcenditur. ἀναβατόν. Plin. lib. 17. cap. 11. Ficumq́; ſic etiam ſcanſilem fieri. Scanſilis annorum lex, à Plinio lib. 8. cap. 40. dicitur, per quam ad ætatem ueluti quibuſdam annorum gradibus aſcendimus.

Scāntĭānă, n. ſ. poma ſunt, quæ Cato tradit in dolijs optime condi. Vide Scandiana.

Scăphă, æ. f. p. (σκάφη) nauicula ex ligno cauato, ab σκάπτω fodio, cauo. Vnde & σκαφή, à multis foſſura, alueus, lynter traducitur, quæ maiorē nauē ſequitur. Et paruæ ad piſcādum naues, ſcalphæ dicuntur. Hinc ſcaphiarius.

Scăphiŭm,phij.n.ſ.(σκαφῖον)uas concauum,in quo cacare & meiere conſueuerunt,dictum à ſimilitudine ſcaphæ nauis.Latini matulam uocant. Erat & ſcaphium uas æneũ,in quo ſtyli in medio ſui proceritas,horarũ ductus diſcriminabat. Plutar. in Numa ſcaphium appellat, quo ignis ſacer extinctus, Solis tantum radijs accendebatur. Videtur & ſcaphium à Plauto in Sticho poni pro uaſe potorio.

Scăpĭlĭŭm,lij.n.ſ.(νῶτον)Veteres pro tergo uſurparunt, & aliquando pro ipſa ſcapula.Vnde & ſpacium, quod inter ſcapulas quaſi uallecula eſt,interſcapilium dicitur.

Scăpŭlæ, ſ.p. ὠμοπλάται, humeri ſiue dorſa, à ſcandendo.

Scăpŭlārēs, m.t.ſerui dicti ſunt, quia ſcapulis cæduntur.

Scăpŭlāris ueſtis, (ἐξωμὶς) quæ tantum ſcapulas tegit.

Scăpŭs,pi.m.ſ.dicitur id in quo ſemina quarundam herbarum dependent,ut in papauere.In papauere & ſimilibus ſcapus:in arundinibus, in glandibus, in auellanis pannicula appellatur. Et ſcapi in quibus uuarum grana ſunt. Var.li.2.de re Ruſt.Vide infra ſcopi.Scapus Latinis nominatur caulis herbarum,ſi in ſtyli modum ſurſum prorepat,aut in altũ feratur.

Scărăbēŭs,bei.m.ſ.(κάνθαρος)animal paruũ uolatile, uulgò ſcarauatius dicitur. Vide Plin. lib.11.cap.29. Aliqui penultimam per æ diphthongum ſcribunt. Eraſmus in Chiliadibus: Mel citius faciet ſcarabæus,& ante culex lac.

Scărĭfĭco, cas. a.p. (ἐπιγράφω,ἐπιξύω) ſcapello aperio,quo aliquid facilius exeat.Vnde ſcarificatio dicitur,quando apertio fit tenui uulnere,ut ſanguis emittatur.Scarificare dolorem, ſignificat ſcarificando dolorem expellere.

Scărītēs,(σκαρίτης) gemma eſt, quæ ſcari piſcis coloris eſt,ut ait Plin.lib.37.cap.11.

Scărŭs, ri.m.ſ. (σκάρος) piſcis, qui ſolus piſcium dicitur ruminare, herbisq́ paſci, quo Carpathium pelagus abundat. Plini. libro 32.cap.2.

Scătebræ,ſ.p. pen.corr.ebullitiones aquæ ſurgentis. (βλυσμὸς.) Vergil. lib.1. Georg. Scatebrisq́ arentia temperat arua.Sic ſcaturies, & ſcaturigo.

Scătērĕ, n.ſ. ἀναδίδωσι,ἀναβλύζειν,ἀναβράζειν) ſignificat emanere,erumpere, ebullire,& ita plenum eſſe,ut exiliat quod continetur.

Scătūrigo, ginis.ſ.t. (βρασμὸς) pen. prod.idem quod ſcatebra. Hinc Scaturiginoſus, adiect. Colum.lib.5.cap.8.Creta ex toto repudianda eſt,magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper uligo conſiſtit.

Scătūrio,ris.n.q.(βλύζω) pen.prod.pro ſuo primitiuo ponitur,quod eſt non ſolum aquarum, ſed herbarum,& cæterorum ſua ſponte ubertim naſcentium.

Scāuri,m.ſ.(σκαῦροι) dicti ſunt, qui talos pedũ tumentes ac porrectos habent,uel quibus pedes inflexo talo tardigradi ſunt.

Scāzōntēs (σκάζοντες) uerſus uocantur delumbes, ſiue claudi, ἀπὸ τοῦ σκάζειν, quod ſignificat claudicare.

Scĕlĕrātŭs,a.um.(κατάρατος,μιαρὸς)ita diſtingui ſolet à ſceleroſo,ut ſceleroſus ſit autor ſceleris: ſceleratus,in quo ſit ſcelus conſtitutum aut commiſſum. Significat aliquando ſceleratus ſceleſtum & nefarium.Cic.ad Att.Ego hunc impurum, & ſceleratum puto. Hinc Scelerate aduerb. Sceleratus campus,Romæ appellatus eſt, in quo uirgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant,defodiebantur. Aliquando tamen ſceleratus ponitur pro nocente,& ad inanimata transfertur.Verg. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt.

Scĕlĕro,ras.polluo,(μιαίνω) Verg. Parce pias ſcelerare manus. Hinc ſceleratus,ta.tum.

Scĕlŭs, leris. n.t. flagitium, facinus, (μοχθηρία, κακούργημα.) Ponitur aliquando ſcelus pro ſcelerato.Plaut.In Amph.Ego tibi iſtam ſceleſtam ſcelus linguam abſcindam.Hinc ſceleſtus, (ἀνόσιος) qui ſcelus committit. Et ſceleſte,aduerbium.

Scēpārnŏn,(σκέπαρνον)aſcia,tegmen etiam dicitur ſceparnon.

Scēptĭcŭs, ci. m.ſ. (σκεπτικὸς) nomen eſt hæreſeos,cuiuſmodi fuere Pyrrhonis & Herilli.

Scēptrŭm,tri. n.ſ. (σκῆπτρον) ſcipio erat, quem rex geſtabat auratũ & eburatũ: ab innitendo dictum,hoc eſt ἀπὸ τοῦ σκηρίπτεσθαι,uel σκήπτεσθαι.

Schĕdă,dæ.f.p.(σχέδη) tabella ſiue pagella philyracea,hoc eſt tiliacea, qua pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius & Aelian.aſſerũt. Accipitur quandoq́ pro folio chartæ,ſiue papyri

pyri nondum compactæ & ligatæ, quod & σχεδίαν Græco uocabulo nuncupamus. Quidam detracta aſpiratione ſcedam ſcribunt. & pro libris, monumentisq́ literarum ſchedæ quandoq; accipiuntur. Mart. lib. 4.

Schĕdĭă, diæ. f. p. (σχεδία) nauigij genus inconditum, & trabibus tantum inter ſe connexis factum, quales ſunt rates. Schedicus, a. um. Apuleius in Deo Socratis, In iſto ſchedico & incondito experimini, an idem ſim repentinus qui præparatus.

Schĕdŭlă, diminutiuum à ſcheda, σχεδίον.

Schēmă, n. t. & Schematū, ti. n. ſ. & Schema, mæ. f. p. (σχῆμα) forma, figura, ſiue cultus, ornatus ue Latinè dicitur, quia per hoc quodammodo ueſtitur, et ornatur oratio. Quint. lib. 9 cap. 1. Schema propriè dicitur, quod eſt à ſimplici, ac in promptu dicendi poſito modo poëticè uel oratoriè mutatum. Priſci Latini abſque aſpiratione pronunciabant, & declinatione prima.

Schiſmă, atis. n. t. (σχίσμα) Latinè ſciſſura: ab σχίζω, quod eſt ſcindo. Hinc diuiſionem Eccleſiæ, ſchiſma dicimus.

Schiſtŏn, (σχιστὸν) una ſpecies eſt lactis, quaſi diuiſum, ἀπὸ τοῦ σχίζειν, quod diuidere eſt. uide Plin. lib. 18. cap. 9.

Schœnŏbătēs, tis. m. t. (σχοινοβάτης) pen. cor. qui per funes ludendo graditur. σχοῖνος funis dicitur, & βαίνω aſcendo, quaſi funambulus. Hi à Firmico dicuntur Neurobatæ, funeropœi, & funepœi ab Apuleio, funambuli ab omnibus. Hinc Schœnobaticus, adiectiuum, quod ad ſchœnobatem pertinet.

Schœ̆nŏs, ni. m. ſ. (σχοῖνος) Latinè funis & iuncus. Plaut. in Rud.

Schŏlă, læ. f. p. (σχολὴ) literarium ludum ſignificat, à uerbo Græco σχολάζω, quod eſt uaco, quia cæteris rebus omiſsis uacare liberalibus ſtudijs pueri debent. Erat etiā in balneis pars labri, ſiue aluei, à præſtolando (ut quidam arbitrantur) dicta. Erat & locus in porticibus authore Plinio.

Schŏlāris, & re, om. t. (σχολαστικὸς) quod ad ſcholam pertinet. Hieronym. ad Damaſc. Nec aures Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mulcendæ.

Schŏlăſtĭcŭs, ca. cum. idem quod ſcholaris, σχολαστικός. Unde Scholaſtica diſciplina: & Scholaſticos uocamus diſcipulos, qui diſcendi gratia ſcholas frequētant. Ponitur quādoq; ſcholaſticus pro declamatore ſolum in fictis cauſis, & otioſis uerſato, non in ueris litibus.

Schŏlĭŭm, lij. n. ſ. interpretatio breuior, breue ſcriptum.

Sciēns, entis. om. t. aliquando ſignificat peritum & intelligentem. Unde & ſcienter, id eſt intelligenter, aut cum arte & peritia. Aliquando ſignificat eum, qui conſiliū captū habet, ut ſciens fecit, hoc eſt prudens, de induſtria, data opera. His oponitur Inſciens, & inſcienter.

Sciēntĭă, (ἐπιστήμη) à participio Sciens fit. Eſt aūt ſciētia, qua aliquid ſcitur, ſiue eſt alicuius rei cognitio. Huius contrariū eſt Inſcientia, (ἀνεπιστημοσύνη) Hæc etiam inſcitia dicitur.

Scĭlĭcĕt, (δῆλον, ἀμέλει, δηλαδὴ) aduer. ſignificat quaſi ſcire licet, certè, nam, enim, nimirum, nempe, uel quippe. Sumitur etiam ironicè, ut cum pronunciatur cum quadam acerbitate, nam tum negat quod dicitur. Cic. Scilicet id agitur. Quaſi dicat non agitur.

Scillă, læ. f. p. (σκίλλα) ſtirpis ſpecies eſt, quæ naſcitur ex ſolo raro, proceditq; infernè dilatando ſe. Rurſus ſcilla genus cepæ. Colu. lib. 6. Hinc Scilliticus, adiect. & Scillinus, quod ex ſcilla factum eſt. Ut ſcilliticum, aut ſcillinum acetum Plin. dixit. Scillinū acetum dicitur in quo ſcillarū bulbi ad medicamentū infuſi ſint.

Scincŭs, ci. m. ſ. (σκίγκος) genus crocodili in Nilo nati, præcipuū cōtra omnia uenena antidotū.

Scindo, is. di. ſſum. per duplex ſſ. a. t. ſignificat findo, frango, diuido, (τέμνω.) Scindo ſententiam, eſt mutare. Scindere penulam, uide Chiliadas Eraſmi. Scindi olim in præterito habuit. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſcindo, Conſcindo, Diſcindo, (διατέμνω) uariè ſcindo. Interſcindo, (διακόπτω) per medium ſcindo. Proſcindo, ualde, uel ulterà, uel ſubtus ſcindo. Reſcindo, de quibus alibi.

Scimpŏdă, dæ. f. p. (σκίμποδα) pen. cor. Græci dicunt ſcabellum & grabatū. Eius diminutiuū σκιμπόδιον. Gell. lib. 18. Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Græcienſi.

Scintillă, læ. f. p. (σπινθὴρ.) uide in Fauilla. Hinc Scintillula, diminutiuum. Cic. 5. De finibus, Virtutum quaſi ſcintillulas uidemus, & c.

Scintillo,

Scintillo, as.n.p.ſplendeo,mico, & ueluti ſcintillas quaſdam emitto,σπινθηρίζω.Plau.in Menaech Vt oculi ſcintillant,uide.

Scio,is.iui.itum.n.q. (οἶδα, γινώσκω, ἐπίσαμαι) futuro,ſciam & ſcibo. Terent.in Adelphis, Hinc ſcibo iam ubi ſiet. Et propriè ſcire eſt, rem per cauſam cognoſcere.Huius compoſita ſunt, Aſſcio, Abſcio,Conſcio,Deſcio,Neſcio, Præſcio,& Reſcio,à quibus Aſciſco,Conſciſco,Deſciſco,Præſciſco & Reſciſco.

Sciolus,li.m.ſ.diminutiuum eſt,& ſumitur pro aliquantulum docto.

Sciomantia,tiæ.f.p.diuinatio,quæ fit aqua, uel umbra,(σκιομαντία.)

Scirpicula,& Scirpea,& Scirpus.uide Sirpus.

Scirron,(σκίῤῥον)eſt illud quod gignitur in uentre uiri, hoc ſplenis, hepatisq́ uitio exuberat, præſertim in hydropicis.

Sciſco,is.a.t.unde & Sciſcito,as.& Sciſcitor deponens.(πυνθάνομαι)quæ duo idem ſignificãt quod ſcitor. Plau.in Merc.Imò mane, paucula etiam ſciſcitari prius uolo.Sciſcito tamen, apud antiquos ſignificat ſententiam dico.Sciſcere uerò,eſt ſcire.Aliquando etiam ponitur pro ſtatuere,decernere, ſancire, edicere, χειροτονεῖν.)

Sciſſilis, hic & hæc,& hoc le.genitiuo is. pen. cor. quod ſcindi poteſt, (τμητὸν , χιστόν .)Vt ſciſſile alumen,apud Celſum lib.6.cap.11.

Sciſsio, onis.f.t.Sciſſura,ræ.f.p.& Sciſſus,ſus. m.q.(τμῆσις,χίσις)idem ſignificant.Var.Sciſſu materiæ fatigatus quieſcebat lectulo.

Scitamenta,n.ſ.(ἡδύσματα)ſunt edulia,ex eo dicta , quòd ſciti ſaporis ſint, hoc eſt egregij & præcellentis.Macrob. lib.ult. Satur. Gell. lib. 18.ca.8.per translationẽ poſuit pro exornationibus orationis , quæ in collocandis uerbis(ſi immodicè uſurpentur) non carent reprehenſione,(κομψεύματα,ἀκιδάλματα.)

Scitè,(ἐπιστημόνως)aduerb.ſignificat doctè artificioſeq́, ſeu cum bona ſcientia , uel cum bona ratione.Columel.lib.4.contrarium poſuit. Nam id plurimum refert inſcitè non facere.

Scitor,aris.d.p.(πολυπραγμονέω,ἔρομαι)interrogo,ſeu inueſtigo,quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Sed in raro uſu eſt,niſi apud poëtas.

Scitum,ti.n.ſ.ſubſt.(ψήφισμα) ſignifi. decretũ, ſancitũ,iuſſum.Hinc Plebiſcitũ,plebis ſtatutũ.

Scitus,ta.tum. σοφὸς. dicitur qui ſciens, & argutus eſt,& uulgò dicitur ſaputus.unde Scitæ Platonis interrogationes dicũtur aſtutæ & uafræ , & magna arte compoſitæ. Interdum ſcitus dicitur elegans, formoſus , ὡραῖος.Ter. in Andria , Scitus puer natus eſt Pamphilo. Huic contrarium eſt Inſcitus , penult. prod. quod modò pro ignorante & imprudẽte ponitur,ut apud Teren.in Hecyr.Nam ſi id nunc facis,factura ue es,bonas quod par eſt,facere, inſcitum . Hinc Scitulus , diminut. Plaut. in Rud. Atq; ambas forma ſcitula atq; ætatula.

Sciurus, ri. m. ſ.σκίουρος. animal quod caudam pro tecto atq; umbra,cum eſt ſub dio, habet. ἀπὸ σκιᾶς τῆς οὐρᾶς,id eſt ab umbra caudæ. uide Plin.lib.8.cap.38.

Scius,ij.m.ſ. ἐπιστήμων.qui ſcit, à quo Conſcius, Inſcius,Neſcius & Præſcius.

Sclopus,pi.m.ſ.ſonus eſt factitius,qui ex inflatione buccarum rumpit.Perſius,Nec ſclopo tumidas intendens rumpere buccas.

Scobina,næ.f.p.pen.prod.limatura, quæ etiam ſcobs dicitur .ῥίνημα.Plin.lib.11.cap.37. Nouiſsima aſperitas,ut ſcobina ferri.Inde Deſcobinatus,ἀπεῤῥινημένος. pro ſaucio,abraſo & deſecto.Sunt etiam, qui ſcobinam dicãt inſtrumentũ fabrile,quo arcus præcipuè leuigantur.

Scobs,bis.f.t.uel hic ſcobis,ſecundum Phocam, & eſt id quod ab aliqua materia minutiſsimũ decidit , dum uel per ſerram ſecatur , uel terebra perforatur. κόνημα,πρίσμα.

Scolecia. ciæ. f. p. genus æruginis à ſpecie uermiculorum.Diosc.lib.5.cap.81.

Scolopendra,dæ.f.p..σκολόπενδρα. animal è uermibus terræ,philoſum,multis pedibus arcuatim repens,tractuq; cõtrahens ſe,quod ab alijs multipeda, ab alijs cẽtipeda,ab alijs millipeda dicitur. Eſt & piſcis,de quo Plin.lib.9.ca.43.

Scolymos. σκόλυμος. herba ſpinoſa, quã Pli.lib. 22.ca.22.ſcolymũ uocat,Theod.carduũ uertit. Eſt enim re uera carduus ſatiuus, quẽ uulgus articollũ uocat.alio nomine ſtrobylus dicitur.

Scombrus,bri.m.ſ.σκόμβρος.piſcis marini genus, cui in aquis ſulphureus color eſt, extra aquam qui cæteris.Scombrorum tanta multitudo in freto Hiſpano eſt , ut inſula ad Carthaginem nouam ſpectans à ſcombis Scombria ſit nominata.uide Plin.lib.9.cap.15.

Scōmmă,atis.n.t.(σκῶμμα)Latinè cauillū. Nā (ut Macrob.inquit lib.7.Satur.ca.3.)eſt morſus figuratus,qui ſæpe fraude,uel urbanitate tegitur,ut aliud ſonet,aliud intelligat,nec tamen ſemper ad amaritudinē pergit. Lœdoria uerò,exprobratio eſt,ac directa contumelia.

Scōpæ,f.p.(σάρωθρον, κόρημα)inſtrumentū quo pauimenta uerruntur.Dictæ ſcopæ, quaſi ſcobæ,quòd his purgamenta ueluti ſcobem eduximus.Scopas diſſoluere, & ſcopæ diſſolutæ. uide Chiliades Eraſmi. Huius diminutiuum eſt ſcopula.

Scōpārĭi,(οἱ σάροντες)dicūtur miniſtri,quorum miniſterium eſt, ut ſcopis deuerrant pauimenta ſordentia.

Scopei,m.ſ.homuli parui,qui ab aliquibus ſtilpones uocantur.uide infra.

Scōpĕs,(σκῶπες)ut author eſt Home.aues ſunt.

Scōptŭlă operta,latos humeros quidam uocant, alij oſſa humeraria.Vide Celſum lib.8.cap.1.

Scōpŭs,pi.m.ſ.& diminutiuè Scopulus.(σκοπὸς, σκόπελος,)ſaxū eminens,à ſpeculando dictus, σκοπεῖν enim ſpeculari eſt. Vnde Græci σκοπὸν dicunt locum, in quem ſagittando tela diriguntur. Scopus metaphoricè ponitur pro eo,quò mens, & propoſitum noſtrum dirigitur. Poteſt etiam dici ſcopulus(ut inquit Seruius)à tegumento nauium,(ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν.) Scopi etiam dicuntur uuæ, cum fuerint calcatæ,& folliculi cortices.Vide Scapus.

Scōpŭlōsŭs, a. um. adiect.ſcopulis plenus.Per tranſlat.ponitur pro difficili.Cic.1.Verri.Intelligo,quàm ſcopuloſo, difficiliq; loco uerſer.

Scōrĭă,riæ.f.p.(σκωρία)metallorum purgatio, quaſi fex,ſicut ſpuma quæ ex feruefcēte materia tollitur. Ponitur interdum pro cura & paſsione. Vergil. ad Meſſal. Et ſcoria patiar tabeſcere tali.

Scōrpænă,næ.f.p.genus piſcis,de quo Ambroſius,Scorpæna quoq; caſtitatē immaculati connubij generi ſuo ſeruat,nō percutit,ſed reficit.

Scōrpĭōnārĭi,m.ſ.(σκορπιοφόροι)qui ſcorpionibus,id eſt arcubus utuntur,ut ſagittis feriant.

Scōrpitēs,gemma eſt ſcorpionis colore,(σκορπίτης)Plin.lib.37.cap.11.

Scōrpĭŭs,pij.m.ſ.& Scōrpio,onis.m.t.(σκορπίος)utroq; modo dicitur,pro animali uenenoſo cauda feriēte,quāuis Valla diſſentiat.De hoc animali uide Plinium lib.11.cap.25. Item militare inſtrumentum,quòd paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem, ſiue quòd ſcorpionis ſimilitudinē habeat,cum arcus hinc atq; hinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Sunt qui hunc Arcubaliſtam appellent. Quidam etiam accipiunt ſcorpiū pro genere inſtrumenti torquendi,ut ſunt rubi aculeati,uel flagellum uirgarū,ut ſcutica habens in ſummitate glandes plūbeas. Præterea ſcorpius herba eſt,ſemen habens ad ſimilitudinem ſcorpionis, de qua Plin.lib. 22.cap.15. Eſt & ſcorpius piſcis.Plin.lib.32.cap.11.

Scōrpĭūrŭs,ri.m.ſ.herba,quæ & ſcorpius,ſuprà deſcripta.Plin.lib.22.cap.21.

Scōrtĕă,n.ſ.(σκύτινα)dicuntur ea,quæ ex corio & pellibus facta ſunt.

Scōrtĕi nummi,(σκύτινα νομίσματα)qui fiebant ex corio.Donatus quoq; in Cōment. Vergilij, pecuniam autumat ex corio bubulo priſcis temporibus fuiſſe, & inde dictam pecuniam, quòd ex pecore fieret.

Scōrtēs,teſtium arietinorū pelles.(σκύτη)Hinc Scorteus,a.um. quicquid ex pelle eſt. Et omnia ex pellibus facta,ſcortea dicuntur, uel ab eo quod eſt σκῦρ.

Scōrtŏr, aris. d. p. metricor. (πορνεύω.) Hinc Scortator,uerbale, meretricū ſectator, apud Cic.in Catil.

Scōrtŭm,ti.n.ſ.(βύρσα)idem quod corium.unde & ſcortum, (ἑταίρα, πόρνη) meretrix dicitur, quòd ſicut pellicula ſubigatur, cum ut ſolea calceamētorum omnibus ſubiectum ſit, uel quòd in grabatulis pelles ſtratas tenere cōſueuerūt.Scortum enim dicitur corium,quod eſt animalium, quæ craſsiorem, ac duriorem pellem habent.

Scōtōmă, atis. n. t. (σκότωμα) infirmitas quædam tenebroſitatem inducens. Vnde & Obtenebratio dici poteſt. Nam ab σκοτόομαι deducitur,quod eſt uertiginor

Scrāntĕūm,pellem uocant,in qua ſagittæ reponuntur,& à ſcor deductum exiſtimant.

Scrăptiă, æ.uermiculus habitās in frondibus. Vnde Scraptiæ & Scrupeæ,meretrices ſordidæ,& deformes dicuntur,uel ab excreando, quod uitium eſt in uetula. Scrupeæ uerò, ſiue ſcrupidæ,à duritia moleſtiaq; lapillorum,qui.

ſcrupi,

ſcrupi, & per diminutionẽ ſcrupuli dicuntur.

Screābilĕ, quod ſcreari poteſt, (χρεμπτόν.)

Screātŭs, tus. m. q. ipſa ſcreatio. (χρέμψις.)

Screo, as. n. p. ſignificat cum conatu quodam de pectore ſputum eijcio. (χρέμπτομαι.) Hoc uerbum quidam à creo ducunt. Huius compoſitum eſt, Excreo, ſanguinẽ aut pus expuo.

Scribă, æ. m. p. qui literas, uel geſta, uel tabellas, & alia quæcunq; ſcribit nomine regis uel alterius. Liu. lib. 1. Scribam pro rege obtrũcat. Scribæ etiam dicuntur librarij, qui ab alijs edita ſcribunt. Item ſcribæ tabellarij, qui & tabelliones & notarij dicuntur, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis.

Scribillo, as. a. p. Veteres uſi ſunt pro ſcribo, à quo compoſitum fit Conſcribello, (γράφω, ἐπιγράφω.)

Scrīblită, æ. f. p. genus cibi appellatum eſt, quòd in circuitu ad reſtis modum torqueretur. Hoc ſolùm differens à placenta, quòd ſine melle coquebatur, & feruentiſsima edi ſolebat. Mart. lib. 3. Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis, Vrebat nimio ſæua calore manus.

Scrībo, is. pſi. ptum. a. t. eorum propriè eſt, qui aliquid condunt, uel aliquod opus faciunt, (συντάττομαι, λογογραφέω.) Vnde Scriptores. Interdum etiã ſcribere accipitur pro manu propria literas fingere, quod & librarij faciunt, γράφω. Plaut. in Pſeud. Quaſi in libro Cum ſcribuntur literæ calamo. ſed probatius eſt apud bonos authores, mea, tua aut ſua manu, ſiue propria. Cic. Att. Neq; ſemper mea manu literas expectabis. ſic alibi perſæpe. Quandoq; pingere. Plin. de Nicomacho pictore, Scripſit & Apollinem, & Dianam, Vnde & picturas legere dicimus. Scribere notis, eſt celeriter excipere, Quint. Scribere leges, quod & condere, & dicere & facere dicitur. Cic. Scribere hæredem eſt, ſtatuere, facere. Mart. Scriptum facere, eſt ſcribendo uictum quærere. Gell. Huius compoſita ſunt, Aſſcribo, conſcribo, circumſcribo, deſcribo, exſcribo, inſcribo, perſcribo, præſcribo, proſcribo, reſcribo, ſubſcribo, ſuperſcribo (unde & ſuperſcriptio) tranſcribo, quæ habent penult. prod.

Scrīnĭārĭŭs, rij. m. ſ. ſcriniorum cuſtos, id eſt rerum ſecretarum, χαρτουλάριος.

Scrīnĭŭm, nij. n. ſ. (κιβώτιον) à ſecernendo, arca dicitur, qua ſeruãtur pretioſa ac ſecreta. Huius diminutiuum eſt ſcriniolum.

Scrīptĭo, onis. f. t. (συγγραφή) epigramma, ſiue id quod ſcribitur, ut ſit memorabile. Cic. pro Archia, Quàm multas nobis fortiſsimorum uirorum expreſſas ſcriptiones & Græci & Latini reliquerunt? Ponitur etiam pro quacunq; ſcriptura, aut ipſo ſcribendi actu. Idem Varro, Auarus fœnerator, ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

Scrīpto, ptas. a. p. frequent. à quo fit aliud Scriptito, tas. (λογογραφέω.) hoc eſt ſcribendo rem ſæpe itero, uel frequenter ſcribo.

Scrīptŏr, oris. m. t. (συγγραφεύς) qui ſcribit ſiue texit epiſtolam, orationem, librum, opusúe quodcunq;. Donat. in prol. Terentij, Indifferenter, inquit, omnis qui aliquid ſcripſiſſet, ſcriptor, à ueteribus dicebatur. Scriptor legum, legumlator. Cic. ad Brut.

Scrīptōrĭŭs, a. um. γραφικός, quod aptum eſt ut ex eo ſcribatur, ſeu quod ad ſcriptorem pertinet. Vt attramentum ſcriptorium, apud Celſum lib. 6. cap. 4.

Scrīptŭm, pti. n. ſ. ſcriptura, monumentum, ſcriptio, (γραπτόν, σύγγραμμα) quamuis adiectiuum etiam habeatur, ſubſtantiuum tamen ſæpiſsimè reperitur, ſicut dictum, factumq;. Reſpicit autem propriè ad tempus præteritũ, & ſignificat generatim quodcunq; ſcriptum eſt, quanquam aliquando etiam futurum, & quaſi præſens tempus reſpiciat. Cice. Luceio, Ardeo cupiditate incredibili, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur, & celebretur tuis.

Scrīptūră, æ. f. p. (γραφή) eſt id quod ſcribimus, uel ſcribendũ cenſuimus, cenſemus úe. Cic. 4. ad Heren. Reliquũ ſcripturæ conſumetur in exemplis. Aliquando capitur pro ſtylo, quo quis utitur in ſcribendo. Idem Trebo lib. 15. Cum uerò ea quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſumma amore cogitare non potueris. Ponitur aliquando pro uectigali, quod percipitur è paſcuis, uel ipſa ratio eorum, qui præſunt huiuſmodi uectigalibus, & tam ij, quàm qui portus, aut portoria curabãt, uectigalia deſcribentes, aut colligentes, magiſtri ſcripturæ, & portus dicebantur. Scriptura huiuſmodi hodie eſt eorũ mancipium, qui glandiarios, &

paſcuos ſaltus redimunt.

Scriptūrārius,rij.m.ſ.(ὁ διαγραφεὺς)qui ſcriptu ris omnia uel urbium uel prouinciarũ geſta publicè cõputat.Idem & tabellio dicitur. Po tes ſcripturarium magiſtrum ſcripturæ dicere. Hodie ſunt quos clericos & commiſſarios uocant octauanorum & uiceſimanorum. ex Budæo. Scripturarius ager dicitur,de quo inter publicanum & paſtores, cõſtituto utrinq; precio,conuenit,ut inibi paſcantur pecora.

Scribligo,uide ſtribligo.

Scriptūrio,is. (γραψάω) ſcriptionem affecto, ſicut parturio,parere cupio.

Scrōbs,bis.generis tam maſculini quàm fœmini ni,ſecundum Priſcianum. Seruius tamen ait magis maſculinum eſſe,quàm fœmininum,& allegat Plautum,qui dixit ſexagenos ſcrobes. Sunt autem ſcrobes,foſsiones ut putei,uel fo ueæ intra terram manu factæ, ad uineas uel arbores conſerendas,uel ad metalla, & quæcunq; alia fodienda,ὀρύγματα. Huius dimin. eſt Scrobiculus.Plin.lib.21.cap.5.

Scrōphă,æ.f.p.(ὗς)quæ multos peperit porcos. Var. Sumitur etiam pro ipſa porca peculiari ter. Hinc Scrophipaſcus,qui paſcit ſcrophas. Plaut. in Capt. Fuit & Scropha,cognomen familiæ Romanæ.

Scrōtūm, ti. n. ſ. pellis quæ teſticulos continet. Quidam tamen ſerotum,nõ ſcrotum legunt, quod Græcè ὄσχεον, quòd ille ſinus inuoluat, ſeruet,& obnubat teſtes:uel à ſero,ſeris,quòd ſeminalis principij,et initialis ſit retinaculum. Scrota etiã quidam interpretantur imagunculas pueriles, deliciarij operis, quæ populo circunferebantur bellariorũ talium liguritori cupientiſsimo. Hæc uendebãtur priapi ſili ginei ſcroto & teſtibus inſignita, quæ erant exquiſitioris ganeæ. Dicuntur & ſcruta. Horat. Vilia uendentẽ tunicato ſcruta popello.

Scrūpŭlātĭm,per ſcrupula,κατὰ γράμματα.

Scrūpŭlŭs,li.m.ſ.(ψηφὶς)dimin. à ſcrupus, propriè lapillus breuis & aſper,et qui in calceo la tens plerũq; nos lædit. Nam preſſus pede ſoli citudinẽ creat. Vnde pro ſolicitudine,& diffi cultate ponitur. Tere.in Adel. Inieci ſcrupulũ. Et ſcrupuloſum,ſolicitũ,& anxium dicimus: ut, Scrupuloſa cura.Val.Max.lib.1.Et ſcrupuloſa uia, Plaut. Hinc ſcrupuloſe aduer. id eſt difficulter. Et ſcrupuloſitas anxietas,difficultas Scrupulus etiã, & ſcrupulum, ſicut ſcrypulus,& ſcrypulũ nomen eſt ponderis, Latinè obolus, (γράμμα) & ſex ſiliquis conficiebatur,& ex tribus ſcrupulis, drachma, ſic ait Priſcian. Scrupulus etiam menſura eſt metiendis terris.Colum.lib.5.cap.1.

Scrūpŭlāris, & hoc lare,om.t. quod ad ſcrupulum pertinet. Plin.lib.33.cap.8.

Scrūpūs,pi.m.ſ. (λίθαξ) pro lapillo, qui preſſus ſolicitudinẽ creat. Feſtus, Scrupi dicũtur aſpe ra ſaxa, & difficilia attrectatu. Hinc Scrupeus,a.um.(λιθώδης)quod eſt lapilloſum:ut, Spe lunca Scrupea,Verg. Scrupoſus,idem.Luca.

Scrūtă,orũ.n.ſ.(γρύτη,& ῥωποπῶλαι) attritæ uſu ueſtes, dimidiatæ ſtrigiles, & iumentorũ ſoleæ, refixi claui, id'q; genus alia, quæ uiliſsimi proxenetæ uenalia habent, quos antiqui ſcrutarios appellabant. Cæl.lib. Antiq.10.cap.16. Verbo ſcruta, ueteramenta ſignificari puto omnĩfaria, quæ cum uſu iam detrita ſint, precio item diminuta cenſentur.

Scrūtārĭă, æ.ſ.p. ſcrutatio ipſa, ſeu ueſtigatio, ut ſagaria, cœnacularia, lintearia. Apul. lib.4. Scrutariam facitis.

Scrūtĕllŭs,li.m.ſ. dicitur uenter ſuillus, condito farre expletus.

Scrūtĭnĭūm, nij.n.ſ. ἐρεύνησις. inueſtigatio, à ſcrutor. Apuleius lib.9.

Scrūtŏr, aris. com. p. ἐρευνάω, μεταλλάω. inquiro. Cic.pro Roſc. Non ſcrutor, nihil ad me per tinere arbitror. Dicitur & Scruto, as. Vnde perſcruto, ſicut & perſcrutor, σκαλεύω.

Scrūtŭm, uide in dictione Scrotum.

Scŭlnăm, Veteres pro ſequeſtro uſurparunt, quaſi ſequulnam. quo uerbo uſus eſt Varro.

Scŭlpo,is.pſi.ptum.n.t.γλύφω. ſignificat cædendo imaginem aliquam efficio. Et propriè in marmore, & alijs lapidibus ſculptura fieri dicitur: Conflatura in metallis, quæ ſolui poſſunt, atq; cõflari, ut auro, argento, & cæteris. Hinc ſculptura, quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, uitro, gemmæ, opera noſtra efficit. Et ſculptor, oris. m. ſ. qui ſculpit. Verum Scalpo, non ſculpo dici debere author eſt Diomedes.

Scŭlpōnĕæ, calcei ex lana confecti. Næuius, Sculponeis batuenda ſunt latera. Hinc ſculponeatus

poneatus dicitur, qui eſt ſculponeis indutus. Var. Aſpicio ſculponeatam bigas ſequi cor=

Scŭlptĭlĕ,is.n.t.pen.cor. (γλυπτὸν) nutas.) quod ſculptum eſt, ſiue quod ſculpitur: ut ſculptile ſimulachrum, quod ſculptum eſt.

Scūrrā, æ. m. p. qui riſum ab audientibus captat, non habita ratione uerecundiæ, aut dignitatis. Dictus ſcurra (ut quidam uolunt) à ſequendo, quòd id genus homines ſequi ſoleant opulentiores aliquid promerendi cauſa, quos Græci βωμολόχυς dicunt. Inde ſcurrilitas, (βωμολοχία) uitium urbanitati oppoſitum, turpis & procax dicacitas. Et ſcurrile, pen. prod. ridiculum cum turpitudine. Et ſcurriliter, aduerbium, procaciter.

Scūrro, onis.m.t idem quod ſcura.

Scūtă, æ.f.p. uaſis genus, quod & ſcutula dicitur, de quo infrà. Malim ſcutra, uide in ſcutella.

Scūtārĭŭs, rij.m.ſ.(θυρεοφύλαξ) qui ſcutorum curam habet, uel ſcuta facit. Plaut. Epid.

Scūtārĭŭs, a.um.(ἀσπιδικὸς) quod ad ſcuta pertinet: ut, Scutaria fabrica, apud Veget. lib. 2.

Scūtātŭs, a.um. ſcuto armatus, ἀσπιδιώτης.

Scŭtēllă, æ.f.p.(πινάκιον) uaſis genus rotundi, concaui, quo minutal ex carne, uel oleribus in menſam exhibetur, à ſcutra, ſicut à mitra mitella, ſeu à ſcutula. Cic. 3. Tuſc.

Scŭtĭcă, cæ.f.p.(σκυτάλη) pen.cor. genus uerberis è loris facti, à Græco σκύτος, corium uel pellis, quia ex corio fit. Huius diminutiuum eſt ſcuticula.

Scūtĭgĕrŭlŭs, li.m.ſ.(ὁπλοφόρος) à Plauto ſumitur pro armigero, qui ſcutum domini gerit.

Scutriſcŭm, ſci.n.ſ. uaſis genus apud Cat. li. 2. & uidetur ex figura Græca deriuari, à ſcutra.

Scŭtŭlă, læ.f.p. forma rotunda, quales aranea contexit. Plin. lib. 11. Quanta arte cælauit pedicas, ſcutulato rete ad capiendas muſcas circà graſſantes? Eſt & ſcutula, uas octo unciarum capax. Item ſerpentis genus in Aphrica. nec non haſta teres, qua lina tunduntur. Vide Scytala.

Scŭtŭlātă ueſtis, dicitur quæ habet quoſdam orbes, uel circulos, quaſi ſcutulis diſtincta. Poteſt etiam dici ueſtis ſcutulata à colore. Eſt enim ſcutulatus color, apud Palad. in menſe Aprili, cap. 13.

Scŭtŭlŭm, li. n.ſ. tenue ac macrum, in quo tantum exilis pellicula cernitur. dimi. eſt à ſcuto.

Scūtŭm, & Scūtă, tæ. (θυρεὸς, ὅπλον) ſecundum Priſc. clypeus, cuius dimin. eſt ſcutella, necnon & ſcutula, ab σκύτος pellis, quòd non ſine pellibus fiat: uel à ſectura, ut inquit Varro, quòd è minutis confectum ſit tabulis.

Scȳlāx, acis.m.t. catulus Latinè dicitur.

Scȳllētă, loca in quibus ſcyllæ piſces capiuntur.

Scȳmnŭs, ni.m.ſ.(σκύμνος) ſignificat leonis catulum, aut aliarum ferarum ſcylaces.

Scȳnĭpĕs, (σκνιπὸς) Vide Cyniphes.

Scȳphŭs, phi.m.ſ.(σκύφος) poculum, uaſis potorij genus, quod propriè Herculi attribuitur, ſicut cantarus Libero patri.

Scyricum, color ſilaceus, ſiue cerulaceus. Plin. lib. 35. ca. 7. Vide Syricum.

Scytala, læ. uel ſcytale, les. mus araneus Latinè dicitur. Eſt & epiſtolæ genus, quo Lacedæmonij uſi ſunt, de quo Gell. lib. 17. cap. 9. Vide Scutula.

Scȳthis, idis. genus lapilli, σκυθὶς. Martian.

S ANTE E.

SE, (αὐτὸν) duobus modis dicitur. nam & pronomen, & præpoſitio eſt. Pronomen autem quandoq; per ſe profertur, cum aliquem quippiam in alium feciſſe oſtendimus: ut, Hic fatetur ſe nocuiſſe mihi. Cum autem in ſeipſum, tunc geminatur, & dicimus ſeſe. Se præpoſitio ſemper compoſita inuenitur, & modò uim ſeparatiuam habet, ut ſeparo, ſeduco, modò abnegatiuam, ut ſecurus. Fitq; (ut quibuſdam placet) à ſemis, quod ſeparationem facit, ſiue à ſecus. Sed magis puto ſemis, & ſecus, ſicut & ſeorſum à ſe præpoſitione fieri. Componitur uerò cum dictione incipiente à c, ut ſecedo: d, ut ſeduco: e, ut ſedeo (unde ſeditio, ubi d interponitur euphoniæ cauſa) g, ut ſegrego: i, ut ſeiungo: l, ut ſeligo: p, ut ſeparo: u, ut ſeuoco.

Sēbāſtŏn, (σεβαστὸν) Lat. auguſtū, & uenerabile.

Sēbŭm, bi. uide Seuum. Hinc Sebo, as. Colum. lib. 2. cap. 22. Candelas ſebare, aliàs ſeuare.

Sĕcālĕ, is. n. t. penul. prod. frugis genus tantum ad arcendam famem utile, fœcunda, ſed gracili ſtipula. Huic nullum in Italia miſcetur, panisq; fit melior. uide Plinium lib. 18. cap. 16.

Sĕcāmēntŭm, ti.n.ſ. quod ſecando diuiditur.

Sĕcāriŭs, adiect. in quo ſecamenta, uel ſegmenta ponuntur. Cato cap. 11.

Sĕcēdo, is. n. t. pen. prod. ſeorſum uado, ſeu ſeorſum uenio, procul ab hominum frequentia recedo, ἀναχωρέω, μεθίσταμαι. Plau. in Amph. Secede huc tu Soſia. Item ſecedere, ſignificat ſpaciari, & à negocijs uacare. Inde ſeceſſio, quod uocabulum criminoſum eſſe dicit Budæus. Id enim eſt in bello ſeceſſio, quod nos defectionem uocamus.

Sĕcĕrno, is. ſecreui, ſecretum. a. t. ſignificat diuido, ſeparo, ἀποτάσσω, ἀφορίζω, ἐκκρίνω, ἀποκρίνω. Cice. in Catil. Secernant ſe mali à bonis. Hinc ſecretum locū dicimus, ſolum, & quaſi à cæteris ſeparatum. Et ſecreta mandata, & ſecretas literas, ἀπόῤῥητα, quæ uel nullis, uel paucis communicantur. Et à ſecretis, ὁ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, cui ſecreta committuntur. Hinc fit ſecretum, ſubſtant. pro re ſecreta & ſeparata, quam nulli communicauimus, eamq́ apud nos tacitam ſeruamus. Ponitur aliquando pro ſeceſſu. Plin. Epiſt. 1. lib. 3. Quàm dulce ſecretum, quantū ibi antiquitatis? Hinc ſecretò, aduer. id eſt ſine arbitris.

Sĕcēſpĭtă, æ. f. p. culter oblongus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, iuncto ad capulū, argento, auroq́, fixo clauis æneis, ære Cyprio, quo flamines ad ſacrificia utebantur, à ſecando dicta, σφαγίς. Feſtus, Seceſpitam alij ſecurim, alij dolabram æneam, alij cultellam putant.

Sĕcēſſio, onis. f. t. Vide Secedo.

Sĕcēſſŭs, us. m. q. (ἀναχώρησις) modò pro diſceſſu ponitur, modò pro uacatione, modò pro ſinu ſecretiore ἀνάδυσις, ἐσχατιά. Ponitur etiam pro loco à turba, & tumultu ſeparato. Plin. Epiſt. 15. lib. 3. Petis ut libellos tuos in ſeceſſu legam.

Sĕcĭŭm, à ueteribus dicebatur libum, quod in ſacrificio ſeceſpita ſecabatur, alij ſecinium.

Sĕcĭŭs, (ἧττον) quidam à ſecus deriuant, ſed ratio ſyllabæ reclamat. Sunt qui ſcribant ſequius. uide infrà. quidā à ſerò: unde quandoq; ſumitur pro poſitiuo: quandoq; pro minus, uel tardius. Accius: Si fortè paulò quàm ueniam ſecius. Grammatici uolunt ſemper præponendam eſſe negationem, ut in Sĕcūs etiam.

Sĕclūdo, is. a. t. (ἀποκλείω) pen. pro. ſeorſum claudo, id eſt, claudo: ut Secluſum iter, Cic. 1. Tuſ. Quandoq; excludo. Verg. Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas. Hinc ſecluſorium, rij, in quo aliquid ſecluditur. Var. 3. De re Ruſt. cap. 5.

Sĕclūſă ſacra, id eſt opertanea, à priſcis dicebantur, quæ Græci μυστήρια appellant ab eo, quòd ſeparata, ac ſeorſum clauſa à nobis propter ſanctitatem aliquam eſſe debeant.

Sĕco, as, ſecui, ſectū, a. p. propriè excido. τέμνω, πρίω. Et quoniam dum iter facimus, quodam modo uiam diuidere uidemur, ſecare pro ducere ponitur. Verg. lib. 9. Ille uiam ſecat ad naues. Huius uerbi compoſita ſunt, Conſeco, συντέμνω, quod eſt etiam ſeu totum ſeco. Circumſeco, περιτέμνω. Deſeco, κατατέμνω, deorſum ſeu de aliqua re ſeco. Diſſeco. διακόπτω, uarijs modis ſeco, dilanio. uide in dictione Diſſecatus. Exſeco, ἐκτέμνω, extrà ſeco, excido. Inſeco: ἐντέμνω, intus ſeco. Interſeco, διατέμνω, per medium ſeco. Perſeco, perfectè ſeco. Proſeco, ſecó, προτέμνω. unde perſecta, exta quæ ſacrificijs adhibentur. Præſeco præcido, antè ſeu prius ſeco. Reſeco. ἀνατέμνω, ἀνακόπτω, reſcindo, de aliquo excido. Subſeco, ὑποτέμνω, ſubtus ſeu paulatim ſeco & omnia habent. pen. cor.

Sēcōrs, & ſōcōrs, dis. om. t. ignauus, ſtultus (ῥᾴθυμος, ἀμελής, ἀμνήμων) & qui in corde nihil ſe ad probitatem exercet, & qui tardus, uel negligens eſt in conſulēdo, meditando, proſpiciendo ue quid opus ſit facto. Compoſitum nomen ex ſe & cor, quaſi ſeorſum à corde. Vnde ſecordia, & ſocordia, ἀνωφελία, ῥαθυμία, pro ipſo uitio, quo quis in huiuſmodi tardus, aut negligens eſt.

Sēcrētio, onis. fœm. t. Cic. Tuſc.

Sēcrētŭs, & ſecreto. uide Secerno.

Sēctă. æ. f. p. à ſector, ſeu à ſectus, id eſt, ut ait Seruius, diuiſus, fieri conſtat. Nam ſectas dicimus habitus animorū, & inſtituta philoſophica circa diſciplinā. Secta inter philoſophos eſt, aut philoſophis ſimiles, ut Platonici, Ariſtotelici. A Græcis αἵρεσις dicitur. Vnde & ſecta Epicureorū, qui ſummū bonū in uoluptate collocabāt, ab Epicuro philoſopho uoluptuario eorū doctore. Hinc conſectaneus, ὁμόδοξος, qui eiuſdem ſectæ eſt.

Sēctācŭlă, æ. f. p. diminu. à ſecta, quaſi ſequela

quædam

quædam, & propagatio. Apul.

Sĕctārĭus ueruex, qui gregem agnorum præcedens ducit. Plaut. in Capt.

Sĕctĭlĕ, is. om. t. (τμητόν) pen. cor. quod ſectum eſt, aut excidi poteſt, aut potius quod in noſtros uſus ſecari ſolet. Sĕctĭlĕ porrum, (πράσον τμητόν) dicitur ſectum, & ſua ſponte cōciſum. Nam conciſum & ſectum introrſus uidetur.

Sĕctĭo, onis. f. t. (τομὴ) modò conciſio dicitur, modò pars dimidia, uel aliqua pars bonorum, ſiue ea omnia, quibus quis multatur. confiſcatio uulgò dicitur. Eſt & ſectio, iuris perſecutio, qua utuntur ſectores. Tacitus.

Sĕctĭuūs, a. um. pen. prod. ut porrum ſectiuum, quòd folia eius ſæpius ſecantur, ut profundius creſcat. Duo enim ſunt porri genera, unum capitatum, alterum ſectiuum. Colu. lib. 11. cap. 3.

Sĕctŏr, aris. d. p. (παρακολουθέω, διώκω) frequenter ſequor, quod fit cum quis aliquē ſequi frequentat, ut eum poſſit uel uidere uel alloqui. Plaut. in Ciſt. Anum ſectatus ſum clamore per uias. Eſt & ſectari continuè ſequi, ut fit cum quempiam in ſermonibus, in ſententijs, in diſciplinis, & cæteris factis ſedulo perpetuoq́ ſequimur, ac imitamur. unde & ſectæ philoſophorū, id eſt ductus. Sectari belluas, apros, ceruos, eſt uenando conſectari, perſequi, inueſtigare, perquirere, ſequi. Hinc ſectator, uerbale, qui uenando feras perſequitur. Huius compoſita ſunt, Aſſector, Cōſector, Lact. lib. 1. Fœminas tam rabidè conſectantur, ut uix diuelli queant. Inſector, perſequor.

Sĕctōrēs, um. m. t. qui ſpem ſui lucri ſecuti, bona damnatorū emebant in actionibus, ac poſtea pro compendio uenditabant: quod empta ſua proſequantur, dicti. Inde à Cic. M. Antonius ſector Pompeij appellatur, quoniā in ſubhaſtatione bona Cn. Pōpeij redemerat. Item ſectores ſunt accuſatores, qui ex damnatione accuſati, dimidium bonorum expectant, aut certè aliquam partem. Valla lib. 1. Budæus eos propriè dicit ſectores appellari poſſe, qui delationibus faciēdi confiſcationes à principibus impetrāt, ut homines interdum inſontes fortunis omnibus euertant. Sectrix, uerbale. fœm. gen. euſdem ſignificationis. Plin. lib. 36. cap. 17.

Sĕctūrā, æ. f. p. (τομὴ) ipſa ſectio, ſiue ſecandi actio. Item ſecturæ cauernæ ſubterraneæ, quòd à terra ſectæ, id eſt diuiſæ ſunt: ut, Sectura æraria, Cæſar Com. 4.

Sĕcūbo, as. (ἀποκοιμῶμαι) quære Cubo.

Sĕcŭlă, æ. f. p. (δρεπάνη) falx, à ſecando dicta, ut ait Var. lib. de Ling. Lat. 4. Hac utuntur quī in pratis herbas ſecant.

Sĕcūndă claſsis, (δεύτερον τίμημα) uide Claſsis.

Sĕcūndæ menſæ, (τραγήματα) dicuntur ſecundi cibi. Vergil. in Georg.

Sĕcūndæ, darum. f. p. tantū pluraliter, pro membrana illa qua partus obuolutus, utero prodit, dictæ quòd naſcentē infantem ſequantur. Hæ etiam uolucrum appellantur, & ſecundina.

Sĕcūndārĭus, a. um. (δευτεραῖος) quaſi ſecundi ordinis, ut panis ſecundarius, πιτυρίας ἄρτος, uulgaris & cibarius. Hic etiam ſecundus dicitur. Horatius, Paſti ſiliquis, & pane ſecundo. Dicitur & ſecūdarius, qui eſt ſecundæ claſsis, Cic. de Clar. Orat.

Sĕcūndō, (δεύτερον, δευτέρως) aduerbiū modò ſecundo loco ſignificat, ut primò, ſecundò, tertiò. Modò bis, ut Secundò cum noueram, id eſt bis. Modò rurſus, Cic. Semel hominē allocutus fuerā, an ſecundo mihi redeundum eſſet, ignorabam. Sĕcūndō loco, (δεύτερον) ornatè dicitur pro eo, quod eſt ſecundò.

Sĕcūndo, das. a. p. (εὐοδόω) proſpero, proſperum reddo. Hinc obſecundo, das, de quo alibi.

Sĕcūndūm, (κατὰ) præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens, ponitur pro iuxta, ſiue propè. nam quod ſecundo loco eſt, propè eſt. Ser. Sulp. ad Cic. lib. 4. Duo uulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterū in capite ſecundū aurem. Aliquando ſumitur pro pōſt, μετὰ, quaſi ſecundo loco: ut Secundum patrem, Quintil. & Secundum Deos, Cic. Aliquando ſignificat pro κατὰ, ut Secundum te litem do. Secundum me iudica, id eſt pro te, pro me. Secundū quietem, id eſt in quiete. Aliquando ſuper. Sall. in Iug. Secundū ea ut deliberetis, &c. Aliquando eam uim habet, quàm iuxta ſententiam, ut ſecundum Platonem, ſecundum Ariſtotelem.

Sĕcūndūs, a. um. (δεύτερος) quod immeditatè ſequitur primū, id eſt quod ſecundo loco eſt. Et tam numerum, quàm ordinem denotat. Per translationem ponitur pro proſpero, οὔριος, Hinc ſecunda fortuna. ἀγαθὴ τύχη. Et res ſecundæ, quæ pro noſtro deſiderio ſequuntur.

ctur. Verg. Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis. Et ſecundo flumine nauigat, qui aqua ſequente nauigat, id eſt in eam partem fluente ad quam tendimus: ſicut aduerſo flumine nauigat, qui contra aquam nauigat. Secundis auris aliquid accipere, id eſt beneuolis, clementibus. Liu. Secundo populo id eſt fauente, & non repugnante. Hinc fit adiecti. ſecundanus. Plin. lib. 7. cap. 12.

Sĕcūris, is. f. t. (πέλεκυς) inſtrumentum ad ſecanda ligna, quaſi ſemiquiris, ut inquit Seruius. Sabini enim quirim haſtam appellant. Verg. lib. 11. Aeratam quatiens Tarpeia ſecurim. Aliquando ſecuris ponitur pro dignitate, & magiſtratu. Infligere ſucurim, ſiue inijcere dicuntur, qui uehementur lædunt, ac uulnerant. Vbi ſecuris poni uidetur pro plaga. uide Eraſmi Chiliad. Hinc ſecuricula, dimin.

Sĕcūriclă, clæ. f. p. ligneum retinaculum, quod ſuſcus, ſubſcusq́ dicitur, quo duo ligna inter ſe tenaciſsime uinciuntur. Vnde Securiclati cardines apud Vitruuium lib. 10. Noſtri, ut arbitror, hirundinum caudas appellant. Budæus.

Sĕcūrĭtās, atis. f. t. requies curarum, ipſum eſſe ſine curis: uide Securus.

Sĕcūrŭs. a. um. o. ſ. (νώθυμος, ἀφρόντις) tranquillus, qui ſine cura eſt, quaſi ſeorſum à cura: qui non timet, etiã ſi immineat periculũ. Aliquando ſecurus, ὀλίγωρος, capitur pro contemptore, negligẽte, & tunc regit genitiuum. Verg. Securus amorũ Germanæ. Hinc ſecuritas, ἄδεια, νωθυμία, tranquillitas curæ, & anxietati opponitur: eſt enim animi recta placidaq́ conſtitutio, malorũ impendentium cura

Sĕcŭs, (παρὰ) præpoſitio, ſignificat (uacans. propè, hoc eſt quod immediatè ſecet, id eſt ſequitur, ut Secus decurſus aquarum ſeruntur ſalices. Aliquando eſt aduerbium, & ſignificat aliter, ἄλλως, præſertim quando Non uel haud, ſecum comites habet. Verg. Haud ſecus Androgeus uiſu tremefactus abibat. Secius, uide ſuprà.

Sĕd, (ἀλλὰ) coniunctio quandoq; incœptiua eſt. Terent. in Andr. Sed Pamphilum uideo. propterea atq;. Quandoq; diſcretiua, ut ſi dicam, Non ſapiens, ſed miſer es. Iungitur aliquando cum Autem, uerò. &c.

Sĕdĕnĭm, (ἀλλὰ μὴν) interdum eſt dictio incœptiua, quemadmodum ſuũ ſimplex, ſcilicet Sed. In quo ſenſu capitur etiã Sed tamen. Ponitur aliquando pro certè. Plaut. in Curc. Sedenim nequeo durare, quin herum accuſem meum.

Sĕdĕntārĭŭs, a. um. (ἑδραῖος) quod ſedendo fit. Vnde ſedentariũ laborem dicimus, qui ſedendo contrahitur. Et ſedentaria opera, quæ ſedendo fit. Sedentarij, qui ſedendo opus faciunt, ſicut ſutores, ut eſt apud Plau. in Aul.

Sĕdĕo, des. ſedi, ſeſſum, n. ſ. (κάθημαι, καθέζομαι, καθίζω) quamuis neutrum ſit, inuenitur tamen in tertia perſona paſsiuæ uocis prolatum, ſed imperſonaliter: & cõponitur à ſe & eo, quaſi ſeorſum eo. Mihi uidetur potius eſſe compoſitum à Sedes corrupto, & à ſecunda perſona, eadéq; corrupta, uerbi ſubſtantiui Sum, ut ſit Sedeo, quaſi in ſede ſum. Sedes, in ſede es. Sedet, in ſede eſt, ſ in ultima expuncto. Si autem à Se & eo quidam compoſitum uelint, non ipſum ſedendi actum ſignificat, ſed ad ſedem eo, quemadmodum hic ipſe Calepinus quoq; aſſerit, quòd ſit quaſi ſeorſum eo. Sedes autem (ut uidetur) dicta quaſi Se dans, à pronomine Se & uerbo Do: uolenti enim ſedere ſemet exhibet & ſedem præbet. Si igitur Sedeo compoſitũ eſt à Se & eo, erit quaſi Ad ſeſe mihi dantem eo: ſi uero à Sedes & ſum, perinde eſt ac ſi dicerem, In ſe mihi dante ſum. Dicimusq;, Sedeo ſuper equũ, & equo, & in equo. Sedere in ouis, pro incubare dixit Plin. lib. 9. cap. 11. De auibus uerò ſedere dicitur, in loco altiore eſſe: ut, Paſſer ſedet in tecto. Cornix ſedet in arbore. Verg. Nocte ſedens ſerũ canit importuna per umbras. Aliquando ignauiam, ceſſationemq; denotat. Verg. Sedeãt, ſpectentq; Latini. Aliquãdo ſedere ponitur pro placere, & tunc cũ datiuo conſtruitur. Idem, Idq; pio ſedet Aeneæ, probat author Aceſtes. Aliquando pro manere, immorari, conſilium capere, cõſyderare: ut apud Verg. Turnus ſecreta ualle ſedebat. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Aſsideo, Conſideo, ſimul ſedeo: Circumſedeo, diſſideo, deſideo, inſideo, obſideo, præſideo, reſideo, ſubſideo, & ſuperſedeo, in quibus ſyllaba ſi corripitur. Sedere ad Eurotam, eſt nihil agere. Veſtis ſedere dicitur, quæ apta eſt.

Sēdēs, dis. f. t. (ἕδρα, θῶκος) locus in quo ſedemus, quæ

quæ & ſella, & ſedile dicitur. Interdum ponitur pro habitaculo, ac domicilio. Cæſar, Creſcente enim populi multitudine, mutare "ſedes ſtatuerunt. Interdum ponitur pro ſepulchro. Verg. Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcã. Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. lib. 23. Per translationem, ſedes luxuriæ, fortunarum, pro ſtatu.

Sĕdĭcŭlă, æ. f. p. (ἱδρύμιον) parua ſedes, ſicut ædicula ab ædes. Alij ſedeculam à ſede diminut. eſſe uolunt. Cic. ad Att. lib. 4.

Sĕdīlĕ, is, n. t. pen. pro. locus ad ſendendum, ſiue id ſuper quo ſedemus, à ſede dictum. Verg. 1. Aen. Intus aquæ dulces, uiuoq; ſedilia ſaxo.

Sĕdĭmēntŭm, ti. n. ſ. ſubſeſſio, cum moles ſubſidunt. A ſido deducitur. Bud.

Sēdĭtĭo, onis. f. t. (στάσις) diſcordia, diſſenſio populi, uis, turba, impetus populi uel militum, motus populi: à ſe, hoc eſt ſeorſum, & itio componitur. Cicero lib. 6. de Repub. declarat ſeditionis proprietatem à diſſenſione ciuium dictam eſſe, quòd ſeorſum eant alij ad alium.

Sēdĭtĭōnārĭŭs, rij. m. ſ. qui ſeditionem facit.

Sēdĭtĭōſŭs, a. um. o. ſ. (φιλοστασιάστης) qui ſeditionem amat. Hinc ſeditioſe.

Sēdo, das. a. p. (παύω, καταπαύω) à ſe & do componitur, & multa ſignificat, ut ſunt res, de quibus agitur, quæ tamen ad unũ redeunt, ſcilicet mitigo, placo, lenio, remoueo, freno, extinguo, & alia. Hinc quoq; ſedatus particip. Aliquãdo nomẽ eſt, id eſt minimè præceps, bene "moderatus. Horat. in Epiſt. Oderũt hilarẽ tri"ſtes, triſtẽq; iocoſi, Sedatũ celeres. Hinc ſedatè aduer. cõſtãter. Et ſedatio, mitigatio, lenitudo.

Sēdūco, is. (ἀπάγω, παράγω) pen. pro. propriè ſeorſum duco, ab alijs, quaſi de rebus aliquib. locuturus. Plaut. in Aul. Eo nunc ſecretò te huc foras ſeduxi. In malam partem per tranſlationem ſignificat decipio, ἀπατάω. Terent. in Andr. Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas? Cic. pro Flac. uſus pro eſt depono, cum inquit, Seducant arrogantiam.

Sēdūctĭlis, le. om. t. (ὁ ἐξαπάτητος) penu. cor. quod ſeduci, id eſt decipi poteſt.

Sēdūcŭlŭm, quaſi ſudaculũ dictũ, genus flagelli eſt, quòd uapulantes ſudare faciat. Feſt.

Sēdŭlō, (ἐπιμελῶς, ἀτεχνῶς) aduer. inſtãter, diligẽter, quaſi aſſidẽdo, hoc eſt ſine intermiſſione.

Sēdŭlŭs, a. um. o. ſ. (ἐπιμελὴς, ἀκριβὴς) dicitur qui animo, & ſine dolo, & inſtanter intentus eſt, ut ſit quaſi aſsiduus, quia negligentes doloſi dicũtur. Hinc ſedulitas, pro inſtanti & fideli officio, ac diligentia.

Sĕdŭm, di. n. ſ. herba, quæ & ſemperuiuum dicitur, à ſemper ſedendo. Plinius lib. 18. cap. 17.

Sĕgĕs, tis. f. t. (τὰ ἠργασμένα, ἄροτος, γῆ ἐσπαρμένη) propriè fruges eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa. Val. lib. 4. cap. 24. Seges quoq; aliquando de leguminibus dicitur. Colum. lib. 2. cap. 14.

Sĕgmĕn, inis. n. t. (τμῆμα) idem quod ſegmentũ, id eſt ſectio, à quo fiũt præſegmen & reſegmen.

Sĕgmēntă, orum. n. ſ. (ἀποκόμματα) propriè ſegmina, id eſt ſectiones, à ſecando, quaſi ſecamenta, & ramẽta, c in g mutata, ut à fingo figmentũ, à ſtringo ſtrigmentũ. Segmenta etiã inciſuræ, & uirgulæ ſectæ ex gẽmis & unionibus. Vnde & partes mundi quoq; ſegmenta dicuntur. Pli. li. 6. ca. 33. Plura aũt ſunt ſegmẽta mundi. Et quoniã ornamentũ colli, quod monile uocatur, ex ſegmẽtis fieri conſueuit. id eſt ex bracteolis argenteis aureis ue, ſegmentum etiam appellatur. Val. Max. Datum eſt mulieribus, ut ſegmenta aurea geſtarent.

Sĕgmēntārĭi, qui ueſtes ex auro laborant.

Sĕgmēntātæ ueſtes, dicuntur purpureæ, ſegmentis, id eſt bracteolis, lanceolis, mæandris limis, "& orbiculis uarieganter intextæ. Ouid. 3. de "Art. Quid de ueſte loquar? non iam ſegmenta requiro. Ornamentũ quoq; equorũ, à collo in pectus præpendens, ſegmentum dici poteſt.

Sēgnis, ne. om. t. iners (ἀργὸς, ῥᾴθυμος, νωθὴς) quaſi ſeorſum à recto nitens, g interpoſita, cauſa euphoniæ. & fortè magis ad differentiam ſenis. Componitur igitur ſegnis, à ſe & nitor. Vel dicitur ſegnis, quaſi ſine igne. Vnde ſegnis homo, id eſt tardus, & ignauus, ſicut è contra "ardens, pro feſtinante, & acuto ingenio. poni"turq; interdũ pro infœcũdo, & inutili. Ver. 1. "Georg. Segniſq; horreret in aruis Carduus. Hinc ſegnities, ſiue ſegnitia. νωθρεία, ῥαθυμία, tarditas, negligentia ad agendum. Teren. in Andr. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſecordiæ. Legitur & ſegnitas, pro ſegnitie, apud Cic. Hinc ſegniter aduerb. ocioſe, negligenter, &c.

Ségrĕgo,gas.a.p.pen.cor.ex ſe & grego, ἐκκρίνω, ἀφορίζω. eius contrarium eſt congrego. Eſt enim ſegregare,ab aliorum numero,uel ſocietate,uel grege ſeparare.

Ségūllūm, li.n.ſ.eſt genus terræ in ſummo ſoli, ex quo metallarij cognoſcunt ſubeſſe uenam auri. Plin.lib.33.cap.4.

Sēiūgi,& Seiuges.pe.cor.dicuntur equi ſeni ad unum currum adhibiti.Apul.in Flor.

Sēiūngo,gis.a.t.ſeorſum iungo,& per ſe pono, ſiue ſeparo. ἀφίσκμι, ἀποζεύγνυμι.

Sēlāgo,ginis,herba Plinio lib.24.ca.11.

Sēlēnītēs,σεληνίτης.lapis in Perſide,cuius interior candor(ut ſcribit Augu.lib.21.Ciui.)cũ Luna creſcit,& deficit.

Selibra,bræ.f.p.dimidia libra.ἡμίλιτρον.Liu.5. ab Vrbe,Selibra farris.

Sēligo,gis.gi.ctum.a.t.pen.corr.ſeorſum colligo,ſecerno.ἀπολέγω, ἀποκρίνω. Hinc ſelecti iudices,equites dicti ſunt.Cic.pro Cluen.

Sēlīnōn,(σέλινον) Latinè apium, à quo petroſelinon,herbæ genus.

Sēliquāſtrā,æ.f.p.genus ſedilium eſt antiqui generis,d litera in l conuerſa,ſicut & in ſella,& ſolio factũ eſt,quæ omnia à ſedẽdo dicta ſunt.

Sēllā,æ.f.p.quaſi à ſeda,à ſedendo, antitheſis eſt.Cic.1.de Diuin.Vt in eius ſella requieſceret.Et erat apud Romanos magiſtratuũ,ædilis et prætoris ſedes,qua per urbem ius dicentes comportabantur.

Sēllārĭā,orum.n.ſ.ἱδρυτῆραι.dicta ſunt loca, in quibus ſedes diſponi ſolebant.Plin.34.ca.8.

Sēllūlārij,opifices,qui ſedendo opus faciunt.

Sēmbēllā,læ. quòd ſit libellæ dimidium, inquit Varr.4.de ling.Lat.idem quod ſemis aſſis.

Sēmĕl,(ἅπαξ)aduerb.de ijs ſolummodo dici ſolet,quæ non niſi uniter fieri poſſunt, poſtquã iterantur non iterũ ſemel de ijs dici poteſt, uerum bis,ter,quater,& ſic deinceps.Oui. Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt,deperit illa ſemel.id eſt,ſtatim à principio.Non enim poteſt uirgo ſiue matrona iterũ perdere pudicitiam,cum nullã amplius habeat,ſed pro pudicitia cõmutatam impudicitiã reiterare millies.Aliquando accipitur pro ſummatim, aut in ſumma. καθάπαξ. Quint. Vt ſemel omnia complectar. Aliquando ſignificat citò. Verg. Qui, ne quid tale uideret, Procubuit moriens,& humum ſemel ore momordit.

Sēmĕn,inis.n.t.notæ ſignificationis eſt, quaſi ſerimen,à ſero,ris,quod etiã de uirgultis,et ſurculis dicitur. Verg. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius. Eſt & ſemẽ frumenti genus,quod zeam. ζεὰν. appellant, ſimile farri,ex quo alica fit præclara res.Ponitur aliquando pro genere.Suet. Calig.ca.25.

Sēmēntīcūs,a.um.pe.co.quod ſeminari poteſt. σπόριμος,Plinius.lib.18.

Sēmēntīnæ feriæ,à ſemente, quæ ideo inſtitutæ ſunt,ut ſementem maiorem facere poſſent.

Sēmēntīnā pyra,uel à ſeminum multitudine,uel quòd uſq; ad ſementis tempus durent,dicta.

Sēmēntis.ἄροτος,σπορὰ.fœm. gen.ſignificat ipſam ſationem,ſeu ſeminationem. Plin.lib.18. Sunt qui pronuncient, Feſtinatam ſementem ſæpe decipere,ſerotinam ſemper.Nonnunquã pro ſeminandi tempore atq; aliquando pro ſegete.Gel.2.ca.29. In ſementes fortè conceſſerat tẽpeſtiuiores. Facit aliquando in ablatiuo ſementi,& in accuſatiuo ſementim.

Sēmēnto,tas.ſemen produco.σπερματίζω.

Sēmēſtrē aurũ, ſex menſiũ annona pecuniaria.

Sēmēſtris Luna.ἀμφίκυρτος. dicitur,cum menſis medium permenſa eſt ſpacium.

Sēmēſtris res,quæ eſt ſex menſium. ἑξαμηνιαῖον πρᾶγμα.ut ſemeſtris conſulatus.

Sēmēsūm,penult.prod.ſemicomeſtũ.ἡμίβρωτον. eadem enim forma dicitur, qua ambeſum,& comeſum.Suet. in Tyb.

Sēmĭānĭmis,me.o.t.quaſi exanimatus.ἡμιθνής.

Sēmĭcirculūs,medius circulus.ἡμίκυκλος.

Sēmĭcinctĭūm,tij.n.ſ. ſuccinctorium, quòd medium hominem cingat.id eſt ueſtiat. σιμίκινθιον. Eſt enim genus ueſtis breuiſſimæ,quo uenter, & uelanda teguntur.

Sēmĭdōctūs,mediocris eruditionis.ἡμιμαθής.

Sēmĭfērūs,a.um. pen.cor.ἡμίθηρ.non prorſus ferus,ut Centaurus, qui anteriore parte homo eſt,poſteriore equus.Item ſemifera dicuntur animalia quæ ex fero placidoq; naſcũtur.Sũt etiam quæ nec placida nec fera ſunt,ſed mediæ inter utrunq; naturæ,ut in uolucribus hirundines, in campo lepores & cuniculi, in mari delphini.

Sēmĭgro,as.n.p.diſcedo.Cice.pro Cæl. Cælius permittente patre ab eo ſemigrauit.

Semi-

Sēmĭmārēs, ium. m. t. pen. cor. ſemiuiri, non per fecti uiri. id eſt eunuchi.
Sēmĭmetrŭm, tri. n. ſ. media mēſura. ἡμίμετρον.
Sēmĭnālis, & hoc le. om. t. quod ad ſementem faciendam pertinet. Colum. lib. 11. ca. 1.
Sēmĭnārĭŭm, rij. n. ſ. eſt locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram, (φυτευτήριον.) Colum. lib. de arb. Qui uineam, uel arbuſtum conſtituere uolet, ſeminaria prius facere debet. Aliquando ſeminarium dicitur arbor, de qua aliquid ſumitur, ut plãtetur. Per translationem in malum ponitur & pro origine, & eo à quo omne malum dependet, ueluti à quo male conſito ſeminario peſſimi fructus proueniunt Cic. in. Catil.
Sēmĭnārĭŭs, a. um. φυτευτικός. quod ad ſeminandum pertinet: ut, Virtus ſeminaria. Ambroſ.
Sēmĭnĭŭm, nij. n. ſ. σπέρμα. idem quod ſemen, uel quid producibile. Quandoq; accipitur pro operæ lucro. Plaut. in Rud. Venundatur merces non hæc ſuo ſeminio. id eſt non tanti uenditur, quanti conſtat ei qui fecit.
Sēmĭno, as. n. p. σπείρω, φυτεύω. notæ ſignificationis. Dicimus autem, Seminatur hordeum, & ſeminatur ager hordeo: ſicut ſpargitur humor, & ſpargitur ueſtis humore. Per translationem ſignificat ſpargo, diuulgo. Huius compoſita ſunt, diſſemino, (καταςπείρω) quod eſt uariè, uel diuerſis locis ſemino, ut Rumores in uulgus, (διαδιδόναι λόγους) Inſemino, intus ſemino. Gellius.
Sēmĭnūdŭs, dimidia parte nudatus. ἡμίγυμνος.
Sēmĭŏbŏlŭs, dimidius obolus. ἡμιόβολον.
Sēmĭpēs, edis. m. t. dimidius pes. ἡμίπους.
Sēmĭplăgĭŭm, paruum rete. ἡμιδίκτυον.
Sēmĭplēnŭs, non perfectè plenus. ἡμιπλεως.
Sēmĭplŏtĭă, ſoleæ quibus utebantur in uenando, quo planius pedem ponerent.
Sēmĭquīnārĭă. πενθημιμερὴς. diuiſio eſt, cum in ſcandendo quinq; pedes per dimidium diuiduntur ita, ut poſt duos pedes ultima dictionis ſyllaba, ſuperſit: ut, Arma ui, rumq; ca, no.
Sēmĭrūtŭs, pen. cor. ex parte dirutus. ἡμίβλητος.
Sēmĭs, om: indec. ἡμι. ſignificat dimidiũ, melius tamen in i deſinit, & dicimus ſemi, quod non niſi in compoſitione, inuenitur: ut ſemideus, ſemitiuus. Semis uerò, quaſi ſemias, aliquando accipitur pro media libra. Quandoq; etiam ſignificat dimidium, & indeclinabile eſt: ut, Duos & ſemis cubitos habet. Quandoq; ſemiſſis genitiuum facit.
Sēmĭſeptēnārĭă. ἑφθημιμερὴς. diuiſio eſt, cum in ſcandendo ſeptem pedes per dimidiũ diuiduntur ita, ut poſt tres pedes ultima dictionis ſyllaba ſuperſit: ut, Arma ui, rũq; ca, no Tro, ia.
Sēmĭſpăthĭŭm, breuior enſis. ἡμισπάθιον.
Sēmĭſsĭs, is. genus menſuræ, id eſt cubiti pars. Ad monetam quoq; refertur, ait Budæ.
Sēmĭſsĭs homo, dicitur homo utilis, & quaſi ſemi homo: ſicut ſemiſſem, ſemiaſſem dicimus.
Sēmĭſsĭs uſura, dicitur quoties de centũ numis ſenos nummos uſuræ nomine percipimus.
Sēmĭtă, æ. f. p. pen. cor. quaſi ſemi iter, uia arcta, dimidia uia. eſt enim minor quàm uia. Hinc ſemitarius, qui ſemitas percurrit. Catul. ad cõtubernales: Omnes puſilli et ſemitarij mœchi. Hinc quoq; ſemito, as. de quo in dict. Limito.
Sēmĭtŏgĭŭm, gij. n. ſ. ἡμιτήβεννος. breuis, & quaſi dimidiata toga, à quo ſemitogatus.
Sēmĭuir. ἡμίανδρος. nõ perfectus uir, eunuchus.
Sēmĭuīuŭs, a. um. idem quod ſemimortuus. ἡμίζωος. debilis & uigoris exigui.
Sēmŭncĭă, æ. f. p. aut potius ſemuncia, dimidia pars uncia, ἡμιούγγιον.
Sēmĭuŏcālēs. ἡμίφωνα. quaſi dimidium uocalium ſonum habentes.
Sēmŭſtus, dimidia parte uſtus. ἡμίφλεκτος.
Sēmŏdĭŭs, dij. m. ſ. quaſi ſemis modius.
Sēmŏuĕo, ues. a. ſ. pen. cor. ſeorſum moueo.
Sempĕr. aduerb. temporis. Terent. in And. Rectè ego ſemper fugi has nuptias. ἀεί.
Sempĕrlēnĭtās, atis. una dictio, authore Don.
Sempĕruīuŭm, ui. n. ſ. herba, quæ Græcis ἀείζωον dicitur, ἀεὶ ſemper, ζάω uiuo. uide Plin. lib. 25. cap. 13. & Sedum, & Aizoon.
Sempiternum, ni. n. ſ. ἀτελεύτητον. quaſi ſemper æternum, perpetuum, & ſemper durans. uide in dictione Perpetuum.
Senaculum, li. n. ſ. βουλευτήριον. ubi ſenatores cõſultandi gratia conſiſtebant. Senaculum etiam paruum ſenatum eſſe putamus, à fœminis apud Romanos conſtitutum. Feſtus: Senaculum locus ſenatorum.
Sēnārĭŭs, a. um. ἑκταῖος. quod conſtat ex ſex rebus, ut Senarius numerus. Hinc ſenarioli dicti ſunt uerſus, à ſex pedibus.

Sēnātŏ-

Sĕnātōrēs, um. m. t. βουλευταὶ. patres, patres conſcripti, dicuntur qui ſeſe per ætatem in omni uirtute, & multarum rerum experientia acri iudicio ſtrenue exercuerunt, & ob id præfecti ſunt reb. pub. ſua prudentia diligenter curandis.

Sĕnātōrĭūs, a. um. βουλευτικὸς. quod eſt ſenatoris, ut ſenatoria dignitas.

Sĕnātŭs, tus. & ti m. q. & ſ. βουλὴ γερουσία. à ſenectute, uel à ſinendo, quia magiſtratibus non plus licebat, quàm ſenatus permitteret. Et ſignificat tam locum in quem ſenatores conueniunt, quàm ipſos Senatores. Cogere ſenatũ eſt conſules & ſenatores in conſiliũ conuocare. Senatus erit, id eſt conuocabitur, cogetur. Senatus diſcedit, cùm ſenatores à prætore miſſi facti domum abeunt. Mouere ſenatu, & ex ſenatu reijcere, idem. Senatum conſilij in cor conuocare, dixit Plau. in Amph. quod eſt conſulere apud ſe, quid agendum ſit.

Sĕnātūſcōnſūltūm, ti. n. ſ. βούλευμα, τὸ διαβεβουλευμένον. id eſt ſenatus ſententia. Vide Gellium lib. 3. cap. 18.

Sĕnĕcĭo, onis. m. t. diminut. eſt à ſenex. γερόντιον. Quo nomine etiam dicta eſt herba, quòd uere caneſcat: quæ alio nomine erigeron, (ἠριγέρων) uocatur, in tegulis & in muris naſcens, ſpecie & mollitia irixaginis. cauliculis rubicundis. uide Plinium lib. 25. cap. 13.

Sĕnĕctūs, utis. f. t ſenecta, ſenium, ſenitudo & ſenitas, (γῆρας) in eodem ſenſu accipiuntur, pro ſenum ætate. Teren. in Phorm. Senectus ipſa eſt morbus. Eſt autem ſenectus, ſexta hominum ætas: dicta à ſenario numero, uel ſentiẽdo, quòd in ea ſenſus deficiat. Siue à ſeneſco, ſcis, ſenui, ſenectum. Vnde ſenectus, a. um. nomen uerbale. Sall. Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat. Dicimus & ſenecta, tæ. ſubſtantiuè, pro tempore ſenectutis. Vergilius libro 6. Vires ultra, ſortemq; ſenectæ. Senectus etiam dicitur coriũ uetus, quo ſerpentes exuuntur. uide in dict. Vernatio.

Sĕnĕo, ſenes, ſenui, nectum. n. ſ. Catullus: Nunc placida ſenet quiete. à quo ſeneſco, (γηράσκω) ſenex fio. Vnde & pro putreſio ponitur: ut, Cõſeneſcentia oua, apud Varr. ſic quæcunque deficiunt, remittuntur & relaxantur, ſeneſcere dicuntur.

Sĕnex, (γέρων, πρεσβύτης) dictus uidetur quaſi ſeminex, quòd acta maiori ſuæ ætatis parte, iam morti propinquior ſit. & eſt generis communis ſecundum Priſc. Varro de Ling. Lat. Et tua amica ſenex. Huius genitiuus eſt ſenis, uel ſenicis ſecundum analogiam. Plaut. in Ciſtellaria, Vos negocioſi ſenices ſoletis eſſe. Comparatiuum eſt ſenior, quod ualde ſenem ſignificat. Ouidius libro 12. Metamorph. Tum ſenior, quamuis obſtet mihi longa uetuſtas. Eſt & ſenior, generis communis, in obliquis uerò trium generum. Senes uocantur qui uſque ad ſenilem ætatem uixerunt: Veteres, qui alia ætate uixerunt, etiamſi ad ſenium non peruenerunt. Vtrique Antiqui dicuntur, ſed magis Veteres, quàm Senes. Seniores, pro Senatu aliquando dicuntur, quoniam ex prouectioris ætatis hominibus fieret. Liuius 4. Bell. Maced. A ſenex fit adiectiuũ ſenilis, & hoc le. quod ad ſenem pertinet. Vt ſenile corpus, Plinius lib. 34. cap. 18.

Sĕnĭo, onis. m. t. (ἑξὰς) in talis ſex puncta continet. Nam à ſenario numero dici uidetur, unde & eius iactus perutilis erat. Interdum etiam damnoſus, ſicut & canis. Nam qui iecerat canem, aut ſenionem, ille denarios ſingulos conferebat in medium, ut eſt apud Sueto. in Aug. Exiſtimant erudici, ſenionem ſignificare quaterniarũ, quòd ſcilicet qui iecerat duos ſeniones, ille quatuor nũmos lucrabatur.

Sĕnĭūm, nij. n. ſ. γῆρας. idem quod ſenectus. Dicimus enim, Hic homo confectus eſt ſenio. Quandoq; etiam dicitur tædium, triſtitia, & moleſtia, quòd ſenes omnibus odio ſint. Cice. pro Milone: Tota ciuitas confecta ſenio eſt, ſqualent municipia. Næuius: Senium ſonticum appellat, quaſi nocens, quia ſenectus naturalis morbus eſt, ut inquit Ariſtoteles.

Sēnsĭbĭlĭs, le. om. t. αἰσθητὸς. dicitur de eo quod ſentitur, & de eo quod ſentit. Dicitur autem ſenſibile, quòd per oculos, uel aures, uel olfactum, uel guſtum, uel tactum, quaſi quandam notitiam præbeat ſui. Vnde inſenſibilis apud Gell. lib. 17. cap. 10.

Sēnsĭcŭlŭs, dimin. à ſenſus. ἐνθυμημάτιον.

Sēnsĭfĭcŭs, ſenſifica, ſenſificum, quod ſenſus cauſam præſtat, (αἰσθητήριος): ut, Spiramentum ſenſificum. Macrobius.

Sēnsĭlĭs. le. om. t. pen. cor. αἰσθητὸν, idem quod ſenſi-

ſenſibile, hoc eſt quod ſenſui ſubiectum eſt. Inſenſile, quod ſentire non poteſt.

Sēnſim, (ἐκ προσαγωγῆς, ἠρέμα) aduerbium, ſignificat paulatim, quia ea maxime ſenſum faciunt, quæ morantur, quaſi cum meditatione et ſenſu. Plautus in Caſsin. Senſim ſuper attolle limen pedes noua nupta. Senſim & repentè, contraria.

Sēnsūs, ſus. m. q. (αἰσθητήριον, αἴσθησις) à ſentio, quod per eos tanquam per quaſdam feneſtras animus ſentit. Vnde dicimus quinque eſſe ſenſus, tactum, guſtum, uiſum, odoratum, auditum. Plin. lib. 10. cap. 69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinde guſtus, reliquis ſuperatur à multis. Nam ſenſus ſunt, qui ſentiunt. Senſa, quæ ſentiuntur. Et licet propriè ſenſus ſint corporis, conſuetudo tamen iam tenuit, ut mente concepta ſenſus uocaremus. Plin. Nihil enim tam ridiculum, quàm uerborum ſonitus inanis, ſine ſenſu & ſcientia.

Sēntēntĭă, æ. f. p. (γνώμη, νοῦς) modo iudicium dicitur, id eſt id quod animus ſentit, quod & credulitas, & opinio uocari ſolet: ut, Nemo eſt in ciuitate, cui non liceat liberè ſententiam ſuã dicere, id eſt pronunciare, quod habet in animo. Salluſtius, At M. Porcius Cato rogatus ſententiam, huiuſmodi orationem habuit. Sic ſententia eſt, id eſt, ita ſtatui in animo. Res poſita in ſententijs dicitur, de qua uariæ ſunt hominum ſententiæ. Omnibus ſententijs abſolutus eſt, dixit Cice. ad Qu. frat. lib. 7. id eſt omni conſenſu, omnibus ſentientibus & deliberantibus. Modò dicitur iudicatum, cũ ex lege, uel ex æquo & bono Iudex id pronunciat, ſecundum quod uult diſcedere eos, qui litigant, à tota controuerſia. Modò capitur pro eo, quod uerba ſonant, & definitur ſic: Sententia eſt oratio generalem pronunciationem habens, quæ uel hortatur, uel dehortatur, uel demonſtrat: ut, Nil metuant, qui non deliquerunt, pœnas. Sententias etiam uocamus Lumina orationis, præſertim quæ in clauſulis ſunt breuiter collecta: ut, Obſequium amicos, ueritas odium parit. Hinc ſententioſus, a. um. quod ſententijs abũdat. Et ſententioſè, aduerbium. Huius diminut. eſt Sententiola.

Sēntĭcētŭm, locus in quo ſentes ſunt. ἀκανθών.

Sēntīnă, æ. f. p. pen. prod. (ἄντλος) pars nauis inferior, in quam quicquid inſtillat aquarum defluit, quibus corruptis tetrum odorem emittit: à ſentio. tis. quòd eius fœtor ſentiatur. Per tranlationem ſentina dicitur omnis locus, qui ſceleratorum hominum receptaculum ſit. Cicero in Catilin. O fortunatam rempublicam, ſi quidem hanc ſentinã huius urbis eiecerit.

Sēntīno, nas. n. p. ſatago ac ſubtiliter periculum euito, à ſentina nauis, quam quiſque ut aqua liberet, euacuare contendit. Cæcil. Capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis. Feſtus.

Sēntĭo, tis. ſi. ſum. a. q. ſenſu percipio, quod ad corpus pertinet, (αἰσθάνομαι) Plautus in Curcul. Sentio ſonitum. Vnde quinque corporis ſenſus appellati ſunt, uiſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Interdum ſentire ponitur pro intelligere, iudicare, opinari, (φρονεῖν, γνώμην ἔχειν) Plin. Iunior, Cupio abs te intelligere, quid ſentias. Interdum aduertere. Plautus in Amph. Nec noſtrum quiſquã ſenſimus, cum peperit. Sentire medicinam, apud Celſum, eſt melius habere poſt medicinam, Budæus. Huius compoſita ſunt, Aſſentio, Conſentio, quod eſt conuenio. Inde conſentaneus, a. um. pro cõuenienti. Aliquando conſentire, eſt acquieſcere. Vnde conſenſus. Aſſentio, diſſentio, præſentio, antè uel prius ſentio, hoc eſt aduerto & præcognoſco. προαισθάνομαι. Hinc præſentiſco. Perſentio, perfectè ſentio, à quo perſentiſco. Subſentio, aliquantulum ſentio, aduerto.

Sēntĭs, is. f. t. ſpina, quod à tangentibus quàm primum ſentiatur. ἄκανθα. Colu. Liberantur arua ſentibus. Hinc ſenticoſus. a. um. ſpinoſus & aſper, (ἀκανθώδης.) Sentis canis, maior ille rubus in agris creſcens, & numeroſa atque craſſiora mora ferens.

Sēntūs, piloſus, horridus, quaſi ſpinoſus.

Sĕōrsūm, aduerbium, ſeparatim. Dicitur & ſeorſus, a. um. remotus. Verg.

Sēpăro, ras. a. p. pen. cor. diuido, diſtraho (ἀφορίζω, ἀποκρίνω, χωρίζω) à ſe & paro. Hinc diſſeparo, & aduerbium ſeparatim, id eſt diuiſim, χωρίς. Separatim pro peculiariter dixit Cicero, cui opponitur communiter. A ſeparatus fit aliud aduerb. Separatẽ.

Sēpēdēs, pen. cor. dicũtur formicæ, à numero pedũ. ἑξάποδες. Formicis enim ſeni pedes ſunt.

Sēpē-

Sĕpĕlĭo,lis.liui.litum.& ſepultum.a.q.pen.cor. θάπτω. Quod uerbum à ſepio quidam deducunt,quia cadauer terra,uel alio materiæ genere circumſepitur. Eſt autem ſepelire humo iniecta contegere,in ſepulchrum inferre, tumulo mandare mortuum. Sepelire dolorem,per translationem,eſt deponere, tegere. Sepultus ſum, id eſt perij, & plus eſt, quàm nullus ſum,authore Donato.

Sēpēs,pis.& Sēps.pis.fœm.gen.quæ obiecta introitũ prohibet in agrum aut hortũ. φραγμός.

Sēpĭă,æ.f.p.genus piſcis,qui cũ ſe peti animaduertit, emiſſo atro cruore, piſcatoribus hoc quaſi ad ſe iter præſepit. Hinc ſepiola dimin.

Sēpīmēntūm,ti.n.ſ.id dicitur,quo aliqd ſepitur

Sēpio.pis.piui.pitum.uel ſepſi,ptum.a.q.ſignificat teneo, impedio, circundo. περιβάλλομαι, φράττω. Dictũ à ſepibus,quæ obiectæ intercludunt iter. Huius compoſita ſunt,Conſepio, circumſepio,interſepio,præſepio, quod eſt ſepem antè facio. προβάλλομαι.

Seplaſiarius, pro unguentario & effœminato: uide Seplaſia in proprijs.

Sēpōno,nis.a.t.pen.prod.ſeorſum pono,ſeparo. ταμιεύω, ἀποτίθημι. Liu. Pecuniam,in ædificationem eius templi ſepoſuit. Hinc ſepoſitus,pro remoto,qui in lõginquis habitat finib.

Sēps,pis.(σὴψ)maſ.t.paruus ſerpens, ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt: ab σήπω, quod eſt putrefacio. uide Sepes.

Sēptă,orum.n.ſ.generali uocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento uallata,(δρύφακτα,περίβολοι,ἕρκη) Inde ſtabula ouilia,bubilia,& id genus reliqua,ſepta nuncupantur, & aliquando pro ouilibus ponuntur.Verg. Quamuis multa meis exiret uictima ſeptis. Econuerſo ouilia pro ſeptis. Inde ſeptus locus,ſepta uilla,ſeptum tectum.Iureconſulti accipiunt ſepta pro obicibus & clauſtris, quibus utimur ad impetus fluuiorum coërcendos.Vlpianus de riuis Lege 1.

Sēptāngŭlūs dicitur,ſeptem angulos habens.

Sēptēm,numerale nomen eſt, quid ſignificet notum. Ex quo multa deductiua habēt originē.

Sēptēmbĕr,bris.m.t. μαιμακτηριὼν,σεπτέμβριος. menſis dictus eſt,quòd ſit ſeptimus in ordine.

Sēptēnnis,& hoc ne.om.t.id eſt ſeptē annorum. ἑπταετής.Dicitur & ſeptuennis, & hoc ne.

Sēptĭānă mala,(σεπτιανὰ μῆλα) à Septio Libertino eorum primo inſitore, inſigni rotunditate prædita,inquit Colum.

Sēptĭcūs,adiect.à uerbo Græco σήπω, putrefacio: unde ſeptica medicamenta, quæ uim habent erodendi putrefaciendiq́;.

Sēptĭmūncĭālĭs, adiect. ut ſeptimuncialis ſatio, quando media & ultima pars ſementis ſeritur. Legitur & ſeptuncialis.

Sēptūm tranſuerſum, Medicis eſt,quod ſupremum uentriculum ab inferioribus ſeparat. διάφραγμα τῆς ἄνω κοιλίας.

Sēptūnx,uncis.m.t. (ἑπτούγγιον) nomen dictum à ſeptem & uncia. Eſt & menſura iugeri,hoc eſt partis mediæ, & unius duodecimæ ipſius iugeri.Col.lib.5.cap.1. Pars dimidia,& una duodecima,pedes ſexdecim millia & octingẽtos. hoc eſt ſextunx, in quo ſunt ſcrupula.168.

Sēptŭōsē,aduerbium,à ſepio,id eſt obſcurè

Sēpūlchrālis,le.om.t. quod ad ſepulchrum pertinet: ut, ceremoniæ ſepulchrales,quæ pertinent ad funerationem,impenſam,ſtructurãq́; ſepulchrorum, ἐπιτάφιον.

Sēpūlchrūm, chri. n.ſ. locus in quo corpus, oſſaq́; hominis ſepulta ſunt,quaſi ſeorſum à pulchro(ut inquit Seru.)Sed melius eſt, ut ſepulchrum dicatur à ſepeliendo, & cum h ſcribendum cenſeo.

Sēpūltūră, ræ f.p. quandoq; ſepulchrum dicitur. ἐνταφιασμός. quandoq; ſepeliendi actus.

Sēpūltūs, a.um. (ταφεὶς)dicitur, ut ait Plinius quomodocunque conditus ſit: humatus uerò, non niſi humo contectus. Aliquando ſepultus ſumitur pro eo,qui mortuo ſimilis,et quaſi ſine ſenſu iacet.

Sēpūm,pi.n.ſ.quod & ſeuum. στέαρ. dicitur, fit ex animalibus una parte dentatis & cornigeris,authore Nonio,Fit ex adipe ruminantiũ. Hinc ſepatius.a.um. (στεάτινος) quod ex ſepo eſt: ut candelæ ſepatiæ. Sunt qui legant, ſebum, & ſebo.bas.

Sēquāx,acis. o t.quod aliquid ſequitur. ἀκόλουθος. Aliquando ſignificat id,quod ſe ſpargendo dilatat. Sequacem uerò materiam, appellat Plin.inhærentem.

Sēquēlă,læ.f.p.pen pro.ipſe ſequendi actus.

Sēquēſtĕr,ſtris.ſtre.& hic,& hæc ſequeſtris, & hoc ſtre.& ſequeſter.ra.rum. Eſt autem ſequeſter,

queſter, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, ut inquit Modeſt. de Verb. ſignific. προ⟨σ⟩γ⟨ε⟩γονὸς, μεσεγγυος, ἐγγυολάβος, μεσεγγυησάμενος. Dictus (ut docet Gell.) quod eius, qui electus ſit, utraque pars fidem ſequatur. eſt enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ſeponitur, quapropter Vergilius pacem ſequeſtram, inducias appellauit. Et eos, qui rem perficiendam ſuſcipere, & inde lucrum facere, ut redemptores ſolent, Cicero ſequeſtres, teſte Budæo appellare ſolet. Budæus, Sequeſter apud Quintil. eſt, qui à litigatore doctus, docet patronum.

Sĕquēſtro, ſtras. a. p. apud ſequeſtrum depono. Vnde ſequeſtrata res dicitur. Interdum ſequeſtrare, eſt ſeparare. ἀποχωρίζειν.

Sĕquēſtrō, aduerb. Cato. Per Deum immortalē nolite uos ſequeſtrò ponere.

Sĕquiŭs, pro ſecius dixit Liu. 2. ab. Vrbe.

Sĕquŏr, queris. quutus. d. t. ἕπομαι, ἀκολουθέω. à ſeco fit. Sequi amicum, eſt facere, quod amico placet, & obtemperare illi. Sequi conſuetudinem. Sequi ſuam fortunam. Sequi naturam ducem, facere quemadmodum natura nos inclinat. Huius compoſita ſunt, Aſſequor, cōſequor, exequor, inſequor, obſequor, perſequor, ſubſequor, pediſſequus. qua.

Sĕră, ræ. f. p. per ſimplex, r inſtrumentū eſt, quo clauduntur oſtia, ζυγὸς, κλεῖθρον. Iuuenal. Pone ſeram, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos? Hanc etiam patibulum uocant, quod ea remota ualuæ pateſcunt. Varro libro tertio, de lingua Latina, à ſarcire deriuat, quod eſt aperire.

Sĕrāpĭās, herba quæ & orchis dicitur, de qua Plin. lib. 26. cap. 10.

Sĕrēno, nas. n. p. clarifico, trāquillo. αἰθριόω. Vergil. Vultu quo cœlum, tempeſtateſq; ſerenat.

Sĕrēnĭtās, atis. f. t. ſerenum tempus, ſerena tempeſtas, ſerenum cœlum.

Sĕrēnŭs, a. um. pen. pro. ſignificat tranquillum, ſine nubibus, ſine imbre, quòd id maximè tempus ſationi aptum ſit. εὔδιος, εὐδίας. Serena frons, per translationem ponitur pro læta. Serenus color, lucidus. Plinius libro 9. capite 15. Dicimus ſereno, ſubſtantiuè, caſus ablatiui, pro ſereno tempore, cui opponitur nubilo. Plinius libro 11. cap. 24. Quandoque ponitur ſerenus pro ſicco. Vergil. Vnde ſerenas Ventus agat nubes. Serenitas. αἰθρία.

Sĕrēſco, ſcis. n. t. ξηραίνομαι. ſiccus fio, quaſi ſereneſcò, & ſerenus fio, quoniam ſerenitas ſicca eſt. Aliquando ſereſcere, eſt in ſerum abire. διορρῶσθαι. Plinius libro 11. cap. 41.

Sĕrgĭă, oliuæ genus, apud Colum. lib. 5. ca. 8.

Sĕrĭă, ſunt quæ iocis opponuntur: nam ſunt uera & grauia. σπουδαῖα.

Sĕrĭă, æ. f. p. uas uinarium fictile, oblongum. Litius li. 4. De ſecundo bel. Pun. Vide Seriola.

Sērĭcārĭŭs, rij. m. ſ. textor ſericorū. σηρικοπλόκος.

Sērĭcātŭs, a. um. qui eſt indutus ſerico. σηρικοφόρος. Suetonius.

Sērĭcŭm, ci. n. ſ. σηρικὸν. ſubſtantiuū, id eſt quòd à Seribus fiebat, & depectebatur ex arboribus ad ueſtimentorum nobilitatem, ut refert Plinius lib. 6. ca. 17. Nunc autem uulgò ſericum accipi ſolet pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti ſolet.

Sērĭcŭs, a. um. σηρικὸς. pen. corr. quod eſt confectum ex ea lana, hoc eſt ex ſerico. Hinc fit holoſerica: ut ueſtis holoſerica, ex ſerico contexta, ſiue alia materia. Subſericus. ca. cum. quod non eſt plenè ex ſerico.

Sĕrĭēs, ei. f. q. τάξις, ἁρμός. ordo, & quaſi quædam rerum continuata progreſſio. A ſerendo. id eſt ordinando dicta: ut, In ſerie orationis. id eſt in contextu.

Sĕrillă, n. f. inquit Feſtus, Verrius appellari putat Iſtrica nauigia, ac Liburnica, quæ lino ac ſparto condenſantur, à conſerendo, & contexendo dicta. Vide Sorilla.

Sĕrĭō, aduerb. ſignificat uerè, & cum grauitate. σπουδαίως, ἐσπουδασμένως.

Sĕrĭŏlă, læ. f. p. diminutiuum, à ſeria. καλπίδιον. Perſius: Seriolæ ueterem metuens deradere limum.

Sĕrĭphŭm, phi. n. ſ. genus abſynthij, quod & ſeriphium, & marinum dicitur. Vide Plinium libro 27. capite 7. σερίφιον.

Sĕris, is. f. t. genus cichorij, uocant autem Latinī intybam, ſiue intybum, uulgus noſtrum endiuiam. Var. 1. de re Ruſt. ca. 10. 4.

Sĕrĭtă, tæ. f. p. eſt orcarum ordo directus.

Sĕrĭŭs, a. um. ſignificat graue. σπουδαῖος. Nonius, Serium, quaſi triſte & ſine riſu, uel ridiculo.

culo. uide Seria.

Sĕrmo,onis.m.t.loquela, à compoſitis & ſimul contextis uerbis. λόγος, ὁμιλία. Eſt autem ſermo,(ut Cic.lib.3.ad Heren.ſcribit)oratio remiſſa,& finitima quotidianæ locutioni. Huius diminutiuũ eſt ſermunculus. Plin.Epiſt. 103. Vt ſermunculis etiã & fabellis ducantur.

Sĕrmōcĭnŏr,aris.d.p.pen.cor.ſermonem facio, loquor. ὁμιλέω.

Sĕro,ras.n.p.claudo. κλείω. Huius compoſita ſunt,Obſero, (κατακλείω) pro occludo. Reſero,aperio.

Sĕro.ris.ſeui,ſatũ.n.t.ſignificat ſemino. σπείρω. Aliquando ſignificat planto. φυτεύω. Cice.1. Tuſc.Serit arbores,quæ alteri ſeculo proſint. Per translationem ſerere quandoq; ponitur pro generare. Vnde ſatus.id eſt generatus. Per translationem quoq; dicimus ſerere bella, & ſerere certamina:ſerere colloquia,& ſerere ſermones,colloqui:ſerere diſcordias, lites, negocium, mentiones: ſerere crimina in aliquem. Hinc ſator,uerbale,qui ſerit,aut plantat. Sator cœleſtium. Cic. 1. Tuſcul. id eſt creator,genitor. Hinc.Satorius adiect. quod ad ſatorem pertinet. Huius compoſita ſunt, Aſſero, circunſero,conſero, deſero, diſſero, exero,interſero,inſero,obſero,reſero, & ſubſero,quæ habent pen.cor.

Sĕro, ris.rui. diuiſis ſyllabis, ſertum, a.t. (ἅπτομαι) ſignificat admoueo. Vnde aſſerere manum, Veteres dicebant pro comprehendere, cum eam prehendebant in libertatem. Item texere & ordinare. Inde ſerta coronæ dicuntur.Et ſeries.

Sērō,(ὀψὶ)aduerb. ſignificat tardè. Aliquando ſignificat ueſperè, quod eſt poſt occaſum, atq; hæc eſt uera eius ſignificatio, inquit Valla lib.4. Aliquando poſt tempus. Hinc ſerius, comparatiuum. id eſt tardius. Cic.in Catil. Hoc ſerius à me factum eſt. Et ſeriſsimè, tardiſsimè.Plin.lib.15.cap.17.

Sērōtinus,na.num.(ὄψιμος)pen.cor.à ſerò,pro ueſpere,fit. Vt hora ſerotina, tempus ſerotinum. Et ſerotinus à ſerò,pro tardè:ut Poma ſerotina, quæ poſt legitimum tempus,uel tardius cæteris matureſcunt.

Serotum.uide Scrotum.

Sĕrpēns, entis. o. t. modo participium. ἕρπων. modò nomen. ὄφις. tam maſc. quàm fœm.gen. generale eſt ad omnia, quæ ſerpunt citra uſum pedum, à ſerpendo dictum. Hinc ſerpentinus,a.um. ὀφικός. ut, Vox ſerpentina.

Sĕrpĕrāſtră,n.ſ.uocant inſtrumenta, quæ geniculis puerorum alligantur, ut cum his deprauata corrigant crura. à ſerpendo dicta.

Sĕrpillŭs,li.m.ſ.à Græco,(ἕρπυλλος) id quod ab ἕρπω. ſerpo, aſpiratione mutata in s, (ut in ἑπτὰ ſeptem) herba paruorum foliorum capillis per terram ſerpentibus.Plin.lib.19.cap.8. Dicimus & ſerpillum neut.gen.

Sĕrpo,pis.pſi.ptum.n.t. (ἕρπω) ſignificat repo, & quandoq; quaſi in modum ſerpentis circuo, paulatimq; decurro. Serpere humo aliquis per translationem dicitur, quando paulatim prouehitur, ſiue procedit in re aliqua. Hinc ſerpens participium, quod longius, ac latius ſerpit, & diuagatur. Hinc componuntur, Inſerpo, intrò ſerpo. εἰσέρπω. Proſerpo, porrò ſerpo. καθέρπω. Hinc Proſerpina.

Sĕrpŭlă,à Veteribus dicebatur, quam nos ſerpentem dicimus. Feſtus.

Sĕrră,ræ.ſ.p.per duplex rr, inſtrumentum dentatum, quo ligna & lapides ſecantur. πρίων. Item ſerra, inſtrumentũ ligneũ, dentatũ,quo trahētibus bobus homines torquebãtur. Item eſt genus piſcis marini apud Plin.lib.32.ca.11.

Sĕrrātŭs,ta.tum.quod ſerra ſectum eſt, & quod ad modum ſerræ factum eſt. πριονώδης, πριονωτός. Vnde ſerrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſunt, ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſeſe ſtipantes.

Sĕrro,ras.a.p.ſerra per medium ſeco. Sil.lib.6.
» Auro ſerrauit ramos Iunonius anguis.

Sĕrrŭlă,læ.ſ.p.diminut.parua ſerra. πριόνιον.

Sĕrrātă,tæ.ſ.p.herba, à ſerrata foliorum textura ſic dicta,de qua Plin.lib.24.cap.15. Hæc alijs Chamædrys.

Sĕrrātŭlă,læ.ſ.p.herba,de Plin.lib.25.cap.8.

Sĕrtă,n.ſ.(στεφανώματα)coronæ dicuntur,à ſertis, hoc eſt à digeſtis inuicem floribus frondibusq;, ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebant,& ſubſtãtiuum eſt. Hinc Sertus.ta.tum. ut,Sertos flores,ſertas coronas.

Sĕrtŏr,maſc.ge.t. Sertorem inquit Feſtus,quidam dici putant à prenhendo, quia cum cuipiam afferat manum,educendi eius gratia ex

ſeruitu-

ſeruitute in libertatem, uocetur adſertor.

Sĕrtŭlă regia, herba eſt, à ſertis quæ ex ea fiunt ſic dicta, quæ & μελίλωτος à Græcis dicitur, uide Plin. lib. 21. cap. 9.

Sĕrtă, uiæ. f. p. ſerta quæ ex floribus fiebant, à ſerendo dictæ. Plin. lib. 21. cap. 2.

Sĕruilis, le. om. t. quod ſeruorum eſt, uel quod ad ſeruos pertinet. οἰκετικὸν, δουλικόν. ut Seruilis conditio, & ſeruile officium. Hinc Seruiliter, aduerb. ſeruorum more.

Sĕruio, uis. uiui. uitum. n. q. propriè ad ſeruos pertinet, dum heri præceptis obſequuntur. Eſt aũt ſeruire in ſeruitute eſſe. δουλεύειν. Interdũ parcere, ſeruare, & operam dare. Teren. Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei ſeruiens. Seruire ætati alicuius, eſt illius ætatis habere rationem. Seruire commodis alterius, eſt dare operam utilitatibus alterius. Huius compoſita ſunt, Aſſeruio, Deſeruio, Inſeruio, quod eſt obſequor. δουλεύω, καθυπουργῶ. & quaſi officium ſeruientis alicui præſto ſiue in reb. & negocijs alicuius ſtudioſus ſum. Subſeruio, parum uel leuiter ſeruio. Interdũ quadro, conuenio, reſpondeo. Terent. Venire me aſſimulabo, tu ut ſubſeruias orationi, ubicunque opus ſit uerbis.

Sĕruitiŭm, tij n. ſ. idem quod ſeruitus. δουλεία. In plurali uerò ſeruitia quandoq; ipſi ſerui dicũtur. Sallu. Interea ſeruitia repudiabat, quorũ magnæ copiæ ad eum concurrebant.

Sĕruitŭs, tutis. f. t. pen. cor. ipſa ſeruiendi aut ſeruorum conditio. δουλεία. Aliquando dominatus dicitur. Teren. in Andr. Vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus Scis.

Sĕruo, as. a. p. libero. σώζω. Item cuſtodio, tueor. φυλάττω, τηρῶ: ut, Dij patrij ſeruate domum ſeruate nepotem. Item ſolicitè ac diligenter obſeruo. Plau. in Aſin. Tuus ſeruus ſeruet, Veneri ne eas det, an uiro. Item inhabito, poſſideo. Verg. lib. 4. Georg. Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant. Item teneo. Ponitur aliquando pro recuperare. Cic. Quint. frat. Caluus aiebat, nos preciũ ſeruare poſſe, ſi uendere uellemus. Budæ. Seruare de cœlo, eſt nunciare aut pluiſſe, aut intonuiſſe. Cice. pro Dom. ſua. Seruare fidẽ, eſt præſtare promiſſum. Dicimus quoq; ſeruare modum, ordinem, officium, inſtitutum, promiſſum, temperamentum & gloriam. Huius cõpoſita ſunt, Aſſeruo. παραφυλάττω. Conſeruo. σώζω. Obſeruo, præſeruo, & reſeruo.

Sĕrŭm, ri. n. ſ. ſubſtantiuum, ſignificat extremã partem diei. δείλη, ὀψία, ἑσπέρα. Liuius, Erat iam diei ſerum. ὀψὲ ἦν τῆς ἡμέρας.

Sĕrŭm, ri. n. ſ. dicitur aqua lactis, ad multos morbos utilis. ὀῤῥός. ut, Pingue ſerum, Verg.

Sĕrŭs, a. um. modò tardũ ſignificat. χρόνιος. Mar. Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. Hinc Colum. comparatiuũ formauit ſeriorem. Pli. lib. 15. ca. 15. Patriæ cognomina habent ſeriſſima omnium Ameriana. Modò ſignificat grauem, magnum, triſtem. Serus conuiua Tonantis, eſt qui ſerò moritur. Martialis libr. 8. Serum lumen, eſt nocti uicinum.

Sĕruŭs, ui m. ſ. dictus à ſeruo. uas. δοῦλος. Aug. lib. 19. Ciuit. Origo uocabuli ſeruorum inde creditur ducta, quòd ij, qui iure belli poſſent occidi, à uictoribus conſeruabantur, & ſerui fiebant, à ſeruãdo appellati. Et eſt ſeruus, qui dominio alieno contra naturam, iuris conſtitutione ſubijcitur. Huius dimin. eſt ſeruulus. Et ſeruula, læ. Cic. ad Att. lib. 10. Conſeruus, qui in ſeruitute pariter eſt. hoc eſt qui eiuſdem domini ſeruus eſt. σύνδουλος.

Sĕruŭs, a. um. ut ſerua prædia, quæ alicui obſtricta ſunt.

Sĕsămă, mæ. genus frumenti Indici, de quo Plin. 18. ca. 10. Seſamum gen. neut. ſ. & ſeſama in plurali ſæpius legitur apud Colum. ut lib. 11. cap. 2. Recenſetur autem à Col. lib. 2. cap. 7. inter legumina. Hinc fit ſeſaminus, adiectiuum: ut, Seſaminum oleum, de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Sĕsămŏidĕs, herba, de qua Plin. li. 22. capite 21.

Sĕscŭnx. cis. m. t. & ſeſcuncia. ciæ. unciam ſignificat, & unciæ dimidium, ut ait Budæus. Hinc ſeſcuncialis, & hoc. le. quod ad ſeſcunciam pertinet. Plinius lib. 13. cap. 15. Tota craſſitudine ſeſcunciali.

Sĕscuplŭm, pli. n. ſ. erat uſuræ genus iniure pontificio damnatum, quod fit cum datur ſumma aliqua, & recipitur ſumma illa cum ſua plica. id eſt medietate.

Sĕsĕlis, (σέσελι) herbæ genus, qua paſci dicuntur ceruæ parituræ. Cic. Hæc etiam quandoque ſile dicitur, neutri generis.

Sĕsquĭ, uerbũ, ut Auguſtinus interpretatur pro

eo, quod eſt ſe abſq;, dictum uideri poteſt. τεύημι. Seſqui, uocabulum in appoſitione inuentum. id eſt poſitum in oratione per ſe, & non compoſitum, pro hemiolo accipiendum eſt, quod perinde eſt ac ſi dicat, tantundem & ſemis. In compoſitione uerò, itidem maius ſignificat, quòd Græco uocabulo hemiolium à noſtris etiam appellatur, ut ſeſquipes, ſeſquicubitus, ſeſquidigitus, ſeſquijugerum. Budæus.

Sēſquĭāltĕră proportio eſt, quæ tantundem & dimidium habet. ἡμιόλιος

Sēſquĭhōră, ræ. f. p. una hora cum dimidia.

Sēſquĭmŏdĭŭs, dij. m. ſ. qui cōtinet unum modiū cum dimidia parte alterius. τετημιμέδιμνος.

Sēſquĭŏpĕră, ræ. f. p. Colu. libr. 2. capite 13. Fabæ occantur ſeſquiopera.

Sēſquĭpēs, dis. m. ſ. unum pedem & ſemis continet. τετημιπόδιον. Hinc ſeſquipedalis, & hoc ſeſquipedale.

Sēſquĭplŭm, pli. n. ſ. ſiue ſēſquiplēx, idem ſignificat quod ſeſquialterum, quod Greci ἡμιόλιον appellant. Vt cum dicimus ſenarium eſſe ſeſquiplum quaternarij, continet enim eum totum, & inſuper dimidiam eius partem.

Sēſsĭlĭs, le. om. t. penul. corr. quod ſedet, uel ſedere uidetur. ἑδραῖα. Hinc Seſſiles lactucæ dicuntur, quaſi ſedentes.

Sēſſĭbŭlŭm, li. n. ſ. ſuper quod ſedemus, & quieſcimus.

Sēſsĭto, as. n. p. frequentatiuū. Cic. de Claris Orat. Quam Deam in Periclis labris ſcripſit Epolis ſeſſitauiſſe. Id eſt ſæpius ſediſſe.

Sēſsĭo, onis. f. t. ἵδρυσις. modo ipſum ſedendi actum ſignificat, modò ipſum ſedile. Cic.

Sēſtērtĭŭs, tij. m. ſ. σεστέρτιος. & ſeſtertium, per s & t, quaſi ſemis tertius, eo quòd contineat in ſe aſſes duos, & dimidiatum tertium. Veteris conſuetudinis fuit, ut ſemis anteponerent: ut, ſemiſquartus, ſemiſquintus, ſemiſtertius, à quo ſeſtertius. Et eſt compoſitio Attico more facta. illi enim ἑπτὰ ἥμισυ τάλαντα. hoc eſt ſeptem ſemitalenta dixerunt, ſeruantes illud, ut expreſſus numerus pro dimidio caperetur. Apud Romanos ex ære ſignato continet libras duas ac ſemis, uel dipondium ac ſemiſſem, & per duo I I & S notabatur, ualet mille numis. Apud eruditos quandoq; ſeruatur, ut ſeſtertius maſ. gen. uſurpent, ſignificantes minutulam ſummam: ſeſtertia uerò pro maioribus ſummis, ut quadraginta ſeſtertia, pro quadringentis millibus, quæ ſumma eſt cenſus equeſtris. Eſt etiam ſeſtertium genus ueli tripli ci licio texti, ut tertium filum duobus impar ſit. uide Bud. de Aſſe. Huius dimin. eſt, Seſtertiolus uel ſeſtertiolū, cum accētu in antepen.

Sēſtĭānă mala, à Seſtio cognominata, apud Colum. lib. 12. cap. 45.

Sētă f. p. dicuntur pili craſſiores, rigidiq; atq; erecti, quales ſues habēt. Vnde dictæ ſunt ſetæ, quaſi ſuetæ. A quo & ſuo, ſuis deducitur.

Sētănŭm, ni. n. ſ. σητάνιον. frumenti genus, quod & trimeſtre dicitur, quod inopiæ ſubſidio inuentum eſt. Sed & meſpili quoddam faſtigiū uocant Setanum. Apud Græcos in utraq; ſignificatione. Dicitur etiam ſitanium.

Sētĭgĕr, a. um. quod ſetas gerit.

Sētōſŭs, a. um. quod eſt ſetis plenum. λάσιος. ut ſetoſum animal.

Sēttă, tæ. f. p. genus arboris naſcentis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinem: unde omnia ligna arcæ, & tabernaculi facta ſunt, & appellatur ſettim.

Sētŭōſŭm, ſi. n. ſ. à ueteribus dicebatur obſcurum. Alij ſeptuoſe legunt.

Seū, diſiunctiua particula, qua iungimus ea, quorum alterum, non utrunq; affirmamus.

Sĕuērĭānă, n. ſ. σεβηριανά. ſpecies ſunt pyrorum ab inſitore Seuero (ut opinnor) dicta.

Sĕuērĭtās, tatis. f. t. grauitas, quæ eſt pars iuſtitiæ, qua iudex nihil omnino de ſupplicio remittit, neq; à uero diſcedit adeò, ut uideatur miſericordiæ contraria. ἀποτομία. Vnde & pro crudelitate, & quadam naturæ toruitate ponitur, quæ & ſeueritudo dicitur. Plau. Epid.

Sĕuērŭs, ra. rum. penu. product. ἀπότομος, σεμνός. dicitur à ſeuus, detracta a, & prima ſyllaba correpta. Et modò ponitur pro graui, & cenſorio, modò pro crudeli & aſpero, modò pro triſti & uitabili. Seuerum authorem uocat Plin. li. 11. ca. 52. cui maximè fidendum ſit. Hinc aſſeuero, & perſeuero.

Sĕuŏco, cas. a. p. penult. correp. ſeorſum, ſeu in alteram partem uoco, duco ue. ἀποκαλῶ. Seuocare ad ſe de communi, eſt de eo, quod multis commune eſt furari. Seuocare animum ab omni negocio, eſt animum laxare, & nulli rei intendere.

Sēuŭm,

Seuũm, ui.n.ſ.quod & ſebum, & ſepũ dicitur, (σίαρ) pinguedo, ex qua fiunt candelæ. Et eſt cornigerorũ duntaxat, quæ in una parte dentata ſunt, & quæ in pedibus talos habent. Biſulca uerò, & quæ pedes ſciſſos in digitos habent, & carent cornibus, non ſeuum, ſed adipem habent. Contra pingue, inter carnem cutemq́ eſt, ſucco liquidum. Inde pingue in ſue, laridum dicitur. Hinc ſeuoſus.a.um. quod inſtar ſeui ungit. στεαρώδης. Legitur tamen & ſepum. A quo ſeuo.as. ſeu ſepo.pas. quod eſt ſeuum impono, ſeu candelas ex ſeuo facio.

Sĕx, numerale nomen, à Græcis dictum, aſpiratione in s uerſa. Illi enim ἕξ dicunt. Ex quo ſextus.a.um. ἕκτος. Aduerbium ſexies. ἑξάκις. & ſexaginta, & ſexcenti, ſexcentæ, ſexcenta. & ſexagenus.a.um. & cætera numeralia. A ſex, fit ſexennis, quod eſt ſex annorum. Et ſexennium, tempus ſex annorum. In compoſitione x amittit, ſedigitus, ſepedes.

Sĕxcĕntōplāgŭs, gi.m.ſ. fictum à Plauto nomen eſt in Captiuis, pro eo, qui ſexcentas plagas accepit.

Sĕxtāns, tis.m.t. ſexta pars aſſis. hoc eſt duæ unciæ. ἑκτημόριον. Erat nummulus quadrante minor, duas uncias ualens. Eſt & genus ponderis. Plin.lib.26.cap.11. Sextans agri, pars ſexta iugeri. Hinc ſextarius, adiectiuũ quod ſextantis habet pondus. Antiqui Seſtans cum s ſcribi uolunt.

Sĕxtārĭŭs dicitur, quòd ſit ſexta pars cõgij, quæ menſura apud antiquos tam liquidis, quàm aridis ſeruiebat. Latine Hemina.

Sĕxtīlĭs, lis. m.t. menſis, qui nunc Auguſtus. Sic dictus, quòd ſextus eſſet in ordine menſium

Sĕxtŭlă, læ. f.p. æris minima pars, dicta quod ſit ſexta pars unciæ. Eſt & menſura agri. Colum.libr.5.cap.1. Pars 72. pedes 400. hoc eſt ſextula, in qua ſunt ſcrupula.4.

Sĕxŭs, us. maſc.gen. q. & hoc ſexus.xi. ſecundũ Priſcianum. φύσις, φύτλη. Plau. in Rud. Virile ſexus nunquam habui ullum. Dici poteſt habitus, uel natura, ab ἕξω futuro indicatiui, quod eſt habebo, aſpiratione in s mutata. Vnde maſculinũ & fœm. ſexum dicimus. Plin. de Viris illuſtribus, Ad quos cum utriuſque ſextus multitudo ueniſſet, dato ſuis ſigno, uirgines raptæ ſunt.

S ANTE I.

SĪ (εἰ, ἐὰν, ἤν) coniunctio quandoq; adiunctiua: ut, Si uenias, faciam. Quandoq; cauſalis: ut, Eris doctus, ſi legas. Quãdoq; approbatiua: ut, Si cõceſſa peto, &c. Ponitur interdum pro utinã, poſtquã, non, quia, ſeu ſiquidẽ. Eſt enim confirmantis. Si, dum conditionalis eſt, etiam indicatiuo iungitur. Ponitur ſi, aliquando pro quamuis, & ſubiunctiuo iungitur. Terent. in Eun. Redeam? non, ſi me obſecret. Ponitur aliquando pro etſi. Terent. in Eunuc. Aliquando pro etiam ſi, & an. Eius compoſita ſunt: Siquid, ſiue, oſi, etſi, ſiquis.

Sībĭlo, as.n.p. ſibilum facio. συρίττω, σιφλόω. Cicero ad Atticum. Huius compoſita ſunt, aſſibilo, quod eſt iuxtà ſeu retrò ſibilo. Exibilo, extra ſeu ualde ſibilo, aut tumultuaria ſibilatione eijcio.

Sībĭlŭs, li.n.ſ.pe.cor. in ſing.gen.maſ. in plu.maſc. & neu. Eſt aũt ſibilus, qui fit ore, compreſſis dentibus, & parũ deductis labris, ut equi, boues, & huiuſmodi, ſi ad bibendum ducantur, libentius bibant. συριγμὸς, ῥοῖβδος.

Sībĭlŭs, & plauſus, contraria. Cic. pro Seſtio.

Sībĭlŭs, Veteribus erat callidus & acutus.

Sīc. ναὶ. aduerb. affirmantis: ut, Feciſti ne hoc? Sic. Quandoq; ſimilitudinis. οὕτως, ὥσπερ. Quandoq; optandi. Eſt & coniunctio illatiua. Cic. Sic tot ſimul uirtutes continentiæ defecerunt: id eſt igitur. Nõnunquam capitur pro ualde. Apulei. Nec ego rebar ſic multorum id opus dierum eſſe. Frequentatius tamen in hoc ſenſu compoſitum, ſicq́ reperitur. Duplicatur etiam maioris expreſſionis cauſa. Fit autem ſic à ſi. Sic, aliquando demonſtratiuũ eſt Teren. Eunu. Ego limis aſpecto ſic per flabellũ clanculum, &c. Ponitur aliquando pro tam.

Sīcă, cæ.f.p. ξίφος. genus gladij breuioris, quaſi ſeca, à ſecando. Hinc ſicula dimin.

Sīcārĭŭs, rij.m.ſ. qui ſica. id eſt gladio hominem interficit, uel ſicã maleficij alicuius gratia gerit. ξιφηφόρος, παλαμναῖος. Per abuſionẽ dicitur, qui cædem telo quo unq; commiſerit.

Sĭccānĕŭs, nea. neum. quod eſt naturaliter ſiccum, quod nullo humore irriguum, uel aſperſum eſt. κατάξηρος.

Sĭccēſco, ſcis.n.t. à ſicceo.ces. ξηραίνομαι. fio ſiccus. Hinc Aſſiceſco.

Siccinè. ἐρωτ. aduer. interrogãtis eſt, pro an ſic.
Siccitãs, tatis. f. t. et ſiccitudo, humoris uacuitas. ξηρότης. Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio.
Sĭcco. cas. a. p. (ξηραίνω) tam in paſsiua quàm in actiua ſignificatione reperitur. id eſt quod ſiccum reddo. Huius compoſita ſunt Aſsicco, quod eſt ualde ſicco. Abſicco. ἀποξηραίνω. Deſicco, ualde ſicco. Exicco, extra ſicco, euacuo.
Siccŏcŭlŭs, la. um. adiect. Nomen uidetur à Plauto fictũ, pro eo quod eſt ſiccis oculis. id nec lippis, nec lachrymoſis.
Sĭccŭs. ca. cum. per duplex cc, quod eſt aridum & ſine humore, ξηρός. Per translationem ponitur pro exercito, & quaſi nimio labore exhauſto. Item pro continente, ſobrio, cuius contrarium eſt madidum, quod ſignificat ebrium. In ſicco. id eſt extra aquam. Hinc ſiccè, aduerb. Dicimus per translationem ſiccè dicere, ut ieiunè dicere.
Sĭcĕliŏn, herba, de qua Plinius lib. 21. cap. 11.
Sĭcĕră. ræ. f. p. σίκερα. pen. cor. nuncupatur omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare poteſt. (ut ſcribit Hieronymus ad Nepotia.)
Sĭcĭlĕo. les. cilui. n. ſ. uel Sicilio. lis. liui. litum. Sicilire eſt, quæ malè ſecta ſunt ſecare, ut fit cum quid fœniſeces prætereunt in pratis. Var. li. 1. de re Ruſt. ca. 49. Hinc ſicilimentũ. ti. quod ſicilitum eſt. Cat. cap. 5. Item fœnum, cordum, ſicilimenta de prato demito, eaq; arida condito.
Sĭcĭlĭcŭs, ci. m. ſ. ſcrupulos ſex continet, ſiue dramas duas. Dictus quòd ſemunciam ſecet. aliàs Siciliquus.
Sĭcĭliſſo. ſas. n. p. Siculã lingua loquor. Plaut.
Sicĭlĭcēs, haſtarum ſpicula lata, inquit Feſtus. Ennius, Incedit ueles uulgò ſicilibus latis.
Sicimina, n. ſ. poſſumus rubos dicere, qui afferũt mora, & paſtorum famem ac penuriam conſolantur. * Sicimina uox eſt neq; Græca neq; Latina. Sycamina autem Græci mora uocãt.
Sĭcinnĭŭm, nij. n. ſ. (σίκιννις) genus ueteris ſaltationis, quaſi ſiticinium. hoc eſt cantum apud ſitos. Vnde ſiticen, qui apud ſitos canere ſolitus. hoc eſt uita functos & ſepultos. Gell. lib. 20. ca. 2. Bud. ait genus eſſe ſaltationis, quæ Satyrica eſſe dicitur. Alij non ſicinnium, ſed ſicinnin appellant.
Sĭclŭs, li. m. ſ. (σίκλος) apud Hebræos dicitur uncia, apud Græcos Latinosq; quarta pars unciæ eſt, & ſtateris medietas, drachmas duas appendens. Ioſephus ait Hebræorũ numiſma eſſe, quatuor drachmas Atticas ualens.
Sicŭbi, pen. cor. aduerb. ſi alicubi. ἄν πη.
Sĭcŭndĕ, aduerb. ſignificat ſi ex aliquo loco. ἄν ποθεν. Cic. ad Att. lib. 11. Secunde potes, erues.
Sĭcŭt, & ſicuti, aduerb. ſimilitudinis ſunt. ὥσπερ, ὥσπερ. Interdum tamen non res ſimiles, ſed diuerſas & planè contrarias denotant, & ita in ſecundo membro ponitur. Habet etiam uenuſtatem, atq; utilitatem magnam, quoties antecedentem ſententiã annectit cũ ſequenti. Plin. lib. 7. ca. 17. Ferunt Craſſum nunquã riſiſſe, ob id Agelaſtum uocatũ, ſicuti nec fleſſe multos.
Sīdĕrārī, d. p. eſt ſidere afflari. ἀστροβολεῖσθαι. Hinc ſideratio morbi genus, partem aliquam corporis, ſæpe penè totum corpus percutientis ſubitò, atq; exiccantis, & plerũq; hominem enecantis. Quod cum repentino quodam eueniat impetu, è cœlo ui quadam ſideris prouenire putatur. In circo à ſidere nomen aſſumſit. Sideratio etiam dicitur, quòd corpus ſtupore quodam attonitũ ſubito cõficiat. Nec in humanis tantum corporibus ſed in arboribus ac plantis ſideratio eſt, quãdo uaporũ ſiccitate arbores moriuntur, ut inquit. Pli. li. 10. Hunc morbũ Græci ἀστροβολίαν nominant, à ſideris percuſsione. Hinc præſiderari dicitur cũ maturius hyberna tempeſtas mouetur, quaſi ante ſideris tempus.
Sīdĕrātī, m. ſ. dicuntur, qui ſidere uexantur, & læduntur. id eſt qui uim & malignitatẽ alicuius ſideris ſtatutis temporibus ſentiunt: ſiue qui ſideratione morbo affectus eſt. ἀστροβολισμένος.
Sīdĕrĕŭs. a. um. quod ex ſidere eſt. ἄστρῷος. ut ſplẽdor ſidereus. Aliquando ponitur pro alto. Mart. lib. 1. Hic ubi ſidereus proprius uidet aſtra Coloſſus. Aliquando pro fulgenti.
Sīdĕrĭŏn heracleum, (σιδήριον) herba ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorũ quatuor altitudine, flore puniceo, folijs coriandri, iuxta amnes & lacus naſcẽs, & omnia uulnera ferro illata ſanans.
Sīdĕrītēs, (σιδηρίτης) penult. produ. herba, quæ & aſtericum, folio ſimilis ocymo, nigrior tantum, naſcens in tegulis, parietinisq;. De hac uide

uide Plinium lib. 22. cap. 17.

Sīdērītēs, tis. f. t. σιδηρίτης. lapis, quem alio nomine heracleon, alio magnetem uocamus, ἀπὸ τοῦ σιδήρου. hoc eſt à ferro. nam à magnete trahitur ferrum, uide Plin. lib. 37. cap. 4. & cap. 10.

Sīdo, dis, ſedi, ſeſſum. n. t. mutuatur enim præt. à ſedeo. Eſt autem ſido, deorſum deſcendo, ſeu ad ſedendum, firmandū, manendumúe pono. καταφέρομαι, δύομαι, ὑφίσταμαι, ἵζω. ὁμαι. ἵζησαι. Huius compoſita ſunt, Aſsido, conſido, circūſido, deſido, inſido, obſido, perſido, quod eſt ualde ſeu perfectè ſido, perſiſto. Subſido, ſubtus cado, deſcendo, decurro. ὑφίζω. ὁμαι.

Sīdŭs, deris. n. t. ἄστρον. à ſido deducitur, quod eſt fixus maneo, quòd ſidera inſidant. id eſt, fixa ſtent. Eſt enim ſidus, quod ad aliquod ſignum complurium ſtellarum compoſitū eſt, ut Aries, Andromeda. Stella uerò ſingularis eſt, quæ non admixta alijs ſola fertur. Quandoq; tamen ſidus pro ſtella ponitur. Cic. Itaq; neſciunt hos ſiderum errores. Hinc Sideralis, & hoc le. quod ad ſidus pertinet. Plin.

Sīfĭlātōrēs, m. t. à Veteribus dicebantur ſibilatores. & ſifilare, (σιφλώζειν) quod nos ſibilare dicimus. Nonius.

Sīgālă, læ. f. p. genus frumenti, quod alio nomine ſiligo dicitur. Secale Latinius pro eodem dici puto.

Sīgillārĭs, & hoc re. om. t. quod ad ſigillum pertinet. Vnde

Sīgillārĭă opera, ſunt paruæ imagines fictilibus deſcriptæ. (ἀγαλμάτια) dicta à ſigillis. id eſt paruis ſignis.

Sīgillātĭm, aduerbium, ſignificat per ſingulos. ἐν μέρει, καθ᾽ ἕκαστον

Sīgillo, as. a. p. ſignum imprimo, ſigillum alicui rei appono. σφραγίζω. Vnde ſcyphi ſigillati dicuntur, emblematis & incruſtamentis ornati. Hinc quoque ſigillatæ dicuntur literæ. id eſt clauſæ, & annulo impreſſæ, propter quod Veteres ſigillare pro claudere uſurpabant.

Sīgīllŭm, li. n. ſ. diminutiuum, id eſt paruum ſignum, prout ſignum ſtatuam ſignificat. σφραγίς. Cicer. 4. Academ. Quid ſi eiuſmodi cera centum ſigilla hoc anulo impreſſero?

Sīgmă, atis. n t. (σίγμα) menſula exculta, quæ ſex caperet cōuiuas, in ſimilitudinem elementi Græcanici. Vide in Stibadio.

Sīgnācŭlŭm, li. n. ſ. propriè eſt ſignū alicui rei impreſſum, ut lateat quouſq; reſeretur. χαρακτήρ.

Sīgnātōrēs, m. t. dicebantur, qui aut teſtamentis, aut cauſis ſeſe ſubſignabāt (σημαίνοντες)

Sīgnātōrĭŭs, a. um. (σφραγιστικὸς) quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum utimur: ut ſignatorius (anulus.

Sīgnātŭs, a. um. ἐπίσημος. aliquando participium eſt, aliquando nomen, & tunc pro inſigni aliquando captū à Veteribus legitur. unde ſignatam uirginem dicebant, quaſi inſignem uirginitate, et integrā, ut ait Noni.

Sīgnĭfĕr, feri. m. ſ. (σημειοφόρος) qui ſigna fert, hoc eſt uexillifer. Et ſignifer dicitur circulus in quo duodecim ſigna ſunt, qui Græcè ζωδιακὸς appellatur, ab effigie animalium, quæ in eo ſunt.

Sīgnĭfĕx, ficis. m. t. (ἀγαλματοποιὸς) qui facit ſigna, hoc eſt ſtatuas.

Sīgnĭfĭco, cas. a. p. ſignum facio, ſiue per ſigna notum facio, demonſtro, oſtendo. σημαίνω. Hinc ſignificatio uerbale, indicatio, indicium. Cic. Heu, quæ ſignificatio doloris? ἐπισημασία. Hinc Conſignifico. συσσημαίνω. & cōſignificatio. Et uerbalia, Significator, Significatrix, & Significatio, & Significantia. σημασία. Item aduerbia, Significanter & Significantius. ἐμφατικώτερον.

Sīgnĭfĭcāns, antis. o. t. interdum participium, interdum ex participio nomen eſt. Quint. lib. 4. cap. 1. Verbis proprijs, & ſignificantibus.

Sīgnĭfĭcātŭs, tus. m. q. idem quod ſignificatio.

Sīgnīnŭs, a. um. ut, Signinum uinum, à patria.

Sīgnīnŭm opus, quod fractis teſtis, addita calce conficiebatur. Colum. lib. 16.

Sīgnĭo, is. iui. itum. a. q. ſigno aliquo noto. A quo fit compoſitum Inſignio, unde Inſignitus.

Sīgno, nas. a. p. ſignum imprimo. σημειοῦμαι, σφραγίζω. Vnde ſignare epiſtolam dicimus, anulo ſignum imprimere. Cuius contrarium eſt reſigno, quod eſt deleto ſigno aperio. Sic ſignatam pecuniam dicimus. Interdum ſignare, ſignificat oſtendere, indicare ſigno. σημαίνειν. Interdum ſcribere. Colum. lib. 1. cap. 1. Vnde & ſubſignare. ὑποσημαίνειν. ſubſcribere dicimus. A ſigno compoſita ſunt, Aſsigno, quod eſt attribuo, do. Conſigno, ſigillo. ἐπισφραγίζω. Plaut. in Curcul. Eamus intrò nunc, ut tabellas conſignemus. Lactan. lib. de Ira Dei, pro mando uſurpauit. Circumſigno. περισφραγίζω.

ſu. Deſigno. Exigno, perfectè ſigno, noto úe. Obſigno, reſigno, & ſubſigno.

Signūm, ni n.ſ.(σημεῖον) propriè eſt parua quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus. Hinc literarum notæ, ſigna dicuntur. Hinc duodecim ſigna cœleſtia, quia notæ quorundam animalium ſunt. Item ſignum, uexillum dicitur, ab effigie animalium, quæ in uexillis fieri conſueuerunt. σύμβολον, σύνθημα. Hinc Anteſignanus, ſignorum propugnator, qui ante ſignum conſtituitur in acie. πρόμαχος. Signa quoque dicuntur ſculptilia, ſiue fuſilia, ad effigiem animalium fabricata, quemadmodum tabulæ, opera pictorum. ἀγάλματα. Hinc fit inſignis. Signum etiam dicitur, quo quid cõſignamus, uel obſignamus, & notamus, quod & ſigillum dicitur. Cice. pro Quintio, Tabulæ, maximè nobilium ſignis hominum conſignantur. Dicitur & ſignum, id quod pro tabernis ſuſpendi ſolet. In figuris autem (ut Auguſt. libro De Quantitate animæ ſcribit) ſignum dicitur, ſi principiũ lineæ eſt, aut etiam finis, uel cum omnino aliquid notat, quod ſine partibus intelligendum ſit, nec tamen obtineat figuræ modum. Punctum, cum medium tenet figuræ. Signum, etiam miraculum inſolitum, prodigium, oſtentum, augurium dicitur, quod cum præſentatur, mirũ eſt, & in futuro aliquid præmõſtrat.

Sil, ſilis. n.t. genus pigmenti luteum colorem, quemadmodum ochra reddens, inuenitur'q; ceu limus quidam in argenti & auri fodinis, quemadmodum etiam id aliud pigmentum, quod cæruleum à colore dicitur. uide Plinium libro 34. cap. 12.

Silāceūs color, luteus, ex ſile compoſitus. uide Plinium libro 37. cap. 7.

Silāūs, herba. Plin. lib. 26. cap. 8.

Silē, (Hipocrates Sili uocat) herba, quam alio nomine Seſelim. σίσελι. uocant, cuius uel radice, uel ſemine uinum condiebant, quod ante meridiem ſumere mos erat. Propterea Silatum antiqui dixere, quod nunc ientaculum dicimus. Feſtus. Dioſc. lib. 3. cap. 58.

Silēntiārii, m.ſ. σιλεντιάριοι. dicti ſunt, qui honeſtati ſunt ab imperatore. Accurſius ſilentiarios dicit, quos uulgò ſecretarios appellamus.

Silēntiūm, tij. n.ſ. (σιγή, σιωπή) taciturnitas, hoc eſt cum ſilemus. Silentium etiam noctis, pro intempeſta nocte ponitur, quam alij concubium, alij conticinium uocant.

Silēo, ſiles, ſilui, n.ſ. (σιγάω) ſignificat tacere, ſed propriè hæc ita inter ſe differunt, ut tacere ſit & loquentium, & non loquentium: ſilere uerò, tantum eorum qui iam loqui cœperunt. Sunt qui dicunt ſilere factitium uerbum eſſe ab ſ litera. Dicimus autem ſileo hanc rem, uel de hac re, & etiam ſileri paſſiue. Transfertur etiam à loquentibus ad alias res, quæ iam ceſſarunt, uel quæ ſuam uim non retinent, unde ſilere leges, ſilere iudicia, ſilere forum, et cæt. Hinc fit compoſitum, Conſileo. κατασιγάω. A Sileo fit Sileſco, de quo infrà.

Silēr, gen. neut. t. frutex non niſi aquoſis locis creſcens, quaſi pumilia ſalix, qui nonnunquã ita arboreſcit, ut baculos ruſtici ex eo faciãt.

Silēſco, cis. n.t. tacitus fio. σιωπάω.

Silēx, di. t. πυρίτης. lapis durus, Dictus quòd de eo ignis ſaliat, uel quòd ſilentem intra ſe ignẽ habeat, qui attritu, aut percuſſu excitetur.

Silicātūs, a. um. quod eſt ex ſilice factum. Vnde ſtratæ uiæ dicuntur ſilicatæ.

Silicērnīūm, nij. n.ſ. uariè exponi ſolet. Scribit Noni. eſſe funebre conuiuium, quod ſenibus exhibetur. τάφος, περίδειπνον. Feſtus docet eſſe farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur, quia cuius nomine inſtituebatur ea res, is iam ſilentium cerneret. Donatus inquit eſſe cœnam, quæ infertur dijs manibus, uel quòd eam ſilentes cernant umbræ. Hinc Terentius in Adelp. appellat ſenem ſilicernium, qui iamiam ſilentibus cernendus ſit. Qui rectè ſentiunt, affirmant ſilicernium funebre conuiuium eſſe, quod apud Veteres ſenibus exhiberi ſolebat, dictum quòd cum ſilentio edentes cernerentur, uel quod cogitarent ſe mox illum ſecuturos. Varro, Funus executi, lautè ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus.

Silicēūs, a. um. quod eſt ex ſilice.

Siliciā, æ. f.p. ſiue Silicula, herba, quæ alio nomine dicitur fœnum Græcum, & τῆλις à Dioſcoride uocatur, à Theophraſto buceras uocatur, ab aliquibus ceraitis.

Siligo, ginis. f.t. penu. prod. (ὄλυρα) à Priſciano ſumitur pro maguderi, lib. 7. Plin. lib. 18. capite 8.

pite 8. E ſiligine laudatiſſimus panis, piſtrinarumq́ opera laudatiſſima, præcellit in Italia. Ex quo hic patet, ſiliginem eſſe tritici genus. Hinc Siligineus, a, um. quod eſt materiatum ex ſiligine. ut panis ſiligineus. σιλιγνίτης.

Siliqua, quæ. f. p. penult. cor. (λοβός) folliculum, ſeu tegumentum, quo uel grana leguminum, uel herbarum ſemina concluduntur. Vergil. lib. 1. Georg. Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Siliqua item grani genus eſt apud Colum. Item ſiliqua. κεράτιον. fructus arboris. Hor. Viuit ſiliquis, & pane ſecundo. Quidam ſcribit, ſiliquam eſſe granum thecæ incluſum, quo abundat Apulia, hoc granum alij fabam Græcam uocant. Et primum omniū, & minimum pondus erat apud Romanos.

Siliquaſtrum, ſtri. n. ſ. herba hortenſis, quæ alio nomine πιπερῖτις nominatur, ut meminit Plinius libro 19. cap. 12.

Siliquor, quaris. d. p. ſiliquas facio. λοβίζω. hoc eſt, ſiliquis tegor, quod de leguminibus ſiliquis tectis dicitur.

Silli, m. ſ. per duplex ll. nam apud Græcos σίλλοι ſcribitur pro dicacitatibus, & ſalibus.

Silo, onis. com. t. ἰξόφρυς. qui prominentia habet ſupercilia, à Sileno. Feſtus, Silonem quidam naſo repando hominem dicunt, quod etiam Plinius ſenſiſſe uidetur lib. 11.

Silphion. σίλφιον. à Latinis laſerpitium dicitur. uide Plin. lib. 19. cap. 3. & lib. 22. cap. 23.

Silurus, ri. m. ſ. penult. prod. γλανις. peculiaris Nili piſcis traditur, quanquam & in Danubio reperiatur, quem non abſimilem ei putant quidam doctiſſimi, quem ſturionem appellamus. Plin. lib. 9. cap. 15.

Silus, li. m. ſ. naſus ſurſum uerſus, aduncus. Vnde galeæ quoque à ſimilitudine ſilæ appellatæ ſunt, quemadmodum ſimus uocatur, qui preſſis eſt naribus. Feſtus.

Simbella, læ. f. p. libellæ dimidium, hoc eſt ſignū ſemis aſſis. item inſtrumentum paruum, quo ſinguli numi ponderantur.

Simiæ, ſ. p. & Simij. πίθηκοι. hominum figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya naſcuntur. dictæ quòd ſimæ ſint. id eſt naribus depreſſis. uel quaſi mimæ, hoc eſt imitatrices. uide Plin. li. 8. ca. 54. Simia per tranſl. dicitur, qui alium imitatur. Hinc Simiolus diminut. qui utcunq; alterum imitatur.

Simila, læ. f. p. pen. corr. farina alba, & flos, ſeu deliciæ farinæ triticeæ. σεμίδαλις.

Similago, ginis. f. t. pen. prod. idem quod ſimila.

Similis, le. om. t. ὅμοιος, ἐμφερὴς. quaſi ſimul ir, cum ad morum uel doctrinæ, uel huiuſmodi imitationē refertur. Iungitur genitiuo, & datiuo. Compoſita ſunt, Abſimilis, Diſſimilis. ἀνόμοιος. Aſſimilis. προσόμοιος, προσεμφερὴς. q eſt alicui ſimilis. Cōſimilis. παρόμοιος. & ueriſimilis. πιθανός. A ſimili aduerbium eſt Similiter, & ſignificat idem pariter, ſimili ratione, item eodem uel uno modo, aut ſic.

Similitudo, inis. f. t. ὁμοίωσις, ὁμοιότης. quæ & Similitas dicitur apud Veteres. Cæcilius, Vide quid ferat morum ſimilitas. Eius contrarium eſt Diſſimilitudo.

Similo, las. a. p. ὁμοιόω. ſimilis ſum, conſtruitur cum accuſatiuo. Hinc componitur Aſſimilo. quod eſt comparo.

Simitu, aduerb. pro ſimul. Plautus in Mercat.

Simones, com. t. σίμωνες. qui ſine naribus nati ſunt, ut inquit Plinius lib. 11.

Simoniam, ſ. p. uulgares uocant à Simone Mago, quam Latini ambitum uocant, quando quis uult dare, aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia.

Simplarius, a. um. adiect. Vnde res ſimplaria ab antiquis dicebatur, minuta & nullius precij, pro qua ſcilicet in ſimplum tantum uenditori cauendum eſſet. Vide Bud. Pand.

Simplares armaturæ, à Vegetio lib. 2. cap. 7. dicuntur, quòd qui eas geſtabant, ſingulas conſequebantur annonas, quemadmodum qui duplares, duplas.

Simplex, icis. o. t. αὐτόσχινον, ἁπλοῖκος, ἄκακος, ἀφελὴς. nomen numerale, ut ſimplex, duplex, triplex. Aliquando ponitur pro uero & ſyncero, ſicut econtrario duplex pro fallaci. Cicero, Tuum erga me animum ſimplicem atq; amicum aperuit. Simplex cibus, purus, non affectatus, aut alio condimento corruptus, uel compoſitus. Inde Simplicitas. ἁπλότης.

Simpliciter, aduerb. purè, aperte. Simpliciter oberrare, eſt directè ab itinere diuerſari. Simplicitus, Veteres pro ſimpliciter utebantur.

Simplus, a. um. nomē numerale, & ſignificat unicus, uel ſemel tantū. Sic duplus bis tantum.

Simpŭlūm,li.n.ſ. calix fictilis,quo uinum in ſacrificijs libabatur,à ſumendo,quòd eo uinum ſumebant minutatim. Feſtus, Simpulum,uas paruum, non diſsimile cyatho, unde mulieres diuinis rebus deditæ ſimpulatrices uocantur. Varro ſcribit,uas eſſe minutum fundens,in cuius locum ſucceſſerit epichyſis. Vnde Veteres res minutas, nulliusq́ precij, Simpularias appellabant. Sunt qui pro ſimpulo,Simpuuium legunt cuius meminit Iunen. Saty. 6. Aut quis ſimpuuium ridere Numæ,&c.

Simpŭlārĭūs,a.um.adiect.uide Simpulum.

Sĭmūl,(ἅμα,ὁμοῦ.) aduerb. congregandi, & ſignificat in unum,unà, pariter,uel communiter:ut omnes ſimul currunt. Aliquando ponitur pro deinde,uel etiam,uel præterea. Inuenitur quandoq; geminata, & habet quaſi eandem uim, quam cum & tum, ſiue partim. Quintil. Simul ut pleniori obſequio demererer amātiſsimos mei,ſimul ne uulgarem uiam ingreſſus alienis ueſtigijs inſiſterem. Hinc ſiunt Inſimul,quod eſt unà,&c.

Sĭmŭlāc, & Sĭmŭlātquĕ. ἐπειδὴ τάχιστα,ὡς τάχιστα.aduerb.quæ ſignificant quam primum,uel ſtatim cum, ſiue poſtquàm. Simul aliquando ſolitariè poſitum,ſine ac,uel atq;,retinet ſignificationem, quam habuit iunctum cum illis. Cicero 4. Academ. Et ſimul inflauit tibicen, à perito carmen agnoſcitur. In eadem ſignificatione dicimus ſimulac primum, & ſimul ut. Cic. 3. Ver. Ponuntur aliquando ſimulac, ſimul &, & ſimulq́ pro atq; etiam, uel præterea, ut cum dicimus, Vir fortis, ſimul & prudens.

Sĭmŭlāchrūm,chri.n. ſ.(εἴδωλον,εἰκὼν,ἀπεικόνισμα,ὁμοίωμα) pe.pro.à ſimulo.as.& propriè dicitur alicuius ficta imago.Simulāchra enim principiò ex deſyderio mortuorum orta ſunt, ut qui iam defecerant, uiuere uiderentur.

Sĭmŭlo, as.a.p. (προσποιοῦμαι, ὑποκρίνομαι) à ſimi'is, ſignificat falſum pro uero tradere, fingere,imitari,referre,ſpecie ſimulationis oſtentare. Hinc quoniam proxima eſt ſignificatio, ſimulare ponitur pro fingere,ac pro uero falſum oſtendere. Huius compoſita ſunt, Aſsimulo, (χλευαστίζω) ualde ſimulo quod non eſt, ſeu oſtendo unā rem pro alia. Diſsimulo,Inſimulo. Hinc Simulatio. πλάσμα.quæ Græcè ὑπόκρισις dicitur,fictio,fallax imitatio,ſimulata & ficta alicuius rei internæ per uultum repræſentatio. unde pro deceptione & circumuentione ponitur, quod animo uel uultu, aut uoluntate ſimulata fiat. Hinc quoq; ſimulator uerbale,qui ſimulat.& Simulatè,aduerb.

Sĭmūltās,atis.f.t.(ἔχθρα)dicta eſt inquit Feſtus, à contrario ſenſu,quia non ſunt ſimul.Eſt autem ſimultas latens odiū:ea plerunq; intelligi contenta eſt,cum inimicitia opere ſe oſtendat.

Sĭmūltĕr, aduerb. dixerunt antiqui pro ſimiliter.Plaut. Exoſſabo ego eum,ſimulter ut murænam coquus.

Sĭmūlto,as.n.p.ſimultates exerceo.ἐχθαίρω.

Sīmūs,a.um. quod eſt preſſum, (σιμός.) Verg. »Dum tenera attondent ſimæ uirgulta capellæ. Huius diminutiuum eſt, Simulus. Compoſita,Deſimus.ἄσιμος qui eſt contrarius ſimo, ut depes,denares,depiles,deplumes,& mille alia. Subſimus,parum ſimus.ὑπόσιμος.Reſimus,de quo alibi.

Sīn, (εἰ δὲ,ἢν,ἢ) ex ſi & ne componitur abiecta e,ſignificatq; Si uerò, quod nunquā in prima parte collocatur,ſed in ſecunda,ubi ferè duorum eſt oppoſitio,& ferè ſemper Si in priore parte expreſsè, uel ſubintellectè poſitum præcedit. Aliquando Si ſolum reperitur,ſed quod ſecundi loci uim obtinet. Sall.

Sĭnāpĭs, penultima producta, fœm.gen. & hoc ſinapi, (σίναπι)indeclinabile,herba ſeu ſemen quod proſilit cum tanta acrimonia,ut lachrymas ciat comedenti. Id autem tritum admixto muſto ac melle ac uua paſſa, nec non defruti paululum, confectionem guſtu ſuauem efficit:nec decreſcit,ſi adijcias cinnama & gariophyllon.Colu.dixit ſinape.Plaut. in Pſeu. Teritur ſcelerata ſinapis cum illis.

Sĭnāpĭūm, pij.n.ſ. (σίναπι) à ſinapi,ſicut ab allio alliatum.

Sĭncĭpŭt,pitis.n.t.βρέγμα.pars capitis anterior ut ſyncipút uerrinum. uide Syncipút.

Sĭndōn,σινδὼν.genitiuo ſindonis, f.t.pen. pro. uelam ſubtiliſsimum,linteum.

Sĭnĕ(ἄνευ)præpoſitio ſemper ſeparatiua, & ſignificat abſq;:ut,Sine Cerere & Baccho friget Venus. Eſt & imparat. uerbi Sino.is.ĭī.

Sĭngĭllātĭm.καθ' ἕκαστον.à ſingulo,idem quod ſingulatim.Horat.lib. Serm. per ſyncopen dixit,

Vt ue.

Vt ueni coram ſingultim pauca locutus.

Sĭngŭlārĕ, & laris. om.t. quod eſt unicum. ἀνι-χὸν, διάφορον. Verbis ſingu'aribus gratias agere. hoc eſt quæ unum tantum, non etiam plures complecterentur. Dicitur aliquando ſingulare, quod eſt excellens, & tam in malū, quàm in bonum ſumitur. Hinc Singularius, adiect. antiquum. Plaut. in Capt. His indito catenas ſingularias. hoc eſt ſingulis catenam unam.

Sĭngŭlārĭtĕr, aduer. ἐξαιρέτως. unicè, excellēter, magnopere, mirum in modum.

Sĭngŭlĭtim, aduerb. ſeparatim, & unumquodq; per ſe. καθ' ἕνα.

Sĭngŭltŭs, tus. m.q. (λύγξ) dicitur quoties ſpiritus uacans ab humore, in loco ſpiritui deputato retinetur. Hinc enim dum emittitur, nec poteſt erumpere, & diſtētionem inducit, quæ appellatur ſingultus. A quo fit Singultio. λύζω. uerbū, hoc eſt, ſingultus emitto. Et Singultans. tis. qui frequentes ſingultus emittit. Hinc „ quoq; Singultim, aduer. Hor. Vt ueni corā ſin„ gultim pauca locutus. id eſt uerbis interruptis.

Sĭngŭlŭs. a. um. (ἕκαστος) quaſi ſine angulo, quod ea quæ unica ſunt, nequeāt cōſtituere augulū. Dicuntur autem ſingula. ἕκαστοι, οἱ καθ' ἕνα. unuſquiſq; per ſe. hoc eſt ſeparatim ab alijs.

Sĭnīſtĭmŭs, a. um. antiqui dixerunt pro ſiniſtro. Feſtus: Siniſtimum ſuperlatiuū eſt à ſiniſter, ut multorum eſt opinio.

Sĭnĭſtră, ſtræ. f. p. ἀριστερὰ. manus læua, à ſino is, quod gerere nos dextra manu, quæ aptior eſt, ſinat. Siniſtra ponitur aliquādo pro ea parte, quæ ſiniſtram manum uerſus eſt. Ponitur aliquando aduerb. pro à parte ſiniſtra. Cic. 4. Acad. Siniſtra autē adiect. quod ad ſiniſtrā eſt, ut ſiniſtra manus, ſiniſtrū cornu. Siniſtrū aūt quantū ad auguria pertinet, ſignificat proſperū, quòd nos agere aliquid ſinat. Aliquādo dicitur aduerſum, noxiū, quòd quæ ſiniſtra ma„ nu fiūt, minus rectè fieri uidentur. Verg. lib. 1. „ Geor Arboribuſq; ſatiſq; Notus, pecoriq; ſini(ſter.

Sĭnĭſtrōrſŭm, aduerb. (ἐπὶ τὰ λαιὰ) ſignificat uerſus ſiniſtram partem. Apud Feſtum legitur & Siniſtrorſus.

Sĭnĭſtĕrĭtās. atis. f. t. eſt iniquitas, peruerſitas.

Sĭno, is. ſiui. ſitum. a. t. permitto, (ἐάω.) Hinc Situs & Siturus, participia. id eſt permiſſus & permiſſurus. Huius compoſitum eſt, Deſino. καταλήγω. quod eſt ceſſo, termino.

Sĭnōpĭs. idis. f. t. (σινωπὶς) color quidam natiuus, ſeu rubrica dicitur, quæ primò apud Sinopen inuenta eſt, de qua Plinius libro. 35. cap. 6. Hinc Sinopicus, adiect.

Sĭnŭo. as. a. p. curuo, in ſinus flecto, (κολπόω) „ Ouid. lib. 1. Metamor. Tremulæ ſinuantur flamine ueſtes. Hinc componitur Inſuare, (παρεισάγειν, ἐγκατιδύειν ἑαυτὸν) quod propriè ſignificat cōiungere, & quaſi in ſinum ponere, immittere, influere. Similiter inſinuare dicimus non apertè & ſimpliciter rem exponere, ſed latenter uel cautè in animum audientis, ueluti ſinum, quod uolumus mittere & ingredi facere. Hinc Inſinuatio, occulta ingreſsio, quæ eſt exordij pars, qua artificioſè diſsimulanterq; ſurrepimus animis iudicum, in cauſa non ſatis fauorabili. Sic inſinuatus ſumitur pro conciliato in amicitiam, qui non rectà, ſed per quoſdam ſinus, & quaſi diuerticula intrat in amicitiam latenter.

Sĭnŭōſŭs. a. um. quod habet multos ſinus, (πολυκόλπος) ut mare ſinuoſum: uel ſinuoſa, nodoſa & multis flexibus dicuntur.

Sĭnŭs. nus. m. q. pen. cor. dicitur illa pars quæ eſt intra pectoris brachiorumq; complexū. Hinc Sinus ueſtium appellati ſunt, quales erant tunicæ Romanorū, & laxitas illa ſupra cinctură. Per translat. ſinus uocantur littora curua ad ſimilitudinem ſinus, & quaſi brachijs amplectentia. Græci κόλπον uocant. A quo curuitas ipſa, ſinuatio dicitur, & ſinuatim per ſinus. Aliquando ſinus dicitur concauitas oculorum, ſcilicet palpebræ, ubi lachrymarum conceptacula ſunt, propter quandam ſimilitudinem. Vergilius libro 4. Sic effata ſinum lachrymis impleuit obortis. Aliquando ponitur pro quacunq; re fluente ob laxitatem atq; capacitatem. Vnde & retia ſinus uocantur. Aliquando ponitur pro uelo, quod uentis flantibus curuatur, & ſinum facit.

Sĭnŭs. nus. m. q. & Sĭnŭm, n. ſ. pen. pro. genus uaſis, ſicut galeola. Varro, Vbi erat uinum poſitum in menſa, aut galeola, aut ſinu. Quidam accipiūt pro flaſco, canthar o, gaulo, cyatho.

Sĭpārĭŭm, rij. n. ſ. (παραπέτασμα) uelū mimicum, quod Apuleius appellat ſcenicum. Eo utebantur mimi, ſcenicíq; artifices ad ſcenam uelan-

dam. Et hæc ſiparia pro aulæis poſtera ætas uſurpauit. Vide Sypharium, & Supparium.

Siphōnēs, m. t. (σίφωνες) penultima producta, canales, tibiæ, fiſtulæ, per quas urgente ſpiritu, aqua uel alius liquor emittitur, à ſono uocis dicti, ſi ſi ſi.

Siphūncŭlŭs, li. m. ſ. diminutiuum eſt à ſiphone, accipitur pro exigua fiſtula ex ære uel marmore, alia ue materia, ex qua aqua exilit è fonte.

Sipo, as. a. p. uel ſipho, ſiphas. are. ſpargo. Hinc ſiunt compoſita, diſsipo, quod eſt deſtruo. διαφορέω, διασκορπίζω. Aliquando diſsipare, eſt diſpergere, diuulgare. Colum. lib. 2. Grumoſq; quos ad uerſuram plerunq; tractæ faciūt crates, diſsipabimus. Inſipo, iniĳcio, intus iacio. ἐμφορέω. Obſipo.

Siquāndo, aduerb. temporis, id eſt ſi aliquando, uel aliquo tempore, primam productam & acutam habet.

Siquĭdēm, (ἄγε) habet accentum in antepenultima, componiturq; ex ſi & quidem, quamuis ſi, per ſe producatur, ibiq; correpta ſit, nec ſignificationem partium habeat, ex quibus componitur, ſignificatq; enim nam, ſeu quoniam. Ponitur & pro ſi, certè, dubitatiua coniunctione. Aſinius Cic. Nam & robur, & ſoboles militum interĳt, ſiquidem quæ nunciantur uera ſunt.

Siquis, ſiqua, ſiquod, uel ſiquid, pronomen, pro aliquis, ſiquis alius. ἤτις, ἄλλος. elocutio ornata, ut cū dicimus, Var. doctus eſt, ſiquis alius, hoc eſt prout quiſpiā alius doctus reperiri poteſt.

Sirēmps, (inquit Feſtus) dicitur quaſi ſimilis res ipſa. habetur hoc in libris Catonis.

Siriăſis, huius ſiriaſis f. t. eſt Plinio indifferenter ſiue aduſtio infantium, ſiue diſtillatio, lib. 20. cap. 10. Σειρίασις.

Siri, m. ſ. defoſsiones terræ in modum puteorū, ubi tranſmarinæ prouinciæ loco horreorum frumenta defoſſa ſeruant, Colum. lib. 1.

Sirpēă, peæ. f. p. (φορμὸς) quæ uirgis ſirpatur, hoc eſt colligando implicatur, in qua ſtercus aliud ue ſimile uehitur iumentis. Cato cap. 10. Crates ſtercorarias uimine contextas appellat. Sirpea ſimulacra uocat Oui. lib. 5. Faſt. pro uimineis argæis. Sirpea dolia. id eſt quaſſa. Dicimus enim, Sirpeus. a. um. quod ex ſirpo eſt factum.

Sirpi, m. ſ. (θρύμα) iunci fragiles, paluſtreſq; ſunt, nec in fruticū ueprium ue, aut caulium ſiue herbarum genere numerantur. ex his teguntur domus, & tegetes ſiunt. Don. Sirpus, ſine nodo & lenis iunci ſpecies, paluſtris res. Hinc factum eſt prouerbium, Nodum in ſirpo quæris. Sirpi etiam dicuntur nodoſa poëmata, & implicata inſtar uimium capreolatim ſirpata, ut enodari non poſsint. Quæ Græci αἰνίγματα, Latini ſirpos appellauerunt: tales etiam Græcis itidem γρῖφοι uocitantur.

Sirpĭcŭlæ, f. p. falces quibus in ſirpandis, hoc eſt in præcidendis uineis utimur, ad amputanda ſuperflua ligamentorum. Hæ etiam dicuntur ſirpariæ falces.

Sirpĭcŭlūm, li. n. ſ. (καλαθίσκος) caniſtrum, uel quod de ſirpis ſeu ſpinis cōfectū eſt, uel quod uerius uidetur à ſirpando, apud Colu. lib. 10. Sirpiculus in uite, quòd hac atq; illac per iuga ſerpit, atq; ipſis iugis fulcitur, quaſi ſerpiculus.

Sirpo, as. a. p. uincio, ligo, innecto, implico, à ſirpis dictum.

Sīsămă. mæ. f. p. uel Siſamum. mi. uel potius Seſamum per e (σήσαμον. unde ἔλαιον σησάμινον) alĳ frumenti, alĳ leguminum generi adnumerant, culmine eſt ferulaceo, folĳs ſanguineis, ſemine candido, infra magnitudinem lini, quod uaſculis ut papauer continetur, radice ſimplici & alba. uide Ruelliū lib. 2. ca. 29.

Sīs, pro ſi uis, dixere ueteres. Ad uerba enim imperatiua, quia uidebantur contumelioſa, addebant ſis, pro ſiuis, ut Fac ſis, Vide ſis.

Sisărūm, ri. n. ſ. ſiue ſiſaron, frutex eſt, quem & Ericam (ἐρείκην) uocant, folia habet tamarici ſimilia. Plin. lib. 2. cap. 5. Siſaron Græcè, Latinè Siſer.

Sisĕr, eris. n. t. (σίσαρον) herba, cuius radicem olim nobilitauit Tiberius, flagitans eam omnibus annis à Germania.

Siſto, ſti. ſupinum non habet, a. t. & ſignificat ſtare facio, ſeu retineo. ἵστημι, προΐστημι, ἵστημι, χάζω, καταπαύω. ut Siſte gradum, ſiſte lachrymas. Quandoque ſignificat præſentare, & quaſi præſentiam corporis exhibere, comparere. Dictum ab eo, quòd non tantum comparere quis debet, ſed etiam manere. ἀπαντᾶν πρὸς τὴν δίκην, ἐμφανίζειν, παρίστασθαι. Siſtere etiam pro conſiſtere & ſtare. Cic. 5. Ver.

Qui

Qui Rempublicam ſiſtere negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem iudicia referãtur. Quandoque eſt confirmare, corrobore. Verg. Hic » rem Romanam magno turbante tumultu, Siſtet eques. Sto tamen, ſteti, ſtatum facit, unde ſtator, ut Iupiter dictus eſt: non autẽ à ſiſto, quidam putauerunt, cum nec ullum uocabulum à ſiſto profectũ legamus. In præterito ſtiti habet. A ſiſto ſunt compoſita, Abſiſto, aſsiſto. παρίστημι. quod eſt præſentem me exhibeo, ſiue coràm me firmo. Verg. Ac Libyæ citus aſtitit oris. Item conſiſto, circunſiſto, deſiſto, exiſto, obſiſto, perſiſto. id eſt, duro, perſeuero. Præſiſto, antè ſiſto. Reſiſto. ἀνθίσταμαι. Subſiſto.

Siſtrum, tri. n. ſ. (σεῖστρον) muſicum inſtrumentum, hoc eſt cornu recuruũ, peculiare Aegyptiorum, quo utuntur in Iſidis ſacris, argutum & ſonorum dum percuteretur: qui ob id Siſtrati dicuntur. Hoc inſtrumentum apud Aegyptios uicẽ tubæ exhibebat. Vnde à Mart. » dicitur ſiſtrata turba, lib. 12. Linigeri fugiunt » pueri, ſiſtrataq; turba.

Sĭtānĭŭs panis (σιτάνιος) dicitur ex nouo frumento intra trimeſtre ſpacium, à tempore meſsis factus. Græci enim σῖτον frumentum dicunt. νέον nouum. Hinc σιτάνιος, quaſi σῖτος νέος. Plin. * σιτάνιος tantum apud bonos authores legitur.

Sĭtārchĭă, æ. f. p. (σιταρχία) uas repoſitorium, ſiue ſaccus, uel pera in qua poni conſueuit cibus. σῖτον enim cibus. Hyeron.

Sĭtĕllă diminutiuum. uide Situla.

Sĭtī, m. ſ. (κείμενοι) inquit Cic. lib. 2. de Legibus dicuntur ij qui conditi ſunt, nec tamen eorum antè ſepulchrum eſt, quàm iuſta facta, & corpus incenſum eſt. Liu. 6. Bell. Pun. Hinc ſiti ſunt Acarnanes, qui aduerſus uim atque iniuriam Aetolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt.

Sĭtĭbūndŭs, a. um. abunde ſitiens, (διψαλέος.)

Sĭtĭcĭnēs, m. t. (inquit Nonius) ut liticines à lituo, ut tubicines, à tuba: ita ſiticines qui apud funeratos, uel uita functos & ſepultos, hoc eſt iam ſitos canere ſoliti erant, honoris cauſa, cantus lamentabiles.

Sĭtĭcŭlōsŭs, a. um. qui ſemper ſitit. πολυδίψιος. Vnde ſiticuloſa loca. id eſt aſpera & arida.

Sĭtĭēntĕr, aduerbium, ardenter, cum cupiditate maxima, & deſiderio non uulgari.

Sĭtĭo. is. iui. n. q. eſt potum deſidero (διψάω) ſed transfertur ad multa: ut ſitire agros, & ſitire honores, gloriam, pro auidè cupere.

Sĭtĭs, tis. f. t. propriè bibendi appetitus, (δίψα) Per translationem ponitur pro nimia auiditate cuiuſq; rei. Huius diminutiuũ eſt Sĭtĭcŭlă.

Sĭttÿbŭs. bi. m. ſ. (σίττυβος) genus eſt uaſis. Cic.

Sĭtŭlă, æ. f. p. (κάδος) ciſta, qua populi ſuffragia in creandis magiſtratibus, legibusq; ferendis colligebantur. Situla etiam uas ad hauriendam aquam accommodum. Huius diminutiuum eſt ſitella. καδίσκος, Cic. pro Cornel.

Sĭtŭs. a. um. poſitus, (κείμενος) Et ſitum eſt, quicquid loco ſuo poſitum non euertitur.

Sĭtŭs. us. m. q. lanugo ex humore creata, qui fit in locis Sole carentibus. αὐχμὸς, ὑγρός. Donat. Situs, eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fluunt ſpecies uno loco, & prolixo tempore conſtitutæ. Sed eſt etiam ſitus in uultu, capite, totoq; cor » pore & habitu, præſertim inopum. Lucr. Fœ » da ſitu macies. Hunc etiã pedorem dicimus. Præterea ſitus dicitur loci qualitas. τοποθεσία. ut de ſitu Syracuſarum.

Sĭuĕ, coniunctio, cum ex ſi & ue compoſita ſit, duorum generũ uim ſimul obtinere uidetur. Itaque cum orationem inchoat, minimè mirum eſt, ſi præter morem aliarum coniunctionum tres minimum ſenſus poſtulat, cum & Si continuatiua ſuam apodoſim, & ue alteram diſiunctiuam exigat: ut, Siue me amas, ſiue odiſti, non magni æſtimo. Aliquando quatuor. In hac figura notandum eſt, ſolere eleganter cum protaſibus apodoſes miſceri. Aliquando explanandi uim habet. Aliquando uerò ſimpliciter pro Vel ponitur.

S ANTE M.

Smărăgdītēs, (σμαραγδίτης) gemma circa Chalcedonem. Smărăgdŭs, (σμάραγδος) gemma qua oculorũ acies recreatur, qua nihil uiridius. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant. Hinc Smărăgdĭnŭs. a. σμαράγδινος. pen. correpta.

Smēgmă. atis. n. t. (σμῆγμα) dicitur omne illud, quod purgat, à σμήχω. purgo, abſtergo. Eſt & generale nomen, quo medicamentum omne ſignificatur, quod ualet ad emaculandam

culandam faciem, & abſtergenda corporum dehoneſtamenta.

Smēgticūs, ca. cum. ut uis ſmegtica, efficacia ſmegmatis. * Melius per c ſmecticus.

Smēgmăticūs, a.um. adiect. Plin. lib. 31. cap. 7. Sudorem cit, aluum ſoluit in uino & aqua, acopis & ſmēgmăticis utilis. hoc eſt medicamentis, quæ laſsitudinem tollunt, & deterſorijs.

Smilăx, lacis. f.t. (σμίλαξ) arbor quam Latini taxum uocant, eyn yben boum. Eſt enim fruticis genus, hederæ ſimilis, denſis geniculati, caulib. ſpinoſi, fruticoſi ramis, folio hederaceo, flore candido, olente liliū, infauſtū omnibus ſacris & coronis. Sunt qui ſmilacē autophorū uocāt, quaſi ſeipſum ferentē. Hinc ſmilaceus. a.um. σμιλάκινος. quod eſt factū ex ſmilace.

S ANTE O.

SObŏlēs, lis. f.t. à quo ſoboleſco. id eſt ſobolē propago, eſt ſucceſsio uel propago, aut propagatio, proles uel progenies. γονά. Eſt item ſoboles, quos ſtolones appellant. Colum. lib. 5. ca. 8. Omnis deinde ſoboles, quæ eximio ſtirpe nata eſt, extirpanda eſt.

Sobrīni, m.f. (ἀνεψιοί) duarum plurium ue ſororum filij, quaſi ſororini. Ponitur etiam pro quocunq; cognato.

Sōbriūs, a.um. dicitur homo ſanæ mentis, quaſi ſeparatus ab ebrio, νήφων, νηφάλιος. Hinc ſobriè, aduerbium, temperanter.

Sŏccŭlūs, li. m.ſ. paruus ſoccus, (ἐμβάδιον.)

Sŏccūs, ci. m.ſ. (ἐμβὰς) per duplex cc, genus calceamenti, à ſacco deductum nomen, ad cuius ſimilitudinem erat factū ita, quòd ligatum ſupra pedem plicas multas per totū effundebat.

Sŏcĕr, eri. m.ſ. (πενθερὸς) uel ſocerus, uxoris meæ pater. Socrus. πενθερὰ. uxoris meæ, aut mariti mater. Socer magnus, uxoris meæ auus, qui et proſocer dicitur, et ego ſum illius progener. Et auus meus, ſocer magnus eſt uxoris meæ, illa illi pronurus. Socer autem & ſocrus dicuntur, quia ſibi generum aſſocient. A ſocer fiunt, conſocer & aſſocer. Conſoceros uocant, quorū filij inter ſe matrimonio copulati ſunt. Proſocer & abſocer, eodem modo dicuntur, quo proauus & abauus.

Sŏciālis, & hoc le. om.t. (συμμαχικὸς, ἑταιρικὸς) quod eſt ſociorū. Vnde ſociale bellum, quod cum ſocijs geſtum eſt.

Sŏciăbĭlis, & hoc le, om.t. quod facilè coniungitur alteri.

Sŏciēnūs, ni. m.ſ. Plauto eſt ſocius.

Sŏciĕtās, atis. f.t. quaſi participatio. κοινωνία.

Sŏcio, as. a.p. iungo, quaſi ſocium ſocio, appono, (συμμίγνυμι, συναγελάζω.) Eius cōpoſita ſunt, Aſſocio, conſocio. συνίστημι. eiuſdem ſignificationis cum primitiuo. Diſſocio. διοικίζω, διΐστημι, διαζεύγνυμι, διάγω. deiungo, ſicuti diſſuadeo, dehortor.

Sŏciūs, cij. m.ſ. (ἑταῖρος, κοινωνὸς) dicitur, quòd ſit eiuſdem ſortis. Sunt autem ſocij, qui pari conſilio & authoritate rem ſimul aggrediuntur, & qui in re ſeria & laborioſa aliquorum partes ſunt. Vnde ſocij populi Romani. σύμμαχοι. dicebantur. Cic. in Verr. Nam ſocij putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. Comites qui conſulendo, operā ue præſtando ſubſequuntur, & propriè in itinere, qui nō ſua cauſa iter capiunt, ſed ut aliū proſequantur. Et generaliter quicunq; aliquem ſequitur, comes appellatur. Sodales, in rebus leuioribus. Caius, Sodales ſunt, qui eiuſdem collegij ſunt. Dicitur & de rebus inanimatis. Cic. 2. Philip. Cum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine, &c. ut qui eius in perpetrando facinore affuerit, iuuerit q;.

Sŏcōrs, uide Secors.

Socrūs, uide in Socer.

Sŏdālis, lis. m.t. συνέταιρος, ἑταῖρος. uide in dictione Socius. Hinc ſodalitas & ſodalitium, quæ ſignificāt collegium multorū, ſeu conuiuium.

Sōdēs, (ἀντιβολῶ) quidam aduerb. precationem uel exhortationem denotans arbitrantur. Priſcianus putat eſſe uerbum. ait enim, quædam uerba eſſe, quæ in uſu deficiunt perſonis, ut cedo, ſodes, ſalue. Cic. in Orat. Libenter etiam copulando uerba iungebant, ut ſodes, pro ſi audes, ſis, pro ſi uis.

Sōl, lis. m.t. (ἥλιος) fax cœleſtis antea dicebatur, & mundi oculos, cor cœli, iucūditas diei, naturæ gratia ſiue regimen, ac numē ſiderū ipſorū, cœli q; rector. Speuſippus philoſophus, Sol eſt cœleſtis ignis, qui ſolùm ab Ortu & Occaſu ab oculis aſpici poſsit, aliter ſempiternum aſtrum, animatum, diuturnum ac maximum. Dicitur, quòd unus ſit, & non plures, ut ſentit Cic. Soles tamen plurali numero, pro die legimus. Verg. lib. 3. Et ſoles, ſolis ſplendores, uel ra-

uel radij dicuntur. Mart. Item ſoles, æſtus » uel ardores ſolis. Horatius, Corporis exi» gui præcanum ſolibus aptum. Hinc inſolo. as. ἡλιάζω. de quo ſuprà.

Sōlāmĕn, inis. n. t. (παραμύθιον) idē quod ſolatiū.

Sōlānŭm, ni. n. ſ. herba, de qua uide Ruellium.

Sōlānŭs, a. um. pen. prod. idem quod ſolaris, (ἡλιώδης.) Hinc Subſolanus uentus, qui ſub ſole oriente naſci uidetur.

Sōlārĭo, as. n. p. pen. pro. in altum ædifico.

Sōlārĭs. & hoc re. om. t. (ἡλιακὸς) quod eſt ſolis. ut radij ſolares, annus ſolaris. Et Solaris herba, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον dicitur, quòd ſe cum ſole circumagat.

Sōlārĭŭm, rij. n. ſ. (ὡρολόγιον ἡλιακὸν) locus in quo horæ ad ſolem conſpiciuntur, ueruto umbram faciente, uel pinnula. Dicitur & ſolarium, locus in domo ſuperior ſtratus. Plau. in Milite. Latini ſolaria uocant plana tecta, quæ Græci δώματα, ut Hieronym. eſt author. Præterea ſolarium appellant Iureconſulti uectigal, quod pro ſolo penditur titulo, ne quid in publico fiat.

Sōlātĭ, m. ſ. (ἡλιαζόμενοι) dicuntur qui ſole correpti ſunt, quemadmodum ſyderati, qui ſydere.

Sōlātĭŭm, tij. n. ſ. (παραμυθία) ipſa conſolatio, & propriè rebus fit.

Sōldŭm, di. n. ſ. pro ſolidum. Martialis libro 1. Ex inſulis fundiſq́ tricies ſoldum.

Sŏlĕă, leæ. ſ. p. (ἐμβὰς) quæ ſolo pedis ſubijcitur. Quandoq́ etiam id genus calceorū eſt, quo plantarum calces tantum obteguntur, cæteris propè relictis nudis pedis partibus, ſupernè pedem uinciens anſis, quas ligulas uocant. Alio nomine ſuberes dicuntur, à Græcis κρηπίδες, licet hæc differre putent aliqui. Dictæ ſoleæ, quòd ſolæ pedibus ſubijciantur, ut equis & bobus ſoleæ ferreæ applicantur. Eſt etiam ſolea inſtrumentum, quo oleum ex oliuis exprimebatur. Colum. lib. 12. cap. 5. Ponitur interdum pro calceo. Propertius, Proſilit in laxa nixa pedem ſolea. Item ſolea genus piſcis plani, à ſimilitudine ſoleæ, Plin. lib. 11. Et ſolea, dicitur materia roborea, ſuper quam paries cratitius extruitur. Iuuenalis, » Et ſolea pulſare nates.

Sŏlĕārĭ, m. ſ. ſolearū ſutores, (ἐμβαδοποιοὶ) Plau.

Sŏlĕātŭs, a. um. dicitur qui ſoleis indutus eſt.

Sōlēnēs, (σωλῆνες) genus concharum, quod & onychas & digitos uocamus, itemq́ donacas & aulos.

Sōlēnnĭs, & hoc ne, om. t. (ἐτήσιος) per duplex nn, quod omnibus annis præſtari debet, compoſitum nomen ex ſolo & anno. Solenn: etiam pro ſolitum. Verg. in Bucol. Hæc tibi » ſemper erunt, & cum ſolennia uota Reddemus Nymphis.

Sōlēnnĭtās, atis. ſ. t. quæ quotannis celebratur.

Sōlēnnĭtĕr, aduerb. Liu. 5. ab Vrbe.

Sōlēnnĭtŭs, ueteres pro ſolenniter ſcripſerunt.

Sōlēnnĭŭm, ij. & ſolennia. orum. n. ſ. (ἐτήσια) feſta quæ ſingulis annis certo tempore fiunt.

Sŏlĕo, es. ſolitus. n. ſ. (εἴωθα, φιλέω) quaſi ſolus, id id eſt totus eo. Salluſt. lib. 2. Hiſt. etiam ſolui præteritum uſurpauit. Eius ſignificatio nota eſt: accipitur enim ſolere pro eſſe re uſitata. » Verg. Vnde omnis Troia uideri Et Danaûm » ſolitæ naues & Achaica caſtra. Huius compoſita ſunt, Aſſoleo, abſoleo, obſoleo, inſoleo: inſolens, inſolitus pro inſueto.

Sōlērs, ertis. o. t. (δεινὸς, ἱκανὸς, ἀγχίνους, ἐγχειρητικὸς, ἐπιχειρηματικὸς) cōtrarius maximè eſt inerti. hoc eſt totus ingenioſus & artificioſus, quaſi totus ex arte, uel quaſi ſolus in arte ſit, quiq́ in omnibus rebus prudens eſt. Hinc ſolertia. ἐπίνοια, δεινότης. quæ eſt ingeniū totum acutū & artificioſum, mentis perſpicacia atq́ induſtria, quæ aliquando in malam accipitur partem.

Sōlērtĕr, aduer. ingenioſè, perſpicaciter, ſubtiliter.

Sŏlĕt, (εἴωθε, φιλεῖ) imper. paſ. ſign. ut, ſcribi ſolet: &, ut ſolet, ut ferè fit.

Sŏlĭcĭto, as. are. a. p. penultima correpta, dictum eſt quaſi ſolo citare, id eſt ex ſuo loco mouere. ταράττω. Propriè enim ſignificat terram uerto. Sed quia ſolum etiam de mari dicitur, ponitur quandoq́ pro nauigare, & mare uertere. Claudianus, Et rudibus remis ſollicitauit aquas. Et pro angere uſurparunt Latini, ſiue curam inijcere & contriſtari. ἀνιᾶν. Terent. in And. Cur meam ſenectutem ſolicito huius amentia? Aliquando inſtare. διασαφάζειν. uel tentare, ut promiſſis factis, uel ſpe aliqua oſtenſa. Hinc ſolicitatio. ἀνία. quæ fit ab alio, ut ait Donat. * Doctiores ferè hoc uerbū et eius deriuatiua ſcribūt per duplex ll.

Sŏlĭcĭtātor

Sŏlĭcĭtātŏr, toris.m.t.uerbale:ut, Solicitatores aliarum nuptiarum. Paul.

Sŏlĭcĭtūdo, dinis.ſ.t.cura, & mentis inquietudo, quæ mentibus inhæret. μέριμνα, ἀγωνία.

Sŏlĭcĭtŭs, a.um.(φροντίζων) inquietus, & curis affectus, non autem diligens. Vnde ſolicitior, comparatiuus. Cic.

Sŏlĭdeſco, n.t.ſolidus fio. στερροῦμαι. Plin.

Sŏlĭdo, as.a.p.pen.cor.roboro, firmo, πωρόω.

Sŏlĭdūrĭŭs, rij. m. ſ. Cæſar, Cum ſexcentis deuotis, quos Galli ſoldurios appellant, quorum eſt conditio, ut ommibus uide commodis unà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderunt, ſi quicquam uni accidat, aut eundem caſum unà ferant, aut ſibi mortem conciſcant.

Sŏlĭdŭs, a.um.pen.cor.(τέλειος) Modò iuge ac continuum ſignificat. Plaut. Decem annos ſolidos errauit puer. Modò plenũ, integrum, nihil concaui aut uacui habens. συνεχὴς, στερρός. Vnde ſolidum corpus dicimus, quod conſtat latitudine & altitudine. Hinc fit inſolidum, ἐντελῶς. aduerb. quod ſignificat in integrum. Solidum quidam à ſolo terra deducunt, alij à ſolon Oſcorum uocabulo, quod totum ſignificat. Eſt & ſolidus ſubſtantiuum genus nummi, quo in præſentia utimur, cum dicimus, uiginti ſolidos libram conſtituere. Ideo dicti ſolidi, quia iuſto & integro pondere erant percuſsi, non dimidiati aut trientales. De hoc Budæus in Aſſe.

Sŏlĭdĭpēs, com.t. qui ſolidos habet pedes, non bifurcatos. Plin. lib. 10.

Sŏlĭferrĕŭm, rei.n.ſ. genus teli appellatum, quaſi totum ferreum. nam ſolum ſignificat totum & ſolidum. Liuius.

Sŏlĭfŭgă, gæ.f.p. genus formicæ uenenatæ, à fugiendo ſole dicta. Vide Salpyga, & Solipuga.

Sŏlĭlŏquĭŭm. quij.m.ſ. quod per nos contemplando loqui ſolemus. μονολογία.

Sŏlĭlŏquŭs, qui.m.ſ.pen.cor. qui ſolus loquitur.

Sŏlĭpŭgnă, næ.f.p. ſeu ſolifuga, (μισχίλιος) genus beſtiolæ maleficæ, quæ acrius cõcitatiusq́ fertur calore ſolis, unde nomen traxit. hæc Feſtus. Vide Solifuga, & Salpyga. *Fortaſsis legendum ſolpuga. Plin. lib. 8. Latè deſerta eſt regio à ſcorpionibus & ſolpugis.

Sŏlis gemma, (ἡλίου λίθος) quæ ad ſpeciem ſolis fulgentes in orbem radios habet.

Sŏliſtĭmŭm, mi. n. ſ. pen. corr. quod eſt ſoli. ita enim à ſolo ſoliſtimum fit, ſicut à medio mediaſtinum. De ſoliſtimo tripudio uide in dictione Tripudium.

Sōlĭtārĭŭs, a.um. qui ſolus uiuit. μονήρης, ἔρημος. Hinc ſolitarius piſcis, & ſolitaria uita.

Sŏlĭtaūrĭlĭă, orum.n ſ.plu. ſolennia Romanorũ ſacrificia, ſeu immolatio trium hoſtiarum: erat diuerſi generis, tauri, arietis, & uerris: quia omnes ſolidi integriq́ corporis ſint. Hoc ſacrificium cenſores (ut ſcribit Aſconius) urbem, completo quinquenio, luſtrantes, de ſue, oue, tauro faciebant.

Sŏlĭto, as.n.p. frequenter ſoleo (εἴωθα) Solito etiam ablatiuus à ſolitus.

Sōlĭtŭs, a.um. (μόνος) Plaut. in Amphitryone, Qui ſoliti inuiti cubant. Eſt & Sŏlĭtŭs. ἰδίως. à ſoleo. ab eo fit compoſitum Inſolitus.

Sōlĭuăgŭs, a.um. pen. corr. qui ſolus uagatur. ἐρημος, οἰοπόλος.

Sŏlĭŭm, lij. n. ſ. θρόνος. armarium ex uno ligno factum, in quo reges ob corporis tui tutelam ſedebant, dictũ quaſi ſolidum: quoniã ex prædura materia arboris fiebat. Abuſiuè tamen quandoq; ponitur pro ſella regali. Verg. Præfatus diuos ſolio rex infit ab alto. Quandoq; pro uaſe ſaligno, uel abiegno. Eo etiã utimur ad unum plurimosq́ liquores transferendos, & ad pannos lineos cũ lixiuio calido & cinere emaculandos. Eſt & ſolium uas, quo in balneis mulieres utebantur, & in quo ſedentes lauabãtur. Nonnunquã huic ſimile uas dicitur, ſeu loculamentũ ſepulchrale, in quo conduntur defuncti. Curtius: Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in ſolio.

Sōlo, as. a.p. idem quod ſolor. μονόω. Vnde & Deſolo, de quo ſuo loco.

Sŏlœcĭſmŭs, mi.m.ſ.(σολοικισμὸς) eſt impar & inconueniens compoſitura partium orationis. A noſtris imparilitas. σολοικία. à uetuſtioribus Latinis ſtribligo dicebatur, inuerſura & prauitas tortuoſa orationis tanq̃ ſtrebligo quædam. Siquidẽ στρεβλόω, torqueo ac deprauo ſignificat. Per transl. dicitur à poëtis error. Dicitur etiã ſolœcon, ſicut barbariſmus & barbaron.

Sŏlœcŏphănēs. σολοικοφανὲς. quæ & allœoſis figura eſt: ut, Præneſte ſub ipſa, cum Præneſte ſit ge-

ſit gen.neut.ſed retulit ad ciuitatem.

Sōlŏr, aris.d.p.(παραμυθέω, παρηγορέω) à ſolum, pro terra ſolida, fieri quidam exiſtimant, quaſi ſolidum redintegro. Hinc ſiunt compoſita, Conſolor. Cic. Sulp. Quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris? Deſolor cōtrarium eſt, & habent pen.pro.

Sŏlōx, locis.f.t. lana craſſa, quaſi ſolida, item pecus lana tectum. Lucil. Montano hirco atq; ſoloce Vertit.

Sōlpūgă, uide Salpyga, & Soliſuga, & Solipugna.

Sōlſtitiālis herba, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον & ἡλιότροπος dicitur, quòd tropas, id eſt ſolſtitia ſpectet. Sic ſolſtitialis morbus, ſolſtitialis dies.

Sōlſtitiŭm, tij.n.ſ. (ἡλίου τροπὴ) ſolis ſtatio, cum ſol ultrà non progeditur, ſed retrocedere incipit. Singulis quippe annis duo ſolſtitia ſunt, unum æſtium, alterum hyemale.

Sōluēndo non ſum, ſignificat non ſatis facio pro eo, quo obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratione. ἀξιόχρεος οὐκ εἰμί.

Sŏlŭm. li. n. ſ. priore correpta, dicitur omne quod ſuſtinet, & unicuiq; rei ſubiacet, ubi aliquid fundari poteſt. πεδίον, ἔδαφος. Vnde aquæ ſuperficies dicitur ſolum, quid nauiū fundamentum eſt. Cœlum ſtellarū ſolum eſt. Ennius uerò, Sola terrarū plurali numero dixit. Aër etiam ſolum dicitur, quia auium ſuſtentaculum. Hinc ſolū pro loco, ſeu ſedili ponitur. Item pro terra, quòd hominum & animalium fundamentum ſit. Vnde natale ſolū dicimus patriam. hoc eſt terrā, in qua nati ſumus. Rurſus ſolum, inferior pedis pars, quàm uulgò ſoleam uocant, quæ calloſa ſit, & dura diſcalceatis. Et ſolum dictū eſt, pro ſolea calceamenti & corio. ὑπόδημα. Mart. Propriè tamen ſolum terra dicitur.

Sōluo.is.ui.lutum.a. t. quod ligatum erat, non ligatum facio, enodo. λύω. Sed quoniā qui debent, quodammodo obligati ſunt creditori, ſoluere etiā pro debitum reddere ponitur. Et ſoluere ab aliquo. ἐκτίσαι παρά τινος. eſt abs quo quam acceptam pecuniam creditori numerare. Hinc per translationem ſolutionis uocabulum, ad omnem liberationem quoquomodo factam transfertur, magisq; ad ſubiectum obligationis, quàm ad nummorū ſolutionem. Vnde ſoluo pro ſatisfacio. ἐκτίω. Quandoque pro dimitto. ἀπολύω. Verg. lib. 2. Georg. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Quandoque pro liberare. Vnde ſolutus riſus, dicitur magnus, & à curis liber. Idem, Riſuq; ſoluto. Quandoq; pro mollem facio. παρίημι. Horat. 1. Carm. Soluitur acris hyems grata uice ueris. Soluere fidem, eſt rumpere, uel non ſeruare fidem. καταλύειν πίστιν. Et ſoluere eſt aperire. χάζειν. Colum. lib. 7. Ea porrò uena cultello ſoluitur. Compoſita huius uerbi ſunt, Abſoluo, diſſoluo, exoluo, perſoluo & reſoluo.

Sōlŭs, a.um. (μόνος) à ſolon, quod Oſcorum lingua totum ſignificat. nam qui unus eſt, totus eſt. Hinc ſolitudo, quæ & Solitas à Veteribus dicebatur. ἐρημία, ἐσχατία. Et eſt ſolitudo, ubi unus uel nullus habitat, receſſus, inhabitataq; plaga. Sciendum quòd ſolus & unus, pro ſolus, more ſuperlatiuorum genitiuū regunt: ut, Solus uel unus omnium. Item dicimus, Solus uel unus ex omnibus, uel inter omnes. Quandoq; ſolus dicitur deſertus. Terentius: Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Facit genitiuum ſolius, & ſoli, ſolæ, ſoli.

Sōlŭm, aduerb. id eſt tantum.

Sŏlūtē, aduerb. Cic. 2. de Diuinatione: Si aut furore diuino incitatus animus, aut ſomnio relaxatus ſolutè moueatur ac liberè.

Sŏlūtĭlis, le.om.t. penultima correpta, quaſi ſolubilis, qui facilè ſolui poteſt, uel qui ſolutus, & non fideliter conſutus eſt. λύσιμος.

Sŏlūtio, onis f. t. uerbale: ut, ſolutio ſtomachi, quæ & diſſolutio dicitur, nempe cum uires uentriculi infirmæ diſſoluuntur. Vide Soluo.

Sŏlūtŭs. a. um. præter ſignificationes quas communes habet cū Soluo, ponitur pro raro, quod eſt contrarium ſpiſſo. παρετός. Colum. li. 1. Soli pinguis uel macri, ſoluti uel ſpiſſi.

Sōmătŏphȳlăcēs, m.t. (σωματοφύλακες) cuſtodes corporis regis, quos Latini priſco uocabulo Latrones dixerunt, quaſi laterones.

Sōmătŏpæĭă, f. p. (σωματοποιία) Latinè corporis factura. Et eſt figura, cum incorporeum modo corporei loqui introducitur.

Sōmnĭcŭlōsŭs, a. um. à ſomniculo magis ſit, quàm à ſomno. eſt ſomno plenus & ignauia. ὑπνωτικός, ὑπνηλός. Interdum dicitur non qui ſomno indulget, ſed qui ſomnium inducit, habetq; uim ſom-

uim ſomnificam. Vnde Siſenna aſpidem uocat ſomniculoſam, non quòd ipſa dormiat, ſed quòd ui ſomnifica homines percuſſos enecet. Somniculoſe, aduerb. negligenter.

Sŏmnĭfĕr, a. um. quod affert ſomnũ, ὑπνοφόρος.

Sŏmnĭfĭcŭs, a. um. ὑπνοποιός, quod ſomnum inducit. unde ſomnifica medicamenta.

Sŏmnio, as. n. p. per quietem aliquid, quaſi uigilans uideo. ὀνειρώττω. Auguſtin. lib. 2. Ciuitat. abſolutè poſuit: Et dormiuit in loco illo, & ſomniauit.

Sŏmnĭārī, imperſonale. Plin. lib. 18. Ariſtoteles & Fabianus plurimũ ſomniari circa uernum & autumnum tradunt.

Sŏmnĭōſŭs, a. um. qui crebris ſomnijs uexatur.

Sŏmnŏlĕntŭs, a. um. ſomno plenus. ὑπνώδης.

Sŏmnŏrĭŭm, apud Antiquos dicebatur id, quod in ſomnis uidetur.

Sŏmnŭs, ni. m. ſ. Græcè ὕπνος. Latinè apud antiquiſsimos ſypnus, poſtea ſopnus, mutata aſpiratione in s, & y in o, ſicut fit in herpillon, ſerpillum. Sunt qui magis ſomnus uſurpent ſine p. Et dicitur ſomnus, cũ dormimus. Somnium uerò, (ἐνύπνιον) illuſio quam patimur dum dormimus. Ponitur quandoq; Somnus pro Deo. Mart. Et quia nulla uenit, tu mihi Somne ueni. Inſomnium, quòd in ſomnis uidemus: ut, Falſa ad cœlũ mittunt inſomnia manes. Somnium autem propriè uocatur, quod tegitur figuris, & uelatur ambagibus non niſi interpretatione intelligendis. A ſomnus fit inſomnis, (ἄϋπνος) quod eſt peruigil. Vnde inſomnes noctes, dicuntur peruigiles.

Sŏnchŏs, (σόγχος) herba quam ſcariolam Punici uocant, Columella Cicerbitam.

Sŏnĭpēs, pedis. pen. cor. ſignificat celerem equũ, à ſonitu pedis, quod pedib. ſonet, καναχίπους.

Sŏnĭto, n. p. (ἀνηχέω) pe. cor. frequent. eſt à ſono.

Sŏnĭtŭs, us. m. q. pen. cor. idem quod ſonor.

Sŏno, as. aui. atum. n. p. (ἠχέω) unde ſonatus, ſonaturus. Horatius libro 1. Sermon. Magna ſonaturum des nominis huius honorem. Eſt autem ſonare Muſico aliquo inſtrumento canere, & conſtruitur cum ablatiuo. Verg. Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda. Aliquando ſignificat effingere, & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. 1. Aen. Nec uox hominem ſonat. Ponitur item pro ſignificare. Cic. 3. Officio. Honeſtate igitur dirigenda utilitas eſt, ut re unum ſonare uideantur. Huius compoſita ſunt, Aſſono, (ἐπηχέω) reſpondeo, ſeu iuxta ſono. Interdum male ſono. Conſono, (συμφωνέω) ſimul ſono, cõcordo: à quo conſonantia, concordia uocum, quæ à uocalitas Latinè, Græcè euphonia dicitur. Circumſono. περιηχῶ. Diſſono. (διαφωνέω) diuersè ſono, diſcordo: hinc diſſonantia, uocum diſcordantia. Inſono, (ἐνανλέω) ualde ſono: ut, Inſonuit nemus. Interſono, in medio ſono, (διηχέω.) Perſono, ualde ſono, ſiue perfectè ſono, uel ſonando ſono, (περιηχοῦμαι, περιβομβοῦμαι.) Reſono, propriè contra ſonantem ſono, (ἀντηχέω.) Et ſonare, ſonum reddere. & omnia habent pen. cor.

Sŏnŏr, ōris. m. t. uehementior ſonus, (βρόμος.)

Sŏnōrŭs, ra. rum. pen. prod. quod graue ſonat, (ἠχώδης, ἠχητικός.) Et propriè epitheton tempeſtatis eſt. Hinc ſonoroſitas, & ſonoritas.

Sōns, ſontis, om. t. propriè dicitur cuius culpa iam ſonat, hoc eſt qui erroris conuictus eſt, (αἴτιος, ὑπαίθυνος.) Vnde inſontem dicimus eum, qui innocens repertus eſt, (ἀναίτιος, ἀνυπεύθυνος.) Item ſons eſt, qui cuiquã rei nocet.

Sŏntĭcŭs, ca. cum. pen. cor. quod nocet. Vnde ſonticus morbus, qui totum inuadit corpus, (ἐπιληψία.) Quoniam autem ſonticus morbus, eſt iuſta cauſa abſentiæ, interdum ſonticum pro iuſto ponitur, Nauius.

Sŏnŭs, ni. m. ſ. dicitur omnis uox, & quicquid auribus percipi poteſt, (ἦχος.) Sonũ fundere. Cic. in Acad. A ſonus fiunt, Abſonus, ſine ſono, inconueniens. Altiſonus, Armiſonus, Bombiſonus, bombum ſonans. Conſonus, conueniens, & ſimul ſonans. Diſſonus, diuerſe ſonans, inconueniens. Dulciſonus. & omnia habent pen. cor.

Sŏphĭă, iæ. f. p. (σοφία) Latinè ſapientia dicitur, & qui eam profitentur, ſophi appellantur. σοφός enim ſapiens, doctus. Mart.

Sŏphĭſmă, tis. n. t. σόφισμα. dicitur commentum, & oratio ita compoſita, ut uera eſſe uideatur. Quo nomine etiã dicitur fraus, deceptio, cautela, & falſa concluſio.

Sŏphĭſtă, æ. com. p. & Sophiſtes. σοφιστής. dicitur, qui ſophiæ cauillator eſt. Vnde ea pars dialectices nomen ſumpſit. Sophiſtice, σοφιστική.

Capitur

Capitur nonnunquam pro apparente & non exiſtente ſopho. Item pro ſapiente, nec non & eo qui in arte Rhetorica proponit, quæ imitari debeamus. Hinc antiſophiſtæ à Suet. in Tyberio dicuntur, inter ſe cōpugnantes ſophiſtæ.

Sŏphiſtĭcă diſciplina, (σοφιστικὴ) quam uenalem per urbes circumferunt, uerbo demonſtrantes ſe oratoriæ & ciuilis diſciplinæ eſſe profeſſores, cum reuera ſint corruptores.

Sŏphŭs, phi. m. ſ. (σοφὸς.) Latinè ſapiens. Vnde ſophiſtæ dicti ſunt, antequam philoſophi dicerentur.

Sōpĭo, pis. piui. pitum. a. q. ſignificat ſoporo, ſoporem induco, (καταφέρω, κατακοιμίζω.) Vnde ſopitum dicimus, qui iam cœpit dormire. Vergilius tamen ſopitum ſomno dixit, quaſi irrigatum. Et ſopitus dicitur, qui ſenſus amiſit. Liu. lib. 1. Iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu. Huius compoſitum eſt Conſopio, quod eſt, totus ſopore obruor. Cic. Primam ſyll. producit, quamuis ſopor & ſoporo eandem corripiant. Ouid. in compoſitione Sō corripuit, at Claudianus protraxit.

Sŏpŏr, oris. m. t. idem quod ſomnus, ὕπνος.

Sŏpōrĭfĕr, ra. rum. quod ſoporem inducit, ὑπνωτικός. Plin. lib. 5. Præterea dextræ pennæ uim ſoporiferam ineſſe tradunt.

Sŏpōro, ras. a. p. pen. prod. ſoporem induco, (κατακοιμίζω.) Vnde ſoporatus, cui ueluti irrigatus eſt ſomnus.

Sōrbĕo, bes. bui. bitum. a. ſ. ῥοφέω. dicitur & Sorbo. bis. pſi. ptum. Eſt autē ſorbere aliquid molle & liquidum. Factitium uerbum à ſono uocis, quem faciunt, qui ſorbent. Transfertur & ad alia. Cic. ad Quint. frat. Sed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia nō ſorbeam ſolum, ſed etiam idem concoquam. Huius compoſita ſunt, Abſorbeo, uel abſorbo, ἀπορροφέω. Exorbeo, uel exorbo, (ἐκροφέω) extra ſorbeo. Obſorbeo, uel obſorbo, totum ſorbeo.

Sōrbĭllo, las. a. p. diminut. à ſorbeo, καταρροφέω. & proprie eſt parum, ſed frequenter ſorbeo.

Sōrbĭllŭm, li. n. ſ. potio ſorbitioni apta. Plautus in Pœn.

Sōrbĭlĭs, & hoc le. om. t. quod facilè ſorbetur. Vt ouum ſorbile.

Sōrbĭtĭēs, idem quod ſorbitio.

Sōrbĭtĭo, onis. ſ. t. ipſe ſorbendi actus, (ῥόφημα.) Perſius: Barbatum hæc crede magiſtrum Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ.

Sōrbĭtĭūncŭlă, læ. f. p. dimin. eſt à ſorbitio, & ſumitur pro cibo, qui facilè ſorbetur.

Sōrbŭs, bi. f. ſ. Græcè οὖ, uel οἴη, arbor eſt procera, recto caudice, leui cortice, pinguiuſculo, colore qui ex flauo albicet, folio lauri, ſed tenuiore minoriq́; & per ambitum cremato, quod neruoſo prolixoq́; pediculo dependet, utrinq; ramos ueſtiens. Ruell. lib. 1. cap. 132. Fructus huius arboris ſorbū. bi. neutro genere dicitur.

Sōrdĕo, des. dui. n. ſ. ſordidus ſum, ῥυπῶμαι.

Sōrdēs, f. t. immunditia, (ἄσκ, ῥύπος.) Significat etiam turpē parſimoniā, & auaritiam, σμικρολογίαν, φειδωλίαν. A quo ſordidus. da. dum.

Sōrdēſco, n. t. ſordidus fio. (σπιλοῦμαι, ῥυπαίνομαι. Hinc exordeſco, quod eſt ualde ſordeſco.

Sōrdĭdo, das. a. p. ſordidum facio, fœdo, ἐπιρρυπαίνω. Plaut. in Aſin. Quanquam ego ſum ſordidatus, Frugi tamen ſum. Sordidatus, qui reus delatus eſt. Cic. 6. Verr.

Sōrdĭdŭs, da. dum. quod eſt ſordibus infectum.

Sōrdĭdē, aduerb. id eſt amarè.

Sōrdĭdŭlŭs, a. um. adiect. dimin. Plaut.

Sōrdĭtūdo, inis. f. t. idem quod ſordes. Plautus in Pœn. Vt mihi abſterſerūt omnē ſorditudinem.

Sōrēx, icis. m. t. animal paruū, à ſono uocis, quē rodendo facit, dictū. ἀρουραῖος μῦς. uide Mus. Hinc ſoriceus. cea. ceum.

Sōrĭcīnŭs, na. num. μυῶδος, à ſorex. Vnde ſoricinos dentes dixit Plaut.

Sōrĭcŭlātă ueſtis, quæ uarijs conſerta coloribus erat, διαποικίλος. Var. Soriculatus enim, ta. tum. dicimus.

Sōrĭllă, n. ſ. nauigia Iſtrica uocantur, quòd limo & ſparto conſerantur & condenſentur. * Melius legi puto Serilla, ut ſuprà.

Sōrītēs, tis. m. t. σωρίτης. Græci uocāt captioſum & multiplex argumentandi genus, in quo ex uno conceſſo, ad multas concluſiones connexas aſſurgunt. à σωρὸς, quod ſignificat cumulum & aggerem. Hinc Soritici ſyllogiſmi dicti ſunt à Victorino. Cic. Aceruales, alij Aceruationes uocant.

Sŏrŏr, oris. f. t. ἀδελφὴ. dicta eſt, quòd quaſi ſeorſum à ſua ſtirpe naſcitur, ſeparaturq́; ab ea domo in qua oritur, & in aliam familiam tranſgreditur.

Sŏrōrĭă,f.p. puellarum mammæ uocãtur, cum intumeſcunt.

Sŏrōrĭūs,rij.m.ſ.dictus eſt,cui ſoror mea nupſit. Similiter frater & ſororis filius, Sororius dicitur,(ἀδελφιδοῦς.) Sororius,a.um.adiect.inuenitur.Plaut. Cœnam des ſororiam.

Sŏrōrĭcīdă,dæ.com.p.pen.prod. qui ſororem occidit.Cic.pro Domo ſua.

Sŏrŏs,(σωρὸς) Græcè, apud nos aceruus ſiue cumulus dicitur.unde Serapis,quaſi ſoros apis.

Sōrs,tis.f.t.(κλῆρος) à ſerie, ſecundum Varronem ponitur pro fortuito alicuius rei euentu, conditione,fortuna,caſu,alea, fato, uice,munere,quæ ſignificatio ſingularis numeri eſſe ſolet. Vnde ſortior uerbum. Ponitur ſors pro gratia,qua ſaluantur, quia in ſorte non eſt electio,ſed uoluntas Dei. Et ſortes ex promiſſione Dei,partes hæreditatis uocantur, quæ populo ſunt diſtributæ. Hinc ſors dicitur patrimonium. Vnde conſortes & cõſortia,qui aliquod patrimoniũ ſimul habent. Et ſors,ſumma eſt,ſiue caput & prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, ut inde lucrum fiat. ἀρχαῖον, δάνειον, δάνεισμα, κεφάλαιον. Inde cõſortes,qui tantumdem ſortis attulerant ad ſocietatem,quantum ille cum quo eſt ſocietas. Itẽ ſors eſt fatalis neceſſitas, ſiue Parcæ,quòd ita unicuiq; ſortitum ſit, ut ipſæ uoluerunt. » Verg. Hic exitus illum Sorte tulit. Item di» citur iudicium. Idem, Nec uerò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes. Sortes etiam in plurali nu. oracula, ſeu reſponſa, (κληδόνες) erant,& ſyngrapha, in quibus reſponſa inſcripta continebantur.

Sōrtĭcŭlă,læ.f.p. diminut. Sueton. in Nerone. Ac ſorticula in urnam cæteris demiſſa, intrauit ordine ſuo.

Sōrtĭlĕgŭs,gi.m.ſ.pen.cor. qui per ſortes futura prænunciat, & qui per ſortem aliquid eligit, (χρησμῳδός.) Diſt.26.quæſt.1. Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam ſortes, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunq; ſcripturarum inſpectatione futura promittunt. Hinc ſortilegium.

Sōrtĭŏr,tiris.d.q. ſortitò capio, in ſortem conijcio,ſortitionem facio, uel fortunæ iudicio cõmitto, ſortem eligo, per ſortem, ſiue ſorte obtineo,(λαγχάνω.) Aliquando, (κληρόω) ſignificat diſponere. Ver. Sic fata Deûm rex » Sortitur, uoluitq; uices, ſic uertitur ordo. Aliquãdo ſubſtituere, & ſubminiſtrare. Verg. 1.Georg. Sobolem armento ſortire quotannis.

Sōrtĭtĭo,onis.f.t.uerbale, ipſe ſortiendi actus. Cic.pro Clu. Ecce tibi eiuſdem ſortitio.

Sōrtĭtŭs,tus.m.q.pro ſortione.Cice. pro Domo ſua: Quid,ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti?

Sōrtĭ,aduerb. Vergil.4. Georg. Sunt quibus ad portus cecidit cuſtodia ſorti. Vbi Seru. Sorti. id eſt ex ſorte.

Sōrrăcŭs,ci.m.ſ.quo portantur inſtrumenta ſcenicorum. Plaut. Σώρακον Græci uocant, uas aut inſtrumentum pro ficubus.

Sōrtĭtō,pen.prod. aduerb. qualitatis, ſignificat ex ſorte, (κληρωτῶς.) Horat. Lupis & agnis quanto ſortitò obtigit.

Sōſpĕs,pitis.com.t.(σῶς) quamuis Soſpita fœm. habeat. Et nõ ſolum qui ſeruatur.id eſt ſaluus eſt,ſoſpes dicitur, ſed etiam qui ſeruat. Vnde Ennius ſoſpitem pro ſeruatore poſuit.

Sōſpĭtālĭs, & hoc le. om. t. qui ſoſpitatem facit, (σωτήριος.) Plaut. in Pſeud. Quis eſt qui tibi ſoſpitalis fuit?

Sōſpĭto,tas.a.p.pen.cor. incolumem ſeruo.

Sōtădēŭm carmen,(σωτάδειον μέτρον) pedes habet ſeptem. Primus ſpondeus, ſecundus perijambus,tertius ſpondeus, quartus perijambus, quintus & ſextus tribrachys, ultimus ſpõdeus. Et (quod magis mirum eſt) totus ſotadeus numerus, è trochæis poteſt cõſtare pedibus. Hæc Fortunatianus.

Sōtēr,eris.m.t. σωτὴρ. Cic. in Verr. act. 4.

Sōtērĭă,ſalus. Sōtērĭōn,ſalutare dicitur.

S ANTE P.

Spādĭcŭs,ci.m.ſ.pen.prod.color,qui & phœniceus. φοίνιξ.id eſt coccinus, quòd non ſit diſſimilis fructui palmæ arboris, nondũ Sole incocto.

Spādĭx,icis.m.t. (teſte Gell.lib.2.) eſt auulſus à palma termes cum fructu.hoc eſt palmes. Eſt & color phœniceus,ſignificatq; exuberantiam ſplendoremq; ruboris.

Spădo,donis.m.t.& Eunuchus,(σπάδων) Græcæ dictiones ſunt in nullo differentes. Eſt autẽ ſpado à σπάω.quod eſt aufero, euello,quòd ab eo pars maxima uirilitatis auferatur. Col. lib.1.

lib.1.cap.10. Eiuſmodi ſurculos,qui nihil attulerint,ſpadones appellat. Vlp.ait ſpadonum nomine omne genus euiratorum cóprehendi.

Spārgo,gis.ſi.ſum.a.t.paſſim aliquid iacto.σχιδάζω,πάσσω. Et ſpargere,ſternere. Quandoq; guttatim infundere. Verg. Spargit rara ungula rores, Sanguinis. Quandoq; madefacere. Vnde aſpergere dicimus. Huius cōpoſita ſunt,Aſpergo,conſpergo.καταπάσσω. Conſperſio. ἔκμαγμα. Hermol. id eſt maſſa ſubacta. Diſpergo, (διασχιδάζω) diuerſe ſpargo. Diſpergere inhabitantes, διοικίζειν. id eſt diſgregare.Circunſpergo.περιπάσσω. Inſpergo,intus uel ualde ſpargo, (ἐμπάσσω,παρεμπάσσω.) Reſpergo,ſatis bene ſpargo.

Spārſīm,aduerb.Gell.lib.11.Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam ſparſim & interciſe conmeminimus.

Spārsūs,a.um. particip. Terent. in Heaut.Ruſam ne illam uirginē, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo?

Spārtŏpŏlĭŏs, (σπαρτοπόλιος) ſignificat caniciē.

Spārtūm,ti.n.ſ.ſiue ſpartium, (σπαρτίον) id eſt quod noſtri geniſtam appellant, fortaſſis quia genu modo flexilis ad nexus ſit. uide Plin. libro 19.cap.1.

Spārtārĭūm,rij.n. ſ. locus in quo ſpartorum frequentia eſt,uel ſpartis conſitus.

Spartea,n.ſ. (σπάρτεα) ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas.

Spārtēūs, a. um. adiect. ſparto compactum & compoſitum.

Spārūs,ri.m.ſ. ſeu Sparum, telum ruſticum in modum pedis recuruum. Vergil.lib.5. Agreſtisq; manus armat ſparus. Feſtus: Spara prauiſſimi generis ſunt iacula,à ſpargendo dicta, quod paſſim pugnando ſpargerentur.

Spāſmūs,mi.m.ſ.ſiue ſpaſma,atis. (σπασμὸς,σπάσματα) contractio neruorū, rigor ſiue diſtentio, cōuulſio.Deſcendit à Græco uerbo σπάω.

Spāſtici,m.ſ. dicuntur quibus aliquid intus conuulſum eſt,(σπαστικοί.) Plin.lib.18.

Spāthā,thæ.ſ.p.σπάθη,à σπάζω. ſcindo uel dilacero,uel ab σπάω. quod euello, ſeu euagino ſignificat. Vegetius,Gladios maiores ſpathas uocari docet,minores uerò ſemiſpathas. Et ſpatha apud Plin. inſtrumentum eſt,& rudicula, qua utimur in uerſandis rebus,quæ coquūtur.

Spāthālĭōn,n.ſ.(σπαθάλιον) à ſpatha,palmæ ramulus,cum dactylis dependentibus. Eſt etiam ornamentum muliebre, inter delicias fœminarum annumeratum, à uerbo Græco σπαθάω, ſiue σπαθαλάω,quod ſignificat delicias ago,& laſciuio.Plin.lib.13.cap.15.

Spāthālă,læ.ſ.p.σπατάλη.etiam dimin.à ſpathe, ſiue ſpatha, dicitur ramus palmæ à quo fructus dependent,uel folium palmæ.

Spathula,læ.ſ.p.inſtrumentum chirurgicum,de quo Celſ.lib.8.

Spāthē,thes.ſ.t. genus arboris. Plin. lib.12.cap. 28.Vide Io.Ruel.lib.de ſtirpibus.

Spātĭcūs,ci. m. ſ. (σπασικὸς) dicitur quaſi maligno ſpiritu correptus, qui in aliquo loco nequit conſiſtere,ſed ſubitò mouetur.

Spātĭŏr,d.p.ambulare uel deambulare. Et ſpaciari, eſt intra certum ſpacium deambulare, (περινοσεῖν.) Vergil. Aut ante ora Deûm pingues ſpaciatur ad aras. Feſtus: Spaciatorem pro erratore poſuit Cato.

Spātĭōsūs,a.um.adiect.amplum ſignificat. Spatioſè, ſpatioſius, ſpatioſiſſimè, uberius, copioſius,diffuſius.

Spātĭūm,tij.n.ſ.(ἀπόστασις,διάστημα,χρόνος) propriè de loco dicitur. Transfertur etiam hæc uox ad tempus. Liu. libro 8. Orabant ut rem in poſterum diem differret, & iræ ſuæ ſpatiū, & conſilio tempus daretur. Spatium pro menſura & temporibus pedum in carmine. Cic. in Orat. Trochæus qui in eodem ſpatio eſt, quo choræus.

Spĕcĭālĭs,& hoc le.om.t. (ἀδικὸς,ἴδιος) ſignificat non tam particulare quàm proprium, & ueluti peculiare.

Spĕcĭātĭm,ſiue ſpecialiter, aduerb.ſignificat particulariter,(κατ' ἴδιαν.

Spĕcĭēs,ei.ſ.quin.effigies,facies uel imago, ὄψις, εἶδος.Cic.lib.1.Offic.Quæ autem ſpecie quadam utilitatis, hanc Græci ἀδικίαν uocant. Quandoque ſumitur pro aſpectu, & re uiſa. Vergil. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus. Quandoque pro pulchritudine ſeu deformitate, à ſpeciēdo.Vnde dicimus, Specioſus forma præ filijs hominum. Et ſpecies (ut definitur à Dialecticis) eſt quæ dicitur de pluribus differētibus numero:ut,Homo eſt ſpecies,quoniam de Socrate et Platone,nu

mero differentibus prædicatur. Quandoque ſpecies in plurali numero ſumitur pro aromatibus. Macrob. lib. ult. Satur. Species & acres & calidæ, ſuperficiem, cum apponuntur, exulcerant. Sic dicitur uictus ſpeciarius, à ſpeciebus Arabis peregrinisq́. In ſpeciem, ſimulatè.

Spĕcĭfĭcŭs, ca. cum. εἰδοποιός. quod eſt particulare.

Spĕcillŭm, li. n. ſ. diminutiuum, paruum ſpecium, (μηλωτή.) Hinc auricularium ſpecillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. Eſt & ſpecillum, inſtrumentum quo oculos inungimus. Plin. lib. 7. Specillum etiam inſtrumētum, quod oculis admouemus, quo facilius ſpectemus aliquid. κάτοπτρον. Opilius Aurel. ait, Specillum uocari capræ barbam.

Spĕcĭmĕn, minis. n. ſ. pen. cor. argumentum quoddam & probatio, ſiue exemplari rei alicuius occultæ, quale eſt, quod in mercibus emptori oſtendi ſolet, (δεῖγμα.) Tranſlate uero pro indicio ponitur. Cic. in Tuſcul. Quid illud? nō dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaq; natura. Item ſpecimen, pulchritudo, & quod ſpectandum obijcitur, ſpecimen dicitur. Dicitur & in malum.

Spĕcĭo, cis. xi. ctum. a. t. apud antiquos in uſu fuit, quod uidere ſignificat, σκοπῶ.

Spĕcĭōſŭs, a. um. (εὐειδής) pulcher, illuſtris, eximius, & ſemper in bonum accipitur, quamuis ſpecies medium uocabulū ſit. Hinc ſpecioſè aduerb. ut equus ſpecioſè inſtratus.

Spĕcĭto, as. are. a. p. frequent. antiquum à ſpecio.

Spĕcĭŭm, cij. n. ſ. inſtrumentum teres & paruum, quo medici ad tentandam uulnerum ac fiſtularum uiam & profunditatem utuntur. μηλωτή. Pacuuius. Fit autē à ſpecio, ſpecillum.

Spēctābĭlis, hoc le. om. t. ſpectatione dignus, & quaſi admiratione dignus, ὁρατὸς, ἀξιοθέατος.

Spēctācŭlŭm, li. n. ſ. dicitur id quod ſpectatur. hoc eſt ludi, qui ſpectantur, (θεατροσκοπία, θέατρον.) Aliquando dicitur ipſa ſpectatio. Cice. 7. Verr. O ſpectaculum miſerum atq; acerbum, ludibrio eſſe urbis gloriam? Aliquando locus unde ſpectatur. Suet. De ſpectaculo excitatus deſcendit.

Spēctātōrēs, m. t. qui ad ludos ſpectandi cauſa conueniunt. Et ſpectatores, probatores dicuntur, (δοκιμασταί) ut ſpectatores pecuniæ.

Spēctāmĕn, inis. n. t. idem quod ſpecimen. Plaut. in Menæchmis.

Spēctātē, aduerb. feliciter, egregiè. Plin. Quæ ſpectatiſſimè florent, celerrimè matureſcunt.

Spēctātĭo, onis. f. t. uerbale ipſe ſpectandi actus. Spectatio pro probatione pecuniæ, Cicero in Verr. act. 4.

Spēctātĭuŭs, a. um. adiect. Quint. lib. 3. cap. 5. Vt illa ſit ſpectatiuæ partis, hæc actiuæ.

Spēctāndŭs, a. um. adiect. Plin. Nec uulgaris pſittaci forma, quamuis non ſpectanda.

Spēctātŭs, a. um. probatus, cuius ſcilicet ſpectata iam uirtus eſt. δοκιμασθείς.

Spēctātĭo, onis. ſ. t. auiū inſpectio & contēplatio.

Spēcto, ctas. a. p. aliud frequentatiuum, ſignificat ſæpe ſeu fixè intueor, (ἀποβλέπω, ἀφορῶ, θεάομαι.) Et non refertur ad omnia, ſed propriè ad uoluntatem. Vnde ſpectacula dicta ſunt. Interdum obſeruo, & approbo. κρίνω. Cice. lib. 5. Tuſcul. Non igitur ex ſingulis uocibus philoſophi ſpectādi ſunt. Vnde & ſpectatores pecuniæ dicuntur, qui eam probant. Interdum caueo, inſpicio. Plautus, Spectandum ne tibi annulum det, neque roget. Interdum tendo, & quaſi reſpiciendo tendo. ἀνήκω, τείνω. Quintil. Et quod ad peſſimum ſpectat euentum. Interdum comparare, Vergilius, Si ad uitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.

Spēctātŭr, imperſonale. Plin. Plauſu congregari fero ad cibum conſuetudine ſpectatur.

Spēctrā, n. ſ. ſimulachra, & quæ Græcè idola dicuntur, hoc eſt imagines rerum intellectui occurrentium. φάσματα.

Spĕcŭlă, læ. f. p. accipitur pro loco edito & eminenti, unde aliquid longè uideri & ſpeculari poteſt. σκοπιά, περισκοπή. Eſt & ſpēcŭlă, diminutiuum à ſpe, & ſignificat paruam ſpem, quod fit blandimenti cauſa, (ἐλπίδιον.) Cicero Lælio, Hac tamen oblectabar ſpecula, ſcilicet Tullia.

Spĕcŭlārĕ, ris. n. t. & per apocopen, ſpecular & ſpecularium, idem quòd ſpeculum, ἔσοπτρον. Interdum ponitur pro uitreata, ſiue pro ocularijs, utpote olim facta è ſpeculari lapide trāſlucido, nunc autem è uitreis orbibus, uel teſſellis plumbo iunctis. A ſpeculari lapide ſpecularia dicebantur integumenta, quibus ambulatio

bulationes in hortis tectæ erãt. Specularis autem lapis dictus eſt, quòd ad ſpeculi ſimilitudinem luceat, atq; imaginem reddat. ὕαλ@.

Spĕcŭlŏr, aris. ari. d. p. à ſpecula fit, quaſi è ſpecula proſpecto, (ἀποσκοπῶ.) Cæſ. 8. bell. Gall. Qui ſpeculandi gratia eſſent remiſſi. Vnde ſpeculatores, qui è ſpecula aſpiciunt, uel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti ſolent, (κατάσκοποι.) Per tranſlationem ſpeculari ponitur pro ſcrutari, & exactè conſyderare. θεωρεῖν. A quo fit compoſitum, Præſpeculor, quod eſt antè ſpeculor. Hinc ſpeculatus, particip. & ſpeculatus, huius tus. ipſe ſpeculandi actus. Plin. lib. 10. cap. 73. Feles quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt?

Spĕcŭlātōrĭŭs, a. um. adiect. quod ad ſpeculatorem pertinet: ut, Speculatoria nauigia.

Spĕcŭlŭm, li. n. ſ. in quod aſpicimus, ac ſpeciem. id eſt imaginem noſtram contemplamur.

Spĕcŭs, à ſpecio. Eſt enim (ut in Problem. Plutarchus inquit) locus unde deſpicitur. & inde ſpectacula dicuntur, unde ſpecula dicta eſt. σπέ@, σπήλαιον. Et dicimus ſpecus, cus. & ſpecus. ci. tam maſc. quàm fœm. ſimiliter & ſpecus, oris. n. t. pro ſpelunca, quæ à Græcis σπήλαιον. Vnde Verg. ad imitationem Græcorũ, Spelæa ferarum dixit. Inũenitur etiam hæc ſpeca, hoc ſpecum, & hoc ſpecu, & in plurali hæ ſpecus. Seru. docet, ſpecus apud maiores trium generum fuiſſe, quo hodie in numero ſingulari tribus tantum utimur caſibus, in plur. gen. maſc. habet omnes caſus.

Spēlæŭm, læi. n. ſ. (σπήλαιον) à noſtris dicitur ſpelunca.

Spēlūncă, cæ. f. p. rupes excauata. Verg. 6. Aen. Spelunca alta fuit.

Spērno, is. ſpreui, ſpretum, a. t. faſtidio, deſpicio. ἐκφαυλίζω, ὀλιγωρῶ. Antiqui etiam ſpernere pro ſeparare poſuerũt. Ennius, Ius atq; æquũ ſe à malis ſpernit procul. Hinc fit cõpoſitum, Deſperno, quod eſt ualde ſperno.

Spēro, as. a. p. ad dolorẽ & ad uoluptatem refertur, ἐλπίζω. et eſt aliquod bonũ ex lætitia expectare aut malum timere. Hinc bene ſpero, & male ſpero dicimus. Aliquando ſperare, eſt exiſtimare ſeu credere, & tam de præſenti quàm de præterito dicitur. Hinc ſperatum Veteres dicebant eum, qui uxorem petit & ſperatã uirginem, quæ petitur. A ſpero fit compoſitum deſpero, & inſperatus.

Spērābĭlis, & hoc le. om. t. quod ſperari poteſt. Plaut. in Capti. Hic ille dies eſt, cum nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecum.

Spēs, ſpei. f. quin. ἐλπίς. & ſperes. ris. Antiqui protulerunt. Varro, Sublimis ſperibus omnes deridet. Vnde aſpere, quaſi ſine ſpere, & proſperè pro ſpere. In plurali habet omnes caſus, & maximè ſpes & ſpebus. Eſt autem ſpes, opinio futurorum, referturq; tam ad mala quàm ad bona. Huius dimin. eſt ſpecula, de quo ſuprà. Et cõpoſitum eſt, Exſpes, ſine ſpe.

Speūſtĭcī panes. σπευστικοί. dicti ſunt à feſtinatione. σπεύδω enim Græcè ſignificat feſtino. Plin. lib. 18. cap. 11.

Sphēcă, cæ. f. p. (σφῆκα) Græci dicunt ueſpam. ὁ σφὴξ, σφηκός. Vnde pſeudoſpheca, falſam mentitamq; ueſpam nominant.

Sphæră, ræ. f. p. Latinè globus, & id eſt, quod ex omni parte rotundum apparet. Higinius, Sphæra eſt ſpecies quædam in rotundo cõformata, omnibus ex partibus æqualis apparens. Huius diminutiuum eſt ſphærula. σφαιρίον. parua rotunditas.

Sphærĭcă, æ. f. p. placentæ genus, quæ ex multis globulis in ſphærã & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul cõpactis fiebat. Vide Catonem cap. 82.

Sphæriſtērĭŭm, rij. n. ſ. (σφαιριστήριον) locus balnei, ſpecie rotunda, in quo uaria exercitationum genera Veteres habuere. Sed in primis ad exercitium pilæ deputatus eſt, quam Græci σφαῖραν appellant. Nam σφαιρίζω ſignificat pila ludo. À quo ſphærula, & ſphæriſtæ eius ludi ſtudioſi: & ſphæriſtici, eius ludi periti dicebantur.

Sphærŏmăchĭă, (σφαιρομαχία) pilæ luſoriæ certamen à ſphærica circularíq; figura dicta eſt.

Sphēnnĭndă, pilæ genus, groſſius quàm pila paganica, tenuius quàm follis: ex panno ferè fit, aliquando ex pelle. σφεννίδα.

Spōndўlĭŭm, lij. n. ſ. (σφονδύλιον) Vide infra Spondylus.

Sphrăgĭdă, (σφραγίδα) lapidis genus, ſic dictũ, quod optimè ſignet. Plin. lib. ult. cap. 8.

Sphўrænă, (σφύραινα) piſcis, qui & ceſtra, ut Pollux inquit. Latinè Sudis, Plin. lib. 32. cap. 11.

Spică,cæ.f.p.& ſpicus,ſpici antiquè,authore Feſto:& ſpicū ſpici (στάχυς) dicitur, cum per culmi folliculum.id eſt extremum tumorem,ariſtæ adhuc tenues, in modum ſpiculi eminent, ut ait Seruius. Abuſiuè tamen & de maturis frugibus dicitur,& de quocunq; acumine, ad ſpicæ ſimilitudinem facto. Dicta ſpica,à ſpe, ut inquit Varro. Nam cum fruges in ſpicā exit, ſpem præbet hominibus.

Spică mutica, quæ non habet ariſtam. ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum.

Spicĕŭs,a.um.quod ex ſpicis eſt. σταχύϊνος.

Spicĭfĕră,à poëtis dicitur Dea Ceres.

Spicĭlĕgĭŭm, gij. n. ſ. collectio ſpicarum, (σταχυολογία.)

Spicĭlĕgĭŭm facere (καλαμᾶσθαι, σταχυολογεῖν) eſt neglectas in agro ſpicas colligere.

Spico,cas.n.p. ſpicas emitto, (σταχυοφυέω) Plin. lib. 18. Grana in ſtipula crinito textu ſpicātur. Vnde inſpico,cas.pen.prod. quod eſt ad ſpicarum ſimilitudinem incido uel fodio. Hinc ſpicatus.a.um.quod habet ſpicas.

Spĭcĭo,is.ſpicere,aſpicere,intueri. Plaut.in Mil. Flagitium eſt, ſi nil mittetur, quo ſupercilio ſpicit. Verbum obſoletum, ex quo in uſu eſt ſpecto,ſpectas:& compoſita notiſſima,ut aſpicio,deſpicio.

Spĭcŭlātōrēs,um.m.t. dicti ſunt ſatellites principum,à ſpiculis quæ geſtant,δορυφόροι. Quidā etiam accipiunt ſpiculatorem pro carnifice.

Spĭcŭlo,as.n.p. cuſpidem acuo,ἀκονάω.

Spĭcŭlŭm,li.n.ſ.(λόγχη, ξυσὸς) lancea breuis,ſeu (ut Veget. ait) telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum,unciarum nouem,haſtile pedum quinq; & ſemis. Vnde qui hoc genere telorum utuntur ſpiculatores dicūtur. Accipitur & pro ſagitta. Verg. Spicula conuerſo ſugientia dirigit arcu. Aliquando ſagittæ ferrum, ſeu cuſpis ipſa, & aculeus, ut ſunt ſpicula ſagittarum,& aculei apium.

Spīnă,æ.f.p. proprie eſt aculeus ſentis, ſeu rubi qua pungimur, (ἄκανθα.) Spinam facere dicitur aſparagus, cum percreuit, & ſpinoſus fit. Hinc ſpineus,a.um. ἀκάνθινος. ut corona ſpinea, quæ ex ſpinis facta eſt. Spinoſus, a. um. ἀκανθώδης. ſpinis abundans. Spina, etiam dicitur uertebrarum in quocunq; animali contextus. ῥάχις. qui eſt à collo ad extremum uſq; os, quod ſacrum eſſe dicitur. Item ſumitur pro aculeo, qualis ſerpentibus & hiſtricibus, & pleriſque piſcibus ineſt. Spinæ per translat. pro difficultatibus. Cic. 4. Tuſc. ſpinas partiendi & definiendi prætermittunt. Spinetum. ti.locus ſpinis conſitus.

Spīnĕōli, ex ſpinis fructus ſunt, qui dicuntur & pruneoli,ignoti prorſus ueteribus.

Spīnĕŏlŭs,li.m.ſ.fructus ſpini.

Spīnthēr,eris. n. t. (σπινθὴρ) fibula in humeris, aut armilla,ut inquit Priſc. Plau.in Menæch. Iubeas ſpinther nouum reconcinnarier.

Spīntrĭæ,dicti ſunt repertores monſtruoſæ libidinis,nouiq; concubitus. Suet.in Tyb.

Spīntūrnix,icis.f.t. inauſpicata auis, quæ & incendiaria dicitur. Plin.lib.10.cap.13.

Spīnŭs,ni.f.ſ.agreſtium prunorum arbor, quòd ſpinis referta ſit. Verg. 2. Georg. Eduramq; pyrum,& ſpinos iam pruna ferentes.

Spĭōnĭă uitis, quæ & ſpinea quibuſdam dicitur. dapſilis muſto,& amplitudine magis uuarum quàm numero fertilis. Colum. Hinc

Spĭōnĭcŭs,adiectiuum.

Spīrābĭlĕ,uitale,quo ſpiramus. ἐμπνευστόν.

Spīrācŭlŭm,li.n.ſ.ſpiramentum,(πνοή.) Vergilius 7. Aeneid.

Spīræ,arum.f.p. ſunt reuolutiones ſiue circuli, qui in ſeipſos recurrunt. γῦροι. Hinc in ornamentis capitis matronarum, & in ſerpentibus eſt ſpira, σπεῖρα. cum ſe in gyrum uoluunt. Vnde & pro ſerpentibus quandoq; ponitur. Vergil.lib. 2. Aene. Spiriſq; ligant ingentibus. Seruius, Spiris,nodis. Vnde & baſes columnarū, ſpiras dicunt. Propriè uero ſpira, ut Seruius ait,eſt uolubilitas funium,puta cum funis nauticus in orbem conuolutus eſt. Item ſpira, genus operis piſtorij,ut ait Feſtus. Ennius etiam ſpiram,hominum multitudinem uocauit.

Spīrāmēntŭm, ti. n. ſ. eſt per quod exit ſpiritus. φυσητήριον. Spiramentum,porus. Plin.libro 32. cap. 6. Spiramentum cauernæ. Iuſtinus, Vbi acrior per ſpiramenta cauernarum uentus incubuit.

Spīrārchŭs.chi.m.ſ. σπείραρχος. quaſi primipilaris,aut cohortis præfectus.

Spīrillŭm,li.neut.ſ. barba capræ.

Spīrĭtŭālis, & hoc le. om. t. & per ſyncopam ſpiritalis. & hoc. le. quod halitum emittit.

πνευμα-

πνευματικός. Vnde ſpiritales auras dicimus. id eſt uitales.

Spīrĭtŭs, us. m. q. halitus. idem enim ſunt, ſpiritas, halitus & anima, (πνοὴ, πνεῦμα.) Cic. Tribus rebus animantium uita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Aliquando etiam ſpiritus dicitur uentus.

Spīrāns, tis. om. t. quod ſpirat, & aliquando, quod redolet. Spirans aura, uitalis, qua ſpiramus & uiuimus. Vergil. 9. Aen. Spirantes dimouet auras.

Spīro, ras. n. p. exhalo. πνέω. Aliquando ſpirare, emittere eſt odorem, & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. Ambroſiæq; comæ diuinum à uertice odorē Spirauere. Huius uerbi compoſita ſunt: Aſpiro, conſpiro, expiro, inſpiro, interſpiro, proſpiro, reſpiro, & ſuſpiro.

Spīſsāmēntŭm, ti. n. ſ. quod ad unguentorum confectiones extremum ſuperponitur, ne fluitet, quod conditum fuerit. σύμμα. Colum.

Spīſsē, aduerb. craſſe, densè. Plin.

Spīſſēſco, ſcis. n. t. ſpiſſum fieri. Celſus lib. 5.

Spīſsĭtās, atis. f. t. idem quod ſpiſſitudo.

Spīſſĭgrădŭs, a. um. qui frequenti paſſuum motu in ambulando utitur, βραδύπους. A quo ſpiſſigradior & ſpiſſigradiſſimus.

Spīſſo, as. a. p. ſpiſſum facio: cuius compoſita, inſpiſſo & conſpiſſo, quod eſt totum ſimul denſo. σύφω, πυκνόω. Col. lib. 8.

Spīſsŭs, a. um. (πυκνός) obſcurus, propriè denſum ſignificat, à ſepium denſitate: ut, Spiſſus ager. Verg. Quandoque ſignificat tardum. Plaut. in Ciſt. Spiſſum hoc eſt amanti dicere, ueniet. Hinc ſpiſſitas & ſpiſſitudo, ſpiſſamentum. σύμμα, πυκνότης.

Spĭthămă, æ. f. p. (σπιθαμή) Latinè dicitur dodrans, & eſt palmus, qui conſtans ex duodecim digitis. Hinc ſpithameus, adiectiuum quod eſt trium palmorum.

Splēn, enis. m. t. (σπλὴν) dicitur, qui & lien. miltze.

Splēndĕo, es. ui. n. ſ. luceo, (λάμπω.) Inde ſplendeſco, ſcis. ſplendidus fio. Huius compoſitum reſplendeo.

Splēndĭdŭs, a. um. clarus, fulgens, (λαμπρός.) Et ſplendidi dicuntur, qui operas ſuas ad libertatem conuertunt: è conuerſo ſordidi, auari. Splendidè aduerb. clarè.

Splēndŏr, oris. m. t. lux, (αὐγὴ, δόξα, λαμπρότης.) Per tranſlat. ponitur pro decore, dignitate, gloria. Vnde ſplendor nominis, ſplendor familiæ, ſplendor uirtutum, hoc eſt claritas.

Splēnētĭcŭs, adiect. (σπληνητικὸς) qui ex ſplene laborat. Plin. lib. 10. cap. 9.

Splēnĭātŭs, ſplenio obuolutus. Mart. lib. 10.

Splēnĭŭm, nij. n. ſ. (σπλήνιον) eſt (ut Iul. Poll. inquit) caput ſplenis pinguis. Hinc ſplenia, uelut per ſimilitudinem dicuntur facta ex panno laneo uel linteo, quæ ad curam corporis ſuper imponi ſolent. Plin. lib. 29. Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum.

Spŏdĭŭm, dij. n. ſ. ſiue Spodos Græcè, Latini cinerulam uertunt. id eſt repurgamentum quod ex fornacum parietibus euerritur. Vide Plin. lib. 34. cap. 8.

Spŏlĭo, as. a. p. priuo, exuo, nudo, detraho. (σκυλεύω, διαφορέομαι) tractum à militibus. Terent. in Hecy. Quin ſpolies, mutiles, laceres. Huius compoſita ſunt, Deſpolio, diſpolio. id eſt uariè ſpolio.

Spŏlĭŭm, lij. n. ſ. quodcunq; hoſtibus detrahitur.

Spŏlĭŏr, aris, deponens fuit apud antiquos, authore Nonio. Spoliatus participium, ſiue nomen ex participio. Cic. ad Att. lib. 6. Et me hercule ego ita iudico, nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius.

Spŏlĭārĭŭs, adiect. quod ſpolia ſuſcipit, aut ſpoliatur. Plin. in Paneg.

Spŏlĭātĭo, onis. f. t. uerbale. direptio, deprædatio.

Spŏlĭātŏr, oris. m. t. uerbale, deprædator. & Spoliatrix, exutrix, nudatrix.

Spōndă, æ. f. p. latus lecti. nam ſpondæ ſunt tabulæ, quæ utrinq; lectum ſuſtinent.

Spōndĕo, des. ſpopondi, ſponſum, a. ſ. ἀναδέχομαι τὴν δίκην, ἐγγυῶμαι. uide in dictione Deſpondeo. Eius cōpoſita ſunt, Conſpondeo, unde Veteres cōſponſos dicebant, fide mutua obligatos. Et conſponſores, ſibi inuicem promittentes. De ſpondeo & reſpondeo, de quibus alibi.

Spōndēŭs, ei. m. ſ. (σπονδεῖος) pes duabus ſyllabis longis conſtans. Legitimus pes, qui in Heroico uerſu omnem ſibi uendicat locum, licet rarò quinto loco reperiatur. Dictus, quòd in ſacrificijs & libamentis eo maximè uterentur. Nam σπονδὴ libamentum fœdusq; ac ſponſionem ſignificat.

Spōndȳlē,dilis.f.t.animal, de quo Plin. libro 27. cap.13.Verticellem Gaza interpretatur.

Spōndȳlĭūm,lij.n.ſ.ferula eſt (inquit Barbarus) differens à panace folijs & platani diuiſura. Plin.lib.12.cap.26.Vide Spondylium.

Spōndȳlūs,li.m.ſ. nodus ſiue uertebra ſpinæ dicitur. Sunt autem in ipſa ſpina ſpondyli quatuor & uiginti,quorum ſeptem collum conſtituunt,duodecim thoracem,quinque aliæ lumbos. Spondylus in mari animal,apud Pliniũ lib.32.cap. 11. Spondylus calculus æneus, quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabant,ut eſt apud Iulium Pollucem. Spondylus,uerticulum quod apponitur fuſis, ut nendo melius uertantur. Spondylus callus ſiue caro interior oſtreorum.Plin.lib.32.cap.6. Spondylo utitur Mart.pro animalium oſſiculis,lib.7.Roſos tepenti ſpondylos ſinu condidit.

Spōngĭă,æ.f.p.(σπόγγος) quiddam eſt, in natura tertium ordinem habens, ut neque animal, neq; frutex,ſed tertium quiddam, ac medium inter utrunque genus dici poſſit, quod Græci ζωόφυτον appellant. Spongias antiqui in delicijs habuerunt,ſtrigilum uice linteorumq; illis utentes,ad diſtringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas,alias cura candidas faciebant, tinctas per æſtatem ſalis ſpuma, ad lunam & pruinas ſternentes inuerſas, ut candorem biberent. Erant item uſui ad tergendas menſas, ad aliaq; obſcœna emundanda. Martialis: Hæc tibi fortè datur tergendis ſpongia menſis. Accipitur & ſpongia pro aſparagi ſatiui radice, apud Plinium & Colum.lib.11.cap.3.

Spōngĭŏlă,diminutiuum.id eſt,quod præter naturam in quibuſdam fruticibus, ut cynoſrhodo naſcitur,& ſquammatim compactum ſpongiolæ cuiuſdam modo propendet è ramis. Plinius lib.25.cap.2. Spongiolæ, radiculæ aſparagorum inter ſe implicitæ.Colum.li.11.cap.3.

Spōngĭōſūs, adiectiuum, quod ſimilitudinem ſpongiæ habet:ut, Spongioſus pulmo,Plin.libro 11.ca.32.

Spōngĭārĕ, (ἀποσπογγίζειν) ſignificat ſpongia extergere,quo frequenter utitur Apitius.

Spōngītēs,(σπογγίτης) gemma eſt à ſpongiæ ſimilitudine. Hæc tamen interdum rufa inuenitur.Plin.lib.37.cap.10.

Spōnsālĭă,orum.n.t.promiſſio,ſiue contractus ſtipulationum futurarum nuptiarum.

Spōnsālis,& hoc.le. om.t. quod ad ſponſionem pertinet, (μνηστευτικὸς.) Vnde ſponſalis dies dicitur,quo puella promittitur.

Spōnsĭo,onis.f.t.uerbale eſt à Spondeo,idem eſt quod promiſſio, & actionis quoddam genus quod fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ,quam perderet is, qui ſponſione uinceretur.Paul.Iureconſ.Sponſionẽ dici affirmat, non ſolum quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed etiam omnem ſtipulationẽ promiſſionem. Et ſponſor, (ἐγγυητὴς) pro fideiuſſore quandoque ponitur.

Spōnſo,ſas.a.p.(μνηστεύω) frequentatiuum, promitto.unde ſponſare filiam. À quo deſponſo.ſas.& deſponſor.ſaris.

Spōnsūs,ſus.m.q.ſponſio,(ἐγγύη) Seru.Sulp.

Spōnsŭs,a.um.participium,promiſſus.

Spōntālĭs,& hoc.le.om.t. idem ſignificat quod ſpontaneum,ultroneum,(αὐθαίρετος.) Apul.

Spōntĕ,aduerb.ultrò,ſua natura, ſua ui, per ſe, à ſe.(αὐτομάτως) ut,Multæ arbores ſponte naſcuntur. id eſt naturaliter, & non ab hominibus ſatæ. Capitur nonnunquam nominaliter, & in ablatiuo tantum: ut Sponte mea, ſponte tua.Verg.Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos. Hinc ſpontaneus.a.um. quod eſt uoluntarium,aut naturale. Inuenitur aliquando genitiuus ſpontis. Varro lib.2.Spontis ſuæ ſtatuerat finem.

Spōrtă,æ.f.p.quæ & ſportula, aut à ſparto herba,quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur,aut ab aſportando,uaſis genus,quaſi fiſcella.σπυρὶς. Et quoniam in ſportis pecunia,quandoque etiam cibus in quotidianum uſum deferri ſolebat, modò pro diſtributione ad populum, modò pro ipſis cibis ſumitur. Sueton. in Nerone,Cœnas ad ſportulas reuocauit. id eſt ad parua conuiuia. Iuuenalis, Nónne uides quanto celebretur ſportula fumo? Vide in dictione Recta. Erat & ſportula locus in atrio domus, ubi proponebantur quæ eo die dono danda erant. Diminutiuum à ſporta eſt ſportula,à quo fit ſportella aliud diminutiuum, genus quoddam bellariorum ſignificans. Cicero ad Papy. Dediſcendæ tibi ſunt ſportulæ, & artologani tui.

Spūmă

Spūmă,æ.f.p. (ἀφρὸς) ſordes & recrementa earum rerum quæ coquuntur, & emundantur per ignem. Verg. Spumas ſalis ære ruebant. Hinc ſpumeus, quod ſpumæ colorem refert. Et ſpumoſus. ἀφρώδης. quod ſpumam facit.

Spūmātŭs, adiect. ſpuma conſpurcatus.

Spūmo, mas.n.p. ſpumā facio. ἀφρίζω. à quo deſpumo, de quo alibi. Verg. 8. Aen. Seă fluctu ſpumabant cærula cano.

Spŭo, ſpuis. ui. utum. n.t. ſaliuam emitto, (πτύω.) Verg. 4. Geor. Sicco ſpuit ore uiator Aridus. Huius compoſita ſunt, Conſpuo, καταπτύω. ſimul ſpuo, uel ſputo aliquem fœdo. Deſpuo, Expuo, Inſpuo, (ἐμπτύω) in aliquem ſpuo. Reſpuo, (διαπτύω) repudio, & quaſi cum ſputo per contemptum reijcio.

Spūrcificŭs, a. um. qui ſpurca & fœda facit. Plautus. Spurcidicus, qui ſpurca loquitur. Idem in Cap.

Spūrcitiă, & Spūrcitiēs, ei. f.q. immundicia.

Spūrco, cas. a.p. fœdo, uitio. καταισχύνω. Antiqui ſpurcum uinum dicebant, cum aqua mixtum, tanquam nō amplius purum foret, aut igne calefactū, aut muſtum antè quàm deferueſcat. Hinc fit compoſitum, conſpurco. Spurcè, ſpurcius. ciſſimè. aduerb. id eſt fœdè.

Spūrcŭs, a. um. (μιαρὸς, ῥυπαρὸς) quod eſt impurum, obſcurum, lutulentū, fœtidum. A' ſpuendo dictum, quòd tale ſit, ut de eo ſpuatur. Aliquando pro ſæuo & ſanguinario. Varro, Spurculus gladiator & carnifex.

Spŭriŭs, rij. m.ſ. adiect. (νόθος, ἀπάτωρ) incerto patre natus: ab σπείρειν ſeminare, quia nihil habet à patre niſi ſemen. Inter prænomina antiquorum duabus literis Sp. Spurius notatur.

Spūtātilicŭs, a. um. adiect. ut, Sputatilicum crimen. Cic. de claris Orat.

Spūtātŏr, oris. m.t. uerbale, qui ſubinde expuit.

Spūto, as. (ἀναπτύω) frequent. ſæpe expuo.

Spūtŭm, ti. n.ſ. ſaliua, quod à pus deſcendit. πτύελον. Dicitur & ſputus. tus. Lactan. lib. 4.

S ANTE Q.

Squāldăm ueſtem, pro ſqualida ueſte dixere Veteres. Ennius, Elauêre lachrymis ueſtem ſqualdam & ſordidam.

Squāllĕo, les. lui. n.ſ. (αὐχμέω) à ſquamarum crebritate & aſperitate dictum. Olim enim hoc uerbum de omnibus ijs dicebatur quæ dura eſſent, denſa ac rigida, & ſquamarum ſimilitudinem imitantia. Hinc Verg. 10. Aen. Tunicam auro ſqualentem dixit, hoc eſt rigentē auro. Poſtea effectum eſt aſſiduo uſu, ut quæ inculta ſunt, & ueluti ſquamoſa cōgerie ſordiū, ſquallere dicantur. Idem lib. 2. Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines.

Squāllidŭs, ſordidus, incultus, nullo nitore. (αὐχμηρός.) Vnde ager non aratus, ſquallidus dicitur. Aliquando ponitur pro fulgenti. Vergil. Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens.

Squāllŏr. oris. m.t. inquinatio, ſordes, (αὐχμός.) Gell. In corporibus incultis, ſquamoſis alta cōgerie ſordium, ſquallor appellabatur.

Squālŭs, li. m.ſ. genus piſcis, qui parit circa æquinoctium. Plin. lib. 9. cap. 51. Varro 3. de re Ruſt.

Squāmæ, arum. ſ.p. quibus corium piſcis aut ſerpentis tegitur. λεπίδες. Hinc Deſquamo. mas. quod eſt, ſquamas detraho, (ἐκλεπίζω.) Plaut. in Aul. Dromo deſquama piſces. Ab harum ſimilitudine loricarum quoque catenulæ, ſquamæ dicuntur. Verg.

Squāmātĭm, aduerbium, id eſt ad ſimilitudinem ſquamarum.

Squāmĕŭs, adiect. plenum ſquamis. Verg.

Squāmigĕr, a. um. quod habet ſquamas. Lucret.

Squāmōſŭs, a. um. ſquammis ſqualēs. λεπιδωτός.

Squārōſŭs, (λεπώδης) à ſquamarum ſimilitudine, cuius cutis exurgit ob aſſiduam illuuiem.

Squātĭnă, ex planorum piſcium genere, quo propter ſqualorem. id eſt aſperitatem cutis, ligna & ebora poliuntur. Plin. lib. 9.

Squīllă, æ. f. p. (σκίλλα) genus herbæ, & piſcis, de quo uide in dictione pinna.

S ANTE T.

St, uox eſt ſilentiū indicantis. Teren. in Phor. Quem ſemper te eſſe dictitaſti? C. ſt. S. quid, has metuis fores?

Stăbilio, is. a.q. ſtabilem facio, firmo, (βεβαιόω, ἀσφαλίζομαι.) Hinc Conſtabilio, quod eſt totum ſtabilio. Plaut. in Capt. Ego rem meam conſtabiliui.

Stăbilis, le. om.t. qui eſt aptus ad ſtandum, firmū & fixum: ut, Stabilis opinio. Cic. de Nat. 2.

Stăbilimĕn, & Stabilimētum. ti. n.ſ. quod aliquid firmiter retinet. Plaut. in Curc. Hæc ſunt uentri ſtabilimenta, panis, & aſſa bubula, Poculum grande.

Stăbĭlĭtās,atis.f.t.firmitas,conſtantia.

Stăbŭlārĭæ mulieres,(καπηλίδες)inquit Auguſt.
lib.8.Ciuit. dicuntur, quæ exercent ſtabulum,
& uiatores mercede paſcunt.

Stăbŭlārĭŭs,rij.m.ſ. hoſpes uiatores precio reci-
piens,(πανδοχεὺς.) Vlpian. Caupones & ſta-
bularios eos æque accipiemus, qui cauponam
& ſtabulum exercent. Et ſtabularius dicitur,
qui ſtabuli, hoc eſt loci ubi animalia ſtant,cu-
ram gerit.Colum.lib.7.

Stăbŭlo, las. neutrum. & Stabulor, deponens,
(αὐλίζομαι,ἐπισταθμεύω) ſignificat ſto,diuerto,
& quaſi ſtationem habeo, ſiue etiam in ſtabu-
» lo guberno. Stat.1. Theb. Geticæq́ pecus ſta-
» bulare ſub Hæmo. Ouid.11. Metamorph.
» Hoc pecus omne meum, multæ ſtabulantur
in antris. Hinc ſtabulatio, manſio in ſtabu-
lo,(ἐπισταθμεύσις.)

Stăbŭlŭm,li.n.ſ. (ἔπαυλις,σηκὸς,σταθμὸς) à ſtan-
do, locus dicitur in quem longo itinere feſſi
ſuccedere ſolent,quod & diuerſorium, & ho-
ſpitium dici ſolet. Hinc ſtabula, dicuntur lo
ca generaliter, in quibus armenta gregesq́ cō
ſiſtunt,in agris, & ſub dio,ueluti quædam ſta-
» tiones animalium.unde Verg. Quatuor à ſta-
» bulis præſtanti corpore tauros Auertit.Stabu
lum etiam ſumitur pro quacunq; ſtatione, ſeu
habitatione & loco, ubi quis ſtare conſueuit.
» Idem,Ardua tecta petit ſtabuli, et de culmine
ſummo Paſtorale canit ſignum.

Stăctē,ſtactes,fœm.generis,(στακτὴ)myrrhæ flos
appellatur.Hieronym.Narrant & hi,qui aro-
matum nouere uirtutes, ſtacten, florem eſſe
myrrhæ.

Stāctēŭs, adiect. ut myrrha ſtactea, quæ ſtacten
producit,& diſtillat unguentum,quaſi ſtillati-
tia,quam Plaſten,hoc eſt fictitiam Theophra-
ſtus uocat.Vide Plin.lib.12.cap.16.

Stădĭodrŏmī, orum. m.ſ. (σταδιοδρόμοι) dicti
ſunt,qui in ſtadio curſu certant. Stadiodro-
mos, etiā locus in quo ludi & curſus exercen-
tur.Plin.lib.34.

Stădĭŭm,dij.n.ſ.(στάδιον) Latinè curriculum,ſi-
ue locus in quo equi homines'ue currunt, &
certant athletæ. Dictū ſtadium ἀπὸ τῆς στάσεως.
hoc eſt à ſtatione,continetq; octauā mille paſ-
ſuum partem,quod centum uiginti quinq; (in-
quit Plin. lib.2.cap.23.) noſtros efficit paſſus,
hoc eſt pedes ſexcentos uigintiquinq;. Quæ
menſura octies, efficit mille paſſus. Dicimus
aūt,Curro ſtadium,in ſtadio, & per ſtadium.

Stāgno,gnas.n.p.ſtagnum facio, aquam conti-
neo, (λιμνάζω.) ut,Stagnans Nilus. Verg.4.
» Georg. Et dicimus Stagnare aquam, cum nō
effluit,neque ſorbetur. Plinius,Vbi marini flu
ctus effuſi ſtagnare ſolent. Et ſtagnare terrā,
quæ non abſorbet,ſed continet aquam. Idem,
Agris humidis atq; ſtagnantibus. Huius com-
poſitū eſt, Reſtagno,quod eſt exundo, ut apud
eundem lib.9. Hinc ſtagnatus,adiectiuum,ut
ſtagnata palus.

Stāgnŭm,gni.n.ſ. à ſtando, dicitur aqua ſtans,
(λίμνη.) Plin.lib.10.cap.55. Poſtremò lamen-
ta circa piſcinæ ſtagna. Stagnum etiam metal
lum eſt,à quo Stagneus. nea.neum. Plin.li.30.
Pyxide ſtagnea dixit. Hoc & Stannū dicitur.

Stălāgnĭŭm, gnij. n.ſ. (σταλάγμιον) genus inau-
rium fuiſſe oſtendit Nonius allegans Cæci-
lium, qui ait, Ex auro eius ſtalagnium do-
mi habeo.

Stāmĕn,inis.n.t. (στήμων) à ſtando, eo quòd ſtet
in tela omne uelamentum, eo quòd firmè ſtet,
dum texitur, non id quod hinc inde trahitur.
Subtegmen, quod ſubſit ſtamini. Dicitur etiā
ſtamen, quicquid in colo ad nendum ponitur.

Stānnŭm,ni.n.ſ.plumbū, à ſtando dici uidetur,
quòd fornacibus primum fluat, ac per ſe ſtet.
Quod & ſtagnum, & Græcè κασσίτερος, ſiue
κασσίτερος,dicitur. Nam plumbi ſunt duo gene
ra,nigrum ſcilicet & album. Hinc Stanneus,
a.um.(κασσιτέρινος.) ut,uaſa ſtannea.

Stăpĕdēs,dū.m.t. pen.cor.machinulæ ferreæ, in
quibus pedes habere ſolemus,dum equitamus.

Stăphȳlē,es.f.t.(σταφυλὴ) uitis alba, quā alij am-
peloleucem uocant,alij melothron.

Stăphis,dis.fœm.generis,(σταφίς) quæ etiam ſta-
phis agria,& Latinis pituitaria,& pedicularis
dicitur.uitis eſt,cauliculis nigris rectis,folijs la
bruſcæ,fert folliculos uerius quàm acinos,ui-
rides,ſimilis ciceri. Plin.lib.23.cap.1.

Stārĕ,ἱστάναι.ſteti.ſtatum.n.p. propriè ſignificat
in ſe & ſua mole conſiſtere. Et non tantum
de animatis,ſed de inanimatis quoque dicitur.
ut Nauis ſtat,flumen ſtat,currus ſtat,Sol ſtat,
unde ſolſtitium. Item auis in aëre ſtat, arbor
» ſtat. Verg. Stabat acuta ſilex. Item ſtare ſigni-
ficat

ſficat permanere, durare, (ἐμμένειν.) Verg. Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti. Item horrere. Cæcilius, Stat ager ſentibus. Item plenum eſſe. Verg. Iam puluere cœlum Stare uident. Item præſtitutum eſſe & immobilem. Idem, Stat ſua cuiq; dies. Ouidius, Sic ſtat ſententia. id eſt, immobilis & fixa eſt. δέδοκται. Stare firmum. ἐν χώρᾳ μένειν. eſt nō moueri, ſed conſtantem eſſe. Liu. Stare per me, per te, per illum dicitur, cum nos aut aliquid aliud cauſſa ſumus, ne quid fiat. Compoſita huius uerbi ſunt, Abſto, Adſto uel Aſto, Conſto, Circunſto, Anteſto, Contraſto, pro aduerſor. Næui. Contraſtat ſemper, nec me ſinit loquier. Exto, à quo Superexto. Inſto, Interſto, Diſto, Obſto, Perſto, Præſto, Proſto, Reſto, Subſto, Superſto, & (ſecundum aliquos) Manifeſto, quod eſt quaſi ad manus foris ſto. Præterea Solſtitium, & Iuſtitium à ſto deducuntur. Sta hic, Siſte huc, dicimus. Stare cum aliquo, contrà aliquem, authore certo, decreto alicuius, fide, iureiurando, in acie, in conſpectu. Meliore loco ſtare, ordine, promiſſis, & infinita alia.

Stătă ſacrificia. τακτοὶ θυσίαι. quæ certis ac ſtatutis diebus fiebant, quæ non mutabantur, ſed firma & ſtabilia erant. Vide Status, a. um.

Stătārĭŭs, a. um. (σταδιαῖος, μόνιμος, σταθερὸς) à participio ſtatus, quaſi ſtabilis, ſiue idoneus ad ſtandum. Liu. lib. 9. Statarius uterq; miles ordines ſeruans.

Stătēr, teris. maſc. t. (στατὴρ) pen. corr. teſte Hieron. in Matthæum dicitur, qui duo habet didrachmata. Fit autem à Græco ἵστημι, quod eſt pondero, η in α conuerſo. Bud. dicit, genus eſſe nummi, quatuor drachmas habens, ualentes quatuordecim ſolidos noſtros.

Stătērā, ræ. penult. prod. (σταθμὸς, ζυγός) à ſtando dicta, & eſt inſtrumentum, quo res ponderantur ſine bilancibus. Sumitur & pro tympano, & quas Græci magidas uocant. Plinius lib. 33. cap. 11.

Stătĭcŭlŭm, li. n. ſ. diminut. à ſtatiua, uehiculi genus, ſicut eſſedum & petoritum. Apud Plautū in Perſa ſtaticuli, ſunt motus ex arte ſaltatoria & geſticuli, in quibus ad numeros modulosq; muſicos conſiſtunt. σχημάτια, ἀποχρήματα.

Stătĭm, (αὐτίκα, εὐθύς) aduerb, conſtanter, perſeueranter, continuè, quaſi inſiſtendo & uno ſtatu, à ſtando. Plaut. in Amphit. Neq; Veſperugo, neq; Vergiliæ occidunt, ita ſtatim ſtant ſigna. Terent. in Phorm. Bina talenta capiebant ſtatim. Aliquando mox, illico, quòd ea quæ mox fiunt, continenter fieri uidentur. Cic. in Ver. Statim Meſſanam literas dedit.

Stătĭo, onis. f. t. (σταθμὸς) locus in quo naues, aut milites tutò ad tempus ſtant, uel in quo frequenter conſiſtitur. Item ſtatio, dicitur locus ad cuſtodiam aſſignatus, quando milites ſtantes uigilant. Vergil. Sternuntq; uices ſtatione relicta, Ipſe comes Nyſo graditur. Item officina in quam multi conueniunt, ut de aliqua re decernatur, & ius dicatur, ſtatio appellatur. Similiter errantium ſtellarum matutinæ (quas primas uocant) & ueſpertinæ (quas ſecundas) cum ſtare ſpectantibus uideantur in Oriente & Occidente, ſtationes uocantur. Et ſtatio, ipſe ſtandi actus. στάσις. unde & nomen accepit ſtatio.

Stătĭōnālĭs, le. om. t. firmiter ſtans, (μόνιμος.)

Stătĭōnārĭi milites, (φυλακοὶ) dicuntur, quibus cuſtodiæ aut præſidij gratia ſtatio aſſignata eſt. Item qui in urbibus aut prouincijs tenentur, ad populorum quietem tuendam, ſtationarij uocantur.

Stătĭuncŭlă, æ. f. p. dimin. id eſt parua ſtatio.

Stătĭuă, orum. & Statiuæ, arum. σταθμοί. quaſi ſtationes dicuntur, ſiue munitiones, in quib. ut propius pugnent, milites conſident. Liu. lib. 9. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

Stătĭuŭs, adiect. ut ſtatiuum præſidium.

Stătŏr, oris. m. t. (κλητὴρ) qui apud magiſtratū aſſiduè eſt à crebra ſtatione, quales ſunt nuncij, uel tabellarij, uel apparitores, qui reos in ius uel in carcerem ducūt, quoniam apud magiſtratum dicati ſunt, ut ſtent parati ire, quò ab illo miſſi fuerint. Et Stator dictus eſt Iupiter, quoniam ſtare fecerit Romanos in fugā à Samnitibus uerſos, de quo in Siſto dictum eſt.

Stătŭă, æ. f. p. ἄγαλμα, ἀνδριάς. à ſtatuo deduci uidetur, & eſt imago quæ alicui uel mortuo, uel etiam uiuenti antiquitus decernebatur, & in foro aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicuius rei bene geſtæ memoriam.

Stătŭārĭă, riæ. ars ipſa faciendi ſtatuas. πλαστική.

Stătŭārĭŭs, rij. m. ſ. qui ſtatuas fingit, ſeu qui imagines

gines fundit,(ἀνδριαντοποιός.)

Stătŭārĭŭs,a. um. (ἀγαλματικὸς) quod ad ſtatuã pertinet.ut opus ſtatuarium,ars ſtatuaria.

Stătūmĕn,inis.n.t.pen.prod. dicitur id quo fulcitur uitis,ut pali & pedamenta, & quicquid pro munimento accedit, ſtatumen dici poteſt, quaſi armamentum,quo res ſtare poſſit. Apud Vitruuium ſtatumẽ dicitur,quicquid pro ſtrato adijcitur. Et ſtatumina à ſtatu arborũ dicuntur, prout creſcendo ſtatum accipiunt rami. Statumina, pro quibuſdam fixis ſtipitibus quibus imponitur iugum, à quo alligantur iumenta. Col. lib. 6. cap. 19. Primis autem duobus ſtatuminibus imponitur firmũ iugum, ad quod iumenta capiſtrantur.

Stătūmĭno,nas.a.p. ſtatuminibus firmo.

Stătŭo,is.tui. tutum, a. t. delibero, puto, iudico (ὁρίζομαι, τίθεμαι, βουλεύομαι, διαγινώσκω, ὁργάζομαι.) Item colloco, pono, firmo, dedico:ut ſtatuere ſtatuam,trophæum,tumulum,machinas, &c. Verg. Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. id eſt dedicabo. Ponitur etiam pro infligere, uel illidere in terram. Terent. in Adelph. Capite primum in terram ſtatuerem, Vt cerebro diſpergat uiam. Item pro ordinare:ut, Statuere regnum, Cicero. Et pro conſtituere, ut ſtatuere precium, modum, finem. Huius cõpoſita ſunt, Conſtituo, deſtituo, inſtituo, præſtituo, proſtituo, reſtituo, & ſubſtituo.

Stătūră,æ.f.p.(μέγεθος) propriè cuiuſcunq; corporis quantitatem ſignificat. Sueton. Statura fuit eminenti,colore pallido.

Stătŭr, imperſonale à Sto.

Stătūrŭs,a.um.particip. eſt à ſto,ſtas.

Stătŭs,tus.m.q.conditio, habitus, (κατάστασις.) Cic. Qui ſtatus rerum, quæ conditio temporum? Donatus, Status ad habitum refertur, ſtatura corpori aſcribitur. Quandoq; apud rhetores ſtatus dicitur, in quo cauſſa maximè uertitur. στάσις. Quint. Status eſt, quod ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſa, Intentio eſt, feciſti homicidium. Depulſio eſt, non feci. Quæſtio, an fecerit. Hinc conſtitutio coniecturalis, quæ & ſtatus dicitur. Tres autem eſſe ſtatus quidam dixerunt, coniecturalem, iuridicialem, & finitiuum ſiue legalem, de quibus in Rhetoricis.

Stătŭs,ta.tum. idem quod firmus, μεμαγμένος. ut, Status ſiderum curſus. Plin. li. 18. Stati dies dicebantur, qui iudicij cauſſa cum peregrino inſtituebantur. Plaut. in Curc.

Stătūtŭs,particip. Vt ſtatuta die, hoc eſt cõſtituta & data, ac decreta ex conuentione.

Stĕātītēs, (στεατίτης) gemma ſimilitudinem ſeui oſtentans, quod Græci στέαρ uocant.

Stĕgă, æ. f. p. locus in naui contectus, (στέγη.) Nam & ſtega tuguriũ eſt. Plaut. in Bacchidibus, Fortè ut adſedi in ſtega. Hinc Præſtega, & Triſtega (τρίστεγα) dicitur. Stega à στέγω, quod eſt tego.

Stēlæ,arum.f.p. στῆλαι. per ſimplex l, columnæ, quas Latini pilas uocant. Plin. lib. 6. Stelæ lapideæ literis incognitis. Stelæ autẽ propriè lapideæ pilæ ſurrectæ, in quibus fœdera inſcribi ſolebant, ut omnibus innoteſcerent, & in quibus etiam homines proſcribi ſolebant. Hodie ſtelæ propriè uocari poſſunt lapideæ cruces, & huiuſmodi monumenta, quæ in militaribus uijs extructa uidemus, literis interdum inſculptis ad memoriam alicuius rei prodendam. Latinè cippi dicuntur, quales ſupra ſe pulchra extruuntur.

Stēllă,æ.f.p. ἀστήρ. à ſtando, quòd ſtare ſtellæ uideantur. Sunt autem ſingulares ſtellæ, nõ admiſtæ alijs. Sydera uero, ſiue aſtra, ſunt quæ ad aliquod ſignum cõplurium ſtellarum compoſita ſunt, ut Aries, Taurus. Et nomẽ piſcis, uel cõchæ potius, quæ adeò natura calida eſt, ut omnia contacta protinus cõcoquat. Forma eius ſimilis eſt ſtellis quæ pinguntur.

Stēllātŭs, adiect. ſtellis plenus, propriè cœli epitheton, quanquam ad alia etiam transfertur.

Stēllātūră,ræ. nomen erat annonæ militaris.

Stēllĭfĕr,a.um. quod ſtellas fert. ut ſtelliferũ cœlũ.

Stēllĭo,onis.m. t. γαλεώτης. animal ſimile lacertæ, tergo circulis quibuſdam depictum, & lucentibus guttis ad modum ſtellarum. Vulgò tarãtula dicitur, à Græcis ἀσκαλαβώτης. quòd apud eos ἄσκαλα circulus eſt. Eſt & alius ſtellio, ex araneorum genere, lentiginoſus, in cauerniculis dehiſcentibus per æſtum terræ habitans. In Apulia frequens uiſitur, & ſimiliter tarantula dicitur, ſcorpionibus ita contrarius, ut uiſus ab eis pauorem ipſis afferat & torporem. Hinc ſtellare, pro inuidere. Hinc & ſtellionatus crimen, eſt aliquid per ſtellaturam

laturam ſurripere apud Spartian. qui ait, Tribunos, qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affectos.

Stĕllĭōnātŭs crimen, apud Iureconſult. à ſtellione nomen ſumpſit. Quod fit, cum aliquid dolo factum eſt, ut ſi quis rem alij obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alij diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cuius nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat.

Stĕllo, as. luceo, & quaſi ſtellas facio, (ἀστερίζω.) » Martialis, Et numeroſa linunt ſtellātem ſplenia frontem. Hinc ſtellatum, (κατεστεριγμένον) ſtellis plenũ, quod eſt cœli epitheton, cum ſerenum eſt. Interdum ſtellare, eſt ad modum ſtellarum factum eſſe. Claud. lib. 2. Ducitur in thalamum uirgo, ſtat pronuba iuxta Stellantes nox picta ſinus. Interdum ſignificat inuidere, à ſtellione animali, cuius natura eſt inuidiam habere, de quo Plin. lib. 30.

Stēmmă, atis. n. t. (στέμμα) coronamentum, quod ex multis floribus compoſitum eſt. Dictum à Græco, quaſi στεφάνωμα. στέφω corono, ut στέφανος corona. Quandoq; ſignificat claram familiam, in qua inſignes uiri, ut in ſertis flores, eluceſcunt, & quæ plerunq; ex uictorijs & coronis maiorum contrahitur. Iuuenalis, Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri? Quoniam uerò mos erat apud antiquos, ut uiri ob res bene geſtas coronis donarētur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur, inualuit cõſuetudo, ut ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Martialis, Cæſaris atq; Iouis cõfert nunc ſtemma iuuentus, Par onus ut tulerint, altius iſte tulit. Aliquando pro gradibus generis, & ordinibus deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & uelut intercurrentibus lineis diſtinguebantur. Plin. lib. 35. Quin & pro inſcriptionibus ſaxorum. Mart. Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

Stĕphănōmă, ătis. n. t. (στεφάνωμα) Latinè coronarium, genus oleris quodcunq; foliaceum.

Stĕphănītæ uites, hoc eſt coronariæ, nempe quæ per ſtatumina calamorũ materijs ligatis in orbiculos gyroſq; flectuntur, & materijs ſubmiſſis earundem ſtatuminibus per orbem & in coronam connectuntur. Colum. lib. 3. cap. 2.

Stĕrcŏrārĭŭs, ria. rium. (κοπρικὸς) quod ad ſtercora pertinet: ut, Stercoraria cratis, apud Varr. 1. de re Ruſtica.

Stĕrcŏrātŭs, a. um. particip. uel nomen ex participio, (κεκοπριαμένον) ſtercore infectum dicitur. Cat. lib. 2. Locus ſtercoratiſſimus.

Stĕrcŏrātio, onis. f. t. ipſe ſtercorandi actus. Colum. lib. 2.

Stĕrcŏro, ras. a. p. fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. κοπρίζω. Plin. lib. 18. Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimiũ ſtercoratus eſt, aduritur. Et ſtercorare, eſt pinguefacere. Col. lib. 12. Vitia & faba ſtercorare agrum dicuntur.

Stĕrcŏrōsŭs, adiect. plenum ſtercore. Col. lib. 9.

Stĕrcŭs, oris. n. t. (ἀφόδευμα, κόπρος) ab extergendo deduci uidetur, quòd undique abſtergi ſoleat.

Stĕrēsĭs, (στέρησις Græcè) Latinè orbitas.

Stĕrĭlēſcĕrĕ, ſignificat ſterilem fieri. στειρόω.

Stĕrĭlĭs, le. om. t. infœcundus, & fructum non ferens, ſine prole. ἄκαρπος, ἄφορος, ἄγονος, στεῖρος. στερῶ enim priuo dicitur, ſeu careo, & στερητικὸν ſterile. Hinc ſterileſco.

Stĕrĭlĭtās, atis. f. t. infertilitas, infœcunditas.

Stĕrnāx equus, (καταβλητικὸς) dicitur, qui ſeſſorem excutit, ac in terram deijcit, hoc eſt ferox. » Verg. Et ſternacis equi.

Stĕrno, nis, ſtraui, ſtratum, a. t. de ſtatu deijcio, & quaſi in terram extendo. καταβάλλω. unde etiã pro occidere ponitur. Verg. lib. 10. Sternitur infelix alieno uulnere. Hinc cæſum exercitũ, ſtratum dicimus. Inde ſtrages. Per tranſlationem ſterno pro extendo, στρώννυμι, καταστορέω. quandoq; ponitur. Vnde ſternere humi tapetas, frondes, & huiuſmodi dicimus, uel ſterno humum floribus, ramis, ueſtibus. Et quoniã ſternendo fit, ut id ſupra quod ſternimus, hoc eſt extendimus aliquid, tegamus, ſternere etiã pro tegere atq; implere ſumatur. Vnde ſternere equos, cooperire: ſternere menſam, uel lectum, id eſt adornare, inſtruere, apparare: ſternere » humum floribus, implere. Verg. Sternitur om» ne ſolum iaculis. Interdum ponitur pro com» ponere ac complanare. Verg. Et nunc omne ti» bi ſtratum ſilet æquor. Et ſtratas uias dicimus, ſiue quòd complanatæ ſint, ſiue quòd lapidibus tectæ. Idem, Miratur portas, ſtrepitũq;, & ſtrata uiarũ. Item quia iacendo quodammodo

modo extendimur, ſit ut eos etiam ſternere dicamus, qui ſe ad iacendum collocant, ut quieſcant. Idem 4. Georg. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ. Huius uerbi compoſita ſunt, Conſterno, externo, à quo ſuper externo, deſterno, inſterno, proſterno, & ſubſterno. ὑποςόρομαι. à quo ſubſtratus.

Sternŭo, is. nui. tum. (πτάρνυμαι) à quo ſit freq.

Sternūto, tas. pen. prod. Inde ſternutatio. πταρμὸς. inflatio, quæ à pectore exurgens, totum caput cócutit. Col. lib. 8. At ſi moleſta pituita eſt, ſurculi napetæ ſylueſtris lana inuolui, naribus inſerũtur, uerſanturq́ʒ, donec ſternuat ouis.

Sternūtāmentum, ti. idem quod ſternutatio.

Sterquilinium, nij. n. ſ. κοπριὰ, κάθαρμα. locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculũ. Col. lib. 1. Sterquilinia duo ſint.

Sterrŏgŏniă, æ. f. p. (ςῤῥογονία) genus thuris, quod Latini maſculum dicũt, à ſoliditate. ςῤῥὸν enim Græci ſolidum dicunt.

Sterto, tis. tui. n. t. ῥέγχω. dormio, ſiue dormiendo rhonchos emitto, in malum ferè ſemper ſumitur. Teren. in Eunu. Fatuus, inſulſus, tardus, ſtertit noctes dieſq́ʒ. Hinc ſit compoſitum, Deſterto, id eſt à ſtertendo ceſſo. Perſ. Sat. 6.

Steſichŏrītēs numerus in talis: uide in proprijs.

Stibădium, dij. n. ſ. (ςιβάδιον) accipitur pro cella & abaco, quo fulti diſcumbunt conuiuæ, quod primò herbidum fuit, poſtea, (inualeſcente luxuria) marmoreum. Sunt qui dicant, ſtibadia eſſe paruas cœnationes, in quibus ſcriptum eſſe ſolebat, quot conuiuas cœnatio caperet. Seruius, Stibadia, inquit, antiqui nõ habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabãtur. Vnde & triclinium ſterni dicitur.

Stibium, bij. n. ſ. ſiue ſtibi abſolute, (ςίμμι) dicitur, quo ad uenuſtandos oculos peculiariter utebantur. In argenti enim metallis inuenitur lapis ſpumæ candidæ atque nitentis, quem alij ſtibium, alij alabaſtrum, alij turbaſin appellãt, cuius uis principalis eſt circa oculos quos dilatat, quorumq́ʒ fluitiones exulcerationeſq́ʒ inhibet. Ideo id Græci πλατυόφθαλμον dixere, ab oculorum dilatatione. Hieron. in Furiam, Non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos. Hinc ſtibinus. a. um. (ςιμμιοειδὴς) pen. prod. quod ſtibij colorem habet.

Stĭchŏs, (ςίχος) Latinè uerſus, ſiue ordo.

Stigmă, atis. n. t. (ςίγμα) nota, ſiue ſignum quod inuritur, ab ςίζω pungo. Per tranſlat. quandoque ponitur pro ſuggillatione & infamia. Suet. Stigmata (ut inquit Plin.) delentur columbino fimo.

Stigmătĭci. ςιγματικοί. dicuntur famoſi et nocentes, qui nota aliqua aduſti ſunt, aut ſtigmate puncti, ut ſemper appareant.

Stigmōſŭs, adiect. plenus ſtigmatibus.

Stigo, as. act. p. ſtimulo, irrito. ςίζω. à quo inſtigo, caſtigo, fuſtigo, quamuis quidam ab ago compoſita eſſe uelint.

Stilla, æ. f. p. (ςαγὼν, ςαλαγμὸς) diminut. à ſtiria, (ut inquit Feſtus) & accipitur pro gutta: ut ſtilla olei, ſtilla aquæ, ſanguinis, &c.

Stillātĭtiă reſina, (κατάςακτος) dicitur, quæ ruſo colore lenteſcit, dicta quod guttatim ſtillaret. Plin. lib. 16. cap. 11.

Stillĭcidium, dij. n. ſ. (ψιχὰς, ῥανίς) quaſi ſtillarũ cadium, quòd ſtillatim cadat, ubi è tectis guttæ fluunt. Cic. 1. de Legib.

Stillo, as. n. p. guttatim fluo, ſiue emitto. ςάζω, λείβω. Plinius, Frutex eſt reſina ſtillans. Huius compoſita ſunt, diſtillo. καταςάζω. deorſum ſtillo. Verg. 3. Georg. Lentum diſtillat ab inguine uirus. Et diſtillare, eſt paulatim fluere. unde fluxus humoris à capite, dicitur diſtillatio. Item ſignificat guttatim humorem extrahere. Vnde diſtillare herbas, eſt humorem ex his paulatim extrahere. Hinc diſtillatio, liquamen quo utimur cum pulmentarijs. Et diſtillarius, dictus eſt concinnator diſtillationum & uenditor. Extillo, (ἐκςαλάζω) perfectè ſeu totum ſtillo. Teren. in Phorm. Inſtillo, intro ſtillo.

Stilpōnēs, um. m. t. (νάνοι) dicuntur ab aliquibus homines parui, qui nani uocitantur.

Stimmi, indeclinabile nomen, idem quod ſtibiũ.

Stĭmŭlo, as. a. p. pungno. παρορμῶ, παροξύνω, διεγείρω, κεντρίω. Hinc extimulo, quod eſt ualde ſtimulo. Colum. lib. 7. Libidinis extimulatur furijs. Hinc ſtimulatio, ſtimulator, & ſtimulatrix uerbalia.

Stĭmŭlus, li. m. ſ. (κέντρον, ἀπὸ τ ςίζω) propriè dicitur fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppungunt. Per tranſlationem dicitur omne illud à quo uexamur: ut, Stimulus doloris, carnis & malarum cupiditatum. Cice. 2. Tuſc.

Hinc

Hinc ſtimuleus, a. um. adiect. ut, Supplicium ſtimuleum, apud Plaut. in Mil.

Stingo & Stinguo, is. xi. ctum. a. t. (σβέννυμι) eiuſdem ſignificationis eſt cū extinguo. Huius compoſita ſunt, Diſtingo, extingo, interſtingo, & reſtingo.

Stĭpārĭūs, a. um. quod ad ſtipandum pertinet.

Stīpātĭo, onis. f. t. uerbale, ipſe ſtipandi actus.

Stĭpātōrēs, um. m. t. qui in nauibus onera componunt, (ἐπακταί.) & qui regum uel aliorum corpora cuſtodiunt, (δορυφόροι) à ſtipe, quam accipiebant: uel quod reges ſtipent, & undiq; circumdent, ac claudant penè conſti ingentes, inſtar apum circa ipſarum regem, aut quod ipſi ferro ſtipati ſint. Hos antiqui à latere latrones uocabant.

Stīpēndĭālĭs, & hoc le. om. t. quod pertinet ad ſtipendium. Sidon. Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

Stīpēndĭārĭūm, rij n. ſ. certum uectigal. ἀποφορά.

Stīpēndĭārĭūs, a. um. o. ſ. (ὑποτελὴς) tributarius, qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio nomine uectigalis dicitur. Vnde multi populi ſtipendiarij erant Reipublicæ Romanæ. hoc eſt, qui ſoluebant ſtipendium. Cæſar Comment. 1. Reliquasq; ciuitates ſtipendiarias haberent. id eſt tributarias.

Stīpēndĭātūs, a. um. o. ſ. μισθοφόρ☉. à ſtipendior. aris, qui ſtipendiū recipit, & alio nomine mercenarius dicitur, ut ſunt ij qui ad militiā aſcribuntur. Plin. lib. 6. Regi eorū peditum ſexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorū nouem, per omnes dies ſtipendiantur. id eſt ſtipendia faciunt, & merent.

Stīpēndĭūm, dij. n. ſ. (ἀποφορὰ Plutarchus) æs militare, ſeu premiū quod militibus datur. Compoſitum nomen ex ſtipe & pendo, quaſi ſtips ponderata ſit. Vlp. de Verb. ſignif. l. ager, Stipendium à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt modica æra colligatur. Stipendiū etiam dicitur, quod quis tenetur ſoluere principi, aut Reipublicæ. τέλ☉. Liu. lib. 1. Vt diuites conferrent, quæ oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipēdij pendere, ſi liberos educarēt.

Stīpēs, itis. m. t. truncus, (κορμὸς) fuſtis terræ defixus: qui quoniam pullulare aliquando conſueuit, putant aliqui ſtipem ab eo dictum. Cæſar 1. Bell. Ciuil. Foſſas tranſuerſas uijs perduxit, atque ibi ſudes ſtipitesq; præacutos defigit. Item ſtipes, dicitur torris lignum, & quodlibet aliud quod facile incenditur. Stipes per translationem accipitur pro ſtulto, inſulſo & fatuo. Terent. in Heaut. Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Stīpo, as. a. p. (ἐπάγω, πυκνόω) rimas obturo, condenſo, quia in hoc ſtupa uti ſolemus. eſt enim deterius linum, quod rimis, maxime nauium claudendis, adhibetur. Vnde ſtipatores dicti ſunt, qui in nauibus ſtipam, hoc eſt ſtupam componunt. Hinc ſtipare, pro claudendo coarctare, denſareq; accipitur, ſicut in nauibus fieri uidemus. Vergilius, Stipatq; carinis Ingens argentum. Et ſtipo, ſignificat circumdo aliquem defendendi cauſſa, (δορυφορῶ.) Liuius lib. 1. Stipatus agmine armorum, in forum irrumpit. Hinc conſtipo. συνναθροίζω, ἐπισάττω.

Stīps, ſtĭpis, & Stīpis, ſtipis. f. t. (μισθὸς) ab antiquis æs dicebatur, & merces quæ ſtipatoribus & militibus dabatur. Et cum ſpondetur pecunia, ſtipulari dicitur, id eſt ſtipem obligare. Pecunia quoq; quam uel in ærarium reponebant, uel dijs offerebant, uel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem uitæ, ſtips dicebatur à ſtipando, propterea quòd in cella ſtipabant. id eſt componebant.

Stīptĭcūs, adiect. quod ſtipat, hoc eſt obſtruit: ut, Stiptica uis, id eſt uis obſtruendi. Plin. lib. 11. Prima ſyllaba ſcribi debet per y pſilon, uide infrà à Græco στύφω, στυπτικὸς. id eſt aſtringens, non obſtruens.

Stĭpŭlă, æ. f. p. (καλάμη) à ſtipa, hoc eſt ſtupa deducitur, ſiue quod ſtupæ inſtar uratur, ſiue quòd ea quoq; ſtipari tectorum rimæ cōſueuerunt. Eſt autem ſtipula, calamus frumenti, puta tritici, hordei, & ſimilium. Stipula etiam dicitur, quæ remanet in campo, demeſſo frumento. Spicæ præterea, quæ poſt meſſorum terga à tenuioribus legi ſolent, ſimiliter ſtipulæ appellantur. Teren. in Adelph. Præter hæc Menedi ipſo faciam, ut ſtipulam colligat.

Stĭpŭlātūs, us. m. q. idē quod ſtipulatio. ὁμολογία.

Stĭpŭlŏr, aris. com. p. pen. cor. à ſtipando, ſignificat promitto, ſeu pecuniam ſpondeo, ſtipem obligo, obligationem uel per obligationem habeo. συγγράφω, διομολογοῦμαι, προσγυῶ, συνηθέομαι. Nam propriè de pecunia dicitur, quãuis ad

ad omnes rogationes, quæ ſolenniter fiunt, tranſlatum ſit. Hinc ſtipulator dicitur, qui & rogat & interrogatur. Hæc enim duo, ſtipulator & promiſſor opponuntur, ut docet Iureconſ. tit. de Verb. oblig. Vnde ſtipulatio (inquit Pomp.) uerborum conceptio eſt, quibus is qui interrogatur, daturum facturum'ue ſe id quod interrogatus eſt, reſpondet. συγγραφὴ. Huius uerbi compoſita ſunt, Aſtipulor, quod eſt cōſentio. Inſtipulor, Reſtipulor, quod eſt contra ſponſionem pecuniam obligo.

Stĭpŭlātĭuncŭlă, æ. f. p. dimin. eſt à ſtipulatio.

Stīrĭă, æ. f. p. (σταλαγμὸς) propriè eſt aqua frigore concreta, pendens, guttatimq́; ſtillans. Vergil.
» Stiriaq́; impexis induruit horrida barbis.

Stirpĭcēs, um. com. t. qui ſtirpes euellunt.

Stirpĭtŭs, (ἐκ βάθρων) pen. cor. aduerb. ſignificat radicitus. Cic. lib. 4. Tuſc.

Stirpo, as. n. p. radices aufero. à quo extirpo.

Stirps, uel ſtirpis, cum de hominibus dicitur, generis fœm. eſt. γενεὰ. & ſignificat originem. » Ver. Heu ſtirpem inuiſam. Cum uero de arboribus, pro trunco, generis maſc. στέλεχος. Idem » lib. 12. Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Stirps quæſtionis, origo, fundamentum, per tranſlat. Cic. 4. de Fin.

Stirpeſco, is. ere. n. t. in ſtirpem conuerti.

Stĭuă, æ. f. p. aratri manica, quæ tenetur manibus cum aratur. ἐχέτλη. Dicta ſtiua à ſtando, quia ſuper eam regula ſtat, & eſt quaſi temo inter boues.

Stlātă, genus nauigij (inquit Feſtus) latum magis quàm altum, à latitudine ſic appellatum. À ſtlata ſtlatarius dicitur, qui ſtlata uehit. Stlatarium quandoq; dicitur, quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectum.

Stlembŭs, a. um. o. ſ. grauis & tardus.

Stlĭtĭbŭs, pro litibus Veteres dicebant, ſic enim moris erat dictionibus ab l. incipientibus ſt præponere.

Stlŏpŭs, ſonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſius, Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Poſtea ſclopus & ſclopetus. uide Sclopus.

Stœbē, ſtœbes, fœ. gen. frutex aculeatus tum caule, tum folio, ſemine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratiſſima, nō alibi quàm in aquaticis naſcens. Plin. lib. 21. cap. 15.

Stæchās, adis, herba de qua Plin. lib. 27. ca. 12.

Stŏlă, æ. f. p. apud ueteres dicebatur, quicquid tegebat: & apud Græcos στολὴ indumentū ſignificat, unde ſtola deducitur. Poſtea ad honeſtæ tantum matronæ ueſtem, hoc nomen tranſlatum eſt, quæ uſq; ad imos pedes demiſſa erat. Tibullus, Impediat crines nec ſtola longa pedes. Hinc ſtola pro matrona, & honeſta muliere ponitur. Et ſtolatum, matronale atq; ho» neſtum dicimus. Martialis, Quis florea ueſtit? & ſtolatum Permittit meretricib. pudorem? Stola etiam accipitur pro ueſte ſacerdotali, quod & orarium uocāt. Apul. lib. ult. Metam. Proceſſi duodecim ſacratus ſtolis.

Stŏlātus, a. um. quod eſt ſtola indutū, & pro honeſto capitur. ἐστολισμένος. Stolata mulier, pro locuplete & primaria: contrà Togata, pro plebeia, & ſecundæ claſſis.

Stŏlĭdŭs, a. um. o. ſ. ἀβέλτερος, ἀνόητος, νήπιος. ponitur pro excordi, tetro, moleſto, atq; illepido.

Stŏlo, onis. m. t. (παρασπάδος) inutilis, & quaſi ſtolida eſt fruticatio, ex arborum radicibus. Plinius, Fuerunt ex arboribus cognomina antiquis: ut, Stolonum Liciniæ genti, ita enim appelatur, in ipſis arboribus fruticatio inutilis.

Stŏmăcăcē, uide Plin. lib. 25. cap. 3.

Stŏmăchĭcŭs, a. um. qui ex ſtomacho laborat.

Stŏmăchāri, d. p. indignari ac turbari. διαῤῥήγνυσθαι, δάκνεσθαι, ἀποπνίγεσθαι, πίμπρασθαι, ἀγανακτεῖν. Hinc ſubſtomachor, paulum faſtidio.

Stŏmăchōſŭs, a. um. o. ſ. qui facile indignatur, ac cuncta faſtidit. Cic. Appio Pul. Stomachoſiores meas literas quas dicas, non intelligo.

Stŏmăchŭs, chi. m. ſ. (στόμαχος) fiſtula per quam cibus deſcendit, ſed ponitur pro uentriculo (licet, ut quidam exiſtimant, impropriè) id eſt receptaculo ciborum. Iuuenal. Si ſtomachus domini feruet uinoq́; ciboq́;. Interdum ſtomachus ponitur pro indignatione, ira, odio, & faſtidio. Sic ſine ſtomacho dicere, hoc eſt ſine faſtidio & indignatione.

Stŏmătĭcŭs, a. um. à στόματος. quod os ſiue buccam Latinè ſignificat, dicitur qui ulcus aliquod in ore habet. Hinc dicimus ſtomatice eſt, hoc eſt ori confert, & oris affectus ſanat. Plin. lib. 22. cap. 9. Commanducata ſtomatice eſt, & ulceribus oris inſperſa, &c.

Stŏmōmă, atis. Plin. lib. 34. ca. 11. de ſquama æris.

Squamæ eſt alterum genus ſubtilius, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum.

Stŏrĕă, æ.f.p. στορία. quam extendimus ſuper terram. Dicta ſtorea ἀπὸ τοῦ στορέννυμι, quod ſignificat ſternere. Hæc alio nomine & teges, & matta uocatur.

Străbo, onis.m.t. qui oculos habet diſtortos.

Străgēs, is.f.t. ὄλεθρος, φόνος. ſignificat cladem, depulſionem, profligationem, iacturam, multitudinemq́ cadauerum interfectorum.

Străgŭlŭm, li.n.ſ. uel ſtragula læ. ἐπίβλημα, στρῶμα. genus ueſtis, inquit Aſco. Vlp. ſtragulam ueſtem accipit pro ueſtimento quod inijcitur, quale eſt Græcorum pallium. Alij accipiunt pro equorum uel lectorum opertorio. Varro, Quicquid inſternebant, à ſternendo ſtragulum appellabant.

Strāmĕn, inis.n.t. κάρφος. quod ſolo quieſcendi gratia ſternitur. Dicitur & ſtramentum, & propriè id in triticeis culmis, quod terræ hæret, & poſtea ſubſecatur, quod alij à ſtando dictum putant, alij à ſtratu, quod id ſubſternatur pecori. Varr. de re Ruſt lib. 1. cap. 50.

Strāmĕntĭtĭŭs, a.um. quod ex ſtramento fit.

Strāmĭnĕŭs, a.um. quod ex ſtramine. κάρφινος. Proper. Straminea poſſet dux habitare caſa.

Străngŭlo, as, à ſtringendo, gulam neco. ἄγχω.

Străngŭlātŭs, a.um. participiũ, & Strãgulatus, us. ui. m.q. uerbale, eſt ipſa ſtrangulatio. unde ſtrangulatus uuluæ, quæ & ſtrangulatio dicitur, compreſſione & anguſtia uteri.

Străngūrĭă, æ.f.p. (στραγγουρία) difficultas urinæ, quando guttatim micturiunt, quæ ex meatus conſtrictione accidit. ab στραγγαλίω cõſtringo. & τὸ οὖρος, urina: uel à στράγξ. γος. quod apud nos guttam ſignificat, & οὐρέω. mingo. Latinè ſubſtillum dicitur.

Strătēgēmătă, tum.n.t. στρατηγήματα. aſtutiæ rei militaris, geſta militaria, exempla ſiue conſilia militaria, quibus homines ad ſimilia faciẽda ducũtur. στρατὸς enim exercitus, ἄγω duco.

Strătēgĭă, giæ.f.p. militatio, prætura, imperium rei militaris & gubernatio. Plin. li. 6. cap. 9.

Stātēgŭs, gi.m.ſ. στρατηγὸς. pe. pro. dux exercitus

Strătĭă, æ.f.p. στρατιὰ. militia, exercitus.

Strătĭōtēs, tæ com.p. στρατιώτης. miles. Item herba, de qua Plin. lib. 24. cap. 18.

Strătĭōtĭcŭs, a.um. (στρατιωτικός) militaris.

Strătĭŭs. στράτιος. & ſtratiuus, dicitur militaris

Strātŏr, qui dominũ in equũ ſuſtollit. ἀναβολεύς.

Strātŭm, ti.n.ſ. participium, ſiue ſupinum uerbi ſterno, (ἐστρωμένον) & ſignificat id quod ſterni ſolet. Vergil. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Stratũ uero nomen. στρωμνὴ. ponitur pro lecto: ut, Molle ſtratum. Liu. 1. Bel. Pu. Strata etiam. στρώματα. dicuntur omnia ueſtimenta, quæ ſternuntur, ut ueſtes, ſtragulæ, & periſtromata: item quæ equis mulis úe inſternuntur, & dicimus equos ſtratos, inſtratosq́, eis ornatos. Liu. lib. 7. Strata detrahi iubet. Strata quoq; ſine appoſitione uiæ, dicitur uia lapidibus tecta, ut ſunt uiæ Romanæ, in omnes Italiæ urbes ſilicib. ſtratæ

Strebula, lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium ſacrificatarum. Feſtus.

Strēnă, æ.f.p. ἐξένιον. munus quod datur die feſto ominis boni gratia, qualia quæ paſſim dantur die Dominicæ natiuitatis, & principio anni noui, à numero quo ſignificatur alterum tertiumq; uenturum ſimilis commodi, ueluti trena, quæ prępoſita ſ litera, dicitur ſtrena. Hæc ex Feſto. Quidam à ſtrenũitate ſtrenam dici putant. Pompon. Aſſidæ, ſi qua uentura eſt ſtrena ſtrenæ.

Strēnŭŭs, a.um.o.ſ. & in comparatiuo ſtrenuior, ſtrenuiſſimus. (δραστήριος, νεανικώτερος, νικητικὸς) fortis, celer, uigilans, & ad res gerendas promptus. Hinc ſtrenuitas. ἀνδραγαθία. Et ſtrenuè, fortiter, diligenter.

Strĕpĭto, as.n.p. pen. cor. ſæpe ſtrepitum facio.

Strĕpĭŭs, us.m.q. ψόφος. uide ſequens Strepo.

Strĕpo, pis. pui. pitum.n.t. pedibus, aut alio quocunq; modo ſtrepitum facio. ψοφέω, κτυπέω. Vnde ſtrepitus. us. qui propriè pedum ambulantium, manuumq́ aliquid pertractantium ſonus eſt. Sumitur & pro faſtu, & pompa diuitiarum, & quaſi à ſtrepitu comitantium. Hinc componuntur, Conſtrepo. καταχτυπέω. conſentio, obtundo, ſimul ſtrepo. Circumſtrepo. Inſtrepo, cõtrà uel ualde ſtrepo, aut cum ſtrepitu nomino. Interſtrepo. ἐπικτυπέω. ſtrepitu alios perturbo. Obſtrepo. προσοχλέω. contra aliquem ſtrepitũ facio. Perſtrepo. διαψοφέω. ualde ſtrepo. Aſtrepo, ſimul ſtrepo. Et omnia habent penultimam correptam.

Strĭæ, & ſtrĭātūræ, arum. f.p. ſunt quaſi canali-

ulæ & ſulci, quibus quoddam columnarum genus excauatur. Vitru.lib.3. Hinc ſtriatas columnas dicimus, quæ ſtrijs diſtinctæ ſunt. Apul. Frontem ſtriatam uocat contractam, caperatamque, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitudine.

Strĭo, as.are.a.p. ſtrias facere. Striare etiam ui dentur boues cum peracto priore uerſu, alius initur. hoc autem fieri, dum boues adhuc in priore uerſu anhelant, non conuenit.

Strĭbligo. σολοικισμὸς. à uetuſtioribus Latinis dicebatur ſolœciſmus, à tortuoſæ orationis prauitate ac uerſura. uide Gell.lib.5.cap.20.

Strictē. στενῶς. aduerb. ſignificat arctè, à quo formantur ſtrictius & ſtrictiſſimè.

Strictim. ἐπιψαύδην, ἐπιγράβδην, λίγδην, ἀκροθιγῶς. aduerb. ſignificat ſingula ſtringendo. Vnde ſtrictim referri, dicuntur ea quæ cum ſparſa ac diffuſa ſunt, breuiter, & quaſi ſummatim colliguntur.

Strictiuŭs, a. um. ut, Strictiuæ oliuæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum.

Strictūră, (σπινθῆρες) propriè dicuntur ſcintillæ, quæ de ferro candenti micant, cum maſſa malleis tunditur: aut quòd ſtrictè emittũtur. id eſt celeriter: aut quòd oculos ſuo fulgore perſtringunt. Aliquando ponitur pro terra in ferri maſſam coacta, aut pro ipſis ferreis maſſis. Seruius.

Strictŭs, a. um o.ſ. participium à ſtringo. ut ſtrictus gladius, euaginatus. Cic.2.Philip.

Stridĕo, des.dui. & Strido.dis.di.n.ſ. & t. Ver. Striduntq́; caminis ſtricturæ chalybũ. Et propriè ſtridere dicitur, cum funes ſonum faciũt. τρύζω. Plin. Epi.203. Quamuis etiam ad alia transferatur. Horat.in Serm. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros.

Strĭgă, ordines rerum inter ſe continuatè collocatarum, quòd unà ſint conſtrictæ. Columel. lib.2. Vtrumq; ſiccatum coarctabimus in ſtrigam, at ita manipulos uinciemus. Item longitudo maior latitudine dicitur ſtriga. A quo ſtrigatus ager uocatur, qui per ſtrigas creſcit à ſeptentrione in meridiem.

Strigĭlis, huius ſtrigilis.f.t. στλεγγίς, ξύστρα. inſtrumentum propriè è ferro dentatum, à ſtringendo, id eſt radendo, quo equos & id genus iumenta expoliri ſolent equiſones, è corpore ſordes abradendo: ea quoq; utebantur ueteres in balneis ad radendas ſordes corporis, fiebatq́; ex auro, argento, ferro, interdum etiam lapidibus quibuſdam, ut nunc linteis. Perſius, I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Quidam ſtrigiles accipiunt pro pectinibus fricatorijs, quos Indi ex hebeno faciebant. Sunt item uelaria, unde athletæ poſt laborem ſtringuntur. Alij ſtrigilem accipiunt pro quodam uaſis genere. Item ſtrigil, aluminis genus pumicoſum & foraminoſum, fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundumq́; natura. Corn. Celſus. Medicamentum in aurem per ſtrigilem inſtillari iubet. Strigiles, etiamnum ſermone uernaculo piſciculi quidam dicuntur, quorum frequens fit captura per hyemes.

Strigĭlēcŭlă, (στλεγγίδιον) diminutiuum à ſtrigilis pro uaſe.

Strigĭlo. ξύω. uerbum à ſtringo, quod idem ſignificat. à quo obſtrigilo, quod ſignificat obſto.

Strĭgĭŭm, gij.n.ſ. ueſtis Hiſpanica. Plau.

Strigmĕntŭm, ti.n.ſ. (ξύσμα, ῥύπος & γλοιὸς. Herm.) ſordes quæ ex corporibus raduntur. Vnde ſtrigmenta olei dicimus. περιξύσματα, γλοιοὶ. id eſt ſordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus raduntur. Plin.

Strĭgōnĕs, a.um.m.t. denſarum uirium homines, quòd in ſe conſtricti, atq; arctati ſunt. Apud Feſtum legitur ſtrigores.

Strĭgōsŭs, a.um. λαγαρὸς. quod eſt exhauſtum & macilentum quaſi ſtringoſum. unde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt, quòd corpora eorum reſtricta ſint fame, aut alia uitij cauſa.

Strĭngo, gis.xi.ctũ.a.t. σφίγγω, πιλῶ, στέφω. arcto Plin. Apprehenſaq́; manu ſtringit. Per translationem ſtringere, quandoque pro percutere ponitur. Verg.10. Atq; animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. Quandoq; pro rarefacere, excidere amputare: ut, Stringere frondes. Idẽ in Buco. Quandoq; pro decerpere, colligere: ut, Stringere glandes. Idem 1.Geor. Quandoque pro rado. προσψαύω, περιγράφομαι: ut, Stringere ripas. Idem libr.8. Quandoq; pro uulnerare. ἐπιξέω, ἐπιγράφω. Idem in eodem, Hunc primum leuis haſta Themillæ Strinxerat. Stringere enſem. γυμνῶσαι. eſt nudare. Huius cõpoſita ſunt, Aſtringo, quod eſt iuxtà ſtringo. Conſtringo. συσφίγγω. ſimul totum ſtringo.

ſtringo. Diſtringo. διασπάω. ualde ſiue diuerſis modis ſtringo, deorſum aut ualde ſtringo, excido. Extringo, extra ſtringo. Obſtringo, perſtringo, præſtringo, reſtringo, & ſubſtringo.

Strix, ſtrigis. f.t. στρίγξ. auis quædã nocturna & importuna, à ſtridendo dicta. Lucan. lib. 6. Quod trepidus bubo, quòd ſtrix nocturna queruntur. Aggreditur pueros nutricis egentes, & ex illorum corpuſculis uitalem ſanguinẽ abſorbet. A cuius nocumento Striges appellamus mulieres, puellulos faſcinantes ſuo contactu, & lactis munerumq́; oblatione. Serenus, Præterea ſi fortè premit ſtrix atra puellos Viroſa immulgens exertis ubera labris. Striges, ſtrigis, ſunt olera uilia: ut apud Plautum in Pſeud.

Strŏbĭlŭs, li. f.ſ. στρόβιλος. eadem arbor, quæ pinus, ſiue pinaſter putatur eſſe, è natalium cognatione ſic dicta, ſed gracilis ſuccinctiorq́; et enodis, liburnicarum ad uſus, penè ſine reſina. Eodẽ nomine & pinea nux, quæ & conos Græcè appellatur. Vide Plin. lib. 16. capi. 10. Ruellium lib. 1. cap. 112.

Strŏbŭs, bi. f.ſ. arboris genus, de quo Plinius libro 12. capite. 17.

Strōmă, tis. n.t. στρῶμα. omne quod ſternitur. à quo fit periſtroma. Stromata etiam dicuntur commentaria, ſcientiæ uarietates. Vnde Origines ſtromatum libros compoſuit. Stromamateum, uarietas, tanquam opus uarietate contextum.

Strŏmbŭs, bi. maſcul. generis, animal in mari. Plin. lib. 32. capite 11.

Strŏphă, acumen, ſubtilitas, ab στροφὴ cõuerſio.

Strŏphăs, ſtrophadis, (στροφὰς) Latine conuerſio, uertigo.

Strŏphĭārĭŭs, rij. m.ſ. qui ſtrophia facit.

Strŏphĭŭm, phij. n.ſ. (στρόφιον) faſcia pectoralis, quæ uirginalem tumorem cohibet papillarum. Strophia etiam corona ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotum, quod fit ἀπὸ τὸ στροφάλαν. hoc eſt à uertendo. Huius diminut. eſt ſtrophiolum.

Strŏphŏs, phi. m.ſ. στρόφος. dolor inteſtinorum, quod tormen Latini uocant.

Strŏphŭs, phi. m.ſ. στρόφος. à Græcis dicitur ſacculi funiculus, à στρέφω uerto, quod circumquaque uertatur. Item ſtrophus, idem quod ſtrophium, ubi uide ſuprà.

Strŭctĭlĭs, & hoc le. om. t. penultima correpta. quod ſtructum eſt, (κατασκευαστός) ut ſtructiles columnæ, quæ non ſunt ex uno lapide, ſed ex multis. Colum. lib. 11. cap. 3. Vetuſtiſſimi authores uiuam ſepem ſtructili prætulerunt.

Strŭctŏr, oris. m.t. qui aliquid ordinat. (κατασκευαστής.) ut, Structores annonæ, Cicero ad Attic. libro 14. Ponitur & pro cellario, quĩ inſtruendæ menſæ & ciborum curam habet. ὁ διανέμων, ὁ τραφέρων. à ſtruendo, id eſt ordinando & componendo, qui cultello ſcindit in fruſtula. Martial. Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ. Qui uero conuiuij princeps eſt, architriclinus uocatur.

Strŭctūră, æ. f.p. ædificium, ſiue compoſitio, & ordinatio. κατασκευὴ, οἰκοδομὴ. Colum. lib. 1.

Strŭēs, ſtruis, à ſtruo. f. t. propriè lignorum congeries eſt, (ὄγκος.) Et ſtrues dicitur genus libi, quod addebatur in ſacris. Ouidius lib. primo. Faſt. Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

Strufetani dicebantur, qui farra ad ſacra ferebant.

Strŭīcēs, um. f. t. inquit Feſtus, antiqui dicebant omnium rerum extructiones. (κατασκευαί. Plautus in Men. Cereales cœnas dat, ita menſas extruit, Tantas ſtruuices concinnat patinarias.

Strūmă, æ. f.p. tumor, uel morbus, qui à ſcrophis quæ id morbi patiuntur, ſcrophula dicitur, (κραῦρος τὸ, χοιράς.) cum ſcilicet circa guttur glandulæ quædam pure & ſanguine plenæ oriuntur, quamuis & in alijs interdum corporis partibus gignantur, utputa in alis, inguinibus & lateribus. Vide Celſ. libro 5. capite. 28. Inde ſtrumoſi dicuntur, qui id uitium patiuntur. Alij ſtrumam uitium gutturis eſſe putant.

Strūmĕă, eæ. f.p. herba, quarta ranunculi ſpecies. Plinius libro 25. capite 13. de quarta ranunculi ſpecie, Noſtri inquit, herbarij ſtrumeam uocant, quando medetur ſtrumis, & panis parte in fumo ſuſpenſa: uel (addit Ruellius) quòd ſtrumoſam radicem habeat. Vlceraria uulgò dicitur, alijs ſcelerata.

Strŭo, is. xi ctum. n.t. ordine, ſeu ordinatè apto. κατασκευάζω, συντίθημι, παρασκευάζω. Compo

ſita huius uerbi ſunt, Aſtruo, deſtruo, extruo, inſtruo, obſtruo, præſtruo, ſubſtruo, & ſuperſtruo, quæ ſecundũ uim præpoſitionũ ſignifi.

Strŭppī, inquit Feſtus, uocabantur in puluinaribus faſciculi de uerbenis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.

Strūthēŭs, ei. m. ſ. mẽbrũ uirile à priſcis dicitur, à ſalacitate paſſeris, qui Græcè στρουθὸς dicitur.

Strūthĭă mala, quæ & ſtruthiomela uno uocabulo proferuntur, dicũtur uulgò mala cotonea, ſiue cidonia fœmina. Col. lib. 5. cap. 11.

Strūthĭŭm, ſtruthij, n. ſ. Latinè paſſerculus dicitur. Item nomen herbæ quæ radicula dicitur. Plin. lib. 19. cap. 3.

Strūthĭŏcămēlŭs, li. m. ſ. (στρουθοκάμηλος) maxima auium eſt, ſi tamen auis eſt dicenda, cum pennas duntaxat habeat, ut adiuuent ad currendum, cæterò uolucris non ſit, nec à terra tollatur. Vngulas habet ceruinis ſimiles, biſulcas, cõprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra inſequentes pedibus ingerit. Concoquit, quæcunq; deuorat, ſine aliquo delectu. uide Plin. lib. 10. cap. 1.

Strūthiŭs, thij. m. ſ. & pro fœmina ſtruthio, (στρουθὸς) auis eſt corpore grandis, grauiſq;.

Strȳchnŭs, (στρύχνος) herba eſt, quam furialem antiqui dixerunt, ſimiliter & ſtrychnium.

Stŭdĕo, des. dui. ditum. n. ſ. triplicem habet uſum. Cum datiuo ſignificat fauere, dare ſe alicui, ſequi alicuius partes. σπουδάζειν, συμπράττειν. Cic. Att. 8. Pompeius fremit, quæritur, Scauro ſtudet, utrũ fronte an mente, dubitatur. Cum accuſatiuo, ſignificat aliquid toto animo uelle, & cũ ſingulari deſyderio illud proſequi. Teren. in And. Horum ille nihil egregie præter cætera ſtudebat. Iungitur quoq; cum infinitiuo. Lactan. lib. 3. Qui ſapientiæ ſtudet, utiq; nondũ ſapit, ſed ut ſapere poſsit, ſtudet.

Stŭdĭōſŭs, a. um. modò aſsiduum ac perſeuerantem ſignificat. σπουδαῖος. Modò cupidum, & alicui rei deditum atq; addictum. φίλος. Cic. Cecin. Viri ſunt optimi & tui ſtudioſi, & mei neceſſarij. Hinc fit perſtudioſus, ualde ſtudioſus. Et ſtudioſe, aduerbium, diligenter.

Stŭdĭŭm, dij. n. ſ. diligentia, uoluntas, amor, fauor, & uehemens applicatio animi ad aliquid peragendum. σπουδή. Cic. de Inuent. lib. 1. Studium eſt autem, animi aſsidua & uehemens ad aliquam rem applicata, magna cum uoluptate occupatio. Accipitur quandoq; pro exercitatione. ἐπιτήδευμα. ut Studium agriculturæ, literarum, &c.

Stūltŭs, a. um. imprudens, improuidus. μωρὸς, & ἠθικὸς, ἀρχαῖος. Fatuus, planè inſipiẽs. Inſanus, qui abiecta ratione, cum furore & impetu omnia facit. Rudis, qui nunquam didicit.

Stūltē, aduerb. imprudenter. Plau. in Men.

Stūltĭlŏquĭŭm, quij. n. ſ. imprudens ſermo. Plau.

Stūltĭtĭă, æ. ſ. p. fatuitas, delirium, amentia. ἄνοια, μωρία. & quatuor modis dignoſcitur: aut cum non uenerit in mentem quod oportet, aut ſi uenerit, non tenere, aut bonũ conſilium non admittere, aut malum admittere. Plin. lib. 11. cap. 52. Auricularum magnitudo loquacitatis & ſtultitiæ nota eſt.

Stūpă, pæ. uel ſtipa, ut quibuſdam placet, linum uile, quod lini cortici proximum eſt, ut inquit Plinius, ab Græco στυππεῖον, quod ſtupam ſignificat, uel à ſtipando, quòd ea ſtipentur naues. Hinc ſtupeus, a. um. Verg. Subijciunt lapſus, & ſtupea uincula collo.

Stŭpārĭŭs, a. um. quod ad ſtupam pertinet. στυππικός. ut ſtuparius malleus, quo lina tunduntur.

Stŭpĕo, pes. pui. n. ſ. ſignificat quodammodo ſenſum rerum non habere, ἀναισθήτως ἔχω, ἐξίσταμαι, ἐκπλήττομαι. Perſius, Sed ſtupet hic uitio, id eſt, inſanus eſt factus uitijs. Huius compoſita ſunt: Obſtupeo, & ſubſtupeo, à quibus ſtupeſco, obſtupeſco. is. ere. ſtupidum fieri. Cic. 3. de Orat. Incidat, aſpiciat, admiretur, ſtupeſcat. Et ſtupefacio, obſtupefacio. Et ſtupefio, obſtupefio.

Stŭpĭdĭtās, atis. f. t. idem quod ſtupor.

Stŭpĭdŭs, a. um quandoq; pro ſtupefacto. ἐκπληκτικὸς, ἀπόπληκτος. quandoq; pro inſenſato accipitur. Vnde ſtupentia, ſiue ſtupida dicuntur quando uel paruũ, uel nullum habent ſenſum. Plau. in Epid. Quid ſtas ſtupida? quid taces?

Stŭpŏr, oris. m. t. eſt alienatio quædam ſenſuum, quòd ſcilicet ſenſus conſtipentur. ἔκστασις, ἔκπληξις, νάρκωσις. Eſt & admirationis ſpecies, ex magnitudine miraculi prouenie ns, ita ut etiam impediatur inueſtigatione cauſa miraculi apparentis.

Stupro, as. a. p. uitio, ſtuprum infero. μοιχάω.

Stuprātŏr, oris. m. t. uerb. adulter, pædicator.

Stuprũ m

Stuprŭm,pri.n.ſ.μοιχεία.eſt coitus lege uetitus qui duplex eſt. Vnus cum nupta, quod adulterium dicitur, aut cum puero, aut cum ſanguine coniunctis. Alter cum uis affertur cuilibet perſonæ, etiamſi ancilla ſit. Cic. Tuſc. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta deniq;. Aliquando ſtuprum ponitur pro turpitudine. ὕβρις. Næu. Perire malunt ibidem, quàm cum ſtupro redire ad ſuos populares.

Stūrnŭs,ni.m.ſ. ὁ ψάρος. auis eſt cuius nominis Latinũ ueſtigium pleraq; gentes retinuerũt.

Stylis. ϛυλίς. columnella Latinè, uide Stilæ.

Stȳlŏbătă, (ϛυλοβάτης) compoſitum nomen à βαίνω. id eſt uado, & ϛύλος, palus, lignũ, trabs, per quam uadat aqua, quaſi canalis ligneus, & inſtrumentum ligneum, quo aqua traijcia tur, ut ſub tegulis fieri ſolet. Varro lib. 3. Subtus columnarum ſtylobatem.

Stȳlŭs,li,m.ſ.ϛύλος. ſiue ſtylum, cum y. dici poteſt columna, & quicquid eſt ad columnæ ſimilitudinem acuminatum. Vnde epiſtylium, (ἐπιϛύλιον) capitellum quod ſuper columnam locatur. Stylus, inſtrumentum æneum, quo in albo. id eſt in ceratis tabulis antiquitus ſcribebatur. Dicitur etiam modus dicendi. γραφικός. Terent. in Prol. And. Sed tamen diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo. Don. Oratio in ſenſu, ſtylus in uerbis: oratio ad res, ſtylus ad uerbum. Stylus præterea, pro punctione ac reprehenſione aliquando accipitur, quæ ſcriptis & inuectiuis libellis fieri ſolet. Plinius in Præf. pro pediculo foliorum, quem Græci μόσχον dicunt.

Stȳmmă, (ϛύμμα) eſt ſpiſſamentum & domitura unguenti, craſſamentum exuctum, quod poſt expreſſionem remanet, quaſi uinacea ex uua. ϛύφω enim, aſtringo & exprimo ſignificat.

Stȳptĭcŭs,a.um. ϛυπτικός. idem quod ſtrictiuus, ab ϛύφω. obturo, ſtringo. Plin. 24. ca. 13.

S ANTE V.

SVādēlă,æ.f.p. πειθὼ. pen. prod. ſuaſio dicitur, eſt diminut. à Suada. Plaut. Ciſtel. Iam perducebã illam ad me, Suadela mea. Apud Quintilianum dicitur dea quædam perſuadendi. Suadæ medulla, Pithus, ſuaſionis dea dicta eſt.

Suādĕo,des.ſi.ſum.n ſ. πείθω. à ſuaue & do, pro dico compoſitum eſſe quidã arbitrantur, hoc eſt ſuaue dico. Eſt enim ſuadere, accommodatis & ſuauibus uerbis aliquem in opinionem noſtram inducere conari, hoc eſt hortari aliquem ad id quod intendimus. Cuius contrarium eſt diſſuadere. μεταπείθειν.

Suādĭbĭlĕ, quod ſuaderi facile poteſt. πιθανός. Inde ſuadibiliter, aduerbium. πιθανῶς.

Sŭāmĕt, abl. à ſuus cum adiect. ſyllabica met.

Sŭāptĕ. αὐτοφυῶς, αὐτομάτως. ſua ipſius natura: & ſuopte, ſuo ipſius: ſicut meopte, meo ipſius.

Sŭārĭŭs,rij.m.ſ. συβώτης. ſuum cuſtos.

Suāsōrĭŭs,a.um. quo ad ſuadendum pertinet.

Suāsŭm, color (ut inquit Feſtus) ex ſtillicidio fumoſo in ueſtimento albo. Sunt qui omnem colorem ſuaſum uelint appellari, quòd quaſi perſuadeatur in alium colorem tranſire.

Sŭātĭm, ad ſimilitudinem ſuis, inquit Nonius. ὑικῶς. ut & canatim, bouatim. &c.

Suāuĭŏr, aris. & ſauior. com. p. ſignificat cum uoluptate, aut præ gaudio oſculor. Diſſuauior.

Suāuĭs, & hoc ſuaue. om. t. dulcis. ἡδύς. à quo ſuauitas, & ſuauitudo, pro dulcedine. ἡδύτης. Plau. Suauitudo mea. Quorum cõtraria ſunt, inſuauis. id eſt auſterus, aſper. Inſuauitas & inſuauitudo. Aduerbia ſuauiter, ſuauè & inſuauè.

Suāuĭlŏquēns, omnis gen. qui ſuauiter loquitur.

Suāuĭŭm, uij. n. ſ. quod & ſuauium dicitur per diminutionem u, uoluptas dicitur. φίλημα. Terent. O Thais, meum ſuauium. Suauiolũ. li. diminut. Suauiatio, uerbale.

Sŭb, (ὑπὸ) præpoſitio, & ſeparatur, & componitur. Separata aliquando denotat tempus, & accuſatiuo iungitur, ſignificatq; circa uel per. Verg. Sub lucem exportant calathis. id eſt per lucem, uel adueniente luce. Aliquando ponitur pro in, ut ſub idem tẽpus, ſub eandem horam, id eſt in eodem tempore, in eadem hora. Liuius: Vtrinq; legati ferè ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. Suet. de Auguſt. Sub hora pugnæ. Aliquando pro ſtatim poſt: ut, Sub hæc uerba. Aliquando ſignificat ad locum, & pro ante ſumitur. Verg. Poſtesq; ſub ipſos Nituntur gradibus. Item cum ablatiuo accipitur pro in, ut apud eundem, Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. Item ſignificat cum: ut, Sub ſarcinis, id eſt cum ſarcinis. Compoſita plerumq; localem ſignificationem.

tionem retinent, quæ illi propria eſt: ut ſubeo, ſuppono, id eſt ſubter. Interdum diminutionem, ut ſubdubito, ſubiraſcor, id eſt aliquantulum. eſt enim (ut Donatus inquit) temperamentum plenæ pronunciationis. Interdum ſignificat ſuprà: ut, Corpora ſaltu ſubijciũt in equos. id eſt ſupra iaciunt. Interdum proſperè, ut ſuccedit. Interdũ pòſt, uel quàm primum, ut ſubſequor. Interdum contra uel propè, ut ſubſiſto. Cæſar. Audacius ſubſiſtere. Interdum in promptu: ut, Quomodo ratio ſubeat. Interdũ latenter, ut ſuppilo. Interdum ſenſim, ut ſurrepo. Interdum adhuc. Liuius, Tanquam ſpes ſubeſſet. Componitur autem ferè cum omnibus literis: a, ut ſubaro: b, ut ſubbibo: c, ut ſuccido: d, ut ſubdo: e, ut ſubeo: f, ut ſuffero, g, ut ſuggero: h, ut ſubhaſto: i, ut ſubiungo: l, ut ſubleuo: m, ut ſubmoueo: n, ut ſubnecto: o, ut ſuborior: p, ut ſuppono: r, ut ſurripio ſ, ut ſubſanno: t, ut ſubtraho: u, ut ſubuenio. Sed quoties ſubiungitur uocalibus, uel b d h l n ſ t, remanet b integra: in alijs mutatur b in literam ſequentem, niſi in ſubrideo, ſubrogo, ſubruo. Suſtineo uero, ſuſpiro, ſuſpicor, ſuſpicio, ſuſtuli, ſuſtollo, & huiuſmodi ſine b ſcribenda ſunt, quia non à ſub, ſed à ſuſum, ſiue ſurſum compoſita ſunt.

Sub corona uenundari captiui dicebãtur, quia coronati uendebantur.

Sub dio, ſiue diuo aliquid eſſe dicimus, quod nõ eſt ſub tecto, ſed in nudo, & ſub cœlo. ὑπαίθρεον εἶναι. Aliter dicitur ſub Ioue, ab eo quod Græci Iouem τὸν δία dicunt.

Sub iugum, (ὑπὸ ζυγὸν) dicebantur hoſtes miſſi eſſe, quũ duab. haſtis in terra defixis, tertiaq; ſuperligata, inermes ſub ea trãſire cogebantur.

Sub manu, uulgaris locutio, & ſignificat ſtatim, temporiſq; momentum, quaſi de manu in manum. παραχρῆμα. Sen. 10. Epiſt. ad Lucilium, Conſilium naſci ſub die debet, & hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu quoq;, quod aiunt, conſilium naſcatur.

Sub uitem haſtas iacere, dicebatur ueles, cum ſub manu ſurſum haſtam mittebat.

Sub uitem præliari, milites dicebantur, cum ſub uinea militari pugnabant.

Sub uinea iacere, cum aſtantibus centurionibus ſudes iacere cogebantur.

Sŭbābsŭrdŭs, adiect. parum ſiue utcunq; abſurdum ſignificat. Vnde ſubabſurdè, aduerb.

Sŭbăcĭdŭs, adiect. aliquantulum acidum ſignificat. Subacidulus adiect. dimi. Cato de re Ru.

Sŭbāccūsārĕ, pro nonnihil & leuiter accuſare.

Sŭbāctŭs, a. um. κατεργασμένος. uide Subigo.

Sŭbærātŭm aurum, à ſub et æs, aurum quod habet æs ſubtus. ὑπόχαλκον χρυσίον.

Sŭbæro, as. n. p. ære commiſceo. ὑποχαλκόω.

Sŭbăgĭto, as. act. p. ſignificat ineo. ὀχεύω. Plaut. Dum ille meretricem ſubagitat, ego quieſco. Vnde per translat. Subagitare dictis aliquẽ, hoc eſt multis uerborum lenocinijs allectare & commouere. Plaut. in Ciſt. Subagito blandis et benedicis dictis. Proprie uero eſt, ſubtus fodiendo aro. Frequentatium eſt ſubigo.

Sŭbagrēſtĭs, & hoc ſte, aliquantulum agreſtis.

Sŭbālbĭco, as. are. aliquantulum album fieri.

Sŭbālbĭdŭs, adiect. quod aliquantulũ albidũ eſt

Sŭbālārĭs, & hoc re. ὑπομάλιος. quod ſub alis eſt: ut, Plumæ ſubalares. Lamprid.

Sŭbālpini. ὑπάλπιοι. populi qui ſunt ſub Alpibus.

Sŭbămārŭs, adiect. aliquantulum amarus.

Sŭbăquānĕŭs, a. um. ὕφυδρος. quod ſub aqua manet: ut, ſcopulus ſubaquaneus.

Sŭbăquĭlŭs, adiectiuum, ſubfuſcus. Plautus.

Sŭbārgūtŭs, a. um. aliquantulum argutus.

Sŭbăro, aras. n. p. pen. cor. ſubarare, ſubtus arando terram mouere. Hinc ſubaratio, & ſubarator, uerbalia.

Sŭbārrŏgāns, antis. om. t. aliquantulum arrogans. Subarroganter, aduerbium.

Sŭbaūſcūlto, leuiter & quaſi prætereundo auſculto.

Sūbbăsĭlĭcānŭs, adiect. qui libenter et frequenter ſub baſilica ſpaciatur. Plautus in Captiuis, Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

Sūbbibo, bis. pen. cor. aliquantulum bibo.

Sūbblāndĭŏr, iris. paulululm & leuiter blandiri.

Sūbcærŭlŭs, adiect. aliquantulum cærulus.

Sūbcāndĭdŭs, adiect. aliquantulum candidus.

Sūbcēntŭrĭo, onis. m. t. qui cẽturioni ſubijcitur.

Sūbcērnĭcŭlŭm, li. n. ſ. farinarium cribrũ, quod fit è ſetis equorum. κόσκινον.

Sūbcĭnĕrĭtĭŭs, a. um. ἐγκρυφίας. quod ſub cinere coquitur: ut, Subcineritius panis.

Sūbcĭngŭlŭm, li. n. ſ. idem quod baltheum.

Sūbcōntŭmēlĭōsŭs, adiect. aliquantulum contumelio-

Digitized by Google

meliosus: à quo ſubcontumelioſe aduerb.

Sŭbcrĭſpŭs, adiect. aliquantulum criſpus.

Sŭbcrūdŭs, adiect. quod non omnino coctū eſt.

Sŭbcrŭentŭs, adiect. aliquantulum cruentus.

Sŭbcūrātŏr, oris. m. t. qui curatoris locū tenet.

Sŭbcŭtānĕŭs, ſiue ſubtercutaneus morbus, dicitur qui intra cutem, ſiue ſub cute eſt, ſiue ſubter cutem. ὑποδερμίδιος.

Sŭbcŭſtōs, dis. q pro alio cuſtode ſubſtitutus eſt.

Sŭbdebilitātŭs, adiect. aliquantulū debilitatus.

Sŭbdiālis, & hoc le. om. t. quod ſub dio permanet, id eſt ſub aëre. ὑπαίθριον. ut, Subdialis petra, id eſt nuda.

Sŭbdititiŭs, a. um. ſuppoſitiuus. ὑποβολιμαῖος, ὑπόβλητος. Vnde à Plau. Iuppiter, dictus eſt ſubdititius Amphitryo.

Sŭbdītiuŭs, adie. qui ſubditus eſt. ὑποβολιμαῖος.

Sŭbdĭtŭs, a. um. particip. qui alicuius imperio ſubiectus eſt. ἐπιτασσόμενος, ἀρχόμενος. Subditum etiam partum dicimus ſuppoſitum, id eſt ſublatum ab ea muliere quæ peperit, & alteri appoſitum. ὑποβεβλημένον. Sic apud Iureconſultos ſubditum teſtamentum dicitur, cum uero teſtamento occultato aliud clàm ſuit appoſitum. Et Sŭbdĭuŭs iudex, qui loco mortui datur. διαδεχόμενος.

Sŭbdiū, idem ſignificat quod die. Plau. in Moſt.

Sŭbdo, dis. a. t. ſuppono, ſubijcio. ὑποτίθημι. Cato de re Ruſt. Ignem ſubdito, ubi bullabit uinū, ignem ſubducito. Et ſubdere, ſubiungere. ἐπιλέγειν. Quint. His dictis & alia ſubdidit.

Sŭbdŏlŭs, a. um. pen. cor. occultè decipiens. ἀπατηλός. Mart. libro 5. Sed tendit auidis rete ſub dolum turdis. Subdolè, caute & fraudulenter. Plaut. in Trin. Subdolè blanditur.

Sŭbdūco, is. a. t. pen. prod. cuius contrarium eſt Subdo, & ſignificat ſubter duco. Interdū ſubtraho. ὑπεξάγω, ὑπεξαιρέομαι. Iuuen. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Interdum ſurſum duco, leuo, extollo. ὑπάγω. Verg. Quà ſe ſubducere colles Incipiunt. Hinc ſubducere naues, dicimus in terram trahere, quòd terra altior mari ſit: ſicut è contrario deducere, in mare è terra deducere. Interdum ſubducere cum hoc nomine Ratio, ſignificat computare, calculare. λογίζεσθαι. Cic. Lent. Rationibusque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum. Subducere aliquem dictis, circumuenire eſt. Terent. in Andr. Etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas?

Sŭbdūctārĭŭs, adiectiuum: ut, Funis ſubductarius, quo aliquid leuatur.

Sŭbdūctio, onis. f. t. uerbale, ratio, quod uulgus computum uocat, & ipſe extollendi, ſiue leuandi actus.

Sŭbdūlcis, & hoc ce. om. t. parum dulce.

Sŭbĕo, is. iui. uel ſubij, itum ὑποδύομαι. n. q. quanquam Iuuenalis protulerit etiam paſſiuum: Quòd ſi ſubeuntur proſpera caſtra. Significat autem ingredior, ſuccedo, ſuſcipio, patior &c. ut ſubeo periculum, ſubeo crucem, mortem, cruciatus, Cic. li. 1. Offic. Item ſuccreſcere. Verg. Ne ſubeant herbæ. Item in memoriam uenire. ὑπιέναι, ἐπιέναι, ὑπεισιέναι. & modò cum datiuo, modò cum accuſatiuo conſtruitur, ut Subijt mihi. Curt. Sera pœnitentia ſubijt regem. Item extolli. Plin. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentū eſt, ſubijſſe eam in cœlum, cum etiam lapides ſubijſſe appareat. Item reſpondere, ſeu reſiſtere. Cic. de Diuin. Poteris'ne orationem eius ſubire? Item ſcandere. Plin. lib. 4. Hæmi excelſitas ſex milia paſſuum ſubitur. Sŭbīrĕ aleam, eſt periclitari & obiectare ſeſe fortunæ dubiæ. παρακινδυνεύειν. Liuius: In dubiam ſeruitij imperijque aleam imus.

Sŭbĕr, eris. maſc. ſæpius neutri. arbuſcula eſt glandifera, corticē habens præcraſſum, cui inniti ſolent qui natare diſcunt. Plin. libr. 16. cap. 8. Subereus, adiect. à ſubere apud Colu.

Sŭbfĕruefăctŭs, participium à ſubferuefacio, paulum feruefactum ſignificat.

Sŭbfĭbŭlŭm, uide in dictione Fibula.

Sŭbfrīgĭdŭs, adiect. aliquantulum frigidus.

Sŭbgrāndĭs, adiectiuum, utcunque grande uel aliquantulum

Sŭbgrăuĭs, & hoc. ue. aliquantulum graue.

Sŭbdrŭndă, dæ. ſiue ſuggrunda, pars tecti prominens, qua ſtillicidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia ferè ſunt Lugdunenſia tecta, quæ à Græcis γεῖσοι & γεῖσα dicuntur. Subgrundatio, uerb. huiuſcemodi prominentium tectorum conſtructio.

Sŭbgrŭndĭă, orum. idem quod ſubgrunda.

Sŭbhăſtārĕ, a. p. eſt ſub haſta mittere, hoc eſt per auctionem uendere. λαφυροπωλεῖν. Haſta enim

enim erat uirga, quæ dabatur, cum poteſtas alicui daretur de aliqua merce uendenda.

Sŭbhŏrrĭdŭs, adiect. aliquantulum horridus.

Sŭbiăcĕo. ces. cui. n. ſ. ſubtus iacere. Plinius.

Sŭbiăcto. as. a. p. ſæpe in altum iacto, quod fit, cum in areis frumenta à paleis ſecernuntur.

Sŭbiecto, as. a. p. ſæpe ſubijcio. ὑποῤῥιπτέω.

Sŭbĭcito, as. aliud freq. idem quod ſubiecto.

Sŭbĭcŭlŭm, li. qui ſemper flagris ſubijcitur.

Sŭbĭgo, gis. a. t. pen. cor. ſignificat cogo. βιάζομαι, χρῶ, ἄγω, ποιέω, ἀναγκάζομαι. Sall. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Quãdoq; ſubigere, eſt ſubijcere, domare. καταγωνίζομαι, καταστρέφομαι: ut, Subijcere nationes. Idẽ. Quandoq; ſummittere, (ὑφίεσθαι) ut, Subige ſub arbore pecus. Quandoq; acuere. Verg. lib. 7. Subiguntq; in cote ſecures. Quãdoq; attrecto, agito. ἀναμάττω, ἀναφυρῶ: ut, Subigere farinã. Cato. Quandoq; bene arare, bene colere. καταγωνίζομαι. Verg. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Quãdoq; ſubagitare. βινεῖν. Cic. Gallã ſubigo. Quandoq; ſurſum agere. ἀνάγειν: ut, Subigere nauem. Et tunc à ſus, quod ſignificat ſurſum, componitur. À ſubigo fit aliud compoſitum, Proſubigo de quo ſuprà. Subactus, participium: ut, Subactus ab imperatoribus & domitus, Cic. pro Fonteio. Subactus, ctus, idem quod ſubactio. Subactio autem, eſt uſus, auditio, lectio, literæ. Subigatrix. icis. Plaut. in Perſa.

Sŭbĭĭcio, cis. a. t. pe. cor. ſuppono. ὑποβάλλω ſubiungo. ὑποτάσσω, ὑπήκοον ποιοῦμαι. Cic. Tot ſibi populis repente ſubiectis. Aliquando ſurſum iacio. Verg. Et corpora ſaltu Subijciunt in equos.

Sŭbiectŭs, a. um. participiũ: ut, Subiecta ſub uarios caſus uirtus, Cic. 5. Tuſcul.

Sŭbiectio, uerbale, ipſe ſubijciendi actus.

Sŭbĭĭcēs, pen. cor. dicuntur ſubiecti. ὑπήκοοι.

Sŭbĭmpŭdēns, adiect. aliquantulum impudens.

Sŭbĭnānĭs, & hoc. ane. aliquantum inane.

Sŭbindē, ſignificat deinde, uel ſtatim pòſt. ἔπειτα. Liu. Vno alteroq; ſubinde ictu uentrem atq; inguina hauſit. Interdum ſignificat frequenter, ſiue (ut propriè dicam) identidem, hoc eſt crebrò; cum quodam interuallo. ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. Dicitur & ſubin, ſicut proin & dehin.

Sŭbinſŭlſŭs, adiectiuũ, aliquantulum inſulſus.

Sŭbĭnuīſŭs, adiect. aliquantulum inuiſus: ut ſubinuiſus ſermo, ſubinuiſum nomen.

Sŭbĭnuīto, tas. a. t. pen. pro. aliquantulum inuito & prouoco. Cic. ad Marium, lib. 7.

Sŭbĭrāſcŏr, eris. d. t. parum iraſcor.

Sŭbiŭgālĭs, le. om. t. ſub iugo aſſuetus & domitus.

Sŭbiŭgĭs, & hoc ſubiuge, pen. prod. idem quod ſubiugalis. Plin. lib. 11. ca. 49. Nero oſtentabat hermaphroditas ſubiuges carpento ſuo equas.

Sŭbiŭgo, as. a. p. pen. cor. debello, & imperio meo ſubijcio, quaſi ſubiugo pono. ὑποτάσσω.

Sŭbiungo, gis. a. t. addo. ὑποτάσσω. Vnde ſubiunctiuus modus dictus eſt, (ὑποτακτικὸς) quòd ei ſemper aliquid ſubiungatur, ut ſententia locutionis plena ſit: ut ſi dico: Cum clamem, quare me tacere dicis?

Sŭbĭtānĕŭs, a. um. αἰφνίδιος. idem quod ſubitus: ut, Subitaneus imber, Colum. lib. 1. cap. 5.

Sŭbĭtārĭŭs, a. um. repentinus. ἐξαπιναῖος. licet quandoq; pro extemporali ſumatur. Celſus: Quid ſibi uellet ſubitaria dictio. Subitarij milites pro repentino auxilio. Liu. 3. ab Vrbe.

Sŭbĭtŭs, a. um. à ſubeo. is. idem quod repentinus. αἰφνίδιος. Hinc ſubitò, (ἐξαίφνης) aduerb.

Sŭblābŏr, eris. d. t. pen. pro. ſignificat prætereo, ſiue latenter decurro, aut fugio. ὑπολισθαίνω.

Sŭblabro, as. pe. cor. intra labra mitto. ὑποχειλίζω.

Sŭblātē, aduer. à ſublatus part. id eſt magnificè.

Sŭblātio, onis. f. t. & ſublatus, uide Suſtollo.

Sŭblĕgo, as. a. p. pen. pro. ſubſtituo. ἀντικαθίστημι.

Sŭblĕgo, is. pen. cor. furto aliquid ſurripio, colligo. ὑφαιρῶμαι. Verg. Vel quæ ſublegi tacitus carmina nuper. Eſt etiã curſim & primis tantum oculis legere. Gel. lib. 13. cap. 12. Cum hoc in ea Capitonis epiſtola ſublegiſſemus.

Sŭblēſtă, orum. n. ſ. infirma, leuia, friuola, debilia. Plaut. in Perſa: Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior. Idem dixit uinum ſubleſtiſſimũ, quia infirmos facit & corpore, & animo.

Sŭblĕuo, as. a. p. pen. cor. alleuio, auxilium præſto, defendo. συναίρομαι. ſubleuo, ſurſum leuo, ſuſtento, μετεωρίζω. Suet. in Veſpaſ. Aluo repentè uſq; ad defectionem ſoluta, imperatori ait ſtantem mori oportere, dumq; ſurgit ac nititur, inter manus ſubleuantium extinctus eſt.

Sŭblĭcæ, arum. f. p. perticæ, & pali lignei: unde pons Romæ ſublicius, quia ex ſublicis ita ſtructus ſine ferreo clauo fuit, ut trabes ſine fulturis eximerentur.

Sŭblĭcĭŭm,

Sūblĭcĭūm.cij.n.ſ.idem quod ſublica.
Sūblĭgăr,aris.n.ſ.pen.cor.ſiue ſubligaculum dicitur,quo pudendæ partes obtegūtur.Dicitur & ſuccinctoriū,femorale,ſeminale,campeſtre,bracha,perizoma,& lumbare.
Sūblĭgo.as.a.p.(ὑποδέω)pen.cor.ſubtus ligo: unde & ſubligaculum.Plin.lib.17.ca.22.Vbi uua uaria cœperit fieri,uites ſubligato.
Sūblĭmĭs,me.n.t.(μετέωρος)pen.prod.in altum eleuatus,à limine ſuperiore dictus,quod ſupra nos eſt.Hinc ſublimitas.ὕψος.exaltatio: & aduerb.ſublimiter.
Sūblĭmo.mas.a.p.exalto,in altū mitto,uado ue.
Sūblĭno.is.a.t.pen.cor.aliquantulum tingo,ſeu noto.ὑποχρίω.Inde ſublitio,quæ eſt quaſi primum tectoriū & fundamētū coloris eius,quē reddi uolumus inductione manus ultimæ.Aliquando illudo & pro ridiculo habeo.tractū à genere ludi,quo dormiētibus ora pingūtur,ut apud Plau.Aul.Ah ſubleuit mihi os peſſimè.
Sūblūcānŭs,adiect.idem quod antelucanus.
Sūblūcĕo.es.ere.n.ſ.aliquantulum lucere.
Sūblūco.as.n.p.pen.prod.à luco: ſignificat ramos arborū(ut inquit Feſtus)ſupputo,& ueluti ſubtus lucem mitto.ὑποκαθαίρω.Conlucare autē,eſt ſuccisis arboribus lucū luce implere.
Sūblŭo.is.a.t.expurgo,& ſubtus lauo.καταλούω.
Sūblūrĭdŭs,adiectiuum,aliquantulum luridus.
Sūblūſtrĭă uerba,dicūtur non ex toto luminoſa,ſed aliquid luminis habentia.ἀμαυρά.Sublustris nox,(ἀμφιλύκη νύξ)& ſubluſtris umbra,quæ habet aliquid luminis.Liu.1.ab Vrbe.
Sūblŭuĭēs,ei.f.q.dicitur,ſicut illuuies & proluuies,pro ſordibus & immūdicijs.ῥύπος.Apud Col.lib.7.genus morbi in diſcrimine ungulæ ouium naſcens.
Sūbmĕrgo.is.ſi.ſum.a.t.ſub aquas mergere.
Sūbmĕrūm.ri.n.ſ.id eſt ferè merum.Plaut.
Sūbmĭnĭă.æ.f.p.ueſtis genus apud Plau.in Ep.
Sūbmĭnĭſtro,as.a.p.ſuggero,ſuppedito.
Sūbmĭtto.is.ere.a.t.ſubijcio,clanculum & furtim mitto,ſuppono.Submittere genua,pro flectere & incuruare.Plinius.libr.11.cap.48.Submiſſus,particip.ſiue nomen ex particip.
Sūbmĭſſē,& Submiſſim,aduer.id eſt leniter.
Sūbmĭſsĭo,uerbale,ipſe ſubmittendi actus.
Sūbmŏlēſtŭs,adiectiuum,parum moleſtus.
Sūbmŏnĕo.nes.a.ſ.pen.bre.latenter,ſiue ut ait Don.leniter moneo.Tere.in Eun.Submonuit me Parmeno Ibi ſeruus.
Sūbmōrōſŭs,adiect.utcunque moroſus ſignificat.
Sūbnāſcŏr,eris,ultrà,& poſt iam nata naſcor.
Sūbnĕcto.is.a.t.ſubligo,appendo,ſubſcribóue ſignificat.ὑποπλέκω.Verg.Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.
Sūbnĕgo.as.a.p.paulułum nego.
Sūbnĕruo.as.(ὑπονευρίζω.)uide in dict.Neruus.
Sūbnītor,ſuffulcior.ὑπόκειμαι.Vide Nitor.
Sūbnŏto.as.a.p.pen.cor.ſubſcribo.Martialis lib.1.Et non ſobria uerba ſubnotaſti.
Sūbnūbĭlŭs,adiectiuum,parum nubilus.
Sūbo.as.n.p.ſubare,(καπρίζειν)dicuntur ſues,cum libidinem exercent,aut appetūt: quamuis & ad alia animalia,atque etiam ipſum hominem transferatur.Ariſto.lib.6.de Animal.Ita ſubare dicitur in ſuibus,quemadmodū equæ libidine ſtimulatæ dicuntur equire.Subatio.uerb.ipſe ſubandi actus.
Sūbŏffendo,is.a.t.aliquantulum offendo.
Sūbŏlĕo.es.n.ſ.pen.cor.quaſi olere,& odorem ſentire.Plautus in Pſeud.Corrumpitur iam cœna,hem ſubolet,ſis uide.
Sūbŏrĭŏr,eris.uel iris.d.t.&.q.ſubnaſcor,& exurgo.ὑποφύομαι.Vt ſubortus eſt rumor.
Sūbōrno,as.a.p.aliquantulum orno,hoc eſt,honoro ſiue laudo.ὑποτιμάω.Et ſubornare,eſt latenter ſeducere,ſiue alicui ipſo non ſentiente malum parare.κατασκευάζειν.Gellius:In caput meum ſubornauit.
Sūbrāncĭdus,adiect.aliquantulum rancidus.
Sūbrēctŭs.uide in Pico.
Sūbrēmĭgo,as.n.p.ſubtus remigo.Plin.
Sūbrēpo.repis.n.t.pen.prod.latenter repo.
Sūbrēptītĭæ literæ dicūtur,quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt.
Sūbrīdĕo,es.a.ſ.latenter uel aliquantulum rideo,uel riſus ſigna oſtendo.ὑπομειδιάω.Ver.Olli ſubridens hominum ſator,atque deorum.
Sūbrĭgo.is.paulum arrigo,& in altum leuo.
Sūbrĭgŭŭs.adiect.ut irriguus.Plin.lib.17.
Sūbrĭpĭo,is.a.t.tollo in altū,furor,clàm aufero.ὑφαρπάζω.Cic.in Parad.Quāti eſt æſtimanda uirtus,quæ nec eripi nec ſurripi poteſt unquā? Vnde fit ſurreptio,quod modò furtū ſignificat,modo impetrationē,quæ fit à principe,ſiue magiſtratu per falſam rei narrationem.Surreptitius,

tius, adiect. ut, Subrepiitia poſtulatio.

Sŭbrŏgo, as. a. p. pen. cor. ſubſtituo, in locum alterius facio. ἀντικαθίστημι. Subrogare collegam conſul dicebatur, qui in demortui locum conſulis alterum ſufficiebat.

Sŭbrūfŭs, adiectiuum, aliquantulum rufus.

Sŭbrūmī, orum. m. ſ. (ὑπομαζίδιοι) dicti ſunt agni, qui adhuc ſunt ſub mamma, quæ rumus à Veteribus dicebatur. Inde ſubrumari, quod eſt ſub ruma, id eſt mãma ſubmittere. Col. li. 8.

Sŭbrōſtrārĭŭs, adiect. qui erat infra ſenatores. hoc eſt qui ſub roſtris ſedebat.

Sŭbrŭo. is. a. t. cũ impetu ſubingredior. ὑφορμῶ. Aliquando parum uel aliquantulum, uel latenter ruo, & hoc ex ui præpoſitionis ſub. Liu. 5. bel. Pun. Nihil minus timentes quàm ſubrutis cuniculo mœnibus, arcem iam plenã hoſtium, &c. Aliquando effodio. κατασκάπτω. Seneca: Subruunt terram, theſauros quæritant.

Sŭbsānno. as. a. p. non à ſanno, ſed à ſanna fit, quæ eſt irriſio. Eſt autem ſubſannare, irridere. χλευάζω. & conſtruitur cum accuſatiuo. Hinc ſubſannatio, (χλευασμὸς) quæ propriè rugata fronte & contracto naſo exprimitur.

Sŭbſcrībo, is. a. t. ſubnoto, ſubſigno, ſicut ſolent principes qui ſubſcribunt ea quæ rata habent. ὑπογράφω. Verbum eſt iudicijs & foro accommodatum, & ſignificat iudicium dictare, quaſi q; dicam ſcribere. Unde ſubſcriptores, qui accuſatori quaſi coaccuſatores nomen ſuũ in reum ſubſcribebant. Unde factum, ut ſubſcribere pro aſſentiri & fauere ponatur. Col. lib. 1. ca. 2. Quod ſi fortuna ſubſcripſerit. Hinc etiam ſubſcriptio & ſubſcriptor uerbalia uerbum ſuum in ſignificatione ſequentia.

Sŭbſcūdēs, Vide Securiclæ, & Suſcudes.

Sŭbsĕcūndārĭŭs, adiect. idem quod ſucciſiuus.

Sŭbsēllĭă, orum. n. ſ. (ὑποπόδια) ſedes & pulpita, uel (ut ita dicã) ſcamna, in quibus audiẽtes poëtas recitãtes ſedere conſueuerãt, uel in quibus ab equitibus ſpectanbantur ludi: à ſubſedendo, quaſi ſubſedia, per mutationẽ d in l, ut ſella pro ſeda. Scribit Aſcon. Subſellia eſſe tribunorũ, triumuirorũ, quæſtorũ, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Unde à Varrone ſubſellium dictum eſt, quod non ſit planè ſella. Quãdoq; accipitur pro ſede in foro, ubi iudices electi in publico iudicio ſedebãt, ut Quin. lib. 12. Nonnunquam etiã inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur. Subſellia pro ipſis iudicibus aliquando accipitur. Martial. lib. 1. Sextiliane bibis, quantum ſubſellia quinq;.

Sŭbsĕquŏr. pen. cor. ſtatim ſequor. ἐφέπομαι.

Sŭbsĕro. as. pen. cor. ſubtus ſemino uel planto.

Sŭbsēſſæ, arum. f. p. dicuntur à Vegetio inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans opprimi ſolet. ἐνέδρα. Subſidere enim ſignificat deliteſcere. unde ſubſeſſores dicti, qui deliteſcentes inſidiantur, & inſidijs circumuentos interimunt. Cõtrà ſubſeſſos uocamus hoſtibus circumuentos. À Valerio ſubſeſſor alieni matrimonij dictus eſt, qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur.

Sŭbsĭdĕo. des. n. ſ. pen. cor. ſubtus ſedeo. (ὑφίσταμαι.) Inde ſubſellia. Eſt & ſubſidere, inſidiari. ἐφεδρεύειν. Vide Subſeſſæ.

Sŭbsĭdĭārĭŭs. adiect. quod in ſubſidium datur, aut uenit: ut ſubſidiaria cohors. Subſidiarius palmes, qui & præſidiarius & reſex à Colu. à Catone cuſtos & uinarius appellatur palmes.

Sŭbsīdo. is. præter notam ſignificationem ſignificat aliquãdo inuadere. Lucan. in 5. Iure mero mundi ſubſidere regnũ. Aliquando commorari, cui opponitur proficiſci.

Sŭbsīgno. as. are. a. p. pro ſubſcribere utimur.

Sŭbsĭdĭŭm (ἐπικουρία) quære Præſidium.

Sŭbsĭlio, is. n. q. & Subſulto, parum ſalto. ὑπάλλομαι. Plau. in Curc. Subſilite, obſecro, & mittite iſtanc foras. Hinc ſubſultim aduerb.

Sŭbsīmŭs, a. um. parum ſimus.

Sŭbsĭſto. is. n. t. contrà ſiſto. ὑφίσταμαι. gradum ſiſto. Propriè tamen ſubſiſtere, eſt per ſe exiſtere, ut eſt ſubſtantia quæ per ſe exiſtit, quod de accidentibus intelligi non poteſt.

Sŭbſolanus. ni. m. ſ. uentus dicitur qui ſole oriente ſubnaſci uidetur. à ſole ſic dictus, & contrarius Fauonio.

Sŭbsōrtītŭs dicitur, qui alicuius occupati fungitur officio. Unde ſubſortitos iudices dicimus, qui etiam ſubſtituti appellãtur, à ſortior iris.

Sŭbſtāntĭă. æ. f. p. ὕπαρξις, eſt quæ per ſe ſubſtat, & fundamentũ eſt, ſubſtat enim accidẽtibus. Græci modo ὑπόστασιν, modò οὐσίαν uocant. Latini utrunque interpretantur ſubſtantiam, quamuis

quamuis ſunt, qui ὑπόστασιν, ſubſtantiā: οὐσίαν eſſentiam dicant. Quandoque etiam ſubſtantia ponitur pro materia, & quaſi eſſentia & ſoliditate, ac neruis cuiuſque rei. Plinius, Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quandoq; ſubſtantia ponitur pro facultatibus.

Sŭbſtāntĭuŭs.a.um.quod per ſe ſtare poteſt, (ὑπαρκτικός) cuius cōtrarium eſt, inſubſtātiuus.

Sŭbſtĕrno.is.a.t.aui.atum.a.t.Terent.in Andr. Ex ara hinc ſume uerbenas tibi, Atq; eas ſubſterne. Subſtratus, huius.tus.ipſe ſubſternendi actus.Plin.lib.24.cap.9.

Subſtramen. inis. n. t. quod animalibus ſubſternitur.

Sŭbtērfŭgio.is.n.t.deuito.

Sŭbſtillŭm,li.n.ſ.tempus dicitur, quod ante pluuiam, uel poſt pluuiam eſt: non ſiccum, ſed humidum, quòd aut iā ſtillet, aut nondū ſtillare deſiſtat. Apud Cat. ponitur pro ægritudine, quando ſtillatim urina emittitur.

Sŭbſtĭtŭo.is.a.t. ſubordino, ut cum quis aliquo defuncto, uel abrogato ſubſtituitur in eius locum. Plin. lib.10. Proq; eis alia ſubſtituenda. Subſtitutio, ſubſtituendi actus.

Sŭbſto.as.n.p.ſubſtineo, & conſtans ſum. ὑφίσταμαι. rem aliquā conſtanter ſuſtineo. Nam ſubſtare dicitur id, quod alijs ſubeſt.

Sŭbſtrĭngo, ſubtus ſtringo. Quint. li.10. Omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Subſtricti teſtes. Plin. lib.32.cap.3.

Sŭbſtrŭo, is.a.t. ſuptus ſtruo. Hinc ſubſtructio.

Sŭbsŭm, infra ſum. ὕπειμι. Plinius, Suberant tecto abiegnæ trabes. Aliquando ſubeſſe ſignificat latenter ineſſe. Vergilius lib. 2. Georg. Quippe ſolo natura ſubeſt. Quia naturaliter rerum omnium mater eſt terra, & uniuerſa intra ſe continet ſemina, licet non appareant. Vnde Epicurei dicunt nihil eſſe, quod non habeat originem ſui. Subeſſe pro adiuuare aliquando ponitur.

Sŭbtāl, alis. n. t. ex ſub & talo componitur, ſignificatq; cauum pedis: quamuis & pro uola quandoq; accipiatur. Sipontinus.

Sŭbtēgmēn, inis. n. t. dicitur filum, quod ſub ſtamine texitur. Terent. in Heaut. Anus ſubtegmen nebat: præterea una ancilla erat.

Sŭbtēgŭlānēā, orum. n. ſ. loca ſub tegulis: ut Sub tegulaneum pauimentum: Plin. lib.14. cap. 21.

Sŭbtentare, idem quod tentare. Plautus.

Sŭbtĕr. ὑποκάτω. præpoſitio, cuius relatiuum eſt ſuper: ut, Hic mirifice natat, duratq; ſubter aqua. Et tam ablatiuo quàm accuſatiuo iungitur. Verg. Ferre iuuat denſa ſubter teſtudine caſus. Plin. lib. 3. Subter radices earum.

Sŭbtērdūco, is.a.t. uerbum Plautinum pro ſubterfugio, & clā ſeſe proripere ex aliqua ſocietate uel loco. Plaut. in Mil. Serua iſtas fores Ne tibi clàm ſe ſubterducat iſthinc. id eſt ne hinc abeat te inſcio.

Sŭbtērlābor. eris. d. t. clam elabor & effugio.

Sŭbtērrānĕŭs. a. um. quod eſt ſub terra. ὑπόγαιος.

Sŭbtīlis, le. om. t. acutus, uel tenuis. Subtilitas, acumen, tenuitas. Subtiliter, acutè, acriter.

Sŭbtrăho, is. a. t. de medio aufero. Subtrahere etiam ſurripere, furari ſignificat.

Sŭbtŭrpĕ, latenter turpe, quando id quod natura turpe eſt, uerbis tamen honeſtis dicitur. ὑπαισχρον. Hinc dimin. ſubturpiculus. Cic. ad Att. Subturpicula mihi uidebatur eſſe παλινῳδία.

Sŭbtŭs, aduerbium, idem quod ſub.

Sŭbŭcŭlă, æ. ſ. p. genus ueſtis, quæ ferè ex lino fit. dicta quòd ea ſubter induamur. ὑποχίτων, χιτωνίσκος. Eſt & ſubucula libum, quod dijs dabatur, ex alica, oleo, & melle compoſitum.

Sŭbŭeho, is. a. t. extollo ſiue porto. Subuectare frequent. & Subuectio, ſubuehendi actus.

Sŭbuĕnĭo. nis. n. q. propriè ſubtus uenio. κατέρχομαι. Per tranſlat. ſubuenire, eſt auxilium præbere. ἐπικουρεῖν. Subuentare, frequent.

Sŭbuērbūſtă. ſtæ. uerubus uſta dicitur, inquit Feſtus. Plaut. Viſceroſam, compeditam, ſubuerbuſtam, ſordidam.

Sŭbuērto, is. a. t. terrā colo, aro, aratro terrā proſcindo. Col. li.11. ca.2. Item qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demū aratro ſubuertit. Item demolior, deſtruo. Frequentatiuum eius eſt Subuerſo.

Sŭbuēxŭs, adiect. ut conuexus. Liu.

Sŭbŭlă, æ. ſ. p. penult. cor. inſtrumentum cerdonum, quo perforandis calceis utuntur ſutores. ὀπήτιον.

Sŭbŭlcŭs, ci. m. ſ. qui ſuum dux eſt, uel cui porcorum nutriendorū cura cōmiſſa eſt. ὑφορβός.

Sŭbŭlo, onis. m. t. pe. cor. lingua Hetruſca dicitur tibicē. Apud Enn. Subulo uicinas propter

aſtabas

ſtabat aquas. In alio ſignificatu ſubulones dicuntur cerui, quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeq́ ramoſa, ad ſubularũ ſimilitudinem (ut docet Ariſtot. lib. 10. de Anim.)

Sūbuŏlo, as. are. n. p. paululum uolare.

Sūbūrbānŭm, ni. n. ſ. prædiũ, ſeu uilla ſub urbe.

Sŭbūrbĭă, plurali numero tantum, quaſi uia ſub urbe. προάστεια. hoc eſt urbi contigua: ſunt enim frequentes extra urbem domus inſtar uici urbani. Vicus enim propriè pars urbis eſt.

Sūbuūltŭrĭŭs, adiect. Corpus ſubuulturium à Plauto dictum, rapiens ad ſe homines, quemadmodum ſolent uultures. in Rud.

Sūbŭs. σῦβος. animal quod ab Oppia. deſcribitur.

Sūccēdānĕŭs, a. um. qui ſuccedit. ἀντανδρος, ὑποβολιμαῖος. Etiã ponitur pro ſuppoſito uicario, ſubdito. ὑπάλλαγμα. Vide inferius Succidaneũ.

Sūccēdo, is. n. t. pen. pro. ſignificat eo ſub, ingredior. ὑποδύομαι. Verg. lib. 7. Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Item in alterius locum uenire. Inde ſucceſſor, qui priore abacto, ſequitur. διάδοχος. & ſucceſsio. διαδοχή. Itẽ proſperè cedere, inuenire. προχωρεῖν. Terent. in And. Hac nõ ſucceſsit, alia aggrediamur uia.

Sūccēndo, is. a. t. idem quod incendo. Liu. 8.

Sūccēnsĕo, n. ſ. ſignificat in re graui, & iuſta ex cauſa iraſci, & quaſi cenſuram exercere.

Sūccēntŭrio, as. (ἐπιλαγχάνω.) uide centurio.

Sūccērdă, æ. f. p. ſtercus ſuillum. ὑόκοπρος.

Sūccēſsŭs, us. m. q. (τύχη) pro euentu tam malo quàm bono. De bono: ut, Succeſſus indignos noli tu ferre moleſtè.

Sūccēſsŭs, adiectiuũ, quod proſperè ceſsit. Cic. ad Tyron. Nam cum omnia mea cauſa uelles mihi ſucceſſa, tum tua: ſocium enim meorum commodorum, ſemper eſſe uolui.

Sūccĭdă, dæ. pe. cor. lana à ſuccidendo, quòd talis ſit, qualis ſucciſa eſt. hoc eſt plena ſordibus. Varro à ſudore deriuat. Iuuen. Qualis cœna tamen? uinum quod ſuccida nollet Lana pati.

Sūccĭdānĕă hoſtia dicebatur, quæ ſecundo loco cædebatur. ἀντιμβαπόμενα θυσία. Apud Veteres enim ſi primis hoſtijs litatum non fuerat, aliæ poſt eaſdẽ ductæ hoſtiæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebãtur: uide Succedaneus, et Succiduus.

Sūccĭdĭă, f. p. tergum, ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita, & in neceſſarium uſum ſeruata, quæ quoties opus eſt, ſucciditur. ταριχεία. Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Succidia continet pernã, petaſonem & lardum. Varro non à ſuccidendo, ſed à ſuibus cædendis, ſiue edendis deducit. Nam id pecus primum occidere cœperunt, & ut id ſeruarent, ſalire.

Sūccīdo, is. a. t. pen. prod. ex ſub & cædo, ſubtus cædo, ſubſeco. ὑποτέμνω, ἀνατέμνω. Aliquando metere. Verg. Ceres medio ſucciditur æſtu. Aliquando pòſt cædere, ſicut præcidere, antè cædere.

Sūccĭdo, is. n. t. pe. cor. ex ſub & cado, quaſi ſubtus cado. ὑποπίπτω. Plaut. in Curc. Genua media ſuccidunt laſsitudine.

Sūccĭdŭŭs, a. um. qui eſt pronus ad cadendum, ſiue ferme cadens, ſummiſſus. κατωφερὴς, κατάπτωτος. Claud. lib. 3. Succidui titubant greſſus.

Sūccĭdŭŭs, a. um. à ſuccedo, ſiue à ſuccedendo, ut fœtura ſuccedens. διάδοχος. Plin. in Epiſt. Tunc magis generaſſe delectat, ſi ad patrem liniamentis patrib. ſoboles ſuccidua reſpondeat. Stat. 4. Theb. Dum premis obnixo uenabula cominus apro Poplite ſucciduo. id eſt ſummiſſo. Idẽ quod ſuccedaneus, & ſuccidaneus.

Sūccīngŭlŭm, li. baltheum, ut inquit Feſtus.

Sūccĭno, is. n. t. ὑπᾴδω. pen. cor. ex ſub & cano, quaſi ſubmiſſa uoce cano. Hinc ſuccento. as. frequent. & ſuccentor. Inde cantores, occentores, & ſuccentores quidam ita diſtinguunt, ut cantores ſint, qui maximè eleuant & acuũt uocem: ſuccentores, qui minimũ: occentores, qui inter utrũq; mediũ tenent, quæ uarietas mirabilẽ, ſeruata muſica ratione, concentũ reddit.

Sūccĭnŭm, ni. n. ſ. pe. cor. electrum deſudans ab arboribus. ἤλεκτρον. Martia. Cum Phaëthontea formica uagatur in umbra, Implicuit tenuem ſuccina gutta feram. Eſt & gemma nigri coloris, uulgò ambrum dicitur. Dioſc. lib. 1. cap. 9. Plin. lib. 37. cap. 3.

Sūccĭſĭuŭm tempus (τὸ πάρεργον) dicitur, quod ſubtrahitur à rebus neceſſarijs, ut ad aliquem uſum accommodemus, uulgò dicitur tempus furto ſubtractum Gellius. Dictum ſucciſiuum, à ſuccidendo.

Sūcclāmo, as. n. p. idem quod acclamo.

Sūccōllo, las. a. p. collum ſuppono, ſubſtollo, ſubleuoq́; ceruicibus ſubiectis, quod propriè eorum eſt, qui aliquem in lectica geſtant. κατωμαδὸν αἴρομαι. Sueto. in Claud. Viciſsim ſuccollantibus

collantibus in caſtra delatus eſt.
Sŭccrēſco,ſcis.n.t.inferius uel paulatim creſco.
Sŭccŭbo.bas.bare.n.p.penult.cor.iniri. ὑπόκειμαι. Vnde & ſuccubi, dæmones dicuntur, qui ſub humana ſpecie corporibus aſſumptis ſe uiris ſubijciũt: ſicut incubi qui mulieres ineũt.
Sŭcŭmbo.bis.bui. bitum.n.t.cedere, locum dare, uinci, permittere aut ſubijci, tractum ab ijs qui oneri ſuccumbunt, nimia ipſius grauitate depreſsi. ἀπαγορεύω, ἀπολέγομαι, ὑπόκειμαι. Liuius 6. ab Vrb. Cui ſuccumbere oneri coacta plebes.
Sŭccŭrro.ris. n. t. auxilium præſto, opem fero. βοηθέω. Verg. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Item in mentẽ uenire. ὑπέρχεται: ut, Succurrit mihi, Cice. Succurſum imperſonale. Plin. lib.23.ca.1. Intellectum ibi remedium eſt, potuq́ ſuccurſum.
Sŭccŭs,ci.m.ſ.à ſugo, quaſi ſugus, humor, quem ex alimentis membra ſugunt., ut ſe repleant. χυλός, χυμός. Item quod ab aliqua re producitur, puta ab arbore liquor. Hinc ſucculentus πολύχυμος. & ſuccoſus, plenus ſucco. Succidus, adiect. Plau. in Mil. Minime ſuccidus.
Sŭccŭſſo.ſas.a.p.(κραδαίνω)pen. prod. ſignificat frequenter excutio, quod propriè de equo dicitur, qui gradario cõtrarius eſt. Nam eſt, qui concutiendo ſeſſorem graditur, & equus ipſe ſuccuſſor, ſiue ſuccuſſarius, & ſuccuſſator uocatur. Lucilius, Succuſſatoris tardi, ra. iq́ caballi. Talis greſſus ſuccuſſatura appellatur. Succuſſus, huius ſus, ipſe ſuccutiendi actus. Cic. 2. Tuſcul.
Sŭccŭtio.is.(ὑποσείω)Vide in dictione Quatio.
Sŭccŭlă, læ. f. p. (χοιρίδιον)pen. cor. diminut. à ſue. Eſt & genus intimæ ueſtis. Plautus, Eſt ſuccula argenteola. Item, ut(inquit Budæus) machina eſt tractorij generis. Conſtat autem tereti ligno, duobus aut pluribus uectibus traiecto, utrinque æqua extantibus longitudine, hæc dum uerſatur, funis qui ductarius dicitur, circa ea obuoluitur. Huiuſmodi machina hodie uietores. id eſt cupparij, uina ex hypogeis ſubuehunt, turnum eum appellantes.
Sŭctŭs.ctus.m.q.à ſugo. ipſa humoris ſorbitio.
Sŭdārĭŭm,rij.n.ſ.linteum quo ſudor faciei detergitur, & nares purgantur. χαψιδρώτιον, ἡμιτύβιον, σουδάριον. Huius dimin. eſt ſudariolum.
Sŭdēs, dis. f. t. (χάραξ)pertica, ſeu genus teli militaris, hoc eſt paxillus igni torridus. Ver. Sudibus úe præuſtis.
Sŭdo.das.n.p. ὑδρόω, ἀπὸ τοῦ ὕδωρ, quod aquam, undamq́ ſignificat, deriuatum exiſtimant. Et modò abſolutè ponitur. Horat. Sudauit, & alſit. Modò cum ablatiuo iungitur. Liuius, Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Modò cum accuſatiuo, & ſignificat produco. Vergil. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. Huius compoſita ſunt, Cõſudo, quod eſt ſimul uel totus ſudo. καθυδρόω. Exudo, emitto quaſi per ſudorem. ἐξιδρόω. Deſudo. ualde ſudo, à quo deſudaſco, & imperſonale deſudaſcitur. Inſudo, pro defatigo. προσκάμνω. Præſudo, prius ſudo. προϊδρόω. Et hæc habent pen. prod. Hinc ſudor.oris. ſudator, & ſudatrix, uerbalia.
Sŭdātōrĭŭs, adiect. ut, Sudatoria unctio.
Sŭdŭm, di. n. ſ. quaſi ſemiudum. eſt enim propriè pars ſerena inter nubes. αἴθριον. Ponitur tamen quandoq́ pro ſereno poſt pluuiam. Ver. Ergo ubi uer nactæ ſudũ. Sunt qui dicunt ſudum ſine udo. hoc eſt ſiccum, non humidum.
Suēfăcio,is.a.t. ἐθίζω. à quo aſſuefacio, & conſuefacio: unde ſueſio, aſſueuio, conſueſio. Ter. in Adel. Ea ne me celet, conſuefeci filium.
Suĕo. ſues. antiquum uerbum, unde ſueſco. Lucreti. lib. 1. Et ſemina rerum Appellare ſuemus. id eſt ſolemus.
Suēſco.is.ſueui.etum. n. t. ἐθίζομαι. ſuetudinem capio. Cic. Metello, A te, id quod ſueuiſti, peto, me abſentem diligas atq́ defendas. Huius compoſita ſunt, Aſſueſco, de quo ſuperius. Conſueſco, & deſueſco, (ἀηθίζω) quæ ſunt contraria. Inſueſco, ualde uel intus ſueſco. Terent. in Adel. Qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrem, tanto magis audebit cæteros.
Sŭffarcĭnātŭs, a. um. (συνεσκευασμένος) id eſt oneratus, degrauatus, & eſt propriũ anibus.
Sŭffarrānĕŭs, nei m.ſ. à farre, quemadmodũ confarreatio, deduci uidetur, & ſignificat eũ, qui far in caſtra conuehit, ſed modicũ alienum ue, non iuſto commeatu aliquo, ſed crebris & uilibus inſtitorum uecturis.
Sŭffĕro.pen. cor. ſuſtineo, patior. ὑποφέρω, ὑφίσταμαι. Aliquando ſuppono. Plau. Intro ad uxorem meã, ſufferamq́ & meũ tergũ ob iniuriã.
Sŭffĕrueo. ues. ere. aliquantulum feruere.

Sufferue-

Sūfférueſio,ſis.fieri,aliquantulum feruensfieri.

Sūffés,etis.m.t.lingua Punica conſul dicitur.

Sūffibŭlūm, li.n.ſ.eſt, ut ait Feſtus, ueſtimentum album,prætextū,quadrangulum,oblongum,quod in capite Veſtales uirgines ſacrificantes habebāt,idq́ fibula cōprehendebatur.

Sūffĭcio,is.n.t. (ἐξαρκῶ,ἱκανοῦ)ex ſub & facio, ſignificat ſatis eſſe,conſtruiturq́ cum datiuo. Statius 1. Syl. Vade puer, tantis enixus ſuffice donis.id eſt ſatis eſto. Aliquando ſubminiſtrare.ἐπαρκεῖν.Verg. 2. Georg.Ipſa ſatis tellus cum dente recluditur unco, Sufficit humorem. Aliquando ſubſtituere. ἀντικαθιστάναι.Vnde ſuffectos conſules dicimus,qui in demortuorum locum ſubſtitui ſunt. Aliquando inficere, maculare : ut, Sufficere purpuram Cicero in Hortenſ.

Sūffigo.gis. a.t.ſurſum figo.

Sūffimēntūm,ti.n.ſ.id eſt ſuffitus & ſuffitio.

Sūffimĕn,inis.n.t.ſuffitus,uel ſuffumigatio.

Sūffio,fis.fiui.uel fij.a.q.ex ſub & fio, ſignificat ſuffumigo. ὑποθυμιάω. Verg. lib. 4. Georg. At ſuffire thymo, ceraſq́ recidere inanes Quis dubitet?

Sūffitio,onis. idem quod ſuffitus.ὑποθυμίασις.

Sūffitōrēs, qui ignem inſufflant inflatis buccis.

Sūffitūs,ta.tum.ſuffumigatus.τεθυμιαμένος.

Sūffitūs,tus.m.q.ſuffumigatio.θυμίασις.

Sūffiſcūs, ſci. m. ſ. folliculus teſtium arietinorum,quo utebantur antiqui pro marſupio.à fiſci ſimilitudine dictus.Feſtus.

Sūfflāmĕn,inis.n.t.retinaculum quo decurrens rota inhibetur,ne uelocius decurrat.Eſt enim machinæ genus, quo in deſcenſu,uel procurſu nimio rota ſolet retineri.

Sūfflo,flas.a.p.ſubtus flo, quod fieri ſolet, cum ignem accendi uolumus.φυσάω,ῥιπίζω.Sufflare buccas.Plaut.in Stich.Vnde ſufflatio uerbale,& ſufflatus,ſufflandi actus.

Sūffōco,cas.a.p.pen.prod.ex ſub & faux,au in o productam conuerſa,ſignificat ſpiritū præcludo,ueluti obſtrictis faucibus. πνίγω,ἄγχω. Hinc Suffocatio uerbale,ſuffocandi actus.

Sūffōſsī equi,dicuntur, quos uulgò ceſpitatores uocant. Verg. 11.Suffoſſo reuolutus equo.

Sūffrāgiūm,gij.n.ſ.modò auxiliū ſignificat,modo illas uoces,quæ dabantur in comitijs,& in tabellis deſcribebantur,quibus unuſquiſq́ ſuā declarabat uoluntatē de aliquo in magiſtratu eligēdo.χειροτονία,ψῆφος. Inuenitur etiā ſuffragiū à frango.gis . fra ſyllaba corr. Ouid. de Nuce,Quid niſi ſuffragiū nymphis ruitātibus eſſem? Suffragator.oris.& ſuffragatio , nota

Sūffrāgo,ginis.ſ. t.pe.pro.καμπή.dicitur in poſterioribus pedibus animaliū, quod (ſunt. in prioribus genua: id quod ſpectamus in bobus,equis, & cæteris armentis. Dictæ ſuffragines,quòd ſuffringātur.hoc eſt crura leuādo ſubtus uideantur frangi. Germ. hinderbuog. Hinc ſuffraginoſi equi,quorū ſuffragines morbo uitiatæ ſunt.kræmpfige roſs.Col.lib.7.Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur.Suffragines etiā dicuntur,uitis ſoboles.Idem lib.11.

Sūffrāgŏr,aris.d.p.pen.pro.ſignificat,adiuuo, fauorem fero . ἐπιψηφίζω. Cuius contrarium eſt refragor,pro repugno,aduerſor.

Sūffrēnātio,onis.f.t. colligatio,& arcta ſtructura,quæ lapidē ueluti freno retineat.Plin.li.36.

Sūffrico,as.a.p.pe.cor. quod alicui rei incruſtatum eſt radendo ſiue ſtringendo aut fricando deſtruo.Colum.lib.12.cap.23.

Sūffringo,is.a.t.aliquantulum, ſiue per medium frangere.Plautus in Rud. Homini iſti talos ſuffringi uolo.

Sūffrio,as.are.pen.cor. idem quod friare, ſiue minutim admodum friare.

Sūffūlcio,is.a.q.ſuſtento.ὑποστηρίζω.Varro.

Sūffūmigo, gas.are.a.p. idem quod ſimplex fumigo,uel ſubtus fumum excito.Celſus lib. 6.

Sūffūndo,dis.a.t.ὑποχέω.Vide Fundo.

Sūggĕro,ris.ſsi.ſtum. ὑποβάλλω.uide Gero.

Sūggēſtūs, us.m.q.uel ſuggeſtū,à ſuggero,quòd ibi ligna ſuggerantur , in quibus ſtari poſſit. βῆμα. ſignificat enim locum editiorem, puta, pulpitum,unde oratio ad populū ſolet haberi.

Sūggrūndiă.γεῖσα.uide Subgrundia.

Sūggrūndāriă, orum.n.ſ. Veteres dicebant ſepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies impleſſent(ut inquit Fulgentius)cum nec buſta dici potuerunt,quia oſſa, quæ comburerentur,non erant, nec tanta magnitudo cadaueris, quæ loco tumeſceret.

Sūggillo,las.a.p.(ὑπωπιάζω.) ex percuſſu carnē maculo,à ſugendo, quòd ſuccus.hoc eſt liuor contrahatur. Hinc ſuggillati dicuntur,qui ex percuſsione tumorem, maculamq́ contraxerunt.

runt. Interdum ſuggillare, eſt deridere, detrahere, accuſare, damnare, reprehendere. Liuius, Legati grauiter ferentes ſe ſuggillatos eſſe. Hinc ſuggillatio. uerb. ipſe ſuggillandi actus. Alij per ſimplex g ſcribunt.

Sūgo, gis. xi. ctum. & ſugitum, a.t. ſuccum labris extraho. θηλάζω, μυζάω. Hinc ſuctus. ctus. & ſugitus, & ſugiturus. Dicitur & ſugeo. ges. unde exugeo, ſicut aſſugo, exugo, quod eſt ſuccum extraho. Plau. in Epid. Ego me uertam in hirudinem, atq; eorum exugebo ſanguinem.

Sŭi, ἑαυτοῦ. & eius deriuatiuum ſuus, ſua, ſuum, ſunt pronomina reciproca. Propterea ſic dicta, quod ſicut reciprocatur ſpiritus: ita hæc pronomina ad id unde prodierāt, reuertūtur. Habetq; hoc pronomen ſuus uocatiuū, ut ſi dicam, Defendite Cæſarē ô amici ſui. Vide Vallam & Bud. in Commentarijs linguæ Græcæ.

Sūinŭs, a. um. quod ex ſue eſt. ὕινος. A quo ſit dimin. ſuillus. la. lum. ut, Caro ſuilla.

Sŭlcātim, aduer. ſignificat per ſulcos.

Sŭlco, cas. n. p. ſulcos facio, proſcindo. αὐλακίζω.

Sŭlcŭs, ci. m. ſ. proſciſsio terræ. αὖλαξ, πρασία. Vnde tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicimus. id eſt ter, quater, quinquies arando. Aliquando ſulcus ponitur pro foſſa in longū proſciſſa ad uinearum uel arborū ſurculos in ſeminario deponēdos. Verg. 2. Geor. Auſim uel tenui uitem cōmittere ſulco. Sulcus aratio. Idem. 1. Geor. At non ſi fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum Arcturū tenui ſat erit ſuſpēdere ſulco. Hinc biſulcus. ca. cum. (δίχηλος) unde biſulcū animal, quod non ſolidas, ſed fiſſas ungulas habet. Triſulcus. ca. cum ut, Triſulcū telum, quod eſt trifidū. id eſt tres acies habens, à tribus partibus findens. Sulculus, diminutiue apud Columellā de Arboribus, ca. 30. Surculis diſponi per ſulculos pedales conuenit.

Sŭllāturīrĕ, n. q. uerbum deſideratiuū eſt, & ſignificat proſcripturire, in quo ſcilicet ineſt proſcriptionis faciendæ deſideriū, & deliberatio: formatū à Sylla, qui primus tabulis proſcriptionis ciues Ro. bonis ſpoliauit. Cic. Att. li. 9.

Sŭlphŭr, uris. n. t. (θεῖον) naſcitur in inſulis Aeolijs, inter Siciliā & Italiā, ſed nobiliſsimū in Melo, ut ſcribit Plin. li. 35. Hinc ſulphureus. a. um. quod ſulphuris odorem, uel colorē reddit.

Sŭlphŭrārĭă, riæ. locus ubi ſulphur coquitur.

Sŭlphŭrātŭs, a. um. quod ſulphur habet. Vnde ſulphurata, dicuntur ligna exilia, ſulphure ex utraq; parte intincta, ad accēdendas lucernas.

Sŭltis, Veteres dixerunt pro ſi uultis.

Sŭm, es, eſt, n. inconſeq. ſignificat exiſto, conſto, exto, habeor, numeror, uerſor, &c. (εἰμί, ὑπάρχω) multis capitur modis, uarieq; conſtruitur. Nam ſubſtantiuū dictum eſt, quod per ſe ſubſtet, nec indigeat alio, ſed in ipſum cætera uerba reſoluātur: ut, Ego lego. id eſt ego ſum, qui lego: tu legis. id eſt tu es qui legis. Propterea etiā frequenter præpoſitis pronominibus demonſtratiuis, non poſitū intelligitur. Verg. Tu ne ille Aeneas, quē Dardanio Anchiſæ. & rurſum 3. Aen. Nam Polydorus ego. Copulat hoc uerbum quandoq; ſimiles caſus, ut Cicero fuit eloquētiſsimus. Verg. Rex erat Aeneas nobis. Aliquādo ponitur pro pertinet, ſeu officium eſt, & hoc in tertia perſona ſingularis numeri tantum: ut, Religioſi uiri eſt pudicitiam ſeruare. id eſt officium eſt, uel ad religioſum uirum pertinet. Quandoq; iungitur datiuo, & tunc ſignificat habeo. Verg. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ. Ponitur & pro conuenit, ſiue contingit, ſed in tertia tantum perſona ſingularis numeri: Valerius Max. lib. 5. Non eſt inter patrem & filiū ullius rei comparationem fieri. Apponitur quandoq; huic uerbo ablatiuus ſine præpoſitione: ut, Tuo beneficio liber ſum. Aliquando etiā cum præpoſitione: ut. Hæc res eſt in poteſtate mea, Vis eſt in armis. Eſt in bonis, pro in poſſeſsione bonorū. Hoc eſt ab re. id eſt non decet, uel eſt indecorum, alienum. Abſurdum à uobis eſt, ueſter eſt: ſicut, Verbum eſt à Cicerone. id eſt uerbū eſt Ciceronis. Aliquando Eſt ſumitur pro habet: ut, Non eſt, quòd moleſtè feras mortem patris. Et pro ſoles. Cic. Famil. 12. Quod ſi, ut es, ceſſabis, laceſſam. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſum, aſſum, deſum, exum, apud Veteres pro extrà ſum: ut, exeſto. hoc eſt, non introito. Inſum, interſum, obſum, poſſum, præſum, proſum, ſubſum, & ſuperſum.

Sūmānāliă, ium. n. t. dicuntur liba farinacea, in modum rotæ facta. Feſtus.

Sūmānŭs, dicitur qui libenter ex alieno ſumit.

Sūmĕn, inis. n. t. (οὖθαρ.) fit ex papillis ſuillis, uno die poſt partum ſectis. Plau. Cap. Quanta labe

bes larido, quanta ſumini abſumēdo. Alij putant eſſe lac ſuis extractum, ac denſatum ſue » occiſa. Dictum ſumen, quaſi rumē. id eſt mamma, nomen à ſugendo deductum.

Sūmmă, æ. f. p. (κεφάλαιον, τὸ σύμπαν) eſt ſententiæ alicuius, aut rerum, de quibus uerba fiunt, collectio. Vergil. lib. 4. Nauiget, hæc ſumma eſt. Terenti. in Phorm. Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit. Huius dimin. eſt ſummula. id eſt parua ſumma.

Sūmmārĭūs. rij. m. ſ. qui inter alios primus ac ſummus eſſe uult. Cic. ad Att. lib. 10.

Sūmmātēs, ium. m. t. principes in ciuitate, qui & optimates & primates appellantur.

Sūmmātĭm, aduerb. per ſingulas ſummas, breuiter, & omnibus quaſi ſimul comprehenſis, (ἐνὶ κεφαλαίῳ, τυπωδῶς, ἐν κεφαλαίῳ.) Plin. Sed ut hac de re ſummatim dicā. Huius ſignificantiæ ſunt, In ſumma, et Ad ſummā, id eſt ut ſummatim cōprehendam. Sed ſi Ad ſummā dicimus, ſiue Summum, ſine ad, (τὸ μέγιστον) ſignificat ad plus. Cice. pro Milone, Vnus, aut ad ſummum duo inuenti ſunt, qui Milonis cauſam non probarent. id eſt non plures, quàm unus aut duo ex omnibus. Idem 3. Ver. Duo millia numûm, aut ſummum tria dediſſet. Quidam pro ſummatim, ſiue In ſumma utuntur aduerbijs Semel & breuiter. Aliquando etiam ſummatim à ſummus fit, & ſignificat per ſumma, (ἄκρως) hoc eſt alta.

Sūmmē, ὡς τὰ μάλιστα, ἐν τοῖς μάλιστα, ὡς ὑπερβολὴν, ὡς τὰ ἔσχατα) aduerbiū à ſummis, ſignificatq; maximè, excellenterq;.

Sūmmĭtās. atis. altitudo. unde ſummitas mōtis.

Sūmmĭtūdo, à nōnullis, pro ſummitate capitur.

Sūmmĭſsūs, a. um. humilis, de quo infrà. ταπεινός. Verg. Summiſsi petimus terram. Et ſummiſſus murmurator, qui non apertè loquitur. Hinc Summiſsim aduerbium.

Sūmmĭtto, tis. a. t. (κατασκευάζω, ἐπιβάλλω, ὑπάγω) clanculum & furtim immitto. Suet. in Cæſare, Summiſsis nonnunquam lictoribus, atq; militibus. Item permittere creſcere: ut, Summittere capillum, Idem in eod. Namq; ſummittere barbam, & capillum dicimur, quando neque tondemus, neq; radimus, permittentes ad enormitatem adoleſcere, quod ſpecimē eſt maximi doloris. Id etiam promittere, & immittere dicitur. Aliquando ſubdere, inclinare, ſupponere. Luci. Summittas alios, ſi quos poſſe cenſeas. Hinc ſummiſſum, humile dicimus.

Sūmmo. as. aui. n. p. ſummam facio. κεφαλαιόω. Hinc Conſummo. as. de quo alibi.

Sūmmœnĭūm, nij. n. ſ. dicebatur locus lupanaris, quòd ferè ſub mœnibus eſſet, quaſi ſubmœ» nium. Inde ſubmœniæ, meretrices dicuntur. » Martialis, Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe, Summœnias cœnet inter uxores.

Sūmmŏpĕrē, aduerbium, ualde. Cic. de In. Quæ ſummopere uitare oportebit.

Sūmmūto. tas. pen. prod. aliud pro alio muto.

Sūmmūs. a. um. (ὕψιστος, κορυφαῖος, ἄκρος) quod eſt omnium altiſsimum, ut Hic ſummū locum » in urbe tenuit. Vergil. Summoq; ulularunt uertice Nymphæ. Aliquando dicitur extremum. ἔσχατον. Verg. Venit ſumma dies, & ine» luctabile tempus Dardaniæ. Aliquando maximum, quo nihil ſit maius, (μέγιστον.) Sic à Vergilio dictum eſt, Summe deûm, pro maxime deorū. Hinc ſummitas, (ὑπεροχὴ) altitudo, ex quo altior pars montis ſummitas dicitur.

Sūmo. is. pſi. ptum. a. t. (ἀναιρέομαι) per ſimplex m, ſignificat multum, & penè nimiū mihi tribuo. Cic. pro Plan. Non mihi tantū ſumo iudices, neq; arrogo. Item ſignificat conduco. Cic. Quoad enim peruentum quò ſumpta nauis eſt, nō domini eſt nauis, ſed nauigantium. Item cōſumo. Ter. in Adel. Hilarē hunc ſumamus diem. Sic ſumere operā, eſt fruſtra laborare. Vnde Sumptus. Huius cōpoſita ſunt: Abſumo, aſſumo, cōſumo, deſumo, inſumo, præſumo, reſumo, tranſſumo, quæ habent pen. pro.

Sūmptĭfācio. cis. (καταναλίσκω) ſicut ſonat. Plau.

Sūmptĭto. as. are, frequent. Plin. lib. 26. cap. 5.

Sūmptĭo, onis. f. t. uerbale, ipſe ſumendi actus.

Sūmptŭārĭūs. a. um. quod ad ſumptum pertinet. ut lex ſumptuaria, quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cat. Cibariam appellat.

Sūmptŭōsūs, a. um. qui immoderatū ſumptum facit. ἀναλωτικὸς. Sumptuoſa cœna. πολυτελής. in qua multum impenſæ datum eſt. Sumptuosè, largè, immoderatè, profuſe.

Sūmptūs. a. um. captus uel electus. ἀνειλημμένος. ut Sumptus eſt cibus. Sumpta uirilis toga.

Sūmptūs. ptus. m. q. impenſa, quòd pecunia impendatur, uel exponatur. δαπάνη, ἀνάλωμα.

Sūo,

Sŭo.is.ſui,ſutum.a.t.(ῥάπτω) ſarcio,partes duas uel panni,uel alterius rei inuicem coniungo, & colligo. Vnde Sutores qui calceos ſuunt. Et à ſue quidā hoc uerbū deducunt,quia huius animalis pilis in ſuēdo ſutores utuntur. Per tranſlat.ſuere ponitur pro coniungere, nectere,ligare, ſtringere.Gell. Sed hi pleraſq; naues loris ſuebant. Huius compoſita ſunt, Aſſuo.(ἐπιῤῥάπτω)quod eſt ad aliquid ſuo,ſiue ſuendo annecto. Conſuo,Circumſuo. Deſuo, (ἀποῤῥάπτω)quod ſutū erat diſſoluo. Similiter diſſuo. Exuo. Inſuo,intus ſuo,ſiue ligo. Interſuo,(διαῤῥάπτω)interpono,intermitto. Perſuo, in totū ſuo. Præſuo,antè ſuo. Reſuo,(ἀναῤῥάπτω)rurſus ſuo. Aliquando etiā contrarium ſuo ſimplici reſuimus enim,quæ ſuta ſunt. ſicut recludimus,quæ clauſa. Suet. de Auguſto, Sumenti uirilem togā,tunica laticlaui reſuta ex utraq; parte ad pedes decidit. Subſuo, Subterſuo. Tranſſuo, ad modum acus tranſeo.

Sūtrīnă,næ.officina ſutoris,in qua calcei fiunt.

Sūtrīnŭs,adiect. ut Sutrina ars. Plin. lib.7.

Sūtūră,ræ.Corn. Cel. lib. 5. Sutura oras iungit.

Sŭpĕllēctĭcārĭi,ſerui,qui ſunt in ſupellectile.

Sŭpĕllēx,ſuppellectilis f.t.uel hic & hæc Suppellectilis,& hoc.le.in plurali ſupellectilia,in ablatiuo ſingulari ſuppellectile,uel li. domeſticū patrisfamiliâs inſtrumentū quod neq; argento auro ue facto, uel ueſti annumeratur. id eſt res mobiles,ut uocant Iureconſulti. Cuius nomine continentur menſæ, trapezophora, delphicæ,ſubſellia,ſcamna,& quæcunq; alia hominibus in re familiari pro rebus agendis, & ſeruandis ſunt neceſſaria & uſui.

Sŭpĕr, (ὑπὲρ) præpoſitio eſt,modò accuſatiuo, modò ablatiuo caſui ſeruiens, cui opponitur Subter,quemadmodū Supra opponitur infra. Quod aūt quidam dicūt,ſuper continuū eſſe, ut Sedeo ſuper lapidem: ſupra,interiecto ſpacio, ut Nubes impendent ſupra nos,nō uſquequaq; ſeruatū eſt ab authorib. Liu.lib.44. Vbi citra murus, ſupra ſubterq; terrā per dies uigintiquinq; pugnatū eſt. Sciendum eſt,quod ſuper, ſeparata & ablatiuo iuncta,modò ſignificat de. Verg. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Modò in,ut Fronde ſuper uiridi ſunt nobis mitia poma. Modò pro, ut apud eundē 4. Aen. Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborē. Iuncta uerò accuſatiuo, ſignificat ultra,ut Super Garamantas & Indos Proferet imperiū. Verg. lib.1. ablatiuo iunxit,quādo dixit, Nocte ſuper media. id eſt ultra mediā noctem. Aliquando deſuper. Idem Et ſuper è uallo proſpectant Troës. Aliquando ualde: ut, His accenſa ſuper,iactatos æquore toto,&c. Super ſomnum. id eſt ſeruus à cubili. Curt. Quandoq; abſolutè ponitur pro ſignificatione naturali. Plau. Hinc atq; hinc, ſuper ſubterq; premor anguſtijs. Quādoq; pro ſupereſt, (ἔπι) Verg. Nec fuga iam ſuper. Quādoq; pro inſuper, & amplius. Idem, Cui neq; apud Danaos uſquā locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cū ſanguine poſcūt. Compoſita habent ſignificationē naturalem, & cōponitur cū dictione incipiente ab a, ut ſuperaddo: c,ut ſupercido: d,ut ſuperduco: æ,ut ſuperæquo: f, ut ſuperfluo: i, ut ſuperincido: m,ut ſupermeo: p, ut ſuperpono: ſ,ut ſuperſedeo: u,ut ſuperuacuus. A ſuper fit comparatiuum Superior, ſuperlatiuū Supremus. Compoſita ſunt, Inſuper, & Deſuper.

Sŭpĕrāllĭgārĕ.a.p. eſt aliquid ſuper aliud uinculo ligare Plin.30. Quidā recentē ſuperalligāt.

Sŭpĕrbĭbo, amplius bibo,quàm par eſt. Plin.

Sŭpĕrbĭă,æ.f.p. eſt ſupergrediens elatio mentis.

Sŭpĕrbĭo, bis.n.q.(ὑπερηφανεύομαι) ex ſuper, & eo,is,b melioris ſoni gratia interpoſita,& e in i mutata. Niſi uelimus ſuperbio, à ſuperbia deriuatū eſſe,quod tamen non abnuo. Superbio tamen naturalem ab eo,is,compoſitionem & ſignificationem paſsiuā innatam habere oſtenditur. unde quicquid in aliqua re excellit, ſuperbum dicere poſſumus, quaſi ſuper alia iens. Verg. Ceciditq; ſuperbū Ilion. hoc eſt nobile, magnificum. Plin. lib.17. ſuperbio, pro ſuperbus eo, uel ſuperbus ſum poſuit, cum inquit, Hinc geminæ certe apud Menandrum & Philomenen fabulæ ſuperbiunt. Claud. lib. 4. de Rapt. Phlegræis ſylua ſuperbit Exuuijs, totumq; nemus uictoria ueſtit. hoc eſt nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

Sŭpĕrbŭs,a.um. elatus, arrogans. ὑπέρογκος, αὐθάδης, ὑπερήφανος. Verg. 1. Aen. Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq; ſuperbum. Aliquando nobilis,magnificus excellens. ἀγέρωχος. ut, Hinc populum latè regem, belloq; ſuperbum.

ſuperbum. Aliquando altus, elatus. Idem, Arua petens, Tiburq́; ſuperbum. Aliquãdo ornatus. Idem, Barbarico poſtes auro ſpolijsq́; ſuperbi. Aliquãdo iniquus: ut, Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Antiqui etiã ſuperbos, propter pompã funeris, mortuos dixere. Plaut. Amph. Faciã ego hodie te ſuperbũ, niſi tu hinc abis.

Sŭpērbē, et apud Enn. Superbiter aduer. elatè. faſtuosè. Ter. Phor. Satin' ſuperbè illuditis me.

Sŭpērbĭlŏquēntĭă. æ. elatus atq; arrogãs ſermo.

Sŭpērcālco. as. are. calce incruſto. Colum.

Sŭpērcĭdo. dis. n. t. ex ſuper & cado. ὑπερπίπτω.

Sŭpērcĭlĭōsŭs. a. um. dicitur auſterus & grauis.

Sŭpērcĭlĭŭm, lij. n. ſ. ex ſuper & cilium. ἐπισκύνιον, προβολὴ τῶν ὀμμάτων, σκέπασμα, ὀφρύς. frontis nubecula, ſiue frontis pars ultima, pilis breuibus ornata, quibus quaſi geminis aggeribus munita, ne quid oculis deſuper incidat, ſimul & ſpeciem præbeat. Sed quoniam his annuimus, his negamus, ideo ſupercilium quandoque pro faſtu & ſuperbia ponitur. Iuuenalis, Si cũ magnis uirtutibus affers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos. Quandoq; etiam pro eminẽtiori loco ponitur, ut apud Liuium, Supercilium montis. Interdum ponitur pro grauitate, auſteritate, & ſeueritate. Vnde in Priapo legimus, Conueniens Latio pone ſupercilium. Is uerò cui ſupercilia porriguntur, & prominent, ſilo dicitur.

Sŭpērclaūdo. Liui. 7. Bell. Mace. A continente arctæ ſemitæ aditum habet, à mari rupes exeſæ fluctibus ſuperclaudunt.

Sŭpērcŭbo. bas. n. p. ſuperiaceo, ſuperdormio.

Sŭpērdĭco, is. n. t. ſubiungo dictis, dico aliquid præter id quod dictum eſt. Cic. 2. de Legib. Superdicebant, quicquid cœpiſſet aſtringi, rurſus ſacris liberantur.

Sŭpērdo. as. n. p. Celſus lib. 7. cap. 7. Superdandum emplaſtrum, quod id glutinetur.

Sŭpērdūco, is. a. t. quaſi ſuperpono, præter iam adducta alia adduco. ἐπάγω. Plaut. in Truc.

Sŭpērēdo, is. n. t. penul. cor. ſupermando, quaſi poſt comedo. ἐπιφάγω, Plin. lib. 19.

Sŭpērērŏgo, as. a. p. ex ſuper, & e, & rogo, ſignicat ſupertribuo. ἐπινέμω.

Sŭpērexto. as. n. p. id eſt ſuperſum, componitur ex ſuper, & ex, & ſto, ἀναφαίνομαι.

Sŭpērfĕro. Plin. li. 28. Siniſtrũ pedem ſuperlatũ, parturiẽti letale eſſe, dextro illato facile eniti.

Sŭpērfĭcĭārĭæ ædes, inquit Caius, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas, & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum.

Sŭpērfĭcĭārĭŭs, rij. m. ſ. qui in alieno ſolo ſuperficiem habet ita, ut certam penſionem præſtet. author Vlpianus.

Sŭpērfĭcĭēs, ei. f. q. (ἐπιφάνεια, ἐπιφάνεια) dicitur quæ ex lineis ducitur, quia duæ lineæ iunctæ, faciunt ſuperficiẽ unius anguli uel acuti, uel obtuſi. Dicta ſuperficies, quaſi ſuperior facies. Eſt etiam ſuperficies ſuperior pars cuiuſque rei, & facies quæ exterius ab oculis cernitur.

Sŭpērſĭt, pro ſupereſt. Col. lib. 12.

Sŭpērfŏrānĕŭm, nei. n. ſ. (περιττόν) ſuperuacaneũ.

Sŭpērflōrēſco, ſcis. n. t. Plin. lib. 19. cap. 5.

Sŭpērflŭo, is. n. t. abundo. Plin lib. 31. cap. 14.

Sŭpērfœto. as. are. dicuntur quædam animalia, dum poſt unum fœtum ex coitu conceptum rurſus alium concipiunt à priore, qui etiam uno aut altero die, uel etiam pluribus poſt primum emiſſum ſuo tempore emitti ſolet: quæ emiſsio ſecunda, & ueluti nouus quidam partus ſuperfœtatio dicta eſt. Plinius lib. 18. cap. 61. Daſypodes ſuperfœtant ſicut lepores.

Sŭpērgĕro, ſuperiacere, & quaſi aggeratim ſuperimponere ſignificat. Col. lib. 11.

Sŭpērĭăcĭo. cis. pen. cor. ſuperpono, uel ſuperextendo. ἐπιβάλλω. Hinc frequent. Superiacto. as. are. & Superiectus. Col. lib. 6. cap. 36. Ita enim efficitur, ut eius obiectu, cum mas etiam ſuperiectu eblanditus eſt.

Sŭpērillĭgo. as. are. a. p. Pli. li. 29. cap. 3. Betæ folijs ſuperilligatis.

Sŭpērillĭno. is. a. t. Plin. lib. 30. ca. 12. Superillini butyro ouillo cum melle.

Sŭpērincĭdo. is. n. t. pen. cor. ex ſuper & in, & cado componitur, ſignificatq́; ſupra in aliquem, uel aliquid cado. Liu. Multisq́; ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranauit.

Sŭpērindūco. is. a. t. Plin. lib. 15. cap. 17.

Sŭpēringēro, is. a. t. aggregatim ſuperimpono.

Sŭpērinĭcĭo. is. a. t. Plin. lib. 17. cap. 9.

Sŭpērintĕgo, is. a. t. Plin. lib. 18. cap. 6.

Sŭpērintŏno, as. n. p. deſuper tono.

Sŭpērinungo. is. a. t. Celſ. lib. 7. cap. 7.

Sŭpērĭōrēm, & inferiorem, (πρότερον καὶ ὕστερον) dicimus ferè, quando de malis loquimur,

tur, ut Dionyſius ſuperior, & Dionyſius inferior. Cum de bonis loquimur, ſi tempus denotamus, ſuperior & poſterior dicimus: ut, Cyrus ſuperior, & Cyrus poſterior. Si uerò dignitatẽ, maior, & minor, ut maior & minor Scipio, & hoc de duobus. Nam ſi de pluribus, utimur ſuperlatiuo uel poſitiuo, ut Magnus Pompeius, Alexander magnus. Superiores comparatiuè ſumptũ, ſignificat qui magis ſupra ſunt (ἀνώτεροι) quibus contrarij ſunt inferiores.

Sŭpērlātĭo. onis. f. t. ὑπερβολή. exuperatio.

Sŭpērlīmĭnārĕ. aris. neutri generis, ea pars oſtij ſuperior, quæ ſuper limen eſt.

Sŭpērmāndo. dis. n. t. poſt manſum aliquid, aliud rurſus mandere.

Sŭpērmĕo. as. n. p. ſuperfluo, ſuperlabor.

Sŭpērnās. atis. fœm. gen idem quod ſupernas. Plin. lib. 16. ca. 19. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

Sŭpērnāti dicuntur, quibus femina ſuccisa ſunt, in modum ſuillarum pernarum. Supernia, femina ipſa ita ſuccisa.

Sŭpērnātŭs, adiect. quod præter alia natũ eſt.

Sŭpērnăto. as. are. n. p. Col. lib. 12. cap. 9.

Sŭpērnŭs. a. um. (ὁ ἄνω) quod eſt ſupra. ut ſuperna regio. Hinc Supernè, (ἄνωθεν) aduer. quod ſignificat de parte ſuperiore.

Sŭpĕro, ras. a. p. (ὑπερβαίνω) pen. cor. propriè ſignificat ſupergredior, et quaſi ſuprà aſcendo. Verg. 3. Geor. Superãt montes, & flumina tranant. Per tranſlat. ſuperare ponitur pro uincere. Verg. Quid ſi idem certet Phœbũ ſuperare canendo? Item ſuperabundo, (περιγίνομαι) ut, Si ſuperent fœtus, pariter frumenta ſequentur. Item ſuperuiuere, & quaſi ſuperſtitem eſſe, ut Quid puer Aſcanius, ſuperat ne, & ueſcitur aura Aetherea? Item reſtare. Cic. Deq́ eo quod ipſis ſuperat, alijs gratificari uolunt. Item occidere. Ver. Clàm ferro incautũ ſuperat. Vnde Superabilis, & hoc le, quòd facilè ſuperari poteſt. Huius cõpoſita ſunt, Exupero. id eſt, abundo, & Proſupero, ſuperabundo.

Sŭpērpōndĭūm, dij. n. ſ. (ἐπίμετρον) ſignificat pondus illud quaſi auctariũ, quòd ſuper ſarcinam legitimam imponitur.

Sŭpērsĕdĕo. des. n. ſ. (ἐπέχω, ἐπέχομαι) non mutata e in i, ſicut cætera à ſedeo cõpoſita, ut Obſideo, reſideo, præſideo, ſignificatq́ omitto, & ablatiuo ſæpe conſtruitur. Cæſ. li. 1. Cõmmi. Ē propter eximiam opinionem uirtutis, prælio ſuperſedere ſtatuit. Cic. Sulpitio, Superſedeas hoc labore itineris. Id eſt, omittas ad me uenire. Gellius accuſatiuo conſtruxit. Cognati & affines operam, quam dare rogati ſunt, ſuperſedent.

Sŭpērsĭlĭo, is. n. q. ex ſuper & ſalio.

Sŭpērſpārgo, is, ſtraui. atum. t. Liu. 10. ab Vrb.

Sŭpērſtĕs, itis. om. t. dicitur, qui ſocijs amiſſis omnibus bello, uel naufragio, ruina, aut incẽdio ſolus aut cũ paucis euaſit. Solet tamẽ aliquãdo dici quo modo exto, & ſine aliorũ periculo. Ter. Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes. id eſt

Sŭpērſtĭtĭōſi, orum. m. ſ. (δεισιδαίμονες (extetεις) ſunt, qui ſine cauſa timidi ſunt, qui Deum timent in rebus etiam non timendis: qui apud ueteres totos dies precabantur, & immolabant, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent. ideò nõ ſolum philoſophi, uerumetiã maiores omnes ſuperſtitionẽ à religione ſeparauerũt. Omnis tamen importuna ineptaq́ religio (ſecundum Gell.) ſuperſtitio. δεισιδαιμονία. dici poteſt. Seru. A ſuperſtite ſuperſtitio dicta, quæ aniculàrum propria eſt, quæ multis per ætatẽ ſuperſtites ſunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum uolunt uideri nimis religioſæ, ſuperſtitioſæ fiunt, & ita delirant. Lucretius refert, quòd ſuperſtitio ſit ſuperſtantium rerum. id eſt cœleſtium & diuinarum, quæ ſuper nos ſtant, inanis & ſuperfluus timor.

Sŭpērſtĭto. as. frequent. quo Veteres uſi ſunt, ſignificat ſaluo, & incolumẽ reddo. σώζω. Ennius, Regnũq́ ueſtrũ ut ſoſpitẽt, ſuperſtitentq́.

Sŭpērſto. as. ſupra aliquid ſto. ἐφίσταμαι. Gel.

Sŭpērſtrŭo. ſtruis. n. t. ſupera

Sŭpērſŭm, affluo, abundo, reliquus ſum, ſuperſtes ſum, (περίειμι, περιγίνομαι. Interdũ uincere, ſuperiorem eſſe. Verg. Ferrea quæ blando nequeant ſuper eſſe labori id eſt uincere laborem. Interdum defendere & aduocatum eſſe Suet. de Auguſto, Cunctari ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum.

Sŭpērvăcānĕŭs. a. um. idem quod ſuperuacuus.

Sŭpērvăcŭŭs. a. um. quod non eſt neceſſarium, inane, redundans, uſum non habens. περιττὸς, ἀργός.

Sŭpērvădo. is. ere. ſuper aliquid aſcendo.

Sŭpĕruăgānĕŭs, a. uagor fit. ὑπερπλανής.

Sŭpĕruăgŏr, præter iuſtum & æquum uagari, ſuperfluere, uel ſuperfluos ramos habere.

Sŭpĕruĕnio, is. ere. ex inopinato uenire. Horat. Grata ſuperueniet, quæ nō ſperabitur, hora. Superuenire cū accuſatiuo, ſuccedere, aſcendere. Col. lib. 7. ca. 6. Matrē ſtupro ſuperuenit.

Sŭpĕruĕntŭs, tus. m. q. ipſe ſuperueniendi actus.

Sŭpĕruĕſtio, is. a. q. Plin. lib. 10. cap. 33.

Sŭpĕruīuĕrĕ, is dicitur, qui cū iam mortuus uideretur, refocillatus reſipuit, ac ueluti reuixit.

Sŭpĕruŏlo, as. n. p. Plin. lib. 8. cap. 14.

Sŭpĕruŏluo, is. uere. a. t. Col. lib. 11. cap. 3.

Sŭperŭngo, is. unxi. ctum a. t.

Superum mare. ἀδριατικὸν πέλαγος. Adriaticum, nuncupatur, per reſpectum ad Tyrrhenum, quod Græci inferum uocauere.

Sŭpĕrŭs, ra. rum. pen. cor. à ſuper fit. ὁ ἄνω. Et quamuis ſuperus & inferus, uideantur eſſe poſitiua ſuperioris & inferioris, tamen in uſu ſuperi pro cœleſtibus, ſiue uiuis: inferi autem pro manibus, ſiue mortuis accipi ſolent.

Sŭpīnŏr, aris. ari. d. p. Horat. 2. Serm. Nidore ſupinor. Vbi Acron interpres, Naſum inquit, nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Supinari igitur, eſt erigere & ſupinum facere.

Sŭpīnŭm, ni. n. ſ. à quibuſdam dicitur uerbum participiale, ſicut gerūdiua ſunt nomina participialia. & habet duas terminationes, ſcilicet um & u, ut lectum, lectu. Quod in um finitur, habet ſignificationem actiuā. Salluſt. Legatos ad Iugurtham de iniurijs quæſitum miſit. μεμψομένους. id eſt, qui quererentur. Do filiā nuptum dicimus, hoc eſt, quæ nubat. Do uenum, uendo. Spectatum admiſsi ſumus. id eſt, ut ſpectemus. In u uerò ſignificationis paſsiuæ eſt, iungiturq́ nominibus adiectiuis. Verg. Nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli. hoc eſt, quod nec uideri, nec dici facile poſsit. Dicimus præterea dignū ſiue indignū relatu, quod referatur. Impiū factu, ſi fiat. Horrendū aſpectu, ſi aſpiciatur. Iucundū cogitatu, ſi cogitetur. Obſcenū uiſu, ſi uideatur. et ſic de reliquis.

Sŭpīnŭs, na. num. quod iacet uentre cœlum uerſum. ὕπτιος. Ponitur nonnunquā pro otioſo, molli, negligentiq́. Tractū à re ipſa. Qui enim ſupini iacēt, otioſe, molliter, negligenterq́ degūt. » Iuue. Et multū referēs de Mecœnate ſupino. » Inde ſupinior. Mart. Nuſquā deliciæ ſupiniores. Et ſupinus, dicitur montuoſus. Hora. 3. » Car. Seu mihi frigidū Præneſte, ſeu Tybur ſupinum.

Sŭppăr, ex ſub & par, quaſi æqualis.

Sŭppărăsitŏr, aris. d. p. pen. cor. Subſeruio, obſequor tanquam paraſitus. ὑποπαρασιτέομαι. Plaut. in Amph. Supparaſitabor patri.

Sŭppărĭŭm, rij. n. ſ. uelum tenuiſsimum ad ſcenas uelandas ἱστρίς. Vide Siparium, & Syparium, & Supparum.

Sŭppărŭs, uel Supparū. pen. cor. utroq́ modo dicitur, pro genere leuis atq́ anguſtæ togæ, quòd eo ſuperinduamur. περίβλημα. Feſtus, Supparū, ueſtimentum puellare, linteū, quod etiā ſubucula, hoc eſt camiſia dicitur. Sen. lib. 11. Epiſt. ſcribit, ſupparū Alexandrinarum nauium inſigne indiciū eſſe. Sunt enim ſuppara uela uelorum, quæ ſuper antennas explicantur. De quibus Lucanus, Imaq́ pandens Suppara uelorum perituras accipit auras.

Sŭppĕdānĕŭm, nei. n. ſ. dicitur id, quod ſub pedibus eſt, dum ſedemus. ὑποπόδιον.

Sŭppĕdĭto, as. a. p. pen. cor. à Sub & pes. ὑπαρκέω, χορηγέω, ἐπαρκέω. In actiua & paſsiua uoce ſignificat ſubminiſtrare, ſufficere. Cic. Att. 14. Quod Ciceroni ſuppeditas, gratū eſt. Idē, Quibus rebus ſuppeditamur, eget ille. Cū uerò neutrū eſt, ſignificat ſuppetere, non deeſſe. Cic. 5. Phil. Si uita ſuppeditaſſet, cōſul factus eſſet. Eſt & ſuppeditare, opprimere. καταπαλαίω. Cic. Nūc uideo, in iudicio mecū contendere non uis, ubi ſuppeditari turpiſsimū, ſuperare pulcherrimū eſt. Hinc ſuppeditatio, uerbale. Cic. 1. de Na. Deor. Quæ ergo uita ſuppeditatio, inquis bonorū, nullo malorū interuentu.

Sŭppĕllo, is. puli. ſum. uerbū modò honeſtum, modo turpe. Cic. ad Pætum lib. 9.

Sŭppĕndo. Plaut. in Aſin. uide Suſpendo.

Sŭppĕtĭæ, & Suppetias, (ἐπικουρία) tantum habemus à ſuppeto, quo nomine Valla auxilium ſignificari exiſtimat, ſed magis ſubſidium eſt. Plautus in Epid. Auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Dictæ ſuppetiæ, quia ſuppetunt oppreſsis. id eſt, præſtò ſunt, ſiue ſuccurrunt eis, & à fidis ſuppeditantur.

Sŭppĕtĭŏr, aris. d. p. auxilior, ſuccurro. ἀμύνω.

Sŭppĕto. tis. a. t. pen. cor. ſignificat latenter, ſeu

per fraudem peto. παρμιτίω. Suppetit uerò. πειγίνετ. in tertia perſona, & ſuppetunt, ſignificat in promptu eſt, uel ſuccurrit, & huiuſmodi. Plin. Iunior, Cui abunde ſuppetunt facultates. Plaut. in Trin. Bene hercle denuncias, deosq́ oro, ut Vitæ tuæ ſuperſtes ſuppetat. hoc eſt, poſt te uiuat.

Sūppilo, las. a. p. pen pro. rapio, inuolo cum fraude, à pilorum raptu, ſiue à πιλέω complano. ὑπεξαιροῦμαι. Plaut. in Truc.

Sūpplănto, as. a. p. pedem ſuppono, & ſic à planta fit. ὑποσκελίζω. Per tranſlat. pro decipere. Et ſupplantare ſubtus plantare, ſicq́ à planto compoſitum eſt. Col. lib. 3. Et uitem ita ſupplantato, ne radicem abrumpas.

Sūpplēmēntŭm, ti. n. ſ. quod ſuppletur.

Sūpplĕo, ples. a. ſ. ſignificat in deficientis locũ aliud ponere, ſubiungere, uel addere. Verg. 3.
» Remigiũ ſupplet. Idē, Si fœtura gregē ſupple
» uerit, aureus eſto. id eſt, Si tot agnos habuero, quot oues, authore Seru. Sunt, qui hoc uerbũ per ſimplex p ſcribi uelint. Vnde & Suppellex.

Sūpplēx, icis. om. t. (ἱκέτης) qui flexis genibus precatur. à quo Suppliciter, aduerbium.

Sūpplĭcātĭo, onis. f. t. eſt gratulatio dijs immortalibus, uel honor, qui dijs immortalib. habetur, pro uictoria. Vnde ſupplicationē decernere.

Sūpplĭcāſsĭs, pro ſupplicaueris, apud Plaut.

Sūpplĭcĭŭm, cij. n. ſ. (πρόβολοι.) Feſtus, Supplicia Veteres quædam ſacrificia à ſupplicando uocabant, quæ à populo inſtantibus preculis fieri ſolebant. Varro, Boues ad uictimas faciũt, atq́ ad deorum ſupplicia. Et ſupplicium. τίμημα, τιμωρία. pœna, ſiue tormentum. Verg.
» Supplicia hauſurum ſcopulis.

Sūpplĭco, cas. pe. cŏr. deprecor, & eſt ſupplicē ſe ad alicuius pedes abijcere, uel manus alicui, uel ad aliquem tendere, pro aliquo precari, uel deprecari. ἱκετεύω. Valla lib. 5. cap. 11. Supplicari, imperſonale, pro ſupplicationes fieri, & litare. Plin. lib. 13. cap. 1. Iliacis temporibus non ſupplicabatur thure.

Sūpplōdo. dis. n. t. pen. prod. eſt quaſi ſuccutio, ſiue pede, ſiue alio ſigno. καταχροτέω. Cicero ad Heren. Pedis dextri rara ſupploſione. Aliquando ſignificat reijcio. Supploſio, uerbale.

Sūppōno, is. ui. a. t. ſubijcio, ſubiungo. unde ſuppoſitio, ſuppoſtor, & ſuppoſtrix, qui uel quæ alienum puerum ſupponit, & alienos pueros alijs tanquam ſuos nutriendos clàm præbet. Suppoſititius, adiect. quod ſuppoſitum eſt, & alterius loco, uel pro uero, & natiuo poſitum.

Sūpprĭmo, is. a. t. pe. cor. retineo, occulo, abſcondo, ſubtus teneo. ἐπέχω, κλέπτω, καταστέλλω. Oui. 1. Metam. Supprimit extemplo uocem. Vnde Suppreſſus, id eſt ſubmerſus. Supprimere iter, id eſt, retrahere ſe ab itinere. Cæſ. 1. Bel. Ciuil. Suppreſsio. id eſt ſubmerſio, occultatio.

Sūppŭdēt, aliquantulum pudet. ὑπαισχύνομαι.

Sūppūrātōrĭŭs, a. um. quod ad ſuppurationem pertinet. ἀποστατικός.

Sūppūro, as. n. p. pen. pro. eſt apoſtema fieri. Colum. lib. 7. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit, ſaniem creabit, qui ſi ſuppurauerit, tardè procuratur. Hinc Suppurantia ſiue Suppuratio, cum ulcus ad ſaniem tendit. Colu. lib. 7. Cum maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro. Suppuratus participiũ, quod ſuppurauit.

Suprā, (ὑπέρ) modo præpoſitio eſt. Verg. Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Modo aduerbium. ἄνω. Salluſt. in Iugur. Pauca ſuprà repetam. Præpoſitio compoſita pro ualde ponitur: ut Supra morem, ſupra modum, ſupra iuſtum. Antiqui ſupera protulerunt, Cic. Supra quàm, (πέρα ἤ) ſignificat ſupra id quantũ quod, uel ſupra id quod. Salluſt. Supra quàm cuiquam credibile eſt. id eſt, plus quam.

Suprēmŭs, a. um. extremus. ἀνώτατος. ſummus, altus, maximus. Teren. Proh ſupreme Iupiter. Sic dicitur ſuprema mulcta, pro maxima. Pli. li. 16. ca. 44. Circa ſuprema Neronis principis. hoc eſt ſupremũ uitæ tempus. Suprēmō aduer.

Sūră, ræ. f. p. poſterior pars cruri carnoſa.

Sūrcŭlācĕŭs, a. um. om. ſ. ſurcularis.

Sūrcŭlārĭs, & hoc re, om. t. (φρυγανώδης.) ut terra ſurcularis, quæ ſurculos generat. Col. li. 4.

Sūrcŭlārĭŭs, a. um. uide Plin. lib. 11. cap. 20.

Sūrcŭlŭs, li. m. ſ. (κλῶνος) eſt id in ramis quod ſimplex oritur, & frondes gerit. Hinc Surculoſus. a. um. quod ſurculis abundat.

Sūrcŭlo, las. lare. n. p. ſurculos ramis uel radicibus adimere, ut altius creſcant, & uberibus à terra nutrimentum accipiant. Col li. 5. ca. 9.

Sūrdāſtĕr, a. um. (ὑπόκωφος) diminutionem ſurditatis ſignificat, hoc eſt non planè ſurdus, ſed (ut ſic dicam) ſurdulus, qui parum ſurdus eſt.

Cic.5.Tuſc. In ſurditate uerò quidnam eſt ma lì?erat ſurdaſter M.Cato.

Sūrdĕo,des.dui.n.ſ.ſurdus ſum. κωφῶμαι. A quo Surdeſco, ſurdus fio. A quibus Obſurdeo, & Obſurdeſco.

Sūrdĭtās,atis.f.t.Cic.5.Tuſc.

Surdo,das.a.p.eſt ſurdum facio.uide Surdus.

Sūrdŭs,a.um.(κωφὸς)qui habet aures obtuſas, ab aurium ſordibus, quæ in duritiem uerſæ, marmora auriū dicuntur, nec ſinunt audire, & tam paſsiue quàm actiue dicitur. Nam ſur dus,qui non au lit, & qui non auditur. Iuue. Surda nihil gemeret. Et herbæ ſurdæ à Plinio dicuntur, quarum nomina non ſunt. Hinc Abſurdum dictum, quia tale nunquam eſt au ditum. Surdum item dicitur, cuius odor non ſentitur. Perſius, Nec ſpirent cynama ſur dum. Et ea quæ guſtum amiſerunt, exurdata dicuntur. Hora.in Serm. Feruida quòd ſubti le exurdant uina palatū. Refertur etiam ad uiſum. Plin.lib.36. Surduſq; color ſit. Locus etiam ſurdus dicitur, in quo non facilè audi tur. Vitru.lib.5. Diligenter eſt animaduerten dum,ne ſit locus ſurdus.

Sūrgo, gis rexi. ctum. n.t. (διανίςαϑαι, ἀνίςημι, ἐγείρομαι) ex ſurſum & rego, & ſignificat eri go. Hinc ſurgere uenti dicuntur, cum ueluti ſe erigentes flare incipiūt. Verg. Et fando ſur gentes demoror Auſtros. Aliquando ſurge re ponitur pro creſcere, ſeu naſci. Idem, Aſca nium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli. Surge re etiā dicuntur ædificia & herbæ. Quæ nūc animo ſententia ſurgit? id eſt, oritur. Verg.1. Aen. Inde Aſſurgo. ὑπεξανίσαμαι in honorem alicuius erigor, & datiuo iungitur. Verg. Vtq; uiro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. Ali quando aſſurgere, ponitur pro cedere. Auſo. Aſſurgit Muſæ noſtra Camœna tuæ. Aliquan do ſimpliciter pro erigere, ſiue creſcere. Colu. lib.2. Collem molliter aſſurgentē. Conſurgo, ſimul ſurgo. Sall. Conſurrexere omnes. Exur go, è loco ſurgo. Cic. Exurgite omnes. Diſſur gō, diuersè ſurgo. Inſurgo, in aliquem inſilio. Præſurgo, antè ſurgo. Reſurgo, rurſus ſurgo.

Sūrpĭcŭlŭs, li. maſc.gen.uimen, caniſtrum, ciſtel lula, quæ è ſcirpis fieri ſolet. * Malim Sirpi culum, ut ſuprà.

Sūrrĭgo, pro ſurgo, & Surregit pro ſurgit ſcri pſere Veteres. Ab hoc ſurrectio deriuatur.

Sūrrēpĕrĕ, n.t.pen.prod. ſenſim, ſeu ſubtus, aut latenter ingredi, ὑπέρχομαι, ὑποδύνειν.

Sūrrĭpĭo, pis.a.t.pen.cor. Latenter rapio, ſeu fu ror. ὑφαρπάζω. Aliquando in altū tollo. Quan doq; per mendacem narrationem aliquid ex torqueo, & quaſi furor. Hinc Surreptum, pro furto, & pro impetratione, quæ fit à prin cipe uel magiſtratu per falſam narrationem.

Sūrrēptĭtĭŭs, adiect. quod clam fit, ſiue factum eſt & ſurreptum. Plaut. in Caſin. Inter nos a more utimur ſemper ſurreptitio.

Sūrsŭm, (ἄνω) quid ſignificet, notum eſt, cuius contrarium eſt deorſum. Capiuntur tamen interdum ambo pro ultro citroq;. ἄνω κάτω. Terentius in Eunu. Ne ſurſum deorſum ue curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus eſt in imo, urbs uerò in editiore loco. Surſum uerſum, id eſt uerſus ſuperiorem locum, aut partem aëris uel loci.

Sūs, præpoſitio, pro ſurſum. ἀνὰ. accipitur in compoſitione, ut ſuſpicio.

Sūs, ſuis, generis com. ſecundum Priſc. & dici tur tam de feris, quàm de domeſticis. Cuius diminutiuum eſt Sucula. A ſus fit poſſeſſiuū, ſuinus. a.um. ut Caro ſuina, apud Varr. A ſu inus fit diminutiuum Suillus.

Sūſcĭo, ſuſcis, ſuſciui, ſuſcitum, ſuſcire. idem quod ſcire, ſed antiquum eſt. Plaut. in Men. Quid negocij eſt ſuſciri?

Sūſcĭpĭo, pis.a.t. pen. cor. à ſuſum uel ſurſum, quaſi ſurſum capio, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. παραδέχομαι, ἀντιλαμβάνομαι, ἀνω, ἄιμαι, ὑποδέχομαι ut Suſcepi onus, ſu ſcepi uoluptatem, id eſt accepi. Aliquando ſu ſcipere. ἀναιρεῖσϑαι παῖδας. eſt gignere. Plau tus, Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos. Item excipere, & in uicem reſpondendi ſucce dere. Verg.6. Aen. Suſcipit Anchiſes, atq; or dine ſingula pandit. Vnde ſuſceptio, uerba le, ipſe ſuſcipiendi actus: ut, Suſceptio cau ſæ, Cice. pro Muræna.

Sūſcĭtābŭlŭm, li.n.ſ. incitamentum dicitur. ἐπι κωμα, ἐπεγερμα, ὀρμητήριον. Var. Sympho nia uocis ſuſcitabulum.

Sūſcĭto, tas.a.p. pen cor. excito. incito. ἐγείρω.

Sūſcūdēs, & ſubſcudes, ſunt lignea retinacula, quæ etiā ſecuriclæ à forma dicuntur, quaſi ſe curiculæ, quibus duo tigna tenaciſsimè inter ſe ui...

ſe uiciũtur. Bud. *Malim Subſcudes, ut ſuprà.

Sŭſpĕcto, ctas. a. p. modò ſurſum ſpecto. ὑποβλέπω, ἀναβλέπω. Martianus, Oculiſq; ſuſpectans ſydera. Modò deorſum ſpecto, & ſic à ſub componitur.

Sŭſpendĭōſŭs, a. um. qui laqueo nexili ſtrangulatus eſt. ἀνεσταυρωμένος.

Sŭſpēndĭŭm, dij. n. ſ. pro ſuſpēſione. ἀνασταύρωσις.

Sŭſpēndo, ſurſum pendo, altè ligo. ἀναρτῶ, ἀνάπτω, ἀνατίθημι. ſubleuo, ſuſtollo. Apuleius, Quum deberet manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, nullum mihi ferebat auxilium. Quãdoq; pendendo interimere. κρεμᾶν. Quãdoq; anxiũ eſſe. Verg. Suſpēſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Et quoniam dum anxij ſumus, etiam dubij efficimur, ſuſpenſum modò pro dubio ponitur. ἀπηρτημένος. modò pro placido acſilenti. Terent. in Phor. Suſpenſo gradu. ἀκροποδητί. placidè ire perrexi. Suſpendere rem aliquam, differre, prorogare. Liu. 9. bel. Maced.

Sŭſpĭcio, cis. a. t. pen. cor. ſurſum aſpicio. ἀναβλέπω, ὑποβλέπω. Verg. Et mœnia ſuſpicit urbis. Interdum ueneror. ἀποβλέπω. Cic. 1. Offi. Itaq; eos uiros ſuſpiciunt, maximiſq; efferunt laudibus. Item ſuſpectum habere. ὑποπτεύειν. Sall. in Iug. Per idem tempus Bomilcar ſuſpectus regi, & ipſe eũ ſuſpiciens, nouas res cupere, ac perniciē eius dolo quærere. Vnde ſuſpecto, freq. & uerbale ſuſpectio, idem quod ſuſpicio.

Sŭſpīcio, onis. f. t. uerb. ipſe ſuſpicandi actus. ὑποψία. Si uerò cum uenio iungatur, paſsiuè accipitur, ut Veni in ſuſpicionem, id eſt factus ſum ſuſpectus.

Sŭſpiciōſŭs, a. um. qui ſuſpicionem habet. Accipitur etiam quandoq; pro eo qui ſuſpectus eſt.

Sŭſpĭcŏr, caris. d. p. à ſuſpicio, puto, exiſtimo, notæ ſignificationis, dictũ quòd cũ timore quodam ea uidemur aſpicere, de quib. dubitamus.

Sŭſpīrĭōſi, orum. m. ſ. adiect. qui ſpirandi difficultatem patiuntur, uel quibus uitioſa eſt reſpiratio, quos Græci ἀσθματικοὺς uocant.

Sŭſpīrĭŭm, rij. n. ſ. ipſa ſuſpiratio, hoc eſt ab imo pectore ſpiratio, ἆσθμα, στεναγμός. Aliquãdo ipſa ſpirandi difficultas. eſt enim morbus qui ex pulmone fit, qui & ſuſpiratus dicitur. Ouid. Et ſuſpiratibus hauſtis.

Sŭſpīro, ras. pen. pro. ſignificat ſpiritum ab imo pectore traho, quod ſolicitudinis aut doloris argumentũ eſt. στένω, στενάζω. Nã ex ſus & ſpiro cõponitur. Per tranſlat. eſt deſyderare, & modò datiuo, modò accuſatiuo iũgitur. Iuue. Suſpirant longo non uiſam tempore matrem.

Suſq; deq; fero (ἀδιαφορῶ) quod & Suſq; deq; habeo dicimus, ſignificat æquo animo ſum, & quod accidit, non magnifacio. Interdum negligo atq; contemno, hoc eſt ſurſum an deorſum feratur res, parui facio.

Sŭſtĕntācŭlŭm dicitur, quod aliquid ſuſtinet.

Sŭſtĕnto, tas. a. p. frequent. ſæpe aut continuè ſuſtineo, manu teneo, nutrico, alo, reficio. ἀνέχω. Teren. Adel. Solus omnem familiã ſuſtentat. Suſtentatũ eſt imperſonale. Cæſar 2. bel. Gal.

Sŭſtĭnĕo, nes. a. ſ. pen. cor. à ſurſum teneo, ſignificat patior. ὑποφέρω, ὑπομένω, τολμῶ, ὑφίσταμαι. Aliquando alo, reficio. ἀνατρέφω. Liu. Milites fluuiatili piſce & herbis ſuſtinebantur. Aliquando cohibeo, retineo, ut Aſſenſum ſuſtinere, id eſt nondum fidem accommodare.

Sŭſtōllo, lis. a. inconſeq. (ἀναιρέομαι) ex ſurſum & tollo. ſuſtuli, ſublatum, apud ueteres in uſu fuit, & ſignificat ſuſcipio. Nam quemadmodum de matre dicitur, peperit filiũ, ita de patre, ſuſtulit filium. Aliquando ſuſtuli, capitur pro educaui. Verg. 9. Mæonio regi, quē ſerua Licinia furtim Suſtulerat. Aliquando ſurſum tuli. ἀνήνεγκα. Idem, Suſtulit exutas uinclis ad ſydera palmas. Aliquãdo abſtuli. ὑφήρπασα. ut Iubet & ſublata reponi. Significat etiã è medio aufero, eneco. Tranquillus in Nerone, Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrē. In priore pro enecauit, in poſteriore pro portauit ſumitur. Sublatus particip. Hinc ſublatè aduerb.

Suſum, pro ſurſum apud Antiquos.

Sŭſŭrrātĭo, onis. f. t. Cic.

Sŭſŭrro, ras. n. p. furtim & ſummiſſa uoce loquor. Hinc inſurro, & conſuſurro.

Sŭſŭrro, onis. m. t. ψίθυρος. qui ſuſurrat, qui occultè maledicendo odium in aliquem aut diſſenſionem molitur. uerbum factitium.

Sŭſŭrrŭs, & ſŭſŭrrĭum, rij. m. ſ. paruum & ſummiſſum murmur. ψιθυρισμός. Suſurrus quoq;, ſeu ſuſurramen, incantamentum, quod uoce ſummiſſa (ne prophani percipiant) fieri ſolet.

Sŭtātēs, um. m. t. dicuntur, qui quaſi continuè ſuentes uel ſtantes in ſutrina. Plaut. in Aulul. Sedentarij, ſutates, diabatrarij.

Sūtēlă, æ. f. p. doloſa aſtutia. κακοῤῥαφία. *à ſimilitudine ſuentium dicta, ut ait Feſtus.*

Sūtērnă, ipſa ſutura, ſiue opus ſutorium. ῥαφή.

Sūtĭlĭs, & hoc le. pen. cor. quod ſutū eſt. ῥαπτόν.

Sūtōrēs, rum. m. t. qui calceos ſuunt. ῥαπτοί.

Sūtōrĭūm atramentū, (χάλκανθος) *appellatur tinctura, qua ſutores pelles & calceos tingunt.*

Sūtōrĭŭs, a. um. (ῥαπτικὸς) *quod ad ſutorem pertinet, ut Ars ſutoria, inſtrumentū ſutoriū.*

Sūtrīnă, æ. f. p. (ῥαφεῖον) *locus ubi calcei ſuuntur, à quo ſutor dicitur.*

Sŭŭs, ſui iuris. Cic. 4. de Fin.

S ANTE Y.

SY̆agrŏs, (σύαγρος) *Latinè aper dicitur. Nam quod apud Græcos* σῦς, *apud nos ſus, &* ἄγριος *ferus dicitur.*

Sȳcŏmōrŭs, ri. f. ſ. (συκόμορος) *pen. pro. ficus fatua grandior.* σῦκον *ficus,* μωρὸς *fatuus, quæ & mariſca dicitur. Dioſcorides ſcribit Sycomorum eſſe arborem magnam, ſimilem arbori ficuum, habentem lactis multitudinem, cuius fructus non egreditur ex ſummitatibus ramorum ſicut ficus, ſed ex ramis ipſis. Et eſt dulcis, ſimilis fructui ficus agreſtis. Grana eius ſunt minora quàm grana ficus, & nō maturantur, niſi radantur inſtrumento ferreo. Et naſcitur multum apud Rhodum, & in locis ubi abundat frumentum. Celſus moroſycon (inuerſis literis) uocat arborem, quaſi fatuam, hoc eſt non fructiferam ficum. Vide Sicimina.*

Sȳcŏphāntă, tæ. com. p. (συκοφάντης) *ad uerbum dicitur ficorum comeſtor,* ἀπὸ τοῦ φάγειν τὰ σῦκα. *hoc eſt à ficis edendis. Ponitur & pro calumniatore.*

Sȳcŏphāntĭă, æ. f. p. (συκοφαντία) *mendacium, calumnia, atq; fallacia. Plaut.*

Sȳcŏphāntŏr, aris. d. t. & ſycophantiſſo. as. are. ſycophantias ſtruere. Sycophantiosè, aduerbium antiquum, pro doloſè.

Sȳcōſĭs, is. f. t. (σύκωσις) *morbus, quem nos ficum, ſiue mariſcam appellamus.*

Sy̆llăbă, æ. f. p. (συλλαβή) *eſt comprehenſio literarum, uel unius uocalis enunciatio temporum capax. Quia omnis ſyllaba aut breuis eſt, & unum tempus recipit, quod atomū metrici uocāt, ut pater. Aut longa, & duo recipit tempora, ut mater. nam mā longitudine ſui, tantum temporis bis occupat, quantū occupat pa ſemel, cum acutè dicitur pater. dicta aūt ſyllaba à* σὺν *ſimul, &* λαμβάνω *capio. propriè enim illa eſt ſyllaba, quæ ex pluribus conſtat, ut ſtirps. Quæ aūt de una a uocali perficitur, abuſiuè ſyllaba uocatur, & monogramma appellatur. Aliæ dicūtur digrammæ, ut ne, uſq; ad hexagrammā, ut ſtirps. Accidunt ſyllabæ quatuor, tenor, ſpiritus, tempus, & numerus literarum. Tenores tres ſunt, acutus, grauis, & circunflexus. Spiritus duo, aſper & lenis. Tempora tria, breue, longum, & commune. Numerus, quia conſtare poteſt ex ſex literis.*

Sy̆llăbātĭm, aduer. ſignificat per ſyllabas.

Sy̆llătŭrĭo, is. ire, n. q. uide Sullaturio.

Sy̆llēpſĭs, is. f. t. (σύλληψις) *dici poteſt conceptio, ab* σὺν *con,* λῆψις *acceptio. Quæ fit cum pluralis dictio ſingulari uerbo copulatur. Verg. Socijs & rege recepto. Aut ſingularis plurali uerbo cōnectitur: ut, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. Aut cum pro multis unus ponitur: ut, Armato milite complent. Item pro uno multi: ut, Vos ô Calliope precor, aſpirate canenti. rectius enim dixiſſet, O uos Muſæ.*

Sy̆llŏgĭſmŭs, mi. m. ſ. (συλλογισμὸς) *computatio, penſatio, ab* σὺν, & λέγομαι, *quod eſt computo, concludo. Vel ab* λογίζομαι, *ratiocinor. Rationatiuū, uel collectiuum uertit Quintil.*

Sy̆luă, æ. f. p. nomen generale eſt non ſolum arborum, ſed etiam herbarū. δρυμὸς, ὕλη. *Verg. 2. Georg. Subit aſpera ſylua. Propriè tamen arborum, & quæ cædua eſt, hoc eſt quæ habetur in eum uſum, ut ex ea materia cædatur. Quòd ſi ſucciſa ſit, nihilominus dicitur ſylua, quoniā rurſus ex ſtirpibus, aut radicibus renaſcitur. Dicta ſylua, ab eo quod Græcis* ὕλη, *id eſt materia dicitur. Et ut illi hylen pro materia, ſic noſtri ſyluā poſuerūt. Et eſt aut glandifera, cuius arbores non cæduntur, ſed ad eſcam quadrupedibus præbendam ſeruantur. Aut cædua, quòd in ea arbores, cum ad iuſtam proceritatem creuerunt, cæduntur, ut uel ædificationibus, uel alijs uſibus materiam præbeant. Lucus non eſt cæduus, ſed manu conſitus, religioſusq; Deo, uel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrum Dei, uel ſepulchri. Saltus, eſt ſylua inuia, ubi paſci,*

& eſſe

& æſtiuare uel hyemare pecudes ſolent. Nemora, uoluptatis cauſa comparata, & plena amœnitatis. Quandoq; ſylua dicitur, quod ex tempore ſcribitur uelociſsimè, eſtq; uelut prima materia, quales ſunt Papinij Syluæ. Syluam etiam poëtæ nominant elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. Hinc ſyluula, & ſyluecula. ὑλάριον. diminutiua. & ſyluicola compoſitum.

Sўluătĭcŭs, ca. cum. quod eſt ſyluæ, ſeu quod ad ſyluam pertinet. ὑλικός. Per tranſlationem ſyluaticum dici poteſt incultum moribus.

Sўluēſcĕrĕ, eſt in ſyluam redigi, ſeu ſylueſtrem, aut infructuoſas arbores, ſarmentaúe fieri. ὑλομανεῖν. Colum. lib. 5. Nec pati uitem ſuper uacuis frondibus luxuriantem ſylueſcere.

Sўluēſtĕr, ſtris. ſtre. uel hic & hæc ſylueſtris, & hoc ſylueſtre. quod eſt ſyluæ. uel quod eſt in ſylua. ἄγριος.

Sўluĭfrăgŭs, a. um. adiect. ſyluas frangens, qualis eſt uentus à quo arbores in ſyluis & franguntur, & eruuntur. Lucret. lib. 1.

Sўluĭgĕr, a. um. ut Syluigeri montes.

Sўluōsŭs, ubi multæ ſyluæ, ſiue arbores ſunt.

Sўluĭŭs, nomen eſt eius, qui in ſylua natus eſt.

Sўmbăllōtă, (συμβαλλωτὰ) ſunt coacti per ſe uel leris implexu, potius quàm textu condita. ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

Sўmbŏlē, es. f. t. (συμβολὴ) Latinè commiſſura.

Sўmbŏlŭm, li. n. ſ. (σύμβολον) pen. cor. & indicium dici poteſt, & collatio, ab συμβάλλω confero. hoc eſt quod plures conferunt in unū, ita ut cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Ter. in And. Symbolum dedit. Dicitur etiam Symbolum ſignum bellicum, quod à Latinis teſſera dicitur, quo ſocij ab hoſtibus & exploratoribus dignoſcuntur: ut, in Marij exercitu Lar deus, in caſtris Syllæ, Apollo Delphicus: inter Cæſarianos, Venus genetrix. Ab huius ſimilitudine Symbolum apoſtolorum dictum eſt quoddam quaſi totius noſtræ fidei breuiarium, quo ueluti quadā teſſera, ſpeudapoſtoli à ueris diſcernerentur. Iul. Pollux dicit, ſymbolum paruū numiſma eſſe. Ariſtot. originem id eſt etymologiā uocabulorū, ſymbolum appellat, per quā uis uerbi, uel nominis per interpretationem cognoſcitur. Dicitur & ſymbolus: Plau. in Bacc. Eo præſente homini extēplo oſtendit ſymbolum, Quem tute dederas, ad eum ut ferret filio. Sўmbŏlŭs, (σύμβολος) pe. cor. anulus dictus eſt, cū ſit nota & ſignū. Iuſtin. lib. 1. poſuit ſymbolos, pro literis.

Sўmbūlŭs, li. m ſ. à Græcis dicitur homo prudēs probusq; conſilio. σύμβουλος. cuius contrarium eſt ἄβουλος, hoc eſt conſilio carens, inconſultus.

Sўmmăchĭă, auxilium, concertatio, ſocietas.

Sўmmetrĭă, commenſuratio Latinis dicitur.

Sўmmetrŏs, commenſuratiuus, moderatus.

Symmonianū trifolium, uel (ut Ruellio placet) Symmoniacū, herba de qua uide Col. 7. ca. 17.

Sўmpăthĭă, (συμπάθεια) Latinè compaſsio dici poteſt. quare Antipathia.

Sўmphōnēſis, (συμφώνησις) paſsio, quæ metris accidit, cum duæ ſcilicet ſyllabæ ſcandendo in unam coeunt. Hoc autem fit, cum in diuerſis dictionibus, una parte orationis uocali uel m litera terminata, ſequens item à uocali incipit: ut, Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Fit etiam ſymphoneſis in eadem dictione quatuor modis. Vel cū duæ ſyllabæ longæ pro una longa ponuntur: ut, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei. Vel cum duæ breues pro una breui: ut, Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Vel cum longa & breuis pro una longa: ut, Fixerat aëriæ pedem ceruam. Vel cum breuis & longa pro una longa: ut, Dependent lychni laquearibus aureis. hæc etiam ſynalœphe dicitur.

Sўmphōnĭă, æ. f. p. (συμφωνία) pen. cor. ἀπὸ τοῦ σὺν καὶ φωνῶ. Latinè conſonantia, & muſicus concentus.

Sўmphōnĭăcī. m. ſ. (συμφωνιακοὶ) pueri à Cic. dicti ſunt, qui ad modulationes muſicas, concentusq; conficiendos comparantur. Item ſerui dicebantur, per quos remigibus cani celeuma ſolebat.

Sўmphōnŭm, (σύμφωνον) conſonans, pactum.

Sўmpĭnĭŭm, nij. n. ſ. (συμπίνιον) uas uinarium non diſsimile cyatho, quo in ſacrificijs utebantur. Ex σὺν, quod eſt con, & πίνω bibo. Varr. Vt uinum minutatim funderetur à guttis, guttum appellarunt, quod ſummebat minutatim, à ſumendo ſympinium appellarunt.

Sўmplātŏr, toris. m. t. amicus ſponſi, qui cum eo per conuiuia ambulat.

Sȳmplēgă,(συμπληγα)uidetur eſſe opus,in quo luctātes,& omnino concertatores ſpectātur.
Sȳmplēgăs,gadis.fæ.gen.t.complexio.
Sȳmplēgmă,matis.n.t.σύμπλεγμα.Latinè complexus,concurſus dicitur.Mart.lib.12.
Sȳmpŏsĭūm,ſij.n.ſ.συμπόσιον.compotatio,conuiuiū.Vnde ſympoſiarchen,& archipoſian, conuiuij præpoſitum ſeu præfectum dicimus.
Sȳmpſalmă,tis.n.t.σύμψαλμα.dicitur uocum in cantando copulatio.Diapſalma,diſiunctio eorum, ubi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.Pſalma,quod ſpallitur.
Sȳmmȳſtă,ſtæ.m.p.συμμύστης.ſecretarius,ſeu ſecretorum conſcius.
Sȳnærēſis,ſis.f.t.συναίρεσις.contrectatio,figura qua plura per unū coniunguntur.Ex σὺν, & αἵρεσις diuiſio, quaſi diuiſorū coniunctio, ut bigæ pro bijugæ.
Sȳnăgōgă,gæ.f.p.συναγωγή.coadunatio,cōgregatio,uel contractio.Ex σὺν ſimul,ἀγωγὴ ductio,& pro re,& pro loco capitur.
Sȳnălæphē.συναλοιφή.dici poteſt compreſſio.cæſura eſt,cum de fine dictionis uocalis abijcitur,ſequente dictione incipiente à uocali.Ex σὺν,& ἀλοιφὴ preſſio.
Sȳnănchē,ches.f.t.angina,ſpiritum ſuffocans.
Sȳnathrœſmŭs,mi.m.ſ.συναθροισμὸς.figura, quæ & ſingulis uerbis,& plurium uerborum coniunctione fieri poteſt.
Sȳncătēgŏrēmă.συγκατηγόρημα.cōſignificans.
Sȳncătēgŏrēmătĭcă,conſignificatiua.
Sȳncĕrăſtŭs,ſti.m.ſ.συγκεραστὸς.antiquū uocabulum Græcū,quo ſignificatur medulla, hoc eſt medulloſus.A quo fit ecſynceraſtus,id eſt ſine ſynceraſto.Plautus in Pœn.
Sȳncērŭs,a.um.propriè dicitur,quod eſt integrū.ἀνυπόκριτος,ἀλικρινὴς.A carie deducitur, quaſi ſine carie,id eſt corruptione.Vnde & pro puro,incorrupto,& immaculato ponitur.Huic cōtrariū eſt inſyncerus,pro uitiato & corrupto.Ver.Inſyncerus apesq; tulit cruor.
Sȳncērĭtās, a:is.f.t.puritas,integritas.
Syncerè,aduerbium,& Synceriter,idem.
Sȳnchrŏnŏs.σύγχρονος.contemporaneus.
Sȳnchȳſis.σύγχυσις.confuſio.eſt enim (ut ſcribit Donat.hyperbaton undique confuſum,χύσις enim fuſio dicitur,συγχέω,confundo.
Sȳncĭpŭt,pitis.n.t.quaſi ſemicaput(ut inquit Phocas)ſignificatq; partem porcini capitis cōditam,& ad edendum paratam. βρέγμα. Eſt & ſynciput,anterior pars capitis,aures temporaq; complectens,& dicitur etiam de homine.
Sȳncŏpă,pæ.f.p.συγκοπὴ.conciſio.à κόπτω incido, figura, cum litera uel ſyllaba è medio dictionis excinditur.
Sȳndĭcŭs,ci.m.ſ.σύνδικος.aduocatus,qui ut patronus in communem cauſam defendendam mittitur.
Sȳnĕcdŏchē,es.f.t.συνεκδοχή.cōceptio dicitur. cum à parte totū,uel à toto pars intelligitur.
Sȳnĕdrŭs,dri.m.ſ.Latinis conſeſſor,aſſeſſor, & cōnſiliarius dicitur.
Sȳnĕphēbi,(συνέφηβοι)pen.pro.dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcentes.Cic.in Tuſc.
Sȳnĕphĭtēs,gemma eſt,quæ leucongra dicitur.
Sȳngrăphă, phæ.f.p.συγγραφή.ſyngraphus,& ſyngraphum,ſcriptura ſiue ſchedula quæ fit propria manu eorum,qui paciſcuntur in alicuius rei fidem.Dictæ ſyngraphæ.ἀπὸ τοῦ σὺν ſimul,& γράφω ſcribo.
Sȳnŏchĭtĭdēs,gemma.Plin.lib.37.cap.11.
Sȳnŏdĭă,orum.n.ſ.concentus,ex σὺν,& ᾠδὴ.
Sȳnŏdĭcŭs,a.um.quod ad ſynodum pertinet.
Sȳnŏdōntĭdēs.συνοδοντίδες.gemma ex cerebro piſcis,qui ſynodontes appellatur.
Sȳnŏdŭs,di.f.ſ.σύνοδος.penult.corr.ex σὺν,& ὁδὸς uia,quaſi conuentus ſit,uel cœtus.
Sȳnŏdŭs,duntis.m.t.συνόδους.piſcis genus putatur.Plin.lib.37.cap.10.
Sȳnōnȳmă,n.ſ.συνώνυμα.dicuntur,quæ ſub diuerſis uocibus idem ſignificant,ut enſis,mucro,gladius.Eſt & ſynonyma,figura quæ cōmunio nominis interpretatur:ut,Proſtrauit,afflixit,perculit.
Sȳntăgmă,atis.n.t.σύνταγμα.tractatus,ordinatio,rerum conſtitutio,documentum.
Sȳntăxis,is.f.t.σύνταξις.dici poteſt conſtructio & ſeries.τάξις enim ſeries et ordo dicitur.
Sȳntēxis,f.t.σύντηξις Latinè defectio dicitur. Inde ſyntectici.συντηκτικοί.dicti ſunt.
Sȳntērēſis,is.f.t.συντήρησις.pen.pro.dici poteſt attentio ſeu conſeruatio. Nam à συντηρία, quod eſt conſeruo deriuatur. Et ea pars animæ eſt,quæ uitijs aduerſatur,& ſeſe ſemper immaculatam cupit à peccato ſeruare.
Sȳnthēmă,matis.n.t.compoſitum,conſtitutum, & ſu-

& ſignum quod datur militibus.

Sȳnthĕsis,is.f.t.σύνθεσις.pen.cor. Latinè compoſitio dicitur: figura, cum ſingulare nomen multitudinem ſignificãs, uerbo pluralis numeri iungitur, ut Pars in fruſta ſecant. Eſt etiam ſynthesis, genus ueſtis breuis, & negocijs apta. Hinc ſynthesiatus, qui ſynthesi indutus eſt. Synthesis pro tota ueſte in ueſtiario compoſita. Scæuola in l. Titia. de auro & argen leg. Item eſt genus uaſis fictilis ex diuerſis uaſis compoſiti. Præterea ſynthesis generali uocabulo Græco, compoſitio dicitur. Inde aſyntheta cryſtalla Plini. uocat, quæ ſunt pura, & ſine uitio.

Sȳphărĭŭm,rij.n.ſ. uelum fuit (inquit Probus) ſub quo latebant paradoxi cum in ſcenã prodibant, aut hoſtium mimi. Alij dicunt eſſe omne, quod ante cantantem mimum præuium ſuſpenditur. Vide Siparium, & Supparium.

Sȳrĭăcŏn,(συριακὸν) raphani ſpecies, rapi ferè figura, ſuauiſſima & tenerrima. à cuius ſimilitudine pyra Syriaca dicuntur, quæ coroëla dicuntur.

Sȳrĭcŭm,ci.n.ſ. συρικὸν. color fictitius ex ſinope & ſandyce mixtis, quo minium adulteratur.

Scyricũ uerò, ſcilaceus ſiue cæruleus color eſt.

Sȳrĭcŭs,a.um.poſſeſſ. ut Syrica mala.

Sȳrĭngītēs, (συριγγίτης) gemma quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt, ac perpetua fiſtula cauatur. Plin. lib.37.cap.10.

Sȳrĭnx,gis. σύριγξ. & Syringa. gæ. à noſtris fiſtula transfertur, inſtrumentum muſicum, quo ore modulamur.

Sȳrmă,atis.n.t.& Syrma.mæ. σύρμα. genus ueſtis tragicorum, uel cauda, ſiue tractus ueſtis fœminarum. Sumitur interdum pro lõga tragicæ orationis ſerie, tenorem ſuum uſq; in ultimum protrahente, ab σύρω, traho.

Sȳrŭpŭs,pi.m.ſ. σύριον. ſuccus qui trahit. ab σύρω, traho.

Sȳrŭs,ri.m.ſ. uel Sirus per i, de quo diximus, foſſa, ubi reconditur frumentum.

Sȳſtŏlē,es.f.p. συστολή. dici poteſt correptio: figura eſt cum longa ſyllaba contra eius naturam corripitur.

Sȳzȳgiæ,arum.f. p. συζυγίαι. nerui ſunt à cerebro ad oculos.

DE LITERA T.

T LITERA muta eſt, & apud uetuſtiſſimos in aliquibus dictionib. ſcribebatur, in quibus nunc ſ ſcribimus. Nam pultare Antiqui dicebant, nos pulſare dicimus.

T ANTE A.

Tābānŭs,ni.m.ſ. ὁ μύωψ. Ariſtot. animal paruum uolatile, alio nomine aſilus. Plinius lib.11.cap.28.

Tābĕfăcio,cis.a.t. corrũpo, & in tabem uerto.

Tābĕllārĭŭs,rij.m.ſ. qui literas defert.

Tābĕllārĭŭs, adiect. ut tabellaria, quæ in tabulis à iudicibus ſcripta relinquebantur.

Tābĕlliōnēs, m. t. qui & libelliones appellati ſunt, dicuntur qui tabulas, hoc eſt teſtamẽta & publicas ſcripturas conficiunt. καθ᾽ οἷς κᾶν τοῖς ἀσυνθέτοις, γραμματεῖς.

Tăbērnă,æ.f. σκηνὴ, καπηλεῖον. quaſi trabea dicitur, à ualidioribus trabibus (ut inquit Donatus) quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa. Et accipitur pro omni ædificio, quod eſt utile ad habitandum: ex eo, quòd taberna tabulis claudebatur, ſiue cooperiebatur. Hinc contubernium, & contubernalis. Et taberna dicitur, ubi opera ipſa cæteræq; merces uenditantur: officina, ubi fiunt opera. Nonius ſcribit, tabernas non tantum uinarias eſſe, ſed & omnes quæ ſunt popularis uſus.

Tăbērnăcŭlŭm,li.n.ſ. σκήνωμα. tectum caſtrenſe, quòd ueluti taberna quædã ſit. & (ut Hierony. inquit) ſemperq; mutatur tabernaculũ, & huc illucq; transfertur.

Tăbērnārĭŭs,a.um. adiect. ut comœdiæ tabernariæ. uide in dictione Togatæ.

Tăbērnārĭŭs,rij m.ſ. qui in taberna uenditat. κάπηλος Eſt & tabernarius, qui uinum uenditat

Tābēs,is.f.t. μαρασμὸς. corruptio, pro morbo à quo tabidus, & tabidum corpus dicitur. Interdum aliquid cruentum ſignificat, quòd propriè tabum nominant, eſtq; ſanies & ſanguis corruptus. λυθρός. Dicit Seruius, tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tantum, ut ſponte. Quod ſi uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dices.

Tābĕſco,is.bui.n.t. ſignificat langueo, deficio, tabidus fio. μαραίνομαι. à tabeo. bes. Et pro-

priè

... tabeſcere dicimur, quamuis & de alijs dici poſſit. Compoſita huius uerbi ſunt: Contabeſco. συντήκομαι. Diſtabeſco, uariè ſiue uehementer tabeſco, abſumor, corrumpor. διαφθείρομαι. Intabeſco, ualde tabeſco. προσήκομαι. Extabeſco, ἐκτήκομαι.

Tābĭdŭs, a. um. corruptus, qui tabem patitur. ἀπολελυμένος. item languidus, fragilis.

Tābĭfĭcŭs, a. um. qui tabem inducit. φθισικός. Vnde à Cic. ægritudo & metus, tabificæ perturbationes dicuntur. Tabificale dicitur Veterib.

Tābĭtūdo, inis. f. t. idem quod tabes, Plin.

Tablīnŭm, ni. n. ſ. locus hybernæ ſtationis, atrio proximus, quòd ferè ex tabulis cōſtaret. γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον. Et uidetur eſſe, quod Græci πινακοθήκην dicunt, quamuis in pinacothecis tabulæ pictæ in tablino rerū in magiſtratu geſtarū monumenta cōtinebantur

Tăbŭlă, læ. f. p. πίναξ. notæ ſignificationis. A quo per diminutionem fit tabella. πινάκιον, πυξίον. Sunt autem tabulæ, ſiue tabellæ. γράμματα, τὸ γραμματεῖον. teſtamēta, uel publicæ ſcripturæ ex quacunq; materia, quòd initio ceratis tabulis ſcribi conſueuerant. Et tabula dicebatur, in quam mittebant teſſeras, quæ luſoria, & quandoq; latruncularia, & pyrgus, ſiue alueus alueolus ue dicebatur. Tabulæ nouæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cum uſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ cōficiuntur, σεισάχθεια, χρεωκοπία, χρεῶν ἀποκοπαί. Tabulæ quoque ab antiquis in eum uſum cōficiebantur, ut quæ antea in anniuerſarijs tumultuariè, & nullo ordine perſcriberentur, in has ſingulis cautionibus, ſyngraphis, chirographisq; nominum factorum, & tota ratione accepti & expenſi rite atq; ordine relata, facilius de tota ratione domeſtica, conſtaret. Budæus & Doletus.

Tăbŭlārĭs, & hoc re. om. t. quod ad tabulas pertinet, & in tabularum ornatum accommodatur.

Tăbŭlārĭă, Seruio authore, loca ſunt in quibus tabulæ, hoc eſt inſtrumenta, & literæ, et actus publici reponūtur. γραμματοφυλάκια.

Tăbŭlārĭŭs, rij. m. ſ. ratiocinator, ſupputator, qui in tabula nomina et rationes obſeruat. λογιστής, φυλακιστής.

Tăbŭlātă, n. ſ. quæ ſunt ex tabulis facta. σανίδωμα. ut tranſitus tabulatus, tabulis ubiq; interpoſitis confectus, Accipiuntur etiam pro parietibus ſiue ædificijs, lapidibus in tabularū modum quadratis conſtructis. Rurſus tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora creſcentes.

Tăbŭlo, as. n. p. tabulis aliquid conſtruo. σανιδόω. Hinc tabulatio, tabularum coaſſatio & textura. σανίδωσις. ſicut aſſerum coaſſatio. Hinc & contabulo. Suet. Calig. Qui non ſine adiuratione Helleſpontum contabulauerint.

Tăcĕo, ces, tacui, tacitum. n. ſ. nihil loquor. σιγάω, σιωπάω. licet quandoq; etiam dicatur de ijs, quæ ſine uoce ſunt. Verg. Cum tacet omnis ager. Tacere enim pro quieſcere capitur. ἀτρεμεῖν. Vnde tacitum mare dicimus, cum placidum eſt, nullis fluctibus agitatū. Quandoq; ſignificat ſecurum eſſe. ἀτρέμας ἔχειν. Teren. Adel. Tace, egomet conueniā Pamphilū. Huius compoſita: Conticeo, obticeo, quod de ijs, quæ nos pudet loqui. κατασιγάω. Reticeo, perfectè taceo, ſiue à locutione me contineo. ἀποσιωπάω. Hinc reticentia. ἀποσιώπησις. Subticeo. Habentq; ti ſyllabam correptam.

Tăcĭtŭm mel, quod per ſe fluit, & eſt optimum.

Tăcĭtūrnŭs, a. um. qui natura facilè tacet. σιγηλός, σιωπηλός. Hinc taciturnitas. ἐχεμυθία. quæ eſt obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta. Huius diminutiuum eſt taciturnulus. Apul. Blanda mulier & taciturnula. Taciturniſſimum oſtium, apud Plaut. in Curculione.

Tăcĭtŭs, a. um. qui tacet, & qui ſcit tenere ſecreta. ἐχέμυθος. Actionem enim ſignificat, quandoque etiam paſſionem. σιωπώμενος.

Tactĭcī, (τακτικοί) à Græcis dicuntur magiſtri & doctores armorum, ut eſt apud Veget.

Tactĭo, onis. uerb. f. t. idem quod tactus.

Tactŭs, a. um. participium à tango. ἁφθείς. & aliquando ponitur pro afflato, & leuiter fulminato. Cicero: Tactus etiam ille qui hanc urbem condidit. Intactus, pro intemerato & nō tacto ſumitur.

Tactŭs, us. m. q. nomen, unus eſt ex quinq; corporis ſenſibus, qui & tactio dicitur. ἁφή.

Tædĕo, tedui, & tæſus ſum. n. ſ. ſed non eſt in uſu ſicut compoſitum Pertæſus. ἀχθομένω. quamuis Seruius dicat eſſe participium ſine uerbo. Suetonius: Pertæſus ignauiam ſuam.

Ti.q

Fitꝗ; tædeo ab τῆμ, l litera in d conuerſa, ideò cum æ diphthõgo ſcribitur. Tædet imperſonale, facit præteritum tæduit & tæſum, uel magis pertæſum eſt. Conſtruitur cum infinitiuo, aut accuſatiuo à parte anteriori, & genitiuo à parte poſteriori.

Tædĭūm, dij. n. ſ. angor mentis & animi, nõ corporis ualetudo, inquit Seru. ἀδημονία.

Tædŭlŭs, li. m. ſ. pen. cor. dicitur faſtidioſus, ſenex, qui omnibus tædio eſt.

Tænĭæ, f. p. ταινίαι. uittarũ extremitates, ut quæ ab infulis pendent. Quandoque accipitur pro tota uitta. Verg. lib. 5. Puniceis ibant euincti tempora tænis. nam & tæna & tænia dicitur. Propriè tamen tænia eſt faſcia, unde & lapides ſub aquis can icantes in longum porrectos, tænias uocamus, à faſciarum ſimilitudine. Plin. Eſt & tænia piſculi genus apud Ariſtot. à gracilitate & longitudine dictũ. Tæniola, dimmu. pro faſciola.

Tăgāx. φώγιθλος. furunculus, à Tago.

Tăgo, gis. a. t. apud Veteres in uſu fuit pro tango, à quo etiam cõponitur attigo, pro attingo.

Tālārĭă, n. t. calceamenta alata Mercurij. πέδιλα. Talaria inducere, prouerbialis allegoria, pro eo quod eſt fugam adornare.

Tālāris, & hoc re. om. t. quod ad talos pertinet. ποδήρης. ut, Veſtis talaris, quæ ad talos uſque deſcendit.

Tālārĭŭs, ria. rium. quod pertinet ad talos. κυβευτικός. ut lex talaria aduerſus eos, qui talis luſitant. Talarij ludi, quibus uidentur uſi ſaltando.

Tālĕă, leæ. f. p. fruſtum ligni, præciſum ex utraque parte, ut in terra inſeratur, uulgò plantale. Et ſicut talea dicitur lignum, quod in terra feritur: ita quod inſeritur ramo, calamus, & teſſera ſeu teſſella, quòd inſtar teſſeræ ſit, uocatur. A quibuſdã etiã ponitur pro teſſera, hoc eſt ligno cõplanato, quo numeros notant ruſtici idiotæ. Vſqueadeò Latinũ factũ, ut taleare, pro incidere uſurpet ruſtica ſimplicitas. Hinc & talea numaria ſermone militari dicitur, quod genus cum edicto principis uel Reipublicæ conceditur, clarigatio dici poteſt. Taleari lignum dicitur, dum ſcinditur: intaleari, dum præſcindendo formatur, ait Varro.

Tālĕŏlă, læ. f. p. dimin. Colum. lib. 3. ca. 17. Idꝗ; per gemmas quinas, partiri, complures taleolas terræ mandauerunt.

Tălĕntŭm, ti. n. ſ. τάλαντον. multiplex antiquis fuit. Nam Atticum talentum (ut docet Plinius) ſexdecim ſeſtertia ualebat, hoc eſt pondo quadraginta. Alij autem ſexaginta libras ſeu minas ualuiſſe uolunt. hoc eſt ſex millia denariûm, uel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos ualent, hoc eſt ſexcentos. Talentum, ſexcenti aurei ſunt. Aegyptium, pondo octoginta. Africanus talentum omne, pondo ſexaginta tradit. Quia uerò libræ, hoc eſt pondo, apud alios maiores, apud alios minores ſunt, hinc efficitur, ut talenta quoque non idem ubique ualeant. Pondere quidem pari omnia, ſed ad numum collata differunt. Atticum Tyrio æquale, ſed plus quadruplo ualens quàm Ptolemaicum, ſeſquitertio quàm Syrium Antiochenumꝗ;. Babylonicum talentum, duo millia & ſeptuaginta minas Atticas fuiſſe tradunt. Euboicum, quatuor millia denariorum ualebat. Rhodium, quingentorum denariorum. Neapolitanum, ſex denariûm. Syracuſanum, trium denariûm. Alij minimum libris quinquaginta, maius 72. maximum 120. faciunt. Athenæus talentum ſex millibus numûm Italicorum permutari tradit. Numum eſſe drachmam, hoc eſt denarium, centum drachmis, hoc eſt denarijs centum argenteis æquare librã. Plutar. in Pom. refert, minam uocans eam.

Tā ia, æ. f. p. folliculum cæparum. uide Thali.

Tālio, onis. f. t. uindicta, hoſtimentum. ἀμοιβή. Hinc Retaliare Gell. formauit, quod ſignificat talione hominem repercutere. ἀμείβεσθαι.

Tālĭpĕdo, as. n. p. παραφέρομαι. pedibus uacillo, & quaſi ſupra talos inſiſto. Feſtus.

Tālis, & hoc le. om. t. notæ ſignificationis. Taliter, aduerbium. Cic. ad Attic. lib. 10. Etenim audieram nemini taliter licere.

Tālitrŭm, tri. n. ſ. percuſſio, quæ ungue f onti puerorum infringitur.

Tālpă, pæ. d. p. animal captum oculis, muri ſimile. ἀσπάλαξ.

Tālŭs, li. m. ſ. duo ſignificat, ſcilicet partem pedis. ἀστράγαλος. id eſt os prope calcaneũ quod extuberat. Eſt & talus oſſis genus in articulo pedis, uentre eminens concaua in uerte-

bra:

bra: de quo in dictione Teſſara. Ariſtot. & Plinius negant in homine eſſe talos.

Tām, & Quàm, (τοῖον, ὅσον) Priſciani ſententia aduerb. ſunt, & comparatiuo & ſuperlatiuo adijciuntur, cum duo uel plures comparatiui & ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, uel ijdem geminantur: ut, Tam iuſtior quàm felicior Aeneas Hectore. Iungitur & poſitiuo: ut, Tam bonus Vergil. quàm bonus Homerus. Et apud Veteres tam, pro tamé, & pro modo ponebatur. Componitur tam, cum & ſi, & ſignificat quamuis.

Tămă, f. p. dicitur (inquit Feſt.) cum labore uiæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit.

Tămārică, f. p. pen. pro. genus fruticis bis in anno florentis, à Græcis μυρίκη dicitur: unde et ericeum mel celebratur. Videtur etiam recte dici tamarix, & tamaricum. μυρίκη etiam legitur. Hanc quidam eandem eſſe quam myricam exiſtimant. Plin. lib. 15. cap. 9.

Tămĕn, aduerb. ſignificat nihilominus. ὅμως, μέντοι. Quæ ubi præcedit quanquàm, quamuis, & alia huiuſmodi, dat principium conſtructionis, ipſa dictione tamen excuſſa. Aliquando inceptiua eſt. Cicer. Pæto. Tamen à malitia non recedis. Ponitur & pro ſtatim. Vergil. Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem. Aliquando pro duntaxat. Teren. Hecy. Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam. Hinc componuntur Attamen & uerum tamen, eiuſdem ferè ſignificationis.

Tămĕtſi κἄν. coniunctiua particula, in principijs orationum poſita, indicatiuo gaudet. Secundo autem loco etiã ſubiunctiuo. Tametſi, pro tamen. Terent. in And. Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc uerum eſt.

Tămĭno, nas. a. p. pen. cor. corrumpo, licet non ſit in uſu. Cuius compoſita ſunt, attamino, cõtamino, & intamino. Vnde & intaminatus.

Tandĕm, ſignificat poſtremum. τοὶ, τὸ τελευταῖον. Per interrogationem habet urgens quiddam & accelerans. Cic. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Aliquando eſt coniunctio expletiua, & ponitur pro Aliquando. Teren. Ita'ne tandem ſororem duxit? Nonnunquam pro uix. Cic. Tandem aliquando Quirites. Item pro ſaltem. Teren. in Eun. Perfice hoc Precibus aut precio, ut hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. Item pro tamen. Cice. In qua ciuitate tandem arbitrare te uiuere? Tandem tandem, reticentia quædam cum abrupto ſermone, nonnihil ornatus habens.

Tandĭū, aduerb. tanto tempore. ἐπὶ τοσοῦτον.

Tăngo, is. tetigi, tactũ, a. t. propriè eſt manu apprehendo, tracto, aut alia parte corporis premo. ἅπτομαι, καθάπτομαι, ψαύω. Transfertur tamen ad alias multas res incorporeas, ut cũ pro leuè aut tranſcurſu de aliqua re mentionem facere ponitur. Cic. Acad. 2. Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit? Item pro mouere ſiue perturbare, ſolicitum habere. Cice. Att. 2. Minæ quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Item pro contiguum eſſe, uel attingere. Cæſar, Rhenum, ut ſupra demonſtrauimus, tangit. Poſtremo pro uenire. Cicer. Fam. 8. Neq; prius deſinam formidare, quàm tetigiſſe te Italiam audiero. Compoſita à Tango ſunt, Attingo, contingo, obtingo. συντυγχάνω. Pertingo quod eſt perfecte tango. τυγχάνω. quod & pro cõſequor plerunq; poni ſolet.

Tanos, gemma inter ſmaragdos nigra, & uiridis & intus ſordida. Plin. lib. 37. ca. 5.

Tanquàm. ὡσανεί. aduerb. eſt ſimilitudinis, uerbis ſubiunctiuis iungitur. Tanquam cum ſi, pro quemadmodum. Cic. ad Caſsium. lib. 12.

Tantī. τοσούτου. & Quanti. ὅσου. cum eorum compoſitis, tantidem, quantilibet, quanticunq;, ſimiliter, totidem, pluris, pluris, minoris: iunguntur uerbis precium ſignificantibus, qualia ſunt emo, uendo, mercor.

Tantiſpĕr, (ἄχρις, ἕως. aduerb. ſignificat tandiu, poſtulatq; poſt ſe, dum, donec, ſiue quandiu, uel quoad. Sic cætera à Per, compoſita temporis breuitatem, ſignificãt: ut, quantiſper, parumper, pauliſper, aliquantiſper. Ponitur etiam tantiſper, ſine dum, & ſignificat tantummodo, ſiue interea. ἐν τούτῳ. Cicer. 5. Tuſcu. Sed uidero, qui efficiat, tantiſper hoc ipſum magni æſtimo, quod pollicetur.

Tantŏpĕrĕ, aduerb. & Tanto opere. τηλικοῦτον. ſignificat tantum tam uehementer.

Tantŭm. μόνον. aduerb. ſignificat ſolum, quod & tantummodo dicitur: et iungitur poſitiuo. Aliquando ſignificat uſq; adeò. τοσοῦτον. Item ad numerum relatum. Plau. in Bacc. Vi coa-

ctus

ctus reddidit Ducentos & mille philippûm. N.tantum debuit.

Tantum non. ὅσον οὔπω, μόνον οὐ. id eſt fermè rei non planè peractæ, aduerbium.

Tantum abeſt, ſignificat non ſolum non eſt. τοῦ τε δέῖν.)

Tāntūm nūm, id eſt etiam. Plin. Epiſt. 217.

Tāntūmmŏdŏ, aduerb. idem quod tantum.

Tāntūndĕm, n.ſ. τοῖον. quaſi tantum idem ſignificat æquè tantum: uulgò alterum tantū. Hoc nomen nō habet caſum niſi genitiuū tantidem, quod ſignificat pro tāto precio ſolum.

Tāntŭs, a. um. à tam deduci uidetur, quantitatemq; ſignificat, quaſi tam multus, uel tam magnus, (τοῖτ©, τηλικοῦτ©.) Et modo demonſtratiuum eſt. Verg. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Modò relatiuum. Plautus: Et tantum quantum potui, præſtiti tibi. Tantò, aduerb. & quantò: ut, Tantò magis, tanto peior. Tantò minoris. Huius diminut. eſt Tantulus, (τηλικός δὴ γὰ) pro tam paruus. A quo tantillus. τυτθόν. Ab eo & tantulum, tantillum, aduerb.

Tāŏs, gemma pauoni ſimilis.

Tăpētūm, ti. n.ſ. Tapes. is. & Tapete, petis. pen. prod. tegmen mirè pictum uarijs coloribus, quo equi, menſæ, ſeu pauimenta ſternuntur.

Tăpīnōſĭs, pen pro. Latinè humiliatio dicitur. Eſt enim rei magnæ humilis expoſitio.

Tarantula, læ. f. p. φάλαγξ. uide Stellio.

Tărătāntără, uox tubæ ab Ennio ficta.

Tārdigrădŭs, a. um. pe. cor. qui tardè graditur.

Tārdĭlŏquŭs. βραδύγλωσσ©. qui tardè loquitur.

Tārdĭtās, atis. f. t. tarditudo, & tardicies, pro pigritia. βραδύτης. Tarditas ingenij, ſtupor debilitasq; linguæ.

Tārdo, as. a. p. cū regit accuſat. ſignificat retinere, uel detinere, impedire, (βραδύνω, διατρίβω) Cice. Attic. 6. Nos eteſiæ uehementiſſimè tardarunt. Item pro tardum efficere. Idem in Verr. Vt omnium inimicorum animos accuſatorumq; tardares. Sine caſu uero ſignificat cunctari, indormire uel differre. Cic. Attic. 6. Nunquid putas Reipub. nomine tardandum eſſe nobis?

Tārdŭs, a. um. piger. βραδύς. Per translationem quandoq; pro rudi et ſtulto ponitur. Quandoque pro perſeueranti & diuturno. Verg. Media fert triſteis ſuccos, tardumque ſaporem. Quandoq; pro denſo ac craſſo. Idem: Vdo ſub robore uiuit, Stupa mouens tardum fumum. Tardè, tardius, tardiſſimè, aduerbia ſunt. Huius diminutiuum eſt tardiuſculus. id eſt aliquantulum tardus.

Tārmĕs, etis. m. t. genus uermiculi carnem exedens.

Tāſcāniūm, nij. n. ſ. eſt terra alba, ſimilis argillæ

Tătām, m. p. pueri patrem uocant.

Tătæ, cantio eſt ſibi inuicem reſpondentium.

Taūră, ræ. f. p. uacca eſt ſterilis, quòd hæc non magis pariat quàm taurus. βοῦς, σεῖρα.

Taūrēă, reæ. f. p. ſcutica ex corio bubulo facta.

Taūrīnŭs, a. um. ταυρικός, ταύρινος. quod eſt ex tauro boue, ut pellis taurina.

Taūrŭs. ri. m. ſ. ταῦρος. bos ad procreandum reſeruatus, ſicut in capris hircus. Accipitur & pro quocunq; forti boue. Taurus etiā pro radice arboris. Quintil. lib. 8. cap. 2. Sicut in his quæ homonyma dicuntur, ut Taurus animal ne ſit, an mons, an ſignum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligitur. Et taurus, ſcarabeus terreſtris, ricino ſimilis.

Taūtŏlŏgĭă. ταυτολογία. Latinè dici poteſt eiuſdem rei eloquium: figura eſt apud poetas frequens, qua res eadem multis uerbis idem ſignificantibus explicatur.

Tăx, percuſſio, à ſonitu quem facit. Plautus in in Perſa, Tax tax tergo erit meo.

Tāxīllŭs, dimin. eſt, à talus. πεσσός, κύβος.

Tăxim, aduerb. ſignificat ſenſim. λειψαύδην.

Tăxo, as. a. p. καθάπτομαι. ſignificat preſſius crebriusq; quicquam tango, id proculdubio inclinatum eſt: ut, iacto, multò fuſius largiusq; eſt, quàm iaceo. Taxare etiam pro precio æſtimare ponitur. τιμᾶν. Item pro maledictis tangere. χαλάπτω. Suet. lib. 2. Sed etiam ut numularij nepotem, ſic taxat Auguſtum. Feſtus, Taxatores à ſcenicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt. Hinc taxatio uerbale, ipſe taxandi actus.

Tāxŭs. xi. f. ſ. σμίλαξ. arbor abieti ſimilis, baccasq; ferens, cui letale uenenum ineſt, præcipue in Hiſpania. Ab ea toxicū dicitur, quaſi taxicū. Plin. li. 16. ca. 10. Taxus gen. maſc. animal eſt, quod Taxo dicitur & melis, ab auiditate mellis. eſt enim aluearibus inſeſtus.

T ANTE E.

TĒ, ſyllabica adiectio, pronominibus Tu et Te adiungitur, ut tute, tete.

Tĕchnă, næ. f. p. Græcè τέχνη. Latinè ars. technites, artifex. Technicus, artificioſus. Aliquando ſignificat dolum, aſtutiam, impoſturam, Teren. in Heau. Falli te ſinas technis per ſeruulum.

Tēctŏr. oris. m. t. qui opus tectorium facit.

Tēctōrĭolŭm. li. n. ſ. parum tectorium. Cic.

Tēctōrĭ ŭm, rij. n. ſ. κονίαμα, τὸ ἐκκονιαμένον, ἐμπλαστικὸν, ἐμπεπλασμένον) illinimentum quoddam eſt. à tegendo, & quaſi pauimentū parietis atq; incruſtatio, quod fit cum calce aut gypſo ad maiorem ſpectantium gratiam & decorem, parietem inalbamus, quæ ideo etiam albatio appellatur, ſiue albarium.

Tēctōrĭŭs. a. um. quod ad tegendum pertinet.

Tēctŭm, ti. n. ſ. & particip. & nomen eſſe poteſt. Participium, cum dicimus, Scelus tuum tectum eſt, (κεκαλυμμένον.) Hinc tectè, aduerbium. Nomen, cum ſignificat partem domus, quæ domum tegit, à tegendo dictum, (στέγος, τέγος, στέγη) quamuis etiam frequenter pro domo poni ſoleat, οἴκημα. Et generaliter pro omni loco, & pro tabulatis omnibus, quibus & triclinia, & cubicula, & huiuſmodi teguntur, & in quibus tecti homines habitare ſolēt. Vnde architectus & architecton. ἀρχιτέκτων. dicti ſunt, qui ædificandi ſcientiam habent. Tectum etiam, genus ouium ſic dictum, quòd maiore lana opertum ſit. ἀροπόκον. uel quòd operimentis tegeretur.

Tēcŭm, aduerb. compoſitum ex ablatiuo te, & præpoſitione cum.

Tēdă, dæ. f. p. (δᾷς, δαδίον) arbor è laricum genere, quæ liquorē ſeu picem ſtillat, abundans ſucco liquidiore, & ab hoc flammis & lumini ſacrorum grata, ut inquit Plinius. Inde tedas uocamus faces, quæ optimæ ex ea arbore fiebant. Et Cererem Deam tediferam poëtæ uocant, quòd tedas dicitur inflammaſſe, cum inueſtigare uellet filiam Proſerpinam à Plutone abreptam. Teda pro nuptijs. Mos enim antiquorum erat, ut in nuptijs (inquit Varro) faces & tedæ ſemper præirent.

Tĕgĕs, etis. f. t. (φορμὸς, φορμίς) ſtraguli genus, ex ulua ſiue ſirpo, aut ſparto in lodicis ſimilitudinem, quo uiliores utuntur. Hanc uulgò ſtoream uocant.

Tĕgĕticŭlă, læ. f. p. diminut. parua teges, (φορμίδιον.) Ouid. uocat tegetem mattā ſirpeam.

Tĕgillŭm, li. n. ſ. paruū tegmē, tegulū, (καλυμμάτιον.) Eſt & tegillum, cuculli uinculū è ſirpo. Plau. Tegillū mihi aret, id ſi uis, dabo. At tigillū dimin. à tignū eſt. * Tegula primā producit ſed in Tegulum & Tegillum corripi uidetur.

Tĕgmen, inis. n. t. quod & tegimen, & tegmentum dicitur, ſignificat quicquid aliquid tegit, (προβολὴ, σκέπασμα.)

Tĕgo. gis. xi. ctum. a. t. operio. (καλύπτω, σκεπάζω.) Per translationem tegere ſignificat celare, (κρύπτειν.) Mart. Quod tegitur, maius creditur eſſe malum. Item defendere, conſeruare. Sall. At Romani domi militiæq; intenti feſtinare, libertatem, parentes armis tegere. A tego fiunt compoſita: Contego, totum tego, (περιστέγω.) Detego, (ἀποκαλύπτω) contrarium eſt ſuo ſimplici. Intego, (ἐπικαλύπτω) intus tego. Obtego, (περικαλύπτω, περικαλύπτω) circum ſeu ſuprà tego. Prætego, antè tego. Protego, (προβάλλομαι, ἀσφαλίζομαι.) tueor. Pertego, perfectè tego. Retego, (ἀνακαλύπτω.) nudo, aperio. Supertego, (ἐπικαλύπτω.) Et omnia habent pen. cor.

Tēgŭlă. læ. f. p. κέραμος. dicta eſt, quòd domos tegat. Tegulæ autem, quæ ad balneas adhibentur, à laxitate dicuntur mammatæ, aliæ cotti les uocantur.

Tĕgŭlŭm, li. n. ſ. pen. cor. idem quod tegmen, tegillum, (σκέπαστρον.)

Tēlă, telæ, f. p. notæ ſignificationis. Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro rem aliquam incipere & aggredi.

Tĕlămōnēs, m. t. ut inquit Peru. à noſtris appellantur ſigna, quæ ſuſtinent, quæ Greci ἄτλαντας uocitant. uide Atlas.

Telicardios, gemma colore cordis exiſtens, Perſis maximè grata: quam & maculam appellat Plin. lib. 37. cap. 10.

Tēlīnă, n. ſ. (τήλινα μῦρα) unguenta dicta ſunt, quæ à medicis commendatur. In ea eſt herba ſeu frutex teli, quæ fenumgræcū ſignif. quaſi frutex inſulæ, uel inſula frutici nomē dederit.

Tēllūs. uris. f. t. γῆ. terræ Dea eſt. Terra uerò elementum ipſum, quamuis & pro ipſa terra accipia-

accipiatur, à tolerando ſiue tollendo dicta, quòd eius fructus tollamus.

Telōnārij,ſiue Telones,(τελῶναι) publicani,& tributorum collectores.

Telonem,m.t.agricolæ uocant lignum longum, quo utuntur ad aquam è puteis hauriendam. fortaſſe legendum Tollonem.

Telōnĭŭm,nij.n.ſ.pen.corr. menſa publicanorũ, ubi uectigal exigitur.τελώνιον.

Tēlŭm,li.n.ſ.(βέλος,τόξευμα) dicitur omne miſſile quod manu iaci poteſt, quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo quod in longinquũ mittatur: nam apud Græcos τῆλε,ſiue τηλοῦ,longe ſignificat. Verg. pro gladio poſuit.

Tĕmĕrārĭŭs,a.um. (παράβολος,θρασὺς) dicitur, non qui plus audet quàm oportet,ſed qui facilè nullo adhibito conſilio credit. Item audax,unde & temeritas, & temeritudo,(προπέτεια,ἀβουλία.) Pacu. Egon' tyranni non noui temeritudinem?

Tĕmĕrĕ,(εἰκῆ,αὐτομάτως,ὅπῃ ἔτυχε,παραλόγως) aduerb.ſignificat malè,ſtultè,inconſultè. Quidam etiam uſurpant pro ferè.ῥᾳδίως. Quint. Illud ingeniorum uelut præcox genus,non temere unquam peruenit ad frugem. Et temere ſignificat ſine cauſſa.ἀλόγως. Temere,ſine periculo. Plaut.in Bac.

Tĕmĕro,as.a.p.pen.cor.ſcelero,corrumpo,contamino.καταισχύνω. Vnde intemeratus. ἀμίαντος.integer,incorruptus,inuiolatus. Temerator,uerbale,pro falſario.

Tēmetŭm,ti.n.ſ.(μέθυ) apud Horat.pen.prod. apud Iuuen.corr.accipitur pro uino, dictum eſt, quòd tentet. hoc eſt labefactet mentem. Hinc temulentus.οἰνόφλυξ. uinolentus, ebrioſus. Temulentia, οἰνοφλυγία. ebrioſitas. Per contrarium abſtemius,ſobrius. Temulenter aduerb. Colum. lib.8. cap.8. * Temetum rectius producitur.

Temno,nis.tempſi, temptum, a.t. (καταφρονέω) ſperno: à τέμνω, quod incido, reſecoq́ ſignificat. Hinc contemno.

Tēmo,onis.m.t.ῥυμὸς.à tenendo dicitur.eſt enim qui continet iugum, lignum ſcilicet ad iugum uſq; protenſum inter utrunq; bouem. Temonem pro ſtipite Colum. poſuit, ſiue pro lignis tranſuerſarijs & longurijs,lib.6.cap.19.

Tĕmpĕrāmĕntŭm,ti.n.ſ.modificatio,μέτρον.

Tĕmpĕrāntĭă,tiæ.f.p.ut Cice. lib.2. Artis uet. ait,eſt rationis in libidinem atq; in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio.Græcè σωφροσύνη. & tẽperans σώφρων.

Tĕmpĕrātūră, ræ.ſ.p. (εὐκρασία,κρᾶσις) idem quod temperamentum.Plin.

Tĕmpĕrātŭs,ti.o.ſ.participiũ,ſiue nomen ex participio.Plin. Lex temperato repercuſſu nõ obſtrepat. Temperatior oratio.Cic.2.De Orato.Temperatè aduerb.

Tĕmpĕrĭēs,ei.f.quin.temperamentum.εὐκρασία. Pro hac quandoq; temperaturam ponimus. Quandoque temperies dicitur temperantia. Stat.lib.2.Syluarũ,Tranquillaq́ morum temperies. Quandoq; temporis commoditas ad aliquid agendum,εὐκαιρία.Plin.

Tĕmpĕrĭŏr,oris.com.t.ὠκύτερος.à tempore fit. id eſt celerior,& quaſi tempeſtiuior.& temporius,aduerb. id eſt celerius & quaſi ante tẽpus.

Tĕmpĕro,as.a.p. (συγκιρνάω,ἁρμόζω,κεράννυμι) propriè de ijs rebus dicitur (inquit Doletus) quæ commiſcentur,& confunduntur, ut cum ferrum re aliqua leniori temperamus, & ad mollitiem conuertimus.Generatim enim quicquid ad mollitiem, uel ad ſuauitem pertrahitur, id proprie temperari dicimus. Transfertur autem ad res alias, ſignificat moderari, uel moderationem facere, & modo accuſatiuum regit, modo datiuum, modo ablatiuum cum præpoſitione à uel ab. Huius compoſita, Attempero,quod eſt iuxtà tempero,ſeu cõcordo.Obtempero,obedio.

Tĕmpĕſtās,atis.f.t.(καιρὸς) ſignificat ipſum tempus, uel ætatem. Aliquando pro ui illa cœleſti,grandinibus ſcilicet aut nimbis,alijsq; iniurijs ponitur. Cum uero ad mare pertinet,tũc & in bonam partem & in malam poni ſolet. In bonam.εὐδία.Cic.Att.9.Pridie Quinquatrijs fuit egregia tempeſtas. In malam.Idem Cum magna in alto tempeſtas eſſet, uis uentorum inuitis nautis in portum nauem coëgit, (Græcè χειμὼν,ζάλη.) Tranſlate ponitur pro motu & perturbatione rerum.

Tĕmpĕſtĭuŭs, a. um. opportunum, & quod ſuo tempore fit.καίριος,εὔκαιρος. Hinc tempeſtiuitas,(εὐκαιρία) pro opportunitate. Tempeſtiuè, (εὐκαίρως) opportunè, & ſuo tempore.

Quorum contraria ſunt, intempeſtiuus, & intempeſtiuè.

Tĕmpĕſtŭōſŭm, procelloſum. ἐπιπλόδες. Gel. Mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

Tĕmpĕſtŭs, ſta. ſtum. Tempeſtiuus, & intẽpeſtus, pro intempeſtiuus. Vnde nox intempeſta, quòd minime tempeſtiua ſit rebus agendis.

Tĕmplŭm, pli. n. ſ. proprie locus uel in cœlo notatus ab augure, uel in terra, à tuendo. id eſt conſpiciendo dictum, quòd ex omni parte, uel ex quo omnis par aſpici poſſit, ut ait Donatus. Primò autem cœlum ipſum dictum eſt templum, quia ipſum primò tuemur. In terris autem dictum eſt templum, (ναὸς, νεὼς, ἀνάκτορον) quod quibuſdam conceptis uerbis ab augure finiebatur, unde tueri quamcunque cœli partem commodè poſſet. Hinc contemplo, ſiue contemplor, pro diligenter intueor. Ab hoc templo non ſolum ædes ſacræ, ſed & alia loca ſepta, & unum tantum introitum habentia, dici templa cœpere. Quippe Curia Hoſtilia templum erat, licet ſacra non eſſet. Item templum uocatur tignum, quod in ædificio trãſuerſum ſupra canterios ponitur, ut inquit Feſtus. Item ſepulchrum dicitur templum. » Verg. lib. 1. Præterea fuit in tectis de marmo» re templum Coniugis antiqui.

Tĕmpŏrālĭs, le. om. t. (πρόσκαιρον) quod ad tempus durat. Interdum dicitur, quod ad tempus fit. Vnde dicimus extemporalem orationem, impræmeditatã. Temporaliter, ad tempus. Extemporaliter, impræmediatè.

Tĕmpŏrānĕŭs, a. um. quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubitò & in tẽpore fit. πρόσκαιρος. Vnde extemporaneum, pro ſubitario ac impræmeditato. Contemporaneum, quod eſt eiuſdem temporis, & Græcè σύγχρονον dicitur.

Tĕmpŏrārĭē, ſignificat ad tempus. χρονικῶς.

Tĕmpŏrārĭŭs, a. um. quod nõ eſt perpetuum, ſed ad tempus durans. πρόσκαιρος. unde legimus, Scaurum olim feciſſe in ædilitate theatrũ temporarium. Temporarium. χρονικόν. etiam dicitur quod ad tempus pertinet. unde extemporarium, pro ſubitario capitur: ut, Oratio extemporaria.

Tĕmpŏrī, aduerb. tempeſtiuè, ad tempus, pro tempore. Temporè pro tempori. Cic. 4. Verr. Satis putabat ſe ad comitia temporè uenturum, ſi pridie ueniſſet.

Tĕmpŏrĭŭs, (εὐκαιρότερον) aduerb. deductum à tempori aduerbio, quod ſignificat opportunè, » tempeſtiuè. Ouid. lib. 4. Metamorph. Modò » ſurgis Eoo Temporius cœlo, modò ſerius incidis undis.

Tĕmpŭs, oris. n. t. χρόνος. ut Varro ſcribit, eſt interuallum mundi, & motus, diuiſum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ curſu, à quorum tenore temperato tempus dictum eſt. Tria uerò ſunt tempora, præſens, præteritum, & futurum. Aliquando tempus ponitur pro temporis conditione. Cic. O mores, ô tempora. Tempus, pro authoritate & potentia. Cic. in Bruto. Tempus pro commodo temporario. Cice. pro Cluent. Omnes illæ orationes temporum ſunt & cauſarum. Tempus pro neceſſitate. Cic. pro Plancio. Et tempus, pars capitis eſt. (κρόταφος) habet enim caput duo tempora, unum à dextra, alterum à ſiniſtra, ſic dicta, quia anni in eis cognoſcantur. Sciendum eſt, quòd cum dicimus, Pro tempore aduerbialiter, ſignificare pro ratione temporis. Cum tempore, cũ mora & ſpacio temporis. In tempore. ἐν καιρῷ. opportunè. Ex tempore, ſubitò, quaſi extra temporis commoditatem.

Tĕnācĭă, ciæ. f. p. & tenacitas, (σμικρολογία) retentionem, & parſimoniam, & duriciam, perſeuerantiamq́; ſignificat.

Tĕnāſmŭs, mi. m. ſ. & teneſmus, Græcè τεινεσμός. cum frequens eſt, ſed irrita deſidendi deijciendiq́; cupiditas, cum inflammatione ac tumore ſedis mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis. Plin. lib. 28. cap. 14.

Tĕnāx, acis. om. t. qui retinet. κάτοχος. ut glutinũ tenax. Aliquando dicitur parcus, auarusq́;, (φειδωλός, σκνιπός.) Aliquando durus, conſtans, perſeuerans, (ἰσχυρογνώμων, ἀμετάπτωτος.) Horat. Iuſtum, & tenacem propoſiti uirum. Hinc tenacior & tenaciſſimus. Hinc compoſitum eſt pertinax, ualde tenax.

Tĕndĭcŭlă, læ. f. p. (παγίς) laqueus eſt, quem auibus ſiue feris tendimus. Translatè, Cic. pro Cecin. Tum aucupia uerborum, & literarum tendiculas in inuidiam uocant.

Tĕndo, dis. tetendi, tenſum, & tentum. a. t. (τείνω, ἐντείνω) quaſi tenue do. Eſt enim tendere, extendere, quod uerò extenditur, attenuatur.

Per tranſlationem ſumitur interdum pro inſidiari, (ἐνεδρεύειν) quòd in hoc laqueos extendere ſoleamus. Interdum pro conari. Verg. » Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Interdũ pro tentoria pono, & habito, (σκηνόω, αὐλίζομαι.) Val. Max. lib. 2. Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Interdum pro offerre, (ὀρέγειν) quod protendendo manus fieri ſolet. » Verg. Paruumq́ patri tendebat Iulum. Interdum pro pergo, (στέλλομαι) inde dictũ quòd nos ambulando iter uidemur tendere. Interdum ponere. Salluſt. Interea Romæ multa ſimul moliri, conſuli inſidias tendere. Sic tendere alicui metum aut ſpem. Tendit res eò hoc eſt res eò ſpectat. Huius compoſita ſunt, Attendo, contendo, circuntendo. περιτείνω. Diſtendo, Extendo, (ἐκτείνω, ἐκπετάννυμι) extra ſeu ultrà tendo. Intendo, obtendo, oſtendo, pertendo, portendo & ſuſtendo, ὑποτείνομαι. quod eſt decipiẽdi gratia ſubdo aliquid, aut machinor.

Tĕndūtēs, dicebant Veteres dentatos, & qui magnos habent dentes.

Tĕnebrǣ, arum. f. p. priuatio lucis. σκότος. quòd teneant. id eſt impediant oculos, & uiſum prohibeant.

Tĕnebrēſco, n. t. obſcurus fio, (σκοτοῦμαι) unde Auguſtin. Aër contenebreſcat.

Tĕnebrĭcŏr, aris. d. p. tenebras facio, σκοτίζομαι. Contenebro & obtenebro, compoſita.

Tĕnebrĭcōſŭs, a. um. quod tenebras inducit. (σκοτώδης.) Tenebricoſæ libidines.

Tĕnebrĭōnēs, m. t. (ἀπατεῶνες) mendaces, & doloſi, qui mendacijs & aſtutijs ſuis quaſdam quaſi tenebras obijciunt. Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris delitеſcentes.

Tĕnebrōnēs, m. t. (λαίτερνοι) à ueteribus uocabantur nebulones. Var.

Tĕnebrōſŭs, a. um. quod tenebris plenum eſt. Tenebroſiſſimum tempus, Cic. in Vatin.

Tĕnellŭs, a. um. (ἁπαλὸς, τέρην) dimin. unde tenellam ætatem, dicimus pucrilem.

Tĕnĕo, nes. nui, tentum. a. ſ. λαμβάνομαι, ἔχω, κρατῶ. propriè eſt manibus comprehenſum, uel alia corporis parte ſtringente retinere. In » tranſlatione ita late patet eius ſignificatio, ut uix poſſit comprehendi: huc tamen ferè cadit, ut ſit eius res quam tenemus, compotem eſſe. Itaq; aliquando capitur pro habitare, poſſidere, conſtringere. Verg. Texendæ ſepes etiam, » & pecus omne tenendum. Aliquando pro » tegere. Idem, Et obducto latè tenet omnia li» mo. Teneri etiam pro conuinci & coargui. Cic. 4. Acad. Aliquando pro dirigere, ἔχειν. » Vergil. Sed uos qui tandem, quibus aut ueni» ſtis ab oris, Quo'ue tenetis iter? Aliquando pro ſcire, intelligentiam habere, mora» ri, retinere, implere, perficere. Vergil. Ni teneant curſus. Et tenere, ſeruare, tueri. σώζειν. Cæſ. Comment. 4. Sabinus ideo omnibus rebus, loco, caſtris ſeſe tenebat. Item teneri, eſt obligari. ἐνέχεσθαι. ut, Si quis furetur rem ſacram de prophano, tenetur'ne furti, an ſacrilegij? Item tenere eſt poſſidere, occupare. Item teneo, duro ſignificat. Cæſ. 4. Belli Gall. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac ac diem unum tenuit. Tenere, pro conſtare. Cicero ad Plancum, Non his modò cauſis, ſed ijs etiam quæ familiaritate & conſuetudine tenentur. Tenere, pro ſtare & inniti. Cicero ad Attic. lib. 12. Huius compoſita ſunt, Abſtineo, attineo, contineo, detineo, diſtineo, obtineo, pertineo, retineo & ſuſtineo, quæ habent ti ſyllabam correptam.

Tĕnĕr, ra. rum. quod eſt molle, (ἁπαλὸς, τέρην.) Hinc Tenera ætas, puerilis. Feſtus, Tener à τέρην conuerſis literis. Trãsfertur & ad animum. Iuuen. Cum tener uxorem ducat ſpado. Item tener, mitis dicitur, qui facilè commiſeretur. Hinc teneritas & teneritudo. ἀπαλότης. Tenerè & teneriter, aduerb.

Tĕnĕrăſco, ſiue tenereſco, n. t. tener fio, miteſco, miſericordia ducor. ἁπαλύνομαι.

Tĕneſmŭs. uide Tenaſmus.

Tĕnŏr, oris. m. t. accentus qui teneat. id eſt dirigat ſermonem. τόνος. Interdum dicitur ordo uel forma, continuatio. Val. Max. libro 1. Quo minus religionibus ſuus tenor ſuáque obſeruatio redderetur. Eraſmus tenorem, rei progreſſum uocat.

Tentāmentŭm, ti. n. ſ. idẽ quod tentatio. πείραμα.

Tentīgo, ginis. f. t. pen. pro. pruritus libidinis, quo uirilia extenduntur, τέτανος, ῥοπαλισμός.

Tentĭpellĭŭm, lij. n. ſ. genus calciamenti ferratũ, quo pelles extenduntur.

Tento, as. a. p. aut à tendo aut teneo deducitur,

Cic.5.Tuſc.In ſurditate uerò quidnam eſt mali? erat ſurdaſter M.Cato.

Sūrdĕo,des.dui.n.ſ.ſurdus ſum. κωφῶμαι. A quo Surdeſco, ſurdus fio. A quibus Obſurdeo, & (Obſurdeſco.

Sūrdĭtās,atis.f.t.Cic.5.Tuſc.

Surdo,das.a.p.eſt ſurdum facio.uide Surdus.

Sūrdŭs,a.um.(κωφὸς)qui habet aures obtuſas, ab aurium ſordibus, quæ in duritiem uerſæ, marmora auriū dicuntur, nec ſinunt audire, & tam paſsiue quàm actiue dicitur. Nam ſurdus, qui non audit, & qui non auditur. Iuue. Surda nihil gemeret. Et herbæ ſurdæ à Plinio dicuntur, quarum nomina non ſunt. Hinc Abſurdum dictum, quia tale nunquam eſt auditum. Surdum item dicitur, cuius odor non ſentitur. Perſius, Nec ſpirent cynama ſurdum. Et ea quæ guſtum amiſerunt, exurdata dicuntur. Hora.in Serm. Feruida quòd ſubtile exurdant uina palatū. Refertur etiam ad uiſum. Plin.lib.36. Surdusq́ color fit. Locus etiam ſurdus dicitur, in quo non facilè auditur. Vitru.lib.5. Diligenter eſt animaduertendum, ne ſit locus ſurdus.

Sūrgo, gis rexi. ctum. n.t. (διανίστασθαι, ἀνίσταμαι, ἐγείρομαι) ex ſurſum & rego, & ſignificat erigo. Hinc ſurgere uenti dicuntur, cum ueluti ſe erigentes flare incipiūt. Verg. Et fando ſurgentes demoror Auſtros. Aliquando ſurgere ponitur pro creſcere, ſeu naſci. Idem, Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli. Surgere etiā dicuntur ædificia & herbæ. Quæ nūc animo ſententia ſurgit? id eſt, oritur. Verg.1. Aen. Inde Aſſurgo. ὑπεξανίσταμαι in honorem alicuius erigor, & datiuo iungitur. Verg. Vtq́ uiro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. Aliquando aſſurgere, ponitur pro cedere. Auſo. Aſſurgit Muſæ noſtra Camœna tuæ. Aliquando ſimpliciter pro erigere, ſiue creſcere. Colu. lib.2. Collem molliter aſſurgentē. Conſurgo, ſimul ſurgo. Sall. Conſurrexere omnes. Exurgo, è loco ſurgo. Cic. Exurgite omnes. Diſſurgō, diuerſè ſurgo. Inſurgo, in aliquem inſilio. Præſurgo, antè ſurgo. Reſurgo, rurſus ſurgo.

Sūrpĭcŭlŭs, li maſc. gen. uimen, caniſtrum, ciſtellula, quæ è ſcirpis fieri ſolet. * Malim Sirpiculum, ut ſuprà.

Sūrrĭgo, pro ſurgo, & Surregit pro ſurgit ſcripſere Veteres. Ab hoc ſurrectio deriuatur.

Sūrrēpĕrĕ,n.t.pen.prod.ſenſim, ſeu ſubtus, aut latenter ingredi, ὑπεισιέναι, ὑπεισδύεσθαι.

Sūrrĭpio,pis.a.t.pen.cor.latenter rapio ſeu ſuror. ὑφαρπάζω. Aliquando in altū tollo. Quandoq́ per mendacem narrationem aliquid extorqueo, & quaſi ſuror. Hinc Surreptum, pro ſurto, & pro impetratione, quæ ſit à principe uel magiſtratu per falſam narrationem.

Sūrrēptĭtĭŭs, adiect. quod clam fit, ſiue factum eſt & ſurreptum. Plaut.in Caſin. Inter nos amore utimur ſemper ſurreptitio.

Sūrsŭm,(ἄνω) quid ſignificet, notum eſt, cuius contrarium eſt deorſum. Capiuntur tamen interdum ambo pro ultro citroq́. ἄνω κάτω. Terentius in Eunu. Ne ſurſum deorſum uè curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus eſt in imo, urbs uerò in editiore loco. Surſum uerſum, id eſt uerſus ſuperiorem locum, aut partem aëris uel loci.

Sūs, præpoſitio, pro ſurſum. ἀνὰ. accipitur in compoſitione, ut ſuſpicio.

Sūs, ſuis, generis com. ſecundum Priſc. & dicitur tam de feris, quàm de domeſticis. Cuius diminutiuum eſt Sucula. A ſus ſit poſſeſſiuū, ſuinus. a. um. ut Caro ſuina, apud Varr. A ſuinus fit diminutiuum Suillus.

Sūſcĭo, ſuſcis, ſuſciui, ſuſcitum, ſuſcire. idem quod ſcire, ſed antiquum eſt. Plaut. in Men. Quid negocij eſt ſuſciri?

Sūſcĭpĭo, pis.a.t. pen. cor. à ſuſum uel ſurſum, quaſi ſurſum capio, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. παραδέχομαι, ἀντιλαμβάνομαι, ἀναδέχομαι, ὑποδύομαι ut Suſcepi onus, ſuſcepi uoluptatem, id eſt accepi. Aliquando ſuſcipere. ἀναιρεῖσθαι παῖδας. eſt gignere. Plautus, Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos. Item excipere, & in uicem reſpondendi ſuccedere. Verg.6. Aen. Suſcipit Anchiſes, atq́ ordine ſingula pandit. Vnde ſuſceptio, uerbale, ipſe ſuſcipiendi actus: ut, Suſceptio cauſæ, Cice. pro Muræna.

Sūſcĭtābŭlŭm, li.n.ſ. incitamentum dicitur. ὑπέκκαυμα, ἐμπύρευμα, ὁρμητήριον. Var. Symphonia uocis ſuſcitabulum.

Sūſcĭto,tas.a.p. pen cor. excito, incito. ἀνάπτω.

Sūſcūdēs, & ſubſcudes, ſunt lignea retinacula, quæ etiā ſecuriclæ à forma dicuntur, quaſi ſecuriculæ, quibus duo tigna tenaciſsimè inter

ſe ui-

ſe uiciũtur. Bud. Malim Subſcudes, ut ſuprà.

Sūſpēcto. ctas. a. p. modò ſurſum ſpecto. ὑποβλέπω, ἀναβλέπω. Martianus, Oculiſq; ſuſpectans ſydera. Modò deorſum ſpecto, & ſic à ſub componitur.

Sūſpēndĭōſūs, a. um. qui laqueo nexili ſtrangulatus eſt. ἀνεσταυρωμένος.

Sūſpēndĭŭm, dij. n. ſ. pro ſuſpēſione. ἀνασταύρωσις.

Sūſpēndo, ſurſum pendo, altè ligo. ἀναρτῶ, ἀνάπτω, ἀνατίθημι. ſubleuo, ſuſtollo. Apuleius, Quum deberet manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, nullum mihi ferebat auxilium. Quādoq; pendendo interimere. κρεμάω. Quādoq; anxiū eſſe. Verg. Suſpēſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Et quoniam dum anxij ſumus, etiam dubij efficimur, ſuſpenſum modò pro dubio ponitur. ἀπηρτημένος. modò pro placido ac ſilenti. Terent. in Phor. Suſpenſo gradu. ἀκροποδητὶ. placidè ire perrexi. Suſpendere rem aliquam, differre, prorogare. Liu. 9. bel. Maced.

Sūſpĭcio, cis. a. t. pen. cor. ſurſum aſpicio. ἀναβλέπω, ὑποβλέπω. Verg. Et mœnia ſuſpicit urbis. Interdum ueneror. ἀποβλέπω. Cic. 2. Offi. Itaq; eos uiros ſuſpiciunt, maximiſq; efferunt laudibus. Item ſuſpectum habere. ὑποπτεύειν. Sall. in Iug. Per idem tempus Bomilcar ſuſpectus regi, & ipſe eū ſuſpiciens, nouas res cupere, ac perniciē eius dolo quærere. Unde ſuſpecto, freq. & uerbale ſuſpectio, idem quod ſuſpicio.

Sūſpĭcĭo, onis. f. t. uerb. ipſe ſuſpicandi actus. ὑποψία. Si uerò cum uenio iungatur, paſsiuè accipitur, ut Veni in ſuſpicionem, id eſt factus ſum ſuſpectus.

Sūſpĭcĭōſūs, a. um. qui ſuſpicionem habet. Accipitur etiam quandoq; pro eo qui ſuſpectus eſt.

Sūſpĭcŏr, caris. d. p. à ſuſpicio, puto, exiſtimo, notæ ſignificationis, dictū quòd cū timore quodam ea uidemur aſpicere, de quib. dubitamus.

Sūſpīrĭōſī, orum. m. ſ. adiect. qui ſpirandi difficultatem patiuntur, uel quibus uitioſa eſt reſpiratio, quos Græci ἀσθματικοὺς uocant.

Sūſpīrĭŭm, rij. n. ſ. ipſa ſuſpiratio, hoc eſt ab imo pectore ſpiratio, ἆσθμα, στεναγμός. Aliquādo ipſa ſpirandi difficultas. eſt enim morbus qui ex pulmone fit, qui & ſuſpiratus dicitur. Ouid. Et ſuſpiratibus hauſtis.

Sūſpīro, ras. pen. pro. ſignificat ſpiritum ab imo pectore traho, quod ſolicitudinis aut doloris argumentū eſt. στένω, στενάζω. Nā ex ſus & ſpiro cōponitur. Per tranſlat. eſt deſyderare, & modò datiuo, modò accuſatiuo iūgitur. Iuue. Suſpirant longo non uiſam tempore matrem.

Suſq; deq; fero (ἀδιαφορῶ) quod & Suſq; deq; habeo dicimus, ſignificat æquo animo ſum, & quod accidit, non magnifacio. Interdum negligo atq; contemno, hoc eſt ſurſum an deorſum feratur res, parui facio.

Sūſtēntācŭlŭm dicitur, quod aliquid ſuſtinet.

Sūſtēnto, tas. a. p. frequent. ſæpe aut continuè ſuſtineo, manu teneo, nutrico, alo, reficio. ἀνέχω. Teren. Adel. Solus omnem familiā ſuſtentat. Suſtentatū eſt imperſonale. Cæſar 2. bel. Gal.

Sūſtĭnĕo, nes. a. ſ. pen. cor. à ſurſum teneo, ſignificat patior. ὑποφέρω, ὑπομένω, τλημῶ, ὑφίσταμαι. Aliquando alo, reficio. ἀνατρέφω. Liu. Milites fluuiatili piſce & herbis ſuſtinebantur. Aliquando cohibeo, retineo, ut Aſſenſum ſuſtinere, id eſt nondum fidem accommodare.

Sūſtōllo, lis. a. inconſeq. (ἀναιροῦμαι) ex ſurſum & tollo. ſuſtuli, ſublatum, apud ueteres in uſu fuit, & ſignificat ſuſcipio. Nam quemadmodum de matre dicitur, peperit filiū, ita de patre, ſuſtulit filium. Aliquando ſuſtuli, capitur pro educaui. Verg. 9. Mæonio regi, quē ſerua Licinia furtim Suſtulerat. Aliquando ſurſum tuli. ἀνήνεγκα. Idem, Suſtulit exutas uinclis ad ſydera palmas. Aliquādo abſtuli. ἀπῆρα. ut Iubet & ſublata reponi. Significat etiā è medio aufero, eneco. Tranquillus in Nerone, Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrē. In priore pro enecauit, in poſteriore pro portauit ſumitur. Sublatus particip. Hinc ſublatè aduerb.

Suſum, pro ſurſum apud Antiquos.

Sŭsūrrātĭo, onis. f. t. Cic.

Sŭsūrro, ras. n. p. furtim & ſummiſſa uoce loquor. Hinc inſurro, & conſuſurro.

Sŭsūrro, onis. m. t. ψίθυρος. qui ſuſurrat, qui occultè maledicendo odium in aliquem aut diſſenſionem molitur. uerbum factitium.

Sŭsūrrŭs, & ſŭſūrrĭŭm, rij. m. ſ. paruum & ſummiſſum murmur. ψιθυρισμός. Suſurrus quoq;, ſeu ſuſurramen, incantamentum, quod uoce ſummiſſa (ne prophani percipiant) fieri ſolet.

Sūtātēs, um. m. t. dicuntur, qui quaſi continuè ſuentes uel ſtantes in ſutrina. Plaut. in Aulul. Sedentarij, ſutates, diabatrarij.

Sūtēlā,æ.f.p.doloſa aſtutia. κακοῤῥαφία. à ſimilitudine ſuentium dicta, ut ait Feſtus.

Sūtērnă, ipſa ſutura, ſiue opus ſutorium. ῥαφή.

Sūtīlĭs, & hoc le.pen.cor.quod ſutū eſt. ῥαπτόν.

Sūtōrēs,rum.m.t.qui calceos ſuunt. ῥάπται.

Sūtōrĭūm atramentū, (χάλκανθος) appellatur tinctura, qua ſutores pelles & calceos tingunt.

Sūtōrĭŭs, a. um. (ῥαπτικὸς) quod ad ſutorem pertinet, ut Ars ſutoria, inſtrumentū ſutoriū.

Sūtrīnă, æ.f. p.(ῥαφεῖον) locus ubi calcei ſuuntur, à quo ſutor dicitur.

Sŭŭs, ſui iuris. Cic.4.de Fin.

S ANTE Y.

SYagrōs, (σύαγρος) Latinè aper dicitur. Nam quod apud Græcos σῦς, apud nos ſus, & ἄγριος ferus dicitur.

Sȳcŏmōrŭs,ri.f.ſ.(συκόμωρος)pen.pro.ficus fatua grandior. σῦκον ficus, μωρὸς fatuus, quæ & mariſca dicitur. Dioſcorides ſcribit Sycomorum eſſe arborem magnam, ſimilem arbori ficuum, habentem lactis multitudinem, cuius fructus non egreditur ex ſummitatibus ramorum ſicut ficus, ſed ex ramis ipſis. Et eſt dulcis, ſimilis fructui ficus agreſtis. Grana eius ſunt minora quàm grana ficus, & nō maturantur, niſi radantur inſtrumento ferreo. Et naſcitur multum apud Rhodum, & in locis ubi abundat frumentum. Celſus moroſycon (inuerſis literis) uocat arborem, quaſi fatuam, hoc eſt non fructiferam ficum. Vide Sicimina.

Sȳcŏphāntă, tæ. com. p. (συκοφάντης) ad uerbum dicitur ficorum comeſtor, ἀπὸ τοῦ φάγειν τὰ σῦκα. hoc eſt à ficis edendis. Ponitur & pro calumniatore.

Sȳcŏphāntĭă,æ.f.p. (συκοφαντία) mendacium, calumnia, atq; fallacia. Plaut.

Sȳcŏphāntŏr, aris.d.t. & ſycophantiſſo.as.are. ſycophantias ſtruere. Sycophantioſè, aduerbium antiquum, pro doloſè.

Sȳcōsĭs, is.f. t. (σύκωσις) morbus, quem nos ficum, ſiue mariſcam appellamus.

Sy̆llăbă,æ.f.p. (συλλαβὴ) eſt comprehenſio literarum, uel unius uocalis enunciatio temporum capax. Quia omnis ſyllaba aut breuis eſt, & unum tempus recipit, quod atomū metrici uocāt, ut pater. Aut longa, & duo recipit tempora, ut mater. nam mā longitudine ſui, tantum temporis bis occupat, quantū occupat pa ſemel, cum acutè dicitur pater. dicta aūt ſyllaba à σὺν ſimul, & λαμβάνω capio. propriè enim illa eſt ſyllaba, quæ ex pluribus conſtat, ut ſtirps. Quæ aūt de una a uocali perficitur, abuſiuè ſyllaba uocatur, & monogramma appellatur. Aliæ dicūtur digrammæ, ut ne, uſq; ad hexagrammă, ut ſtirps. Accidunt ſyllabæ quatuor, tenor, ſpiritus, tempus, & numerus literarum. Tenores tres ſunt, acutus, grauis, & circumflexus. Spiritus duo, aſper & lenis. Tempora tria, breue, longum, & commune. Numerus, quia conſtare poteſt ex ſex literis.

Sy̆llăbātĭm, aduer. ſignificat per ſyllabas.

Sy̆llătūrĭo, it.ire, n.q. uide Sullaturio.

Sy̆llēpsĭs, is.f.t.(σύλληψις) dici poteſt conceptio, ab σὺν con, λῆψις acceptio. Quæ fit cum pluralis dictio ſingulari uerbo copulatur. Verg. Socijs & rege recepto. Aut ſingularis plurali uerbo cōnectitur: ut, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. Aut cum pro multis unus ponitur: ut, Armato milite complent. Item pro uno multi: ut, Vos ô Calliope precor, aſpirate canenti. rectius enim dixiſſet, O uos Muſæ.

Sy̆llŏgĭſmŭs, mi. m. ſ. (συλλογισμὸς) computatio, penſatio, ab σὺν, & λέγομαι, quod eſt computo, concludo. Vel ab λογίζομαι, ratiocinor. Rationatiuū, uel collectiuum uertit Quintil.

Sy̆luă,æ.f. p. nomen generale eſt non ſolum arborum, ſed etiam herbarū. δρυμὸς, ὕλη. Verg. 1. Georg. Subit aſpera ſylua. Propriè tamen arborum, & quæ cædua eſt, hoc eſt quæ habetur in eum uſum, ut ex ea materia cædatur. Quòd ſi ſucciſa ſit, nihilominus dicitur ſylua, quoniā rurſus ex ſtirpibus, aut radicibus renaſcitur. Dicta ſylua, ab eo quod Græcis ὕλη, id eſt materia dicitur. Et ut illi hylen pro materia, ſic noſtri ſyluā poſuerūt. Et eſt aut glandifera, cuius arbores non cæduntur, ſed ad eſcam quadrupedibus præbendam ſeruantur. Aut cædua, quòd in ea arbores, cum ad iuſtam proceritatem creuerunt, cæduntur, ut uel ædificationibus, uel alijs uſibus materiam præbeant. Lucus non eſt cæduus, ſed manu conſitus, religioſusq; Deo, uel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrum Dei, uel ſepulchri. Saltus, eſt ſylua inuia, ubi paſci,

& æſtiuare uel hyemare pecudes ſolent. Nemora, uoluptatis cauſa comparata, & plena amœnitatis. Quandoq; ſylua dicitur, quod ex tempore ſcribitur uelociſsimè, eſtq; uelut prima materia, quales ſunt Papinij Syluæ. Syluam etiam poëtæ nominant elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. Hinc ſyluula, & ſyluecula. ὑλάριον. diminutiua. & ſyluicola compoſitum.

Sȳluātĭcŭs, ca. cum. quod eſt ſyluæ, ſeu quod ad ſyluam pertinet. ὑλικός. Per tranſlationem ſyluaticum dici poteſt incultum moribus.

Sȳluēſcĕrĕ, eſt in ſyluam redigi, ſeu ſylueſtrem, aut infructuoſas arbores, ſarmentaúe fieri. ὑλομανεῖν. Colum. lib. 5. Nec pati uitem ſuper uacuis frondibus luxuriantem ſylueſcere.

Sȳluēſtĕr, ſtris. ſtre. uel hic & hæc ſylueſtris, & hoc ſylueſtre. quod eſt ſyluæ. uel quod eſt in ſylua. ἄγριος.

Sȳluiſrăgŭs, a. um. adiect. ſyluas frangens, qualis eſt uentus à quo arbores in ſyluis & franguntur, & eruuntur. Lucret. lib. 1.

Sȳluĭgĕr, a. um. ut Syluigeri montes.

Sȳluōſŭs, ubi multæ ſyluæ, ſiue arbores ſunt.

Sȳluĭŭs, nomen eſt eius, qui in ſylua natus eſt.

Sȳmbāllōtă, (συμβαλλωτὰ) ſunt coacti per ſe uel leris implexu, potius quàm textu condita. ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

Sȳmbŏlē, es. f. t. (συμβολὴ) Latinè commiſſura.

Sȳmbŏlŭm, li. n. ſ. (σύμβολον) pen. cor. & indicium dici poteſt, & collatio, ab συμβάλλω confero. hoc eſt quod plures conferunt in unũ, ita ut cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Ter. in And. Symbolum dedit. Dicitur etiam Symbolum ſignum bellicum, quod à Latinis teſſera dicitur, quo ſocij ab hoſtibus & exploratoribus dignoſcuntur: ut, in Marij exercitu Lar dens, in caſtris Syllæ, Apollo Delphicus: inter Cæſarianos, Venus genetrix. Ab huius ſimilitudine Symbolum apoſtolorum dictum eſt quoddam quaſi totius noſtræ fidei breuiarium, quo ueluti quadã teſſera, ſpeudapoſtoli à ueris diſcernerentur. Iul. Pollux dicit, ſymbolum paruũ numiſma eſſe. Ariſtol. originem id eſt etymologiã uocabulorũ, ſymbolum appellat, per quã uis uerbi, uel nominis per interpretationem cognoſcitur. Dicitur & ſymbolus: Plau. in Bacc. Eo præſente homini extẽplo oſtendit ſymbolum, Quem tute dederas, ad eum ut ferret filio. Sȳmbŏlŭs, (σύμβολος) pe. cor. anulus dictus eſt, cũ ſit nota & ſignũ. Iuſtin. lib. 1. poſuit ſymbolos, pro literis.

Sȳmbūlŭs, li. m ſ. à Græcis dicitur homo prudẽs probusq; conſilio. σύμβουλος. cuius contrarium eſt ἄβουλος, hoc eſt conſilio carens, inconſultus.

Sȳmmăchĭă, auxilium, concertatio, ſocietas.

Sȳmmetrĭă, commenſuratio Latinis dicitur.

Sȳmmetrŏs, commenſuratiuus, moderatus.

Symmonianũ trifolium, uel (ut Ruellio placet) Symmoniacũ, herba de qua uide Col. 7. ca. 17.

Sȳmpăthĭă, (συμπάθεια) Latinè compaſsio dici poteſt. quare Antipathia.

Sȳmphōnēſĭs, (συμφώνησις) paſsio, quæ metris accidit, cum duæ ſcilicet ſyllabæ ſcandendo, in unam coëunt. Hoc autem fit, cum in diuerſis dictionibus, una parte orationis uocali uel m litera terminata, ſequens item à uocali incipit: ut, Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Fit etiam ſymphoneſis in eadem dictione quatuor modis. Vel cũ duæ ſyllabæ longæ pro una longa ponuntur: ut, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei. Vel cum duæ breues pro una breui: ut, Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Vel cum longa & breuis pro una longa: ut, Fixerat aëripedem ceruam. Vel cum breuis & longa pro una longa: ut, Dependent lychni laquearibus aureis. hæc etiam ſynalœphe dicitur.

Sȳmphōnĭă, æ. f. p. (συμφωνία) pen. cor. ἀπὸ τοῦ σὺν καὶ φωνέω. Latinè conſonantia, & muſicus concentus.

Sȳmphōnĭăcī. m. ſ. (συμφωνιακοὶ) pueri à Cic. dicti ſunt, qui ad modulationes muſicas, concentusq; conficiendos comparantur. Item ſerui dicebantur, per quos remigibus cani celeuma ſolebat.

Sȳmphōnŭm, (σύμφωνον) conſonans, pactum.

Sȳmpĭnĭŭm, nij. n. ſ. (συμπίνιον) uas uinarium non diſsimile cyatho, quo in ſacrificijs utebantur. Ex σὺν, quod eſt con, & πίνω bibo. Varr. Vt uinum minutatim funderetur à guttis, guttum appellarunt, quod ſummebat minutatim, à ſumendo ſympinium appellarunt.

Sȳmplătŏr, toris. m. t. amicus ſponſi, qui cum eo per conuiuia ambulat.

Sȳmplēgă,(σύμπλεγα)uidetur eſſe opus,in quo luctātes,& omnino concertatores ſpectātur.

Sȳmplēgăs,gadis.fœ.gen.t.complexio.

Sȳmplēgmă,matis.n.t.σύμπλεγμα.Latinè complexus,concu:ſus dicitur.Mart.lib.11.

Sȳmpŏsiŭm,ſij.n.ſ.συμπόσιον.compotatio,conuiuiū.Vnde ſympoſiarchen,& archipoſian, conuiuij præpoſitum ſeu præfectum dicimus.

Sȳmpſālmă,tis.n.t.σύμψαλμα.dicitur uocum in cantando copulatio.Diapſalma,diſiunctio earum, ubi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.Pſalma,quod ſpallitur.

Sȳmmȳſtă,ſtæ.m.p.συμμύστης.ſecretarius,ſeu ſecretorum conſcius.

Sȳnærēſis,ſis.f.t.συναίρεσις.contrectatio, figura qua plura per unū coniunguntur. Ex σὺν, & αἵρεσις diuiſio, quaſi diuiſorū coniunctio, ut bigæ pro bijugæ.

Sȳnăgōgă,gæ.f.p.συναγωγή.coadunatio,cōgregatio,uel contractio.Ex σὺν ſimul,ἀγωγὴ ductio,& pro re,& pro loco capitur.

Sȳnălœphē.συναλοιφή.dici poteſt compreſſio.cæſura eſt, cum de fine dictionis uocalis abijcitur,ſequente dictione incipiente à uocali.Ex σὺν,& ἀλοιφὴ preſſio.

Sȳnănchē,ches.f.t.angina, ſpiritum ſuffocans.

Sȳnathrœſmŭs, mi.m.ſ. συναθροισμὸς. figura, quæ & ſingulis uerbis,& plurium uerborum coniunctione fieri poteſt.

Sȳncătēgŏrēmă. συγκατηγόρημα. cōſignificans.

Sȳncătēgŏrēmătĭcă,conſignificatiua.

Sȳncĕraſtŭs,ſti.m.ſ. συγκεραστὸς. antiquū uocabulum Græcū, quo ſignificatur medulla, hoc eſt medulloſus.A quo fit ecſynceraſtus, id eſt ſine ſynceraſto. Plautus in Pœn.

Sȳncērŭs,a.um.propriè dicitur, quod eſt integrū.ἀνυπόκριτος,ἀκήρατος.A carie deducitur, quaſi ſine carie, id eſt corruptione. Vnde & pro puro, incorrupto, & immaculato ponitur.Huic cōtrariū eſt inſyncerus,pro uitiato & corrupto.Ver.Inſyncerus apesq́; tulit cru(or.

Sȳncērĭtās, atis.f.t.puritas,integritas.

Syncerè,aduerbium,& Synceriter,idem.

Sȳnchrŏnŏs.σύγχρονος.contemporaneus.

Sȳnchȳſis.σύγχυσις. confuſio. eſt enim (ut ſcribit Donat.hyperbaton undique confuſum,χύσις enim fuſio dicitur,συγχέω,confundo.

Sȳncĭpŭt,pitis. n.t.quaſi ſemicaput(ut inquit Phocas)ſignificatq́; partem porcini capitis cōditam,& ad edendum paratam. Βρέγμα. Eſt & ſynciput,anterior pars capitis,aures temporaq́; complectens,& dicitur etiam de ho(mine.

Sȳncŏpă,pæ.f.p.συγκοπὴ.conciſio.à κόπτω incido, figura, cum litera uel ſyllaba è medio dictionis excinditur.

Sȳndĭcŭs,ci.m.ſ.σύνδικος.aduocatus,qui ut patronus in communem cauſam defendendam mittitur.

Sȳnēcdŏchē,es.f.t.συνεκδοχὴ.cōceptio dicitur. cum à parte totū, uel à toto pars intelligitur.

Sȳnedrŭs,dri.m.ſ. Latinis conſeſſor, aſſeſſor, & cōnſiliarius dicitur.

Sȳnēphēbī,(συνέφηβοι)pen.pro. dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcentes .Cic.in Tuſc.

Sȳnēphītēs,gemma eſt, quæ leucongra dicitur.

Sȳngrăphă, phæ. f.p.συγγραφὴ. ſyngraphus,& ſyngraphum, ſcriptura ſiue ſchedula quæ fit propria manu eorum, qui paciſcuntur in alicuius rei fidem.Dictæ ſyngraphæ. ἀπὸ τοῦ σὺν ſimul,& γράφω ſcribo.

Sȳnŏchitīdēs,gemma.Plin.lib.37.cap.11.

Sȳnōdĭă,orum.n.ſ.concentus,ex σὺν, & ᾠδὴ.

Sȳnŏdĭcŭs,a.um.quod ad ſynodum pertinet.

Sȳnŏdōntĭdēs.συνοδοντίδες.gemma ex cerebro piſcis,qui ſynodontes appellatur.

Sȳnŏdŭs,di.f.ſ.σύνοδος.penult.corr. ex σὺν,& ὁδὸς uia,quaſi conuentus ſit,uel cœtus.

Sȳnŏdŭs,dontis.m.t.συνόδους.piſcis genus putatur.Plin.lib.37.cap.10.

Sȳnōnȳmă,n.ſ.συνώνυμα.dicuntur,quæ ſub diuerſis uocibus idem ſignificant, ut enſis,mucro,gladius. Eſt & ſynonyma,figura quæ cōmunio nominis interpretatur : ut, Proſtrauit,afflixit,perculit.

Sȳntāgmă,atis.n.t.σύνταγμα.tractatus, ordinatio,rerum conſtitutio,documentum.

Sȳntāxĭs,is.f.t.σύνταξις.dici poteſt conſtructio & ſeries.τάξις enim ſeries et ordo dicitur.

Sȳntēxĭs,f.t. σύντηξις Latinè defectio dicitur. Inde ſyntectici.συντηκτικοί.dicti ſunt.

Sȳntērēſĭs,is.f.t.συντήρησις.pen.pro.dici poteſt attentio ſeu conſeruatio. Nam à συντηρέω, quod eſt conſeruo deriuatur. Et ea pars animæ eſt,quæ uitijs aduerſatur, & ſeſe ſemper immaculatam cupit à peccato ſeruare.

Sȳnthēmă,matis.n.t.compoſitum,conſtitutum, & ſi-

& ſignum quod datur militibus.

Sy̆nthĕſĭs,is.f.t.σύνθεσις.pen.cor. Latinè compoſitio dicitur:figura, cum ſingulare nomen multitudinem ſignificãs, uerbo pluralis numeri iungitur, ut Pars in fruſta ſecant. Eſt etiam ſyntheſis,genus ueſtis breuis, & negocijs apta. Hinc ſyntheſiatus, qui ſyntheſi indutus eſt. Syntheſis pro tota ueſte in ueſtiario compoſita. Scæuola in l. Titia. de auro & argen leg. Item eſt genus uaſis fictilis ex diuerſis uaſis compoſiti. Præterea ſyntheſis generali uocabulo Græco, compoſitio dicitur. Inde aſyntheta cryſtalla Plini. uocat, quæ ſunt pura, & ſine uitio.

Sy̆phărĭŭm,rij.n.ſ. uelum fuit (inquit Probus) ſub quo latebant paradoxi cum in ſcenã prodibant, aut hoſtium mimi. Alij dicunt eſſe omne, quod ante cantantem mimum præuium ſuſpenditur. Vide Siparium, & Supparium.

Sy̆rĭăcŏn,(συριακὸν)raphani ſpecies, rapi ferè figura, ſuauiſſima & tenerrima. à cuius ſimilitudine pyra Syriaca dicuntur, quæ coroëla dicuntur.

Sy̆rĭcŭm,ci.n.ſ. συρικὸν. color fictitius ex ſinope & ſandyce mixtis, quo minium adulteratur.

Scyricũ uerò, ſcilaceus ſiue cæruleus color eſt.

Sy̆rĭcŭs,a.um.poſſeſſ.ut Syrica mala.

Sy̆ringītēs, (συριγγίτης. gemma quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt, ac perpetua fiſtula cauatur. Plin. lib.37.cap.19.

Sy̆rĭnx,gis. σύριγξ. & Syringa. gæ. à noſtris fiſtula transfertur, inſtrumentum muſicum, quo ore modulamur.

Sy̆rmă,atis.n.t.& Syrma.mæ. σύρμα.genus ueſtis tragicorum, uel cauda, ſiue tractus ueſtis fœminarum. Sumitur interdum pro lõga tragicæ orationis ſerie, tenorem ſuum uſq; in ultimum protrahente, ab σύρω, traho.

Sy̆rŭpŭs,pi.m.ſ. σύριον. ſuccus qui trahit. ab σύρω, traho.

Sy̆rŭs,ri.m.ſ. uel Sirus per i, de quo diximus, foſſa, ubi reconditur frumentum.

Sy̆ſtŏlē,es.f.p.συστολή. dici poteſt correptio:figura eſt cum longa ſyllaba contra eius naturam corripitur.

Sy̆zy̆gĭæ,arum.f. p. συζυγίαι. nerui ſunt à cerebro ad oculos.

DE LITERA T.

T LITERA muta eſt, & apud uetuſtiſſimos in aliquibus dictionib. ſcribebatur, in quibus nunc ſ ſcribimus. Nam pultare Antiqui dicebant, nos pulſare dicimus.

T ANTE A.

TĂbănŭs,ni.m.ſ. ὁ μύωψ. Ariſtot. animal paruum uolatile, alio nomine aſilus. Plinius lib.11.cap.28.

Tābefăcio,cis.a.t.corrũpo,& in tabem uerto.

Tăbĕllārĭŭs,rij.m.ſ. qui literas defert.

Tăbēllārĭŭs,adiect.ut tabellaria, quæ in tabulis à iudicibus ſcripta relinquebantur.

Tăbēlliōnēs, m. t. qui & libelliones appellati ſunt, dicuntur qui tabulas, hoc eſt teſtamẽta & publicas ſcripturas conficiunt. καὶ οἷς κᾶν τα συνθῆκαι, γραμματεῖς.

Tăbērnă,æ.f.σκηνὴ,καπηλεῖον. quaſi trabea dicitur, à ualidioribus trabibus (ut inquit Donatus) quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa. Et accipitur pro omni ædificio, quod eſt utile ad habitandum: ex eo, quòd taberna tabulis claudebatur, ſiue cooperiebatur. Hinc contubernium, & contubernalis. Et taberna dicitur, ubi opera ipſa cæteræq; merces uenditantur: officina, ubi fiunt opera. Nonius ſcribit, tabernas non tantum uinarias eſſe, ſed & omnes quæ ſunt popularis uſus.

Tăbērnācŭlŭm,li.n.ſ.σκήνωμα. tectum caſtrenſe, quòd ueluti taberna quædã ſit. & (ut Hierony. inquit) ſemperq; mutatur tabernaculũ, & huc illucq; transfertur.

Tăbērnārĭŭs,a.um. adiect. ut comœdiæ tabernariæ. uide in dictione Togatæ.

Tăbērnārĭŭs,rij m.ſ.qui in taberna uenditat. κάπηλος Eſt & tabernarius, qui uinum uenditat

Tābēs,is.f.t. μαρασμὸς. corruptio, pro morbo à quo tabidus, & tabidum corpus dicitur. Interdum aliquid cruentum ſignificat, quòd propriè tabum nominant, eſtq; ſanies & ſanguis corruptus. λυθρός. Dicit Seruius, tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tantum, ut ſponte. Quod ſi uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dices.

Tābēſco,is.bui.n.t. ſignificat langueo, deficio, tabidus fio. μαραίνομαι. à tabeo. bes. Et proprię

prie in amore & mærore tabeſcere dicimur, quamuis & de alijs dici poſſit. Compoſita huius uerbi ſunt: Contabeſco. συντήκομαι. Diſtabeſco, uariè ſiue uehementer tabeſco, abſumor, corrumpor. διαφθείρομαι. Intabeſco, ualde tabeſco. προστήκομαι. Extabeſco, ἐκτήκομαι.

Tābĭdŭs, a. um. corruptus, qui tabem patitur. ἀπολωλεκώς. item languidus, fragilis.

Tābĭfĭcŭs, a. um. qui tabem inducit. φθισικός. Vnde à Cic. ægritudo & metus, tabificæ perturbationes dicuntur. Tabificale dicitur Veterib.

Tābĭtūdo, inis. f. t. idem quod tabes, Plin.

Tablīnŭm, ni. n. ſ. locus hybernæ ſtationis, atrio proximus, quòd ferè ex tabulis cõſtaret. γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον. Et uidetur eſſe, quod Græci πινακοθήκην dicunt, quamuis in pinacothecis tabulæ pictæ in tablino rerũ in magiſtratu geſtarũ monumenta cõtinebantur

Tăbŭlă, læ. f. p. πίναξ. notæ ſignificationis. A quo per diminutionem fit tabella. πινάκιον, πυξίον. Sunt autem tabulæ, ſiue tabellæ. γράμματα, τὸ γραμματεῖον. teſtamẽta, uel publicæ ſcriptura ex quacunq; materia, quòd initio ceratis tabulis ſcribi conſueuerant. Et tabula dicebatur, in quam mittebant teſſeras, quæ luſoria, & quandoq; latruncularia, & pyrgus, ſiue alueus alueolus úe dicebatur. Tabulæ nouæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cum uſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ cõficiuntur, σεισάχθεια, χρεωκοπία, χρεῶν ἀποκοπαί. Tabulæ quoque ab antiquis in eum uſum cõficiebantur, ut quæ antea in anniuerſarijs tumultuariè, & nullo ordine perſcriberentur, in has ſingulis cautionibus, ſyngraphis, chirographisq; nominum factorum, & tota ratione accepti & expenſi rite atq; ordine relata, facilius de tota ratione domeſtica, conſtaret. Budæus & Doletus.

Tăbŭlāris, & hoc re. om. t. quod ad tabulas pertinet, & in tabularum ornatum accommoda(tur.

Tăbŭlāriă, Seruio authore, loca ſunt in quibus tabulæ, hoc eſt inſtrumenta, & literæ, et actus publici reponũtur. γραμματοφυλάκια.

Tăbŭlārĭŭs, rij. m. ſ. ratiocinator, ſupputator, qui in tabula nomina et rationes obſeruat. λογιστής, φυλακιστής.

Tăbŭlātă, n. ſ. quæ ſunt ex tabulis facta. σανιδώματα. ut tranſitus tabulatus, tabulis ubiq; interpoſitis confectus, Accipiuntur etiam pro parietibus ſiue ædificijs, lapidibus in tabularũ modum quadratis conſtructis. Rurſus tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora creſcentes.

Tăbŭlo, as. n. p. tabulis aliquid conſtruo. σανιδόω. Hinc tabulatio, tabularum coaſſatio & textura. σανίδωσις. ſicut aſſerum coaſſatio. Hinc & contabulo. Suet. Calig. Qui non ſine adiuratione Helleſpontum contabulauerint.

Tăcĕo, ces, tacui, tacitum. n. ſ. nihil loquor. σιγάω, σιωπάω. licet quandoq; etiam dicatur de ijs, quæ ſine uoce ſunt. Verg. Cum tacet omnis ager. Tacere enim pro quieſcere capitur. ἀτρεμεῖν. Vnde tacitum mare dicimus, cum placidum eſt, nullis fluctibus agitatũ. Quandoq; ſignificat ſecurum eſſe. ἀτρέμας ἔχειν. Teren. Adel. Tace, egomet conueniã Pamphilũ. Huius compoſita: Conticeo, obticeo, quod de ijs, quæ nos pudet loqui. κατασιγάω. Reticeo, perfectè taceo, ſiue à locutione me contineo. ἀποσιωπάω. Hinc reticentia. ἀποσιώπησις. Subticeo. Habentq; ti ſyllabam correptam.

Tăcĭtŭm mel, quod per ſe fluit, & eſt optimum.

Tăcĭtūrnŭs, a. um. qui natura facilè tacet. σιγηλός, σιωπηλός. Hinc taciturnitas. ἐχεμυθία. quæ eſt obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta. Huius diminutiuum eſt taciturnulus. Apul. Blanda mulier & taciturnula. Taciturniſſimum oſtium, apud Plaut. in Curculione.

Tăcĭtŭs, a. um. qui tacet, & qui ſcit tenere ſecreta. ἐχέμυθος. Actionem enim ſignificat, quandoque etiam paſſionem. σιωπώμενος.

Tăctĭcī, (τακτικοί) à Græcis dicuntur magiſtri & doctores armorum, ut eſt apud Veget.

Tāctio, onis. uerb. f. t. idem quod tactus.

Tāctŭs, a. um. participium à tango. ἁπτός. & aliquando ponitur pro afflato, & leuiter fulminato. Cicero: Tactus etiam ille qui hanc urbem condidit. Intactus, pro intemerato & nõ tacto ſumitur.

Tāctŭs, us. m. q. nomen, unus eſt ex quinq; corporis ſenſibus, qui & tactio dicitur. ἁφή.

Tædĕo, tedui, & tæſus ſum. n. ſ. ſed non eſt in uſu ſicut compoſitum Pertæſus. ἀπαγορεύω. quãmuis Seruius dicat eſſe participium ſine uerbo. Suetonius: Pertæſus ignauiam ſuam.

Fiq;

Fitq́ tædeo ab τλῶ, l litera in d conuerſa, ideò cum æ diphthōgo ſcribitur. Tædet imperſonale, facit præteritum tæduit & tæſum, uel magis pertæſum eſt. Conſtruitur cum infinitiuo, aut accuſatiuo à parte anteriori, & genitiuo à parte poſteriori.

Tædiūm, dij. n. ſ. angor mentis & animi, nō corporis ualetudo, inquit Seru. ἀδημονία.

Tǣdŭlŭs, li. m. ſ. pen. cor. dicitur faſtidioſus, ſenex, qui omnibus tædio eſt.

Tǣnĭă, f. p. ταινία. uittarū extremitates, ut quæ ab infulis pendent. Quandoque accipitur pro tota uitta. Verg. lib. 5. Puniceis ibant euncti tempora tænis. nam & tæna & tænia dicitur. Propriè tamen tænia eſt faſcia, unde & lapides ſub aquis can icantes in longum porrectos, tænias uocamus, à faſciarum ſimilitudine. Plin. Eſt & tænia piſculi genus apud Ariſtot. à gracilitate & longitudine dictū. Tæniola, diminu. pro faſciola.

Tăgāx. φύγιδιον. furunculus, à Tago.

Tăgo, gis. a. t. apud Veteres in uſu fuit pro tango, à quo etiam cōponitur attigo, pro attingo.

Tālārĭă, n. t. calceamenta alata Mercurij. πέδιλα. Talaria inducere, prouerbialis allegoria, pro eo quod eſt fugam adornare.

Tālāris, & hoc re. om. t. quod ad talos pertinet. ποδήρης. ut, Veſtis talaris, quæ ad talos uſque deſcendit.

Tālārĭŭs, ria. rium. quod pertinet ad talos. κυβευτικός. ut lex talaria aduerſus eos, qui talis luſitant. Talarij ludi, quibus uidentur uſi ſaltando.

Tālĕă, leæ. f. p. fruſtum ligni, præciſum ex utraque parte, ut in terra inſeratur, uulgò plantale. Et ſicut talea dicitur lignum, quod in terra ſeritur: ita quod inſeritur ramo, calamus, & teſſera ſeu teſſella, quòd inſtar teſſeræ ſit, uocatur. A quibuſdā etiā ponitur pro teſſera, hoc eſt ligno cōplanato, quo numeros notant ruſtici idiotæ. Vſqueadeò Latinū factū, ut taleare, pro incidere uſurpet ruſtica ſimplicitas. Hinc & talea numaria ſermone militari dicitur, quod genus cum edicto principis uel Reipublicæ conceditur, clarigatio dici poteſt. Taleari lignum dicitur, dum ſcinditur: intaleari, dum præſcindendo formatur, ait Varro.

Tālĕŏlă, le. f. p. dimin. Colum. lib. 3. ca. 17. Idq́ per gemmas quinas, partiri, complures taleolas terræ mandauerunt.

Tălēntŭm, ti. n. ſ. τάλαντον. multiplex antiquis fuit. Nam Atticum talentum (ut docet Plinius) ſexdecim ſeſtertia ualebat, hoc eſt pondo quadraginta. Alij autem ſexaginta libras ſeu minas ualuiſſe uolunt. hoc eſt ſex millia denariūm, uel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos ualent, hoc eſt ſexcentos. Talentum, ſexcenti aurei ſunt. Aegyptium, pondo octoginta. Africanis talentum omne, pondo ſexaginta tradit. Quia uerò libræ, hoc eſt pondo, apud alios maiores, apud alios minores ſunt, hinc efficitur, ut talenta quoque non idem ubique ualeant. Pondere quidem pari omnia, ſed ad numum collata differunt. Atticum Tyrio æquale, ſed plus quadruplo ualens quàm Ptolemaicum, ſeſquitertio quàm Syrium Antiochenumq́. Babylonicum talentum, duo millia & ſeptuaginta minas Atticas fuiſſe tradunt. Euboicum, quatuor millia denariorum ualebat. Rhodium, quingentorum denariorum. Neapolitanum, ſex denariūm. Syracuſanum, trium denariūm. Alij minimum libris quinquaginta, maius 72. maximum 120. faciunt. Athenæus talentum ſex millibus numūm Italicorum permutari tradit. Numum eſſe drachmam, hoc eſt denarium, centum drachmis, hoc eſt denarijs centum argenteis æquare librā, Plutar. in Pom. refert, minam uocans eam.

Tā ia, æ. f. p. folliculum cæparum. uide Thali.

Tālĭo, onis. f. t. uindicta, hoſtimentum. ἀμοιβή. Hinc Retaliare Gell. formauit, quod ſignificat talione hominem repercutere. ἀμείβεσθαι.

Tālĭpĕdo, as n. p. παραφέρομαι. pedibus uacillo, & quaſi ſupra talos inſiſto. Feſtus.

Tālis, & hoc le. om. t. notæ ſignificationis. Taliter, aduerbium. Cic. ad Attic. lib. 10. Etenim audieram nemini taliter licere.

Tālitrūm, tri. n. ſ. percuſſio, quæ ungue fronti puerorum infringitur.

Tālpă, pæ. d. p. animal captum oculis, muri ſimile. ἀσπάλαξ.

Tālŭs, li. m. ſ. duo ſignificat, ſcilicet partem pedis. ἀστράγαλος. id eſt os prope calcaneū quod extuberat. Eſt & talus oſsis genus in articulo pedis, uenere eminens concaua in uertebra:

bra: de quo in dictione Teſſara. Ariſtot. & Plinius negant in homine eſſe talos.

Tām, & Quàm, (τοῖσν, ὅσον) Priſciani ſententia aduerb. ſunt, & comparatiuo & ſuperlatiuo adijciuntur, cum duo uel plures comparatiui & ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, uel ijdem geminantur: ut, Tam iuſtior quàm felicior Aeneas Hectore. Iungitur & poſitiuo: ut, Tam bonus Vergil. quàm bonus Homerus. Et apud Veteres tam, pro tamē, & pro modo ponebatur. Componitur tam, cum & ſi, & ſignificat quamuis.

Tămă, f. p. dicitur (inquit Feſt.) cum labore uiæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit.

Tămărică, f. p. pen. pro. genus fruticis bis in anno florentis, à Græcis μυρίκη dicitur: unde et ericeum mel celebratur. Videtur etiam recte dici tamarix, & tamaricum. μυρίκη etiam legitur. Hanc quidam eandem eſſe quam myricam exiſtimant. Plin. lib. 15. cap. 9.

Tămĕn, aduerb. ſignificat nihilominus. ὅμως, μέντοι. Quæ ubi præcedit quanquàm, quamuis, & alia huiuſmodi, dat principium conſtructionis, ipſa dictione tamen excuſſa. Aliquando inceptiua eſt. Cicer. Pæto. Tamen à malitia non recedis. Ponitur & pro ſtatim. Vergil. Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem. Aliquando pro duntaxat. Teren. Hecy. Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam. Hinc componuntur Attamen & uerum tamen, eiuſdem ferè ſignificationis.

Tămĕtſī κἄν. coniunctiua particula, in principijs orationum poſita, indicatiuo gaudet. Secundo autem loco etiā ſubiunctiuo. Tametſi, pro tamen. Terent. in And. Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc uerum eſt.

Tămĭno, nas. a. p. pen. cor. corrumpo, licet non ſit in uſu. Cuius compoſita ſunt, attamino, cōtamino, & intamino. Vnde & intaminatus.

Tăndĕm, ſignificat poſtremum. ποτὲ, τὸ τελευταῖον. Per interrogationem habet urgens quiddam & accelerans. Cic. Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? Aliquando eſt coniunctio expletiua, & ponitur pro Aliquando. Teren. Ita'ne tandem ſororem duxit? Nonnunquam pro uix. Cic. Tandem aliquando Quirites. Item pro ſaltem. Teren. in Eun. Perfice hoc Precibus aut precio, ut hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. Item pro tamen. Cice. In qua ciuitate tandem arbitrare te uiuere? Tandem tandem, reticentia quædam cum abrupto ſermone, nonnihil ornatus habens.

Tăndiū, aduerb. tanto tempore. ἐπὶ τοσοῦτον.

Tăngo, is. tetigi, tactū, a. t. propriè eſt manu apprehendo, tracto, aut alia parte corporis premo. ἅπτομαι, καθάπτομαι, ψαύω. Transfertur tamen ad alias multas res incorporeas, ut cū pro leuè aut tranſcurſu de aliqua re mentionem facere ponitur. Cic. Acad. 1. Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit? Item pro mouere ſiue perturbare, ſolicitum habere. Cice. Att. 1. Minæ quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Item pro contiguum eſſe, uel attingere. Cæſar, Rhenum, ut ſupra demonſtrauimus, tangit. Poſtremo pro uenire. Cicer. Fam. 8. Neque prius deſinam formidare, quàm tetigiſſe te Italiam audiero. Compoſita à Tango ſunt, Attingo, contingo, obtingo. συνάπτομαι. Pertingo quod eſt perfecte tango. παρίκω. quod & pro cōſequor plerunque poni ſolet.

Tanos, gemma inter ſmaragdos nigra, & uiridis & intus ſordida. Plin lib. 37. ca. 5.

Tănquām. ὡσανεὶ. aduerb. eſt ſimilitudinis, uerbis ſubiunctiuis iungitur. Tanquam cum ſi, pro quemadmodum. Cic. ad Caſsium. lib. 12.

Tăntī. τοσούτου. & Quanti. ὅσου. cum eorum compoſitis, tantidem, quantilibet, quanticunque, ſimiliter, totidem, pluris, pluris, minoris: iunguntur uerbis precium ſignificantibus, qualia ſunt emo, uendo, mercor.

Tăntiſpĕr, (ἄχρις, ἕως. aduerb. ſignificat tandiu, poſtulatque poſt ſe, dum, donec, ſiue quandiu, uel quoad. Sic cætera à Per, compoſita temporis breuitatem, ſignificāt: ut, quantiſper, parumper, pauliſper, aliquantiſper. Ponitur etiam tantiſper, ſine dum, & ſignificat tantummodo, ſiue interea. ἐν τούτῳ. Cicer. 5. Tuſcu. Sed uidero, qui efficiat, tantiſper hoc ipſum magni æſtimo, quod pollicetur.

Tăntŏpĕrĕ, aduerb. & Tanto opere. τηλικοῦτον. ſignificat tantum tam uehementer.

Tăntŭm. μόνον. aduerb. ſignificat ſolum, quod & tantummodo dicitur: et iungitur poſitiuo. Aliquando ſignificat uſque adeò. τοσοῦτον. Item ad numerum relatum. Plau. in Bacc. Vi coactus

ctus reddidit Ducentos & mille philippûm. N.tantum debuit.

Tantum non. ὅσον οὐκ, μόνον οὐ. id eſt fermè rei non planè peractæ, aduerbium.

Tantum abeſt, ſignificat non ſolum non eſt. τοῦ τε δεῖται.)

Tăntūm nūm, id eſt etiam. Plin. Epiſt. 217.

Tăntūmmŏdŏ, aduerb. idem quod tantum.

Tăntūndĕm, n.ſ. τοῖον. quaſi tantum idem ſignificat æquè tantum: uulgò alterum tantū. Hoc nomen nō habet caſum niſi genitiuū tantidem, quod ſignificat pro tāto precio ſolum.

Tāntŭs, a. um. à tam deduci uidetur, quantitatemq́ſ ſignificat, quaſi tam multus, uel tam magnus, (τοῖτος, τηλικῦτος.) Et modo demonſtratiuum eſt. Verg. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Modò relatiuum. Plautus: Et tantum quantum potui, præſtiti tibi. Tantò, aduerb. & quantò: ut, Tantò magis, tanto peior. Tantò minoris. Huius diminut. eſt Tantulus, (τηλικόσδε γε)pro tam paruus. A quo tantillus. τυτθοί. Ab eo & tantulum, tantillum, aduerb.

Tāōs, gemma pauoni ſimilis.

Tāpētūm, ti. n.ſ. Tapes. is. & Tapete, petis. pen. prod. tegmen mirè pictum uarijs coloribus, quo equi, menſæ, ſeu pauimenta ſternuntur.

Tăpīnōſĭs, pen. pro. Latinè humiliatio dicitur. Eſt enim rei magnæ humilis expoſitio.

Tarantula, læ. f.p. φάλαγξ. uide Stellio.

Tărătāntără, uox tubæ ab Ennio ficta.

Tărdĭgrădŭs, a. um. pe. cor. qui tardè graditur.

Tărdĭlŏquŭs. βραδύγλωσσος. qui tardè loquitur.

Tărdĭtās, atis f.t. tarditudo, & tardicies, pro pigritia. βραδύτης. Tarditas ingenij, ſtupor debilitasq́ſ linguæ.

Tărdo, as. a.p. cū regit accuſat. ſignificat retinere, uel detinere, impedire, (βραδύνω, διατρίβω) Cice. Attic. 6. Nos eteſiæ uehementiſſimè tardarunt. Item pro tardum efficere. Idem in Verr. Vt omnium inimicorum animos accuſatorumq́ſ tardares. Sine caſu uero ſignificat cunctari, indormire uel differre. Cic. Attic. 6. Nunquid putas Reipub. nomine tardandum eſſe nobis?

Tărdŭs, a. um. piger. βραδύς. Per translationem quandoq́ſ pro rudi et ſtulto ponitur. Quandoque pro perſeueranti & diuturno. Verg. Media fert triſteis ſuccos, tardumque ſaporem. Quandoq́ſ pro denſo ac craſſo. Idem: Vdo ſub robore uiuit, Stupa mouens tardum fumum. Tardè, tardius, tardiſſimè, aduerbia ſunt. Huius diminutiuum eſt tardiuſculus. id eſt aliquantulum tardus.

Tārmĕs, etis. m.t. genus uermiculi carnem exedens.

Tāſcāniūm, nij. n.ſ. eſt terra alba, ſimilis argillæ

Tătăm, m.p. pueri patrem uocant.

Tātă, cantio eſt ſibi inuicem reſpondentium.

Taūră, ræ. f.p. uacca eſt ſterilis, quòd hæc non magis pariat quàm taurus. βοῦς, σεῖρα.

Taūrĕă, reæ. f.p. ſcutica ex corio bubulo facta.

Taūrīnŭs, a. um. ταυρικὸς, ταύρινος. quod eſt ex tauro boue, ut pellis taurina.

Taūrŭs. ri. m.ſ. ταῦρος. bos ad procreandum reſeruatus, ſicut in capris hircus. Accipitur & pro quocunq́ſ forti boue. Taurus etiā pro radice arboris. Quintil. lib. 8. cap. 2. Sicut in his quæ homonyma dicuntur, ut Taurus animal ne ſit, an mons, an ſignum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligitur. Et taurus, ſcarabeus terreſtris, ricino ſimilis.

Taūtŏlŏgĭă. ταυτολογία. Latinè dici poteſt eiuſdem rei eloquium: figura eſt apud poetas frequens, qua res eadem multis uerbis idem ſignificantibus explicatur.

Tāx, percuſſio, à ſonitu quem facit. Plautus in in Perſa, Tax tax tergo erit meo.

Tāxillŭs, dimin. eſt, à talus. παρὸς, κύβος.

Tāxĭm, aduerb. ſignificat ſenſim. ἠρεμαίως.

Tāxo, as. a.p. καθάπτομαι. ſignificat preſſius crebriusq́ſ quicquam tango, id proculdubio inclinatum eſt: ut, iacto, multò fuſius largiusq́ſ eſt, quàm iaceo. Taxare etiam pro precio æſtimare ponitur. τιμᾶν. Item pro maledictis tangere. καθάπτω. Suet. lib. 2. Sed etiam ut numularij nepotem, ſic taxat Auguſtum. Feſtus, Taxatores à ſcenicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt. Hinc taxatio uerbale, ipſe taxandi actus.

Tāxŭs. xi. f.ſ. σμῖλαξ. arbor abieti ſimilis, baccasq́ſ ferens, cui letale uenenum ineſt, præcipue in Hiſpania. Ab ea toxicū dicitur, quaſi taxicū. Plin. li. 16. ca. 10. Taxus gen. maſc. animal eſt, quod Taxo dicitur & melis, ab auiditate mellis. eſt enim aluearibus infeſt us.

T ANTE E.

TĒ, ſyllabica adiectio, pronominibus Tu et Te adiungitur, ut tute, tete.

Tēchnă, næ. f. p. Græcè τέχνη. Latinè ars. technites, artifex. Technicus, artificioſus. Aliquando ſignificat dolum, aſtutiam, impoſturam, Teren. in Heau. Falli te ſinas technis per ſeruulum.

Tēctŏr. oris. m. t. qui opus tectorium facit.

Tēctōrĭŏlŭm. li. n. ſ. parum tectorium. Cic.

Tēctōrĭŭm, rij. n. ſ. κονίαμα, τὸ ἐκκονιαμένον, ἐμπλαστικὸν, ἐμπεπλασμένον) illinimentum quoddam eſt. à tegendo, & quaſi pauimentũ parietis atq; incruſtatio, quod fit cum calce aut gypſo ad maiorem ſpectantium gratiam & decorem, parietem inalbamus, quæ ideo etiam albatio appellatur, ſiue albarium.

Tēctōrĭŭs. a. um. quod ad tegendum pertinet.

Tēctŭm, ti. n. ſ. & particip. & nomen eſſe poteſt. Participium, cum dicimus, Scelus tuum tectum eſt, (κεκαλυμμένον.) Hinc tectè, aduerbium. Nomen, cum ſignificat partem domus, quæ domum tegit, à tegendo dictum, (στέγος, τέγος, στέγη) quamuis etiam frequenter pro domo poni ſoleat, οἴκημα. Et generaliter pro omni loco, & pro tabulatis omnibus, quibus & triclinia, & cubicula, & huiuſmodi teguntur, & in quibus tecti homines habitare ſolẽt. Vnde architectus & architecton. ἀρχιτέκτων. dicti ſunt, qui ædificandi ſcientiam habent. Tectum etiam, genus ouium ſic dictum, quòd maiore lana opertum ſit. ὑποπόκον. uel quòd operimentis tegeretur.

Tēcŭm, aduerb. compoſitum ex ablatiuo te, & præpoſitione cum.

Tēdă, dæ. f. p. (δᾴς, δᾳδίον) arbor è laricum genere, quæ liquorẽ ſeu picem ſtillat, abundans ſucco liquidiore, & ab hoc flammis & lumini ſacrorum grata, ut inquit Plinius. Inde tedas uocamus faces, quæ optimæ ex ea arbore fiebant. Et Cererem Deam tediferam poëtæ uocant, quòd tedas dicitur inflammaſſe, cum inueſtigare uellet filiam Proſerpinam à Plutone abreptam. Teda pro nuptijs. Mos enim antiquorum erat, ut in nuptijs (inquit Varro) faces & tedæ ſemper præirent.

Tĕgĕs, etis. f. t. (φορμὸς, φορμίς) ſtraguli genus, ex ulua ſiue ſirpo, aut ſparto in lodicis ſimilitudinem, quo uiliores utuntur. Hanc uulgò ſtoream uocant.

Tĕgĕtĭcŭlă, læ. f. p. diminut. parua teges, (φορμίδιον.) Ouid. uocat tegetem mattã ſirpeam.

Tĕgillŭm, li. n. ſ. paruũ tegmẽ, tegulũ, (καλυμμάτιον.) Eſt & tegillum, cuculli uinculũ è ſirpo. Plau. Tegillũ mihi aret, id ſi uis, dabo. At tigillũ dimin. à tignũ eſt. * Tegula primã producit ſed in Tegulum & Tegillum corripi uidetur.

Tĕgmen, inis. n. t. quod & tegimen, & tegmentum dicitur, ſignificat quicquid aliquid tegit, (προβολὴ, σκέπασμα.)

Tĕgo. gis. xi. ctum. a. t. operio. (καλύπτω, σκεπάζω.) Per translationem tegere ſignificat celare, (κρύπτειν.) Mart. Quod tegitur, maius creditur eſſe malum. Item defendere, conſeruare. Sall. At Romani domi militiæq; intenti feſtinare, libertatem, parentes armis tegere. A tego fiunt compoſita: Contego, totum tego, (περισκέπω.) Detego, (ἀποκαλύπτω) contrarium eſt ſuo ſimplici. Intego, (ἐπικαλύπτω) intus tego. Obtego, (περικαλύπτω, περικαλύπτω) circum ſeu ſuprà tego. Prætego, antè tego. Protego, (προβάλλομαι, ἀσφαλίζομαι.) tueor. Pertego, perfectè tego. Retego, (ἀνακαλύπτω.) nudo, aperio. Supertego, (ἐπικαλύπτω.) Et omnia habent pen. cor.

Tēgŭlă. læ. f. p. κέραμος. dicta eſt, quòd domos tegat. Tegulæ autem, quæ ad balneas adhibentur, à laxitate dicuntur mammatæ, aliæ colliles uocantur.

Tĕgŭlŭm, li. n. ſ. pen. cor. idem quòd tegmen, tegillum, (σκέπαστρον.)

Tēlă, telæ, f. p. notæ ſignificationis. Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro rem aliquam incipere & aggredi.

Tĕlămōnēs, m. t. ut inquit Peru. à noſtris appellantur ſigna, quæ ſuſtinent, quæ Greci ἄτλαντας uocitant. uide Atlas.

Telicardios, gemma colore cordis exiſtens, Perſis maximè grata: quam & maculam appellat Plin. lib. 37. cap. 10.

Tēlĭnă, n. ſ. (τήλινα μύρα) unguenta dicta ſunt, quæ à medicis commendantur. In ea eſt herba ſeu frutex teli, quæ fenumgræcũ ſignif. quaſi frutex inſulæ, uel inſula frutici nomẽ dederit.

Tēllūs. uris. f. t. γῆ. terræ Dea eſt. Terra uerò elementum ipſum, quamuis & pro ipſa terra accipia-

accipiatur, à tolerando ſiue tollendo dicta, quòd eius fructus tollamur.

Tĕlōnārĭū, ſiue Telones, (τελῶναι) publicani, & tributorum collectores.

Telonem, m.t. agricolæ uocant lignum longum, quo utuntur ad aquam è puteis hauriendam. fortaſſe legendum Tollonem.

Tĕlōnĭūm, nij. n.ſ. pen. corr. menſa publicanorū, ubi uectigal exigitur. τελώνιον.

Tēlūm, li. n.ſ. (βέλος, τόξευμα) dicitur omne miſſile quod manu iaci poteſt, quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo quod in longinquū mittatur: nam apud Græcos τῆλε, ſiue τηλοῦ, longe ſignificat. Verg. pro gladio poſuit.

Tĕmĕrārĭūs, a. um. (παράβολος, θρασὺς) dicitur, non qui plus audet quàm oportet, ſed qui facilè nullo adhibito conſilio credit. Item audax, unde & temeritas, & temeritudo, (προπέτεια, ἀβουλία.) Pacu. Egon' tyranni non noui temeritudinem?

Tĕmĕrĕ, (εἰκῇ, αὐτομάτως, ὅπου ἔτυχε, παραλόγως) aduerb. ſignificat malè, ſtultè, inconſultè. Quidam etiam uſurpant pro ferè. ῥαδίως. Quint. Illud ingeniorum uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem. Et temere ſignificat ſine cauſſa. ἀλόγως. Temere, ſine periculo. Plaut. in Bac.

Tĕmĕro, as. a. p. pen. cor. ſcelero, corrumpo, contamino. καταισχύνω. Vnde intemeratus. ἀμίαντος. integer, incorruptus, inuiolatus. Temerator, uerbale, pro falſario.

Tĕmetūm, ti. n.ſ. (μέθυ) apud Horat. pen. prod. apud Iuuen. corr. accipitur pro uino, dictum eſt, quòd tentet. hoc eſt labefactet mentem. Hinc temulentus. οἰνόφλυξ. uinolentus, ebrioſus. Temulentia, οἰνοφλυγία. ebrioſitas. Per contrarium abſtemius, ſobrius. Temulenter aduerb. Colum. lib. 8. cap. 8. * Temetum rectius producitur.

Tēmno, nis. tempſi, temptum, a.t. (καταφρονέω) ſperno: à τέμνω, quod incido, reſecóq; ſignificat. Hinc contemno.

Tēmo, onis. m.t. ῥυμὸς. à tenendo dicitur. eſt enim qui continet iugum, lignum ſcilicet ad iugum uſq; protenſum inter utrunq; bouem. Temonem pro ſtipite Colum. poſuit, ſiue pro lignis tranſuerſarijs & longurijs, lib. 6. cap. 19.

Tēmpĕrāmēntūm, ti. n.ſ. modificatio, μέτρον.

Tēmpĕrāntĭă, tiæ. f. p. ut Cice. lib. 2. Artis uet. ait, eſt rationis in libidinem atq; in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Græcè σωφροσύνη. & tēperans σώφρων.

Tēmpĕrātūră, ræ. f. p. (εὐκρασία, κρᾶσις) idem quod temperamentum. Plin.

Tēmpĕrātūs, ti. o.ſ. participiū, ſiue nomen ex participio. Plin. Lex temperato repercuſſu nō obſtrepat. Temperatior oratio. Cic. 2. De Orato. Temperatè aduerb.

Tēmpĕrĭēs, ei. f. quin. temperamentum. εὐκρασία. Pro hac quandoq; temperaturam ponimus. Quandoque temperies dicitur temperantia. Stat. lib. 2. Syluarū, Tranquillaq; morum temperies. Quandoq; temporis commoditas ad aliquid agendum, εὐκαιρία. Plin.

Tēmpĕrĭŏr, oris. com. t. ὠκύτερος. à tempore fit. id eſt celerior, & quaſi tempeſtiuior. & temporius, aduerb. id eſt celerius & quaſi ante tēpus.

Tēmpĕro, as. a. p. (συγκεράω, ἁρμόζω, κεράννυμι) propriè de ijs rebus dicitur (inquit Doletus) quæ commiſcentur, & confunduntur, ut cum ferrum re aliqua leniori temperamus, & ad mollitiem conuertimus. Generatim enim quicquid ad mollitiem, uel ad ſuauitem pertrahitur, id proprie temperari dicimus. Transfertur autem ad res alias, ſignificat moderari, uel moderationem facere, & modo accuſatiuum regit, modo datiuum, modo ablatiuum cum præpoſitione à uel ab. Huius compoſita, Attempero, quod eſt iuxtà tempero, ſeu cōcordo. Obtempero, obedio.

Tēmpēſtās, atis. f. t. (καιρὸς) ſignificat ipſum tempus, uel ætatem. Aliquando pro ui illa cœleſti, grandinibus ſcilicet aut nimbis, alijsq; iniurijs ponitur. Cum uero ad mare pertinet, tūc & in bonam partem & in malam poni ſolet. In bonam. εὐδία. Cic. Att. 9. Pridie Quinquatrijs fuit egregia tempeſtas. In malam. Idem Cum magna in alto tempeſtas eſſet, uis uentorum inuitis nautis in portum nauem coëgit, (Græcè κλύδων, ζάλη.) Translate ponitur pro motu & perturbatione rerum.

Tēmpēſtīuūs, a. um. opportunum, & quod ſuo tempore fit. καίριος, εὔκαιρος. Hinc tempeſtiuitas, (εὐκαιρία) pro opportunitate. Tempeſtiuè, (εὐκαίρως) opportunè, & ſuo tempore.

Quorum contraria ſunt, intempeſtiuus, & intempeſtiuè.

Tēmpĕſtŭōſŭm, procelloſum. θυελλώδης. Gel. Mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

Tēmpĕſtŭs, ſta, ſtum. Tempeſtiuus, & intēpeſtus, pro intempeſtiuus. Vnde nox intempeſta, quòd minime tempeſtiua ſit rebus agendis.

Tēmplŭm, pli. n. ſ. proprie locus uel in cœlo notatus ab augure, uel in terra, à tuendo. id eſt conſpiciendo dictum, quòd ex omni parte, uel ex quo omnis par aſpici poſſit, ut ait Donatus. Primò autem cœlum ipſum dictum eſt templum, quia ipſum primò tuemur. In terris autem dictum eſt templum, (ναὸς, νεὼς, ἀνάκτορον) quod quibuſdam conceptis uerbis ab augure finiebatur, unde tueri quamcunque cœli partem commodè poſſet. Hinc contemplo, ſiue contemplor, pro diligenter intueor. Ab hoc templo non ſolum ædes ſacræ, ſed & alia loca ſepta, & unum tantum introitum habentia, dici templa cœpere. Quippe Curia Hoſtilia templum erat, licet ſacra non eſſet. Item templum uocatur tignum, quod in ædificio trāſuerſum ſupra canterios ponitur, ut inquit Feſtus. Item ſepulchrum dicitur templum. » Verg. lib. 4. Præterea fuit in tectis de marmo- » re templum Coniugis antiqui.

Tēmpŏrālis, le. om. t. (πρόσκαιρον) quod ad tempus durat. Interdum dicitur, quod ad tempus fit. Vnde dicimus extemporalem orationem, impræmeditatā. Temporaliter, ad tempus. Extemporaliter, impræmediatè.

Tēmpŏrānĕŭs, a. um. quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubitò & in tēpore fit. πρόσκαιρος. Vnde extemporaneum, pro ſubitario ac impræmeditato. Contemporaneum, quod eſt eiuſdem temporis, & Græcè σύγχρονον dicitur.

Tēmpŏrārĭē, ſignificat ad tempus. χρονικῶς.

Tēmpŏrārĭŭs, a. um. quod nō eſt perpetuum, ſed ad tempus durans. πρόσκαιρος. unde legimus, Scaurum olim feciſſe in ædilitate theatrū temporarium. Temporarium. χρονικὸν. etiam dicitur quod ad tempus pertinet. unde extemporarium, pro ſubitario capitur: ut, Oratio extemporaria.

Tēmpŏrī, aduerb. tempeſtiuè, ad tempus, pro tempore. Temporè pro tempori. Cic. 4. Verr. Satis putabat ſe ad comitia temporè uenturum, ſi pridie ueniſſet.

Tēmpŏrĭŭs, (ὡραιότερον) aduerb. deductum à tempori aduerbio, quod ſignificat opportunè, » tempeſtiuè. Ouid. lib. 4. Metamorph. Modò » ſurgis Eoo Temporius cœlo, modò ſerius incidis undis.

Tēmpŭs, oris. n. t. χρόνος. ut Varro ſcribit, eſt interuallum mundi, & motus, diuiſum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ curſu, à quorum tenore temperato tempus dictum eſt. Tria uerò ſunt tempora, præſens, præteritum, & futurum. Aliquando tempus ponitur pro temporis conditione. Cic. O mores, ô tempora. Tempus, pro authoritate & potentia. Cic. in Bruto. Tempus pro commodo temporario. Cice. pro Cluent. Omnes illæ orationes temporum ſunt & cauſarum. Tempus pro neceſſitate. Cic. pro Plancio. Et tempus, pars capitis eſt. (κρόταφος) habet enim caput duo tempora, unum à dextra, alterum à ſiniſtra, ſic dicta, quia anni in eis cognoſcantur. Sciendum eſt, quòd cum dicimus, Pro tempore aduerbialiter, ſignificare pro ratione temporis. Cum tempore, cū mora & ſpacio temporis. In tempore. ἐν καιρῷ. opportunè. Ex tempore, ſubitò, quaſi extra temporis commoditatem.

Tēnācĭā, ciæ. f. p. & tenacitas, (σμικρολογία) retentionem, & parſimoniam, & duriciam, perſeuerantiamq́ ſignificat.

Tēnāſmŭs, mi. m. ſ. & teneſmus, Græcè τεινεσμός. cum frequens eſt, ſed irrita deſidendi deijciendiq́ cupiditas, cum inflammatione ac tumore ſedis mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis. Plin. lib. 28. cap. 14.

Tēnāx, acis. om. t. qui retinet. κάτοχος. ut glutinū tenax. Aliquando dicitur parcus, auarusq́, (φειδωλὸς, σκνιπός.) Aliquando durus, conſtans, perſeuerans, (ἰσχυρογνώμων, ἀμετάστατος.) Horat. Iuſtum, & tenacem propoſiti uirum. Hinc tenacior & tenaciſſimus. Hinc compoſitum eſt pertinax, ualde tenax.

Tēndĭcŭlă, læ. f. p. (παγίς) laqueus eſt, quem auibus ſiue feris tendimus. Translatè, Cic. pro Cæcin. Tum aucupia uerborum, & literarum tendiculas in inuidiam uocant.

Tēndo, dis. tetendi, tenſum, & tentum. a. t. (τείνω, ἐντείνω) quaſi tenue do. Eſt enim tendere, extendere, quod uerò extenditur, attenuatur.

Per translationem ſumitur interdum pro inſidiari, (ἐνεδρεύειν) quòd in hoc laqueos extendere ſoleamus. Interdum pro conari. Verg. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Interdũ pro tentoria pono, & habito, (σκηνόω, αὐλίζομαι.) Val. Max. lib. 2. Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Interdum pro offerre, (ὀρέγειν) quod protendendo manus fieri ſolet. Verg. Paruumq́; patri tendebat Iulum. Interdum pro pergo, (τείνομαι) inde dictũ quòd nos ambulando iter uidemur tendere. Interdum ponere. Salluſt. Interea Romæ multa ſimul moliri, conſuli inſidias tendere. Sic tendere alicui metum aut ſpem. Tendit res eò hoc eſt res eò ſpectat. Huius compoſita ſunt, Attendo, contendo, circuntendo. περιτείνω. Diſtendo, Extendo, (ἐκτείνω, ἐκπετάννυμι) extra ſeu ultrà tendo. Intendo, obtendo, oſtendo, pertendo, portendo & ſuſtendo, ὑποτείνομαι. quod eſt decipiẽdi gratia ſubdo aliquid, aut machinor.

Tĕndūtēs, dicebant Veteres dentatos, & qui magnos habent dentes.

Tĕnebrǣ, arum. f. p. priuatio lucis. σκότος. quòd teneant. id eſt impediant oculos, & uiſum prohibeant.

Tĕnebrēſco, n. t. obſcurus fio, (σκοτοῦμαι) unde Auguſtin. Aër contenebreſcat.

Tĕnebrĭcŏr, aris. d. p. tenebras facio, σκοτίζομαι. Contenebro & obtenebro, compoſita.

Tĕnebrĭcōſŭs, a. um. quod tenebras inducit. (σκοτώδης.) Tenebricoſæ libidines.

Tĕnebrĭōnēs, m. t. (ἀπατεῶνες) mendaces, & doloſi, qui mendacijs & aſtutijs ſuis quaſdam quaſi tenebras obijciunt. Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris deliteſcentes.

Tĕnebrōnēs, m. t. (λιπόταξοι) à ueteribus uocabantur nebulones. Var.

Tĕnebrōſŭs, a. um. quod tenebris plenum eſt. Tenebroſiſſimum tempus, Cic. in Vatin.

Tĕnellŭs, a. um. (ἁπαλός, τέρην) dimin. unde tenellam ætatem, dicimus puerilem.

Tĕnĕo, nes. nui, tentum. a. ſ. λαμβάνομαι, ἔχω, κρατέω. propriè eſt manibus comprehenſum, uel alia corporis parte ſtringente retinere. In tranſlatione ita latè patet eius ſignificatio, ut uix poſſit comprehendi: huc tamen ferè cadit, ut ſit eius rei quam tenemus, compotem eſſe. Itaq; aliquando capitur pro habitare, poſſidere, conſtringere. Verg. Texendæ ſepes etiam, & pecus omne tenendum. Aliquando pro tegere. Idem, Et obducto latè tenet omnia limo. Teneri etiam pro conuinci & coargui. Cic. 4. Acad. Aliquando pro dirigere, ἔχειν. Vergil. Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris, Quo'ue tenetis iter? Aliquando pro ſcire, intelligentiam habere, morari, retinere, implere, perficere. Vergil. Ni teneant curſus. Et tenere, ſeruare, tueri. σώζειν. Cæſ. Comment. 4. Sabinus ideo omnibus rebus, loco, caſtris ſeſe tenebat. Item teneri, eſt obligari. ἐνέχεσθαι. ut, Si quis furetur rem ſacram de prophano, tenetur'ne furti, an ſacrilegij? Item tenere eſt poſſidere, occupare. Item teneo, duro ſignificat. Cæſ. 4. Belli Gall. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac ac diem unum tenuit. Tenere, pro conſtare. Cicero ad Plancum, Non his modò cauſis, ſed ijs etiam quæ familiaritate & conſuetudine tenentur. Tenere, pro ſtare & inniti. Cicero ad Attic. lib. 12. Huius compoſita ſunt, Abſtineo, attineo, contineo, detineo, diſtineo, obtineo, pertineo, retineo & ſuſtineo, quæ habent ti ſyllabam correptam.

Tĕnĕr, ra. rum. quod eſt molle, (ἁπαλός, τέρην.) Hinc Tenera ætas, puerilis. Feſtus, Tener à τέρην conuerſis literis. Trãſfertur & ad animum. Iuuen. Cum tener uxorem ducat ſpado. Item tener, mitis dicitur, qui facilè commiſeretur. Hinc teneritas & teneritudo. ἁπαλότης. Tenerè & teneriter, aduerb.

Tĕnĕrāſco, ſiue tenereſco, n. t. tener fio, miteſco, miſericordia ducor. ἁπαλοῦμαι.

Tĕnēſmŭs. uide Tenaſmus.

Tĕnŏr, oris. m. t. accentus qui teneat. id eſt dirigat ſermonem. τόνος. Interdum dicitur ordo uel forma, continuatio. Val. Max. libro 1. Quo minus religionibus ſuus tenor ſuáque obſeruatio redderetur. Eraſmus tenorem, rei progreſſum uocat.

Tĕntāmĕntŭm, ti. n. ſ. idẽ quod tentatio. πείραμα.

Tĕntīgo, ginis. f. t. pen. pro. pruritus libidinis, quo uirilia extenduntur, τέτανος, ῥοπαλισμός.

Tĕntĭpĕllĭŭm, lij. n. ſ. genus calciamenti ferratũ, quo pelles extenduntur.

Tĕnto, as. a. p. aut à tendo aut teneo deducitur,

& eſt rem non intellectam atque incertam aggredi. hoc eſt experiri, uel diligenter inquirere. Tentare uerò de pudicitia, eſt cum id agitur, ut aliquis fiat impudicus. Tentari morbo, dolore, affligi morbo. Tentare, pro inuadere, & infeſto animo petere & aggredi. Cic. pro Rabirio. Hinc tentatus, tentatio.

Tĕntōrĭŭm, rij. n. ſ. (σκλώνημα, σκλώνωμα) tabernaculum, quòd ibi uela, aut aliquid uelorum tenduntur, uel ipſa potius uelamenta contra iniuriam cœli. Tentoriolum, dimin.

Tĕntŭm, accipitur pro membro uirili, τὸ αἰδοῖον.

Tĕnŭĭcŭlŭs, a. um. dimin. à tenuis, (ὑπόλιτος ἰσχνός.) ut Tenuiculus apparatus, Cic.

Tĕnŭĭs, & hoc nue, om. t. (λιτός) à teneo fieri uidetur, quòd quæ tenuia ſunt, facilè teneantur. Eſt enim tenue, (λεπτὸς, μικρὸς) exiguum, paruum. Poteſt etiam & à tendo deduci, quoniam quæ extenduntur, tenuia fiunt. Per trãſlationem nonnunquam ponitur pro paupere. πένης. & tenuitas pro paupertate. Tenuiter aduerb. tenuius, tenuiſſimè.

Tĕnŭo, as. a. p. tenuem, ſubtilem, macrum, debilem facio, ſiue minuo. Compoſita ſunt, Attenuo, & extenuo.

Tĕnŭs, ni. m. ſ. laqueus. Seru. dici putat extremas partes arcus, unde tractum ſit, ut hactenus, hucuſq; ſignificet, quaſi uſq; ad finem.

Tĕnŭs, μέχρι. præpoſitio ſignificat propinquitatem, & quod dicimus uſque ad. Nam quod propinquum eſt, quaſi teneri uidetur id, cui eſt propinquum, ſemperq; in ſingulari poſtponitur ablatiuo: ut hac tenus, uerbo tenus, (ἄχρι λόγου) ore tenus. Aliquando etiam accuſatiuo iungitur. Flaccus in Argonau. Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro. In plurali ponitur etiam cum genit. Aliquando ſignificat non ultrà: ut, Ceſſit conſulatum titulo tenus. μέχρι προσηγορίας. id eſt nõ ultrà titulum.

Tĕpefio, idem quod tepeſco. fitq; à tepefacio.

Tĕpĕo, pes. pui. tepidus ſum. n. ſ. (χλιαίνομαι.) Hinc Tepeſco, tepidus fio. Huius compoſitũ eſt, Intepeſco, quod eſt ualde tepeſco.

Tephrītēs, (τεφρίτης) gẽma quæ nouæ Lunæ ſpeciem habet, nigri aut cinerei coloris.

Tĕpĭdārĭŭm, rij. n. ſ. uas in quo aqua tẽperatur, ſiue cella in q̃ ex balneis exeuntes ingrediũtur.

Tĕpĭdo, as. are. a. p. tepefacio. Plin.

Tĕpĭdŭs, da. dum. (χλιαρὸς, λιπαρὸς) quod eſt medium inter calidum & frigidum, nempe quod frigido & calido temperatum eſt, ut tepida aqua. Vnde interdum pro calido ponitur. Interdum pro frigido, præſertim quando transfertur ad alia. Plaut. Hic homo factus eſt tepidior. Interdum pro inutili, ſiue nocuo. Vergil. Vnde caua tepido ſudant humore lacunæ. Hinc Subtepidus, (ὑποχλίαρος) aliquantum tepidus. Tepidulus dimin.

Tĕpŏr, oris. m. t. & Tepiditas, (χλιαρότης, ἀλέα) idem ſignificant.

Tĕpōrātŭs, a. um. adiect. tepidum factum. Plin.

Tĕr, aduerb. numerale, ſeu ordinale, ut bis, ter, (τρὶς) quater. Hinc Tertius, tia. tium. à quo fiunt aduerbia Tertiò, & Tertium, (τὸ τρίτον) & Ternarius, a. um. & Ternus, a. um.

Tĕrĕbinthŭs, thi. (τερέβινθος) arbor, nigrum lignum cum ſplendore præferens, habentíq; foliditatem in buxi ſpeciem. Ex hac Terebinthina, (τερεβίνθινος) reſina; quam nos termentinam appellamus. Terebinthus, maſ. & fœm. eſt, maſc. ſterilis, fœm. duplex eſt: alteri rubet fructus magnitudine lentis, alteri fructus pallet, & cum uite matureſcit reſinoſus.

Tĕrebră, bræ. f. p. ſiue terebrum, (τέρετρον, τρύπανον, τρύπανον) pen. corr. inſtrumentum quo ligna perforantur, à tero. Et diminutiuum eſt Terebellum.

Tĕrĕbro, bras. a. p. terendo perforo, (τρυπάω.) Hinc Terebratio, uerbale. Huius compoſitũ eſt, exterebro, quod eſt extorqueo, & ſcrutor.

Tĕrēdo, inis. f. t. pen. pro. uermis in ligno naſcẽs, à terendo dictus, uel à ſono, qui eſt τερηδών. Eadem & tinea dicitur.

Tĕrēs, tis. o. t. (στρογγύλως) pen. cor. dicitur, quicquid rotundum oblongumq; eſt, ut columna, & arbor, quòd terendo ſit rotundum.

Tĕretrŭm, tri. n. ſ. inſtrumentum ferreum ad terendum lignum, τέρετρον.

Tĕrgĕmĭnī, m. ſ. dicuntur, qui tres ex uno utero, eodem die nati ſunt.

Tĕrgĕmĭnŭs, a. um. adiect. Liu. 6. ab Vr. Modo tergeminæ uictoriæ triplicẽ triumphũ egiſtis.

Tĕrgĕmĭnŭs, a. um. νωτιαῖος. poſſeſſiuum à tergus. Vt terginum lorum, quod ſignif. ſcuticã.

Tĕrgĭuĕrsŏr, d. p. ſallo & dicta muto, inquit Nonius. propriè eſt eorum qui terga uertentes ad-

huc tamen pugnant, nec ſeſe uictos fateri uolunt. unde etiam ad alias res transfertur, ut diſputationes, controuerſias, &c. Nam uertere terga, (στρέφεσθαι, ἀναστρέφεσθαι, μεταβάλλειν τὰ νῶτα) fugere eſt, quod & terga dare dicimus. Antiqui tergiuerſatorem dicebant bouinatorem. Iureconſulti accipiunt tergiuerſari, pro in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere.

Tĕrgo, gis. a. t. & tergeo, es. ſi. ſum. & ſecundum antiquos tertum, ſignificat mundo, nitidum facio, (ὀμόργνυμι, ἐκμάσσω.) Iuuenalis, Vaſa aſpera tergeat alter. Huius compoſita ſunt, Abſtergo, ſordes remoueo. ἀπομόρξασθαι. Per translationem ſignificat auferre, (ἀπομόρξασθαι.) Attergo. Detergo, (καταψάω) deorſum tergo, & ſordes aufero. Extergo, (ἐκκαθαίρω.) perfectè tergo.

Tĕrgŭm, gi. n. ſ. (νῶτον) dorſum. Verg. Manibus poſt terga reuinctis. Et non tantum animalium eſt, ſed etiam aquarum, & aliarum rerum. Vnde à tergo dicimus, à parte poſteriore membranæ, ſiue papyri aut alterius cuiuſque rei. Hinc poſtergo, & Tergiuerſor. Aliquando tamen tergum pro tergore ponitur, σκῦτος.
» Vergil. Mercatiq́ſ ſolum facti de nomine byr-
» ſam, Taurino quantũ poſſent circundare ter-
» go. Item pro ſcuto, (ῥινὸς) quoniam ſcuta pellibus tegi ſolent. Et tam tergus quàm tergũ, à terendo dici uidentur, quoniam uehendis oneribus teruntur. Terga uertere, fugere.

Tĕrgŭs, oris. n. t. corium, (σκῦτος.) Verg. Tergo-
» ra diripiunt coſtis, & uiſcera nudant.

Tĕrmă, matis. n. t. extremum, terminus, finis, meta, planta pedis, (τέρμα.)

Tĕrmĕntārĭŭm, rij. n. ſ. (τριπτήριον) Varr. uocat linteum, quo corpus tegitur à terendo.

Tĕrmĕntŭm, ti. n. ſ. apud Plaut. pro detrimẽto, teſte Feſto.

Tĕrmĕs, itis. m. t. ἀκρεμὼν. ramus ex arbore decerptus cum fructu. Qui quoniam in diuiſione agrorum, antequam metæ ponerentur, figi ſolebat, termino nomen dedit. τέρμα, ὅρος. Et propriè termes (ut ait Porphyrio) eſt oliuæ, ſicut palmes uitis. Gell. termitem palmæ ramũ, cum fructu auulſum dixit. Eſt & termes, uermiculi genus carnem exedens. Vide in dictione Tarmes.

Tĕrmĭnālĭă feſta. Vide in proprijs.

Tĕrmĭnālis lapis, ὀροθεσία. dicitur terminus ipſe lapideus, adiect. nomen.

Tĕrmĭno, as. a. p. à termite dictum eſt, quo antiqui in diuiſionibus agrorum pro metis utebantur, (περατόω, ὁρίζω.) Eſt aũt terminare idem quod finire, uel definire, concludere, regionibus circumſcribere. Translatè Cic. de Finib. Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam uoluptatem. hoc eſt, putat ſummam eſſe uoluptatem, priuari doloribus. Huius compoſita ſunt, Determino, quod eſt definio, delibero, & quaſi cogitationis terminum impono. Diſtermino. (ὁρίζω) diuido, diſſipo. Extermino, expello, & ueluti extra terminos mitto.

Tĕrmĭnŭs, ni. m. ſ. (ὅρος, πέρας, τέρμα) propriè dicitur ſignum quod agrum ab agro diuidit, à terendo, quod hæ partes maximè terantur. Hinc terminus pro fine accipitur. Cice. Cum nullum tot calamitatibus atq; ærumnis terminum inueniremus. Et apud antiquos terminorum Deus putabatur, in cuius tutela finis agrorum eſſe exiſtimabant. Huius compoſita ſunt, Anterminus, (πρόορος.) quod eſt quaſi circumterminus, qui circa terminos prouinciæ manet. Conterminus, (ὅμορος) qui eſt uicinus & finitimus.

Tĕro, teris, triui, tritum, a. t. frico, tundo, (τρίβω.) Terere iter, eſt iter agere. Terere tempus, χρονοτριβεῖν. eſt cõſumere, ſimiliter terere ocium. Huius cõpoſita ſunt, Attero, (προστρίβω) quod eſt ad aliquid tero, frico. Aliquãdo ſignificat uehementer tero, frango, ad terram traho, aut ualde rodo, (κατατρύχω.) Sall. per translationem dixit, Pòſt ubi eorum famam attriuerat, maiora alia impendebant. id eſt oppreſſerant. Contero, (ſυντρίβω) totum ſimul tero, tundo, cõſumo, frango. Detero, Diſtero, Extero, Intero, Intertero, Obtero, Protero, Pertero, (κατατρίβω) ualde tero. Retero, (ἀνατρίβω) rurſus tero, purgo, excerno. Subtero, (ὑποτρίβω) ſubtus tero. Semitero, (ἡμιτρίβω) quaſi medium tero. À Tero, tritus, participium, & Tritus, huius tritus, maſc. gen. ipſe terendi actus. Plin. lib. 33. cap. 4. Nec ullum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo trituq́ perpolitum. Tritor, tritoris, uerb. qui terendo aliquid macerat.

Tĕrpſĭcĕrōtĕs, (τερψικέρωτες) pen. prod. nomen

à modulatis, & quaſi ad lyram compoſitis cornibus. * Forte legendum Strepticerotes. uide Addax.

Terră, ræ. f. p. (γῆ, χθὼν) elementum per duplex rr, licet à tero, teris deducatur, quòd ſcilicet teratur. ab hac locus communis, qui circa oppidum colonis relinquitur, territorium, (ἀγρὸς) appellatur. Ponitur quandoq; terra pro territorio, & pro prouincia ſeu regione, χώρα. Terræ filij, olim obſcuro ignotoq́; genere prognati dicebantur. Vide Eraſmi Chiliadas. Vnde Conterraneus, qui ex eadem terra eſt. id eſt prouincia. Var. lib. 1. De re Ruſt. ſcribit, terram tribus modis dici: communi, proprio, & miſto. Communi, ut cum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam, cum & lapis, & arena, & cætera eius generis ſint in nominando comprehenſa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio uocabulo, neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ eſt miſta, in qua ſeri quid poteſt & naſci, ut argylloſa, aut lapidoſa. Terra etiam uocatur Veſta, eo quòd rebus omnibus ueſtiatur, ſeu quia ui ſua ſtat. Dicitur et mater.

Terrācĕŭs, cea. ceum, quod ex terra eſt, γάϊν☉.

Terræmōtŭs, tus. m. q. (σεισμὸς) dicitur cum terræ incluſo ſpiritu contremiſcunt.

Terrānĕŏlă, læ. f. p. (χθαμαλ☉ κορυδαλὸς) cũ accentu in antepenultima, auis alaudæ ſimilis, præterquam quòd in capite apicem non habet ſicut alauda. Dicta terraneola, quòd nõ in arboribus, ſed in terra uerſetur atq; nidificet.

Terrĕfăcio, a. t. terrore afficio, (ἐκπλήττω, ἐλαύνω.) Terrifico, terrificas, terrificare, idem. à quo Terrificus, ca. cum. quod terrorem facit (φοβερός.) Compoſitum eſt Perterrefacio.

Terrēnŭm, ni. n. ſ. (γῆ) campus dicitur. Colum. lib. 2. Callidiſſimi ruſticarũ rerum genera terreni tria eſſe dixerunt, campeſtre, collinum, montanum.

Terrēnŭs, na. num. (χθαμαλ☉) quod uel in terra natum eſt, uel in terra uiuit, uel aliquid cum terra commune habet, ut terrenum animal.

Et terrenus. γεώδης, χοϊκός. pro terreus.

Terrĕo, res. rui. a. t. timorem alicui incutio. ἐκπλήττω, φοβέω. Verg. 1. Georg. Et ſonitu terrebis aues. Huius cõpoſita ſunt, Abſterreo, Conterreo. Deterreo, Exterreo, Perterreo. καταπλήττω. eiuſdem ſignificationis.

Terreſtrĭs, ſtre. om. t. idem quod terrenus, (χθαμαλ☉, χθόνι☉.) ut terreſtre animal.

Terrĕŭs, a. um. quod ex terra eſt. (γήϊν☉.) ut uas terreum.

Terrĭbĭlĭs, & hoc le. om. t. formidabile, atq; horrendum.

Terrĭcŏlă, æ. com. p. qui terrã habitat. ἐπιχθόνι☉.

Terricrepus, a. um. pen. cor. terribiliter, ſeu cum terrore increpans. βαρύβρομ☉.

Terrĭcŭlāmentă, terrores ſunt, & formidamina.

Terrĭgĕnŭs, a. um. qui ex terra natus eſt.

Terrĭpăuĭŭm, uij. n. ſ. (σεισμὸς) deinde terripudium, & tandem tripudium dictum eſt.

Terrĭto, tas. a. p. pen. cor. frequent.

Terrĭtōrĭŭm, rij. n. ſ. ἀγρὸς. eſt, inquit Pomp. uniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. quod ab eo dictum eſt, quòd maximè teratur, uel quòd magiſtratus eius loci intra omnes fines terrendi. id eſt ſummouendi, ius habeat.

Terrĭcŭlŭm, li. n. ſ. quod inijcit terrorem.

Terrŏr, oris. m. t. timoris incuſſio. φόβ☉, δῆμα. Seru. inter terrorem & metum ſic diſtinguit, quòd Terror propriè ſit, qui alijs infertur. unde & Terribilis dicitur: metus, quẽ habent timentes. licet aliquando terror pro metu ponatur.

Tertă galea, deterſa. Var. Terta nitet galea.

Tertĭānŭs, a. um. adiect. ut tertiana febris, quæ tertio quoq; die recurrit.

Tertĭātă uerba, (τετράιςα ῥήματα) appellantur imperfecta, lapſantia, & cũ pauore nutabunda: quando quis exanimatus non profert uerba integra, ſed uix quæque enunciat, medijs ex perturbatione ſuppreſſis. Apul.

Tertĭo, tias. a. p. quaſi tertiatim facio, ſiue diuido, (τριτημορίζω.) Tertiatio uerbale, ipſe tertiandi actus.

Tertĭŭm, aduerb. ut tertium conſul.

Tertĭārĭŭs, a. um. adiect. pro tertiũ, uel quod tertiò fit. Plin. lib. 34. ca. 17. Tertiariũ, ponderis genus ſatis notum, cui correſpondet quartariũ.

Teruncĭŭs, cij. m. ſ. uel Teruncium. τετάρτημορ. nummus perexiguus, à tribus uncijs.

Teſquă, orum. n. ſ. inquit Nonius, loca augurio deſignata. Cic. aſpera ait eſſe, & difficilia.

Teſſărădĕcăs, is. f. t. (τεσσαρακαιδεκάς) quaterdena, à τέσσαρες quatuor, & δέκα decem. Quidam interponunt ſyllabam, teſſaraſcedecas dicites.

Teſſe-

Teſſereſcædecatitæ. uide infrà.

Tĕſſĕllă, & Teſſerula, dimin. ſunt à teſſara.

Tĕſſĕllātŭs, a. um. quod teſſellis. id eſt paruis quadratis lapillis intextum eſt, (tale λιθοςρογία) ut pauimentum teſſellatum. à teſſeris, quarum forma quadrata eſt. Suet. de Cæſa. Vitruu. lib. 7. Erant & teſſellatæ quædam tunicæ, teſſaris quibuſdam diſtinctæ. Vnde palliorū teſſeras dixit Plin. lib. 35.

Tĕſſĕră, ræ. f. p. id dicitur quod omni ex parte quadratum eſt. Teſſeræ etiam dicuntur, quibus in tabula luſoria luditur, (πεσσοί.) Sunt enim quadratæ, & puncta habent, & cum iaciuntur, in quancunq; partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem. Hæ alio nomine quadrantalia dicuntur, Græcè κύβοι. Inde cubicum corpus. Talus, eſt quatuor laterum, & concauus ad ſimilitudinem tali, qui eſt os in articulo pedis. Talos Græci ἀστράγαλος. à quo ἀστραγαλίζω, talis ludo. Calculus eſt is, quem latronem & latrunculum antiqui appellarunt, iuniores uerò ſcacum uocitant. Mart. Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Eſt item teſſera ſignum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, ſcilicet propter confuſionem, (σύνθημα.) quod & ſymbolum dicitur, ut in bello Syllæ, Apollo Delphicus. Item teſſera, eſt belli & pacis futuræ ſignū. Ponitur nonnunquam pro ſigno frumentario, quo exhibito, unuſquiſq; frumentum pro portione accipiebat à principe, ſicut ex more uetuſto in patria noſtra fieri ſolitum eſt ab his, qui pauperum curam habent. Nam erogantur ſigna quædam plumbea, quibus exhibitis, ſigillatim accipiunt certam menſuram farinæ, uel panis, uini ue. Hæc teſſera etiam frumentatio, (σιτήσεις.) dicitur, præſertim cum frumentū erogatur. Sic etiam dicūtur teſſeræ numariæ, quibus exhibitis ſumma numûm præſcripta repenſari ſolet. Præterea teſſera ſeu teſſella, calamus eſt qui inſeritur ramo, quòd uerò in terra ſeritur, talea uocatur. Item teſſera, eſt lignum utrinq; cōplanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod & talea uel teſſerula dicitur. Plin. Frumenti rationē teſſerulis oſtendebat. Et teſſeræ, ſeu teſſerulæ, lapilli ſunt, ad conficienda ſternendaq; pauimenta. Item teſſera, figura Geometrica, quæ κύβος uocatur, cuius meminit Macrob. lib. 1. de Som. Scip. Eſt & in Arithmetica numerus octonarius. τετράς. De teſſera hoſpitali, lege Eraſmi Chil.

Tĕſſĕrārĭŭs, rij. n. ſ. ὁ τὸ σύνθημα σημαίνων. qui teſſeram. id eſt præceptum ducis, per contubernia militum nunciat.

Tĕſſĕrārĭŭs, a. um. κυβικός. quod ad teſſeras pertinet. ut ludus teſſerarius.

Tĕſſĕrēſcædĕcătitæ. τεσσαρεσκαιδεκατῖται. hinc appellati ſunt, quòd nō niſi quartadecima Luna, Menſe Martio paſca celebrabant. * Melius ſecunda ſyllaba ſcribetur per alpha.

Tĕſtă, ſtæ. f. p. fruſtum uaſis fictilis, & cuiuſq; lateris, ὄστρακον, πλίνθος. Vnde & pro calculis ponitur. Teſta etiam eſt oui uel limacis. Teſta quoq; dicitur uas figulinum in igne decoctū, quaſi toſta, quòd è molli creta fabrefacta torreatur, deinde coquatur. Varr. de Ling. Lat. Teſtu indeclinabile pro teſta poſuit. Teſtula, teſtulæ, diminut. Liu. 5. bel. Pun. Teſtulis datis, tribuni populum ſummouerunt. A teſta fit teſtaceus, a. um. ὀστράκινος. quod ex teſta eſt. Itē teſtæ. ὀστρακόδερμα. intelligūtur omnes piſces, qui duriori cortice teguntur.

Teſteus, a. um. idem quod teſtaceus.

Tĕſtāmĕntārĭŭs, a. um. quod ad teſtamentū pertinet. Vnde teſtamentariæ tabellæ.

Tĕſtāmĕntārĭŭs, rij. m. ſ. qui teſtamenta falſa conficit, (ῥᾳδιουργός, σκευωρός.) Item Teſtamentarius, notarius, confector & ſcriptor teſtamentorum.

Tĕſtāmĕntŭm, ti. n. ſ. (plerunq; διαθῆκαι pluraliter) dictum eſt, quòd ſit uoluntatis noſtræ quaſi teſtimonium. Vnde & ultima uoluntas appellatur. Vlpianus, Teſtamentum, eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod poſt mortem fieri uoluerimus. Et propriè quod perfectum eſt, teſtamentū dicitur. Sed abuſiuè quoque teſtamenta uocamus ea, quæ falſa, uel irrita, itemq; imperfecta ſunt. Teſtamentum uocant prophetæ legem, quæ Iudæis data erat, quia niſi teſtator mortuus fuerit, nec confirmari teſtamentum poteſt, nec ſciri, quid in eo ſcriptum ſit, quia clauſum & obſignatum eſt. Itaq; niſi CHRISTVS mortem ſuſcepiſſet, aperiri teſtamentū, id eſt reuelari, & intelligi myſterium Dei non potuiſſet.

Teſtatim, aduerb. ſignificat comminutim.

Teſtatio, onis. f. t. & teſtimonium, propriè ſunt teſtium dicta.

Teſtator, oris. m. t. qui teſtamentum facit. ὁ διατιθέμενος.

Teſtatus, ti. m. ſ. qui teſtamentum condidit, (διαθέμενος.) *cuius contrarium eſt inteſtatus,* (ἀδιάθετος) *qui teſtamentum non condidit. Et in ſignificatione paſſiua teſtatus.* μεμαρτυρημένος. *dicitur apertus, uulgatus, ab omnibus cognitus, quòd id quaſi omnes teſtentur. Hinc Teſtatior & teſtatiſſimus. Hircius, Qua notior teſtatiorq́; uirtus eſſet.*

Teſticulor, quod & teſtillor, d. p. ſignificat iumentis maribus fœminas, uel fœminis mares admoueo.

Teſtificor, aris. ari. d. p. teſtimonium dico, notũ facio, teſtibus firmo. Hinc teſtificatus.

Teſtimonium, nij. n. ſ. μαρτυρία. *quod & Teſtatio dicitur, teſtium ſunt dicta, quanquam teſtimonium ad abſentes propriè referatur.*

Teſtis, is. com. t. qui teſtimonium profert, (μάρτυρ.) *ab eo dictus, quòd tueatur ſtatum cauſæ, uel quòd antè ſtet, quaſi anteſtis. id eſt antè ſtans. Teſtis uerò pro teſticulo, maſc. gen. eſt,* (ὄρχις) *dictus, quòd uirilitatis teſtis ſit. Conteſtes, qui idem teſtificantur.*

Teſtiuilicium. uide Licia, & Titiuilitium.

Teſtor, ſtaris. d. p. teſtimonium dico, (διαμαρτύρομαι, μαρτυρέω.) *Aliquando teſtem facio, uel in teſtimonium adduco, & alterius implorato teſtimonio aſſero. Interdum teſtari,* (ὑπομνῦμαι) *eſt precari, quia precando ſolemus numina adhibere. Et teſtari,* (διατίθεμαι.) *teſtamentum facere. hoc eſt uoluntatem supremã teſtificari, quia in eo teſtatus eſt, quid uelit. Sciendum quòd à teſtor quãdo ſignificat teſtimoniũ, fit Teſtificator: quando uerò ſignificat teſtamentũ condo, fit teſtator, & Teſtatrix. Quãdo ſignificat precor, fit ab eo Obteſtor & Deteſtor. Huius uerbi compoſita ſunt, Atteſtor,* (κλητεύω) *quod eſt teſtimonium adduco, confirmo. Vnde Atteſtata fulgura dicta ſunt, quæ iterato fiebant, uidelicet ſignificationem priorem atteſtantia. Conteſtor, teſtem facio, teſtem inuoco, uel teſtificando certifico. Aliquando conteſtari, eſt contra teſtari. Lactant. lib. 7. Sacris literis conteſtantibus, non reſurrecturos eſſe impios in iudicium. Et ratione præpoſitionis con, poteſt ſignificare ſimul teſtari, ſicut & cõteſtes. Conteſtari litem quid ſit, uide in ordine literarum. Deteſtor, Obteſtor, uehementer precor. Proteſtor, quod eſt cauenda, & quæ fieri non decent, manifeſtè denuncio.*

Teſtũ, indeclinabile pro teſta poſuit Varro.

Teſtuaceum, cei. n. ſ. quod in teſtu calido coquebatur, (κλιβανωτὸν) *condimentum ex uarijs eſculentis, à teſtu, ſub quo calido coquitur, ut inquit Varro.*

Teſtudinatus, a. um. adiect. quod concauum & incuruum eſt teſtudinis more. Vnde Teſtudinatum tectum, (καμαρωτὸν.) *quod eſt deuexum in quatuor partes, ſicut pectinatum in duas. Vitru. lib. 2.*

Teſtudo, inis. f. t. (χελώνη) *animal quod tardè graditur, & phthiſicis, lienoſis, caducisq́; opitulatur. Dicta teſtudo (Varrone teſte) quòd teſta tegatur. Earum genera ſunt, marinæ, paluſtres, terreſtres, & lutariæ, quæ in dulci aqua diuerſantur. Teſtudo etiam dicitur materia tabulatis contexta, & corijs cilicinis, aut centonibus, & alijs quæ difficulter comburi poſſunt, contecta,* (ἁμυξίβασις.) *Hæc intrinſecus habet trabem, quæ unco præfigebatur ferreo, & falx uocabatur ab eo, quòd incuruata eſſet, & de muro extraheret lapides. retrò enim ducebatur trabs funiculis ſuſpenſa, ut reducta impetuoſius feriret, ideoq́; & teſtudo dicta, à ſimilitudine reptilis, quòd caput nunc exerat, nunc reducat. Hoc etiam inſtrumentum arietem appellãt ab eo, quòd aries fronte. id eſt capite pugnat. Teſtudo, congregata militũ multitudo in formam teſtudinis. Rurſus teſtudines, dicuntur loca in ædificijs camerata, ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quæ duris tergoribus ſunt & incuruis,* (καμάραι.) *Hinc & ſcuta, dicuntur teſtudines.* ϛυακισμὸς. *quæ ſint in teſtudinum modum curuata. Item teſtudo lyra dicitur, quoniam Mercurius citharam de teſtudine ſicca meditatus eſt, ut Higinius refert. Teſtudo etiam pro loco æſtiuo. Cic. ad Quin. Frat. lib. 3. Teſtudineus adiect. quod eſt teſtudinis, ut teſtudineus gradus.*

Teſtus, us. m. t. tegmen teſtaceum. ſub quo placentæ, & alia coquuntur. Dicitur & Teſtum, ſiue Teſtus. ſti. Hoc Græci uocant κλίβανον. *Vnde pa-*

de panis teſtuaceus dicitur apud nos, quem illi κλιβανίτιν.

Tĕtănĭci, m. ſ. (τετανικοὶ) à tetano morbo dicti ſunt, cum muſculi qui ſecundum ſpinam ſunt, rigent ita, ut ſe inflectere non poſſint. idq́; cum anterior pars afficitur, ut ſi mentum pectori annectitur, ἐμπροσθότονος. cum poſterior, ὀπισθότονος. ut ſi caput ſcapulis: cum uerò ambæ rigent ex æquo, tetanos uocatur, ut ſi ceruix recta & immobilis intenditur.

Tĕtănōthră, n. ſ. (τετάνωτρα) eiuſdẽ formæ ſunt, cuius & pſilotra, (ψίλωθρα.) Sed pſilothris ad pilos uellendos, tetanothris ad erugãdam extendendamq́; in facie cutem utimur.

Tĕtārtæ̆ŭs, adiect. quartanus. Col. lib. 3. cap. 20.

Tĕtārtĕmŏrĭŏn, Græca dictio quadrantem ſignificat, Plin. lib. 7. cap. 49.

Tētĕr, tra, trum, (βδελυρὸς) dicitur quod eſt malum, fœdum, pollutũ, crudele, & inſuaue, tum ad mentem pertinens, tum ad cæteros ſenſus. Inde Tetrior comparatiuũ. Et Tetrè, tetrius, teterrimè, aduerb.

Tetră, træ. f. p. (τέτρα) Græcè, Latinè quatuor.

Tetrăchōrdĭŭm, cithara cum quatuor chordis.

Tetrădrāchmă, mæ. f. p. uel Tetradrachmum. mi. nummus quaternas ualens drachmas. Liu. 4. Belli Mac.

Tetragnăthĭŭm, aranei, ſiue phalangij genus.

Tetragnathij, m. ſ. τετραγνάθιοι ſunt ſcorpiones, à maxillarum numero dicti, quas Græci γνάθους dicunt. Plin. lib. 29. cap. 4.

Tetrăgōnĭſmŭs, quadratio. τετραγωνισμός.

Tetrăgōnŭs, m. ſ. quadrangularis.

Tetrăgrāmmătŏn, quatuor literarũ. τετραγράμματον, γράμμα enim litera dicitur. Vt nomen tetragrammaton.

Tetrămetrŏn, metrum quatuor pedum.

Tetrăphārmăcŭm, ci. n. ſ. cibi genus, quod ex quatuor precioſis obſonijs cõſtabat: ſcilicet phaſiano, ſumine, perna, & cruſtulo.

Tetraptōtă. τετράπτωτα. quatuor caſuũ uarietas.

Tetrārchă, m. p. (τετράρχης) qui quartam regni partem detinet. Cic. Tetrarchia, chiæ. huiuſmodi principatus.

Tetrăſtichiă, f. p. ordo ex quatuor. Et tetraſtichon, cum tantum quatuor uerſibus ſententia comprehenditur, ut diſtichon, cum duobus.

Tetrici, m. ſ. pen. corr. homines triſtes ac ſeueri. σκυθρωποί. à Sabinorum monte Tetrico dicti qui aſperrimus eſt.

Tetrīnnārĕ, proprium eſt anatum natantium. ut illud, In fluuijs natans fortè tetrinnat anas.

Tētro, tras. a. p. fœdo, ſeu horridum obſcurumúe facio, (ἀμαυρόω.) Pacuuius.

Tettīgŏmētră, træ. f. p. τεττιγομήτρα. dicitur cicadarũ mater. Sunt enim tettigometræ, cicadæ minores. τέττιξ Græcè cicada, & μήτηρ mater.

Tēxo, xis. xui. xum. n. t. propriè telam ſtruo, ὑφαίνω, ἱστουργῶ. Per tranſlationem texere ponitur pro componere, facere, fabricare, ſcribere, colligere: ut hiſtoriã, tabellas, & huiuſmodi, (πλέκειν.) Aliquando pro ornare, proferre, ut neglectum crinem more texere, & alia huiuſmodi. Huius cõpoſita ſunt, Attexo, quod eſt appono, (παραπλέκω.) Contexo, compono, coniungo, (συμπλέκω, κατασκευάζω.) Detexo. ἀναλύω. quod textum erat deſtruo, Interdum etiam ſignificat ualde texo, finio, perficio, (καθυφαίνω.) Intexo, intus texo, innecto, inuoluo, ἐμπλέκω. Prætexo, antè texo. Retexo, & Subtexo, quod eſt iuxta ſeu ſubtus texo, ὑποπλέκω.

Tēxtĭlis, & hoc. le. om. t. pen. cor. quod texẽdo factum eſt, ὑφαντὸς, πλεκτὸς. ut textilis corona.

Tēxtĭm. ὑφαντικῶς. aduerb. id eſt texendo.

Tēxtŏr, oris. m. t. (πλοκεὺς, ἱματουργὸς, ὑφάντης) & textrix, qui uel quæ texit.

Tēxtrĭcŭlă, læ. f. p. ὑφάντρια. dimin. eſt à textrix.

Tēxtrīnă, næ. f. p. pen. prod. locus in quo texitur, quod textrinum dicitur. ἱστουργεῖον. Interdum etiam textrina, dicitur ars, ſeu ſcientia texendi. Plin. lib. 11.

Tēxtŭs, huius, tus. m. t. ipſe texendi actus.

Tēxtŭm, ti. n. ſ. Mart. lib. 5. Et dona matrũ uimineo ferunt texto. Textum orationis, pro ſtylo.

Tēxtūră, ræ. f. p. opus ſiue actus ipſe textoris uel textricis. ὕφασμα, πλοκὴ, πλέγμα.

T ANTE H.

THălămŭs, mi. m. ſ. θάλαμος. pen. cor. coniugis utriuſq; cubiculũ. Hinc epithalamiũ, carmen nuptiale.

Thălăſsĭcŭs color, qui ſimilis eſt fluctibus marinis. θαλασσικὸν χρῶμα.

Thălăſsĭo, onis. f. t. carmen nuptiale, ὑμέναιος. ita dictum à uoce quam in nuptijs afferebãt, quæ erat Thalaſſius. Liu. 1. ab Vrb. Varro ſcribit, thalaſſionem in nuptijs ſignum eſſe lanificij.

Thalaſſionem enim uocabant quaſillum, uas lanificijs aptum.

Thălăſsŏmĕli, θαλασσόμελι. unguentum quod fit æquis potionibus, maris, mellis, imbris, fictilíq; uaſe depicato conditur. Plin. lib. 13. cap. 6.

Thăli, m. ſ. (θαλλοὶ) dicuntur in porris & cæpis & allio medij ſtipites, à θάλλειν. id eſt uireſcere. Vnde pro germine arborum ponitur.

Thălĭetrŭm, tri. n. ſ. herba folia coriandri habẽs pinguiora paulò, caulem papaueris. Plin. lib. 27. cap. 13. θαλίκτρον.

Thĕātrālis, & hoc. le. om. t. (θεατρικὸς) idẽ quod theatricus, ſeu quod ad theatrum pertinet.

Thĕātrĭcŭs, ca. cum. nomen poſſeſſiuum.

Thĕātrĭdĭŏn, (θεατρίδιον) dimin. forma Græca à theatro. Var. 3. De re Ruſt.

Thĕātrŭm, tri. n. ſ. (θέατρον) Latinè uiſorium à Caſſiodoro, ſpeculatoriũ à Cypriano dicitur, à θεάομαι. quod eſt uideo. Eſt autem ædificium, in hemicycli ſpeciem factum, ad uidenda ſpectacula idoneum. Aliquãdo tamen ponitur pro ſpectaculo. Aliquando pro multitudine ſpectante: ut, Magno theatro hæc acta ſunt. Verſari in theatro dicitur aliquis, pro eſſe in aliquo loco cõſpicuo ante omnium oculos.

Thēbāĭcæ, f. p. ſeu Thebaides. θηβαΐδες. dicuntur palmæ generoſiores. Plin. lib. 15. Cruſta Thebaicæ placent ſucco unà & carice. Et alibi, Thebaidis fructus in cados conditur.

Thēcă, cæ. f. p. (θήκη) uagina, ſepulchrum, loculus. Et dicimus, Theca calamaria, theca nummaria, uaſorum, &c.

Thēlў̆gŏnŭm, nĭ. n. ſ. θηλύγονον. herba habens uuas floribus oleæ ſimiles, ſed aliquanto pallidiores. Plin. lib. 27. cap. 8.

Tēlў̆phŏnŏn, herba ab alijs ſcorpion uocatur, propter ſimilitudinem radicis, cuius tactu moriuntur ſcorpiones. Plin. lib. 21. cap. 10.

Thēlў̆ptĕrĭs, (θηλύπτερις) filicis ſpecies, Plin. lib. 27. cap. 9. Eſt autem non ſingularis atq; fruticoſa, breuior molliorq; & denſior, folijs ad radicem canaliculata.

Thēmă, matis. n. t. θέμα. Latinè poſitum, ſeu poſitio dicitur. Sunt etiam themata mathematicorum apud Firmicum, affectiones cœli natalitiæ, & quaſi poſituræ cœli. ἀποτελέσματα.

Thēmă, controuerſiæ declamandæ argumentũ.

Thēnsæ, f. p. ut docet Aſconius, ſunt ſacra uehicula, pompa ordinum & officiorum. ἀπὸ [illegible] θεῖα. ſic dictæ, quòd ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere, qui eas deducunt. Vel ἀπὸ τοῦ θεῶν. id eſt à re diuina, & ſic per th ſcribitur.

Thĕŏlŏgĭă, ratio ſiue ſermo de diuinitate.

Thĕŏlŏgŭs, logi. m. ſ. Cic. 3. De nat.

Thĕŏmăchŭs, chi. m. ſ. Deo repugnans Latinè.

Thĕŏmbrŏtĭŏn, herba magica. Plin. lib. 24. cap. 17. Theombrotion triginta ſcœnis à Choaſpe naſci, pauonis picturis ſimilem, odore eximio.

Thĕōrēmă, atis. n. t. θεώρημα. Latinè ſpeculatio.

Thĕōrēſis, f. t. θεώρησις. contemplatio.

Thĕōrĭă, f. t. (θεωρία) cum accentu in penultima, Latinè ſpeculatio & intellectus dicitur. Hinc θεωρητικὸς ſpeculatiuus.

Thērĭăcē, ſiue Theriaca, f. p. (θηριακὴ) à qua & Theriaci paſtilli nominantur, quòd è uiperarũ carnibus conſtent, aut certè contra beſtiarum uenena proficiant.

Thērĭotrŏphīŏn, (θηριοτροφεῖον) locus ubi feræ aluntur.

Thērĭōmă, tis. n. t. θηρίωμα ulcus uiriliũ, interim & ſedis & partium aliarũ, multo ac nigro ſanguine, mali odoris, atra fit caro & corroditur.

Thērĭŏnărcă, cæ. f. p. θηριονάρκη. herba inter magicas, dicta ſic, quòd torporem afferat ſerpentibus, quaſi θήριος νάρκη. uide Plin. lib. 25. ca. 9.

Thērĭſtrŭm, tri. n. ſ. θέριστρον uelamen, uel ueſtis tenuis, qua utebantur mulieres Palæſtinæ.

Thērmæ, f. p. (θερμαὶ) ſunt balnea, quæ aut calentibus aquis, aut ipſo ſine fornice igni calefacta, lauandi, ſudandi'ue uſibus deputata, quæ Græci thermas uocauere. Nam θερμὸν Græci calidum dixerunt, à θέρει æſtus. Quæ autem propriè ad ſudandum loca habentur, ea Seneca in epiſtolis ſudatoria nũcupat, Græci thermas. Hinc thermulæ, arum. dimin. Latini Lautulas uocant.

Thērmĕfăcĭo, n. t. (θερμαίνω) ſignificat eſculentis atq; poculentis ingurgitatis, & exhauſtis in thermopolio caleſacio. Plaut. in Stich.

Thērmŏpōlĭŭm, lij. n. ſ. θερμοπώλιον. locus ubi calida excitamenta, & potoria uenduntur.

Thērmŏpŏto, as. n. p. Plau. in Trin. Poſtquam thermopotaſti gutturem, recipe te, & recurre pede recenti. id eſt calida potione gulam oblectaſti.

Theſaũ-

Theſaurizo, zas.n.p.(θησαυρίζω) theſaurum col loco, ſiue colligo, repono in depoſito.

Theſaurus, ri.m.ſ.& Theſaurum, (θησαυρὸς) & eſt (ut Paulus Iureconſultus De acquir.re.do. l. nunquam. inquit) uetus quædam repoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam do minum non habeat. ſic enim fit eius qui inuene rit, quòd non alterius ſit. Alioqui ſi quis ali quid lucri cauſa uel metus, uel cuſtodiæ condi derit ſub terra, non eſt theſaurus, cuius etiam furtum ſit. Nonnunquam in malum accipi tur, ut Plaut. in Amph. Teneo theſaurum ſtu pri. Hinc theſaurarius, adiect. ut theſaurarij fures, apud Plaut. in Aulul.

Theſis, is.f.t.(θέσις) Latinè poſitio. Figura, quæ diſtinguit ſenſus orationis per commata.

Theta, θῆτα. nomē eſt literæ Græcæ, quæ uim de tinet th aſpirati. Mart. Eſt operepretium di ſcere theta nouum: pro ſigno uel teſſera.*

Thoes, (θῶες) ſunt lupi (ut lib. 8. cap. 34. teſtatur Plin.) quos Solinus in Aethiopia naſci tradit. Arrianus ait, Thoa eſſe tigrim Indicam.

Tholos, li.m.ſ. θόλος. ſignificat ſcutū breue, quod medio in tecto ponitur, in quo trabes coëunt, & quò dona ſuſpendi conſueuerunt. Quidam accipiunt tholum pro teſtudine alicuius ædifi cij, ſiue pro domo rotunda. Ouid. lib. 6. Faſt. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.

Thoracatus, θωρακοφόρος. qui thorace indutus eſt

Thorax, acis.m.t. θώραξ. Latinè pectus. Vnde & munimentum, ſiue laneum, ſiue ferreum, ſiue plumbeum, quo pectus protegitur, thorax ap pellatur. Iul. Pol. ſcribit thoracē eſſe, quicquid anterioris duntaxat partis à collo uſq; ad co xendicem protenditur, quem conficiunt cra tes coſtarum, qui & ὅλμος, hoc eſt mortarium dicitur. Medici tamen in reſectionibus huma ni corporis, thoracem accipiunt inane quiddā in pectore, extremas coſtarum partes utrinque continens. Et Cornel. Cel. docet, Thoracem tuſſi obnoxium. Iuuenalis pro tunica, quæ tantum pectus tegit, cuiuſmodi infantes geſta re moris eſt, poſuit. Vnde Thoracatus.

Threnodia, diæ.f.p. θρηνῳδία. cantus lugubris.

Threnos, θρῆνος. gen. neut. Latinè dicitur lamen tum, quod in funeribus fit.

Thronus, ni.m.ſ. θρόνος. à noſtris ſedes, ſiue soliū dicitur. Quamuis in ſcripturis ſacris throni quandoq; non pro cathedris, ſed pro uirtuti bus aliquibus in cœleſtibus, in quibus Deus ſem per ſedeat, quaſi in quadriga ſua, ponatur.

Trulla, & Trulliſſo, ſas. uide infrà Trulla.

Thryallis, f.t. θρυαλλίς. genus herbæ, quæ hodie in Hetruria uocatur ſtrella. Cæteri eam bi binellam ruſtica uoce dicunt, uide Plin. lib. 25. cap. 10.

Thryps, θρύψ. tinea, ἀπὸ τοῦ θρύπτειν, quod ſignifi cat terere, id eſt frangere. Scribatur per io ta, non per y pſilon.*

Thunnus, θύννος. per duplex nn, nomen piſcis.

Thruinus, genus eſt piſcis marini, quem alij xi phiam uocant, alij thurianū. Plin. lib. 32. ca. 11.

Thus, uris.n.t. λίβανος. & Tuſcia. uide Tus.

Thyas. θύας. Bacchi ſacrificula.

Thyaſus, θίασος. ſaltatio, chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur, à θύω ſacrifico. Vergil. Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho.

Thymallus, li. m. ſ. genus piſcis precioſi, de quo Ambro. lib. Hexa.

Thymbra, bræ.f.p. θύμβρα. genus herbæ aroma ticæ, abundans in Phrygia, quā thymalem uo camus, Verg. 4. Georg. Herba hæc eſt cali da, & ſicca, & Latinè dicitur ſatureia, à Saty ris, quòd ſint in Venerem nimis hæc animalia prona. uide Plin. lib. 10. cap. 8.

Thymele, es.f.p. θυμέλη. pen. corr. nomen mulie ris, quæ prima ſaltationē in ſcena docuit. Græ ci θυμέλην ſcenam uocant, hoc eſt eam theatri partem, ubi geſtiunt hiſtriones.

Thymelici, m.ſ. θυμελικοί. ludij, hiſtriones. Vnde à Vitruuio dictū eſt, ſcenici & thymelici Græ cè ſeparatim nominant.

Thymiama, matis. n. t. θυμίαμα. odor ſuauiſſi mus, thymi naturam referens. Hoc incende batur in ſacrificijs, appellabantq; Græci thy miateria, uaſa odorum, quæ maiores noſtri a cerras dixerunt.

Thymum, mi.n.ſ. herba apibus gratiſſima. Dici mus & thymus. Sunt autem thymi duo gene ra album ſcilicet, & nigrum. Vnde bithymum mel, quod ex utroq; thymo collectum eſt. Et thymus (ut inquit Iul. Poll.) uerrucula eſt Ae gyptiæ fabæ magnitudine, ſcabra, & ſubrubēs ſanguine, cuius ſumma pars (ut Celſ. inquit) florem thymi repræſentat, in genitalibus, ſede, ſeminibus, palmis, & inferioribus pedū parti bus,

bus, uide Plin. lib. 11. cap. 10. Hinc thyminus, adiect. quod ex thymo factum. Et thymoſus, aliud adiect. Et thymites uinum, ex thymo confectum, ea forma dictum, ut abſynthites.

Thyrſus, ſi. m. ſ. uirga, & caulis cuiuslibet herbæ, præſertim lactucæ. νάρθηξ. Alij accipiunt thyrſum pro haſta aculeata, hederis obtecta, quas in Orgijs Bacchicis quatiebant. Vnde Thyrſigerus. ναρθηκοφόρος. dictus eſt Bacch. Lucretius accipit thyrſum pro furore, ſeu ardore, & inſtinctu.

T ANTE I.

TIăra, ræ. f. p. (τιάρα, καυσία) pen. pro. generis fœminini, ornamentum capitis Perſicarum prius mulierum, quo poſtea uſi ſunt reges, & ſacerdotes. Hieron. ad Fabiolam, Quartum eſt genus ueſtimenti, rotundũ pileolũ, quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars altera ponatur in capite: hoc Græci & noſtri τιάραν, nonnulli galerum uocant. Non habet acumen in ſummo, nec totum uſq; ad comas tegit, ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atq; ita in occipitio uitta cõſtrictus eſt, ut non facilè labatur ex capite.

Tibiă, iæ. f. p. propriè os cruris oppoſitum ſuræ. κνήμη. Inſtrumentum muſicum, quo tibicines canunt. Sic dicta, quòd primò ex gruum tibijs facta ſit, cum ex arundinibus facta ſit. αὐλός.

Tibiāliă, n. t. ſubſtantiuum, dicuntur uelamenta tibiarum. περικνημίδια. Quin etiã arma, quibus crura muniuntur, tibialia uocantur.

Tibiālis, & hoc le. om. t. quod eſt idoneum ad tibias faciendas. αὐλητικός.

Tibicĕn, cinis. m. t. pen. prod. qui tibia canit. αὐλητής. Dicitur & tibicina, fœm. gen. Gell. lib. 4. cap. 13. Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. Et tibicines in ædificijs appellãtur columellæ, quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent. ἀντηρίδος. à ſimilitudine tibia canentium, qui ut cantantes ſuſtinent, ita illi ædificiorum tecta. Nec habet in hoc ſignificato niſi ablatiuũ in ſingulari. Iuuen. Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Quicquid etiam in ſuſtentaculum alterius ponitur, tibicen dicitur. Vnde Vergil. per translationem ſua hemiſtichia, tibicines uocauit: Ipſæ quoque particulæ quibus uerſus replentur, tibicines à Grammaticis appellantur.

Tibin, inquit Origenes ſuper Exodum, eſſe genus tegminis, ex uirgis, aut papyro cõtextum, uel etiam ex arborum cortice formatum intra quod Moſes expoſitus fuit.

Tigillŭs, li. m. ſ. dimin. à tignus, (δοκίδιον) Tigillum, à tignum, ſicut ſigillum à ſignum.

Tignārĭŭs, a. um. adiect. ut tignarius faber, non ſolum is, qui tigna dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea, hoc eſt qui trabes, cæteraq; ad tabulata domus utilia: & omnis qui ædificat, intelligitur, inquit Caius Iuriſconſultus.

Tignŭs, m. & Tignum. n. ſ. (ἰκρίον) trabs, qua uariè diſpoſita domus extruitur. Et propriè cui ſupponitur tectum, à tegendo nomen deductum. Et tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia conſtant, continetur inquit Vl. Sed & in uineis, tigni appellatione omnia uineis neceſſaria continentur, utputa perticæ, pedamenta, ut ait ibidem Vlp. Hinc Contigno. gnes. quod eſt, tignis tectum iungo (συνδοκόω) Contignatio, textura ipſa trabium, ac tignorum. Coaſſatio uerò, aſſium dicitur.

Tiliă, liæ. f. p. arbor, quam Græci φιλύρα appellant, quamuis & ex alijs arboribus tiliæ dicantur. Nam interiores corticis ulmi tunicæ, è quibus fiunt uincula, tiliæ uocantur. Hinc Tiliaceus, cea. ceum. φιλύρινος. Vnde faſciæ tiliaceæ.

Timēns, entis. o. t. & Timidus ſic differunt, quia timens (φοβούμενος) ex cauſa ad tempus timet: timidus (δειλὸς) uerò ſemper timet. Hinc timidè, aduerb. uerecundè, minus audacter. Et timiditas. atis.

Timĕo, mes. mui. n. ſ. (φοβοῦμαι, ἀποδειλιάω) uarijs modis conſtruitur. Dicimus enim, Timeo te, tanquam inimicum. Timeo tibi, tanquam amico, ne quid mali tibi accidat. Et cũ præpoſitione pro. Gell. lib. 10. cap. 1. Illum autẽ pro Ariſtippi anima timere. Item, Timĕo mihi abs te, & cum ablatiuo mediante de. Ouid. libro 4. Faſtor. Nec timui de morte, tamen metus obſtitit. Item dicimus, Timeo furem tauro. id eſt ne fur taurum furetur. Et timeo mihi abs te mortem. Sciendum eſt hoc uerbũ Timeo idem efficere uel cũ negatione, uel ſine ea: ut, Timeo ut moriatur, et, Timeo, ne moriatur. Hoc idẽ facit metuo, uereor, & huiuſmodi. Compoſita ſunt, Extimeo, quod eſt, ualde

timeo (ἐκφοβοῦμαι.) Hinc extimeſco. Pertimeo,ſimiliter ualde timeo.(διαφοβοῦμαι.) Hinc pertimeſco.Prætimeo,ante tempus timeo. προφοβοῦμαι.Et habent ti ſyllabam corr.

Tĭmĭdĭtās.tis.timor,anguſtus et paruus animus

Tĭmĭŏpōlæ,com.p. τιμιοπῶλαι à Græcis dicuntur,qui præmercantur,ut rerum precia accedant,annonamq; cariorem faciant.

Tĭmŏr,oris.m.t.eſt (ut Cice.lib.4.Tuſc.Quæſt. inquit)metus mali appropinquãtis.φόβος,δέος.

Tin,Antiqui pro eum dixerunt.μιν.

Tĭnă,uide Tinia.

Tinctilis.& hoc le.om.t.pen.corr.quod intinctum eſt,βαπτόν.

Tinctūră,ræ.f.p.infectio,βαφή.

Tĭnĕă,eæ.f.p.uermiculus eſt, qui de carne editus,aut ſitu,aut puluere,ac putredine interdũ naſcens,ueſtes aut libros rodit.σής.Item tineæ, uentris animalia ſunt. ἕλμινθες Græcè dicuntur,inteſtini recti extremo repertæ. has Celſus lumbricos appellat. Item tineæ, ſunt uermes in aluearibus, apibus noxij. Colum. lib.9.cap. 14. Hinc tineoſus,ſa.ſum. ἑλμινθώδης.ut Aluei tineoſi,apud Colum.

Tingo,gis.xi.ctum.a.t.uel tinguo, ſignificat inficio,madefacio,immergo.βάπτω. Per tranſlationem dixit Cicero de Clar. Orator. Illam patris elegantia tinctam uidimus. id eſt ornatam,imbutam. Hinc tinctus,ctus.ipſe tingendi actus.Plin.lib.10.cap.48.Et alia eodem nomine croceo tinctu. Huius cõpoſitum eſt Intingo.(ἐμβάπτω.)

Tĭnĭă,uaſa uinaria apud Antiquos fuere, ut inquit Feſtus,(πυτίναι.) Nonius tinas appellauit,apud quos grandiora non erant, ueluti apud nos ſub hoc uocabulo habentur, nec ad eos uſus parata.

Tinnĭo,nis.niui.ĭtũ.n.q.ἠχέω. propriè de metallis dicitur,cum ex eorum pulſatione ſonus efficitur.Tinnire quoq; dicitur auris,cum incluſi ſubtiles & leues uapores interdũ per membranam illam,quæ in auribus eſt,emergunt,& ſonum illum fictitium edunt.

Tinnīmēntūm,ti.n.ſ.ipſe tinniendi actus. Plau.

Tinnītŭs,tus.m.q. idem.ut,Tinnitus aurium.

Tinnūncŭlŭs,li.m.ſ.genus accipitris, qui ferè in ædificijs nidos facit.Colum.lib.8.cap.8.

Tinnŭlŭs,la.lum.pen.cor.quod eſt acutum. ἀλαλάζον,ἠχῶν.ut,Vox tinnula.

Tintinăcŭli,m.ſ.ſunt uirgatores, qui flagris cædunt ſontes ob noxam, & loris bubulis caſtigant. κροταλίζοντες.Fictio uocabulo à ſonitu, quem uerbera efficiunt.

Tintinnābŭlūm,li.n.ſ.& Tintinnale,(κρόταλον, κώδων) inſtrumentũ æneum,uulgò campanellus.Nomen factitium, à uoce quã facit tintin.

Tintĭno,as.n.p.ἀλαλάζω. pen.cor.pro reſono. & tintinatur apud Catullum. Dicitur & tintinno,nis.niui. Afranius: Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tīpŭlă,læ.f.p.pen.cor.uermis ſex pedes habens, ſed tantæ leuitatis, ut ſuper aquam currens non deſidat.

Tis,genitiuus eſt antiquus à Tu pronomine.

Tĭthȳmălŭs,li.m.ſ. τιθύμαλλος. pen.corr.genus fruticis, quæ à noſtris lactuca marina dicitur. Plin.lib.26.cap.10.

Tĭtillo,las.a.p.per blandimenta ingero, prouoco, commoueo, ut fit cum quis carnis pruritũ ſentit,γαργαλίζω,κνάω.Nam titillari dicuntur ſenſus,quando mouentur, geſtiuntq; uoluptatis dulcedine. Verbum tranſlatum à titillatu alarum,ubi dulcedo ſcalpendi eſt, ſicut ſcribit Plin.lib.11.Hinc titillatio uerbale,ipſe titillandi actus.γάργαλος.Et titillatus,tus.idem.

Tĭtĭo,onis.m. t. lignum aduſtum, quod ab igne extrahitur,torris extinctus.δαλός.

Tĭtĭuilitiūm,tij.n.ſ.dici uoluerũt,inquit Nonius, fila putrida,quæ è telis cadũt.uide Teſtiuilitiũ.

Tĭtŭbo,bas.n.p.pen.cor.propriè pedibus inſiſtere nequeo,quales ſunt ebrij,aut infirmi. παραφέρομαι, συγκλονοῦμαι,ὑποφέρομαι.Transfertur ad animum, quoties ab animo uerba diſſentiunt,quod inconſtantiæ ſignum eſſe dicitur. Titubare quoque lingua & dentes dicuntur. τραυλίζειν. Hinc titubatus,participium,ſine uerbo,ut inquit Seruius,nam titubor non legitur. Verg.5. Aen. Veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo. Item titubantia, & titubatio,uerb.id eſt ipſe titubandi actus. Et titubanter,aduerb.inconſtanter.Cic.

Tĭtŭlo,las.a.p.ἐπιγράφω.titulum impono.

Tĭtŭlō tenus.μέχρι ἐπιγραφῆς. nõ ultra titulum.

Tĭtŭlŭs,li. m.ſ. ἐπιγραφή,τίτλος. eſt quod alicui rei,ut libro,operi,uel ſtatuæ ſuperſcribitur ad eius cognitionem: & tuetur factum authoris,

quòd

quòd ſi quis alterius opus eſſe contendat, ueri authoris indicat nomen. Item titulus libri dicitur, qui uel qualitatem operis, uel nomen authoris, uel numerum oſtendit. Dictus titulus à tuendo, quaſi tutulus, quòd tueatur factum authoris. Per translationem quandoq; ponitur pro laude & dignitate. Ouid. libro 2. De Faſt. Aliquando pro monumento. Apul. Auorum & proauorum titulus clarus. Tituli etiã dicti ſunt milites, quaſi tutuli, quòd patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum eſt, inquit Feſtus.

T ANTE M.

TMēſis, huius tmeſis, f.t. eſt unius uerbi cõpoſiti, uel ſimplicis ſectio, altera dictione, uel pluribus interiectis. Vergil. Septem ſubiecta trioni.

T ANTE O.

TOgă, gæ f.p. ἱμάτια γυναικῶα. Plutarch. τήβεννος. ſicut enim pallium Græcorũ ueſtis, ita toga erat ueſtis communis omniũ Romanorum, tam fœminarũ quàm marium, ſed prætexta honeſtiorum, toga uiliorum. Dicta toga à tegendo, quòd corpus tegat. Superimponebatur autem tunicis, hæc laxa erat, & in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Hinc Romani togati dicuntur, quemadmodum & Græci palliati. Quoniam uerò in pace tantum togæ uſus erat (nam in bello depoſita toga, chlamydem ſumebant, aut lanam) factum eſt, ut toga pro pace, ſicut arma pro bello, ponatur. Toga puerilis, & quæ prætexta dicebatur. Toga uirilis, decimoſeptimo anno ſumebatur. Interdum toga accipitur pro peculiari habitu clientium, & ſalutatorum, qui togati ibant ſalutatũ, ut ſportulam conſequerentur.

Tŏgātæ comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus Romanorum, ſicut Græcas fabulas ab illorum habitu palliatas appellamus.

Togatæ tabernariæ, dicuntur comœdiæ, in quibus non magiſtratus, ſed humiles perſonæ inducuntur, dictæ tabernariæ, quòd olim tabulis domus comuniter tegerentur.

Tŏgāti, m.ſ. (τηβεννοφόροι) togis induti. unde Romani togati dicti ſunt. Sic ij, qui principes ciuitatis officij gratia in forũ deducebant, ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant, togati uocabantur. Hi etiam per diminutionem togatuli dicebantur, quod dimin. eſt ioco formatum. Mart.

Tŏlĕro, as. a.p. ſignificat patienter fero, ut ait Feſtus: & uerbum eſt mala patientis. φέρω, ὑπομένω. Ponitur aliquando pro fero, porto. Tolerare uitam, eſt nutriri, ſuſtentare. Tolerare milites eſt alere. Hinc tolerãs, particip. Aliquãdo nomen ex participio: ut, tolerans penuriæ. id eſt patiens. Et toleranter, aduerb. Hinc quoq; toleratio. onis. uerbale, & toleratus. tus. Et tolerabilis le. quod tolerari poteſt. Vnde tolerabiliter, aduerb. facilè, ſine diſcrimine. Hinc etiam tolerantia. tiæ. Per ſimplex l ſemper ſcribitur. Intolerandus, qui ferri non poteſt.

Tōllēs, f.t. dicuntur, quòd tollantur, & tumeant. Cuius diminutiuum tonſillæ. παρίσθμια. quæ ſunt in homine, ſicut glandulæ in ſue, cum tumor fauces occupat.

Tōllĕnōn, onis. m.t. genus machinæ, ut ait Feſt. quo trahitur aqua, in alteram partem prægrauante pondere.

Tōllo, onis. uel tollonus, ni. idem quod tollenon.

Tōllo, is. ſuſtuli, & ſecundũ antiquos tetuli, ſublatum, a.t. ſignificat eleuo, ſublimo, ſurſum erigo. αἴρω, ὑψῶ, ἐγείρω. Aliquando tollere eſt capere. Verg. 4. Georg. Aliquando ſuſcipere. ἀνατρέφεσθαι. nutrire. ἀνατρέφειν, ἀνατρέφεσθαι. Teren. Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere. Aliquando aufero. ἀφανίζω, αἴρομαι. Cic. in Lal. Solem de mundo tollere uidentur, qui amicitiã è uita tollunt. Tollere de medio. ἀναιρεῖν, ἀναρπάσας ποιεῖν, ἀναξαίρειν. id eſt interimere. Aliquando differre. Plau. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliquando infero. Nam tollere minas, eſt minari, timorem incutere, inferre. Tollere lapides de terra, eſt ad iaciendum capere. Tollere gradum, ambulare. Tollere ſe altius à terra, eſt creſcere, ac de herbis et arboribus dicitur. Tollere animos, eſt ſuperbire, audaciorem eſſe. Tollerre cachinnum, eſt riſum augere, riſu immoderato efferri. Tollere aliquem in cœlum humeris, eſt illum laudibus celebrare, & quãtum fieri poteſt, eidem fauere, & ſubleuare. Tollere aliquẽ ab officio, eſt priuare. Tollere aliquem de oratione ſua, eſt eum nõ amplius nominare. Tollere aliquem è numero, eſt eum excipere. Tol

lere legem, uiolare, corrumpere. Tollere moram, feſtinare. Tollere metum, timorem adimere. Tollere aliquē teſtimonio, teſtimonijs ita conuincere, ut puniatur, & foro priuetur. Tollere aliquem ferro, aut ueneno, eſt interficere. Hinc ſublatus, participiū, id eſt eleuatus, ablatus, &c. ſecundū ſignificationem ſui uerbi. Ponitur aliquando pro ſuperbiente & ferociente. Et ſublatio, uerbale, ut ſublatio animi. id eſt elatio, ſuperbia. Cōpoſita huius uerbi ſunt: Attollo, quod eſt in altū eleuo. Contollo, contrà tollo. Extollo, in altum eleuo, exalto, magnifico. Interdum differo. ἀναβάλλω. Cæcil. Abi intrò, atque iſthæc aufer, tamen hodie extollat nuptias. Protollo, & Suſtollo.

Tŏlūtārĭŭs, rij. m. ſ. ſiue tolutaris equus. ἱπποφορὸς, ἔνδρομος. quaſi uolutarius, à pedum uolubilitate, qui alio nomine Aſturco, appellatur. Hos gradiarios uocamus, qui molli gradu, & ſine ſuccuſſatura geſtant.

Tŏlūtĭlŏquēntĭă, tiæ. f. p. uolubilis locutio. τὸ ἐπίτροχον. Næu. Acerba tolutiloquentia.

Tŏlūtim, aduerb. pen. prod. quaſi uolutim, hoc eſt uolubiliter. ἐπίτροχα. Varr. Adequitatio hæc ἔνδρομος à Iulio Polluce dicitur, quia carpat in curſu terram, & tollat uolubiliter ac modicè ueſtigia.

Tŏmācŭlă, uel per ſyncopen Tomacla, n. ſ. edulia ſunt, quæ ferè ex iecore porcino minutatim conciſo, & iam ſemicocto, infuſis ouis crudis, & caſeo optimo, & liquamine, pipere, aniſo, gingibere fieri cōſueuerunt, teguntur'q; omento ſuillo. κόμματα. Tomaculum dicitur, ἀπὸ τοῦ τμῆν. id eſt concidere.

Tōmēntŭm, ti. n. ſ. lana breuis ac conciſa, quæ ex ueſtibus à fullone poliendo detrahitur, et quicquid farciminis ex quacunq; re, ſiue ex fœno, & palea, ſiue ex pluma fuerit, quo culcitræ farciuntur. γνάφαλον. Videtur autem tomentum deduci à τέμνω, quod ſignificat incido, ſicut & tomos, & tomicus. Tomentorum autem aliud Leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba conciſa. Aliud circenſe ex arundinibus conciſis factum, id'q; ſtramentum habebatur plebeiorum.

Tŏmĭcēs. τόμικες. pen. cor. Græco nomine appellantur ex cannabi impolito, & ſparto leuiter tortæ reſtes, ex quibus funes fiunt.

Tŏmŏs, mi. m. ſ. τόμος. fragmentum libri eſt abſciſſum. Tamen & pro ipſo libro, ſeu uolumine imperfecto accipitur. Vnde Origenes tertium librorum ſuorum genus Tomos inſcripſit, quos (ut ait Hieronymus) non poſſumus appellare uolumina.

Tŏmŭs thurianus, (τόμος θούριος) canis marinus dicitur ab Athenæo.

Tōndĕo, tondes, totondi, tonſum, a. ſ. κείρω. licet eius compoſita non geminant ſyllabam præteriti, & ſignificat lanam, ſiue capillos, & huiuſmodi incido. Et tondere, paſcere. νέμεσθαι. Et aliquando ſecare. Verg. Nocte arida prata Tondentur. id eſt ſecantur. Tondere aliquem auro, eſt auferre & furari, quicquid habet auri. Plaut. in Bacch. Huius uerbi compoſita ſunt, Attondeo. ἀποκείρω, ἐπινέμω. quod eſt perfectè tondeo. Detondeo, de quo ſuprà.

Tŏnēſcit, tonitrus fit, tonat. (βροντᾷ.)

Tŏnĭmŭs, Veteres pro ſonamus uſurparunt.

Tŏnitrŭo, as. n. p. (βροντῶ.)

Tŏnitrŭs, us. m. q. & tonitru declinari poteſt, (βροντή.) Iuuen. Et facient optata tonitrua cœnas. Eſt autem tonitrus (ut in Quæſtion. docet Seneca) nubis iſtæ ſonus, qui & tonus dicitur.

Tŏno, nas. naui. natum, n. p. & Tono. nis. nui. nitum. (βροντάω.) Et à tonatum fit tonatio, à tonitum uerò fit tonitus. Eſt autem tonare, tonitum reddere: ſonare, altè loqui. Tonare laudes alicuius, eſt magnopere efferre. Huius compoſita, Attono. ἐμβροντάω. unde attonitus, ſtupefactus. ἐμβρόντητος. Contono. συμβροντάω. ſimul tono. Circuntono, circum ſtrepitum facio. περιβροντάω. Detono. Intono, ualde tono. Pertono, perfectè tono, reſono. & omnia habent pen. cor.

Tōnſæ, f. p. (κεκαρμέναι) dicuntur oues. Et tonſæ. ἐρετμοί. dicuntur remi, à circumcidendis fluctibus. Verg. lib. 7.

Tōnſĭlis, & hoc le. om. t. (κεκαρμένον) quod tonſum eſt, ac in orbem, & comam putatum: ut, tonſiles oleæ, pen. cor.

Tōnſillă, læ. f. p. (σύραξ, ὀρέοκος) palus dolatus in acumine, & cuſpide præferratus, qui nauis religandæ cauſſa in littore figitur. Tonſillæ etiam diminutiuum à tole. Toles autem (ut inquit Feſt.) eſt tumor fauciū. & propriè fiunt

circa

circa unam ex utraque parte infra fauces,uocanturq; glandulæ,ob quandam glandis ſimilitudinem. Plinius, Tonſillæ in homine,in ſue glandulæ. Poſſunt etiam dici tonſillæ, tanquã loca in quibus fiſtulæ,& cibalis & ſpiritalis religatæ ſunt, (παρίσθμια) uel quia huiuſmodi tam uehemens,acutusq; eſt, ut nõ minus quàm acutiores paxilli pungat.uide Glans.

Tōnſo,as.a.p.frequentatiuum.unde & detonſo, (ἀποκείρω) Gell. Hinc aliud frequentatiuum. tonſito,as.Plau.in Bacch.

Tōnſŏr,oris. m.t. (κουρεύς) & tonſtrix, nomina uerbalia,qui,uel quæ barbã tondet, aut aliud quippiam.Hinc tonſtricula dimin.Cic.

Tōnſōrĭūs,a.um.(κουρικὸς) quod ad tondendum pertinet,ut culter tonſorius.

Tōnſtrīnă,κουρεῖον.locus in quo tonderi ſolet.

Tōnſūs,a.um.participium,(καρὰς) quod eſt coma abſciſſa.ut tonſus homo: ſicut intonſus,capillatus. Hinc tonſi montes,tonſæ ualles,qui, & quæ arboribus & ſyluis uiduata ſunt. Intonſi,ſyluoſi. Aliquando tonſus ponitur pro minuto: ut, Tonſa oliua, quæ minutis frondibus compta eſt,quaſi à tonſore compoſita.

Tōnſūs,us.m.q.(κουρὰ) nomen, idem quod tonſio & tonſura, tondendi opus, ſiue ipſa tondendi actio.

Tŏnūs,ni.m.ſ. Græca uox eſt. nam Græci τόνον dicunt ſonum. unde accentum quoq; τόνον appellant, quos Veteres noſtri imitati, tenorem, quaſi tonorem accentum uocauere: & tonus, qui & tonitrus. Item tonus, neruus, qui ex utraque parte ſtomachi eſt. Item ſpacium id, quanto abeſt à terra circulus cæli citimus, hoc eſt Lunaris.

Tŏpārchă,chæ.com.p.(τοπάρχης)dicitur ille,qui unius regionis,uel loci curam adminiſtrat.Toparchia,territorium.

Tōphūs,phi.m.ſ.τῶφος.genus lapidis aſperi, qui facile in arenam reſoluitur.Hinc tophinus,& tophaceus.τώφινος. adiect. quod ex topho eſt.

Tŏpĭārĭūm,rij.n.ſ. τόπιον. dicitur opus ex arbore,aut frutice,aut herba factum ad decorem: ut ſunt teſtudines,cameræ, naues, auiculæ, & huiuſmodi,quæ ex buxo,uel hedera, & huiuſmodi, quarum natura ſequax eſt & flexibilis, fieri conſueuerunt. Hinc topiarij dicuntur, qui topiaria faciunt. Et ars ipſa topiaria dicitur,ut argentaria.

Tŏpŏgrăphĭă,æ.f.p.τοπογραφία. loci deſcriptio.

Tŏpŏs.τόπος.Latinè locus.Topicus (τοπικὸς) localis.Vnde Ariſt.& Cic. Topica.τοπικὰ.libros appellarunt.id eſt locorum ſedes,in quibus huiuſmodi loci demonſtrantur,à quibus argumẽta ſumi debent. Hinc topice. ces. ars ipſa inueniendorum argumentorum.

Tŏrālĕ,is.n.t. πορφυρίδιον. & per apocopen toral,à toro:mappa longa, quam ſuper linteola ponimus.Et omnia lecti ſtragula toralia. ἐπιβλήματα.dicuntur.

Tŏrcŭlārĭūs,a.um.quod ad torcular pertinet.

Tŏrcŭlārĭūs,rij.m.ſ. ſubſtant. qui torculari premit uuas.

Tŏrcŭlūm,li.n.ſ. ληνὸς. quod uſu torculare, & per apocopen torcular,pen. prod. & torcularium, ædificium uinarium, & machina uuis premendis ac torquendis apta, à torquendo. Prælum à præluendo, pro trabe qua uuæ calcatæ premuntur. Lacus, torculari ſupponuntur ad accipiendum muſtum.

Tŏrcŭlūs,adiect.quod ad torculum pertinet.

Tŏreūmă,matis.n.t.& toreumatum.ti.τόρευμα. opus politum,cælatum. τορεύω enim,ſculpo & cælo ſignificat. Salluſt. Tabulas, ſigna,toreumata emunt.

Tŏrmēntūm,ti.n.ſ. ſupplicium quod datur alicui, ad perquirendam ueritatem, uel ad cruciatum inferendum,ob nequitiam. Varro meſſis trituram,tormentum appellat, quod ibi frumentum teratur. Et tormentum,μηχανὴ.generale uocabulum eſt omnium machinarũ:ut,ſaxa, tela, & id genus uaria torquentium. Dicitur autem tormentum à torquendo. Græcè βάσανος,à βασανίζω torqueo: unde & βασανιστὴς tortor.

Tŏrmĭnă,um.n.t.στρόφοι.genus morbi,à torquẽdo,cum dolore torquentur inteſtina exulceratione, quæ Græcè δυσεντερία dicitur, uel alia ratione,ut libro 4. ſcribit Celſus. Ex his cruor manat,frequens deijciendi cupiditas,dolor in ano eſt. Hinc torminoſi, στροφώδεις. qui cum morbum patiuntur, quos & dyſentericos Græco uocabulo appellãt. Nonius tormines maſculino gen. protulit. Hinc torminalis,& hoc le. quod tormina infert.

Tŏrnābĭlis,le.om.t. (τορευτὸς, διάτορνος, τορνευτὸς) pen.cor.

pen.cor.quod torno factum eſt.

Tŏrnĭām̄ĕn, ludus erat, qui Troia dicebatur, quaſi pro Troiano agmine dicatur Troiamē.

Tŏrno. nas. n. p. ad tornum polio, (τορνόω.) Plin.lib. 36. Lapis eſt qui cauatur, tornaturq́ in uaſa, coquendis cibis utilia. Hinc detorno. (ἀποτορνόω) quod eſt de aliquo torno. Pli. 13.

Tŏrnŭs, ni.m.ſ. (τόρνος) inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiuſmodi polita redduntur.

Tŏrŏpetrŏn, herbæ genus, quam & dorypetron, (δορύπετρον) & lubonon uocant, caulibus ueſtiti roſæ capita ſuſtinens. naſcitur in campeſtri & gracili ſolo.

Tŏrpēdo. inis. maſc. gen. (νάρκη) piſcis genus, qui limo merſus occultat ſe, & piſces ſuprà na tantes torpentes facit, poſtquam uero obtorpuere, deuorat. Ponitur & pro pigritia, & eſt generis fœm.

Tŏrpĕo. pes. pui. n.ſ. (ἀναισθήτως ἔχω, ναρκάω) piger ſum: uel animo & corpore ita debilitatus ſum, ut langueam. Hinc torpeſco, piger ſiue torpidus fio.

Tŏrpŏr, oris. m. t. animi & corporis debilitatio, à torpedine piſce, cuius contactu corpus hebeſcit.

Tŏrpŏro. as. a. p. pen. prod. torporem induco.

Torquatus, ti. m. ſ. palumbus dicitur.

Tŏrquĕo. es. ſi. ſum. & tortum. a. ſ. ſignificat inflecto. (λυγίζω, στρέφω) Verg. 2. Georg. Ithureos taxi torquentur in arcus. id eſt, torquendo fiunt. Aliquando torquere ponitur pro gyro celeri rotare. Idem 1. Aeneid. Aſt illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Aliquando pro gubernare: ut, Cœlum & terras qui numine torquet, Verg. Aliquando pro tormentum inferre, (βασανίζειν, στρεβλοῦν) Donat. Torquemus hominem, extorquemus ueritatem. hinc tormentum, & tortura. Aliquando pro filare, (ξαίνειν) ut eſt illud Iuuena. Penelope melius, melius torqueris Arachne. Torquere ius, per translationem, eſt peruertere, aut auertere. Huius compoſita ſunt, Abſtorqueo, (ἀφαιρέομαι) quod eſt torquendo aufero. Contorqueo, euerto. (πελάγω, στροβιλέω, συστρέφω) Detorqueo, diſtorqueo, extorqueo, intorqueo, intertorqueo, obtorqueo, (διαστρέφω) cōtorqueo. Retorqueo, (ἀντιστρέφω, ἀντιτύπτω) retorqueo, iacio. & retorquere, (ἀνακάμπτειν) eſt rurſus flectere. Prætorqueo, antè flecto.

Tŏrquēs, & torquis, (στρεπτός) ſecundum Probum: ſignificatq́ circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, & ſummi pectoris. Gell. lib. 9. cap. 13. Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eamq́ ſanguinolētam in collum poſuit. Hinc torquatus, adiectiuum, id eſt torque ornatus.

Tŏrrefăcio, is. a. t. (καταφρύγω) comburo, coquere facio, aut multum calefacio.

Tŏrrēns, entis. m. t. (χείμαρρος) ſignificat fluuium, qui non de fonte, neque de uiua aqua, ſed à pluuijs, uel de montibus in ualles deſcendit, & in mare uadit, & æſtate ſiccatur: aquis uero hyemalibus inundatur, & currit. Torrens uero participium poſuit Verg. Torrentia flumina ripas. id eſt quæ torrētis more fluunt. Hinc torrentior, & torrentiſſimus, pro uehemēti, & impetuoſo, & in torrētis morē rapido. Iuue. Saty. 3. Et Iſæo torrētior. id eſt uolubilior)

Tŏrrĕo. res. rui. toſtum. a. ſ. ſicco, arefacio. (καταφρύγω, ὀπτάω, φρύγω) Pli. li. 11. cap. 20. Deinde ſoli uerno torreantur. Quod etiam de frigore poteſt intelligi. Verg. Frigore torret. Sed uſurpatur quādoq́ pro urere. Verg. Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos. Quandoq́ pro aſſare. unde carnes toſtæ.

Tŏrrēſco, ſcis. n. t. torridus fio. (ἐκκαίομαι) à quo retorreſco, rurſus coquor, uel rurſus uror.

Tŏrrĭdŭs. a. um. (κατακεκαυμένος) quod eſt aridum. Vnde æſtas torrida dicitur. Hinc retorridus. Colum. lib. 3. Niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida.

Tŏrrĭs, is. m. t. lignum teres cum ardet. (δαλός) Titio, torris extinctus. Lactan. Titionem uulgus appellat extractum foco torrem, ſemiuſtum, extinctum.

Tŏrtĭlis, le. om. t. pen. cor. quod retortum & replicatum eſt. στρεπτόν: ut, Tortilis anſa, Ouid.

Tŏrtiuūm uinum, (πρόσπασμα οἶνος) eſt nouiſſimè expreſſum, ut apud Cat. cap. 23.

Tŏrto. as. a. p. frequēt. ſignificat uehemēter torqueo. Pompon. Ibi inſilui in cochleatum equuleum, ubi tolutim tortor. id eſt torqueor.

Tŏrtŏr. oris. m. t. qui torquet, id eſt cruciat, uel ad quæſtionem ponit. βασανιστής. Dicitur etiam qui lapidem tormento iacit. Vnde ab Ammiano tor-

no tortores balliſtarum appellati ſunt, qui ex baliſtis tela contorquent & iaculantur.

Tŏrtŭm, ti. n. ſ. machina ad torquendum ſaxa.

Tŏrtŭōsŭs, a. um. quod eſt tortum, & multis flexibus ſinuoſum, (ἑλιγματώδης, ἑλικοειδής) anfractuoſum: ut, Tortuoſa urina, apud Plin. lib. 21. cap. 17. quæ tortuoſe diffluit.

Tŏrtŭs, a. um. quod non eſt rectum, ſed flexum: ut, Torta ſupercilia, apud Plaut. in Rud.

Tŏrtŭs, tus. m. q. & torſio. onis. idem: hoc eſt, ipſe torquendi actus. Cic. de Diuin. Vidimus immani ſpecie, tortuq; draconem.

Tŏrŭlŭs, dimin. à torus, id eſt paruus lectus.

Tŏrŭs, ri. m. ſ. (στιβάς) lectus, ab intortis herbis dictus. Verg. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto. Toros etiã appellamus pulpã carnis muſculoſam, in qua eſt robur, & ualentia, ut ſunt partes membrorũ neruoſæ, calloſæq;, et in ſe propemodũ collectæ. Ver. Luxuriatq; toris animoſum pectus, &c. Vnde toroſus. a. um. qui pulpam carnis muſculoſam habet. Dicitur & de alijs rebus, ut bobus, herbis & uitibus.

Tŏrvŭs. a. um. (γοργὸς, γαυὸς) à terendo, e in o mutata (ut ait Seruius) uel à tauris, qui irati cum quadam truculentia reſpectãt. Nam toruitas propriè taurorum eſt. uel à torto aſpectu. Verg. Optima toruæ Forma bouis. Hinc fiunt aduerbia toruè, toruuum, & toruà. Torua uina, dicuntur aſpera, & indomita, ſiue immitia. Plin. lib. 17. cap. 23.

Tŏt, nomen numerale, indeclinabile in utroque numero. Cic. de Orat. Quot homines, tot cauſæ. Hinc toties, aduerb. id eſt tot uicibus.

Tŏtĭdem, (τοσοῦτοι) par numero, ſignificat tot ſimiliter, ſeu planè tot, nec plures res, nec pauciores. Cic. de Diuin. Proclus & Euryſthenes, gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos uixerunt, &c.

Tŏtŭm, ti. n. ſ. (ὅλον, ὁλόκληρος) & omne ſic differunt, quod totum ad quantitatem refertur, omne ad numerum. Totum partium, omne numeri denotat plenitudinem. Poëtæ tamen iſta confundunt. Fit autem totus à tot, quamuis tot breue ſit, totus uero productum: & ſignificat omnis, cunctus, uniuerſus, plenus, integer, ſolidus ex omni parte.

Tŏxĭcŭm, ci. n. ſ. (τοξικὸν φάρμακον) dictum eſt eſt quaſi taxicum (ut inquit Plin. lib. 16. cap. 10.) quoniam taxus arbor eſt ueneni præſentiſsimi, adeò ut ſi iumenta taxi folia comederint, emoriantur. Hanc quidam ſmilacem dixere, & eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ut ſi quis ſub ea dormiat, cibumúe capiat, moriatur.

T ANTE R.

Trăbālēs claui, (δοκίδες) ſpecie tormentorum, à trabibus. Horat. Te ſemper anteit ſæua neceſsitas, Clauos trabales, &c. uide Trabs.

Trăbĕă, æ. ſ. p. (ἀλουργίς) genus ueſtis, cuius tria ſunt genera, ut Suetonius libro de Veſtium genere inquit. Vnum quod dijs ſacratur, tantum de purpura: aliud purpureum, quod habet aliquid albi: tertium augurale ex purpura & cocco mixtum. Erat autem ueſtis togata, purpura circumducta ſubtegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Hinc trabeati, qui trabea ſunt induti.

Trăbĭcă, (δοκίς) nauis dicta eſt, quod ſit trabibus cõfecta. Pacu. Labitur trabica in alueos.

Trăbs, & trăbēs. bis. (δοκὸς) utroq; modo dicitur genere fœminino: dicta à trahendo, quòd in altum trahatur. Ponitur aliquando apud poëtas pro naui. Verg. 3. Aen. Vaſtumq; caua trabe currimus æquor. Hinc trabicus. a. um. quod trabibus factum eſt. ut trabica nauis. Et trabalis. le. ut trabalis clauus, qui magnitudinem trabis imitari uidetur. Cic. 7. Ver. Trabali clauo figeret. Stat. lib. 4. Theb. haſtam trabalem dixit. Et Verg. 12. Aen. Telum trabale.

Trăchăli, appellantur muricum ac purpuræ ſuperiores partes. Vnde Ariminenſes maritimi cognomen traxerunt, Feſtus.

Trăchēă, uel trachia, arteria pulmonis, quæ ſpiritalis fiſtula dicitur. uide in Fiſtula.

Trachōma, uocatur, ſcabricies palpebrarũ interior, ſicut in eadem parte glabritas, hoc eſt defluuium pilorum, madaroſis & milphoſis.

Trăctĭm, (ἐπισυρομένως) aduerb. ſignificat trahendo in longum, ſine intermiſsione, longo tractu, diutinè. Verg. Tum ſonus auditur grauior, tractimq; ſuſurrant.

Trăcto, as. a. p. (προσφέρομαι, χειρίζω) frequent. eſt, quaſi frequenter traho, uel ſurſum traho, attracto, gero, uerſo, habeo, in manibus habeo,

habeo, cum aliquo rationem alicus rei habeo, afficio: & eſt proprie manu uerſare, uel frequenter tangere. Item translatè, eſt ſuſcipere aliquem, ſiue de aliquo mereri, accipere, uel recipere: ut, Bene tractaſti me. id eſt bene meritus fuiſti de me, (ποιῶν) ſiue bene me ſuſcepiſti. Item diſſerere, (πραγματεύεσθαι, διαλαμβάνειν) & deſcribere, uel ſcribendo, aut narrando commemorare, quòd talia frequenter tangere uideamur. Aliquando tractare eſt adminiſtrare. Cicero 1. Verr. Eras enim tu quæſtor, pecuniam publicam tu tractabas. id eſt adminiſtrabas, & pecuniæ curā habebas. Hinc tractatus, participium. Cic. 2. de Legib. Aliquoties iā iſte locus à te tractatus eſt, id eſt enarratus. Aliquādo uerbale eſt quartæ declinationis, & cū tractationis ſignificatione conuenit. Item tractatio, alterū uerbale, & ſignificat ipſum tractandi actū, ſiue propriè accipiatur, ſiue trāslatè. ut tractatio armorū, tibiarū, philoſophiæ, & cæt. Et tractabilis, le. quod tractari poteſt: ut, Tractabile pelagus, tractabilis homo, manſuetus, pacatus, facilis. Huius compoſita ſunt, Attrecto, contrecto, retracto, obtrecto, quaſi aduerſus aliquem tracto. Pertracto, (καταπράττω,) perfectè tracto.

Trāctōriă. (ἑλκυστικὰ) organa, appellat Vitruuius machinas, quibus onera pertrahuntur.

Trāctŭs. us. m. q. ſpacium, regio, plaga. κλίμα. Ponitur aliquādo pro tractatu, & dictionum productione, & deriuatione. Aliquando eſt ipſe tractandi actus.

Trādo. dis. tradidi. itum. a. t. (παραδίδωμι) ex trās & do, n & t abiectis, ſignificat in poteſtatem do, & aliquādo doceo. Hinc traditio pro doctrina. Item fidei alicuius cōmitto, (παραδίδωμι.) ut Verg. Nuper mihi tradidit Aegon.

Trādūco. cis. a. t. penult. product. ex trans & duco in quo n & s ſimiliter abijciuntur: ſignificat de loco ad locum duco. διάγω, περιάγω, περιφέρω, διαβιβάζω. Aliquando, (παράγειν) eſt ad ulteriora ducere. Plautus, Traduce adhuc lineam pluſculum. Aliquando transferre, (μεταφέρειν.) Vnde & traducere librum ex una lingua in aliam quidā dicunt, hoc eſt interpretari. Aliquando agere, ſiue præterire, cōſumere, terere, διάγειν. Cic. Ser. Sulp. Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. Aliquando deridere, & infamia afficere, & ueluti in exemplum proponere, (παραδειγματίζειν) ad deridendum omnibus per uicos & theatra ducere. Martialis, Multóq; magis traduceris Apher. Ponitur aliquando pro nutrire, fouere, ſuſtinere. Iuuenalis, Alteraquos nudo traducit Gallia talo.

Trādūcēs, um. m. t. in uitibus dicuntur, qui aliunde tracti ac propagati ſunt. Huius ſingularis nominatiuus eſt tradux.

Trăgĕlăphŭs, phi. m. ſ. (τραγέλαφος) pen. cor. ſpecies cerui, qui hirco & ceruo ſimilis eſt, barba & uilla diſtans ab alijs, qui & hircoceruus dicitur. τράγος hircus. ἔλαφος ceruus.

Trăgēmătă, tum. n. t. bellaria ſecundum Macrob. id eſt omne menſæ ſecundæ genus.

Trăgĭcē, (τραγικῶς) aduer. ſignificat crudeliter, quaſi more tragico.

Trăgĭcŭs, ci. m. ſ. ſubſtantiuum, (τραγικός) quaſi hircinus, qui tragœdiam ſcribit.

Trăgĭŏn, (τράγιον) ſiue tragonis, herba quæ naſcitur in Creta, iunipero ſimilis. Pli. li. 27. ca. 13.

Trăgœdĭă, æ. f. p. (τραγῳδία) pen. cor. quamuis apud Græcos producatur. ἀπὸ τ̃ τράγου, καὶ τῆς ᾠδῆς. hoc eſt ab hirco, & cātu, quaſi hirci cantus. Nam hircus dabatur in præmiū tragicis authoribus, qui ruſtici & paſtores erant. Vel ab hirco uinearum hoſte, & à cātilena. Hora. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircū. Alij à fæce putant, quā Græci τρύγα uocant, appellatam, quòd ora ſua fæcibus perlinebant ſcenici, ante uſum perſonarum à Theſpide repertum. Tragœdia autem, eſt genus poëmatis grande in quo heroës introducuntur, duces, reges: item luctus, cædes, exilia. In hac triſtes exitus, & liberorum fortunarumq; priorum in peius agnitio. Hinc tragicus, adiect. quod ad tragœdiā ſpectat: ut tragicus actor, tragicus cātus, tragicum ſcelus. id eſt dignum tragœdia, uel quale tragœdi in ſuis tragœdijs decantare ſolent.

Trăgœdŭs, di. m. ſ. (τραγῳδός) qui tragœdiam canit, & recitat: ſiue actor tragœdiæ.

Trăgŏmăſchăli, (τραγομάσχαλοι) dicti ſunt illi, qui uirus alarum olent. id eſt, hircoſi. Bud.

Tragonis, (τράγιον) herba, quæ adalligata triduo dicitur conſumere lienes.

Trăgŏpă, (τραγόπας) auis in Aethiopia, quæ

cornibus arietinis præfert caput armatum.

Trăgŏpōgŏn,(τραγοπώγων)pe.pro.herba in acetarijs laudata,quæ à quibuſdam barbula hircina,ab alijs come,quia folia habet inſtar croci in rotundum ſparſa.Vulgò herba petræ dicitur in Gallia Tranſpadana.Componitur autem ex τράγος, quod ſignificat hircū.ᾗ πώγων barba,ut iure hircibarba nominetur.

Trăgŏrĭgănŏn,herba ſimilis ſerpyllo ſylueſtri.

Trăgŏs,(τράγος)Latinè hircus,unde tragœdia. Rurſus τράγος herba,quā aliqui ſcorpion uocant,ſemipede alta,folijs puſillis,racemis rubentibus,grano tritici.Plin.li.9.ca.41.Eſt & conchæ genus mali ſaporis.* Martialis:Inde tragos,celereſq; pili,mirandaq; matri Barba.

Trăgŭlă,æ.f.p.(ἀκόντισμα) genus teli,ſimilitudine haſtæ, ita dictum, quòd ſcuto infixa trahatur.Plaut.in Epid.Tragulam in te inijcere adornat,neſcio quam fabricam facit.id eſt dolum aliquē in te ſtruit. Et tragula,(ἀμφίβληστρον)rete,quòd uulgò nunc tractā uocant.ſic dicta quòd ex undis ut plurimum trahatur.

Trăgŭm,neutro genere,(σαγήνη) genus piſcatorij retis, quod & uerriculum dicitur.

Trăhă,hæ.f.p. genus uehiculi ſine rotis,quo coloni utuntur,à trahendo dictū. Verg.1.Geor. » per epentheſim dixit,Tribulaq;,traheaq;,& » iniquo pondere raſtri.

Trăhāx,acis.m.t.(ἑλκτικός)auidus,rapax,omnia ad ſe trahens.Plaut.in Perſ.

Trăho, his. traxi. tractum, a. t. per uim duco. (σύρω,ἕλκω.) Trahimur enim inuiti, ducimur » uolentes. Verg. Altaria ad ipſa trementem traxit.Aliquando ſimpliciter ducere,(ἄγειν.) Lactant.lib.2. Nec quicquam poſsit eſſe omnino,quod non originem à Deo traxerit. Aliquando protrahere , (παρέλκειν.) ut, Trahere bellum,Salluſt.in Iug. Aliquando pro exten» dere,terere & conſumere. Verg. 1. Aen. Nec » non & uario noctem ſermone trahebant. Huius uerbi compoſita ſunt,Attraho, (ἐπάγω,ἐπισύρω)ad me traho. Contraho,detraho,diſtraho, extraho, intertraho,pertraho,perfectè ſeu ad finem traho:protraho,differo,prolongo.Retraho, (χάζω,ἀφέλκω) retrò ſeu rurſus traho.Subtraho, (ὑφέλκω) proprie ſignificat ſub,ſiue de medio aufero, ſurripio,ſuror.

Trāĭcĭo,cis. ex trans & iacio, remotis n & s, ſignificat traduco,tranſporto,tranſueho.(διαπορθμεύω,διάγω,διαβιβάζω.) Nam proprie nautæ traijciunt, cum aliquid in aliud littus uel ripam tranſuehunt : quamuis etiam ij traijcere dicantur,qui tranſuehuntur. Liuius,Præ ſe armentum agens, nando traiecerat . Planc. Cic . Exercitum ad Calend . Maias Rhodanum traieci. Traijcio mare , uel flumen. id eſt tranſeo.περαιοῦμαι.Liu.1.Belli Pun.Amnem uado traiecit. Aliquando coniunctim. Idem:Traiecit copias Iberum. Aliquādo eſt transfigo,tranſuerbero,(διελαύνω,διείρω.)ut Traijcere iaculo, telo, aut alioius genere armorum. Traijcere in alia uaſa, profundere in alia uaſa, dixit Var. 1. de re Ruſtica, cap. 64.Traijcere in alium culpam,aut quippiam, eſt transferre. Hinc traiectio, (διέλευσις) tranſitio:ut,Traiectio ſtellarum,Cic.1.de Diuin. Traiectionem uerborum dixit Cice.in Orat.pro tranſlatione.

Trālūcĭdŭm , adiect. quod pro medium lucet, (διαφανής.)ut,Tralucidus aër,Plin.

Trāmă,æ.f.p.ſubtegmen,(κρόκη,ροδάνη)&, ut ait Seruius filū quod intra ſtamen currit.Per » ſius Saty. 6. Mihi trama figuræ Sit reliqua.

Trāmĕs,itis.gen.maſc.ſemita tranſuerſa.(τρίβος.)Liu.lib.5.Obliquis tramitibus egreſsi.

Trāmitto , is.act.t. pro tranſmitto , dixit Cic. ad Att.libro.16.

Trānārĕ,(διανήχειν) ſignificat ultrà nare, id eſt » natare . Verg. Superant montes , & flumi» na tranant. Tranare pro tranſuolare dixit Idem 4.Aeneidos.

Trānquillo,las.a.p.quietem facio,(γαληνίζω.)

Trānquillŭs,adiect.quietus,pacatus,pacificus. Tranquillum eſt.id eſt ſerenum tempus eſt,ſine flatu uentorum. Hinc tranquillò,& tranquillè, aduerbia. Plautus in Ciſtel.Sed tranquillè amabò,ne quid quod illi doleat,dixeris.

Trānquillĭtās,atis.f.t.placabilitas:ut,tranquillitas animi,id eſt conſtantia,firmitudo,modeſtia.ſignificat & ſerenitatem.

Trāns,(πέραν)præpoſitio eſt,quæ ſignificat ultra: ut,cum de loco ad locum,& de uno ad alterum,& de una re ad alteram tranſitionem facimus. Separatur quandoq;:ut,trans mare,trans montes.Sed plerunque componitur, præſertim cum his literis:a, ut.Tranſalpinus:

c,ut

c, ut tranſcurro: d, ut traduco: e, ut tranſeo: f, ut transfero: g, ut tranſgredior: i, ut traijcio: l, ut translego: m, ut tranſmigro: n, ut trano: p, ut tranſpono: s, ut tranſcribo: t, ut Tranſtigritanus, qui habitat trans Tigrim: u, ut tranſueho. Sed eſt ſciendũ, quòd cõpoſita cum n, uel t conſonante, uel d, amittit n & s: ut trano, traijcio, traduco: in reliquis manet integra, niſi cum s, in quo s tantum abijcimus, ut tranſcribo. Apuleius tamen docet, quod ſi tranſponatur cum eo, duco, pono, poteſt retinere, & perdere ns, & tranſduco, traduco: tranſpono, trapono: tranſeo, traeo. In alijs retinet ns, niſi in trano, trado, traijcio.

Trãnsãctũs, a. um. particip. (παρεληλυθὼς) idem eſt quod præteritus, perfectus, abſolutus. quæ enim præterita ſunt, perfecta ſunt.

Trãnsalpinũm, (ὑπεράλπιδος) dicimus ultra alpes.

Trãnſcẽndo, dis. n. t. (ὑπερβαίνω) ex trans & ſcando, ſignificat aſcendendo tranſgredior: ut Tranſcendere alpes.

Trãnſcrĩbo, bis. a. t. (καταγράφω) idem quod ex ſcribo, hoc eſt, ab exemplaribus quicquam deſcribo. Cic. de Nat. Qu. Soſius, qui tranſcripſit publicas tabulas. Vnde & transſcribere aliquem authorẽ, interdum eſt deſumere ex eo, quod ad noſtrum opus facere uidetur, & ſuis tanquam noſtris uti. Quãdoq; tranſcribo ponitur pro trado, transfero. Verg. lib. 7. Et tua Dardaneis tranſcribi ſceptra colonis.

Trãnſcũrro, is. n. t. ultrà ſiue leuiter aliquò curro, prolabor, (παραγράφομαι, μεταρέχω, διαδραμῶ.) Teren. in Eun. Dum hinc tranſcurro ad forum. Translatè pro perſtringere, curſim & breuiter perſequi. Quintil. In narratione tranſcurram ſubtiles nimiũ diuiſiones quorundam. Hinc tranſcurſus, ſus, ipſe tranſcurrendi actus. Vnde in tranſcurſu aliquid factum dicimus, pro obiter, & inter percurrendum.

Trãnſdo. dis. Veteres dixerunt ſonantius, inquit Donat. quod nos lenius tradere nunc dicimus: ut tralatum illi, nos contrà translatum. Terent. in Prolog. Phorm. Retrahere à ſtudio, tranſdere hominem in ocium.

Trãnſdũco. cis. idẽ quod traduco. Vnde & tranſducere arbores, pro tranſplantare.

Trãnsẽnnã, æ. f. p. per quam aſpectus tranſire poteſt, (κιγκλίς.) Sunt autem cancelli lignei, ferrei, ſiue uiminei, qui feneſtris aut etiã mercibus opponi ſolent. Tranſenna, etiam funis extentus dicitur. Salluſtius 2. Hiſtor. Sedenti in tranſenna demiſſum uictoriæ ſimulachrum. Quandoq; ponitur pro decipula, laqueo, & funiculo ad decipiendũ concinnato, (παγίς.) Plautus in Bacch. Nunc è tranſenna hic turdus lumbricum petit.

Trãnsẽo. is. iui. & trans ij. ſitum. n. q. ultrà eo, (παράγω, διαβαίνω.) ut tranſeo flumen. Cic. 5. de Fin. Rectius diues, quàm Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquã Euphratẽ, nulla belli cauſa tranſire uoluiſſet. Ponitur aliquando pro ire, aut abire. Plau. in Milite, Philocomaſio dic, ſi hic eſt, domũ ut tranſeat. Sic trãſire in cubiculum. Translatè ponitur pro aliquid leuiter, ſiue paucis dicere, & percurrere. Cic. pro Roſ. Sed in animo eſt leuiter tranſire. Item pro uitare, uel elabi. Tranſire ad hoſtes, eſt ad illos deficere. Hinc tranſitio, pro defectione. Tranſire legem, eſt legem negligere, ſiue pro nihilo habere. Tranſire lineas, eſt præterire terminos. Hinc tranſitio, & tranſitus. tus. uerbalia. In tranſitu aliquid tractare, id eſt curſim, ſiue obiter. Hinc quoque tranſilis, & hoc le: ut, Palmes relictus, alios tranſiliens, dicitur tranſilis.

Trãns ẽunt ĕr, aduerb. à tranſiens. euntis, formatum, hoc eſt in tranſitu, ſiue tranſeundo.

Trãnfero, fers. a. conconſeq. pen. cor. de loco in alium locũ fero, (μετατίθημι, μεταφράζω, μεθορμίζω.) Cæſar 3. Belli Ciuil. Cæſar paulò ultra eum locum caſtra tranſtulit. Transferri aliquod uerbum dicimus, cum à propria ſignificatione in aliam conuertitur. Hinc translatio, (μεταφορὰ) quæ fit, quoties uel deeſt uerborum proprietas, uel uitatur iteratio.

Trãnsfigo, is. a. t. pen. pro. transfodio, ſeu tranſuerbero, ſiue per medium figo, (διελαύνω, δείρω, διαπείρω) Liuius 2. ab Vrbe, Gladium per pectus transfigit.

Trãnsfigũro. as. a. p. in aliam figuram uerto.

Trãnsfŏdio. dis. a. t. transfigo. Ouid.

Trãnsfrĕto. tas. n. p. trans fretum eo.

Trãnsfũgã, æ. com. p. pen. cor. qui transfugit, & ad hoſtes deficit, (ἀποστάτης.)

Trãnsfŭgio, is. n. t. de loco ad locũ fugio. αὐτομολέω, ἀφίσταμαι. Hinc transfugium, defectio.

Trānsfūndo.is.(μεταχέω.)uide in Fundo.

Trānſgrĕdiŏr,eris.d.t.migro,tranſeo.(ὑπερβαίνω,παραβαίνω)à pedū greſſu propriè dicitur. Veteres tamen de nauigantibus,atq; etiam ipſis nauibus tranſgredi dixerunt. Ponitur aliquando pro ſuperare.Plin.lib.7.cap.51. Solus Marcellū tranſgreſſus. Sic & Tranſgreſſus.us.(διάβασις)pro tranfretatione.

Trānſgrĕſsio,onis.f.t.uide in Gradior.

Trānsĭgo.gis.a.t.pen.cor. ex trans & ago, ſignificat tranſeo,ſeu ultrà traduco,(διάγω.) tracto. διαπράττομαι. Teren. in Andr.Intus tranſigetur,ſi quid eſt quod reſtat. Aliquando conuenio,concordo,paciſcor,compono,decido,(διαλύομαι)quod pertinet ad creditores,& debitores, ut debitor tranſigat cum creditore per deciſionem, & ita lis finiatur. Cic. pro Roſc. Qui pro ſocijs tranſigit,ſatiſdat neminem poſtea eorum petiturum.

Trānſiĕctūs,dixit Cic.de Vniuerſ.pro traiectus.

Trānsilĭo.lis.iui.n.q.(ὑπεράλλομαι,διάλλομαι) ex trans & ſalio, ſed s abijcitur, ſignificat ultrà ſalio.Colum.lib.6. Si foſſam ſine contatione tranſilit. Translatè pro præterire,tacere, omittere, negligere. Plinius in Panegy.Non tranſiliui P.C.principis noſtri conſulatum.

Trānſiūngo.gis.a.t. eſt in quadriga locum ueterinis mutare: ut mulam temonariā facere, quæ præcedere ſolita ſit, uel dextram facere, quæ ſiniſtra eſſe ſolebat. Vlpianus in l. ædiles.De ædi. edi. Si mula talis ſit,ut tranſiungi non poſsit,&c.

Trānsĭtōrĭus.a.um.quòd citò tranſit.παροδικός.

Trānslātiuūm, & translatitium, uel, ut aliqui loquuntur,tralatitium, uulgare & publicum dicitur,& ut Græci dicunt ἀδιάφορον.hoc eſt indifferens,quod ſignificat non eximium, ſed plebeium,& ut ita dicā,circulare. id eſt ἁλῶσον,τὸ τυχὸν.quod & ἐγκύκλιον dicitur.id eſt in orbem uel ordinem cogendum. ἀγοραῖον. ut Translatiua officia, apud Plinium in Epiſt. id eſt uulgaria. Cic.in Verr.2. Hoc uetus edictum translatitiumq; eſt,id eſt non nouum & nuper inuentum, ſed ab omnibus prætoribus antea uſurpatum.

Trānslĕgo, legendo tranſcurro, ſiue ultrà lego. Plaut.Aſin. Age quæſo mi Hercle translege.

Trānſmărīnŭs, a. um. quod trans mare eſt, uel inde petitur.ut,Trāſmarinus hoſpes.Ci.7.Ver. Nec accerſere res tranſmarinas ex ijs locis.

Trānſmigro.gras.n.p.pen.communi,ſignificat habitatum eo, ſiue tranſeo, uel in longiorem locum domicilium habitationemq; commuto, (μετοικέω.)Liu.5.ab Vrbe.

Trānſmitto.tis.a.t. ultrà de loco ad locum mitto, ſiue per medium mitto aut pono. διαπέμπω, διαβιβάζω,διαπορθμεύω. ut,Cribrum arenam tranſmittens,Plin.libro 18. Aliquando celeriter tranſeo. διακομίζομαι,διίημι.Verg.Tranſmittunt curſu cāpos.Trāſmittere mare,tranſnauigare. Tranſmittere tectum lapide,eſt lapidem ultra tectum conijcere. Tranſmittere bellum,uel aliquod onus alicui,eſt dare prouinciam belli adminiſtrandi. Tranſmittit Benacus lacus Mincium fluuium,id eſt dat ei exitum.Plin.lib.9.cap.22. Sic & papyrus,quæ bibula eſt, dicitur tranſmittere atramentum. Tranſmittere in formas coactam materiam,dixit Colum.lib.7.cap.8.pro formare, & in formas redigere.Tranſmittere menſes, tranſigere. Tranſmittere tempus,ducere, conſumere. Tranſmittere diſcrimen, euadere.Tranſmittere hæreditatem,fratri transferre.

Trānſmōntānūs,qui ultra montes habitat.

Trānſnăto.tas.ultrà nato,natando tranſeo.

Trānſnōmĭno.nas.act.p. nomen commuto,uel inuerto,uel immuto.

Trānſpădānūs,adiect. qui trans Padū habitat.

Trānſpĭcĭo.is.act.t.ultrà aſpicio. διακύπτω.

Trānſpōrto.tas.a.p. de loco ad locum porto. Tranſportare copias,uel exercitum,eſt traducere, cū nauigio per mare ducitur exercitus.

Trānſrhēnānūs,qui trans Rhenum habitat.Pli. lib.19.cap.1.Iam & tranſrhenani hoſtes.

Trānſquiētūs.adiect.ualde quietus.Plau.

Trānſtrā, gen. neut. num. plur. καταστρώματα, ζυγὰ.ſunt loca, uel tabulæ,ſuper quas ſedent remiges.Hæc etiam iuga dici ſolent.Et tranſtra, tigna, (διατεταμμένα ξύλα)quæ tranſuerſa à pariete in parietem porriguntur.

Trānſtȳbĕrīnūs, ὑπερθύμβριος. dicitur aliquis habitans ultra Tyberim in urbe.

Trānſuădŏr,& tranſuado. das. n.p. penul.cor. per uadum traijcio.διαπορθμεύω.

Trānſuĕho.is.a.t. ultrà ueho, ſiue id ratibus in mari,ſiue in curru per terram fiat.

Trānſcurra

Trānſuērbēro,as.a.p.transfigo,(διελαύνω.)

Trānſuērsūs,a.um. (ἀντεστραμμένος, διεστραμμένος, ἐγκάρσιος) à tranſuerto eſſe debet, quod eſt in obliquum uerto, licet nondum legerim. Colum.lib.2. Sed in arando maximè obſeruandum eſt, ut tranſuerſus mons ſulcetur. Cice. libro 4. ad Heren. Ecce ibi iſte de tranſuerſo: Heus, inquit, adoleſcens, pueri tui modò me pulſarunt, ſatisfacias oportet. À tranſuerſus fit adiect. trāſuerſarius, quod in tranſuerſum ponitur: ut, Tranſuerſaria tigna, Cæſar 2. Bel. Ciuil.

Trānſuŏlo,as.pen.cor.ad aues pertinet. διαπέτομαι. Sed per translationē ponitur pro tranſcurro, uel pro repentè accedo, celeriter eo, (ἀφίστημι.) Plaut. in Epid. pro transfugio poſuit, Tranſuolauerunt ad hoſtes.

Trānſsūmo, is.a.t. (μεταλαμβάνω.) ex alio ſumo: unde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita, dicūtur tranſſumpta, & actus ipſe tranſſumptio. Itē Tranſſumptio figura eſt, quā Græci μετάληψιν uocant, cū rem ex alio ad aliud tranſmouemus.

Trānsŭo, is.a.t. ex trans & ſuo, ſed s abijcitur, (διαῤῥάπτω) Colum.lib.6.cap.5.

Trăpēs,etis.maſculini gen.(τράπης) mola olearia, à τρέπω, uoluo, ſeu uerto. Varro à terendo deducit. Cato. cap.18. Trapetibus locum dextra & ſiniſtra.

Trăpētŭm.ti.n.ſ. locus in quo eſt mola olearia, & ipſa etiam mola. Verg. 2. Georg. Teritur Sicyonia bacca trapetis. Trapetus.ti.maſ.ge. idem ſed antiquè. Cato cap.21.

Trăpēză,æ.f.(τράπεζα).menſa, ſeu tabula, qua argentarij utuntur.

Trăpēzītæ,arum.m.p.pen.prod. menſarij, pecuniarum campſores. τραπεζῖται.

Trăpēzŏphŏrōn,phori.n.ſ.ſignum erat ſacerdotis cuiuſdam huius nominis, qui cū alio, Coſmo nomine, omnia ſacra Mineruæ adminiſtrabat: author Suidas.

Traūli,orum.m.ſ.balbi, aut qui maiore difficultate loquuntur. τραυλοί.

Trĕchĕdipnŭm, ueſtis genus peregrinum, quo utebantur in gymnaſijs. Legendum, rechedipnum. Vide Recidipnum.

Trĕmĕbūndŭs,a.um.abunde tremens. περίτρομος. ut, Tremebunda uox. Cic. lib. ad Heren.

Trĕmĕfăcio,is.a.t. ſicut ſonat, hoc eſt, tremorem facio, incutio. ἐκσείω. Tremefacta libertas. id eſt concuſſa dixit. Cic. 2. Offic.

Trĕmīſco, ſcis. n. t. tremore concutior, τρέμω. Hinc cōtremiſco. κατατρέμω & Pertremiſco. Lact.lib.7. Itaq; trepidabunt omnes, & ad luctuoſum illum ſonitum contremiſcent.

Trĕmo,is.ui.n.t. τρέμω, τρομέω. à ſimilitudine uocis, quæ tunc, cum quis ualde commotus eſt, tremula auditur. Etiam in corpore pili, ut ariſta in ſpica hordei, horrent. Et tremere quidem commoueri, ſeu agitari ſignificat. Hinc tremulus, qui tremit. τρομικτός. Interdum ponitur pro timere. Verg.lib.2. Hic aliud maius miſeris, multo'q; tremendum. Huius compoſita ſunt: Cōtremo, intremo, intus ſeu ualde tremo. Pertremo, ualde tremo. & habēt pe.cor.

Trĕmŏr, oris. m. t. modò ipſam commotionem ſeu agitationem, modò timorem ſignificat.

Trĕpido,das.n.p.timeo. τρέω. feſtino.

Trĕpidŭs,a.um.idem quod pauidus, timens. περίφοβος. Huius eſt dimin. trepidulus. ὑπότρομος. Gel.lib.2.cap.29. Pulli trepiduli circumſtrepere. Et trepidus, feſtinus. Verg. lib.3. Hic me dum trepidi crudelia limina linquūt, Immemores ſocij, uaſto Cyclopis in antro Deſeruere. Seruius, Qui enim timent, feſtinant greſſus. Hinc Trepidè, aduerbium celeriter, & quaſi per timorem. Et trepidanter, timidè.

Trĕſsis. τριόβολος. & hoc treſſe, om.t. quod eſt trium aſsium. Perſ. Non treſsis agaſo.

Trēſuĭri, orum, idem quod triumuiri.

Triiāmbī, orum.m.ſ. inquit Feſtus, dicebantur qui terni ex proſcenio loquebantur.

Triāngŭlŭs, li.m.ſ. figura eſt tres angulos habēs, quam Græci τρίγωνον. uocant. Hinc triangularis, & hoc. re. quod trianguli formam refert: ut, Triangularis agri forma, apud Columb.lib.5.cap.2.

Triārchŭs. τρίαρχος. nauis triremis præpoſitus, ab archon princeps. Melius Trierarchus, ut infrà.

Triārii, orum.m.ſ. erant milites fortiſsimi, qui in legione Romana ultimi erant. Hi ſi quando res fuiſſet in periculo, in fronte acierum poplitibus flexis ſtabant ita, ut potius animam amitterent, quàm de loco decederent.

Vnde ortum illud prouerbium, cum res ſunt dubiæ, Ventum eſt ad triarios.

Trĭbăcēs,um.m.t. uiri attriti flagris.

Trĭbădēs,um.f.t.(τριβάδες)mulieres dictæ ſunt fricatrices, quæ portentuoſo coitus genere in ſexum ſuum libidinem exercent.

Trĭbrăchŭs,chi.m.ſ. (τρίβραχυς) pen.cor. pes ex tribus breuibus ſyllabis cōſtans, à τρεῖς & βραχὺς, quod ſignificat breue: ut, Dŏmĭnŭs.

Trĭbŭlă,læ. & tribulum,li.n.ſ.(τρίβολον) genus uehiculi, quo frumenta in area teruntur, à tribus lateribus ſic appellatum.

Trĭbŭlārĭŭm,rij. n.ſ. à tribula fieri uidetur: & ſignificat locum ubi tribulæ reconduntur, ut eſt apud Columellam.

Trĭbūlĭs,is.gen.maſc.(φυλέτης)pen.pro. qui ex tribu eſt. Horatius in Epiſt. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.

Trĭbŭlo,as.a.p.(θλίβω) uerbum factum ab anguſtia, & dolore illorum, qui tribulum ferri, uel tribulū herbam calcauerint. Tribulo præterea ſignificat tribula, aut alio quouis inſtrumento comminuere.

Trĭbŭlŭs,li.m.ſ. pen.cor. ſpinæ genus, à ſemine triangulari dictus, uel quòd cuſpidatus triſariam feriat,(τρίβολον.) Sunt etiam tribuli machinæ ferreæ, uide in Murex.

Trĭbūnăl, alis.n.t. locus excelſus in quo reſidebat, qui ius tribubus redderet, (δικαστήριον.)

Trĭbūnātŭs,us.m.q. ipſa Tribunorum dignitas.

Trĭbūnī,orum.m.ſ.(δημαγωγοί, δήμαρχοι) à tribubus dicti, quòd tunc in tres partes diuiſus erat populus Romanus, & ex ſingulis ſinguli creabantur Tribuni. uel quia tribuum ſuffragio crearentur, uel quia (ut Veget. inquit) tribuebant iura militibus. Tribuni etiam uocati ſunt, qui magiſtratū gerebant, ut Regum tempore tribuni celerum, qui centurijs præerant. Poſtea facti ſunt Tribuni militares, ſiue tribuni militum in caſtris, qui parem cum conſulibus haberent poteſtatem, qui imperatori opponebantur pro militibus. δήμαρχοι τῆ στρατιᾶς, χιλίαρχοι. Tribuni militaris officium eſt, ut miles ueſte indutus, armis bene munitus, exercitationis uſu & diſciplina eruditus incedat. Fuerunt & tribuni plebis, qui ſeceſſione plebis à patribus facti ſunt anno ferè 19. poſt exactos reges. Alij tribuni ærarij dicti, ab eo quòd his attributa erat pecunia, quam militi reddebant. Hodie dicuntur, generales receptores.

Trĭbūnĭtĭŭs, qui Tribunus fuit. δημαρχικός.

Trĭbūnĭtĭŭs, a.um. quod ad tribunos pertinet. δημαρχικός. ut, Tributia poteſtas, Salluſt.

Trĭbŭo,buis. bui. butum.a.t. quaſi tributum do. unde ſimpliciter ponitur pro do. παρατίθημι, ἀνατίθημι. Plin. in Paneg. Tribuas ei ſucceſſorem. Ponitur aliquando pro attribuo, imputo. Cic. Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum eſt. Aliquando capitur pro æſtimo. τιμῶ. ut, Tu tibi multum tribuis. Aliquando pro faueo. ἀνατίθημι. diſtribuo. Cic. 1. de Fin. Omnem uim loquendi, in duas tributam eſſe partes dixere. Huius compoſita ſunt, Attribuo, contribuo, ſimul tribuo, hoc eſt alijs partem facio. Diſtribuo. διανέμω. diuerſis modis tribuo. Retribuo. ἀντιδίδωμι. quaſi retro tribuo, hoc eſt remunero.

Trĭbŭs,bus.f.q. φυλή. à tributo dando, uel quod ager Romanus, primò diuiſus in tres partes fuerit; & tres partes populi factæ. Vna Tatienſium, Alia Ramnium ſiue Ramnenſium, Tertia Lucerum. Ab his igitur tribus tribuum partibus dicti ſunt tribuni, qui ipſis præerant, & ſumptus qui ab his tribubus ſuis principibus dabantur, tributa dicebantur. Hinc tribuarius, adiect. quod ad tribus pertinet. Vt tribuarium crimen apud Cic. & tribuaria res.

Trĭbūtārĭŭs, a.um. qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. ὑπόφορος. ὑποτελής.

Trĭbūtĭm. κατὰ φυλάς. aduerbium, ſignificat per ſingulas tribus. Cic. lib. 4.

Trĭbūtŭm,ti.n.ſ. εἰσφορά, τέλος, φόρος. à tribubus Varro dictum oſtendit, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus ſoluebatur. Feſtus, Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi poſtea hoc uocabulum cœpit largius pro omni munere, quod à ſubditis ſoluitur. Dicitur & tributus. Plaut. in Epid. Tributus maior penditur.

Tricæ,arum.f.p. τριχώματα. capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti. Quoniam uerò greſſum illorū impediant, factū eſt, ut omnia impedimenta tricæ uocentur. Inde extricare & intricare, pro impedire & expedire.

Tricæ

Trĭcăptūm,pti.n.ſ. τρίχαπτον. ueſtis genus eſt, tantæ ſubtilitatis,ut ex pilis ſeu capillis contextum eſſe credatur.

Trĭcĕphălūs.τρικέφαλος.qui habet tria capita.

Trĭcĕps, pitis.om.t.trium capitũ, (τρικέφαλος.)

Trĭcĕbĕrūs,(τρικέρβερ☉)magnus Cerberus.

Trĭchiă,æ.genus piſcis,de quo Plin.lib.9.ca.15.

Trĭchilă.τρίχιλα. pen.prod. ſunt uaſa habentia tria labra,è quibus liquor effluere poteſt.

Trĭchŏmănēs,τριχομανὲς.herba eſt,quam capillum Veneris nonnulli appellant, alij callitrichon,quòd pulchros faciat crines. uide Plin. lib.22.cap.21.

Triclīnārĭūm,rij.n.ſ. idem quod triclinium.

Triclīnārĭūs,miniſter,qui in triclinio miniſtrat.

Triclīnārĭūs,a.um.& triclinaris,& hoc re. τρικλινικὸς.quod ad triclinium pertinet:ut mappæ triclinares,& lecti triclinarij.

Triclīnĭūm,nij.n.ſ.τρικλίνιον. Latinè diſcubitorium dici poteſt.eſt enim locus,in quo diſcumbebant, & cœnabant, præcipuè in conuiuium accepti:tribus lectis, quos ſternebant, contiguis. Nam tres menſas in conuiuio apponere ueteres ſolebant, & iacendo cœnare, ſicut Turcæ faciunt.τρεῖς enim tres, κλίνη lectus dicitur. Accipitur à Quintil. pro quodam loco in quo triclinium erat, cum ait, Vix eo limen egreſſo, triclinium illud ſupra conuiuas corruit. Cice. appellat conclaue, cuius hæc ſunt uerba, Hoc interim ſpacio conclaue illud concidit. Comprehendit igitur triclinium,& lectos diſcubitorios,& ipſam cœnationem. id eſt locum ubi ſuper lectis cœnaturi diſcumbebant. Hinc Architriclinus,qui huic miniſterio præeſt. Sic biclinium. δικλίνιον. locus attributus conuiuio, à duplici ordine diſcumbentium.

Tricōlōn. pen.prod. Latinè trimembre dicitur.

Tricōnēs,um.com.t.moroſi,& ad ridendum duri. δυσέριδ☉. contentioſi,& litiũ peramantes

Tricōr, aris. dicebant ueteres pro nugas agere.

Tricōrnĭūm. τρίκερον. uel tricornis, & hoc tricorne, dicimus quod tria cornua habet.

Tricūs,gemma eſt,quæ licet nigra ſit,tres tamen ſuccos refert:à radice nigrum,à medio ſanguineum,à ſumma candidum.

Tridācnă,orum.n.ſ.τρίδακνα. oſtrea tantæ magnitudinis,ut ter mordenda eſſent.

Tridēns,entis.m.t. τρίαινα. Neptuni ſceptrũ,& quicquid habet tres dentes,tridens dicitur.

Tridūūm,dui.n.ſ. τριημερία. ſpacium trium dierum.à quo triduanus.a.um.τριήμερ☉.ut,Triduanæ induciæ.

Triēnnĭs,ne.om.t.trium annorum,τριετὴς.Hinc triennium. τριετία. ſpacium trium annorum. & Triennale,adiectiuum.

Triēns,entis.m. t. τριτημόριον.numi genus,tertia pars aſsis.Summitur & pro calice.Proper. Cum fuerint multis exacta trientibus ora.

Triēntăl,alis.n.t. uaſis genus, tertiam partem ſextarij capiens.Perſi. Calidumq́; triental.

Triēntālis herba.à menſura dicta eſt.id eſt quòd folij trientem æquet amplitudine.

Triērarchūs,chi.m.ſ.præfectus trieris.

Triēris,τριήρης. pen.pro.nauis magna,quæ Græcè durachon,à tribus ſeſsionibus, Latinè triremis,aut penè idem.

Triĕtērĭcūs,a.um.τριετηρικὸς.triennalis,à τρεῖς & ἔτ☉ annus.Hinc trieterica appellata ſunt ſacra Bacchi,quia tertio quoq; anno agitaban(tur.

Triĕtēris,idis.ſ.t. ſpacium triũ annorũ.

Trĭfārĭām,aduerbium,ſignificat tripertitò,tribus modis.τριχῶς. Inde trifarius.a.um.

Trĭfaūx,om.t.(τρίγναθ☉)tres fauces habens.

Trĭfĕr, uel trĭfĕrūs,ra. rum. quod ter fructus producit,(τρίφορον.)Col.lib.5.cap.10.

Trĭfĭdūs,a.um.quod in tres partes diuidi poteſt.

Trĭfĭnĭūm, nij. n.ſ. dicitur ubi trium agrorum terminus eſt,τριορία.

Trifolinum uinum,dictum à nomine agri.

Trĭfŏlĭūm,lij.n.ſ. (τρίφυλλον) herba eſt,quæ inuenitur confragoſis locis, efficaciſsima traditur contra uiperæ uenenum, odoris grauis, neq; abſimilis bitumini. & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant: noſtri autẽ propter figuram acutam trifolium uocant. nam longis,& hirſutis folijs uiret, caulemq́; robuſtiorem facit,quàm pratenſe, uide Plin.lib.21.cap.21.

Trĭfūr, uris. com. t. trifurcifer, pluſquam fur, pluſquam furcifer. Nam tris, pro ualde quandoq; accipitur Græcis.

Trĭfūrcūs,adiect.quod tres furcas habet:ut,Trifurca ſemina,quæ in tres partes furcata ſunt. Colum.de Arboribus cap.10.

Trĭgă,æ.ſ.p. quaſi triaga,& quaſi à tribus equis iunctis, currus qui à tribus equis trahitur.

(τὸ ἄπαλον ἅρμα.)In Pandect.libro 21.Et ſi triga uenerit, retinenda erit rota, &c. Trigam etiam humum Veteres uocabant.

Trĭgămŭs,mi.m.ſ.qui tres duxit uxores.

Trigarium,rij.n ſ. locus iuxta campum Martium,ubi trigarum curule certamen fiebat.

Trĭgĕmĭnī,dicuntur,tres uno partu editi.

Trĭgĕmmĭs,me.om.t.τρίκοκος.quod eſt triũ gemmarum. Apud Colum.lib.3. cap.19. Trigemmis,eſt malleolus tres articulos,totidemq́ue gemmas habens.

Trigla.Τρίγλα.genus piſcis,qui à noſtris mullus dicitur. Hinc trigles,triglitis, lapillus qui mulli colorem habet.

Trigo,as.a.p.ſtringo.Vnde obtrigo, quod eſt iureiurando aſtringo.

Trĭgōn,onis.m.t.pilæ genus. Mart.lib.12.

Trĭgōnĭă,æ.f.p.τριγονία.ætas tertia.

Trĭgōnŭs,ni.m.ſ.τρίγωνος. pen.cor. triangulus, triangularis. Hinc trigonalis forma,quæ tribus lineis conſtat.Δ.

Trĭlix.icis.f.t. ueſtis, quæ ex tribus liceis conſtat.τρίμιτος.Interdum tamen trilicem,triplicem dicimus.Verg.3. Aeneid. Loricam conſertam hamis,auroq́ trilicem.

Trĭlinguĭs,gue.om.t.qui tres linguas habet,uel unum dicit,& aliud cogitat.τρίγλωσσος.

Trĭmēſtris,ſtre.om.t.trium menſiũ. τριμηνιαῖος.

Trĭmetrŭm,tri.n.ſ.τρίμετρον.pen. cor.carmen ex tribus menſuris conſtans.

Trĭmmă,(τρίμμα)dicitur uinum ex aromatis, in quod iuncus, & myrrha & calamus inijci ſolebant.

Trĭmŏdĭă,æ.f.p. menſura trium modiorum.

Trĭmŏdĭŭm,dij.quod tres modios continet.

Trimorion,rij.n ſ.τριμόριον. à tribus ſignis dictum eſt. Tria uero ſigna partibus nonaginta conſtant. Erit ergo trimorion, pars ab horoſcopo genituræ nonageſima. Itemq́ à ſitu Lunæ altera nonageſima, unde uaticiniũ uitæ ſubſtantiarumq́ ſumatur.

Trīmŭs,a. um.quod eſt trium annorum. τρίενος,τριετής. A quo trimulus, diminu. Sueton. Trimulus patrẽ amiſit.Et trimatus.tus. Colum.libro 8. cap.5.

Trĭmyxŏs, lucerna eſt ad tria elychnia ferẽda.

Trĭnĕpŏs,otis.m. t. pen. cor. abnepotis filius. quòd ſit poſt tres à nepote.τριέγγονος.

Trĭnūndĭnūm,uide in dictione Nundinæ.

Trĭŏbŏlŭs,li.m.ſ.τριώβολος.pen.cor. tres obolos ualet,alio nomine hemidrachmum dicitur:ſex enim obolos drachma efficit.Trioboli homo,nequam,& nullius pretij:eo loquendi modo, quo nauci hominem dicimus, aut frugi. Plau. Pœn.Nõ ego homo trioboli ſum. Hinc fit triobolaris,u.lis, & precij trium obolorũ.

Trĭŏdŏs,(τρίοδος)Latinè triuium dici poteſt.

Trĭōnēs,um.m.t.quaſi teriones,boues aratorij. βόες ἀρόσιμοι. Mart.lib.6.Cernere Parrhaſios dum te iuuat Aule,triones,&c.

Trĭŏphthălmŭs, lapillus qui in Sicyone naſcitur,trium oculorum effigiem præ ſe ferens. Plinius libro 37.capite 11.

Trĭŏrchŭs,auis eſt ex accipitrum genere,à teſtium numero.Plin.li.10.ca.8.per tert.declina. triorchẽ appellat,cuius ſing.nomi. triorchis.

Trĭpărcŭs,a.um. ualde parcus.Vnde triparcos homines uetulos dixerunt.Plau.in Perſa.

Trĭpertĭŏr,iris.d.q.in tres partes diuido.τριχῆ μερίζω.Hinc tripertitus,adiectiuum,quod eſt in tres partes diuiſum. A quo tripertitò aduerbium,in tres partes. Liu.1.Bel.Pun. Vrbem tripertitò aggreditur.

Trĭpătĭnŭm,ni.n.ſ.appellabatur ſumma cœnarum lautitia:una erat murænarum,altera luporum,tertia myxonis piſcis.

Trĭpēs,edis.om.t.tres pedes habens.Inde tripedaneus. a. um. ſiue tripedalis, & hoc. le. quod tres pedes longitudinis habet.

Trĭphyllŏn.τρίφυλλον.uide Trifolium.

Triplāris numerus.τριπλάσιος. dicitur cum ex duobus minor ter in maiore numeratur, ut ſunt tria ad unum.

Trĭplex,icis.om.t. τριπλοῦς.quod eſt trium plicarum.Vnde triplico.cas.τριπλόω.Interdum triplex ſumitur pro quodam tabellæ genere,quo ſcribi epiſtolæ ſolebant.Mart.Tunc triplices noſtros non uilia dona putabis,Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi. Ponitur aliquando pro tribus.Plau.in Pſeud.Nunc in metu ſum maximo triplici modo.

Triplŭm,pli n.ſ.uas eſt ſimile caniſtro.

Triplŭs.τριπλάσιος.idem quod triplex.

Trĭpŏlĭŭm,τριπόλιον.herba.uide Ruellium.

Trĭpōndĭŭm,à pondo,pondus trium aſſium.

Triptōtă, orum.n.ſ.τρίπτωτα.pen.prod. nomina ſunt,

ſunt, quæ tribus tantum caſibus declinantur, ut ſcamnum.

Tripudio, as. n. p. ſalto, exulto. Cic.

Tripŭdiŭm, dij. n. ſ. quaſi terripauium. ſic enim primò dictum eſt, pòſt terripudium, deinde tripudium, à pauio, ferio, (παλμός.) Unde tripudia ſoliſtima, dicebantur auguria, quæ fiebãt quoties offa, quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in ſolum. Tripudium. χοροστασία. etiam ſaltatio dicitur: ſimiliter à pauiendo terra, quod ſcilicet ſaltando terra pauitur.

Trĭpūs, podis. m. t. τρίπους. & tripoda. dæ. penu. cor. dicitur omne quod habet tres pedes.

Trĭquetră, æ. f. p. figura triangularis, (τρίγωνος) quo nomine dicta eſt Sicilia. Horat. Quid mi litibus promiſſa Triquetra? Inde triquetrus. a. um. quod trianguli formam habet.

Trĭrēmēs, um. f. t. τριήρεις. pen. prod. dictæ ſunt, quas uulgò galeas uocant, licet duos tantum remorum ordines habeant in lateribus. Nam biremes naues, duorum ordinum ſunt: triremes, trium, quadriremes, quatuor.

Treis, à Græco. nam Græci τρεῖς dicunt. Unde trias. adis. τριάς. trinitas.

Trĭsŭlcŭs, adiect. ut triſulcum telum. (τριγλώχιν. dicimus triſidum. id eſt tres acies habens, & à tribus partibus findens. Verg. Linguis micat ore triſulcis.

Triſtĕgă, orum. n. ſ. τρίστεγα. ſignificat tricamerata ædificia, ſiue ædificia trium contignationum, ſiue tres contignationes. Compoſitũ eſt ἀπὸ τῆς στέγης. quod inter cætera contignationem ſignificat. unde δίστεγα, & τρίστεγα.

Triſtis, ſte. om. t. περιπαθὴς, σκυθρωπός. propriè mœſtus dicitur, mœrens, dirus, horridus, triſtis animo, truculentus, inquit Don. Aliquando pro ſæuo accipitur. Verg. Illi mea triſtia fata, &c. Aliquando pro graui: ut, Triſtis ſonus, Cic. lib. 6. de Rep. Aliquando pro irato. Lucilius, Timeo certè, ne mihi ſit triſtior. Aliquando pro minaci. Vergil. Hiſq; adytis hæc triſtia dicta reportat. Aliquando pro amaro. Verg. Triſtiſq; lupini. Aliquando pro difficili. δύσκολος, Cice. in Cato. Adoleſcentes. triſtius curantur. Triſtis aliquando dicitur qui inuitus aliquid facit. Teren. Eun. Inuitat triſtis. Hinc triſticulus dimin. aliquantulum triſtis. Et triſtitia. æ. cui opponitur lætitia. Hinc quoq; triſtificus, a. um. adiectiuũ, quod triſtitiam adfert.

Triſto, ſtas. a. p. triſtem facio. unde & contriſto. Verg. Et pluuio cõtriſtat frigore cœlum. Eſt & triſtor deponens. unde & contriſtor: ut, Cõtriſtatus eſt rex propter iuſiurandum.

Trĭtăuŭs, ui. m. ſ. quaſi tetrauus, quia quartus ſit ab auo, uel quaſi tertius pater. Eſt autem attaui pater. & tritauia, ataui mater.

Trĭtĭcŭm, ci. n. ſ. πυρός. dicitur quod tritũ eſt ex ſpicis. Hinc triticeus. a. um. πύρινος. ut Panis triticeus.

Trĭto, tas. frequentatiuũ à tero. minutim tero.

Trĭtūro, as. n. p. penu. prod. ſignificat tero, & ad ſegetes pertinet, (ἀλοάω, τρίβω.) Hinc tritura. æ. f. p. ἀλωητός.

Trĭtŭs, & Tritor. oris. uide in Tero.

Trĭuĕnĕfĭcă, æ. f. p. maxime uenefica.

Trĭuĭālis, le. om. t. quod in triuio fit, uel quo in triuijs utebantur, (ἐγκύκλιος) ut uerba triuialia. id eſt inculta, & parum elegantia. Triuialiter aduerbium, quod ſignificat paſſim, uulgò, ubiq;. Grammatica, dicitur triuialis ſcientia, quia in triuijs docebatur. Triuialis lingua, uulgaris, qua in triuijs utebantur.

Trĭuĭrĭtim, aduerbium, per tres uiros.

Trĭuĭŭm, uij. n. ſ. τρίοδος. & Quadriuiũ, quãuis pro loco in quo tres, uel quatuor ſunt uiæ, poni conſueuerunt; ſumuntur tamẽ quandoq; pro loco frequenti, quo antiqui conuenire ſolebant. Catull. Omnibus in triuijs uulgetur fabula paſſim. Erant etiam ruſticorum ſacris attributa: nam illic oues cædebantur, & ſerta appendebantur. Tibul. Nam ueneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu uetus in triuio florida ſerta lapis.

Triŭm literarũ homo. τριγράμματος. dicitur fur & eſt prouerbium ex Plaut. uide Chil. Eraſ.

Trĭŭmphālĕ territorium. θριαμβευτικὸς ἀγρός. Romæ, quod nunc Vaticanum dicitur.

Trĭŭmphālis, le. om. t. quod ad triumphum pertinet, (θριαμβευτικόν.) Ut triumphales coronæ, quibus Imperatores in triumphis coronabantur. Triumphalis uir, qui triumphauit: ſicut conſularis, qui conſul fuit. Triumphalis currus, quo uehebantur triumphantes. Triumphalis prouincia, propter quam deuictam imperator triumphum reportauit.

Triũm-

Triūmphālēs ueſtes, quæ triumphantium erant quemadmodum & aurum triumphale, & habitus triumphalis.

Triūmphātŏr, oris. m. t. qui triumphat, uel qui aliquando triumphauit, θριαμβευτής.

Trĭūmphātŭs, a. um. de quo triumphatum eſt.

Trĭūmphātŭs, us. θριαμβεία. ipſa triumphatio.

Triūmpho, phas. a. p. θριαμβεύω. triumphum ago, & conſtruitur tripliciter. Aliquando cum accuſatiuo: ut, triumphauit Mummius Achæos. id eſt uictis Achæis triumphauit. Secundò cum ablatiuo & præpoſitione de. Plin. Cōſul de Liguribus triumphauit. Tertio, cum præpoſitione ex. Plin. li. 7. cap. 41. Romæ triūphauit ex his, quorum conſul fuerat. Aliquando tamen triumphare ponitur pro exultare, & ſibi placere. Cæſar Cice. Meū factum probari abs te triumpho, & gaudeo. Huius paſſiuum eſt triumphor. Cic. 2. Off. Maſſiliam portari in triūpho uidimus, & ex ea urbe trium.

Triūmphŭs, phi. m. ſ. θρίαμβος. Erat o (phari. mnium honorum, qui à Populo Rom. dari ſolebāt, maximus, quo donabantur quicūq; prudenter & fortiter contra hoſtes preliati erāt, & uictores in urbem redierant. Nam illa pōpa ſolennis erat curru auro inſigni, in quo Imperator laurea coronatus uehebatur, uicti ante currum duces, ſimulachra oppidorum, aurum, argentum, legati in equis, tribuni, clamor militum, & uectio per totam urbem.

Triūmuir, nomen magiſtratus, quem tres Collegæ adminiſtrant. Triumuiri triplices fuere. Capitales, qui carceris cuſtodiam haberent. & cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Menſarij, qui numularijs & monetæ omnis generis & formæ cuſoribus præerant. Nocturni, quòd ad incendium in ſacra uia ortum tardè uenerant, à Tribuno plebis die dicta damnati ſunt. Hinc triumuiratus, ipſa triumuirorum dignitas.

Triūncis, ce. om. t. à tribus uncijs dicebatur quadrans. Inde triunciū, quod trium unciarū eſt

Trŏchæŭs, æi. m. ſ. pes celer, uolubilis, quod rotatim, & celeriter diceretur. nam τροχὸς Latinè rota dicitur, à Mercurio repertus. Tenet locum ultimū in carmine hexametro, conſtatq; ex duabus ſyllabis, prima lōga, ultima breui.

Trŏchilŏs. τρόχιλος. uide Regaliolus.

Trŏchiſcŭs. τροχίσκος. diminut parua rota.

Trŏchŭs, chi. m. ſ. τροχὸς. quo luſitant pueri: turbo eſt, à rotando dictus. τρέχω enim curro ſignificat. Mart. li. 14. Iſte trochus pueris, at mihi canthus erit. Hinc trochulus, dimin.

Trochlĕă, ſiue Trochalia. τροχιλέαι. inſtrumenta cum orbiculis, ad ſubleuanda & demittenda onera. Vel rotulæ ſtriatæ ſunt è ligno, uel ære quibus aquas haurimus fune ductario, & hydria. Bud. ait, Trochleā ſignificare totam illam machinam, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula uerſatur, & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit, qualem in puteis uidemus.

Trŏpēi. τροπαῖοι. dicuntur quaſi uerſarij, qui alios uellicant, infeſtantq;, & ne deprehendantur, conuertunt ſe. τρέπω enim Græcè ſignificat uerto, & τροπὴ uerſionem.

Trŏphæŭm, æi. n. ſ. τρόπαιον. indiciū uictoriæ, cum diphthōgo & ph aſpirato, à uerbo Græco τροπέω, quod eſt retrouerto. Propriè enim trophæum eſt monumentum à uictore erectū in eo loco ubi hoſtes in fugam conuertit. Prima aūt trophæa ex arboribus confecta ſunt, quas amputatis ramis hoſtiū ſpolijs decorabant. Deinde etiam cœpta ſunt poni in montibus, & locis eminentioribus. Hinc Saluſt. de Pomp. ait, quòd deuictis Hiſpanis trophæa in iugis Pyrenæi mōtis poſuit: & Romæ in arcubus figebantur ex marmore ædificatis. Nonius, Spolia capta, fixa in ſtipitibus, appellātur trophæa. Accipitur & trophæū pro uictoria, ſeu pro uirtute, quæ parta eſt uictoria.

Trŏphĭmŭs. τρόφιμος. alumnus dicitur.

Trŏpĭci. τροπικοί. circuli ſolſtitiales.

Trŏpĭs, is. f. t. τρόπις. Latinis carina.

Trŏpŏlŏgĭă, æ. f. p. figurata locutio, qua ſermo ad emendationem morum dirigitur.

Trŏpŭs, pi. m ſ. τρόπος. dici poteſt modus, figura, conuerſio. Et definitur à Quintili. quòd ſit uerbi, uel ſermonis à propria ſignificatione ad aliam cum uirtute mutatio. Inde fit tropicus. a. um. τροπικὸς. pro figuratiuo. Verg. 1. Aeneid. Horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Vbi Seruius, Atrum nemus, tropus eſt: per atrum, nigrum oſtendit, per nigrum, umbroſum, per umbroſum, denſum.

id eſt

Id eſt frondibus plenum.

Trōxĭmŏs,mi.m.ſ. uua edulis, quæ cibaria à Plinio uocatur. & Iureconſulti troximos uuas eſſe aiunt, quæ non uini, ſed edendi ſolum cauſa habeantur in uſu.

Trŭă,æ.f.p.uaſis genus,à terendo dicitur,quaſi terua, quam nos diminutiue trullam dicimus. Græcè κύαθος,quaſi χύαθος dicitur.

Trŭcido,as.a.p.κατακόπτω,ἀποκτείνω.pen. pro. crudeliter neco. Trucidari fœnore,pertransl. dixit Cice.pro Cælio. Huius compoſita ſunt: Obtrucido,quod eſt auide trucido. Retrucido,iterum trucido.

Trŭcŭlēntŭs,a.um.ἀπηνής. qui uultu crudelitatem præfert,alioſq; terret. Hinc truculenter. tius. tiſſime. aduerbium. & truculentia, ὠμότης. quæ & truculentitas dicta.

Trūdo,dis.ſi.ſum.a.t. propriè ſignificat uiolentia quadam impello.(ὠθέω) Aliquando eſt obijcio,ſeu produco. Plau.in Epid. Quas tu mihi tenebras trudis? Teren. in And. Fallacia alia aliam trudit. id eſt inſequitur. Huius compoſita ſunt: Abſtrudo, protrudo. προάγω, διωθέω. Id eſt,ultra trudo, atque in anteriora molior. Contrudo. συνωθῶ. Cōtruſio. συνώσις. Detrudo,extrudo,intrudo. εἰσδυκνέω. obſtrudo,obtrudo, & retrudo, quæ habent penultimam productam.

Trūlla,æ.f.p.dimin.eſt à trua. ἀγγεῖον. uaſculum quo è culina in lauatrinam aquam fundunt, & in quo uentris onus deponitur. Capitur & pro uaſe lato profundoq; potui accommodo, quod in menſam inferri plerunq; ſolet. Quod licet ineptum uideatur, tamen uſurpatum fuiſſe legimus, Horat. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Eſt & thrulla cum aſpiratione, cæmentarij inſtrumentum, quo fabri murarij tectorijs linendis complanandiſq; delutare ſolent, ut non ſolum parietes pulchritudinem accipiant,ſed & fortitudinem,contra iniuriam imbrium,& creberrimas tempeſtates. Inde thrulliſſare,apud Vitru.lib.7.ca.3. pro thrulla gypſum inducere legitur.

Trūllĕŭm,ei.n.ſ.uaſis genus,quo manus perluuntur,ſimile trullæ,niſi quòd latius erat.

Trūnco,as.a.p.à trūcus fit, quia ueteres plerunque truncum pro quolibet genere cædis interemptum dixerunt,ut inquit Seru. & ſignificat amputo,(μιλίζω, ἀκρωτηριάζω, κολοβόω.) Eius cōpoſita ſunt: Detrunco,diſtrunco, obtrunco, pertrunco,quod eſt,perfectè trunco.

Trūncŭs,ci.m.ſ.pars arboris, quæ ramis truncatis ſuperſtat. στέλεχος. Truncus aut ſtipes homo dicitur,qui ſtupidus eſt. Hinc trunculus (diminut.

Trūncŭs, a. um. quod eſt truncatum. κολοβός. Ouid. Trunca manu.

Trŭo,onis. m.t.auis quæ alio nomine onocrotalus dicitur. Cæcilius, Prò Dij immortales,unde proceſſit truo?

Trūsātĭlis,le.om.t.ὠστός.pen.cor. ut mola truſatilis. χειρομύλιον. id eſt mola manuaria, quòd manib.trudatur,id eſt pellatur.

Trŭtĭnă,æ.f.p.πλάστιγξ, τρυτάνη pen.cor.ſtatera. Horat. Trutina penderis eadem. Per tranſlationem ponitur aliquando pro iudicio. Cornutus ſcribit, trutinam foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilancis,ad quod eſt examinatio,quod alij æquamentum,alij libramentum alij æquilibrium uocant.

Trŭtino,nas.pen.cor.examino,penſiculo. ταθμίζω. Eſt & trutinor deponens. Perſius, Atque exporrecto trutinantur uerba labello. Apuleius Trutinatam ſententiam,uocat grauem, & recte examinatam.

Trūx,ŭcis.om.t.ferox,crudelis. ἀπηνής. Hinc trucitas, crudelitas. Truciter aduerbium.id eſt crudeliter.

Try̆chnŏn,herba,de qua Plinius.lib.21. ca.31.

Try̆gĭnŏn,atramenti genus ex uinaceis. Plinius libro 35.capite 6.

T ANTE V.

TVātim,aduerbium, ſignificat tuo more.

Tŭbă,æ.f.p.inſtrumentum muſicum,uulgò notum, à tubo canali ſic dicta. σάλπιγξ. Nam ex lignis tubæ fiunt, & ex cornibus. Et quæ ex ære ſunt,tubæ ductiles appellantur, quæ ex ligno uel cornu, ligneæ uel corneæ dicuntur. Tuba utuntur milites ad excitandos animos in prælium. Hinc tubicen. σαλπιγκτής. qui tuba canit.

Tūbĕr.eris.neut.t.priore longa,genus cibi collectū ex tumentibus, & quaſi prægnantib. arenis,à tumore dictum. (φῦμα, ψύδραξ.) de quo Plinius libro 19. capite 2. Eſt & tŭbĕr priore breui,arboris nomen,& fœm.generis eſſe arbitror,

bitror, pro pomis illius arboris maſculinum eſt. Suetonius in Domit. Pridie quàm periret, cum oblatos tuberes ſeruare iuſſiſſet. Pro priè tamen tuber, eſt tumor quidam rotundus in quocunque corpore. Vnde in facie tumores, & quacunque corporis parte, tubera dicuntur, ſiuc per diminutionem tubercula. φύματα. Teren. in Adelp. Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Plin. libro 8. cap. 18. Tubera bina in dorſo habent cameli. In arboribus durities illa extans ad nodi ſimilitudinem, tuber dicitur, gen. neut. priore longa. A tuber fit tuberculum diminut.

Tūbĕro, as. penu. cor. tubera facio, ſeu profero.

Tŭbĭlūſtriūm, dictum, quòd eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrabantur.

Tŭbŭrcĭnŏr, aris. raptim comedo. λαφύσσω..

Tŭbŭs, bi. m. ſ. & diminut. tubulus, canna, ſeu fiſtula maior fictilis, aut ex alia materia, qua aqua deducitur, à tumore. Hinc etiam tubos uiſcerum dicimus, per quos ueluti canales cibus potuſq; egeruntur. Martial. libro 11. Modò qui per omnes uiſcerum tubos ibat.

Tŭdĭcŭlă, æ. f. p. inſtrumentum, ſiue ſtylus, quo uaſis ſigna imprimuntur, (σφραγίσμα.) Quidam etiam accipiunt tudiculam pro cocleari maiori, quo ad carnes, & iuſcula è cacabis extrahenda utitur, (Λοίδυξ.) Eſt & tudicula, machina, qua tunduntur oleæ. Colum. lib. 1. cap. 50. Eſt & organum erectæ tabulæ ſimile, quòd tudicula uocatur, idq; non incommodè opus efficit, niſi quòd frequenter uitiatur, & ſi baccæ pluſculum inieceris, impeditur.

Tŭdĭcŭlo, as. a. p. pen. cor. imprimo, ac ſculpo. Et per translat. tudiculare ponitur pro commouere. ὠθεῖν. Var. Hæccine nobis cernis hāc mala tudiculaſſe uetulam? Nonius.

Tŭdĭtēs, um. m. t. penu. cor. mallei à tundendo dicti. σφυραί. Nominatiuus ſing. tudes.

Tŭdĭto, as. a. p. pe. cor. ſignificat lucri gratia negotium ago. Tractum à fabris, qui malleis ſæpe percutiendo opera faciunt.

Tŭĕŏr, eris. pro defendo, & conſeruo. Ἀμύνω, κηδεμονέω, ποιέομαι. depon. ſecundæ coniugationis eſt, à quo tutus, quāuis tuitus eius participiū ſit, quo uſus eſt Quint. in Decl. Cæcil. Tuitus ſum, inquit adoleſcētis miſerrimi cauſam. Et quidem pro participio uerbi tueor, tuitus accipiendum cenſeo, non tutus. & tuitio nomen uerbale, non tutio. id eſt defenſio, cuſtodia. Quia Tutus ſum illum in actiua ſignificatione non dicimus. In paſſiua autem ſubinde utimur: ut, Tutus ſum ab hoſtibus, pro munitus, & ſine periculo ſum, tutus ſum à calore, à ui, à perfidia, &c. Eius compoſitū eſt Contueor, quo uſus eſt Cice. in Clod. Videant hi qui illum tot tantiſq; ſceleribus contuebantur, &c. Tuor uerò tueris, pro uideo, (ὁράομαι) tertiæ coniugationis eſt, & tria compoſita habet, contuor, intuor, & obtuor, à quibus contutum, intutum, & obtutum fiunt ſupina. Plaut. in Aſin. At hercle ipſum adeò contuor, quaſſanti capite incedit. Et in Moſtel. Profectò nullam equidem illic comicem intuor. At tu iſtac ad nos obtuere, ſi uulturios fortè duos poſſis Contui. Ex his patet, quòd Tuor ſemper pro uideo capiatur, ſicut contuor & intuor indicant: tueor uerò pro defendo. Ouidius, Non minor eſt uirtus, quàm quærere, parta tueri. Sed hæc differentia nō ubique obſeruatur, quoniam Tueor, ſicut & intueor, contueor, & obtueor, pro uideo ab authoribus uſurpatur. Vergil. libro quarto Aeneid. Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur. id eſt huc illuc uoluens oculos aſpicit.

Tŭgŭrĭŏlūm, li. n. ſ. paruum tugurium. οἰκίδιον. Quòd ſi anguſtius ſit, gurguſtium nominatur, à gurgulione uerme.

Tŭgŭrĭūm, rij. n. ſ. dictum eſt, quaſi tegurium, à tegendo, e in u mutata, ruſtica habitatio, cuius tecta ex ulua paluſtri, & parietes ſtramentis uel arundinibus conſtant.

Tŭĭtĭo, onis. cuſtodia. Cic. Tuitio ſui.

Tŭm (τὸ μὲν, τὸ δὲ.) uide in dictione Cum.

Tŭm autem, in oratione ponitur pro &, & præterea, teſte Donato.

Tum demum. τότε δὴ. id eſt nouiſſimè.

Tum deniq; id eſt tum demum, uel ad extremū.

Tum uerò. id eſt deinde, Cum non præcedente.

Tŭmbă, æ. f. p. τύμβος. locus concauus infra terram. Vnde & pro ſepulchro poni conſueuit.

Tŭmĕo, mes. mui. n. ſ. inflor, (οἰδέω, (ὀγκάω.) Plautus in Perſa, Quid hoc quod in collo tibi tumet? Per tranſlationem accipitur pro ſuperbire. Tument negotia, dixit Cic. ad Atti. libro 14. pro ſeditiones erumpunt & bella.

Hinc

*Hinc fit Tumeſco, quod eſt tumidus ſio, & cõ
poſita contumeſco, extumeſco. ἐξοιδέω. & in-
tumeſco: item contumax, à quo contumacia.*
Tŭmĕfăcio, is. tumidum facio. Cic. 1. De Diui.
Tŭmĭdŭs, a. um. inflatus. ἐξῳδηκώς.
Tŭmŏr, oris. m. inflatio, ſuperbia. οἴδημα, ὄγκος.
*Tŭmŭlo, as. a. p. ſepelio, in tumulo condo. θάπτω.
» Martialis, lib. 11. Aeolidon Canace iacet hoc
» tumulata ſepulchro.*
*Tŭmŭltŭārĭŭs, a. um. παρατυχὼν, αὐτοσχέδιος.
quod ſine præmeditatione factum eſt, prope-
ratum & ſubitarium, aut rapidè factum quæ
ſitum ue, ait Budæus: ut, tumultuaria oratio,
tumultuarius miles aut exercitus, qui quaſi
tumultu quodam præparatus eſt. id eſt rap-
tim & feſtinanter. Hinc tumultuariò, (ἐκ τοῦ πα
ρατυχόντος) aduerbium.*
*Tŭmŭltŭo, tuas. n. t. in perturbatione ſum, θορυ-
βοῦμαι. Dicimus & tumultuor. aris. deponens.
Plaut. in Pœn. Non decet tumultuari.*
*Tŭmŭltŭōſŭs, a. um. qui turbas excitare ſolitus
eſt. θορυβώδης. Liuius 4. ab Vr. In otio tumul
tuoſi, in bello ſegnes. Hinc tumultuoſe, aduer
bium, cum tumultu.*
*Tŭmŭltŭs, us. m. q. ut autor eſt Hierony. uox
plurimorum eſt, & nimiæ multitudinis cla-
mor pariter emiſſus, (θόρυβος.) ſiue eſt per-
turbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde
& nomen ductum tumultus, quaſi timor mul (tus.*
*Tŭmŭlŭs, li. m. ſ. terra tumēs. id eſt col-
lis, (λόφος.) Accipitur aliquando pro ſepul-
chro. τάφος. quia ibi coaceruari terra conſue
uit. Vnde Tumulus honorarius. id eſt cenota
phium: & tumuloſus, adiect. quod eſt tumu-
lis plenum.*
*Tŭnc, (τότε, τηνικαῦτα) aduerbium temporis,
& dicitur de præſenti, præterito & futuro:
& nonnunquam additur Temporis, ut apud
Iuſtinum, Tunc temporis Perſarum Camby
ſi mediocri uiro. &c.*
*Tŭndo, dis. tŭtŭdi. tunſum, ſecundum Priſcian.
licet eius compoſita ipſum n non habeant:
ut obtundo, obtudi, obtuſum. Verg. 4. Georg.
» Profuit & tunſum gallæ admiſcere ſapo-
rem. Plinius uero libro 31. tuſum ſine n po-
ſuit. Diomedes docet habere duplex præteri-
tum, & duplex ſupinū, ſcilicet tutudi tuſum,
& tunſi tunſum, actiuum eſt, ter. coniug ſigni
ficatq́; percutere, pulſare, & in uaſe aliquo
quippiam comminuere, (κόπτω, ἀλοάω, ἀράσσω.)
Plau. Aſin. Sed quid hoc quòd picus ulmum
tundit? Col. lib. 2. cap. 21. Ipſe autem ſpicæ me
lius fuſtibus tunduntur. Refertur interdum
ad uerba, & ſignificat ſæpius idem repetere,
ſæpe dicendo iterare, translatione ſumpta à
malleo fabrorum ſæpe percutiente. Huius cõ
poſita ſunt: Contundo, extundo, obtundo. Pēr
tundo, ualde percutio, aut percutiendo fran-
go. Hinc pertuſa uaſa. τρητὰ, διάτρητα, τετρ
πημένα, dicimus, quæ non ſunt integra. Pro-
tundo, ultrà tundo: ut, Protundere ferrum,
Gell. li. 1. Retundo, repercutio, rurſus fran-
go, hebetem facio, redarguo. ἀπαράσσω. Lac-
ctantius libro tertio, Cum fortiter inimico-
rum impetus retudiſſet.*
*Tŭnĭcă, cæ. f. p. χιτών. ueſtis erat apud Roma-
nos breuior, & ſine manicis, quæ propriè ui-
ris cõueniebat. Longa enim ueſtis fœminam
decet. Dicta eſt autem tunica à tuendo cor-
pore. Latini uſurpant tunicam pro ea, quæ
carni proximior erat, qua hodie linea utimur,
& eam uel imam tunicam, uel lineam poſſu-
mus dicere: barbarè quidam camiſiam uo-
cant. Ouidius in Amor. Sic etiam tunica tan
gitur illa ſua. Tunica oculorum ſunt membra
næ, quibus uariè conteguntur oculi. Plin. lib.
11. capite 37. Dicitur & de arboribus, & fru-
ticibus tunica. Hinc tunicula diminutiuum.*
*Tŭnĭco, cas. a. p. penult. correp. tunicam induo.
(χιτωνίζω.) Varro, Hæc lanigeras detonde
ri docuit, tunicareq́; homulum. Vnde tunica-
ti dicuntur ueſtiti, & aliquando etiam expe-
diti, & nullam aliam ſupra tunicam ueſtem
habentes. Plautus in Pœnulo, Noſtin tu il-
hunc tunicatum hominem qui ſiet?*
*Tŭrbă, bæ. f. p. τύρβη, ὄχλος. & rixa differunt:
Quoniam Turba multitudinis eſt, rixa duo-
rum. Sed quia multitudo ferè non uacat per-
turbatione, factum eſt, ut perturbationem ap
pellemus turbam. Eſt igitur turba, & multi-
tudo, & in multitudine perturbatio. Turbam
prunorum pro uarijs generibus prunorum di
xit Plin. li. 15 cap. 13. Et turbam uulnerum,
pro multitudine uulnerum. lib. 11. cap. 37.*
*Tŭrbēllă, (ταραχίδιον) diminutiuum, parua tur
ba. Plau. Hanc mihi ancilla turbellam fecit.*

Tŭbi

Turbidus,a.um.conturbatus,confuſus, non clarus,tumens. Hinc turbidus dies,procelloſus: turbidus homo, cõmotus, plenus perturbationis, terribilis,elatus,& arrogantia tumens.

Turbino.nas.n.p.pen.corr.acutum facio,(κωνοειδίζω,στρομβίζω.)Hinc turbinatus adiectiuũ, quod ueluti turbo deſinit.Plin.lib.15.cap.15. Turbinatior pyris figura, quàm malis. Et turbinatio.onis.uerbale.

Turbo. bas. a. p. (ταράττω,ὀχλέω,κυκάω)confundo,innouo,commoueo.Plau. in Capt.Aduenïens turbauit totum cum carne carnarium. Mart.lib.2.Pectere te nolim,ſed nec turbare capillos. Turbaſsit,pro turbauerit uſurpatum antiquis. Hinc tubor paſsiuum. Cicero ad Att.lib.2. Turbatur Sampſiſeranus. Huius compoſita ſunt, Conturbo.συνταράττω ſimul omnia turbo. Deturbo, deorſum uiolenter deijcio. Exturbo,è loco deijcio,extrà turbo, expello. Diſturbo, (διαταράττω) uariè turbo, ſeu diſsipando deijco. Interturbo, Obturbo, ab omni parte turbo. Perturbo,ualde turbo. ἐπιταράττω.

Turbo.binis.m.t. uentus cum frigore maximo, obiecta quæq; deturbans poſternensq́, ex depreſſæ nubis ſpecu,(στρόβιλος.)Eſt & genus inſtrumenti luſorij, pueros maximè delectans. Vide Trochus. Itẽ uaſculi genus, quo pruna, & coctana inter Saturnalia xeniola miſsitabãtur, cuius effigies turbinis in imo anguſtiſsima erat,in ſummo latiſsima, qualis eſt figura pyrorum.Item turbo dicitur,quicquid forma acuta eſt in imo,in ſummo lata. Eſt & auicula,uide Lynx.

Turbulento.tas.a.p.exagito,perturbo,(διαθορυβέω.)Apul.Me ſtrepitu turbullentauit.

Turbulentus,a.um.commotus,iratus,turbidus, contentione plenus.ταραχώδης.

Turbyſtum,medicamentum eſt cogens ſorbere. & pro colore tincturæ etiam capitur.

Turdarium,locus quo turdi alũtur ad ſaginam.

Turdus,di.m.ſ.auis nota, & inter primas à ſaporis bonitate collocata.κίχλα.Vnde Horat. Nil melius turdo, ulula nil dulcius ampla. Eſt & piſcis nomen,Plin.lib.32.cap.11. Hinc turdulus,diminut.

Turgeo,ges.turſi.n.ſ. ὀγκῶμαι. tumeo. inflor. Verg.Torrida iam læto turgẽt in palmite gemmæ.Turgere alicui,eſt iraſci in aliquem, commoueri.Plaut.in Caſ. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Huius compoſita ſunt, Deturgeo, (ἀποργάω)quod eſt contrariũ ſuo ſimplici.ſignificat enim decreſco. Plinius: De turgente Nilo muſculi reperiuntur. Obturgeo,circum turgeo. À turgeo fit turgeſco,turgidus fio,promineo.

Turgidus,a.um. inflatus, tumens, (ὑπέρογκος.) Hinc fit dimin.turgidulus. Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turiones, dicuntur teneritates arborum uel arbuſtorum.Colum.lib.12.cap.48.

Turma, æ. f. p. ordo militaris,& equitum eſt, ἴλη.Conſtabat autem ex triginta duobus equitibus, & qui illi præerat, Decurio dicebatur, ut Varro & Veget.tradiderunt.

Turmales, m. t. dicti qui in turma ſunt eadem.

Turmatim,aduerbium,per turmas. ἰλαδόν.

Turnus,ni.m.ſ.nomen piſcis paluſtris.

Turpis,pe.om.t.deformis.eſt enim contrariũ pulchro.(αἰσχρός, δυσειδής.) Terent. in Phorm. Lachrymæ,ueſtitus turpis. Trãsfertur etiam ad animum, ut apud Catonem, Turpe eſt doctori,cum culpa redarguit ipſum. Interdum ponitur pro magno.Vergilius,Forma bouis, cui turpe caput,cui plurima ceruix. Item pro crudeli, ut ſemper apud Salluſt. Hinc turpiculus,dimin. Et turpitudo,deformitas.Et turpiter aduerbium, inhoneſte, indecore. Hinc quoque turpificatus, adiecti. quod eſt turpe factum. Et turpo.as.fœdo, turpe facio.

Turreus.a.um.πύργινος.quod ex ture eſt.Col. li. 9. Iam turream plantam maturè ampliatam, florentesq́; hortos myrrha & croco.

Turibulum,li.n.ſ.uas quo thus adoletur.

Turifico.as.a.p.(θυμιάω)thure ſuffio.

Turricula, diminut. parua turris. πυργίον. Eſt & uaſculi genus à turris ſimilitudine,quo iactari tali ludendo ſolent,eadem pyrgus & orca dicitur.

Turriger,a.um.gerens turrẽ,(πυργοφόρος.)Plin.

Turris, is.f. t. (πύργος)à terrendis hoſtibus dicta eſt, ſicut arx ab arcendis. Vel quod aſpectu torua ſit,hoc eſt terribilis.Fiunt etiã turres ambulatoriæ,de quibus uide Veget.lib.4.

Turritus, ta. tum. (ἔνπυργος, πυργωδής.)pen. prod. altus & excelſus, ut domus turrita. id eſt al-

eſt alta & ſublimis, & ad turris ſimilitudinẽ facta. Aliquando turritus, dicitur turribus plenus. Vnde & turritæ urbes.

Tŭrſio,onis.m.t.piſcis genus. Plin.lib.9.

Tŭrtŭr,uris.m.t.pro aue nota,à uocis ſono nomen habente. Plaut. Moſt. Tu tibi iſtos habeas turtures

Tŭrŭndă,orum.n.ſ.paniſicia, et bucceæ,quib. farciuntur altilia ad ſaginã.Græcè ψωμὸν dicitur,quaſi buccea,ſiue bolus,quem nutrices ingerunt infantibus.Varr.3.re de Ru.ca.89. Gallinas farciunt turundis hordeacijs.Apud Catonem etiam ca. 89. ſignificat lineamentũ illud ex filis, quod in ulcus immitti à medico ſolet.

Tūs,ūris,n.t.λίβανος.incenſum libamum,quo Deum ueneramur,à tundendis glebis,quia glebæ tunduntur,cum quibus fluens ex arboribus coaleſcit,authorib. Priſc. Var. & Seruio ſuper 1.Georg. Alij cum h ſcribunt ἀπὸ τοῦ θύω deriuantes,quod eſt ſacrifico. Naſcitur in felici Arabia, & duplici uindemia colligitur: quarum prior eſt circa Canis ortum, ſecunda eſt uerno tempore. Cuius arbor Libanotos dicitur.

Tŭſcŭlŭm,diminut.à tus.λιβανώτιον. Plautus.

Tŭſsēdo,inis.f.t.idem quod tuſsis,(βήξ.)Apul.

Tŭſſilāgo,(βήχιον)herba.quæ tuſsim ſedat.

Tŭſsĭo,ſis,ſiui,ſitum.n.q. tuſſim patior.βήττω.

Tŭſsĭs,is.f.t.quæ gignitur uel ex frigore,uel ex pituita in pulmonem deſcendente. βήξ. Quæ ſi continuè uexet,à Seneca Pertuſſis nuncupatur. Eſt enim continens tuſſis, & inueterata, quæ uix unquam eliditur, ex qua multi conficiuntur. Hinc tuſſicula,dimin.

Tūtāmēntŭm,ti.n.ſ.defenſio. Liu.1. Bell.Pun.

Tūtĕ, tu ipſe,à tu formatur per paragogen, te correpta,(σὺ αὐτός.)Nam te, magis ſyllabica additio eſt,quàm compoſitio,additurq́ duntaxat nominatiuo,non etiam alijs caſibus. Et hoc fit, cum pronomẽ ad eam reuocatur perſonam,à qua ſumitur:ut cum dico,Tu lege:ille reſpondeat,Cur tute non legis? Cic.4. Ver. Hoc autem tute fatebere.

Tūtēlă,æ.f.p.ἐπιτροπή. Paulus de Tutel.li.1.Tutela. Ius ac poteſtas in capite libero, conſtituta ad tuendum eum,qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit,iure ciuili data ac permiſſa: ex qua ipſi tutores nomen acceperunt, quaſi tuitores atque defenſores.Sicut æditui, qui ædeis tuentur.

Tūtēlāris diuus,quem aduocatum dicimus.

Tūtēlārius,adiect.pro ædili,& eo,qui ædes ſacras aut publicas ſuo periculo tuetur.

Tūtō,aduerbium,ſine periculo,impune.

Tūto,tas.a.p.protego,defendo.ἀσφαλίζω.

Tūtŏr,aris.deponens.frequent.diligenter defendo. ἀμύνομαι,προΐσταμαι. quod Priſcianus docet eſſe commune.

Tūtŏr,oris.m.t.nomen uerbale, quo pupilli defenſor ſignificatur, & is qui uim & poteſtatẽ habet in capite libero,ad tutandum eum,qui ſe per ætatem nondum tueri poteſt. πρόδικος, ἐπίτροπος,πρόβολος. Hæc autem ætas (ſecundum Iureconſultos) eſt uſq; ad pubertatem. id eſt uſq; ad 14.annum. Nam inde uſq; ad uigeſimumquintum dantur curatores, qui etiã furioſis & mente captis dari ſolent.

Tūtōrius,a.um. quod ad tutorem pertinet.

Tūtŭlŭs,li.m.ſ. ornamentum capitis Flaminicarum,& uitta purpurea innexa crinibus,& in altitudinem erecta,quòd per eam Flaminica à cæteris mulieribus diſcernebatur.

Tūtŭs,ta.tum. & actiuam & paſſiuam ſignificationem habet.ἀσφαλής:ut; Tuta urbs,quæ nos defendit. Tutus ſum ab hoſtibus. id eſt munitus, & ſine periculo ſum. de hoc uide in dictione Securus,& ſuprà in dictione Tueor.

T ANTE Y.

TYlus,li.m ſ. uermiculus eſt pluribus pedibus,colore fuſco, ſub lapidibus aut figulinis uaſis uiuẽs,qui tactus ſe arcuat,atque in globum cõtrahit ad ſimilitudinem paruæ pilæ. ὄνισκος.

Tȳmbŭs,bi.m.ſ. Latinè buſtum,ſepulchrum,ſiue monumentum dicitur.

Tȳmpănĭcŭs,a. um. om. ſ. qui tympanite laborat,hoc eſt ea ſpecie aquæ intercutis.

Tȳmpănĭſtă.τυμπανιστής. qui tympana pulſat.

Tȳmpănĭſtrĭă.mulier tympanum pulſans.

Tȳmpănītēs.τυμπανίτης. pen.pro genus hydropiſis eſt,cum uentre uehementer intento, creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt, teſte Celſo libro 3.cap.21.

Tȳmpănĭzo,as.n.p.τυμπανίζω.tympana pulſo.

Tȳmpănotrĭbă,bæ. qui tympanum terit, & pulſat,apud Plautum in Trucul.

Tympanum,ni n.ſ.τύμπανον.inſtrumentum ex una parte planum,membrana clauſum,intus uacuum, quod baculo pulſatur. Eo uti ſolebāt in ſacrificio matris deûm. Eſt et tympanū uehiculi genus tectū, ut inquit Seru. ſiue (ut aliqui putant) teſtudo ſupra radios. Item tympanum accipitur pro machina tractoria,quæ rota uocatur(ut Vitruuius ait)ad hauriendā aquam ſumma celeritate, quod hominibus calcantibus uerſatur, ad irrigandos hortos & ſalinas utile. Plin.lib.33.cap.11.accipit pro uaſe eſcario.

Typhōn,onis.m.t.uentus turbulentus,à Typhone dictus, & capitur pro fulgure. Typhonas etiam uocant fumigantes globos, & figuras quaſdam nubium metuendas, uide Plin.lib.2.capite 48. Vide etiam in Proprijs.

Tȳpūs,pi.m.ſ.τύπος. Latinè forma,figura,adumbratio rudis, exemplar, umbra, & ueluti imago quædam alterius rei. Hinc protypa,dicta ſunt opera,quæ ante typos facta ſunt. Ectypa. ἔκτυπα. quæ ex ipſis ſunt formata. Archetypus. ἀρχέτυπος. prima & principialis forma.

Tyrannicē. τυραννικῶς. crudeliter,uiolenter.

Tyrannicus,a.um. τυραννικὸς. quod eſt tyranni

Tyrrannis,idis f.t. ſæuū ac uiolentum imperiū.

Tyrannoctonus.m. m.ſ. τυραννοκτόνος. Latinè dicitur tyrannicida,qui tyrannum occidit.

Tyrannicida,dæ.com.p.qui tyrannum accidit.

Tyrannicidium,dij.n.ſ.ipſe tyrannorum occidendorum actus. Quintil.lib.7.cap.4.

Tyrannus,ni.m.ſ.per duplex nn,ereptor libertatis. τύραννος. apud ueteres in bonam partē dicebatur dominus,qui plenam habebat in ſubditos poteſtatem: unde(Trogo teſte)quæq; ciuitas & gens, rerumpubl. imperium ab initio penes reges habebat,quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis nō ambitio popularis,ſed ſpectata inter bonos moderatio proueheb at: qui etiam tyranni ob fortitudinem uocabantur:unde Vergil. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyranni. Sed creſcente malitia,cū ſuperbè reges regnare cœpiſſent, tyranni nomē ad illos ſolum reſtrictū eſt, qui per inſolentiā imperij uiribus abutebantur, & ui & quadā animi libidine dominabantur,non iure & legibus æquis. Quidā etiam tyrannos dici putant à Tyrrheniæ gētis præcipua crudelitate.

Tyrianthinus, adiectiuum, ex Tyrio & ianthino compoſitum, ut Tyrianthinus color dicebatur, quando abſolutus amethyſtus rurſum Tyrio inebriabatur, & geminata luxuria facit ex utroq; improbum nomen.

Tyrianthina. τυριάνθινος. ueſtis uiolacea,purpurea,ab ianthino,id eſt uiolaceo colore,& Tyrio,hoc eſt purpureo.

Tyro,onis.m. t.nouus miles,& fortis ad militiam exercendam. νέος στρατιώτης. Cuius diminut. eſt tyrunculus. Dicitur autem de omni hoc nomē qui modò primùm rem ſiue artem aliquam exercere aggreditur. Vnde pro gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Sic adoleſcentes quando togam ſumebant,& barbam ponebant, eloquentiamq; in foro auſpicabantur, tyrones dicebantur, & illa prima actio tyrocinium. Nam prima actio in quacunque arte, tyrocinium dicitur. Hinc deducitur fœmininum Tyruncula, pro puella,ſiue muliercula in arte aliqua adhuc rudi. Dicitur & de adoleſcentiori cane apud Colum li.7.ca.12. Tyrocinium nauium dixit Plin.libro 14.ca.7. per metaph.cum primum mari committuntur,& ueluti in Neptuni militiam conſcribuntur.

Tyrocneſtis,is.ſ.f.t. τυρόκνηστις. inſtrumentum coquinatorium, quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

Tyronianus,a.um. τυρωνιανὸς. à tyro poſſeſſi.

Tyros Græcè, Latinè caſeus. τυρός.

Tyrotarichus. τυροτάριχος. genus obſonij, ex caſeo ſalſamentisq; confecti. τυρὸς enim caſeus. τάριχος ſalſamentum.

DE LITERA V.

V LITERA uocalis eſt,quæ ſæpe in conſonantem tranſit, & modò uim ſimplicis habet ut apud Vergiliū, At Venus haud animo nequicquā exterrita mater. Modò pro duplici conſonante ponitur,ut cupiui,cupiueram: in quibus i ante u conſonantem poſita producitur, & eadem ſubtracta corripitur. Aliquādo V conſonās pro uocali correpta ponitur. Horat.Epod. Niueſq; deducunt Iouem, nunc mare, nunc ſyluæ.

Puerdum

Interdum à uocali tranſit in conſonantem, ut nauta, nauita: gaudeo, gauiſus. Quandoque amittit uim literæ, cum poſt q ipſum u ponitur: nam non conſonans eſt, ut aliquis. Hoc idem patitur inter g, & aliquam uocalem, ut ſanguis, lingua. Idem fit antecedente ſ, ut ſuauis, ſuetus. Tranſit quandoq; per deriuationes in a, ut ueredus, ueredarius: in e, ut pondus ponderis, deierat pro deiurat. Antiqui etiam auger, pro augur dicebant. Similiter in ijs quæ à tertia coniugatione naſcuntur, quotieſcunq; n & ipſum e ſequebãtur loco e, ſcriptitarunt u: ut faciundum pro faciendum. In i correptam nominum habentium ultimam ſyllabã deſinentem in u, cum uerbis ſiue participijs: ut cornu corniger, & cornicen, arcus arcitenens, fatum fatidicus, aurum aurifex, luctus luctificus, fluctus fluctiuagus, magnus magnificus, opus opifex. Scribebant etiam antiqui carnufex pro carnifex, & lubens pro libens, peſſumus pro peſſimus.

V ANTE A.

Văccă, cæ. f. p. per duplex cc, bos fœmina. βοῦς ἡ. Cicero de Natura Deorum, Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ? Cuius dimini. eſt uaccula. βοΐδιον. Vergil. Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.

Vaccinium, uide Vacinium.

Văccīnŭs, a. um. pen. pro. quod eſt ex uacca.

Văcĕrră, æ. com. p. uecors, & ueſanus dicitur, παράπληξ. Quo etiam nomine accipitur ſtipes ad quem ligantur equi in ſtabulo, apud Colu. Vacerra genus quoddam clathrorum eſt, quo caueæ muniuntur, idq; fabricatur ex robore, quercu uel ſubere.

Văcillārĕ, n. p. eſt propriè inconſtantem eſſe, & quaſi alternatim moueri. παραφέρομαι. quemadmodum naues uacuæ uidentur modò huc atq; illuc, modò ſurſum atq; deorſum fluctibus agitari. Cicer. Tyroni, Accepi tuam epiſtolam uacillantibus literulis. id eſt non rectè præ ualetudine ſcriptis. Transfertur etiam ad animum, ut apud Iureconſultos de fide teſtis uacillante, qui inconſtantia & diuerſa teſtimonia dixerit.

Văcīnĭūm, nij. n. ſ. à quibuſdam flos dicitur, à quibuſdam uiola, ſeu hyacinthus. ὑάκινθος. Plinio uero uacinia, uaciniæ, arbor, libro 16. capite. 18. Vacinia Italiæ aucupijs ſata, Galliæ uero etiam purpurea, tingendi cauſſa ad ſeruorum ueſtes.

Văco, uacas, n. p. nihil ago, ceſſo, otium habeo, otioſus ſũ, uacuus uel expers ſum, liber ſum, careo, do operam. σχολάζω. & conſtruitur cum datiuo: ut Vaco ſapientiæ, uaco rei diuinæ. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione In. Ouid. In nullum mea mens grande uacabat opus. Vacat imperſonaliter ſignificat, ocium eſt, uel uacuum tempus eſt. εὐκαιρῶ, σχολή μοι. Vergilius, Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, Et uacat annales noſtrorum audire laborum. Vacare populo, eſt operam populo dare & inſeruire. χρηματίζειν. Aliquando ſignificat liberum eſſe à populo, populariq; iudicio, ſiue procul eſſe à populo. Huius uerbi compoſitũ eſt Interuaco

Văcŭo, as. & Vacuefacio, idem ſignificant. κενόω. Sic & euacuo id eſt exhaurio.

Văcŭŭs, uacua, uacuum, & inane, & nihil continens ſignificat, (κενὸς, διάκενος.) Item magnum, uaſtum. Vergilius, Saltibus in uacuis errant. Idem, Vacua atria Ditis. Iungitur aliquando genitiuo. Plautus in Bacch. Valens afflictat me iam uacuum uirum. Id eſt, qui ſine uiribus ſum. Aliquando ablatiuo ſine præpoſitione. Cicero libro 2. de Finibus, Quum uacui curis etiam quid in cœlo fiat, ſcire auemus. Hinc uacuitas. tis. A uacuus fit ſuperuacuus, de quo ſuo loco

Vădĭmōnĭūm, nij. n. ſ. ἐγγύη. eſt ſponſio quædam ſiſtendi, comparendiq; in iudicio ad diem præſtitutam, per ſe uel per aduocatos, quod deſerere non licet. Vadimonium conſtituere, eſt diem aſsignare, ut loquũtur, quo quis in iudicio comparere debeat. Vadimoniũ deſerere, eſt non cõparere in iudicio ad diem præſtitutam. Vadimoniũ differre, diem contentionis differre, quo reus in iudicio cõparere promiſerat. Vadimoniũ miſſum facere, eſt uadimonij obligationem remittere condemnareq;.

Vădis primò, deinde per ſyncopen Vas, uadis. m. t. ἐγγυητής. dictus eſt ſponſor alterius in re capitali, ut inquit Feſtus. Cic. 3. Off. Factus eſt alter uas eius ſiſtendi, ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Inuenitur etiam pro

quolibet fideiuſſore, qui pro alio uadimonium promittit, certo die aſſuturus. Dictus uas, quòd qui uades dederit, uadere ei. id eſt diſce dere, interim liceat.

Văďiŭm, dij. (ἐγγύη) idem quod uadimonium.

Vādo, dis. ſi. ſum. iter facio, quaſi uiæ do, (πορεύω.) Verg. Vadimus immiſti Danais. Huius uerbi compoſita ſunt, Circumuado, quod eſt inuadendo circumdo. Euado, inuado & peruado, pen. prod.

Vădo, as. n. p. per uadum eo, (πορεύω) Solinus, Flumen quod propter breuitatem facile uadari poterat.

Vădŏr, aris uerbum commune (ſecundum Priſcianum) ſignificat uadimonio obſtringere, ſiue diem iudicij ex compacto conſtituere, & in ius uocare, (κλητεύω.) Cic. pro Quint. Debere tibi dicis Quintium, Procurator negat: uadari uis, promittit: in ius uocas, ſequitur: iudicium poſtulas, non recuſat. Vadari reus dicitur, & uadimonium ſiſti, quoties aliquis pro alio ſpondet, ut in iudicium ueniat, & ſiſtatur.

Vădōsŭs, ſa. ſum. (πολύπορος.) ut uadoſus amnis, qui frequentia habet uada, quæ tranſiri pedibus poſſunt.

Vădŭm, di. n. ſ. fundum fluminis, lacus, maris, & cuiuſcunq; aquæ per quod uia datur. πόρος. Hinc uadum quoq; appellatur locus, qui propter breuitatem aquæ pedibus tranſiri poteſt. Vnde prouerbium, In uado eſt, pro eo quod eſt, In tuto eſt. Nam ut in profundo periculum conſiſtit, ita in uado eſt ſecuritas. Terent. in And. Omnis res in uado.

Văh, (ἰοὺ) interiectio, his rebus, quas execramur propria. Verg. Mantua uah miseræ nimium uicina Cremonæ. Quidam uæ ſine aſpiratione ſcribunt, tamen d phthongatur, ut differat à ue, quæ modò eſt coniunctio disiunctiua, idem ſignificans quod aut, uel: ut, Dies noctesúe. Cicero, Amici regis duo tresúe prædiuites ſunt. In compoſitione aliquando habet uim augendi, ut uetus, uehemens: quorum alterum ab ætatis magnitudine compoſitum eſt, alterum à mentis ui atq; impetu dictum eſt. Modò habet uim diminuendi, ut uegrandis, Veiouis, id eſt male grandis, hoc eſt paruus minutusúe, & paruus Iupiter. Ve enim ſyllabã rei paruæ Veteres præponebant. Vnde apud Auſonium, Vegrandes meſſes legimus pro paruis. Modò etiam habet uim priuatiuam, ut uecors, quaſi ſine corde, ſine prudentia. uide Gellium lib. 5. cap. 12.

Vǣnĕo, uide Veneo.

Văfĕr, fra. frum. (πανοῦργος) pro callido & aſtuto accipitur, quaſi ualde afer. Mira enim ſemper fuit eius gentis calliditas. Cic. lib. 1. de Nat. Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum uaferrimus habetur interpres. Hinc uafrè, aduerb. callidè. (πανούργως.)

Văfrāmēntŭm, ti. n. ſ (κερδοσύνη) aſtutia.

Văgābūndŭs, abunde uagans. ἀνδυμένος, ἀλήτης.

Văgīnă, æ. ſ. p. pen. prod. alicuius rei theca. (θήκη, κολεός.) Cicero in Catilinam: Veruntamen incluſum in tabulis, tanquam gladium in uagina reconditum. Huius diminut. eſt uaginula. Hinc euaginare, quod eſt enſem nudare.

Vāgĭo, gis. giui. gitum. n. q. βαβάζω. Vnde uagitus, pen. prod. quod proprium eſt uocis infantium, dum plorant. Et uagor pro eodem ploratu.

Văgŏr, garis. d. p. inutiliter huc atq; illuc feror, ſiue ſparſim eo. περιφέρομαι, πλανῶμαι. Et differt ab erro, quia uagari eſt per diuerſa, errare per aliena. Inuenitur etiam uago. gas. apud Plaut. in Mil. A uagor fit compoſitum euagor, pro extrà uagor.

Văgŭs, a. um. qui ſine negotio modò huc, modò illuc inutiliter diſcurrit. πλάνης. Dictus quod uacuus, id eſt ſine negotio agatur. Cic. Att. lib. 7. Itaq; uagus eſſe cogitabam. Hinc uagè, aduerbium diſcurſim.

Văh, interiectio eſt inſultantis. φεῦ. Plaut. Vah, homo impudens. Et in Euangelio: Vah, qui deſtruis templum. Interdum eſt interiectio admirantis Plaut. Curc. Subegit ſolus mira uiginti dies. Ly. Vah. C. quid mirare? Aliquando exultantis, uel lætitiæ. Plau. in Bacch. Ducentis philippeis rem pepigi. N. uah, Salus mea ſeruaſti me.

Vahă, interiectio exultantis, uel ridentis.

Vāldē, aduerb. ſignificat multum. λίαν, πάνυ, μάλα. Eſt enim ſyncopatum à ualidè, ideo producit e. Et ualdius, pro ualidius. μᾶλλον. ſicut caldus pro calidus. Dicimus & ualde quàm, ſicut ſanequàm, & perquàm.

Vălēns

Vălens, tis. om. t. aliquando participium, aliquando nomen ex participio. id eſt ſanus, incolumis, potens, efficax, utilis, cui contrarium eſt imbecillus. Plinius libro 20. cap. 18. At ſylueſtre longum, ac puſillum, & ad omnes effectus ualentius. Hinc ualentulus, dimin. Et ualenter, aduerbium, fortiter.

Vălentĭă, æ. f. p. potētia, firmitas. ῥώμη, ἰσχυσία. cuius contrarium eſt inualentia. ἀῤῥωσία.

Vălĕo, les. lui. litum. n. ſ. aliquando de corpore eſt, & ſignificat bona ualetudine eſſe. ὑγιάζω, ῥώννυμαι, ἰσχύω. Semper enim in bonam partē ſumitur, niſi aliud addatur, ut Male ualeo, id eſt æger ſum. Plautus in Amph. Equidem ualeo, & ſaluos ſum rectè Amphitryo. Valere ab oculis, & eiuſmodi, eſt oculorum morbo liberari. Gell. lib. 5. ca. 10. Sic ualere à pecunia, eſt pecunijs egere. Ne ualeam, imprecantis uox eſt. Mart. lib. 2. Aliquando extra corpus eſt, & ſignificat poſſe, pollere, uim, uel uires habere, momentum, uel pondus, ſiue authoritatem habere, alicuius momenti putari. Terentius in Eunucho, Neque tam imperita, ut quid amor ualeat, neſciam. Gellius lib. 5. cap. 12. Nam & augendæ rei et minuendæ parum ualet. Cum ad pretiū pertinet, ſi pretium exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plin. lib. 33 ca. 3. Aureus nummus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt, quàm argenteus, ita ut ſcrupulum ualeret ſeſtertijs uicenis. Varro tamen accuſatiuum dedit, dicens: Denarij quòd denos æris ualebant: quinarij, quòd quinos. Huius uerbi Imperatiuus eſt Vale, χαῖρε, οἴμωζε, ἔῤῥωσο. quo utimur ab inuicem recedentes utrinq;. Sic ſalue, & aue, ſalutationes ſunt uenientis, quibus uocibus ſimiliter utuntur, & qui ſalutant, & ſalutati reſalutant. Reperitur tamen Salue in diſceſſu, in calce epiſtolarum. Cic. Vale mi Tyro, uale, & ſalue. Dicitur aliquando Vale cum ſtomacho, & indignatione. Teren. in Adel. Valeas, habeas illam, quæ placet. Idem in Andria, Valeant, qui inter nos diſsidium quærunt. id eſt, Diſcedant longè à nobis. Cice. Si Deus talis eſt, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat. Huius uerbi compoſita ſunt, Conualeo, (ῥώννυμαι, ἀναλαμβάνω. ἀναφέρω) quod eſt ſalutem recupero. à quo conualeſco. Eualeo, Inualeo, æquiualeo, in eodem precio ſum, uel æquè potens ſum. Præualeo, reualeo, à quibus fiunt, Eualeſco, præualeſco. Eſt & ualefacio, pro diſcedo. ἐῤῥῶσθαι ἀπεῖν.

Vălētūdĭnārĭŭm, rij. n. ſ. νοσοκομεῖον. locus in quo ualetudinarij & infirmi curantur.

Vălētūdĭnārĭs, re. om. t. νοσώδης, νοσηματικός. qui male ſanus eſt, & qui frequenter ægrotat.

Vălētūdo, inis. f. t. ὑγίεια, νόσος, ἰσχυσία, ἀῤῥωσία. eſt quoddam inſtans in hominis uita, ita ut neque in malum neq; in bonum inclinet. De hoc interrogati, reſpondemus, Vtcunq; nos ualere. Sin autem bona aut mala ualetudine fruamur, diſtinguimus eam ijsdem dictionibus, utputa, cum ſignificare uolumus hoc inſtans in corpore noſtro, aut etiam in rebus noſtris, propter quarū aduerſitates aut dolemus, aut ſucceſſus earundem lætamur, ualde diminutum eſſe, & in lōgè deteriorem partem inclinaſſe, dicimus nos mala uti ualetudine. E cōtra, ſi ſimus expertes omnis doloris ac triſtitiæ, & præterea accedat aliqua felicitas, quæ noſtrum animum augeat, & interrogemur de hoc, hunc felicem & corporis & fortunarum ſtatum ſignificantes, hilari fronte reſpondemus, Nos bona, aut propter excellentiam, optima ualetudine frui.

Vălgi. βλαισοί. uide in dictione Vari.

Vălgūſtŭs, fuſtis uncus.

Vălĭdŭs, a. um. ἐῤῥωμένος, ἰσχυρός. penultima correpta, quod eſt ualens, firmum, potensq;. Validus ex morbo, dicitur conualeſcens. Validæ opes, magnæ. Hinc ualidè aduerbium, uehementer, potenter. Validius, magis. Validiſſimè, maximè. A quo præualidus. ὑπερισχύς. ualde potens.

Vălĭtūră, ræ. f. t. idem quod ualor. oris.

Văllārĭs, & hoc re. om. t. χαρακίας, ἔρυμα. penu. prod. quod ad uallū pertinet: ut Vallaris corona, qua donari ſolebat, qui primus uallum hoſtium fuiſſet ingreſſus.

Vallēs, lis. & Vallis. lis. κοιλάς. planities duobus lateribus incluſa, dicta quòd hinc atq; hinc uallata ſit. Seruius ait, Valles plenum eſſe, ſed metri neceſſitate compellimur, ut Vallis dicamus. Quòd uero ualles dicendum ſit, diminutiuum indicat, nam uallecula facit, ut uulpes uulpecula. Sed et uallicula legitur,

ait Feſtus. Hinc conuallis, quæ eſt planities ex omni parte comprehenſa montibus uel collibus.

Vāllēſcit, Veteres pro perit uſurparunt, quòd qui uallo obijciuntur, pro perditis habentur.

Vāllo, las. a. p. περιβάλλω τάφρον, ἑρκόω. munio, firmo, quaſi uallum facio. Hinc componitur circumuallo. περιταφρεύω. Lactant. lib. 2. Ipſumq́ꝫ paradiſum igne circumuallauit, ne homo poſſet accedere.

Vāllŭm, li. n. ſ. uel uallus maſc gen. (χάραξ) uulgò paliſicata munitio caſtrorum, quòd ex uallis, id eſt palis fiat. A quo interuallum, (μεσοχαράκιον) ſpacium quod inter palos eſt, uallum caſtrenſe conſtituentes. Quamuis etiam ad omne ſpacium interuallum dici poſſit.

Vāllŭs, li. m. ſ. firmior palus, cui uitis alligatur, & caſtra muniuntur. ὁ χάραξ. Vergil. Exacuunt alij uallos, furcasq́ꝫ bicornes. Et uallus dimin. eſt à uannus, apud Varro. 1. de re Ruſt.

Vălŏr, oris. m. t. τιμή. precium, à ualeo. les.

Vāluæ, arum. f. p. tantum pluraliter, dicuntur, quòd intus reuoluantur: ſunt enim portæ geminas partes habentes. θύραι δικλίδες.

Vāluŭli, orum. m. ſ. ſunt concauitates in folliculis leguminum, in quas ipſa grana ſeparatim recipiuntur, (λοβοί) Colum. lib. 7.

Vānēſco, ſcis. n. t. à uaneo. nes. eſſe conuenit, & ſignificat uanus fio, in nihilum redigor, fruſtra glorior. φθείρομαι, ματαιοῦμαι. Hinc euaneſco. ἀφανίζομαι. Vergil. Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Vbi euanuit, eſt præteritum ab euaneſco, quod Sipontinus negat habere. Lactant. libro 5. Euanituras breui religiones falſas.

Vānĭdĭcŭs, adiect. qui uana dicit. Plaut.

Vānĭlŏquŭs, adiect. idē quod uanidicus. Plaut.

Vānĭlŏquēntĭă, æ. f. p. σπερμολογία. Apuleius.

Vānĭtās, atis. f. t. ſiue uanitudo, mendacium, fallacitas & leuitas. ματαιότης, ψεῦδος. Idem ſignificat uanitudo.

Vānno, nas. n. p. id eſt uentilo, ut fit uannis, cum frumenta purgantur (λικμάω.) Hinc euanno, extra uanno. ἀπολικμάω. Nonius, Euannetur, dictum eſt uentiletur, uel moueatur, à uanno, in qua legumina uentilantur.

Vānnŭs, ni. λίκνος. per duplex nn, generis fœm. ſ. uas uimineum latum, hoc eſt cribrum cereale, in quo propter capacitatem ruſtici cogere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare. Hæc & uallus per diminutionem dicitur, in quo contextæ ſunt uirgæ, & eſt formæ oblongæ. Dicta (ut Varro inquit) à uolatu, quòd inde dum iactatur, leuia uolent. Vergil. Et myſtica uannus Iacchi.

Vāno, uanas. act. p. fallo. Act. Sic illum uanans in angiportum deduxit.

Vānŭs, per ſimplex n, adiectiuum, & accipitur modò pro uacuo, (κενός) Vergilius, Sed illos Expectata ſeges uanis eluſit auenis. Modò pro ſtulto, quaſi mente uacuo, & qui in rebus inanibus ſtudium collocat. ἀλαζών. mentiente, & inuido, leuia inaniáq; pro grauibus & ueris aſtutiſſimè componere. ἐψευσμένος. Nam mendax propriè dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vergilius utrumque complexus eſt: Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, uanum etiam mendacemque improba finget.

Văpŏr & uapos. oris. m. t. ἀτμὸς. dicitur. Et eſt exhalatio calida. Ponitur aliquando pro calore. Vnde uaporarium. θόλος. pro tepidario capimus, ſiue hypocauſto.

Văpōro, ras. pen. pro. uaporem emitto, (ἐξατμίζομαι.) Et ſic neutrum eſt: ut, Vaporãt aquæ, id eſt exhalant nebulas. Aliquando actiuum eſt, & pro ſuffire ponitur. Vergil. 11. Aeneid. Succedunt matres, & templum thure uaporant. Ponitur aliquando pro areſacere, exurere: ut, Vaporatæ glebæ, Plinius libro 2. ca. 16. Hinc uaporatio uerbale, ipſe uaporandi actus, ſiue uaporis excitatio.

Văppă, æ. f. p. per duplex pp, genus uini, quod ſponte deferbuit, & odorem ſaporemq́; amiſit, ut illud quod in exhauſto uaſe reliquum fuit & euaporauit. ἐκτροπίας, ἐξεστηκὼς οἶνος, ὁ παρατραπείς. Inde ponitur pro homine ignauo, uili ac nugatore, & in quo nil prudentiæ.

Văpŭlāris, re. om. t. qui uapulat. μαστιγίας

Văpŭlo, as. n. p. pen. correpta, uerberor, cædor. (τύπτομαι, μαστιγοῦμαι.) Cicero Fam. 8. Alius ſeptimam legionem uapulaſſe. Vapulare ſermonibus, eſt oblocutionibus ſuggillari. Cicero ad Attic. libro 2.

Vări, orum. m. ſ. adiect. dicuntur, qui introrſum pedes, uel crura obtorta gerunt, hoc eſt,

qui

qui pedes habent incuruos, & in ſe contractos, cuiuſmodi ſpadones & caſtratos uide» mus,(ῥαιβοί.) Horatius lib.1.Ser.Hunc uarũ » diſtortis cruribus. Vnde uarus frequenter » pro obtorto accipitur. Perſius, Et non fallit » pede regula uaro. Hinc obuaro.ras.quod eſt, deprauo,peruertoq́ꝫ,(πιεῤῥαιβόω.)Vatij,quibus in exteriorem partem deflectuntur. Varro libro 2. de re Ruſtica, de canibus ſcribit, Cruribus rectis ac potius uaris, quàm uatijs. Hinc uatij, & uatiniorum cognomina fluxerunt,quòd pedibus eſſent uitioſis. Valgi autem,(βλαιϐοί) ſunt, qui diuerſas ſuras habent, hoc eſt in diuerſum actas, cuiuſmodi lacertarum pedes ſunt, quorum uidelicet pars intrà conditur, pars extrà procedit. Hinc ualgum ſuauium,id eſt intortum. Plaut. in Mil. Maiorem partem uideas ualgis ſuauijs. Eſt etiam ualgium inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas apud Plinium libro 17. Varæ manus, incuruæ, Ouidius, libr. 9.Metam. Sic uarum brachium, à Martiale dictum eſt. Sed & uari, ſeu uarioli, ſunt puſtulæ cum febre naſcentes, pueros maxime infeſtantes,(ἴονθος,ἱερακίδες)Plinius libro 23.

Văriæ,arum. f.p.ποικίλαι,ἄιολοι.dictæ ſunt panthere, à macularum uarietate, quibus ſunt ſpectabiles. Plin.lib.8.cap.17.

Vārĭcēs,pen.cor. κιρϐοί, ἰξοί. generis maſculini uel fœminini, & uaricæ, & per diminutionem uariculæ, ſunt uenæ plus æquo intumeſcentes, in temporibus, in uentre, in teſtibus, in inguine, & potiſſimum in cruribus, quos Gellius ſcribit ac Plinius libro 11.ca.45.in cruribus uiro tantum, mulieri raro, præ nimio labore naſci. Inde uaricoſus, qui huiuſmodi uenas tumidiores habet. Hinc uaricula, diminutiuum apud Celſum libro 5.

Vārĭco,as.n.p.ῥαιβόω.penul.cor. & uaricor deponens, & ſignificat deflecto, tranſgredior, quaſi uarices tranſcendo. Tractum à medicis, qui cũ uarices curare non audent, eas tranſgrediuntur, atq; prætereunt.

Vārĭcōſŭs, uide in Varices. Corripit autem primam ſyllabã, contrà primitiui naturam. Perſi» us: Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones.

Vārĭcŭs,a.um.dicitur qui ampliore paſſu gra» ditur. Ouid.3.de Arte, Illa uelut coniux Vm» bri rubicunda mariti Ambulat, ingentes uari» ca fertq́ꝫ gradus.

Vārĭcŭs, aduerbium, ſignificat cruribus diuaricatis diuiſisq́ꝫ, quod fieri ſolet à fœmina mucturiente. ῥαιβός.

Vărĭĕgātŭs,a.um.uarijs picturis diſtinctus exornatusq́ꝫ,(ποικίλος) Variegare enim uariare, & uarietate diſtinguere. ποικίλλειν.

Vărĭĕtās,atis.f.t. uariantia, & uariatio, idem ſi» gnificant. ποικιλία. Lucil. lib.3. Principijs un» de hæc oritur uariantia rerum.

Vărĭo,as.a.p. uarium ſiue diuerſum facio, non idem quod inſtitui, eodem tenore ac peræque ago. παραλλάττω, ἀλλοιόω. Plin. Epiſt.101. Laborem otio, otium labore uariare.

Vărĭātĭm, aduerb. Gell. lib.5. cap.12.

Vărĭŭs.a.um. multiformis, quòd uarij, inæquales ac diuerſi ſint. πολύχρους, ποικίλος. Cic.2.de Finib. Varia oratio, uarij mores, uaria fortuna, &c. Variæ uuæ fiunt, cum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Varius præterea dicitur, qui in facie uaris diſtinctus eſt. Vnde locus Cic. apud Quin. li.6. ca.4. in Iſauricũ, Miror quid ſit, quòd pater tuus homo conſtantiſſimus, te nobis uariũ reliquit. Hinc uariè, aduerb. uarijs modis.

Vārix, uide Varices.

Varolus, uulgò hodie in quibuſdam Italiæ locis appellatur piſcis, qui à Latinis lupus.

Vās uădĭs, gen.maſc. uide Vadis, ſuprà.

Vās uāsĭs, gen.neu. in plurali numero ſecundæ declinationis, pro inſtrumento ad aliquid capiendum idoneo. σκεῦος, ἀγγεῖον. Cuius diminut. eſt uaſculum & uaſillum. σκευάριον. Vaſum etiam in ſecunda declinatione dixerunt antiqui, ut author eſt Gel. Plau. in Truc. Aut aliquod uaſum argenteum.

Vāsārĭūm,rij.n.ſ. ut ueſtiariũ, calcearium, hoc eſt uaſorum ſupellex, Cic. in Piſonem.

Vāſcŭlārĭūs,rij.m.ſ. qui uaſa conficit aurea & argentea. σκευοποιός.

Vāſtĕrnă, uehiculũ, ſeu portatura duorũ equorũ

Vāſto,as.a.p. deſtruo, pendo. πέρθω, ἀναστόω. Huius cõpoſita ſunt, deuaſto, peruaſto, quæ ſignificãt deprædor, ſpolio, profligo, et quaſi uacuum reddo. Deuaſto, quære ſuo loco.

Vāſtŭs,a.um. magnus. ἀχανὴς, ἀμήχανος. qui magnitudinis ac amplitudinis iuſtæ modum exce-

excedit: ut, Vaſtum æquor, Verg. Aliquando ponitur pro deſerto. ἔρημος. Act. Hanc urbẽ ferro uaſtam faciet. Hinc uaſtitas, uaſtitudo & uaſtities. ἐρημία. Aliquando etiam uaſtitionem ſignificant ſiue deſtructionem. Act. Propterea tot tãtaſq; habemus uaſtitates funerũ.

Vaſtĭfĭcŭs, adiect. quod uaſtitatem affert.

Vātēs, à fando dicti ſunt, quaſi fates, diuinatores, ſacerdotes & prophetæ. μάντεις. Poëtæ etiam dicuntur Vates à uiendis uerſibus. Viere enim uincire eſt. Var.

Vātēſco, deſtruor, relinquor, ſeu horridus fio.

Vātĭcĭnŏr, aris. d.p. pen. cor. ſignificat diuino. χρησμῳδῶ, μαντεύομαι.

Vātĭcĭnŭs, ſiue uaticinius adiect. quod ad uatem pertinet: ut libri uaticini ſiue uaticinij, apud Plinium.

Vātĭcĭnĭŭm, ipſa diuinatio. μαντεία, χρησμός.

Vātrāx. acis. omnis ge. & uatricoſus, adiect. qui crura uitioſa habet, teſte Nonio.

V ANTE B.

VBĕr. ris. fœcundus, ferax, fertilis, abundans, copioſus. Cic. de Fin. Seges ſpicis uberibus & crebris. Vnde uberius & uberrimè. Cætera uide in Huber.

Vbi, aduerbium loci, ſignificat in quo loci. ποῦ. Aliquando interrogatiuum eſt. Plaut. Vbi id audiſti? Ponitur quandoq; pro aduerbio temporis poſtquam. ἐπειδὴ. Verg. Hæc ubi dicta dedit. Quandoq; pro quando. ὅταν. Terent. in And. Vbi uoles accerſe. Ab ubi fiunt compoſita, alicubi, necubi, ſicubi, ſi in aliquo loco. Vbiuis, Vbilibĕt, in quolibet loco, (ὁπουδὴ ποτοῦν, ἑκασταχοῦ.) Vbicūnquĕ, in quocunq; loco. Vbĭnăm, (ἑκασταχοῦ) in quonam loco, & interrogatiuum eſt. Vbi primum, id eſt ſtatim.

Vbiquĕ gentium, in omnibus gentibus. Vbique enim eſt omni loco. πανταχοῦ. Vbiquĕ imaginũ, (πανταχοῦ τῶν εἰκόνων) id eſt in omnibus imaginibus. Vbiquĕ itineris, (πανταχοῦ τῆς ὁδοῦ), ſignificat in omni itinere.

Vbiq; locorum, in omnibus locis.

Vbiŭbi. ὅπου ἄν, ἔνθα ἄν. ſignificat ubicũq;, quemadmodum utut, pro utcunq;. Teren.

V ANTE D.

VDo. onis. m.t. genus ueſtimenti, de quo tale eſt Epigramma Martialis libro 14. Vdones cilicij, Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti, Cinyphio poterit planta latere ſinu. * Vide infrà in dictione Vndulata, ubi legitur Vndones, quod nõ placet.

Vdŭs, adiect. à ſudando dicitur, quod eſt humidum. ὑγρὸς. Verg. 1. Georg. Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato. Hinc uuidus. a. um. (βεβρεγμένος) quod quidam ita ab humido diſtinguũt, ut uuidum ſit, quod intrinſecus habet humorem, unde uuã appellatam uolunt. Humidum uero extrinſecus humorem habet.

V ANTE E.

VĒ, (ἢ) coniunctio diſiunctiua. uide in dictione Vah.

Vēcōrs, dis. om. t. quaſi ſine corde, qui eſt (ut ait Feſt.) turbati, & mali cordis. ἀπονενοημένος, παράφρων. Liu. 4. ab Vr. Audita uox eius in cõcione ſtolida, & propè uecors. Hinc uecordia, inſania, deſipientia. παραφροσύνη.

Vĕctābŭlŭm, li. n. ſ. uehiculum. Gell. lib. 20. ca. 1.

Vĕctĭcŭlārĭă uita, dicitur eorum, qui uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato, Vecticulariam uitam uiuere, eſt repentè largiter habere, repentè nihil.

Vĕctīgăl, alis. n. t. pen. prod. (πρόσοδος, ποσοσμὸς, τέλος, πόρος) uſu non ratione dicitur: ſicut ceruical, capital, tribunal, animal. Nominatiuus enim pluralis à ſingulari plus una ſyllaba creſcere non debet. Ergo uectigale ſecundum artem. In genitiuo plurali uectigaliorum Cic. dixit. Meſſala uectigaliũ. Et eſt uectigal, quod ex uectura penditur, unde & à uehendo dicitur, cum ex fundis fruges in urbem uehuntur. Sed eius ſignificatio latius patet. Capitur namq; ex publico, & ex priuato, unde publica uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal accipit fiſcus. Priuata quæ quiſq; ſumit ex reditib. & fructibus. Cice. in Parad. Ex meo tenui uectigali capio ego ducenta. Dicitur etiam hic & hæc uectigalis, & hoc le. pro tributario. Sic prouinciæ, agri, homines qui tributa perſoluunt, uectigales dicuntur.

Vĕctĭs, gen. maſcul. inſtrumentum quo clauditur oſtium, dictus quòd manibus uehatur. μοχλὸς, ἀναφορεὺς. Eſt & uectis, palus è ferro uel ligno grandior, ruſticis, & fabris cæmentarijs ad multa neceſſarius. Item lignum, quo aliquid uehitur & portatur, ut eſt apud Exodum, Facies quoque uectes de lignis ſethim.

Rurſus uectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum, euertendumq́. Hinc uectiarius, qui torcularia premit uectibus.

Vecto, tas. a. p. frequent. eſt à ueho. is. ὀχλάζω. Hinc uectatio, quod nomē ſemper paſsionem ſignificat, contra aliorum uerbalium naturam. Hinc uectito, as, frequent. à uecto.

Vēctŏr, oris. m. t. dicitur qui uehit, & qui in aliena naui, uel equo, uel plauſtro uehitur precio. ἐπιβάτης.

Vēctārĭŭs, a. um. quod uehit, ac aptum eſt ad uehendum. ὀχηματικός. Var. lib. 2. cap. 7.

Vēctūră, æ. f. p. non modò actum ipſum, hoc eſt uectionem denotat, (ἀγωγὴ) ſed etiam mercedem, quæ pro uectura ſoluitur, ut puta pro naui, ſiue equo meritorio.

Vĕgĕo, es. gui. n. ſ. in ſanitate ſum. ἀκμάζω. Nonius, Veget pro uegetat, uel erigit.

Vĕgĕto, tas. a. p. pen. cor. recreo, fortifico, & uegetum facio, conſeruo, ſeu longo tempore in ſanitate eſſe facio. αὐξάνω.

Vĕgēs, etis. om. t. idem quod uegetus. Liu.

Vĕgĕtŭs, a. um. (ἰσχυρός) pen. cor. quod ſanum, & incolume eſt, & ad corpus propriè pertinet, uigens ad animū. Scribit Apuleius, Lunæ numine cūcta animātia uegetari. Hinc uegetatiuam animam philoſophi recentiores appellant animam ſeminalem, quæ à Plin. dicitur alens. Cic. tamen lib. 1. Tuſc. ad animum retulit, Horum, inquit, animus eſt aliquid, ne tam uegeta mens in corde demerſa iaceat. Et Auſonius uegetum cor appellauit.

Vēgrăndĭs, de. om. t. paruus, & male grandis.

Vĕhăm, uiam ueteres dicebant, quòd per eam uehebant omnia. Var. 1. de re. Ruſt. cap. 2.

Vĕhĕmēns, entis. o. t. A mentis ui atq́ impetu (ſicut docet Gell.) dicitur. Nam Ve, hoc in loco intentiua eſt. Dicitur aūt uehemēs, graue, magnum, urgens, acre. σφοδρός, καταφορικός, σφοδρός. A quo uehementia, grauitas, acritudo, (σφοδρότης.) Et uehementer aduerbium, acriter, admodum. Cic. in Philippicis.

Vĕhēs, is. f. t. dicitur quantum fœni uel ſtercoris una uectura in plauſtris, uel alijs inſtrumentis ferre poſſumus. ὄχημα. Vehis autem menſuræ nomen in fœno, ſtercore, aliaúe materia: Col. lib. 11. cap. 2.

Vĕhĭă, hiæ. f. p. plauſtrum, Oſcorum lingua. Vnde uehatura, pro uectura apud Veteres.

Vĕhĭārē, ueteres dixerunt pro uehere, quod tractum eſt ex Oſcorum lingua.

Vĕhĭcŭlārĭs. re. om. t. (ὀχηματικὸν) quod ad uehiculum pertinet, ut equus uehicularis.

Vĕhĭcŭlārĭŭs. ἁρματηλάτης. qui uehiculū ducit.

Vĕhĭcŭlŭm, li. n. ſ. in quo aliquid uehitur, quod cum quatuor rotis Phryges tradunt inueniſſe. ἅρμα, ὄχημα. Plin. lib. 7. ca. 56. Vehiculorū uocabula ſunt, carpentum, ciſium, carrus, currus, arcera, baſterna, rheda, (unde epirrhedium) ſaracum, petoritum, plauſtrum, eſſeda, pilentum, liburnus, traha, uehia.

Vĕho, is. xi. ctum. a. t. (ἄγομαι, ἄγω) conduco, propriè q́ de naui, equo, cæteriſq́ quadrupedibus, & de plauſtris dicitur. Huius compoſita ſunt Aueho, aliò ueho. Adueho, aliquò ueho. Conueho. συγκομίζομαι. Circumueho. Deueho, deorſum ueho. ἀνάγω. Eueho, extollo. Inueho, intrò ueho. Præueho, antè ueho. Proueho, produco. Reuěho, (ἀνακομίζω) reduco, retrò ueho. Subueho, ſubtus ueho. ἀναφέρω, ἀνακομίζομαι, ἀνωθέω. Seueho, ſeorſum ueho. διελαύνω. Præterueho, uide in dictione Velabrum in proprijs.

Vĕl, (ἤτοι, ἢ, εἴτε, ἄτε) coniunctio plerunq́ diſiunctiua: ut, Vel ſcribam, uel ad te ueniam. Interdum copulatiua eſt: ut, Maximè me tibi amicum facit uel uirtus, uel doctrina tua. Interdum ponitur pro etiam. καί. ualde, maxime & ueluti. Terent. in Hec. Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi? Interdū pro ſaltē: ut, Si mihi non creditis, uel operibus credite.

Vēlāmĕn, inis. n. t. aut uelamentum. ti. modò pro ueſte accipitur. σκέπασμα. modò pro re, qua aliquid uelatur. πρόσχημα, προκάλυμμα.

Vēlārĭă, n. ſ. dicebantur uela, quibus theatra tegebantur. ὀθόνια. Vnde etiam uelaria, dicuntur loca abdita, quæ uelis clauduntur.

Vēlātŭs, a. um ornatus, uittatusq́. ἐσκεπασμένος. Velati etiam dicebantur qui ueſtiti inermes ſequebantur exercitum.

Vĕlēs, itis. m. t. pen. cor. qui leuiſsimè omnium armatus eſt, qui & uelatus, & ferentarius (γυμνῆτις.) dicitur. Per tranſlationem uelites, (λογομάχοι) dicuntur, qui uerbis altercantur. Dicti uelites, quaſi uolites. Cic. de Repub.

Vĕlĭfĭco, as. a. p. nauigo, uela facio, do uela, à facien

faciendis. id eſt ponendis uelis. (ἱστιοδρομεῖν.) Dicitur & uelificor, uerbum commune. Iuue. Velificatus Athos. Velificari honori ſuo per tranſlationem, eſt uelis remiſq́; honoribus & dignitatibus operam dare.

Vĕlĭfĭcŭs, a. um. adiect. ut uelificus curſus.

Vĕlis equiſq́;. id eſt omni conatu. ἐκ παντός.

Vĕlĭtārĭs, & hoc. re. om. t. quod ad uelites perti net. γυμνητικός. unde uelitaris pugna.

Vĕlĭtātĭm, aduerb. ſignificat per ſaltus & interualla, quòd uelites pugnando ſaltibus utantur, (ἀκροβολισμοῦ δίκην.)

Vĕlĭto. as. fit à uelo. as. & ponitur pro uelifico.

Vĕlĭtŏr, d. p. pen. cor. contendo, digladior, pugno, (ἀκροβολίζομαι.) Poſtea de re tranſlatum eſt ad uerba. Vnde & pro iurgari ponitur, (λογομαχεῖν.) Gel. lib. 6. cap. 11. Vnde & uelitatio, (λογομαχία) quæ (teſte Feſto) dicta eſt ultro citroq́; probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnæ.

Vĕlĭuŏlŭm, li. n. ſ. mare dicitur, quòd uelis uelatur. Veliuolæ naues, quæ uelis uolant. Enni.

Vĕllātūră, ræ. f. p. precium quod nautæ datur ab his, qui nauigio uehuntur, (πορθμίον.) Vellaturam facere (inquit Var.) dicuntur qui uecturis uiuunt. Nam antiqui uellam, non uillam dicebant.

Vĕllĭco. as. a. p. pen. cor. frequenter uello, quod propriè fit, cum extremas corporis partes digitis uellimus, & preſſando infeſtamus, (σπαράττω.) Per tranſlationem uellicare ponitur pro criminari, mordere, ac lacerare. Gell. lib. 4. cap. 15. Plura in Salluſtio inſcitè aut malignè uellicant. Hinc Vellicatus. tus. ipſe uellicandi actus. Plin.

Vĕllo, lis. uelli, & uulſi, uulſum, a. t. extirpo, (μαδίζω, τίλλω.) Vnde uulſa corpora à Quintiliano in proœmino libri 8. dicuntur fœdiſſima. Ponitur aliquando uellere pro eruere, in terram proijcere, euertere. Liu. 6. bel. Pun. Huius compoſita ſunt, Auello, conuello, diuello, euello. (ἀποτίλλω, ἀποσπάω) peruello, interuello, & reuello, quod eſt rurſus uello.

Vĕllŭs, eris. n. t. κώδιον. lana ex ouibus detonſa, quòd, ut ait. Var. de re Ruſt. cap. 11. ante tonſuræ uſum lanam ueteres uellerent, quam demptam & conglobatam alij uellera, alij uellumina appellant.

Vĕlo. las. a. p. per ſimplex l, ſignificat tego, operio. σκεπάζω, καλύπτω. Et uelare, ligare. Pompon. Reſte uelet gulam. Per tranſlationem ponitur pro ueſtire. Plautus, Muliebri uelatus toga. Vnde uelati, ſicut docet Feſtus appellabantur ueſtiti, & inermes, qui exercitum ſequebantur, quiq́; in mortuorum militum locum ſubſtituebantur. Hi poſtea mutatis literis uelites dicti ſunt. Huius uerbi compoſita ſunt, Euelo, & reuelo, quæ ſunt contraria ſuo ſimplici. Nam euelare, & reuelare ſignificant uelamentum tollere, ſeu rem uelatam detegere, & manifeſtare, ἀποκαλύπτειν. Præuelo, Et habent pen. pro.

Vĕlōx, ocis. om. t. celer. ταχύς, ὠκύς. à uolando, quaſi uolox. Hinc uelocitas, celeritas. Et uelociter, aduerbium, celeriter.

Vēlŭm, li. n. ſ. ἱστίον. tegmen, à uelo. as. deductum. Varro à uelleribus, quòd ex ouium uelleribus fierent uela, quibus homines tegebantur, quamuis nauium uela ex lino aut ſparto fierent. Accipitur etiam pro cortina, quæ lectis circunducitur, περιπέτασμα.

Vĕlŭt, (οἷον, ὥσπερ) aduerb. ſimilitudinis. uide Vall. lib. 2. cap. 36.

Vĕlŭtĭ, in eadem ſignificatione. Verg. 7. Aenei. Magno ueluti cum flamma ſonore.

Vēnă, næ. f. p. dicta eſt, quòd per eam ueniat ſanguis. φλέψ. nam eſt cõceptaculum ſanguinis mixti, confuſiq́; cum ſpiritu naturali, in qua, ut ait Gell. lib. 18. ca. 10. plus ſanguinis, minus ſpiritus. Apud Plin. lib. 16. ca. 38. dicuntur quoq́; de arboribus. Ponitur aliquando pro ingenio hominis ad aliquid ſcribendũ apto. Iuuen. Saty. 7. Sed Vatem egregium, cui non ſit publica uena. Inde fit uenoſus. a. um. quod eſt uenis turgentibus plenum, φλεβώδης. Transfertur etiam ad alia, ut ad orationem, quæ tanquam corpus conſtruitur. Vnde à Perſio dictus eſt liber uenoſus, pro aſpero, duro, & horrido. Et ad terrã, cuius ſubterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor, etiam uenæ dicuntur: ut, Vena auri, uena argenti. &c.

Vēnābŭlŭm, li. n. ſ. telum, quo uenantes utuntur, aciei longiſſimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. προβόλιον, ὑσσός.

Vēnālĭs, & hoc le. om. t. quod uendendũ eſt, uel uendi

uenditioni expoſitum. ὤνιος. Aliquando ponitur pro ſordido, auaro, qui aut obſonij, aut pecuniæ gratia ſeipſum uenderet, nihilq; facere recuſaret. Salluſt. O urbem uenalem, & citò perituram. Venales etiam, ſi nihil addas, ſerui nouitij intelliguntur, qui ad uendendum ſunt expoſiti. Venale, ſubſt. neut. gen. id quod uenditioni exponitur.

Vēnālĭtĭārĭŭs, rij. m. ſ. apud Var. & Pli. dicitur mango, & nouitiorum ſeruorum negotiator, (ἀνθρωποκάπηλος.)

Vēnālĭtĭŭm, tij. n. ſ. corpus ipſum, uel uenditio, uel locus ubi nouitij uenduntur.

Vēnālĭtĭŭs, tij. m. ſ. (ἀγορασὴς) uēditor, Aliquando uenalitius, capitur pro uendito corpore, (ἀνδράποδον.) Plin. lib. 35. cap. 8.

Vēnātĭcŭs, ca. cum. quod ad uenationem pertinet. (θηρευτικὸς, κυνηγετικός.)

Vēnātŏr, oris. m. t. Cic. Tuſc. Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri ſe patiuntur.

Vēnātōrĭŭs, a. um. idem quod uenaticus. (κυνηγετικός.) ut uenatoria inſtrumenta.

Vēnātŭs, us. m. q. ipſa uenatio, (κυνηγεσία.)

Vēndāx, m. t. qui facilè ſeu libenter uendit, (πωλητικός.) Cato, Patremfamiliâs uendacem, & non emacem eſſe oportet.

Vēndĭbĭlĭs, le. om. t. quod facilè uendi poteſt, τιμαλφής. Per tranſlationem ponitur pro uulgari, & uulgo grato. Idem in Læl. Tamen illius uendibilem orationem facile uincebat.

Vēndĭco, as. a. p. pen. cor. approprio, & meum eſſe dico, mihiq; aſſumo. ἀντιλαμβάνομαι, ἐξιδιοποιοῦμαι, προσποιοῦμαι, ἀντέχομαι.

Vēndĭtārĭŭs, a. um. qui uendere ſolet. πρατικός. Plaut. in Sti. Linguam uenditariam.

Vēndĭto, as. a. p. ἀπεμπολῶ, ἀποδίδομαι. proprie eſt uenale habere, frequentatiuum ſcilicet uendendi. Tranſlate ponitur pro oſtentare. ἐπιτρέχειν, παρενδείκνυμαι. Vnde uenditare ſe alicui, eſt per aſſentationem operam ſuam ultrò ſpondere, quaſiq; uenalem polliceri: tracta metaphora ab inſtitoribus, qui merces ſuas oſtentare percupidè ſolent. ἐνδείκνυμαι, καὶ προσνέμειν ἑαυτόν τινι. & χαρίζομαι ἑαυτῷ, καὶ ἐθέλω ὅ,τι ἂν βούληται. Venditatio uerbale.

Vēndo, is. a. t. καταπιπράσκω, πωλέω, πράσσω. ex uenum & do (ſecundum Apul.) adiectis u & m. Et conſtruitur cum ablatiuo, ſi exprimatur pretium rei, quæ uenditur: uel cum genitiuo tanti, quanti & huiuſmodi, cum ſint ſine ſubſt. Huius compoſitum eſt, Diuendo.

Vĕnēfĭcĭŭm, cij. n. ſ. ipſe actus uenenandi.

Vĕnēfĭcŭs, ci. m. ſ. φαρμακὸς, φαρμακεύς. & uenefica. φαρμακίς, φαρμακεύτρια. qui & quæ uenena cōficit, & qui cantationibus, & cæteris malis artibus utitur. Eſt & ueneficus, adiect. ut ueneficus aſpectus. id eſt ueneno inficiēs. Plin.

Vĕnēnārĭŭs, m. ſ. qui parat, aut uendit uenena, φαρμακοποιός. Apul.

Vĕnēnātŭs, nata. natum. ἰοβόλος. in quod eſt uenenum coniectū: ut uenenata caro. Fit enim à ueneno. nas. quod eſt ueneno inficio.

Vĕnēnōſŭs, a. um. quod uenenum habet, ἰώδης.

Vĕnēnŭm, ni. n. ſ. dictum eſt, quòd citò per uenas eat, ſiue ſalubre ſiue noxium, quod Græci ἰὸν φάρμακον dicunt. Nam & medicamenta uenena ſunt. Et eſt generale ad omnia, quæ naturā eius, cui adhibita ſunt, mutant. Qui igitur uenenum dicit, adijcere debet, utrum bonum, an malum: hæc Caius de uerborū ſignific. Vnde per quandam ſimilitudinem, color qui à ueſtibus imbibitur, uenenum appellatur. Verg. 2. Georg. pro colore purpureo poſuit, qui eius conchæ ſpuma eſt. Deniq; omne quod ſumptum uel tactum nocet, uenenum dicitur. Vnde & pro ueneficio capitur. Ponitur aliquando pro arte malefica. Cic. in Orat.

Vēnĕo, nis. niui. uel uenij, in ſupino uenitum exigit analogia, ſiue compoſitio. πωλοῦμαι. nam componitur ex uenum & eo, abiectis duabus literis, ſicut in uendo: ſed ipſo ſupino non utimur. Eſt autem uerbū neut. paſſ. licet apud ueteres inueniatur ueneor, pro uenditus ſum. Plaut. Ego'ne illi uenear? Verum in hoc uerbo ueneo pro uendor, ipſum quod uenditur in nominatiuo ponitur, & is à quo uenditur in ablatiuo cum præpoſitione, & pretium in ablatiuo ſine præpoſitione. Cui autem uenditur, in datiuo, ut centū aureis nummis à mangone uenière mancipia mihi. Vide Venum.

Vĕnĕrābĭlĭs, le. om. t. qui cultu & ueneratione dignus eſt. σεμνὸς, σεβάσμιος.

Vĕnĕrāndŭs, a. um. idem quod uenerabilis.

Vĕnĕrāntĕr, ſignificat cum ueneratione.

Vĕnĕrātĭo, onis. f. t. Cic. de Nat. Habet enim uenerationem iuſtam quicquid excellit.

Vĕnĕris gemmam, lapillum appellant excellentem colore. Nonnulli ἀντέρωτα uocant.

Vĕnĕrŏr, aris. com. p. ex uenia & orando compoſitum eſſe uidetur, quaſi ueniam oro. Eſt autem uenerari, colere. αἰδεῖς ἔχειν, σεβάζεσθαι. & ueneratio, honor, & cultus. Poëtæ tamen quandoq; ueneratum pro uenerabili ponũt. Verg. » Curſusq; dabit uenerata ſacerdos.

Vĕnĕtūs color (ut ait Vegetius) cæruleus dicitur, qui color eſt marinis fluctibus ſimilis. Hic color etiã thalaſsicus. id eſt marinus dicitur. Idem à colore ferri ferrugineus dicitur.

Vĕnĭă, niæ. f. p. dicta eſt quòd optanti adueniat. συγγνώμη. Eſt enim remiſsio culpæ, & condonatio erroris. Quandoq; ponitur pro beneficio, indulgentia, & permiſsione. συγχώρησις. Terent. in And. Da pater ueniam, ſine te exorem. Et cum uenia dicimus, hoc eſt cum pace tua, & te permittente. Hinc uenialis, & le. quod uenia dignum eſt. Macrob. Si uenialis erit iſta translatio.

Vĕnĭo, is. ire. uentum, n. q. propriè eſt quaſi uerſus nos ire. ἥκω, κατέρχομαι. Vnde apud au- » thores frequenter pro ire ponitur. Verg. Ve- » niſti tandem. Sic econtrario ire pro uenire, ut eo ad te. Et licet uenio neut. ſit, tamẽ eius compoſita quandoque mutant terminationem: ut conuenio, conuenior: inuenio, inuenior. Reliqua compoſita ſunt, Aduenio, circumuenio, contrauenio, deuenio, euenio, interuenio, obuenio, peruenio, prouenio, præuenio, reuenio, ſubuenio, & ſuperuenio. παρατυγχάνω, ἀφίσκομαι. Poëtæ tamen aliquando uenire pro imminere uſurpant. Verg. Se ſatis ambobus Teucriſq; uenire, Latiniſq;. Aliquando pro creſcere. Idem li. 1. Geor. Hic ſegetes, illic ueniũt felicius uuæ. Aliquando pro portari. Plin.

Vĕnīrĕ in mentem, non ad recordationem tantum eſt, ſed ad conſiderationem, & reputationem, & intelligentiam. εἰς νοῦν ἐλθεῖν. Veni in ſuſpicionem, in obliuionẽ, in uituperationem. Veni in opinionem. id eſt opinionem habeo. Aliquando tamen paſsiuè dicitur, cum opinio pro fama accipitur, uide Vall. lib. 3. cap. 86.

Vĕnŏr, aris. d. p. feras indago, feris inſidior, & quaſi circumuenio. θηράω, θηρεύω. Veteres uenari paſsiuè pro circumueniri poſuerũt. Enn. Teneor correpta, & undiq; uenor. À quo per translat. uenari capimus pro captare, hoc eſt artificio quodã, & ſolertia quærere: ut uenor laudem, gloriã, quod etiam aucupari dicimus.

Vĕntĕr, tris. m. t. capitur pro eo, qui uidetur, hoc eſt qui à pectore ad pubem terminatur. γαστήρ. Hicq; extenditur, quoniam ex pelliculis conſtet, quas uocant pantices. Sed propriè eſt, ubi cibi conficiuntur. id eſt ſtomachus. Ventrem ferre, eſt eſſe grauidam. Cuius diminutiuum eſt uentriculus. στόμαχος. qui eſt receptaculum cibi. Aliquando ponitur pro ſtomacho. Iuuen. Ventre nihil noui frugalius. Aliquando pro aluo. Celſ. lib. 3. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, uentrẽ eius antè ſoluendum eſſe. Vterus ideo dicitur, quia continet, & tanquã uter eſt. Ventriculi præterea ſunt cerebri cõcauitates, ex quibus ſeptem paria neruorũ oriuntur, à Græcis συζυγίαι. id eſt coniunctiones ſiue coniugationes uocantur.

Vĕntĭlābrŭm, bri. n. ſ. pen. prod. inſtrumentum quo aliquid uentilatur. πτύον, θρῖναξ.

Vĕntĭlātŏr, oris. m. t. qui frumenta uentilat, (λικμητής, φυσητήρ.) Ventilatores apud Quint. lib. 10. cap. 7. ſunt præſtigiatores, qui ut uentilatores grana quæ purgant, in uentum proijciunt, ita rem quam retinent manibus ij eijcere uidentur.

Vĕntĭlo, las. a. p. pen. cor. uentum excito, aut ad captandum uentum pono, aut iacio. λικμάω. » Propert. Hanc Venus, ut uiuat, uentilat ipſa facem. Hinc uentilari frumentum dicitur, dum in area uentilabro purgatur (λικμᾶσθαι.) Et uentilari uinum dicitur, quod dicunt dare uentũ uino, ut fit cum difficulter exit è dolio. Interdum uentilare, eſt per manus uerſare è digitis eximendo. Apul. Huius compoſitum eſt, Euentilo, (ἐκλικμάω) extra uentilo.

Vĕnto, as. n. p. frequent. quo ueteres uſi ſunt, ſed pro eo utimur alio frequentatiuo, uentito.

Vĕntōsŭs, a. um. quod eſt uento plenum. ἀνεμώδης. Vt uentoſa regio. ὑήνεμος. Aliquando dicitur inane, ut uentoſa uerba. id eſt ſine pondere, & ſine effectu.

Vĕntŭlŭs, li. m. ſ. diminut. paruus uentus.

Vĕntŭs, ti. m. ſ. ἄνεμος. à uenio fit: nam propriè eſt cum impetu uentans aër, cum nihil aliud ſit uentus, quàm aër cõmotus, atq; agitatus. Ventus ait Ariſto. in Meteoris, eſt uapor ſiccus à

ctus à terra reſolutus, cum aliqua uirtute cœleſti compoſitus. Ventus operam dat, dixit Plau. in Milite. id eſt proſper eſt. Ventum popularem quærere in re aliqua, eſt populi plauſum, & ſecundum rumorem, fauorem'que inanem expiſcari.

Ventrālĕ, lis. n. t. ueſtimentū uentrem cōtegens, (ἐπιγάστριον.) Plin. lib. 8. cap. 48.

Ventriōsŭs, & uentricoſus, & uentroſus, a. um. (γαστρώδης) dicitur qui magnū habet uentrem.

Vēnŭm, à ueni, quaſi uenium, uſurpatur pro ſupino uerbi ueneo, ut uenum ire, (ἀπεμπολᾶσθαι) uel uenum irent. Sall. in Iugur. Quippe cui omnia uenū ire in animo hæſerat. Sciendum eſt quòd dicimus, Venum ire, non uenum iri, ſicut uapulatum ire, non iri. quia ſemper ſunt paſsiuæ ſignificationis.

Vēnūndo, das. a. p. (ἀπεμπολέω, ἀπεμπολάω) ex uenum & do, ſequitur tam in præterito, quàm in ſupino do, niſi quòd in præterito pluſquāperfecto uenundaſſem, & uenūdaſſe dicimus. Hinc uenundatio, (ἀπεμπόλησις) permutatio rerū, & contractus ex cōuentione proueniens.

Vĕnŭſtās, atis. f. t. (ἀφέλεια, χάρις) à Venere, cum pulchritudinem ſignificat. Venuſtatem fœminis, dignitatem uiris conuenire docet Cic. 2. de Off. Hinc uenuſtas, (χαριεντισμός, εὐμυθολογία) capitur pro gratia dicendi, & Venere amabiliq; ſuauitate. Vnde uenuſtus. a. um. ut uenuſtus homo, & uenuſta oratio. Venuſtū uocamus, ut ait Quint. lib. 6. ca. 4. quod cum gratia quadam, & uenere dicitur. (ἐπίχαριν, ἐπαφρόδιτον) Lepidum, quod rotunditate quadam & breuitate, atq; acumine uerborum uenuſtum eſt. Hinc uenuſtè, aduerb. Hinc quoq; uenuſtulus, diminu. Plaut. in Aſinar. Oratione uinula, uenuſtula.

Vĕnŭſto. as. a. p. orno. καλλύνω. Huius contrarium eſt deuenuſto. Gel.

Veprēs, pris. t. (ἄκανθα) tam in ſingulari, quàm in plurali, maſ. ſecundum Probum, & fœm. ſecundum Priſcianum, rubus, ſiue ſpina dicitur, quòd uehementer prehendat. Huius dimin. eſt ueprecula. ἀκανθίς. Cic. pro Sex.

Veprētŭm, ti. n. ſ. locus ueprib. plenus. ἀκανθών.

Vĕr, ueris. n. t. (ἔαρ) anni pars temperatior, dicitur à uiuendo, quaſi uiuer. Diuiditur uer, ut cæteræ partes anni in partes tres, nouum, adultum, & præceps. Ver ſacrum dicebant ueteres, in quo ſacra & ludos faciebant. Feſtus: Ver ſacrum uouendi mos fuit Italis. magnis enim periculis uouebant adducti, quæcunq; proximo uere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Vel potius ἀπὸ τοῦ ἔαρ. ρος. dicitur uer. Hinc uernus. a. um. quod eſt ueris. Vt uerni flores, uernum æquinoctium.

Vērātrŭm, tri. n. ſ. (ἐλλέβορος) pen. cor. herba, quæ & helleborus, teſte Plin. lib. 25. cap. 5. quòd mentem auertat. Huius duo ſunt genera, album & nigrum, utrunq; radice fibrata ceparum modo.

Vērāx, acis. o. t. (ἀληθινὸς) qui uera dicit, & non mentitur, & plus eſt quàm uerus. Hinc ueracitas, quæ eſt ſermonis integritas.

Vērbă dare, eſt decipere, (παραλογίζεσθαι.)

Vērbă ad rem conferre, (τῷ ἔργῳ πιστῶσαι) eſt hoc agere, quod quis dicit. Terent.

Vērbālĕ, lis. n. t. (ῥηματικὸν) quod à uerbo deſcendit: ut lector à lego, doctor à doceo.

Vērbăſcŭm, ci. n. ſ. (φλόμος) herba ſimilis eſt uerbenæ, & pro ea ſæpe capitur, folijs minus, candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. uide Plin. lib. 25. cap. 10.

Vērbēnă, næ. f. p. propriè (ut ait Seru.) herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolij, qua coronabantur feciales & pater patratus, fœdera facturi, uel bella indicturi. Abuſiuè tamen etiā uerbenas uocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliua, uel myrtus. Plin. lib. 22. ca. 2. ſcribit nomine ſagminum, & uerbenarum ſignificari gramen ex ara cum ſua terra euulſum. Idem lib. 25. ca. 9. uerbenā peculiariter uocat herbā, quam Græci ἱεροβοτάνην, quaſi ſacram herbam dicunt. aliqui περιστερεῶνα, quaſi columbariam. Eadem autem eſt uerbenaca, quæ & uerbena.

Vērbĕr, eris. n. t. (μάστιξ, πληγὴ) inſtrumentum longū & exile, qualis eſt uirga, baculus, arundo, & ſi quid eſt ſimile. Propriè autem ſignificat ſummitatem ſarmentorum.

Vērbĕrālis, le. o. t. (μαστιγίας) uerbere dignus, quaſi uerberabilis. A quo uerberabilior, uerberaliſsimus. Plaut. in Aulul.

Vērbĕrātŭs, us. m. q. ipſa uerberatio. (μαστίγωσις) Plin. lib. 31. ca. 3. Verberatu corripiat aëra.

Vērbĕrĕŭs, a. um. quod eſt dignum ut uerberetur.

tur. μασιγίας. Plaut. in Pſeud.

Vĕrbĕrito.as.a.p.ſæpe uerbero, Cato.

Vĕrbĕro.ras.a.p.cædo uerbere, (μαστιγόω, μαστίζω) Sic enim à uerbere ſit uerbero, quomodo à flagellum flagello. Licet etiam de uerbis dicatur, quoniam (ut teſtatur Nonius) non ſolũ uerberare à uerberibus dictum, ſed à uerbis. Verberare conuitio uel iniuria, eſt laceſſere. Cic. Huius compoſita ſunt, Diuerbero, Deuerbero, euerbero, reuerbero. (ἀντιτυπέω) repercutio, impedio. Tranſuerbero, (διελαύνω) feriendo traijcio, transfodio.

Vĕrbĕro.onis.com.t.qui eſt uerbere dignus, & eſt contumelia ſeruorum, (μαστιγίας)

Vĕrbĭgĕro.ras.n.p.ſignificat uerba facio. Apul.

Vĕrbōsŭs,a.um.multiloquus, qui uerbis abundat. πολυλόγος, πολύμυθος. Hinc uerboſe, aduer. multis uerbis.

Vĕrbŭlŭm,li.n.ſ. (ῥημάτιον) diminut. Hieron. Secreta uerbula non carent ſuſpicione.

Vĕrbŭm,bi.n.ſ. (ῥῆμα) à uerberatu, quòd uerberato aëre lingua, intra palatum omnis oratio promatur. Vnde & pro qualibet dictione ponitur, ſiue illa ſit nomen, ſiue pronomen, ſiue una aliarum partium. Varro à ueritate deducit, quòd uerum nos loqui oporteat. Eſt autem uerbum uariè à uarijs definitum, propterea quòd uaria ſignificet. primò enim ſacræ ſcripturæ definiunt uerbum eſſe, quod intra animi ſilentium mente concipimus, uidelicet ipſam cogitationem, quæ adhuc conſcientiæ ſecreto retinetur. Vocem uerò, per quàm uerbum profertur in medium. Aliquando uerbum dicitur, quod à re, ſiue facto diſtinguitur, (ἔπος, λόγος) ut, Non eſt opus uerbis, ſed factis. Hinc dare uerba dicimus, pro decipere. Aliquando ſumitur pro ut eſt una ex octo partib. orationis, in quo omnis uis orationis eſt. Hinc uerbale nomen dicitur, quod à uerbo deſcendit. Aliquando capitur pro uniuſcuiuſque ſigno, quod ab audiente poteſt intelligi. unde uerboſus, multiloquus. Aliquando pro contexta oratione, quamuis in ea multa ſint: ut apud prophetas ſæpe legimus, Verbum quod factum eſt. Eſt & uerbum tota ſententia, ſeu enunciatio, quæ uno ligatur, & ſtringitur uerbo, (ἀξίωμα.)

Vĕrēcŭndĭă, diæ. f. p. (αἰδὼς, αἰσχύνη) ut inquit Ariſtoteles lib. Rhetor. ad Theodecten: dolor eſt quidã, & perturbatio ex malis aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. Huius contrarium eſt inuerecundia, contemptus eorum. Donatus, Verecundiam eſſe dicit recti & honeſti facti, pudorem uerò mali.

Vĕrēcŭndē, (αἰσχυντηλῶς) aduerb. cum pudore.

Vĕrēcŭndŏr,d.p.uerecundia teneor, (ἐγκαλύπτομαι, αἰσχύνομαι) Plaut. in Trin. Verecundari neminem apud menſam decet.

Vĕrēcŭndŭs, a. um. (αἰδήμων) qui uerecundia tenetur, cui petulans opponitur.

Vĕrēdārĭŭs,rij.m.ſ. δρομεύς. nuncius, curſor, ſiue tabellarius equeſtris, celeri celeritate literas proferens. Veredus enim dicitur equus uelociſsimi curſus, quibus uſi ſunt maiores in uenatione. Talibus noſtra tempeſtate utuntur lancearij equeſtres. Dictus eſt autem ueredus à uehenda rheda.

Vĕrendă,n.ſ. (τὰ αἰδοῖα) dicũtur loca, quæ non niſi cum uerecundia nominantur.

Vĕrĕŏr.eris.itus.com.ſ.timeo, (ἀλαζέομαι, αἰδέομαι.) Sed propriè uereri liberorum, qui honeſtatis gratia mouẽtur, timere ſeruorũ, qui formidine pœnæ faciunt. Dictum uereor à ue, & reor, quaſi ualde reor. Et quemadmodum dicimus, timeo te, tibi, à te: ſic etiam uereor te, tibi, à te, in eadẽ ſignificatione. Huius cõpoſitum eſt, Reuereor, (ἐντρέπομαι) id eſt ueneratione habeo, quod eſt timor agendi, quod reprehendi poſsit. Hinc reuerentia, (ἐντροπή.)

Vĕretrŭm, pro mutone, uide Verretrum.

Vĕrgo, uergis, uerſi, ſecundum Diom. xi. ſum. n. t. ſignificat declino. (συννεύω, ῥέπω, καταντάω, φέρομαι) Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad uel in. Cic. 1. Philip. Huius compoſita ſunt, Deuergo, deorſum uergo. À quo deuergentia pro curuatura. Inuergo.

Vĕrrĭcŭlŭm, uide Viriculum.

Vērĭdĭcŭs, a. um. (ὁ ἀληθεύων) qui uera dicit. Similiter ueriloquus, & ueriloquax, qui licet multa loquatur, non tamen mentitur.

Vērĭfĭcŭs, a. um. à uero, & uerifico uerbũ, eiuſdem ſignificationis cum Vero uerbo. Et inde uerbalia, uerificatio, uerificabilis.

Vērĭsĭmĭlĭs, le. o. t. (πιθανὸς, εἰκὼς) dicitur id quod licet non ſit uerũ, ueri tamen ſimilitudinem ha-

nem habet. Inde aduerb. uериſimiliter. Vnde uериſimiliter mentiens, (παροιμιωδῶς) dicitur, qui falſum perinde quaſi uerum ſit, narrat.

Veritas, atis. f. t. uide Verum.

Veriuerbium, ij. n. ſ. uerus ſermo. Plaut.

Vermiculor. aris. d. p. infeſtor uermiculis, uermiculos facio, (τερηδονίζομαι. Hinc uermiculari, minuta opera facere. λεπτουργεῖν. Et uermiculata opera, (διαποίκιλα) dicuntur, quæ paruis teſſulis inſititijs elaborata, apta atq; cõſerta ſunt, qualia quæ muſaica uocant. Et uermiculatim, minutim. Hinc uermiculatio, uerbale, quæ eſt, cùm enatis uermiculis & beſtiolis, ſegetes arboresúe infeſtantur.

Vermina, orum. n. ſ. (σκώληκες) dolores corporis, qui quodam minuto motu inteſtina quaſi uermes ſcindere uidentur.

Vermino, nas. a. p. pen. cor. uermeis habeo, (σκωληκιάω.) Hinc uerminatio, pro morbo præſertim in iumentis. Plin. Hinc uerminari, pro torqueri aliquando ponitur. Var. Septimo menſe uerminari cœpit, partũ putauit propinquũ.

Verminoſus. a. um. qui uermeis habet. σκωληκιῶν. Vnde uerminoſæ aures.

Vermis, mis. m. t. (σκώληξ) à uertendo dicitur, quòd ſeſe torquendo uertat & repat. Hinc uermiculus, diminut.

Verna, næ. com. p. (οἰκότριψ, οἰκοτριβὴς) ſeruus domi noſtræ natus, aut ancilla, ex ſeruo noſtro aut ancilla. Dicitur autem à uere, quòd hoc tempus anni ad generandum maximè ſit idoneum. Huius diminutiuum eſt uernula.

Vernaculus, la. lum. (ἐπιχώριος) dicitur omne quod domi noſtræ naſcitur, uel quod in noſtra patria eſt. Vnde uernacula lingua. Interdũ ponitur pro proprio ac peculiari. Plin. lib. 14. cap. 2. Potiſſima nobilitas datur uuis peculiaribus, atq; uernaculis Italiæ. Interdum pro eo quod à nobis domeſtica conſuetudine uſurpatur. Cic. in Brut. Neſcio quo ſapore uernaculo. Vernaculi etiam dicuntur malis moribus homines, & lingua proterua, quòd uernarum ſimiles ſint, quibus ars eſt adulari, & male dicere. Item uernaculum dicitur, quod eſt ueris.

Vernalis, & hoc le. om. t. (ἐαρινὸς, οἰκοτριβικὸς) quod eſt ueris. Hinc uernaliter, (οἰκοτριβικῶς) ſeruiliter. Horat. in Serm.

Vernatio, onis. f. t. (λεβηρὶς) corium uetus, quo ſerpentes exuuntur, quoniam id uere fit.

Vernilis, & hoc le. om. t. pen. pro. idem quod ſeruilis, ſiue ſcurrilis. οἰκετικός.

Verniliter, ſcurriliter, ſiue adulatoriè.

Vernilitus, pro adulatore à ueterib. uſurpatur.

Verno, as. n. p. pullulo. ἐαρίζω. Mart. lib. 2. Dum tibi uernarent tenera lanugine malæ. id eſt pilos emittere inciperent. À uere deductum uocabulum. Aliquando pro canere. Plaut. Dum auiculæ uernant. Ponitur aliquando pro ſplendere. Plin. li. 8. ca. 27. Fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidiusq; uernat. Vernãs cœlũ, ſalubre & mite, omnibusq; tam gratũ, quàm quod uerno tempore uidemus. Vernãs ager, pullulãs, floridus, uiridis, lætus.

Vernus, a. um. quod eſt ueris. ἐαρινός.

Verò, (γε μὴν, μέντοι) coniunctio eſt affirmatiua, & ſignificat certè, uerè: & ponitur in ſecundo loco orationis. Interdum eſt aduerſatiua, & ſignificat autem, (μέντοι.) & in eodem loco utraq; hæc coniunctio poni poteſt, antecedente ſemper aliqua dictione. Seneca, Honeſtam tibi prouinciam delegaueram, tu uero tanquam turpem recuſaſti. Interdum expletiua eſt, (δὲ) quando ſcilicet ornatus tantũ cauſa ponitur: ut, Tu quidem ſcribis, ego uero lego. Pro interiectione ſtomachantis accipi ait Donatus in illo Eun. Moue uero ocyus te nutrix. Aliquando concedentis & permittentis eſt particula. Cic. in Bru. Ponitur etiã pro quĩnimò. Plin. in Præf. Proinde occupantibus locum faueo, ego uero & poſteris. Dicimus aũt, age uero, ſanè uero, iam uero, enimuero, at uero. ἀλλὰ μὴν, ἀλλὰ γὰρ, ἀλλά τοι. uide Val. lib. 2.

Vero, ras. n. p. uerũ dico. ἀληθεύω Gel. li. 18. ca. 2. ex Enn. in 13. Annal. Satin' uates uerant ætate in agunda? Eſt & uerare, uera repræſentare.

Verpus, pi. m. ſ. ψωλὸς. decorticatus, pellem non habens. Quo nomine etiam dictus eſt digitus medius, à uerrendo podice. Et Iudæi dicti ſunt Verpi, quòd auerſam ab alijs naturam habere uideantur. Vel quod patientes ſanguinis fluxum, hoc digito uerrendo podicem utuntur. Et uerpa. ψωλὴ. membrum uirile. Dicta uerpa ab inuerſa pellicula.

Verres, is. m. t. porcus non caſtratus. χοῖρος. dicitur. Hinc uerrinus, adiect. quod eſt uerris.

Verretrum,

Verretrum,tri. n. ſ. (αἰδοῖον)membrum uirile, à uerrendo dictum.uide Veretrum.

Verriculum,li.n. ſ. (σαγήνη)rete piſcatorium, quòd trahendo è uado educitur.Verricula ueteres pro articulo uſurpabant. Euerriculum,idem:quod ſuo quære loco.

Verro.ris.ri.ſum. a. t. (σαγηνεύω)ſignificat traho, à rete quod uerriculum dicitur. Verg. Quippe ferant rapidi ſecũ,uerrantq; per auras. Aliquando uerto. Idem, Annixi torquent ſpumas,& cærula uerrunt Aequora. Aliquãdo mundo,(σαίρω,καλλύνω)quòd trahẽdo ſordes mundentur. Huius compoſita ſunt, Conuerro,(συγκαλλύνω.)Deuerro, deorſum uer. Euerto,extrà uerro.

Verruca,cæ.ſ.p.pen.prod. locus in monte editior & aſper. Hinc caruncula eminens in corpore ſine pruritu,(ἀκροχορδὼν)& uulgò porrus dicitur,uerruca uocatur. Verrucas & maculas linearum, pro tuberculis quibuſdam, qui in lapillis ceu eorũ uitia quædã conſpiciũtur, dixit Pli.li.37. Huius dimin.eſt uerrucula.

Verrucaria herba, quæ uerrucas tollit. Pli. Alio nomine ἡλιοτρόπιον uocatur.

Verrucoſus,a.um.(ἀκροχορδόνων ἀνάπλεως)homo uerrucis plenus,& uarias eminentes partes habens. Verrucoſa loca,inæqualia.

*Verrunco.as.uerto,inquit Feſtus. Cic. 1. de Diuinat. Per propinqua hæc bene uerrucent populo. * Vide Auerruncare.*

Verſatilia,n.t.(δινωτὰ)etiam pro tornatilibus accipitur,uel pro canalibus,ſicut ſunt columnæ tortiles, uel pro duabus implicatis uirgulis in modũ reſtis, ut Auguſt. ſuper Exodum.

Verſatilis. & hoc le. o. t. (περίακτος, κυλινδροειδὴς,πολύτροπος,εὐκίνητος)pe.cor.quod huc & illuc uerſatur, ſiue quod idoneum eſt, ut uerſetur. Vt axis uerſatilis.

Verſiſolor,oris.o.t.(ποικιλόχροος)pen. cor. apud Iureconſultos dicitur id quod uertit, & mutat colorem. Vnde ueſtes,quæ ex lana non tincta,id eſt natiuo colore ſunt factæ,coloriæ dicuntur: quæ uero in alium colorẽ uerſæ ſunt, uerſicoloriæ. Propriè tamen à Plinio uerſicoloriæ,ſeu uerſicolores dicuntur,quæ uarijs coloribus conſtant,ut eſt cauda pauonis.

Verſipellis,le.n.t. (ἀλλοπρόσωπος)qui facile uertit pellem,hoc eſt uultum & apparentiam.

Verſo. as. a. p. frequentat. à uerto. τροχάζω, κυλινδροφορῶ, περιάγω, στρέφω. Verſare aliquem eſt illum deludere. Plautus in Perſa, Quomodo hodie me uerſauiſti? Et eſt actiuum, à quo fit uerſor deponẽs. unde controuerſor. Eſt aũt uerſari,cõſiſtere,ſiue in aliqua re aſsiduũ eſſe, (κυλινδοῦμαι, ἀλινδοῦμαι,διατρίβω.) Verſari in ſuo munere,eſt ſuo munere fungi. Cõuerſor & diuerſor, eiuſdem cum ſimplici ſignificantia.

Verſoria, riæ. f. p. (στροφεῖον) apud Plaut. uidetur eſſe inſtrumentum nauticum, ex quo ſoluturi cognoſcebãt, unde flarẽt uenti,& an mare admitteret,cuiuſmodi ferè apud nos magnetis uſus. Alij uolunt uerſorius adiect.eſſe.

Verſura,ræ.f.p. (στροφὴ)à uerto.is.dicitur,cum aliquid uertitur,hoc eſt conuerſio. Item uerſura,dicitur locus,ad quem cum quis peruenerit, reuertitur: ut cum boues arando poſt peractum legitimum ſulcum circumaguntur, uertunturq;. Item uerſura, quam Græci καμπὴν uocant, flexus ipſe angulorum in ædificijs,& parietibus exterior,ut eſt apud Vitru. propter quod & crura ipſa Veget.in iumentis gambas uocat,quaſi campas. Verſuram facere,(μεταλαμβάνειν)antiqui dicebant, ait Feſtus, mutuò pecuniam ſumere, quòd initio qui mutuabantur ab alijs,non ut domum ferrent,ſed ut alijs ſoluerent,id faciebant,& uelut uertere creditorem uidebantur, (ἐπὶ μείζονι τόκῳ δανείζω.)Et uerſura, eſt creditoris mutatio.(μεταγραφὴ τ̃ δανείου.)

Verſus. ſa. ſum. participium, (μεταπεπλασμένος) ut,riſus uerſus eſt in luctum. Ponitur aliquando pro propenſo. Liu. Totus in Perſea uerſus pater. Et ſicuti dicimus ſuſpenſus animi, ita & uerſus animi,tuncq; nomen eſt.

Verſus. us. m. q. (ἔπος, στίχος)carmen dicitur, quod dum fit, uerba ipſa uariè huc atq; illuc uertũtur. Hinc uerſiculus dimin. pro carmine aut linea, quam uocant. Verſus in agricultura ſignificat centũ pedes quoquouerſum quadratum. Interdũ uerſus ſignificat ordinẽ,ſeu tractum. Verg. Ille etiam feras in uerſum diſtulit ulmos. Interdum cantum. Plin. Cantũ imitantur luſciniæ iuniores, uerſumq; quem imitentur, accipiunt. Hinc uerſifico as. uerſus facio. Quint. Et uerſificatio,ipſe uerſificandi actus. Et uerſificator.oris.

Verſus,(πρὸς) præpoſitio,accuſ.requirit,& ferè ſemper poſtponitur. Plaut. Ego portum uerſus pergam. Dicimus etiam,quoquo uerſus, quaqua uerſus, utroq; uerſus, id eſt in unamquamq; partem. Habet quandoq; adiunctã aliquam præpoſitionẽ,ut ad occidentem uerſus, & tunc eſt aduerb. Quandoq; aduerb. ut ſurſum uerſus. Dicimus etiam uerſum.unde aduerſum,& aduerſus.

Verſutus,a.um.(πανοῦργος,στροφαῖος) qui uertitur. Cic.lib.3.de Natu. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens uerſatur. Aliquando tamen uerſutus pro perito ponitur. Plaut. Nec magis uerſutum,nec quo careas ægrius. Proprie tamen uerſuti dicuntur, qui mentem crebrò ad malitiam uertunt. Hinc uerſutia,(ῥαδιούργημα, πανουργία) calliditas, & malitia. Hinc quoq; uerſutè, aduerb.callidè. Verſutiloquus,& uerſutiloquax,qui uerſutè loquitur.

Vertagi,m.ſ. dicuntur canes ſponte in uenationem exeuntes,prædamq; domum referentes.

Vertebra,bræ.f.p. pen.corr.ſiue uertibulum.li. (σπόνδυλοι,στροφεῖς) dicitur ubi ſummæ oſſiũ partes non æqualiter finiunt, ſed quibuſdam craſſioribus nodis conglobatæ,& ſubſtringuntur facilius neruis,& tutius uertuntur. Hinc uertebratus,in uertebræ morẽ tornatus. Plin.

Vertere ſolum, γῆν πρὸ γῆς. dicebantur urbe cedentes,uide in Solum.

Vertex,qui & uortex. στρόβιλος. à uerto,tis.m.t. Proprie uertices, dicuntur contorti uenti, ac rotati, à quibus fit, qui τύφων uocatur, id eſt uibratus. Docet Quint.lib.8.cap.2. Verticem eſſe cõtortam in ſe aquam, uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Cic.lib.2. Tuſc.per translationem uertices dolorum,(ἴλιγγας) dixit, pro uertigine,rationeq;,quæ in doloribus circumagit,lancinatq; præcordia. Inde propter flexum capillorum, pars ſumma capitis dicitur uertex,(κορυφὴ)ſiue quia ad occipitium in decliue uertitur. Unde dicere ſolemus, A uertice uſq; ad calcem, id eſt à principio uſq; ad finẽ. Apuleius tamen id uerticem appellat, quod tenui cute capilliſq; contegitur. Item altiſſimæ partes cœli, quas Græci πόλους uocant, dicuntur uertices, quòd circa hos mundus uertetur. Propter quod etiam cardines dicuntur,à ſimilitudine eorum cardinum, circa quos ualuæ uoluuntur. Apud Verg.lib.1.Georg.pro Aquilone ponitur: Tempeſtas à uertice ſyluis Incubuit. Proprie tamen,unde initium eſt, Vortices Antiqui per o literam pronunciabant. Hinc uerticoſus,adiect. Liu. Verticoſo amni delatus in hoſter.

Verticulum,li.n.ſ.(σφόνδυλος,στρόφιγξ,κόσμος) inſtrumentum quod fuſo adhibetur, ut facilius uertatur. Hinc uerticillum, li. & uerticillus,maſc.gen.diminut. Plin.lib.27.cap.2.In Syria quoque fœminas inde uerticillos facere, &c. Verticilla, inſecti ſpecies, inquit Bud. À uerticillus deducitur,uerticillatus. Celſus. Hoc etiam uertibulatum dici poteſt, quoniam uertibulum, & uertebra pro ſpondylis accipiuntur,& uertebratum.

Vertigo,inis.f.t.(ἴλιγξ)pen.pro.morbus capitis, ex frigidis & lentis humoribus ſurſum ex uentriculo commeantibus oritur ita, ut ſic affecti occaſione parua ſuccidant.Græci σκότωμα.

Vertigus,gi.m.ſ.(ἴλιγξ)pen.corr.motus in orbẽ factus,qualem Seneca & Saluſt. turbinũ motum appellauerunt.

Vertius,tij.m.ſ. magnarũ uirium dicitur. Pomp. Homo in currendo uertius.

Verto,tis.ti.ſum.a.t.τρέπω,ἐλαύνω,δινεύω.ſignificat uoluo, & à uere dici putatur, quoniam uere annus incipit uerti. Interdum transfero, cum quippiam de una in aliam linguam transferimus. Aliquando uertere,eſt conuertere,redigere, applicare. Plinius lib.15.cap.5. Uſum olei ad luxuriam uertẽre Græci. Ponitur aliquando pro conſydero,uoluo,agito. Liuius 8.Bel.Pun.Item aliquando neutraliter, & abſolute.Liu.Iam uerterat fortuna, id eſt, uerſa erat fortuna.Huius compoſita ſunt, Aduerto,animaduerto, auerto, cõuerto, circumuerto,diuerto,euerto,inuerto, interuerto, obuerto,peruerto,præuerto, reuerto, ſubuerto, καθαιρῶ.& tranſuerto.

Vertunus pro anno,uide in proprijs.

Veru,n.t.ὀβελός.in ſingulari eſt indeclinabile,in plurali habet omnes caſus, ſignificatq; inſtrumentum ferreum cum cuſpide, quo carnes ad ignem torrere ſolemus. À uerſando deductũ nomen,ut inquit Var. Hinc telum ad eius ſimilitudinem factum,ueru dicitur. Vergil. Et tereti pugnãt mucrone,ueruq; Sabello. Unde

uerutа pila dicuntur, quæ uerua habent præfi„xa. Et Veruti, populi Volſci dicti ſunt, quòd dolonibus in prælio uterentur.

Vĕrŭāctŭm, n.ſ. (νέατος, νεὸς, νέαμα) terra quæ requieuit, & uere proſciſſa: quia uere actum aruum, id eſt uerſum eſt. Plin.

Vĕrŭcŭlŭm, li.n.ſ. ὀβελίσκος. diminut. paruum ueru, inſtrumentũ quo fabri utuntur, è ferro.

Vĕrŭēcĕŭs, a.um. quod eſt ad ſimilitudinem ueruecis factum. ut ſtatua ueruecea.

Vĕrŭēx, ēcis. m. t. ab inuerſis teſticulis dicitur. eſt enim mas inter oues, cui inuerſi, ſiue adempti ſunt teſticuli. Nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, aries dicitur. Inde fit Vĕrŭēcīnŭs, na.num. pen. prod. quod ex ueruece eſt. Plin. Et hircinus, & ueruecinus adeps ei utilis eſt.

Vĕrŭīnă, næ. f. (ἀκόντιον) genus iaculi longi, quod aliqui uerutum uocant.

Vērŭs, a.um. adiect. (ἀληθινὸς) quod eſt ſolidũ, ſyncerum, non falſum. Quidam hoc nomen à ue particula, quæ uehementiam ſignificat, & res, deducunt: quaſi non uerborum inanis ſonitus, ſed ſolida res. Aliquando uerum dicitur bonum, æquum, iuſtum, par & utile. Horat. lib. 1. Epiſt. Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, uerum eſt. Aliquando ſumitur pro ueridico, ſicut econtrario falſum pro fallace. Verus color, id eſt natiuus, non adulteratus. Verus labor, dicitur quem quis per ſeipſum ſuſcipit, non qui ex aliorum uirtute imperatoribus adſcribi conſueuit. Hinc ueritas, atis. uera ratio, uera res. Plin. lib. 14. cap. 22. Vulgo ueritas iam attributa uino eſt. Et uerimonia, niæ. idem, ſed antiquũ. Plaut. Quando uero coniunctio eſt, ponitur pro ſed. γε μὴν. ἀλλὰ ὅμως, πλὴν ἀλλά. Et ſæpe iungitur cum tamen, ut ueruntamen, & idem quod tamen ſignificat. & cum enimuero, ut uerumenimuero, (ἀ μέντοι ἀλλά.) Et cum enim.

Vēſānŭs, a.um. (παράφρων) pen. pro. uecors, crudelis, furioſus. Cic. Hæc furioſa uis ueſani tribuni plebis. A quo ueſania, uecordia. Et ueſanio, is. inſanio, ſæuio. Catullus: Deprehenſa nauis in mari ueſaniente uento.

Vēſcŏr, eris. d.t. (σιτοῦμαι) propriè cibo utor, paſcor. Et ſic conſtrui poteſt cum accuſatiuo. Plin. lib. 10. ca. 32. Aues nõnullæ ueſcuntur & ea, quæ rapuere pedibus. Impropriè pro utor alibi poſuit. Ponitur quandoq; pro uideo. Act. Prius quàm infans eſſes, tui oculi ueſcuntur.

Vēſcŭs, a.um. (πρόσχορος) à ue, & eſca compoſitum eſt, & ſignificat cum edendi faſtidio. Feſtus etiam ſcribit ueſcum ſignificare faſtidioſum & edacem. Veſcum quoq; dicitur, quicquid ad eſcã pertinet, & quicquid edibile eſt, (ἐδώδιμον) ab edendi intentione. Vnde Lucret. lib. 5. appellat Veſcum ſalem. Rurſus ueſcum, ponitur pro paruo & minuto. Plin. lib. 7. cap. 20. Corpore ueſcos eſſe, ſed eximijs uiribus. Hinc ueſculi, malè curati, & graciles homines nuncupantur. Et aranearum telæ, ueſcæ dicuntur. Hinc ueſculus, adiect. diminut. malè curatus, & gracilis.

Vēſīcă, uide ueſsica.

Vēſpă, f.p. (σφὴξ) animal paruum uolatile, api ſimile, quòd ueſperi muſcas uenetur in cibum.

Vēſpĕr, eris. m.t. (ἕσπερος) pro ſtella, quæ Venus dicitur, ſeu pro ultima parte diei. Sed & apud antiquos fœm. gen. inuenitur. Hæc ſtella etiã Veſperugo à Latinis, & Veſperus, ſeu Heſpe„rus à Græcis dicitur. Verg. Ite domũ ſaturæ, „uenit Heſperus, ite capellæ. Eſt autem Veſper æmulus Solis, & Lunæ. Sed cum Solem præcedit, dicitur Lucifer, ut alter Sol, & in occaſu Solis refulgens, ueſper appellatur, quaſi uicẽ Lunæ reddens. Item Iubar à Pacuuio appellatur. Sed & hic ueſper, & hæc ueſpera ab autoribus uſurpatur, pro ſero diei, quo ea ſtella apparet, ſeu apparere ſolet. Hinc fit aduer. ueſperi, (τῆς ἑσπέρας) quod ſignificat principium aduentus noctis. Cic. Nam cum in Tuſc. ueſperi ueniſſem. Idem Cephalio mihi ad te literas reddidit ad octauum Idus Martij ueſpere. nam & Veſperè aduerbialiter ponitur. id tempus Græci ἑσπέραν uocant. Inuenitur etiam ueſper, ra. rum. Vnde cum ueſperum dicimus neu. gen. intelligimus tempus.

Vēſpĕrārĕ, n.p. eſt ueſperam fieri. ἑσπεράζειν.

Vēſpĕrāſcit, (ἑσπεράζει) ſerum diei fit, in tertijs tantum perſonis. Teren. in Heaut. Et ueſperaſcit, & non nouerunt uiam. Hinc adueſperaſcit, & inueſperaſcit.

Vēſpērnă, næ. f.p. cœna apud ueteres dicebatur. Nam conuiuium non niſi aduentante nocte inibant priſci.

Veſpil-

Vĕſpĕrtīlĭo,onis.m.t.(νυκτερὶς)incertæ naturæ eſt. Volat enim pinnatis alis. Dictus ueſpertilio, quòd ueſpere ſe ad uolatum proferat. ui de Plin.lib.10.cap.61.

Vĕſpĕrtīnŭs,a. um. quod fit ueſperi. ἑσπερινός. Vnde orationem ueſpertinam dicimus. Veſpertinæ literæ, dicuntur quæ ueſpero tempore ſcriptæ,aut redditæ ſunt.

Vĕſpīcĕs,fruteta denſa,à ſimilitudine ueſtis.

Vĕſpillo,m.t.(νεκροφόρος) uilis cadauerum funerator,quòd ueſpertino tempore mortuos efferre ſoleret.Mart.Qui fuerat medicus, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Vĕſsīcă,cæ.f.p.κύστις. pen.pro. folliculus,in quo urina colligitur,infra aluum à priore parte. Horat.Et diſploſa ſonat, quantum ueſſica pepedit.Sunt qui uelint unico ſ ſcribi debere.

Vĕſsīcārĭă,riæ.f.p.herba eſt,ſic dicta,quòd ueſicæ medeatur,& calculis.Plin.lib.21.cap.31.

Vĕſsīcŭlă,læ.f.p. dimin.in herbis etiam dicitur. Cic.2.de Diuin.

Vĕſtĭārĭŭm,rij.n.ſ.ἱματιοθήκη,ἱματιοφυλάκιον. locus in quo ueſtes uel ſeruantur,uel uenduntur. Aliquando ueſtiarij nomine ueſtitus, (ἱματισμὸς,πολισμὸς) intelligitur. Columel.libro 1.cap.8.

Vĕſtĭārĭŭs,rij.m.ſ.qui ueſtiario præeſt,aut ueſtes uendit. ἐσθητοπώλης. Aliquando adiectiuum, eſt:ut, ueſtiaria arca, apud Cat. in qua ueſtes reponuntur.

Vĕſtĭbŭlŭm,li.n.ſ.(πυλὼν,προπύλαιον) à ue particula. Eſt enim locus ante ianuam domus uacuus, per quem à uia ad ædes itur. Poteſt etiam dici ueſtibulũ, prima pars ianuæ, quod ianuam ueſtiat: uel (ut Ouid. ait) à Veſta, quòd ea potiſſimum pars in ædificio ſit Veſtæ conſecrata:ſicut culina, dijs penatibus:& maceries,quæ ambit domum,Herceo Ioui. ſingula enim domus ſacrata ſunt dijs. Vide Gellium lib.15.cap.5.

Vĕſtĭcĕps,m. t. (γενειῶν) puer, qui iam ueſtitus eſt pubertate,qui barbam emiſit.Gell.

Vĕſtīgĭŭm,gij.n.ſ.(ἴχνος) pedis impreſſio, id eſt ſignũ quod à pede relinquitur. Ponitur quandoq; pro ima parte pedis.Per tranſlationẽ ponitur pro quocũq; rei geſtæ indicio, ſeu ſigno. Plin.lib.33.cap.1.Ita 448.à condita urbe geſtũ eſt,& primum annulorum ueſtigium extat.

Vĕſtīgo,as.a.p.pen. prod. quæro, quaſi ueſtigiã indago. ἰχνεύω,ματεύω. à ueſtigijs,tanquã indicijs dictum. Huius compoſita ſunt, Inueſtigo, & perueſtigo,quæ ſignificant quærendo inuenio.Hinc ueſtigator,uerbale.id eſt uenator, à ueſtigijs ferarum dictus,Var.de Ling.

Vĕſtĭo,ſtis.ſtiui.itum.a.q. ueſtem induo, à ueſte fit.ἱματίζω.Sed transfertur etiam ad alia. Et plerunq; conſtruitur cũ ablatiuo. Cic.de Nat. ad oculos tranſtulit.Colum.lib.4.ad arbores. Liu.Veſtiti montes ſyluis. Cic.6.Verr.Veſtire parietes tabulis.Huius compoſita ſunt:Conueſtio,circumueſtio,ſuperueſtio,ἐπιζέννυμι.

Vĕſtīmēntŭm,ti.n.ſ.idem quod ueſtis.

Vĕſtĭplĭcă,cæ. f.p. mulier quæ complicat ueſtes.

Vĕſtĭs,is.f.t.(ἱμάτιον,ἐσθὴς) à uelando,quod corpus uelet:ſeu à uellere,quod eſt uniuerſæ ouis lana. Et eſt generale indumentum, tam uirile quàm muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, ſerica, bombycina,quæ induendi, præcingendi,tegendi,amiciendi, inſternendi, accubandiq; cauſa apparata ſunt. Ponitur interdum ueſtis pro barba,(γένειον.) Vnde inueſtes,imberbes appellantur.Lucret.

Vĕſtĭſpĭcŭs,m.ſ. & ueſtiſpica,f.p. ἱματιοφύλαξ. pen.cor.ſeruus, ſiue ancilla cuſtodiens ueſtes, quòd frequenti diligentia ueſtes inſpiciant. Plaut.in Trin.

Vĕſtītĭſſĭmŭs,a.um.quod eſt optimè ueſtitum.

Vĕſtītŭs,tus.m.q.ueſtimentum,ſiue ueſtis.

Vĕtĕr,παλαιὸς. ſenex,adiect.trium gen.Ennius: Cum ueter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Hinc ueterior,& ueterrimus.

Vĕtĕrāmēntārĭŭs ſutor, calcearius, qui ueteres calceos reficit.Suet.de Vitel.Caſſius Seuerus, nec minus alij,eundem & ſutorem ueteramentarium prodiderunt.

Vĕtĕrānĕŭs,a.um.quod eſt uetus.παλαιός.

Vĕtĕrānŭs, a. um. (παλαιὸς) quandoq; ueterem ſignificat. Vnde ueterana mancipia, quæ anno continuo ſeruiuerunt in urbe: Nouitia intelliguntur,quæ anno nondum ſeruiuerunt. Aliquando legionarium, uel eum qui honeſtè aliquando militauit, & iam eſt à militia abſolutus,(τὸν ἀπολυθέντα τῆς στρατείας.)

Vĕtĕrātŏr,oris.m.t.παλίμπρατος,παλίμβολος,πανοῦργος.authore Donato, eſt homo aſtutia uetus,& in omni re callidus,à multarum rerum

 geren=

gerendarum uetuſtate. Eſt autẽ nomen uerbale, quod à ueteꝛo, & à ueteraſco uenire poſſe uidetur, ut cum in paſſiua ſignificatione poſitum eſt, à ueteꝛeſco pro ueteranus accipiatur, quaſi ſenex factus. Veterator uero à uetero, idem eſt quod deceptor. Hinc ueteratorius, adiect. quod eſt ſubdolum & impoſtoriũ. Cic. 3. Verrin. Et ueteratoriè, aduerb. callidè, malitioſè. Cic. in Orat. Ille enim acutè, & ueteratoriè dicit.

Vĕtĕrātrĭx, icis. f. t. (πανοῦργος) fœmina in aſtutijs & fraudibus exercitatiſſima.

Vĕtĕrīnŭs, a. um. adiect. ut ueterina animalia, dicuntur ad uecturam idonea, quæ aliquid uehere poſſunt, quaſi uenterina, quòd ad uentrem onus religatum gerant. Plin.

Vĕtĕrīnārĭŭs, rij. m. ſ. (κτηνίατρος) qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit, qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Colum. lib. 11. cap. 1. Et ueterinarij, medici ſunt ueterinorum.

Vĕtĕrĭnārĭŭs, ria. rium. (κτηνιατρικὸς) quod ad ueterinarium pertinet. Col.

Vĕtērnŭs, ni. m. ſ. (τὸ νωθρὸν, νωθρότης) morbus ex nimio ocio perpetuum ſomnum inducens. Et quandoq; pro pigritia ponitur. Verg. lib. 1. Georg. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Quandoque pro nimia dormitione, Plin. lib. 8. cap. 36. Hinc ueternoſus, qui graui premitur ſomno, (ἔνωθρος, ληθαργικὸς) inquit Feſtus. Cato uero ueternoſum appellat hydropicum. Terent. in Eun. appellat Eunuchum ueternoſum, quia ſegnis eſt, quaſi ueternum patiatur.

Vĕtĕrō, as. n. p. uetus fio. à quo ueteraſco. Et cõpoſitum eſt inuetero, à quo inueteraſco.

Vĕto, as. aui. atum, & tui. titum. a. p. pen. cor. ſignificat prohibeo, & ne quid fiat, impero. παραγγέλλω, κωλύω.

Vĕtŭs, eris. o. t. (παλαιὸς, ἀρχαῖος) antiquum, & multorum annorum, menſium, aut dierum ſignificat, ſecundum id, cui adiectum eſt. Quidam dici putãt, à ue pro ualde, & ætas. Cuius dimin. eſt uetulus, (γέρων.) Plaut. in Epid. Quales uolo uetulos duos.

Vĕtūſtēſco, n. t. uetus fio. παλαιοῦμαι. Col. Veteraſco, idem quod uetuſteſco. Hinc componitur inueteraſco, quod eſt ualde uetus fio, ſeu ualde in conſuetudinem uenio.

Vĕtūſtŭs, a. um. idem quod uetus. ἀρχαῖος. Hinc uetuſtas, antiquitas. ἀρχαιότης. Hinc quoque uetuſtè, aduerb. Plin. Vetuſtiſſimè in uſu eſt.

Vĕxillārĭŭs, rij. m. ſ. qui uexillum defert. (σημειοφόρος.) Liu. Vexillarium unum habet.

Vĕxillŭm, li. n. ſ. (σημεῖον) quaſi paruum uelum, & accipitur pro ſigno, quo in exercitu, aut claſſe imperatores utuntur.

Vĕxo, as. a. p. agito, moleſto, perturbo, et huc atq; illuc diſtraho. περισπῶ, ἀποκναίω, θλίβω, πιέζω. Tractum ab eo quod eſt ueho. De hoc uerbo uide Gell. li. 2. cap. 6. Huius cõpoſita ſunt, Deuexo, ualde uexo. Diuexo, uariè uexo.

V ANTE I.

Vĭă, æ. f. p. (ὁδὸς) dimidius actus, quò poteſt ire uehiculum. Via (inquit Paulus Iureconſul.) conſtitui uel latior octo pedibus, uel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculũ ire poteſt: alioqui iter ſit, non uia. Abuſiuè tranſſumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Aliquando ſumitur pro ipſo actu eundi. Cic. Cumq; de uia languerem. Aliquando pro ratione. Verg. lib. 4. Aeneid. Inueni germana uiam, gratare ſorori. Aliquando pro cõſuetudine. Teren. in Heaut. Sed ui, & uia peruulgata patrum quotidie accuſabam. Dicta uia, ab eundo, quaſi ia, quòd per eam eatur. A uia fiunt adiect. Auius, inuius, obuius, dubius, peruius, præuius, deuius, biuius, quadriuius: ſemita, quaſi ſemis uia. id eſt anguſtior uia.

Viam facere, (ὁδοποιεῖν) eſt locum, ubi nõ erat uia, aperire.

Viam munire, (ὁδοποιεῖν) eſt reficere, expurgare. Interdum lapidibus ſternere, quod propriè ſternere uiã dicimus. Hoc etiã uerbo per tranſlat. utimur de corporeis ad incorporea.

Vĭātĭcŏr, aris. d. p. uiaticum paro, & ſumo. Plau.

Vĭātĭcŭm, ci. n. ſ. (ἐφόδιον) dicitur quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad uictum expendenda. Græcè ἐφόδιον dicitur. Aliquando capitur pro facultate, ſeu apparatu. Viatica cœna dicitur, quæ datur uiatori. Plaut. Huius dimin. eſt uiaticulum. Apul. Viaticulum mihi corraſi.

Vĭātŏr, oris. m. t. ὁδίτης. qui uiat. hoc eſt, iter facit. Via

tit. Viatores, (κλήτορες) dicebantur, qui magiſtratibus parebant, eo quòd plerūq; euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Col.

Viātōrĭŭs, a. um. quod ad uiam pertinet. ὁδοιπορικός. Vnde uiatorium uas.

Vibēx, bicis, (μώλωψ) f. t. pen. pro. ſignum uerberis in humano corpore remanēs, quòd ui fiat.

Vibrīſſæ, f. p. ſeu Vibriſſi, ſunt pili in naribus hominum, quòd his euulſis, caput uibretur.

Vibrīſsārĕ, n. p. (μινυρίζω) eſt uocem in cantando criſpare: à uibro, uel à uibriſſis.

Vibro, bras. a. p. moueo, & quaſi ui agito. κραδαίνομαι, πάλλω. Vibro aliquando neutraliter ponitur, pro mico, intremiſco, contremeſio, ut ait Bud. Per translationem uibrare, ſignificat uocem in cantando criſpare. Hinc uibratus pro criſpo. Plin. Barba, & capillo uibrato.

Vibūrnŭm, ni. n. ſ. genus fruticis. Verg. Quantū » lenta ſolent inter uiburna cupreſſi.

Vīcāni, m. ſ. pen. prod. (κωμῆται) dicuntur, qui uicos ruſticos habitant. Liu.

Vīcārĭă mors, quæ pro altero ſubitur.

Vīcārĭă manus, apud Quint. quæ in pugna pro altero datur.

Vīcārĭŭs, ria. rium. quod uicem alicuius gerit, ſiue obtinet, & in eius locum ſucceſſit.

Vīcārĭŭs, rij. m. ſ. qui loco alterius ſubſtituitur.

Vīcārĭŭs, apud Iureconſultos, Oratores, & poëtas uſurpatur pro ſeruo ſerui maioris in familia. Dicimus Latinè dare uicariū, & aliquem ſuccedere uicarium alicui. Cic.

Vīcātim, aduerb. ſignificat per uarios uicos.

Vĭcĕm, & in ablatiuo uice, f. t. ſolum in ſingul. num. in plur. uerò habet omnes caſus. Dictæ ſunt uices (ut quidam aiunt) à ui, quòd ueteres pro pugnis uſurpabant, quoniam per ui» ciſſitudinem pugnetur. Verg. Nec ullas uita» uiſſe uices Danaûm. id eſt pugnas, & pericula. Item pro pœnis & incommodis, quod ui fiant. Horat. li. 1. Car. Viceſq; ſuperbæ Te maneant ipſum. Quoniam uerò per uiciſſitudinem pugnari ſolet, factum eſt, ut uices pro alternatione, ſiue uiciſſitudine capiamus. Dolere uicem noſtram, eſt propter incommoda priuata dolere. Quandoq; pro loco, ἀντί τινὸς εἶναι. Horat. Fungar uice cotis, acutum Reddere quæ ferrum ualet exors ipſa ſecandi. Vbi dicimus uice mea, uice tua, & eiuſmodi per ablatiuum. Plaut. ferè ſemper accuſ. poſuit, uicem meam, tuam. &c.

Vīcēnārĭŭs, m. ſ. (εἰκοσὸς) pro uigenarius dicitur.

Vīcēnŭm, n. ſ. (εἰκοσὸν) pro uigenum dicitur.

Vĭcĭă, æ. f. p. genus grani, à uinciendo dicta, ut ait Varr. quòd capreolos habeat, ut uitis, quibus ſurſum uorſum ſerpit ad ſcapum lupini, aliumue calamum, ad quem ut hæreat, eum ſolet uincire.

Vĭcĭārĭŭs, a. um. (βικιακὸς) quod ad uiciam pertinet: ut, Cribrum uiciarium. Colum. ſubſtantiuum poſuit, cū ait, Hoc eodē tempore uiciaria diligenter facienda: id eſt loca uicijs cōſperſa.

Vīcīnĭă, iæ. f. p. (γειτνίασις, γειτονιά) locus uicinus, ſeu ipſa uicinitas. Auguſt. lib. 10. Ciuit. Id animaduerſum eſt ab eis qui aderāt, quamuis in mortis uicinia curioſiſſime attentis, utrum » ne philoſophus turbaretur. Oui. 1. Metam. No» titiam primoſq; gradus uicinia facit.

Vīcīnĭtās, atis. f. p. (γειτνίασις) uicinorum propinquitas, & aliquando uicinorum multitudo. Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur, ut cum dicimus uicinitas ſyluæ, uicinitas montis.

Vīcīnĭŭm, nij. n. ſ. idem quod uicinia.

Vīcīnŭs, ni. m. ſ. (γείτων, ὁ πλησίον) qui eundem colit locum, & qui prope domum noſtram habitat. Dicitur & hæc uicina, næ. ſubſt. Eſt & uicinus adiect. id eſt proximus.

Vĭcīſſātim, (ἐναλλαγμένως) per uices. Plaut. Ad argumentum uiciſſatim uolo Remigrare.

Vĭcīſsĭm, (ἐν μέρει) aduerb. ſignificat per uices, ſiue alternatim: ut, Viciſſim incumbunt oneri. Quandoq; ſignificat ſecundo loco, ſiue econtrario. Cic. in Læl. Sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uiciſſim opinionē, me dilexit. Plaut. in Curc. pro etiam, ſiue (ut ita dicam) reſpondente poſuit.

Vĭcīſsĭtūdo, inis. f. t. ἡ τῆς τύχης μεταβολή. alternatio, & mutatio ex alio in aliud. Item ſignificat reſponſionem. Dicitur etiam uiciſſitas. Actius: Viciſſitatemq; imperandi tradit.

Vīctĭmă, mæ. f. p. (ἱερεῖον) pen. cor. quæ poſt uictoriam dextra uictrice immolabatur. Ouid. Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur. Victima uerò, & hoſtia, dicitur omne animal, quod deo immolabatur. Hinc nos hoſtiam euchariſtiam uocamus, quoniam illa

 ſuperatus

ſuperatus eſt aduerſarius noſter diabolus.

Victĭmārĭūs,rij.m.ſ.(ἱεροφόμος) uictimarū miniſter. id eſt ſacrificiorū,qui uictimas ligabat, cultrum,aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria.

Victĭmārĭūs,(ἱερώνης) qui uictimas emebat, ut uenderet. Plin.lib.7.

Victĭto,tas.n.p.penul.cor.(σιτίομαι,φάγω) non eſt frequentatiuum: non enim ſignificat frequenter uiuo,ſed ueſcor, & quaſi uictu utor: ut, Sarmatæ lacte uictitant. Fit à uicto,ctas. frequentatiuo.

Victŏr,oris.m.t.(νικητὴς) qui uincit. Vergil.3. Georg. Victorq; uirûm uolitare per ora. Vbi Seru.Victor,effector propoſiti & uoti.

Victōrĭă,iæ.f.p.(νίκη.) ultra notam ſignificationem,ſignificat etiam deam, quam Romani colebant:& Victoriæ inſignia, ut ſunt ſtatuæ, coronæ,& huiuſmodi.Val.Max.

Victōrĭātŭs,ti.m.ſ.(νικηφόρος)genus nummi argentei,quòd Victoriæ nota ſignatus eſſet. Plin.lib.33.cap.3.

Victōrĭōsŭs,a. um.(καλλίνικος) uincere aſſuetus,ſiue qui uarias,aut plures uictorias reportauit,qua dictione uſus eſt Cato,teſte Gell.

Victrĭcŭs,uel potius uitricus,ci.m.ſ.pen.cor. πατρυιὸς,ἀνὴρ τῆς μητρὸς. matris meæ maritus, cui ego priuignus ſum.Vide Vitricus.

Victrix,(νικήτρια) uerbale fœm. à uictor, quæ »uicit. Dicitur & uoti compos. Verg.7.Aenei. »Iunonem uictrix affatur uoce ſuperba. In plurali uitrices facit, & uictricia, neut. gene »ris.Vergil.3. Aeneid. Victriciaq; arma ſecutus. Victrices literæ, dicuntur uictoriam denunciantes.

Victŭĭs,in gen.pro uictus ueteres dixere.Var.

Victūrŭs,a.um.(νικήσων) & à uiuo,& à uinco participium eſt. Cic.in Cat. Nemo eſt tam ſenex,qui ſe annum non putet uicturum.

Victŭs,ctus. m. q.à uiuo, ſignificat genus uitæ, etiam quantum ad mores.τὰ σιτία,ὁ βίος.Victi genitiuus à uictus legitur apud Plautum in Cap.Vlpian.De uerb ſignif. Victus uerbo (inquit) continentur, quæ eſui, potui, cultuiq; corporis,quæq; ad uiuendum homini ſunt neceſſaria. A quo conuictus, ſimul uictus, cum plures ſimul uiuunt.

Victŭs,a. um. participium eſt à uinco, cis. ut, Pompeius uictus eſt à Cæſare,contrarium eſt inuictus. Aliquādo dicitur impos uoti. ἀτελής.Victus aliquando dicitur à propoſito priſtino recedens. Verg.2. Aen. Hic uerò uictus »genitor ſe tollit ad auras.

Vicŭs,ci.m.ſ.pars urbis eſt, qui ex multiplicatis domibus fit, & ex pluribus uicis urbs conſtat. ῥύμη,κώμη. In oppido uicus à uia (ut inquit Var.) quòd dextra parte uiæ ſunt ædificia.In urbe fiunt uici,connexis & cohærentibus ædificijs.Vicus qui exitum non habet,angiportus dicitur,& hic uicus urbanus appellatur. Eſt etiā uicus paganus, ſi plures ſimul uillæ, quæ pagi dicūtur. hoc eſt plures ruſticanæ domus, coniunctæ ſint,& aliquo ſpacio remotæ ab urbe,dummodo non ſint clauſæ mœnibus, quia tunc caſtella uocarentur. De hac dictione Vicus,uide Vallam lib.4.cap.20. Huius diminutiuum eſt uiculus, & accipitur pro pagis, & ruſticanis domibus.

Vide quid agas,prouerbiale eſt, quod ſolet dici his,qui magna aggrediuntur.

Vidēlĭcēt,aduerb. confirmandi, quaſi uidere licet.δηλαδὴ,δηλονότι.Vall.lib.2.cap.61.

Vĭdĕo,des.di.ſum.a.ſ.pertinet ad oculos.βλέπω, ὁράω,ὄπτομαι. Transfertur etiam ad animū. »Ouid.Video meliora, proboq;, Deteriora ſequor. Vnde prophetæ appellabantur uidentes,quia uidebant eum, quem cæteri non uidebant. Vtimur hoc uerbo in cæteris ſenſibus, cum eos ad cognoſcendum intendimus. Dicimus autem non ſolum,Vide quàm luceat, ſed etiam,Vide quid ſonet, Vide quid oleat,Vide quid ſapiat, Vide quàm durum ſit. Vnde dicimus hoc uerbum transferri ad animum, ac quandoq; poni pro curare, conſiderare, intelligere, cognoſcere, attendere. Terent.Vide quò me inducas. Dicimus etiam, Vide tibi. id eſt prouide. Me uide, phraſis eſt comica, qua alium ſecurum eſſe uolumus. Huius uerbi compoſita ſunt, Circumuideo. περιβλέπω. Vnde & Circumuiſo. περισκέπτομαι. Euideo, (καθορῶ) clarè & expreſſe uideo: à quo Euidens, & Euidenter, quæ in frequentiore uſu ſunt. Præuideo,antè uideo. Prouideo, Peruideo, perfectè uideo. διοράω. Tranſuideo, (διοράω) aliquid per corpus perſpicuum uideo. Inuideo. A uideo fit uiſo, à quo fit

uiſio

uiſito frequentatiuum. Eleganter dicimus, Videre uideor, pro eo quod barbare dicitur, Videtur mihi quòd ego uideo. Cic. Si uidetur. id eſt ſi placet, ſi non moleſtum eſt.

Vidĕrit Epicurus, inquit Cice. 4. Acad. hoc eſt huius rei illi cura ſit. Sic accipienda ſunt, Tu uideris, Vos uideritis, Illi uiderint, modus loquendi minatorius.

Vidŭă, duæ. f. p. dicta eſt quaſi ualde idua, ab Iduum die, qui menſem diuidit, hoc eſt à uiro diuiſa. χήρα. Hinc uiduare, diuidere. Iabolenus Iureconſultus ſcribit, uiduam non ſolum quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque quæ uirum non habuiſſet.

Viduĕrtās, f. t. apud Cat. calamitas dicitur.

Vidŭlŭm, n. ſ. in quo aliquid ſeruatur. φυλακτήριον. Vnde Plaut. in Epid. ſacculum, uidulum dixit.

Vidŭo, duas. a. p. diuido, ſeu priuo. χηρόω. Verg. 8. Aen. Tam multis uiduaſſet ciuibus urbem.

Vidŭŭs, ui. m. ſ. priuatus, diuiſus. χῆρος. Cic. Sic me ipſe uiduus peſtes excipio anxias. Hinc uiduus lectus dicitur, qui altero coniugum caret. Item uiduitas. Liu. In uiduitate relictæ filiæ ſingulos paruos filios habentes. Ponitur aliquando pro priuatione. Plaut.

Viĕo, uies, uieui, uietum, a. ſ. pen. indifferente. Eſt ligare, inflectere. λυγίζω. quia uietis uirgis ligare poſſumus quodlibet. Plaut. in Menæh. Vides tu illi oculos uieri, ut uiridis exoritur color? id eſt in obliquum flectere. Vnde uimina, & uaſa uiminea, teſte Feſto.

Vietōrēs, m. t. qui uaſa uinaria religant, ſtipāt́q;.

Vietŭs, a. um. pen. indifferente, mollis, languidus flexibilis, ſine ui, naturalibus priuatus uiribus. παρειρὸς. Vnde uietos, rotarum canthos, & ligna contorta dicimus.

Vigĕo, ges, gui, n. ſ. uiuo, ſiue potens, aut in uigore ſum, & uiriditatem quandam habeo. ἐπακμάζω, ἀκμάζω. Inter uegetũ, & uigens hoc intereſt, quòd uegetum ſit incolume, uigẽs, forte.

Vigēſĭmă, mæ. ſ. p. (εἰκοστὴ) tributũ, ſeu exactio.

Vigēſĭmārŭm aurum. εἰκοσαῖον χρυσίον. à Liu. dicitur, quod ex uigeſimis exigebatur.

Vigēſĭmŭs, ma. mum, fit à uiginti. εἰκοστός. ut, Vigeſimus annus eſt, ex quo literis operam dedi.

Vigēſſĭs, ſis, maſcul. id eſt uiginti aſſium. Mart. lib. 12. Amphora uigeſſis, modius datur ære quaterno. Adiectiuè poſſe capi uidetur, ut treſſis apud Perſium, niſi mauis gen. caſus eſſe.

Vigĭl, lis, com. t. dicitur qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes, ſed qui in uigore ſuo eſt. ἐγρηγορὸς, ἄγρυπνος. A quo peruigil, qui aſſiduè uigilat, & qui diligens, & induſtrius eſt. Et uigil, φρουρὸς. nocturnus cuſtos, qui et excubitor dicitur: à quo præfectus uigilũ uocatus eſt.

Vigiliă, f. p. (φυλακαὶ) nocturnæ ſunt excubiæ, (παννυχίδες) diurnæ pariter & nocturnæ. Interdum uigiliæ, dicuntur ipſi cuſtodes, qui uigilant. Sall. Et ab incendio intelligebat urbem uigilijs munitam. Interdum uocantur profeſti dies, (ἀγρυπνίαι) quòd uigilare ante diem feſtum mos eſt in ſacrificijs faciendis, & ſacris hymnis cantandis.

Vigĭlo, las, n. p. non dormio. ἀγρυπνέω, γρηγορέω. Per tranſlationem, diligenter audio. Iuuen. Sed uigilat conſul. Item uigilare, eſt ſtudium & diligentiam adhibere, ſiue uigilanter prouidere. Cice. pro Plan. Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Vnde inuigilare, eſt alicui rei incumbere. ἐπαγρυπνεῖν. Euigilare, (ἐγείρεσθαι) expergiſci, & ad aliquid agendũ intentum eſſe. Peruigilare, ad finem uigilare. παννυχίζειν. Aduigilare, iuxtà uigilare, ſolicitari, cogitaré ue. Hinc uigilantia (γρηγορσις, ἀγρυπνία) quæ plerunq; pro diligentia ponitur. Et uigilans, tis. participium. Plaut. Vigilans ſomniat. Aliquando nomen eſt. id eſt prouidus, & intentus. Plin. in Epiſt. 17. lib. 2. Vir exercitatus, & uigilans. Inde uigilanter, aduerb. cũ diligentia, & ſolicitudine. Cic.

Vĭgĭlāx, acis. o. t. idem quod uigilans. Col.

Vigŏr, oris. m. t. firmitas, robur. ἀκμή.

Vigōrōſŭs, a. um. firmus, robuſtus. ἀκμαῖος.

Vilis, & hoc. le. n. t. quidam à uilla deducũt, una litera abiecta, quòd omnia in uilla uiliora ſint quàm in urbe. Vile propriè dicitur, quod parum ualet, cuius contrarium eſt carum. Ponitur interdũ pro abundanti, quia omne quod plurimum abundat, uile eſt. id eſt paruo precio uenditur. Vilis oratio dicitur à Quintiliano neglecta inelaboratáq;, cui opponitur accurata. Hinc uilius. id eſt minore pretio, & uiliſſime. id eſt minimo precio. Et uilitas, cui opponitur caritas: ut uilitas annonæ, apud Cic.

Vileo,les,n.ſ.εὐτελίζομαι,φαυλίζομαι. uilis ſum. à quo uileſco,uilis fio.

Vilito,as.a.p.pen.cor.uile facio.εὐτελίζω. Turpilius, Et queror tua uitia,quæ te uilitant.

Villa,læ.f.p.dicta eſt (inquit Varr.lib.1.cap.11.) quod à uillico in eam conuehuntur fructus,& euehuntur,cum ueneunt. ἔπαυλις,ἀγροικία. Eam duplicem faciunt, urbanam ſcilicet & ruſticam. Vel dicitur domus aut caſa extra urbem,habitandi cauſa conſtituta. Hinc uillula dimin. Cic.ad Att.lib.8.Ego Arpini uolo eſſe pridie Calend. deinde circum uillulas noſtras errare.

Villanus,ni. m.ſ. dicitur quòd uillæ (unde dicti uillici) aſcriptus,& colonariæ conditioni addictus aut ipſe ſit,aut eius maiores fuerint.ἀγροικὸς.Vnde ſemiuillanus.id eſt ſemiruſticus.

Villaris,& hoc,re.o.t.(ἀγροῖκος) Villaticus.

Villaticus,ca,cum.(ἀγροῖκος) quod ad uillã pertinet. Vnde uillatica paſtio, dicitur alimentũ quod pertinet ad animalia, quæ ruri nutriuntur. Sic dicitur uillaticus canis.

Villico,cas.n.p.& uillicor deponens, ſignificat ruſticor,ſiue in uillam animi cauſa ſecedo. ἀγραυλῶ. Terent. in Hecyra, Hic uillicor ante urbem. Aliquando uillicari, eſt uillæ præeſſe.οἰκονομεῖν. Hinc uillicatio, ipſa ruſtica negociatio,uel uillæ diſpenſatio.

Villicones, m. t. idem quod uillici, uel præfecti uillicationis,ut eſt apud Apul.

Villicus,ci.m.ſ. pen.cor. propriè uillæ gubernator, uel qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curæ. τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργῶν,οἰκονόμος. Vnde à uilla uillicus nomen accepit,Varr. Oeconomus autem,tam pecuniæ,quàm frugum,& omnium,quæ dominus poſſidet,diſpenſator eſt. Ponitur tamen quandoq; uillicus pro ruſtico » agricultore. Horat. Villice ſyluarum & mihi me reddentis agelli. Villica, cæ. uxor uilli» ci. Martial. lib.1. Pinguis in æquales onerat cui uillica menſas.

Villum,li.n.ſ.(οἰνάριον) dimin.à uinum,ſicut ullus ab unus.Terent.in Adelph.

Villus,li.m.ſ.(θρίξ,λάχνη) pilus.Mart.Calfaciũt » uilli pallia noſtra mei. Hinc uilloſus adiect. quod uillis plenum eſt.

Vimen,inis,n.t.omne uirgultum molle,& ad ligandum aptum,quaſi uincimen. λύγος,ῥίψ. Fiunt autem uimina ex populorum nigris,ulmi,& ſanguineorum fruticum, & betulæ,& uitis,& coryli intortæ,et ſalicis,quæ principatum obtinet. Hinc uimineus,nea.neum. οἰσύινος.quod eſt ex uimine:ut, Vaſa uiminea.

Viminale,n.t.quod eſt ad ligandum aptum, ſeu quod pertinet ad uimina.λυγιστικόν.Plin.Hæc eſt uiminalium cultura.

Vinacea,orum,neut.gene.plur.num. ſunt grana uuæ iam preſſæ, & etiam nondum preſſæ. στέμφυλα. Eſt & uinaceus,cea.ceum. Plin. Legimus quendam grano uinaceo ſuffocatum. hoc eſt acino uuæ. Dicimus & uinaceus,cei. gen.maſc. in eadem ſignificatione. Et uinacea,ceæ.fœm.gen.

Vinago,ginis.f.t.(ἡ οἰνὰς) palumbis,ſiue columbæ ſpecies,ab uſu (ut puto) labruſcæ, qua ueſcitur.Vide palumbes.

Vinalia, tam ſecundæ quàm tertiæ decl. pro die feſto, quo ueteres nouum uinum Ioui libabãt. Plin.lib.18.cap.29.πιθοιγία.

Vinarius,rij.m.ſ.uini uenditor.οἰνοκάπηλος.Vnde Lampridius ſcribit, Alexandrum Romanum imperatorem conſtituiſſe corpora uinariorũ, & caligariorum,et omnino omnium artium. Ponitur aliquando pro uinoſo,ac ebrioſo. Vlpian.in l.ob quæ de ædilici edict. Item aleatores,& uinarios non contineri edicto,quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait,&c.

Vinarius,ria.rium. quod ad uinum pertinet,(οἰνηρός) ut taberna uinaria,uas uinariũ,in quibus aut uenditur,aut tenetur uinum.

Vinca,cæ.p.f.herba uulgò nota,quæ in longum creſcit,obuia quæq; uinciens,lauroq; folia habet ſimilia, & chamædaphne (χαμαιδάφνη) dicitur.id eſt parua laurus. Dicitur etiam uinca peruinca.

Vincio,is.xi, uinctum, cum n ante c.a. q.ſignificat ligo,quaſi uim iniicio.δέω,πεδάω.Huius cõpoſita ſunt, Deuincio,ualde uincio. Reuincio.

Vinco,cis,ci.ctum.a.t.ſupero.κρατέω,καταγωνίζομαι, νικάω. Per translationem ponitur pro exprimo, & quaſi difficultatem rei dicendo ſu» pero. Verg. Nec ſum animi dubius, uerbis » ea uincere magnum Quàm ſit. Item pro a» nimi compos fio. Idem lib.3. Georg. Illi ui» ctor ego; & Tyrio conſpectus in oſtro. Vincere cibum dixit Plin.pro concoquere. Hinc

Vincibilis, & hoc,le. quod facile uincitur. Compoſita huius ſunt, Conuinco, deuinco, euinco,& prouinco. Deriuata ſunt uictor, uictrix,uictoria,uictorioſus,& uictima.

Vincĭbĭlis,le.o.t.qui uinci poteſt. νικητός. *Col.lib. 3. Grauem terrã,uix ulla cultura uincibilem.*

Vinctŭs,a.um.ligatus,& aliquando captiuus dicitur. δεσμός. *Vnde quandoq; pro ſeruo,& compedito ſumitur. Seneca, Qui unus erat è uinctis Cæſaris,mox libertate donatus eſt.*

Vinctŭs,us.ui.m.q.uinculum.Var.Deniq; diſcat perdere in palmam aut funiculo aut uinctu.

Vincŭlă,& per ſyncopen Vincla,n.ſ. (δεσμά) *dicuntur ligamina. Per translationem dicitur carcer, in quo noxij uincti ſeruantur, præſertim in plurali numero.* δεσμωτήριον. *In uinculis eſſe,eſt in carcere eſſe uinctum.*

Vindēmiă,iæ.ſ.p. (τρυγητός) *quaſi uini demia,à uino demendo. Transfertur quoque etiam uindemia ad alia. Plin. Prima melius uindemia melior.*

Vindēmiālis,& hoc,le.o.t. & Vindemiatorius, a.um. τρυγητικός. *quod ad uindemiã pertinet.*

Vindēmĭo,mias,n.p.uindemias colligo. τρυγάω. *Plin. Nouiſſimas uindemiant. Hinc uindemiator,* (τρυγητής) *cuius de,ſyllaba corripitur »metri cauſa. Horat.in Serm.Vindemiator,& »inuectus cui ſæpe uiator. Ouid.uerò detraxit »a, At non effugiet uindemitor hoc quoq; cauſam. Eſt autem uindemiator, qui uindemiat.*

Vindex,c.t.propriè ultor iniuriæ. τιμωρός. *Dicitur aliquando uindex, qui alterius cauſam ſuſcipit uindicandam, ut quos nunc procuratores uocamus,ut ſit uindex quaſi defenſor,aſſertor.Cic.3.de Legib.Habet ſanè populus tabellam,quaſi uindicem libertatis. Et uindex, qui ſe ex ſeruili conditione in libertatem uindicat,à Vindicio ſeruo ex urbe Setia, qui quoniam coniurationem de reducendo Tarquinio detexit,liberatus eſt, ut inquit Liu.lib.3. Hinc & Vindiciæ,* (ἐλευθερώσεις) *dicũtur ſententiæ,ſiue aſſertiones,aut adiudicationes: quæ ab aliquo negotio nos liberant.*

Vindĭco,cas.a.p.pen. cor. propriè ulciſcor,punio,caſtigo. ἐκδικέω, τιμωρέω. *Vnde uindicta. Et uindicare,eſt ab iniuria,contumelia ue aut damno defendere, aut liberare,* ἀπαλλάττειν. *Liu.lib.3. A cuius crudelitate uoſmetipſos armis uindicaſtis. Item uindicare in libertatẽ aſſerere.* εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρεῖν. *Vnde uindicta, uirga, qua ſerui libertate à prætore donabantur.*

Vindictă,tæ.ſ.p.ultio. ἐκδίκησις. *Aliquando libertas,ſiue uirga,qua ſerui libertate donabantur.* ῥαβδίον, ᾧ παντελῶς ἀπελευθέρωσις.

Vīneă,eæ.ſ.p. (ἄμπελος) *multitudo uitiũ ſimul conſitarum. Eſt etiam uinea inſtrumentum bellicum,ex lignis compactum,latum pedibus octo,altum ſeptem,longũ ſedecim, tectum duplici ligno,cratibusq; contexitur. Latera quoq; uimine ſepiuntur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringãtur: extrinſecus,ne crementur, crudis ac recentibus corijs integuntur.*

Vineālis,& hoc.le.o.t.quod eſt aptum ad uineã. ὁ ἀμπελώδης.

Vineārĭus,ria.rium.quod eſt uineæ,uel quod ad uineam pertinet. ἀμπελικός.

Vineātĭcŭs,ca.cum. quod ad uineam pertinet. ut falces uineaticæ. Var.

Vinētŭm,ti.n.ſ.locus ubi multitudo uitis conſita eſt, hoc eſt ubi multæ uites, uel multæ uineæ ſunt. ἀμπελών.

Viniŏlŭs,a.um. qui molliter ſe gerit, & effœminatè.

Vinĭpōtŏr,ris.m.t.potator uini.

Vinĭtŏr,oris.m.t.pen.cor.ruſticus uinearum cultor. ἀμπελουργός. *Verg.lib.2. Georg. Iam canit »extremos effœtus uinitor antes.*

Vīnōlentŭs,a.um. ebrioſus, uino ſe ingurgitans. ἔξοινος, πάροινος. *Hinc uinolẽtia,ebrietas.Cic.*

Vīnōsŭs,a.um. (μεθυστικός, οἰνώδης) *qui ad uinũ affectus eſt, ſiue qui uini cupidus eſt, ut ait Vall.lib.1. Plin.ait idcirco uinoſos dici homines, quòd ſoli animalium non ſitientes bibant. Ponitur aliquando pro ebrioſo. Plin.inter mala Punica genera uinoſa quædam appellat, quæ aluum ſiſtunt,& ſtomachum.*

Vinŭlŭs,a.um.pen.cor.molliter ſe gerens,uiniolus,& minime uiriliter, quod facit illecebroſus. Plaut.in Aſin.Cõpellando blanditer,oſculando,oratione uinula,uenuſtula.

Vīnŭm,ni.n.ſ. (οἶνος) *à ui deducitur, quòd uim inſerat menti. Et in plurali habet uina, & uinis. Oui. Et Venus in uinis,ignis in igne fuit. Dimin.à uinum eſt uillum,quod etiam uinellũ dicitur. Vel uinum.* ἀπὸ τῆς ἴνος.

Vio,uias, uiaui, uiatum, n. p. ſignificat iter facio,

cio. ὁδεύω. unde uiator, qui uiat.

Viŏlă, læ. f. p. quaſi minime uiolata, per antiphraſin. Vel quòd non uiolanda. Violarũ tria ſunt genera. Nam eſt uiola purpurea, quæ nomen Græcum tenet, & appellatur ἴον ἄνθος. quod eſt uiola flos, unde ueſtis hianthina. Secunda eſt lactea. Tertia eſt coloris palliduli. uide Plin. lib. 21. cap. 6. & lib. 6. cap. 19.

Viŏlābĭlĭs, le. o. t. qui aptus eſt, ut uioletur. βιάσιμος. ut inuiolabilis, qui nõ facile uiolari poteſt.

Viŏlācĕŭs, cea, ceum. idem quod purpureus, qui in uiolæ colorem tendit. ἰοειδής.

Viŏlārĭă, locus ubi naſcuntur uiolæ. ἰωνιά. Vergil. lib. 4. Georg. Irriguumq; bibant uiolaria fontem.

Viŏlārĭs, & hoc, re. o. t. quod eſt coloris uiolæ.

Viŏlārĭŭs, rij. m. ſ. dicitur uiolacei coloris infector. ἰοβάφος. Plau. in Aul.

Viŏlēntŭs, a. um. (βίαιος) qui uim facit.

Viŏlēns, entis, o. t. pro uiolento ponitur. Hinc uiolenter aduerb. Violenter tolerare, dixit Terent. in Phorm. id eſt ægrè, inuitè. Hinc quoq; uiolentia, tiæ.

Viŏlo, las. a. p. pen. cor. corrũpo, polluo, & quaſi uim infero, quod propriè de uirgine dicitur. βιάζομαι, παρανομέω. Hinc inuiolatus, intemeratus. Sed ad alia trãsfertur. dicimus enim uiolare amicitiam, dignitatem, exiſtimationem.

Vipĕră, ræ. f. p. pen. cor. ſerpentis genus, quòd ui pereat. À uipera fit uiperinus, na. num. (ἐχίδνιος.) Cic. Morſus uiperinus.

Vipiōnēs, m. t. (γερανίδες) ſunt minores grues ſicut pipiones minores columbi. Plin. lib. 10. capite 49.

Vĭr, ri. m. ſ. à ui dicitur, quòd ui, hoc eſt potentia præſtet, (ἀνήρ.) Et modò reſpectu ætatis dicitur uir, modò reſpectu ſexus: ut, Eſt ne uir, an mulier? Vnde ſemiuiri, (ἡμίανδροι) dicuntur eunuchi, & molles, atq; effœminati. Modò reſpectu coniugij, ut Vnius uxoris uir. Nec ſolũ de hominibus, ſed etiam de brutis. Verg. Vir gregis ipſe caper. Modò reſpectu fortitudinis. Virum enim hominẽ præſenti excellentiq; animo nuncupamus. À uir fiunt, Semiuir, duumuir, triumuir, quinqueuir, ſeptemuir, decemuir, centumuir, leuir.

Vĭrāgo, inis. f. t. (ἡ ἀῤῥενωπὸς γυνὴ) pen. prod. mulier fortis, uirilia opera faciens.

Vĭrĕo, res, n. ſ. uiridis ſum, (θάλλω, χλωραίνομαι, χλοαίνομαι.) Hinc uirĕſco, uiridis fio, & ſic primam ſyllabam cor. Hinc etiam euireſco, (ἀναίνομαι) quod eſt, ſine uiriditate fio. Var.

Vĭrēſco, n. t. interdum uireſcere, ſignificat maiorum uirium fieri, (κραταιοῦσθαι) & ſic primã ſyllabam prod. Verius in poëmatis, Hinc creſcunt animi, uireſcit uulnere uirtus.

Vĭrētŭm, ti. n. ſ. locus uiriditate plenus, uel ipſæ herbæ uirentes. Verg. lib. 6. Aen.

Virgă, gæ. f. p. (ῥάβδος) dicta eſt, quòd uim gerat ligando, uerberando'ue. À quo nomina fiunt tria diminutiua, ſcilicet uirgella, uirgula, (ῥαβδίον) & uirguncula. Sed uirgula etiã linea dicitur, & uirguncula puella.

Virgātŭs, a. um. adiectiuũ: ut uirgata ueſtis, quæ eſt (ut Iulius Pollux inquit) in qua intexebantur uirgæ purpureæ.

Virgātŏr, oris, m. t. qui uirgis cædit. Plautus in Aſin. Audaces uiros, ualentes uirgatores.

Virgĕŭs, ea. eum. quod eſt factum ex uirgis.

Virgētŭm, ti. n. ſ. locus uirgis cõſitus, ad alligandas uites. Cic. 2. de Legib.

Virgĭnālĭă, ium. n. t. (παρθένια) ſubſtant. uirginitatis ſunt ſigna, ut ait Auguſt.

Virgĭnālĭs, & hoc. le. o. t. quod eſt dignum uirgine, aut quod ad uirginem pertinet, (παρθενικός.) Vt uirginalis modeſtia, Cic. Et uirginalis habitus atq; ueſtitus, apud eundem 6. Verr. Pro uirgineo quandoq; accipitur.

Virgĭndēmĭă, miæ. f. p. collectio uirgarum, (ῥαβδολογία.) Var. in Aga.

Virgĭnĕŭs, nea. neum. quod eſt, aut fuit uirginis.

Virgo, inis. com. t. à uiridiori. id eſt ualidiori ætate appellata eſt, (παρθένος.) Vnde & matres ſæpe uirgines dicuntur. Nunc uerò tam marẽ quàm fœminam ſignificat, rei uenereæ expertem. Veteres etiam omne incorruptum & intactum, uirginem dixerunt. Cic. in Ora. Philoſophia, caſta, uerecunda, incorrupta uirgo. Et Auguſtin. ſaliuam uirginem dixit, quæ nondũ cibo potuq; corrupta fuit. Et de equabus dicitur, Plin. Hinc uirginitas, caſtitas, caſtimonia.

Virgultŭm, ti. n. ſ. multitudo uirgarum pullulantium, (φρύγανον, ῥῶπες.) Verg. 2. Georg.

Virgŭncŭlă, læ. f. p. (παρθενισκάριον) dimin. accipitur pro parua puella, & pro parua uirga.

Viriātŭs, a. um. magnarum uirium, obſoletum eſt,

eſt,(κρατααιός.) Lucilius.

Vĭrĭă,ſiue Viriola,læ.f.p. ornamentum colli, è gemmis uiridibus,ut quidam uolunt.

Vĭrĭcŭlæ,f.p.(ἰσχύες) diminut. à uiribus,hoc eſt puſillæ uires. Dicimus etiam uiriculas patrimonij puſillũ matrimonij,ſiue facultatulam.

Vĭrĭcŭlŭm,li.n.ſ. genus teli in bello Perſico inuenti,quod alij uericulum uocãt. dicitur & betonica,à Græcis κέστρον dicitur.

Vĭrĭdārĭŭm, rij. n.ſ. locus in quo ſunt herbæ, & plantæ uirentes,& amœnitate refertus. ἀλωή.

Vĭrĭdārĭŭs,a.um.adiect. unde uiridarij ſerui ab Vlp.Iureconſ.dicuntur,qui hortos curant,& eorum curam habent.

Vĭrĭdĭă,n.t.dicuntur prata, ſeu horti arboribus conſiti,uoluptatis cauſa comparati.

Vĭrĭdĭcātŭs,ta.tum. χλωρός. Cice. ad Qu.fratr. Equidem affirmo mirifica ſuauitate te uillã habiturum,piſcina,& ſalientibus additis,palæſtra,& ſylua uiridicata.

Vĭrĭdĭtās,atis.f.t.uide Viror.

Vĭrĭdis,& hoc de.om.t. (χλωρὸς,θαλλὸς) à uigore dicitur.Vnde dicimus uirides plantas,quæ nondum aruerunt, & in uigore ſuo ſunt. Et quoniam in his herbaceus color eſt,eum etiam colorem uiridem dicimus.

Vĭrĭdo,das.a.p. uiridem facio, à quo uiridans, quod eſt uiride,(χλωρίζων.)

Vĭrīlĭs,& hoc le.o.t.pen.pro.ἀνδρικὸς,ἀνδρεῖος. quod eſt uiri, ut opus uirile. Aliquando dicitur fortis,magnanimus. Terent.in Phor. Animo uirili,præſentiq́ ut ſis,para. Pars uirilis. id eſt uires,animi fortitudo,Cic. Hinc uiriliter aduerb.fortiter,& magno animo. Cic.2. Tuſc. Aegrotare uiriliter nequeunt.

Vĭrīlĭă,n.t.tantum plur.uerenda,pudenda.

Vĭrīlĭtās,atis.idem Mart.lib.9.

Vĭrĭpŏtēns,f.t.cum accentu in antepen.dicitur à Plau.in Perſa uirgo, quæ annos pubertatis exceſſit,& quæ iam uirum ſuſtinere poteſt.

Vĭrĭtānĭŭs ager, q̃ uiritim populo diuidebatur.

Vĭrĭtĭm,aduerbiũ, ſignificat per ſingulos uiros, (κατ᾽ ἄνδρας.) Dicitur etiam de uno uiritim. Curtius, Si quis uiritim dimicare uellet prouocauit.

Vĭro,ras.a.p.fortifico,(ἀνδρόω.) A quo,Euiro, de quo ſuprà.

Vĭrŏr,oris,m.t.& uĭrĭdĭtās,ſunt eiuſdem ſignificationis, (χλωρότης.) Tranſlatè ponitur pro ui & fortitudine. Cice. de Amicitia, Senectus aufert uiriditatem.

Vĭrōsă mulier.(φίλανδρος γυνὴ) dicitur quæ uiri appetens eſt, ſicut mulieroſus, uir mulieris appetens. Et uiroſi loci à Catone dicuntur,qui coitum uiri affectant. Et ſic habet primam correptam.

Vīrōsŭs,ſa.ſum. à uiris fit,& habet primam productam, ſignificatq́ quod eſt mali odoris, & quandoq́ quod eſt mali ſaporis, (βρωμώδης.) Var. Rancidam carnem appoſuit nobis & uiroſam.id eſt mali ſaporis. Poteſt etiam dici uiroſus,ἰσχυρὸς. pro forti,à uiribus.

Vĭrtūs,ἰσχὺς, δύναμις. à uiro dicta eſt, teſte Cic. 2.Tuſc.quæſt.& propriè fortitudinem ſignificat, quòd uiri maximè fortitudo ſit,ſiue quòd uir fortis dicitur. Vnde cum uirum dicimus, non tam ſexum ſignificamus, quàm robuſtũ & fortem. Et tunc definitur uirtus, quòd ſit perferendorum malorũ,forti atq́ inuicta patientia. & quicquid uitio contrarium eſt,uirtus dicitur,quæ ſic definiri ſolet: Virtus eſt affectio animi conſtans, conueniensq́, laudabiles efficiens eos in quibus eſt: & ipſa per ſe ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis. Horat. Virtus eſt uitium fugere,& ſapientia prima. Virtutem antiqui Deam fecerunt, quam Auguſtinus non eſſe deam,ſed donum Dei aſſerit. Lucilius de Virtute.

» Virtus,Albini eſt precium perſoluere uerum.
Virtus eſt, homini ſcire id quod quæque habeat res. Virtus, ſcire homini quidnam utile, quid ſit honeſtum. Quæ bona, quæ mala:item quod inutile, turpe, inhoneſtum.
Virtus quærendæ finem rei ſcire modumq́.

Aliquando uirtus dicitur uis illa,qua res,cuius eſt uirtus,perfecta redditur. δύναμις. Cic. Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuiq́ uirtus. Aliquando pro ope & auxilio. Plaut. Deum uirtute eundem hoſpitio accipiam.

Vĭrŭlēntŭs,a.um. qui eſt plenus ueneno, ἰώδης.

Vīrŭs, τὸ βρωμῶδες,τὸ δυσῶδες. indeclinabile, & generis neutri,quod & uirus, ri. apud Antiquos,ſicut uulgus,gi. dicitur. Et propriè ſignificat aſperitatẽ odoris in homine iam adulto,quippe talis odor in puero non eſt,nec ante coitum mulieris. Dicitur quoq́ de graui rerũ

aliarum

aliarum odore. Hinc apud Col. Virus paludis, pro tetro odore paludis. Aliquando ſignificat aſperitatem ſaporis, & aſperitatem coloris. Plin. de ſanguine purpuræ, Tum ſuperadditum decoquitur uirus. Aliquando genituram. id eſt humorem, qui è genitalibus fluit. Aliquando uirtutem naturalem. Lucret. lib. 2. Concoctosq́; ſuo contractus perdere uiro. Aliquando uirorem, ſeu herbas uirétes. Stat. lib. 1. Syl. Plerunq; uirus, (ἰὸς) pro ueneno ponitur. Verg. Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris.

Vis, uis, f. t. accuſat. uim. ἰσχὺς, δύναμις. Plural. uis, accuſ. uis, uocat. uis, apud Veteres. Salluſt. lib. 3. Hiſt. Male iam aſſuetum ad omnes uis controuerſiarum. Nunc ab antiquo ſingulari dicimus hæ uires, uirium, uiribus. Ponitur autem uis pro uirtute. Salluſt. Sed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt. Aliquando pro poſſibilitate, ſeu fortitudine, & uiolentia. βία. Hinc uiolo, as. Aliquando pro multitudine ac copia. πλῆθος. Liu. Magna uis ex Sicilia aduecta. Aliquádo pro celeri impetu.

Viſcĕrārī, d. p. Veteres dixerunt carnem populo diſtribuere. κρεανομεῖν.

Viſcĕrātim, aduerb. ſignificat per uiſcera. κρεάρπαγηδόν. Enn. Diſſipat uiſceratim membra.

Viſcĕrātio, onis. f. t. (κρεανομία) crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebat uel in ſolenni feſtiuitate, uel in funere alicuius excellentis perſonæ. Seruius, Viſceratio eſt caro, à uiſcere nomine deducta.

Viſcōſus, ſa, ſum. quod eſt tenax. γλοιώδης. Dicitur etiam uiſcidum.

Viſcus, ſci. n. ſ. & uiſcum, (γλοιὸς, ἰξὸς) glutinum, quod ad aucupium pertinet. Nam uiſco, propter eius tenacitatem aues captantur. Eſt & uiſcum frutex, qui ex turdorum potiſſimum fece ſuper arborum quarundam ramis delapſa, & à ſole cum humiditate quadam feruefacta naſcitur: uiret auté per totam hyemem. De hoc Plin. lib. 16. cap. 44. Et uiſcum antiqui dicebant eſſe rete, à tenacitate. Verg. 1. Georg. A uiſcus fit adiectiuũ uiſcatus, uiſco oblitus. Viſcata munera, & hamata pro eodé, hoc eſt quibus maiora attrahũtur, quàm quæ dantur. Hinc fit inuiſco, ſcas. quod eſt uiſco inficio.

Viſcus, eris, n. t. (σπλάγχνον) caro, non tantum inteſtina, ſed quicquid ſub corio eſt. id eſt caro quæ eſt inter oſſa & cutem. Vnde & uiſceratio dicitur conuiuium de carnibus factum. Hinc euiſcero, ras. quod eſt, uiſcera extraho.

Viſibilis, le. o. t. (ὁρατὸν, θεατὸν) quod uideri poteſt: ſicut inuiſibile, quod uideri non poteſt.

Viſito, tas, a. p. (ἐπισκέπτομαι) frequentatiuum eſt à uiſo, à quo fit uiſitatio, quæ propriè ad officium pertinet. Hinc uiſitaſſe, pro ſæpe uidiſſe capitur.

Viſō opus eſt, ὁρᾷν δεῖ ſignificat, oportet uidere.

Viſo, ſis. n. t. ἱστορέω, ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ. ad uidendum eo. Aliquando ponitur pro uideo tantum, præſertim quando iungitur cum Eo, is, aut uenio. Terent. in Phorm. Vultis ne eamus uiſere? In compoſitis etiam. Teren. in Andria, Reuiſo, quid agant. Prouiſo duas res ſignificat, procedo & uideo. Similiter uiſo, uideo ſignificat, quando iungitur his ablatiuis, gratia, cauſa, ſtudio, & huiuſmodi. Terent. in Hecy. Ne mittas quidem uiſendi cauſa quenquam. A uiſo fiunt cõpoſita, Circumuiſo, inuiſo, (ἐπισκέπτομαι) prouiſo, reuiſo. Inuenitur & paſſiuum uiſor, in tertijs potiſſimum perſonis.

Viſum eſt faciendum, facere, (ἔδοξε) modus dicendi: ut, Viſum eſt facere, ut te admonerem, quod eſt, putaui te admonendum.

Viſus, us. m. q. & uiſio, onis, ipſe uidendi actus. ὄψις. ſicut guſtus, pro actu guſtandi. Ponitur interdum pro eo quod uidetur. Vergil. 7. Ritè ſecundarent uiſus. Viſio modò ſignificat inſpectionem. Apul. Ciuitas cuncta uacuatur ſtudio uiſionis. Modò id quod in ſomnis uidetur, ut inquit Macrob. lib. 1. in Som. Scip. quãdo eodé modo quo apparuerat, eueniet, Græcè ὅραμα uocant. Præterea uiſa ſomnia dicuntur & nocturna, ſiue etiã diurna. φαντάσματα. quæ etiam uigilantibus apparent.

Vita, tæ. f. p. (βίος, ζωὴ) à uiuo, is. & modò animam ſignificat, ſine qua nemo uiuit. Modò denotat mores. Terent. in Adelphis, Inſpicere tanquam in ſpeculũ uitas hominum iubeo. Modò alimentum, ſeu uictum. Terent. Eadem quippe homo iam grandior, cui opera uita erat. Modò ſpacium uiuendi. Terent. Nam tua quidem Hercle hæc uita certè expetenda atque optanda eſt. Variatur in plurali. Cic. Serpit per omnium uitas amicitia. Mea uita, blandien-

blandientis uox eſt. A uita fit euitare, quo uſus eſt Cic. in Tuſculanis quæſtionibus.

Vitābūndūs, a. um. idem quod uitans.

Vitālis, & hoc le. om. t. quod uiuere poteſt, uel quod uiuit, aut quod uitam præſtat. βιώσιμος, ζώσιμος, ζωτικός. Hinc uitalitas, pro uita, & uitali motu. Plin.

Vitēllūs, li. m. ſ. à uita dictus eſt, oui pars rubra, quòd ex eo uiuat pullus. λέκιθος, τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ. ipſum enim animal ex albo liquore oui corporatur, cibus eius in luteo, hoc eſt in uitello.

Vitēllinūs, a. um. adiect. Cic. ad Pætum lib. 9. Integram famem ad ouum affero, ita uſque ad aſſum uitellinum opera perducitur.

Vitās, fruticis genus, Græci ἄγνον uocant. id eſt caſtum, uulgus herbariorum agnum caſtum uocat, utraque uoce idem ſignificante. Plinius lib. 24. cap. 9.

Vitiārium, rij. n. ſ. uitium ſeminarium. ἀμπελών. Colum. lib. 3. cap. 5. Vitiarium neque ieiuna terra, neque uliginoſa faciendũ eſt. Et uitiarium, locus in quo ſunt uites. ἀμπελόφυτον. ſicut pomarium, ubi ſunt poma. Var. lib. 1. de re Ruſt.

Vitīcŭlă, læ. f. p. dimin. à uite. ἀμπελίς. Cic.

Vitīcŭlŭs, li. m. ſ. (κλημάτιον) capreolus uitis, flagellum, & clauiculus, ut ſunt flagella etiam cucurbitarum & ſimilium. Alij uolunt neut. gen. eſſe uiticulum.

Vitifĕr, a. um. adiect. quod fert uites, ſiue in quo proueniunt uites. Mart.

Vitĭgĭnĕŭs, nea. eum. quod ex uite fit. ἀμπέλινος. ut uitigineum ſimulachrum.

Vitĭlĭă, n. t. dicuntur, quæcunque ſic lenta ſunt, ut commodè flecti poſſint. λύγοι. à uinciendo dicta: ut uitex, uitis, uimina uiticula.

Vitiligo, inis. f. t. totius corporis uitium eſt. λευκή. Nam uitiliginem faciũt diuerſi coloris maculæ, per omnia membra diſperſæ. Dicta uitiligo, uel à uitio, uel à uitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Sed Celſus uitiliginem eſſe dicit herbam, quæ ἄλφος dicitur, quia alba, cum & alia quoque ſit guttis diſperſa, quæ melas à colore nigro dicitur, utraque tamen ſerpit. Ob hanc igitur ſimilitudinem, uitiliginem magis dictam puto. De morbo Apul. in Magia. Mart. lib. 5. linguæ uitiliginem dedit per quandam ſimilitudinem.

Vitilitigātōrēs, m. t. dicti ſunt uitioſi litigatores, hoc eſt alienorum operum calumniatores, obtrectatores. συκοφάνται.

Vitilitigo, as. a. p. pen. corr. obſtrigilo, carpo, criminor, damno, mordeo. συκοφαντέω. unde uitilitigatores.

Vitio, as. a. p. corrumpo, deſtruo. καταισχύνω. Et uitiare, eſt fœdare. λωβᾶσθαι. Apul. Vtroque oculo uitiatus. Hinc corpore uitiatos dicimus, qui cæci, uel manci, uel claudi nati facti ue ſunt. Hinc uitiatio, corruptio. Vitioſitas uero, uitium dicitur.

Vitio dare, aut uertere, eſt culpare, uituperare. ἐγκαλεῖν, δι' αἰτίας ἔχειν.

Vitiōſŭs, a. um. adiect. uitijs plenus, deprauatus. Hinc uitioſè aduerb. malè, corruptè.

Vitiōſi magiſtratus, dicuntur uitio creati.

Vitiōſitās, atis. f. p. (κακία) ut Cic. lib. 4. Tuſc. inquit, eſt habitus, aut affectio in tota uita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiens.

Vitis, is. f. t. à uino dicta, quòd ferat uinum. ἄμπελος. Var. lib. 1. cap. 31. Et uitis eo, quòd inuitet ad uuas percipiendas, dicta primò uidetur. Erat & uitis geſtamen centurionis, non carnificis, aut lictoris.

Vitiſco, n. t. eſt uitis fio.

Vitiūm, tij. n. ſ. propriè dicitur, quod uirtuti opponitur. κακία. à uito, quòd uitandum ſit ac fugiendum. Aliquando dicitur error. σφάλμα. Plin. Librum uitijs plenum. Aliquãdo morbus, (ἔκπτωμα.) & non ſolum in homine, ſed in alijs quoque rebus dicitur. Ponitur aliquando pro culpa. Cic. 4. Acad. Huc ſi perueneris, me tibi primum quidque concedente, meum uitium fuerit. Aliquando pro ſtupro, unde offerre uitium uirgini, pro uitiare uirginem, dixit Teren. Vitium facere dicuntur ædificia, dum corruunt, & damnum patiuntur. Ponere in uitio, eſt ſumere in malam partem. Cice. * Corripit primam contra primitiui naturã, quia Vito producitur.

Vito, as. a. p. (ἀλεείνω, φυλάττομαι, φείδω, ἐξίσταμαι) caueo, imò plus eſt quàm caueo, & à ui deducitur, quaſi ui auertere, à quo uitium dictum. Seipſum uitare, eſt non ſibi conſtare, uel ſibi diſplicere propter ſcelerum conſcientiam. Cuius compoſita ſunt, Deuito, euito, perfectè uito. & habent pen. cor.

Vitrĕōlŭm, li. n. ſ. herba muralis, quæ mirum in modum

modum naſa confricata purificat.

Vitrĕŭs,a.um.adiect.quod ex uitro eſt. ὑάλιον. ut uitreæ ampullæ,apud Plin. Significat & id quod uitri colorem refert:ut,fons uitreus.

Vitrĭārĭŭs,rij.m.ſ.uitrorum factor. ὑαλουργός.

Vitrĭcŭs,ci.m.ſ.id eſt matris meæ maritus.

Vitrĭōlŭm,li.n.ſ.(ὑαλίδιον)paruum uitrũ.Significat etiam atramenti ſpeciem & chalcitidem.

Vitrōſŭs,a.um.quod abundat uitris,uel uitrum habet. ὑαλώδης.

Vitrŭm,tri.n.ſ.materia tranſlucida,quæ ex arena & cinere percoctis fieri dicitur. ὕαλος.

Vittă,tæ.f.p. faſcia , qua circum caput antiqui, uel crines, uel ſerta, aut flores, aut quiduis aliud religabant. ταινία. Hinc uittatus, adiect. Plin.Vittatã nauem Dionyſius tyrannus Platoni miſit obuiam.

Vĭtŭlă,læ.f.p.uacca uiridioris ætatis,ἡ μόσχος.

Vĭtŭlārī,d.p.Veteres uſurparunt pro uoce lætari. Et uitulantes,dicuntur lætantes:& uitulatio,lætitia. Quoniam eam ueram uitam putabant,quæ in ſumma lætitia ac tranquillitate degeretur. Hinc uiuere ſæpenumero ponitur,pro lætam uitam agere.

Vĭtŭlŭs,li.m.ſ.(μόσχος) à uitulando,id eſt laſciuiendo . Et dicitur non modò de bobus genitis , ſed etiam ex alijs quadrupedibus maioribus,& piſcibus. Plin. de balænis, Irrumpunt orcæ in ſecreta, & uitulos earum ac fœtus lacerant morſu. Vitulus etiã nomen piſcis eſt, (φώκη) ſiue potius maris bellua eſt, corio & pilis tecta, quæ & phocas dicitur: parit in terra pecudum more.Vituli autem nomen accepit, quòd illi in ſomno mugitus ſit. Hinc uitulinus adiect. quod ex uitulo eſt:ut,Vitulina caro.

Vĭtŭpĕrĭŭm,rij.n.ſ.idem quod uituperatio.

Vĭtŭpĕro,as.a.p.uitio aliquid do , quaſi uitium paro. ψέγω, μωμῶμαι. Hinc etiam uituperatio,quæ ſi cum uerbo uenio, uel ſimilibus iungatur,paſſiuè accipitur. Inuenitur datiuo iunctum. Plaut.in Caſſ. Cur omine malo uituperat malo? Hinc uituperabilis, & le.dignum quod uituperetur.Producit primam,quamuis à uitio deriuetur.

Vĭtŭpĕrōnēs,m.t.qui & uituperatores. ψέκται.

Vĭuārĭŭm,rij. n.ſ. locus in quo uel aues, uel piſces,uel feræ continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinent. ζωοτροφεῖον.Plin. Idem leporarium dicitur,& roborarium. Propriè tamen piſcinæ,ubi piſces continentur.

Vĭuāx,acis.o.t.ualidum,uigoroſum,diu uiuens, & quod abſumi non poteſt. βιώσιμος. Hinc uiuacior,uiuaciſſimus. Viuacitas, atis.f.t.eſt naturalis uigor ac robur.

Vĭuērră,ræ.f.p.animal paruum quidem,ſed magni uigoris,muſtella ruſtica dicitur. γαλῆ. Eſt aliud muſtellarum ſylueſtrium genus,quæ longè domeſticis maiores ſunt , à Græcis ἰκτίδες uocantur.Ariſtoteles ἴκτις, ſylueſtris muſtellæ genus eſt , magnitudine Melitenſis catelli , ſed pilo,facie, albedine partis inferioris , & morũ aſtutia muſtellæ ſimile eſt.

Vĭuēſco,is.n.t.ſiue uiuiſco.id eſt uiuo,ſiue uiuus fio. Lucret.Propriè uſurpatur , cum de rebus alijs ab animali , quod communi uita fruitur,loquimur.

Vĭuĭdŭs,a.um.quaſi uiuum. ἔμψυχος. Aliàs uiuidum , dicitur robuſtum ac plenum uigoris. ἀκμαῖος. aliàs integrum.

Vĭuĭrādix,icis.f.t.(μόσχευμα) uitis quæ cum radice ſeritur,quaſi uiuam radicem habens , ad differentiam malleoli & talearum.

Viuo,is.xi.ctum. n.t. quaſi uim & uigorem habeo. βιόω, βιοτεύω. Quintil.lib.9.cap.3. Non ut edam,uiuo,ſed ut uiuam,edo. Quod licet abſolutum ſit,dicimus tamen quandoq;,Viuo felicem uitam. Interdum uiuere,eſt lætam uitam agere. Plau.in Mil. Conſerui, conſeruæq; omnes bene ualete,& uiuite. Ita uiuam,bene precantis particula eſt.Cice. Ne uiuam,id eſt ne ſim ſaluus, imprecantis particula,pro diſperεam.Cic. Viuere in diem dicuntur,qui quotidie parant noua cibaria . ἐφήμεροι τῷ βίῳ, ἐφημέβιοι. Huius uerbi compoſita ſunt,Conuiuo:unde conuiuium. Peruiuo,quod eſt uſque ad finem uiuo.Reuiuo,à quo reuiuiſco,rurſus uiuus fio. Superuiuo.Huius uerbi frequentatiuum eſt uicto,as.(ζάω) à quo fit uictito,tas.

Viuŭs,a. um. (ζωὸς, ζῶν, ἔμψυχος) quod uitam habet. Quandoq; ponitur pro naturali.Vergil.lib.2.Georg. Et uiua ſua plantaria terra. Quandoq; pro eo quod uim aliquam habet. Quandoq; pro ualido aut uehementi.Verg.1. Aeneid. Incipit,& tentat uiuo præuertere amore. Hinc ſemiuiuum,(ἡμίζωον) quod modò ſignificat ſemimortuum, modò debile ac uigoris

goris exigui. Viuus lapis, dicitur naturalis. Quidam tamen uiuum lapidem ignarium. πυρεῖον, πυρίον, πυρίτης, ἔναυσμα, ἐμπύρευμα uocant, quòd uim habeat emittendi ignem. Viua aqua, naturalis, & ex eo loco nata. Viuum flumen, eſt aqua fluens. A Viuus fiunt uiuior & uiuiſſimus. id eſt magis uiuens, maximè uiuẽs.

Vix, aduerb. ſignificat cum ui ac difficultate & labore. μόγις, μόλις, σχολῇ. Aliquando refertur ad tempus. Verg. Vix è conſpectu Siculæ » telluris in altum Vela dabãt læti. id eſt ſtatim. Aliquando ponitur pro non. Lucanus, Carcer uix carcere dignus.

Vix tãdẽm, ſignificat poſt multum temporis.

V ANTE L.

Vlcĕro, ras. a. p. pen. cor. dilanio, & quaſi ulcus facio. ἑλκόω. Plin. Item equarũ præterquam uirginum erodit, emarginat, ulcerat. Hinc Exulcero, ras. ulcus dilanio. Per translat. ſignificat exaſpero, exacerbo. Cic. Ita mihi animum exulcerauit.

Vlciſcŏr, eris. ultus, d. t. & punio, & uindico ſignificat. ἐκδικῶ, τιμωρῶ. uerum cum eſt uindicare, & hoſtes, & nos, & iniuriã ulciſci dicimus. Hinc ultio, uerbale, ipſe ulciſcendi actus.

Vlcŭs, eris. n. t. eſt tecta & clauſa malignitas. ἕλκος. eſt enim ſanies concreta intra cutem latitans. Vulnus uero, eſt hians patensq́ apertura corporis, ictu facta. Vlcera capitis manantia ſunt, quæ Græci ἰχῶρας uocant, imperitum uulgus reumam. Hinc ulcuſculum, dimin. Et ulceroſus, adiect. quod eſt plenum ulceribus, & transfertur ad arbores. Quidam hoc nomen aſpirandum putãt, quoniam à Græco originem trahit. illi enim ἕλκος dicunt.

Vlex, icis, f. t. frutex roris marini ſimilis, aſper, aurum retinens. Plin. lib. 33. cap. 4.

Vlĭgo, inis. f. t. (ἰκμάς) pen. prod. terræ humor, ex ea nunquã recedens. unde uliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus. ἔνικμος. Humidus, qui aliquando ſiccatur.

Vllŭs, a. um. (τὶς) aliquis, quaſi unus aliquis, quod nomen nunquam affirmatiuè ponitur, ſed negatiuè, ut non eſt ullus qui currat. Vel interrogatiuè: ut, Eſt'ne ullus qui currat? Vel ſubiunctiuè: ut, Si ullus me uocabit, ſtatim ueniam. Ab ullus ſit compoſitum nullus, uide Vall. lib. 3. cap. 30.

Vlmŭs, mi. fœ. gen. arbor uimeis unica. hinc Vlmeus, a. um: ut, Ramus ulmeus.

Vlnă, æ. f. p. (ὠλένα) cubitus ſeu brachium, quantum utriuſque manus extenſio continet. Vlna (inquit Seru. in Buc.) propriè eſt ſpacium, in quantum utraq; extenditur manus. Dicta ἀπὸ τῶν ὠλενῶν. id eſt à brachijs. Licet Suet. unum cubitum eſſe uelit tantummodo.

Vlpĭcŭm, ci. n. ſ. pen. cor. Græci appellauere genus allij, grandius inter pulmentaria ruris, authores Plin. & Colum. Quidã, ut ait Colum. lib. 11. cap. 3. ulpicum uocant allium Punicũ. Græci autem ἀφροσκόροδον appellant, longè maioris eſt incrementi quàm allium. Plaut. in Pœn. Tu autem plenior allij Vlpici, quàm Romani remiges.

Vltĭmŭs, a, um. pen. cor. ab ultra, idem eſt, quod poſtremus. ὕστατος, ἔσχατος. Aliquando etiam » dicitur primus. Verg. 8. Aeneid. Tu ſanguinis » ultimus author. Hinc ultimũm aduerbium, id eſt poſtremum.

Vltŏr, oris. m. t. τιμωρός. format fœ. ultrix, à quo etiam ultricia habemus, ut uictricia à uictrix.

Vltrā, (ὑπὲρ, ἐπ' ἔκεινα, ἐπὶ θάτερα δέ) prapoſitio eſt quum accuſatiuo deſeruit, ſignificatq́; præter & trans, & non niſi ſeparata inuenitur. Aduerbium eſt quum ſine caſu ponitur, & ſignificat amplius, nihil ſuprà, nihil præterea. Cic. de Vniuerſ. Si probabilia dicentur nil ultrà requiratis. Et tunc ex ſe facit ulterior & ultimus.

Vltrā famam. id eſt opinionem. id eſt plus quàm homines opinentur. ὑπὲρ τῆς δόξης. ſicut intra famam, quod eſt huic cõtrarium. Quint. Hortenſij ſcripta tantum intra famam ſunt.

Vltrō, ab ultrà fit, & ſignificat ultrà, ſiue inſu» per, & ſponte. Verg. 2. Aen. Et miſereſcimus ultrò. Ibi Seru. Vltrò non eſt ſponte: nam iam rogauerat, ſed inſuper.

Vltrò citroq́, (δεῦρο, κἀκεῖσε) ſignificat utrinq́, & quod uulgò dicitur, huc & illuc, & tam in factis, quàm in dictis dicitur. Cicero in Somn. Scip. Multisq́; uerbis ultro citroq́; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. Quidã in hac ſignificatione utuntur ſurſum & deorſum. Teren. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietũ reddam, ne ſurſum deorſum uerſuſes.

Vltrōnĕŭs, ea. eum. idem quod ſpontaneus.

Vluă,

Vluă.æ.ſ.p.herba paluſtris.Verg.2.Aen.

Vlŭlă,æ.f.p.(ὀλολυγών) pen.cor.auis à fletu denominata,hoc eſt,ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν.quod eſt ululare & flere.Verg.Certent & cygnis ululæ.

Vlŭlārĕ,& ululatus,uide Hululo.

V ANTE M.

VMbēllă,æ.ſ.p.diminut.ab umbra.σκιάδειον.Et umbella quæ ponebatur in theatris ad arcendum ſolem.

Vmbĭlicātim,aduerb.(κατ' ὀμφαλὸν) ſignificat per umbilicos.

Vmbilicātŭs,a.um. adiect.(ὀμφαλώδης) dicimus quod umbilicos habet,uel quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt.

Vmbilicŭs,ci. m. ſ. pen.prod.dicitur quicquid in aliqua re eſt medium. ὀμφαλός.Item dicitur ligamentum inteſtinorum, quòd mediam ferè uentris planiciem obtinet. Ad hoc autem factus eſt,ut per eum fœtus,dum eſt in utero matris,nutriatur. Vnde umbiliſecæ, (ὀμφαλητόμαι) obſtetrices umbilicos infantium deſecantes. A' cuius quoq; ſimilitudine paruus circulus in terra deſcriptus, ad cognoſcendos uentos,umbilicus dicitur.Plin.lib.18.cap.33. Item parui ac rotundi,politiq́; lapilli, eadem ratione umbilici dicuntur. Cice.2.de Orat. Item umbilici ornamenta, & ueluti clauiculi quidam,quibus libri ornantur, & gemmæ ligantur. Mart. lib.2. Ad umbilicum uenire, ſiue ducere,exponit Porphyrius,pro finire,& conſummare opus.

Vmbo,onis. m. t. media pars clypei eminentior. ἴτυς.Licet quandoq; pro toto clypeo ponatur.

Vmbră,æ.f.p.(ἀποσκίασμα σκιὰ) aër carens ſole,quod fit alicuius corporis obiectu, præſertim nibium. Vmbræ etiam dicuntur,quas faciunt pictores,ut imagines quæ planæ ſunt, ſolidæ uideantur,quòd dicunt adumbrare.σκιαγραφεῖν. & adumbratus. ἐσκιαγραφημένος. Hinc Adumbratio uerb.ἀποσκίασμα, ὑποτύπωσις, ὑπογραφή. Vmbræ etiam dicuntur inferorum imagines.Verg.Vmbrarum hic locus,& ſomni,noctiſq́; ſoporæ. Item Vmbra dicebatur olim,qui ueniret ad conuiuium non uocatus,ſed illius,qui uocatus fuerat, comes: nam ſic uocatum ſequitur,ueluti umbra corpus.

Vmbrācŭlŭm,li.n.ſ.locus, in quo eſt umbra, ſeu quod facit umbram,& à Sole defendit,ut ſunt aulæa,lintea,cortinæ,frondes. σκιάδιον,σκιάδιον.Valer.Max.lib.2. Q.Catul.primus ſpectantium conſeſſum uelorum umbraculis texit.

Vmbrātĭcŭs,a.um.quod eſt ex umbra, ſeu ad ſimilitudinem umbræ.σκιώδης. Auguſtin.

Vmbrātĭcŭs homo, dictus eſt à Plauto in Curc. trapezita, qui in umbra, ſub tecto uitam agit ocioſam.ἐπίσκιος. Artes quoq; & negotia umbratica nominantur, in quibus per deſidiam in umbra elangueſcimus.

Vmbrātĭlis,le. om.t.pen. cor. quod umbratū eſt. σκιαρός. ut, uita umbratilis, quæ umbra atque opaco marceſcit,ſeu in umbra,& otio domeſtico degitur. Studioſi uitam umbratilem colūt, quos libri docent in umbra & otio, ut inquit Cic.pro Corn.Balb. Item pro Mur.Cedat inquit,ſtylus gladio, umbra ſoli. Res etiā umbratiles dicuntur, quæ fiunt per inuolucra & inanitatem,qualis umbra eſt.

Vmbrĭfĕr,adiect.ferens umbram.

Vmbro,as.a. p.tegendo umbram facio. σκιάζω. Plin.lib. 9. cap.1. Marcellus uelis forum umbrauit. Huius compoſita magis ſunt in uſu, ſcilicet: Adumbro, inumbro, præumbro,obumbro. ἐπιλυγίζομαι, ἐπισκοτέω, συσκιάζω. Aliquando ponitur pro defendere, tractum ab arboribus.

Vmbrōsŭs,a.um.adiect.opacus.

V ANTE N.

VNā,aduerb.acuitur in fine, ad differentiam ablatiui nominis Vnus, & ſignificat ſimul.ἅμα. Aliquando etiam in oratione ponitur geminata, & habet quaſi eandem uim,quā habet tum & cum. Cic.1. Verr. Vnà & id quod facio probabit,unà & in hac cauſſa profecto neminem proponendum mihi eſſe exiſtimabit.

Vnănĭmĭs,me.om.t. & unanimus, utroq; modo dicitur, pro eo qui unius animi eſt, & unius ſententiæ cū altero.ὁμογνώμων.Vnde & unanimem conſenſum dicimus, cum amicorū concordia eſt. Hinc unanimitas,cōſenſus,æquanimitas.ὁμογνωμοσύνη.

Vnciă,æ. f. p.(οὐγγία) dicta eſt, quod una ſit ex duodecim partibus aſſis. A' quo ſemiuncia duæ ſextulæ, tertia pars unciæ, id eſt ſcrupuli octo. Eſt etiam uncia, menſuræ genus exiguæ. Vnde & diminutiuum unciola. Vnde

quincun-

quincuncem uocamus uaſculum quinque unciarum capax. De alijs aſsis partibus uide in dictione As.

*V*nciārĭŭs, adiect. οὐγκιαῖον. ab uncia deriuatur, à quo ſemiunciarius: ut, Semiunciarium fœnus, apud Liu. lib. 7. quod omnium erat minimum, quia ex centum unciam tantum in annum reddebat. Vnciaria ſtirps, duodecima aſsis pars, omnium minima moneta. Vnciariæ uites, quæ ita diſpoſitæ erant, ut inter quamlibet uitem unius iugeri uncia interuallum æquale faceret.

*V*nciālĭs, le. om. t. quod ad unciam pertinet: ut, Vncialis aſsis, qui unciam tantum ualebat.

*V*nciātĭm, aduerbium. id eſt per uncias.

*V*ncĭnātŭs, adiect. ὀγκινωτὸς uncinis armatus.

*V*ncĭnŭs. ὄγκινος. dimin. ab uncus, pro fuſte.

*V*ncĭōlă, æ. f. p. diminut. ab uncia.

*V*nctūm, cti. n. ſ. ſignificat illud pingue, quod in porci dorſo mollius eſt. ἀλάρηρ. Colu. li. 6. ca. 10. Frigoris fomenta adhibentur, capite & ſpina tepenti adipe, uel uncto linuntur. Recti us ibi uino, non uncto alij legunt. Perſius adiectiuè poſuit, Vncta uixiſſe patella Semper.

*V*nctūră, æ. f. p idem eſt quod unctio.

*V*ncŭs, ci. m. ſ. fuſtis ab uno latere incuruus, ac ſeſe retorquens, quo inſtrumento puniebantur damnati. ἄγκιστρον. Iuue. Impactus Seianus ducitur unco. Huius diminu. eſt uncinus.

*V*ncŭs, a. um. incuruus. καμψός. Cuius compoſita ſunt: Aduncus, & reduncus, cōtraria: ut, Roſtrum aduncum, & reduncum. id eſt incuruum & recuruum, ſiue rectum. Plin. libr. 10. Hinc fiunt adunco. cas. & inunco.

*V*ndă, æ. f. p. propriè pars aquæ in ſe collecta, et in unam partem tendens, ut cum fluctuat mare: dicta quòd ſit una, & in ſe coacta. κῦμα. Aliquando ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ouid. Et terris miſcuit undas. Huius diminutiuum eſt undula. κυμάτιον. Vndæ comitiorum, per tranſlationem, uaria ſententiarum multitudo, quibus ueluti undis mare, ita etiam comitia feruere uidentur. Cicero pro Planco.

*V*ndābūndŭm mare, apud Gell. lib. 2. ca. 30. dicitur abundè undas faciens. κυματούμενον.

*V*ndātĭm, aduerb. ſignificat fluctuatim, uel ad undarū ſimilitudinem. κυματοειδῶς. Plin. 13.

*V*ndĕ, aduerbium, quaſi de quo uno loco: ut, Vnde uenis? Interdum ſignificat à quo. Vergilius, Genus unde Latinum. Interdum ponitur pro Ad quid. Horatius: Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? unde ſagittas? Quintilianus: Vnde hunc illi animum? Et alibi, Vnde tantum uirium cæco? Capitur igitur relatiuè, infinitè, & interrogatiuè.

*V*ndĕŭndĕ, ſignificat undecunq;. ὁποθενοῦν.

*V*ndĕuis, & undelibet. ὅθεν βούλει. ſignificat ex uno quouis loco. Cicero ad Heren.

*V*ndĕcūnquĕ, aduerb. ex quocunq; loco.

*V*ndĕuīgintī. ἄκοσι ἑνὸς δέοντος. uno dempto de uiginti, quod eſt decem & nouem. A quo undeuigeſimus. Sic undetriginta, undetrigeſimus, undecenteſimus, undemilleſimus.

*V*ndĭquĕ, aduerb. id eſt in omnes partes, uel potius ex omni parte Cic. pro Pompeio.

*V*ndĭquĕ laterum. πανταχῆ τῶν πλευρῶν. ab omni latere, ab omni parte. Sic ubiq; gentium.

*V*ndĭsŏnŭs, a. um. pen. corr. quod undis ſtrepit.

*V*ndĭuŏmŭs, a. um. κυμοβόλος. pen. corr. quod undas. id eſt aquas uomit.

*V*ndo, as. n. p. fluctuo, undas facio. κυμαίνω. Compoſita ſunt, Abundo, exundo, inundo & redundo, de quibus ſuprà in dict. Abundo.

*V*ndōnēs, uide in dict. Vndulata, & Vdones.

*V*ndōsūm mare, dicitur fluctuoſū, undis plenū

*V*ndŭlātă ueſtis, quæ fit ex hircorum, & caprarum pilis potius, quàm lanis, quòd ad undarum ſimilitudinem picta ſit. κυματώδης. Nam & cymatilis quoq; dicitur à fluctu. Dicebantur uerò & Vndones quidam Cilicij, fortéq; ab undis, quales modò in his textis uidemus, quæ tanquam ἐκ τοῦ συμβάλλειν, συμβαλλωτὰ appellamus, ceu origine ab illo ueſtium genere accepta. Erit ergo ſymballotum, quaſi συμβαλλωτὸν. id eſt coacti implexus potius, quàm textu conditum. A quibuſdam dicitur eſſe Fortunæ uirginis ſimulachrum, ab eo quòd duabus undulatis togis eſt opertum. Varro undulatum nouè pro puro poſuit. Ita fit, ut undulata ueſtis aliud genus ſit fortaſſe, quàm cymatilis, à fluctu dicta.

*V*nĕdo, inis. f. t. fructus arboris, ſimilis terreſtribus fragis. Et arbor ipſa etiā unedo dicitur, folio citro ſimilis, fruticoſa, pomum inhonorū eſt. Ideóq; unedo dicitur, quòd unum tantum

 mandi

mandi poſſit. Græci κόμαρον uocant, Latini arbutum, uide Plin. lib. 15. cap. 25.

Vngĕntŭm, ti. n. ſ. quod & unguentum. ἔλαιον. Homer. μύρον dicitur, non eſt illa compoſitio tenax, qua chirurgi utuntur ad uulnera curãda ſed commiſtio diuerſorum odorum addito oleo, aut balſamo, aut aliquo pingui, ad ungenda corpora, deliciarum & luxuriæ cauſſa inuenta. χεῖμα ſiue χρῖσμα. Veteres θύωμα. Eſt & uulgare, id eſt promiſcuum, & ferè palæſtris dicatum. Plaut. in Moſt. Non poſſunt omnes olere unguenta exotica. Pomponius tamen Iurecon. ſcribit unguenta eſſe, quæ ualetudinis cauſſa comparantur. Sed hæc magis medicamenta dicuntur.

Vngo, is. xi. ctum. & unguo. guis. gui. ctum. ſecundum Priſcianum, (ἀλείφω, χρίω) quaſi unũ ago. Vngendo enim copulatur, atq; unitur caro. Cato capite 72. Pice liquida cornua infima ungito. Hinc unctito. ctas. frequentatiuum. Et uerbalia unctio. nis. unctor. ctoris. unctura. ræ. Hinc & unctorius, adiectiuum: ut, Vnctorium hypocauſton, apud Plinium Epiſt. 17. libr. 2. ubi ſeruabatur oleum ad unguendum opportunum. Ab ungo fiunt compoſita, Inungo, Perungo & Exungo, quæ uide ſuis locis.

Vnguĕn, inis. n. t. idem quod unguentum, & accipitur pro omni eo, quod ſuccum habet, ex quo aliquid ungi poteſt. ἀλοιφὴ, ἄλειμμα. Perſius: Fœniſecæ craſſo uitiarunt unguine pulTes. Hinc unguinoſus, adiect. :ut, unguinoſum medicamentum, unguinoſæ nuces.

Vnguĕntārĭŭs, rij. m. ſ. qui unguenta conficit, ac uendit. μυρεψὸς, μυροπώλης. Eius fœmininũ eſt unguentaria. Eſt & unguentaria, ars ipſa conficiendorum unguentorum. Vnguentarius uerò, adiectiuum, eſt quod ad unguenta pertinet: ut, Vaſa unguentaria apud Plinium libro 36. cap. 8.

Vnguĭcŭlŭs, li. m. ſ. diminut. eſt ab unguis, & de his tantum dicitur, quæ ungueis habent. ὀνύχιον. Vnde à teneris unguiculis dicimus pro eo, quod eſt, ab infantia, ab ineunte ætate, à puero, ab incunabilis.

Vnguĭs, is. m. t. ὄνυξ. ab ungo. gis, quòd politus & tranſlucidus ſit, & quaſi unctus: & eſt propriè eorum animalium, quæ digitos habẽt ſeparatos, ut ſunt homines, ſimiæ, aues. Apud Columel. tamen libro 6. cap. 12. inuenitur unguis pro ungula. Dicitur & unguis de arboribus, Plinio lib. 11. cap. 9. Vngues ferrei, apud Columellam libro 12. capite 18. ſunt inſtrumenta quædam ferrea, quibus uindemiatores unguium uice utebantur ad colligendum uuas, ne ipſas manibus diſtringerent. Eſt item oculorum morbus, quem Græci πτερύγιον uocant, de quo ſuprà dictum eſt.

Vngŭlă, æ. f. p. ὁπλή. ab unguis denominatiuum eſt, non diminutiuum, quamuis formam diminutiuam habeat, & dicitur de his animalibus quæ digitis carent. Ouidius, Vngulaq; in quinos delapſa abſumitur ungueis. Omnibus ungulis, prouerbiale eſt, quod ſignificat omnibus uiribus, Cic. lib. 2. Tuſc.

Vngŭlānōs. ὀνυχώδεις. Cato uocauit, qui magnos ungues habent ac ſcabròs, quaſi ungulis ſimiliores, quàm unguibus.

Vngŭlātă ueſtis, ab unguibus ſiue ungulis, hoc eſt anulis. Vngulum enim Oſcorum lingua (ut ait Feſt.) anulum ſignificat.

Vngŭlŭm, li. n. ſ. anulum ſignificat. Quod ideo quidem appellatum putant, quòd ſitut in digito unguis carne, ita in illo gemma, uel ſignũ aliquod auro clauditur.

Vnĭcaŭlis herba, quæ unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. μονόκαυλος.

Vnĭcŏlŏr, oris. om. t. unius coloris. μονόχρως.

Vnĭcōrnĭs, is. m. t. ſiue unicornius, & unicornium declinari poteſt, pro animali quod unicum in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat, & cum ipſo perforat elephantem. Græcè μονόκερως dicitur. Eſt & unicornis, & hoc ne, adiectiuum quod unum cornu tantum habet. Plinius.

Vnĭcŭbŭs, a. um: ut, Mulier unicuba, quæ cum uno tantum uiro concumbit. Hieron.

Vnĭcŭs, a. um. ſingularis, (μόνος) ut, Phœnix eſt unica auis. Hinc fit aduerbium unicè, ſingulariter: ut, Dilexi te unicè.

Vnĭgĕnĭtŭs, a. um. idem quod unigenus: ut, Vnigenitus. μονογενὴς. filius q unicus eſt, quaſi ſolus genitus, nec fratrẽ ullũ habuit aut ſororẽ.

Vnĭiŭgæ uineæ, (μονόζυγοι) dicuntur, ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in unam tantum partem ordinis annectantur.

tur. Plinius libro 17. cap. 22.

Vnĭmănŭs, adiect. unam tantum manū habens.

Vnĭo, nis. niui. nitum. a. q. coniungo, quaſi unū facio. ἑνόω. Vnde uniti animi, qui ſunt unius uoluntatis.

Vnĭo, onis. f. t. ἕνωσις. modò concordiam ſignificat, modò margaritam, (μαργαρίτην) & tunc eſt maſc. gen. ſic dictus quòd in conchis nulli duo reperiantur indiſcreti, inquit Plin. lib. 9. capite 35. Eſt & unio, cæpæ genus capitatum apud Colum. lib. 12. cap. 10.

Vnĭŏcŭlŭs, a. um. qui unum habet oculum.

Vnĭſtirpis, pe. om. t. unius ſtirpis. Plin. lib. 16.

Vnĭuerſālĕ, quod ad uniuerſos pertinet.

Vnĭuerſālĭtās, atis. f. t. generalitas. τὸ καθόλου.

Vnĭuerſĭpŏtēns, dicitur Deus, quod uniuerſa (poſſit.

Vnĭuerſŭs, a. um. quaſi omnis ad unum uerſus. σύμπας, ἁπαξάπας. id eſt ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari quidē idē quod totus: ut, Vniuerſus ager, uniuerſus exercitus. In plurali ſignificat omnes coniunctim. Cic. in Acad. Qui loquitur de uniuerſis, nihil excipit quid enim poteſt eſſe extra uniuerſa? Hinc uniuerſè, & uniuerſim. ὅλως. aduerbia, generaliter, ſiue generatim: cui ſingillatim opponitur.

Vnĭuĭră, æ. f. p. pen. corr. quæ unum duntaxat uirum coniugem habuit. μόνανδρος. Hierony.

Vnĭuŏcŭm, ci. pen. cor. cuius & nomen commune eſt, & eadem ſubſtantiæ ratio, quòd Græcè συνώνυμον dicimus: ſicut æquiuocum, cuius nomen tantum cōmune eſt, ſed ſubſtantiæ diuerſa ratio, & à Græcis ὁμώνυμον. appellatur. Homo equus uniuoca ſunt, quia ſub uno animalis nomine cōprehenduntur, & eadem eſt utriuſq; ſubſtantia. Homo uerus, & homo pictus, æquiuoca ſunt, quia de utroq; animal prædicatur, ſed ſubſtantia eorum diuerſa eſt. Hinc uniuoco. as. pe. cor. & uniuocè aduerb.

Vnōſē, ab unus, quo ueteres uſi ſunt pro ſimul.

Vnquăm, (ποτὲ) aduerbium, ſignificat aliquo tempore, quaſi uno quouis tempore. A quo Nunquam.

Vnŭs, a. um. numeri principium eſt. εἷς. Aliquādo dicitur ſolus. μόνος. Plautus, Vnus tum domi eram, Ponitur aliquando pro pronomine Idem. Plau. in Cap. Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem, quia quaſi una ætas erat. id eſt eadem ætas, ſiue eiuſdem ætatis erant. Sic uno tempore. id eſt eodem tempore. Plautus in Milite, Vno exemplo omnes uiuunt. id eſt eodem.

Vnŭs & alter. εἷς καὶ δύο. ſignificat duos, ſicut alter & tertius. Cice. 4. in Verr. Vnus & alter breuiter nihil interrogatus.

Vnŭſquiſlĭbĕt, & Vnuſquiuis. ἕκαστος. idem ſignificant quod quilibet, omni loco, ex omni parte, ex omni regione.

Vnŭſquiſpĭăm. εἷς τις. aliquis unus.

Vnŭſquiſquĕ. πᾶς ἕκαστος. dictio uniuerſalis.

V ANTE O.

VŎcābŭlŭm, li. n. ſ. λέξις. dicitur quo res ſingulæ nominantur. Quintil. lib. 9. ca. 1. Mutatur uocabulis uis rerum.

Vŏcālis, & hoc. le. om. t. quod eſt ſonorum, & ſummæ uocis. φωνήεις. Plini. li. 18. Ranæ quoque ultra ſolitum uocales, ſunt ſigna tempeſtatis. Vnde uocales literæ dictæ, (φωνήεντα) quia per ſe uoces faciunt, & ſine his literalis uox proferri non poteſt.

Vŏcālĭtās, atis. f. t. conſonantia, quam Græcè εὐφωνίαν uocant.

Vŏcātĭuŭs caſus, dictus eſt, quòd per eum uocamus. κλητική. Hinc uocatiuè aduerbium, id eſt per uocatiuum.

Vŏcēs, dicuntur ea omnia quæ ſonant. φωναί.

Vŏcĭfĕrŏr, aris. d. p. ſignificat cum dolore, ſiue indignatione maiorem uocem emitto. κράζω, βοάω. uel ſine affectu uehementer exclamo.

Vŏcĭto, tas. a. p̄. penultima correpta, frequenter uoco, appello, inuito.

Vŏco, as. a. p. clamo. καλέω, φωνέω. Vnde uocatores dicti ſunt, quibus inuitandi datum eſt negotium, ſiue qui per ſe uocant ad cœnas. Item poſcere, ſeu uendere. Iuuenalis: Bis »quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam. »Item denunciare. Vergilius libro primo Ge»org. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Huius compoſita ſunt, Aduoco, auoco. Conuoco, in unum locum congrego, συγκαλέω. Circumuoco, undecunque uoco. Deuoco, euoco, inuoco, prouoco, peruoco, quod eſt, omnes uoco. διακαλέω. Reuoco, & ſeuoco, quæ habent pen. cor.

Vŏcŭlă, æ. f. p. pen. cor. dimin. parua uox. Interdum ponitur pro detractione. Cic. M. Cælio:

Si incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in uoculas maleuolorum.

Vŏlă, æ. f. p. media pars manus, ſiue pedis. θέναρ. Hinc uolo. las. quod ſignificat uolas. id eſt pedes moueo. Verg. lib. 6. Paſcentes illæ tantum prodire uolando. Nam ad pedum uolas retulit. Ad manus retulit Terentius: Vix me contineo, quin inuolem in capillum.

Vŏlātĭcŭs. a. um. quod uolat, & citò tranſit. πτηνὸς, ἀσφαλής. Ponitur pro inconſtanti & præcipiti. Cicero ad Att. li. 13. O Academiam uolaticam, & ſui ſimilem, &c.

Vŏlātĭlĭs, le. om. t. pen. corr. quaſi uolans, πτηνόν. ut, animal uolatile. Et uolucres uolatilia dicuntur, quia uolant. Volatile ferrum, mucro & acies telorum. Verg. 8. Aeneid. Teliſq; uolatile ferrum Spargitur.

Vŏlātūră, idem eſt quod uolatus. πτῆσις.

Vŏlātŭs. tus. ipſa uolatio, & uolandi actus.

Vŏlēmă, orum. n. ſ. pen. prod. Galli appellant pyra bona & grandia, eo quod impleant uolam. Verg. 2. Georg. Cruſtumijs, Syrijſq; pyris, grauibuſq; uolemis.

Vŏlēntĭă, æ. f. p. idem quod uoluntas, quæ quid cum uoluntate deſyderat. βούλησις. Aliquando ponitur pro placentia. A uolentia fit beneuolentia, maleuolentia, pro amore & odio, quaſi bona & mala uoluntas. Item beneuolus & maleuolus.

Vŏlĭto. tas. n. p. frequenter uolo. Ponitur & pro diſcurro. Cice. Qui per forum uolitant. Volitare cupiditate gloriæ, eſt efferi, & uehemēter trahi. Cic. in Piſon.

Vŏlo, uolas, n. p. proprium eſt alas habentium, (πέτομαι, ἵπταμαι.) Transfertur tamē ad alia, quæ celeriter currunt: ut, Nauis uolat, fama uolat, & huiuſmodi, & pro celeriter uadit. Eius compoſita ſunt, Aduolo, quod eſt iuxta, uel aliquò uolo. προσπέτομαι. Circumuolo. περιπέτομαι. Deuolo, (καθίπταμαι) deorſum uolo. Euolo, (ἐξίπταμαι) extrà uel in altum uolo. Unde per tranſlationem Cic. Lentulo: Euolare altius certo noluerunt. Inuolo, interuolo. Obuolo, contra uolo. Peruolo, celeriter uolo, (διαπέτομαι.) Præuolo, antè uolo. Prouolo, procul uolo, (προπέτομαι.) Reuolo, rurſus uolo, reuertor, (ἀναπέτομαι.) Subuolo, (ὑποπέτομαι.) latenter uolo. Superuolo, & tranſuolo, (ὑπερίπταμαι) quæ habent pen. corr.

Vŏlo, uis. uult. n. inconſeq. (βούλομαι, θέλω) à uolo, uolas, quòd animus in quo uelle eſt, talis ſit, ut puncto temporis peruolet quò uult. Hinc uoluntas, & uolentia. Compoſita ſunt, Nolo, malo, & peruolo.

Vŏlſellă, ſunt inſtrumenta ad pilos euellendos à corpore idonea. (μαδιστήριον, τριχολαβίς.) Celſus li. 6. ca. 18. Deinde oræ uolſella præhendendæ, tum quicquid corruptum eſt excidendum. dicitur & Vulſella, læ.

Vŏluă, uide in dictione Vulua.

Vŏlūbĭlĭs, le. om. t. qui facilè uoluitur, (εὐπερίτροχος, εὔστροφος.) Cic. pro Milone: Quam uaga, uolubiliſq; fortuna. Hinc uolubiliter, aduerbium. Et Volubilitas. ātis. ut, Volubilitas mundi: Volubilitas fortunæ, inconſtantia. Volubilitas linguæ, leuitas, promptitudo, dexteritas.

Vŏlŭcĕr, hæc uolucris, hoc uolucre, adiect. ponitur pro celeri, (πτηνός.) Martialis, Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum. Vide Volucris.

Vŏlŭcră, genus animalis, quod prærodit teneros pampinos. Colum. de Arb. cap. 15.

Vŏlŭcrĭs, ris. f. t. omne id quod uolat, non ſolum aues, ſed apes quoque, ueſpæ, tabani, & reliqua huiuſmodi, (ὄρνεον, τὸ πτηνόν. Verg. 5. Aeneid. Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras: & Georg. 1. Quæ tenuē exhalat nebulam fumoſq; uolucres.

Vŏlūmĕn, inis. n. t. (γραμματεῖον, σύνταγμα, σύγγραμμα, σύνταξις) pen. prod. à uoluendo, quòd maiores noſtri in libris arborum. id eſt corticibus ſcribebant, & libellos illos, quo ferrent commodius, complicabāt: Ideoq; uolumina appellata ſunt, libellis ſimiliora quàm libris. Eſt enim propriè uolumen pars codicis, ut puta. Metamorphoſeos liber in quindecim uolumina diſtinctus eſt: Igitur uolumen, pars libri eſt: liber uerò pro toto codice, & pro uolumine accipitur. Inde dicimus euoluere libros. ἀναπτύσσειν τὰ βιβλία. id eſt aperire legēdi gratia, quaſi rem complicatam explicare, ſicut reuelare, rem uelatam detegere. Ponitur aliquando pro uolubilitate, ſiue uarietate. Plini. lib. 7. cap. 45. Si diligenter æſtimentur cuncta, magna ſortis humanæ reperientur uolumina.

Vŏluntās

Vŏlūntās,atis.f.t. θέλημα. *eſt, inquit Auguſt. de Libero arb. qua appetimus recte honeſteq́ uiuere, & ad ſummam ſapientiam peruenire. Vel eſt, ut ait Cice. 4. Tuſc. quæ quid cum ratione deſiderat. Ponitur autem aliquando pro ſtudio & beneuola animi propenſione. Idem Famil. 4. De mea autem in te uoluntate ſic uelim iudices. Aliquando pro inſtituto, uel ſententia uel conſilio. Idem Pro Flacco. Græcus teſtis, cum ea uoluntate proceſſit, ut lædat. Hinc Voluntarius, adiect. quod fit ſponte: ut, Volūtaria auxilia, quæ ſponte dantur. Hinc Voluntariè & Voluntario, aduerbia: id eſt bono, & prompto animo, non coacto.*

Vōluo, uis. ui. a. t. duarum ſyllabarum, notæ ſignificationis. Verg. 6. Aeneid. Vbi mille rotam uoluêre per annos. Cuius compoſita ſunt, Aduoluo, pro agglomero, (προσκυλίω.) *Conuoluo.* συστρέφω, κυλίω. *Circumuolo, deuoluo, reuoluo, inuoluo. Prouoluo, ante uoluo: ut, prouolutus pedibus. Reuoluo, explico, ſeu iterum uoluo.*

Vōluŏla, uermis, à uoluendo, quòd inuoluat ſe frondibus, easq́ amputet. Hunc Plautus Inuoluulum, Cato cōuoluolum, Græci ἴξαλον *nominant. Dicitur & uoluox Plinio li. 17. ca. 18.*
** Eadem Volucra uidetur, de qua ſuprà.*

Vŏlūpĕ, delectabile, (καθ' ἡδονήν) *Ponitur & pro uoluptate. Dicitur et uolup, per apocopē.*

Vŏlūptābĭlĕ, gratum, uoluptuoſum. θυμῆρες.

Vŏlūptās, atis. f. t. eſt elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicuius boni. ἡδονή. *Vnde quicquid cū delectatione animū demulcet, uoluptas dicitur. Referturq́ ad animum, & ad corpus, quamuis nonnulli inſimulent ſolius corporis eſſe, ac turpem.*

Vŏlūptŭārĭŭs, a. um. quod uoluptatem affert. Voluptuarius homo, qui ſe uoluptati dat.

Vŏlūptŭōsŭs φιλήδονος. *habitum, & uehementiam ſignificat, & affectionem: ut, Voluptuoſus homo, qui perquā amat uoluptatem. Voluptuoſa res, quæ in ſe habet uoluptatem, & plena eſt uoluptatis, & quæ uoluptate afficiat. Ille recipit, hæc recipitur. Plinius.*

Vŏlūtābrŭm, bri. n. ſ. pen. pro. locus ubi ſues uolutantur. κυλίστρα, ἀλινδήθρα.

Vŏlūtātĭm, ſignificat iterū atq́ iterū uoluendo.

Vŏlūto, tas. pen. prod. ſæpe uoluo. στρέφω, κυλινδέω, συγκυλινδέω. *Aliquando eſt mente uoluo, & cogitatione perquiro. Verg. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe uoluto.*

Vōmĕr, eris. m. t. & Vomis, dictus quòd terram uomat, (ὕννις) *eſt enim id ferrum in aratro, quod liras facit.*

Vōmĭcă, cæ. f. p. pen. cor. à uomendo, quòd pus inde manet, uel quòd qui habent, ſaniem reijciant. φλεγμονή. *nam eſt tumor excreſcens, ſiue craſsities illa, quæ naſcitur in aliqua parte corporis, ſaniem frequēter emittens. Hinc Plaut. in Perſa, non infeſtiuiter Vomicam appellat crumenam nummis refertam, atq́ tumentem: Quid hoc quod in collo tibi tumet? S A. uomica eſt, preſſare parce. Noni. Caua, & uetuſtate obeſa, uomicæ nominantur.*

Vŏmo, mis. mui tum. n. t. eijcio, & propriè de cibo dicitur, & ſuperiore ex parte, quamuis ad alia transferatur. ἐμέττω, ἐμέω. *Cicero pro Deiotaro: Cum, inquit, poſt cœnam uomere te uelle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt. Hinc Vomito. as. frequentatiuum: & Vomitio. onis, & uomitus. tus. uerbalia, idem.* ἔμετος. *& Vomitorius, adiectiuum, quod uim uomendi præbet. Huius compoſita ſunt, Euomo.* ἐξεμέω, ἀποβλύζω. *extra uomo. Reuomo.* ἀνεμέω. *retrò uel rurſus uomo.*

Vŏpĭſcŭs. ſci. m. ſ. dicitur qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partum legitimū ducitur. Plin. lib. 7. cap. 10.

Vŏrāgo, inis. f. t. pen. prod. barathrum dicitur, quòd in eam cadentia non emergant, ſed deuorari uideantur. διαχώρημα, βάραθρον. *Hinc uoraginoſus, adiectiuum, quod eſt uoraginībus plenum.*

Vŏro, as. a. p. cibum non confectum deglutio. βρύκω, καταφάγω. *Cicero 2. De Natu. Deor. Alia uorant, alia mandunt. Hinc per translationem uorare, capitur pro auidè ſumere. Cice. ad Attic. lib. 4. Nos hic uoramus literas cum homine mirifico (ita me hercule ſentio) Dionyſio. Vnde uoraces, guloſi, plurimum uorantes. Et uoracitas.* πολυφαγία. *guloſitas. Compoſitum eſt, Deuoro, de quo ſupra.*

Vōrtēx, (ἴλιγξ) *uide Vertex.*

Vōtĭuŭs, a. um. pen. product. quod ex uoto darī promittitur. ὁμολογηθείς. *Vnde Votiua uerba dicimus, quibus in faciendis uotis utimur: &*

uotiuas preces, quibus aliquid cum uoto poſcimus. Aliquando uotiuum ſignificat, quod uoto deſyderatum eſt. ἀυκταῖον. Apul. lib. 6. Tota ciuitas ad uotiuum conſpectum effunditur. Votiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Plau. in Caſ.

Vŏtĭtŭm Veteres dici uoluerunt, religione aliqua prohibitum. Plaut. in Aſin.

Vŏto, as. ὁμολογέω. à quo fit frequen. Votito. tas.

Vōtŭm., ti. n. ſ. promiſſio facta Deo. ὁμολογία. Vnde uota nuncupare, eſt diuis uoce polliceri & deſtinare, pro fœlici rerum euentu. Sed quia ea ualde deſyderamus, quæ uoto à Deo poſcimus, fit ut aliquando uotum pro uoluntate, & deſyderio ſumatur. εὐχή. Plin. Epiſt. 45. Hanc ego uitam uoto & cogitatione præſumo. Vnde uoti compotem dicimus eum, qui deſyderium ſuum aſſecutus eſt.

Vŏuĕo, ues. ui. tum. a. ſ. deo aliquid ſanctè promitto. ὁμολογέω. Vouere caput pro ſalute patriæ, dixit Cic. 5. de Fin. pro, ſe pro ſalute patriæ periculis obijcere. Huius compoſitum eſt, Deuoueo, quod eſt, deſtino. Vnde & deuotum, deſtinatum.

Vōx, uocis. fœm. t. uide ſupra Voces.

V ANTE P.

VPĭlĭo, onis. maſcul. generis, poſitum eſt à Vergil. pro opilione, cauſa metri, Ecloga decima, Venit & upilio, tardi uenere ſubulci.

Vpŭpă, æ. ſ. p. auis, criſtis à capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper commorans. ἔποψ.

V ANTE R.

VRănŏs apud Græcos cœlum dicitur, quaſi oranos, (ut inquit Ambroſius lib. Hexameron) ab ὁράω, quod ſit uiſui peruium, & minime denſum, ut eſt aqua & terra.

Vrbānātĭm. ἀστείως. idem quod urbanè, hoc eſt modeſtè, eleganter. Pompo. Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

Vrbănĭcānī milites (ἀστυκοὶ στρατιῶται) dicūtur, non tam qui urbani ſunt & Romani, quàm qui ad urbem pertinent.

Vrbānĭtās, (ἀστεϊσμὸς, χαριεντισμὸς) ut Demoſthenes ait, illa eſt, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque uerbis, neque ore, geſtu ue poſſit deprehendi. Quint. lib. 6. cap. 3.

Vrbānŭs, a. um. idem quod urbicus. ἀστυκὸς, ἀστεῖος. ut, urbani mores, urbana curia, aut qui in urbe habitat, cui opponitur ruſticus. Plau. in Merc. Vrbani fiunt ruſtici? Aliquando urbanus dicitur cultus. χαρίεις, κομψός. hoc eſt qui in uerbis & ſono, & uſu proprium quendam præ ſe fert uerbis geſtum, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem. Et differt à dicaci, quòd dicax eſt, cuius ſermo cum riſu aliquem inceſſit. Hinc urbanè, aduerb. facetè, modeſtè, eleganter. Ab urbanus fit ſuburbanum, et anteurbiū. τὰ προάστεια.

Vrbārĕ, neut. p. aratro definire.

Vrbĭcŭlă, æ. ſ. p. πολίχνιον. dimin. parua urbs.

Vrbĭcŭs, a. um. quod ad urbem pertinet. ἀστυκός.

Vrbicāriă procuratio, à Iureconſultis dicitur, quam urbanam intelligi uolunt.

Vrbs, bis. ſ. t. ἄστυ. oppidum muro cinctum, ab ur uo aratri curuatura dicta, quòd antiqui iunctis bobus tauro & uacca, Hetruſco ritu in condendis urbibus, interiore uacca, aratro circumagebant ſulcum, intra quem urbem ædificarent. Verg. 1. Georg. Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro. Quidam ab orbe, urbem appellatam putant, quòd ſulcus in orbem duceretur. Nam ciuitates antiquæ in orbem fiebant. At propriè Roma urbs dicta eſt per antonomaſiam, cum cætera dicantur oppida, ut teſtatur Quintil. lib. 8. cap. 2. Quandoque urbs pro ciuitate ponitur, & econtra. Verg. Inuadunt urbem, ſomno uinoque ſepultam. Ab urbe fit ſuburbium & ſuburbanum, urbanus, & urbicus: ſicut ab oppido oppidanus, & oppidicus.

Vrceŏlāris herba. παρθένιον. à Veteribus dicta eſt, quæ & parietaria, ſiue ut alijs placet, muralis, quòd in muris, & parietinis naſcatur. Dicitur & perdiciū, uide Plin.

Vrceŭs, ut Paul. Iureconſ. ait, eſt uas, quo aqua in urnam infunditur, uel in ahenum. κέραμιον. Mart. lib. 14. Hic tibi donatur panda ruber urceus anſa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam. Hinc urceolus, diminut.

Vrēdo, inis. ſ. t. καυσμὸς. morbus herbarum, frumenticum, arborumque, qui in uitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, ſata, plantas, arboreſque adurens. Interdum uredo ſignificat incendium ac pruritum. Plin. de urtica piſce. Hæc tactu uredinem excitat.

Vrēterēs, (οὐρητῆρες) dicuntur uenæ, per quas urina ad ueſicam defertur. Vide Celſum libr. quarto capite 1.

Vrgĕo, ges. ſi. a. ſ. cogo, premo, impello, inſiſto. ἐπάγω, ἐπισπέρχω. Cice. 4. de Finib. Vrgent tamen, & nihil omittunt. Item tegere, Verg. 1. Georg. Qui ſaxo ſuper, atq; ingenti pondere teſtæ Vrgerent. Item accelerare, ut apud eundem libro 9. Aneid. Veſte tegens, tibi quam » noctes feſtina, dieſq; Vrgebam, & tela curas » ſolabar anileis.

Vri, οὖροι. boues ſylueſtres, quos uulgus bubalos uocat, feri ſunt, & uelocitate excellentes, cornua taurinis ſimilia, ut author eſt Solinus. Dicti uri ἀπὸ τῶν ὀρέων. id eſt à montibus, quia in montibus eſſe conſueuerunt. Vide Plinium libro 8. cap. 15.

Vrīcă, æ. f. p. ſatorum uitium, ab uſtione proueniens. Plin. libr. 18. cap. 17.

Vrīgo, inis. fœm. gen. pro uredine, quæ ex cauſtica ui alicuius medicamenti prouenit. Plin. lib. 20. cap. 22. 3. Vide Vſtrigo.

Vrīnă, æ. f. p. à Græco οὐρέω, meio: à quo οὖρος, urina. Latini lotium, à ſupino lotum dicunt. Vrinam facere, & urinā reddere, idem quod meiere. Vrina genitalis, eſt genitale ſperma. Plin. lib. 7. cap. 43.

Vrīno, nas, (κυβιστᾶν) ſiue urinor, deponens. ἐκδύνω. penult. prod. id eſt in aquam mergi, & natando emergere. Nam & uruum ita flexum deorſum eſt, ut redeat ſurſum. Vrinare ergo eſt ſeſe præcipitādo in aquas una parte deorſum, ac tanquam per arcum ductus iterum altera parte ſurſum ferri. Hinc urinatores, apud Varronem, qui in aquam merguntur, & ſub ea natant. δύται, ὑφυδροι, βύθροι, κολυμβηταί. Calliſtratus Iureconſultus ita appellat eos, qui merces è mari extrahunt, nauigij gratia iactatas. Hinc compoſitum, Inurino. Columel. libro 8.

Vrīnūm ouum, dicitur quod irritum eſt.

Vrnă, æ. f. p. propriè uas aquarium, quod in aqua haurienda urinat. id eſt, mergitur, atque emergitur. κάλπη. Hinc urnalis, & hoc le. quod ad urnam pertinet. Cuius diminutiuum eſt urnula.

Vrnārĭūm, rij. n. ſ. menſa quadrata, ubi urnæ cum aqua poſitæ ſolent haberi in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt, foramine per quod aqua effluat relicto, ac ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta, per ancillas lauantur. Eſt & urnarium balnei, ab urna uaſe (aquario.

Vro, uris, uſſi, uſtum, φλέγω, καίω. act. t. aduro, cōburo, cremo, calore aut frigore lædo. Lucan. Vrebant montana niues. Per translationem ponitur pro cruciari, ſic κατακαίω Græcè. Verg. Vrit atrox Iuno. Vri uirgis, eſt cædi, flagellari. Ex percuſſione enim uirgarū corpus etiam calefit, ac inflāmatur. Eodē modo & calceus anguſtior dicitur urere pedem. Hora. 1. Epiſt. Vro hominem, ſignificat dolere cogo, ango. Hinc urito. as. frequēt. Et uſtor, uerbale, qui corpora in buſtuarijs cremat. Mart. 3. Vſtorq; tædas præferat » nouæ nuptæ. Huius cōpoſita ſunt, Aduro, quod eſt circūuro. προσφλέγω. Deuro, exuro, comburo. Peruro, ualde uro. A quo pruina. Inuro, quod eſt adhibito igni fingo, & ſtigma indelebile imprimo.

Vrōpȳgĭūm, gij. n. ſ. & orrhopygiū, eſt anguſta & ultima ſpinæ pars, ſiue (ut Iulius Pollux inquit) ſpondyli finis podici imminentis, quaſi terminus pygæ, ſiue finis uertebræ. Ariſtot. libro ultimo de Anim. uult eſſe, uolucrum, & earum duntaxat, quæ ſciſſas alas habent.

Vrpĕx, cis. m. t. inſtrumentum ruſticum.

Vrrūncŭm, ci. n. ſ. dicitur baſicula ſpicæ. Significat enim inutile illud & uacuum, infimūq; ſpicæ folliculum, ubi culmus graneſcere incipit. Id uero quod ſpicam claudit, & uno grano contentum eſt Frit dicitur. Varr. libro 1. de re Ruſtica, cap. 48. de ſpica loquens, Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quòd eſt minus quàm granum, uocatur frit, quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt, appellatur urruncum.

Vrsă, æ. (ἄρκτος) fœmininum ab urſus. Plinius libro. 10. capite. 65.

Vrsŭs, ſi. m. ſ. (ἄρκτος.) animal ferum, à quo fiunt diminutiua, urſulus, urſellus, (ἀρκτίον.) adiectiuum urſinus. a. um. (ἄρκτειος.) quod eſt ex urſo, ut caro urſina, urſina rabies. Plini. libro 8 cap. 36.

Vrtīcă, cæ. f. p. ἀκαλήφη. genus herbæ, ab urendo, quòd eius folia tacta accerrime urant.

Quo etiã nomine dictus eſt piſcis quidã, quòd uredinem tactu excitet, de quo Pli.li.9.ca.45.

Vruŭm, ui. n.ſ. aratri curuatura. A quo uruo. as. quod eſt aratro definio, circumdo, Feſtus.

V ANTE S.

VSĭă, æ. f.p. (οὐσία) cum accentu in pen. Latinè eſſentia, ſiue ſubſtantia dicitur.

Vsĭtŏr, aris. d.p.pe.cor. frequẽter utor. νομίζομαι. Gel. li.1.cap.10. Romanos quoq; homines aiunt ſic plerũq; anulis uſitatos. À quo uſitatus, tior, tiſsimus, quod in uſu eſt: ut, Vſitata conſuetudo, uſitata uocabula, uſitatus mos: cuius cõtrarium eſt Inuſitatus. Hinc uſitatè, aduerbium.

Vspĭăm, (πȣ) pro uſquam, & in loco, & ad locum ſignificat. Plautus in Caſ. Num me es expertus uſpiam? id eſt in re aliqua, uel in aliquo negotio.

Vſquăm, (πȣ) alicubi, quaſi uno quouis loco. à quo Nuſquam, nullibi.

Vſquĕ, (ἄχρι, μέχρι) præpoſitio eſt, ſignificans continuationem, & finem actus, puta loci, temporis, & huiuſmodi. Vſque ad diem dominicum tecum futurus ſum. Vergilius, Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Sed cum nominib. proprijs locorũ, uel domus, rus, militia iungitur, frequentius ſine alia præpoſitione ponitur. μέχρι, πρὸς, εἰς. ut, Vſque rus propero. Quandoque tali accuſatiuo poſtponitur. Teren. in Adelph. Miletum uſque obſecro? Cum alijs uero iungimus ad uel in: ut, Vado uſque in Hiſpaniam, uado uſque ad Padum. Interdum etiam de loco eſt. Terent. in Eun. Ex Aethiopia eſt uſque hæc. Quandoq; aduerbium eſt, ſignificans aſsiduè, (διὰ παντὸς) diu, multum uel ualde. Cic. Cornif. Mihi curæ uſq; erit, quid agas. Verg. lib. 6. Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat uſque morari. Aliquando interrogatiua eſt particula, & ponitur pro hactenus'ne. Plaut. in Epid. Bene'ne uſq; ualuiſti? Vſque ad hunc, pro eo quod eſt, hoc excepto. Plin. Epiſt.35. Vſque affatim, eſt quod dicitur, uſque ad ſatietatem. Vſque adhuc, id eſt hactenus, uel hucuſq;. Vſquedum, id eſt uſquequò, quoad, quãdiu. Vſq; admodũ poſuit Cato ca.136. pro tandiu, uſqueadeò dũ.

Vſquĕăntĕhāc, (μέχρι πρὸ τȣτȣ) id eſt antequam, ſicut exponit Dona. Ibi iungũtur duæ præpoſitiones, ſed una eſt uelut aduerb. Nulla enim præpoſitio præpoſitioni iũgi ſeparatim poteſt, ſed Vſq; eiuſmodi eſt, ut ſine aliqua præpoſitione rarò inueniatur. Ter. in And. Vt animus in ſpe, atq; in timore uſq; antehac attentus fuit, id eſt antequam tua uerba audirem.

Vſquĕ ĕō, & uſqueadeò, (παρὰ τοσȣ̃τον) id eſt intantum, uel tandiu. Cicero, Vſq; eò ut ego miſererer eius.

Vſquĕquāquĕ, (πανταχοῦ, πάντως) paſsim, aſsiduè, ſemper, quaſi in unoque loco, ſiue in unoquoq; tempore. Cicero Trebat. Vſquaque ſapere oportet.

Vſquĕquō, (ἕως οὗ) idem ſignificat quod quouſq; donec, quoad, quandiu, quaſi ad unũ aliquod tempus, uel locum: ut, Vſq; quo ebria eris?

Vſtrigo, iginis. ſ. t. uredo dicitur. uide Vrigo.

Vſtrĭnă, æ. ſ.p. (τὰ καυτηρια̃) locus in quo metalla candeſcunt, ut laborentur: ſiue locus in quo mortuus combuſtus eſt, alibi uero ſepultus.

Vſtŭlo. las. a.p.pen.cor. ab uro fit, idemq; quod uro ſignificat. καίω, καυτηριάζω. Pacuuius, Candenti ferro crines uſtulare. Liu. Pauci ſemiuſtulati uenêre in poteſtatem.

Vsūcăpio. is. a.t. id eſt uſu meum facio, rem aliquam continuatione uſus uel poſſeſsionis mihi attribuo, uendico, in meum uſum conuerto. Vnde uſucaptio, ſiue uſucapio, onis. quæ eſt ab uſu acquiſitio, uel adiectio dominij, per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti, ut puta triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis ſit, quam poſsidemus. χρονολαβέω. trium annorum, ſi mobilis. Recentiores primam illam præſcriptionem, hanc uero uſucapionem uocant. Ita enim dicitur uſucapio, ſicut pignoricapio.

Vsŭālis, le. om.t. idem quod uſuarius.

Vsŭārĭŭs, rij. m.ſ. (ὁ χρήσιμος) dicitur ille cuius eſt uſus, qui rei uſum capit. Vſuarius uero adiect. quod uſu abſumitur.

Vsūră, æ. f.p. uſus dicitur. Seneca, Si mihi unius dieculæ uſuram permiſiſſet. Vnde & pecunia, quæ in fœnore ſorti accedit, uſura dicitur, quoniã ex uſu acquiratur. Interuſurium, (ὁ μεταξὺ τόκος) uſura eſt, quæ medio tempore fluxit. Ponitur aliquando uſura pro familiaritate, conuerſatione. Cicero, Longa, quæ inter nos fuit, uſura hoc efficit.

Vsūră-

V̆ſūrārĭŭs, a. um. ex quo capitur uſus. Plaut. Amph. Alcmenam uxorem cepit uſurariam.

V̆ſūrpārĕ, a.p. (προβάπω, χράομαι) eſt in frequenti uſu habere, & hoc ſiue uerbis, ſiue factis fiat. Iureconſulti uſurpare, pro præter ius uti utuntur, ἰδιοποιοῦμαι, ἐπιγράφομαι, πλεονεκτέω.)

V̆ſŭs, us. m. q. (χρῆσις) ipſe utendi actus. Verg. Nam neq; erat corijs uſus. Plin. Epiſt. 20. Vſus, magiſter egregius. Interdum conſuetudo, conuerſatio, familiaritas. ϲυνήθεια. Quintil. Mulierem cum qua illi longus fuerat uſus. Interdum ponitur pro opus eſt. Verg. 8. Aen. Arma acri faciunda uiro, nunc uiribus uſus, Nūc rapidis manibus. Interdū pro fructu, & utilitate, tam in ſingulari quàm in plurali, quòd ſolemus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus. Apul. Cum id ex uſu meo non eſſet. ὁ χρειώδης. Hinc utilis, (χρήσιμος) & utilitas. Vſus uenit, ponitur pro opus eſt. Teren. in Heaut. Vſu uenit uero. id eſt accidit, euenit, ἐνδέχεται.

Vſusfructus, us. m. q. (ἐκπικαρπία, ἐπικάρπωσις) dicitur, cū res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructū atq; utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. Definitur ab Vlpiano. lib. 1. De uſufruct. quòd ſit ius alienis rebus utendi fruendiq́; ſalua rerum ſubſtantia.

V ANTE T.

V̆T, (ἵνα, ἐφ' ᾧ, ἐφ' ᾧ τε) coniunctio cauſatiua, id eſt cauſam finalem dicens, ſiue cur aliquid fiat: ut ſi quis dicat, Dedi tibi librum, ut legeres. id eſt propter hanc cauſam. Interdum eſt aduerbium temporis, & ſignificat poſtquam, ex quo, ſtatim, poſtquam, ex quo primum, (ὡς ἐπειδή.) Verg. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi. Interdum aduerbium qualitatis, & ſignificat quomodo, cum quadam admiratione, (ὡς.) Idem, Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error, (ἐπειδή.) id eſt ſtatim, poſtquam uidi, ſiue cum primum uidi, quomodo perij. Aliquando interrogatiuè, cum admiratione. Cic. pro Mil. Vt contempſit? ut pro nihilo putauit? Aliquando ſine admiratione. Plautus in Perſa, Vt uales? (πῶς ἔχεις) Aliquando ſimilitudinis, (ὡς.) Ter. in Phor. Vt nunc ſunt mores. id eſt ſicut. Ponitur nonnunquā pro utpote, id eſt tanquam. Liuius, Gens ut in ea regione diuitijs præpollens. Item eſt aduerbium optādi, (ὄφελον) & ponitur pro utinam: unde Teren. in Eun. Vt illum dij, deæq; ſeniū perdant. Interdum ſignificat quantū. Plau. in Aſin. Vt noſtræ fortunæ procedunt Libane? Ponitur pro quamuis. κἄν. Ouidius ad Ruf. Vt deſint uires, tamen eſt laudanda uoluntas. Pro ne non. Terent. in And. Dies hic mihi ut ſatis ſit, uereor ad agendum. Ab Vt, fit uti, & addendo nam, fit utinam: ſicut, ſicuti, uelut, ueluti. Prout, id eſt ſicut.

V̆tcūnquĕ, (ὁπωσδήποτε, ὁπωσδηποτοῦν) ſignificat quomodocunq;, quoquomodo, uel omnibus modis. Liuius in Præfat. libri 1. Vtcunq; erit, iuuabit tamen &c. Ponitur aliquando pro quemadmodū, uel quomodo. Plau. in Pœnu. Vtcunq; eſt uentus, exin uerum uortitur.

V̆tēnſĭlĭs, le. om. t. (χρειώδης) pe. cor. quod eſt ad uſum noſtrum neceſſarium. Colum. lib. 11.

V̆tĕr, utris. m. t. (ἀσκὸς) pellis qua uinum, aut oleum deferri ſolet. Verg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Hinc utriculus dimin. paruus uter.

V̆tĕr, uteri. & uterus, uteri. (γαστὴρ, δελφὺς) dicitur quem alio nomine locos appellant. Quidam etiam matricem, quamuis matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. Ideo autem uterus dicitur, quia continet, & tanquam uter eſt ad fœtum cōtinendum, ad prægnantesq; pertinet. Vterum gerere, (κύειν, κυΐσκειν) eſt eſſe grauidam.

V̆tĕr, ra. um. (πότερος) ſignificat quis unus ex duobus, poniturq; interrogatiuè: ut, Vter ueſtrum fecit hoc? Indefinitè, (ὁπότερος) ut, Scio uter ueſtrûm hoc fecerit. id eſt quis ueſtrûm hoc fecerit. Dicimus Vter alterum. Plin. Vter alteri dixerit, neſcio. Similiter dicimus, Vter utrum. Cic. pro Mil. Vter utrī inſidias fecerit. Hinc fiunt compoſita, quæ poſt ſequuntur.

V̆tĕrcŭlŭs, (γαστρίδιον) diminutiuū eſt ab uter.

V̆tĕrcūnquĕ, idem quod uteruis, ſeu uterlibet.

V̆tĕrīnŭs, ni. m. ſ. qui ex eodem utero prodit.

V̆tĕrlĭbĕt, pen. cor. alter ex duobus. hoc eſt uter quem tibi capere libet. ὁπότερος ἂν, ὁπότερος δήποτε. Cic. pro Quintio, Vtrumlibet elige, alterum incredibile eſt, alterum nefarium.

Vterque,(ἑκάτερος)ſignificat ambo. Cic. 1. de Off. Quorũ uterq; ſuo ſtudio delectatus,contempſit alterũ. Quint. Cum enim uterq; alteri obijciat, palàm eſt utrunq; feciſſe. Eodem modo utrunq; utriq; aliquid feciſſe dicimus. Terent. Quia uterq; utriq; eſt cordi. Ambo ſe mutuò uerberarunt, & uterq; alterum uerberauit, eodem modo & rectè dicitur. Vtriq; pluraliter,(ἀμφότεροι)duo ſignificat, ſed ſic ut in ſingulis multi ſint, hoc eſt de pluribus dicatur, duo genera facientibus. ut Si dicam Vtriq; exercitus, duo ſignifico, ſed ſic ut in ſingulis turbam intelligi uelim.

Vteruis,(ὁπότερος βούλει) uter quem tu uis. Sic quiuis, & quilibet. Nihil enim eſt aliud quiuis, quàm unus quem tu uis: & quilibet, quàm unus qui tibi magis libet. Hoc enim differunt uteruis & uterlibet, à quiuis & quilibet, quòd illa unum ex duobus ſignificant, hæc unum ex pluribus. Teren. in Adelph. Abs quiuis homine, cũ eſt opus beneficiũ accipere gaudeas.

Vti, idem ſignificat quod ut. Plaut. in Amph. Loquar hæc, uti facta ſunt.

Vtilis, le. om. t.(χρήσιμος) fructuoſus, cõmodus, frugifer, ſalutaris, quod uſui eſt, & confert.

Vtibilis, & le, idem quod utilis, ſed antiquum.

Vtilitas, atis. f. t. notæ ſignificationis, pro cõmodo. Numero plurali ponitur pro uſu. Cice. ad Tyro. lib. 16. Vtilitatibus tuis poſſum carere.

Vtinam,(εἴθε)aduerbium optantis.

Vtique, (ἄρα, δήπου, δήπουθεν) aduerb. ſimilitudinis: quandoq; affirmandi eſt, & ponitur pro certè, ſcilicet, uel prorſus. Sueton. in Tito, Cæterum Titum, qui propè aſtabat, utiq; imperaturum.

Vtor, eris, com. t. (χρῶμαι)uſum habeo, uſurpo, frequento. Et ſemper de rebus bonis ac neceſſarijs, necnon & diuinis, inanimatisq; dicitur: ut, utor domo, diligentia, conſuetudine, ſtudio, & huiuſcemodi. Sed cum de perſonis loquimur, accipitur pro conuerſari. συζῆν, χρῆσθαι. Cic. Len. Aulo Trebonio multos annos utor ualde familiariter. Vnde uſus pro conuerſatione. ὁμιλία. Cõſtruitur quãdoq; cũ accuſatiuo. Var. Vtile utamur potius, quàm ab re abutamur. Huius compoſita ſunt, Abutor & (coutor.

Vtpote,(οἷα δή, οἷον)aduerb. confirmantis, & cauſatiuũ. ſignificat enim quoniam, quandoquidem, nẽpe, tanquam. &c.

Vtputa,(οἷον)ſignificat quemadmodum.

Vtquid,(ἵνα τί)ſignif. quamobrẽ, propter quid.

Vtraque,(ἑκατέρα)per utrunq; locum.

Vtricularius, rij. m. ſ. (ἀσκαύλης.)qui canit tibijs infixis utriculo, quæ uocantur tibiæ utriculares. ſackpfiffen.

Vtriculos in farina, uidetur Plini. accipere lib. 18. quos Galli Ciſalpini Redundaginem, in Venetia prouincia plerique ſubuentres uocant. Idem Plin. alibi utriculos uocat, quæ Græci ἔλυτρα. id eſt ſeminum in frugibus inuolucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excuſſa, glumæ, ſiue acus dicuntur. Quinetiam prima illa florum germina, quæ ueluti quidã utriculi tument prius, quàm flos arborum aperiatur, utriculos uocat lib. 16. cap. 26.

Vtrinque, aduerb. ab utroq; latere, ab utraq; parte. Cæſ. 7. bel. Gall. Multis utrinq; interfectis.

Vtro, aduer. utram partem uerſus. Plin. lib. 18. cap. 19. Id demum ritè ſubactum erit, ubi non intelligitur utrò uomer ierit.

Vtrobique, aduerbium in utroq; loco. Liu. 6. ab Vrb. Ab ducibus utrobiq; proditæ temeritate atq; inſcitia res.

Vtroque, aduerb. loci, hoc eſt ad utrunq; locum. Liu. 8. ab Vrbe, Vtroq; exercitus miſſi.

Vtrum, aduerb. modò interrogantis eſt. Plaut. Vtrum id uerum putas, an non? Modò dubitantis. Seneca, Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. Componitur quandoque cum Nam.

Vtut,(ὅπως δήποτε) utcunq;. Terent. in Adel.

V ANTE V.

VVa, æ. f. p. (σταφυλή)fructus uitis, dicta ab uuido. Et de alijs quoq; rebus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 13. Amomi uua etiã in uſu eſt. Aliquãdo ponitur pro uite. Verg. Et turpes auibus prædam fert uua racemos. Ponitur & pro morbo faucium, quem Græci σταφυλὴν uocãt. Dicitur etiam uua de apibus, cum collectæ ſunt, & in modum botryonis dependent. Verg. Et denſis uuam demittere ramis. Seruius, Vuam demittere. id eſt, in morem uuæ uel botryonis defluere.

Vueus ſuccus. σταφύλινος. uinũ dicitur ab uua.

Vuidus, διερὸν. adiect. quod eſt humidum, pingue, quod præcipuè habet aliquid humoris intrinſe-

intrinſecus, unde & uua dicta. Humidum, quod habet humorem extrinſecus.

Vulgă,æ.f.p.(μαρσύπιον)ſacculus ſcorteus,ſiue ex alia materia,in quo pecuniam,uel alia uitæ neceſſaria ferre ſolent homines. Dicta quòd » nummos,aliaſq; res inuoluat. Lucilius, In uul»gam penetrare piloſam. Hæc etiam à Veteribus bulga dicitur. Eſt & uulga,ſiue bulga, ſolliculus ad brachium pendens,gerēdæ pecuniæ gratia. Aliquando ponitur pro uulua, & è contrario, uulua pro ſacculo.

Vulgāris, & hoc.re.om.t.(ἐγκύκλιος,δημώδης, ἰδιωτικός)quod eſt uulgi,hoc eſt uile ac commune, unde & reſpondet ſingulari. Aliquando uulgare dicitur,quod eſt tritū, & conſuetum: ut, Vulgare dictum.

Vulgō aduerbialiter poſitum, ſignificat paſsim, per omnes, cateruatim, (κοινῶς.) Verg. 3. Ge»org. Hinc lætis uituli uulgò moriuntur in herbis. Vulgò concepti, ſiue uulgò quæſiti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt.

Vulgo. as. a. p. (δημεύω)in uulgus do, & quaſi multis audientibus, ac non taciturnis dico, & commune omnibus facio, manifeſto, uile ha»beo. Vergil. 10. Quid me alta ſilentia cogis » Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem? Huius compoſita ſunt, Diuulgo, euulgo, (ἐκδημεύω) quod eſt extrà in uulgus edo. Inuulgo, peruulgo. A uulgo ſiunt uerbalia, uulgator, uulgatrix, & uulgatio.

Vulgūs, (οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος)neutri gene. & indeclinabile, & uulgus, uulgi, maſcul. gen. ſignificat multitudinem ignobiliorē. Verg. 1. Aen. Sæuitq; animis ignobile uulgus. Et à uoluendo quidam dici putant, quòd ſtultè huc atq; illuc uoluatur. Hinc uulgiuagus, adiect. Lu Lucret. Vulgiuagáq; uagus Venere. id eſt ſectatus plebeiam, popularemq; Venerem, non certæ mulieris amore captus.

Vulnĕrārĭūs, adiect. quod ad uulnus pertinet.

Vulnĕrārĭūs, rij.m.ſ.ſubſtant.(τραυματικός)medicus chirurgus, qui uulnera curat.

Vulnūs, eris.n.t. (τραῦμα)uide in dictione Vlcus. Hinc uulnero. as. τιτρώσκω. ſaucio, uulnus infero. Transfertur quandoq; ad animum & ſignificat ango. Vnde & uulnus pro animi angore accipitur, ſeu damno.

Vulnĭficūs, adiect. quod uulnus infert, Verg.

Vulpēs, & Volpes, (ἀλώπηξ)animal (teſte Varrone) quod pedibus uolet. De eius natura uide Plin. lib. 10. cap. 63. & 74. Huius diminut. eſt uulpecula. ἀλωπέκιον. Adiect. uulpinus. a. um. ἀλωπέκειος. quod pertinet ad uulpem. Aliquando ponitur pro aſtuto. Plaut. Vulpinus animus ne quid moliatur mali.

Vulpīnŏr. aris. d. p. ſignificat mendacijs ac frau»dibus uera peruerto, ſiue effugio ἀλωπεκίζω. Tractum ab intorto ulpium curſu.

Vulsēllă, æ. fœm. prim. uide uolſella.

Vulsūră. ræ. f. p. à uulſum ſupino uerbi uello, ipſa uulſio. Varro de re Ruſt. cap. 11.

Vultūr, & Vulturis, & Vulturius, (γύψ)in nominati. dici poteſt. Auis rapax eſt, carniuora, à uolatu tardo dicta, quòd propter magnitudinē corporis tardè uolet. Plau. in Truc. Iam quaſi uulturij triduo prius prædiuinabāt, quo die eſurituri ſient. Vulturium hominem Cic. in Piſon. pro rapace dixit. A uulturio ſit uulturinus, ut uulturina caro, uulturinum fel, apud Plin. lib. 29. cap. 6.

Vultŭōsūs, a. um. (σκυθρός, συνωφρυωμένος)triſtis. Hinc aduerb. uultuoſè, (συνωφρυωμένως, & μετὰ κατηφείας)id eſt indignanter, facie mœſta, & fronte ſubducta, & cum geſtu rebus accommodato.

Vultūs, us. m. q. (πρόσωπον)à uolo, uis, ſicut à colo, cultus, propriè ſignificat uoluntatem hominis, quæ pro motu animi in facie oſtenditur, cum facies ſit ipſa oris ſpecies, quæ permanet. Vultum ſibi fingere multi poſſunt, faciem nemo. Cic. in Piſon. Vultus deniq; totus, qui ſermo quidem tacitus mentis eſt. Lucret. li. 3. protulit uulta neut. gen. Huius diminut. eſt uulticulus, quo uſus eſt Cic. ad Att. lib. 14.

Vuluă, ſeu Volua, æ. f. p. (μήτρα, ὑστέρα)idē quod uterus, dicta quod fœtus inuoluat. In ea enim conceptus ſit, & fœtus continetur. Quandoq; accipitur uulua pro ore uuluæ. Iuuenal. Adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ.

V ANTE X.

VXŏr, oris. f. t. (γυνή, ἄκοιτις, σύνοικος, ἄλοχος)quæ uiro tradita eſt. Dicitur autem uxor, quaſi unxor, ab ungendo. Nā cum puellæ nuberent apud ueteres, ac mariti domum intrarent, oleo, aut lupino adipe poſtes ungebant, putantes ex hoc omnia mala

ab ea

ab ea domo arceri, uel quod lotos maritos ungebant. Huius dimin. eſt uxorcula. γυναιον.

Vxōrĭūs, a.um. γυναικῶον. quod eſt uxoris, uel quod ad uxorem pertinet, ut res uxoria. Aliquando uxorius, (φιλογυνὴς) dicitur, qui uxori nimis inſeruit.

DE LITERA X.

X Litera ſemiuocalis eſt ξ, quæ uim duplicis conſonantis habet, pro qua modò, c s, modò g s primitus utebantur, ut apecs, gregs, pro quibus nunc apex, grex dicimus. Sciendum quòd x tranſit in u conſonantem, ut nix, niuis: in ct, ut nox noctis, & in aſpirationem ſubit, ut ueho uexi. Quotieſcunq; autem præpoſitio Ex, componitur cum dictione incipiente à uocali, uel c, p, t & s, remanet integra: ſed quando cum s, abijcitur s, ut Exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, excutio, explodo, extraho, exequor, expes.

X ANTE E.

XĔniă, æ.f.p. (ξενία) hoſpitalitas, amicitia exterorum.

Xĕnĭūm, nij.n.ſ. (ξένιον) dici poteſt munus hoſpitalitatis. Huius dimin. eſt xeniolum, paruum xenium.

Xĕnŏdŏchīūm, chij.n.ſ. (ξενοδοχεῖον) hoſpitale, locus publicus, quo peregrini, & hoſpites hoſpitaliter recipiuntur. ξένος hoſpes, δοχεῖον receptaculum, quaſi hoſpitum receptaculum.

Xĕnŏs, (ξένος) Latinè hoſpes, ſiue peregrinus.

Xērāmpĕlīnæ ueſtes, (ut inquit Probus) fuerunt ad uſum matronarum ampelini coloris, qui inter coccinum & muriceum medius eſt. ξηρὸν ſiccum ſignificat. itaq; xerampelinus coloris eſſe creditur, quem uulgò roſam ſiccam nominamus.

Xērōphthālmĭă, æ.f.p. arida lippitudo, cum nec tument, nec fluunt oculi, ſed graueſcunt.

X ANTE I ET Y.

XĬphĭs, (ξίφος) ſignificat enſem. Vnde xiphiæ, (ξιφίαι) ſtellæ ex cometarum genere in mucrones faſtigiatæ.

Xȳlĭnūm, (ξύλινον) quod & Xylon dicitur. id eſt, quod uulgares Bambatium dicunt. Vnde xylinæ ueſtes.

Xȳlŏbālsămūm, mi. n.ſ. lignum balſami, inciditur uitro, lapide, oſſeis ue cultellis, & ſuccū emittit eximiæ ſuauitatis, quem opobalſamum dicunt, de quo Dioſc. lib. 1. cap. 18.

Xȳlŏphăgūs, gi.m.ſ. pen. cor. uermis qui albus, obeſus, nigelloq; capite eſt, ac naſcitur in lignorum carie, lignum corrodens.

Xȳſtūs, (ξυστὸς) à Græcis dicitur porticus ampla latitudine, exercitationi accommodata, in qua athletæ per hyberna tempore exercentur, inquit Vitruuius lib. 6. Hinc xyſtici, (ξυστικοὶ) dicuntur athletæ in xyſtis pugnantes. Xyſtici etiam dicuntur, qui xyſto ludunt. Significat enim xyſtos ſpiculum, uel haſtile, telum. Vnde Xyſtophorus, (ξυστοφόρος) Latinè ſpiculator. Interdum xyſtus ponitur pro ambulatione, in qua arbuſculæ ſunt in plurimas ſpecies effigiatæ. Plinius, Ante cryptoporticum xyſtus eſt uiolis odoratus. Cic. in Brut. Cum ambularē in xyſto, & eſſem ocioſus domi. Quando xyſtus adiectiuum eſt, ſignificat ornatum, terſum, politum.

DE LITERA Z.

Z Litera muta eſt, pro qua primitus nonnunquam ſimplex ſ. ut ſacinthus pro ζάκυνθος. ſethus pro zethus. quandoq; duplicatū ſcribebamus, ut patriſſo pro πατρίζω. pityſſo, pro πιτύζω. Aliquando pro d ponebamus, ut Medentius pro Mezentius.

Zathene, gemma eſt, modò nigri, modò flaui electri colore.

Z ANTE E.

ZĒă, æ.f.p. ζεὰ. genus frumenti, ſimile farri, quæ uulgò ſpelta dicitur. Duo eius genera tradit Dioſcorides libro 2. cap. 80. Ex hoc fit alica. Ex zeatico, hordeaceo ue cibario, qui ſunt principum equiſones, equos alere conſueuerunt.

Zēdōrŏs, ζείδωρος. dicitur terra zeam donans.

Zēlo, as. & zelor deponens, ſignificat æmulor, iraſcor. Item imitor, ut illud, Neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Zēlōtēs, tis.m.t. (ζηλωτὴς) pen. pro. idem eſt quod æmulator. Quandoq; dicitur amator, qui nullum in amore fert riualem.

Zelotypia,æ.f.p.(ζηλοτυπία) ægritudo animi ex eo proueniens, quòd timeat, ne adſit alteri, quod cũ nemine uelit habere cõmune. Cic. 4. Tuſc. Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo quòd alter quoq; potiatur eo, quod ille ipſe cõcupiuerit.

Zelotypus,pi.m.ſ.(ζηλότυπος)pen.cor.zelator, ſeu æmulator formæ. Nam ζῆλος æmulatio eſt: τύπος forma. Qui igitur ita amat, ut ſolicitus ſit, ne quis amore ſuo perfruatur, zelotypus eſt. Iuuenal. Satyra quinta, Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hiarbæ.

Zelus,li.m.ſ. ζῆλος. modò inuidiam, modò amorem, modò æmulationem ſignificat.

Zephyrius,(ζεφύριος)adiectiuum,ut Zephyria oua, hoc eſt ſterilia, quòd uento putentur generari. Plin. lib. 10. cap. 60.

Zeta, & zetecula, æ. f.p. diminut. apud Plin. in Epiſt. Erat locus capax unius lecti, cum ſellis duabus, qui uelis obductis, & reductis modò adijcitur cubiculo, modò aufertur. Nomẽ inde deductum quoniam tribus è partibus feneſtras & proſpectus habeat, atq; ſolem multipliciter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν. quod eſt, feruere: uel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea commodiſsimè uiuatur.

Zeugites,(ζευγίτης) calami, arundinisq;, ſeu tibiæ genus, à paritate dictum, quòd eo duplices fiebant tibiæ.

Zeugma,atis.n.t.(ζεῦγμα) Latinè connexio, ſiue adiunctio dicitur. Figura cum plures ſenſus uno connectuntur uerbo, quod tribus modis fit, aut præpoſito uerbo, ad quod reliqua reſpiciant: ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: aut uerbo poſtpoſito: ut, Neque is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit: aut in medio ſenſuum poſito uerbo: ut, Troiugena interpres diuûm, &c. Aeneid. 3.

Z ANTE I.

Zignis, lacertæ ſpecies. ἡ χαλκὴ σαύρα.

Zimilaces, lapillus qui in Euphrate naſcitur, in medio glaucus. Alijs zmilaces dicitur, ſine i, in prima ſyllaba, idq; melius, uide Plin. lib. 37. cap. 10.

Zizania.niæ. & Zizaniũ, zizanij, ζιζάνιον. quid ſignificet, Ambroſius lib. Hexam. declarat dicens: Lolium, & reliqua adulterina ſemina, quæ frugibus ſæpe miſcentur, zizania nuncupari Euangelij lectione cognouimus: ſed ea proprium quoddam genus habent. Nam ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolora mutatione tranſlata, degenerem traxere naturam, hoc docet Dominus dicens: Venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania inter triticũ.

Zinziber. ζιγγίβερ. genus eſt aromatis, paruas habens radices, albeſcentes, odoratas, ſapore piperis. Vide Dioſc. li. 2. ca. 149. Plin. lib. 12. ca. 7.

Ziziphus, pen. cor. genus arboris, quam noſtrates Zibebos uocant. Zizipha, fructus dicuntur. Plin. lib. 15. cap. 14.

Zmilaces. uide Zimilaces.

Z ANTE O.

Zodiacus, ci.m.ſ.(ζωδιακὸς)pen.cor.dici poteſt animalis, ab effigie animalium. Nam circulus eſt maior, obliquus, æquinoctialem in partes æquales ſecans, cuius una medietas ad Septentrionem, reliqua ad Auſtrum declinat, in quo duodecim ſigna ſunt, in formam animalis figurata, ut Aries, Taurus. Græcè enim ζῶα animalia dicuntur.

Zographos, phi.m.ſ. (ζωγράφος)pictor animalium. Zographia, ipſa pictura.

Zomos. ζωμὸς. Latinè dicitur ius, pro brodio. Vnde & Zomopæus. ζωμοποιὸς. coquus.

Zona, æ.f.p. ζώνη. cingulum quo cingimur. Mar. lib. 14. Longa ſatis nunc ſum, dulci ſed pondere uenter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Hæc et lorũ dicitur, et baltheus, quamuis baltheus ſit etiam, à quo arma dependent: & cinctus, & cingulum à cingendo. Hinc zonarius, ſubſtantiuum, qui zonas facit. Et zonarius adiect. quod ad zonam pertinet: ut ſector zonarius, quem crumeniſecam aliàs appellare poſſumus.

Zoophthalmos. ζωόφθαλμος. herba eſt à ſimilitudine oculi animalis dicta, quem ſuo flore præ ſe fert. Dioſcor. lib. 4. ca. 19.

Zopiſſa, apud Plinium uiuam picem ſignificat. Vel zopiſſa pix, ut ait idem Plinius libro 24. cap. 7. quæ ex nauibus raditur, admiſta cera, & marino ſale macerata, multò ad omnia efficacior, quàm aliæ pices. Sed propriè reſina ex pinu.

Z ANTE V, ET Y.

Zūrā, æ. f. p. Aphrorum lingua, ſemen paliuri uocatur, contra ſcorpiones efficaciſsimum. Plin. lib. 14. cap. 13.

Zūthūm, thi. n. ſ. ζυθὸς. eſt compoſitio facta ex gith, qua utebantur Alexandrini, ut inquit Galenus in expoſitione ſententiarum Hippocratis. Vide Zythus.

Zȳgǣnă, æ. f. p. ζύγαινα. nomen piſcis marini, ut eſt apud Ambroſium: Quid gladios loquar aut zygænas?

Zȳgiă, æ. f. p. ζυγία. à Græcis carpinus arbor appellatur, quòd ex ea materia fiunt iuga iumentis, quæ apud eos zyga uocantur. * Aliàs zygia, aceris ſpecies rubens, fiſsili ligno, cortice ſcabro & liuido. Eſt & zygia, tibia nuptialis. Apuleius, Et Sonus tibi zygiæ mittatur.

Zȳgŏs, ζυγὸς. Latinè iugum, unde Zygia Iuno, quaſi iugatiua: ſiue iugalis, ab eo quòd præeſt maritali coniugio. Verg. lib. 4. Cui ſunt uincla iugalia curæ.

Zȳmē. ζύμη fermentum.

Zȳmēs, panis fermentatus. Azymus. a. um. ſine fermento.

Zȳthūs, thi. m. ſ. uel Zythum potus, ex hordeo aqua reſoluto confectus, acris guſtu, & tanquam uinum inebrians. Vide Dioſcoridem lib. 2. cap. 97.

FINIS.

Digitized by Google

ONOMASTICON PROPRIORVM NOMINVM, VIRORVM, MVLIERVM, SE-

ctarum, populorum, idolorum, ſyderum, uentorum, urbium, marium, fluuiorum, montium, & reliquorum, ut ſunt uici, promontoria, ſtagna, paludes, &c. Nunc primum cum ex Calepini, tum ex aliorum doctorum dictionarijs partim à Conrado Geſnero Tigurino, partim ab eius amicis congeſtum.

BASILEÆ
M. D. [illegible]LVI.

A ANTE B.

ABA, oppidum in Arabia fœlici, ut ait Ptolemæus. Eſt & ciuitas Phocidis, Straboni & Ariſtoteli. Vide Abæ. Mons item Armeniæ, unde oritur Euphrates, ut ſcribit Plinius libro 5. capite 24.

Abacena, ciuitas Medorum, & item Siciliæ, ut ſcribit Ptolemæus.

Abæ, arum, oppidum Phocidis. Vide Aba.

Abala, nomen oppidi in Africa, apud Plinium.

Abali, populi Indiæ, de quib. Plin. lib. 19. cap. 6.

Abana, penult. correp. fluuius Damaſci, in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

Abantias. Vide poſt Abas.

Abantis, huius Abantis Straboni, Plinio Abantias, inſula eſt maris mediterranei Bœotiæ propinqua, alio nomine poſtea Euboia dicta, cuius incolæ Abantes dicuntur.

Abarimon, Scythiæ regia ſuper Anthropophagos, in qua ſylueſtres homines degunt, auerſis poſt crura plantis: qui maximam habent uelocitatem, paſſimq́ cum feris uagantur. Plinius libro 7. capite 2.

Abaris, huius Abaris, pen. cor. nomen uiri proprium: de quo uide Cælium lib. 9. cap. 11.

Abas, antis. m. t. ἄβας, αντος. per unum b, rex duodecimus Argiuorum, Lyncei ex Hypermeſtra coniuge filius, homo bellicoſus & acerrimi ingenij fuit, & regnauit annis uiginti tribus, ut inquit Euſebius. Abas alius fuit quidam nobilis comes Aeneæ, de quo Vergilius libro 10. Vnà toruus Abas, & cætera. Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. Hinc Abantius. a. um. poſſeſſ.

Abantias dicta eſt Atalanta neptis Abantis & Iaſij filia. Muſæus, Nec Abantias aures Præterit ipſa tuas.

Abaton, Abati, n. ſ. ædificium erectum à Rhodijs ad protegendum Artemiſiæ trophæum, quod religione impediti diruere non poterãt. De hoc meminit Cælius Antiq. lect. 7. ca. 51.

Abatos, penul. corr. inſula in extremis Aegypti, in palude Memphitica poſita, in qua ſepultus fuit Oſiris rex. ἄβατος ideſt, inacceſſibilis dicta, quòd ad illam propter limi & papyrorũ copiã difficilimus ſit aditus. Hoc nomine etiam uocatus eſt locus ultra Aegyptũ et Aethiopas, iuxta paludem quam Stygem uocant.

Abbarim, pen. cor. mons excelſus, diuidens terram Amon & Euphratis à terra promiſſionis contra Hiericho, Iordanem uſq; fluuium protendens radicem. Inſignis eſt Moſi inclytí Iudæorum Ducis morte.

Abdera, (ἄβδηρα, τὰ) penult. produ. urbs Thraciæ, Democriti philoſophi, & Protagoræ ſophiſtæ patria, quam Diomedis ſoror condidit & à ſe cognominauit. De hac Ouid. Aut te „deuoueat certis Abdera diebus.

Abdera, item oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ. Eſt & inſula ad Samothracen. Hinc,

Abderites aliquis ex Abdera. Et

Abderitæ, (ἀβδηρῖται) populi Thraciæ ſunt, qui cum à muribus ac ranis uexarentur, coacti ſunt natale ſolum relinquere, & alias quærere ſedeis. hos Caſſander, ſedibus in ultimis Macedoniæ partibus conceſſis, ſuſcepit, pactione ſimul inita cum eis de pace, cum ſuam timebat inuaſuros patriam. Abdera pulchra Teiũm colonia, uide Chiliades Eraſmi.

Abella, urbs eſt ſupra Neapolim: unde Auellanæ nuces, Macrobio & Vergilio. Vulgò hodie Bella dicitur.

Abellinates, ſunt Italiæ populi, antè Protropi appellati, ut ſcribit Plinius. Iidem Auellinates appellantur. Nam inter P & V magna eſt adſinitas, teſte Luciano.

Abellinum, Italiæ oppidum, quod item Auellinum dicitur, ut ſcribit Plin. hodie Troia.

Abeſamis, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum. Plinius lib. 6 cap. 28.

Abij, populi ſunt Scythiæ, dicti, quòd ſine uita ſtabili, aut domicilo ſint in curribus degentes. Homerus Iuſtiſſimos uocat, quòd in pace ſine bello degant.

Aborigenes, pen. cor. appellati ſunt populi antiquiſſimi, qui primi tenuerunt agrum populi Romani: ſic dicti, quòd primi uiſi ſint tanquã editi ſine patribus, quaſi ſine origine: aut quòd ex uaria gentium colluuione mixti erant. Hi poſtea aduentu Aeneæ Phrygibus iuncti, Latini uno nomine appellati ſunt, Romamq́ condiderunt, ut refert Salluſt. Dionyſius autem

Arcades fuiſſe, & cum Oenotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam ueniſſe tradit.

Abram, nomen primi patriarchæ, & Latinè pater excelſus interpretatur: quem Deus ab ijs quæ uidentur ad inuiſibilia protrahens, Non uocaberis, inquit, Abram, ſed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gentium patrem poſui. Secundum tamen declinationem Latinam Abraamus dicitur: uel cum aſpiratione Abrahamus.

Abretanus Iupiter, Myſius deus eſt, ſic ab Abreta dictus, Strabone authore.

Abrodiætus, (ἁβροδίαιτος) cognomen fuit Parrhaſij pictoris nobiliſsimi: quòd Latinè ſignificat delicatum atq; elegantem.

Abroni mœnia, urbs Galati, Ptol. uulgò Arcani.

Abrotonium, nij. f. ſ. nomen proprium fœminæ, quaſi delicata & amplexibus apta.

Abſinthij, ab herba, populi quidam cognominati ſunt, teſte Herodoto libro 6. qui iuxta Pontum habitant: ubi mons eiuſdem nominis habetur. Ouidius libro 5. de Triſt.

» Cana prius gelido deſint abſinthia Ponto.

In eo loco ait Plinius libro 27. cap. 7. pecora pingueſcere ſolent hac herba.

Abſyrtes, Colchorum fluuius, in Adriaticum mare ſeſe exonerans, ab Abſyrto à Medea ibidem interempto, ſic appellatus. Lucanus libro 3.

» Et cadit Adriacas ſpumās Abſyrtus in undas.

Abſyrtides, (ἀψυρτίδες) inſulæ ſunt in Adriatico mari, ut Plinius ſcribit lib. 3. cap. 26.

Abſyrtus, Aeetæ regis Colchorum & Ipſeæ, alij Idyæ filius, alio nomine Aegialeus dictus, quē ſoror eius Medea cum Iaſone diſcedens membratim diſcerptum circumquaq; diſiecit, ut ſequentem ſe patrem in colligendis oſsibus occupatum remoraretur, ne eam à fuga retraheret, unde locus ille dictus eſt Tomos, id eſt, inciſio. Alij non à ſorore diſcerptum uolunt, ſed per Iſtrum fluuium cum fugientibus in Illyriam ad inſulas Brygeidas ueniſſe. Huius meminit Cice. lib. 3. de Nat. Abſyrti fabulam deſcribit Ouid. 3. Triſtium, Eleg. 9.

Abydeni populi, (ἀβυδηνοί) ab Abydos ciuitate Aſiæ, qui cum nimium obſidione coanguſtarentur, adeò ut nulla liberandæ obſidionis ſpes ſupereſſet, mutua multitudinem tanta inuaſit rabies, ut repente proditos rati, qui pugnantes occubuiſſent, periuriumq; alijs alij exprobrantes, & ſacerdotibus maximè, qui quos ad mortem deuouiſſent, eorum deditionem uiuorum hoſti feciſſent, repentè omneis ad cædes coniugū, liberorumq; diſcurrerent, ſeq; ipſe pariter omneis læti interficerent.

Abydos hæc, ſiue hoc Abydum, pen. pro. (ἄβυδος) urbs Aſiæ à Mileſijs condita, Gyge Lydorū rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit: cui Seſtos in Europa opponitur, intercedente anguſto mari: à caſu uirginis Helleſponto nuncupato. Id cum Aſiam ab Europa diuidat, Xerxes ponte coniunxit. Hinc Abydenus, ſiue Abydæus, uelut Leander Abydenus.

Abyla, (ἀβύλη) pen. prod. poteſt tamen eſſe dichrona: mons eſt excelſus Mauritaniæ, Calpæ monti in Hiſpania eſt oppoſitus, quī olim perpetuo iugo coniuncti, ab Hercule ſunt ſeparati, & ſic intromiſſum terris mare, quod in hodiernum uſq; diem mediterraneum nuncupatur. In his præterea ſunt Herculis columnæ, quas ibidem fixiſſe dicitur, cum boues Geryonis ueſtigaret, perinde ac ultima ibidem eſſet orbis meta. Eſt & Syriæ oppidum quod hodie Aceuta dicitur.

Aca, ciuitas Phœnicum, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt, Strabone authore. Plinio autem dicitur Ace, quæ quondam colonia fuit Claudij Cæſaris.

Academia, (ἀκαδημία) locus nemoroſus, ab Athenis mille paſsibus diſtans: ab Academo heroē, ut Eupolidi placet. Ibi natus eſt Plato, ubi cum philoſopharetur, ſtudendi uſu & diſcipulorum frequentia, morumq; celebritate inſignis fuit. Eratq; Academia gymnaſium inferius, cum ſuperiori gymnaſio nomen eſſet Lyceum (λυκεῖον) quæ & inferior ambulatio & ſuperior dicebantur. Lycæum uerò nomen ſcholæ Ariſtotelicæ. Hinc Academicus, ca, cum. ἀκαδημικός: ut ſectæ Academicæ, hoc eſt, qui Academicos ſectatur. Eſt itē Academia uilla M. Tullij Cic. in Campania, memoratu digna, ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu & nemore: quam ipſe Academiam uocabat ab exemplo Athenarum. Vide Plinium lib. 31. cap. 2.

Acallis, dis, Minois fuit filia, quæ genuit Oaxē.

Acamas, unus fuit teſte Hom. Iliad. 2. è Thracū principibus, qui in auxilium Troianorū uenerunt. Fuit & alius eiuſdem nominis filius Antenoris, qui tēpore belli Troiani cœlebs erat, et dijs ſimilis habebatur. Eſt præterea Acamas montis nomen in Cypro, unde Cyprus antea Acamātis uocitata eſt, ut author eſt Stra. 14.

Acanthus, puer fuit regius conuerſus in florem ſui nominis. Eſt item ciuitas Aegypti prope Memphim, Maced. & Aetoliæ. Plin. li. 4. c. 10.

Acarnania, regio et pars Epiri, merſa medio ſinu Ambracio, ut ſcribit Plin. 4. ca. 1. in hac eſt oppidū Leucas. Achelous amnis ipſam ab Aetolia diuidit. Hinc Acarnanus. na. num. aliquis ex illa prouincia. Eſt et regio quædā parua in Aegypto dicta Acarnania, ſicut ſcribit Seruius libr. 5. Aen. Et ciuitas non procul à Syracuſis, ut inquit Cicer. in Verr. in qua Olympij Iouis antiquiſsimum fanum fuit.

Acaſta. ἀκάστη. nympha, uide Actaſta.

Acaſtus, Peliæ Theſſalorū regis filius, uenator ſagittis clarus, cuius meminit Ouid. 8. Meta.

Acca Laurentia, Fauſtuli regij paſtoris uxor, quæ Romulum & Remum lactauit, & materna ſolertia gubernauit. Hæc uocata eſt Lupa, eò quòd nobile ſcortū fuerit. Et tales nucupātur lupæ ob auaritiā, cauſa cuius pudicitiam proſtituere, & cellæ earum lupanaria. Serui.

Accius, cij. m. ſ. tragœdiographus, natus eſt parentibus libertinis, Marcino & Serano conſulib. Scripſit tragœdias quæ maxime laudātur, ob ſententiarum grauitatem, uerborumq́; pondus, ac authoritatem perſonarum. Fuit item eiuſdem nominis alius Piſaurienſis, cuius accuſationi Cicero reſpondit pro A. Cluentio: quemq́; in Oratore ſuo inter claros oratores refert. Fuit rurſum alius Accius Nauius, cuius idem Cicero 1. de Diuin. meminit. ex Volaterrano lib. 13. Vide Actius.

Accuſiorum colonia, Ptolemæo, urbs Allobrogum in Gallia, hodie Gratianopolis.

Acelum, licet oppidum credatur Galliæ ciſalpinæ, quod hodie Aſulum dicitur, tamen oppidum eſt à Patauio ad decimum lapidem, uerſus Ateſte & Montagnam.

Acephali hæretici quidam dicti ſunt, quoniam nullus inuenitur author à quo exorti ſunt. Hi duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in eius perſona prædicant naturam.

Aceræ. ἄκεῤῥαι. pen. pro. uel ut alij, Acerræ, per duplex r, antiquiſsima urbs Cāpaniæ non lōgè à Neapoli, quā Clanius amnis præterfluit. huius frequens inundatio eam penè exhauſit.

Aceſias fuit imperitus medicus, qui dum cuidā podagrico mederi uellet, morbum & dolorē auxit. Vnde natum adagium, Aceſias medicatus eſt. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

Aceſinus, (ἀκεσίνης. pen. prod. fluuius Perſiæ, qui in Indum fluuium cadit, magnus & nauigabilis: circa quē ferunt arundines tantæ magnitudinis naſci, ut ſingula internodia incolis præſtent uicem nauigij.

Aceſta, urbs Siciliæ, ab Aceſte rege ſic nominata, quæ eadem poſtea Segeſta dicta eſt, ut inquit Seru. 5. Aene. in qua partem ſuorum reliquit Aeneas cum peteret Italiam.

Aceſtes filius fuit Crinisi fluminis Siciliæ ex Egeſta Troiana muliere, ut li. 5. Aenei. teſtatur Verg. Hic iam ſenex, primo Anchiſen, & Aeneam Italiam petentes ſuſcepit hoſpitio, & mortuum Anchiſen unà cum Aenea in Eryce monte Siciliæ ſepeliuit. Demum iterum à Carthagine deſcendentem Aeneam, quò illū uenti impulerant ſuſcepit, ubi Aeneas condita inualidis ſocijs ciuitate, eā uocauit Aceſtā.

Aceſtis, is. fluuius Italiæ nauigabilis, iuxta quē Alexander Bucephalam urbem condidit.

Achæi, (ἀχαιοὶ) Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

Achæmenes, (ἀχαιμένης) cum dipthongo, pen. cor. rex fuit Perſarum ditiſſimus, ut teſtatur Hora. 2. Carm. Hinc Perſæ dicti ſunt Achæmenidæ. Vide Achæmenia, & Achimenes infra.

Achæmenia pars Perſidis, ab Achæmene Aegæi filio, author Stephanus. Et Achæmenius id eſt Perſicus uel Parthicus.

Achæmenides, fuit unus ex ſocijs Vliſsis. Hic fugentibus cæteris Græcis cum Vlyſſe, apud Cyclopas derelictus eſt, poſtea tamen Aeneæ ad eundem locum nauiganti aſſociatus, Cyclopum manus effugit. Vergilius li. 3. Aneid.

Achaia, (ἀχαΐα) ampla eſt regio Græciæ undique circunſepta mari, præterquam à Septentrione,

trione, cuius caput eſt Corinthus: dicta Achaia, ab Achæo Iouis, ſeu ut alij uolunt, Xuthi filio, quæ primo Danaa (ut Herod. placet) dicta fuit, à Danao Argiuorum rege. Unde Græci Achæi, atque Achiui, & Danai dicti ſunt. Deinde Aegialea (αἰγιάλεια) à rege Aegialo dicitur. Eſt etiam alia Achaia in Peloponeſo, nunc uulgò Morea dicitur. Declinaturq́; Achaia, iæ. dictio tetraſyllabica. Achais, idis. & Achaida, Achaidæ, ſicut Perſis, & Perſida, Thebais, Thebaida, Ptolemais, Ptolemaida. Eſt item Achais, idis, gentile nomen & fœm. Ouid. Inter & Achaides lōgè pulcherrimæ matres. Vide Plin. & Stra. li. 8.

Achates proprium eſt fidi & indiuidui comitis Aeneæ, dictum ἀπὸ τοῦ ἄχθος. ἄχος. id eſt cura ſiue ſolicitudine, quæ regum ſemper ſunt comites. Hæc Serui. in illud Vergilij, Ipſe uno graditur comitatus Achate. Eſt & fluuij in Sicilia nomen, & gemmæ quæ inuenitur apud eundem.

Achedorus fluuius Macedoniæ, qui Apolloniam à Theſſalonica diuidit, authore Volater.

Achelous, (ἀχελῶος) Aetoliæ rex, à quo fluuius eiuſdem nominis, à Pindo oriens, & Aetoliā ab Acarnania diuidens, in Maleacum ſinum defluit. Hic cum Hercule duello certauit pro Deianira, Oenei Calidoniæ regis filia: ſed uidens Herculem fortiorem, ſe uertit primo in ſerpentem, deinde in taurum, cui Hercules amputauit cornu, quod Copiæ comiti fortunæ datū eſt, ſed poſtea Achelous Amalthea cornu Herculi dedit, atq; ita ſuum recepit. Hinc Acheloius. a. um. quòd modò poſſeſsiuum eſt, modò pro aqueus ponitur. Vergil. 1. Georg. Poculaq́; inuentis Acheloia miſcuit uuis. Hinc Acheloides nymphæ dictæ ſunt. Nam Acheloias & Achelois patronymica ſunt. Ouid. Vobis Acheloides undæ, &c. Acheloia pocula, uaſa aquaria.

Achemon, ſeu Achmon, ab alijs Atlas dictus, Paſſali ſeu Candali frater. Hi duo Cercopes dicebantur, qui omnium ſcelerum autores, et participes fuerunt, tandem ab Hercule uicti ſunt, quos poſtremò Iupiter in ſimias mutauit. Vide prouerbium: Ne in melampygum incidas. Ab his duobus fratribus nomen factum inſulis Pithecuſis, in quibus illi habitabant. Ouid. lib. 14. Metam. autor eſt.

Acheron, filius fuit Cereris abſq; patre, quem cum in abdito Cretæ ſpecu peperiſſet, is autē lucem aſpicere non auderet, ad inferos defluxit, ibiq́; infernalis fluuius effectus eſt. Alij Titanis & terræ filium faciunt, & ob id à Ioue ad inferos deiectum ferunt, quòd ſitientibus Titanis limpidas præſtitiſſet aquas. Seruius ſcribit locum eſſe in Campania montibus ſeptum, non procul à Baijs, ubi necromantia exercebatur. Quidam uolunt fœminini generis eſſe, pro palude infernali, & dictam ab α, ſine: χαίρον gaudens, quòd ſit ſine gaudio. Strabo libro 6. Acherontem fluuium eſſe tradit Brutiorum, prope Pandoſiam urbem, ubi Alexander Epirenſis à Lucanis trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo, quod iuſſerat ut caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamq́; urbem: quum in Epiro eſſet Pandoſia, & Acheron amnis, fugiens hæc loca, in Italiam uenit, eumq́; uadum Acheronis Brutiorum egreſſum eminus ueruto Lucanus miles exultans confodit.

Acherontini, populi oppidani ſic ab Acheronte fluuio dicti, qui eſt in peninſula Brutiorū iuxta quem habitant, ut refert Plin. li. 3. ca. 5.

Acherotia, ciuitas parua Apuliæ, in mōte ſita.

Acheruſia, ſpecus iuxta Heracleam urbem, ab Hercule conditam in littore maris Euxini, ad manes uſque (ut fama fert) peruius, & ex eo Cerberū ad ſuperos tractū incolæ memorant. Eſt item palus iuxta Cumas ex Acherōte oriens: item lacus Theſbrotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambracium ſinū defertur: autores Pōponius & Strab. li. 5.

Achilleon, (ἀχίλλειον) oppidum Troadis iuxta tumulum Achillis, à Mitylenæis conditum, authore Plinio cap. 30. lib. 5.

Achilles, ſiue Achilleus (ἀχιλλεὺς) nomen herois apud Græcos fortiſſimi, & apud Homerum ualde celebrati. Huius nominis genitiuus tam in i, quàm in is, finit. Nomina enim in eus diphth. finita, apud antiquos terminabantur in es, ut Theſeus, Theſes: Tydeus, Tydes. genitiuus erat in is, Theſis, Tydis: ubi in fine carminis abijcitur s, ut Theſi, Tydi. Remanſit cōſuetudo in Achilleus et Vlyſſeus: Achilles, Vlyſſes, quorum genitiuus eſt Achilli, Vlyſſi, in car-

car

carmine Vergiliano: Troias reliquias Danaûm atque immitis Achilli. Diſſoluto genitiuo uſus eſt Horat. Vlyſſei à nominatiuo Vlyſſeus: Nec curſus dupliceis per mare Vlyſſei. Hic Pelei & Thetidis filius, quem adhuc infantem mater ſtygijs undis totis immerſit atq; abluit, eoq; modo inuulnerabilis in toto corpore factus eſt, præter quam in ea pedis parte, qua comprehenſus ab ipſa matre fuerat, dum ablueretur. Traditus eſt educandus Chironi Theſſalo homini iuſtiſs. ut ſub eo bellicis artibus à primis quoq; annis inſueſceret, inq; Muſices exercitio proficeret, quin etiam bonis moribus enutriretur. Hunc autem cū mater ex oraculo didiciſſet in expeditione Troiana periturum, ſi eò cum cæteris Graciæ ducibus proficiſceretur, iam adultum inter Lycomedis regis filias furtim occuluit, et ne proderetur, muliebri habitu eum induit. ubi cum aliquandiu delituiſſet, Deidamiam regis filiam uitiauit, ex qua Pyrrhum ſuſcepit. Poſtremo tamen ab Vlyſſe aſtu compertus, ad bellū ductus eſt. Troia enim, abſente Achille expugnari non poterat. Porrò in bello, poſt multas res præclariſſimè geſtas, adeò ob ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeida indignatus eſt, ut aliquandiu bello abſtinuerit, neq; ullis precibus reduci potuerit. Attamen Patrocli amici coniunctiſsimi morte permotus, denuo ad bellum profectus Hectorem interfecit. Poſtremò fraudulenter à Paride in Apollinis templo confoſſus eſt, cum ei Polyxena in uxorem deſponderetur, & in Sigeo Troiæ promontorio ſepultus. Hinc adiect. Achilleus. a. um. Verg. Stirpis Achilleæ, &c. Et Achillides, patronymicum.

Achimenes, (ἀχιμένης) filius Bacchemonis, filij Perſæ, qui Achimenis populis nomen dedit, in quibus imperauit, à quo Achimenia regio. Fuit & Achimenes Ariobatis regis Lyciæ filia, & uxor Bellerophontis. Vide Achæmenes: & ſic legendum puto cum diphthongo in ſecunda ſyllaba.

Acidalia, Veneris epitheton, uel quia inijcit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt. uel certè à fonte Acidalio, qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate in quo ſe Gratiæ lauant, quæ Veneri ſunt ſacratæ.

Acilius, uide Acis.

Acis, Fauni & Simethidis nymphæ, filius adoleſcens pulcherrimus paſtor Siculus, à Galatea dictus, quam quum Polyphemus etiam amaret, & ab ea aſperneretur, ab eodē ſaxo illiſus perijt, cuius Galatea miſerta in fluuium ſui nominis permutauit, qui in Aetna monte oriens in mare Siculum defertur, ut ſcribit Ouidius lib. 13. Metamor. Hunc alij in Acilium, Siciliæ fontem permutatum dicunt. Ouidi. libr. 4. Faſtor. Præterit & ripas herbifer Aci tuas. Eſt item inſula una eſt ex Cycladibus, authore Plin lib. 4. ca. 12.

Acone, portus eſt Heracleæ, Bithyniæ ciuitatis, Lyco flumini appoſitus, non procul ab Acheruſia ſpecu, qui prouentu noxiarum herbarum adeò celebris eſt, ut noxias herbas Aconita nominemus.

Acœtes, nomen uiri pauperis, & ut indicat etymon uocabuli, carentis cubili. De cuius tenuitate uide Ouid. 8. Metam.

Aconteus, uenator egregius, Statio lib. 7.

Acontius, iuuenis ex Cæa inſula, in Delum ad Dianæ ſacra profectus, in amorem Cydippes, nobilis puellæ exarſit: ſed cum eadem potiri non poſſet, nouam fraudem commentus, in pomo hos uerſus ſcripſit: Iuro tibi ſanè per myſtica ſacra Dianæ, Me tibi uenturum comitem, ſponſumq; futurum. Hoc pomum Acontius iecit in ſinum Cydippes, quæ uerſus legens iurauit imprudēs, & illi nubere etiā morbo coacta eſt. Vnde Verg. quodam loco.

» Quale fuit malum, quod litera pinxit Acōti,
» Qua lecta cupido pacta puella uiro eſt.

Eſt item Acontius Magneſiæ mons, uel ſecundum alios, Bœotiæ, ut Plinio & Straboni.

Acriſius, Argiuorum rex, ut ſcribit Lactant. & ut Euſebius in Chronico ſcribit, Prœto fratri ſucceſſit in regnum. Hic ut idem Lactantius adſerit, nec ab hoc diſcrepat Seruius, unicam habens filam Danaën, in reſponſis habuit, ſe manu eius qui ex filia naſceretur, moriturum. qui ad effugiendam prænunciatam mortem, filiam in quadam turri ſepoſuit, ſeruariq; iuſſit, ne quis poſſet ad eam accedere. Contigit igitur ut audita pulchritudinis eius fama, illam concupiſceret Iuppiter: qui cum ad eam acceſſum alium non uideret, uerſus

in auri guttam, ex tegulis ſe in gremium eius cadere permiſit, & ſic prægnans effecta eſt. Quod ægrè ferens Acriſius, eam capi iuſsit, & in arcam poni, atq; in mare proijci. quod cum miniſtri feciſſent, in littus uſq; Appulum arca delata eſt, & caſu à piſcatore capta: in qua cum comperiſſet Danaën, & paruum filium quem enixa fuerat, ad Pilumnum regem detulit: qui cum genus eius cognouiſſet & patriam, illam libenter coniugio ſibi copulauit. Filius autem eius cui Perſeus nomen fuit, cum excreuiſſet, & Gorgoni caput abſtuliſſet, Argos ueniens, Acriſium transmutauit in ſaxum. Hæc ex Euſebio, Bocatio, & Seruio. Ab Acriſio fit Acriſioneus. a. um. & Acriſionides patronymicum maſc. pro Perſeo. & Acriſioneis, & Acriſione, fœm. patronymicum pro Danaë. Fuit & Acriſius alter, Laërtæ patris Vlyſsis pater, & Iouis filius, dicente Vlyſſe apud Oui. 13. Meta. Nam mihi Laërtes pater eſt Acriſius illi, Iupiter huic.

Acroceraunia, (ἀκροκεραύνια.) montes excelſi in diuerſis locis, ſic dicti propter altitudinem & iactus fulminum, ut Seruius author eſt: quorum alij ſunt in Epiro, diuidentes Ionium mare ab Adriatico. Alij ſunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiam, dicti à fulminibus quibus impetuntur. Nam ἄκρον dicitur mons, uel ſummitas, & κεραυνὸς fulmen. Vide in Ceraunus.

Acrocorinthus (ἀκροκόρινθος)mons Peloponneſi excelſus, inter duo maria, Aegæum ſcilicet & Ionium, ſtadiorum trium & dimidiati: ſub cuius radice in plano, inſtar menſæ loco iacet oppidum Corinthus. Vertex ipſe Acrocorinthi, Veneri ſacram habet ædiculam: infra uerticem, Pyrenem fontem, haud affluenteis ſed perſpicuas aquas habentem.

Acron Ceninenſium rex, quem raptus uirginum Sabinarum ulciſci uolentem Romulus ſingulari certamine uicit, teloq; traiecit, & eius ſpolia opima Ioui Pheretrio dedicauit.

Acronius, in Alpibus lacus eſt, quem deſcendens à mõte Rhenus facit, hunc noſtri lacum Conſtantienſem uocant. Facit aũt Rhenus duos lacus Acronium & Venetũ, teſte Pomp. lib. 3.

Acropolis, dicebatur ipſa arx Athenienſium. Athenæ enim in tres partes diuiduntur, ſcilicet ἀκρόπολιν, ἄστυ, & Piræum portum.

Actæon filius fuit Ariſtei, ex Autonoë coniuge. Hic uenator fuit ut docet Ouid. & cum die quadã uenatione feſſus in uallem Gargaphiæ deſcendiſſet, eô quòd in ea fons eſſet, recens & limpidus, & ad eum fontem potaturus accederet, uidit in eo Dianam nudam ſe lauantem. Quod cum ægrè Diana tuliſſet, ſumpta manibus aqua, in faciem eius proiecit, dicẽs, uade, & dic ſi potes. Is autem repentè in ceruum conuerſus eſt: quem cum canes eius uidiſſent, confeſtim irruerunt in eum, atq; dentibus laceratum comederunt. De quo figmento ſic ſcribit Fulgentius: Anaximenes (inquit) qui de picturis antiquis diſſeruit, ait libro 2. Actæonem uenationem dilexiſſe, qui cum ad maturã perueniſſet ætatem, conſideratis uenationũ periculis, id eſt, quaſi nudã artis ſuæ rationem uidens, timidus factus eſt. Et paulò pòſt: Sed cũ uenandi periculum fugeret, affectum tamen canũ non depoſuit, quos inaniter paſcendo, penè omnem ſubſtantiã perdidit: ob hanc rem à ſuis canibus deuoratus eſt. Hæc ille. Fabulam uide apud Oui. lib. 3. Metamor.

Actæus, a. um. ἀκταῖος. dicitur pro Athenienſi. Nam Attica regio apud priſcos dicta eſt non ſolum Attis, idos, ab Attide Cranai regis filia (ut inquit Euſtathius) ſed etiam Acte, ut Plin. lib. 4. & Gel. teſtantur. Vel ab Actæone, uel ab Actæo rege indigena. Vnde Ouid. 2. Metam. Separat Aonios Actæis Phocis ab oris. Vult enim Parnaſſum medium eſſe inter Bœotiam & Athenas.

Actia, orum, (ἄκτια.) ludi quinquennales Actiaci, Apollini Actio dicati, qui prius & à finitimis agebantur, ſed ab Auguſto honorificẽtius celebrati fuerunt. Vide Actiũ, & Agonales.

Actium, (ἄκτιον) Epiri oppidum & promontorium, ubi Auguſtus, deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra, urbem condidit, & Nicopolim à uictoria nominauit, ut ſcribit Plutarchus. Hinc Actius, a. um. & Actiacus, a. um. » Verg. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Hinc Actij ludi quinquennales, inſtar Olympiorum Apollini Actio dicati. uide Actia.

Actius, fuit Tragœdiarum ſcriptor, natus libertinis parẽtibus, & inter colonos Piſaurũ deductus eſt: à quo & fundus Actianus iuxta Piſaurum.

ſaurum dictus: in ſcribendis tragœdijs, ſententiarum grauitate, uerborum pondere, perſonarum autoritate clariſsimus.

A ANTE D.

ADam (ἀδὰμ) Hebraica lingua (ſicut lib. 1. Ioſephus ſcribit) idem eſt quod ruber: quoniam conſperſa rubra terra factus eſt. Talis enim eſt uirgo tellus & uera.

Adamiani hæretici, ab Adam nominati, cuius imitantur in paradiſo nuditatem, quæ fuit ante peccatũ. Credebãt enim quòd nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaq; mares fœminæq; conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant ſacramenta.

Admēte, ſiue Admetes, fuit teſte Heſiodo in Theog. nympha, Oceani filia, & Tethyos.

Admetus, (ἄδμητος) pen. prod. rex Theſſalorum, cuius armenta nouem annis pauiſſe fertur Apollo, cum ob interfectos à ſe Cyclopes, qui fulmina fecerant, quibus filius eius Phaëton erat necatus, Olympo depulſus humana ſpecie apud mortales exularet, teſte Seruio: quum autem perhumaniter ab ipſo Admeto tractaretur, ad referendũ patrono beneficiũ, à Parcis impetrauit, ut ſi eius fatalis dies adeſſet, hac lege mortem effugeret, ſi quis reperiretur, qui illius uice mortem oppetere uellet. recuſantibus autem eam conditionem omnibus amicis, una Alceſtis uxor capitis ſui diſpendio mariti uitam redemit. Cuius beneficij Admetus memor, perpetuas defunctæ uxori nenias inſtituit. Alij dicunt eius animam Herculem ab inferis orante Admeto rege reuocaſſe, atq; rurſus in uitam reſtituiſſe.

Adonia, iorum. (ἀδώνια) feſta Adoni dicata.

Adonis, nis, & idis, (ἄδωνις) pen. product. nomen proprium filij Cynaræ Cypriorum regis, & Myrrhæ eius filiæ, quem Venus in dilitijs habuit, formoſitate præcellentem. Hic dum in Idalio nemore uenatur, primo ætatis flore apri dente ſub inguine percuſſus, laceratusq; proſternitur leto. Venus miſerata poſt multas lachrymas in florem Adonium, qui eſt ſanguineo colore, eum transformauit. Legitur apud Lucianum Adonim fluuium ex Libano monte profluentem, ſingulis annis ſanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Moſchopolus ἀδώνιδος nomen ab ἄδω, quod eſt cano, deriuatum putat.

Adonis formoſus paſtor cui & annua lugendi feſta ſunt inſtituta, tẽplumq; habuit in Byblo Phœniciæ urbe, ubi pater eius regnãrat. De quo Ouidius latè lib. 10. Metam. Item Adonis, dicitur fluuius prope Byblum urbẽ Phœnicum, author Ptolemæus.

Adraſtia, (ἀδράστεια) regio non longe à Troade quæ eſt Myſia, ab Adraſto rege dicta, qui primus Nemeſi: id eſt Fortunæ templum ædificauit, Adraſtiam quẽ uocauit.

Adraſtus, rex Argiuorum Thalaonis & Eurynomes filius, hic cum duas haberet filias Argiam & Deiphilen, in ſomnis uiſus eſt alteram leoni, alteram apro uxorem dare: cumq; Tydeus & Polynices eodem tempore forte appuliſſent, & imbrem uitantes ſub porticu contendiſſent, ſenex ut eos placaret, deſcendit: & cum Polynicem leonina pelle tectum, Tydeum uerò aprina inueniſſet, eos ſibi generos aſciuit, Deiphilem Tydeo, & Argiam Polynici matrimonio iunxit. Poſtea Polynice ab Eteocle expulſo exercitum contraxit, & unà cum genero in Eteoclem Thebanorũ regem expeditionem ſumpſit: Sed utrinque multis occiſis, domum redijt re infecta.

Adria, inquit Iuſtinus li. 20. Illyrico mari proxima, quæ Adriatico mari nomẽ dedit: Græciæ urbs eſt, ut alij Italiæ. uide Strab. 5. & Pli. lib. 3.

AE ANTE A.

AEacus, (αἰακὸς) pen. cor. Iouis ex Europa ſiue ex Aegina filius, ut in Iliade inquit Homerus. Hic apud Cænopiã regnaſſe dicitur, quã ex nomine matris Aeginã nominauit filius. Quẽ tantæ iuſtitiæ fuiſſe dicunt, ut apud inferos animarũ creditus fuerit à Platone delectus iudex cũ Minoẽ & Rhadamantho, & peccantium peccata diſcutere, & pro meritis pœnas inferre. Vide in Aegina. Abeo fit Aeacideius, a. um.

Aeæa (inquit Seruius) Circe dicta, ab aſpernantium uoce, propter celebratas illic corporum mutationes. Verg. 3. Aeneid.

» Aeææq; inſula Circes.

Aeantium, oppidum Troadis, & Macedoniæ Ptolemæo. aliâs Aeanum.

Aeas, antis, Epiri fluuius ex Macedonia defluens, in Ionium mare ſeſe exonerat.

Aedon, uxor Zethi regis, fratris Amphionis, ut ſcribit Bocatius libro 5. Itylum filium per errorem nocte interfecit, putans eum Amanea ſeu Amandea Amphionis eſſe filium (inuidebat enim uxori Amphionis, quod ſibi ſex eſſent filij maſculi) quæ crimen cognoſcens, optauit mori: miſeratione tamen deorum in carduelem uerſa, Itylum deflere dicitur. Eſt etiam mons Thraciæ, unde Aedonus poſſeſſ.

Aeeta, uel Aeetes, Colchorum rex fuit, Solis filius ex Perſa Oceani filia, liberos habuit Medeã, Abſyrtum, & Calciopen. Ad hunc Phryxus Athamantis filius peruenit, & aureum uellus detulit, quod cum uigilantiſſimè ſeruaret, eius cauſa bellum geſſit cum Argonautis, tandem ab Iaſone & ſpoliatus, & regno pulſus eſt, ſed iam ſenex ab eodem in regnũ reſtitutus. Interdum hæc dictio contrahitur in duas ſyllabas per Synæreſin.

Aegæa, nomen duarum urbium, ut ſcribit Ptolemæus, quarum una in Emathia. Altera, in Mauritania.

Aegæon, αἰγαίων, gigas fuit ſæuiſſimus & immanis, Titanis & Terræ filius, qui uno ictu centum ſcopulos in Iouem còntorquebat, uictus demum alligàtus eſt à Neptuno ſcopulis Aegei maris. Dictus autem Aegæon, ut quidam uolunt à γαίω, id eſt, ſuperbio. inde γαίων, & per appoſitionem ἀγαίων, & per pleonaſmum αἰγαίων. Alij dicunt immanem fuiſſe piratam, ſic nominatum ab Inſula deſerta, quæ Aegæ in Aegeo mari uocatur, in qua ſubſidebat more piratarum, quibus fas non eſt ob latrocinium ſuum urbes incolere. Produnt fabulæ ueteres, hunc centum à Ioue religatum catenis, ut poſſit inde intelligi eum potentiſſimum fuiſſe, dum tot catenis eius adſtringuntur uires. Is autem centum geminus ideò dictus eſt, quòd centum homines remigio deſeruientes haberet in manibus. Seruius eundem cũ Briareo eſſe ſcribit, apud Verg. (lib.10.

Aegæum mare, pars maris eſt mediterranei prope Græciam, Europã ab Aſia diuidens: appellatum idcirco quidam uolunt, quòd Aegeus Theſei pater ex Athenarũ arce illuc ſe deiecerit. Alij, quòd Aegea Amazonũ regina in eo perierit. Alij, ab Aegæone de quo ſupra diximus. Solinus: Inter Tenedũ & Chium eſt Claros inſula, quà Aegæus ſinus panditur: à dextra Antandrum ſaxum eſt, hoc enim uerius, quàm inſula cognominari meruit. Id quoniam uiſentibus procul capræ ſimile creditur, quam Græci αἶγα nuncupant, Aegæus, inquit, ab eo ſinus eſt appellatus.

Aegeria, nympha nemoris Aricini, & uxor Numæ Pompilij ſecundi regis Romanorum, quæ teſte Ouidio 15. Metam. mortuo Numa ob dolorem flendo in fontẽ ſui nominis uerſa eſt. De qua idem Ouid. 3. Faſt.

Aegeus, (αἰγεύς) Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit coniuges, quarum prima dicta eſt Aethra, filia Pitthei regis Thrazenorum, ex qua Theſeum ſuſcepit. Secunda, ut teſtatur Ouid. fuit Medea profuga, quam ab Iaſone repudiatam, atque fugientem non ſolum ſuſcepit hoſpitio, ſed illam etiam ſibi matrimonio copulauit, & ex ea, ut placet Iuſtino, Medum filium ſuſcepit. Succeſſit quidem in regno Pandioni regi reuera patri. Aegæo regnante Athenienſibus bellũ intulit Minos Cretenſium rex ob cædem Androgei filij, legesq́ durißimas impoſuit, ut ſcilicet quotannis ſeptem iuuenes nobiles in Cretam mitterentur ad Minotaurum, qui tribus annis ſortè miſſi ſunt, quarta autẽ ſors obtigit Theſeo, qui maximo patris Aegæi dolore nauem conſcendit, & cum omnia nauigij ornamẽta nigra eſſent, & nauis uelũ: habuit in mandatis à patre, ut ſi contingeret in agendis eum fœlicem ſortiri exitum, rediens naui album adponeret uelum amoto nigro, ut eminus infortunium, ſuum noſceret. Theſeus autem Ariadnæ conſilio uictor, mandatorum immemor, non amoto uelo nigro, redibat. Aegæus excelſa turri proſpectans nigrum uelum, Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe deiecit in mare, quod ab ipſo uocatum eſt Aegæum. & mortuus, ab Athenienſibus liberatis, & Neptuni filius, & marinus deus in ſolatium Theſei conſecratus eſt. Ex Bocatio, & Seruio. Hinc Aegides patronymicum, id eſt, Theſeus.

Aegiale ſiue Aegialea Diomedis uxor. Vide Diomedes. Eſt item, ut inquit Lactan. una Gratiarum, alio nomine Thalia. Vide Aglaia.

Aegialeus, Phoronei fuit filius, huic Apis (quẽ quidam Phoronei, quidam Iouis filium ex Niobe,

Niobe, Phoronei filia, eſſe tradunt) poſtquam Argis regnaſſet, in Aegyptum tranſiens, Achaiæ regnum reliquit.

Aegina, (αἴγινα) penult. prod. fuit Aeſopi Bœotiæ regis filia, à qua urbs Peloponeſo adiacēs contra Atticam, Aegina uocatur. Cum hac Iupiter in ſpecie ignis congreſſus eſt, & ex ea ſuſcepit Aeacum & Rhadamãthum. De hac Ouid. 6. Metam. Hinc Aeginenſes dicti ſunt (αἰγινῖται.) Aegineticus, a. um. (αἰγινητικὸς) poſſeſsiuum, ab Aegina: ut, Aegineticum æs, quod olim fuit in pretio, ex quo tantum labrorum ſuperficiem elaborabant. Fuit item alia Aegina, Aeſopi fluminis filia, quam Iupiter amauit, & in ignem uerſus eam oppreſsit, ex qua poſtea Aeacum ſuſcepit.

Aegiochus, (αἰγίοχος) dictus eſt Iupiter, quòd corio capellæ Amaltheæ uſus fuerit pro ſcuto, quando contra Titanas dimicauit. Vel ut alij uolunt, ab ægos, id eſt capræ memoria, à qua puer fuit nutritus in Creta. Vide Aegis.

Aegipanes, (αἰγιπᾶνες) ſunt nudi, leues, caprinos pedes habentes. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis, ſiue pro ſylueſtribus dijs coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanoſq́: Faunos ac Satyros nemorum Deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Syluanos ſyluarum.

Aegis, ſcutum fuit Iouis, dictum ἀπὸ τῆς αἰγός, id eſt, à capra: nam ille à capra Amalthæa nutritus eſt, cuius mortuæ pelle, ſcutum ſuum operuit, capram tamen poſtea uitæ reſtitutam, & alia pelle obductam, inter aſtra collocauit, ſeq́ ob capræ memoriam Aegiochum appellari uoluit.

Aegiſthus, Thyeſtis filius, ex Pelopeia, eiuſdem filia, quē infantulum mater cauſa tegendi ſceleris perdendum feris expoſuit in ſyluis, ſed à paſtore inuentus, cuius beneficio quoq; nutritus eſt, & inde αἴγισθος dictus, quòd nutritus ſit à capris. Vide Agamemnon.

Aegiſthus, (aliàs Aegyptus) alius fuit, Beli Priſci filius, Danai frater. Huic Aegiſtho 50. fuerunt filij, quibus eum quæſiſſet Danai fratris 50. filias coniuges, ab eiuſdem Danai iuſſu omnes nuptiarum nocte, præter unum Lynceũ, quem Ouidius Linum appellat, ſunt occiſi, qui poſtea expulſo Danao, regnum apud Argos inuaſit. Vide infrà Belides.

Aegium, (αἴγιον) oppidum Peloponneſi, quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt.

Aegle, Heſperi Italiæ regis fuit filia, ſorores habuit Arethuſam ſeu Erethuſam & Heſperethuſam, quæ Heſperides dictæ ſunt. Hæ amœniſsimos hortos colere dicebantur in extremis Aphricæ, iuxta Lixon coloniam, à Claudio Cæſare deductam. In ijs auriferum nemus eſſe cum aureis malis exiſtimabãt, cuſtodiri uerò à peruigili dracone, quem Hercules ab Eriſtheo miſſus occidit, pomaq́ aurea abſtulit. Alia fuit nympha Solis & Neæræ filia. eſt autem αἴγλη Græcis lux, ſeu ſplendor.

Aegoceros, id eſt, capricornus, animal eſt marinum, in quod tradunt ſe Pana transformaſſe, & in aquam ſe deieciſſe, cum in Aegypto unà cum reliquis dijs Typhona gigantem acerrimum deorum hoſtem fugeret. Sed Iupiter huius ingenium admiratus, inter aſtra eum collocauit.

Aegos, (αἰγὸς) Cherſoneſi Thraciæ fluuius apud Strabonem, ad cuius oſtia claſsis Athenienſium à Lyſandro capta fuit. Plin. lib. 2. Idq́ factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. cuius loci accolæ Aegopotamitæ (αἰγοποταμῖται) nominatur, uel Aegopotami.

Aegyptus, pti. f. ſ. (αἴγυπτος) regio ab Aphrica (ut Plinius inquit) Canopico diſterminatur oſtio, ab Aſia uerò Peluſiaco, quamobrem quidam inter inſulas Aegyptũ cõputauere. Qui tamē Aſiam dimenſi ſunt, inter Aſiæ regiones Aegyptum quoq; dinumerauerunt. Eſt Aphricæ proxima: ab Aegypto (aliàs Aegiſtho) Danai fratre ſic appellata, prius Aëria dicta. Hæc teſte eodem Plinio lib. 5. ab Oriente Rubro mari Aſſyriæq; coniungitur, ab occaſu Cyrenem & Aphricæ reſiduum habet, à Meridie uſque in Aethiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Aegyptium. Eius inſignes urbes ſunt Thebæ, Abedos, Alexandria, Babylon & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nunquam uiſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra eſt, quã efficit Nilus, ita ſe diuidens. Ab Aegypto fiunt adiectiua Aegyptius, a. um. (αἰγύπτιος) & Aegyptiacus, a. um. unde Aegyptia ficus, de qua Plin. lib. 13. cap. 7. Aegyptia menſa, &c. Et Aegyptia coniunx. Maro lib. 8.

Aelianus,

Aelianus, ſophiſta Romanus à Philoſtrato maximè laudatur, quòd Romanus homo tam probè atticiſſauerit, tamq́ eleganter peregrinam uocem retinuerit. Scripſit de animalibus, de uaria hiſtoria, de re militari, quæ omnia ad nos peruenerunt. Fuit auditor Pauſaniæ ſub Adriano principe.

Aelius, & Aelia, uide Lamiæ.

Aello, (ἀελλὼ) una eſt Harpyiarum.

Aemiliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ Philoſophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemylos. Hæc familia Aemiliana, Romæ honeſtiſſima fuit, à qua Aemilianus appellatus eſt Scipio Africanus minor, quaſi Aemilij filius, qui per adoptionē inſertus fuit familiæ Scipionū.

Aemilia, regio Italiæ, quæ & Flamina & Romandiola etiã dicitur. In qua ſunt urbes Ariminum, Cæſena, Saſsina, Fauentia, Rauenna, Forumliuij, Bononia, Ferraria, Imola.

Aemonia. Alij tamen aſpirant & melius, regio eſt Græciæ, uel ab Aemo monte, cui propinqua eſt, uel ab Aemone Deucalionis filia dicta, alio nomine Theſſalia, prius Pyrrhea dicta, à Pyrrha Deucalionis uxore. Aemonides dicuntur Theſſaliæ mulieres. Aemonius, a, um, poſſeſs. Ouidius:

» Aemonis Aemonio Laodamia uiro.

Aemus, alij Hæmus, mons eſt Theſſaliam ab Thracia diuidens, in cuius radicibus ſunt amœna illa loca, quæ Græcis Tempe dicuntur, Luca.

Aenaria (ἀιναρία) inſula in ſinu Puteolano à ſtatione nauium Aeneæ ſic dicta, ut ſcribit Plin. lib. 3. Naturalis hiſto. Hæc item Inarime, & Pithecuſa, nūc Iſchia, de oppidi coxendicis imaginem præferentis in mõte figura, nominatur.

Aenea (αἰνάx) urbs in regione Creſſea. Liu. lib. 4. Proficiſcuntur à Theſſalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificium. Eſt etiam Aenea ciuitas, quæ poſtea dicta fuit Ianiculum, condita à Romulo Aeneæ filio, ut inquit Dionyſius. Ianiculum uerò dictū Feſtus ait, quia per ipſum populus Romanus tranſire cœperat in agrum Hetruſcum. Nam & Ianus ab eundo dictus eſt, ut Cic. de Nat. Deorum ait.

Aeneas, Anchiſæ & Veneris filius, iuxta Simoentem fluuium natus. Hunc Vergilius Vlyſsi Homerico per omnia ſimilem facit, uirum fortem & bellicoſum, qui per uarios & maris & terræ errores in Latium uenerit, ut ille quondam in patriam. Conuenit inter omnes authores Troiam ab eo & Agenore proditam fuiſſe: quapropter ubiq́ culpam illam diluit, ut Romanorum gloriæ, qui ab eo traxerunt originem, conſulat. Contra Turnum autem in Italia pro Lauinia Latini regis filia, ingens bellum geſsit, quem tandem interfecit, ut Vergilius author eſt. Sed uariant hic plerunque omnes hiſtorici. De huius genealogia uide Ouid. lib. 4. Faſtorum, Dardanon Electra, &c.

Aenobarbus, nomen uiri proprium, qui dictus eſt Domitius, quoniam Caſtor & Pollux, quum de uictoria nunciarent Domitio, ipſeq́ minimè crederet narrantibus, malas, barbamq́ manibus permulſerunt, & eam ex fuſca in flauam conuerterunt, unde à barba rutila æneiq́ coloris Aenobarbi dicti, quod poſtea Domitiorum cognomen fuit. Vide Plin. libro 8. cap. 36.

Aeolia, (αἰολία) regio duplex eſt, una in Aſia, Græcorum colonia, media inter Myſiam & Ioniam: alia Aeolum ſeptem inſularū inter Siciliam & Italiam, quarum nomina ſunt hæc, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphuſa, ſiue Bricuſa, Phœnicuſa, & Euonmos. à noſtris Vulcaniæ, Hephæſtiades à Græcis nuncupantur. Dictæ Aeoliæ ab Aeolo Iouis filio. Dicitur etiam Lipara, à Liparo Auſonis regis filio, qui eam ante Aeolum rexit.

Aeolides, epitheton Vlyſsis apud Verg. quia ubiq́ talis inducitur. Nam Anticliæ filius eſt, quæ ante Laërtæ nuptias clàm cum Siſypho, Aeoli filio concubuit, undè Vlyſſes natus eſt. Hoc ei apud Ouid. Aiax etiam obijcit,

» Quòd ſanguine cretus Siſyphio.

Aeoliæ ſeptem inſulæ ſunt. Vide Aeolia.

Aeolis, idis. f. t. uel Aeolia, eſt regio Græcorum in Aſia, inter Ioniam & Troadem ſita. Hinc dicitur Aeolica lingua una Græcorum.

Aeolius, a. um. (αἰόλιος) poſſeſsiuum, ut Aeolium mare, quod Aſiatico littori adiacet.

Aeolus, (αἴολος) pen. corr. Iouis filius & Sergeſtæ, Hippotæ Troiani filiæ, à quo dicitur Hippotades, in hoſpites benignus fuiſſe,

ac Liparam & Aeolias ab eo nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in his Strongilen, ex cuius fumo quinam flatus futuri eſſent in triduum prædicebat. Vnde uentorum rex putatus eſt, quòd eorum rationem primus inuenerit. Fuit & alius Aeolus Tuſcorum rex, à quo Aeolia. Latinè uarius ſiue doloſus dicitur αἰόλος, ut ſupra quoq; dictum eſt.

Aërope, pen. cor. Atrei uxor, quæ adulterio à Thyeſte Atrei fratre corrupta duos filios peperit, quos poſtea Atreus fratri comedendos appoſuit. Et non eſt diphthongus: nam ſcribitur à Græcis ἀερόπη. Ouid. lib. 2. de Triſt.

» Si non Aëropen frater ſceleratus amaſſet,
» Conuerſos Solis non legeremus equos.

Aeſacus, Priami filius ex Alyxothoë Dymantis filia, plus ſyluis quàm ciuitatibus delectatus: hic cum Heſperiem ſeu Eperiem liberali forma puellam uideret, adeo eius amore captus eſt, ut in ſyluis illam ſequeretur, quæ fugiens morſu ſerpentis eſt occiſa: ipſe autem amoris impatiens, acriq; dolore concuſſus, ſe de ſcopulo in mare præcipitem dedit: cuius Thetis miſerta eum in mergum transformauit. Ouid. lib. 11. Memaorphoſeos:

» Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis,
» Aeſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
» Fertur Alyxothoë &c. Eſt etiam fluuius Troianis ad Idam montem.

Aeſchines, (Αἰσχίνης) pen. cor. Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus: cuius orationes tres extant & aliquot epiſtolæ.

Aeſchylus, Tragœdiographus. Eius ætate Tragœdi faciem fecibus illinebant. Hic cum ſenſiſſet, ſe eo die ruina periturum, ex urbe Siciliæ, in qua morabatur egreſſus, loco aperto conſedit: tum aquila deſuper uolitãs, teſtudinem, quam pedibus gerebat, ſuper caput eius, ſplendore illius decepta (erat enim crinibus uacuum) tanquã ſuper petram, quò fractæ teſtudinis carne ueſceretur, eliſit, eoq; ictu peremptus eſt Aeſchylus. Primus, teſte Horatio, grauitate perſonarum & coloris diſtinctione uſus eſt.

Aeſculapius, (ἀσκληπιὸς) Apollinis ex Coronide nympha filius: dicit enim Ouidius hanc ex Lariſſa fuiſſe, & Phlegyæ filiam, quæ poſtea rem habens cum Aemonio iuuene, cui Iſchys nomen fuerat, ab Apolline ſagittis confoſſa eſt: ſed is poſtea facti pœnitens, ſecto eius utero conceptum ex ſe eduxit infantem, eumq; Aeſculapium appellauit. Traditus eſt Chironi, ſub quo medicinæ ſtuduit. Iamq; huius artis peritus Dianæ precibus Hippolytum ab equis diſcerptum uitæ reſtituit, qua re motus Iupiter fulmine eum occidit. Vide Verg. 7. Aen. Colebatur primò Epidauri, unde Epidaurius dictus. Cæterum Romam accitus urbem ipſam graui peſtilentia liberauit, in cuius honorem inſigne templum in inſula Tyberis illi conſtruxerunt, colueruntq; in ſpecie ſerpentis. Nam Romanis in Epidaurum profectis tempore peſtilentiæ, ut Aeſculapium Romam portarent, ſerpens grandis nauem ingreſſus eſt, quem illi deum Aeſculapium eſſe rati, ſecum duxerunt. Vide Plin. lib. 4. & Ouid. 15. Metam. Veteres gallum gallinaceum ei immolabant, Cyrenenſes capram. Duos habuit filios arte medica præſtantes, Machaonem, & Podalyrium: filias Hygeam, Aeglen, & Panaceam. Primus dentium euulſionem inueniſſe fertur. Medicinam artem uel laude uel opere ampliauit: ob eamq; rem in deorum numerum receptus dicitur. Duo eius filij bello Troiano Agamemnonem ſequuti, non mediocrem opem commilitonibus attulêre.

Aeſon, Cirnei filius, frater Peliæ regis Theſſaliæ, & pater Iaſonis, qui ab eo uocatur Aeſonides. Ouidius:

» Aeſoniden mutaſſe uelim quo cõiuge felix etc.

Aeſonem uero Medea Iaſonis rogatu annoſitate decrepitum ſuis ueneficijs robuſtiori ætati reſtituit.

Aeſopus, (αἴσωπος) philoſophus, Phryx genere, conditione ſeruus, tempore Crœſi Lydorum regis, cui fabulas ſuas dicauit. Item alius Aeſopus anagnoſtes Mithridatis eruditiſsimus, ſcripſit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author eſt Suidas. Inde Aeſopianus (Αἰσώπειος) Hierony. Iuxta Aeſopianam fabulam: hic miſer uita, miſer morte, & miſer forma. Huius uitam Maximus Planudes ſcribit.

Aethiopia, (αἰθιοπία) ab Aethiope Vulcani filio, cui præfuit, dicta, ut ait Plin. lib. 6. cap. 36. uel à Græco αἴθω ardeo, cremo, & ὄψ, aſpectus, facies. nam ſolis uicinitate torret. Eſt enim ibi

ingis

iugis æſtus. Quicquid eius eſt, ſub meridiano cardine eſt. Circa uerò Occiduũ, montuoſa eſt, arenoſa in medio. Ad Orientalem plagam, deſerta. Cuius ſitus ab Occiduo, Atlantes montes: ad Orientem, uſq; in Aegypti fines porrigitur: à Meridie, Oceano: à Septentrione, Nilo flumine clauditur: plurimas habens genteis, diuerſo uultu & monſtroſa ſpecie horribileis. Ferarum quoq; & ſerpentium referta eſt multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, baſiliſcus, dracones ingentes. Quidam bifariam diuidunt Aethiopiam, & unam quidem Aſiæ, alteram Africæ aſsignant. Altera ad Orientem uergit, altera eſt ſub ipſo Meridie. Ambroſius de Parad. tanquam uilem & abiectam interpretatur.

Aethiops, (αἰθίοψ) Vulcani filius, qui à ſe Aethiopiã denominauit. Et Aethiops dicitur qui ex Aethiopia eſt: qui & Aethiopicus & Aethiopus dicitur, ſecundum Seruium. nec non & Aethiopiſſa. (αἰθιοπὶς.)

Aethon, ſolis equus, quorum quatuor ſunt, quatuor diurnæ circuitionis qualitates demonſtrantes. Pyrois (πυρόεις) id eſt rubeus, eò quòd primo mane ſurgentibus à terra uaporibus ſol rubeat. Eous, id eſt ſplendidus, eò quòd exhalatus ſol iam diſſolutis uaporibus, ſplendens ſit. Aethon, id eſt ardens, nam ſole iam medium cœli tenente, lux eius coruſca eſt, & cunctis feruidior uidetur. Phlegon autem quartus, ex croceo colore in nigrum tendit, & in tepore terram amans, oſtendens aduеſperaſcente die ſolem terram petere, id eſt occaſum. Alij hos equos, ut ſcribit Bocatius lib. 4. aliter nominant: Erithreum uidelicet, Actæona, Lampon, & Phlegeum.

Aethra, filia Pithei regis, & uxor Aegei, materq; Theſei. Vide in Aegeo. Alia fuit Aethra Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea 11. filias, & unum filium Hyanthem, ſcilicet ſuſcepit, de quibus uide Hyades & Pleiades.

Aëtius, (ἀέτιος) nomen authoris in medicina, cuius 16. libri extant, & quædam epiſtolæ. Dictus Aëtius, id eſt aquilinus. fuit ex Antiochia Syriæ, diſcipulus Eunomij, tempore Conſtantini imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullum eſſe Deum.

Aetna, (αἴτνη) mons Siciliæ perpetuo clarus & terribilis incendio, à poëtis decantatus. In cuius aſcenſu eſt oppidũ eiuſdem nominis, quod montem aſcenſuros excipit atq; tranſmittit. Circa radices amœniſsimus eſt, multis fontibus, & fruticibus. Quare autem Aetna flammas euomat, Trogus lib. 4. explicat: Sicilia terra eſt cauernoſa & fiſtuloſa, quo fit ut uentorum flatibus pateat, unde ignis concipitur. intrinſecus ſulphur habet & bitumen, ubi uentus per ſpiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus cõcipit ignem. ſic Aetnæ durat incendium. Motus ergo uentorum, cauſa incendij eſt. ab Aetna fit Aetneus, a, um.

Aetolia, eſt regio Græciæ inter Acarnaniam & Phocidem, authores Plinius & Strabo. dicta ab Aetolo Martis filio, cum ex Elide à Salmoneo unà cum Epeo & Piſanto eiectus ad habitandum eam ueniſſet. Hinc Aetolus, a, um. & Aetolicus, ut ager Aetolicus. Et apud Ouidium: Aetolius heros, id eſt, Diomedes.

A ANTE F.

Afranius, poëta comicus, teſte Cicerone in Bruto, homo peracutus in fabulis & diſertus, quòd in togatis excellit.

Africa (aut potius Aphrica per ph aſpiratum) λιβύη) pen. cor. regio ſic dicta (ut Ioſeph. inquit) ab Afro uno ex poſteris Abrahæ de Chetura, qui dicitur duxiſſe aduerſus Libyam exercitum, & ibi deuictis hoſtibus conſediſſe. Sunt qui Africam diuidunt in maiorem & minorem. Et minorem ab Occaſu Numidiam habere, ab ortu Cyrenaicam, à Septentrione mediterraneo mari terminari. In ea olim fuiſſe Carthaginem, Vticam, Hipponem, Rhegium, & fluuium Bargadã. Maiorem uerò eſſe quæ à Meridie incipit, & uſq; ad Occaſum protenditur. Hinc Africus, a, um. (λιβυκός.) ut Africus uentus (λίψ) & Africanus, a, um. ut Gens Africana, & Scipio Africanus. Videtur autem differre Afer ab Africano, quòd Afer gentile nomen propriè eſt, quanquam Maro dicit, Armentarius Afer: Africanus, denominatiuum, ut Scipionum, à deuicta Africa. Beda. Africanæ, abſolutè dicuntur pantheræ quæ & uariæ, quoniam id genus in ea regione creberrimum fuit. Plinius, Senatuſconſultum fuit, ne liceret Africanas in Italiam

ſtam aduehere. Deducitur autem hoc nomen ab α priuatiua, & φρίκη horror, uel φρίσσω horrore concutior: quia maximus ibi ſolis calor eſt. Vnde rectius Aphrica per ph ſcribi debere uideri poſſet.

Africus eſt uetus meridionalis ab Africa flans inter Auſtrum & Zephyrum.

Agamemnon, Atrei & Aëropes filius, ut Homerus tradit, Pliſthenis uero, ut Heſiodus, & frater Menelai, Mycenarum rex, & Thyeſtis ſucceſſor, qui omnium Græcorum conſenſu imperator delectus, ad expeditionem Troianam profectus eſt, ubi plurimos labores, & maximas principum ſimultates pertulit. Briſeidam præterea, quam Achilli ſuſtulerat, reddere coactus eſt. Ilio capta inter alia Caſſandra Priami filia ei in ſortem ceſsit, quæ etiam mortem ei prædixit, ſed ille uerbis eius minimè fidem habens, ad uxorem Clytemneſtram, cui domi cum quibuſdam liberis relictæ imperij curam tradiderat, reuerſus, ab Aegyſtho Thyeſtis filio, qui omnia prius tacitè occupauerat, imò & uxorē ſtuprauerat, ſimulata amicitia, & Clytemneſtræ conſenſu in littore, ſeu alijs placet, in conuiuio, quod ingens ei uxor parauerat, eſt interfectus. Quod facinus Oreſtes Agamemnonis & Clytemneſtræ filius ægrè ferens, Aegyſthum & matrem in uindictam patris occidit. Cæterum habuit ſceptrum à Vulcano fabricatum. item clypeum, in cuius medio erat Gorgonis effigies, in Zona uero draco uoluminoſus. Hinc Agamemnonius, a, um. Verg. Agamemnoniasq́ Mycenas.

Aganippe. pes. (ἀγανίππη) fons Bœotiæ à Cadmo monſtratus, prius Enippe dictus, Apollini & Muſis ſacer: quaſi ualde ab equo formatus. ἄγαν ualde, ἵππος equus: qui fons potus, dictus eſt præſtare facundiam. Hinc Aganippis, idis. denominatiuum, & Aganippæus, a, um. Oui. lib. 6. Faſt. Dicite quæ fontes Aganippidas Hippocrenes, Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.

Agapetus, (ἀγαπητὸς) pen. prod nomen uiri, & Latinè dicitur dilectus, ab ἀγαπάω, diligo.

Agapitus, apud Præneſte puer XIII. annorum, ſub Aureliano principe matyrium paſſus eſt.

Agar, (ἄγαρ) nomen ancillæ Abrahæ, & interpretatur aduena, à qua Agareni, (ἀγαρηνοὶ) populi, qui nunc Sarraceni, à Sara uxore Abrahæ dicuntur.

Agarus, fluuius, teſte Ptolemæo libro 3. cap. 5. In Sarmatia, quem Sagarim nominat Ouidius. Eſt item Agarum, ibidem promontorium in Sarmatia.

Agatha, Plinio lib. 3. ca. 4. oppidum prouinciæ Narbonenſis quondam Maſsilienſium. Eſt etiā uirgo, teſte Volater. lib. 13. Cathanenſis, & martyr ſub Gallo mamillis torta.

Agathocles, (ἀγαθοκλῆς) Siculus tyrannus fuit, qui ex ſordido genere natus, patre ſcilicet figulo, cum libidini, latrocinioq́ operam dediſſet, gregariam militiam exercuit. In quo quòd manu ſtrennuus eſſet, & in concionibus perfacundus, breui ex centurione tribunus militum euaſit: & primo quidem bello contra hoſtes pugnans, magna ſuæ uirtutis præbuit experimenta, adeò ut in demortui regis locū fuerit ſuffectus. Nec multò poſt interfectis Syracuſanis nobilibus, cum Carthaginenſib. bellū geſsit. Deinde ſpe ampliandi regni in Italiam traiecit, ubi cum deceptus fuiſſet, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam uita functus eſt. De hoc Ouid.

» Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regē,
» Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.

Agathopolis, Ptolemæo, urbs Galliæ Narbonenſis, mons peſſulanus.

Agathyrſi, (ἀγάθυρσοι) populi Scythis uicini, ut inquit Hiero. Qui multum habēt auri, ſine auaritia, ſine inuidia. Dicti Agathyrſi ab Agathyrſo Herculis filio. In commune cum mulieribus coēunt, capillos habent cæruleos, quos unà cum toto corpore inficiunt. Vnde picti dicuntur, de quibus Plinius lib. 4. cap. 12. & Verg. 4. Aeneid.

Agaue, Cadmi & Hermiones filia, Echioni Thebano nupſit, ex quo filium Pētheum ſuſcepit, qui cum abſtemius eſſet, ac propterea Bacchi ſacra deſpicaretur, ab ipſa matre, reliquiſque Mænadibus inter Bacchanalia, iam rex Thebanorum, membratim eſt diſcerptus.

Agauni, populi ſunt ſeptentrionales, quos Homerus circa initium lib. 13. Iliad. dixit gentem innocentiſsimam, ut quæ ſine ullis diuitijs equino uictitet lacte.

Agedicum, Ptolem. aliâs Agendicum urbs Galliæ, uulgò Sens.

Agelaſtus, dictus eſt Craſſus, auus Craſsi in Parthis interempti, quem tradunt ſemel tantum in uita ſua riſiſſe, quod factũ eſt, cũ uidiſſet Aſinum carduos comedentem, dixiſſeq́ ob id, Similem habent labra lactucã. Factũ hoc dictumq́ feſtiuiſsimum riſus ſubſecutus eſt.

Agenor. (ἀγήνωρ) pen. prod. rex Phœnicum, Beli regis filius, quamuis quidam aliter ſentiãt. Hic genuit Taygetam & Europam filias: filios uero Polydorum, Labdacum, Cilicem, Cadmum, & Phœnicem. Ab hoc Phœnices dicti ſunt Agenoridæ. Et Agenoreus, poſſeſſ.

Ageſias Cyrenaicus, philoſophus Platonicus, prohibitus à Ptolemæo in ſcholis docere, aut legere, quoniam immortalitatem animæ ſuadendo, multos ad mortem compelleret, ut Cleombrotro Ambraciotæ accidit. Cic. in Tuſc.

Ageſilaus, Archidami filius, dux Lacedæmoniorum clariſsimus, cuius res geſta ſcripſerunt Xenophon & Plutarchus.

Agis. (ἄγις) uel Agides, rex Lacedæmoniorum, cum Athenienſibus cruentiſsima bella geſsit: tandem à ſuis ciuibus occiſus eſt in carcere, eò quod Lycurgi leges reducere, & bona publicare uellet. author Plutarchus. Fuit & alter Agis, quem Lacedæmonij ſuſpenderunt.

Aglaia (ἀγλαΐα) Latinè ſonat claritudo & lætitia, una eſt Gratiarum, quæ & Charites dicuntur, alio nomine Paſythea appellata. Sunt autem tres: Aglaia, Thalia, Euphroſine, Iouis & Autonoës filiæ, quamuis de earum origine uaria ſit opinio, ut eſt apud Perottũ. Dicũtur eſſe in comitatu Veneris. Eſt uerò Aglaia lætitia, læti enim in dandis beneficijs eſſe debemus. Thalia, id eſt uirens, quòd beneficiũ ſemper uirere debeat. Euproſine, id eſt, delectatio, quòd nos ijs, qui in nos liberales fuerũt, gratos eſſe oporteat. Vna earũ auerſa pingitur, duæ ad nos conuerſæ, quòd pro beneficijs à nobis profectis duplex gratia repẽdi debeat. Nudæ ſunt, beneficia enim ſine fuco eſſe oportet. Cõnexæ, quòd beneficiũ ſemper beneficiũ pariat, ſitq́ perpetuum amicitiæ fœdus. Hilares, tales enim debemus eſſe in dandis accipiendisq́ beneficijs. Iuuenes, beneficij enim accepti gratia ſeneſcere non debet, ſed perpetuo florere. Virgines ſunt, & in Acidalio fonte, qui eſt Orchomeni Bœotiæ urbe, lauantur, quòd uel beneficia pura eſſe, nullamq́ retributionis ſpẽ habere, uel nihil turpe rogare oporteat. Cæterum à quibuſdam Liberi & Veneris filiæ dicũtur, nec immeritò, horum enim muneribus præcipuè gratiæ conciliantur.

Aglaonice, Vide Eraſmum in prouerbijs.

Aglauros, filia Erichthei regis Athenarum antiquiſsimi, à Mercurio in ſaxum mutata, de qua Ouid. lib. 2. Metamor.

Agon, locus eſt certaminis Romæ, qui circus Flaminius dicebatur. Ponitur pro ipſo certamine. Eſt quoq́ nomẽ proprium apud Plutarchum. Item Aethiopiæ fluuius.

Agonenſis porta, quæ & collina dicebatur.

Agonius deus, dicebatur præſidens rebus agendis, eiusq́ feſta Agonalia, quamuis aliqui eius ſacrificia Agonia dicta uelint, quòd in montibus fiebãt, quos Agones uocitabant. Et Agonius dies, quo rex Agoniam hoſtiam immolabat, unde Romæ Agonus mons Quirinalis, & Collina porta Agonenſis appellata.

Agragas, ſeu Acragas, mons eſt Siciliæ, haud longe à Gela, mura olim cinctus, habẽs in ſummitate oppidum eiuſdem nominis, alio nomine Agrigentum. Veteres apud eum optimos equos alere, & exinde in Græciam ad agones tranſmittere conſueuerunt.

Agrigentum, (ἀκράγας) urbs Siciliæ Ptolemæo, Straboni, Plinio: unde Empedocles philoſophus, & Phalaris tyrannorum ſæuiſsimus originem duxerunt. Vnde Agrigentinus, a. um. (ἀκραγαντῖνος) poſſeſsiuum. penul. prod. ut tyrannus Agrigentinus: & ſal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua, uel liquore alio crepitat ueluti torreatur, ut ait Solinus.

Agrippa, filius Ariſtobuli, Magni Herodis filij, à Tiberio Cæſare coniectus in uincula, ſed à Caio Cæſare rex Iudææ factus, regnauitq́ annis ſeptem. Vide Ioſephum.

Agrippa Menenius, cognomine Lanatus, dux à Romanis electus aduerſus Sabinos: de eis triumphauit. Plura de hoc Volaterranus ſequutus authorem Cæcilium.

Agrippa Syluius, Tyberini Syluij filius duodecimus Latinorũ rex, ſubmerſo patre in regno succeſsit, & cũ annos quadraginta regnaſſet,

mori-

moriens Romulum Syluium reliquit hæredē.

Agrippa alius, fuit inter proceres Auguſti, & eiuſdem gener, nauali uictoria contra Sextum Pompeium inſignis: Verg. libro 8. Parte alia » uentis & dijs Agrippa ſecundis.

Agrippina, filia fuit Agrippæ, eius qui fuit è proceribus Auguſti & eiuſdem gener. Alia fuit mater Neronis, quæ poſt uiri mortem Claudio Cæſari nupſit, & filio ſuo imperium obtinuit, ad ſuam & totius urbis perniciem. Agrippina, inſignis urbs germaniæ inferioris, metropolis, & colonia olim Romanorū, quam ædificauit Agrippina Neronis mater, à qua Agrippinenſis colonia dicta eſt.

Agroſus, mons eſt, ubi nunc Roma, quē Faunus rex, Euandro ex Arcadia pulſo, conceſſit, quē ipſe poſtmodum Palatinum appellauit.

Agyeus, eſt agnomen Apollinis. Vide Agyleus.

Agyleus, ſeu ut habet Macrobius Agyeus, dictus eſt Apollo ab Athenienſibus, quòd ei in uijs publicis ſuæ urbis ex reſponſo ſtatutis altaribus ſacrificarent, ἀγυιὰς enim illi uias dicunt, quæ ſunt intra pomœria.

Agylla (inquit Ser.) ciuitas eſt Tuſciæ, à conditore appellata, cui ex iuſticia Romana aliud eſt inditum nomen. Nam cum Romani euntes per Tuſciam, interrogantes Agyllinos quæ diceretur ciuitas: illi utpote Græci, quid audirēt ignorantes, & optimum ducentes, ſi prius eos ſalutarēt, dixerunt χαῖρε, quam ſalutationem, Romani nomen ciuitatis eſſe putauerunt, & detracta aſpiratione, eam Cere nominauerūt, ut ſcribit Iginus in urbibus Italicis. Verg. lib. » 8. Ex Lydia ueniſſe oſtendit, cum ait, Haud » procul hinc ſaxo incolitur fundata uetuſto, » Vrbis Agyllinæ ſedes: ubi Lydia quondam » Gens bello præclara, iugis inſedit Hetruſcis. Vide infrà, Cære.

Agyrtes, patrem interfeciſſe ſcribitur Ouid. 5. » Metam. Et cæſo genitore infamis Agyrtes.

Aiax, acis. m. t. Telamonis filius ex Heſione filia Laomedontis: fortiſſimus Græcorum poſt Achillem. Poſt multas res præclariſſimè geſtas, etiam cum Hectore congreſſus eſt & niſi nox interueniens duellum diremiſſet, uictor Aiax rediſſet ad ſuos. Hector autem diſcedēs, gladio Aiacem donauit, & ab eodem baltheum ſuſcepit, dona utrique exitialia: Achille enim occiſo, cum illius arma ut legitimus hæres peteret, & Vlyſſes ſua eloquentia, à iudicibus illa accepiſſet, Aiax præ nimia ira inſaniēs, muta pecora, & imprimis arietem corpore præſtantem occidit, credens ſe Atridas et Vlyſſem interemiſſe: uerum ad mentis ſanitatem rediens, cum ſe falſum comperiſſet, acri dolore compulſus, gladio quem Hector donauerat, in loco deſerto, ſe transfodit, cuius cruor in Hyacinthum florem, uel ut alijs placet, in florem ſui nominis eſt permutatus. Græci fabulantur totum fuiſſe inuulnerabilem præterquam in ceruice. Alter eodem tempore fuit Aiax Oilei filius, rex Locrenſium, uelox pedibus, & peritus haſtæ uibrandæ. Hic capta Troia Caſſandram uirginē, & uatem, in templo Palladis uiolauit: quam ob cauſam Minerua irata, tempeſtatem Græcis redeuntibus circa Caphareum montem immiſit, qua multi perierunt, inter quos etiam ipſe Aiax fulmine eſt occiſus, ſcopuloq́; affixus. Verg. 1. Aen. » Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Aius, Deus à Romanis dictus eſt, ab eo quod aiebat. Nam olim Romæ audita uox eſt ſilentio noctis, clarior humana uoce, quæ iuberet magiſtratibus nuntiari Gallos aduentare, & ut prouiderent ne Roma à Gallis caperetur: ex eo dictus eſt Deus Aius: id eſt, loquens, ſicut docet Cic. lib. 1. de Diuin.

Alabandæ, (ἀλάβανδα) Ioniæ ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc Alabandes, & Alabandicus.

Alanus, pen. prod. Scythiæ fluuius, à quo Alani populi teſte Plinio lib. 4. cap. 12. dicti ſunt, iuxta quos ſunt Troxolani. Ammianus ſcribit Alanos dici quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus ueſcuntur, & panem non man» ducant. Martial. Nec te Sarmatico tranſit Ala» nus equo. Iulius Capit. Alanos in parte Daciæ collocat.

Alaricus, nomen Gothorum regis, qui Romam obſedit, deſtruxitq́; Fuit & alter Alaricus, Gothorum rex quartus, creatus anno octingenteſimo quinquageſimo quarto, qui etiam Romā urbem cepit: ſed poſtmodum per fraudem in die paſchæ occiſi ſunt Gothi.

Alba Dea eſt, quæ & Albuna, (λευκοθέα)

Alba, (ἄλβα) nomen eſt duarum urbiū, quarum

una eſt in Latio, à qua Albani populi, & Albanus mons, ſub quo Aſcanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Liuius ſcribit) à ſitu porrectæ in dorſo urbis, Alba longa uocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcæ ibidem inuentæ, dum à Troia cum patre profugo ueniſſet. Altera eſt ciuitas Longobardiæ ad lacum Fucinũ, à qua Albenſes (ἀλβιῶς) dicuntur: quamuis etiam Albani quandoque uocentur. Hoc addere placuit Alteram Albam poſt Albam longam, olim Taurinum & Belgradum, uel etiam Nonderalbam appellatam eſſe: nunc Albam Græcam, uulgò Griechenvviſſenburg. Eſt & Alba regalis, uulgò Stuolvviſſenburg: ubi ſcilicet reges Vngariæ coronari ſolent & inungi.

Albania, regio in Oriente à colore populi uocata, eo quòd albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens, per oram Oceani ſeptentrionalis uſq; ad Mæotidas paludes per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi, qui tauros & leones occidunt. Strabo ſex & uiginti linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & ſub imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus imperator his regem dedit. Nunc ſub Magno Cane degere creduntur.

Albanus, (ἀλβάνον ὄρ☉) nomen eſt montis, & lacus non procul ab urbe: unde uaticinium fuit nunquam Romanos Veium capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. Item Albanus, nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Macedonia mediterranea, altera in maiori Armenia, ubi diuus Barptolemæus fuit decoriatus.

Albingaunium & Albigaunum (ἄλβις γαύνι☉) & Albium Intemelium (ἄλβιον ἰντιμίλιον) Liguriæ oppida quædam. Eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Albium, quaſi alpiũ Intemelium, altera Albigaunium uocitatæ ſunt. Hodie Albinga dicitur.

L. Albini duo, Numij filij, inter oratores referũtur à Cicerone.

A. Poſthumius Albinus, cõſul cum Lucullo fuit, de quo plura Gellius, Cornel. Nepos, Suidas, Macrobius.

Albinus, (ἄλβιν☉) nomen Imperatoris Romani, dictus quòd exceptus ſit utero candidiſſimus, contra conſuetudinem puerorum, qui naſcendo ſolent rubere, mẽſtrui perliti profluuio ſanguinis pariter egredientis.

Albion, & Bergion gigantes, filij fuere Neptuni ab Hercule interfecti. authores Pomp. Mela, & Diod. Siculus.

Albis, (die Elb) fluuius ex Bohemiæ montibus cuius oſtia hodie Thiethmarſi & Vuilſermaſi tenent. Suſcipit autem Multam flumen, Praguenſem præterlabens ciuitatem, deinde Egrũ, poſtea Salam atq; Ortellam. Demũ ciuitatem Hamburgum præterfluens in Oceanum Germanicum uaſto euoluitur ore.

Albula, fluuius eſt Italiæ, ex Apennino Romam fluens: ab albo colore ſic dictus. Nunc autem Tyberis, uel à Tyberino Syluio, Albanorũ rege in eodem ſubmerſo: uel à Tybri Thuſcorũ rege, iuxta eum bello occiſo, unde Vergilius:

» Aſperq; immani corpora Tybris
» Aquo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim
» Diximus, amiſit uerum uetus Albula nomen.
» Vide infra, Tybris.

Albuna, (μυκοθία) uide in dict. Alba Dea.

Albunea, fons et nemus iuxta Anienem, ſiue à colore aquæ ſulphureæ, ſiue quòd Albunea Latinè ſit, quæ Græcè μυκοθία dicitur ab aquæ qualitate.

Alburnus, Lucaniæ mons, à candore uerticis dictus, & portus eiuſdem nominis apud Luca-
» niam. Vergil. Eſt lucos Silari circa, ilicibusq;
» uirentem Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen aſilo &c.

Alcæus, poëta Lyricus, Mitylænens, quem adeo amarum fuiſſe ſcribunt, ut authoritate ſui carminis multos ex ciuitate eiecerit. Oui. in Sap. Nec plus Alcæus conſors patriæq; lyræq; Laudis habet, quamuis grandius ille ſonet. Fuit item alius Herculis auus, à quo (ut quidam uolunt) Alcides dictus eſt.

Alcathoë, urbs fuit, ut quidam putant, eadem cũ Megara, de qua dixit Ouid. lib. Metam. 1. Al-
» cathoë quam Niſus habet. & reliqua.

Alcathous, Pelopis filius, qui cædis Chriſippi fratris ſuſpectus Megaram uenit, occiſoq; leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, aſcitus Megareo gener, in regno ſucceſſit, & ab hoc

Alcat-

Alcathoi urbē Megarā uocauit, autor Direc.

Alceſte, fuit uxor Admeti regis Theſſaliæ, quæ pro uiri ſalute ſe morti tradidit. Vide dictionem Admetus.

Alcibiades, (ἀλκιβιάδης) pen. cor. nomen Atheniensis imperatoris ſummi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: diues præterea, affabilis, patiens, & omni deniq; uirtute præditus. ſed rurſus alijs uitijs ita inuolutus, ut ſi æqua lance perpendas, utrum uirtute an malitia fuerit inſignior, planè ignores. Fuit hic ex primatibus, qui cum eſſet procliuis ad luxum & ad cæteras uoluptates, ad bonam diſciplinā traductus eſt à Socrate. nam diſcendi ſtudio, & ſapientiæ amore pellectus, exemplo cunctis amatoribus adulatoribusq; repulſis, ad Socraticam diſciplinam animum uertit, nunquam recedens à latere philoſophi ſapientiſſimi. Author Plutar. in Alcibiade.

Alcides, (ἀλκείδης) pen. prod. Hercules Græca ſignificatione à uirtute appellatur: nam ἀλκὴ uirtus, robur, uel fortitudo dicitur. Seru. Sanè Alcidem (inquit) uolunt quidā dictum ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, à uirtute. quod non procedit: quia à prima ætate hoc nomen habuit ab Alcæo, auo patre Amphitrionis.

Alcimedis, uxor fuit Aeſonis, & Iaſonis mater, ut tradit Pherecydes.

Alcinous, rex Phæacum iuſtiſſimus in Corcyra inſula, Nauſithoi regis filius, qui Aretem Rexinoris filiam in uxorem duxit. Ad hunc cum Vlyſſes naufragus ueniſſet, ab eodē honorificè ſuſceptus eſt, eiq; cōiugium Nauſicaæ filiæ oblatum, demum alia naui, muneribus, ſocijsq; datis dimiſſus eſt. Fuit præterea diligens hortorum cuſtos, ut refert Verg. li. 2. Georg. Ouid.
» Præbet Alcinoi poma benignus ager.

Alcmæon, Amphiarai uatis & Eriphyles fuit filius. Huic Amphiaraus cum ad bellum proficiſci coactus eſſet, nequitiam Eriphyles in ſe aperuit, (prodiderat enim eū corrupta aureo monili) eiq; futuræ mortis ſuæ uindictā reliquit: qui defuncto patre memor præcepti, ut in patrem pietatem ſeruaret, impius in matrē factus eſt, eamq; necauit. Ex Bocatio. Huic fabulæ à cæteris additur, quū poſtea ob matris cædem Alcmæon furijs agitaretur, ueniſſe eum ad fluuium Phlegeum, à quo luſtratus eſt. Et quū filiam eiuſdē Alpheſibœam amaſſet, donato illi monili quod matris Eriphyles fuerat, uxorem illam duxiſſe. Cæterùm, quum aliquando ad Acheloum fluuium poſt ea tempora fortè rediſſet, placuiſſetq; ipſi Callirrhoë Acheloi filia, monile quod ſuperiori cōiugi dederat, etiā huic nuptiarum ſpe pollicitum eſſe. Ad quod tamen repetendum cum proficiſceretur, à fratribus Alpheſibœæ, Themone, & Axione occiſum eſſe. Ab eo fit adiect. Alcmæonius. a. um.

Alcmæon ſiue Alcman, (ἀλκμὰν) ſeu ut alij Alcyna è Lydia, Sardienſis poëta Lyricus, filius Dalmantis, claruit uigeſima octaua Olympiade, cum apud Lydos regnaret Ardis, pater Alyattæ. Et cum nimio amore puellam quandā deperiret, amatorios cantus primus inuenit.

Alcmæna, aut Alcmæne, Electrionis & Lyſidices filia, Amphitryonis Thebani uxor, cui hac lege nupſit, ut mors fratris ſui, à Thelebois occiſi, ulciſceretur: in qua expeditione cum Amphitryon uerſaretur Iupiter in Alcmenam ardens, forma militantis uiri ſumpta, ante lucē, quaſi ab expeditione rediens ad eam acceſſit: illa autem maritum ſuum eſſe credens, cum eo concubuit, quātumuis antea ab Amphitryone prægnans eſſet, concepit, & ſic ex uno tempore geminos peperit, Iphiclum ex Amphitryone, Herculem uerò ex Ioue. Ouid. Leuata eſt
» Argolis Alcmenæ, potiturq; puerpera uoto.

Alcon, (ἄλκων) nomen propriū Cretenſis ſagittarij, cuius filium cum draco inuaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, ut ea currens in ſerpentis deficeret uulnere, nec tranſiret in filium.

Alcyone, una ex Pleiadibus, ex Atlante & Pleione nata, placuitq; Neptuno, ex quo peperiſſe uolunt Alcyonem, cōiugem Ceycis regis Trachiniæ, qui cum ad oraculum nauigans, naufragium feciſſet, illa doloris impatiens, ſe ſubmerſit, & deorum cōmiſeratione in auem ſui nominis mutata eſt. Vide infrà Ceyx.

Alecto, (ἀληκτὼ) una ex furijs infernalibus, & Latinè inceſſans interpretatur, ab α priuatiua, & λήγω deſino: quia cupiditas nunquam ſatiatur. Tres enim à poëtis deſcribūtur, Alecto, Megæra, & Thiſiphone, filiæ Acherontis, & Noctis, ut notant Verg. interpretes.

Alcmanus, fluuius apud Ryſios originem à Rubro caſtro (Rotenburg) trahēs. hic ad Kelheim

oppidum iungitur Danubio. Vulgò Altmola
uel Altmyl appellatur.
Alemanni, quamobrem hoc ipſi Germani nomi-
ne appellati ſint, omnium nemo credo Beato
Rhenano noſtro rectius explicauit. Cum enim
Germani illi Septentrionales, præſertim Trãſ-
albiani, mutare ſedes cogitarent imitati prio-
res Germanos, qui tranſito Rheno, quo ſe to-
tos uiros fore oſtenderẽt, ſibi hoc nominis Ale
manni (quaſi als mannen) impoſuerunt, quòd
fortiſſimi bellatores, & uiri omnes eſſe & uel-
lent & deberent. Hi alio nomine uocantur
Teutones, Teutoni & Teutonici, à Teutone
deo quem uenerabantur. Germani porrò di-
cuntur, quòd uicini ſint Belgis. Item Rhenico-
læ, quòd habitent ad Rhenum fluuium. Qui-
dam habitare dicuntur ad Lemãnum lacum,
& dicti à Manno Teutonis filio.
Alexander, & Alexandrus, (ἀλέξανδρος) Ma-
cedo Philippi regis Macedonum filius fuit,
cuius clariſſima geſta & ab hiſtoricis & in ſa-
cris literis traduntur. Hic longè omnium ex-
cellentiſſimus fuit, cui ex rebus actis et auctis,
Magnum inditum eſt nomen, ne uir unicam
gloriam adeptus, ſine laude unquam nomina-
retur. Nam ſolus, condito æuo, quantum ho-
minum memoria eſt, inexuperabili imperio or
bis auctus, fortuna ſua maior fuit, ſucceſſusq́;
eius ampliſſimos & prouocauit ut ſtrenuus, &
æquiparauit ut meritus, & ſuperauit ut me-
lior: ſolusq́; ſine æmulo clarus, adeò ut nemo
audeat uirtutem eius ſuperare, uel optare for
tunam. Fuere & alij Alexandri: quorum no
mina huc recenſere nimis longum eſſet.
Alexandria, (ἀλεξάνδρεια) urbs Aegypti, non
longè à Nili oſtio: quod Canopicum dicitur,
ab Alexandro Macedone condita, urbs ferti-
liſſima. Habuit olim ſcholas omnium diſcipli-
narum liberalium: fuitq́; ob commoditatem
maximum totius orbis emporium. Conſtructũ
autem fuit ante Saluatoris aduentum anno ui
geſimo ſupra trecenteſimũ, intra ſpatium ſep-
tendecim dierum (ut teſtatur Iuſtinus lib. 11.)
cum ſex milibus murorũ paſſibus. hodie Scan-
deria uulgò dicitur à Turcis.
Alexis Thurius, qui prius Sybaris dicebatur,
poëta comicus ante Menandrum: reliquit plu-
res fabulas. habuit filium Stephanum poëtam
& ipſum comicum. Suidas. Fuit & Alexis Aſi
nij Pollionis ſeruus: ſic dictus quaſi ſine reſpon
ſione, ac ſuperbus, de quo uide Seruium illud
» Vergilij, enarrantem, Formoſum paſtor Co-
» rydon ardebat Alexim.
Allia, (ἀλλίας) generis fœminini, nomen fluuij,
qui à Cruſtuminijs montibus præalto defluens
alueo, Tyberino amni miſcetur, quadrageſi-
mo ab urbe lapide, iuxta quem Brennus Se-
nonum dux multa Romanorum millia profli
gauit. Hinc Allienſis dies, tanquam infau-
ſtus dictus eſt.
Allobrŏges, (ἀλλόβρογες) populi Galliæ Tranſal-
pinæ, qui Narbonenſibus aſcribuntur, quorũ
metropolis eſt Vienna.
Allobrŏges, populus Galliæ iuxta Rhodanum,
nunc Sabaudienſes & Pedemontani uictoria
Fabij & Catilinæ coniuratione noti, ad tra-
ctũ Lugdunenſem olim ſiti, Ptolemæo autho
» re. Horat. Nouisq́; rebus infidelis Allobrox.
Aloëus, (ἀλωεὺς) nomen Gigãtis, Titanis & Ter
ræ filius, cui coniunx fuit Iphimedia, quam cũ
uiolaſſet Neptunus, duos ex ea peperit filios.
Otum & Ephialtem, qui & Aloidæ dicũtur,
quos Aloëus educauit ut ſuos, & cum nouem
digitis ſingulis menſibus creſcerẽt, gigantibus
aduerſus ſuperos bellum parantibus, nec ob ſe
nium Aloëus ad illud accedere poſſet, miſit ge
minos adiutores, ſed Apollinis & Dianæ telis
confixi perierunt. A quo patronymicum Aloi
» des. Verg. in 6. Hinc & Aloidas geminos, im-
» mania uidi Corpora, qui manibus magnum
» reſcindere cælum Adgreſſi, &c.
Alpes, ium. f. t. montes ſunt excelſiſſimi, Italiam
à Gallia & Germania ſeparantes, (ἄλπας, τὰ
ἀλπεινὰ ὄρη) à candore niuiũ dictæ ſunt, quia
perpetuis ferè niuibus albeſcunt. Sabini enim
alpum dixêre, quod poſteri Latini album: un-
de Alpium nomen. Sunt autem montes altiſ-
ſimi, qui Galliam tranſalpinam à ciſalpina di-
uidebant, nunc uero promotis finibus termini
ſunt Italiæ. In longitudine centum millia paſ-
ſuum patent, à ſupero mari ad inferũ, ut Celſ.
tradit, Liuius uero tria milia ſtadiorum. Has
Annibal aceto peruios fecit, quo expeditius
iter facere per illos liceret: non primus omniũ
traiecit, ut quidam uolunt. Galli enim ante ad-
uentum eius quinquies hos montes traiecerũt.
Hinc

Hinc fit adiect. Alpinus.a.um.pen.pro.& Ciſalpinus.a.um.compoſita.

Alpheias, dicitur Arethuſa apud Ouid.li.5.Metam.quaſi Alphei filia.

Alpheſibœa, uide ſuprà in dicti. Alcmæon.

Alpheus, (ἀλφεῦς) nomen uiri eſt, & fluuij Elidis ciuitatis Arcadiæ iuxta Piſas defluentis, qui longo tandem curſu in Achaia demergitur, & ibi à terra abſorptus, atq; ſubter mare defluens, ex Græcia in fontem Arethuſam apud Syracuſas in Sicilia ſe attollit, inde in mare Siculum cadit. Vide latius infrà in dictione Arethuſa. Dictus autem ab ἀλφός, quòd uitiliginem curet.

Alpinus, malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Auroræ filij bella deſcripſit, ſed tam malè, ut ab Horatio dicatur, Memnona ſuis carmi-
» nibus iugulare, Turgidus Alpinus iugulat
» dum Memnona, &c.

Altanus, pelagi uentus, & ab alto denominatus. Flatus omnis (inquit Seru.) qui eſt ripæ & pelagi, Altanus uocatur.

Altellus, Romulus dictus eſt, quaſi in terra altus à lupa, ſiue quòd telis aleretur: ſiue quòd rebus geſtis excelſus ac glorioſus eſſet: ſeu quòd à Tatio Sabinorum rege in colloquium poſtulatus, alternis uicib. audierit ac loquutus fuerit. Nam ſicut à macro macellus, à uafro uafellus: ita ab alterno Altellus fit, ſecundum aliquorum opinionem.

Althæa, Theſtij filia, & Oenei Calydoniæ regis uxor. Cætera uide in Meleager.

Aluerni, populi in Aquitania, qui cũ ſe à Troianis oriundos eſſe dicerent, audebant ſe appellare fratres Romanorum, qui etiam à Troianis originem ducunt. Vide Auerni.

Alyxothoë, filia Dymantis. Hæc Priamo peperit Aeacum, qui poſtea in mergum uerſus eſt. Vide Aeſacus.

Amalthea fuit nutrix Iouis infantis: Nam Meliſſus rex Cretæ duas filias habuit, ſcilicet Amaltheam et Meliſſam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutriuerunt, teſte Lactantio Firmiano lib.1.Inſti.

Ămārăcŭs, ci.m.ſ. filius fuit Cynaræ, regis Cypri, unguentarius, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, fregit alabaſtrũ, unde maiorem ex confuſione odorẽ creauit. Deinde cum nimio dolore cõtabuiſſet, in herbam odoriferam eiuſdem nominis, deorum commiſeratione commutatus eſt, quæ poſtea ex eius nomine Amaracus cœpta eſt appellari. uulgò meijoran. Alio item nomine Perſa dicitur hæc herba, & ſamſucus. Hinc laudatiſſima atque odoratiſſima unguenta amaracina dicuntur. Plin. libro 21.cap.22. Verg.1.Aen.

Amaſenus, Volſcorũ fluuius eſt in Latio, ultra quem (ut habet Vergil.lib.11. Aen.) Metabus rex Volſcorum ſuos fugiens, filiam ſuam Camillam telo alligatam proiecit. Eſt etiam Siciliæ fluuius. Ouid.lib.15.Metam.
» Nec non Sicanias uoluens Amaſenus arenas.

Amaſia, Germaniæ ciuitas eſt, authore Ptolemæo, hodie Marpurgium.

Amaſis. (ἄμασις) pen.prod. nomen proprium regis Aegypti cuius tumulus fuit una pyramidum. Hic legem condidit, ut quiſque quotannis apud præſidem rationem uitæ redderet, demonſtraretq; unde uiueret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Aegyptijs tranſtulit ad Athenienſeis.

Amaſius, Germaniæ fluuius, Ptolemæo, qui Plinio Amiſius dicitur, & Pompon. Melæ, uulgò die Ems.

Amata, fuit uxor Latini regis, mater Lauiniæ, et ſoror Veniliæ deæ, ut author eſt Seru. apud Verg. Aen.6.& 7. Hæc ne uideret Aeneam generum, laqueo gulam fregit, priuſquam etiam urbs ab hoſte eſſet expugnata.

Amathûs, Amathuntis, inſula eſt maris Aegæi, Veneri ſacra, undè tota inſula Amathuſia dicebatur, ut eſt apud Ptolemæum. Ipſa eadem eſt metallorum fœcundiſſima, teſte Ouid.
» Piſcoſamq; Gnidon, grauidamq; Amathunta metallis. Inde fit Amathunteus. tea.teũ.pen.
» prod. Idem libro 10. Lactanteis uitulos Ama
» thunteaſq; bidenteis. Similiter Amanthuntius.tia.tium. Verg. in Cyri.
» Nam te iactari non eſt Amathuntia noſtri.
Et Amathuſiacus apud Ouid.

Amatorie', dicta fuit una ex Muſis, quæ Erato Græce dicitur. Ouidius:
Vilis Amatorie, uilis mihi candida Clio.

Amazones, (ἀμάζονες) pen.corr. mulieres erant ſic dictæ, quòd mammis carerent. Ab a ſine,

& μαζὸς mamma, quaſi ἄνευ μαζοῦ. Vel ab α & μάζης. id eſt pulte ſeu pane, quaſi ſine pane, eò quòd non pane ueſcerentur, ſed carnibus. Alij ab ἅμα & ζῶν, dictas putant, quaſi ἁμαζώσας, quòd ſimul uiuerent. Habitabant autem propè Tanaim & Thermodoontem fluuios, ſine uiris, ne tamen genus periret, finitimis congrediebantur, & ſi qui mares naſcebantur, ſtatim interficiebant: puellis autem dextras inurebant mammas, quò expeditius dextro brachio in certamine uterentur. Harum reginæ fuerunt Marthesia, & Lampedo, quæ maiorem Europæ partem ſubegerunt. Marthesiæ filia ſua Orithya ſucceſſit, quæ ſororem Antiopen habuit, poſt Orithyam Penteſilea regno potita eſt, quæ ad bellum Troianũ profecta, Phrygibus in auxilium, ab Achille poſt multas res præclariſſimè geſtas, occiſa eſt: hæc ſecurim bellicam, & peltam prima omniũ inueniſſe dicitur. Claruit quoque inter Amazones Menalippe, item Hippolyte, quæ ab Hercule capta eſt, & poſtea à Theſeo in uxorẽ ducta. Has autem iam non eſſe conſtat, utpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. Hæc Seruius apud Verg. uide quoque Iuſtinum lib. 2. Hinc fiunt Amazonicus, et Amazonius. a. um. poſſeſſ.

Amazonia, (ἀμαζονία) illarum regio dicitur.

Amazonius, mons eſt in maiori Aſia, præter cuius radices Thermodoon amnis labitur, ſic dictus ab Amazonibus, quæ penes hunc montem habitauerunt.

Ambracia, nobilis eſt ciuitas Theſprotiæ Epiri, iuxta Aceronem nauigabilem fluuiũ: ab Ambracia Theſproti filio, prius Eponia & Paralia dicta. hodie uulgò Larta appellatur, apud Ptol. Hanc Auguſtus Nicopolim à uictoria nominauit, cum inibi uiciſſet Antonium. Hinc ſinus Ambracius pars Adriatici maris Epiro adiacens. Item, Ambracienſis & Ambraciotes ſiue Ambraciota.

Ambroſius, proprium nomen, ſignificat autem diuinus & immortalis.

Ambubaiæ, teſte Acrone, mulieres Tibicinæ Syrorum lingua dicuntur. Alij Latinũ putant, & dictũ quòd am, id eſt circum, Baias, locũ amœniſſimum, & uoluptatis plenum, uerſentur.

Ameria, (ἀμερία) ciuitas in Vmbria, patria Roſcij Amerini quem defendit Cicero, quæ ante Perſicum bellum annis noningentis ſeptuaginta quatuor fuit condita: unde ſalix Amerina apud Plin. lib. 24. cap. 9. Et Amerina retinacula pro uiminibus. apud Verg. 1. Georg.

» Atq; Amerina parant lentæ retinacula uiti. Vbi Seruius, Amerina retinacula, uirgas quibus uites religantur: quæ abundant circa Ameriam oppidum.

Amilcar, dux Carthaginenſis cognomento Rhodo, facundia ſolertiaq; inſignis. ut author eſt Trogus lib. 21. Item alium Liu. lib. 31. memorat. Alius item cognomento Barcha, pater Annibalis, qui primam ſecundum filium Annibalem inter Pœnos duces gloriam obtinuit. Hic ex Liuio, & cæteris hiſtoriæ ſcriptoribus notiſſimus eſt. Vide Annibal.

Aminea, regio iuxta Falernum, ferax optimi ui» ni. Verg. 2. Georg. Sunt & Amineæ uites, firmiſſima uina, &c. Ptolemæo eſt Italiæ oppidum in Campania, ubi ſunt generoſa uina. Hinc fit adiect. Aminæus. a. um. ut, Aminæa uua, & Aminææ uites.

Amiſius, fluuius eſt Germaniæ. uide Amaſius.

Ammon, alij Hammon, dicitur Iupiter in ſpecie arietis, ſicut colebatur in Libya, quod hoc modo tradũt inſtitutum: Cum Liber pater per deſertum Libyæ exercitũ duceret, uniuerſa iam Aſia deuicta, & ſui admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur. Quo facto apparuiſſe ei extemplo arietem: quem dum fugientẽ perſequitur, perueniſſe illo duce ad fontem amœniſſimum. Alij terra arietis pede concuſſa fontem exiliſſe tradũt. Quapropter deſyderio potitum, exiſtimaſſe arietem illum fuiſſe Iouem, eiq; templũ miræ magnitudinis in arena conſtituiſſe, & deum uocaſſe Ammoni, hoc eſt Iouem arenarium. Græci enim ἄμμον arenam uocant. De quo fuſius Nicol. Perottus.

Amorrhæi, populi dicti ſunt ab Amor patre Sichem, uel ab Amorrhæo filio Canaam.

Ampeluſia, promontorium eſt Africæ in Mauritania, nomen à uitium copia inditum. ἄμπελος enim Græcis uitem ſignificat.

Amphiaraus, Oiclei filius, à quo Oiclides dictus, & maritus Eriphyles, Græcus uates, quẽ Adraſtus rex ſecum ad bellum Thebanum ducere uoluit, ſed ipſe præſciens ſe illinc non rediturum

diturum, latuit: & cum diu inueniri non poſſet, tandem ab Eriphyle uxore ſua, aureo monili ab Adraſto rege corrupta, proditus eſt, atq; ita proficiſci coactus, primoq; die, quo ad Thebas uenit, hiatu terræ abſorptus eſt. filios præterea habuit Tiburtum, Coratem, & Catillum.

Amphictyon, Deucalionis filius, qui poſt Cranaum Atticæ imperauit. Huius inuentum ferunt ſomniorum & portentorum interpretationem.

Amphilochus, filius Amphiarai & Eriphyles, rex & augur apud Græcos. Mirādula in hymnis,
» Amphilochi aut monitus adijt male ſana nefaſtos.

Amphimachus, fuit Amphiarai & Eriphyles filius, quem Homerus cum alijs Græcorum ducibus ad Troiam ueniſſe ſcribit. Vide Amphilochus.

Amphion, (ἀμφίων) pen. prod. Iouis & Antiopes filius. tres enim liberos ex Antiopa ſuſcepit Iupiter, Amphionem ſcilicet, & Zethum, atq; Calathum, ut autor eſt Hom. in Odyſſ. uel ſecundum aliquos, Mercurij filius, à quo ſuſcepta lyra adeo dulciter canebat, ut ſaxa ad ſtruēdos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Quod ideo factum, quia eloquij ſuauitate homines rudes paſſim degentes, & incultis moribus, ad obſequij ciuilis pellexit diſciplinam, ut in unū conuenirent, & ciuiliter uiuerent, & in defenſionem publicam ciuitatem mœnibus circundarēt. Ex Bocatio. Amphionius, a. um. adiect.

Amphitrite, Nerei filia, & Neptuni uxor, cuius nuptias cum à principio fugeret, uirginitatem ſeruare cupiens, miſit ad eam Neptunus Delphinum, qui per uaria loca quæſitam, tandem ad radices Atlantis montis inuenit, & ut Neptuno iungeretur, perſuaſit. Hinc à Poëtis maris dea fingitur, ex qua natus eſt Triton, ut canit Heſiodus. Capitur quandoq; pro ipſo mari. Ouid. Nec brachia longo
» Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphitryo, (ἀμφιτρύων) princeps Thebanus, Alcmenæ Herculis matris coniunx. à τρύζω gemo, uel τρύχω uexo: quoniam hæc incurrit. Plautus tamen Amphitruo ſcribit, quia uetuſtiſſimi Romani peregrinas literas non admittebant, ut Phruges, pro Phryges. Vnde & patronymicum Amphitryonides à poëtis dicitur, & per Epentheſim, Amphitryoniades, de quo latius in Alcmena. Amphitryonius. a. um. poſſeſſiuum.

Amphryſus, fluuius eſt Theſſaliæ à poëtis celebratus, iuxta quem Apollo pauit armenta regis Admeti. Hinc Amphryſiacus. ca. cum. Papin. Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi.

Amulius rex Albanorum Numitoris frater & minor natu, fuit ex filijs Porcæ, qui ita cum ijs, Numitore uidelicet & Amulio pepigerat, ut alternis regnarent: cum autem ad Amulium perueniſſet regnum, tranſacto anno fratri cedere noluit, ſed Numitore expulſo, eius quoq; filium Lauſum interfecit, atq; omnem ſtirpem uirilem necauit. Fratris quoq; filiæ Rheæ Syluiæ, à qua ſe puniri poſſe cognouerat, per ſpeciem honoris, cum Veſtalem eam legiſſet, perpetua uirginitate ſpem partus ademit. Sed Rhea à Marte compreſſa geminos peperit, Romulum & Remum, quos Amulius in Tyberim proijci, & matrem uiuam infodi præcepit: ſed miniſtri, miſericordia moti in ripam poſuerūt, qui poſtea à Fauſtulo paſtore inuenti, & ab Acca Laurentia uxore eius, quæ meretrix fuerat, ſunt nutriti, & iam adultiores cognita cauſa, Amulium interfecerunt, auoq; Numitori regnum reſtituerunt, quibus dum cum eo anguſtum Albæ uideretur imperium, receſſerūt, & captatis augurijs urbem condiderunt. Quòd autem à lupa dicuntur aliti, fabuloſum figmentum eſt, ad cælandam authorum Romani generis turpitudinem: nec incongruè fictum eſt. Nam & meretrices lupas uocamus: unde & lupanaria. Et cōſtat hoc animal eſſe in tutela Martis. Hæc Seruius enarrans Vergil. illud lib. 1. Aeneid.
» Donec regina ſacerdos
» Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Cætera uide in Remo, Romulo & Ilia.

Amxyrus, quaſi abſq; raſura, cognomen fuit Iouis: nam Iupiter imberbis colebatur à Campanis, ab α, & ξυρέω.

Amyclas, Lacedæmonis filius, ut eſt author Dictys Cretenſis in libro quē de expeditione Græcorum in Troianos compoſuit.

Amyclæ, Laconiæ fuit ciuitas, Tyndari regia, in qua Caſtor & Pollux educati ſunt. Vnde Vergilius,

» *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis*
Cyllarus,&c. Vide Seruium ſuper hoc loco. Aliæ fuerunt in Italia, Tacitæ cognominatæ, inter Caietam & Tarracinã, & fundos in Paludibus (authore Seruio) à Laconibus Caſtoris & Pollucis comitibus conditæ, & ab Amyclis Laconiæ ſic appellatæ: cuius ciues cum ſecundũ Pythagoream ſectam, ab eſu carnium & omnium animalium cæde abſtinerent, & ſerpentes ex uicinis paludibus natas occidere nefas putarent, ab iiſdem ſunt interempti. Sed cum frequenter hoſtium aduentus falſo nunciaretur, legibus cautum eſt, ne quis porrò hãc famã ſpargeret. Vnde poſtea ex improuiſo captæ ſunt Amyclæ. Hinc prouerbiũ: Loqui uolo, nam ſcio Amyclas tacendo periſſe. Hinc Amyclæus.a.um.

Amycus, uel Amycis, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebrytiorum rex, qui eam conſuetudinem habuit, ut aduenas in Bebrytium nemus ſub euocationis prætextu ad cæſtuum certamẽ perductos, ibidem interficeret. Quo Pollux etiam perueniens, ab eodem rege ad idem præliũ fuit euocatus, ſed Pollux in certamine inſidias ſentiens, conuocatis ſociis Amycũ interfecit. Verg. Qui ſe
» Bebrytia ueniens Amyci de gẽte ferebat, &c.

Amymone, Danai regis filia fuit, una ex quinquaginta ſororibus: quæ dum ſe in ſyluis iaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudẽs, qui impetu in eam facto, uim ei uoluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quòd à Satyro formidarat. Itaq; prægnans facta Nauplium peperit. Hãc in ſmaragdo Alexander ſculpi uoluit. Vide Strabonem lib.8.

Amyntas, pater fuit Philippi Macedonis. Eſt it ẽ paſtoris nomen apud Theocritum & Verg.

A ANTE N.

ANacharſis, (ἀνάχαρσις) ex Scytharũ genere, ſapientiæ admirandæ, apud ſordidiſſimos Scythas ſapiens. Floruit Solonis temporibus. Cuius imaginibus inſcriptũ eſt: Lingua, uentre, pudendis abſtinendum eſſe. Plinius tradit Anacharſim inueniſſe rotam figuli, cuius circuitu uaſa formantur. Sed ſi (ut inquit Seneca) apud Homerum longè antiquiorem inueniatur figuli rota, non uideo quomodo Anacharſis eſſe author huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges araneearum telis quàm ſimilimas eſſe dicebat. Interrogatus autem quo pacto abſtemius fieret, reſpondit, ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat.

Anacreon, (ἀνακρέων) nomen uiri proprium poëtæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta ſunt. Teius patria fuit, à Teo Ioniæ ciuitate, ex qua etiam Hecateus hiſtoricus. Amauit puerum nomine Batillum uiſenda pulchritudine ſpectabilem, & Megiſtheum. Horat. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teium. Periit acino uuæ paſſæ ſtrangulatus. Hinc Teius. Ouidius,
» Quid niſi cũ multo Venerem cõfundere uino,
» Præcepit Lyrici Teia Muſa ſenis?
In honore fuit apud Polycratem Samiorũ regem, cuius etiam puerum Smeridiem dilexit. Aelianus. Huius poëma totum amatoriũ eſt, ut ſcribit Cic. & laſciuiæ plenum.

Anaphe, (ἀνάφη) penult. corr. inſula ſponte in mari enata, ut ſcribit Plin. lib.2.cap.87. Dicta Anaphe ab Argonautis, quia tempeſtate laborantibus & intermeſtri Luna ex inſperato comparuiſſet.

Anapis, (ἄναπις) pen. pro. Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem ſtadiis procul à Syracuſis labitur, ut ait Plutarchus. Cyanen Nympham amaſſe fertur, quæ cum Plutonẽ inhibere uellet, ne Proſerpinam raperet, ab ipſo cõtempta in ſui nominis fontem: uel ſecundum alios, in ſtagnum mutata eſt, & Anapi iuncta, in mare ſeſe exonerat. Ouid. lib.5. Metam.
Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

Anaurus, leuis fluuius in Theſſalia, oriens in Pelio monte: ſic dictus quòd ex ſe neq; aurã, neq; nebulam mittat. Luc. lib.6.
Quiq; nec humẽtes nebulas, nec rore madentẽ Aëra, nec tenues uentos ſuſpirat Anaurus.

Anaxagoras. ἀναξαγόρας. pen. cor. Clazomenius philoſophus fuit, in phyſicis præcellens. Hic non modo generis gloria & diuitiis, uerum animi quoq; magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totum patrimoniũ ſuis ſponte reliquit. et cum ab eis negligentiæ inſimularetur: Quid ergo, inquit, nónne uos iſta curatis? Mox abſcedens,

ſcedent, ad ſpeculandum rerum naturam ſe contulit, ſtudio doctrinarũ flagrans, rei & priuatæ, & publicæ omnino negligẽs, & incurioſus adeò, ut cuidam ipſum ita cõpellanti: Nulláne tibi patriæ cura eſt? dixerit, Mihi uerò patriæ cura & quidẽ ſumma eſt, digitum in cœlũ intendens. Hic cum poſt diutinam peregrinationem in patriam reueniſſet, poſſeſſionesq́ deſertas uidiſſet: Non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſtæ periſſent. Qui pluris faciens culturã ingenij quàm prædiorum, famigeratus fuit inter philoſophos. Lampaſci perijt.

Anaxarchus, (ἀνάξαρχος) nomen propriũ philoſophi Abderitæ, ſectatorisq́ Democriti, ut refert Cicero lib. 3. de Natura Deorum. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehenſus, cõiectusq́ in pilum ptiſanæ, ſiue mortarium ſaxeum, quod Græci ὅλμον uocant, ibiq́ ferreis malleis contuſus, adeò toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, ut uerbum illud memorabile conduplicauerit: Tunde tunde Anarchi follem, Anaxarchum enim non tundis. Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyrãno, protinus dentibus abſciſſam & commanducatam linguam in os eius ira patulum conſpuiſſe dicitur. Teſtes ſunt Laërtius, Valerius, Cicero. Huius etiam meminit Ouidius,

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta.

Floruit autem Olymp. cx. ut ſcribit Suid.

Anaximander, auditor Thaletis, & eiuſdem ſucceſſor, qui primus cœleſtia ſigna docuit. Sphæram item conſtruxit. Horologium & Gnomonem inuenit, primus etiam Geographicam tabulam edidit.

Anaximenes, (ἀναξιμένης) philoſophus fuit, Emiſtrati filius, Anaximandri diſcipulus ſucceſſorq́, qui eo die obijt, quo Sardis capta fuit. Hic principium rerũ aëra opinatus eſt, quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait, cuius condenſatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum uerò ab æterno eſſe dixit: terram ex aëre cõſtipato, primum omnium factam latam, magnam, idcirco non abſq́ ratione ſuper aërem contineri. Solem, Lunam cæteraſq́ ſtellas à terra ortum habere. Aëra infinitum adſerebat, eumq́ deũ ſtatuebat, ut eſt author Cic. Academic. quæſt. lib. 4.

Anaxylides. (ἀναξυλίδας) nomen philoſophi de quo Hieron. contra Iou. ſcribit, quod in lib. 2. philoſophiæ ferat, Potonam matrem Platonis plantaſmate Apollinis oppreſſam, & ſapientiæ principem nõ aliter arbitretur, niſi de partu uirginis editum.

Ancæus, Lycurgi fuit filius, authore Lactantio.

Fuit & alius Ancæus, Neptuni & Aſtypalææ filius, rex Sami: qui quum eſſet agriculturæ magnopere ſtudioſus, teſte Ariſtotel. uites ſeruit admodum ſenex, ac tandem ab apro uaſtante ſuas uites interemptus eſt. de quo Eraſmus in Prouerb. Multa cadunt inter calicem, ſupremaq́ labra.

Anchemolus, filius fuit Rhœti, Marrubiorum regis in Italia, cui cum pater Caſperiam, ſeu Caſpiam, nouercam ſuperinduxiſſet, priuignus eandem ſtuprauit, quo cognito cũ pater eum perſequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille ad Turnum ſe cõtulit. Poſtea tamen à Pallante Euandri filio occiſus eſt. Verg. lib. 10.

Et Rhœti de gente uetuſta, Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercæ.

Anchiala, ciuitas Ciliciæ, de qua Strab. lib. 14.

Anchiſes, Capis filius, ante bellum Troianũ, nemorum latebras & ſolitudines coluiſſe fertur, gregibus & armentis intẽtus fuit: quibus cum uacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, unde natus eſt Aeneas apud Simoënta Troiæ fluuium, ut ſcribit Seruius. Porrò cum ſe Veneris concubitu uſum fuiſſe iactaſſet, ab eadem oculis eſt priuatus, propterea dicunt eum Troianorum conſilijs non interfuiſſe. Ardente Troia cum nulla ſalutis ſpes appareret, ſenio confectum Aeneas humeris impoſuit, ſecumq́ Drepanum uſq́ Siciliæ urbem uexit, ubi fatis conceſſit.

Ancon, uel Ancona, urbs fuit Piceni in littore Adriatici maris, à Siculis condita. Dictam uolunt, quòd in morem cubiti ſit extructa. Ancon enim cubitum ſignificat.

Anculi & Anculæ, dij deæq́ ancillarum putabantur.

Ancus Martius, quartus fuit Romanorum rex, nepos Numæ ex filia. Hic Latinos bello domuit, Auentinum & Martium montem urbi addidit: fertur præterea primus carcerem inſtituiſſe. ſic ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος. id eſt, à cubito

dictus, quem incuruum habuiſſe dicitur, ut ait Seruius.

Andabatæ, populi ſunt clauſis oculis pugnantes. Cic. Treb. lib. 7. Epiſt. Famil. Quem ne Andabatam quidem defraudare poteramus.

Androgeus filius Minois Cretæ regis, & Paſiphaës, puer præclaræ indolis, qui cum omnes in palæſtra ſuperaret, ab Athenienſibus & Megarenſibus ex inuidia occiſus eſt. Cætera uide ſuprà in Aegeo, Theſei patre, Minoë & Minotauro.

Androgynæ, (ἀνδρογυνῶαι) ſunt populi in Aphrica, utriuſque naturæ, inter ſe uicibus coëuntes dextra mamma his uirilis, læua muliebris.

Andromache, (ἀνδρομάχη) penult. cor. Hectoris Troiani uxor, Eetionis Thebarum Ciliciæ domini filia, quæ Aſtyanactem Hectori peperit. Mortuo Hectore Pyrrhus eandē in Græciam abduxit, & ex ea Moloſſum ſuſcepit: poſtea uerò Heleno uati, Priami filio, cum parte regni in uxorem dedit. author Volater. A uirili pugna nomen ſortita eſt. Fuit enim uirili animo ſepta, & quædam ueluti uirago.

Andromachus, adulator Craſſi, à quo tamē Craſſus ipſe Parthis proditus eſt. author Plutar.

Andromeda, uel Andromede, Cephei Aethiopū regis & Caſſiopes filia, ob matris ſuperbiam, quæ ſe Nereidas forma ſuperare gloriabatur, à Nymphis ſaxo fuit alligata, & ceto marino monſtro expoſita: poſtea tamen à Perſeo in patriam reuertente, occiſo prius ceto, liberata eidem nupſit. Propert. lib. 2.

» Andromede monſtris fuerat deuota marinis,
» Hac eadem Perſei nobilis uxor erat.

Poſtea Mineruæ beneficio, inter aſtra collocata dicitur, ob Perſei uirtutem, qui eam ceto propoſitā à periculo liberauit. Vide Perſeus.

Andronicus Rhodius, philoſophus Peripateticus, cuius meminit Strabo.

Andros, (ἄνδρος.) inſula uicina Samo, cum oppido eiuſdem nominis, quæ Aſiæ adiacet ex oppoſito ad Epheſum. Hæc primo dicta fuit Cauros, poſteà Antandros. Hinc Andrius. dria. drium.

Angerona, (ἀγγερώνη) ſeu Angitia, ſeu Angeronia, Solis filia & Circes ſoror uocitata eſt uoluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui ſacra à Romanis inſtituta ſunt, cum Angina ciuitas uexaretur, ab angore tollendo ſic dicta. Eius feſta Angeronalia ſunt uocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo, præmiſſo uoto fuiſſe liberatum. Huic pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciebant.

Anglia. (βρεττανία) quæ Britannia ab eruditis dicitur, inſula inſignis in Oceano, quæ undique à circunfuſo mari complexa eſt, nuſquam iuncta continenti, ſed ab omni orbe noſtro diuiſa: quæ quondam ab albis rupibus quas mare undiq; abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troës incoluerunt, qui Troia diſiecta fugerunt exciſam patriam, Palladiſq; oraculo claſſe in hanc inſulam migrauerunt, atque gigantes tunc inſulam tenētes multis uictos prælijs expugnauerunt. Hanc poſtmodum longo temporum tractu, Saxones qui ſunt illuſtres Alemaniæ populi oppreſſere, agroſq; & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuiſit. Atque ut linguæ pariter & gentis memoria in deuicta inſula ſempiterna foret, ab Angela, cuius ductu uicta eſt, Angliam tellurem illam uocauit. Quanquam pleriq; Angliam ueluti noſtri orbis angulum prædicent dictam. Situs ipſius eſt, ut contra aſpectum Galliæ & Hiſpaniæ ſita eſt. Eius ambitus quadrageſies octies & ſeptuagintaquinq; millibus paſſuum conſtat. De hac inſula uide in Britonum hiſtoria, & in dictione Britannia. & in Albion.

Ania, Romana mulier, quam cum propinquus moneret, ut alteri uiro nuberet. eſſe enim ei & ætatem integram, & faciem bonam. Nequaquam hoc faciam, inquit. ſi enim uirum bonū inuenero ut antè habui, nolo timere ne perdam: ſi malum, quid neceſſe eſt poſt bonū peſſimum ſuſtinere?

Anio, anienis, uel Anien, ſeu Anienus, Italiæ fluuius eſt, qui in Trebianorū monte ortus, è ſublimi in uallem ſubiectam præceps fertur, & per Tyburtinum agrum decurrens tres nobiles lacus in Tyberim defert. Anieni nomen uero indidit Anius rex Hetruſcorum, qui inſequens Cethegum filiæ raptorem, cum eum aſſequi non poſſet, in fluuium inſilijt, ibi'que extinctus, & ut Anio uocaretur, effecit. Hinc Anienus. na. num. Proper. Siue Aniena tuos tinxerit unda pede.

Anna, etiam dea ab annis quibus præſidebat uocata eſt, & illi menſe Martio priuatim & publicè ſacrificabant, quo eis annare & perennare liceret. fuit enim Beli filia, ſoror Didonis, cui in fuga comes fuit: quæ poſtquam mortuã ſororem uidit, & Carthaginem ab Hiarba Getulorum rege occupatã, relicta ſede patria ad Battum regem qui Melitæ inſulæ imperabat, curſum arripuit. à quo iure ueteris hoſpitij benignè ſuſcepta, duos & ultrà annos ibi manſit. Sed cum Pygmalionem fratrem iam cum armis aduentare didiciſſet, Battus ueritus potentiam illius, Annam ut inde abiret hortatus eſt. Mox igitur mare ingreſſa, dum Cameram nauigare contenderet, ui tempeſtatis acta in Laurẽtem oram peruenit, ubi iam Aeneas pacatis rebus, & ducta uxore Lauinia, imperabat. Hic tum fortè ſolo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat, qui cũ errantem Annam aſpexiſſet, & uix ſibi perſuadere poſſet eam eſſe, tandem agnitam compellat. Timuit illa principiò, ſororis caſum ante oculos ponens, poſtea uerò ab illo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta eſt. Cui mox Lauinia, amorem coniugis ſuſpectum habẽs, tendere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnis à Didone monita, ut infauſtam domũ relinqueret, ſtatim per feneſtram exilijt, cumq; citato curſu ad Numicium amnẽ perueniſſet, in eum ſe præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum proficiſcuntur. Apparent ueſtigia pedũ uſque ad Numicium amnem, ultrà nihil uidetur. Quod dum admirandis ſecum animis uolutant, ipſa loqui uiſa eſt,

" Placidi ſum Nympha Numici,
" Amne perenne latens Anna perenna uocor.

Ouid. lib. 3. Faſtor. Quapropter læti cõuiuia celebrarunt, eam pro dea uenerantes, quem ritum poſtea longiſſimo tempore ſeruarunt.

Ānnĭbăl, Amilcaris filius fuit, quem adhuc impuberem iureiurando ante aras pater aſtrinxiſſe fertur, ut quàm primum per ætatem liceret, arma contra Romanos ſumeret. Quapropter iam adultus in Hiſpaniam traiecit, ibiq; quibuſdam ciuitatibus ſubactis, Alpeſq; aceto peruias faciendo quo expeditius traijceret, in Italiam uenit, atq; Titum Sempronium Conſulem apud Trebiam profligauit, Flaminium conſulem fudit ad Traſimenum lacum, cæſis 1500. Romanorum, cuius tamen poſtea uires à Fabio Maximo multum ſunt imminutæ. Sed rurſus collectis uiribus, tertiò Paulum Aemilium & Terentium Varronem nouos conſules creatos apud Cannas uicit, in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia ſupra ſeptingentos equites cæſa dicuntur, adeo ut tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miſerit: cum urbem capere facilimè poſſet, in Campaniam reuertitur, & Capuæ uoluptate detentus, omnem animi uigorẽ remiſit, ut apud Cumas à Sempronio Graccho magna ſuorum cæde repulſus, obſidionem reliquerit: poſtea etiam apud Molam non mediocre damnum à Marcello accepit. deinde à Carthaginenſibus, P. Scipione in Aphricam miſſo, obſidione impulſis ex Italia reuocatus, cum eodem apud Zamam Aphricæ oppidum congreſſus eſt, in quo conflictu uiginti millia Pœnorum cæſa ſunt, & totidem capta. Dux ad Antiochum profugit, cuius auxilio bellum redintegrauit, ſed Antiocho quoq; debellato Romani Annibalem ſibi captiuum dari petierũt, quod Pœnus ſentiens ad Pruſiam Bithyniæ regem confugit, à quo eundem petierunt. Pœnus autem Pruſiæ leuitatem ſuſpectam habens, hauſto ueneno quod ſub gemma in annulo geſſerat, uolũtaria morte obiuit. De Annibale latius ſcripſere Hiſtorici, ut Liuius, Florus, & alij.

Anſanctus, lacus eſt apud Lucanos, uel, ut Plinius habet, in Hyrpinis: ex quo tam lætalis odor euaporat, ut uolantes deſuper aues eo ſuſcepto necentur.

Antæus, (ἀνταῖ@) cum diphthongo & ſine h, fuit Gigantis nomen, Neptuni ex terra filij, magno ac procero corpore: quippe qui cubitis quadraginta adoleuerit in Libya, apud Lixum oppidũ, à flumine Mauritaniæ eiuſdem nominis ita uocatum, qui locus, non procul ab Heſperidum hortis, Antæi regia dicitur, robore ac fortitudine nemini cedentis. Quoties membra labore defecta eſſent, tactu terræ recreabantur, quem Hercules palæſtra pectori aſtrictum expirare coëgit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud

Tygæ

Tygænam oppidum Libyæ effoſſo ſepulchro Antæi, cadauer inueniſſe. Lucan. totam hanc fabulam deſcribit.

Antandros, teſte Strab. libro 13. Phrygiæ urbs, ad meridiem poſita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. Dicta eſt autem Antandros, ut author eſt Seruius, uel quòd de Andro inſula eam condiderunt coloni, quaſi ἀντὶ ἄνδρου: uel quia Græci uenientes per Thraciam, cepere Polydorum: pro cuius precio hanc accepere ciuitatem, quæ ex facto nomen accepit. uide ſupra in Andros.

Antarcticus, (ἀνταρκτικὸς) pen. cor. eſt polus auſtralis, arctico uidelicet oppoſitus, qui terræ obiectu à nobis cerni non poteſt. A noſtris dicitur polus meridionalis.

Antemnæ, oppidum eſt Italiæ, ſic dictum, quòd amnis præterfluat, quaſi ante amnem. Aliàs Antennæ, & Antennates, Italiæ populi, de quibus Strab. lib. 5.

Antenor, unus è principibus Troianorum, qui patriã cum Aenea prodidiſſe fertur: uel, quòd legatos, qui propter Helenam uenerant, hoſpitio ſuſceperit, & Vlyſſem falſo habitu cognitum non indicarit: uel quòd ſemper Helenam Menelao reſtituẽdam eſſe ſuaſerit, ne urbs bello uaſtaretur: quapropter etiam uterque ad Græcorum exercitum tutò ueniſſe dicitur. Nauigans itaq; Venetiam uenit, ibiq; condidit urbem Antenoream primò dictam (à qua Antenoridæ uocitati) quæ Poſtea Patauium, deinde Padua appellata eſt, unde Patauini. Hæc nũc à Venetis occupatur: ditionis olim ducum Auſtriæ, ut notant interpretes Melæ.

Anteuorta, dea eſt Romanorum, quòd præterita noſſet.

Anthedon, urbs eſt Bœotiæ. Etymon habet ex florente fertiliq; agro, uel ex Anthedone Neptuni prognato, habitata quondam Thracibus. de qua Pomp. & Strab. lib. 9.

Anthropomorphitæ, (ἀνθρωπομορφῖται) dicti ſunt qui ſimplicitate ruſtica deũ habere membra arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæreſis.

Anthropophagi, ἀνθρωποφάγοι. populi Scythiæ, qui humana carne ueſcuntur. Hi populi ſunt ad orientem ac ſeptentrionem Maſſagetis finitimi, & circa hos triſtiſſima ſolitudo, & mare quod Thabin uocant. Vide Plin. & Gell.

Antia lex, dicebatur quam Antius Reſtio tulit, quæ licet optima eſſet, luxuriæ tamen obſtinatione nullo abrogante obliterata eſt. Propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea uixit, foris non cœnaſſe, ne legem à ſe latã contemni uideret.

Anticanis, ſydus quòd antę maiorẽ canem oriatur, (προκύων).

Antichthones, Plinius libro 6. cap. 22. populi ad Taprobanem inſulam habitantes, in zona hyemali. Dicti ab ἀντὶ, quod eſt contra, & χθὼν. id eſt terra: quòd contraria parte aduerſis ueſtigijs ſtent contra noſtra ueſtigia. Alio nomine Antipodes appellantur. Subtilis & diuerſa apud ueteres inquiſitio ſemper fuit, Sintne homines, qui ſub terra ſua ueſtigia noſtris oppoſita habeant, nec ne. Quod ita eſſe ratione ſatis euidenti Macrobius 2. de ſomnio Scipionis, & Plinius libro 2. cap. 65. oſtendere conantur. Sunt uerò nonnulli qui credant fabuloſa eſſe omnia, quæ de Antipodibus ab alijs ſunt relata: quod Auguſtinus cap. 9. lib. 16. de ciuitate Dei: & Lactantius cap. 24. libro 3. Diuinarum inſtitutionum oſtendunt. His adſentitur Lucretius lib. 1.

» Illi cum uideant ſolem, nos ſydera noctis
» Cernere, & alternis nobiſcum tempora cœli
» Diuidere, & noctes pariles agitare diebus.
» Sed uanus ſtolidis hæc omnia parturi terror.

Declinatur autẽ hoc modo, Antipus, Antipodis uel Antipodos, & ſic deinceps.

Anticlea, fuit mater Vlyſſis, quæ quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Siſypho latrone Aeoli filio capitur & adulteratur. Alij dicunt cum Laërtæ iam nupſiſſet, & ad oraculum iam pergeret conſultura, captam à Siſypho latrone, & ut multi putant ex eo Vlyſſem concepiſſe. Quod Aiax apud Ouidium 13. Metamorph. uicio uertit Vlyſſi dum dixit, Et ſanguine cretus Siſyphio.

Anticyra, (ἀντίκυρα) pen. corr. inſula ad ſinum adiacens Maliacum & Oetam montẽ in Theſſalia, teſte Stephano, cuius meminit Strab. lib. 9. ubi authore Plinio, elleborum tutiſſimè ſumitur. Ouid. lib. 4. de Ponto.

» I bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Vnde

Vnde quoties inſanũ hominem ſignificare uoluerunt, Anticyra egere ſcribunt.

Antigone filia fuit Oedipi regis Thebanorum, quæ patri cæco, & à Creonte in exilium acto uiæ dux extitit, ut Seneca in Oedipo, & Statius in Thebaide teſtantur: eadem poſtea cum ad officium funebre ſuorum fratrum, Eteoclis uidelicet & Polynicis ueniſſet, ibiq́ adiuuante Argia Polynicis coniuge, fratrum cadauera cremaſſet, ambæ Creontis iuſſu captæ & occiſæ ſunt, quam mortem poſtea Theſeus ulciſcẽs Creontem interfecit. Hæmon autem amator ad Antigones mortuæ tumulum ſe interfecit. Propertius libro 2. Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmon Saucius ipſe ſuo corruit enſe latus?

Ãntĭgŏnŭs, (ἀντίγονος) pen. cor. nomen propriũ regis Macedonum, & Alexandri Magni frater, de quo multa apud Plutarchũ in uita Pyrrhi. Primus poſt Alexandrum in Aſia regnare cœpit, & duodeuiginti annis regnauit. Hic multa bella geſſit, in quibus tandem occubuit.

Antilochus, Neſtoris & Eurydices filius, maior natu, qui patrem ſecutus ad bellum Troianũ, in pugna à Memnone Auroræ filio eſt occiſus, ut tradit Homerus: uel, ut ait Ouidius, ab Hectore. Idem in epiſtola Penelopes, Siue quis »Antilochum narrabat ab Hectore uictum: »Antilochus noſtri cauſa timoris erat. Vnde patris prece motus Achilles Memnona occidit.

Ãntĭŏchĭă, (ἀντιόχεια) urbs in Syria, quæ prius Metropolis Epiphane, et Reblata, ab alijs Theopolis: hoc eſt, dei ciuitas eſt appellata. Hãc Seleucus Nicanor in ſuorum memoriam condidit, Olympiade 119. quam Orontes fluuius interfluit. ab occidentali regione lauat mœnia eius Farfar fluuius. Ab Antiochia ſiunt adiectiua Antiochenus, & Antiochenſis.

Ãntĭŏchŭs, (ἀντίοχος) nomen ſecundi regis Syriæ, Seleuci filij, ſed huius nominis primi. Quo nomine dicti ſunt alij Syriæ reges. Hic dictus eſt Antiochus Soter, & regnauit annis 20. Secundus Antiochus huius filius dictus Achios, & regnauit annis 20. ueneno ab uxore Laodicea extinctus. Tertius Antiochus Calericus. Antiochus quartus rex, cognomento Magnus regnauit annis 36. Dictus eſt etiam Hierax, quod accipitris more in rapiendis alienis uitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio ſuperauit. Quintus Antiochus Syriæ rex, Epiphanes cognomine. id eſt nobilis ſiue illuſtris, qui regnauit annis 11. Hic Hieroſolymam deſtruxit, & multa mala intulit Iudæis, crudeliſſimus omniũ tyrannus. Sextus antiochus Syriæ & Aſiæ rex, dictus eſt Eupator.

Antiopa, Nyctei fuit filia, & uxor Lyci regis Thebarum Aegyptiarum, authore Lactantio. Hanc Iupiter in Satyrum mutatus compreſſit, quod cum Lycus comperiſſet, ea repudiata Dircen ſuperinduxit, à qua in carcerem coniecta eſt: uerum cum partus aduenisſet, ruptis uinculis aufugit in Cythæronẽ, ibiq́ Zethum & Amphionem peperit, & expoſuit, ſed à paſtoribus reperti, ab iiſdẽ educati ſunt, qui poſtea adulti matris iniuriam ulciſcentes, Lycum cum uxore Dirce interfecerunt. Vide ſuprà, Amphion.

Ãntĭpătĕr, (ἀντίπατρος) pen. corr. nomen proprium nobilis poëtæ Sidonij, ſeu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ ſectæ, qui poſt Panætium De officijs ſcripſit. Hic quo die natus fuit, eodem ſemper febre laborauit omnibus annis. Et cũ diu uixiſſet, poſtquam ætatis ſuæ tempus deſtinatũ appropinquaſſet, eo die & eodem morbi genere conſumptus eſt.

Antipater alius, Iolai filius fuit, è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni ſucceſſores, diſcipulus & ipſe Ariſtotelis, uir præter ſcientiam rei militaris, literatiſſimus, ut tradit Suid.

Ãntĭpŏdĕs, (ἀντίποδες.) Vide Antichthones.

Antiſthenes, (ἀντισθένης) pen. cor. nomen philoſophi, & contraualentiam ſignificat. Hic cũ glorioſe docuiſſet rhetoricam audiſſetq́ Socratem, dixiſſe fertur ad diſcipulos, Abite & magiſtrum quærite. ego enim iam reperi: ſtatimq́ uenditis quæ habebat, & publicè diſtributis, nihil ſibi præter palliolum reſeruauit.

Antium, urbs uetus in Latio, & Romanorũ colonia dicta, quòd ante alias urbes. hoc eſt, in ipſo maris littore ſita ſit, cuius inhabitatores Antiates dicti ſunt. Erat in eadem ciuitate celeberrimũ Fortunæ templũ. Horat. lib. 1. car. »O diua gratum quæ regis Antium &c.

Antonius, (ἀντώνιος) nomen uiri proprium. Antoniorum familia Romæ nobiliſſima, uetuſtiſſimaq́

ſimaq́ fuit, utpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

Mar. Antonius orator, Triumuiri auus. de quo uide Cice. in Bruto. Interfectus eſt à Mariana factione, unà cum pluribus alijs clariſſimis ciuibus, quorum capita in roſtris pependere.

M. Antonius Triumuir, cauſa & fax totius belli ciuilis extitit, cum eſſet Tribunus, clàm ex urbe ad Cæſarem in Galliam profugiendo, eum quoq; mortuum laudando, percuſſores publicè deteſtando: deniq; ſanguinolentam ueſtem oſtendendo, ac teſtamẽtum eius quo populum Romanum uiritim ille numerabat, recitando, effecit ut interfectores ob metum ab urbe profugerent. Deinde Mutinam Bruti prouinciam inuadentẽ, hortante Cicerone Senatus hoſtem iudicauit: ſuperatuſ'que ab Hircio & Panſa COSS. ac Cæſare puero: mox Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidũ ac Cæſarem inito, Brutũ & Caſſium in Macedonia apud Philippos ſuperauit. Quo bello cõfecto, Octauius ualetudinis cauſa Romam redijt: Anton. in Græciã Aſiamq́; profectus, honore quaqua uerſus ingenti eſt exceptus. Cum illi Oriens, Auguſto Occidens, Lepido Italia obtigiſſet, multos per Oriẽtem reges & Tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonũ, Iudæorum regem ſecuri percuſſit: quod antea regum nulli cõtigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipſius gratia nefanda admiſit: eiq; regna multa conceſſit in Syria. Fuluiam uxorem ſtatim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Auguſti ſororem duxit, utranq; poſtremò ob Cleopatram contempſit. Ad bellum Parthicũ, Ventidium legatum miſit. Qui interfecto Pacoro regis filio, ab Antonio miſſus Romam, triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remiſſa, per Armeniam Arabiamq́; profectus, copias undique contraxit. Cum Phraate Medorum rege prælio congreſſus, ac uictor eum uſq; ad Araxem fluuium perſecutus eſt. Dein in Armeniam reuerſus, eius regẽ in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, cauſa fuit inter eum & Octauiũ diſſenſionis. Quo cum poſtremò ad Actium nauali prælio congrediens, ſuperatus eſt: Alexandriamq́; confugiens, atq; ibidem ab eodem obſeſſus, gladio ſponte occubuit, anno ætatis LVI. Huius uiri illud in primis admirabile dicitur, quòd in ocio luxurioſiſſimus, in negocio laborioſiſſimus fuit. Nec ob res malè geſtas quidquam de ſolita uoluptate remiſit. Hæc ex Plutarcho.

Anubis, (ἄνουβις) genitiuum facit Anubis, uel bidis, & lingua Aegyptiaca dicitur canis, in cuius forma colebatur Mercurius, quia nihil eſt cane ſagacius, ut inquit Seru. Diodorus ſcribit Anubim filium fuiſſe Oſiridis, qui canem geſtabat tanquam armorum inſignia. Ex quo Aegyptij canem uenerãtur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anxur, tam maſculini quàm neutri generis, urbs eſt Volſcorum, ut Plinio placet, quã olim Trachinam, nunc Tarracinam dicunt.

Anxurus, ſiue Anxyrus, nomen eſt, quo Iupiter à Campanis uocitatus eſt, qui maximè Anxuri colebatur imberbis, uel quaſi ἄνευ τ ξυροῦ. id eſt, ſine nouacula: quia barbam nunquam raſiſſet. Author Seru.

Anyger, ſeu Anagrus, ſeu Aniger, ſeu Antiger, Theſſaliæ fluuius, in quo Centauri ab Hercule ſauciati, uulnera ſua lauerunt, quamobrem cũ primò dulces habuiſſet aquas, poſtea in fœtidas ſunt conuerſæ. Hæc Bocatius.

Aon Neptuni filius, ut dicit Lactãtius, qui factione ſuorũ ex Apulia pulſus, nauigio Eubœam uenit, & inde ſe in Bœotiam detulit, ubi populis montes habitãtibus imperauit, eoſq; Aones, unà cum montibus ex ſuo nomine appellauit, à quibus Neptuni filius eſt habitus, cum Oncheſti ditiſſimi cuiuſdam Apuli filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dymantem reliquit, qui ei in regno ſucceſſit. Perottus.

Aonia pars montana Bœotiæ. Nam Aones, erat populus uetuſtus in Bœotia, à quibus Aones montes dicti ſunt, in quibus eſt fons Aganippe, qui dicitur Aonius fons. Item Aonides dictæ ſunt Muſæ à fonte Aone, in Aonia regione Bœotiæ illis conſecrato.

Apelles, Apellis, uel Apellitis, (ἀπελλῆς) ſecundũ Priſcianũ, nomen pictoris eximij, qui Cois Venerem incœptam moriens reliquit imperfectã, nec repertus eſt, qui tam egregio operi ſuccedere uellet: uixit tẽporibus Alexandri Magni. Fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi uoluiſſe, quàm ab Appelle. De hoc Ouidi.

» Si nunquã Venerẽ Cous pinxiſſet Appelles,

Merſa

» Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Apenninus, (ἀπεννίνον ὄρος) per duplex nn, mons eſt altiſſimus qui incipiens à Genua per mediam ac uniuerſam Italiam uſque in Siciliam in longum extenditur: cuius dextra pars Tyrrhenum mare, ſiniſtra uerò Adriaticũ reſpicit. à penna dictus, quæ eſt ſummitas: uel Apœninus cum œ diphthongo (ut ſcribit Seru.) quaſi alpes Pœni, quoniam M. Cato Pœnium montem eum nominare uidetur, per quem Annibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Apœnninus, Apenninicola & Apenniniger.

Apeſus. untis. ἀπεσᾶς. pen. cor. montis nomen eſt, qui Nemeæ ſuperiacet, ut Theſeus Ioui primum operatus creditur, propter quod Apeſuntius quoq; dictus eſt. Dictus ab Heroë, cui Apheſus nomen erat. Papinius, Mons erat » audaci ſeductus in æthera dorſo, Nomine » Lernæi dicunt Apeſunta coloni, Gentibus Argolicis olim ſacer. Ab hoc monte Apeſuntius Iupiter dictus eſt. Plin. lib. 4. cap. 5. Abſantus ſcribitur.

Aphrodite, nomen quo Venus uocitata eſt, ab ἀφρὸς, quod eſt ſpuma: Nam de ſpuma maris natam ferunt.

Apidanus, fluuius unus è præcipuis Theſſaliæ, & tardè fluere dicitur, quouſq; illi commiſcentur Enipheus, Melax & Phenix quos ipſe ſecũ in Penеon defert, ut habet Luca. lib. 6. Idem li» bro 1. It gurgite uaſto Apidanus, nunquamq́; » celer niſi miſtus Enipheus.

Apina Tricaq́; duo oppida Apuliæ fuerũt, quæ Diomedes euertit tanta ignominia, ut in prouerbij ludibriũ tranſierint. Quoties enim rem nullius pretij oſtendere uolumus, Apinas & » Tricas nominamus. Mart. Sunt Apinæ Tri» caq́;, & ſi quid uilius iſtis.

Apis, oraculum in Aegypto omniũ ſermone celebratur. Erat enim bos, qui & Serapis dictus, corpore niger, candida fronte, in tergore alba nota inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos uitæ annos excedere non licebat. Hunc Aegyptij merſum in ſacerdotum fonte enecabant, indicto iuſtitio, ueſte abſciſſa, & laceratis crinibus defunctum plangebant, aliũ eiuſdem coloris & formæ cum luctu quærẽtes, quo inuento, mirũ quoddam & diuinitus ſibi procuratum credebant, mirificeq́; lætabantur. Reſponſa autem dare non ut reliqua oracula ſolitus, ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet à conſulentibus, ſecundos euentus, atque omnia proſpera decernebat: ſi uerò abnueret, indubio malo & memorandis cladibus caſura diuinabat. Ideo cum à Germanico Cæſare pabulum oblatum renuiſſet, funeſtum omen & indubiam necem, quæ paulò pòſt ſecuta eſt, prænuntiauit. Hæc Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 2. & eadem ferè Marcellus libro 22. Cætera uide in Oſiris, & Strabonem libro ultimo, & Plinium libro 8. cap. 46.

Apitius, nobilis Romanus, altiſſimus nepotum gurges, ut ſcribit Plinius. Libros de gula conſcripſit, ut author eſt Suidas, pro qua multas abſumpſit opes. Hic & congiaria principũ, & ingẽs Capitolij uectigal commeſſationibus hauſit. Sen. de Conſol. ad Albinam matrem ſic ſcribit de Apitio: Apitius noſtra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philoſophi, uelut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit. Hæc ille.

Apollo. is. (ἀπόλλων) qui & φοῖβος dicitur Iouis & Latonæ filius, natus eſt in Delo, eodem partu cum Diana, quæ & ipſa Phœbe dicitur. Adultus Pythonem ſerpentem ſagittis occidit, deinde Cyclopes, ob fabricatum fulmen, quo filius eius Aeſculapius fuit ad inferos detruſus, unde aliquandiu diuinitate priuatus, Admeti Theſſaliæ regis armenta apud Amphryſum eiuſdem regionis fluuium pauit, quapropter Nomius dictus eſt. Item Liber, quòd libere uagetur per aërem. Fertur accepiſſe citharam à Mercurio, & poſtea Muſis præfuiſſe. Amauit Cyrenem puellam, item Daphnem, Penei fluminis filiam, quæ fugiens illius amorem in laurum conuerſa eſt, arborem huic ſacram. Item Hyacinthum, liberali forma puerulum, quem mortuum in florem ſui nominis cõmutaſſe fertur. Branchum item Theſſalum, cui in ſuo templo ſacra fieri iuſſit. Vicit Marſiam tibicinem, à quo laceſſitus fuerat tibiæ cantu, uictũ excoriauit. Ilij muros, adiuuante Neptuno Laomedonti regi ædificauit. Medicinæ uſum primus intuliſſe & propterea deitatem meruiſſe dicitur. Autor eſt Carminis

&

& Muſices, quapropter poëtæ præcipuum ſibi numen faciunt. In Rhodo Inſula Coloſſum habuit tantæ magnitudinis, ut inter ſeptẽ mundi miracula ſit cõnumeratus. Triplex eſt eius poteſtas, ut ſit Sol in cœlo, Liber pater in terris, Apollo apud inferos: eius ſimulachro tria adpingebantur, Lyra, quæ nobis cœleſtis harmoniæ imaginem monſtrat. Clypeũ, quod terrenum numen oſtendit. Sagittas quibus infernus deus iudicatur & noxius: unde & Apollo dictus eſt, ἀπὸ τῆς ἀπόλλυμι, uel, ut Euſeb. ait, ἀπὸ τῆς ἀπαλλάττειν, hoc liberãdo homines ab ægrotationibus. Eidem ut Baccho perpetua iuuentus adſcribitur, propterea ſemper imberbis à Poëtis fingitur. Multa habet nomina, quæ à locis, in quib. potiſſimũ colebatur, ei ſunt indita.

Apollonia, (ἀπολλωνία) ciuitas Epiri, Corinthiorũ colonia, optimis olim inſtituta legibus, uulgò his temporibus Valonia ſiue Velona nominatur. De hac Strabo: Condidere Apolloniã Corinthij Coriceiq́, ab Aeante fluuio ſtadijs decem, à mari ſexaginta. Eſt & Apollonia inter inſulas Thraciæ, cis Iſtrum amnem locata, teſte Herodoto lib. 4.

Apollonius Rhodius, quòd in Rhodo agitaret, Alexandriæ autem natus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis grammatici: cuius etiam ſucceſſor in præfectura biblithecæ apud Ptolemæum Euergetem: ſcripſit Argonautica uerſu hexametro. author Suidas. Fuit item Apollonius Alexandrinus, cognomẽto Dyſcolus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipſe grammaticus, filiumq́; erudijt. Scripſit de conſtructione partium orationis, & alia complura in arte grammatica. Apollonius item fuit Alabondenſis (Alabanda autem oppidum eſt minoris Aſiæ) dicẽdi magiſter clariſſimus, teſte Suet. qui cũ mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſe perdere, dimittebatq́; quenq; ad quancunque artem putabat eſſe aptum, ut ſcribit Cic. lib. 1. de Oratore.

Apollonius item Tyaneus philoſophus, cuius uitam Philoſtratus ſcripſit, & ante hunc Damis Apollonij ipſius peregrinationis comes. Hic Pythagoricus philoſophus, dum Epheſi uitam ageret, & fortè in multitudine diſputaret, per eam horam qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis ſtetit. Tum autem exclamauit, Euge Stephane pulchre, Stephane percute peccatorem. pulſaſti, uulneraſti & interfeciſti.

Aponus, uicus ad Euganeos colles in Italia prope Patauium, ubi & aquæ calidæ uarijs morbis aptæ Claudiani elegiaco carmine laudatæ, & à Theodorico Gottorũ rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro. Nomen ei, quia contra morbos eſt, uel quæ citra dolorem medetur. C.

Appia uia, eſt à Roma in Campaniã, & ad mare uſq; Brunduſium, quam Appius Claudius conſul lapidibus ſtrauit, ut author Cic. in Orat. pro Milone.

Aptera, (ἄπτερα) neutri generis, urbs in Lycia, & oppidum in Creta à Sirenibus uocatum, quòd uictæ ibi cãtu à Muſis præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent.

Apulia, (ἰαπυγία, δαυνία) Italiæ regio, mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionẽ tenuit uſq; ad Daunum, dicta eſt. In ea ſunt urbes Barium oppidum ditionis Mediolanenſium principum, Beneuentum, Luceria, & mons Garganus. Vadia.

Aquæ auguſtæ, Ptol. urbs Aquitaniæ in Gallia.

Aquæ calidæ, urbs inſulæ Britanniæ, Ptolemæo.

Aquæ mortuæ, oppidum Galliæ Narbonenſis.

Aquæ Sextiæ Salyũ, Galliæ Narbonenſis urbs, nunc Aquenſis, ciuitas quam Sextius dux redactis in poteſtatem Salybis ædificauit, ubi erant aquæ calidæ. Strab.

Aquæ. arum, urbs Galliæ Narbonenſis, iuxta quam ſunt aquæ calidæ, quæ ægros curare ſolẽt. Eam Plin. Aquas Sextias uocat. li. 3. ca. 4.

Aquila dicitur aſtrũ, quæ ala dextra circulum æquinoctialem parum prodit, ſiniſtra autem non longè à capite Ophiuchi uidetur figurata. Roſtrum eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad capricornum perueniens. Exorto Leone occidit: exoritur autem cũ Capricorno, habens in capite ſtellam unam, in utraq; penna unam, in cauda unam.

Aquileia, (ἀκυληία) urbs Carnorum metropolis, iuxta quam defluit Timauus, à legendis aquis dicta. Plinius, Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille paſſibus à mari ſita.

Ad eam flumine aduerſo onerarijs nauigatur nauibus per Natiſonem fluuium. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpe ſcripſit: & Rufinus Græce Latineq; eruditus, qui Ioſephum conuertit in Latinum, cuius originalis eſt Mediolani in ſancti Ambroſij fano, Longobardis characteribus carioſiſſimis. Aquileia, hodie Algar, caſtellũ uulgò.

Aquilius, (ἀκύλιος) cognomen factum à colore ſubnigro.

Aquilo, penu. cor. uentus dictus à uehementiſſimo uolatu inſtar aquilæ. Græcè βορέας. ſiccus & frigidus, de quo Ouid. libro 6. Metamorp. Flat hic uentus ab æſtiua & ſolſtitiali plaga Orientis. Aquilones etiam dicũtur uenti, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant dieb. quadraginta, quos uocãt Eteſias et Prodromos, quaſi præcurſores.

Aquitania. ἀκυιτανία. regio & tertia Galliæ pars ab obliquis aquis Ligeris. Hæc à Circio Oceanũ habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur. ab occaſu Hiſpaniam: à ſeptentrione Lugdunenſem prouinciam: à meridie Narbonenſem. In ea Tholoſa, & Burdigalia ciuitates. Hinc Aquitanus. a. um. unde Aquitani populi. ἀκυιτανοί. Vide Plin. lib. 4.

A ANTE R.

ARa, eſt ſignum cœleſte, & propterea inter aſtra relata, quòd in ea cõfœderatio deorum contra Gigantes facta fuerit.

Arabarches, Arabum princeps. Iuuenalis,

» Atq; triumphales inter quas auſus habere

» Neſcio qs titulos Aegyptius atq; Arabarches

Arabes, dicuntur populi unguentis & aromaticis fruticibus abundantes, hi mitrati degũt, & intonſo crine: barbam abradunt, præterquam in ſuperiori labro, ſagittas ueneno inficiunt, matrimonium non habent, &c.

Arabia. ἀραβία. regio eſt Aſiæ maioris inter Iudæam & Aegyptum ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio. Solinus Arabiam interpretatur ſacram. Eſt autem triplex Arabia, ſecundum Plin. 2. Vna fœlix, ἀρωματοφόρος, εὐδαίμων, λιβανοφόρος. altera Petræa. πετρώδης. tertia deſerta. ἔρημος. Arabia deſerta Arabarũ & Eſlionitarũ et Scenitarum ſterilis uocatur præterquàm ubi Syriæ confinia contingit, à Peluſio uſq; Arſinoën rubri maris oppidũ deſertã ſcribit Agrippa. Quidam Arabiã Panchaiam & Sabæorum gentem eandem eſſe exiſtimant, in qua thus naſcitur. Vergil. Solis eſt thurea uirga Sabæis. Idem, Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. In ea mons Syna, qui & Oreb, in quo Moſes legem accepit. in ea Phœnix auis naſcitur, et Sardonix gemma. Ab Arabia fiunt adiectiua Arabs. ἄραψ. Arabius, Arabicus, pro eo quod eſt ex Arabia Verg. 7. Hircanis ue Arabis ue parẽt. Prop. Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella. Et alibi, Et domus in terris te tremit Arabiæ, ubi uidetur quòd debeat ſcribi per geminũ r.

Arabs, uel Arabus, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. libr. 7. quem medicinæ artis dicit etiã repertorem: fortaſſe quòd Babylone natus, ibi medicinæ ſtuduerit, poſtea autem ad Arabes detulerit. à quo Arabes populi ſuprà dicti.

Arachne, mulier fuit Lydia, & Idmonis filia, lanificij peritiſſima quæ auſa fuit cum Minerua lanificio certare. Minerua autem cum iam penè eſſet uicta, irata, Arachnes telam lacerauit, & radio percuſſit, in tantumq; animi dolorem compulit, ut illa ſe laqueo ſuffocauerit, cuius tamen miſerta Minerua, in araneum commutauit. Vide Ouid. lib. 6. Metam.

Aræ Flauiæ, Germaniæ urbs ad Danubium, Ptole. uulgò Nordlingen.

Arar fluuius eſt Galliæ, atq; ex eodem, ex quo Rhodanus, monte exiens, et per Burgundiam fluens, in Rhodanum ipſum iuxta Lugdunũ immergitur: alio nomine nũc Sagona dicitur qui adeo lenis fluit, ut neſcias in utram partẽ deſcẽdat: clarus ponte Cæſaris uno die militũ opere fabricato. Araris item dicitur, & per Apocopen Arar, ut teſtatur Priſcian. Alius eſt ab eo, qui per Heluetios lapſus, hodie Arola, uulgò die Ar dicitur.

Ararus. ἄραρος. pen. cor. Scytharum fluuius.

Arath. ἄραθ. regio Armeniæ campeſtris, per quã Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radiceis Tauri montis, qui uſq; illuc extenditur.

Aratus, poëta Græcus antiquiſsimus, Menecratis diſcipulus, patria Cilix. Scripſit Phænomena, hymnos in Pana, item de Aſtronomia, ut Cice. ſentit optimè, quod opus idem Cic. carmine reddidit. Ouidius,

Cum Sole & Luna ſemper Aratus erit.

Araurius, fluuius eſt Galliæ Ptole. Stra. Rauraris appellatus. Is etiam prope Maſsiliam Petroſus uocatur, quòd lapidibus ſit maximè refertus. Vide interpretem Pomponij.

Araxes, Armeniæ fluuius ex eo monte, ex quo Euphrates naſcitur, contrario tamen ei curſu uerſus Orientem tendens, uſq; ad Atropatiam: deinde in Boream conuerſus, Azaram præterlabens in mare deſinit Hyrcanũ, ut author eſt Stra. Porrò Araxes ἀπὸ τ ἀράσσειν uocari, quòd opera Iaſonis & labore Penei Theſſalici, montium continuationem diſrupit. Ibi arcam Noë poſt diluuium reſediſſe ferunt.

Arcadia, Peloponneſi regio & Achaiæ pars à mari undiq; remota: ab Arcade Iouis filio ex Caliſtone Lycaonis Arcadiæ regis filia, ſic appellata. Hæc ut Euſtat. Homeri interpres docet, aliquando dicta eſt Azania, & Pama, & Pelaſgia, à Pelaſgo rege magno, ſapiente uiro, qui uitæ cultioris author eis fuit, & uictũ ex ſtirpibus herbarum, arborumq; frondibus tranſtulit ad glandẽ, maximeq; ad phagineã. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigãtida, & aliquando Parrhaſia. Arcus aũt cum Pelaſgos in deditionem redegiſſet, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plini. hanc totam montoſam, in qua ſunt aſini cæteris maiores ac præſtantiores, unde porcus Arcadicum uocatur aſininũ. In ea Erymanthus fluuius, Lernæa palus, & lapis Asbeſtos. hoc eſt inextinguibilis. Hinc Arcadicus. a. um. quod eſt ex Arcadia: ut, Arcadici mores.

Arcas, Iouis & Caliſthonis fuit filius, à quo Arcadia, item Arcades dicti ſunt, quos quia uetuſtiſſima gens eſt, ante Solem & Lunã fuiſſe poëtæ fabulantur, & ex arboribus eſſe natos. Hunc Arcadem Lycaon, cum Iouem hoſpitio recepiſſet, infantem membratim lacerauit, & Ioui comedendum appoſuit: quod animaduertens Iupiter Lycaonem incenſa prius eius domo commutauit in lupum, Arcadẽ uerò compactis membris in uitam reduxit, & iam adultum unà cum matre à Iunone ob adulterium in urſam mutata, aſtris intulit. Et ſic Caliſtho facta eſt urſa maior, Arcas uero minor. Quod Iuno ægrè ferens à Tethye precibus impetrauit, ne Caliſto & filius poſtquã ſidera facti eſſent, in Oceano, ceu cætera ſolent, lauarentur. Sunt tamen qui Arcadem in Bootem mutatum dicant: communior tamen eſt prior ſententia. Varias opiniones uide apud Perottum.

Arceſilas, & Arceſilaus, (ἀρκεσίλα@) nomen philoſophi proprium, qui ex Pitane Aeolica ciuitate ortus, relicto genitali ſolo Sardeis perrexit, mox Athenas profectus in Academiam ſe ad Crantorem contulit, quem Platonicam philoſophiam omnino commutaſſe, nouamq; quandam conſtituiſſe ferunt. Cauillator uocabatur, qui cum nihil ſe ſcire diceret, nec alios ſcire quicquam patiebatur, omnes turbans ſophiſmatibus. obijt cum merum immodicè hauſiſſet.

Arceſius, Iouis fuit filius, pater Laërtis, ut teſtatur Vlyſſes apud Ouidium, contra Aiacem loquens,

» Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi,
» Iupiter huic &c. ſcilicet Arceſio.

Archelaus. (ἀρχέλα@) philoſophus Athenienſis ſeu Mileſius, qui patrem habuit Apollodorũ, & fuit diſcipulus ſucceſſorq; Anaxagoræ, & præceptor Socratis. Hic uitia & uirtutes non natura ſed legibus conſtare dixit, phyſicamq; philoſophiam ex Ionia Athenas inuexit, eſtq; phyſicus appellatus, quòd in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate ethicen introducente. Quanquam ne hic quidem ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de æquo philoſophatus eſt.

Archemorus, alio nomine Opheltes, (ἀρχέμορος) Lycurgi Thracum ✱ aliàs Nemeæ, regis filius qui à ſerpente occiſus fuit, ut apud Statium libro Thebaidos: ſic dictus quòd futurũ apud Thebas regibus oſtenderit exitium. Hic Hypſiphilen nutricem habuit, quæ cum ſitientibus Achiuis, qui ad Thebaidem expeditionem proficiſcebantur, Langiam fontem oſtenderet, Archemorum puerum ſuper uiridi herba depoſuit, qui à ſerpente uulneratus perijt. Vnde fons ille Archemorus uocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quem ludos Nemeos appellabant, ut author eſt Archias poëta libro 1. epigram. Græcorum.

Archeſilaus, uide Arceſilas.

Archias poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum oratorum, præſertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum diſcederet è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleã uenit, & adſcribi in eandem uoluit: quod & ſua uirtute, & Luculli amicitia facilè impetrauit. Deinde lite mota à Græco quodam, Cicero ipſum defendit, ubi multa de laudibus poëticæ dixit. Pædianus.

Archidamus, (ἀρχίδαμος) pen. cor. nomen uiri Spartani. Hic rogantibus ſocijs quantum pecuniarum foret ſatis ad bellum Peloponneſiacum, ſcienter reſpondit, Bellum ordinata non quærit.

Archilochus, poëta Græcus iambicus, qui perſecutus eſt Lycamben ſocerum ſuum, quòd ei filiam pactam nomine Neobolon, alij locauerat: eumq́ ad laquem, ob Iamborum petulantiam in eum ſcriptorũ compulit. Ex quo Horatius,
» *Archilochum proprio rabies armauit Iambo.* Ouidius, *Tincta Lycambeo ſan-*
» *guine tela madent.* Quintilianus, *Archilochus primus inter eos qui Iambos ſcripſere, ſumma in eo uis, elegantes ſanè uibranteſq́ue ſententiæ, plurimum ſanguinis atq́ neruorũ, adeò ut uideatur quibuſdam, quod quidem ueneni eſt, materiæ eſſe, non ingenij uicium. emicuit regnante Romulo, ut ait Cic. in Tuſ.*

Archimedes, (ἀρχιμήδης) nomen proprium uiri Syracuſij qui Geometricæ ac machinalis ſideraliſq́ ſcientiæ conſultiſſimus fuit, & celeberrimus teſtimonio Liuij, Plinij, & Plutarchi. Hic uelut deus terrenus mechanico artificio ſphæram uitream fecit, in qua mira conuerſatione diſsimili motus circulorum uiſebantur. De qua ſic ſcribit Claudian. Iura poli rerumq́ Deorum, Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex: Percurrit proprium mentitus ſignifer annum, Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit. Marcellus in expugnatione Syracuſarũ interdixit, ne Archimedes unus uiolaretur, uerum cum Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet, ab ignaro milite quis eſſet, interfectus eſt. Cic. in Tuſcu. quum eſſet in Sicilia quæſtor, ſepulchrum eius inter uepres inueniſſe gloriatur.

Archontici. ἀρχοντικοί. hæretici quidam à principe appellati, qui uniuerſitatem, quam deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

Archytas, (ἀρχύτας) Mneſagoræ, ſiue (ut alij uolunt) Aeſtici filius, patria Tarentinus, eximius Pythagoricus philoſophus. Floruit quo tempore Plato ad Dionyſium in Siciliam uenerat, Platonemq́ per literas monuit ut inde abiret: ſiquidem Dionyſius de eo necando cogitabat. Cubum primus omnium inuenit.

Arctophylax. ἀρκτοφύλαξ. penu. cor. urſi cuſtos. eſt ſtellula iuxta maiorem urſam. Nam adhibitus, ut quidam putant, cuſtos urſæ uidetur. Alio nomine Bootes dicitur, quòd in modum bubulci plauſtrum ſequatur, quem ruſtici ſeptentrionem uocant. Vide Arcturus.

Arctos, (ἄρκτος) Latinè Vrſa, quæ quia in modum plauſtri uertitur, noſtri eam ſeptentrionem dixerunt. In hoc ſidus Caliſto Lycaonis filia migrauit ex urſa, in quam, Iunonis indignatione, cuius erat pellex, mutata dicitur. Eius filius Arctophylax, de quo modò. Is fuit Arcas Iouis filius. Effigiatur autem quatuordecim ſtellis. Vide ſequentia.

Arcti, duæ ſunt, quæ Septentrionali polo nixæ uehuntur, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraque reſupinata, alterius contegat caput: ſed caput eius quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat. Alteram maiorem Vrſam ſiue Elicem, alteram minorem Vrſam, ſiue Græcorum lingua, Cynoſuram. id eſt canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare ſoliti, hanc Sidonij aſpicientes aſſiduè nauigant. Ouidius,
» *Eſſe duas Arctos, quarũ Cynoſura uocatur.*
» *Sidonijs, Elicem Graia carina notet.*
Elicem ſcribit Heſiodus Caliſtona Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe. Hanc ſtudio uenationis inductam, relicto patre, ſeſe in ſyluas contuliſſe, factamq́ue unam ex comitibus Dianæ, à qua cum mirificè amaretur, quodam die ſolam in ſyluis inuentam, Iouem cõpreſſe. Quod facinus quum aliquandiu celaſſet, tandem iuſſam cum cæteris uirginibus lauari, tumore uteri crimẽ detexiſſe. Quamobrem indignatam deam, in Vrſæ effigiem

illam commutaſſe, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea ſpecie non multò pòſt filiũ peperiſſe, quem Arcada nominauit, à quo poſtea dicta eſt Arcadia Peloponneſi regio. Ab arcto oritur Arctous, ἀρκτῷος, id eſt ſeptentrionalis. & Arcticus: ut, Arcticus polus, & Antarcticus.

Arcturus, (ἀρκτοῦρος) ſtella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris urſæ, cuius ortus & occaſus tempeſtates facit, & dicitur urſæ cauda, quòd in cauda ipſius Vrſa locata dicatur. Oritur à Canicula ferè poſt diem quinquageſimum. Dicta arcturus, quaſi ἄρκτου οὐρὰ. id eſt, urſæ cauda. Verg. 1. Georg.

» At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum
» Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.

Arculus dictus eſt deus, qui tutelma gereret ar(carum C.

Ardea, Turni & Rutulorũ regia in Latio, à Pilumno Iouis filio & Turni abauo in monte condita, diſtans à Roma 170. ſtadijs, ſic dicta, ut ait Ser. Vergil. interpres, quaſi Ardua, id eſt magna & nobilis. licet Iginius ab augurio auis Ardeã dictã uelit. Hæc Seru. Vel à feruore regionis ſic dicta. Hanc poſt Turni mortem igne conſumptam, & in auem ſui nominis commutatam eſſe Ouid. in Metam. docet. Hinc,

Ardeates, (ἀρδεᾶται) populi Ardeæ incolæ. habet pen. prod.

Arelate, Galliæ Narbonenſis urbs in Salyes. Plinio colonia Sextanorum dicta, quòd è ſexta legione milites coloni eò deducti ſint. Strabo Arelatem iuxta Rhodanũ ſitam, ampliſsimo emporiõ inſignẽ eſſe ſcribit. hodie Honorato & Hilario ſanctiſsimis præſulibus ſuis clara.

Arelate, ciuitas in Norico, teſte Ptolemæo. uulgò Lintz. ditionis eſt principum Auſtriæ.

Areopagitæ, (ἀρεοπαγῖται) pen. prod. Iudices fuerunt Athenienſes ſeueriſsimi, qui tantum de cauſis capitalibus pronunciabant, tanta integritate, ut noctu non interdiu iudicarent, quò non dicentes, ſed quæ dicerentur obſeruarent. De his uide copioſius apud Alexandrum ab Alexandro libro 4. cap. 11. & libro 6. cap. 11. Apud Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Eraſmum in Chiliadibus.

Areopagus, uicus erat Athenis, à templo Martis ſic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actum fuiſſe ſcripſit Plin. cap. 56. lib. 7.

Areopolis, ciuitas Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. Vide Moab & Arihel.

Arete, unica fuit nata Rexinoris, ut in Odyſſ. ſcribit Homer. quam Alcinous Phæacum rex duxit uxorem, & ex ea Nauſicaam filiam, & tres filios ſuſcepit. Ad hanc Vlyſſes ductu & conſilio Palladis transformatæ in effigiẽ Calpis uirginis, à Caliſtone nympha ueniẽs naufragus acceſsit, & cũ multa illi interrogatus expoſuiſſet, tandẽ honorificè ab ea ſuſceptus eſt. Ex Bocatio.

Arethiſſa, (aliàs etiã Arethuſa) lacus maioris Armeniæ, de quo Plin. lib. 6. Tigris influit in lacum Arethiſſam, omnia illata pondera ſuſtinentem. Solinus uocat eum Arethuſam, Strabo ἀρσηνήν. Vnum ei piſciũ genus eſt, & hoc tranſcurrentis fluuij alueo non miſcetur, ſicut nec Tigri piſces tranſnatãt. per hunc Tygris fluuius tam impetuoſo curſu fluit, adeò ut nec lacus Tygri, nec Tygris lacui admiſceatur. author Solinus. hunc Strabo Arſenem, Plinius Arethiſſam uocat.

Arethuſa, uirgo, Nerei & Doridis filia, uenatrix, Elidis Nymphæ & Dianæ comes. Hanc cum Alpheus nudam conſpexiſſet, dum ſe in eo ipſo poſt laborem lauaret, adeò eius amore exarſit, ut ſtatim eam obtinere uoluerit: illa autem fugiens, Dianæ auxilium inuocauit, quæ illius miſerta, in fontem ſui nominis commutauit. Cuius aquas cum ſuis miſcere uellet Alpheus, à terra abſorpta in Ortygiam Inſulam, deinde in Siciliam delata eſt. Alpheus autem cum propter mare ſequi non poſſet, per cuniculos ſubterraneos in Siciliam peruenit, ibiq; aſſociatis Arethuſæ aquis in mare Siculum ſeſe exonerat. Vnde & Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, ab Arethuſa fonte, forma patronymica fœminina. Oui. 4. Faſt. Vtq; Syracuſas Arethuſides abſtulit armis Claud. Eſt & Arethuſa locus Syriæ munitus iuxta Emeſam ſexdecim millibus paſſuum. à quo Arethuſij, ut inquit Strabo. Eſt item Arethuſa urbs una Eubœæ; altera Syriæ, author Volaterranus. Hinc fit Arethuſius. a. um. ut, Fons Arethuſius. De Arethuſa uide Bocatium cap. 18. lib. 7.

Aretium, (ἀρήτιον) ciuitas Tuſciæ Plinio: à Græcis com-

cis condita eo tẽpore quo populus Iſraël ſub iudicib. regebatur: CCCC ſtadijs diſtans à Peruſio. Hoc uaſis fictilibus admodum celebre: nam ex ea terra uaſa fiebant multũ laudabilia ut ait idem Plin. Aretinus.a.um. poſſeſsiuum & duplicatur r propter carmen. Martialis:

» Arretina nimis ne ſpernas uaſa, monemus,
» Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus.

Argæus, Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. Alius fuit Licymnij, qui ab Hercule abductus, ui morbi peregrè perijt, cuius crematos cineres Hercules retulit, ut iuſiurandũ quod dederat ſe illum reducturum, ſeruaret. Hunc dicunt primum fuiſſe, qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſeruatum.

Argæus Cappadociæ mons, arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Mazata ciuitas Cappadocum metropolis ſubiacet.

Arganthonius, rex fuit, ut teſtatur Herodotus, in Arna ciuitate Bœotiæ. Fuit item Arganthonius, rex in Hiſpania, quem Plinius ait uixiſſe CXX annos: Silius autem CCC, qui eius meminit libro 3.

» Arganthoniacos armat Carteia nepotes,
» Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui,
» Ter denos decies emenſus belliger annos.

Argentoratũ, urbs Galliæ, authore Ptol. lib. 2. alio nomine Argentina, uulgò Strasburg.

Argia, i producta, Adraſti fuit filia, & uxor Polynicis, cui Theſſandrum peperit. Vide ſuprà Antigonam & Adraſtum.

Argiphontes Mercurius dictus eſt, ab ἀργὸς quod albũ & celerem ſignificet, quòd cãdida & aperta omnia faciat oratio: & quòd ſit celer deorũ nuntius à poëtis cõfingitur potius, ꝙ ut Argi dicatur interfector. Vide Argus.

Argo. ἀργὼ. generis fœm. nauis fuit in qua Iaſon cum LIIII heroibus Theſsalis nauigauit Colchos, fuitq́; teſte Diodoro, iuxta Peliõ ædificata, ex arboribus Dodonæ ſyluæ quibus olim reddebantur oracula, magnitudine atq; apparatu lõgè maiore, quàm quæ ad eam diẽ fieri conſueuerant. Erat enim antea paruarũ nauicularum uſus. Ab Argo architecto ſic dicta, qui etiam inter nauigandum eius reſarciendæ curam ſuſceperat. Seu ab ἀργὸν, quod eſt uelox, ut inquit Diodor. Alij ab Argiuis, hoc eſt Græcis eſſe uolunt. Eſt & ſignũ cœleſte Argonauis. Oritur pridie Idus Martias.

Argonautæ, dicuntur heroës illi qui in Argo naui Colchos profecti ſunt ad rapiendũ uellus aureũ. ſunt qui dicant fuiſſe duo & quinquaginta numero, alij addunt quatuor. Sed parũ refert de numero. Valerius Flaccus lib. 1. multos enumerat. Vide Orpheum li. 1. & Apollonium in Catalogo heroum. Eorum præcipui ſunt: Iaſon, Tiphys, Caſtor, Pollux, Hercules, Hylas puer, Telamon, Theſeus, Orpheus, Nauplius, Mopſus, Zetes, & Calais.

Argos, uetus & nobilis urbs Achaiæ in Argolide, quod etiã Argos hippũ uocatũ eſt, ab equorũ præſtãtia, qua tum tẽporis claruit. Horat.

» Aptum dicit equis Argos, diteſq; Mycenas.

Inde Argiuus, Argous, & Argolicus.

Argos, & regio dicitur, & ciuitas: & Argi, & Argiui populi, à Latinis uſurpatũ, ſicut Achæi & Achiui. Iidem & Argoli à Perſis dicti, & Argolis regio, & omnis deniq; Pelopõneſus, ut ait Strabo, præſertim Laconica, Argea appellata: ex quo ab Homero Helena Argea dicta eſt. Propter igitur frequentiã ac uarietatem nominis huius, manauit prouerbium Græcum in uiros iactabundos & ſycophantas, ἀργεῖα φώρα. In ſingulari uero numero eſt generis neutri, in plurali uerò maſculini, ut hi Argi. Eſt aũt Peloponneſi ciuitas nobiliſsima non longè ab Athenis: apud quos erat magna ſocietas inter eos qui uno puteo utebantur ob aquæ inopiam: quapropter etiam Dipſium fuit dictum. Vnde & Fratrias dixerũt ἀπὸ τοῦ φρέατος. quas tribus uocamus. Cenſetur & alijs uocabulis: nam Doricum quoq;, Hippobotũ, Hippium & Iaſium dicitur. Huius rex primus Phoroneus fuit. Dicta Argos ab Argo rege, ut ſcribit Augu. li. 18. de Ciui. Hinc Argiui Græci dicti ſunt, et Argolicus ſinus, & Argolici duces, & Argolica regio. Sũt præterea multæ eiuſdẽ nominis ciuitates quas hic enumerare nimis longũ eſſet, nec ullius momenti.

Argus. ἄργος. nomen proprium regis Argiuorum. Hic filius Apis fuit. Ex cuius nomine Argi Argiui appellati ſunt, quo regnante cœpit uti frugibus Græcia, & habere ſegetes in agricultura, delatis aliunde ſeminibus. Et poſt obitum deus haberi cœpit, templo & ſacrificijs honoratus. Eſt & Argus adiectiuum, pro Ar

giunt:ut eſt apud Plaut. Nauis Amphitryo
» Argis ex Argo patre.

Argus, filius Ariſtoris, de quo ait Ouidius,
» Centũ luminib. cinctũ caput Argus habebat,
» Inq; ſuis uicibus capiebant bina quietem:
» Cætera ſeruabant, atq; in ſtatione manebant.
Huic Iuno cuſtodiendam dedit Io Inachi filiam mutatam in uaccam. Sed Mercurius à Ioue miſſus dulcedine cantus illum ſopitum occidit. Oculos tamen Argi Iuno indidit caudæ Pauonis, quæ dicitur auis Iunonia. Ouid. Meta. Mercurius ab Argi cæde ἀργειφόντης cognominatus eſt, quòd Argum peremerit. Myſticè autem Argus eſt cœlum ſtellatum luce diſtinctum, quibus ineſſe quædam ſpecies cæleſtium uidetur oculorum. Et Argus uocatus fuit Argo nauis architectus.

Ariadna, ſiue Aſtriadne, filia Minois regis Cretæ ex Paſiphaë uxore, cuius induſtria Theſeus ab Athenienſibus Cretã miſſus, à Minotauro deuorandus, labyrinthum filio duce, quod Ariadne dederat, euaſit, occiſo tamen prius Minotauro. Theſeus aũt eius amore captus, cum in patriam reuerteretur, eam abduxit: ſed prioris beneficij immemor, abductam in Inſula Chio, ſeu Naxo periurus deſeruit, quã Bacchus poſtea in uxorẽ duxit, eiusq; coronã nouem ſtellis ornatã, quã à Venere acceperat, aſtris intulit, uocaturq; corona Gnoſia. Poſtremò à Diana ſagitta dicitur occiſa, eò quòd uirginitatem non ſeruaſſet.

Arianus poëta, cuius carminibus Tyberiũ principem delectatum fuiſſe Tranquillus ſcribit.

Aricia, puella fuit Attica, Hippolyti uxor, poſt quã ille à Diana in Italiam fuiſſet translatus:
» Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
» Viribus inſignis, quem mater Aricia miſit,
» Eductum Aegeriæ lucis. Verg.

Aricia item oppidũ eſt ab Hippolyto conſtructũ à nomine Ariciæ uxoris, quod ad decimũ lapidẽ abeſt ab urbe Roma, ut teſtatur Lucan. In hac Oreſtes oraculo monitus, ſimulachrũ Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione tranſtulerat prius quàm Argos peteret, conſecrauit. Erat ad huius templũ nemus quod uocabatur Aricinum, dicente Ouid. 3. Faſto.
» Vallis Aricinæ ſylua præcinctus opaca,
» Eſt locus antiqua relligione ſacer.
» Hic iacet Hippolytus furijs diſtractus equorũ.
» Vnde nemus nullis illud aditur equis.

Aricinũ nemus. ἀρικινὸν νέμος. erat iuxta Ariciam urbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui ſolitũ ferunt Numam Romanorum regem. In hoc Diana Hippolytum ab inferis Aſculapij opera reuocatum abſcondit. Eſt præterea in hoc nemore Aegeriæ nymphæ fons, ubi Numa hydromantiam exercens, dicebat ab eadem nympha ſibi dari conſilia.

Aricinus lacus, erat iuxta Ariciã urbem, quod ſpeculũ Dianæ uocabatur, in quo nunc quoq; inſulæ cũ proceris arborib. nobiles cõſpiciuntur.

Arihel. ἀριήλ. quidã putant eſſe Areopolim, ab idolo Martis, quod illic ſitum eſt. Interpretatur autem leo Dei, Hieruſalem figuraliter ſignificans.

Arimaſpus, fluuius eſt Scythiæ in Aſia aureis arenis abundans. Hinc Arimaſpi eiuſdem fluminis accolæ, habentes unũ oculum in fronte qui perpetuò bella gerunt cum gryphib. aurũ & ſmaragdos colligentibus. Hos Dionyſius Arimaneas, uel Arimannos uocat. Aeſchylus uerò μόνωπα στρατόν. id eſt, unoculum exercitum, quòd ſagittarij quum ſint optimi, alterũ inflectunt oculum ut, à paruis adſueti, altero melius cernant. unde etiam nomen aſpicati ſunt Herodoto. Nam Ari Scythicè unum ſignificat, & Maſpos oculum.

Ariminum. ἀρίμινον. ciuitas Italiæ, à flumine propinquo eiuſdẽ nominis ſic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, ſicut & Rauenna, uerum utraq; accepit Romanos inquilinos Habet autem hæc ciuitas portum, ædificata anno ante Chriſti exortũ ducenteſimo, ſeptuageſimo, Ptolemæo Lagi filio Aegyptijs imperante, P. Sempronio & Appio Claudio conſulibus. Ad quam uiſendam, compoſitis Siciliæ rebus, Sempronius nauigauit. Eam Octauius ampliauit, & à Liburnis dirutam Diocletianus repoſuit, fuſisq; Liburnis arcum triumphalem in eam extruxit.

Arimphæi. ἀριμφαῖοι. ſunt populi Aſiæ ſeptentrionalis prope Riphæos montes. Tam fœminæ quàm mares comam tondent. De his Ammianus ſic habet, Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iuſti homines & morum placiditate cogniti.

Ario

Ariobarzanes,fuit Cappadociæ rex, qui Pompeio in Pharſalico bello fauit. Is Pop. Ro. amicus fuit, & à Cicerone cum toto regno ſeruatus, ut ſcribit ipſe libro 9. Epiſt.ad Attic.

Arion,Methymneus citharœdus, & poëta Lyricus ex Leſbo inſula: emicuit Olympiade 38. Scripſit cantica circiter uerſuum duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuiſſe,& chorũ inſtituiſſe, ac Dithyrambicũ carmen ceciniſſe. Author Suid. Hic admodũ charus fuit Periandro Corinthiorũ tyranno, qui in Italiam profectus grandem pecuniã arte ſua promeruit, cumq́; iterum Leſbon inſulã peteret, uideretq́; ſibi inſidias à ſocijs parari, propter opes quas ſecũ ferebat, nautas orauit, ut carmen aliquod, priuſquã moreretur, concinere permitterent: quod cum impetraſſet, rapta cythara modulans de naui in mare ſe cõiecit, ſed à delphine illecto eius cantu dorſo exceptus, Tænarum (quod oppidũ eſt Laconiæ à Tænaro promontorio ſic appellatũ) uectus eſt, antequã nautæ illuc applicuiſſent: & ibi relicto delphine Corinthum petijt, omnemq́; rem geſtam Periandro enarrauit, qui tamẽ illius uerbis minime credidit, donec omnia ita eſſe facta à nautis compertus eſt. Sed hæc fabuloſa credũtur. Lege Herodot. Gell. Plin. Volaterranum. Oui. in Faſt. & Aelian.

Ariſtæus, fuit Apollinis ex Cyrene, filia Penei regis Arcadiæ filius: hic deinde in Arcadia regnauit, & hunc primũ apum & mellis uſũ, lactiſq́; coagulũ demonſtrauiſſe, uſumq́; olei, & alia quamplurima adinueniſſe refert Iuſtinus lib. 14. Hic amore Eurydices uxoris Orphei incenſus eam uitiare uoluit: illa uerò fugiens à ſerpẽte eſt occiſa, in cuius ultionẽ nymphæ omnes apes pediderũt. Quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea ad oraculum cõſulendum perduxit, à quo infortunij cauſam edoctus, Eurydicen ſacrificijs placare iuſſus eſt, quod cum faceret, taurosq́; quatuor & totidem iuuencas immolaret, ingens apũ multitudo è bobus erupit, atq́; hoc pacto apes ſuas recuperauit, ut ſatis copioſe tradit Verg. ferè in fine libri 4. Georg.

Ariſtarchus, grammaticus Alexandrinus lẽge, oriundus è Samothracia, patre item Ariſtarcho: floruit Olympia. CLVI. ſub Ptolemæo Philometore, cuius etiã filiũ erudijt. Aelianus tradit hũc tam caſtigato fuiſſe iudicio, ut Homeri uerſus non putaretur, quã ipſe non probaret. Hic Homer. interpretatus eſt. Oui.

» *Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto*
» *Magnum Ariſtarcho maior Homerus erat.*

Ariſtides, cognomẽto δίκαιος. id eſt iuſtus, Athenienſis fuit nobilitate et iuſtitia inſignis, adeò ut eius iuſtitia in prouerbiũ abierit. Huius iuſtitiam non ferens Themiſtocles exilio decem annorum damnari curauit. Poſtea ueniente cum ingenti exercitu Xerxe Perſarũ rege pro ſalute patriæ ab exilio reuocatus eſt. Tandem cum multas præfecturas geſſiſſet, in tãta paupertate obijt, ut uix tantillum pecuniæ corradi potuerit, quæ ueſpillonibus daretur. Fuit itẽ alius Ariſtides, Thebanus, & pictor, Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit & ſenſus expreſſit omnes, quos Græci uocant ἤθη, durior aliquantulum in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur: Infans adrepens ad mammam matris ex uulnere morientis, ac manu prohibentis: ſentire mater & timere uidetur, ne è mortuo lacte ſanguinem infans labat. Quam tabulã, Alexander tranſtulit Pellam. Ex Plin.

Ariſtippus. ἀρίστιππος. Cyrenaicus fuit philoſophus, Socratis auditor, primus Socraticorũ mercedem docendi exegit, ac quæſtu philoſophatus eſt. Cum Xenophonte ſimultatem geſſit. A Diogene canis regius eſt appellatus, quòd diuitum eſſet adſecla et Dionyſio utris gratia adularetur. Iactatum inter eos ſcomma, Horatius perpulchrè uerſibus icludit,

» *Si pranderet olus patienter, regibus uti*
» *Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus uti,*
» *Faſtidiret olus.*

Hic dicere ſolebat, quòd lautior uictus nulli eſſet impedimento ad bene uiuendũ. Socraticus etiam auditor fuit. Habuit ingeniũ ad omnia pro tempore, loco & perſona ſimulanda omnino promptum, & ob hoc Dionyſio præter omnes erat charus. Et ut præſentibus uoluptatib. libenter fruebatur, ita & abſentes facile contemnebat. Hic cum è patria in Græciam philoſophandi cauſa proficiſceretur, iuſſit ſeruos aurũ proijcere, ut expeditiores ad iter capeſſendum eſſent. Voluptatem bono-

rum, dolorem malorum finem conſtituit, cæteras ſcientias excluſit, illud ſolum utile putans, ut quæras, ſi quid domi mali aut boni tibi contigit. Summum bonum poſuit in leui motu ad ſenſum emananti: id eſt, in uoluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt & in dogmate permanſerunt, ab hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradunt Platonem dixiſſe, Soli Ariſtippo & chlamidem & pannum ferre datum eſt. Horatius,

» Omnis Ariſtippum decuit ſtatus & color & res. Fuit & alter Ariſtippus huius nepos ex filia, Metrodidactus. Hic in nauigio à tempeſtate deprehēſus timuit & expalluit. Et interrogatus quare philoſophus timeret, cum ipſe contrà nihil timeret, feſtiuiter reſpondit: Non eandem ſibi & illi cauſam eſſe, quoniam is nō eſſet magnopere ſollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis, ipſum autem pro Ariſtippi anima timere. huius meminit Cice. Academicarū quæſtionum 4. & lib. 2. de Natura Deorum.

Ariſto, (ἀρίστων) philoſophus, cognomento Scepticus, quod Latinè quæſtor & conſyderator dicitur. Semper enim in quærendo conſiderandoq́ fuit. Hic natione Cous, Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia erant, ut inter optimè ualere & grauiſſimè ægrotare nihil intereſſe diceret, qui reiectus fuit, naturam omnino relinquens.

Ariſtobulus Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi diſcipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui miſſi fuêre ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominum, uti ſacros libros in Græcum ſermonem conuerterent. Qui multa ex præceptis Moſeos proponenti regi, per contantiq; reſpondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. author Euſebius. Ariſtobulus alter hiſtoricus item Iudæus, qui res geſtas Alexandri Magni cōſcripſit, comesq́ peregrinationis fuit. Volaterran.

Ariſtocles, dictus eſt Plato ex aui paterni nomine, poſtea autem ob humerorum latitudinem Plato appellatus.

Ariſtoclides, (ἀριστοκλείδης) Vide Stymphalus.

Ariſtomenes, (ἀριστομένης) pe. cor. nomen Meſſenij uiri, qui iuſtiſſimus, ut ſcribit Hieron. uictis Lacedæmonijs, & quodam tēpore nocturna ſacra celebrantibus, quæ uocabantur Lacynthina, rapuit de choris ludentium uirgines duodecim, & tota nocte gradu concito fugiens exceſſit de finibus Spartanorum. cumq́ eas comites eius uellent uiolare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent, & ad extremum quoſdam non parcentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ poſtea à cognatis puellæ, cum Ariſtomenem uiderent cædis reum fieri, tandiu ad patriam non ſunt reuerſæ, quamdiu iudicum aduolutæ genibus defenſorem pudicitiæ ſuæ cernerent abſolutum. Hic dux tanta calliditate fuiſſe fertur, ut ſæpe Lacedæmonios deciperet, quorū ſæpe urbem ingreſſus eſt, & aliquando captus, atq; in uincula coniectus caliditate ſua aufugit. quod cum ſemel atque iterum & tertio feciſſet, tandem occiſus eſt à Lacedæmonijs, & execto corpore inuentum eſt cor eius piloſum eſſe.

Ariſtophanes, poëta comicus Rhodius, ſiue Lindius genere, lege uerò Athenienſis, patre Philippo: maledicus, & in carpendis hominum uitijs liberrimus ac mordaciſſimus: inuentor tetrametri & octometri uerſus, filios habuit Ararota, Philippum, Philetærū, comicos omnes, docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, ut Dionyſio roganti aliquem eius ſermonis erutum, authorem hunc miſerint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & inſectatur in Nubibus.

» Eupolis atq; Cratinus Ariſtophaneſq́. Ariſtophanes alter Byzantinus grammaticus Apellis filius, dux etiam exercitus, diſcipulus Callimachi, Zenodoti & Dionyſij. author Suidas. Ariſtophanis Grammatici Quintilianus lib. 1. mentionem facit.

Ariſtoteles, (ἀριστοτέλης) pen. cor. Stagirites, nomen philoſophi Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrē uerò Phæſtiadē. Fuit paruus, gibboſus, & male formatus balbutiēſq́; ſed diues. Cum ſeptemdecim annos natus, Athenas profectus Platonis auditor fuit 20. annis, qui libros ſupra trecentos reliquit. Vocatus à Philippo rege in Macedoniam decem annis Alexandrum diſcipulum inſtituit, cui quòd fuerit chariſſimus uel id beneuolentiæ ſignum eſſe potuit, quòd Stagiram eius patriam ab ſe dirutam reſtituerit. Quo in Aſiam profecto Athe-

nas

nas rediit, & in Lycio gymnaſio 13. annis docuit. Poſtea accuſatus quod de dijs non rectè ſentiret, cedens inuidiæ abijt in Chalcidem, ibiq; reliquum uitæ tranſegit. Exceſsit annorũ LXIII. eodẽ quo Demoſthenes anno: hic in Apulia, ille in Eubœa, ambo profugi, perſequente Antipatro. Author Plutarch. in Sylla. Hinc fiunt adiectiua Ariſtoteleus & Ariſtotelicus.

Armenia, (ἀρμενία) regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum montes ſita, & à Cappadocia ad Caſpium mare uſq; protenſa: ab Armenio Theſſalo Iaſonis comite (inquit Strabo) dicta. Et ut Plin. lib. 6. author eſt, duplex eſt, maior ſcilicet & minor. Maior poſt Mediam ad occidentem occurrit. Et (ut ait Ptolemæus) à ſeptentrione Colchidem habet, Iberiam & Albaniam: ab occaſu magnum Euphratis curſum, qui Cappadociam minorem, Armeniam & Syriam Camagenem relinquit à dextris: ab oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caſpij aſſurgunt: à meridie Meſopotamiam atq; Aſſyriam. Montes in Armenia ſunt Moſchici, qui ſupra partem Ponti ad Cappadociam ſe efferũt: Pariedrus in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij: Antitaurus, qui ab Euphrate ſciſſus & Mediam percurrens, poſtremo Albus appellatur: Cordica ex quo Tigris oritur, Taurus, ac Niphates, qui Meſopotamiam atq; Aſſyriam ab Armenijs diſterminant: Caſpij qui uergunt ad Medos: & Caucaſi qui ſeptentrionalia Iberiam uerſus Albaniamq; concludunt. Flumina quatuor: Cyrus qui monte ortus Caucaſo, à ſiniſtris Iberiam Albaniamq; dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phaſis, & Lycus, Tigris, Euphratesq;. In Armenia precioſum inter reliqua aromata naſcitur amomum. Armeniam Hebræi Arab uocant. In ea ciuitas Artaxata inſignis. Hinc Armenij populi eiuſdem regionis. Tibullus,

» Iactat odoratos uota per Armenios, &c.

Vide Ptol. tabulam Aſiæ 4. Plilr. 11. & Stra. 2.

Armeniacum, ex Armenia aduectum.

Arnoba, ut habet Plinius, Abnoba, ut Ptolem. Arbona, ut Cornelius Tacitus, mons eſt ex aduerſo Taurici, Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt.

Arnus, fluuius Tuſciæ rapaciſsimus, ex Apennino oritur, & Florentiam alluens, in Thyrrhenum mare effluit, autor Plinius: hinc Arnis, arnidis, & Arnicola.

Arpi, urbs eſt Apuliæ, à Diomede condita, quam prius Argyrobiphum, uel, ut alij uolunt, Argoshippium uocauit, deinde Argyrippa dicta eſt. Vergilius alterum p. elidit, cum inquit libro undecimo, Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.

Arpinum, (ἀρπῖνον) penult. product. ciuitas Volſcorum in Latio inter Foram & Aquinum porrectum in monte. Dicitur & Arpi, à qua Arpinates dicti ſunt eius incolæ, quales fuere M. Cice. Plautus comicus, & C. Marius, qui ſepties conſul fuit: ex quo Arpinates hodie ob honorem tanti municipis tres literas. M. T. C. pro ſigno publico conſcribunt.

Arria, Romana fuit mulier (licet alij Patauinam faciant) quæ damnato Pæto marito ſuo, corpus gladio fodit, quem uulnere educens, ipſi Pæto quærenti dedit, ut idem faceret. Mart.

Caſta ſuo gladium cũ traderet Arria Pæto, Quem de uiſceribus traxerat ipſa ſuis.

Arrius, familiaris fuit Ciceronis, cuius epulum lautiſsimum cõmemorat Cicero ipſe in Vatinium. Fuit & Arrius philoſophus Alexandrinus, qui tanto in honore fuit apud Auguſtum, ut ipſe palàm ſit faſſus, Alexandrinos tribus de cauſis ab ſe conſeruatos eſſe: ob Alexandri primum memoriam: deinde ob urbis pulchritudinem, poſtremò propter Arriũ Philoſophum. autor eſt Plutarchus in Antonio.

Arſaces, (ἀρσάκης) pen. corr. nomen proprium primi Parthorum regis, cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæſitũ conſtitutumq; regnum, ut omnes deinde reges ſuos Arſaces, ſiue Arſacidas, ſiue Arſacas, ut eſt apud Strab. appellauerint. Luca.

» lib. 1. Plus illa uobis acie quàm creditis actum eſt Arſacidæ, &c. Hinc Arſacius, a, um. adiect. apud Claudianum.

Arſicina urbs Germ. Ptol. hodie Brunna.

Arſinoe, fuit filia Ptolemæi Lagi filij, qui Aegyptum poſt Alexandrum tenuit, & fuit uxor Lyſimachi regis Macedoniæ, forma præſtantiſsima: quæ ex uiro duos peperit filios, Lyſimachum ſcilicet & Philippum, forma & præ

ſtantia ſimiles. Huius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater, teſte Plinio libro 5. urbem condidit in Cyrenaica regione, quæ & ſimiliter Arſinoë dicta eſt: & fluuium qui eam præterfluit, Ptolemæum uocauit. Hæc quoq; ut ſcribit Iuli. Cæſar, regni poſſeſsionem ſperans ad Achillam, qui Pompeium interfecerat ſe ex regia traiecit, unáq; bellum adminiſtrare cœpit, ſed mox cõtrouerſia de principatu orta, cũ uterq; utriq; inſidiaretur, Arſinoë per Ganymedem famulum Achillam interfici curat, atq; hoc modo imperium obtinuit. De hac Lucan. in fine lib. 10.

» Nec non ſubrepta paratis
» A famulo Ganymede dolis peruenit ad hoſtes
» Cæſaris Arſinoë, &c.

Arſonium, urbs Germaniæ Ptolemæo.

Artabanus, filius Hiſtaſpis & frater Darij Perſarum regis, qui Xerxi filio Darij ſuaſit, ut à bello Græcorum abſtineret, eundemq; poſtea obtruncauit.

Artabazes, Armeniæ rex, filius Mithridatis: quanquam Barbarus uir, planè doctiſsimus fuiſſe ſcribitur, Appiano in Parthico & Plutarcho in Craſſo. Is quamdiu manſit in amicitia Pop. Rom. tam diu fortunatus fuit, poſtquam autem Antoniũ in Parthico bello Parthis prodidiſſet, perfidiæ pœnas dedit. Nam uinctus ab eo Alexandriam ductus, & contumelioſè per urbem circumlatus, ac primũ cuſtodiæ traditus, deinceps interemptus eſt. Hæc Strabo lib. 12.

Artaca, in Cyzicenorum inſula, mons eſt arboribus plenus, in fronte iacet quædam parua inſula eodem nomine: propè eſt promontoriũ, quod Nigri appellatur, id in præternauigatione eſt è Cyzico Priapum delatis. Hæc Strabo lib. 12. & 13.

Artaunum, urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Herbipolis, uulgò Vuirtzburg.

Artaxerxes, filius Xerxis, rex Perſarum, qui ex pellicibus habuit filios C.XV. & ex iuſto matrimonio tres, ſcilicet Darium, Ochum & Ariarathen, quorum Darius à patre rex factus, contra patrem leui de cauſa cum quinquaginta fratribus coniurauit. Qui omnes cum uxoribus & filijs à rege ſunt occiſi. Author Iuſtinus poſt Trogum. Hic quoq; dictus fuit Longimanus, quoniam manum alteram haberet longiorem, & alio nomine Aſſuerus. Hic aiebat, Beneficium addere longè magis regale quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes Cyri iunioris frater, cognomento Memor. Huic cum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtuliſſet, iucundè ſuſcepit, Per Solem inquiens, hic mihi uidetur, urbem quoque ex parua magnam reddere poſſe.

Artemidorus, Gnidius, Romæ Græcæ diſciplinæ præceptor fuit, Bruti familiaris, libellũ de coniuratione obtulit Cæſari extremo die ingredienti in ſenatũ, ut ſtatim legeret: quod ille minimè fecit. Author Plutarchus.

Artemis, Diana ſic dicta, quaſi ἀεροτόμις, id eſt, aërem ſecans, ut nonnulli uolunt: uel quòd integros faciat, ut author eſt Strabo lib. 14.

Artemis dicitur Diana, item Iuno, quando parturientibus præeſt.

Artemiſia, (ἀρτεμισία) regina Halicarnaſſi, Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ inſignis pudicitiæ fuiſſe perhibetur, & uirũ ultra humanæ affectionis fidem amaſſe creditur. Nam cum nobilium poëtarum atq; hiſtoricorum laudibus prædicetur, in hoc uel maximè, quòd defunctum maritũ ſic ſemper amauit ut uiuum, & miræ magnitudinis extruxit ſepulchrum, in tantum ut inter ſeptem orbis miracula connumeretur, & uſque hodie omnia ſepulchra precioſa ex nomine eius Mauſolea nuncupentur. Hæc quoq; in auxilium Xerxi contra Græcos uenit, inter primores duces bellum acerrimè ciebat, quippe ut in uiro muliebrem timorem, ita in muliere uirilem audaciã cerneres. Autores ſunt Gellius libro 10. & Suidas, Vitruuius lib. 2.

Artemiſium, promontorium eſt Eubœæ. Eſt & Artemiſium uel Artemiſius, Dianæ ſimulachrum. Item apud Macedones Maium menſem ſignificat, ut tradit Suid. Item locus eſt prope Ariciã Dianæ ſacer, quaſi Dianũ dictũ: Latini Nemorenſe dixerunt. unde & Nemorenſis, rex dictus eſt ſacerdos illius regionis.

Artemius, Romæ fuit præfectus carceris, qui unà cum uxore Candida & Paulina filia iacet in uia Aurelia, martyres ſub Adriano principe. author Volater.

Artemona, (ἀρτεμώνη) apud Plautum dicta eſt mu-

eſt mulier quædam: ab ἀρτίζω, perficio, quod perficeret quæ uellet, quoniam dotata mulier.

Ārtŏtȳrītæ. m. p. populi, quibus oblatio eorũ hoc nomen dedit. Offerebant enim panem & caſeum, dicentes à primis hominibus oblationem de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas.

Aruerni Galliæ populi, melius Auerni: uide infrà Auerni, aliâs Aluerni.

Aruiſium, promontoriũ eſt inſulæ Chij, in quo, teſte Plin. lib. 14. optima uina proueniunt. Huius meminit Verg. in Daph.

Vina nouũ fundam calathis Aruiſia nectar. Hæc noſtra ætate adiectione unius literæ, Maruiſia dicimus, quæ prius è Chio, nunc è Creta optima ueniunt. Volat.

Arunci, populus antiquus Latio. Verg.

Aruncos ita ferre ſenes, &c.

Aſachæ, populi ſunt in montibus Aethiopiæ, qui abeſſe à mari dicuntur dierum quinq; uinere, uiuentes elephantorum uenatu. De his Plin. lib. 8. Aſachæ uocantur Aethiopes, apud quos maximi naſcuntur dracones.

Aſcalaphus, & Ialmenus fratres, Martis fuerunt filij ex Aſtioc ha, hos dicit Homerus dominos fuiſſe & Orchomeni & Minionis ciuitatum, eoſq; cum reliquis Troiam ueniſſe.

Aſcalaphus alius, fuit Acherontis & Orphnes infernalis nymphæ filius. Hunc aiunt rapta Proſerpina à Plutone, cum quæreretur num aliquid guſtaſſet apud inferos, eam accuſaſſe, atq; dixiſſe, ſeptem grana mali punici ex uiridario Ditis guſtaſſe, ex quo factũ eſt, ut non in totũ reſtitueretur Proſerpina. Ob hanc cauſam Ceres irata eundem mutauit in bubonẽ, ut habet Oui. li. 5. Soluſq; ex omnibus illud

Aſcalaphus uidit, quẽ quõdã dicitur Orphne.

Aſcalingium, Ptolemæo urbs Germaniæ, hodie Hildesheym.

Aſcalon, Palæſtinæ ciuitas Idumæorũ. author Strabo. Xanthus in hiſtoria Lydorum ſcribit Aſcalum Hymenæi filium, à rege Lydorum Aciamo, ducem exercitus in Syriam miſſum, ibiq; res geſſiſſe, uirginemq; adamaſſe, ac urbẽ de ſuo nomine Aſcalon condidiſſe. De Aſcalone plura Diodorus lib. 3. hodie Eſcalona dicitur. A qua Aſcolonitæ, (ἀσκαλωνῖται) homines in ea nati.

Aſcania, (ἀσκανία) ciuitas quam condidit Aſcanius Aeneæ filius.

Aſcanius, non ſolum Aeneæ filius ex Creuſa regis Priami filia, ſed fugæ laborũq; in quærendo regno ſocius, teſte Vergil. Liu. 1. ab Vrbe condita dubitat an Creuſæ uel Lauiniæ filius fuerit, ſed poëtæ cæteri omnes & hiſtorici cum Verg. Creuſæ filium fuiſſe adfirmant. Eſt & Aſcanius, Phrygiæ fluuius, aliâs lacus in Phrygia, & fluuius ex eo oriens: à quo Aſcanius Aeneæ filius dictus eſt. Huius fluuij meminit Verg. lib. 3. Georg. Illas ducit amor trans Gargara, tranſq; ſonantem Aſcanium. Sic dictus ab Aſcanio Troiæ fluuio, deinde Ilus ab Ilo Troianorum rege, poſtea Iulus à prima barbæ lanugine, unde Verg. At puer Aſcanius, cui cognomen Iulo, Additur: Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno, &c. Huic, cũ auus & pater iam diruta Troia, de fuga diſceptarent, flammula quædã in capitis uertice apparuit, quæ tamen nihil læſionis intulit, neq; etiã manibus extingui potuit, unde futuri imperij omen ſumpſerunt. Porrò cum patre poſt multos errores in Italiã uenit, ubi Turno occiſo & patre etiam mortuo, cũ apud Lauinium 30. annis regnaſſet, Albam Longam condidit, reſtituta tamen prius in regnum nouerca, quæ antea ob timorẽ in ſyluas aufugerat. Tandem cum uniuerſum trigintaocto annis imperij gubernacula tenuiſſet, iam moriens, cum uideret filium Iulium Syluium regno non ſatis aptum, Syluium Poſthumum fratrem, ſed ex diuerſa matre, pietate & iuſtitia præſtantem, regni hæredem reliquit.

Aſciburgium, Ptolemæo urbs Germaniæ. Vulgò Emmerich.

Aſcitæ, Arabes dicti ſunt ab utribus, quos Græci ἀσκοὺς uocant: quoniã bubulos, ut Plin. inquit, utres binos ſternentes, piraticam exercent.

Aſclepiades, (ἀσκληπιάδης) nomen hiſtorici Cyprij, qui fuit tempore quo Pygmalion regnabat in oriente, quo etiam tempore ſcribit eſum carnium non fuiſſe. Alius fuit philoſophus cæcus, quem ferunt (ut Cice. libro 5. Tuſc. quæſt. ait) cum quidam quæreret quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut puero uno eſſet comitatior. Fuit & alius Aſclepiades poëta, à quo carmen Aſclepiadeum dictum eſt. Fuit item alius genere Pruſienſis, medicorum eloquen

eloquentiſsimus, Cn. Pompeio familiaris, cum in arte Rhetorica facultates decoxiſſet, medicinam ſectatus eſt, aliam à cæteris uiam ingreſſus. Dicebat ſalutem conſtare cibi potusq; abſtinentia: præterea geſtatione, ambulatione, frictione. Ipſe condita noua ſecta, ſpretis legatis, & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua uinum ægris medetur, relato è funere homine & ſeruato: ſed maximè, ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi unquam inualidus ullo modo fuiſſet ipſe: & uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Hæc Plin. lib. 7. ca. 37. De eo quoq; multa refert Apuleius lib. 4. Aſclepiades alius fuit Antiochenus martyr.

Aſclepiodôrus, pictor ætate Apellis, Olymp. C. XII. quem in ſymmetria mirabatur ipſe Apelles. Huic Mnaſon tyrannus pro XII. dijs dedit in ſingulos Mnas tricenas. Plin.

Aſconius Pædianus, hiſtoricus circa Neronis tempora, anno uitæ LXXIII. captus luminibus, XII. poſtea ſummo cũ honore & hominũ gratia uixit annos. Author Euſebius. Hic etiã in Ciceronis orationes commentarios edidit.

Aſcletarion, (ἀσκληταρίων) mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat ſe diſcerptũ iri à canibus, ea propter à Domitiano iuſſus eſt interfici, & acuratiſsimè ſepepeliri, ut uanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate diſiecto funere ſemiuſtum canes diſcerpſere.

Aſcra, uicus Bœotiæ in aſpero & ſterili loco, in dextra parte ad radices mõtis Heliconis, Heſiodi poëtæ clariſs. patria. De quo Gell. lib. 2.

» Aſcrã rus miſerã penes hic Helicona colebat,
» Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquã.
Ouid. lib. 4. de Pont.
» Intumuit uati nec tamen Aſcra ſuo. Mantu.
» Tu ſapis ut cuſtos ouium Parnaſidos Aſcræ.
Periphraſis Heſiodi.
Inde Aſcræus nomen adiectiuum. Verg.
» Aſcræumq; cano Romana per oppida carmẽ.

Aſdrubal, gener Amilcaris patris Annibalis. poſt eius mortem ſeptem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina. demum à ſeruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus eſt in medio ſuorum. Comprehenſus deinde à circumſtãtibus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, ſpeciem ſemper ridentis præbuit. Author Liuius lib. 21.

Aſdrubal item alius fuit, Annibalis frater, de quo Plutarch. in Annibale. Fuerunt & alij Aſdrubales de quibus uide Liu.

Aſellius Sempronius, hiſtoricus, militauit ſub Scipione Aemiliano: apud Numantiam tribunus militaris, idq; bellum literis mandauit, citatur ſæpe teſtis à Gellio. Aſellius item Claudius eques Romanus tribunus militum, ſub C. Claudio Nerone apud Lucanos memoranda fortitudine. huius meminit Volaterranus.

Aſia, (ἀσία) ſine c, nomen tertiæ partis orbis quoad numerum, nam quoad magnitudinem, dimidia reperitur. Ab India orientali incipit, ab Europa Tanai, ab Aphrica uero Nilo ſeparatur. Eſt aũt duplex Aſia, maior ſcilicet et minor, quæ Phrygia & Lycia concluditur. Alij diuidunt eam, ut unam concludat ab Oriente Phrygia & Lycaonia, altera ab Oriente determinetur Armenia minore. Nomen autem ſumpſit à floriditate, ſiue, ut alij uolũt, ab Aſia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapeti coniuge, uel, ut Herodoto placuit à Promethei matre. Lydis uerò, ab Aſiæo Atyis filio (uel Aſio Cotyi filio) unde & gens quædam Sardis Aſia dicitur, ut tradit Euſtathius: ſiue ut quidam uolunt, ab Aſio, Manei Lydi filio. Ab Aſia fit Aſius. ſia, ſium. (ἄσιος) ut inquit Priſcian. in multis prouinciarum nominibus ſimilia ſunt deriuatiua primitiuis, & appellatiua proprijs, ut Italus proprium eſt & gentile: ſimiliter Danaus, Latinus, Hiſpanus, Siculus & Sicanus. Item Aſianus, (ἀσιανὸς) Aſiaticus, quæ inuicem pro poſſeſsiuis proferri poſſunt. Propriè autem Aſius & Aſiaticus poſſeſsiua ſunt, quamuis & propria inueniantur, ut Scipio Aſiaticus, qui uicit Aſiam: Aſianus uerò gentile. Corripit priores duas ſyllabas. Verg. Europa atq; Aſia pulſus, &c. Ouidius uero primam produxit lib. 9. Et in
» Aſide terra Mœnia conſtituis, &c. Eſt item Aſia paludis nomẽ in Lydia, Cayſtro flumini propinqua, circa quam inter alias aquaticas aues plures grues uerſantur. Cuius primã ſyllabam. Verg. lib. 7. Aen. producit, Et longè ca
» noros Dant per colla modos, ſonat amnis,
» & Aſia longè Pulſa palus. Et alibi.

" Iam uarias pelagi uolucres et quæ Aſia circũ.

Aſine, uel, ut eſt apud Strabonem, *Aſina*, urbs eſt Peloponneſi iuxta Meſſeniam, unde ſinus Aſinæus. author Strabo lib. 8. & Pomponius lib. 2. Aſine item, inſula eſt una ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli uocant, in mari Adriatico, cuius meminit Pomponius lib. 2. & eius interpres Vadian.

Aſinius, (ἀσίνιος) uiri nomen, ab Aſino dictus.

Aſinius Pollio, celebris in primis orator fuit Romæ, Auguſtiq; amicus. Is primus omnium Romanorum, aduocatis hominibus ſcripta ſua recitauit. à Quintiliano autem his uerbis taxatur: Mu'ta in Aſinio Pollione inuentio, ſumma diligẽtia, adeò ut quibuſdam etiam nimia uideatur: & conſilij & animi ſatis, à nitore & iucunditate Ciceronis ita lõgè abeſt, ut uideri poſſit ſeculo prior. Hactenus Quintilianus.

Aſinius Gallus, eius filius, uir etiam doctiſſimus, ut Seneca teſtatur in declamationibus, libros edidit de cõparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrem Ciceroni prætulit. author Cæcilius, & Plin. li. 11. Epiſt. Contra quos Claudius Cæſar poſtea Ciceronis edidit defenſionem, ut author eſt Tranquillus in Claudio.

Aſius filius fuit Dymantis & frater Hecubæ, ſed ex diuerſis patribus, & Hectoris auunculus, hinc etiam Priamo aduerſus Græcos auxilium tulit, ut Homerus in Iliade tradit. Fuerunt & alij huius nominis, quorũ paſſim meminit Homerus in ſuo opere. Eſt & Aſius Ptolemæo Semnorum fluuius in Italia: Aeſium hodie.

Aſopiades, id eſt, Aeacus, Aſopi nepos, qui pater fuit Aeginæ matris Aeaci. Ouid. 7. Metam.

Aſopus, Achaiæ fluuius qui per Bœotiam in Epidanium effluit, Oceani & Terræ filius, liberos habuit. Hipſeum & Aeginam: cumq; reſciuiſſet Aeginam à Ioue uitiatam, adeò ægrè tulit, ut furore commotus undis in Aſtra bellum mouerit. Iupiter autem iratus fulmine eum interfecit. Luca. Accipit Aſopus curſu, &c. Hinc Aſopis, idos, Aſopi filia, id eſt, Aegina. Alius fluuius eſt Aſiæ eiuſdẽ nominis, qui unà cum Capro flumine Laodicen, celeberrimam urbem Lyco flumini impoſitam præterfluit.

Aſpaſia, mulier Maleſia fuit magna doctrinæ fama, ſophiſtria & rhetorices magiſtra. Periclem docuit, ſimul & amauit, ab eoq; in matrimonium accepta quũ eſſet captiua, cauſſa fuit et ipſa duorum bellorum, Samij ſcilicet, & Peloponneſiaci. Author Plutarchus in Pericle, & Ariſtophan. in fabula quæ inſcribitur ἀχαρνιῆς.

Aſpaſius, ſophiſta fuit Rauennas, Demetriani filius, ſub Alexandro Romæ profitebatur, auditor Pauſaniæ & Hippodromi. De hoc & alijs eiuſdem nominis uide Suid.

Aſpendus, Pamphyliæ urbs, Argiuorum ædificium. Hic Veneri ſuibus ſacrificabant, eo quòd author eius generis Mopſus ex Argis huc proficiſcẽs, primũ obuiũ ſacrificare uouerit. occurrit autem ſus, author Stephanus, & Pompon. lib. 1.

Aſphaltus uel *Aſphaltites*, (ἀσφαλτῖτις) eſt lacus Iudææ in prouincia Pentapoli, in quo nihil graue ſubmergi poteſt, & nihil gignit niſi bitumen, unde mare mortuum uocatur. In eo loco fuerũt Sodoma & Gomorrha & tres aliæ urbes, quæ propter nefandum populi luxuriam & libidinem cœlitus exuſtæ ſunt.

Aſpis, Numidiæ promontorium eſt, ex clypei forma dictum, in mare prominens. Eſt & inſula eius nominis, maris mediterranei, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

Aſporenus, mons eſt Aſiæ Pergamo proximus, ſic dictus quòd aſper & ſterilis ſit: & templum quod ibi eſt matris deorum Aſporenum dictum. Dea quoq; ipſa Aſporena dicta eſt. author Strabo lib. 13.

Aſſaracus, (ἀσσάρακος) Trois regis Troiani filius, frater Ilii regis, genuitq; Capyn: Capys autem Anchiſen, patrem Aeneæ. Vergilius Aſſaraci proles.

Aſſos, (ἄσσος) ciuitas Troadis, arte & natura munita. De qua eſt illud Stratonici dictum, Qui celeri paſſu Aſſum it, mortis periculum adit. In ea erat lapis qui ſcindebatur. Plin. lib. 36. cap. 17. In Aſſo Troadis Sarcophagus lapis fiſſili uena ſcinditur. Ex Aſſo fuit Cleathes philoſophus Stoicus, qui Zenoni ſucceſſit.

Aſſuerus, ſicut teſtatur Ioſephus, fuit Cyrus Xerxis filius, qui poſt Darium patruũ Perſidis rexit imperium. Vide Artaxerxes.

Aſſyria,

Aſſyria,(ἀσσυρία)regio Aſiæ maioris,quæ nunc Syria dicitur,habens ab ortu Indiam, ab occaſu Tigrim fluuium, à meridie Mediam, à ſeptentrione Caucaſum. unde Aſſyrij,qui poſtea Syrij & Syri.Hanc Porphyrio & Acron uolunt prius dictam Syriam, poſtea una addita ſyllaba Aſſyriam uocitatam. Eadem Syria dicitur, ut author eſt Iuſtinus libr. 1. & Herodotus. Alij quadripartitam faciunt diuiſionem,in Syrios, Aſſyrios, Leucoſyrios, & Cœloſyrios. Plinius duplicem Syriam aſsignat: unam Paleſtinam, alteram Antiochiam. Dicta eſt autem Aſſyria(teſte Auguſt. li. 15. de Ciui.)ab Aſſur filio Sem. Tibullus,

» Eoiq; Arabes,diues & Aſſyria.

Aſtur,quod ab Aſturia eſt. Mart. de Aſturconibus,Hic breuis ad numerũ rapidos qui colligit ungeis, Venit ab armiferis gentibus Aſtur (equus.

Aſtura,(ἄστυρα)flumen,& oppidum maritimum in Latio. Plin. li. 3. Antiũ colonia, flumẽ Aſtura & inſula. Ab aliquibus etiã Stura dicitur. Unde Feſtus, Stura, flumẽ in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam uocant.

Aſtures,ſunt Hiſpaniæ populi memoratiſs. Callæcis proximi, aurifodinis & equis quondam uolutarijs nobilitati, quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurũ explicatu glomeratio, Plin. lib. 8.

Aſturia(ἄστυρον)regio & ciuitas eſt Hiſpaniæ, propè Luſitaniam, ab Aſtura fluuio ſic dicta,ubi ſunt breues equi,ſed inceſſu ueloces, qui Aſturcones uocantur.

Aſtuia,Germ. urbs,Ptol. uulgo Bodenhuſen.

Aſtyages,Cyaxaris Medorum regis filius, & Mandanæ pater,ultimus Aſſyriorum & Medorum rex,à Cyro nepote, quem infantem expoſuerat,regno priuatus eſt. De quo apud Græcos Herodot. lib. 1. & Iuſtinus lib. 1. ſcripſere.

Aſtyanax, (ἀστυάναξ)quaſi urbis princeps. ἄστυ enim urbs, ἄναξ tutator ſiue rex. unicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellũ inter Troianos & Græcos,quẽ Vlyſſes antequam naues è Sigæo ſoluerent, è turri mira inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Troiæ & populi ruinam ulciſceretur. Verg. 2. Aen. Paruumq; manu Aſtyanacta trahebat.

Aſtydamia, Ormeni filia, quam Hercules patre prius occiſo rapuit. Ouidius:

» Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

Aſtylus, unus fuit ex Centauris, & quoniam augurio ualebat futura prænoſcẽs, fratres monuerat, ne bellum aduerſus Lapithas aſſumerent,ſed exorto in nuptijs bello, ipſe ſibi timis, unà cum Neſſo Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ouidius:

» Aſtylus ille etiam metuenti uulnera Neſſo,
» Ne fuge,ad Herculeos,inqt,ſeruaberis arcus.

Aſtymeduſa, Oedipi fuit uxor, hanc enim, repudiata matre,quã prius matrimonio ſibi coniunxerat, ſed incognitam, in uxorem duxit, » quæ, ut liberis prioris coniugis infenſum parentem faceret (ut ferè omnium nouercarum mos eſt)apud patrem eos accuſauit,tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent, quapropter Oedipus iratus regnum cruentum reliquit.

Aſtynome,uide infrà Cryſeis.

A ANTE T.

Atabyria, (ἀταβύριον) prius dicebatur quæ poſtea Rhodus inſula, authore Plinio libro 5. cap. 31. Vide Rhodus.

Atabyris, mons altiſsimus in Rhodo inſula, Straboni lib. 14.

Atabulus,(aliâs Atabalus,(ἀτάβυλος)uentus in Apulia præcipuè ſpirans. Horatius.

» Incipit ex illo monteis Apulia notos.

Vide Porphir. eius interpretem.

Atanici, populi ſunt prouinciæ Narbonenſis, ab Ataco amne eius prouinciæ dicti, à quibus Romæ Atacinorum nomẽ ortum eſſe tradit Hermolaus.

Atalanta, uirgo uenatrix in Arcadia cum proceribus uenit ad occidendum aprum deuaſtantem Aetoliam,quem ipſa prima uulnerauit ſagitta. Quare à Meleagro filio regis Aetoliæ ardenter eſt adamata, ut tradit Ouid. li. 4. Epiſtola. Vide Meleager.

Atalanta, alio nomine à Propertio, quemadmodum & Hippodamia, Iſchomache dicta eſt, quam idem Iaſij filiam facit cum inquit:

» Menalion nullos fugiendo Tulla labores.
» Sæuitiam duræ contudit Iaſidos.

Hæc itaque Atalanta cum pedum agilitate præſtaret, curſu cũ procis certabat, ea lege ut ei, à quo uinceretur, nuberet, uictos aũt occideret. Multis igitur ſuperatis, Hippomenes Martis, uel

ut O-

uel ut Ouidius habet, Macarei filius, cũ ea in certamen uenit, acceptis tamen prius à Venere tribus aureis malis, in Heſperidũ horto natis, quæ currens ſenſim proiecit in terrã, quibus colligendis illa retardata, ab Hippomene eſt ſuperata. Itaq; pacta conditione nupſit. Porrò cũ in templo Cybeles neglecta religione coirent, dea irata eos in leones cõmutauit, ſuoq́; currui ſubiugauit. Ouid. libro 10. Metam.

» Dubium Megareius heros
» Gaudeat, an uirgo magis his Schœneia dictis.

Aſtapas, fluuius Aſiæ, de quo Strabo lib. 16. ſic ſcribit, Circa Meroën Aſtaboras, & aſtapas influũt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elij uocantur, quòd ex adiacẽte palude uulſis radicibus maſſulas conficiunt, & ad ſolem coctis ueſcuntur. Hæc loca leones alunt, qui ſub Canis exortum à maximis culicibus hinc expelluntur. Hactenus Strabo li. 1. Plin. tamen lib. 5. cap. 9. de Aſtapo ſic ſcribit: Nilus Aſtapus cognominatus eſt, quod illarũ gentiũ lingua ſignificat aquã è tenebris profluentem, qui & Aſtabores læuo alueo dictus, hoc eſt ramus aquæ uenientis è tenebris, dextro uerò Aſtuſapes, quod latentis ſignificationem adijcit: nec ante Nilus, quàm ſe totum aquis concordibus rurſus iunxit. Hæc Plin.

Aſtarte, Syriorum numen erat, ſed non aliud quàm Veneris fortaſſe, aut Iunonis, quam ſacræ literæ Aſtarcten Sydoniorum deam uocant. Cui Salomon rex uni pallacarum ſuarum obſequi uolens, altaria condidit.

Aſtaroth, antiqua ciuitas Og, regis Baſan, in qua habitauerunt gigantes, & poſtea cecidit in ſortem tribus Manaſſes, regionis Bethaniæ. Sunt autem duo caſtella in Bethania hoc uocabulo, nouem inter ſe millibus ſeparata, inter Aderam & Abellam urbeis.

Aſteria, filia fuit Cei Titanis filij, uti Theodontio placet. Hæc autem, ut ait Fulgentius, poſt uitiatam Latonam à Ioue dilecta eſt, à quo in aquilam uerſo oppreſſa fuit, eiq́; ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, ut quibuſdam placet, aduerſus Iouem ſentiens, & eius fugiens iras, deorum miſeratione in coturnicem uerſa eſt, quæ Græcè uocatur ὄρτυξ: nomenq́; dedit inſulæ, in quam aufugerat, ubi à Ioue in lapidem mutata eſt, undiſq́; demerſa, & ab eiſdem huc illuc agitata, quæ tandem ob ſuſceptam Latonam firmata eſt. Ex Bocatio. Hæc inſula ob ſuſceptam Latonã ſupernatauit, & primò Neptuno ac Doridi conſecrata eſt, poſtea Delos dicta, in qua inſula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Aſterion, Achaiæ fluuius eſt in Nemea inſula placide effluens, (aliàs in Nemea ſylua) fructuum iuxta ripam abundantiſsimus, ut teſtis eſt Lactan. & Stat. 4. Theb. Cum dixit & æquus

» Fluctibus Aſterion, &c. Eſt etiã montis nomen in Argolico ſinu. Fuit & nomen urbis.

Aſteris, inſula eſt in medio Sami & Ithacæ ſita. author Strabo: cuius ſic meminit Homerus, Odyſs. quarto.

» Ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα,
» Ἀστερὶς οὐ μεγάλη, λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ.
» Ἀμφίδυμοι. id eſt,
» Saxea nunc medio ſupereminet inſula ponto
» Aſteris, haud ingẽs, portus dans puppib. aptos,
» Quos ſubeant hinc atq; hinc.

Nunc autem ne ad anchoræ quidem iactum prorſus idonea. Eadem etiã Aſteria nocatur. Lege Aſteria.

Aſteropæus, filius fuit Pelagonij, qui audax iuuenis & robuſtus cum Pæonijs uenit Troianis in Auxilium, & dum nimis ſuis uiribus confideret, undecimo die poſtquam ad Troiam uenerat, Achilli irato ob occiſum Patroclum occurrere auſus fuit, eundemq́; & laceſſere, & inde armis contendere non extimuit, à quo tamen miſerè cæſus interijt.

Aſtomi (ἄστομοι) Indiæ ſunt populi, de quibus Plin. cap. 2. lib. 7. ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis, Aſtomorũ gentem ſine ore, corpore toto hirtam ueſtiri frondium lanugine, halitu tantum uiuentem & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum potúq; nullum, tantum radicũ florumq́; uarios odores, & ſylueſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus: grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Hæc Plinius.

Aſtræa, (ἀστραία) cum diph. Aſtræi ex aurora filia, ſecundum aliquos Icari, ſecundum aliquos Iouis & Themidos: quæ quoniam dijs fauit aduerſus patrem & patruos, in cælum aſſumpta eſt, & in Zodiaco locata ea in parte,

quæ

quæ ab ea uirgo eſt nominata. & ponitur pro iuſtitia. Ouidius,

» Vltima cœleſtũ terras Aſtræa reliquit. Quod ideo fictum eſt, quòd illis temporibus Aſtræus (ἀστραῖος) princeps eſſet, & propter eius æquitatem eius filia iuſtitia dicta ſit, ut ſcribit Aratus. Nam cum adhuc terras habitaret,

» Nondum ueſanos rabies nudauerat enſes,
» Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota.

Sed poſtea creſcentibus uitijs euolauit in cœ-
» lum. unde ait idem, Et cœli ſortita locum,
» qua proximus illi, Tardus in occaſum ſequi-
» tur ſua plauſtra Bootes.

Aſtreus, (ἀστραῖος) fuit unus ex Titanibus, & filius Titanis & Terræ, qui cũ Aurora cõcubuit, & ex ea Aſtræam uirginem, nec non & omnes uentos genuit, quos cum fratres aduerſus Iouem bellum mouiſſent, omnes armauit & in ſuperos emiſit.

A ANTE T.

Ate, ἄτη, Latinis noxa dicitur, ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentesq́ ſeducit, & perturbat, cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tanto tardiores, quanto noxa eſt grauior. Vide Eraſ. in Prouerb. Ira omnium tardiſsimè ſeneſcit.

Atergatis, (ἀτέργατις) pen. cor. nomen fuit deæ. Strabo: Trans Euphratem eſt Bambyce quam Edeſſam & Hierapolim uocant, in quo Atergatim Syriã deam colunt. De hac & Macrob. Cornutus Atergatim à Græcis Rheam exiſtimari putat, coliq́ eam abſtinentia piſciũ. unde nomen, ut Athenæus author eſt, quaſi ἄτερ γατίδος, hoc eſt Syriorũ lingua, ſine piſcibus.

Athamas, Aeoli fuit filius, & Thebarum rex, qui Nephelen in uxorem duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit: ſed Nephele inſania Liberi patris concitata, cum in ſyluas abijſſet, Athamas liberis ſuis Ino Cadmi filiam ſuperinduxit nouercam, quæ eos tot apud patrem accuſationibus, tot dolis eò compulit, ut conſcenſo aureo ariete (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & eius uellus à Phryxo Marti conſecratum, poſtremò inter ſidera relatum) fuga ſibi conſulerent. Quapropter Iuno irata furias in Athamantem immiſit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, ut cum Ino ad ſe ire uideret, hanc leænam & filios ſuos eiuſdem catulos arbitratus, rapto Learcho ex filijs altero, ſaxo illiſerit: quòd Ino uidens, cum Melicerto, altera prole fugiens ſe ex rupe, quæ Leucothea dicitur, in mare præcipitem dedit. Hinc Athamantis, id eſt, Helle eiuſdem filia. Athamantiades, id eſt, Athamãtis filius. Vide Ino. Eſt etiam Theſſaliæ mons, ut habet Plinius. inde Athamantes populi. Et fluuij nomen, qui ſuo tactu, certo tamen tempore, ligna incendit, ut autor eſt Ouid.

Athenæ, arum. (ἀθῆναι) ciuitas Græciæ inter Achaiam & Macedoniã, quæ regio dicitur ab Athide Cranai filio Athenarum regis, qui Cecropi in regno ſucceſsit. Hic Cecrops primus Athenas cõdidit, unde & Cecropia dicta eſt: poſtea à Mopſo Mopſopia, & ab Ione Xuthi filia Ionia, & à Minerua Athenæ. Græci enim Mineruam ἀθήνην dicunt. Fuit autem hæc ciuitas omnium bonarum artium inuentrix, Philoſŏphorum & Oratorum mater, & Poetarum alumna. Verg. in Aetna,

» Nunc hic Cecropiæ uarijs ſpectantur Athenæ
» Carminibus, gaudentq́ ſui uictrice Minerua.

Tres autem (ut quidam aſtruunt) fuere Athenæ, ab unis Athenæi: ab alteris Athenienſes, ab alijs Athenopolitæ dicti ſunt.

Athenæum, (ἀθήναιον) locus erat Mineruæ dicatus, ubi profeſſores ſua ſtudia profitebãtur.

Athenæus, è Seleucia Ciliciæ Philoſophus Peripateticus doctiſsimus, Auguſti tẽpore, princeps aliquandiu patriæ ſuæ: deinde contracta amicitia cum Murena, qui contra Auguſtum conſpirauerat, cũ illo aufugit, captusq́, ac dimiſſus cum inſons reperiretur. Reuertens autẽ Romam, multis eum ſalutantibus, illud Euripidis reſpondit, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας λιπών. De quo pluribus Strabo. Fuit item Athenæus Naucratita grammaticus. M. Antonini principis tempore, librum Dipnoſophiſtarum compoſuit, uarium opus & eruditum, quod ad nos ſanè haudquaquam integrum peruenit: eius epitome ab Hermolao Byzantio tantum relicta. author Suidas.

Athenodorus, (ἀθηνόδωρος) philoſophus fuit qui Auguſto documentum dedit inquiens, Cum ira Cæſar te ceperit, nihil prius neq; dixeris,

neq;

neq; feceris, quam ipſa quatuor & uiginti elementa literarum Græcarum tecum ipſe percurreris, & memoria recenſueris, ut ita concitatio illa quæ momentoſa eſt, mête aliò traducta parui temporis interiectu langueſcat.

Atheſis. pen. cor. fluuius Galliæ Ciſalpinæ, qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, ut author eſt Plinius, & Veronam diuidit: deinde per latus Padi paludes gradiens nõ longè à Brunduſio in Adriaticum mare influit. huius etiam meminit Verg.

» Siue Padi Atheſim ſeu propter amœnum.

Athos, mons eſt, quem Xerxes abſcidiſſe fertur, & uelis feciſſe peruium, unde à Iuuenale uelificatus dicitur. Montem hunc leporibus » etiam abundare teſtatur Oui. Quot lepores » Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.

Athrax pater Hippodamiæ, qui primus artem magicam apud Theſſaliam conſtituit. Hinc ars Athracia pro magia dicitur à Papinio, qui ait, Athracia rubet arte labor.

Atina, (ἀτίνα) penultima prod. ciuitas uetus Campaniæ fuit, iuxta Pontinas paludes, dicta à morbis, qui Græcæ ἄτα dicuntur, quos paludis uicinitas creat. Hanc Ptolemæus dixit fuiſſe Latinorum mediterraneam. Verg.

» Tela nouant Atina potens Tyburq; ſuperbum

Atlanticæ inſulæ, (ἀτλαντίδες νῆσοι) quas beatas uocant, duæ quidem hæ ſunt paruo inter ſe diuiſæ mari, decem millibus ſtadiorum à Libya diſtanti. Imbres illic rari mediocresq;, uenti autem plurimum ſuaues ac roriferi. Solum uero pingue, nec arari ullo modo plantari ue, ſed etiam ex ſe abſq; ullo humano ſtudio fructum producit, dulcem quidem & ociosam multitudinem nutrire ſufficientem. Aër ſyncerus ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant uenti, Boreasq; & Aquilo, propter longinquitatem uaſta & inania incidentes ſpatia fatigantur, & deficiunt priuſquam ad eas inſulas peruenerint. Qui uerò à mari perflant, argetæ & zephyri refrigerantes, raros quidem & temperatos imbres ex pelago efferunt. Plurima uerò per humiditatẽ aëris cũ ſumma facilitate nutriũt, ut etiã apud Barbaros increbuerit fides ibi Elyſios cãpos eſſe, & beatorũ domicilia ab Homero decantata. Atlantides, Vergiliæ dictæ ſunt. Vide Hyades & Vergiliæ.

Atlas, antis. (ἄτλας) Iapeti & Climenes, uel ſecundũ alios Aſiæ nymphæ filius, Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlũ ſuſtinuiſſe dicitur, quòd primus curſum Solis & Lunæ, ſyderumq; omnium uerſationum rationes, uigore animi ſolertiaq; curaſſet tradenda omnibus. Hic fuit Promethei frater, qui cũ monitus eſſet oraculo, ut caueret à Iouis filio, nullũ hoſpitio ſuſcipiebat: quod Perſeus Iouis filius indignè ferens oſtẽdit ei caput Gorgonis, & ſtatim Atlas in montem conuerſus eſt. quem tantæ altitudinis eſſe ferunt, ut eius cacumen ad lunarem uſq; regionẽ pertingat. Propterea fingunt Poëtæ eſſe gigantem qui cœlũ ſuis humeris ſuſtineat. Ferè è medio monte nubes incipiunt, hyeme & æſtate niuem habens. Columnam cœli indigenæ appellant. Ab eo populi incolentes Atlãtes dicũtur, qui ſoli ſunt anonymi: hoc eſt ſine nominibus. nã in uniuerſum Atlantes nominantur, ſingulis nullum proprium nomen imponitur. Solẽ orientem occidentẽq; dira imprecatione contuentur, ut extialẽ ipſis agrisq;. Neq; inſomnia uiſunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodotus authores. Ex Atlante ingentia flumina oriũtur, inter quæ Nilus. Euſebius in Præparatione dicit, Atlantem eundem eſſe cum Enoch. Sumitur nonnunquam à poëtis Atlas pro hominis ſimulachro ſuſtinente columnas ædium, aut ipſum ædificium, ad ſimilitudinem Atlantis cœlum humero torquentis, qui etiã Latino uocabulo Telamones. Et hi Atlantes plerũq; gibboſi dicuntur, & (ut inquit Seruius) fiunt ut gibboſos imitentẽtur dum onera ſuſtinent, qui interdum compares ſunt, interdum auerſi, interdum ſe inuicem ſpectant. Martialis,

» Non aliter ridetur Atlas cum cõpare gibbo.

Ab Atlas fit Atlãticus, ca. cum. (ἀτλαντικός) & Atlantides, (ἀτλαντίδης) patronymicum, & licentia poëtica Atlantiades.

Atreus, filius Pelopis & Hippodamiæ rex Mycenarũ, qui cum Thyeſtem fratrem concubitu uxoris ſuæ Aëropes uſum cõperiſſet, adeò ægrè tulit, ut eum exilio mulctarit, ſed poſtea reuocauit, & ut magis commiſſum inceſtum uindicaret, ei proprios filios, quos ex Aërope ſuſcepe-

ſuſceperat, comedendos appoſuit: cuius facinoris horrore Sol retroceſsiſſe fertur, reuocato ad auroram curru. Quod ut Thyeſtes ulciſceretur, cum propria filia Pelopea concubuit, & ex ea Aegiſthum ſuſcepit, qui Atreum & eiuſdem filium Agamemnona interfecit. Vide Aërope.

Atridæ, dicti ſunt Agamemnon & Menelaus. Horat. Neſtor componere lites
» Inter Peliden feſtinat, & inter Atriden.

Atropatus, dux Medorum, à quo etiam Atropatia dicta eſt Mediæ regionis pars, cuius meminit Strabo lib. 11.

Atropos, (ἄτροπος) pe. cor. immutabilis, quo nomine dicta eſt una ex tribus Parcis, quaſi ad nullius preces conuertatur. filia Demogorgonis uel Erebi & noctis. Vide in dict. Parcæ.

Attabes, & Numenius latrones fuerunt famoſiſsimi, adeò ut Prouerbio locum fecerint: Conuenerunt Attabas & Numenius.

Attalus, (ἄτταλος) pen. cor. rex fuit Aſiæ, uel, Pergami, & à populo Romano donatus eo regno, qui cum eſſet pecunia ditiſsimus & ſplendida abundantiq; ſupellectili, nec haberet liberos populum Romanum hæredem fecit, unde eius ſubſtantia ampliſsima Romam eſt allata. Hinc natum eſt ut omnia magnifica Attalica dicta ſint

Attelani, ſiue Attalæ, (ἀτέλλα) oppidum Campaniæ, quã nunc Auerſam urbem dicimus prope Neapolim. Hinc Attelani, qui apud Campanos inhoneſtiſsimi erant, quorum luxuria in ludis nimia erat.

Atthis, Atthidis, (ἀτθὶς) Cranai filia, à qua regio Attica, ut quidam exiſtimant, dicta eſt. In hac ſunt Athenæ & Marathon campus cũ oppido eiuſdem nominis. Vide Athenæ.

Attica, regio Græciæ, inter Achaiam & Macedoniã ſita, in qua fuit urbs Atheniẽſium. Hinc Atticus, a. um quod ex Athenis eſt, uel quod ad Athenas pertinet, ut regio Attica, (ἀττική.)

Attilius Regulus, Conſul Romanus primo bello Punico cum Carthaginenſes ſæpe uiciſſet, tandem per inſidias captus: & Poſtea Romam miſſus eſt à Carthaginenſibus pro permutandis captiuis, ſed cum Romam ueniſſet, ipſemet permutationem diſſuaſit, & Carthaginem rediens, crudeliſsimè eſt necatus. De hoc multa Cice. 3. Offi. Vide Regulus.

Atuacutum, Galliæ Belgicæ urbs Ptolemæo, hodie Antuerpia, uulgò Antorff.

Atys, puer fuit Phrygius adamatus à Cybele, qui ob uitiatam Sangaridam nympham, uel ut alijs placet, ipſam Cybelem, furore correptus, putans domos ruere, tectum omne diffugit, & per ſumma Dindymi montis Phrygiæ diſcurrens, arrepto cultro ſibi ipſi uirilia amputauit, cuius ſanguine porphyrites lapis cõſperſus, cum antea candidus eſſet colorem mutauit, tandem è mõte ſe præcipitem dedit, mutatusq; eſt in pinum, quæ adhuc Cybeles ſacra dicitur. Ouid. libro 10. Metamorph.
» Cybelius Atys
» Exuit hac hominẽ truncoq; induruit illi, &c.

Atys alius, fuit Crœſi Lydiæ regis filius, qui diu mutus cum uidiſſet hoſtem leuaſſe gladium, ut patrem occideret, ſubitò timore locutus eſt, necem patris deprecans.

Auella, urbs eſt Campaniæ, abundans optimis nucibus, quæ dicuntur Auellanæ. Verg.
» Et qui maliferæ deſpectant mœnia Auellæ.
Vide in dictione Abella.

Auentinus, (αὐεντῖνος) pen. prod. mons eſt Italiæ, non procul à Roma, in quo Præneſte oppidum ſitum eſt. dictum ab aduentu hominum, quòd cõmune Latinorum ibi Dianæ templum eſſet cõſtitutum, eoq; olim paludibus ex urbe ratibus aduehebantur. Seruius autem ait hunc montem ab auibus eſſe nominatum, quæ de Tyberi aſcendentes illic ſedebant, ut in octauo Aeneid. legimus:
» Dirarum nidis domus opportuna uolucrum.
Quidam etiam rex Arboriginum Auentinus nomine, illic & occiſus, & ſepultus eſt, ſicut etiam Albanorum rex Auentinus Syluius, cui ſucceſsit Procas.

Auentinus, Herculis fuit filius ex Rhea, ut habet Verg. lib. 7. Aen. Satus Hercule pulchro
» Pulcher Auentinus, clypeoq; inſigne paternũ,
» Centũ angues, cinctãq; gerit ſerpẽtibus hydrã.
» Collis Auentini ſylua, quem Rhea ſacerdos
» Furtiuum partu ſub luminis edidit auras,
» Miſta deo mulier, &c.
Hic cum Turno fuit aduerſus Aeneam.

Auentinus Syluius, Romuli Syluij filius fuit, eiq; fulmine occiſo in regno ſucceſsit, & cum

annos 27. regnaſſet, relicto filio Proca mortuus eſt, & Romæ in eo monte, qui adhuc Auentinus dicitur, ſepultus.

Auerni, (ἀούερνοι) populi fuerunt Galliæ Aquitaniæ ſuper Ligerim ſiti, qui frequenter contra Romanos bella geſſerunt. Nam ducentis millibus bellatorum primo, deinde duplicatis aduerſus Cæſarem cum Vergentorige prælium commiſerunt: quum prius aduerſus Maximum Aemilianum, & Domitium Aenobarbam etiam CC. hominum millibus conflixiſſent. uerba ſunt Strab. libro 4. Vide Aluerni, & Auerni.

Auernus, (ἄορνος) generis maſculini, in plurali Auerna, orum, lacus Campaniæ prope Baias. Hic ad inferos introitus patere credebatur, quem locum Plutoni dicatum opinabantur. Dictus ab a & ὄρνιον: quaſi auibus inacceſſus: quoniã aues propter grauem halitũ, quem ob arborũ denſitatẽ emittebat, ſuperuolitare non poterant, ut teſtatur Verg. lib. 6. Aeneid.

» Quã ſuper haud ullæ poterãt impune uolãtes
» Tendere iter pennis, &c. Item:
» Vnde locũ Graij dixerunt nomine Auernum.

Hoc Auguſtus intelligens, diſiectis ſyluis amœna reddidit loca. Porrò capitur plerunq; pro ipſo inferorum loco, uel propter fœtorem, uel propter Necromantiam, quæ ibi exercebatur. Lucretius lib. 6.

» Principio quòd Auerna uocant, non nomen
» id ab re Impoſitum eſt, quia ſunt auibus con
» traria cunctis. Vide Aornos.

Auerruncus, deus dictus, quod mala auerruncaret, id eſt auerteret. ἀποτρόπαιος.

Aufidus, (αὔφιδος) pen. cor. Apuliæ fluuius eſt ex Hirpinis montibus oriens, & Canuſium urbem præterlabens in Adriaticum mare ſeſe exonerat, author Plinius.

Auge, ſiue Augea, mater Telephi, filij Herculis. Scribit Diodorus li. 5. hãc à patre Alæo cuidam nauclero ut mergeretur datam, quòd non crederet ab Hercule compreſſam: quæ cum duceretur ad mare, in itinere Telephum peperit, & inter uirgulta abditum reliquit: quem poſtea paſtores inuentum Corintho regi tradidere, qui illum Telephum, eò quòd à cerua nutritus fuerat, uocauit. Ipſa uerò Auge in Cariã abducta à mercatoribus, quibus illam nauclerus, demergere nolens, dono dederat, & regi Teuthranti donata eſt: quam cum poſtea Telephus quæſiſſet, ueniſſetq; ad Teuthrantem in Myſiam, ab eo eſt honorificè exceptus. Vide Diodorum libro. 5. Aliter Euripides, hic dicit ab Alæo patre (cum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impoſitam, & in mari demerſam eſſe: Sed Palladis prouidentia urnam ad Cayci oſtia tranſmiſſam eueſiſſe, & à Teuthrante exceptam, eidem nupſiſſe. Telephum pro filio educaſſe, eumq; regni ſucceſſorem inſtituiſſe. Verba ſunt Strabonis lib. 13.

Auguſta Cæſarea, urbs eſt Hiſpaniæ citerioris. Eſt & Auguſta Treuerorum, urbs Galliæ Belgicæ, uulgò Trier. Præterea Auguſta Gemella in Hiſpania. Authores Strabo & Plin. Eſt præterea Auguſta Vindelicorum, uulgò Augſpurg.

Auguſta Emerita, (αὐγοῦστα ἠμερίτα) ciuitas Luſitaniæ, quæ ab Emeritis conditoribus & Auguſto nomen ſortita eſt. Nam ut Diomedes refert, quo tempore Cæſar Auguſtus Cantabris & Aſturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites qui ſupra ætatem forent, atq; conceſſit ipſis ut in Luſitania Auguſtam Emeritam conderent.

Auguſtæ, coniuges dicebantur imperatorum: diuæ autem, poſt mortem tantum.

Aulis, huius Aulis, uel Aulidis, (αὐλὶς) regiuncula eſt, ut ait Strabo, Bœotiæ, petroſa, ex re ſortita nomen: nam ſignificat tentoriũ uel locum, quo quis caſtrametatus eſt. Eſt & ciuitas eiuſdẽ nominis, cum portu capace paucarum nauiũ, ubi conuenere Græci, & cõiurarunt ſub Agamemnone excidium Troianũ. De hac Ouid. lib. 11. Metam. Bœotia tellus

» Aulide piſcoſa pupes tenuiſſet ituras.

Eſt etiam aulis cubile, κοίτη ait Suidas. De Aulide fabuloſa ſi cupis cognoſcere, legas Homerum Iliad. lib. 2.

Aurelia, (αὐρηλία) familia apud Rom. ex Sabinis oriunda, à Sole dicta putatur, quod ei publicè à populo Romano datus ſit locus in quo ſacra faceret Soli, qui prius Auſelij, ſicut Valeſij dicebantur. author Feſtus. Fuit & nomen proprium matris Cæſaris.

Aurora, Titanis & terræ filia, Luciferi & uen-

torum mater dicitur, eò quòd cum ea oriantur. Hæc Tithonum Laomedontis fratrem rapiens cum eo concubuit, ex quo Memnona ſuſcepit, Tithonum autem ita amauit, ut ſenem iam factum herbarũ uirtute & ope medica iuuentuti reſtituerit. Dicitur & Cephalum aliquando amore eius capta rapuiſſe, unde Sappho apud Naſonem:

» Hũc ne pro Cephalo raperes Aurora timebã:
» Et faceres, ſed te prima rapina tenet.

Hanc ſi mulierẽ quandam fuiſſe arbitrari uolumus poſſumus eam exiſtimare aliquam ingentis potentiæ, & admirandi decoris fuiſſe fœminam. Sed ueriſimile eſt de ea intellexiſſe poëtas, quam omnes dicunt auroram: eum ſcilicet matutinum ſplendorem, quem cernimus ante Solem eleuatũ in cœlum albeſcere: quam ideo Titani dicunt filiam, non quia ex Titano natam credant, ſed ex Sole, quem ſæpiſsime ex nomine aui Titanum uocant. Nam ex Sole procedit illa claritas cœli quam auroram dicimus. Terræ aũt ideò dicitur filia, quia uidetur intuentibus, è terra prodire. Ex Bocatio.

Auſon, uel Auſonius, Vlyſsis & Calipſus filius, à quo poſtea Italia dicta eſt Auſonia, & eiuſdem populi Auſones, Auſonij, & Auſonides.

Auſonia, (αὐσονία) olim pars Italiæ dicebatur, in qua ſunt Beneuentum, Tarracina, ab eodem Auſone dicta: nunc autem pro tota Italia ſumitur, quæ Apennino finitur. Inde Auſonius, a. um. (αὐσόνιος) & Auſon, (αὔσων) pro eo qui eſt ex Auſonia.

Auſonia, proprie ea pars eſt Italiæ, ubi urbs eſt Beneuentum, ſic dicta ab Auſone Vlyſsis, & Calypſus filio, ut ait Feſtus.

Auſter, uentus meridionalis, ab hauridiendis aquis dictus, licet non aſpiretur in principio. Nam nebuloſus atq; humectus eſt, qui etiam Græcè eadem ratione νότος appellatur, quoniam νοτὶς Latinè humor dicitur. Certum eſt hunc uentum eſſe exitialem & morboſum.

» Verg. 4. Georg. Frigidus ut quondam ſyluis
» immurmurat Auſter.

Ab auſter fiunt duo adiectiua, auſtrale & auſtrinum. νότιος.

Auſtraria, (οὔμια) inſula Oceani Septentrionalis, à barbaris ſic appellata, à Romanis uerò Gleſſaria, dum ſcilicet Germanicus Cæſar ibi res claſsibus gereret. author Plinius cap. 3. libro 37.

Authe, Alcyonei gigantis, qui Herculis telis confoſſus eſt, filia. Is enim filias habuit ſeptem, quæ ob patris mortem in mare præcipitantes ſe, ab Amphitrite in halcyones mutatæ ſunt, ut quibuſdam placet. Harum nomina Egeſander ponit hæc, Phoſoniã, Authen, Methonem, Alcipen, Pallenen, Aſterien, & Drimo. Hæc Ianus Parrhaſius in Claudianum.

Autolycus, (αὐτόλυκος) filius Mercurij & Chiones Deucalionis filiæ, & ut quorundam eſt opinio, auus Sinonis, qui Troiã Achiuis aperuit, equo ligneo introducto: hic ſolebat non modò ſe, ſed etiam ea quæcunq; furto abigebat, uariè transformare. Ouidius: Naſcitur Autolycus furtum ingenioſus ad omne.

Autonoë, Cadmi Thebarum regis filia ex Hermione coniuge, & Ariſtæi coniunx, ex quo peperit Actænem, ut ſcribit Heſiodus in Theogonia, & Ouid. in lib. 3. Metamorph.

A ANTE X.

Axenum, mare dicitur, quod Ponticum, & Euxinum dicitur, ſic à truci incolarum barbarie appellatum. ἄξενος enim inhoſpitalis eſt.

Axius, ſeu Auxus, fluuius eſt Macedonum, labiturq; in ſinum Thermaicum, & ut Veteres tradiderunt, efficit pecudem nigram quæ ex eo potârunt, diuerſa ab Heliacmone uicino amne natura, qui uelleris nitorem potæ ex ſe pecudi aſſeruat.

Axylus, Phryx è ciuitate Ariſbe, homo perquàm beatus omnibus quæ ad uictum mortaliũ pertinent, & qui inſigni erat humanitate & beneuolentia in hoſpites, ut ſcribit Homerus libro Iliad. ς.

A ANTE Z.

Azan, mons Arcadiæ, ubi Cybele deorũ mater colebatur. Statius: Venit in Idæis ululatibus æmulus Azan.

Azanium, (ἀζάνιον) fons quidam, ut inquit Eudoxus, cuius aquam guſtantibus uini tædium ueniat in tantum, ut ne odor quidem eius feratur. Vitruuius & Plinius aſſerunt talem fontem ſiue lacum fuiſſe in agro Clitorio.

Azotus, urbs inter Aſcalonem & Ioppen, quam ut ait Stephanus, condidit quidam è mari cum fratre

bro

bro profugus, ex nomine uxoris ſuæ Azes, Azotū, & capellā interpretātur. Hæc eſt una è quinq; Philiſtinorum, quondam clariſsima.

DE LITERA B.

BAal, (βαὰλ) ait Auguſt. eſt nomen apud Aſsyrios quod datur Ioui. Nā Baal Punici uidentur dicere dominum, unde Baalſamen, quaſi dominum cœli dicunt: Samen quippe apud eos cœlum appellatur. Vide Babal. Babactes & Bactes, nomina ſunt Bacchi, à βάζω, id eſt, clamo, ob bacchantium multifarium clamorem, & quia uino madidi huiuſmodi uoces emittere conſueuerunt.

Babylon, (βαβυλὼν) pen. cor. apud nos confuſio uel translatio dicitur, propter linguarum confuſionem eorum qui ædificabant turrim, cuius altitudo quinq; miliū centum ſeptuaginta quatuor paſſuum fuit. Hebræi nanq; Babel confuſionem appellant. Hæc urbs adeò nobilis fuit, ut Chaldæa tota, & Meſopotamia ab ea Babylonia dicta fuerit. Hæc campi planicie uaſta & undiq; conſpicua, natura loci lætiſsima, caſtrorū facie, mœnibus paribus per quadrū diſpoſita, murorū eius uix credibilis relatu firmitas, & magnitudo: id eſt latitudine cubitorū 50. altitudine, quater tantum. Ambitus quadringentis octoginta, uel ut alius quidam habet trecētis octogintaquinq; ſtadijs circunuenitur. Murus coctili latere atq; interfuſo bitumine compactus, quem tam latū fuiſſe quidā ſcribunt, ut quadrigæ ſibi inuicē occurrentes facilè pertranſire poſſent. Vnde et inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa intrinſecus late patens, uice amnis circumfluit. Turres præterea trecentas, quinquagintaq; portas æneas, & niſi ex altera parte paludes obſtitiſſent, multo plures habiturá, & Euphrates in ea fluit. Ferunt hanc à Cyro Perſarum rege expugnatam Lucan. lib. 1.

» Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda tro-
» phæis Auſonijs, &c.

Hæc prius quidem dicebatur ciuitas regni Nemroth, in qua eorum qui ædificauerunt turrim longè diuiſæ ſunt linguæ, quorum principem fuiſſe Memroth gigantem Ioſephus affirmat: poſtea à Nino uel Semiramide, quæ eam cōdidiſſe fertur, ſed falſò, inſtauratam mœnibus ac hortis penſilibus, temploq; ac arce maximè fuit admirabilis. In Babylonis regione eſt Seleucia, & Beryllus in ea reperitur. A Babylon fiunt Babylonius, a. um. & Babylonicus, ca. cum. unde Babylonios dicimus, qui ex Babylone ſunt. Vide Semiramis. Eſt & Babylon Aegypti caſtellum, ut ait Strabo: natura munitum, à Babylonijs huc commigrantibus conditum. Vna hic è tribus erat legionibus quæ Aegyptum cuſtodiebant, ut idem Strabo author eſt. Ptolemæus hanc quoque Babyloniam uocat. hodie uerò Cairum uel Alcairum appellant, quæ non caſtellū eſt, ſed urbs maxima complures complexa populos, ut frequentes inde redeuntes Chriſtiani indicant. Volaterranus. Hanc aliqui à Cambyſe Perſarū rege Cyri filio conditam ſcribunt. Vide in dictione Memphis.

Baccha uel Bacche, ſingulariter, item Bacchis, idis, (βάκχη, μαινάς) mulieres fuerunt Bacchi ſacerdotes, quæ noctu ei ſacrificabant alternis annis in Parnaſſo, ut ait Perottus, uel ſecundum alios in Cythærone monte Bœotiæ: Ouidius tamen poſt triennium eas Baccho ſacra facere aſſerit, libro nono Metamorpho.

» Vtq; tuo motæ proles Semeleia thyrſo
» Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Dicuntur alijs nominibus Thyades, Mænades, Eleides, Edonides, Edoniæ, Enthriades, Baſſarides, Trieterides, Mimallonides, & Mimallones.

Bacchanal, uel Bacchanale, in quo Bacchi feſta celebrantur (διονύσιον)

Bacchanalia, quæ & Dionyſia, (διονύσια) Bacchi feſta, in quibus uiri per noctem fœminis & tenere ætati turpiter miſcebantur per dolum. Vnde eſt illud:

» Qui Curios ſimulant & Bacchanalia uiuūt.

Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoq; celebrantur. Sciendum quod nomina dierum feſtorū tantum pluraliter declinātur, & genitiuū pluralem tam in orum, quam in ium terminant: ut Bacchanaliorum & Bacchanaliū.

Bacchemon, teſte Lactantio, Perſei fuit filius & Andromedæ: & ut idem dicit, apud quoſdam populos Orientales imperauit (ut Bocactio) qui poſtea ab Achæmenide Bacchemon-

Apollinis ritus ſe inueniſſe aſſerunt.

Bacchiadæ, (Βακχιάδαι) ut Ouidius, Bacchiades ut alij, populi fuerunt apud Corinthios qui urbem Corinthum ipſam, annus fermè du centis dominatione tenuerunt, & tyranni locupletiſsimi, & numero plurimi, & genere clari euadentes, emporium ipſum adempto metu fructuoſum poſſedêre, qui cum noctu Orgia Bacchi celebrarent, Actæonem Meliſsi filium diſcerpſerunt. Quapropter cum Iſthmia poſt hæc peragerentur, Meliſſus ſtans ante aram Corinthijs dira imprecatus eſt, niſi filij ſui mortem uindicarent, & continuo ſe præcipitem dedit. Corinthij autem cum uererentur, Actæonis mortem inultam relinquere, Bacchiades ex urbe eiecerunt, qui exules effecti in Siciliam peruenerunt, & urbem inter Pachinum & Pelorum ædificantes Siculi facti ſunt. Ouidius,

» Bacchides bimari gens orta Corintho, &c.

Bacchides, (Βακχίδης) pe. cor. nomen proprium uiri, quod apud nos luctus fortis, uel uetuſtas in uomitu dici poteſt. Calepin.

Bacchus, Βάκχος, fuit Iouis filius, ex Semele Cadmi filia, ut poëtæ omnes teſtantur, de quo Ouid. lib. 3. Metam. copioſè ſcribit. Vide infrà in dictione Dionyſius. Iupiter cum Semelen Cadmi filiam amaret, cum ea concubuit, unde cum facta eſſet prægnans, Iuno pellicem ulciſci ſtatuit, ſumpta itaꝙ forma Beroës Epidauriæ, nutricis Semeles, anili greſſu eam adiens, perquiſiuit num à Ioue diligeretur, cui reſpondit arbitrari ſe diligi: Tum Iuno, non potes mi filia, niſi uno modo cognoſcere, ſcilicet interpoſito Stygio iuramento, promittat eo pacto tecum coniungi, quo Iunoni iungitur. Semele ergo experientiæ auida, per blanditias munus ab eo petijt, nullo addito nomine. Eligere eam, quicquid uelit, Iupiter iubet, iuratꝙ per Stygiam paludem daturum quicquid popoſcerit: petit illa, ut talem ſe exhibeat, qualis ſolet cum Iunone concumbere. Ingemuit Iuppiter, & ut iuramento ſatis faceret accepto fulmine infauſto munere illuſam à Iunone amantem interimit, atꝙ infantem materno utero exectum ſuo femori impoſuit, & ubi acceſsit idoneũ partui tempus, more grauidæ mulieris enixus eſt. unde Bimater, id eſt, bis genitus, dicitur. Hunc primũ matertera eius Ino clam nutriuit poſtmodum nymphis tradidit, quæ etiã ei alimenta dederunt: habuit item Silenũ alumnũ, qui à ruſticis captus, à Myda Baccho eſt reſtitutus. Hic multinominis fuit: nam primũ Dionyſius, deinde Liber pater, poſtmodum cum bellaſſet in India, & multas ſecum habuiſſet fœminas, quæ Bacchæ dicebantur, Bacchus. Item Oſiris, quandoꝙ Priapus, quandoꝙ Bromus, quandoque Brotinus dictus fuit, & Lenæus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit, multas nationes domuit, Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, uectus Indico elephanto, ut ſcribit Diod. Hinc redeuntem cum uictoria Tamaritæ populi Hyrcanis proximi hoſpitio ſuſceperunt, eiꝙ ſacra inſtituerunt, actis circum torcularia choreis, quàm diu ſpumarent muſta. Primus emere ac uendere inſtituit, & diadema regũ inuenit. Dictus Bacchus, ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, id eſt ebrius ſum & clamo, quòd in Bacchanalibus clamores fierẽt: uel (ut ſcribit Diodorus) à mulieribus quæ illum bacchantes, id eſt furentes ſequebantur: uel ab inconditó ululatu, quem lymphatæ mulieres in eius orgijs edebant, adiecta c litera, quo uaſtior ille Mænadum ſonus in ipſo dei nomine redderetur, inquit Euſtathius. Currum ei attribuunt, quem tigres & lynces ducunt, ſequiturꝙ Bacchantium turba. Deus uini ab Ethnicis eſt habitus, quòd primus uini uſum inueniſſet, unde ſæpiſsime pro ipſo uino ponitur. Sacer eſt & ei Caper & Aſinus, eò quòd ferulæ huic ſunt gratiſsimæ, cæteris iumentis non item: ille autem quòd uites roſiſſet. Ab eo fit adiecti: Bacchæus, a. um. apud Stat. lib. 3. Syl. Eſt & martyris nomen, qui unà cum Sergio, ſub Diocletiano, ad Euphratem paſſus eſt. uterꝙ ordinem in exercitu Cæſaris ducebat. author Volaterran.

Bactra, orum. (Βάκτρα) Scythiæ prouincia ultra Aſſyriam à flumine Bactro cognominata. Verg. lib. 2. Georg. Neꝙ Bactra, neꝙ Indi laudibus Italiæ certent. Eſt & Bactra oppidum regionis ipſius caput, ſub monte Paropanniſo, quod antea Zariaſtes dicebatur. Eius prouinciæ populi Bactriani (Βακτριανοί) uocati ſunt, quorum rex fuit Zoroaſtres magi

ca are

cæ artis inuentor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuiſſe inclytum ferunt. Huius gentis primus inſtitutor fuit, ut Ioſephus ſcribit, Ceter, filius Aram. Similiter Bactri ijdem dicuntur. Hierony. Bactri canibus ad hoc ipſum nutritis abijciunt ſenes. Hinc

Bactrianus, a, um. (βακτριανὸς) quod eſt ex Bactris, ut Bactrianus populus. Bactrianæ mulieres præſtanti ornatu, atq; unguentis utuntur, ab ancillis & ſeruis multò magis quàm eorum mariti cultæ: ſingulari quadam pompa equitantes exeunt, auro atq; lapidibus ornatæ: nec caſtè uiuunt, ſed tam ſeruis, quàm conuenis permiſcētur: nec à uiris accuſantur, cum eorum dominari uideantur.

Badacum, ciuitas eſt Noricorum, ſiue Bauarorum, hodie Salzburg dicta, à flumine quod Salezam uocant. Author Volaterranus.

Bætis, fluuius Hiſpaniæ ulterioris, à quo Bætica, (βαιτική) Hiſpaniæ regio dicta eſt, quæ ab accolis Turdetana uocatur, incolæ Turdetani & Turduli dicuntur. Ea nunc Granata dicitur, à grano quod Græci coccum uocant: nam in Bætica ferè tota copioſum coccum gignitur. Accipitur etiam pro Hiſpania, quod Bætis eã diuidat. dictus Bethys παρὰ τὸ βαθὺς, quod eſt profundũ, u, in e. In eo lanas pulchro colore tingi oſtendit Mart. cum ait:

» Bethys oliuiſera crinē redimite corona Au
» rea, qui nitidis uellera tingis aquis. Scribitur à Stephano Bætis, cum æ dipthongo in prima.

Bagoas, lingua Perſica ſpado dicitur. Ouid.

» Quem penes eſt dominā ſeruãdi cura Bagoæ.

Suidas ſcribit nomen propriũ fuiſſe Eunuchi.

Bagradas, uel Bagrada Numidiæ fluuius ex Libycis montibus longè ductus, propè Carthaginem fluit, ubi ſerpentem Regulus CXX. pedum adhibito exercitu cum baliſtis & catapultis interfecit. authores ſunt Liuius, Plinius, & Gellius.

Bahal, (βαάλ) Tyrorum deus. Vide Baal.

Baiæ, arum. (βάϊαι) ciuitas Campaniæ ſecus Cãpanum mare ſita, à Baio Vlyſsis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidæ ſunt, & ad uoluptatem & ad uarios morbos commodæ: & quia fertilitate ac copia rerum, ædificijs, littorumq; amœnitate præſtabant, magna Romanorum multitudo ad eas cõfluere ſolebat. Fuit olim hæc urbs, temperie aëris, & Romanorum frequentia, atque ornamentis ædificiorum celeberrima, dicente Martiale ad Flaccũ,

» Vt mille laudem Flacce uerſibus Baias,
» Laudabo dignè, non ſatis tamen Baias.

Hinc fit Baianus, a, um. ut ſinus Baianus, qui hinc Miſeno monte, illinc Puteolis clauditur.

Baleares, (βαλιαρίδες) duæ inſulæ in mari mediterraneo nõ longè ab Hiſpania, funda belliçoſæ, à telis fundæq; iactu (quod Græcè βάλλειν dicimus) appellatæ. Vel à Baleo Herculis comite ibi relicto. Apud eas primũ inuenta eſt funda, ut inquit Vegetius. unde Verg. lib. 1. Geor.

» Stupea torquentem Balearis uerbera fundæ.

Has inſulas nunc Maioricam & Minoricam nominant à diſpari quantitate. Gymneſiæ à Græcis dicuntur, quòd incolæ nudi æſtatis tempore iactu fundarum ſeſe exercent. Nam uitam ibi aliquando nec ueſtibus nec calceis aſſuetam egerunt, ternis bifidis armatis fundis. Vbi matres liberos arte iaculandi ſolent inſtituere. neque enim fas eſt cuiquam maxilla panem terere, niſi prius ipſum lapidem fuerit indeptus iacentem ſuper trabem in locum metæ. Scribit Plinius capi. 55. libri 8. tantum apud Baleares aliquando cuniculorum prouentum fuiſſe, ut auxilium militare à diuo Auguſto aliquando in eoſdem petierint. Inde Balearicus, ca. cum. (βαλιαρικὸς) ut uinum balearicum. & Balearis, e. apud Stat.

Barachias, (βαραχίας) nomen uiri, & benedictus ſeu fulgur domini interpretatur.

Barathrum, ut ait Diomedes, locus eſt Athenis in quem damnati præcipitabãtur. Alij nomen eſſe loci aiunt in Aegypto profundiſsimi.

Barbara, uirgo Nicomedienſis Dioſcori nobilis uiri filia, à quo in turrim eſt coniecta, quòd ſe Chriſtianam profiteretur: ac pòſt omnibus probris nudatã, conuerberatumq; corpus, ab eodē ad præſidem ducta, iugulataq; in eadem urbe ſub Maximiliano eſt. Demum Venetijs, quò translata eſt, condita. auth. Volat. lib. 14.

Bardi, uates fuerunt in Gallia aut magi, aut phiſophi, qui fortium uirorum res geſtas decantare ſolebant, unde Lu. lib. 1.

» Vos quoq; qui fortes animas, belloq; perēptas
» Laudibus in longum uates demittitis æuum,
» Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Barcenis, Germaniæ ſylua eſt trans Rhenum, Sueuos à Cheruſcis diuidens: nunc ſylua nigra, haud procul à Badenſi agro. author Volaterranus.

Barce, (βάρκη) urbs in arida Libya, quam Libes metropolim habuerunt: ſic dicta à regina eorum Barce, à qua Barcæi dicti ſunt eius incolæ. Eſt etiã ciuitas Pentapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur

Bardeſanes, Meſopotamiæ præſul, Syrorum lingua doctiſſimus, & uehemens dialecticus, aduerſus Marcionem patria lingua ſcripſit: ſed & Græcè ad Antonium, ſub quo fuit, librum de Fato, aliaq́ cõplura, ut ait Euſebius lib. 4.

Bardis, idis. (βάρεις) lingua Aegyptia, ſignificat cymbam quæ uectat cadauera Aegyptia ad ſepulchra, Propert.

» Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Alio nomine dicitur epibatra. Baris etiam dicta eſt ciuitas Phrygiæ, ſignificatq́ id nomen apud Græcos habitationum frequentiam, uſurpantq́ id ſacræ interdum literæ pro ædibus eburneis.

Barrabbas, (βαῤῥάββας) per duplex bb, eſt Syra dictio, ſicut & ſequentes duæ, qua apud nos ſignificatur filius patris. Componitur enim ex bar, quod apud illos filius dicitur, & abba pater. Sedulius,

» Tunc coluere Babal, tunc elegere Barabban.

Baſan, (βασὰν) regio trans Iordanem eſt, quam duæ, & dimidiæ tribus poſſederunt, quæ interpretatur uberrima & pinguis.

Baſilea, Rauracorum Auguſta, Germaniæ nobilis urbs ad Rhenum flumen ſita, non procul ab Argentorato.

Baſilides, (βασιλίδης) nomen propriũ cuiuſdam hæretici, qui trecentos ſexaginta quinq́ cœlos eſſe credebat, quo dierum numero annus includitur: cuius ſectatores dicti ſunt Baſilidiani.

Baſiliſcus, ſerpens eſt, candida in capite macula, uelut diademate quodam ornatus, acutiſſi. habet caput, os rubeum, oculos & colorem ad nigredinem uergentes, ſibilo omnes fugat ſerpentes, frutices afflatu etiam necat, exurit herbas, rumpit ſaxa, homines præterea ſolo aſpectu necat, muſtelarum tamen uirus huic exitio eſſe perhibetur. Mantua.

» Natus in ardenti Libyæ Baſiliſcus arena,

» Vulnerat aſpectu, luminibusq́ necat.

Baſilius Cæſarienſis, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi temporibus floruit. Is Cæſareæ Cappadocum præſul factus, iuſſus eſt à Valente, qui Arrianis fauebat, deſerere officium, atq́ in exiliũ abire. Cumq́ ille minimè obtemperaret, atq́ uti contumax tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere principi diu fruſtra tentaretur, nox ei ſpaciũ ad deliberãdum datur. Baſilius, Nequaquam ego, ait: tu potius in hoc ſpacio ab incœpto deſiſtes. Itaq́ in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia inſuper paruula extincta, Valens rogatum miſit ad Baſiliũ, ut precibus ad Deũ fuſis ipſe ſaltem ſeruaretur. Sic itaque accidit ut Baſilius ſeruaretur. Hæc ex hiſtoria Ruffini.

Baſſareus, nomen quo Bacchus uocatus eſt, à ſpecie ueſtium, quibus miniſtræ eius uebãtur in ſacris: & ab ijſdem miniſtræ Baſſarides nuncupatæ, Bocatius. Alij uerò Baſſareum, à βάζειν uocãt, quod clamare ſignificat. Horat.

» Non ego te candide Baſſareu

» Inuitum quatiam, &c.

Baſſaris, is, uel idis. (βάσσαρις) Bacchi ſacrificula, à ueſtis genere qua induebatur, quæ & ipſa Baſſaris dicebatur, ut inquit Porphyrio, quæ planè ueſtis uſq́ ad pedes fluebat. Rurſus Baſſaris, uacca mulſaria dicitur. Perſius: Et

» raptũ uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris.

Baſsianus, patria Syracuſanus, Romam ſtudiorũ cauſa miſſus, ubi Chriſtianus factus, Rauennam inſectante patre fugit. Inde Laudenſis præſul electus, ibidem deceſsit nonagenarius. 14. Calen. Febru. clarus prodigijs, ab ulceroſis maximè inuocatur: emicuit Ambroſij temporibus, quem ægrotantem adijt, mortiq́ interfuit. Author Volaterranus.

Batalus, βάταλος pen. corr. fuit tibicen qui laſciua, & uinolenta carmine cõplexus eſt, feciiq́ adagio locum, Batali ſimilis. Cælius ait hunc primũ omniũ calceis fœmineis in ſcena uſum fuiſſe, artemq́ tibiarum omnino mollicie deprauaſſe, à quo fluxos & parum uiros Batalos uocant, ut idem Cælius author eſt.

Batavi, Germaniæ populi ſunt dicente Plinio, Rhenum autem accolentes Germaniæ gentiũ in eadem prouincia Nemetes, Tribochi, Vangiones,

giones, hinc Vbij, Colonia Agrippinenſis, Guberni, Batavi, et quos in inſulis diximus Rheni.

Batavia, Germaniæ provincia, quæ nunc Bavaria, aut certè Hollandia dicitur: & Batavium oppidum, à βαθὺς, quod altum ſignificat. Hinc Batavus, a. um. penul. indifferente.

Bathyllus, adoleſcens Samius, quem Anacreon poëta Teius ardenter amavit. Horatius in Epodis, Ode 14.

» Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
» Anacreonta Teium. Hic Pantomimus, hoc eſt ioculator & ſaltator fuit. Vnde Iuvenalis,
» Molli ſaltante Bathyllo.

Battiades, dicitur Callimachus, à Batto patre. Ovidius in Ibin,

» Nunc quo Battiades inimicũ devovet Ibin,
» Hoc ego devoveo teq; tuosq; modo.

Battis, puella fuit formoſiſsima, quam Philetas poëta elegiographus adamavit, ſuisq; carminibus celebravit. Ovid. lib. 1. Triſti.

» Nec tantum Coo Battis amato ſuo.

Battus, paſtor quidam fuit equarum, de quo talem fabulam recitat Ovid. lib. 2. Metam. Cum Apollo Admeti regis armenta paſceret, Mercurius boves quaſdam, quæ longius proceſſerant furto abactas in ſylua occultavit, Battoq; cuidam equorum cuſtodi, à quo uno viſus fuerat, mandavit, ne cuipiam illud furtum indicaret, quod ut libentius faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius verò abiens, ut hominis experiretur fidem, ſumpta alia figura, paulo poſt ad eum redit, rogans an vaccas quaſdam illuc tranſeuntes vidiſſet, pollicensq; ſi indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battus itaq; ſpe muneris corruptus ſub quo monte paſcerentur indicavit, ob quã perfidiam Mercurius eum in lapidem qui index dicitur, commutavit. Ovidius,

» Senſerat hoc furtum nemo, niſi notus in illo
» Rure ſenex, Battum vicinia tota vocabat.

Baucis, anus quædam fuit paupercula virum habens Philemonem, quo cum omnem vitam in concordia tranſegit: ad hos cum Iupiter & Mercurius in homines mutati, veniſſent, pro loci & rei dignitate ſunt ſuſcepti, tandem eorum caſa in templum eſt mutata: Baucis verò & Philemon, dum vivebant, ſacerdotes in eodem fuerunt: poſt mortem in arbores ſunt converſi, ut copioſe deſcribit Ovidius lib. 8. Metam.

Bavius, & Mevius ineptiſsimi poëtæ fuerunt, & malevoli, Auguſti temporibus, qui Vergilio ſuam gloriam invidērunt. De quibus Vergilius ipſe in Bucol.

» Qui Baviũ non odit, amet tua carmina Mevi.

Beatrix, virgo Romana & martyr ſub Diocletiano, Fauſtinum & Simplicium item martyres fratres, quos prius tumulavit, pòſt paulò eodem ſupplicio ſecuta, quòd prædium cuidam potenti vendere noluerat. Hæc enim dives erat, ac unà cum beata Lucina occiſorum corpora in agro ſuo condebat. Author Volat.

Bebrycium ſive Bebryacum, vel Bebriacum, vicus eſt inter Cremonam & Veronam, qui vulgò dicitur Labina, clarus duabus cladibus Romanorum. In eo Vitellius cum Othone conflixit. Cornel. Tacit. Eo die quo Bebryaci certabatur, avem inuſitata facie apud Regium Lepidi celebri luco conſediſſe in colle memorant, nec deinde cœtu hominum aut volantium alitum territam pulſamve, donec Otho ſe ipſe interficeret. Hinc Bebryacenſes dicti ſunt.

Bebryces, ut ſcribit Strab. vel ut alij Bebrycij, Aſiæ populi ſunt, à Bebryce filia Danai.

Bebrycia, (βεβρυκία) regio, ut Salluſtius docet, maior Phrygia dicta eſt, quæ poſtea Mygdonia, deinde Bithynia à Bithyno rege appellata eſt. Bebryces populi eiuſdem regionis, quos Strabo Thraces fuiſſe putat. à qua Bebrycius, a. um. ut, Bebrycium nemus & Bebryx. ycis. pen. indifferente. Valerius Flaccus lib. 2.

» Bebrycis & Scythi procul inclementia ſaxi.

Beda, natione Anglicus, ob vitæ modeſtiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit ſub Ioanne ſexto pontifice, cum Saraceni in Africa ſolventes Hiſpaniam invaſerunt: ex quo Beda literis princeps ad eam recuperandam ſollicitavit: Græcè Latinèq; eruditus fuiſſe traditur. Scripſit in Acta Apoſtolorum, in Lucam, edidit librum de temporibus, & Homilias, quibus Gallici ſacerdotes frequenter utuntur. Fratres habuit Strabonem, & Amymonem, doctos etiam viros, quorum alter homilias quaſdam non ineruditas, alter in Geneſim ſcripſit. Bedæ corpus Genuæ condi-

tum eſt. Author Volaterranus.

Beduini, ex Arabũ, ac Saracenorum ſecta, alijs addicti opinionibus ſunt, quapropter hæretici ſunt appellati. Ii nulla ratione, inermesq; unà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem uitari non poſſe, fatoq; omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellicibus, Solem orientem adorant. Volaterranus.

Beelphegor, (βεελφεγὼρ) interpretatur uir habens hiatum, uel deus hians, uel ſimulacrum ignominiæ. Idolum fuit Moab uocabulo Baal, ſiue Beel, ſuper montem Phlegor, quem Latini Priapum ferunt.

Beelzebub, (βεελζεβὸβ) idolum fuit Accaron, quod in Regum uolumine uocatur idolum muſcæ. Beel ipſe eſt Bel ſiue Baal, zebub, muſca, & interpretatur uir muſcarum.

Beemoth, ex Hebræa uoce Latinè animal ſignificat. Ideo autem diabolus Beemoth: id eſt animal dicitur, quòd de excelſis ad terrena decidit, & pro merito ſuo, ut animal brutum effectus ſit, ipſe eſt & Leuiathan.

Bela, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis uectigalibus immunes fecit. primus Byzantios nummos, argenteamq; monetam percuſſit. Deceſſit tandem equo lapſus, fractusq; membra, poſt annos regni tres, ſepultus in cœnobio S. Seruatoris ab eo conſtituto. Fuêre quatuor huius nominis Pannoniæ reges, ut author eſt Volaterranus lib. 8.

Belgæ, (βέλγαι) Galliæ populi per quindecim gẽtes diuiſi, intra Rhenum ac Migerim, uergentes in Oceanum: à quibus regio Belgica tertia Galliæ pars dicta eſt, quaſi bellorum gens, ubi uehicula quædam primum inuenta fuere, quæ eſſeda dicuntur. Vergil. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo.

Belial, (βελίαλ) apud nos dicitur abſq; iugo, uel abſq; domino: unde diabolus uocatur Belial, quaſi apoſtata & abſque iugo.

Belides, dicuntur quinquaginta filiæ Danai filij Beli Priſci, & fratris Aegiſthi (quem alij Aegyptum uocant) Has cum peteret Aegiſthus frater filijs ſuis, cui totidem erant numero, in uxores, Danaus deſpondere noluit: didicerat enim ex oraculo, ſe à genero interfectum iri. Quapropter ut fratris nuptias recuſaret, ſeceſſit Argos. Sed poſtea coactus à fratre, promiſit ſe eius petitioni ſatisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias ſubornauit, ut clàm ſe cultris armarent, & uiros iam uino lætitiaq; ſopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tempore necarunt uiros, una quæq; ſuum, excepta ſola Hypermeſtra, quæ Linceo ſeu Lino uiro ſuo pepercit, à quo poſtea Danaus poſtquam regnaſſet annos quinquaginta interfectus eſt. Quapropter dicunt reliquas ſorores, quæ & Danaïdes & Belides uocantur, ob tale nefas apud inferos hoc aſſiduo agitari ſupplicio, ut haurientes aquas implere conentur urnas abſq; fundis. Ouid.

» Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ,
» Aſſiduè repetũt, quas perdant Belides undas

Bellerophontes. βελλεροφόντης. ſeu Bellerophontis. fuit Glauci regis Ephryæ filius (ſunt tamen qui Neptuni faciant) inclyto decore conſpicuus, & uirtuis maximæ. Hic cum à Sthenobœa uxore Prœti de coitu interpellatus eſſet, ueritus hoſpitalis Iouis iram, laſciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulſa mulier, uiro innocentem hoſpitem accuſauit, qui hoſpitij iure motus, illum domi non interficere ſuſtinuit, ſed datis codicillis ad Iobatem (quem alij Ariobatem, alij Heurien nominãt) ſocerum in Lyciam illum miſit, quibus ſcribebatur ut occideretur. Lectis ergo codicillis Iobates ut clàm ulciſceretur crimen, ad domandos Solymos Bellerophontem miſit, putabat enim fore ut in pugna caderet: quos ille facile deuicit. & cum multis alijs eum periculis obiecisſet, ille uero ſemper uictor rediſſet, tãdem ad perimendam Chimæram miſit. Bellerophon itaq; ſumpto à Neptuno Pegaſo equo ad monſtrum illud euolauit, atq; occidit. Quapropter rex iuuenis uirtutes admiratus, alteram filiam Archimẽ cum regni parte illi in uxorem dedit ex qua filios ſuſcepit Iſandrum, Hippolochũ, et Laodamiam, quod Sthenobœa audiens, ſibi ipſi mortẽ conſciuit. Porrò cum Bellerophontes ex rerum felici ſucceſſu ſuperbiens, in cœlũ cum Peſago uolare tẽtaret, Iupiter hanc audaciã ægrè ferẽs, œſtrũ Pegaſo immiſit, à quo agitatus Bellerophontem excuſſit, ceciditq; in campũ, qui poſtea Aleius appellatus eſt. Pegaſus aũt à Ioue

inter

inter ſidera relatus eſt. Hic primo Hipponus, poſt ab interfecto Corinthiorum primate Bel lero, Bellerophôtes dictus eſt. Declinatur quoque ſecundũ primam declina. ſicut Anchiſes. Inde fit adiect. Bellerophontæus.a.um.

Bellona, (ῶνα) pen. pro. bellorũ dea, Martis ſoror, cui proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant, ante cuius templũ columella erat, quæ bellica dicebatur, ſuper quam hoſtiam iaciebant, dum indicebatur bellũ. Vocatur etiam Enyo & Pallas. Verg. 9. Aen.

Quã cũ ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

Belus. βῆλος. per ſimplex l, nomen propriũ regis Aſſyriorum, & pater Nini, qui primus regnauit, & poſtea dictus eſt Bel, unde Beelzebub. Nam eorum lingua Sol, Bel dicitur, unde & Belios. Ergo addita digamma, facta deriuatione à Sol, regi nomen impoſuũ. Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, ubi primo compertum fuiſſe uitrum Plinius ſcribit. lib. 6.

Belus Priſcus, filius fuit Epaphi, uel ut alij Neptuni & Libyes, qui primus apud Aſſyrios regnauit, cui etiam templum ædificarunt, eumq; ſub Saturni nomine ſacris et uario cultu honorarunt.

Belus, alius fuit Phœnicis, uir militaris ſciẽtiæ peritiſſimus, qui Cyprios Phœnicũ littus infeſtantes piratica ſubegit, ut eſt apud Verg. li. 1. Aeneid. Genitor tum Belus opimam

» Vaſtabat Cyprũ, &c. Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Seruius. Hinc patronymicum

Belides & Beliacus.a.um. poſſ. apud Calentium: ut, Beliaca Cyprus.

Beli plures fuerunt, quorũ primus Epapho natus eſt Aegyptio rege Iouis & Iſidis filio. ſiue ut placet Euſebio, Iſidis & Telegoni cuiuſdam, cui poſt Apidis mortem Iſis nupſit regnante Cecrope. Is Priſcus dicitur, ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis, cui templum Babyloniæ ædificatum eſt. Ex Belo Priſco, Danaus & Aegyptus (unde regia nomen accepit) & Agenor geniti. de quibus ſuprà in dictione Belides.

Bembia, uicus eſt Nemeæ, unde Nemeaus leo à poëtis Bembinatis belua dicebatur. Plaut. in Milit. Bembinatidis belluæ inſtar, id eſt Nemei leonis inſtar. Vide Bembinadia.

Bembinadia, Plinio li. 4. ca. 6. nomen quo regio Nemæa uocitata eſt. Hoc autem in loco contendit Hermolaus, Bembinadia non Bembina legendum. Cuius uerba hæc ſunt, Legendum eſt Bembinadia. fuit enim uicus Bembina, undè Nemæus leo à poëtis Bembinites dictus. Sed & in Plautino milite, ubi dicitur, Bombamatides clutum inſtar, cogitent legentes an emendandũ ſit, Bembinatidis beluæ inſtar, hoc eſt, Nemæi leonis inſtar. Vid. Bẽbia.

Benedictus, patria Nurſinus, primo Sublacum ſeceſſit, ubi ordinem monachorum inſtituit in Italia primum, quẽ antea Baſilius in oriente conſtituerat. Deinde cum à frequentibus adiretur, uitandæ gloriæ gratia, Caſinum uenit, ubi templum Apollinis Ioanni Baptiſtæ dedicauit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi uaticinij gratia dicitur incognitus ueniſſe, ſeruo præmiſſo cultu regio, ab eoq; patefactus fuiſſe. Deceſſit Caſinij Benedictus ubi & ſepultus cum Scholaſtica ſorore, imperante Iuſtino ſeniore. Fuit et alter eiuſdem nominis, eodem ferè tempore quo ſuperior Benedictus, qui à Gregorio tertio memoratur in dialogo. Viuebat monachus in Latio, XL. ab Vrbe lapide.

Benacus. Βήνακος. pen. pro. lacus ciſalpinæ Galliæ, cuius littori Salmidũ Brixianum oppidũ adiacet. Hunc aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces, quos indigenæ Carpiones uocant nuſquam alibi repertos. Ex hoc Mintius fluuius excurrit in Padum.

Beneuentum. βενεούεντον, Suid. βενεβεντός. Campaniæ urbs, cum eò colonia deduceretur, boni ominis gratia uocari cœptũ. Nam antea Maleu ntum uocabatur. Hæc urbs à Diomede condita fertur, apud quam 10. millia Samnitum cæſa fuerunt. Sulpitio & Petilio conſulibus. Horat. 1. Sermo. Saty. 5. Tendimus hinc rectà Beneuentum, ubi ſedulus hoſpes, &c.

Birecyntia (inquit Serui.) mater deûm, dicta à monte Phrygiæ Berecyntho, cuius ultima ſyllaba caret aſpiratione, quam addimus quoties montem Deli Cynthũ dicimus. Eſt aũt tenuis iſta diſcretio, quibus nominib. ſubtrahi debeat aſpiratio. Nam ecce, Ripæi montes Arcadiæ, non ſcribuntur cum aſpiratione: quam addimus cum Riphæos montes Scythiæ ſignificamus. Hæc Seru. apud Verg. 9. Aen. Ipſa

Deûm

Deûm fertur genitrix Berecyntia, &c.

Berecyntus, mons Phrygiæ eſt, & nomen oppidi in quo mater deûm Cybele priſcorum ritu colebatur. unde Berecyntia, etiam dicta eſt. Plinius lib. 16. βερέκυντος.

Bergion & Albion, uide ſuprà in Albion.

Berillus Boſtrenæ urbis Arabiæ præſul, cum plura rectè pro religione ſcripſiſſet, ad extremum omnia corrupit, peregrina quædam & procul à ueritate adducens. Quare præſules non pauci conuenere diſceptationis gratia, inter quos Origenes ita errorem eius confutauit, ut redire eum ad ſanitatem compulerit. Ex Euſebio lib. 6.

Bernardus, abbas inter Burgundos nobili ortus genere, anno ferè uiceſimo ſecundo ætatis, ſub abbate Stephano, qui tertius fuerat in cœnobio Ciſtercienſi, paulò antè inſtituto, unà cũ triginta ſocijs monachum profeſſus, doctrinæ, uitæq; laudata fama adeò profecit, ut Clarauallenſi cœnobio tunc primum Roberti uiri illuſtris impenſa conſtructo, præpoſitus ſit, cui annos triginta ſex præfuit. Plura reliquit ſcripta: cõmentarios in Cantica, Cõſiderationes diuinæ contemplationis ad Eugeniũ pontificem, unde Pontificij muneris ratio ducatur, uarias inſuper epiſtolas, ſermones etiã in diebus ſolennib. habitos. author Volaterr.

Beroë, Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam ſe mutauit Iuno, Semele perſuaſura, ut à Ioue ueram illius formã peteret, qua cum Iunone congredi ſoleret, ut ſuperius de Baccho dictum eſt.

Beronice, (βερονίκη) uel Berenice, es. pen. pro. regina Aegypti, ſoror Ptolemæi, & Cleopatræ. Fuit & alia Beronice, Herodis Agrippæ Iudæorum regis filia, de qua Iuuenalis,

" Deinde Adamas notiſſimus, & Beronices
" In digito factus precioſior, hunc dedit olim
" Barbarus inceſtæ, dedit hũc Agrippa ſorori.

Beronice, ſiue Berenice, Ptolemæi & Arſinoës, filia, quam cum Ptolemæus filius ſororem ſuam in uxorem duxiſſet, nec multis diebus poſt cum exercitu in Aſiam profectus eſſet, uouiſſe Berenicem tradunt, Si uictor Ptolemæus rediſſet, ſe crinem detonſuram, atque eo uoto damnatum crinem in Veneris templo conſecraſſe, qui cum poſtridie non apparuiſſet, ægrè id ferente rege, Conon Mathematicus gratiam rei captans, dixit Ptolemæo crinem inter ſidera uideri collocatum, & quaſdam uacuas figura ſeptem ſtellas oſtendit in cauda Leonis, eaſque crinem eſſe confinxit. Eſt etiam urbis nomen in Syrte maiori locata, quam idem Ptolemæus condidit, & ab uxoris nomine dixit. Silius Berenicis Nominatiuum facit.

" Adfuit undoſa cretus Berenicide miles.

Beronices crines, ſeptem ſunt ſtellæ ad leonis caudam, ueluti in triangulo collocatæ. cauſam lege apud Perottum.

Beroſus, Chaldæus in Aſtrologia clarus, cui ob diuinas prædictiones, Athenienſes in Gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuerunt, ut Plin. refert lib. 7. cap. 37.

Berſabe, urbs in terra Iuda, quæ etiam puteus iuramenti uocata eſt, quia cum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, datis ſeptem ouibus in fœdus, mutuo iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promiſſionis, poſſeſſa à populo Iudæorum, poſtquam reuerſus eſt ex Aegypto, & tenditur uſq; ad Dan, ſpacio in longum 160. milium, ſicut ſcribit Hieronymus ad Dardanum.

Beſſi, populi in Thracia, non procul à Ponto, qui, maximam Aemi montis partem incolũt. Ouid. lib. 4. Triſt.

Betphage. βηθφαγή. pen. pro. Syrum nomẽ, quod interpretatur domus oris, uel maxillæ.

Bethania, caſtellũ Paleſtinæ, Marthæ ac Magdalenæ memoria conſpicuum. Eſt & altera Bethania trans Iordanem, ubi Ioannes quondam baptizabat. Author Volaterranus.

Bethel, urbs Samariæ, quam Iebuſæi condiderunt, quæ prius uocabatur Luza.

Bethleem, (βηθλεέμ) nomen ciuitatis Dauid, quæ alio uocabulo dicitur Euphrata: nunc uiculus eſſe dicitur, qui ab Ioppe quadraginta milibus diſtat. In hac ciuitate ortus atq; cõſumptus eſt Dauid, Ibi etiam dominus noſter ex ſpiritu ſancto genitus, natus eſt. Ibi Rachel occubuit, ubi & ſepulchrum Ieſſe patris Dauid oſtenditur. Eſt autem hic locus in tribu Iuda, ſexto ab Hieruſalem miliario poſitus contra meridiem, in itinere quo pergitur Hebron. Quãdo autem Iacob ibi pecora ſua pa-

uit,

uit, loco Bethleem nomen impoſuit, quod domus panis interpretatur, propter eum panem, qui ibi de cœlo deſcendit. Hinc Bethleemitæ, pen. pro. dicti ſunt eius incolæ.

Bethſaida, (Βηθσαϊδὰ) piſcina in Hieruſalem, quæ uocabatur probatica: & à nobis dici poteſt domus pecudum, ſiue pecualis, quia hoſtias in ea quondam ſacerdotes lauabant. Eſt & nomen ciuitatis Galilææ, à qua Petrus & Philippus ortum habuere.

Bias, antis. (βίας) Prieneus, unus è ſeptem ſapientibus Græciæ fertur in cauſis orandis acutiſsimus fuiſſe. Cum patriam captam fugeret, nihilq́;, ut cæteri, exportaret, roganti cauſam, illud uulgatum apud Ciceronem reſpondit: Omnia mea mecum porto: nam fortuita bona non putabat ſua.

Biberius, Tyberij agnomen per deriſum, propter nimiam uini auiditatem.

Biblis, idos, filia Mileni & Cyanes, quæ cum fratrem Caunum miſerè deperiret, eiusq́; concubitum non poſſet aſſequi, laqueo gulam fregit, ut teſtatur Ouid. de Arte,

» Biblida quid referã? uetito quæ fratris amore
» Arſit, & eſt laqueo fortiter ulta nefas.

Sed lib. 9. Metam. aliter hanc fabulam recenſet, inquiens: Cum Biblis fratrem ſuum Caunum perdite amaret, eiq́; ardorem ſuæ libidinis detexiſſet, ipſe deteſtandam ſororis concupiſcentiam aſpernatus fugam arripuit, quem illa amoris impatiẽs ſtatim ſecuta eſt, & poſtquam omnem Cariam, Lyciamq́;, & Lelegas peragrauit, labore & dolore uicta conſedit, multas effundens lachrymas, quapropter Naiadum commiſeratione in fontem ſui nominis permutata eſt. Ouid.

» Sic lachrymis cõſumpta ſuis Phœbeia Biblis,
» Vertitur in fontem, qui nunc quoq; uall b. illis
» Nomẽ habet dominæ, nigráq; ſub ilice manat.

Bicurgium, urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Erfordia, Erdfurt.

Bigerra, Hiſpaniæ ciuitas eſt Ptolemæo, cui uicina eſt Setabis urbs, lino tenuiſsimo nobilitata: unde ſudaria Setaba à Catullo commemorata. uulgò Beyer.

Bilbilis, ciuitas eſt Hiſpaniæ Celtiberiæ, unde Martialis poëta fuit oriundus, à Bilbili fluuio ei propinquo, ſic dicta. Martialis,

» Videbis altam Licine Bilbilim
» Equis & armis nobilem, &c. Βίλβιλις.

Bion, (Βίων) Boryſthenites philoſophus fuit, & ſophiſtica callidus, qui philoſophiam uario orationis flore ueſtiuit. Fuere & alij Biones nouem, ut teſtatur Laërtius. Fertur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluuie uorauerat: Terra Amphiaraũ abſorbuit, ſed terram tu.

Biſaltæ, populi Scythici, qui fugientes equorum ſanguine aluntur lacte permixto: de quibus Verg. lib. 3. Georg.

» Biſaltæ quo more ſolent acerq́; Gelonus,
» Cum fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarum.

Plini. Libera gens Biſaltæ à fluuio Biſalte, ſiue à Biſalto Solis & Terræ filio, ubi lepores duplici iecore ſunt.

Biſtonis, (Βιστονὶς) pen. cor. ciuitas & ſtagnum in Thracia, Abderæ urbi propinquum, à quo Thracia Biſtonia dicta eſt. unde Biſtonius, a. um. & Biſtonicus, a. um. quod Thracem ſignificat, ſicut ab Ionia, Ionius, & Ionicus. Ouid.

» Feſſaq́; Biſtonia membra lauabis aqua.

Similiter Biſton, unde Thraces, teſte Solino, dicuntur. Idem,

» Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit.

Sunt qui uelint & ſtagnũ & prouinciã à Biſtone rege nomẽ accepiſſe. Vide in Abdera.

Bithynia, (Βιθυνία) regio minoris Aſiæ ad Pontum ſita, aduerſa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ, ut Solinus ſcribit & Seru. primum Bebrycia, poſtea Mygdonia, deinde à Bithyno rege Bithynia dicta fuit. Hæc etiã, authore Euſebio, Pontus eſt dicta. In Bithynia Libyſſa eſt, ubi Annibal ſepultus eſt. Sunt qui ſcribant Thynos populos tranſiſſe ex Europa, & hanc regionem occupaſſe, à quibus Bithyni dicuntur & Bithynia. Claud.

» Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fer-
» tur.

Hinc Bithynus, a. um. pen. prod. & Bithynicus, a. um. Ex Bithynia ferunt uiri in diſciplinis memorabiles, Xenocrates philoſophus, & Dionyſius dialecticus, & Hipparchus & Theodoſius, & filij eius mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Aſclepiades medicus Pruſienſis. Bithyniã Strabo prius Myſos habitaſſe dicit: quod ſanè probare uidetur et Dionyſius poëta, qui dicit Boſphorũ Thraciũ, apud quem Bithynia eſt, Myſium quãdoq; appellatũ. Aſſentitur Herodotus.

tus, qui dicit, Thraces in Aſiam tranſuectos, Bithynios eſſe appellatos, templumꝗ & uaticinium Martis habuiſſe, & à Boſphoro uſꝗ Rhebam flumen regionem tenuiſſe. De his pluribus Herodot.

Bituriges, Galliæ Aquitanicæ populi liberi, ut ſcribit Plinius lib. 4. cap. 19. Hi uno die uiginti urbes incenderunt, ut Cæſarem commeatu & pabulatione prohiberent. Horum oppidũ Auaricum, cuius Cæſar in commentarijs meminit. Hi dicuntur etiam Cubi, authore Plinio: item Ioſci, ut ait Strabo. Lucan. lib. 1.

» Et Biturix longisꝗ leues Axones in armis.

Biumbres, (ἀμφίσκιοι) populi ſunt quicunꝗ inter Tropicos habitant ad meridiem. quandoque enim incidentes habẽt umbras, cum à meridie ſol ad gnomonem accedit rectũ, ad ſubiacens planum: quandoꝗ aũt in aduerſum, cũ ſol in aduerſum conſiſtit. Verba ſunt Strab. 2.

Bizen, ciuitas Thraciæ. Stephanus, βιζύη, πόλις θράκης, τότων ἄσυ βασίλειον. Plinius libr. 4. Bizian uocauit: Bizia, inquit, arx regum Thraciæ, à Terei nefaſto crimine, inuiſa hirundinibus, non quod illic facinus patratum ſit (in Daulide enim Phocidis oppido contigit) ſed quod ea Terei patria fuerit, teſtibus Thucydide & Pauſania. uide Byzantium.

Blacna, Ponti regio ſatis ferax, per quam Amnias flumen illabitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præſens, ſed per imperatores: unde ille cum paucis domum fugiens ſeruatus eſt, & inde in Italiã nauigauit. Verba ſunt Strabonis lib. 12.

Boëmia, Myſiæ Europæ regio ultra Danubium ſita: ſic dicta à Bemis, quos Ptolemæus in ea parte gentem maximam eſſe dicit. Huius regionis latitudo, longitudini par, trium forte dierum iter, ſylua Hercynia undiꝗ cincta, Albi fluuio media irrigatur, à quo Albicolæ dicuntur, ab oriente Moranos, ab Arcto Saxones, ab occidente Noricum à meridie Auſtriam & Bauariam habet. Plura Aeneas Syluius, qui Boëmorum hiſtoriam ſcripſit.

Boëmiæ, metropolis eſt Praga inſignis ciuitas. Dicta Boëmia à Boëmo principe. opulentiſſima eſt, arboribus fœcunda, fluminibus irrigua. Hanc nonnulli Germaniæ partem eſſe dixerunt. Quidam:

» Te duce Pannonij ſæuos fregẽre Boëmos.

Bœotia, non Boëtia, ut Hermolaus unà cum Politiano ſentit, qui ſe uidiſſe Antonini itineris uetuſtum codicem aſſerit, in quo ita ſcriptum erat, Bœotia Aulis in qua Græci aduerſus Troianos conſpirauerunt, ſed & ratio exigit Græca, apud quos βοιωτία ſcribitur, nec aliter. Eſt autem regio Europæ, dicta à boue, quẽ Cadmus Agenoris filius, Thebarũ conditor, in mutandis ſedibus ex oraculo ducem habuit, quẽ eundem & immolauit, antequam urbem conderet. Ouid. Mœnia fac condas Bœotiaque illa uocato. Diodorus (al. Dionyſius.) uero appellatam ſcribit à Boëto (al. Bœto duabus ſyllabis) quem Neptunus genuit ex Arneſilia Aeoli. In ea Thebæ ciuitas quam Amphion muris ornauit, & mõs Cithæron. Sunt etiam qui ex ingenij pinguedine ſic uocatos putent Bœotos, inde Sus Bœotica apud Pindarum, prouerbium: & apud Plin. Hyantis, ob eandem cauſam, uel ab Hyante rege appellata eſt. Vocabatur porrò Aonia, & Meſapia, et Ogygia, ab Ogyge antiquiſſimo rege ei regioni primum dominante: & Cadmeis, ut ſcribit Thucydides. Authores Pindarus, & Plin. li. 4. ca. 7. Bœotorum res copioſe Pauſanias & Diodorus li. 5. tradiderunt. Eius quoꝗ deſcriptionem uide apud Strab. li. 9. Hæc in longũ ad Atticam ſe protendens, triplici alluitur pelago, Peloponeſiaco, Siculo & Adriatico, totidemꝗ in his partibus colones habet, pluribusꝗ abundat portubus. Hinc Bœotij eiuſdẽ regionis populi.

Boëtius, Zenone imperante ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege exilio damnatus, deinde cuſtodiæ traditus plura conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho ſenatore ſocero ſuo, alijsꝗ præſtantibus uiris interficitur, ut eſt author Euſebius.

Boij, populi Galliæ Ciſalpinæ, inter Padum & Trebiam ſiti. Hi ſæpiſsimè olim ſuam ſedem mutarunt, ut author eſt Strabo libro. 7. hodie Boiarij & Bauari. Mantua.

» Tunc Celtæ, Boijꝗ truces, ex alpib. diis.

Bolingæ, populi, ſunt Aſiæ, Plin. libr. 6. cap. 19. uulgò Rachelſpurg.

Bomilcar, filius Amilcaris ducis, Pœnorum & ipſe

ipſe dux, ueniens in ſuſpicionem Carthaginenſibus, ne & ipſe cum Agatocle conſpiraret, in medio foro patibulo ſuffixus eſt: unde ille magno animo de cruce in Pœnos clamitando, eorum ingratitudinem, atque crudelitatem tam in patrem ſuum Amilcarem, quàm reliquos duces exprobrando, expirauit. Trogo Pompeio authore libro 11.

Bona dea, (μεγάλη θεὸς) quam ueteres Faunam ſiue Fatuam, ſiue Sentam dixere, hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illā dum uixit præter uirum, mas uiderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi ſolæ mulieres Romanæ noctu in operto ſacrificabant, & Bonam deam appellabant. Vide Alexandrum ab Alexandro lib. 6. cap. 8. Quidam putant hanc Proſerpinam eſſe, & idcirco ei porca rem diuinam fieri, quia ſegetem, quam Ceres mortalibus tribuit, porca depaſta eſt.

Bonauentura, Franciſcanus theologus, ex oppido Bagico regio, ob uirtutem & commentarios editos, in Cardinalium numerū ex generali (quo nomine, ut peculiari, utuntur Franciſcani) à Gregorio decimo relatus eſt. Habitū quo nunc utuntur Franciſcani cardinales, inſtituit, cum prius aliorū cardinaliū modo incederent. Dum priuatus eſſet, ne gratis uictitaret, ſacros aliquot libros ſcriptitare ſolebat, ac cuſtodi tradere mercedis loco uenundandos. Poſtremò à Xiſto IIII. in catalogum relatus eſt. Huius poſtea libros in epitomen redegit Guilielmus Fulginas eiuſdem ordinis. Author Volatera. Fuit item Bonauentura alter eiuſdem ordinis Patauinus cardinalis S. Cæciliæ factus, ſub Ioanne 22. doctrinæ ſanctitatem adiecit, ut q̄ pro martyre ferè colatur, à Carranenſi principe ſagitta peremptus, dum eccleſiæ libertatem contra tyrannos tuetur. Vtriuſq; author Volaterranus lib. 21.

Bonifacius, Romanus apud Tarſum Aglaes diuitis uiduæ res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, cæteriſq; moribus infamis. Factus repente alius, martyriū ſub Diocletiano ſubijt, relatuſq; deinde à ſeruis Romam, eiq; templum in Auentino dicatum, quòd & Alexio poſtea commune fuit. Alius fuit Britannicus natione, præſul Maguntinus, apud Phryſios & ipſe martyr, quod iuſſu Stephani ſecundi Pontificis Pipinum Caroli patrem regem oleo ſacro perunxerit.

Bononia, ciuitas eſt Italiæ, nō procul à Pado ſita. Mantua. Qua magna potenſq;
» Imperat Aemilio uicina Bononia Rheno.

Bononienſes eiuſdem incolæ.

Booſcœte, (Βοὸς κοίτη) Helleſponti urbs eſt, quæ Germanicopolis poſtea dicta eſt. Plinius libro 5. cap. ultimo.

Booſura, (βοὸς οὐρα) Latinè ſignificat bouis cauda, urbs eſt Cypri inſulæ, cui uicina eſt Tereta & Palæpaphus, quæ antiquū Veneris templum habet. Author eſt Strabo.

Bootes, tis. uel Bootes. tæ. uel Bootus. ti. βοώτης. à boue deductum nomen, Latinè bubulcus, cœleſte ſydus quod Arctophylax uocatur (ſtellula enim eſt iuxta urſam maiorem) & more bubulci plauſtrum ſequi uidetur. Cicer. 2. de Nat. Deor. Septentriones autem ſequitur Arctophylax, uulgò qui dicitur eſſe Bootes.
» Ouid. Arctophylax formam terga ſequentis
» habet. Iuue. Frigida circumagūt pigri ſarraca Bootæ. Habet quatuor ſtellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gel. li. 2. ca. 21. Aratus, Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra Bootes. Manilius, A tergo uenit Arctophylax, idemq; Bootes. Vide ſuprà Arcas.

Boreas, (Βορέας) frigidus uentus qui ab Hyperboreis montibus inter Septentrionē & exortum ſolſtitialem flat, Latinè uocatur Aquilo, ab intempeſtuoſo flatu, natura ſua nubes diſſipat, & aquas gelu conſtringit. Poëtæ eū Aſtræi filium faciunt, eumq; Hyacinthum puerum amaſſe tradunt, qui etiam ab Apolline diligebatur, uide infrà. Amauit præterea Orithyam Erichthonij Athenarum regis filiā, quam & in coniugem poſtulauit, uerum cum non daretur, ui eam rapuit, ex qua poſtea Zeten & Calain ſuſcepit. Fertur quoq; pulcherrimas Dardani equas adamaſſe, & ex illis duodecim uelociſſimos equos ſuſcepiſſe. Dictus Boreas ἀπὸ τῆς βοῆς καὶ ῥέω, quoniam ut uiolenti flatus eſt, ita etiam ſonori. Verg. 1. Georg.
» Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
» Ouid. 1. Metam. Scythiam ſeptemq; triones
» Inuaſit Boreas, &c. Hinc Boræus & Boreetis, idis.

Boreoſtoma, Danubij fluminis unum ex oſtijs.

Ex

Ex eodem enim alueo & ſuper Iſtropolin lacus gignitur LXIII M. paſſuū ambitu, Halmirm uocant. Secūdum oſtiū, Naracoſtoma appellatur. Tertium, Caloſtoma iuxta inſulā Sarmaticam. Quartum, Pſeudoſtoma & inſula Conopon diabaſis. Poſtea Boreoſtoma & Spireoſtoma. Singula ora & oſtia tanta ſunt ut prodatur in XL M. paſſuū longitudinis uinci mare, dulcemq́ intelligi hauſtū. Verba ſunt Plinij de Danubij oſtijs lib. 4. cap. 12.

Borſippa, eſt Babyloniæ, quæ Meſopotamiæ cōiuncta eſt inter Euphratis cōuerſiones, urbs, Dianæ & Appollini ſacra, in qua maximū lanificium eſt, & maxima ueſpertilionū multitudo, qui longè maiores ſunt, quàm q in cæteris locis capiūtur, et in eſum condiūtur. Ex Stra. li. 16. Huius urbis artificioſi lanificij meminiſſe uidetur Martial. dum ſcribit carmen illud,
» Texta Semiramia quæ uariantur acu.

Boryſthenidæ, populi ad Boryſthenem amnem, authore Pomponio, Tū Boryſthenes (inquit) gentem ſui nominis abluit.

Boryſthenes, quartus Scythiæ fluuius, ad ſtadia ſexcenta nauigabilis, & nō modò Scythicorū fluuiorū longè uberrimus, ſed etiā cæteris uberior præter Aegyptiū Nilum, cū quo non licet aliū comparare. Cæterū uberrimus eſt Boryſthenes paſcua præbēs amœniſſima & accōmodatiſſima pecoribus, necnon optimorū ac ſingularium affatim piſciū. idem ad potandū ſuauiſſimus, liquidus inter turbidos fluens. In cuius quoq; oſtio ingens uis ſalis ſua ſponte cōcreſcit: præbet idem ingentia cete ſpinis carentia. Inde Boryſthenidæ populi Scythici eiuſdem accolæ. Propert. Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas. Eſt etiā Boryſthenes nomē oppidi fluuio adiacentis: itē Inſula & portus in mari Euxino, ad oſtiū Boryſthenis. Hæc ex Herodot. Melp. Vide etiā Pomp. in ipſo exordio li. 2.

Boſphorus. βόσπορος. Græci ſine aſpiratione, & ita ratio uera poſtulat. pen. corr. à bouis meabili trāſitu dictus eſt, propter anguſtias freti, ut Plin. Solinusq́; docēt, quaſi bouis trāſitus. Duo ſunt aūt boſphori, alter iuxta Byzantium, qui Thracius dicitur, oſtiū ponti per quod in Propontidē influit pontus. Hunc boſphorum Valer. Flaccus ſcribit dictū à traiectu Ionis in uaccā deformatæ. Sic enim. li. 4. Argonaut. Iamq́; dies auræq́; uocant rurſuſq́; capeſſunt Aequora, qua rigidos eructat Boſphorus amnes. Alter in introitu Mæotidos paludis, & per quē palus Mæotica in pontū defluit. de quo Oui. Borphorus & Tanais ſuperat Scythiæq́; paludes. Hic etiam Cimmerius boſphorus dicitur, à Cimmerijs populis, qui partem eius frigidiſſimā incolunt. Unde qui terras frigoribus occupatas habuāt, Cimmerij appellantur. De hoc tractatur in dictione Propontis. Inter Boſphorū Thracium et Cimmerium (ut Mart. ſcribit & Polyb.) interiacit milia quingenta. Boſphorus Thraicus teſte Pomp. ſtadijs quinq; Europam ab Aſia diſterminat. Boſphori Thracij latitudo D. paſſuū eſt, quà Darius pater Xerxis copias pōte trāſuexit. Cimmerij porrò MM. D. paſſuum. At inter duos Boſphoros, Thraciū ſcilicet, & Cimmerium, directo curſu, ut author eſt Polybius D M paſſus interſunt. Circuitu uerò totius ponti uicies ſemel centena quinquaginta M. ut author eſt Var. & ferè ueteres. In Boſphoro Cimmerio erat Boſphorus ciuitas, Boſphoropolis dicta: à βοὸς καὶ πορεύομαι, ἢ ἔρχομαι à boue & eo, uado. Lucan. Sic ſtat iners Scythicas aſtringens Boſphorus undas. Hæc ex Plinio lib. 4. cap. 13. ubi copioſiſſimè tractantur.

Bouillæ, arum, oppidū fuit in Latio haud procul ab urbe Roma, uia quæ Ariciā ducebat, ut inqt Aſcō: unde ſuburbanæ dicūtur ab Ouid.
» Orta ſuburbanis quædā fuit Anna Bouillis.
Nam ad Bouillas interfectus eſt Clodius Aricia rediens. Dictum Bouillæ quaſi bouis hillæ, quod eò uulnerata bos ſua trahens meſſina deuenerit. Unde populus Bouillanus dictus eſt. Plin. lib. 3. cap. 5. meminit.

Brachmanes, uel Bracmanæ. βραχμᾶνες. gymnoſophiſtæ & philoſophi apud Indos fuerūt, ut Hieron. libr. 2. contra Iouin. ſcribit, quorum princeps Iarchas nominabatur, eo tempore quo Appollonius Tyaneus diſcendi uiſendiq́; ſtudio ad illos ſe contulerat. Hi ſimulachra cōtemnebant, omni prorſus carnis genere & uini abſtinentes. Eorum philoſophandi genus, ut indicat Strabo lib. 15. non adeò à Pythagoricis præceptis alienum eſt. Adnotauit Porphyrius Platonicus ſapientes Indorū nominatos fuiſſe Gymnoſophiſtas: qui quidem

dem ſi generis ſucceſſione in ſtudio religionis, & ſapientiæ procederent, Brachmanes dicti ſint: qui uerò idem electione profiterentur, Samaneos dictos ait: quorum uitam ſcripſit Bardenaſes Babylonius. Habent igitur ſuos Indi ſapientes, quorũ potiſſimi Brachmanes, quos Apollonius in terra eſſe, & non in terra dixit, ſicut Philoſt. ſcribit lib. 3. ob perpetuam ſcilicet rerum cœleſtium contemplationẽ. Hi mundum dixêre creatũ, corruptibilemq́, & ſphæricum, quem uniuerſum conditor & adminiſtrator omnium Deus peruadat. Noſtram autem uitam nihil eſſe aliud, quàm uiuidũ quendam hominis conceptum: mortem uerò, natiuitatem ad ueram illam & fœlicem uitam his qui rectè philoſophati ſunt. Ex Strabone lib. 15. Horum etiam meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Branchidæ, Apollinis Didymæi ſacerdotes, apud Poſideum oppidum, & promontorium Ioniæ, qui locus (inquit Plin. li. 5. cap. 29.) prius Branchidarũ oraculũ dicebatur, nũc Didymæi Apollinis, quo in loco de Brãcho & Apollinis amore conficta fabula eſt. Strab. lib. 14.

Branchus, ut ſcribit Lactantius, filius fuit Apollinis, ex filia Iaucis & Sucronis coniŭge ſuſceptus, qui cum Apollinis malas deoſculatus eſſet, ab eo captus, coronam & uirgam accepit, cœpitq́ uaticinari, et ſubitò nunquã apparuit: poſt hoc ingens templum eſt ei ædificatũ, quod Branchiadon nominarunt. Idem author alibi dicit Branchum, quendam Theſſalum fuiſſe, ab Apolline maximè dilectum, cui poſt mortem in ſuo templo ſacra fieri idem iuſſit: Apollo Branchiades uocatur. Brãchi meminit Statius lib. 3. The. & Strab. lib. 14.

Brennus, (Βρέννος) dux Gallorum Senonũ fuit potentiſſimus, qui Brenonam Venetiæ urbem ædificauit, quæ poſtea literarũ mutatione Verona dicta eſt. Idem cum trecẽtis armatorum millibus in Italiam irrumpẽs primum Romanos apud Alliam fluuium profligauit, deinde ad urbem pergens, eandem cepit, totamq́ exuſſit, præter Capitolium, in quod nobilior iuuentus confugerat: ſed cum & illud aggrederetur, Romani cum illo conuenerunt, ut acceptis aliquot auri talentis obſidionem relinqueret. Cum igitur aurum penderetur, ipſe dux gladium ſuum uagina educens, & hunc penſari imperauit: ſed cum hoc Romani ut rem iniuſtam recuſarent, atq; ita inuicem cõtenderent, Camillus exul, qui abſens dictator creatus, collectis aliquot legionibus, Gallos ex improuiſo adortus eſt, qui relicto auro, cum maximo ſuorum detrimento fuga ſibi conſulere coacti ſunt. Camillus uerò eos continuò perſequens ex Italia expulit. Poſtremò Brennus Apollinis Delphici templũ prædæ cauſa ingreſſus, ira numinis ſe interfecit. Propert.

» Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Brennum. Vide quoq; Prouerb. Quid niſi uictis dolor. & Camillus.

Briareus, (Βριάρεως) Titanis & terræ filius, ſecũdum alios Cœli & Terræ, gigãtum maximus, quem poëtæ centimanum fuiſſe tradũt, cumq́ cum reliquis gigantibus bellum contra deos geſſiſſe, ſed uictum ad inferos eſſe detruſum, interq́ monſtroſos in ueſtibulo inferni excubias agere Vergilius author eſt lib. 6. cum in-
» quit: Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæq́
» biformes Et centum geminus Briareus, &
» belua Lernæ. Homerus uerò hunc ſummum Iouis fuiſſe amicum oſtendit. Cum enim Iuno, Neptunus, unà cum Pallade & alijs dijs aduerſus Iouem coniuraſſent, & de catena facienda, qua eundem uinctum de cœlo traherent, in domo Nerei patris Thetidis deliberaſſent, Thetis omne conſilium Ioui expoſuit. Quamobrem Iupiter Briareum in cœlum uocauit, quem cũ uidiſſent coniurati, eò quòd fortiſſimus haberetur, ab incœptis deſtitêre, & ſic defenſus eſt Iupiter. Quidã putant hunc Briareum, Aegeona, & Gigen, eundem eſſe. De Aegeone uide ſuprà.

Brigãtes, Hiberniæ populi Ptolemæo, hodie Ganaforda ciuitas.

Brigantium, Hiſpaniæ ciuitas: uulgò hodie Cõpoſtella, oppidum S. Iacobi. Ptolemæo Flauium Brigantium dicitur. Eſt & Brigantiũ, urbs Cenomanorum Ptolemæo.

Briſeis, Hom. Iliad. 1. alio nomine Hippodamia, Phrygia puella, longe formoſiſſima quã Achilles expugnato Lyrneſſo regia Minetis cũ Aſtynome Chryſæ ſacerdotis filia rapuit, Aſtynomẽ poſtea Agamemnoni conceſſit, Briſeidẽ uerò ſibi reſeruauit. Verum quia Chryſeis, quæ & Aſtynome dicitur, & Agamemnoni ſorte conti-

gerat, à patre repetita fuit, communi conſilio reſtituta eſt, ut exercitus à peſtilentia liberaretur, quam Apollinem propter raptũ hunc intuliſſe putabant: quare Agamemnon Briſeida Achilli eripuit, quam rem grauiter ferens, amplius pugnare noluit. Nec unquam potuit precibus aut donis aut minis induci ut pugnaret, donec Patroclum chariſſimũ ſocium in armis ſuis ab Hectore occiſum audiuit. Vide ſuprà in Achilles & in Chryſeis.

Prius inſolentem Serua Briſeis niueo colore
Nouit Achillem.

Britannia, (Βεταννικὴ, Strabo) per duplex nn, inſula in oceano ſeptentrionali, quæ nunc Anglia dicitur: & à Britone rege Britannia dicta, cũ prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam nauigantibus primo apparent. In ea Gargates lapis, qui ardet in aqua, & oleo reſtinguitur. Ibi Londinum oppidum, nunc Londra, copia negotiatorum celebre. Apud Britannos longiſſimus dies 17. horarum deprehenditur, & æſtate lucidæ ſunt noctes, authore Plinio. Et à poëtis dicitur alter orbis. Vide Anglia.

Britannus, Britannicus & Brito, (Βρεταvὸς) eiuſdem ſignificationis ſunt.

Britannicus, nomen propriũ filij Claudij ex Meſſalina, quem primò Germanicum, mox Britannicum nominauit, & quamuis eundem paruulum ſæpius manibus geſtans militibus cõmendaſſet, nihilominus tamen inter cœnãdum ueneno eſt ſublatus.

Britomartis, Nympha fuit Cretenſis, Iouis & Charmes filia, quæ retia ad uenandum inuenit, ex quo Dictynna eſt appellata, quod cauſam præbuit, ut quidam Dictynnam & Dianã eandem eſſe putauerint. Hæc, ut quorundam opinio eſt, à Minoë rege Cretenſi adamata, cũ eiuſdem concubitum aliter fugere non poſſet, de rupe ſe in mare præcipitauit. Vide Vergilium in Cyri, & Britona.

Britona Nympha Cretenſis formoſa, cum perpetuo uirginitatis uoto, uenationi uacaret, ad uim & ſtuprum Minois regis declinandum, ſe in aquas præcipitem dedit. Alijs Britomartis dicitur, ut Diodoro lib. 5. Vide commentarios in Bocatium. Vide Britomartis.

Brixia, urbs eſt Tranſpadanæ regionis, quam Cenomani populi ædificauerunt, qui poſt Inſubres in Italiam uenerũt, T. Liuio, Polybioq́ teſtibus. Eſt & Aſiæ fluuius Plinio li. 6. ca. 17.

Brixillum, oppidum apud Mutinam Plinio ponitur lib. 3. ca. 15. in deſcriptione octauæ regionis Italiæ.

Bromius, (Βρόμιος) uocatur Bacchus ἀπὸ τοῦ βρόμου, id eſt, à ſtrepitu & ſono. Ouid. lib. 4.

Thura dabant, Bacchumq́ uocant, Bromiumq́
Lyæum. Vel ἀπὸ τοῦ βρέμειν, id eſt à fremendo: uel à βροντῆ, tonitru, eò quòd natus ſit cum tonitru, eius genitrice perempta.

Brontes, Steropes & Pyracmon, Cyclopes fuere inſigniores, Neptuni ex Amphitrite filij (licet Heſiodus Cœli & Terræ dicat) qui Vulcano attributi, ſub eo apud Liparam inſulam, Ioui fulmina conficiunt. Dictus Brontes ἀπὸ τῆς βροντῆς, id eſt, tonitru. Steropes ἀπὸ τῆς στεροπῆς, id eſt à fulgure. Pyracmon, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος, id eſt, ab igne & incude, quaſi ignita incus. (nitru.

Bronteus, dictus eſt Iupiter à βροντῆ, quod eſt to-

Brotheus filius Vulcani & Mineruæ, deformis facie, ob quam dum pleriſq; eſſet riſui, animi dolore ſe in rogum coniecit. Ouid. in Ibin,

Quodq; ferunt Brotheũ feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſo mẽbra cremanda rogo.

Brunduſium, (Βρεντέσιον) ciuitas quæ à Plinio ponitur in tertia Italiæ regione, à Græcis condita: ſic dicta quod Meſapiorum lingua Brunduſium cerui caput dicatur. Sic enim eſt ciuitas cum portu capiti ceruino perſimilis, cum cornua, & caput, & linguam habere uideatur. Ex hac Pacuuius poëta ortum habuit. Lucan. lib. 2.

Brunduſij tutas conſcendit Magnus in arces.

Brutij, (Βρέττιοι) Italiæ populi ultimi Siciliam uerſus, Lucanis uicini: dicti quaſi bruti & obſcœni ſint. Vel, ut Strab. lib. 6. ait, Brutij Lucanis dicuntur rebelles & transfugæ, ut etiam ſequentia indicant. Fuerunt autem Brutij ſerui & paſtores Lucanorum, qui inde aufugére & furtim in regione conſederunt, ubi Conſentia eſt, quæ fuit eorum metropolis, quam regionem prius Auſones habitauerunt. Hi multo poſt tempore & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam penè deleti fuere, ſine dignitate, ſine honore, ad ſeruilia opera

ſemper

ſemper coacti. Hæc regio, ut author eſt Strabo lib. 6. Oenotria quondam dicta fuit. Supra Cõſentiam eſt Pandoſia, ubi Moloſſorum rex Alexander trucidatus eſt. Eſt & Rhegiũ ciuitas olim potentiſſima. Brutiani à Brutijs dicti, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant, eò quòd hi primum ſe Annibali tradiderunt, & cum eo perſeuerauerunt quouſque ex Italia diſcederet.

Brutus, nomen fuit multorum Romanorum, Iunius Brutus primus fuit cõſul Rom. qui reges expulit, urbemq́; ab eorum imperio liberauit. De hoc Verg. lib. 6.

» Animamq́; ſuperbam Vltoris Bruti, &c.

Alius fuit M. Brutus, qui adiuuante Caſſio Iulium Caeſ. in ſenatu interfecit, poſtea uerò in bello ab Auguſto uictus, ſibi mortem cõſciuit.

Bryſea, urbs Aoniæ, à qua Bacchus Bryſeus cognominatus eſt, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryſeum dici putant ab antiquo uerbo βρύω, quod eſt ſcaturio: quoniam ex aluearibus mella, uel ex uitis muſta exprimere primus docuit. Alij Byrſeũ potius quàm Bryſeum uolunt cognominatum, à byrſa pelle quam in bello induebat. Nam apud Diodorum lib. 5. Bacchum in prælijs pardalorum pellibus uſum conſtat. Byrſa autem corium ac tergus ſignificat.

Bubaſtis, Aegypti urbs, in qua Dianæ, quam Bubaſtin nominant, clariſſimum fuit templum, & inter cætera maximè ſpectabile, ut in Euterpe ſcribit Herodotus, ubi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianæ. Hinc Bubaſtites. penult. prod. præfectura. Aegyptus enim diuidebatur in præfecturas oppidorum quas nomos uocant. In ea urbe religioſiſſimè olim colebatur Iſis, quæ ab ea Bubaſtis appellatur. Ouid. lib. 9.

» Cum qua latrator Anubis, ſanctaq́; Bubaſtis.

Hæc Straboni, Ptolemæoq́; uocata eſt Heroũ ciuitas, quibus etiam Bubaſtus ſcribitur.

Bubaſus, Cariæ regio eſt, cuius mulieres ab Ouidio uocantur Bubaſides, cum inquit libro 4. Metam. Bubaſides uidere nurus, &c.

Bucephalus, equus Alexandri Magni, ſic à latitudine frontis dictus, (uel ab aſpectu toruo, uel ab inſigni taurini capitis armo impreſſi) quo ſemper Alexander in certaminibus utebatur. Erat enim bellator optimus. A quo Bucephalia, urbs Indiæ dicta, quam Alexander condidit, dixitq́; ex nomine ſui equi Bucephali, eo ipſo in loco ſepulti. Author Strabo lib. 15. & Plin. lib. 6. cap. 20. Eſt & Bucephalus Achaiæ portus, ut idem Plin. lib. 5. cap. 4. Hic portus ab alijs Bucephalus, ab alijs Bucephalon dicitur.

Buda, Vngariæ metropolis, quæ thermas habet ſubtus urbis mœnia, inter occaſum & ſeptentrionem, haud ita longè à Danubij ripa, ex humili colle fonte duplici ſcaturiẽte: quorum alter frigidiſſimus odore ſulphureo: alter ita calidus, ut digitũ immerſum tenere nequeas, utriuſq́; uberrimo effluxu. Calidus autem, piſces ferè palmares alit non paucos, in feruentibus undis oberrantes: quorum tamen dum coquuntur, ſapor nullus extet. Hæc Vadianus Pomponij interpres. Buda uulgò hodie Ofen, Curta Ptolemæo dicitur.

Budorgis, urbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Vratislauia, uulgò Breeſzlau.

Budoris, urbs Germaniæ, Ptol. authore: uulgò Heidelberg. ſub ditione comitis Palatini.

Bunitium, urbs Germ. apud Ptol. uulgò Sund.

Bupalus & Anthermus, Anthermi Chij filij, Plinio libro 36. cap. 5. clariſſimi ſculptores fuere. Hi quia Hipponacti poëtæ notabilis uultus fœditas erat, imaginem eius laſciuia iocorum propoſuêre ridentiũ circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe. Vnde Horatius in Epodis, Ode 6.

Qualis Lycambe ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.

Burgundia, Galliæ prouincia Celticæ, ducatus titulo inſignis, cum antea ſub regibus fuerit: à qua Burgundi & Burgundiones

Burgundiones. Plin. libro 4. cap. 14. inter genera Germanorum ponit: ſic enim ſcribit, Genera Germanorum quinq́;, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones.

Buſiris, (Βούσιρις) pen. prod. Deus lini appellatus. Ouidius lib. Hero.

Si te uidiſſet cultu Buſiris in iſto.

Statius tamen corripuit lib. 12. Theb. Non trucib. monſtris Buſirim infandumq́; dediſti.

Huius genitiuus eſt Buſiris, uel Buſiridis. Eſt & Buſiris nomen urbis in Aegypto à Buſiride condita, in qua fuit templum magnum Iſidis, quæ quidem urbs ab Aegyptijs Solis urbs, à Græcis uerò Thebæ dicitur. Hinc Buſirica præfectura.

Buſiris, Neptuni filius, ex Libya Epaphi filia ſuſceptus, ut in lib. temporum ſcribit Euſebius. Hic autem, ut ait Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei, regnante Danao Argiuis, rex, uel potius tyrannus, Aegypti crudeliſſimus, qui ſuis dijs hoſpites immolabat. Ad extremũ ab Hercule, cui eaſdem inſidias parabat, unà cũ Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & miniſtris aræ, in qua hoſpites immolabat, interfectus eſt. Huius laudes ſcripſit Iſocrates: proinde illaudatus dictus eſt Vergilio, non qui laudatus non ſit, ſed qui laudari non meruerit. Verg. Georg. lib. 3.

Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridas aras? Ex Seruio.

Butes ſiue Buthes, filius fuit Amyci, Bebryciorum regis, qui ob ſæuitiã patris ab Argonautis cæſi regno pulſus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi à Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt, à qua cum ob formæ, morumq́; & ætatis elegantiam diligeretur, eius concubitu uſus Erycem filium ſuſcepit: & quoniam Lycaſte ob eximiam pulchritudinem Venus uocabatur, datus eſt locus fabulæ, Buthen uidelicet ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. Porrò Verg. lib. 5. Aenei. Buthen à Darete iuxta tumulum Hectoris occiſum dicit. Alius fuit Buthes Troianus, à Camilla occiſus, ut teſtatur idem author li. 11. Eſt & Butes, Scytharũ fluuius, cui propinqui ſunt Agathyrſi & Sarmatæ. Tortelius.

Butrotum, urbs eſt Epiri in Theſprotijs, in qua regnauit Helenus Priami filius, de quo infrà. Verg. lib. 3. Aeneid.

» Et celſam Butroti aſcendimus arcem.

Byblis, parua maris mediterranei inſula eſt cum oppido, alio nomine Melos dicta. Eſt etiã puellæ nomen de qua ſuprà.

Bycus, fluuius Sarmatiæ in Europa, Ptolemæo authore. Hodie Buges uocatur.

Byrſa, Strab. lib. 17. arx fuit in media urbe Carthaginenſium, in cuius uertice Aeſculapij templum erat, quod Aſdrubalis uxor capta urbe ſecum concremauit. Huius autem nominis origo cum ex Seruio, tum ex alijs talis eſt: Apulſa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba Getulorum rege pelleretur, petijt callidè ut emeret tantum terræ, quantum poſſet bouino corio occupare, quod cum permiſiſſet, corium in tenuiſſima fruſta ſectum tetendit, occupauitq́; ſtadia XXII. Itaque oſtenſis theſauris ſuis ſocijs, eiſq́; animatis, ciuitatem conſtruxit, quam poſtea uocauere Carthaginem. Arcem uerò à bouino corio, quod ſic uocitant Græci, Byrſam nuncupauit (uel ſecundum alios, & arcem & urbem ipſam uocauit Byrſam.) Verg. lib. 1. Aeneid.

Mercatiq́; ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

Byzacium, Africæ regio, Plinio lib. 4. cap. 4. in deſcriptione Africæ. Vide Byzantium.

Byzantium, (Βυζάντιον) urbs Thraciæ, & caput totus Orientis, quondam à Pauſania Spartanorum duce cõdita, uel ut Euſtath. à Byze Megarenſium claſſis præfecto, liberæ olim conditionis & Ligos antea dicta, auth. Plin. lib. 4. capite 11. Poſtea cum à magno Conſtantino aucta, & gloriosiſſima imperij ſedes eſſet, ab eiuſdem nomine, cum antea etiam noua Roma diceretur, Conſtantinopolis, mox Seueri & filij ſui Antonij temporibus, Antonia uocitata eſt. Nunc demum expugnata à Mahumete Turca, anno ſalutis noſtræ 1453. magna Chriſtianæ pietatis iactura: proximis uerò annis ingenti terræmotu concuſſa, multis in locis corruerit, Turcarumq́; regia ſit ſedes, non ſolum nec Conſtantinopolim aut Byzantium, ſed Czaroudom, id eſt Cæſaris domum uocant. Meminit ſitus, originis, & potentiæ ueteris Cornelius Tacitus libro 12. Eſt alia ciuitas in Aphrica, quã quidam Byzantium (aliàs Byzacium, ut ſuprà) appellant, & populos Byzantas. Strabo Byzancium per c. unde Byzancenus ager apud Solinum.

C ANTE A.

Caballinus, fons eſt in monte Helicone Bœotiæ, à Græcis Hippocrene dictus, quē Pegaſus, in eo loco ſaxū feriens, aperuit, unde & Pegaſeus uocatur. Author Strab. Vide infra in dictione Helicon.

Caca, ſoror fuit Caci, quam quidam uolunt fratris furtū Herculi indicaſſe, & ob id meruiſſe ibidem diu ara ſacriſq; uenerari. Sed longè aliter Verg. lib. 8. & Ouid. lib. 1. Faſt. ſentiūt.

Cacus, (κάκος) cuius iam quoque mentio facta eſt, filius fuit Vulcani, qui Latium undiq; latrocinijs & incendijs infeſtabat, demum Herculis quoque ex Hiſpania, occiſo Geryone, redeuntis, & apud Euandrū hoſpitantis boues noctu cauda traxit in antrū ſuum, quas cum mane diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent ſcire poſſet, fortè fortuna ad hoc antrum peruenit: ſed cum ueſtigia omnia foras uerſa uideret, cum reliquis abijt. Abeuntibus autem cæteris, occluſæ boues aliarū deſiderio mugierūt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudē cognouit, raptaq; claua iratus recurrit, ſed Cacus ſpelunca fretus in eadem ſe abſcondit, clauſis floribus ingenti ſaxo. Quod Hercules uidens, ad montis cacumē tendit, & ad extremum deiecta maxima montis parte, in antrum deſiliens, Cacum ſtrangulauit, bouesq; ſuas recepit, ut copioſè deſcribit Verg. lib. 8. Sunt qui affirmant hūc Cacum Euandri fuiſſe ſeruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio uaſtauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouidius fabulatur illum tricipitem fuiſſe, cum inquit:

Mænalio iacuit fuſus tria tempora ramo
Cacus &c.

Veritas tamen ſecundum philologos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſeruum, ac furem. Nouimus autem malū à Græcis κακὸν dici, quem ita illo tempore Arcades appellabāt. poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt, ut Heléne Hélena. Ignem aūt dictus eſt uomere, quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdē nominis prodidit. Vnde etiam ſacrum meruit, in quo ei per uirgines Veſtæ ſacrificabatur. Hæc Seru.

Cadmea, pro Thebis ipſis antiquī uſurpare ſoliti, ut author eſt Strab. lib. 9. cum interim Cadmea arx Thebana eſſet, ut ſcribit Plutarchus in uita Pelopidæ.

Cadmus, (κάδμος) nomen proprium Phœnicū regis, Agenoris fuit filius, qui apud Tyrum & Sidonem imperauit. Hic à patre miſſus ad perquirendam ſororem ſuam Europam, quam Iupiter in taurum mutatus, rapuerat, & in Cretam tranſtulerat: cum illam non inueniſſet, nec ad patrem redire auderet, nō procul à Parnaſſo monte conſedit, ibiq; Thebas condidit, regionem à Boue Bœotiam nominauit, cum prius Aonia uocaretur. Quum autē quoſdam ex ſocijs à ſerpente necatos uidiſſet, ſerpentem occidit, eiq; dentes euulſit, ac ſeuit, ex quibus nati ſunt homines armati, qui omnes ſe ſtatim mutuis uulneribus confecerunt, præter quinque, qui ſe Cadmo aſſociarunt. Poſtremo ab Amphione & Zetho regno pulſus, ad Illyrios tranſiuit, ibiq; deorum commiſeratione unà cum uxore Hermione, quā Ouidius Harmoniam uocat, Martis & Veneris filia, in ſerpentem eſt commutatus. Filias habuit Semelen, Agauen, Inoēn, & Autonoēn. Hinc Cadmeis patronymicū, item Cadmeius, & Cadmæus, a. um. poſſeſ. ut Mart. Cadmæa Tyrus, & Cadmææ Thebæ, dicuntur à Cadmo conditore. Ferunt Cadmum decem & ſex literas è Phœnicia in Græciam detuliſſe, α β γ δ ε κ ι λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedem Troiano bello quatuor adieciſſe ξ θ φ χ. Aiunt quoq; Cadmum hiſtoriam inueniſſe, & primum proſaicam orationem inſtituiſſe paulò iunior Orpheo. Hæc Suidas. Fertur item inueniſſe auri metalla, atq; conflaturam. Eſt item Cadmus, montis nomen in Aſia ad Laodicæam celeberrimam ciuitatem, ex quo monte Lycus amnis fluit. Authores Strabo lib. 12. & Plinius cap. 29. lib. 5.

Caducifer, nomen quo Mercurius uocitatus eſt. Cum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ ſepticordem ad Atlantidum numerum inſtituiſſet, quòd Maia mater eius ex illarum numero eſſet: ac nō multò pòſt depræhenſus fuiſſet ab Apolline boues ſuas abigere, quò facilius ueniam ab eo impetraret, Apollini traditur conceſſiſſe, ut lyram à ſe primò inuen-

inuentam prædicaret. Quamobrem Appollinem ferunt uirgam quandam Mercurio dediſſe: quam cum manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, inuentos ab eo fuiſſe dracones duos ſimul ligatos, & inter ſe mutuò pugnantes: quo uiſo, uirgam interpoſuiſſe, & dicto citius prælium diremiſſe. Eo facto, huiuſmodi uirgam pacis gratia dixit eſſe cōſtitutam. Vnde factum eſt ut legati pacis Caduceatores dicerentur. Poſteri eius rei exemplo Mercurio uirgam deinceps duorū draconū ſimilitudine ubiq; affixerūt. De Caduceo copioſius Perot.

Cæa, ſiue Cæos (κέα) nomen inſulæ maris Aegæi, à Cæo Titani filio ſic dicta. Hanc Ptolemæus, & uulgus nauticum Ciam nominant. Hinc Cæus.a.um. unde Eraſiſtratus è Cæa inſula Cæus dictus eſt. Et ueſtis Cæa, quæ ab aliquibus Coa dicitur, bombycina tenuiſſima deraſis uelleribus à paruis animantibus confecta, ibi primum inuenta. Hodie ſub Venetorū imperio eſt. Hinc Cææus, a.um. Vide Cea.

Cæcias, (καικίας) uentus qui ita flare dicitur ab Ariſtot. non ut nubes propellat, ſed ut ad ſe uocet, ut inde natum ſit prouerbium: Mala ad ſe trahēs, ut Cæcias nubes. Flat inter aquilonem & exortum æquinoctialem.

Cæcilius, poëta fuit comicus, de quo Horatius:
» Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.
Dictus (ut inquit Feſtus) à Cæculo Præneſtinæ urbis conditore, uelut quidam aiunt, à cæcutientibus oculis.

Cæcubum oppidū eſt Campaniæ in Italia, quod licet paludibus adiaceat, uineta tamen uini feraciſſima præcipuis enutrit arboribus.

Cæculus, (inquit Seruius) Vulcani fuit filius: huius enim mater cū iuxta ignem ſederet, forte fortuna ſcintilla quædam in eiuſdem gremium euolauit, ex qua mulier concepit, peperitq; filium, quem poſtea ob oculorum paruitatem, Cæculum uocauit, à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobiliſſima fuit. Hic collecta multitudine poſt quam diu latrocinatus eſſet, Præneſtinam ciuitatem in montibus cōdidit: & cum ad ludos uicinos populos inuitaſſet cœpit eos admonere ut ſecum habitarent, & pro gloria iactare ſe filium Vulcani. Quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus eſt flammā circumdatus. Quo facto commoti omnes ſimul habitauerunt, & Vulcani filium eſſe crediderunt. Hactenus ille apud Verg. 7. Aeneid.

Cælius, orator, acri turbulentoq; ingenio, diſcipulus Ciceronis, deceſſit admodum iuuenis. Proinde Quintilianus eum dignum longiore uita & meliore mente dicit. Cælius Pontius, prætor urbanus, cum ei ius dicenti picus ſupra caput inſediſſet, & aruſpices reſpondiſſent, dimiſſa aue, hoſtium uictoriam fore: ſed necata, reipublicæ: moriturum tamen qui oppreſſerit, ipſam ſtatim auem exanimauit, ex quo accidit ut ipſe cum X L. alijs Cælijs interficeretur. Eſt & Cælius mons, unus è ſeptem muro à Romulo incluſis, à Cælio Vibeno nobiliſſimo duce Thuſco dictus, quòd Romulo aduerſus Latinū regem cū auxiliaribus uenerit inclytus, à quo Cælimōtia, aut Cælimōtana porta. Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cæneus, Elati filius, à prima ætate puella fuit forma uenuſtiſſ. adeo ut Neptunus illius forma tractus, cum ea concubuerit, in mercedem autem concubitus petijt illa, ut in uirum mutaretur, & eſſet inuulnerabilis, quod factum eſt. Cæterum cum poſtea Cæneus ſuperbia elatus contemptis Dijs, iuberet Lapithas, quibus imperabat, per haſtam ſuam iurare, Iupiter illius ſuperbiam ultus eſt. Nam pugnans cum centauris, cum ferro uiolari non poſſet, tanta arborum mole oppreſſus eſt, ut uiuus ſub terram detruderetur, atq; hoc modo interijt. poſt mortem autem in auem mutatum dicit Ouidius lib. 12. Metamorph. O ſalue
» Maximè uir quondam, ſed auis nūc unica Cæneus. Verg. uerò lib. 6. Aen. poſt mortem in ſexū muliebrem redijſſe dicit. It comes & in
» uenis quondam, nunc fœmina Cæneus Rurſus, & in ueterem fato reuoluta figuram.

Cære, Cæris, neutri generis, oppidum Hetruriæ, quondam nominata Agylla, eaq; à Pelaſgis è Theſſalia profectis cōdita fertur. Verum tam ſplendida, tamq; glorioſa quondam ciuitas, uixdum hac ætate urbis ueſtigia ſeruat. Vicina ſanè magis fulgent balnea, quæ uulgò Cæretana uocantur, propter eos qui ad ea curandæ ualetudinis gratia proficiſcuntur. Hæc ex Strabonis lib. 5. Deinde uerò Lydis, quos po-

ſtea

ſtea Tyrrhenos nominauerunt, aduerſus Agyllinos bellum gerentibus, cum quidam murum ſubiens urbis nomen percontatus fuiſſet, eiq; à Theſſalo quodam de muro, χαῖρε, quod ſignificat ſalue, reſponſum eſſet, eo ueluti bono omine à Thuſcis ſuſcepto, captam urbem mutato priori nomine Cære uocauere, à quo Cærites, & Cæritana balnea. Porrò duo tantum huius nominis obliqui in uſu eſſe traduntur. Cærites. Vergil. Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem, &c. Et Cærete media longa, licet hoc quidam poſſeſſiuum dicãt. Verg. lib. 10. Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in aruis, &c. Vide Prouerb. Carite cæra digni. Eſt & Cæretanus amnis ad Cæren urbem, authore Plinio lib. 3. cap. 5.

Cæſar, (καῖσαρ) cognomen Iuliorum eſt. Ille enim qui primus Cæſaris nomen adeptus eſt, ab eo dictus fertur quòd cæſo matris utero ſit natus: uel ab elephanto in pugna occiſo, qui lingua Maurorum Cæſar appellatur: uel quòd oculis cæſijs, hoc eſt glaucis fuerit: uel à cæſarie, cum qua natus prodiit. At Plin. lib. 7. ſcribit Scipionem Aphricanum primum fuiſſe dictum Cæſareum, à cæſo matris utero, qua de cauſa & Cæſones appellati. Iulius autem Cæſar, à quo familia Cæſarum poſtea prorogata eſt, non eſt natus cæſo utero materno, qui matrem Aureliam habuit, quam amiſit cum in Gallia bellum gereret, cuius etiam pater Cæſar eſt nuncupatus, qui prætura functus Piſis obijt. Hic Iulius Cæſar omnem Galliam quæ à ſaltu Pyrenæo alpibusq; et monte Gebẽna fluminibusq; Rhodano & Rheno cõtinentur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Hic Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt & Britannos, ignotos antea, ſuperatisq; pecunias & obſides imperauit. In Italia, Picenum, Vmbriam, Hetruriam occupauit. Appellatis de Repub. patribus, ualidiſſimas Pompei copias, quæ ſub tribus legatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, inuaſit. In Macedonia deuicit Pomponium cum Ptolemæo rege. In Ponto deuicit Mithridatẽ. In Aphrica deuicit Scipionem & Iubam. In Hiſpania liberos Pompei. Triumphauit quinquies, primum de Gallia, poſtea de Alexãdria, deinde de Ponto, Aphrica, & de Hiſpania. liberaliſſimus fuit omnium, & maximè poſt hos triumphos, de quibus Sueton.

Cæſarea, (καισαρεία) penult. prod. urbs Palæſtinæ in littore maris magni, quæ turris Stratonis uocabatur: ſed poſtea ab Herode in honorem Cæſaris nobilius ædificata, Cæſarea eſt appellata. In qua idem Herodes in honorem Cæſaris magnificam domum ab albo marmore conſtruxit, ubi nepos eius Herodes ab angelo percuſſus, eò quòd non dediſſet honorem deo, conſumptus à uermibus expirauit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus eſt. Altera Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæſaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duo fontes Ior ſcilicet, & Dan oriuntur. Tertia Cappadociæ: Ioſephus, Moga primum dicebatur, quæ poſtea Cappadocia, nunc autem Cæſarea à Cæſare. Quarta Mauritaniæ.

Cæyx, (κήυξ) rex Thraciæ, Luciferi filius, & maritus Alcyones, qui cum ob fratris caſum in accipitrem mutati, ad Clarium oraculũ conſulendũm ire uellet, diu ab uxore fuit remoratus: cũ uerò illi promiſiſſet, ſe intra duos menſes rediturum, abire permiſſus eſt. Sed in Aegeo mari tempeſtate deprehenſus naufragiũ fecit, ibiq; amiſſa naui unà cum ſocijs ſubmerſus, promiſſis ſtare non potuit. Vxor autem cum quotidie Dijs pro uiri ſalute uota ſolueret, noctu per ſomnium monita eſt maritũ perijſſe. Mane igitur experrecta ad littus, unde maritus ſoluerat, acceſſit, & dum infortunia ſua quereretur, cadauer in mari longius aſpexit, quod cũ mariti eſſe cognouiſſet, ac per undas ad illud exilire uellet, deorum commiſeratione in Alcyonem conuerſa, ad os mariti aduolauit, qui oſculá uxoris ſentiẽs in auem eius nominis commutatus eſt. Vide Halcyon.

Caicus, Myſiæ flumen eſt, Pergamum præterfluens per campum, qui Caycus nominatur, in Elaiticum ſinum defluit. Vergilius libro 4. Georg. Saxoſumq; ſonans Hypanis Myſusq; Caicus.

Caieta nomen mulieris Troianæ, quam alij Aeneæ, alij Aſcanij, alij Creuſæ nutricem faciũt. Hanc Aeneas ab inferis reuerſus fato ceſſiſſe

inueniens, eam non longè à Baiano ſinu ſepeliit: ibiq́; & urbem condidit, quã unà cum adiacenti portu Caietam dixit. Verg. lib. 7.

Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dediſti.

Caius, (γάϊος) cognomen à parentum gaudio ſumptum. Et eſt dictio triſyllaba. Mart.

Non maius, quàm ter Caius eſſe tuus.

Profertur per g, & notatur per c, quæ inuerſa ɔ mulierem declarat. Apud priſcos autẽ pro domino ponebatur, ſicut et Caia, pro domina.

Calabria, (καλαβρία) penul. cor. inſula eſt, quam ueteres Meſapiam à duce Meſapo, Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre dixere. Eſtq́; ora Italiæ proxima Siciliæ, à quo Pharo breui maris tractu diſiungitur. Inde fit Calaber, brabrum. Ouid. lib. 3. de Arte:

Ennius emeruit Calabris in montib. hortos.

Similiter declinatur hic Calaber, hæc bris, & hoc bre. Dicitur ἀπὸ τοῦ καλὸς & βρύω: quoniam ſit regio onerosa & plena omni genere bonorũ. In ea ſunt Brunduſium, Hydrus mõs, & Salentini campi.

Calais & Zethes filij fuere Boreæ ex Orithya, qui cum Argonautis Colchos profecti ſunt, & cum inde ſublato aureo uellere, reuerterentur, ad Phineum Arcadiæ regem diuerterũt: qui filios ſuos ſuaſu Harpalices coniugis obcæcârat, cuius ſceleris magnitudine dij permoti, & eundem oculis priuarũt, inſuper Harpyias illi adiecerant, quæ omnia fœdabant. Ab hoc igitur cum benignè eſſent ſuſcepti, ut ei gratiam referrent, tam diras ac fœdas aues perſequi conſtituerunt (erant enim iuuenes alati, & ſagittandi arte præſtantes) easq́; à Phinei regno prorſus abegerunt: & cum uſq; ad inſulas Plotas perſecuti forẽt, ab Iride admoniti ſunt, ne ulterius Iouis canes perſequerentur. Itaque retrò reuerſi, duabus inſulis in quibus harpyias reliquerunt, Strophados, hoc eſt, conuerſionis nomen impoſuere, cum antea Plotæ uocarentur. Occiſi tandem hi duo fratres ab Hercule dicuntur, ſiue quia nauem Argo uerſus Myſiam reuerti prohibuerant: ſiue quia cum eo in partitione munerũ, quæ Iaſon principibus Argonautarum diſtribuerat, diſſenſerant: ſiue quia pater Boreas tempeſtate circa Cô inſulam penè Herculem oppreſſerat. Ouidius lib. 6. Metamorph.

Barbaq́; dum Rutilis aberat ſubnixa capillis
Implumes Calaisq́; puer Zetesq́; fuerunt, &c.

In cœlo poſiti Caniculæ exortũ dies ferè octo præcedunt, quos προδρόμους, id eſt præcurrentes appellant.

Calapis, Pannoniæ memorãdus amnis in Saum influens iuxta Siſciam, gemino alueo inſulam ibi efficiẽs, quæ Segeſtica appellatur. Hæc Plinius lib. 4. cap. 25. in deſcriptione Pannoniæ.

Calathus, filius Iouis & Antiopes, ut author eſt Hom. in Odyſ. Vide Amphion.

Caluaria, inſula maris mediterranei in ſinu Argolico contra Trœzenium. Plin. lib. 4. cap. 12. De qua inſula prouerbio datus locus, Pro Delo Caluaria, in mutui beneficij memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem feciſſe, & data Delo, Caluariam habitaſſe. Hæc inſula Caluaria, inter ignobiles (inquit Pomponius) altâs leto Demoſthenis nobilis. Vide Demoſth.

Calauria inſula eſt iuxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. Eſt etiam urbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur, uide Ouid. lib. 7. Metam.

Calchas, (κάλχας) augur, Theſtoris Troiani filius, à quo Theſtorides appellatur, augur maximus, qui cum initio belli à Troianis ad Apollinem Delphicum cum muneribus mitteretur, & reſponſum habuiſſet, ut dimiſſis Troianis, Græcorum ſequeretur felicitatem, obtemperans ergo monitis oraculi, applicuit ſe Græcis, ac cum ipſis ad expeditionem Troiæ profectus eſt, & quoniam diuinandi arte plurimum præſtabat, eius conſilio multa geſta ſunt. Nam in Aulide oſtendit, quomodo placata Diana, uenti ſedari poſſent: & apud Troiam in caſtris docuit, quæ ratio Apollinis, ut peſtilentia ceſſaret, foret: & ex paſſere, quæ cum nouem pullis à Dracone uorabatur, indicauit decennalem obſidionem Troiæ futuram. Quapropter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat, adeò ut eius præſidio plerunq; defenderetur, præcipuè uerò cum ſuaderet, Chriſeiden patri reddendã eſſe. tum enim Agamemnon non ſolum in uatem, ſed etiam in ipſum Achillem incenſus ferebatur. Diruta autem Troia reuerſus cum Amphilocho Amphiarai filio ter-

reſtri itinere Colophonē, quæ urbs eſt Ioniæ, peruenit, & cum in luco Apollinis Clarij extra urbem apud fanum in Mopſum præſtantiſſimum augurem incidiſſet, ei caprificū, quot ficus haberet, ut ait Heſiodus: prægnātem ſuē, quot porculos gereret, ut tradit Pherecydes, propoſuit: & cum Mopſus uera locutus eſſet, Calchas uerò minimè, præ animi ægritudine fatis ceſſit. Sunt tamen, qui Calchantem ſuem, Mopſum uerò caprificum propoſuiſſe dicunt, & illum in diuinando erraſſe, hunc uerò minimè. Verg. lib. 2. Aeneid.

» Hic Ithacus magno uatem Calchāta tumultu
» Protrahit in medios, &c.

Calegia, Germaniæ urbs Ptol. uulgò Vitteberg.

Calena, Ptolemæo, Britanniæ urbs, hodie Oxonia, uulgò Oxenfort.

Caleni agri in Campania, ad Maſſicos, dicente Plinio lib. 3. Hinc fœlix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles, & temulentia nobiles, ſucco per omnes terras inclyto, atque (ut ueteres dixere) ſummum Liberi patris cum Cereri certamen. Porrò in agro Caleno, aqua eſt, quæ uini modo temulentos facit, ut in Paphlagonia. Idem Plin. author lib. 2. capite 103. Vide Calenum.

Calenum, (καληνὸν) urbs Campaniæ 14 paſſuū milibus à Capua diſtans. In cuius agro uinum optimum & dulce naſcitur. Vnde Horat.

Prælo domitam Caleno Tu bibes uuam.

Alij à καλὸς, quod eſt bonum, & οἶνος uinum. Iuuenalis, Occurrit matrona potēs, quæ more Caleno. Et ſic ſcribi poteſt cū æ diphthongo. Vide Caleni.

Calepium, (καλήπιον) oppidum in Cenomanis, id ad 14 lapidē à Bergomo Brixiam uerſus, ad colles in ſiniſtra parte poſitus: à bonitate uini denominatum. καλὸς bonus, καὶ πίνω bibo.

Caligula, (καλιγόλας) dictus fuit Caius Imperator: à caligis quas margaritis refertas primus portauit. Auſonius,

Caius cognomen Caligæ cui caſtra dederunt.

in exercitu enim natus erat.

Calingæ, gentes Indicæ ad mare. Plin. lib. 6. cap. 17. & 19. de quibus rurſum lib. 7. cap. 2. ſic ſcribit, In Calingis eiuſdē Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum uitæ annum non excedere.

Caliſto, (καλιστὼ) una ex nymphis & pulcherrima dicitur. fuit Lycaonis Arcadiæ regis filia, ex qua ortus eſt Arcas, à quo Arcadia. Vide Arcti.

Callias, Athenienſis Comicus, filius Lyſimachi, qui cognominatus eſt Schœnion, quòd funes ob paupertatem torqueret.

Callimachus, (καλλίμαχος) penul. corr. nomen poëtæ Cyrenenſis, qui princeps inter Elegiacos habetur. Scripſit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram.

Calliope, (καλλιόπη) pen. cor. una Muſarum & quidem præſtantiſſima, quæ etiam Calliopeia, (καλλιόπεια) dicitur (Ouid. 5. Faſt.) ſicut Penelope Penelopea: à bonitate uocis dicta. καλὸν enim bonum eſt, ὄψ, uox. Hanc Poëſim inueniſſe tradunt. Verg. in Epigram.

Callirhoë, (καλλιρόη) filia Lyci hominis ſanguinarij, & hoſpites immolantis, à Diomede relicta (quem Troia redeuntem benignè ſuſceperat, & paternis liberauerat inſidijs) laqueo ſe ſuſpendit. Eſt etiam fons Atticæ, auth. Plin. lib. 4. cap. 7. ἐννεάκρουνος dictus. id eſt, cuius aquæductus, uel ſcaturigines ſint nouem. Statius 12 Thebaid.

» Et quos Callirhoë nouies errantibus undis Implicat. Callirhoë item nomen eſt urbis, & Acheloi filiæ, quæ Alcmeoni nupſit, ut copioſius ſupra de eadem dictum eſt in Alcmæon. De hac Ouid. lib. 9.

Calliſthenes, (καλλισθένης) penul. cor. nomen philoſophi, & apud nos pulchritudinis potentia dicitur. Hic fuit Olynthius Alexandro Magno familiaris ex condiſciplinatu apud Ariſtotelem, accitusq́; ab ipſo rege, ad prodenda memoriæ geſta eius Aſiatica. Huic nocuit immodica libertas, grauitas que inuiſa regi, quum haudquaquam male aſſentantium accommodatus ingenio eſſet. Nam cum Alexander Magnus ex Perſico bello ſuperbiæ regiæ more adorari uellet, acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit, palàm dictitans, Alexandrum non adorandum eſſe, quæ res & illi & multis principibus Macedonū exitio fuit. Siquidem Alexander Calliſthenem propter adorationis Perſicæ interpellatum morem, coniurationis conſcium eſſe criminatus eſt, eumq́; truncatis mēbris abſciſſisq́; auribus ac naſo labijsq́; de-

inueniens, eam non longè à Baiano ſinu ſepe-
lijt: ibiq; & urbem condidit, quã unà cum adia
centi portu Caietam dixit. Verg. lib. 7.
» Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix
» Aeternam moriens famam Caieta dediſti.
Caius, (γάϊ@) cognomen à parentum gaudio
ſumptum. Et eſt dictio triſyllaba. Mart.
» Non maius, quàm ter Caius eſſe tuus.
Profertur per g, & notatur per c, quæ inuerſa
Ɔ mulierem declarat. Apud priſcos autẽ pro
domino ponebatur, ſicut et Caia, pro domina.
Calabria, (καλαβρία) penul. cor. inſula eſt, quam
ueteres Meſapiam à duce Meſapo, Peucetiam
à Peucetio Oenotri fratre dixere. Eſtq; ora
Italiæ proxima Siciliæ, à quo Pharo breui ma
ris tractu diſiungitur. Inde fit Calaber, bra.
brum. Ouid. lib. 3. de Arte:
» Ennius emeruit Calabris in montib. hortos.
Similiter declinatur hic Calaber, hæc bris, &
hoc bre. Dicitur ἀπὸ τοῦ καλὸς & βρύω: quo-
niam ſit regio onerosa & plena omni genere
bonorũ. In ea ſunt Brunduſium, Hydrus mõs,
& Salentini campi.
Calais & Zethes filij fuere Boreæ ex Orithya,
qui cum Argonautis Colchos profecti ſunt,
& cum inde ſublato aureo uellere, reuerteren
tur, ad Phineum Arcadiæ regem diuerterũt:
qui filios ſuos ſuaſu Harpalices coniugis ob-
cæcârat, cuius ſceleris magnitudine dij per-
moti, & eundem oculis priuarũt, inſuper Har
pyias illi adiecerant, quæ omnia fœdabant.
Ab hoc igitur cum benignè eſſent ſuſcepti, ut
ei gratiam referrent, tam diras ac fœdas aues
perſequi conſtituerunt (erant enim iuuenes
alati, & ſagittandi arte præſtantes) eaſq; à
Phinei regno prorſus abegerunt: & cum uſq;
ad inſulas Plotas perſecuti forẽt, ab Iride ad-
moniti ſunt, ne ulterius Iouis canes perſeque-
rentur. Itaque retrò reuerſi, duabus inſulis in
quibus harpyias reliquerunt, Strophados, hoc
eſt, conuerſionis nomen impoſuere, cum an-
tea Plotæ uocarentur. Occiſi tandem hi duo
fratres ab Hercule dicuntur, ſiue quia nauem
Argo uerſus Myſiam reuerti prohibuerant: ſi-
ue quia cum eo in partitione munerũ, quæ Ia
ſon principibus Argonautarum diſtribuerat,
diſſenſerant: ſiue quia pater Boreas tempeſta-
te circa Cô inſulam penè Herculem oppreſſe-
rat. Ouidius lib. 6. Metamorph.
» Barbaq; dum Rutilis aberat ſubnixa capillis
» Implumes Calaiſq; puer Zeteſq; fuerunt, &c.
In cœlo poſiti Caniculæ exortũ dies ferè octo
præcedunt, quos προδρόμους, id eſt præcurren-
tes appellant.
Calapis, Pannoniæ memorãdus amnis in Saum
influens iuxta Siſciam, gemino alueo inſulam
ibi efficiẽs, quæ Segeſtica appellatur. Hæc Pli-
nius lib. 4. cap. 25. in deſcriptione Pannoniæ.
Calathus, filius Iouis & Antiopes, ut author eſt
Hom. in Odyſ. Vide Amphion.
Caluaria, inſula maris mediterranei in ſinu Ar-
golico contra Trœzenium. Plin. lib. 4. cap. 12.
De qua inſula prouerbio datus locus, Pro Delo
Caluaria, in mutui beneficij memoria. Fertur
enim in fabulis, Neptunum cum Latona per-
mutationem feciſſe, & data Delo, Caluariam
habitaſſe. Hæc inſula Caluaria, inter ignobi-
les (inquit Pomponius) altâs læto Demoſthe-
nis nobilis. Vide Demoſth.
Calauria inſula eſt iuxta Cretam, à Calauro Ne
ptuni filio denominata. Eſt etiam urbs Lo-
crorum, in qua Latona maximè colebatur, ui-
de Ouid. lib. 7. Metam.
Calchas, (κάλχας) augur, Theſtoris Troiani fi-
lius, à quo Theſtorides appellatur, augur ma-
ximus, qui cum initio belli à Troianis ad Ap-
pollinem Delphicum cum muneribus mittere
tur, & reſponſum habuiſſet, ut dimiſſis Troia-
nis, Græcorum ſequeretur felicitatem, obtem-
perans ergo monitis oraculi, applicuit ſe Græ
cis, ac cum ipſis ad expeditionem Troiæ profe
ctus eſt, & quoniam diuinandi arte plurimum
præſtabat, eius conſilio multa geſta ſunt. Nam
in Aulide oſtendit, quomodo placata Diana,
uenti ſedari poſſent: & apud Troiam in ca-
ſtris docuit, quæ ratio Apollinis, ut peſtilentia
ceſſaret, foret: & ex paſſere, quæ cum nouem
pullis à Dracone uorabatur, indicauit decen-
nalem obſidionem Troiæ futuram. Quapro-
pter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat,
adeò ut eius præſidio plerunq; defenderetur,
præcipuè uerò cum ſuaderet, Chriſeiden pa-
tri reddendã eſſe. tum enim Agamemnon non
ſolum in uatem, ſed etiam in ipſum Achillem
incenſus ferebatur. Diruta autem Troia re-
uerſus cum Amphilocho Amphiarai filio ter-
reſtri

reſtri itinere Colophonē, quæ urbs eſt Ioniæ, peruenit, & cum in luco Apollinis Clarij extra urbem apud fanum in Mopſum præſtantiſſimum augurem incidiſſet, ei caprificū, quot ficus haberet, ut ait Heſiodus: prægnātem ſuē, quot porculos gereret, ut tradit Pherecydes, propoſuit: & cum Mopſus uera locutus eſſet, Calchas uerò minimè, præ animi ægritudine fatis ceſſit. Sunt tamen, qui Calchantem ſuem, Mopſum uerò caprificum propoſuiſſe dicunt, & illum in diuinando erraſſe, hunc uerò minimè. Verg. lib. 2. Aeneid.

» *Hic Ithacus magno uatem Calchāta tumultu*
» *Protrahit in medios, &c.*

Calegia, Germaniæ urbs Ptol. uulgò Vittēberg.

Calena, Ptolemæo, Britanniæ urbs, hodie Oxonia, uulgò Oxenfort.

Caleni agri in Campania, ad Maſſicos, dicente Plinio lib. 3. Hinc fœlix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles, & temulentia nobiles, ſucco per omnes terras inclyto, atque (ut ueteres dixere) ſummum Liberi patris cum Cereri certamen. Porrò in agro Caleno, aqua eſt, quæ uini modo temulentos facit, ut in Paphlagonia. Idem Plin. author lib. 2. capite 103. Vide Calenum.

Calenum, (καληνόν) urbs Campaniæ 14 paſſuū milibus à Capua diſtans. In cuius agro uinum optimum & dulce naſcitur. Vnde Horat.

Prælo domitam Caleno   Tu bibes uuam.

Alij à καλὸς, quod eſt bonum, & οἶνος uinum. Iuuenalis,   Occurrit matrona potēs, quæ more Caleno.   Et ſic ſcribi poteſt cū æ diphthongo. Vide Caleni.

Calepium, (καλήπιον) oppidum in Cenomanis, id ad 14 lapidē à Bergomo Brixiam uerſus, ad colles in ſiniſtra parte poſitus: à bonitate uini denominatum. καλὸς bonus, καὶ πίνω bibo.

Caligula, (καλιγόλας) dictus fuit Caius Imperator: à caligis quas margaritis refertas primus portauit.   Auſonius,

Caius cognomen Caligæ cui caſtra dederunt.

in exercitu enim natus erat.

Calingæ, gentes Indicæ ad mare. Plin. lib. 6. cap. 17. & 19. de quibus rurſum lib. 7. cap. 2. ſic ſcribit, In Calingis eiuſdē Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum uitæ annum non excedere.

Caliſto, (καλλιστώ) una ex nymphis & pulcherrima dicitur. fuit Lycaonis Arcadiæ regis filia, ex qua ortus eſt Arcas, à quo Arcadia. Vide Arcti.

Callias, Athenienſis Comicus, filius Lyſimachi, qui cognominatus eſt Schœnion, quòd funes ob paupertatem torqueret.

Callimachus, (καλλίμαχος) penul. corr. nomen poëtæ Cyrenenſis, qui princeps inter Elegiacos habetur. Scripſit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram.

Calliope, (καλλιόπη) pen. cor. una Muſarum & quidem præſtantiſſima, quæ etiam Calliopeia, (καλλιόπεια) dicitur (Ouid. 5. Faſt.) ſicut Penelope Penelopea: à bonitate uocis dicta. καλὸν enim bonum eſt, ὄψ, uox. Hanc Poëſim inueniſſe tradunt. Verg. in Epigram.

Callirhoë, (καλλιρόη) filia Lyci hominis ſanguinarij, & hoſpites immolantis, à Diomede relicta (quem Troia redeuntem benignè ſuſceperat, & paternis liberauerat inſidijs) laqueo ſe ſuſpendit. Eſt etiam fons Atticæ, auth. Plin. lib. 4. cap. 7. ἐννεάκρουνος dictus. id eſt, cuius aquæductus, uel ſcaturigines ſint nouem. Statius 12 Thebaid.

» *Et quos Callirhoë nouies errantibus undis*
Implicat.   Callirhoë item nomen eſt urbis, & Acheloi filiæ, quæ Alcmeoni nupſit, ut copioſius ſupra de eadem dictum eſt in Alcmæon. De hac Ouid. lib. 9.

Calliſthenes, (καλλισθένης) penul. cor. nomen philoſophi, & apud nos pulchritudinis potentia dicitur. Hic fuit Olynthius Alexandro Magno familiaris ex condiſciplinatu apud Ariſtotelem, accitusq; ab ipſo rege, ad prodenda memoriæ geſta eius Aſiatica. Huic nocuit immodica libertas, grauitaſque inuiſa regi, quum haudquaquam male aſſentantium accommodatus ingenio eſſet. Nam cum Alexander Magnus ex Perſico bello ſuperbiæ regiæ more adorari uellet, acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit, palàm dictitans, Alexandrum non adorandum eſſe, quæ res & illi & multis principibus Macedonū exitio fuit. Siquidem Alexander Calliſthenem propter adorationis Perſicæ interpellatum morem, coniurationis conſcium eſſe criminatus eſt, eumq; truncatis mēbris abſciſſisq; auribus ac naſo labijsq; de-

formatū, cum cane in cauea clauſum circunferri iuſſit, diuq́; tortum tandem necauit. De hoc multa Seneca. Scripſit hiſtoriam philoſophorum, ſecundus à Xenophonte, in qua res Alexandri geſtæ continentur.

Calpe, (κάλπη) Hiſpaniæ mons, circuitu nō magnus, altitudine ingens, oppoſitus Abylæ monti Aphricæ: una ex columnis Herculis, in cuius radicibus urbs eſt nomine Calpe, ut inquit Strabo. Quo etiam nomine dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades, anguſto diſcreta freto. Calpis urna aquaria eſt Auſonius,

» Condiderat iam ſolis equos Tarteſia Calpe.

Tarteſia autem uocatur à Tarteſo urbe ſibi adiacente.

Calydon, (καλυδών) Aetoliæ oppidum eſt, ſeptem millium quingentorum paſſuum à mari iuxta Euenum amnem. Plinij uerba cap. 2. libro 4. Ipſa Calydon Oenei patris Meleagri regia fuit, quæ ſylua agroq́; & apro cognomen impoſuit, de quibus uide Ouidium lib. Transformatio. 8. Non tacendū & in Britannia Calydoniam ſyluam eſſe: uerum uocabula ſyllabis dignoſci. Nam Calydon pro Aetoliæ oppido, pen. corripit. Lucan. lib. 6.

» Euenus Calydona ſecat. Idem,

» Tradidit Aonio pauidam Calydonida Neſſo.

Pro Britanniæ ſylua producit y, o litera correpta Mart. Nuda Calidonio ſic uiſcera præbuit urſo. Idem, Quinte Calydonios Ouidi uiſure Britannos. Silius lib. 3.

Inq́; Calydonios primus trahet agmina lucos.

Hinc Calydonius. a. um. & Calydonis. dis. Ouidius, Plangunt ſe matres Calydonides.

Calydonis. idos. mulier è Calydone, ut Deianira apud Ouid. in epiſt.

Calypſo, (καλυψώ) eſt nympha Oceani & Thetyos filia: uel, ut aliquibus placet, Atlantis. Regnauit in Ogygia inſula, & Vlyſſem naufragum hoſpitaliter ſuſcepit, apud quam ſeptem, uel, ut ait Ouid. ſex annis, detentus eſt. Ouid.

Ah quoties illum doluit properare Calypſo?

De ea Homerus in Odyſſ. Hæc de ſui nomine inſulam in Ionico mari cognominatā tenuit, propinquam promontorio Lacinio, ut ſentire uidetur Plin. lib. 3. nat. hiſtoriæ, cap. 10. uel, ut alijs placet, in mari Africo.

Camarina, ſiue Camerina, colonia fuit Siracuſanorum in Sicilia, iuxta quam eſt eiuſdem nominis palus fœtidiſſimi odoris. Verg. lib. 3.

Et fatis nunquam conceſſa moueri,
Apparet Camarina procul, campiq́; Geloi.

Cambodunum, Vindeliciæ urbs Ptolem. hodie Monacum, uulgò Munchen.

Cambyſes, (καμβύσης) penult. prod. nomen proprium regis Perſæ, cui Aſtyages filiam dedit coniugem, ex qua natus eſt Cyrus, qui poſtea regnauit, & patrijs rebus Aegyptum adiecit, ſed offenſus illorum ſuperſtitionibus, Apis cæterorumq́; deorum ædes dirui iuſſit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum miſit, qui tempeſtatibus & arenarū motibus oppreſſus interijt, ut ſcribit Trogus. Eſt & Cambyſes, fluuius in Caucaſijs mōtibus ortus, ſupra Armeniam maiorē, Septentrionem uerſus per Iberos & Albanos defluēs. Author Plinius lib. 6. cap. 11.

Cameſes, uel Cameſis, Italiæ indigena, conſorte Iani: De quo ſic Perottus, de Iano loquens, Hunc regionem iſtam, quæ nunc uocatur Italia, regno obtinuiſſe, & cum Cameſe, qui ſimili modo indigena erat, ita participata potentia poſſediſſe, ut regio, Cameſene: oppidum, Ianiculum uocaretur.

Camerinum, (καμάρινον) penult. prod. Piceni urbs præclara, à curuitate ſitus ita appellata. Ab qua Camertes dicti ſunt. Vide Camerte, & Camarina.

Camerte, oppidū eſt Vmbriæ, in Picentinis montibus, à quo Camertes eiuſdem incolæ. Lege Camerinum.

Camertes, Italiæ populi, in regione ſexta, Amerinis uicini. Author Strab. lib. 5.

Camilla, (καμίλλα) regina Volſcorum, Metabi & Caſmulæ filia, cuius pater Metabus, propter inuidiam ſuorum pulſus, fugiens Dianæ eam uouit: cum autem iam adoleſceret, ſolis armis ſtuduit, iamq́; in omni armorum genere inſtructiſſima Turno aduerſus Latinos & Aeneam in auxilium uenit, & poſt multas res præclare geſtas, ab Arunte occiſa eſt, ut copioſe deſcribit Verg. lib. 11.

Camillus, (κάμιλλος) proprie puer ingenuus, qui flamini diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim camillos & camillas uocabant miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris.

Camillus, nobilis Romanus, qui maximam bellica

lica uirtute gloriam ſibi comparauit. Faliſcos enim obſedit. Veios decennali obſidione domuit, deq; his triumphauit. Poſtea crimini datum quòd albis equis triumphaſſet, & prædã iniquè diuiſiſſet: die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis damnatus, Ardeam cõceſſit. Mox cum Galli Senones urbẽ diripuiſſent, abſens Dictator factus, collectis reliquijs Gallos adortus incautos, Roma pepulit, quibus & Romanorum uexilla extorſit, oppreſſitq; unde aſſertor, id eſt patriæ libertatis uindex dicitur. Populum Romanũ migrare Veios uolentem eleganti apud Liuium concione retinuit, in qua omnes urbis dotes, laudeſq; licet agnoſcere. Contra Latinos ad Satricum cõtendit, & ſociam urbem Pop. Rom. ab ijs oppugnatam tutatus eſt. Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem caſtrametatos ſuperauit. Poſtremò Romæ octogenarius peſtilentia interijt. Buthores Liu. & Plutarch.

Camœnæ, cum œ dipht. quaſi canentes amœnè. Amœnum uerò ab amando iucundum dicimus. Canunt enim antiquorum laudes. Varr. Camœnæ ab antiquis Carmœnæ, uel Caſmœnæ dictæ ſunt, nunc abiecta r, uel s, Camœnæ uocantur: Alij Camœnas dicunt, quòd ſunt caſtæ mentis præſides. Sunt autem Camœnæ idem, quod Muſæ. Muſa uerò ſignificat cantum. Vergil. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

Campania, (καμπανία) regio Italiæ: ſic dicta quod campeſtris ſit: à qua Campani qui in ea habitant. Et nunc dicitur terra laboris fertiliſſima, ubi Capua, & Neapolis, & Cumæ. Sunt tamẽ, qui à Capua urbe hoc nominis impoſitum contendant. Plinius lib. 3. cap. 5. Florus item li. 1. Deſcribitur & Strab. Campania lib. 5. Campani uocantur illius populi. Iuuen.
» Prouida Pompeio dederat Campania febres.

Cana, uicus Galileæ eſt, & urbs Lycaoniæ.

Canaan, (χανάαν) nomen filij Cam, filij Noah: à quo Cananæus. a. um. ut mulier Cananæa. & Cananitis, idis, ut Regio Cananitis.

Canace, Aeoli filia, cum Macareo fratre concumbens ex eo cõcepit, pepericq; filium, quem cum per nutricem exponi curaret, infelix infans ſe ſuo uagitu auo prodidit, qui ob execrãdum filiorum amorem incenſus, infantem canibus lacerandum proijci iuſſit, miſitq; per ſatellitem filiæ gladium ut eo pro meritis uteretur, uerum quid illa fecerit nõ ſatis liquet. Macareus autem fugiens factus eſt Apollinis Delphici ſacerdos. De ea Ouid. in epiſtolis.

Canan, dicta eſt Arabia à Cam, qui in ea conſedit: à qua Cananæi. Hæc fuit prima gens quæ deum ignorauit, quin princeps eius & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo. itaque ignorantiam diuinitatis minoribus reliquit.

Cananæa, (χαναναῖα) Syriæ regio à Cananæo filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à ſe Cananæam nuncupauit.

Canaria, inſula eſt in mari Atlantico Fortunatis propinqua: ſic dicta à magnorum canum multitudine ingenti. Hæc inter fortunatas inſulas numeratur Plin. lib. 6. cap. 32.

Canarij, populi circa Atlantem Aphricæ montem habitantes, quòd uictus canis his promiſcuus ſit, de quibus Plin. lib. 5. cap. 1.

Candace, ſiue Candax, acis. Aethiopum regina, de qua ſic Strabo: Candace per noſtra tempora Aethiopibus imperauit, uirilis ſanè mulier, ſed altero oculo capta. Hæc ille lib. 17. & Plin. lib. 6. cap. 29. Auguſti temporibus regnauit, à qua poſtea omnes reginæ Candaces appellatæ ſunt. Vide Candax.

Candiope Oenopionis filia, & Orionis ſoror, (ut Theodontius aſſerit, ſed aliter Ouidius, ut infra de Orione, tradit) quam cum frater in uenatione in antrum traxiſſet, uim illi intulit & ex ea Hippolagum ſuſcepit, quod cum Oenopion reſciuiſſet, indignatus, filium exulatũ abire iuſſit, qui oraculo edoctus uerſus orientem in Thraciam cũ Candiope & paruo filio delatus eſt, ibiq; ob inſignes uirtutes in magno precio fuit.

Caninius, eodem die quo adeptus eſt cõſulatum obijt, ex quo Ciceronis ſcomma, Vigilantiſſimum habuimus conſulem Caninium, qui toto conſulatu ſuo ſomnum non uidit. C. Caninius alter eques Romanus, de quo uide Ciceronem libro 3. Offic.

Canis ſidus leporem fugiẽtem ſequitur. habet in lingua ſtellam unam, quæ proprie appellatur canis, magna quidem & ſplendida: in capite alteram,

alteram, quam nonnulli ſirion dicunt, Sunt ergo duo canes in cœlo, maior ſcilicet & minor: ſed canem dicendo, maiorem intelligimus. Minor enim canis canicula dicitur, quæ quia integrum diem in ortu atq; occaſu canem præcedit, à Græcis προκύων uocatur. Hæc etiam anticanis, & ſirius dicitur. Oritur ſeptimò Calen. Auguſti. Occidit, ſed nõ tota, poſt dies quadraginta. Hæc ſtella canis æſtiuis menſibus in medio centro cœli eſt. & dum ſol ad eam aſcenderit, coniuncta cum ſole duplicat calorem & diſſoluuntur corpora, & uaporantur. Latinè canicula dicitur. Vnde ex ipſa ſtella dies caniculares dicuntur, quando moleſtæ ſunt purgationes. Dicta canis, quòd corpora morbo afficiat: uel propter flammæ candorẽ, quòd eiuſmodi ſit, ut præ cæteris lucere uideatur.

Canobus, de quo infrà in dictione Canopus.

Canopicum, & Canopitanum, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa & minor Africa Plin. dicitur, oppidum eſt, eodem authore lib. 5. cap. 4. Eſt & Canopicum Nili fluminis oſtium, quod cum cæteris cõmemoratur à Strabo lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 10. Ammiano lib. 22. Pomponio lib. 1.

Canopus, (Κάνωπος Suid.) pen. prod. ciuitas Aegypti diſtans ab Alexandria 120. ſtad. ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam. dicta quaſi Canobus, à Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatore ibi ſepulto. Nam deuicta Troia, in Aegyptum ui uẽtorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu ſerpẽtis, quem Hæmorrhoida uocãt, amiſit, in eiuſq; memoriam urbem condidit, relictis ibi ijs, qui ad nauigandum inutiles erant. Hæc ſalubris aëris benignitate homines allicit. Eſt ibi Nili oſtiũ, quod Canopicum (κανωπικὸν ςόμα) uocant. Hinc Canopitæ, pen. prod. qui Canopum habitant. Canopicus. a. um. poſſeſſiuũ. Canobus & Canobita, Quintiliano teſte, lib. 1. Nos uero Canopus & Canopita. Verg. lib. 4. Georg.

» Nam qua Pellæi gens fortuna Canopi. Eſt item Canopus, ſyderis nomen, cuius meminit Plinius libro 6. cap. 22. in deſcriptione Taprobanæ inſulæ.

Cantabri, (Κάνταβροι) pen. cor. Hiſpaniæ populi ſunt bellicoſiſſimi, uerſus Septentrionem in extremis Luſitanis, finitimi ijs qui tractum trãs Duriam ſeruant. Hi efferi ſunt, & nullam uitam ſine armis eſſe exiſtimant. Cantabrorum regio Cãtabria (κανταβρία) dicitur. Hinc Cantabrius. a. um. ut Cantabria gẽs. Cantabricus. a. um. ut Cantabricum bellum, & Cantabrica herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 8. Memoriæ proditum eſt Cantabros ſolitos canere pæana lætitiæ ſuffixos cruci ab hoſtibus. De Cantabris & eorum moribus ſcribit Strab. lib. 3. Hodie Gaſcones, item Vaſcones appellantur.

Cantharolethros, locus eſt paruus in Thracia, in quo unum hoc animal necatur. ὄλεθρος enim pernicies. Item cantharus ſignum in cœlo tribus ſtellis cõſtans in aquario. Scribit Laërtius deorum colloquia fieri per cantharum & accipitrem.

Cantiœbis, urbs Germaniæ Ptol. hodie Amberga, uulgò Amberg.

Canuſium, (Κανύσιον) Apuliæ oppidum, quod præterfluit Aufidus amnis. ubi lana laudatiſſima fit, quæ Canuſina dicitur, cuius color rutilus. Vnde Canuſinatus dicitur, qui eſt indutus canuſina ueſte. Mart.

» Vt canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

Cannæ. arum. (Κάνναι) tantum pluraliter uicus Apuliæ, apud quam Annibal Romanos inſigni clade affecit, cæſis quadraginta millibus peditum, & duobus millibus & ſeptingentis equitum. Lucan. lib. 2.

» Quod non in Punica nati
» Tempora Cannarũ fuimus, Trebiaq; iuuẽtus.

Capaneus, maritus Euadnes, unus è ſeptem ducibus qui Thebas obſederũt, ut eſt author Statius lib. 3. Thebaidos, ſuperbus atq; deorũ contemptor: qui non cõtentus uiciſſe homines, medijs Capaneus auditur in aſtris. Is à Ioue fulmine percuſſus in bello Thebano fabulis dicitur: quoniam quum ſcalis admotis Thebanos muros uellet cõſcendere, iactu lapidum ab inimicis oppreſſus eſt. Vegetius lib. 4. de re militari, Qui ſcalis (inquit) in obſidione urbium utuntur, frequenter periculũ ſuſtinent exemplo Capanei, à quo primum ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus. unde Ouid. lib. 4. Triſtium,

Cũ cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu.

Capena, pen. pro. oppidum uicinũ Romæ iuxta fontem

ſontem Aegeriæ. Hinc Capenates, Italiæ populi, Cluſinis uicini, Plin. li. 3. cap. 5. Eſt & Capena, porta Romæ, à Capena urbe, quam Italus rex ædificauit. Hæc porta & Appia dicta eſt, per quam Capuam itur, ut Frontinus libro
» de aquæduct. Iuuen. Subſtitit ad ueteres ar-
» cus, madidamq́ue Capenam.

Caphareus, (καφαρεὺς) mons eſt altiſſimus Euboiæ, Helleſpontũ uerſus, importuoſus & formidoloſus, propter ſcopulorum frequentiam, & crebros undarum uortices. Hic Nauplius Euboiæ rex mortem filij Palamedis Vlyſſis dolo interfecti ultus eſt. Nam cũ Græci Troia diruta redirẽt, Nauplius facem in montis uertice poſuit, ut locus fidem portus haberet, quò cum ueniſſent, multi naufragium fecerunt. Vergilius lib. 11.
» Sydus & Euboicæ cautes, ultorq́ue Caphareus,
Vnde & Caphareum mare dictum eſt.

Capharnaum, (καπερναούμ) ciuitas nobilis, totius Galileæ metropolis, quam dominus noſter propter ciuium multitudinem frequentauit.

Capitolium, (καπιτώλιον, alij καπιτόλιον) prægrãdis arx Romæ, in monte Saturnio, ex præda Apiolarum, Latinorum urbe, à Tarquinio Superbo extructa. Author Plin. lib. 3. cap. 5. Sic autem dictum fuit à capite hominis ibi reperto dum fundamenta foderent: antea enim mons iſte Tarpeius uocabatur, à Tarpeia uirgine Veſtali, quã ibidem Sabini ſcutis ſuis obrutam necarunt, uide infrà.

Cappadocia, (καππαδοκία) Pontica regio eſt, ut ſcribit Solinus, quæ læuo latere utraſq; Armenias Comagenemq́; tangens, dextro multis Aſiæ populis circunfuſa, ad Tauri iuga & ſolis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appian. minoris Armeniæ partem. Ptolemæus uerò minorẽ Armeniam eſſe ſcribit. Dicta Cappadocia, à Cappadoce amne, antè Leucoſyria uocata. unde Cappadoces Leucoſyrij. Hinc Cappadox. cis. (καππάδοξ. κος.) pen. cor. pro eo qui eſt ex Cappadocia. Lucan. lib. 2.
» Cappadoces mea ſigna timent.
Cappadocus. a. um. poſſeſſiuum. Perſius,
» Nec ſit præſtantior alter,
Cappadocas rigida pingues clauſiſſe cataſta.
Cappadocius. cia. cium. apud Apuleium. Vide Eraſ. in Prouerb. Tria cappa peſſima.

Capricornus, (αἰγόκερως) cœleſte ſignum, quod Pana fuiſſe exiſtimant, quod poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem uerò in formã hirci commutauit, cuius ingeniũ admiratum Iouem ferunt, hanc figuram in cœlum trãſtuliſſe. Stellam habet in naſo, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem, in uentre ſex, in cauda duas. Cic. 2. de Nat. Deor.
Tum gelidũ ualido de pectore frigus anhelãs
Corpore ſe miſero magno capricornus in orbe.

Capua, clariſſima Campaniæ urbs, quæ Annibalem uictorijs fatigatum luxu atq; ocio perdidit, à camporum latitudine in quibus ſita eſt dicitur, ut inquit Cic. Liu. à Capy Samnitium duce, qui illorum lingua Falco, hoc eſt à pede introrſus curuato uocatam ait, ſub cuius augurio creditur condita. Verg. à Capy Aeneæ cõmilitone, qui eam condidit. Strab. lib. 5. quòd eſſet 12. urbium caput: hoc eſt, ipſa duodecima reliquis undecim præeſſet, dictam exiſtimat. Quidam à capacitate, quòd omnem uitæ fructum capiat. Euſtathius etiam ab urbe, cui nomen Campus eſſet: uel à camporum planitie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa, Curtio Chilone COSS. exædificatam eam tradit. Seruius grammaticus à Tuſcis, qui omnem penè Italiam ſubiugarint, conditam ſcribit, apud Verg. lib. Aen. 10. Suetonius in Dictatore, Capys conditoris ſepulchrũ Capuæ fuiſſe indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæſari mortẽ denunciarit. M. Cicero luxus infamia Capuam notans, luxuriæ & ſuperbiæ domiciliũ eſſe ait, in oratione de lege Agraria contra Rullũ, & item in oratione poſt reditũ in ſenatu. De laudibus urbis Capuæ multa apud eundem Ciceronem in dicta oratione contra Rullum. Sido.
Non ſic Bacchæus opimam,
Annibal ad Capuam perijt, &c.
Ab hac Campania dicta eſt, à qua Campani.

Capys, (κάπυς) nomen eſt eius qui Capuam ædificauit, filius fuit Aſſaraci, & pater Anchiſæ, ut inquit Ouid. Tros eſt generatus ab illo,
Aſſaracum creat hic, Aſſaracuſq; Capyn.
De hoc Dictys Cretenſis, & Dares Phrygius. Vide Capua. Alius fuit Capys, qui cum Aenea in Italiam uenit.

Carambis,

Carambis, (κάραμβις) Paphlagoniæ promontorium magnum ad ſeptentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formã, quod longo ſpatio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninſulæ, Euxinum pontum bimarem uidetur efficere. Eius meminit Plinius lib.4.cap.12.& lib.6.cap.1. Valerius item Flaccus lib.4.

» *Quid tibi nubifera ſurgentẽ nube Carãbim?*

Caraxus frater fuit Sapphus, & amaſius Pyramidis meretricis, quam Sappho Doricam nominat, alij Rhodopen. Perot.

Carbas, (uel Carba, ut Calepinus legit) uentus Africus dicitur à Vitruuio: nautæ Carbinum nominant, quem Lybicum hodie uel Rura uocant. λίψ.

Carchedon, (καρχηδὼν) pen.prod. Græcè Carthago dicitur. inde Carthaginenſis. καρχηδόνι&. unde à Plauto dictum eſt, Carchedonia uocatur hæc comœdia, Latinè Pœnulus. Et carbũculos, authore Plinio, carchedonios uocauere propter opulentiam Carthaginis magnæ. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed uulgatior fama eſt cõditam fuiſſe à Didone. Euſtathius multa in Dionyſio. Vide infrà Carthago, & Carthaginienſis.

Caria, (καρία) regio minoris Aſiæ inter Lyciam & Ioniam. Minorem autem Aſiam Plinius libro 5.cap.27. ab ortu Lycaonia, & Phrygia, illa quæ Galatiam, & Piſidas attingit, ab occaſu toto Aegæi maris excurſu, à meridie Aegyptio pelago, à ſeptentrione Paphlagonia terminat. Strabo, Cariam à Borea Mæandri flumine clauſit, ab occidente Icario & Myrtoo pelago, à meridie Rhodienſi, ab ortu Lycijs, & alijs gentibus, magnamq́ꝫ Tauri montis partem in Caria concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis eſt. Huius Metropolis eſt Halicarnaſus, in qua regnauit rex Mauſolus, cui ibidem Artemiſia cõiunx Mauſoleum illud celebratiſſimum extrui fecit. Cares populi Cariæ, qui prius ſub Minoë rege inſulas habitabant, & tum Leleges dicebantur, ſed ſua ditione parum contenti, magnam maritimæ oræ & mediterraneæ partem occuparunt, eaq́ꝫ prioribus habitatoribus adimentes, qui & ipſi magna ex parte Leleges & Pelaſgi erant, ſed Iones & Dores, ut illatam iniuriam ulciſcerentur, eos rurſus, quãuis belli eſſent ſtudioſiſſimi, ſuis finibus expulerunt. Martialis,

» *Aëre nec uacuo pendentia Mauſolea,*

» *Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.*

Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria auium dicitur inueniſſe, cuius populi Cares. κᾶρες. dicti, qui peculiariter ſunt Barbari nominati. Hinc Caricus. ca.cum. (καρικὸς) peñ. cor. quod eſt ex Caria.

Carinæ, carinarum, Romæ dicebantur ædificia, facta in modum carinarũ, quæ erãt intra templum Telluris. Alij addunt uicum fuiſſe Romæ, ubi fuit domus Pompeij. Verg.lib.8.

» *Paſſimq́ꝫ armenta uidebant,*

Romanoq́ꝫ foro, & lautis mugire Carinis.

Varro Carinas dici putat ab eo quòd hinc oritur caput ſacræ uiæ. κάρα enim Latinè caput dicitur.

Carius, nomen filij Iouis, & Danaës, qui diuinos honores in Lydia aſſecutus eſt, qui etiam monti nomen dedit.

Carmace, Aſiæ populi circa Mæotim. Author Plin.lib.6.cap.4.

Carmania, καρμανία, regio minoris Aſiæ, cuius metropolis eſt Carmania, et populi Carmanij.

Carmania, regio eſt ultra Perſiam, cuius populi Carmani dicuntur. Lucan.lib.3.

Carmanosq́ꝫ duces, quorũ deflexus in Auſtrũ.

Duplex eſt, culta una, deſerta altera. Author Ptol. Carmanos Plin.lib.7.cap.34. Aſiæ populos facit eosq́ꝫ ichthyophagos cognominatos ait, quòd ſolis piſcibus ueſcãtur: de quib. Pompon.lib.3. ſcribit. Carmani (inquit) ſine ueſte & fruge, ſine pecore, ac ſedibus: piſcium cute ſe uelant, carne ueſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti. Hæc Pompon.

Carmelum, ſiue Carmelus (κάρμηλος) pen.prod. & unico l. Latine & Græce ſic pronunciatus. Hebraice uero Chermel dicitur. Promontorium eſt Phœnices, & oppidum in monte ſitum, authore Plinio libro 5. cap. 15. Authore uero Hieronymo, ſunt duo montes, qui hoc nomine uocãtur. Alter Galilææ prouinciæ ad auſtralem plagã, in quo fuit Nabal, maritus Abigail: alter iuxta Ptolemaidem mari imminẽs, in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.

Carmen-

Carmenta, (χαρμέντα) & Carmentis, uates fuit Arcadica, Euandri mater, à carminibus quibus dabat reſponſa cũ proprie Nicoſtrata uocaretur. Erat hæc rerum futurarum admonitrix, quæ Phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Hinc Carmentalis porta. Vergil. Et Carmentalem Romano nomine portam. Poſtea uero Scelerata dicta eſt, quòd per eam ſex & trecenti Fabij cum clientum quinq; millibus egreſſi, aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes interfecti ſunt. Ouidius,

„ Carmentis portæ dextro eſt uia proxima Iano,
„ Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.
„ Illam fama refert Fabios exiſſe trecentos,
„ Porta uacat culpa, ſed tamen omen habet.

De hac Strab. lib. quinto, multis uerbis, & Solinus in deſcriptione Romæ.

Carna, (κάρνα) ſiue Cardinea, dea quæ uitalibus humanis præeſſe exiſtimabatur: ab eademq; petebatur ut iecinora & corda & cætera quæ ſunt intrinſecus uiſcera, ſalua conſeruaret. Huic pulte Fabria & larido ſacrificabatur. inde Ouid. lib. 6. Faſtorum,

Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis hæc eſt. Hæc ſtriges nocturnas puerorum, ut dicebant, cunas infeſtantes, à limine ſubmouebat.

Carneades, Cyreneus, nouæ Academiæ princeps, Chryſippi maximè ſtudioſus de quo Gellius, itemq; Plin. ait, quòd ſcripturus aduerſus Zenonis Stoici libros, ſuperiora capitis helleboro candido purgauit, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilium uſque animi redundaret, & conſtantiam uigoremq; mentis labefactaret: tanta cura, tantoq; apparatu, uir ingenio præſtans ad confutanda ea quæ ſcripſiſſet Zeno adgreſſus eſt. Hunc præterea memoriæ arte uſum fuiſſe, Cicero de Oratore ſcribit. Gellius uerò lib. 16. & Quintilianus de eo referunt, quòd miſſus Romam legatus ab Athenienſibus, unà cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico ſuſpectam fecit Romanis legationem, dicente M. Catone in ſenatu, ab hoc uiro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam & diſſerendi facultatem facilè quæcunq; uelit impetrare poſſet.

Carni, populi, Plinio ponuntur in decima regione Italiæ, noti nomine adhuc durante. Hodie tractum à ſe cognominatum inhabitant Carnithiam, & in meridiem ſupra Tergeſtum regionem, quæ uulgò Carniola dicitur. Ptole. quoq; ſupra Forum Iulij & Cõcordiam, Carnithiam locat. Hæc ditio hodie paret principibus Auſtriæ, Vadianus.

Carnuti, Vide Carnuntij.

Carnutum, oppidum quod Germaniæ finis eſt Plin. lib. ultimo. Abeſt centum M. paſſuũ à Carnunto, littus Pannoniæ, quò à Germania ſuccinum importatur.

Carnuntij, populi à Carnunto dicti, de quibus Plinius libro 4. Superiora inter Danubium & Hercinium ſaltum uſque ad Pannonica hyberna Carnuntij tenent, Germanorumq; ibi confinium eſt.

Carodunum Ptolemæo, Germaniæ urbs, hodie Cracouia. uulgò Cracau, Poloniæ regio.

Carpathus. (κάρπαθος.) inſula eſt in mari mediterraneo, contra Aegyptũ, media uidelicet inter Rhodum & Cretam poſita, ducentorum ſtadiorum circuitum habens, inſignis quatuor urbibus: à qua uicinum mare ad Aegyptũ uergens, Carpathium dicitur. Homerus,

Qui Niſyron habitant celſam, Crapathumq;. Caſumq;. Crapathum dixit pro Carpathũ, per metatheſin. Plin. lib. 4. cap. 12.

Carteia, ſiue Carthcia, oppidum eſt Hiſpaniæ, Carteſios à Græcis dicitur. Vnde Carteſius. a. um. ut, Littus Carteſiũ, in quo freti anguſtiæ ſunt. Alio nomine Tarteſſus, ſiue Tarteſus dicitur. Vide infrà.

Carthago, (καρχηδὼν) urbs Aphricæ celebris, quæ poſt Troianum bellum (ut docet Euſebius) à Didone condita fuit, & apud nos nouam ciuitatem ſignificat. De ea rectè Sall. ait, ſatius eſſe ſilere quàm pauca dicere. tanta enim eius potentia fuit, ut authore Polybio, & Strabone, tota Africa cultiore potiretur: in Hiſpania uerò ab Herculis columnis uſq; Pyrenæos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, adeò defecit, ut ea diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Maſiniſſæ, qui ob uirtutẽ & amicitiam plurimum Romanis curæ fuit, cõmiſſa à Popu. Rom. Græci eam Carchedonem nominarunt, Adrianus autẽ imperator Adrianopolim, & ridiculè perditiſſimus imperator Cõmodus, quemadmodum ſcribit Lampridius,

Alexan-

Alexandriam Commodianam Togatam. Meminit huius urbis multis alicubi Iuſtinus, et in Floridis Apuleius. Eſt & Carthago noua, quam dux Pœnorum Haſdrubal condidit in Hiſpania Bætica. Author Pomponius libro 2. Hæc à Scipione expugnata eſt, Hannone, non ſine ſuorum clade ſe dedente. Hoc nomen quidam à Charta oppido haud procul à Tyro dici putant. Cicero uerò lib. 2. de Nat. Deor. ſcribit: dictã à Carthagine Herculis filia, cum Byrſa prius diceretur. Fuit & alia Carthago, uetus cognominata, eodem in littore. Sita fuit haud procul à Tarracone, & à Teucris condita, de qua Silius lib. 3.

Dat Carthago uiros, Teucro fundata uetuſto.

Vide ſupra Carchedon.

Carthaginienſis, (καρχηδόνιος) dictio ſex ſyllabarum eſt. nam authore Priſciano inter n & e interponitur i. ait enim lib. 4. Si tertiæ ſint declinationis, abijciunt extremã genitiui, & aſſumunt enſis, ut piſtor, piſtoris, piſtorienſis, Carthago, Cartaginis, Carthaginienſis. Ennius,

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.

Sed hunc catalogum ſyllabarũ doctiores deriderent & Græci.

Carra. ræ. ciuitas Arabiæ ad rubrũ mare, à qua Carræi dicti ſunt populi. Plin. Carræis latiſſimos & fertiliſſimos agros, ab oppido Arabiæ, quod Carra dicitur. Lege Carrhæ. Sed Carræ. arum. ciuitas Meſopotamiæ trãs Eſſedam, Craſſi & Romani exercitus cruore nobilis. unde Lucanus,

Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.

Carræ, Plin. lib. 31. cap. 7. Arabiæ oppidum, ubi muros deniq; domosq; maſſis ſalis faciũt, aqua ferruminantes. Vide Carra

Caryatides, ſtatuæ muliebres in ædificijs, ut ait Vitr. ſicut uiriles, quæ mutulos aut coronas ſuſtinent, telamones à noſtris, ἀτλάντες à Græcis appellatæ. Nam deſtructa Carya, & interfectis uiris, matronæ in ſeruitutem adductæ fuerunt, nec ſunt paſſæ ſtellas deponere, ut æterno ſeruitutis exemplo graui contumelia preſſæ, pœnas pendere uiderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ædificijs publicis deſignauerũt oneri ferendo, ut etiam poſteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur. Vide Caryum.

Caryſte. es. & Caryſtos. ſti. inſula una ex Cycladibus, ſita in Euboico mari, uarij marmoris ferax. Excidebantur enim ibi columnæ marmoreæ, quæ à loco etiam Caryſtea appellabantur. Seneca, Ferax uarij lapidis Caryſtos. Hinc Caryſteus. a. um. Ouid. lib. 5. Faſtorum,

Quaq; Caryſtæis frangitur unda uadis.

Eſt etiam ciuitas eiuſdem nominis in Eubœa. ut lib. 5. Ptolem. ſcribit. Vide Caryſtos.

Caryſtos, Eubœæ inſulæ ciuitas eſt, in qua (inquit Strabo lib. 10.) Caryſtiarũ columnarum κατόμιον. id eſt, lapidum inciſio eſt: ibi Apollinis Marmorini templum. In hac, teſte Solino, Titani regnauerũt. Briareo enim (inquit) Caryſtij rem diuinã faciunt, ſicut Aegæoni Chalcidenſes. Nam omnis ferè Eubœa Titanum fuit regnum. Quibuſdam placet Caryſtum & inſulam eſſe unam ex Cycladibus, quæ ſita eſt in Euboico mari, uarij marmoris ferax, quondam Chalcis dicta. Inde Cariſtæus. a. um. Vide Cariſte.

Caryum, (καρύα) Laconiæ oppidum, à quo Diana Caryatis, (καρυάτις) quòd illic coleretur. Vitruuius Caryam uocat, unde ſunt Caryatides columnæ in antiquis ſubſtructionibus celebratæ. Vide Caryatides.

Caſius, mons, (κάσιον ὄρος) in finibus Aegypti, Arabiæ conterminus, Magni Pompeij tumulo clarus. à quo etiã fit Caſius, a. um. Luca. li. 10.

Lucifer à Caſia proſpexit rupe, diemq;.

Caſius, Arabiæ mons eſt, iuxta quem delubrum eſt Caſij Iouis, quod Romano. ambitio illuſtre fecit, & Pompeij tumulus multis poſt annis ab Hadriano inſtauratus, ut Capitolinus tradit. Noſtri, Sinai montem eſſe adſerunt, ob illic à Deo datas per Moyſen populo Iſraëlitico decalogi tabulas nobilem, & etiamnum diuæ Catharinæ ſepulchro clarum. Plin. lib. 5. cap. 11. Arabiam hanc ſterilem, & præter Caſium montem nihil inſigne habentem indicat. Sed hoc Caſium, caſij, mons apud Euphratẽ, ubi Traianus dicauit crateras argenteos in tẽplo Iouis Caſij, cum epigrammate. Suid.

Caſpiæ portæ, (κάσπιαι πύλαι) uariæ dicuntur. Quidam Amazones, portis Caſpijs egreſſas, ad Alexandrum ueniſſe in Hyrcaniam prodidere, ſed illæ Caucaſiæ fuerunt, per quas tranſitus eſt ex Hiberia in Scythiam. Neronis quoq; princi-

principis comminatio ad Caſpias portas (ut inquit Plini.) ad eum tranſitum reſpiciebat. Verum mons Taurus tribus in locis interruptus quaſi portis quibuſdam pertranſitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantum Caſpiæ portæ appellantur, quæ apud Medos exiſtunt, ſicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has tranſitus eſt ex Babylone, & Perſide ad mare Caſpium. Et hinc fortaſſe Caſpiæ dictæ ſunt, quòd aliquæ gentes uicinis inſident montibus appellatæ Caſpiæ. Iuga uero Caſpia procul hinc abſunt, & ad Armenios, ulterioresq; populos pertinent. Portæ autem Caſpiæ (ut Solinus inquit) panduntur itinere manufacto milibus octo paſſuum longo. Nam latitudo uix eſt plauſtro permeabilis. Hæ alibi Armeniæ, inquit Plinius, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ uocantur.

Caſpij, populi Scythiæ ad Caſpium ſinum, ut author eſt Pomponius li. 3. apud quos ſæuiſsimi ſunt canes, ut ſcribit Valerius Flaccus li. 6.

Caſpium mare. ὑρκανία θάλασσα. dicitur quod inter Caſpios et Hyrcanos monteis eſt, à quibus nomen accepit, et immenſum occupat ſpaciū.

Caſſandra, Priami & Hecubæ filia, quæ cū ob formæ elegantiam ab Appolline amaretur, eidem corporis ſui copiam promiſit, ſi uates ab illo fieret: quod Appollo ſe facturum iuramento firmauit, ſed cum illa promiſſis non ſtaret, iratus deus fecit, ut eiuſdem uaticinijs nulla fides adhiberetur, cum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Poſtea deſponſata fuit Chorœbo, ut ait Maro, Homerus uerò Orthryon eum nominat, qui in auxilium Troianis ueniēs in poſtrema nocte perijt. Hāc quoq; Aiax Oilei in Mineruæ templo uitiauit, ut ſuperius auditum eſt. Tandem deuaſtata Troia Agamemnoni in ſortem cōtigit, cui omnia fata, quæ illi à coniuge ſeruarentur, prædixit: ſed more ſolito nihil ei creditum eſt. Veniens igitur cum Agamemnone domum, cum eodem in conuiuio iuſſu Clytemneſtræ occiſa eſt. Vergilius,

» Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.

Eſt & Caſſandra oppidum, & Caſſandria colonia, de quibus infrà in Potidæa.

Caſiope, ſiue Caſſiopea, Cephei regis Aethiopum uxor, & Andromedes mater, quæ cum Nereidibus de pulchritudine certauit: pro quo facto inter ſydera conſtituta fertur. Eſt aūt ſydus ita figuratum, ut in ſella ſedeat. Conſtat ſtellis tredecim, occidens cum ſcorpione, capite cū ſedili reſupina ferri proſpicitur, exoriri autem cū ſagittario. Perot. Eſt & Caſsiope oppidum Epiri, à qua Caſsiopei, eiuſdem regionis populi dicti Plinio li. 4. Mantuanus,

» Solis equos ſuprà fulgentem Caſsiopeam.

Caſtalius. κασταλία fons Caballinus & Libethris dicitur. Eſt in radicibus Parnaſi Muſis ſacer à uirgine Caſtalia, quæ Apollinem fugitans præcipitata & in fontem uerſa eſt, cuius aquā dicuntur bibere poëtæ. Hunc fontem dicit Acron fuiſſe in Lycia, ubi armenta Apollo fertur pauiſſe. Verg. lib. 3. Georg.

» Iuuat ire iugis, qua nulla priorum
» Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo, &c.

Caſtor & Pollux fratres, quos Tyndaridas, ſicut et Helenam eorum ſororem Tyndaridem appellant. διόσκουροι. filij fuerunt Ledæ, à Ioue ſub cigni forma compreſſæ. Hi igitur adulti in fortiſſimos uiros euaſerunt, Piratas fugarunt, & ob id maris Dij habentur, & maximè à nautis inuocantur. Deinde Colchos cū Argonautis profecti ſunt, ad rapiendum aureū uellus & inde redeūtes, Pollux in itinere Amycū Bebryciorū regem, inſidias ei ſtruētem, interfecit. Domū reuerſi Helenam ſororem à Theſeo raptā recuperarunt, quæ cū denuo à Paride eſſet abducta, cum reliquis Græciæ principibus ad Troiam ire ſtatuerunt, ſed in itinere in cœlum ſunt ſublati, ſignumq; geminorum fecerunt. Porrò cū Caſtor mortalis eſſet, alter uerò immortalis, petijt Pollux à patre Ioue, ſibi cum fratre immortalitatē partiri fas eſſet, quod impetrauit. Sed hæc ideo finguntur, quia duo ſunt ſydera, quorū altero occidente, alterū protinus apparere incipit. Politianus, Vtq; bonum frenis Caſtora frater amet. Caſtor quoq; & Mecaſtor & Percaſtor aduerbia iurandi, quaſi per ædem Caſtoris. Vide infrà in dictione Pollux.

Caſtritius, cum tempore Syllanæ diſſenſionis Placentiæ gereret magiſtratū, & Cn. Carbo COS. Marianarum partium peteret obſides Placentinos, ne Placentia ad Syllam deficeret,

tet, neganti Caſtritio dixit, multos ſe hab re gladios. At ego annos, inquit Caſtritius. Author Valerius.

Caſtulonenſes, populi ſunt Hiſpaniæ Bæticæ apud Plin. lib. 3. cap. 3. Ex colonia (inquit) Salarienſe oppidani Latij ueteris Caſtulonenſes, qui Cæſari uenales appellantur. Hæc ille in deſcriptione Hiſpaniæ.

Catabathmus, (καταβαθμὸς) oppidum in Aphrica, & uallis repentè conuexa, ut ſcribit Plinius. Pomponius, Catabathmos uallis deuexa in Aegyptum, finit Aphricam. ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν. Et ſignificat catabathmus locum decliuem atque deuexum.

Catana, Siciliæ oppidum eſt prope Aetnã montem, apud Plinium lib. 3. cap. 8. Eſt & Catina in Silicia. ab hac Catinenſes, ab illa Catanæi & Catanenſes dicti. Hermolaus apud Plinium unam intelligit, quæ Græcis quidem frequentius Catana, Latinis ferè Catina dicitur. Catinæ, ſimulachrum fuit Cereris, ut Cicero in actione cõtra Verrem ſeptima ſcribit, quòd à uiro non modò tangi, ſed ne aſpici quidem fas fuit. Silius lib. 14.

» Tum Catinæ nimiũ ardenti uicina Typhœo.

Catilina, ciuis Romanus nobilis & ſeditioſus, ingenio malo prauóque, cui eloquentiæ ſatis, ſapientiæ parum fuit. Ex Saluſtio notiſsimus eſt. Is cum quibuſdam alijs in patriæ ſuæ perniciem coniurauit, ſed Ciceronis opera urbe pulſus, foris exercitum congregauit, quo uicto, & ipſe occubuit. Lucan. lib. 7.

Pacificas ſæuus ſenſit Catilina ſecures.

Vide Saluſtium de bello Catilinario.

Catillus, Catilli filij, Amphiarai fuit filius, qui cum fratribus Corate & Tyburtino, ſiue Tyburto in Italiam uenit, ibique reliquis adiuuantibus Tybur oppidum condidit. Vide infrà. Vergilius libro ſeptimo,

» Catillusque acer Coras, Argiua iuuentus, &c.

Catina urbs Siciliæ. Strabo, Diodorus & Ptol. non Catinam ſed Catanam ſcribunt. unde Catanæus Charundas, qui leges Athenienſibus dedit. ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ ἄνω dicitur, quòd quum ignes ex Aetna erumpant, ſuperiora ima fiunt. Vide ſupra Catana. Eſt & Catina, Arcadiæ oppidum. Plin. libro 4. cap. 6. in deſcriptione Arcadiæ.

Cattiterides, Ptol. li. 2. cap. 6. decem ſunt inſulæ in occidentali Oceano. Caſsiterides cæteri uocant à plumbi ſtannique copia, quod κασσίτερος dicitur. Herodotus li. 3. Ne Caſsiteridas quidem noui inſulas. hoc eſt ſtannarias, unde ad nos uenit ſtannum. uide Caſsiterides.

Catones, ex oppido Tuſculo originem habuere, unde primum profectus M. Porcius Cato ſenex, perſuaſione atque amicitia Valerij Flacci ſolicitatus. Hic Trib. mil. in Sicilia fuit. Prætor Sardiniã ſubegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis inſtitutus ætate iam grandis. Conſul deinde cum eodem Flacco creatus, citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt, ubi rebus fœliciter geſtis, omnium urbium muros, quæ intra Bætim ſunt, uno die ſolo æquari iuſsit, Author Polybius. Plinius tribus eum laudibus cumulat, perfectum imperatorem, & ſenatorem, & oratorem nominando. Cuius ingenij etiam meminit Cicer. in Oratore. Scripſit origines, & paruum de agricultura librũ, de quo plura apud Ciceronem, Gellium, Plinium, Plutarchum. Catones item duo fuerunt ſuperioris filij, quorum alter in bello contra Perſeum ſub Aemilio Paulo magna cum laude militauit. Alter Saloninus ex matre cognominatus, patre ſuperſtite ac prætore deſignato, extinctus eſt, & egregios in iuris diſciplina libros compoſuit. Author Gellius, lib. ſecundo, capite 14. Præterea M. Cato ſenioris nepos, cognomine Vticenſis, ſeueritate & doctrina Stoica auum referebat, nudis interdum pedibus breuique toga in publicum prodibat, ſeſe adſuefaciens, nihilo niſi obſcœnis rebus ac deteſtabilibus erubeſcere. Conſulatum fruſtrà petijt. Martiam coniugem roganti Hortenſio amico conceſſit, eandemque poſtea Hortenſij hæredem recepit. Id quod ei Cæſar auaritiæ cauſa factum obijcit, Dimiſit (ut inquit) ut locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonſus fuit. Poſt pugnam Pharſalicam, Vticam cum Scipione ſe recepit, ubi cum mori ſtatuiſſet, nocte de Stoica philoſophia diſſeruit, ac Phædone Platonis de animi immortalitate perlecto libro gladio incubuit. Ex Plutarcho.

Catularia, porta Romæ dicta eſt, quia non longè ab ea, ubi ad placandum caniculæ ſidus,

fru-

ſrugibus inimicum, ruſæ canes immolabantur, ut fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catuli. Q. Luctatius Catulus primo bello Punico, CCC nauib. aduerſus Pœnos profectus, ſexcentas eorũ naues commeatibus impeditas duce Amilcare apud Aegades inſulas, inter Siciliam & Africã depreſſit, finemq́; bello impoſuit, pacem petentibus hac conditione conceſsit, ut Sicilia, Sardinia, cæterisq́; inſulis inter Italiã, Africamq́; decederẽt, & Hiſpania citra Iberũ abſtinerent. Liu. Catulus item orator, conſul cum C. Mario quarto eius cõſulatu, Cimbros fudit: ab eodem poſtea urbe occupata per diſſenſionẽ mori iuſſus eſt, fruſtrà precantibus pro eo ciuibus. Itaq; in cubiculo incluſus, candentium carbonũ uapore ſuffocatus eſt, teſte Vale. Cuius manes ultus eſt poſtea Sylla interfecto Mario Iuniore. Lucan.

» Quid ſanguine manes
» Placatos referam Catuli?

De hoc Catulo Cic. in Orato.

Catullus, prænomine C. Valer. poëta Veronenſis, natus anno ante Salluſtium, Sillæ, Mariјq́; temporibus, in poëmatis cum laſciuus, tum mordax, quippe qui Cæſari, maximo tunc uiro minimè pepercit: Iambis eum criminatus, reconciliatus nihilo minus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus eſt, ut author eſt Tranquillus. Scripſit de paſſere ſuæ Lesbiæ, celebrauit nuptias Mallij, amauit Ipſithillam & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam uocat. Scripſit & alia multa.

Mortuus eſt Romæ. Ouid. lib. 2. de Triſtibus,

» Sic ſua laſciua cantata eſt ſæpe Catullo
» Fœmina, &c.

Caucaſus, (καύκασος) penultima product. mons Indiæ editiſſimus, ad ſeptentrionem uerſus Scythas, Indiam à Scythia dirimens, aſper multis ſcopulis, & inhoſpitalis, utpote cuius uertex perpetuis niuibus rigeat. In radicibus uero arboribus, herbis ueneficis, & uulturibus abundet. Vergilius,

» Sed duris genuit te cautibus horrens
» Caucaſus. Hic fertur ſyderibus proximus, unde aſtra maiora uiſuntur, & eorum ortus occaſusq́; diligenter perſpiciuntur. A Caucaſo fit Caucaſeus. a. um. καυκάσιος. Vergilius,

» Caucaſeasq́; refert uolucres.

Caudis, uel Caudium, Samnium oppidum in Italia prope Beneuentum. Vnde furcæ Caudinæ, & Fauces Caudinæ Romanorũ ignominia & clade nobilitatæ, quam T. Caluino, & Sp. Veturio COSS. acceperunt. Author Liuius.

Caulum, oppidum quod à Plinio libro 3. capi. 10. collocatur in prima regione Italiæ. Vergilius 3. Aeneidos,

» Caulonisq́; arces, & naufragum Scyllaceũ.

Hanc Strab. lib. 6. uocat Cauloniam, dicens, Poſt Sagram Caulonia extat, prius Aulonia quaſi uallonia, à uicina conualle nominata, ab Achiuis ædificata, nunc aũt uacua eſt.

Caulon, qui & Aulon, mons eſt Calabriæ, boni uini abundans, ut teſtatur Horat. inquiens,

» Et amicus Caulon fertilis Baccho, &c.

Caunus, (καῦνος) Cariæ oppidum & inſula in mari Oceano, ad Calbin fluuium. Meminit Calbis Strabo lib. 14. & adiuncti oppidi Cauni æſtate & autumno, ut ipſe ait, ad inhabitandum grauis, ob calorem & pomorum copiã. Ob id Caunij peſtilenti cælo eſſe dicuntur. Hos cum intuitus eſſet Stratonicus citharœdus, homo ſalibus plenus, illum ex 6. Iliad. uerſiculum in eos protulit,

» οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. id eſt. Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum. Colorem uidelicet, quo omnes pallebant, ſuggillans. Caunij uerò quum hominem inceſſiſſent acrius, quòd urbẽ ut morbidam carperet: Ego, inquit, non morbidam dicere auſim, ubi mortui ambulant? urbanius multò acriusq́; quàm prius illudens. Hæc ex Strabone lib. 14. Ab hac ciuitate uehebantur fici Cauneæ dictæ.

Cauros (καῦρος) inſula cum oppido, quæ prius Adrus, deinde etiã Antandros dicta eſt, Plin. lib. 4. ca. 12. Eſt & Caurus, uentus ab Occaſu flans, qui & Corus dicitur. ἀργέστης. Vide in dictione Corus.

Caycus. κάϊκος. nomen eſt fluuij in Phrygia, & labitur per Myſiam & Pergamum, per campum qui Caycus appellatur.

Cayſter. κάϋστρος. fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, qui multos amnes ſecum deferens, Aſiam paludẽ præterlabitur, Epheſumq́; abluit,

cygnis præterea abundat. Dicitur ἀπὸ τοῦ καίειν. hoc eſt amburi: quoniam propinquus ſit Catacecaumenæ, quæ pars eſt Epheſiæ pertorridæ & deuſtæ, fertilis nulla præter uitem arbore, ſed uino præſtantiſsimo, quod Vitruuius & Plin. Catacecaumeniten ex hac origine denominant. Hinc Cayſtranus campus. Strabo, Poſt egreſſum Cayſtri amnis lacus eſt Seleuſius cognomine, in alterum ſtatim lacum interfluens. Vergilius,

» Atq; Aſia circum

» Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

C ANTE E.

CEa, ſiue Ceos (utrunq; enim ſcribitur Plin. lib. 4. cap. 12.) inſula eſt iuxta Eubœam, de qua Ouidius,

» Tranſit & antiquæ Carthεia mœnia Ceæ.

A qua Ceæ ueſtes: nam ex hac quoq; profectam delectationi fœminis ueſtem, author eſt Var. ut Plin. tradit. Propert.

» Et tenues Cea ueſte fouere ſinus.

Quo in loco parũ doctè aliquos Coa pro Cea legere Hermolaus tradit. Ab hac Ceus Ereſiſtratus, clarus medicus dictus. Ciam Ptole. nominat, ut hodie quoq; uulgus nautarum. Author Hermolaus apud Plinium. Vide infrà in dictione Cos & Chios, & Cous.

Cebrenia, locus eſt Troadis regionis, cuius meminit Plinius lib. 5. ca. 30. Strabo. lib. 13. Cebriniam ſcribit pro regione & urbe. Et Cebrinij populi, regionis & urbis incolæ. Sunt Cebrenij in Thracia, dicente eodem Strabone, Eſt fluuius quidam Ariſbris in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant. Multa enim apud Troës & Thraces eiſdem nominibus appellantur: ut Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus & Scææ Troianæ portæ. Itẽ Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluuius. Item Rheſus apud Troiam fluit. Rheſus etiam Thracum rex fuit. Hæc ille lib. 13.

A. Cecinna, Volaterranus equeſtris ordinis, Quadrigariorum magiſter, Pompeianarum partium tempore belli ciuilis, hirundines paruas è nidis Romæ comprehenſas nutriebat, quas poſtea nuntias belli mittebat amicis, uti Plinius refert. Scripſit librum contra Cæſarem. Fuit Ciceroni familiaris & cliens, defenſus ab eo in quadam hæreditatis cauſa. Extant & inter eos epiſtolæ conſcriptæ. Scripſit & librum de procurandis fulguribus, quem Seneca ſe fatetur imitari, dicitq; eum uirum facundum, niſi à Ciceronis rebus primò receſsiſſet.

Cecrops, (κέκροψ) primus Athenienſium rex, qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas inſtaurauit. Hinc

Cecropia, oppidum à Cecrope conditore, nunc eſt arx Athenis. Plin. lib. 7. cap. 56. Oppidum, inquit, Cecrops à ſe appellauit Cecropiã, quæ nunc eſt arx Athenis. Et

Cecropius. a. um. (κεκρόπιος) poſſeſsiuum. Verg. lib. 4. Georg.

» Cecropias innatus opes amor urget habendi.

Cecropis. idis. κεκροπὶς. patronymicũ fœmininũ.

Cecropidæ Athenienſes dicti ſunt.

Celæno, una eſt ex Pleiadibus Atlantis & Pleiones Nymphæ filia, cum qua Iupiter concubuit. Ouidius,

» Et te formoſa Celæno,

» Maiam & Electram, Taygetamq; Ioui, ſcilicet concubuiſſe ferunt. Vide infrà de Pleiadibus. Eſt item Harpyiarũ una Neptuni & Terræ filia, ſoror Ocypeles & Aëllûs, quarum formam, & ubi habitent deſcribit Verg. 3. Aen. Ab obſcuritate nomen habent. Nam κελαινὸς Græcis niger eſt. Vide infra de Harpyijs.

Celtæ, populi ſunt Galliæ inter Sequanam & Garumnam amnes, ſic à Celto Polyphemi filio dicti, ut ſcribit Appianus: qui cum ueniſſent ad Iberum Hiſpaniæ fluuium, ibiq; conſediſſent retenta proximi nominis parte, & aſſumpta parte fluminis iuxta quod conſederant, Celtiberi, (κελτίβηρες) dicti ſunt: & regio eorum Celtiberia, unde Lucan. lib. 4.

» Profugiq; à gente uetuſta

» Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi.

Inde Celtibericus. a. um. κελτιβηρικὸς. nomen poſſeſsiuum, ut bellum Celtibericum.

Celtiberi, Hiſpaniæ populi ad Iberum fluuium, quorum meminit Strabo lib. 3. & Plinius lib. 3. cap. 3.

Celtiberia, ea eſt Hiſpaniæ regio quam incolũt Celtiberi. Plin. lib. 4. ca. 21.

Celticum, Hiſpaniæ promontorium, quod finem terræ, hodie uulgus peregrinum cognominat, ut notat Vadianus Pomponij interpres. Eſt

etiam

etiã Celticus adiect. ut uiridia Celtica. Plin.

Cemenos, (κέμμενον ὄρος) *Græci eos monteis uocant, quos noſtri Gebenna, longe ab Alpibus ſummotos: ubi à Cemeno alpium monte Varus amnis in Narbonenſem uerſus delabitur. Vide Cemelleo.*

Cenchreæ, *Peloponneſi oppidum eſt prope Corinthum in Iſthmo ipſo, iuxta fanum Neptuni, quem Strabo ob id Iſthmium appellat. Author Pomponius lib. 2. & Plinius lib. 4. cap. 4. & 5. Idem locus aliàs Cenchris,* (κεγχρεαί) *ut inquit Hierony. Corintho uicinus, imò portus ipſius Corinthi. Plinius libro 4. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini.*

Cenchrius, *Ioniæ amnis eſt, ad Epheſum Cayſtro proximus, per lucum Ortygiam fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu: accolæ aditum olim quo peperit, ipſamq́; oliuam, ſub qua partu liberata quieuit, monſtrare ſoliti fuerunt. Vide Tacitum libro 3.*

Ceneia, (κηνηΐς) *dicta eſt Atalanta Cenei filia. Vide in dictione Ceneus.*

Ceneum, *promontorium eſt Euboiæ, à quo Iupiter Cenæus appellatus eſt, quod ibi præcipuè coleretur. Hercules enim ab Oechaliæ expugnatione rediens in eodem loco aram parenti conſtruxit. Ouidius,*

» *Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat*
» *Vota Ioui, &c.*

Ceneus, *Theſſalus, Lapitha, quum multis inter fuiſſet prælijs, nunquam tamen lædi potuit. Hinc natum prouerbium, Inuulnerabilis ut Ceneus. Neſtor apud Ouidium lib. 12.*

» *Veſtro fuit unicus æuo*
» *Contemptor ferri, nulloq́; forabilis ictu*
» *Cycnus, at ipſe olim patientem uulnera mille*
» *Corpore non læſo Perrhæbum Cenea uidi,*
» *Cenea Perrhæbũ qui factis inclytus Othryn*
» *Incoluit.* *Inde Ceneia Atalanta, Cenei filia dicta apud Ouidium,*
» *Talia dicentem molli Ceneia uultu*
» *Adſpicit.*

Cenomãni, (κενομάνοι) *Galliæ Celticæ ſiue Lugdunenſis populi, uulgò notiſſimi. Horũ meminit Plin. li. 4. cap. 18. Fuerunt & Cenomanni, Italiæ populi, in quorũ agro Cremona fuit & Brixia, eodem Plin. authore lib. 3. ca. 19. Cenomanni Galliæ, aliàs Cenomãni Galliæ Ciſalpinæ populi, quorũ caput urbs Brixia fuit.*

Centauri, *Ixionis & Nubis filij, qui finguntur humana facie, & equino tergo, unde nubigenæ, bimembres, & ſemiferi dicuntur. Dicti ſunt nubigenæ, quaſi filij nubis, quoniã in caſtello habitauerũt nomine Nephele.* νεφέλη, *nubes. Et quoniam uel currẽdo uelociter, uel dũ equi eorum in tranſitu Penei fluminis potantes, capita inclinata tenerent, unum eſſe animal uidebatur, hinc datum huic opinioni locum ut ſemiequi & ſemihomines fuiſſe dicantur. Hæc Seruius. Veritas hiſtoriæ hoc habet: Centauri dura & agreſtis natio, primi ex equis pugnare inuenerunt: cum ante equis uehi Bellerophon, frenis & ephippijs uti Pelethronius inueniſſent. Hi cum in nuptijs Pirithoi cibo repleti, uinoq́; madentes, ſponſam eidem auferre conarentur, à Theſeo & ſocijs ſunt ſuperati. Bellum quoq́; cum Lapithis geſſerunt, à quibus ſimiliter uicti, fuga ſibi conſulere coacti ſunt. Sunt tamen reuera populi Theſſaliæ, iuxta Pelium montem, qui primi equos domuiſſe, & ex ijſdem pugnaſſe dicuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. Sic appellati,* (κένταυροι καὶ ἱπποκένταυροι) *quòd inſeſſis equis boues æſtris agitatas, ſtimulis ad tecta reuocauerint. eſt enim* κεντεῖν, *ſtimulare & pungere. Verg. 2. Georg. Ille furentes*

» *Centauros leto domuit, &c.*

Centaurorum nomina qui magis inſignes fuerunt, hæc ſunt, Chyron, Eurytis, Amycus, Gryneus, Rhetus, Arneus, Lycidas. Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus, qui ſuſcepiſſe Herculem hoſpitio dicitur. Lucanus,

» *Hoſpes & Alcidæ magni Phole.*

Eos ab Hercule uictos interfectosq́; oſtendit Diodorus. Vide plura in Cornucopiæ Perotti. Inde Centaureus. a. um.

Centaurus. *νύλωος. fluuius eſt, qui prius Euenus dicebatur, poſt Neſſi Centauri mortẽ ab Hercule interfecti à poëtis cẽtaurus uocitatus eſt*

Cephallene, (κεφαλλήνη.) *Cephalenia,* (κεφαλληνία) *cum e poſt l, inſula Ionij maris à Cephalo Amphitryonis ſocio: uel à Cephalo Deionei filio dicta. Pomponius li. 2. Plinius tradit eam quondam dictam fuiſſe Melænam libro 4. capite 12.*

Cephalus, Aeoli filius, ſiue ut alij tradunt Deionei, & Aeoli nepos, Procrin Erichthei, uel ſecundum Seruium, Hyphili regis filiam in uxorem habuit, ſed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapem, & duo haſtilia, omnia, quæ uellet, contingentia (erat enim uenator inſignis) dederat. Quapropter uxor ſuſpicans maritum ſuum alterius mulieris amore captum, furtim eum in ſyluam ſecuta eſt, & ut experiretur an alteram adamaret, inter uirgulta ſe abſcondit, cumqúe maritum blanda uoce Auroram uocantem audiſſet, mouit ſe paulum, quod Cephalus ſentiens, feram ratus, iaculum immiſit, atq; ita inſciens uxorem interfecit. Ouidius,

» Clarus erat Cephalus ſyluis, multæq; per her
» Conciderant, illo percutiēte, feræ. (bam

Hunc poſtea ab Aurora raptum, idem Ouidius author eſt de Arte amandi,

» Latmius Endymion nō eſt tibi Luna pudori,
» Nec Cephalus roſeæ præda pudenda deæ.

Neque tamen deſunt, qui à Ioue in lapidem conuerſum tradunt. Alter fuit Cephalus, Athenienſis orator, qui primus procœmia & epilogos induxit. Author Suid. Huius Cephali Aeſchines & Demoſt. in orationibus aduerſarijs meminerunt

Cepheus. κηφεύς. teſte Ouidio, Aethiopum rex fuit, Andromedæ pater, quam ceto propoſitam fabulæ dixerunt. Hanc autem Perſeum à periculo liberatam, uxorem duxiſſe. Itaque ut totum hoc genus perpetuò maneret, ipſum Cephea inter ſidera collocatum eſſe prodiderunt, unà cum uxore Caſſiopeia, & Andromeda, filio, & genero Perſeo. Oritur Cepheus in 17 parte Capricorni, hoc ſidere nati, erunt ſeueri, ſicut Catones.

Cephiſia, (κηφισία.) Attica regio nam Cecrops Athenarum conditor omnem eius regionis multitudinē in XII urbeis digeſſit. Sed Theſeus poſtea has omneis in unam Athenienſiū ciuitatem congregauit. Dicta Cephiſia à Cephiſo amne. Eſt & Cephiſia fons Atticæ, ſicut Calirrhoë.

Cephiſus, fluuius eſt, per Bœotiam fluens magna ex parte torrentis inſtar in mare Phalerum ſe condit. ortum habet in radicibus Parnaſſi montis. Lucan. lib. 3.

» Bœotij coiere duces, quos impiger ambit
» Fatidica Cephiſus aqua, &c.

Iuxta hunc enim amnem Deucalion & Pyrrha in Themidis templo ſumpta huius fluminis aqua didicerunt, quomodo humanum genus reparari poſſet. Cephiſidæ undæ, et Cephiſias ora, apud Ouidium. Huius etiam meminit Plinius lib. 4. cap. 3.

Cepio Seruilius, conſul Romanus, Hiſpaniam, duce Viriato, rebellantem pacauit. Proconſul capta Toloſa in terra Gallia, è templo aurum ſuſtulit. Vnde & ipſe, & quicunque ex ea direptione aurum attigiſſent, miſero cruciabiliq; exitu perierunt. Nam poſtea conſul cum Cn. Manlio contra Cimbros in Italiam ruentes miſſus, apud Rhodanum uictus, profligatusq; eſt. Iuſſu Popu. Roma. Cepionis, cuius temeritate id acciderat, bona publicata, eiq; primo poſt Tarquinium abrogatum, ipſe in publicis uinculis extinctus, inde tractus diſcerptusq; eſt ad ſcalas Gemonias. Ex Liu. lib. 67. Alij hunc in exilio perijſſe dicunt: at Q. Cepionem Seruilium, qui de Cilicibus triumphauit, reum poſtea damnatumq; in Gemonijs ſcalis manu carnificis laceratum eſſe, ut traditur à Valerio Maximo.

Ceramicus, Cariæ ſinus eſt non longè ab Halicarnaſſo nobiliſſima urbe. Author Pomponius libr. 1. in Cariæ deſcriptione, & Plinius libro quinto capite 29. Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas. Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus eodē Suida authore. De quo uide Eraſ. in prouerb. Lampadem tibi curſu trado. κεραμεύς Latinè tegularius aut figularius dicitur, de quo latè Suidas.

Ceraſtis, dicta eſt Cyprus, quoniam homines ceraſtas, cornibus inſignes olim tenuiſſe quidam ſcribunt. Alij quòd procurrentibus promontorijs uelut infeſtis cornibus aſſurgant. Plinius lib. 5. capite 31.

Ceraſus, ſuntis. (κερασοῦς) & Ceraſunta, ſeu Ceraſuntia, urbs in Ponto. Hieronymus ad Marcellum, Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum: talibus, & tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem, ſiquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubiugatis, de Ceraſunte primus

Romam

Romam pertulit. unde de patria arbor nomẽ accepit. Pomp. Raræ urbes Ceraſunta & Trapezus maxime illuſtres.

Ceraunia, ſiue Ceraunij altiſſimi montes ſunt Epiri, in mare uſq; protenſi, qui Adriaticum mare ab Ionio ſeparant: dicti à fulminibus, quibus ſæpe impetuntur. κεραυνὸς enim græcis fulmen ſonat. Ouidius lib. 1. de ponto. Eleg. 6.

» Cum poteram recto tranſire Ceraunia uelo,
» Vt fera uitarem ſaxa monendus eram.

Item Lucan. lib. 5. Oræq; malignos
» Ambraciæ portus, ſcopuloſa Ceraunia nautæ
» Summa timent, &c.

Vide Ceraunus.

Ceraunus. κεραυνός. cognomen cuiuſdam Ptolemæi, quo nomine etiam ſignificatur fulmen, Græcis dictum κεραυνός. Vnde Ceraunij montes ſunt Epiri, à crebis fulminibus. Plinius pro illis accipit, qui Caſpius, & Niphates à Ptolemeo nominantur, quibus uidelicet ab ortu ſolis finitur Armenia. Huius rei cauſſa eſt, quòd Taurus mons ſimulatq; frãgi cœpit, & innumeras obire genteis, Ceraunus in uniuerſum uocatur, etiam ſi nominibus populorũ per quos meant laciniæ diſtinguitur. Alio nomine dicuntur Acroceraunia. Sic Iupiter dictus eſt κεραύνιος. quod fulgur emittat.

Cerberus, (κέρβερος) pen. cor. interpretatur terra, quæ omnia conſumit, inferni cuſtos: quaſi κρεοβόρος. id eſt, uorans carnem. κρέας enim Græci carnem dicunt. βορὸν edacem. Canis triceps. Cerberum ab infero traxiſſe Herculem in fabulis eſt. Fertur quòd hic fuerit ſerpens in Tænario Laconiæ promontorio, cuius ueneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur eſſe aditus, Ditis canem dixerũt: quem cum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula, Canem tricipitem interemiſſe: aut quia omnes cupiditates, & cuncta uitia terrena contempſit ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexandri Epiroticus, leonibus congrediens.

Cerceis. κερκηίς. nomen nymphæ à texendo. κερκὶς enim radium textoriũ ſignificat. Hanc Heſiodus Oceani & Tethyos filiam fuiſſe dicit.

Cerceti, montes Theſſaliæ, dicente Plin. li. quarto, capite 8. In Theſſalia, inquit, ſunt quatuor atq; triginta montes, quorum nobiliſsimi Cerceti, Olympus, Pierus, Oſſa: cuius ex aduerſo Pindus & Othrys, Lapitharum ſedes, ad occaſum uergentes, &c. Hæc ille.

Cercyon, (κερκύων) latro fuit inſignis, quem Theſeus totam Atticam regionem latrocinijs infeſtantem, immani ferocia & membrorum robore curuantem trabes, & altiſſimas pinus ad terram trahentem, ut hoc modo homines diſcerperet, apud Eleuſim Atticæ urbem interemit. Ouidius lib. 7.

» Cercyonis lethum uidit Cerealis Eleuſis.

Cercopes, duo fratres fuerunt Paſſalus & Achemon. uide ſuprà, Achemon.

Cere. καιρία. oppidum fuit Thuſciæ non longè à Tarquinijs. uide in dictione Cærete.

Cerealia, orum. (Δημήτρια, τά) dicuntur ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta, quæ Plinius etiam lib. 24. Theſmophoria uocat, à Cerere Theſmophora. hoc eſt legumlatrice. Plutarchus quoq; Adonia uocat.

Ceretani, ſiue per dipht. Cæretani. κερετανοί. populi Hiſpani, ut author eſt Plinius & Strabo, apud quos generoſa uina naſcebantur, quæ Ceretana dicebantur. Martialis,

» Ceretana nepos ponat, Setina putabis.

Sunt & Ceretani populi ex Cereto Vmbriæ inter Spoletam & Nurſiam oppido, qui totũ orbem uano quodam, ac turpi ſuperſtitionis genere ludificant. Vnde quidã de illis inquit, Nam illa uidentur prodigialiter in noſtris Ceretanis accidiſſe, ut aliqua uitis apud te excederet uuarum numerum duorum millium.

Ceres, Saturni & Opis filia, frugũ inuentrix, quæ cum Ioui fratri placuiſſet, ex eo Proſerpinam peperit, quam à Plutone raptam cum mater inuenire non poſſet, dolore percita, filiam accenſis facibus maximo cum ululatu per totum orbem quæſiuit: Quo itinere ad Eleuſium Atticæ regem peruenit, eiusq; filium Triptolemum recens natum, pro nutrice aluit, patremq;, qui infantem præter morem creſcentem admiratus, nocturno tempore obſeruauerat, quid cum puero ageret, interfecit. Triptolemum autem dato curru draconibus iuncto, qua ratione fruges eſſent ſerendæ, inſtituit, qui poſtea Eleuſim oppidũ de patris nomine dictum condidit, ibiq; Cereri ſacra fecit. Deinde cum ad Lyncum Scytharum re-

gem perueniſſet, ille uerò Triptolemi uitæ inſidiaretur, Ceres irata eundem in animal ſui nominis transformauit. Tandem cum in Siciliam ad Cyanes fontem ueniſſet, ibique inuento filiæ cingulo, ab Arethuſa eam apud inferos à ſe uiſam edocta eſſet, Plutonis audaciam apud Iouem accuſauit, qui dixit, illam ab inferis retrahi poſſe, ſi nihil apud eoſdem comediſſet. Sed accuſante Aſcalapho compertum eſt, eam tria, ſiue ut alij habent, ſeptem grana mali punici ex Plutonis uiridario guſtaſſe. Iupiter uerò quò Cereris dolorem mitigaret, ſanciuit, ut Proſerpina ſex anni menſibus cum uiro eſſet, & totidem apud ſuperos cum matre. Dicitur autem Ceres à creando. Et alma Ceres ab alendo, quia nos alit. Vel (ut Cicero de Nat. Deorum ſcribit) tanquam Geres à gerendis frugibus, caſu prima litera immutata. à Græcis Δημήτηρ *quaſi* γημήτηρ. *hoc eſt, terra mater, quòd cunctarum frugum creatrix ſit, & alimenta largiatur. Proſerpinam uero appellant quaſi ſegetem. id eſt, terram radicibus proſerpentem, quæ & Hecate dicitur.* ἑκατὸν *enim centum, quia centuplicatum Ceres proferat frumentum. Hæc quandoque Luna dicitur, ſicut Liber pro Sole. Vergilius lib. 1. Georg.*

» *Vos ô clariſsima mundi*
» *Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,*
» *Liber alma Ceres.*

Ponitur interdum Ceres pro ipſo pane, ſicut Liber pro uino. Terentius,

» *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Cerinthus hæreticus, cuius meminit Dionyſius, cum de Ioannis reuelatione diſſereret, Cerinthus, inquit, adfirmabat futurum regnum CHRISTI uoluptarium, mores ſuos faſſus, quòd gulæ luxuriæq́ deditus eſſet. Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſebij libro tertio.

Ceſperia, ſiue Caſperia, urbs fuit Sabinorum, ex qua Turnũ auxilium habuiſſe contra Aeneam, Maro author eſt, lib. 7.

» *Ceſperiamq́ colunt.*

Ceſſero, Narbonẽſis Galliæ oppidum ad Carpentoractem, Plinio lib. 3. cap. 4. in deſcriptione Narbonenſis prouinciæ. Vulgò Caſtres.

Cethegus, conſul fuit, Cicerone teſte, cum P. Tuditano bello Punico ſecundo. Fuit & alius qui in Catilinæ coniuratione Salluſtio commemoratur. Cuius etiam ſępè Cice. meminit Oratione in Catilinam tertia. Iuuenalis,

» *Clodius accuſat mœchos, Catilina Cethegũ.*

Cetij, populi ſunt inter Cilices & Pelaſgos, authore Strab. li. 13. quos ſic dictos putat à Cetio fluuiolo quodam in eorum agro, cuius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 30. Cetius mons inter Noricum & Pannoniam. hodie Kalenberg uulgò dicitur.

Ceus, ſiue Cæus, ut quibuſdã placet, Titani & Terræ filius, qui ob Latonam filiam à Ioue ſtupratam, aduerſus eundem arma mouit, ſed uictus perijt. Verg. 4. Aen. Extremã ut perhibent Ceo Enceladoq́ ſororem.

Chabrias, (χαβρίας) *Athenienſis philoſophus, & imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitum ceruorum, duce leone, quàm leonum duce ceruo. Eius Demoſthenes cũ ſæpè in orationibus meminit, tum in oratione ad Leptinem, pluribus res geſtas perſequitur, & in eius laudes digreditur.*

Chalæon, Bœotiæ portus, à quo VII M. paſſuum introrſus liberum oppidum Delphi, ſub monte Parnaſſo clariſsimi in terris oraculi Apollinis. Hæc Plin. lib. 2. cap. 3.

Chæronea, Bœotiæ uicus, Plutarchi Chæronei patria, clade Athenienſium memorabilis. Chæroneæ meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Chalaſtra, (χαλάστρα) *urbs ad Thermeum ſinum, inquit Strab. à Chalaſtra proximo portu dicta. hinc Chalaſtricus. a. um. adiect. ut, Chalaſtricum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10.*

Chalcedonia, ſiue Chalcedon, urbs fuit in Aſia iuxta Boſphorum Thracium, ex oppoſito ad Byzantium. Hanc Megarenſes cõdidere, Cæci appellati, qui non potius oppoſitum littus elegere, in quo iacet Conſtãtinopolis optimo loco. Hic olim magna ſynodus celebrata eſt, quæ inter octo numeratur, quibus Romana eccleſia præcipuum impertitur honorem.

Chalcis, (χαλκίς) *Eubœæ inſulæ urbs, Athenienſium uetus colonia, ut ſcribit Libanius in argumento Olynthiacæ primæ Demoſthenis. aliàs iuxta Calepinum, urbs metropolitana in Eubœa regione, inſula iuxta Euripũ, alio nomine*

mine Caryſtos appellata. unde Chaldicus.a.um. χαλκιδικός. Verg.6.Aen.

» Chalcidicaq́ leuis tandem ſuperaſtitit arce.

Chaldæa, cum æ diphth. (χαλδαίων χώρα) Aſiæ maioris regio, Arabiæ contermina, plana, ſontium indiga, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat inſtituit, & à ſe Arphaxateos nominauit, ut inquit Ioſephus. Chaldæi Aſſyriorum magi ex gentis uocabulo dicuntur, qui diuturna obſeruatione ſyderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet quid cuiq; euenturum, & ex quo quiſq; fato natus eſſet. Vide Chalybes.

Chalybes, (χάλυβες) cum y cor. populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluuium, Paphlagoniæ proximi, Straboni, ſuis temporibus Chaldæi dicti ſunt. Antè autem Halizonas dictos, uel Homero teſte, in Catalogo multis coniectura eſt. Quod quidem fieri potuiſſe, Barbarorum nominũ inconſtantia idem Strabo docet: maximè enim uariantur. Diuites hi ſunt, uictumq́ ex argenti uenis, & ferri metallis quærunt. Flaccus lib. Argonaut.4.

» Non ita ſit metuenda tibi, ſæuiſsima quanquã
» Gens Chalybũ, duris patiẽs cui cultus in aruis,
» Et tonat adflicta ſemper domus ignea maſſa.

Chalybs, fluuius eſt Hiſpaniæ, in quo ferrum optimè temperatur. Sunt & in Hiſpania Chalybes, ad eiuſdem nominis fluuium habitantes, pari ferri copia laborioſi, quorum Iuſtinus meminit lib. ultimo, & Verg.1.Georg.

» India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
» At Chalybes nudi ferrum, &c. Vbi Probus, Chalybes Ponticos intelligit. Tortellius uerò & Mancinellus grammatici, Hiſpanos.

Chamos aſpiratum (quod alio nomine dicitur Beelphegor, ut inquit Hier.) deus erat Tyriorum & Armenitum, quemadmodum Aſtarte dea Sidoniorum, quam coluit Salomon.

Chaones, populi Epiri, à quibus Chaonia regio dicta, author Plin.lib.4. Chaoniã autem Helenus Priami filius, à Chaone fratre, quem in uenatu per ignorantiam dicitur occidiſſe, nominauit, quaſi ad ſolatium fratris extincti. Author Seruius.

Chaonia, (χαονία) pars alpeſtris Epiri, licet quãdoq; ſumatur pro tota Epiro. Hinc Chaones, (χάονες) populi, qui etiam Moloſsi, ut ſcribit Strabo, appellati ſunt, à Moloſſo Pyrrhi filio. Vergilius,

» Chaoniãq; omnem Troiano à Chaone dixit.

Chaos, eſt rudis inordinatæq; materiæ confuſa congeries. Nec audiendi ſunt poëtæ qui aiunt Chaos in principio fuiſſe. id eſt, confuſionem rerum atq; elementorũ, poſtea uerò Deum diremiſſe illam congeriem omnem, ſingulisq́ rebus ex confuſo aceruo ſeparatis, in ordinẽq; deſcriptis inſtruxiſſe mundum, pariter & ornaſſe. Hæc Lactantius. De hoc Ouid.1. Meta.

Charaxes, fuit teſte Herodoto lib.2. Mitylenæus patria, & frater Sapphûs. De quo ſic ipſa in epiſtola ad Phaonem apud Ouidium,

» Gaudet, & è noſtro ſurgit mœrore Charaxes
» Frater, & ante oculos itq́; reditq; meos.

Chares, Athenienſium dux, ad promittendum facilis & promptus. Vnde prouerbium natum, χάρητος ὑποσχέσεις. id eſt Charetis pollicitationes. Author Suid.

Chariſius, Atticus orator, cuius meminit Cic. in Bruto. Et nomen cuiuſdam Grammatici, quem Priſcianus allegat.

Charites. uide Aglaia.

Charites ſeu Gratias, quidam ex Venere & Ioue genitas ſcripſerunt, alij ex Venere & Libero: Cicero ex Erebo & Nocte ortas exiſtimat. Lactantius in primum Thebaid. Iouis & Autonoës filias putat. Heſiodus Iouis & Eurimones Oceani filiæ, filias ſcribit. Vide Aglaia.

Charmonia, Hiſpaniæ urbs Ptolemæo, Carmo Straboni dicta.

Charon, Herebi & noctis filius, Acherontis nauta, ex una in alteram ripam mortuorum animas tranſuehit, ut fabulatur Vergilius lib.6.

Charondas, ſiue Charundas, Thurius, legem tulit, ne quis armatus in concionem ueniret. Cumq; poſtea ipſe è rure ueniens ex improuiſo, ut erat gladio adcinctus, in concionem ueniſſet, admonitus legis ab eo qui proximè ſedebat, eodem gladio incubuit, cum liceret culpam diſsimulare, uel defendere.

Charybdis, (χάρυβδις) & Scylla, duo monſtra ſunt in freto Siculo: de quibus Vergilius,

» Dextrũ Scylla latus, læuũ implacata Charybdis
» Obſidet. Eſt autem locus, ſicut ſcribit Salluſt. iuxta Tauromintanum littus, extatq́

fabula Charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam, quæ cum Herculis uaccas rapuiſſet, à Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrum conuerſa, naturam priſtinam ſeruans. author Seruius. Eſt igitur Charybdis mare periculoſum nautis, quòd contrarij fluctuum curſibus colliſionem facit & rapta quæque abſorbet & reijcit. Ouidius,

» Et uomit epotas ſæua Charybdis aquas.

Seneca ad Lucilium, Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile nauigantibus optimè ſcio. Charybdis an reſpondeat fabulis, perſcribi mihi deſydero. Fac nos certiores, utrum uno tantũ uento agatur in uertices, an omnis tempeſtas ac mare illud contorqueat, & an uerum ſit, quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi.

Chelonophagi, (χελωνοφάγοι) pen. cor. teſtudinum comeſtores. nam χελώνη teſtudo dicitur, φάγοι comeſtores. Sunt autem populi Carmaniæ, ut inquit Solin. qui non alia, quam teſtudinum carne uiuunt. Et earum ſuperficie caſas tegunt, tantæ apud illos reperiuntur magnitudinis teſtudines. Vide Plin. lib. 9. & lib. 6. cap. 25.

Chemnis, inſula in quodam lacu Aegypti, quæ lucos ſyluasque, & Apollinis grande ſuſtinens templum, natat, & quocunque uenti agunt, pellitur. Verba Pomponij Melæ ex lib. 1. De hac Herodotus libro 2. ſcribit, quam Echemmin nominat: uel Chennin, ut aliquorum habent exemplaria.

Cherroneſus ſeu Cherſoneſus, (χεῤῥόνησος, ἀπὸ τῆς χέῤῥος terra, & νῆσος inſula) peninſula eſt undique ferè mari cincta, & ob excellentiam ponitur pro Peloponneſo. Dicitur & Cheronea, (χαιρώνεια) quæ fuit Plutarchi patria, clade totius Græciæ clariſſima.

Cherubin, (χερουβὶμ) generis neutri, & pluralis numeri, pro illo angelorum choro. Cherub uerò, ſeu Cherubim per m, tam maſculini quàm neutri generis eſt.

Chilo, philoſophus Lacedæmonius, unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ. Eius, Plinio teſte lib. 7. ca. 32. tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis conſecrata: ſcilicet, Noſce teipſum, Nihil nimium cupias, Comes æris alieni atque litis, eſt miſeria. Quin & funus eius, quum, uictore Olympiæ filio, gaudio expiraſſet, tota Græcia proſecuta eſt.

Chimæra, mons eſt Lyciæ, igniuomus, continuis diebus & noctibus flammas, ut quondam Aetna, emittens, in cuius cacumine leones habitant, in medio uero propter paſcua capreæ, in radicibus ſerpentes: unde Poëtæ finxerunt monſtrũ eſſe, quod flammas euomat, caput & pectus habens leonis, caprinum uentrem, & caudam draconis. Lucre.

» Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra. Et quoniã Bellerophon Glauci filius eum montem habitabilem fecit, Chimærã occidiſſe traditur. Finxerunt præterea filiã fuiſſe Typhonis & Chedriæ. Heſiodus tamen ex Hydra natam affirmat. Plin. lib. 2. ca. 106. Flagrat (inquit) in Phaſelide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui uerò terra, aut fœno Gnidius Cteſias tradit.

Chione, (χιόνη) nobile ſcortum fuit, nomen habent à candore niuis. χιὼν enim Græcè niuem ſignificat. Iuuenalis,

» Et dubitas alta Chionem deducere ſella.

Chione, filia fuit Dædalionis, quæ cum ob formæ elegantiam à multis in uxorem peteretur, tandem Pæonio Epidaurienſi nupſit. Porrò redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus uiſa eſt, qui ſtatim eius amore capti, cum ſeparatim illius concubitum petijſſent, Apollo in noctem diſtulit, Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altiſſimũ ſoporem alligauit, dormientemque uitiauit, & diſceſſit. Deinde accedente nocte, Apollo accepta anus forma ad eam intrauit, oppreſſitque, & ſic ex utroque concepit, peperitque Mercurio Autolycum, de quo ſupra. Apollini uerò Philammonem, qui carmine & cithara plurimũ ualuit. Poſtea, quòd dijs placuiſſet, ſuperbia elata, auſa fuit ſe Dianæ ob pulchritudinem præferre, qua re mota

» Diana ſagittis eam interemit. Oui. lib. 11. No

» ta erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma

» Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.

Chios, à Chione nympha, inſula eſt maris mediterranei, noningentorum ſtadiorum ambitu, in qua naſcitur maſtix. Vide Plin. cap. 31. lib. 5. in hac templum Apollinis, unde Chius Apollo, &

lo, & Chij in ea habitantes. Et promontorium Aruiſium, à quo Aruiſia uina. Et penult. correptam habet. Lucanus lib. 8. Quas Aſinæ cautes, & quas Chios aſperat undas. Sunt qui quadrigeminam Chium eſſe putãt: ut prima ſit Chios inſula: ſecunda Cariæ urbs, ſub monte Pelleno, tertia in Eubœa: quarta in Cherroneſo Rhodiorum iuxta Triopiam. A Chios fit Chius. a. um. pen. prod. Tibul. lib. 2.

» Nec mihi fumoſos ueteris proferre Phalernos
» Conſulis, & Chio ſoluite uincla cado.

Chiron, centaurus, Saturni & Phillyræ, uel ut Lactant. inquit Pelopeæ filius. Saturnus enim cum amaret Phillyram Oceani filiam, eius concubitu uſus eſt, ſed interueniente Opi coniuge, confeſtim ſe uertit in equum, ne cognoſci poſſet. Phillyra autem concepit, peperitq; animal, cuius ſuperior pars hominis, inferior uerò equi formam referebat. Porrò cum excreuiſſet, in ſyluas abijt, ibiq; herbarum naturam ac potentiam edoctus, in præſtantiſſimum medicum euaſit, à quo etiam cẽtauria herba nomen accepit, & Chironium hulcus, quod maximè fit in pedibus & cruribus, habens duas oras calentes, tumentesq; dolore modico, ſic dictum, quòd Chironis operam deſyderet. Poſtea à genero Peleo & Thetide filia accerſitus, propter peritiam, probitatem, & iuſtitiam, quibus cæteros longè excellebat, Achillis pædagogus conſtitutus eſt, qui ab eo inter alia maximus citharœdus effectus eſt. Docuit præterea Aeſculapiũ medicinam, & Herculem Aſtrologiam. Poſtremo cum grauiter uulneratus eſſet Herculis ſagitta, Lernæo ueneno perlita caſu decidente per pedem, optauit mori. ſed cum immortalis à parentibus natus eſſet, ut Ocyrrhoës uaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturũ eſſe mortalem, graui uexatus morbo mori cupiens, orauit ſuperos ut illi mori concederent: quo conceſſo, ab eiſdem in cœlum translatus eſt, & in Zodiaco locatur, & ſagittarius appelatus. Ex Bocatio. Meminit Pli. li. 7. ca. 56

Chloris, alia fuit nympha à Zephyro dilecta, quam & in uxorem duxit, eiq; in munus amoris atq; uiolatæ pudicitiæ, omne ius in flores conceſſit, eamq; ex Chlore Floram uocauit. Fingitur Dea florum. Claudianus,

» Lampſacidæ flores candida Chlori tibi.

Chœrilus, Samius poëta, ſeruus fuit Samij cuiuſdam: fugiens è Samo exceptus eſt puer ab Herodoto hiſtorico, & eruditus, in delicijsq; habitus, ex quo poëta euaſit. Scripſit Atheníenſium uictoriam contra Xerxem, ſingulorumq; uerſuum ſingulos ſtateres aureos accepit. Author Suidas. Scripſit & res Lyſandri Lacedæmonij ducis, cuius in expeditione comes erat, ut ſcribit Plutarchus: Horatius uerò eum res Alexandri Magni ſcripſiſſe dixit, & ut malum poëtam taxat.

» Gratus Alexandro regi quondam fuit ille
» Chœrilus, incultis qui uerſibus & malè natis
» Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Is tamen ad extremum inedia perijt apud Alexandrum captiuus, ut eſt teſtis Ouidius,

» Incluſusq; necem cauea patiaris, ut ille
» Non profecturæ conditor hiſtoriæ.

Chorœbus, Athenienſis, qui figulinam primus inuenit. Author Plinius lib. 7. cap. 56. Fuit & adoleſcens apud Verg. 2 Aeneid. Vide infra Corœbus.

Chreſtus, Byzantius inter ſophiſtas extitit, auditor Herodis Attici, Hadriani tempore, qui uino quanquam deditus, cæteris in rebus continenter uixit, ac in primis uigilanter. Nam cum ad galli cantum ſæpè bibere ſolitus eſſet, non prius tamen ſomno ſe, quàm ſtudio dabat. Author Philoſtratus.

Chromis, Herculis filius, ut Lactantius teſtatur, dicens, Conſtat Chromin Herculis fuiſſe filium, & equos habuiſſe Thraces, quos Hercules occiſo Diomede abduxerat humanis carnibus uesci conſuetos. Huius meminit & Statius dum ait, It Chromis, Hippodamusq; alter ſatus Hercule magno.

Chromios, filius Nelei, & Chloridos, qui in ea pugna, quã Pilij & Meſſenij aduerſum Herculem geſſerunt, cum decẽ fratribus occiſus eſt.

Chryſeis, prius Aſtynome, filia fuit Chryſæ ſacerdotis Apollinis, ab Achille expugnato Lyrneſſo oppido rapta, & poſtea Agamemnoni conceſſa. Chryſes autem cum ſupplicaret Agamemnoni ut filiam ſibi redderet, ille uerò recuſaret, Apollinem in auxilium uocauit, qui Græcos tam grauiter peſte afflixit, ut Agamemnõ puellam patri reſtituere coactus fuerit.

fuerit. Quare maximè commotus, Bryſeidem Achilli rapuit, unde nouum diſsidium emerſit, ut ſupra de Bryſeide auditum eſt.

Chryſippus, filius fuit Pelopis, quem cum pater ualde amaret, nouerca eius Hippodamia id indignè ferens, liberos Atreum & Thyeſtem impulit, qui illum interfecerunt, ob quam rem à Pelope pulſi, in exilio uitam degerunt, donec pater è uiuis excederet. Fuit & philoſophi Aſiani, Stoicorum cum Zenone principis nomen.

Chryſoceras, (χρυσόκερας) Latinè Auricornu, oppidum eſt apud Byzantium Europæ, à latere Chalcedoniæ, ut inquit Strabo.

Chryſogonus, (χρυσόγονος) nomen uiri propriũ, compoſitum ex χρυσὸς aurum, & γονὴ fœtum, quod aurum undecunq; pariat. Iuuenalis,

» Sunt quæ Chryſogonum cantare uetant.

Chryſorrhoas, Syriæ fluuius eſt, in Decapolitana regione, Damaſcum urbem præterfluens. Author Plin. lib. 5. cap. 18. Chryſorrhoas etiã dictus eſt Pactolus, propter aureas arenas, ut author eſt idem Plin. lib. 5. cap. 19.

Chryſorrhoæ, (χρυσοῤῥόαι) populi dicti, quod in his locis, ut inquit Strabo auriferi torrentes ſunt. Vnde fabulis occaſio de uellere apud Colchos aureo.

Chryſoſtomus, (χρυσόστομος) aureũ os. στόμα enim os dicitur. Fuit huius nominis ſcriptor Eccleſiaſticus præſtantiſsimus Ioannes Antiochenus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui Chryſoſtomi nomen, ob eloquij uenuſtatem & ſermonis præſtantiam accepit.

C ANTE I.

Cicero, cuius uitam Tyro Tullius eius libertus tribus uoluminibus ſcripſit, teſte Pædiano, præceptores ſe habuiſſe fatetur, in Philoſophia quidem Philonem Academicũ tunc Romæ cõmorantem, in iure ciuili Scæuolam, in dialectica Diodorũ Stoicum, in dicendo Apolloniũ Molonem. S. Roſciũ Amerinum parricidij reum, natus annos XXIII. ut tradit Nepos, ut alij XXVII. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea cauſa offenderat, in Græciam abijt; Aſiamq; ſimulata ualetudinis cauſa adijt, ubi ſe, ut ipſe ait, recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclemq; Adramytinũ, Dionyſium Magneſium, & Menippum Carem, Rhodium Apollonium Molonem magiſtrum dicendi habuit: feruntq; Poſidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuiſſe, ac protinus exclamaſſe, quòd ſolam Græcis dicendi relictam gloriam uideret ad Latinos per eum transferri. Poſtea quum multis muneribus in repub. functus eſſet, conſul coniurationem Catilinæ repreſsit, legem Agrariam repulit, Murenam defendit. Cuius uitam omnem, & uitæ ſtudia uide apud Plutarchum. Cicero eius filius inter eos qui à parentibus degenerauerũt ponitur Valerio. Binos eum congios haurire ſolitum ſcribit Plinius, per temulentiamq; M. Agrippæ ſcyphum impegiſſe. Quintus Cicero, frater Ciceronis, legatus Cæſaris in Gallia primum, deinde ad regendam Aſiam proconſul miſſus, admonetur à fratre per epiſtolam totius officij. Duxit uxorem Pomponij Attici ſororem. Miſerandus demum eius exitus: proſcriptus enim unà cũ filio, quãdo & Cicero frater. Rogauit percuſſorem, ſe ante filium interfici: filius contrà ſe ante patrem. Vterq; igitur ſimul interfectus. Author Appianus.

Cicones, populi Thraciæ, iuxta Hebrum, quos Vlyſſes poſt dirutam Troiam uentis adactus debellauit, eorumq; urbem Iſmarum diripuit, paucis ex ſocijs perditis. Ouid.

» Flumẽ habẽt Cicones, quod potũ ſaxea reddit
» Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

Cilicia, (κιλικία) regio eſt in minori Aſia, Syriæ proxima, plurima iacens campo, Tauro monti ſubiecta: quæ à Cilice nomen ſortita eſt, quem priſtina ætas penè ultra æuum memoriæ abſcondit, Phœnice ortum, qui apud gentileis antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab oriente Amano clauditur, à ſeptentrione Tauri iugis, ab occidente Pamphylia. Huius metropolis eſt Tarſos, quam interſecat Cydnus amnis. Hinc Ciliciæ portæ. Strabo lib. 14. Ciliciam diuidit in Campeſtrem & Tracheam. id eſt, aſperam. Fuit olim opulentiſsima populi Romani prouincia, & Cicerone proconſule memorabilis.

Cillus, Pelopis fuit auriga, qui in itinere antequam Pelops ad Oenomaum ueniſſet, obijt: cuius nomine Cilla oppidum, templumq; Cillei Apollinis à Pelope conditum eſt.

Cimbri, (κίμβροι) ſunt Dani aut Holſatij, horum regio à ſeptentrione ad mare aquilonare ſpectans includebat Dacos & Selandos, cõmuni nomine Cimbros uocatos. Eorum arma (ut Tacitus De morib. Germa. refert) anno ab Vrbe ſexcenteſimo & quadrageſimo primùm audita ſunt infeſta, & non ſine iactura Romanis. Sed Marius uicto Iugurtha aduerſus hos perrexit, quos etiam fugauit, caſtriſq; exuit. Erant homines ingenti corpore, horrendis oculis. Fertur à Val. Max. Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe, tanquam glorioſe & feliciter uita eſſent exceſſuri: lamẽtari uerò in morbo, quaſi turpiter perituri. Inde Cimbricus.a.um. Claudian.

» Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis
» Cimbrica tempeſtas, &c.

Cimmerij, (inquit Feſtus Pompeius) dicuntur populi, qui occupatas frigoribus terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione in qua conuallis iugo ſatis eminenti circũdata eſt, quæ neq; matutino, neq; ueſpertino ſole contegitur. Conſtat igitur Cimmerios in Italia fuiſſe ad Baianum & Auernum ſinum, qui in ſubterraneis domicilijs habitantes, & per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egreſsi, cum uictum ex metallorum alio qui effoſsione, diuinationum mercede, & prouentibus ab rege deſignatis quærerent, ut ex Ephoro ſcribit Strabo. Penes hos ingẽs quondam ſuperſtitio increbuit, loci natura erroribus ſuffragante, ibi ſacra nemora uenerata, fluminibus etiam & fontibus ſuus horror fuit. Specus præterea famoſi, & ad inferos credi ti aditus, quos intrare fas nõ erat, niſi dijs manibus prius, quo auſpicatior deſcenſus foret, ſacrificio placatis. Vnde Homero ſuæ fabulæ Oeconomia, quam in Odiſs. lib. 2. comminiſcitur, deſumpta eſt, & Vergilij lib. 6. Sunt & Cimmerij Boſphorani, quos Herodotus lib. 4. interiora Aſiæ aliquando tenuiſſe ſcribit. Verum à Scythis pulſos magis occidua tandem periſſe. Ab his Boſphorus Cimmerius dictus, cuius longitudo eſt ducentorum & uiginti ſtadiorum: & Cimmerij montes ſupra Albaniã, apud Ptolemæum tabula Aſiæ ſecunda. Vide Plinium libro 6. capi. 6. Apud hos Somni habitationem eſſe Ouidius lib. undecimo fabulatur,

» Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
» Mons cauus, ignaui domus & penetralia
» ſomni, &c.

Cimon Athenienſis, patre Miltiade, matre Egeſiphile, liberalitate munificentiaq; domi magis, quàm militiæ clarus, quapropter Lucullo ex noſtris comparatur. Nam cũ hoſtiũ ſpolijs militia partis locuples eſſet, ea ciuibus ſuis diſtribuit. Primum amotis undique agrorum ſuorum ſeptis, egenis peregriniſq; poma, frugeſq; ſumendas impune dabat. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium, quo undiq; confluentes pauperes ueſcebantur. Ex Plutarcho. Fuit & alter Cimon pictor, cuius meminit Plinius.

Cinara rex Cypri, Cilicis filius Beli filij, qui cum Myrrha filia ſua nutricis aſtutia ignarus concumbens Adonin ſuſcepit, qui à Venere dilectus cũ feras ſectatur, ab apro interẽptus fuit, et in florẽ ſui nominis cõuerſus. Vide Cynaras.

Cinna, ciuitas Theſſaliæ à Cinno gigante, & Cœi fratre dicta eſt. Et nomen Romani uiri crudelitate inſignis, qui cum bellum contra Syllam pararet, Aconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occiſus eſt. Fuit & alius Cinna Trib. pleb. qui cum pernicioſas leges de reuocãdis exulibus ferret, pulſus è Cn. Octauio collega, magiſtratuq; exutus, ex urbe profugit, & bellum urbi intulit accerſito C. Mario cum alijs exulibus ex Africa. Tandẽ in urbẽ recepti, cædibus omnia cõpluere: inter quos Cn. Octauium conſulem, M. Antoniũ oratorẽ, & L. Cæſarẽ iugularũt, eorũq; capita pro roſtris poſuerunt. Ex Liuio. Fuit itẽ Cinna poëta optimus, qui ſcripſit Smyrnam, quem libellum decem annis elimauit. Author Seruius. Huius meminit & Verg. in Bucolicis,

» Nã neq; adhuc Varo uideor, nec dicere Cinna
« Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Cinxia, (ζωμένιος) quòd nuptijs præeſſet Iuno dicebatur, quòd inito cõiugio ſolutio cinguli erat, quo noua nupta erat cincta.

Cinyps, yphis, fluuius in extremis Aphricæ, propè Garamantes, apud quem magni ſunt hirci.

» Quos uagus humectat Cinyps, &c. Claud.

Et Cinyphis dicitur ea Aphricæ regio, & Ci-

nyphes

ryphes eiuſdem populi. *Vide Cyniphis*, licet prima ſyllaba non debeat per y pſilon ſcribi.

Circe, filia fuit Solis & Perſæ, Oceani filiæ, & Aëtæ ſoror, quæ ueneficijs ſtudens, multarum herbarum uires inuenit, quamuis & à matre in ijs eſſet inſtructa. Itaq; Sarmatarum regi cōiugio iuncta, uirum mox ueneno ſuſtulit, & regno potita admodum crudeliter illud adminiſtrabat, quamobrem ab incolis pulſa in Italiam peruenit, & non procul à Caieta Campaniæ oppido, in monte qui aliquando inſula exiſtens, ex eius nomine Circeus uocatur, conſedit: nam iſte locus uarijs herbis, quibus ad ueneficia utebatur, maximè abundat. Porrò cum Glaucū marinum deum amaret, is uerò Scyllam puellam, zelo percita fontem non procul à mari in qua Scylla ſe lauare conſueuerat, ueneno infecit. Quamobrem dum illa fontem intraret, repente uſque ad inguina, in marinum monſtrum mutata eſt. Deinde cum ad hanc quoque Vlyſſes perueniſſet, ſocios eiuſdem in beſtias commutauit. Quod uidens Vlyſſes, prius à Mercurio accepta Moly herba, ſtricto gladio ad eam irruens, coëgit ut ſocios priſtinæ formæ reſtitueret: quod cum feciſſet, eius amore capta per anni ſpacium apud ſe detinuit, peperitq; illi Telegonum filium, cui nonnulli Latinum regem addunt, deinde dimiſit. Poſtea etiā Picū Latinorum regem, qui ea ſpreta Pomonam amabat, in auem ſui nominis commutauit. Ab ea Circæus (κιρκαῖος.) ſiue Circei & Circeum, oppidum. hinc Circeienſes populi. Liu. libro 6.

Circes domus, oppidum Campaniæ Pomponio. Strabo Circeum uocat, à quo Circeij. Plinius tradit Circeios inſulam aliquando fuiſſe immenſo mari circundatam, mox continenti adnexam, Circeij, Ciceroni Circeienſes dicti lib. 3. de Nat. deor.

Circeum, promontorium Tuſcorum, Ptolemæo, alio nomine Sancta fœlicitas.

Circius, (ἰάπυξ) uentus nulli uiolentia inferior, ſic dictus, quòd omnia turbet ac circumuertat. Hic peculiaris eſt Galliæ Narbonenſis, de quo Gellius lib. 2. cap. 22. Galli uentum ex ſua terra flantem quem ſæuiſsimum patiuntur, Circium appellant. à turbine, opinor, eius ac uertigine. Lucanus,

» Solus littora turbat,
» Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci.

Ventus Circius cum loquare buccam implet, armatum hominem, & plauſtrum oneratum percellit. Cato Cercium, nō Circium appellat. Eſt item inſulæ nomen in Myſia.

Ciris, dicitur Scylla, Niſi regis filia, mutata in auem Cirim, id eſt alaudam. *Vide Scylla.*

Ciſalpina Gallia, quæ & citerior Gallia & Gallia togata dicitur, à fluuio Rubicone finitur, cuius baſim alpes efficiunt.

Ciſſeus, (κισσεὺς) rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami, à quo Ciſſeus patronymicum: ut Hecuba Ciſſeis, apud Euripidem. Verg.

» Ciſſeis prægnans ignes enixa iugales, &c.

Citheron, mons Libero ſacer. De quo Seruius Aeneid. 9. Parnaſſus, mons eſt Theſſaliæ iuxta Bœotiam, qui in duo finditur iuga, Citheronem Liberi, & Heliconem Apollinis & muſarum. Hunc Lactan. li. 1. ca. 22. Diuinarum inſtitutionum, quia ſuper ipſo frequenter Orpheus citharæ cantu perſonaret, Citheronē appellatū ſcribit. Huius meminit Ouid. lib. 3. Meta.

» Vbi electus facienda ad ſacra Citheron
» Cantibus, & clara bacchantū uoce ſonabat.

Ibi enim ſanctè colebatur Bacchus. Quin & in illo Pentheus atq; Orpheus dilaniati ſunt. κιθαιρὼν Græcis, cum diphthongo. Aliàs Cytharon per y pſilon, ſed perperam. *Vide plura in Parnaſſo & Helicone.*

Citorus, uel Cytorus per y, (κύτωρον) pen. prod. mons Paphlagoniæ, qui abundat buxis. inde pecten Citoriacus, (κυτώριος) quaſi buxeus dicitur, à Citorio monte. Ouid. lib. 4. Metam.

» Sæpe Citoriaco deducit pectine crineis.

Cius, fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, ut teſtatur Strab. lib. 12.

C ANTE L.

Clæon, fons in Phrygia, dicente Plin. ca. 2. lib. 31. Theopraſtus ait Marſiæ fontem in Phrygia ad Celænarum oppidum ſaxa egerere. Non procul ab eo duo ſunt fontes, Clæon & Gelon, ab effectu Græcorum nominum dicti, παρὰ τ̃ κλαίειν, καὶ γελᾶν, quæ uerba lugere, & ridere ſignificant.

Clanius, (κλάνιος) fluuius Cāpaniæ prope Neapolim iuxta Aceras urbem, à κλάνιον, quod eſt uiola, qua illius ripæ abundare dicuntur:

tur: uel, ut Macrobius exiſtimat, à Clanio gigante. Stepha. Clanius qui & Clanis, fluuius eſt Cumæ, à quo piſcis Clanius, qui & Silurus » uocatur. Verg. lib. 2. Geor. Et uacuis Clani » us nõ æquus Acerris. Vide Glanicus & Lyris.

Clarium, Colophoniorum oppidum, in quo Apollo colebatur, à quo Clarius Apollo dictus eſt: ibi enim ſpecus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita ſunt, breuiore tamen uita bibentium. Huius Plin. lib. 2. & alicubi Macrobius meminerunt.

Claros inſula in mari Aegæo, una Cycladum, inter Tenedum & Chium, Apollini ſacra, à qua (ut nonnulli putant) Apollo Clarius dictus eſt, id quod adſerere uidetur Homerus in hymno Apollinis. Ouid. lib. 1. Metam.
» Mihi Delphica tellus,
» Et Claros & Tenedos Pataræaq́ꝫ regia ſeruit.

CL. Claudianus, poëta inſignis Arcadij & Theodoſij, (uel Theodoſij & Honorij) temporibus floruit: patria fuit Alexandrinus nobiliſsima urbe Aegypti. Hi eius uerſus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & uictoria principis Theodoſij contra Eugenium Gallorum regem ſcripſit,
» Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
» Obruit aduerſas acies, reuolutaq́ꝫ tela
» Vertit in authores, & turbine reppulit haſtas.
» O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
» Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,
» Et coniurati ueniunt ad claſsica uenti.

Claudius, (Κλαύδιος) nomen Romani imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam inſulam in deditionem accepit, & Orchades inſulas Romano adiecit imperio. Poſtmodum ab Agrippina uxore ueneno ſublatus eſt, ut Nero filius imperio potiri poſſet. Fuerunt & alij multi eiuſdem nominis præclari uiri, quorum uirtutibus enarrandis hic ſatisfieri non poteſt.

Clauſus antea Claudius dictus, rex fuit Sabinorum, qui poſt exactos reges, cum quinq́ꝫ millibus clientũ & amicorum Romã uenit, & ſuſceptus habitandã urbis partem ſuſcepit, ab eo poſtea & tribus & familia Claudia uocata eſt, » ut habetur apud Maron. li. 7. Ecce Sabino» rũ priſco de ſanguine magnũ Agmen agens » Clauſus, magnuq́ꝫ ipſe agminis inſtar, Claudia » nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clazomenæ. pe. pro. urbs Ioniæ Aſiaticæ, quam condidit Paralus patria Anaxagoræ.

Clazomenia, inſula quæ Marathuſa. μαράθουσα. dicitur, à qua Clazomenij, (Κλαζομένιοι) quos in mœnia ſitos eſſe conſtat: hinc adiect. Clazomenius. a. um. ut Clazomenia uina, quæ olim apud Romanos in precio fuerunt.

Cleanthes. Κλεάνθης. philoſophi Cratetis primũ diſcipulus, qui Zenonis Citienſis ſcholam ſucceſſor excipit. Hic Phani Aſij filius, egregius pugil, cum Athenas ueniſſet, & Zenoni adhærens, generoſe philoſophatus eſt, & in eiſdem permanſit dogmatibus. Hic cum ualde pauper eſſet, mercenariam uitam agebat, ea fuit in tolerandis laboribus, & perferendis alacritate, ut alter Hercules dictus ſit. Nam quum nõ haberet unde ſe alere poſſet, noctu quidem in hortis aquam hauriebat, per diem uero in ſermonibus exercitabatur, unde Phreantes appellatus eſt, quaſi puteos hauriens.

Clearchus, dux Lacedæmoniorum, dictitabat imperatorem plus quàm hoſtem metui oportere: ſignificans eos qui in prælio mortem expaueſcerent, certum ſibi, ſi deſeruiſſent, manere ſupplicium. Author Frontin. lib. 4.

Cleobis, Argiæ ſacerdotis filius, de quo Cic. in Tuſcul. quæſtionibus ſcribit: Primum, inquit, Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. Nota fabula eſt. Cum enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru uehi ius eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanũ, morarenturq́ꝫ iumenta: tunc iuuenes ijs quos modò nominaui, ueſte poſita corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt. Ita ſacerdos aduecta in fanum, quum currus eſſet ductus à filijs precata à dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſsit à Deo. Pòſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, mane inuentos eſſe mortuos. Hæc Cicero.

Cleobulus, Euagoræ filius, Lindius, unus è ſeptem Græciæ ſapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius, è Lindo Aegyptum philoſophãdi gratia, petiſſe fertur. Extat eius breuis ad Solonem epiſtola. Hic dixit amicos atq́ꝫ inimicos beneficijs proſequi oportere: hos ut amicos, illos ut amiciores reddamus. Deceſſit

ceſſit Cleobulus annos natus. 70. Authores, Diogenes Laërt. & Suidas.

Cleombrotus, (κλεόμβροτος) Pauſaniæ filius, Lacedæmoniorum dux. Qui timens ne uideretur cum Epaminunda hoſte ſentire, temere cum eo pugnauit: ſeq́ & patriam in præceps dedit. nam uulneratus occubuit, & exercitus deletus.

Cleomedes, herois cuiuſdam nomen Aſtypulæenſis, & Græci authoris qui ſcripſit de circulis cœleſtibus, quod opus elegans admodum adhuc extat. Suidas.

Cleomenes, Lacedæmoniorum dux, qui ab Antigo rege in prælio uictus, ad Ptolemæum ſe recepit, benigneq́ primum exceptus, mox Nicagoræ cuiuſdam calumnia apud regem ſuſpectus, cuſtodiæ cum alijs quibuſdam traditus, ſe omnes mutuis uulneribus necauere. Rex Ptolemæus Cleomenem mortuum pelle nudauit, cruciq́ adfixit. Ex Plutarcho.

Cleon, dux Athenienſium in reipublicæ adminiſtratione aduerſari ſolitus Niciæ Nicerati filio, miſſus deniq́ in Thraciam cum exercitu, multas urbes cœpit. Eum inſectatur Ariſtophanes in Comœdia quæ inſcribitur ἱππεῖς. id eſt, equites.

Cleonæ, arum, Arcadiæ mediocre oppidum diſtans ab Argo ſtadijs. 120. à Corintho uerò. 80. prope Nemeã ſyluam, ubi Hercules leonem interfecit, qui à loco Cleonæus dicitur.

Ouidius lib. 6. Metam.

» Humileſq́ Cleonæ, & Nelea Pylos, &c. Lucanus, Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

Cleonymus, ῥίψασπις. id eſt deſertor ordinis, & qui abiecto clypeo fugit, dictus eſt.

Cleopatra, uxor fuit Phinei regis Thraciæ, ex quo Orythum & Crambim filios peperit. Alia fuit Aegypti regina, Dionyſij Auletis filia, quæ cum Antonium in ſui amorem pellexiſſet, præter Syriæ & Arabiæ regnum, auſa fuit Romanum quoque imperium Antonium orare. Quem quum exoraſſet, ſumptis cum eo armis in Auguſtum copias duxit. Sed uictis ab Auguſto Antonianis nauali prælio, mulier meretrix cum adultero fugam dedit, quos cũ Auguſtus perſequeretur, Antonium ad inferendam ſibi mortem compulit, quo extincto ubi nullum rebus afflictis ſubſidium uidit Cleopatra, brachium aſpidi mordendum præbuit, ne in triumphum captiua duceretur. Statius lib. 3. Syl.

» Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas.

Ab ea fit Cleopatricus. a. um. ut Cleopatricæ dapes apud Sidonium.

Clinias muſicus, & philoſophus ſectæ Pythagoreæ, ſi quando ad iram prouocaretur, ſumpta ſtatim cithara, motus animi liniebat, haud aliter quàm Achilles, cum iratus ſtabat ad littus, eodem fermè modo dolorem leniebat. Author Aelianus de Varia hiſtoria.

Clio, una eſt Muſarum, à gloria ſeu celebritate rerum, quas canit, nomen habens: uel quod poëtis gloria à compoſitis naſcatur libris. eſt enim Græcis κλείειν celebrare. Hanc hiſtoriam inueniſſe aiunt, unde Verg. in Epigram.

» Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.

Cliternia, Italiæ oppidũ eſt ad montem Garganum, Pomp. Melæ li. 2. in deſcriptione Italiæ. Ptolemæo dicitur Cliternũ. Vulgò Celano.

Clitomachus, philoſophi nomen Carthaginenſis, & athletæ cuiuſdam nobiliſsimi, quem tanta pudicitia fuiſſe dicitur, ut canes ſi fortè coëuntes uidiſſet ſtatim uultum auerteret: in cõuiuio ſi quis ſermo laſciuus incideret, ſtatim ſurgens abiret. Author Aelian. de uaria hiſt.

Clitoris, ciuitas eſt Arcadiæ apud quam ſpelunca eſt, ex qua profluit Clitorius fons, ex quo ſi quis biberit, protinus fit abſtemius, teſte Ouidio lib. 15. Metamor.

» Clitorio quicunq́ ſitim de fonte leuãrit,

» Vina fugit, gaudetq́ meris abſtemius undis.

Clitumnus, Vmbriæ fluuius, apud Meuoniam de quo Plin. lib. 12. ſcribit, quòd animalia quæ poſt conceptionem ex eo potauerint albos fœtus creent: dictus à κλεινὸς celebris, quaſi celebris amnis. Silius,

» Et lauat ingentem profundens flumine ſacro

» Clitumnus taurum. Verg. lib. 2. Georg.

» Hinc albi Clitũne greges, & maxima taurus

» Victima, &c.

Clodius, inimicus Cic. quem ut expellere ab urbe poſſet, plebeio ſe homini adoptandum dedit. mœchus fuit notiſsimus, deprahenſus in ſacris Bonæ deæ muliebri ueſtitu indutus, ut ſcribit Cic. ad Att. lib. 1. Fuerunt & alij multi eiuſdem nominis.

Clœlia

Clœlia, uirgo, obſes à Romanis Porſenæ Hetruſcorum regi data. Hæc, cum caſtra Hetruſcorum fortè haud procul à ripa Tyberis locata eſſent, fruſtrata cuſtodes dux agminis uirginum inter tela hoſtiũ Tyberim tranauit, ſoſpites omnes Romam ad propinquos reſtituit. Quod ubi regi nunciatum eſt, primò incenſus ira, oratores Romam miſit ad Clœliam obſidẽ depoſcendam, alias haud magni facere. Si non dedatur obſes, pro rupto ſe fœdus habiturum. Si uerò reddatur, intactam inuiolatamq́ ad ſuos remiſſurum. Itaq; reddita, apud Hetruſcorum regem, non tuta ſolum, ſed honorata etiam uirtus fuit: eamq́; partem obſidum quos uellet donare ſe dixit. Qua re impetrata ceteras omnes hortata eſt ut ſe ſequerentur, ipſaq́; primum fluuium tranare cœpit, reliquæ ſequebantur, atque ita ad ſuos redierunt. Pace ſic redintegrata, Romani nouã in fœmina uirtutem nouo genere honoris, ſtatua equeſtri donauere: in ſumma ſacra uia fuit poſita uirgo inſidens equo. Author Liui. li. 2. Deca. 1.

Clotho, (κλωθὼ) una ex furijs infernalibus. Græcè κλώθω circũuolo, neo, deſtruo. Vide Parcæ.

Cluentius, ex municipio Larino, accuſatus à matre Saſtia, quòd Oppianicum uitricum interfeciſſet: defenſus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Clupea, quæ & Clypea dicitur, oppidum Africæ minoris, quæ alio nomine Zeugitana prouincia dicitur, in promontorio Mercurij. Hermolaus, Clypeam & Aſpidem idem oppidum eſſe annotauit, cui & Solinus accedit, & Silij uerſus ſuffragatur lib. 3.

» In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis.

» Luca. li. 4. Et Clupeã tenuit ſtationis littora (notæ.

Cluſinus, dictus eſt Ianus, quia pace templi eius portæ clauduntur. Verg.

Clymene, Oceani & Thetyos filia, Iapeti uxor teſte Heſiodo in Theogonia, de qua Vergil. lib. Georg. 4.

» Inter quas Clymene curam narrabat inanem.

Fuitq́ mater Phaëtontis, ut ſcribit Ouid. lib. Metam. 1. quæ quum forma ualeret, Soli placuit, in cuius concubitum ueniens, ex ea Phaẽtontem & ſorores peperit. Inde Clymeneis. idos, patronymicum. & Climeneius. a. um, ut Climeneia proles, id eſt, Phaëton.

Clytemneſtra, Tyndari uel Iouis filia ex Leda, uxorq́; Agamemnonis, & mater Oreſtis: quæ quum Agamemnonem ab Aegiſtho adultero interfici curaſſet, interfecta eſt & ipſa ab Oreſte filio. Ouid. in Elegijs,

» Et uindex in matre, patris malus ultor Oreſtes, Auſus in arcanas poſcere tela deas.

Cneus, (κνῦιος) per c ſcribitur, ſed profertur per g. appellatus eſt autem ob inſigne neui.

C ANTE O.

Coaſpis, (χόασπις) fluuius Medorum, qui apud Perſas in Tigrim decurrit: cuius aqua tam dulcis, ut Perſici reges, quam diu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex ea aqua pocula uendicauerint.

Coatræ, ſiue Coaſtræ, ciuitas ad Perſidẽ, iuxta quam ſunt arbores inauditæ magnitudinis. Lucan. lib. 3.

» Aethera tangentes ſyluas liquere Coatræ, &c.

Alijs ſunt Choatræ.

Cocalus, (κώκαλος) Siciliæ rex, uide Dædalus.

Cocles, uir Romanus, qui Porſenæ regi, ut docet Liu. lib. 2. Decad. 1. per ſublicium pontem tranſire conanti, ſolus hoſtium impetum ſuſtinuit, donec à tergo pons à ſocijs frãgeretur: quo fracto, ſe cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læſus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad ſuos peruenit. Vnde eſt illud ab eo dictum, cùm ei in comitijs coxæ uitiũ obijceretur, Per ſingulos gradus admoneor triumphi mei. Huius meminit Valer. li. 3. cap. 2. Verg. quoq; Aen. 8.

» Illum indignanti ſimilem, ſimilemq́; minantĩ

» Aſpiceres, pontem auderet quòd uellere Cocles. Vide in dictione Horatius.

Cocytus, (κωκυτὸς) penul. prod. Latine dicitur luctus, quo nomine dictus eſt inferorũ fluuius à Styge profluens. κωκύειν enim gemere ac lamentari ſignificat Vergilius,

» Nec procul hinc partẽ fuſi mõſtrãtur in omnẽ

» Lugentes campi, ſic illos nomine dicunt.

Hinc Pluto quoq; Cocytus dictus eſt. Quidã à coccyge aue, quoniam in Cocyti ripis luctiferæ auis ululatus audire fingatur.

Cottiæ, (κόττιαι ἄλπεις) dictæ ſunt alpes à Cottio rege Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus eſt. Incipiunt à Seguſia oppido, & Tacito Cottianæ appellantur.

In eo tractu ſunt, quos uulgò Montanoûe & Montanys uocamus. Vide Cotiæ Alpes.

Cocytia. (κωκύτια) ſacra erant, quæ ſiebant in honorem Proſerpinæ, quam Pluto rapuit.

Codanonia, inſula una eſt ex Hemodibus in Germania, de qua Pomponius Mela. lib. 3.

Codanus, ſuper Albim fluuium ingens ſinus, magnis, paruisq; inſulis refertus, in Germania, de quo Plin lib. 4. cap. 13.

Codrus, (κόδρος) nomen proprium regis Athenienſis, qui propter patriam ſeruandam ſe morti obiectauit. Reſponſum enim acceperant Peloponnenſes, tunc demum ſe ſuperaturos, ſi eorum regem nō occidiſſent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo, & in ſuam necem per iurgia prouocādo: & à nullo cognitus fecit locum oraculo: hinc apud Athenienſes in prouerbium uenit, Codridarum genus, ut quum nobiliſsimum uellent quempiam dicere, Codro nobiliorē eſſe prædicarent.

Cœle, teſte Pomponio lib. 1. Syria alio nomine dicitur. Hinc etiam Cœleſyria dicta eſt Straboni lib. 16. ſed propriè eſt, quæ Libano terminatur, & Antilibano. Nomē ſortita eſt à cōcauitate, quam Græci κοιλότητα nominant. Nam κοῖλος, omnis locus cauus dicitur.

Cœlos, Thraciæ portus eſt, Athenienſibus & Lacedæmonijs (inquit Mela libro 2.) nauali acie decernentibus Laconicæ claſſis ſignatus excidio. Ad hunc portū, Miltiadis, & Thucydidis hiſtorici mōſtrari tumulos Ammianus ſcribit.

Cœnorum, Germaniæ urbs, uulgò Laubenburg.

Cœus, gigas Titani (aliàs Cœli) & Terræ filius. De quo Verg. lib. Geor. 1.

» Cœumq; Iapetumq; creat, ſæuumq; Typhœa.

Hinc Cœa inſula in Aegeo.

Colchi, (κόλχοι.) ſiue Colchis. idis. κολχὶς) regio Aſiæ iuxta Pontum, regnum Aeëtæ regis. habet in ſe iuga Caucaſi; atq; hinc Caſpium, et Hyrcanum mare, hinc Mæotim. nota eſt aureo uellere, & ueneficij authoribus ſuis maximis. Quo ferunt Iaſonem Theſſalum cū Argonautis nauigaſſe, ut uellus hoc aureum raperet. Eorum regio Sibaris eſt. À Colchis fit Colchicus. ca. cum. κολχικὸς. Horat. 2. Carm. Ille uenena Colchica. Et Colchiacus. Propertius;

» Colchis Colchiacis urat ahena focis.

Et Colchis pro Medea.

Collatia, Italiæ ciuitas, quam Tarquinius conſtituiſſe dicitur: qui erat ſuperbus, eam ex collata pecunia conſtituit: unde & Collatia dicta eſt.

Collina porta Romæ à colle Quirinali ſic appellata, per quam ibatur ad illū collem Ouid.

» Templa frequentari Collinæ proxima portæ

» Nunc decet, à Siculo nomina rege tenet.

Eadem nunc Salaria uocatur: quod nomen quoq; uiæ eſt, in quam exit. Corn. Tacitus.

Colophon. κολοφὼν. pen. cor. Latinè altum ſignificat, quo nomine dicta eſt inſula, de qua Horat. lib. Epiſt.

» Quid tibi uiſa Chios Bullati notaq; Lesbos?

» Smyrna quod & Colophon?

Eſt & urbs Ionica, nobilis oraculo Apollinis, quæ equeſtribus tantum excelluit, ut ubicunque difficulter bella componi poterant, Colophonij equitatus auxilijs dirimerentur. unde in prouerbijs, Colophonem addidit, cum ſumma operi manus imponitur. Viri ex Colophone memorabiles fuêre, Minnermus tibicen, & elegiæ poëta. Item Xenophanes phyſicus, &c. Hæc Strab. lib. 14. Hinc Colophonius, & Colophoniacus. a. um.

Colops magnus, Ptolemæo Zeugitanæ prouinciæ urbs, hodie Giger, regia ciuitas.

Colubraria, maris mediterranei inſula, ſerpentibus ſcatens, de qua Pomponius lib. 2. Græci Ophiuſam dixêre.

Columella, cuius inſcriptio prænominis L. Moderatus Columella, Gaditanus genere, ſcripſit abſolutiſsimos libros de re Ruſtica, temporibus Claudij principis.

Columna, regia ciuitas in Brutio, Pomp. lib. 2.

Columnæ Herculis, (ἡρακλέος στῆλαι) duæ eſſe perhibētur in occidente: quia ex oceano mare noſtrum intrantibus duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam uocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerūt, ſed Herculem diremiſſe colles. Alij dicunt columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorū, ad quas proficiſci ſolebāt qui nauigationem abſoluiſſent, tanquam Herculi ſacra facientes.

Comagena, ſiue Comagene. κομμαγηνὴ. pe. pro. regio

regio Syriæ, quæ propius adiacet Amano mõti, et Ciliciæ. In hac aruſpices claruerũt. Iuue.
» Tractato Armenius uel Comagenus aruſpex.

Compitalia, feſta quæ in compitis peragebantur: & Compitalitius dies, in quo compitalia celebrabantur. Perottus.

Comum, ciuitas Galliæ ciſalpinæ iuxta Larium lacum: hæc mediocris erat colonia trans Padum: ſed Pompeius poſt Scipionem, & poſtmodum diuus Cæſar eam auxerunt. hinc Comenſes dicti ſunt eius incolæ: authore Plinio. À multis Romanorum ducibus aucta eſt. uulgò Como.

Comus, deus apud Veteres habitus comeſſationumq́ nocturnarũq́ ſaltationũ præſes: in cuius militia authorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, muſicisq́ inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi canendiq́ gratia concurrebant, procaciterq́ laſciuiebant, ut fores nonnunquam effringerent: quod optimè deſcribit Philoſtratus Imagine tertia.

Concordia, Italiæ urbs Carnorum, item Hiſpaniæ ciuitas Ptolemæo: & Concordienſes, Bæticæ populi, Plinio cap. 11. lib. 4.

Conon, dux Athenienſis, acceptæ cladis à Lyſandro Lacedæmonio dolore, ſponte abijt in exiliũ ad Artaxerxem Perſarũ regem in Cyprum, cuius auxilio libertati patriam reſtituit, cui prius ſeruitutem attulerat. Author Plutarchus & Demoſthenes in oratione ad Leptinem. De hoc intellexiſſe Vergilium author eſt Seruius Ecloga 3.
» In medio duo ſigna, Conon: & quis fuit alter?
Fuit & alter eiuſdem nominis mathematicus, quem Catullus in elegia quadam introduxit.

Cononienſes, populi ſunt prouinciæ Narbonenſis, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 4. in deſcriptione Narbonenſis prouinciæ.

Conſentia, Brutiorum ciuitas eſt apud Plinium lib 3. cap. 5. Et nomine Conſentini, Conſentiæ oppidi incolæ.

Conſtantinopolis, (κωνσταντινόπολις) urbs à Conſtantino ædificata, uel ut alij ampliata, in finibus Thraciæ, de qua in dictione Byzantium.

Conſus, (ἱπποποσειδῶν) conſiliorum deus putabatur, qui ideo templum ſub tecto circo habebat, ut oſtenderetur tectum eſſe debere conſilium. Hinc Conſualia feſta, (κωνσουάλια) quæ fiebant in honorem Conſi.

Cophãtus, mons eſt ſemper ardẽs apud Bactros Indiæ populos, ut eſt apud Plin. lib. 2. ca. 106.

Cophes, Aſiæ fluuius eſt Indiæ, de quo Pom. li. 3.

Coptus, urbs fuit Aegyptiorum & Arabum communis, & mercium emporium inſigne, uergens ad mare rubrum.

Iuuenalis Satyra 15.

» Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti.

Coralli, populi ſunt Pontici, immanitate inſignes. Ouid. lib. 4. de Pon. Hic mea cui re-
» ticem flatûs niſi ſcripta Corallis?

Corax, antiquiſſimus rhetor Siculus, primus artem dicendi & præcepta conſcripſit, authore Ariſtotele. De quo etiam Cice. in Bruto, & 1. de Orat. Eſt item Corax montis nomen in Sarmatia Europæ apud Ptolemæum, & fluuij in Caucaſeis montibus originem habens, ut Glaucus, Phaſis, Hippus. Vide Coraxis.

Coraxicus mons, Tauri montis pars eſt, à gentibus ſortitus nomen. κοραξικός. De Tauro ſic Plinius libro 5. cap. 27. ſcribit, Quinetiam, inquit, confractus, effugiens quoq; maria, plurimis ſe gentium nominibus, hinc & illinc implet: à dextra Hyrcanus, Caſpius: à leua Pariedrus, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In uniuerſum uero Græcè Ceraunius.

Corcyra, (κόρκυρα) pen. prod. inſula in Ionio mari, olim Phæacia à Phæaco dicta, qui genitus è Nympha, Aeſopi filia, rapta à Neptuno & ad inſulam delata, cui nomen fecit. Ubi grauida Neptuno peperit Phæacum, qui fuit pater Alcinoi. Lucanus lib. 2.
» Hinc late patet omne fretũ, ſeu uela ferantur
» In portus Corcyra tuos, ſeu læua petatur
» Illyris.
Venetorum eſt hodie. Huius inſulæ meminit Verg. lib. Aen. 3. ut annotauit Seru. Corcyram (inquit) inſulam dicit ſitam inter Epirum & Calabriam, ubi regnauit Alcinous. Hæc ille. Eſt & Corcyra Nigra cognominata ab illa ſuperiore diuerſa, quam inter Electridas enumerat Pompo. Mela libro 2. Quondam dicta fuit Melæna, deinde Scheria, & Drepane à Cerere. quæ tum temporis eam inhabitabat, antequam Phæaces in ſuam ditionem redigerent. Item Macris, à macride Dionyſij nutrice. Corcyra uerò à Corcy-

ra Aeſopi filia. Venetorum eſt hodie eamque Corſun appellant. Vide Curcura.

Corduba, (κόρδυβα) Bæticæ Hiſpaniæ urbs clariſsima, uti iuſque Senecæ & Lucani patria, author Martia. ad Licianum,

» Duosq́; Senecas, unicumq́; Lucanum
» Facunda loquitur Corduba. Hinc

Cordubenſis, e. aliquis ex Corduba. & Cordubenſis conuentus.

Cordus, præceptor Alexādri Mammeæ. Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranquillus in Caligula.

Coreſa, Helladis. id eſt, Græciæ inſula.

Corinium, Ptolemæo Dalmatiæ urbs, hodie Corninium. Eſt & Cornium, eodem authore, Britanniæ urbs, alio nomine Claudiana caſtra, hodie Claudioceſtria.

Corinna, Thebana mulier, Lyrica: ſcripſit libros quinquaginta & epigrammata. Suidas & Pauſanias authores.

Corinnus, Ilienſis uerſificator ante Homerum, qui primus, ut quidam uolunt, ſcripſit Iliada, uigente adhuc bello Troiano.

Corinthus. κόρινθος. caput Achaiæ, inquit Florus, & Græciæ decus, ferè in medio Iſthmi Peloponneſiaci inter mare Aegæum & Ionium. Hæc primò à Siſypho latrone, Aeoli filio fertur cōdita fuiſſe, & Corcyra nominata, auth. Strab. poſtea Ephyre, ab Ephyre Oceani filia, deinde euerſa, & inſtaurata à Corintho Oreſtis ſeu Iouis filio, Corinthus eſt appellata. Suidas à Corintho Marathonis filio, uel Pelopis appellatam cenſet. Hæc habuit arcem, quæ Acrocorinthus dicebatur. Potentiſsimam ac ditiſsimam hanc urbem fuiſſe antequam à pop. Rom. caperetur, teſtis eſt Florus, dum breuiter eius urbis ruinas percurrit: Quid ſignorum (inquit) quid ueſtium? quid úe tabularum raptum, incenſum, proiectum eſt? Quantas opes uictor & abſtulerit & cremauerit, hinc ſcias, quòd quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam & æris notam precioſiorem ipſa opulentiſsimæ urbis fecit iniuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atq; ſimulachris, æris, auri, argentiq́; uenæ in commune fluxerunt: Hæc Florus. Strabo ſcribit Corinthios pop. Rom. legatos, quum fortè tecta quædam magnifica præterijſſent, ſordibus effuſis commaculare auſos. Cuius gratia cum alia quoq; ſuperbiæ atq; inſolentiæ eorū haud obſcura extarent argumēnta, ingenti præparato exercitu, L. eam Mumius (aliàs Poſthumius) imperator ſolo æquauit (id enim ſuperbia meruerat) ſignis, tabuliſq; precioſiſsimis in urbem aſportatis. At Auguſtus eam poſtea reſtaurauit. Cicero in oratione de lege Manilia, Legati, inquit, quòd erant appellati ſuperbius, Corinthū patres ueſtri totius Græciæ lumen extinctū eſſe uoluerunt. Porrò Corinthus propter utrunq; mare, Ioniū ſcilicet & Aegæum, à poëtis bimaris dicitur. Horat.

» Bimaris úe Corinthi Mœnia.

Quin & Iſthmum ipſum eo cognomine Ouid.
» donat. Meta. 7. Qui uirtute ſua bimarem pa-
» cauerat Iſthmum. Et li. 6. Quæq; urbes aliæ
» bimari clauduntur ab Iſthmo, Exteriuſq; ſitæ, bimari ſpectantur ab Iſthmo. Hinc Corinthius. a. um. & Corinthienſis, ſe, adiectiua quæ ſic ab inuicem diſtinguuntur, ut Corinthij ſint qui Corinthum inhabitant, ſeu qui ex Corintho nati ſunt: Corinthienſes, qui alibi quidem nati ſunt, at Corinthi negociantur.

Corinthiacus, a. um. (κορινθιακὸς) quod ex Corintho eſt. Ouid. lib. 1. de Triſt.

» Illa Corinthiacis primū mihi cognita terris.

Coriolanus, uir illuſtris Ro. quem Cicero multis in locis cum Themiſtocle confert, cuius etiam uitam pluribus perſequitur Plutarchus.

Coritus, oppidum Hetruriæ, ſub paruo colle eiuſdem nominis poſitum; conditumq́; à Corito rege, ut eſt autor Vergilius lib. Aeneid. 7. uide Corythus.

Cornelia, (κορνηλία) maioris Africani filia, quæ à Valer. Maximo laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti non aurum, non gemmas, non deniq; ueſtes oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt matronarum ornamenta. Sempronij Gracchi uxor fuit, Tyberij & Caij Gracchi mater, quos in benedicendi arte, qua illa plurimum pollebat, ipſa inſtituit. Epiſtolas reliquit elegantiſsimè ſcriptas, Cicerone auth. in Bruto. cuius eloquentiam etiam commedat Quintilian his uerbis, Magni intereſt (inquit) quos quiſq; audiat quotidie, quibuſcum loquatur à puero,

puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur: eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit. Fuit & Cornelia P. Seſtij uxor, cuius meminit Cic. 5. epiſt.

Cornelij, *Cornelius Coſſus trib. milit. in exercitu Volumnium Lartem Veientem regem occidit, ſecundaq; opima ſpolia Ioui Feretrio retulit. Coſſos enim eos qui rugoſi ſunt, & aſpera facie, à ſimilitudine uermium qui in ligno nutriũtur, Feſtus dicit uocari. Fuerũt & alij multi eiuſdem nominis, ut: Cornelius Aſina, ſic cognominatus, quòd aſinã ſacculis pecunia plenis in forũ adduxiſſet pro ſponſore. Cornelius Balbus, genere Gaditanus, Cæſaris familiaris. Cornelius Centimalus conſul. Cornel. Epitadius L. Corn. Syllæ libertus.*

Cornelius *Gallus, poëta fuit elegiographus, Foroiulienſis. In Auguſti fauore conſcendit ad gradum Præturæ. Fuit primum ſummus Octauij amicus, ſed poſtea ſuſpitione coniurationis, quum in eius odium impegiſſet, ſibiipſi mortem conſciuit, anno ætatis 43. Ouidius lib. 3. Eleg.*

» *Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.*

Hic Euphorionem Græcum tranſtulit in Latinum ſermonem, & amorum ſuorum de Cytheride meretrice, & liberta Volumnij conſcripſit libros quatuor, quæ tamen eo ſpreto, Antonium euntem ad Gallias contra Romanum morem in caſtra eſt ſecuta: propter quod dolorem Galli uidetur conſolari Vergilius, cuius etiam intimus fuit amicus, in Bucolicis Eclog. 10. Hæc Seruius. Hoc ſcortum quod adeò deperibat, mutato nomine, Lycorim uocauit,

» *Gallus & Heſperij, & Gallus notus Eois,*
» *Et ſua cum Gallo nota Lycoris erat.*

Præter hos fuerunt etiam alij: ut Corn. Merula, Conſul. Corn. Nepos. Corn. Seuerus, inter poëtas Epicos ab antiquis authoribus relatus eſt. Extat eius carmen illud quo eleganter defleuit Marci Ciceronis interitum: quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum eſt:

» *Oraq; magnanimũm ſpirantia penè uirorum*
» *In roſtris iacuere ſuis. ſed enim abſtulit omnes,*
» *Tanq̃ ſola foret, rapti Ciceronis imago, &c.*

Cornificius, *iiſdem tẽporibus in poëtica floruit, quibus in ſcribenda hiſtoria Salluſtius, Lucceius, & Cornelius Nepos in urbe præſtiterunt. Fuit ingenio eleganti & lepido, atq; in ſcribendis epigrammatis uerſatus eſt. Sororem habuit Cornificiam, ut ſcribit Euſebius, cuius carmen in magno precio habetur. Fuit & Cornificius Ciceronis paternus amicus & collega, ad quem multæ extant ipſius Ciceronis epiſtolæ lib. 12.*

Cornutus, *Leptites genere (eſt enim Leptis Africæ ciuitas) emicuit Romæ ſub Nerone, interfectus demum ab eo unà cum Muſonio philoſopho. Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Cic. temporibus: de quo ad Attic. lib. 1. epiſt. 9. Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto uero Pſeudocatone.*

Corœbus, *filius fuit Mygdonis, unde à Verg. Mygdonides appellatus. Hic incenſus amore Caſſandræ, quam etiam Priamus pater ei deſponderat, ad Troiam uenit, ſocero & Phrygibus laturus auxilium, quantumuis à ſponſa ipſi exitium, niſi abiret, eſſet prædictum. Nam ea nocte qua Ilium cecidit, occiſus eſt à Peneleo quodam Græco. Verg. 2. Aeneid.*

» *Iuuenisq; Corœbus*
» *Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus.*

Vide prouerbium, Stultior Corœbo.

Corona *(κορώνη) urbs eſt in Peloponneſo, uide Coroneus, & Corone.*

Coronæa, *Bœotiæ oppidum, authore Plin. lib. 6. cap. 7. iuxta Cephiſum amnem.*

Coronæus, *ſinus Achaiæ, ſic à Corone eiuſdem regionis oppido dictus, auth. Plin. lib. 4. cap. 5.*

Corone, *(uel Corona, ut ſuprà. urbs in Peloponneſo Meſſeniorum.) Plin. ca. 5. lib. 4. oppidum Achaiæ, à quo Coroneus ſinus.*

Coronis, *idos, alio nomine Arſinoë Nympha fuit, Phlegyæ, uel ut alij tradunt, Leucippi filia, quæ cum forma eſſet non inelegãti, Apollini placuit, à quo uitiata, Aeſculapium peperit. Sed poſtea ab ipſo Apolline ſagittis confoſſa eſt, quòd cũ Elati filio, cui Iſchis nomen fuerat, concubuiſſet. Vide ſuprà de Aeſculapio. Ouid. lib. 2. Metamorph.*

» *Pulchrior in tota, quàm Lariſſæa Coronis,*
» *Non fuit Aemonia, &c.*

Corſica, *pen. cor. inſula, quæ diſtat à Sardinia*

ſtadijs ſexaginta, inter Italiam & Sardiniam ſita. In ea ſunt caſtella Bleſini, Carax, Emicone, Vapanes. Ptolemæ. cap. 2. lib. 3. ſic, Cingitur ab occaſu quidē & Septentrionibus mari Liguſtico, ab ortu autem Tyrrheno mari, à meridie pelago, quod inter ipſam & Sardiniam interiacet. Huius inſulæ longitudinem aſſerunt miliaria centumſexaginta, latitudinem ſeptuaginta. À Cyrno Herculis filio dicta eſt κύρνος, ut placet Fabio Pictori, cū antea Therapne nominaretur: à Corſica uero muliere, cuius taurus cū ex continenti in inſulā tranaſſet, nomen quod habebat, retulit. Notiſsima eſt uino præſtante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis meridanam Sardiniam, anguſtū mare interfluit. Scribit Strabo Corſicam malignè coli, aſperā, & plurimis in partibus inacceſsibilem, adeò, ut qui eius montes habitant, ex latrocinijs uitam degant, immanitateq; feras ſuperent. Sunt enim diri, hiſpidi, inhumani atq; adeò ferino aſpectu, ut hominibus alijs admirationi ſint, eodem auth. Hinc factū eſſe dicit, ut cum Romani imperatores in eas irruant, magnum ſeruorū gregem captum aduehant. Sunt homines diutiſsimæ uitæ, quòd, ut Athenæus tradit, mellis cibo quo plurimum abundant, utantur aſsiduè. Quod alicui mirum uideri poteſt, cum eius inſulæ mel, ob taxi copiam, uenenatum ſit, ut eſt teſtis Ouidius Elegiarum primo,

» Molle ſub infami Corſica mittit apis.

Præterea Seruius grammaticus Corſicana mella eſſe amara ſcribit, explicans illud Vergilij Georg. lib. 4.

» Hinc cœli tempore certo
» Dulcia mella premes.

Dulcia, inquit, non eſt ſuperfluum epitheton. Nam ideo ait dulcia, quia etiam ſunt amara, ut Corſicana. Hæc ille.

Cortyna, ſiue Gortyna, (γόρτυς.) Steph. γόρτυνα. ſiue Cortina per i in penul. Stra. inſignis urbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lenæus amnis. Iuxta eam naſcuntur calami ſagittis aptiſsimi. Hinc Verg. lib. 11.

» Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.

Cortinia tela Silius dixit lib. 2.

» Celſis Cortinia muris
» Tela ſonante fugat neruo. Item,
» Eois quamuis certet Cortina ſagittis.

Et Cortinā ueſtem pro uenatoria Claud. lib. 2. de Raptu Proſer. poſuit, Vnde Diana

» Criſpatur gemino ueſtis Cortina cinctu.

Secunda ſyllaba per y pſilon ſcribi debet.

Cortona, ciuitas Tuſciæ, à qua Cortonienſes.

Coruncanus, primus de plebe Pontifex Max. factus, teſte Liu. Eius meminit Cicero in oratione pro Domo ſua ad Pontifices, & peritiſsimum pontificem fuiſſe dicit. Is cum legatus ad Teucam Illyricorum reginam miſſus eſſet, in reditu contra ius gentiū interfectus eſt.

Corus, ſine h, uentus occidentalis. Græcè ἀργέστης dicitur, qui contra Aquilonē flat. Quandoq; mutamus o in au, & Caurus dicimus. Verg.

» Semper hyems ſemper ſpirātes frigore Cauri.

Corybantes, miniſtri fuerunt Cybeles, in Ida monte Phrygiæ, qui cantando & ſaltando eiuſdem deæ ſacra faciebant. Poſtea autem in Cretam nauigarūt, & occupato monte, hunc quoq; Idam à nomine montis Phrygiæ uocauere, ubi Iouem infantem aluiſſe dicuntur, & ne Saturnus (qui cum Titano fratre conuenerat, ſe omne genus maſculum deuoraturum) uagientem audiret, tympana pulſauere. Sic dicti, uel quod caput iactarent, uel quòd apertis oculis, more leporum, dormire cogerentur, quòd Græcis κορυβαντιᾷν eſt, ſeu inſanire. Dicuntur & Curetes, item Caberi, à Cabero monte: Idæi ab Ida, Telchines præterea & Dactyli. Claudian.

» Non te progenitum Cybeleius ære canoro
» Luſtrauit Corybas, &c.

Corybantia æra apud Maronem.

Corycæi, montis Aſiatici, ſeu (ut quidam dicūt) promontorij in Creta præternauigatio latronibus plena fuit, qui diſperſi per portus, ad mercatores furtim accedebant, & ſubauſcultabant quid rerum ferrēt, & quò nauigarent. Poſtea illis diſcedentibus, adoriebantur eos, ac diripiebant. Ex quo factum eſt, ut omnes curioſi ſecreta auſcultantes, corycæi dicerentur: & in prouerbio, Hunc Corycæus auſcultauit, cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

Corycum, ſiue Coryciū (κώρυκος) pen. cor. nomen eſt urbis, & montis excelſi in Sicilia, optimum crocum ferentis. à quo Corycius. a. um. Horat. lib. 2. Carm.

Cory-

» Coryciumq́ croco ſparſum ſtetit, &c. Mart.
» Quod de corycio quæ uenit aura croco.

Coryneta, latro fuit famoſiſsimus, Vulcani filius, qui iuxta Epidaurum hoſpites claua quadam, quæ coryna dicebatur, peremit, unde & hoc nominis ſibi ſumpſit. prius enim Periphatum uocatũ tradũt. Hunc Theſeus interfecit.

Corythus. κόρυθος. pen. cor. oppidum Thuſciæ, prope Aretiũ in paruo colle eiuſdem nominis ſitum, à Corytho rege poſitũ. Verg. li. 9. Nec ſatis, extremas Corythi penetrauit ad urbes. Aliàs Chorytus per h in prima. uide Coritus.

Cos, ſiue Coos, ſiue Coum, ſiue Co, (κῶ) inſula in mari Aegæo, ſeu (ut quidam aiunt) in Icario, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita, quæ olim magna fuit & optime habitata, & aſpectu iucundiſsima ijs qui eò nauigabant. Ambitus eius quingẽtis et quinquaginta ſtadijs clauditur, tota fertilis, & optimo uino abundans. Eſt & urbs eo nomine, antiquitus Aſtypalæa uocata: dicta à Coo, Meropis filia, quæ ibi regnauit. Strabo ſcribit in ea nouem gentes & quinq; millia oppidorũ eſſe, quorũ nullum ſit minus Coo Meropide. Hinc Cous. a. um. κῷος. pen. prod. unde Hippoc. medicus diuinus, & Apelles pictor egregius Coi dicti ſunt, cum in ea nati perhibeantur. Ouid.
Si Venerem Coos nunquã pinxiſſet Apelles.
In primitiuo prima corripitur. In ſuburbano Coi Aeſculapij tẽplum fuit ualde inſigne, & multis donis opulentũ, inter quæ nuda Venus erat, quæ poſtea Iulio Cæſari Romæ dicata eſt. Sũt qui dicant apud hanc inſulam fieri ueſtes tenuiſsimas ad fœminarum ornamentum. unde Ouid. de Arte:
» Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus:
» Siue erit in Cois, Coa decere puta. Eam Herculem olim diripuiſſe fertur, & regem Eurypilum, Neptuni filium unà cum liberis & uxore Clytia occidiſſe, eo quòd ipſum tempeſtate eò adpulſum & impeditum, ab urbe & hoſpitio prohiberẽt, poſtquã à uaſtitione Troiæ & Laomedontis rediſſet. Celebratur propter ſuauitatem uini, quod in ea naſcitur. Ab ea fit Cous. a. um.

Coſſutiorũ familia apud Romanos fuit, ex qua Coſſutia uxor Cæſaris, cuius meminit Suet. in uita Cæſaris. Sic Coſſuuij, & Coſſuuiani. Vide Coſsi, in Latinis dictionibus, & Cornelij.

C ANTE R.

Cragus, mons Lyciæ, ut ſcribit Pomponius libro 1. & Plin. cap. 27. lib. 5. ex oppoſito habens montem Ancragum, ſic dictus à Crago Trenedeti & Paraxidicæ Nymphæ filio. Horat. lib. 1. Carm.
» Siluis aut uiridis Cragus, &c.
Huius meminit Ouidius Metamorph. lib. 9.
» Iam Cragon, & Lymiræ Xanthiq́ reliquerat undas.

Cranaus, (κραναὸς) Athenarũ rex fuit, qui Cecropi in regno ſucceſsit, à quo regionis inquilini Cranai dicti ſunt.

Crantor, (κράντωρ) Solenſis, Academicus philoſophus fuit, Xenocratis Platonis diſcipuli condiſcipulus, & Palæmonis qui nouis opinionibus Academiam Platonicã repleuerunt. Hic ſcripſit librum De conſolatione, quem Cicero æmulatus eſt, & nonnulla poëmata: admirabatur præ cæteris Homerum & Euripidem: deceſsit intercutis morbo. Author Diogenes Laertius.

P. Craſſus, Oratoris frater, iuriſperitiſsimus fuit, in dominatione L. Cinnæ Marianarum partium: ne incideret in manus inimicorum, ſeipſum interemit.

Crater, à uaſis ſimilitudine, in monte Aetna appellatus eſt foramen illud per quod ignis euomitur. Ouidius,
» Et pronos currus medio cratere recepit.

Crates, Thebanus philoſophus, Cynicus, Diogenis diſcipulus, qui, ut Suidas, itemq́ Diogenes ſunt authores, in pecuniam omnẽ ſubſtantiam redigens, apud trapezitam depoſuit, hac lege ut ſi filij philoſophi eſſent, eam indigentib. ciuib. diſtribueret, nihilo philoſophos indĩgere exiſtimans. Si autẽ idiotæ, eis redderet ut uacuis uirtute, ſaltem opes opitularentur. Philoſtratus autem in uita Apollonij, & Diocles ſubſtantiã aiunt in mare proieciſſe, uti liberius philoſopharetur, atq; dixiſſe: Abite peſſum malæ cupiditates: Ego uos mergam, ne ipſe mergar à uobis. neque putauit ſe poſſe & uirtutes & diuitias ſimul poſsidere. Emicuit aũt Demetrij Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obſidentem miſſus legatus, ſua authoritate, ab obſidione patriæ remouit. Plutar.

Cratinus, Athenien. poeta, ueteris comœdiæ

ſcriptor, uinoſus, & uoluptati deditiſsimus.
» Horat. Eupolis atq; Cratinus Ariſtophanesq; poetæ. Idem in Epiſt.
» Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino,
» Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſ-
» ſunt, Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Crathis, cum th. aſpirato, (κρᾶθις) nomen eſt duorum fluuiorum, quorum unus eſt apud Achiuos, alter apud Calabros. Ouidius lib. 15. Metamorph.
» Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus
» oris, Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.
Et libro Faſtorum 3.
» Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes
» Paruus ager.
Hic, ut Strabo lib. 6. multis medetur morbis, homines q; in eo lotos cæſarie candidos & flauos efficit.

Cratippus, Mitylenæus, quem Athenis docentem audiuit Cicero filius, ut eſt in proœmio libri de Officijs. Hic Pompeium poſt Pharſalicam pugnam fugientem, apud Mitylenen occurrens, ultrò ſolatus eſt uerbis philoſophicis, ad ſpemq; hortatus, cum quædam de prouidentia diſſeruiſſet, resq; Romanas tandem labi eſſe neceſſe affirmaret. Plutar. in Pompeio.

Cremera, fluuius Thuſciæ, ubi Fabij cum Veiētibus prælio congreſsi periere. Author Liuius lib. 2. Decad. 1. Ouidius lib. 2. Faſtorum,
» Vt celeri paſſu Cremeram tenuere capacem,
» Turbidus hibernis ille fluebat aquis.

Cremmyon, ſiue Crommyon, oppidum non procul à Corintho, iuxta quod Theſeus ſuē quæ omnes agros deuaſtabat, occidit. Ouid. li. 7.
» Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus, &c. Vbi alterum m, uerſus gratia, à poēta etiam eliſum. Eſt etiam urbs Libyæ, à qua Cremmyonius deriuatur.

Cremona, ciuitas Italiæ, in ea regione quæ hodie Longobardia dicitur, de qua Strab. li. 5.

Cremyon, uide Cremmyon.

Creon, Corinthiorum rex, prædonis Siſyphi filius, Creuſam filiam Iaſoni Medea repulſa, in matrimonium dedit, de quo Tragœdia eſt apud Senecam. Creon, alter rex Thebanorum, pater Iocaſtæ, uxoris Oedipi, poſt Polynicen & Eteoclem interfectos, ſumpſit imperium, filiamq; ſuam Megaram Herculi iunxit, ut eſt apud Senecam in Hercule furēte. Creon, item, Lesbi inſulæ mons eſt, ut ſcribit Pli. li. 5.

Creophilus Samius, quem aliquando tradunt, ſuſcepto in hoſpitium Homero, accepiſſe ab eo donum, inſcriptionem poëmatis, quod Oechaliæ captiuitatem uocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium oſtendit, quòd quanquam Creophilus opus cōpoſuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hoſpitium. Author Strabo lib. 14. Vide Apuleium in Floridis.

Cretheus, filius fuit Aeoli, Iouis filij, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aeſonem genuit, Alcimedontē & Amythaonem, ut eſt apud Homerum lib. Odyſſeæ 11.

Creſton, oppidū de quo Herodot. lib. 1. Eſt & nomē regis Bithyniæ, cuius meminit Iuſtin. li. 38.

Creta. tæ. & Crete. tes. (κρήτη) inſula in medio Ponto, cētum urbium fama clara, unde à Græcis ἑκατόνπολις appellatur, quæ (ut ſcribit Strabo) à Septentrione Aegeo alluitur ſimul & Cretico pelago, ab auſtro Aphro, ad occidentem Aegilam & Cytheram ſpectat, ad orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta ſeptuaginta millia paſſuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingentorum octoginta nouem millia paſſuum complectitur. Inſignes in ea urbes ſunt Cortina, Cydonia, Gnoſſus Minois regia, & Strabonis coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxium eſt, optimiq; uini fertiliſsima eſt: de qua Vergil.
» Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
» Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ.
» Centū urbes habitāt magnas, uberrima regna.
Dicta eſt Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per ſyncopam Creta. Alij dicunt Cretam dictā, à Crete quodam Iouis filio Curetum rege. Alij à Crete nympha Heſperidis filia. Arrianus non à Crete, ſed à Cres, Cretis genitiuum faciente nominatam dicit, ab eo qui Iouem abſcondit in monte Lycæo. Vnde Creſſa, (κρῆσσα) tantum fœminini generis: id eſt, Cretenſis. Similiter Creſſeus, & Creſſius. κρήσσιος. Sunt autem hæc nomina quæ ex maſculino fœmininū ad ſimilem formam mittunt: ſcilicet Cres Creſſa, Libyx Libyſſa, Phœnix Phœniſſa, Magnes Magneſſa, Thraix

Thraiſſa.

» Thraiſſa. Tibullus, Etiam Phœbo gratiſsima dona Cres tulit. Auſonius, Præpetibus pennis ſuper aëra uectus homo Cres.

A Crete uero fiũt Creticus, (κρητικὸς) & Cretenſis. Eſt & Creta oppidum Scythiæ. Val. Flaccus lib. 1.

« Quoties paucos ad littoris ictus
» Deficiũ Scythicũ metuẽs Pontũq; Cretamq;.

Creuſa, filia fuit Creontis, Corinthiorum regis, quæ abdicata Medæa, Iaſoni nupſit, quamobrem Medæa indignata carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcrineolo incluſum per filios ſuos Creuſæ muneris loco miſit: filios uero præmonuit, ut ſtatim oblato munere diſcederẽt. Creuſa igitur uidendi cupida, nihilq; mali ſuſpicans, ſcrineolum aperuit, & continuò euolauit ignis, Creuſamq; & totam Creontis regiam exuſsit. Ouid. lib. 1. de Arte,

» Cui non defleta eſt Ephyrææ nata Creuſæ?

Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aeneæ coniunx, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij ab Aenea, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filium manu ducebat, perditam in itinere, dum uias notas exceſsit: habetur apud Maronem libro 1. Aeneid.

Creuſis, oppidum partim Bœotiæ & Locrenſium, partim Aetolorum eſt, ut notat Vadianus apud Pomponium lib. 2.

Criniſus, fluuius eſt Siciliæ, Oceani & Terræ filius, de quo ita fabulantur. Cum Laomedon Neptuno & Apolloni mercedem pro ædificatione murorum Ilij recuſaret, Neptunus iratus Troiæ cete immiſit, ut eam uaſtaret, conſultus Apollo ſiniſtra dedit reſponſa, puellas ſcilicet, beluæ eſſe obijciendas. Hippotes igitur nobilis Troianus timens, ne & Aegiſtha filia ſua ceto, ut Heſiona, exponeretur, naui eam impoſuit, ut potius ſe non uidente mergeretur fluctibus, quàm coràm deuoraretur. Sed illa caſu in Siciliam delata, Criniſo placuit, qui in canem, ſeu urſum mutatus, eam oppreſsit, ſuſcepitq; ex eo concubitu Aceſtem, Siciliæ regem.

Criſpus Saluſtius, de quo Martialis, Criſpus » Romana primus in hiſtoria. Thucydidi, ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicendi, Attica breuitate, ſententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus uerba mutuatus: Trogo autẽ, quòd orationibus nimis longis utatur, ſicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriuſq; inuectiuis orationibus conſtat. Gell. lib. 17. cap. 18. de Criſpo Salluſtio ſic ſcribit, Marcus Varro (inquit) in literis, atq; uita, fide homo multa, & grauis, in libro quẽ inſcripſit Pius, aut De pace Criſpum Salluſtiũ ſcriptorem ſeriæ illius & ſeueræ orationis, in cuius hiſtoria notiones Cenſorias fieri atq; exerceri uidemus. In adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loris benè cæſum dicit, & quum dediſſet pecuniam, dimiſſum. Hæc Gellius.

Critias, (κριτίας) philoſophus fuit, qui dixit animam eſſe ſanguinem, ſicut & multi alij: unde Vergilius purpuream animam nominauit.

Critias, unus è triginta tyrannis Athenienſibus à Lacedæmonijs impoſuis. Cuius mentionem facit Cicero lib. de Orat. 2.

Critolaus, nomen Athenienſis, nobilis Peripatetici, de quo Cic. 2. de. Orat. Alius item Achæorum dux, qui Corinthum euertit, ut author eſt idem Cicero 3. de Nat. deorum.

Critheis, ut ex Ephoro refert Plutarchus in uita Homeri, filia fuit Atellis, quam poſt mortem Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quũ puellam uiciaſſet, grauidamq; feciſſet, atq; ob id facti uereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa uero non multo pòſt, quũ ad lauacra, quæ prope Meletem fluuium erant, proficiſceretur, Homerum iuxta fluuium peperit: ob idq; Meleſigenes appellatus eſt, qui poſtea cæcus factus, Homeri nomen accepit. Cumæi namq; & Iones oculis captos Homeros appellant, quòd Homeris, id eſt itineris ducibus egeant.

Criũ metopon, id eſt arietis frons, Cretæ inſulæ, promontorium eſt ad Occidentem uerſus Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſio. Vide Pomp. lib. 2. in deſcriptione Cretæ inſulæ: & Plin. lib. 4. cap. 12.

Crocum, uenatorem ac ſagittarium fuiſſe dicunt, precibuſq; Muſarum in aſtra relatum, Sagittarij nomen accepiſſe. Sidonius,

» Falcifer ut Crocon neſcius per ſumma polorũ.

Crœſus, Lydorum rex, Aliatis filius, primus

Græcos partim tributis impoſitis ſubegit, partim ſocios atq; amicos ſibi adſciuit: tantumq; imperio & opibus creuit, ut ſe feliciſſimum omnium mortalium dicere non dubitaret: unde aliquando oſtendens Soloni ſuum theſaurum, an quiſquam felicior eſſet, interrogauit. Solon autem negans, dicebat neminem ante obitum, beatum eſſe uocandũ. Tandem à Cyro Perſarum rege, cui aliquoties rebellaſſet, captus eſt, igniq; addictus. Cumq; iam in rogo cremandus ſederet, recordatus uerborũ Solonis, alta uoce clamauit: O Solon, Solon. Interrogante Cyro, quid ſibi uellet iſte clamor, aut quis eſſet ille Solon: reſpondit Crœſus, Solon uir ſapientiſſimus, olim me monuit, neminem eſſe in hac uita fœlicem, quod iam experior. Tum Cyrus fortunæ uarietatem perpendens, eum non ſolum dimiſit, ſed etiam inter proceros & conſiliatores recipit, Plutarchus in Solone.

Cromma, Paphlagoniæ oppidum, de quo Flaccus lib. 5.

Cronia, morũ. κρόνια. Saturni feſta erant: à Cronos, Saturnus. Vide Macrobium.

Croniũ, à nonnullis mare concretũ appellatur.

Croto, ciuitas Italiæ in ſinu Tarentino, Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ diſcipulus fuit. Hinc Crotoniata, gentile nomen. Vide prouerb. Crotone ſalubrius.

Crotopus, rex fuit Argiuorũ, ex cuius filia Pſamate, Apollo Linum ſuſcepit, qui à patre matris Crotopiades nominatur. Ouid. in Ibin,
» Quiq; Crotopiaden diripuere Linum.

Cruſtumium, oppidum eſt Thuſciæ, unde Cruſtumina tribus, & Cruſtumina pira, quæ & » cruſtumia dicuntur. Verg. 2. Georg. Cruſtu- » mijs Syrijsq; piris, grauibusq; uolemis. Eſt etiam fluuij nomen non procul ab Arimino Italiæ oppido, de quo Lucanus lib. 2.

C ANTE T.

Cteſiphon, Athenienſis, decreto perſuaſit Athenienſibus, coronari oportere Demoſthenẽ aurea corona in theatro probitatis et uirtutis omnis generis gratia. Ob id ab Aeſchine Demoſthenis inimico, tanquã perniciosi decreti author accuſatus, defenditur à Demoſthene præclara illa, atq; omniũ optima oratione, quæ περὶ ςεφάνου, id eſt de corona inſcribitur. Vide Cice. in libello De optimo genere oratorum. Fuit item Cteſiphon, architectus clarus, qui templũ Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe, opus mirabile, & toto orbe celebratum: quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit, hac tantum de cauſa, ut ob aliquod facinus nominaretur. Fuit et Cteſiphõ locus Parthorum, prope Seleuciã, uicus maximus, nomine et re Cteſiphõ, in quo Parthorũ reges hyemabant.

Cteſippus, Chabriæ filius, quẽ Phocion, mortuo Chabria amico, diligẽter ac perhumanè collegit, quo impuros adoleſcẽtis mores cõponeret: eius tamen cum duro, tum minimè liberali ingenio nuſquam adduci potuit, ut curam & laborem in illo inſtituendo dimitteret: cuius ineptias nõ modò pertulit patienter, uerumetiam ſtudioſè tegebat. Quanquam ſemel aiunt, Phocionis conſtantiam importunitate leuiſſimi hominis ſuperatam. Nã quum ille imperatorium quoddam munus ſtudio accuratior obiret: Cteſippus ut erat futilis deliruſq;, grauiſſimum peritumq; imperatorẽ cœpit fatuis quibuſdã interrogatiunculis obtundere, atq; illum monens, docens ue importunius perurgere. Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt: O Chabria, Chabria, cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nũc perſoluo, qui nati tui deliramenta ſuſtineo. Auth. Plutarch. in uita Phocionis.

C ANTE V.

Cuma, (κύμη) urbs in Locrenſi agro, quã eſt Ioniæ, Aſiæ minoris. Fuit autem hæc Aeolicarum urbiũ maxima & optima, & ferè metropolis, & Leſbus cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter triginta. Ab ea nominata eſt Cumæa, (κυμαία) Sibylla, quã aliqui à uicinitate loci Erythræam appellarunt, quæ profecta in Italiam, multa de Romanis uaticinata eſt. Item patria fuit Ephori, uiri doctrina clari, et Iſocrati oratori familiaris. Sed & ante ipſum Heſiodus quoq; poeta Cumæus, qui patrem ſuum relicta Aeolica, Cumam in Bœotiã migraſſe dicit Plutar. de eo in Sympoſijs, multa & Suidas.

Cumæ, Cumarum, Lucaniæ ciuitas in Italia, (al. Campaniæ oppidum propè Neapolim) quam Sibyllæ illuſtrat diuinitas: cuius libris pro oraculo Romana uſa eſt prouidentia. Vnde & Silius.

» Liternum, & quondam fatorũ conſcia Cumæ. De cuius origine ſic ſcribit Seruius, enarrans carmen illud Verg. lib. 3. Aeneidos.

» Huc ubi delatus Cumæ acceſſeris urbẽ, &c. Eubœa (inquit) inſula eſt, de cuius ciuitate Chalcide profecti ſunt ad nouas ſedes quærẽdas, & haud longe à Baijs, qui locus à ſocio Vlyſsis Baio illic ſepulto nomen accepit, inuenerunt uacuum littus, ubi uiſa muliere grauida, ciuitatem condiderunt: quæ res fœcundam oſtendebat fore Rempub. et eam Cumas uocauerunt: ſiue ab ἐγκύω. id eſt prægnante, ſiue ἀπὸ τῶν κυμάτων. id eſt, ab undis. nam κύματα dicuntur. υ autem Latini in u uertunt, ut Byrria, Burria. Hæc ille. Inde Cumani & Cumæi. κυμαῖς. quamuis κυμαῖοι etiam dicantur à Cuma ciuitate Aeolicorum.

Cuneus ager, Luſitaniæ promontoriũ eſt. Stra. li. 3. Caput hodie ſancti Vincentij nominant.

Cunina Dea, quam priſci coluerunt, quæ cunis infantium præſidere putabatur. Calepinus.

Cupido, amoris deus, ſecundũ Heſiod. ex Chao & Terra natus fuit. Simonides & Cicero ex Marte & Venere. Aceſilaus ex Nocte & Aethere. Alcæus, ex Lite & Zephyro. Sappho ex Venere & Cœlo: Seneca ex Venere & Vulcano. Quidam ex ſola Venere prognatum tradunt, citantes illud Verg. lib. 1.

» Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus.

Duplex eſt, Ouidio dicente,

» Alma faue dixi geminorũ mater amorũ, &c.

Honeſtus uidelicet & turpis, illumq; ex Venere & Ioue patre natum: hunc autem Herebi & Noctis filium eſſe Perottus ex Tullio citat. Fingitur à poetis armatus flammis & telis, aureo uidelicet & plumbeo, ut patet ex Ouid. libr. 1. Metam. de Daphne & Apolline: item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, uolatilis, &c. Eius quoque formæ deſcriptio extat multis uerbis apud Apule. de Aſino aureo. Vergilius de Vino & amore.

» Bellum ſæpe petit ferus exitiale Cupido.

A quo Cupidineus. a. um.

Cupra, Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta eſt, mutatione y in u, haud uana coniectura, à Cypræ templo, illic à Tuſcis, qui Cypram Iunonem dicunt, extructo, ut Strabo ſcribit.

Curcura. Vide Corcyra.

Cures, (κύριοι) pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cuius ciues Quirites, (κύριτες) dicebantur. Conueneruntq; Romulus & Tatius in hanc ſentẽtiam, ut è duobus populis unus efficeretur, et Sabini Romam migrarent, Romaq; nomen retineret: ſed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ouid. lib. 2. Faſt.

» Te Tatius paruiq; Cures Ceninaq; ſenſit.

Hinc etiam populi Cures. Verg. lib. 9.

» Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris. Vide Curis.

Curetes, (κουρῆτες) pen. pro. quidam Cretæ populi, de quibus Ouid. lib. 4. Metamorph.

» Largoq; ſatos Curetas ab imbri.

Alij item populi in Dalmatia. Lucanus,

» Illuc bellaci confiſus gente Curetum.

Item alij Aetolis uicini. Et alij ſacerdotes Cybeles, caſti, & puri, qui ſaltant armati, Perottus. Hi quoq; Corybantes dicuntur, ut ſuperius auditum eſt. Curetas autem appellatos uolunt, uel ἀπὸ τῆς κουρᾶς. id eſt, à tonſura capillorum: uel à Curo, eorũ rege: uel quia ſicuti Coræ. id eſt puellæ, prolixis ueſtibus utebantur.

Curio Qu pater eius qui trib. pleb. teſte Valer. magnus orator: is cũ Cæſaris inimicus eſſet, appellauit eum in quadam oratione, omniũ mulierum uirum, ſiue pellicem, & mulierum omnium uirorum, ut Tranquillus in Cæſare refert. C. Curio filius, trib. pleb. Cæſarianas partes ſequutus eſt, uir luxu & audacia ſingulari: ſexcenties enim H S debebat æris alieni, ut Valer. de Luxuria ſcribit. Is, ut ſe ære alieno liberaret, atq; emergeret, Cæſarem ad bellum ciuile impellebat, ut ſcribit Cic. in Epiſt. ad Qu. Tyronem.

Curis, ut habet Stra. li. 5. urbs quondã inſignis, nunc aũt uiculus in Sabinis. &c. uide Cures.

M. Curius Conſul Romanus, pauper quidem, ſed nihilominus tamen uirtutibus præclarus, præcipuam laudem meruit, quòd fuerit homo fortis, & pecuniarum contemptor. Hic cum in ſcamno ſederet, & Samnitũ legati magnũ auri pondus publicè miſſum attuliſſent, inuitarentq;, ut eo uti uellet. Reſpondit M. Curiũ malle imperare locupletib. quàm locupletem fieri, & qui in acie uinci non potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe. Claudianus,

Pauper

» Pauper erat Curius, reges cũ uinceret armis
Primum de Samnitibus triumphauit, quos uſq; ad mare ſuperum pacauit. Reuerſus in concione ait, Tantum agri cepi, ut ſolitudo fuerit futura, niſi tantum hominum cepiſſem: Tantum hominum porrò cepi, ut fame eſſent perituri, niſi tãtum agri cepiſſem. Deinde de Sabinis triumphauit. Poſtremò de Lucanis ouans urbem intrauit. Pyrrhũ regem ex Italia pepulit. Quaterna agri iugera uiritim populo diuiſit, ſibiq; tantundem conſtituit, dicens, neminem eſſe debere, cui non tantũ ſufficeret. Cæcilius. Huius meminit Iuuenalis,
» Curius paruo quæ legerat horto,
» Ipſe focis breuib. ponebat oluſcula. Rurſum,
» Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuũt.

Curtius M. adoleſcens inſignis Romanus, qui ſe pro patria deuouit. Cum enim in foro Romano terribilis hiatus terræ ſubitò eſſet exortus, dixerunt uates, Plutonem petere nobiliſſimã uictimam, & niſi nobilium aliquis in illũ hiatum ſe immitteret, grande periculum urbi imminere. Quod audiens Curtius, armatus equitauit in illum hiatum, qui poſtea continuò deſijt. Author Ariſtides apud Plutarchũ in Parallelis, & Liui. lib. 6.

Cyaneæ (inquit Pomp. lib. 2.) contra Thracium Boſphorum, inſulæ duæ paruæ, paruoq; diſtãtes ſpacio, & aliquando creditæ dictæq; concurrere. De his ſcribit Plin. lib. 4. cap. 11. Eædem alijs à complodendo Symplegades appellatæ ſunt, traditæq; fabulis inter ſe concurriſſe: quoniã paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, paulumq; deflexa acie coëuntium ſpeciem præbebant. Ouid. lib. ult. Metamorph.
» Timuit concurſibus Argo
» Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum:
» Quæ nunc immotæ perſtant, uẽtisq; reſiſtũt.
Eædem planetæ dictæ, id eſt errantes Plinio.

Cyane uirgo Syracuſana, uiolatam ab ebrio patre pudicitiam ægrè ferens, apprehenſum capillis ſtupratorẽ ad aram traxit, mactauitq;, ac ſe ſuper eum necandam iniecit, ad ſedandam peſtem, qua propter facinus laborabant. Ita factum eſſe Doſitheus ſcribit, tertio rerũ Sicularum. Author Plutarchus in Parallelis. Vide Cyanippus.

Cyane, es. Nympha Sicula fuit, Proſerpinæ comes, quæ cum Plutonem inhibere uellet, ne Proſerpinam raperet, ab eodem in ſui nominis fontem fuit commutata, qui Anapi Siciliæ fluuio iunctus, iuxta Ortygiam inſulam in mare labitur. Ouidius de Ponto,
Quaque ſuis Cyanem miſcet Anapus aquis.
Idem libro quinto Metamorphoſeon,
» Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.

Cyanee, nympha Mæandri filia, ex qua Miletus Solis filius, Caunum & Biblida ſuſcepit. Ouid. lib. 9. Metamorph.
» Hic tibi dũ ſequitur patriæ curuamina ripæ,
» Filia Mæandri toties redeuntis eodem
» Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha.
Vide Cyane.

Cyanippus, natione Syracuſanus, ſoli Baccho ſacra facere neglexit. Iratus deus, ebrietatem incuſſit, quæ tanta fuit, ut occurrentem in tenebris filiam Cyanem, quanquam reluctantem, uiolarit. Ea uero annulum ſurripiens, nutrici commendauit, ut uiolatoris eſſet inditium. Poſtmodum cum peſtilentia urbem inuaſiſſet, à Pythio redditum eſt oraculum, ut impietatis author dijs liberatoribus immolaretur. Ignorantibus cunctis quid portenderet oraculum, conſcia rerum Cyane tractum capillis patrem ad aram mactauit, ut paulò antè ſcripſimus. Author Plutarchus in Parallelis. Vide Cyane.

Cyaraxes, Phraortis regis Perſarum & Medorum filius, cui ſucceſſit in regno, Aſiam ſibi ſubiecit, mortuus eſt X L. imperij ſui anno, eiusq; filius Aſtyages in eius locum ſuffectus eſt. Author Herodotus lib. 1.

Cybele, es. (κυβέλη) & Cybeles. is. uel æ. pen. cor. fuit uxor Saturni, à Cybelo Phrygiæ monte ſeu oppido, ubi eius ſacra primò ſunt inſtituta. Scribit Feſtus Cybelen à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem, quippe Græci κυβιςᾶν, in caput ſaltare dicunt, ut Hom. 16. Iliad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas ſcribit Rheam quoque uocari, & montanam eſſe deam, ideo uehi leonum iugo. Cinædi ei ſacri ſunt. Hæc primum Ops, & Terra dicta fuit, quòd ſit dea telluris, quæ & Veſta dicitur: propter quòd curru uehi à poëtis fingitur,

quia terra pendet in aëre: et rotis ſuſtineri, quia rotatur ſemper, & uoluitur mundus. Mater deûm, quia omnia gignit. Et mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem pluratiuo numero Dyndima uocãt. In eo ſacra ſibi per Corybantes inſtituit, à quo Dyndimene à nonnullis uocatur. Et Berecynthia, à monte Phrygiæ, qui βερέκυνθος appellatur. Et Pales, quòd ſit pabulorũ dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quòd terra fluens ſit omnium rerum, dicta eſt. Vel à rotunditate quod terra rotunda ſit. Vel ἀπὸ τοῦ κύβου, quòd quidam crediderint terrã eſſe quadrilateram. Vnde cubum Cybeleio numini dicatum fuiſſe ſcribit Martia. Capp. Vel, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾷν τὴν κεφαλὴν. quòd ſemper Galli per furorem, motu capitis comam rotantes, ululatu futura prænunciabant. Lucanus,

» Crinemq́ue rotantes
» Sanguinei populis ulularunt triſtitia Galli.

Alij à Cybelo, Phrygiæ monte, deam dici uolunt, cuius meminit Verg. lib. 3. Aeneid.

» Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaq́ue æra
» Idæumquè nemus, & cætera. Quare et Idæa & Phrygia quoque dicitur, & Peſſinuntia. Cybelle porrò & Cybele ſcribitur. Nam Cybelle, bacchius eſt, inquit Seruius, Cybele anapæſtus. Vide ſuprà in Atalanta, Hyppomene & Corybantes.

Cyclades, inſulæ in Ionio ſiue Aegæo mari, ſic dictæ quòd circa Delon, earũ clariſsimam, in orbem ſitæ ſint. Seruius uero dictas ait, non quòd in circuitu ſint, ſed potius quòd longo ordine eas circumire neceſſe ſit, uel propter promontoria, uel quia naturale eſt, ut concitatoria ſint maria uicinitate terrarum, quas conſtat anhelitum quendam ex ſe emittere. unde & Vergil.

» Sparſasq́ue per æquor, dixit Cyclades

Aduertendum obiter, morem eſſe ueteribus authoribus, ut quæ ſint Sporades, Cycladas, etiam uocent, & econtrà, Hermolao teſte. Ab ortu ſolis Aegæum mare habent, ab occaſu Myrtilum, occupant ad ſeptuaginta millia, numero ſunt quinquaginta tres. Ouidius, libro 1. Triſt.

» Cycladas Aegæas obſtupuiſſe puto.

Cycloborus, fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluens. uide prouerb. Cyclobori uox.

Cyclopes, (κύκλωπες) penultima producta, gigantes, miniſtri Vulcani prope Aetnam Siciliæ montem, qui Ioui fulmina conficere finguntur apud Liparam, quæ eſt una ex Aeolijs inſulis, & hoc fortaſſe ob id, quòd primi fabricam ærariam & ferri uſum inuenerint. Sic autem dicti ſunt, quòd unum oculum orbicularem in fronte haberent. eſt enim κύκλος circulus, ὤψ aſpectus, oculus. Vergilius libro octauo,

» Ferrum exercebant uaſto Cyclopes in antro
» Brontesq́ue, Steropesq́ue, & nudus membra Pyracmon, &c. Hos enim inter cæteros præſtantiores fuiſſe memorant. Poſteriorem Ouidi. libr. 4. Faſt. Amonidem, Heſiodus uero Harpem uocat. Inde Cyclopicus. a. um. uide in dictione Polyphemus.

Cycnus, ſiue Cygnus, Ligurum dux fuit, amator Phaëthontis: qui cum eum fleret extinctum (inquit Seruius) in auem ſui nominis uerſus eſt: cuius filium Cupauonem Verg. lib. 10. dicit habere cycni pennas in galea, ad formæ paternæ inſigne monſtrandum.

Cyda, proprium uiri Cretenſis, de quo Cicero 5. Philip. ſcribit.

Cydippe, puella quædam de qua in Acontius.

Cydnus, fluuius Ciliciæ amœnus & ſaluber, ex Tauro monte oriens, (ut inquit Strabo) Tarſum Apoſtoli Pauli urbem diuidit, à candido colore nomen habens. Syri enim quicquid candidum eſt Cydnum uocant. Priſcianus,

» Flexilis & Cydnus dirimit ꝙ flumine Tarſon.

Hic non ſpacio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Huius meminit. li. 11. Iuſtinus. Tibullus lib. 1.

» At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis
» Cæruleus placidis per uada ſerpis aquis.

Eius aquas podagra laborantibus apprime ſalubres eſſe ait Plin. lib. 31.

Cydon, Cretæ inſulæ urbs, à qua Cydonius dicitur. Ouid. lib. 8. Metam.

Cydonio fundebat ſpicula cornu.

» Huius incolæ Cydones, olim ſagittandi arte clauerunt, ut pleriq́ue Cretenſes; hinc Cydoneus, & Cydonius. a. um. ut, malum Cydoniũ, pomum, quod dicitur Cotoneum. Seren.

Aut

» Aut quæ poma Cydon Creteis miſit ab oris.
Inde Cydonitem appellat Palladius cibum ex cydonijs decoctis, & melle confectum. Cotonatum uulgò dicitur.

Cydonia, inſula eſt ante Lesbō, Pli. li. 2. ca. 105.

Cygnus, Martis fuit filius, quem Hercules equeſtri certamine uicit, adiutus equo Arione, quem Neptunus in faciem equi transformatus, ex Erinny genuit, deditq́ Capreo Hiliarti regi, qui eundem Herculi donauit. Hercules uero Adraſto dono dedit, cuius auxilio apud Thebas euaſit, quum reliqui duces ferè omnes occiderentur.

Cyllabarus, Stheneli fuit filius, cum quo Serui. Aegialen, Diomedis coniugē concubuiſſe memoriæ tradit. uide ſuprà. Vide Cylleborus.

Cyllarus, (κύλλαρος) nomen unius ex centauris, & Pollucis equi, Verg. lib. 3. Georg.
» Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
» Cyllarus, & quorum Graij meminere poëtæ.

Cylleborus, Vide Cyllabarus.

Cyllenius, (κυλλήνιος) pen. pro. et per duplex ll, cum y. Mercurius dicitur, quod omnem rem ſermone ſine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ uocantur.

Cyllene, es. mons eſt Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compreſſa, Mercurium peperit, ut author eſt Verg. lib. 8. Aeneid. in oratione Euandri ad Aeneam. Hinc Cyllenis. idos. patronymicum, et Cyllenius. a. um. & Cyllenius ipſe Mercuri. Luc. li. 1. Motuq́ celer Cyllenius hæret.

Cyminus, lacus Hetruriæ, ad ſex millia paſſuū ab urbe Viterbio, Cymino, monti ſuppoſitus: ut Appianus oſtendit. Vide Seruium illud Vergilij explicantem Aeneid. 7.
» Hi Soractis habent arces, Flauiniaq́ arua,
» Et Cymini cū monte lacū, lucosq́ Capenos.

Cymodoce, ſeu Cymodocea, Nerei & Doridis filia, dicta quaſi fluctuum ſusceptiua. κῦμα id eſt unda ſeu fluctus. δέχομαι, eſt ſuſcipio, eò quòd undas maris quieſcere faciat. Ver. li. 10.
» Quarum quæ fandi doctiſsima Cymodocea.

Cymothoë, (κυμοθόη) Nympha, nomen ſortita à uelocitate curſus, κῦμα, fluctus, θοὸς uelox.

Cynaras, uel ut alij Cyniras, rex fuit Cypri, (Strabo uero dicit hunc in Biblo Phœniciæ oppido regnaſſe) Paphi filius, qui ex coniuge ſua Myrrham filiam ſuſcepit, quæ cū eſſet formoſiſſima, præter debitum patrem adamauit, cuius concubitu nutricis ſuæ opera, dum mater Cereris ſacra celebraret, in quibus per nouem dies uiri conſpectu abſtinere oportebat, potita eſt: unde grauida facta, Adonem filium peperit, poſtea tamen ob nefandum ſcelus in arborem ſui nominis eſt conuerſa. Vide Cinara, & Cinyras. Ouid. lib. 10.
» Editus & ille eſt, qui ſi ſine prole fuiſſet,
» Inter felices Cynaras potuiſſet haberi.
Hinc Cynarëis patronymicum. Item Cynareus & Cynareius. a. um. Fuit et alius huius nominis Aſſyriorum rex.

Cyneas Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, longè diſertus eſt habitus, ut qui Demoſthenis auditor fuerit, adeò ut plures Pyrrho ciuitates facunda oratione ſubegerit, quàm ille armis expugnauerit.

Cynici, philoſophi quidam dicebantur, quorū princeps erat Antiſthenes, quorum gymnaſiū κυνόσαργες appellabatur, à quo ſcribit Laert. eos cognominatos. Alij uero ex noſtris, cognomen à canibus, qui Græcè κύνες id ſortitos ſcribunt: quòd canum ritu inuerecundi eſſent, & liberè in hominum uitas inueherentur. Nam ut refert Laer. in uita Diogenis Cynici, interrogatus Diogenes, quare canis diceretur: reſpondit, Quia in eos qui dāt blandior: in eos qui non dant, oblatro: malos autē mordeo. Alij uero Cynicos ex eo dictos fuiſſe arbitrantur, quia eorum nonnulli uelut canes abſq́ uerecundia exercere pudenda conati fuerint, ut Crates Thebanus cum uxore Hipparchia, & alij nōnulli. Hi, Diocle teſte, philoſophiam naturalem & rationalem tollebant, ſoliq́ morali innitebantur. Repudiabāt liberales artes, maximè Geometriam & Muſicam. Placebat eis finem eſſe ſecundum uirtutem uiuere. Nobilitatem & diuitias abijciebant. Quare ſectam hanc uitæ conſentaneam non eſſe plures putauerunt. De his uide Ciceronem in 1. lib. Offic.

Cyniphis, ſiue Cyniphos, fluuius Africæ, à quo & regio eo nomine dicta eſt, in qua maximi ſunt hirci. Hinc grex Cyniphius: id eſt grex hircorum: & Cyniphia pellis, hircina. Vide Cinyps, quo modo melius ſcribitur.
» Verg. lib. 3. Geor. Cinyphij tondent hirci.

Cynocephali, ut ſcribit Plin. lib. 7. cap. 2. homi-

nes ſunt in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus uelantur, & qui latratum pro uoce edunt, in unguibusq́ armati, uenatu & aucupio ueſcuntur. Vide Gelliũ cap. 4. lib. 9. Et ſuprà in dictionibus Latinis.

Cynopolis, (κυνόπολις) canum ciuitas, in qua Anubis colitur, & honoratur, & ſacer quidã cibus eſt canibus cõſtitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata eſt: qui in ea habitant, Canarij dicuntur. Perottus.

Cynos, (κῦνος) dicta eſt ciuitas in Locride. Eſt & fluuij nomen. Plin. 6. cap. 28.

Cynoſſema, (κυνόσσημα, κυνὸς σῆμα) Græco ſermone dicitur canis ſepulchrum. κυνὸς enim canis, & σῆμα ſepulchrum ſiue monimentum ſignificat, Helleſponti promontorium eſt, & tumulus Hecubæ, uxoris Priami, ſic dictus ex figura canis, in quam ex dolore impatibili poſt cladem exitiumq́ patriæ ac ſuorum cõuerſa traditur: ſiue ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. Vide Ouidium libro Metamorph. 13.

Cynoſura, (κυνόσουρα) pen. pro. canis ura. id eſt cauda, & minor urſa dicitur. Lucret. li. 9.

» Te ſegnis Cynoſura ſubit, tu ſicca profundo,
» Mergi plauſtra putas. Vid. Arctos, & Arcas

Cynthia, (κυνθία) Diana dicta, à Cyntho monte in Delo inſula, in quo nata cum Phœbo eſt: unde & Apollo Cynthius, & à quo ipſa inſula Delos Cynthia. Vide Cynthus.

Cynthus, Deli inſulæ mons eſt, tantæ celſitudinis, ut umbra ſua totius inſulæ ambitũ tegat. in quo natus eſt Apollo & Diana, authore, Verg. Eclog. 6. & Aeneid. 1.

Cypariſſa, urbs eſt Achaiæ: et Cypariſſus ſinus

Cypariſſus, Telephi filius, ab Apolline dilectus, ut docet Ouidius 10. Metamorph. à Syluano uero, ut Seruius, qui cum puer ceruam manſuetiſsimam, ſiue Appollinis, ſiue Syluani fuerit, occidiſſet, præ nimio dolore expirauit: tandem in arborem ſui nominis permutatus eſt. Græci enim κυπάρισσον, cupreſſum appellant. Vide Ouid. Eſt & Cypariſſus, ciuitas circa Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen, cuius meminit Pompo. lib. 2.

Cyprium, Sabini bonum appellant. Vnde Cypriũs uicus Romæ appellatus eſt, quo Sabini ciues additi concederant. ſic enim à bono omine uocitandum cenſuere.

Cyprogenia, (κυπρογένεια) dicuntur quæ ſunt in Cypro genita: ut, Venus. Hom. in Hymnis.

Cyprus, (κύπρος) inſula in Carpathio mari, inter Ciliciam, & Syriam, diues, luxi dedita, Veneri ſacra. unde & Cypria, Cypris & Cyprigena dicta eſt. Vrbes illius præclaræ, Cythera, à qua Venus Cytherea eſt, Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Ambitus trium millium, quadringentorum ac uiginti ſtadiorum. Hinc Cyprius. a. um. unde tres paruæ inſulæ huic propinquæ Cypriæ nominantur. Similiter Cypricus. a. um. poſſeſſiuum.

Cypſella, oppidum Thraciæ, ut ſcribit Plin.

Cypſellus tyrannus apud Corinthum, à ciſtula nomen accepit, quam Græci Cypſelon uocãt, in qua delituit occultatus à matre, cũ ad perniciem ueſtigaretur.

Cyrene, es. (κυρήνη) & Cyrenæ, arum. tantum plurali numero. pen. prod. oppidum Libyæ inclitum potenſq́. conditum à Batto Laconico Theræorum duce, quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit. Ab hac Cyrene tota Libya Cyrenea dicta eſt, à Cyrene, quæ et Cyrenia, uirgine Penei regis Arcadiæ filia, quam rapuit Apollo è monte Pelio, & in Africam, quæ uergit in Aegyptum, trãſtulit: ex qua filios ſuſcepit quatuor, Ariſteũ, Nomium, Anteum & Argum. Hinc Cyrenaicus. a. um. ut regio Cyrenaica, & philoſophia Cyrenaica, quam Ariſtippus Socraticus Cyrenenſis inſtituit. Hanc regionem Plin. appellat Pẽtapolitanam, à numero quinq́ urbium, quib. maximè inclyta eſt, quarum hæc ſunt nomina, Beronice, Arſinoë, Ptolemais, Apollonia, ipſaq́ Cyrene. Eſt & Cyrene nomen urbis in Cypro inſula, quã Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonẽ patrẽ Alexandri & Rufi, ut eſt apud Euang. Hinc Cyrenæus. a. um. (κυρηναῖος) quod ex Cyrene eſt, ut homo Cyrenæus, qui natus eſt ex Cyrene. Cyrenenſis ſimiliter, ut homo Cyrenenſis.

Cyrenaica, regio Africæ eſt Strab. libro ultimo. Inde Battiadas Cyrenenſes Silius nominat libro tertio,

» Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis
» Battiadas paruos, fidei ſtimulauit in arma.

Eam regionem fertiliſsimam eſſe tradit Herodotus

rodotus in fine libri quarti.

Cyrenaici philoſophi, de quibus Cic. Tuſc.3. At qui, inquit, ab Ariſtippo Cyrenaici Philoſophi nominati, omne bonũ in uoluptate poſuerunt, uirtutemq́; cenſuerunt ob eam rẽ eſſe laudandam, quòd efficiens eſſet uoluptatis. Qualis autem fuerit Cyrenaica philoſophia, docet Diogenes Laertius lib.2. in Ariſtippi uita.

Cyrillus, præſul Dalmatiæ. Cyrillus item Alexandrinus præſul, edidit uarium hipotheſeon tractatus, Homilias plurimas, quibus utuntur Græci, præterea aduerſus Neſtorium epiſtolas, quibus omnia occulta eius uenena refellit. Is uixit temporibus Iuliani principis.

Cyrnus, (κύρνος) inſula eſt in mari Liguſtico, quam Latini Corſicam dicunt. Dicta Cyrnus à Cyrno Corſicæ rege, prius Theranne nominata, quia ibi Therannei populi Theſſaliæ habitauerunt. Hinc Cyrnæus. a. um. κυρναῖος. Vergilius,

» Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Vide Corſica.

Chyrrha, oppidum in Phocide ſitum in radicibus Parnaſsi montis, ad mare, ſub rupe Cyrphin, iuxta quod & Cyrrhæ campi ad Phocidem attingunt: unde & Cyrrhæos ſcopulos, & antra Cyrrhæa, fontesq́; Cyrrhæos, pro Phocienſibus Parnaſijsúe cognominant. In eo religioſiſsimè colebatur Apollo, qui inde Cyrrhæus appellatur.

Cyrrhea, urbs in Helicone, iuxta Nyſam. Luca.

» Sed mihi iam numen, nec ſi te pectore uates
» Accipiam, Cyrrhea uelim ſecreta mouentem
» Sollicitare deum, Bacchumq́; auertere Nyſa.

Cyrſilus, Athenienſis quidam ab ipſis lapidibus obrutus, quòd ipſis uiſus eſſet inhoneſta ſuaſiſſe, authore Cic. lib.3. de Offic.

Cyrus, Cambyſis & Mandones filius fuit, & Aſtyagis Medorum regis nepos. Hic aui ſui Aſtyagis iuſſu expoſitus, quòd per ſomnium ex liberis filiæ, quam unicam habebat, uitem enatam uidiſſet cuius palmite omnis Aſia obumbraretur. Hic dum exponitur (mirum) à cane fœmina aliquandiu lactatus eſt: tandem à regio paſtore educatus fatis ita uolentibus, primus ex regibus Perſarum fuit, eiq́; hoc nomen inditum eſt à Cyro flumine, quod per curuam Perſiam fluit. Hic deuicto Aſtyage ultimo Medorum rege, Medorum imperium tranſtulit in Perſas, & ſubacta Aſia totum Orientem in poteſtatem redegit. Poſtremò cum bellum Scythis intuliſſet, eosq́; clade magna affeciſſet, Thamyris eo tempore Scytharum regina compoſitis inſidijs, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidauit, ita ut neq́; nuncius tantæ cladis ſuperfuerit. Caput Cyri amputatum, in utrem humano ſanguine repletum coniectum fuit, cum hac exprobatione: Satia te ſanguine, quem ſitiſti. Authores Herodo. & Iuſtin. Eſt & fluuij nomen Scythiæ in Coraxico mõte oriẽs, longeq́; per Hyrcanos & Iberas fluens, non procul à mari in eodem lacu cum Cambyſe flumine iunctus, fretum Hyrcanum influit.

Cytea, urbs Colchorum, ueneficis herbis, fœminisq́; incantatricibus famoſa. Inde carmina uocãtur Cytenia, & ſaga Cyteis. Proper. li.2.

» Non hic herba ualet, nõ hic nocturna Cyteis.

Cythera, orum, pluralis numeri tantum, neut. gen. ciuitas eſt Cypri, & inſula quoq; nõ procul ab eadẽ, antea Porphyris dicta, Veneri ſacra, unde & Cytherea uocata eſt. Verg. li.10.

» Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cy-
» thera, Idaliæq́; domus, &c.

Inde Cythereius, & Cytheriacus. a. um. (κυθηριακός) nomen poſſeſsiuum, ut nectar Cytheriacum, quod pro ſuauitate Venerea ponitur. Et Cythereis, idos. id eſt Venus.

Cythæriades, (κυθαιρωνιάδες) Muſæ dicuntur, à ſaltu cui Cythæron nomen eſt.

Cythæron, (κυθαιρὼν) mons Bœotiæ non longe à Thebis, Apollini & Muſis ſacer, à quo & Cythereides dicuntur. In eo quoq; Bacchi ſacra celebrabant. Vergilius,

Nocturnusq́; uocat clamore Cytheron.

Hinc quoq; Cythera & Cythereus. a. um.

Cytheris. Vide ſuprà Cornelius Gallus.

Cythnos (κύθνος) inſula una ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore ſic appellata. Alio nomine Ophiuſa, ac Dryopis. Hinc Cythnius. a. um. (κύθνιος) poſſeſs. ut Timantes pictor.

Cytorus, (κύτωρος) pen. prod. mons in Aſiatica regione, quæ Paphlagonia nuncupatur. In eo buxus plurima naſcebatur. unde & buxifer à Catullo dicitur. Verg. lib.3. Georg.

» Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Fuit

Fuit & Cytorus, ſiue Cytorum ciuitas, Sinopenſium emporium: à Cytoro Phryxi filio condita & appellata ut teſtatur Strabo, et Stephanus. Vide Citorus per iota.

Cyzicus. κύζικος. *ſiue Cyzicum, inſula in Propontide, duobus pontibus iuncta cōtinenti, habens urbem eiuſdem nominis, cui nomē indidit Cyzicus rex, quem Iaſon Colchos nauigans, per imprudentiam interemit: de hac Ouid. libro 1. Faſtorum, Hincq;*

Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus.

Huius habitatores Cyziceni, appellantur.

D ANTE A.

*Dacia, per c, (*δακία*) regio in Scythia, quā quidam Thraciæ partem, quidam cōterminam dicūt. Alij prouinciam citra & ultra Iſtrum eſſe autumāt. Hæc (ut Ptolemæus ſcribit) à ſeptētrione parte Sarmatiæ, à meridie Danubio terminatur, quam nōnulli Valachiam magnā eſſe uoluerunt, uel Tranſyluaniam: alij Dennmarck. Cuius populi Daci, (*Δάκοι*) & Dacæ dicuntur, qui olim, Strabone teſte Daui (*Δάοι*) appellati ſunt. Ex quo apud Athenienſes Dauorum nomina ſeruilia plurimum abundabant. Hinc factum eſt, ut in comœdijs ſerui introducantur Daui nominati, qui alio nomine Getæ dicti ſunt. Dacia hodie diuiſa eſt in Tranſyluaniam, Zypſerland, Raſciam, Seruiam, Septem caſtra & Bulgariam. Hi Romanis ſemper adluctabantur. Vergilius libro 12.*

Indomitiq; Dacæ & pontē indignatus Araxes.

Hinc Dacius, qui eam regionem domuit.

*Dacicus, (*δακικὸς*) dictus eſt qui Daciam uicit, ſicut à Germania Germanicus. & Dacus. a. um. (*Δακὸς*) quod eſt à Dacia.*

Dactyli Idæi, idem qui Corybantes, quos Iouem nutriuiſſe ferūt, & ne uagitu puer proderetur, nouo luſus genere excogitato, clypeolis æneis inter ſe concurſantes, æris tinnitu & numeroſi pedis compoſitione, qui dactylus inde dictus eſt, Saturnum celauerunt. Idæi autem dicuntur, à monte Ida.

*Dædalus, (*δαίδαλος*) pen. cor. dici poteſt ingenioſus, quo nomine dictus eſt Mitionis filius Atheníenſis faber egregius, Icari pater, qui ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, lithocollam inuenit, malumq; & antennā naui impoſuit, imaginibus imobilibus oculos induxit, & abditis quibuſdam neruis effecit, ut huc atq; illuc mouerentur, adeo ſcitè ut uiuere uiderentur ſpectantibus: fecit etiam Venerem ligneam, quæ infuſo argēto uiuo mouebatur. Hic accuſatus quòd Perdicam ſororis filium ob inuidiam, quòd reperiſſet figuli rotam, & ſerram ad ſimilitudinem ſpinæ piſcis formatā, interemiſſet. Ergo iudicij metu in Cretam fugit, inibiq; ut uenit in regis Minois amicitiam ei Labyrinthum fabricauit, ubi Minotaurus includeretur, opus portentoſiſſimum humani ingenij, in quem ab ipſo Minoë cum Icaro filio incluſus eſt, quòd Paſiphaē quomodo incluſa ligno cum tauro concumberet monſtrauiſſet, & Theſeus Labyrinthum effugiſſet: ſed corruptis cuſtodibus ſub faciendi muneris ſpecie, quo rex placari poſſet, pennas & ceram petijt, quibus impetratis ſibi & Icaro alas fecit, atq; ita ex Creta in Sardiniam euolauit, deinde Cumas delatus eſt, ubi Apollini templum erexit. Icarus uerò quum patris monitus ſperneret, altiusq; uolaret, cera radijs ſolis liquefacta, in mare, quod adhuc Icariū nominatur, decidit. Hæc autem ob id ficta ſunt, quòd primus nauium uela, malum, & antennam inuenerit. Ex huius artificis excellentia natum prouerbium, ut clara opera, Dædala appellentur. Et Dædaleus. a. um. artificioſus. Vide Minos & Paſiphaē.*

*Dædala, (*δαίδαλα τὰ*) neut. gene. urbs Lyciæ, à monte Lyciæ, ſeu à Dædalo ibi ſepulto.*

*Dæmogorgon, (*δαιμογοργὼν*) Latinè dicitur deus terræ (nam dæmon deus, ut ait Lactantius, Gorgon terra) ſeu potius ſapientia terræ: cum ſæpe dæmon ſciens, uel ſapientia exponatur. Vide Demogorgon.*

*Dæmon, (*δαίμων*) Latinè ſciens dicitur.* ἀπὸ τοῦ δαίω *ſcio. Auguſtinus lib. 9. de Ciuit. Dei: Dæmones dicuntur, quoniam Græcū uocabulum eſt, ob ſcientiam nominati.*

Dalmatia, regio Illyrica ad mare Adriaticum ſpectans, contermina Liburniæ, uerſus Occaſum: à qua Dalmatæ populi, qui (ut ſcribit Florus)

rus) plerunq; in ſyluis degunt, inde ad latrocinia promptiſſimi. In ea Iadera ciuitas inſignis rerum abundãtia, & Raguſium olim Epidaurus dicta. Hinc Dalmaticus.a.um.

Damaſcus,(Δάμασκος) urbs nobiliſſima, caput Syriæ: unde Damaſcena, (δαμασκηνὰ) pruna, authore Plin.lib.15. dicta creduntur.

» Luca.lib.3. Et felix (ſic fama) Ninos, uentoſa Damaſcus. Et Damaſcene regio dicta Syriæ pars, quæ & Cœleſyria, Græcis κοίλη dicitur, inter utrunque Libanum, ſic dicta à Damaſco, clariſſima ciuitatum. Author Pomp. Mela lib. 1. De Damaſco ſic Strabo libro decimo ſexto, Damaſcus (inquit) urbs eſt inſignis, omnium ferè nobiliſſima: quæ in ea ſunt regione, Perſiæ uicina.

Damia, cognomen Cybeles, & Damatris eius ſacerdos.

Damium, ſacrificium quod minime erat publicum, Damiæ deæ.

Damon & Pythias, Pythagorei, hoc animo (inquit Cicero) inter ſe fuerũt, ut cum eorum alteri Dionyſius tyrannus diem necis deſtinauiſſet: & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies, commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, uas factus eſt alter ſiſtendi eius: ut ſi ille non reuertiſſet, moriendũ eſſet ipſi: qui quũ ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut ſe ad amicitiã tertium adſcriberent. Hæc Cic.lib.3. de Offi. Meminit & Valerius de Amic.

Dan,(Δὰν) uicus eſt in quarto à Paneade milliario euntibus Tyrum, qui uſq; hodie ſic uocatur, terminus Iudææ prouinciæ contra ſeptentrionẽ: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco ſortitus eſt nomen. Ior quippe piſpon: id eſt, fluuium, ſiue riuum Hebræi uocant.

Danaë, filia fuit Acriſij regis Argiuorum, ex qua Iupiter Perſeum ſuſcepit, uide ſuprà de Acriſio, item Prouerbium, Orci galea. Et Horatium lib.3.Carm.

» Incluſum Danaen turris ahenea, &c.

Ab ea fit Danaeius.a.um. ut Danaeius heros. id eſt Perſeus.

Danaus, (Δαναὸς) Aegyſthi frater, Argiuorum rex, qui anno egreſſionis populi Iſraël trigeſimo ſecundo, Sthenelo rege expulſo, Argos tenuit, ibiq; quinquaginta annos regnauit, ab eo poſtea Achaia, dicta eſt Danaa, & ipſi Græci Danai. Genuit quinquaginta filias, quæ Belides dictæ ſunt. Hæ una nocte uiros ſuos, Aegyſthi filios, præter unam, interfecerunt. A Danao fit patronymicum fœmininum, Danaides. Δαναΐδες. de quibus in dictione Belides.

Danubius fluuius Germaniæ percelebris, cuius fons eſt in cacumine montis Abnouæ, in uilla quæ Doneſchingen uocatur, fluitq; ſolus amnium uerſus orientem, in Parthicũ ſeu Euxinum mare, ſex meatibus erumpens: ſeptimum enim os paludibus (ut ait Tacitus) hauritur. Germani Duonau, quaſi, die Abnouu dicunt. Vide Plin.lib.4.cap.12. & Ammian.lib.22.

Daphne, Penei, ſiue, ut alij habent, Ladonis fluuij filia, in Laurum conuerſa. De qua Ouid. Metam.lib.1.

Daphnis, & Idæus, filij fuerunt Paridis ex Oenone nympha Idæa, ſeu Pagaſæa.

Daphnis. Δάφνις. Latinè laurus, fuit (teſte Seruio) Mercurij filius formoſiſſimus. Fuit & Daphnis. Δάφνη. Antiochiæ ſuburbanũ, quod octoginta ſtadiorum ambitu claudebatur, ut ait Strabo. Vide Epidaphnis.

Dardanus, Iouis fuit filius, ex Electra Atlantis filia, Coriti regis coniuge, qui patre mortuo cum fratre Iaſio, quem mater ex Corito ſuſceperat, de ſucceſſione in diſcordiã ueniens eum interemit: quum autem uideret ciues ſuos turbatos, conſcenſa naue in Samothraciam uenit, & inde abiens eam Aſiæ partem quæ Helleſponto contigua eſt, tenuit, ibiq; Ilium condidit. Ab eo poſtea, Dardania regio in Phrygia uocata eſt, deinde Samothracia: ut ſcribit Strabo lib.13. & Ouid.1.Triſtium. Sall. tamen à rege Dardanorum Myda, qui Phrygiam tenuit, dictam ait. Hic Erichtonium genuit, qui filium habuit Troëm, qui Troiam (quæ prius Dardania appellabatur) à ſuo nomine uocauit. Filios habuit Aſſaracum & Ilum, qui urbem regiam à ſe Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedon, Priami pater. Hinc Dardanidæ ſiue Dardanides dicuntur Troiani. & Dardanis, idis, Troiana mulier. Dardanus alius fuit magus, à quo Dardaniæ artes. id eſt, magicæ. Columella,

» At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem,
» Dardaniæ ueniunt artes, &c.

Dares,

Dares, Phrygius hiſtoricus, ſcripſit bellũ Troianum Græcè, in quo ipſe militauit, ut ait Iſidorus, primus ferè hiſtoricorum: qui tandem capto Ilio, cum Athenoris factione remanſit, ut ſcribit Corn. Nepos, qui opus eius è Græco in Latinum ſermonem conuertit, dicauitq; Sall.

Darius, pen. prod. rex fuit Perſarum, qui regnauit 36. annis, hic quum de ampliando imperio cogitaret, deſpicatam habens Alexandri Magni adoleſcẽtiam, bello eum aggreſſus eſt, ſed Alexander contracto paruo exercitu, illũ profligauit: Darius uerò legionibus reparatis rurſus bellum mouitat: denuo uictus, uxore & filiabus, quæ ab Alexandro captæ erant, relictis, Babylonem fugit, ibiq; cum Alexãdro de redimendis captiuis egit, quod cum impetrare nequiret, redintegratis copijs tertio cum eo congreſſus eſt, & cum iam diu fortiter ab utraq; parte pugnatum eſſet, coactus eſt fugere: in fuga uerò deprehenſus à ſuis, ut quidam ferunt, trucidatus eſt.

Darus, alijs Drauus, Pãnoniæ inferioris fluuius Ptol. id eſt, Vngariæ, uulgò Mora.

Daſtylus, fuit Gygis regis pater, ut Herod. lib. 1.

Daulia, uel Daulis, oppidum Phocidis. ſub ditione Terei regis Thracum: unde Philomela dicitur Daulias auis. Ouid. in Epiſt.

» Deflet Threicium Daulias ales Itym.

Daunus, filius fuit Pilumni & Danaës, & auus Turni, qui in Apulia regnauit, à quo etiã Daunia dicta eſt. Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia ſorore Amatæ, Turnum ſuſcepit, de quo infrà. Verg. lib. 12.

» Dauni miſerere ſenectæ.

Eſt quoq; fluuij nomen in Apulia, unde Horat. lib. 3. Carm. Ode. 33.

» Qua pauper aquæ Daunus agreſtium,

» Regnator populorum, &c.

Dauni, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis ſocero uicti. Horum oppidum eſt Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 11.

Daunia, (Δαυνία) Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro uiro, qui eam condidit.

D ANTE E.

Decapolis, (Δεκάπολις) penult. corr. ſiue Decapolitana regio Syriæ, Iudeæ propinqua: ſic dicta à numero oppidorum, ut Plin. libro 5. cap. 18. Hanc multi Cæſaream eſſe dixerunt.

Deceates, Ligurũ populi. Clariſſimos Ligurum fuiſſe Salyos, Deceates et Oxibios, ſatis ex Strabone, Plinio, & Floro conſtat.

Decius, (Δέκιος) à decem, uiri proprium: quemadmodum à quinq; Quintius ſub Valerio & Cornelio Coſſ. Tribunus mil. Idem bello Latino conſul Manlium Torquatũ collegam habuit, in quo bello dum ſeſe hoſtibus obijceret, pro ſalute patriæ cecidit. Hoc exemplum imitati ſunt & P. Decius prioris filius, & eiuſdem nepos.

Deianira, filia fuit Oenei regis Aetoliæ, cuius regia Calydon erat, à multis procis adamata, ut teſtatur Ouid. lib. 9. Tandem Acheloo deſponſata eſt primò, deinde Herculi. Itaq; ortum eſt duellum inter Herculem & Acheloum, ſed hoc ſuperato Herculi in uxorem ceſſit. Porrò cum Hercules tranſiturus eſſet Euenum Aetoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Neſſus Centaurus ſeipſum ultrò obtulit, tranſuecturum uxorem, quam quum Neſſo commiſiſſet, ipſe primus intrepide tranauit fluuium. Neſſus autem adhuc in altera ripa ſtans nouè nuptam uitiare uoluit, quod uidens Hercules, ſagittis Hydræ ſanguine infectis centaurũ tranſfixit: qui ſe iam moriturum ſentiens, ut hoſtem ulciſceretur, Deianiræ ueſtem ſuam proprio ſanguine perfuſam dono dedit, innuens ei uim amatoriam ineſſe, & ſi hac maritus indueretur, ipſum ab aliarum mulierum amore auocari. Mulier itaque nimis credula munus accepit, & cum audiſſet maritum ſuum in Eubœa amore Ioles Euryti filiæ detineri, Neſſi ueſtem domino ſuo perferendã Lichæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali ſuſpicans, quum ſacrificaturus eam induiſſet, tantis cruciatibus affectus eſt, ut in furorem uerſus, Licham è Ceneo monte in Euboicum mare deiecerit, qui in ſcopulum mutatus eſt, ipſe autem Hercules arcu & ſagittis Phyloctetæ commiſſis, ſe in ardentem pyrã in Oeta monte conſtructam coniecit. Quod Deianira audiẽs, dolore percita Herculis claua ſe interfecit, ex cuius ſanguine poſtea nata eſt herba, quæ Nymphea, item Heracleon dicitur. Vide Ouid. lib. 9.

Deidamia, (Δηϊδάμεια) *filia fuit Lycomedis regis Scyri, quam Achilles, cum inter huius regis filias ſub muliebri habitu latitaret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhũ genuit. Prop. lib. 2.*
» *Scyria nec uiduo Deidamia uiro.*

Deione, ſecundum Ouid. lib. 9. mater fuit Mileti, quem ex Apolline peperit, hunc enim Deioniden uocat.

Deiotarus, Galatiæ rex à ſenatu, iuuante Pompeio, factus, in bello ciuili eius poſtea partes ſequutus, poſt pugnam Pharſalicam domum ſe recepit. Deinde ad Cæſaris clementiam confugiens, bella gerẽdi ſubſidia miniſtrauit. Quare ab ipſo rex dimiſſus, uerum parte regni tantum mulctatus fuit. Tandem accuſatus à Philippo quodam, quòd Cæſari apud ſe diuertenti inſidias ſtruxiſſet, à Cicerone defenditur, luculenta illa pro Deiotaro rege oratione. Author Pædianus.

Deiphile, Adraſti filia, quæ Tydeo iuncta, Diomedem ſuſcepit, qui in bello Troiano uirtute primus poſt Aiacem & Achillem.

Deiphobe. Δηϊφόβη. *Sibylla Cumæa, Glauci filia, quæ Aeneam ad inferos duxit, uide Sibyllas.*

Deiphobus, filius fuit Priami & Hecubæ, qui poſt mortem Paridis Helenam duxit, cuius tamen dolo & proditione interfectus eſt à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromiſit, ut author eſt Verg. lib. 6.

Delminium, Ptol. urbs Dalmatiæ, hodie Demna.

Delius, (Δήλιος) *qui eſt ex Delo inſula.*

Delos, inſula Cycladarum clariſſima: & media, ubi Apollo & Diana dicuntur nati: unde uocantur Delius & Delia. Nomen autem accepit, ut aſſerit Ariſtoteles, à Δηλόω. *id eſt, oſtendo, quòd repente apparuerit renata. ante Ortygia appellata, & Aſteria. Alij Cynthiam, à Cyntho monte. Pyrpilem ab igne primum ibidem reperto. item Lagiã, Cenciam, Mydiam, Cynethum, nominant, uide Ortygia.*

Deliacus. ca. um. (Δηλιακὸς) *qui eſt ex Delo. Vnde Deliaca uaſa dicta ſunt ex ære precioſo, ab inſula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris.*

Delphi, tam pro oppido, quàm oppidanis multitudinis tantũ numero: ſicut Cabij, Leontini, Puteoli. Eſt autem ciuitas in Bœotia, iuxta Parnaſſum, dicta à Delpho Neptuni filio: magis rupibus & loci natura, quàm humana arte munita, ubi clariſſimũ templum habuit Apollo, reddebatq; oracula, unde & Delphicus uocatus eſt. Nomen aũt accepit à Delpho Deucalionis filio, & Melantho eiuſdem filia ſuſcepto. De hoc Horat. lib. 1. Carm.

Delphicus. ca. um. (Δελφικὸς) *unde delphica laurus, quòd uictores Delphis ea coronarentur.*

Delta, Aegypti locus eſt, de quo Hircius lib. 4.

Demarathus, (Δημάρατος) *Lacedæmoniorum dux, cum exularet apud Athenienſes, belliq; cõtra patriam cerneret apparatum, plus ſe debere patriæ, quàm Athenienſibus exiſtimãs, clàm Lacedæmonios certiores fecit. Alius fuit (ut ſcribit T. Liuius) Corinthius negociator diues, de quo Liu. & Cic. 5. Tuſc.*

Demeter, (Δημήτηρ) *pen. pro. dicta eſt Ceres, quaſi gemeter: id eſt terra mater.*

Demetrius, Antigoni Macedoniæ regis filius, cognomento Poliorcetes, de quo uide Plutarch. Demetrius item Phalereus, Theophraſti auditor, qui ob eximias uirtutes Atheniẽſibus præfuit annis decem, trecentisq; ſexaginta ſtatuis æreis honoratus eſt. Hic (ut Plutarch. inquit) monebat Ptolemæum regem, ut de regno, imperioq; libros ſibi compararet atq; perlegeret: Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris ſcripta ſunt. Fuere & alij.

Demipho, (Δημιφῶν) *uir popularis.*

Democedes, Crotoniata medicus illuſtris, qui cũ inter Darij captiuos eſſet, & Darius ipſe ob inuerſum pedem grauiter ægrotaret, ita ut iam ſeptem noctes inſomnes exegiſſet: nec à medicis ſuis uel parũ iuuaretur, ductus in medium Democedes, uinctus compedibus, Darium penitus liberauit: & deinde maximo in honore apud regem & Perſas omnes habitus eſt. Author Herodot. lib. 4.

Demochares, orator Athenienſis, Demoſthenis ex ſorore nepos, miſſus cum alijs ad Philippum regem legatus, expoſitis mandatis, petenti regi quid gratum Athenienſibus facere poſſet, reſpondit, Suſpende te. Indignantibus ob eam rem cæteris, rex dimiſit incolumem: Vos (inquiens) cæteris renunciate Athenienſibus, quos cenſeant ſuperiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter? Hæc Seneca lib. 3. de Ira.

Democles, adulator quidam dixit Dionyſio tyranno,

tyranno, quòd uitam beatiſſimam uiueret. Tyrannus autem ut beatitudinem ſuam illi declararet, induit eum habitu regio, & menſam copioſè paratam ei adpoſuit, ſed ſuper caput eius adpendit tenui filo gladium diſtrictum. Tunc Democles tyrannicam uitam miſeram eſſe intellexit. Valer. & Cic. Tuſc. Quæſt.

Democrates, architectus Alexandri, qui Alexandriã metatus eſt. Fuit & Democrates Athleta, qui facto in ſtadio circulo conſiſtens, à nullo dimoueri poterat: author Aelian.

Democritus Abderites, ut author eſt Diogenes, Pythagoræ imitator, non tamen auditor: quum duos haberet fratres maiores natu, ab eis diſcendens hæreditatem ſuam accepit, quã in pecuniam redactam, breui tempore peregrinando abſumpſit. Nam primum ad Aegypti ſacerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Inde rubro mari emenſo, à Chaldæis, & (ut quidam uolunt) ad Gymnoſophiſtas, in Indiam penetrauit. Poſtremò Athenas rediјt ad Socratem, ubi ſe gloriatur ignotum omnibus fuiſſe. Veni (inquit) Athenas, & nemo me nouit. Omnes actus hominum tanquã ſtultos ridebat. Hic fertur quòd quocunq; fortunæ caſu, & mutabilium rerum auditu, in riſum ſolueretur, ſicut Heraclitus in fletum: unde Gelaſinus nominatus eſt. Tandem teſte Cic. lib. 5. Tuſc. ſe occæcauit, ut naturæ ſecreta ſubtilius rimaretur. Agebat centum & nouem annos cum mortuus eſt.

Demodocus, fuit citharœdus, Hom. lib. Odyſſ. 8.

Demorgogon, (δημοργογὼν) magus fuit tam excellens, ut præeſſe laruis dicatur, & illas pro nutu cogere, & ſi errent acerrime plectere. Vide Dæmogorgon.

Demonax, fuit Adriani tẽporibus philoſophus, qui non, ut pleriq;, ſolitudinem ſectabatur, ſed nihil potius habuit, aut putauit inter homines amicitia, omnemq; hominem ſibi familiarem exiſtimabat, nullum ſibi unquã uiaticum præparauit: ſed quum eſuriret, quam proximã domum apertam uidebat, in eam ingrediebatur, & uictum ibi quæritabat. Centenarius deceſſit, elatus publico ſumptu.

Demophon. δημοφῶν. uel Demophoõ, filius fuit Theſei & Phædræ. Vide infrà, Phyllis.

Demoſthenes, (δημοσθένης) pen. cor. nomen oratoris clariſſimi, & Græcorum omnium oratorum principis, & Latinè robur populi dicitur. δῆμος enim populus, σθένος robur. Hic natus patre, qui cultellarius cognominatus eſt, quod ſcilicet domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude & negligentia direptis bonis, uix habuit unde præceptoribus mercedem ſolueret. Verum cum multo ſtudio, & laborioſo peruigilio in clariſſimum oratorem euaſiſſet, libertatis Græciæ defenſor publicè grauibus concionibus Philippum inſectatus eſt, utpote publicæ libertatis inſidiatorẽ. Poſt cuius mortem patria pulſus, tandem reuocatus eſt. Sed iam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præpoſito, cum apertam cædem uideret, relictis Athenis, in Calabriam (aliàs Caluariam) inſulam (ut ſcribit Suid.) ubi aſylum erat Neptuno ſacrum, conceſſit, hauſtoq; ueneno ſe necauit. Sunt tamẽ qui hoc modo uitam finiſſe dicunt. Cum poſt mortem Alexandri nunciatum eſſet, Antipatrum Athenas aduentare, Demoſthenes ex urbe profugit. Miſſi ſunt ab Antipatro ſatellites, quorum Archias tragœdiarum actor princeps erat, qui cum templum ingreſſus fuiſſet, quò confugerat Demoſthenes, primo ei ſuadere cœpit, ut unà ſecum ad Antipatrum ſe conferret, nihil moleſtiæ ab eo perpeſſurus. Cui reſpondit Demoſthenes, Nihil eſt Archia quod coneris. Neque in ſcena mihi unquam placuiſti mimus, neq; nũc perſuadebis legatus. Cum autem Archias ſe per uim detrahere minaretur, tandem (inquit) Macedonica oracula aperuiſti: nam prius quidem tanquam hiſtrio ſimulabas. Verum age, parumper expecta, dum pauca domeſticis ſcribo. Hæc locutus, ſumpto libro, tanquam ſcribere uellet, calamum ori admouit, deinde caput ueſte tegens, ſe inclinauit. cumq; ab ara retraheretur, cecidit, ſuſpiransq; animam emiſit. Hic eloquentiæ ſtudio flagrans iugiter lucubrabat, adeò ut duos uel tres menſes continuos domi incluſus, ſine intermiſſione ſtuderet, abraſa parte capitis, ut exeundi facultatem ſibi præriperet. De hoc Hieronymus, Demoſthenes plus olei quàm uini expendiſſe dicitur, & omnes opifices nocturnis ſemper uigilijs præueniſſe. Hic cum ab ætatis

initio eſſet balbus, neque literam r, pronunciare poſſet, quibuſdam calculis in os comectis prope maris littus naturæ uitium emendauit, ut poſtea eloquentiſſimus euaſerit. Orare cœpit annos natus 27. Vide Plutarchum in eiuſdem uita.

Derbices, Derbies, ſeu Derbiæ, & Derbij, populi ſunt iuxta Caucaſum montem. hi ſupra Stoicam ſeueritatem minimum quodq; delictũ pœna capitis puniunt, terram uenerantur, fœmininum animal neq; edunt, neq; ſacrificant: qui LXX. annos exceſſerunt iugulant, cognatorum carnes uorant, anus ſtrangulant, deinde ſepeliunt: citra ſeptuageſimum annum obeuntes non edunt, ſed humant, ut lib. 2. Strabo ſcribit. Vide Derbias.

Deucalion, Promethei filius, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam cõiugio iunxit. Porrò cũ hic apud Theſſalos regnaret, ingens diluuium contigit, quapropter arrepta naui ſolus Deucalion cum Pyrrha in Parnaſum montem uenit. Ceſſantibus uerò aquis Themiſtos oraculum adijt, cõſultaturus de humani generis reſtitutione, quæ reſpondit, ut oſſa magnæ matris poſt tergum iaceret. Coniectis igitur poſt tergum lapidibus, quos Deucalion iecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas uertebantur. Vide infra in dictione Pyrrha. Inde Deucalionæus, a, um.

D ANTE I.

DIa, inſula una eſt Cycladũ, quæ & Naxus, item Strongylos, Sicilia minor, Callipolis, & à uini fertilitate Dionyſiada appellatur. In hac Theſeus Ariadnen Minois filiam deſeruit. Baccho ſacra fuit, quòd in hac nutritus dicatur. Ouid.

Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis.

Hanc quidam in Tyrrheno mari collocant.

Δῖα etiam dicta eſt Hebe dea quædam: & δία accuſat. Græcus quo Iouem ſignificamus. Hinc flamen Dialis dictus, qui Ioui ſacra faciebat.

Diactor, (διάκτωρ, διάκτορος) quaſi internuncius, quod nomen datum eſt Mercurio.

Diagoras, (διαγόρας) nomen philoſophi, qui ἄθεος cognominatus eſt. de quo Suidas & Cic. lib. 1. de Nat. deor. Diagoras item Rhodius gaudio exanimatus, de quo Gell. cap. 15. lib. 3.

Diana, (ἄρτεμις) à διὸς quaſi Iouiana, Iouis filia ex Latona, quæ & Luna: ſic dicta, teſte Cice. quod quaſi diem noctu efficiat. Vel quòd noctu ſola luceat; quaſi lucens una. Quapropter & noctiluca in Palatio uocabatur, quòd ibi noctu templum eius luceret. Vel quaſi Deuiana, quia uenantes per ſyluas deuiare ſolent. Ab ea Dianus dicebatur locus ei conſecratus. Eandem eſſe Lucinam dicunt & Iunonem: Iunonem à iuuando, Lucinam quòd partum in lucem prodat, quam in pariendo inuocant. ἐλείθυια. Verg.

Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

ſiue (ut Plinius ſentit) quòd oculis præſit & luci. ſiue à luco quem Romæ in Exquilijs habebat. Dicta eſt & Proſerpina, (περσεφόνη) ut infrà dicetur.* Et Dictynna, de quo ſuo loco. Præterea Hecate dicta fuit, uel quòd centum uictimis placaretur, uel quòd centum annos errare faceret inſepultos. Dicta eſt & Pergæa, (περγαία) à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe Cicero lib. De Nat. ſcribit, ſed illa nominatiſſima eſt, quæ eodem partu cũ Apolline ex Ioue & Latona nata eſt. Hæc ob uirginitatis amorem, fertur hominum conſortia aufugiſſe, & ut à ſe libidinis pruritum amoueret, uenando ſyluas incolebat, paucarum uirginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno induta, ob hanc cauſam ſyluarum & nemorum dea putabatur. Dicta eſt Faſcelis, à faſce lignorum ubi eius ſimulachrum additum erat, quod occiſo Thoante Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum eſt. Dicta quoque eſt Triuia, quod uijs præeſſe crederetur. Porrò apud inferos Proſerpina ſeu Hecate, apud mortales Diana, apud ſuperos Luna uocatur, ſed de ſingulis nominibus ſuo loco. Laudatiſſimum templum habuit apud Epheſios: aliud item in Taurica regione, ubi carne tantum humana litabatur, de hac Lucan. libro 1.

Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Dibutades Sicyonius, primus fuit figulus Corinthi, qui ex creta docuit fingere: primusq; perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit. uide Plin. lib. 37. cap. 1.

Dicæarchia, (δικαιαρχεία) quæ nunc Puteoli, (ποτίολοι) quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur. Nam Græci δίκην iuſtitiam uocãt, ἀρχὴν principatum.

Dicæarchus. (δικαίαρχος) iuſtus princeps, ex δίκαιος iuſtus, ἀρχὸς princeps, eſt nomen philoſophi Miſenij, de quo Cic. lib. Tuſc.

Dicte, (δίκτη) una ex quatuor præcipuis urbibus Cretæ. unde Dictæus, (δικταῖος) cum æ diphthongo, Cretenſis. Verg.

» Dictæo Cœli regem pauere ſub antro.

Dictææ Nymphæ, id eſt, Cretenſes.

Dictynna, Dianæ epitheton. ſic enim dicta eſt à retibus uenatorijs quæ inuenit, ut notant grammatici. Eſt & Dictynna, Cretæ inſulæ urbs, à qua mons Dictynnæus dictus eſt Straboni.

Dictynneum, (δικτυνναῖον) promontorium in Creta, ſimiliter & delubrum, ut inquit Strabo, uide ſuprà, Britomartis.

Didia lex, poſt Fanniam legẽ duodeuiginti annos ſecuta eſt, cuius ferendæ duplex ratio fuit: Prima, ut nõ ſolum urbs Romana, ſed uniuerſa Italia lege ſumptuaria teneretur. Secunda, ut non modò qui conuiuia maiore ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad ea uocati eſſent, atq; omnino interfuiſſent, pœna legis tenerentur.

Didymeus, (διδυμαῖος) Apollo dictus eſt, quòd geminam ſpeciem ſui nominis præferat, illuminando, formandoq; lunam. Ex uno enim fonte lucis, gemino ſidere, ſpacia diei & noctis illuſtrat. Vnde & Romani (ut inquit Macrob.) ſolem Didymei Apollinis appellatione uenerantur. Dictũ eſt & Didymeum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod prius oraculum Branchidarum (ut author eſt Plinius) appellatum eſt.

Didymus uir Alexandrinus, qui licet à parua ætate oculis captus foret, diuinas tamen literas optimè callebat, & inter eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit. de quo Hieronymus, Quod cũ propter cæcitatem etiam elemẽtorum ignarus eſſet, tantũ miraculum ſui omnibus præbuit, ut geometriam, quæ uel maximè uiſu indiget uſq; ad perfectum didicerit.

Dido, quæ & Eliſa, filia fuit Beli, quæ Sichæo Herculis ſacerdoti nupſit, qui à Pygmalione auaritiæ ſtimulis agitato, ante aram occiſus eſt, illa uerò in ſomnis monita, cum his, quibus Pygmalionem exoſum ſciebat, acceptis theſauris, & cõſcenſa naui aufugit, cumq; ad Aphricum littus appuliſſet, tantum ſoli emit ab incolis, quantum bouino corio circumdare poſſet, ibiq; Carthaginem urbem condidit, eiusq; arcem Byrſam nomine, ut ſupra dictum eſt. Ad hãc cum Aeneas tempeſtate appulſus ueniſſet cum hoſpitio ſuſcepit, & quamuis Hiarbæ & alijs regibus ſecundo nubere recuſaſſet, tamen amore uicta huic ſe copulauit, ſed cum ſponſus fatis cogeretur in Italiam nauigare, præ nimio dolore cõſcenſo ingenti rogo, tanquam Sichæi manes placatura, ſeipſam gladio, quẽ Aeneas abiens reliquerat, traiecit, ut habetur apud Verg. 4. Aeneidos,

» Ipſa tenens dextra
» pateram pulcherrima Dido, &c.

Interpretatur autem Dido uirago.

Dieſpiter, dieſpitris, & dieſpiteris, (ζεὺς, ζῆν) diei pater, id eſt, Iupiter, ſicut Dijouis, quaſi diem iuuans, quòd homines die & luce quaſi uita ipſa iuuaret.

Dijouis, Iupiter appellatus eſt, quaſi diem iuuãs.

Dindymus, (δίνδυμα τὰ) penul. cor. in ſingulari maſculini generis, in plur. neut. iuga ſunt montis Idæ Phrygiæ, matri deûm dicata. Propertius,

» Dindymus & ſacræ fabricata inuen
» ta Cybellæ.

Verg. Ite per alta Dindyma. Hinc Cybele Dindymena.

Dinocrates Meſſenius, Romæ in conuiuio temulentus muliebri ſaltauit habitu. poſtera die quum ab Achæorũ imperio Meſſanam ad defectionem ſolicitare uellet, peteretq; propterea præſidium à Tito Flaminio, de his reſpondit Flaminius, Videbimus. Te uerò miror uina tractare, ſaltare, & fœminam mentiri poſſe, quum res huiuſmodi moliri audeas. Plutarch. in Philopœmene.

Diocles, (διοκλῆς) nomen uiri propriũ: quaſi Iouis gloria. διὸς Iouis, κλέος gloria.

Diodorus, cognomento Chronus, dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit, ut Strabo eſt author, Platonis tempore, Euclidemq; audiuit. Sic dictus per iurgium à rege Ptolemæo, quòd ſtatim propoſitionem quandam dialecticam exoluere nequiuiſſet, præ animi mœrore ob eandẽ cauſam extinctus eſt.

Diogenes, (διογένης) pen. cor. Cynicus, Sinopeus, ut ſcribit Suidas, Pythiam conſuluit, quonam

modo poſſet excellere: reſpondit, Si nummos adulteraret. Quo ille facto patria expulſus, Athenas uenit, ut audiret Antiſthenem philoſophum. Ille uero cum nullum diſcipulorum reciperet, & perſeuerantem Diogenem remouere non poſſet, nouiſſimè claua minatus eſt, niſi abiret. Ei ſubieciſſe dicitur caput, atq; dixiſſe, Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. Vtebatur palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, ſecumq; portauit clauam ob corpuſculi fragilitatem, qua membra ſuſtentare ſolitus erat. ἡμερόβιος (ut ſcribit Hieron.) id eſt diarij uictus, uulgò appellatus fuit, in præſentem horam poſcens à quolibet, & accipiens cibum. Habitauit autem in portarũ ueſtibulis, & porticibus ciuitatum, cumq; ſe contorqueret in dolio, uolubilem ſe habere domum iocabatur, & ſe cum temporibus immutantem. frigore enim os dolij uertebat in meridiem, æſtate ad ſeptentrionem: & utcunq; ſol ſe inclinauerat, Diogenis prætorium uertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogaſſe, ne ſibi apricanti à ſole obſtaret. Iam ſenex à Scytalo pirata captus, uenũdatusq; Xeniali Corinthio fuit: à quo (ut ait Macrobius) interrogatus quid artis nouiſſet, Scio (inquit) liberis hominibus imperare: tunc eum manumiſit, eiq; liberos ſuos ad erudiendum tradidit, apud quem Diogenes uiuere uoluit, quũ poſſet ab amicis redimi. Obijt fermè nonagenarius. Aiunt quidã, cum moreretur mandaſſe, ut cadauer ſuum inſepultum proijceretur, ut omnes beſtiæ participes eſſent. Fuerunt alij multi Diogenes.

Diomedeæ inſulæ, (διομήδειοι νῆσοι) duæ è regione Gargani ſunt: quarum altera habitatores habet, altera deſerta eſt, ubi diſparuiſſe aiunt Diomedem, & ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos, quæ ob id Diomedeæ uocitatæ ſunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis eſſe dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ ſunt, quæ in ſola Diomedea inſula uiſuntur.

Diomedei campi, (διομήδεια πεδία) uocati ſunt in Apulia, qui in diuiſione regni, quam cum Dauno feciſſe dicitur, Diomedi ceſſerunt.

Diomedes, Aetoliæ rex, Tydei & Deiphiles filius, qui cũ reliquis Græcis Troiam profectus adeò ſtrenuè ſe geſſit, ut poſt Achillem & Aiacem Telamoniũ fortiſſimus haberetur. Nam præter occiſos à ſe reges, & ſingulares pugnas aduerſus Hectorem & Aeneam, aliosq; inſignes Troianorum principes, & captos Rheſi equos, Palladiumq; Troianis ſubtractum, Martem quoque in eo bello uulnerauit, Veneremq; in dextra manu, dum Aeneam protegere uellet. Quamobrem Dea indignata, Aegialæ tantam libidinem immiſit, ut cum Cyllabaro Steneli filio concumberet. Qua re cognita Diomedes domum reuerti noluit, ſed in Apuliam profectus regni partem à Dauno accepit, ibiq; Argos condidit. Quidã ferunt Diomedem ab Aenea dolo occiſum, eiusq; ſocios ob peremptum regem in aues Diomedeas, uel, ut Græci uocant, Heroidas, mutatos. Horatius libro primo Serm.

Qui locus à forti Diomede cõditus olim, &c.

Diomedes, alter rex Thraciæ, qui dum equos ſuos humana carne aleret, in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipſis ad deuorãdum obiectus eſt.

Dion Syracuſanus, apud ſuos ciues potentia & facultatibus præditus, Platonem primò Syracuſis audiuit, dum ille apud Dionyſium ageret, apud quem ipſe quoq; in honore fuit. Sed poſtea (quòd eſſet ei propinquus & familiaris) cum ſæpè ad liberandas Syracuſas, tum per ſe, tum per Platonem hortaretur, in ſuſpicionem tyranno uenit: quare in exilium actus, Athenas uenit, quo tempore Platoni, ludorũ præfecto, impenſas de ſuo ſuppeditauit. Tandem à Platone (ut creditur) inductus, patriam tyrãnide liberauit, exacto Dionyſio, ut author eſt Plutarc. Fuerunt & alij: ut, Dion Caſſius, & Dion Pruſieus, de quibus Suidas.

Dionæum, (διώναιον) dicimus quod ad Venerem pertinet.

Dione, Oceani & Tethyos filia, materq; Veneris, pro qua nonnunquam ponitur. Statius libro 1. Sylua.

Cedat equus Latiæ qui cõtra templa Dionęs.

Vnde & Dionæa (διωναία) dicta eſt. Vergil. Sacra Dionææ matri. Inde fit Dionæus, a. um. Verg. Ecloga 9.

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Dionyſias, inſula eſt, quam aliter Naxum uocãt, à ui-

uinearum fertilitate ſic dicta.

Dionyſius, (Διόνυσος) media longa, dictus eſt Bacchus, quaſi Iouis filius. Hinc Dionyſia, Liberalia, Bacchanalia, Bacchi feſta.

Dionyſius, Siciliæ tyrannus, fuerunt autem pater & filius. Filius uero cum eſſet eruditus, ut dignum erat præceptore Platone, & interrogatus iam exul, (erat enim regno pulſus) quid ei philoſophia profuerit, ſcienter reſpondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatẽ. Fuit & hoc nomine philoſophus Heracleotes Zenonis Stoici auditor, qui cum renum morbo laboraret, cruciareturq́ cruciatu impatibili, ſuccumbens dolori clamabat, falſa eſſe quæ à Zenone didicerat. Zeno enim & Stoici hoc omnes habent dogma, Dolorem ſcilicet non eſſe malum, ſed indifferentem. Fuerunt & alij multi, inter quos memoria dignus

Dionyſius Areopagita, præſul Athenienſis, Pauli diſcipulus, ut ſcribitur in actis Apoſtolorũ, ſolus Paulo concionante è philoſophis qui aderant credidit. Hic quum eſſet in Aegypto, quò ſe diſciplinæ cauſa contulerat, uideretq́ Eclipſim nulla ratione, cum Chriſtus paſſus eſt, unà cum Apollophane ſophiſta præceptore ſuo dixit: Aut Deus naturæ patitur, aut mũdi machina diſſoluetur. Scripſit ad Timotheũ præſulem Epheſi, de diuinis nominibus libro XII. de Hierarchia cœleſti, de cœleſtibus ordinibus: præterea alia complura opuſcula, ut autor eſt Suidas.

Diophanes, Mitylenæus rhetor, Gracchi præceptor, ut ſcribit Cic. in Bruto.

Dioryctos, nomen inſulæ, id eſt continenti abſciſſa. Διωρυκτὸς. Calcentus.

Dioſcorides Anazarbeus, medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, ſcripſit libros 24. de ſimplicibus medicamentis. Suidas.

Dioſcurias, (Διοσκουρίας) urbs fuit in Colchide nunc deſerta, quondam adeò clara, ut nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes, quæ diſſimilibus linguis uterentur, deſcendiſſe, & poſtea à Romanis centum triginta interpretibus negocia ibi geſta fuiſſe.

Dioſpolis, (Διὸς πόλις) Aegypti ciuitas, quæ Iouis ciuitas Hecatompylos quãdoq; dicta fuit.

Διόσκουροι, id eſt Dioſcuri, apud Græcos (inquit Cice. 3. de natura deorum) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Caſtor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus. Emolus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit.

Dioxippus, nobilis athleta, cuius meminit Plin.

Dipſon, fluuius eſt Ciliciæ ex Tauro profluens. Lucan. lib. 8.

Taurúq; uidet Dipſonta cadentem, &c.

Diræ, dicuntur furiæ in uita, quaſi deorum iræ. Verg. Vltricesq́ ſedent in limine Diræ. Dicuntur autem in cœlo Diræ. Furiæ (ἐριννύες) in terris, Eumenides, (εὐμενίδες) in inferis. unde & tres eſſe dicuntur. Vide Alecto, & Eumenides.

Dirce, Solis filia, Lyci Thebarum regis coniunx, quam duxerat repudiata Antiopa, ſed hæc uerita ne Antiopam reuocaret, impetrauit à marito, ut poſſet illam in uinculis detinere. Antiopa uero tempore partus ſoluta, gemellos (quos ex Ioue conceperat, ut ſupra auditum eſt) peperit, Amphionem uidelicet & Zethum, qui poſtea Lycum interfecerunt, Dircen uero caudæ indomiti equi alligarũt, quæ diu ita per terram raptata, tandem Deorum commiſeratione in ſui nominis fontem conuerſa eſt, non procul à Thebis. Proper. lib. 3.

Tu reddis pueris matrem, puerìq; trahendam
Vinxerunt Dircem ſub trucis ora bouis.

Alia fuit Dirce Babylonia, quæ ſua forma tumens, quoniam Palladi cõuiciata fuerat, cum ſe lauaret, in piſcem conuerſa eſt.

Dircæus, cum æ diphthongo, (διρκαῖος) dicitur Aonius, ſiue Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons eſt Dircæus, Dircæa cognominata eſt. Et apud Verg. Amphion Dircæus dictus eſt: id eſt Thebanus.

Diris, mons qui nunc Atlas uocatur.

Dis, ditis, diuitiarum & inferorũ deus, ut inquit Strabo. Græcè πλοῦτος uel πλούτων, dicitur, quia terrenam omnem uim atq; naturã diti patri dedicatam putabant, quòd diuitiæ omnes è terris oriantur, & in terras recidãt. Nam πλοῦτος, Latinè diuitiæ. Quint. lib. 1. à contrario interpretatur, quia minime diues eſt. Ver. lib. 6.

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis, &c.

Dithyrambus, nomẽ quo Bacchus uocitatus eſt, quòd iterum ſatus fuerit, & idem ſonet.

D ANTE O.

Dodona, urbs in Chaonia, Epiri regione, iuxta quam inſigne propinquum Ioui nemus, querneum totũ, ubi Iouis Dodonæi templum fuiſſe narratur, in quo oraculum omnium quæ apud Græcos ſunt uetuſtiſſimum. In hoc duas columbas conſulentibus reſponſum dediſſe quidam fabulantur, quarũ altera Delphos, altera uerò in Ammonis Iouis templum uolauit: alij arbores uocales fuiſſe. Hinc Iupiter Dodonæus, & Dodonæus, a. um. (δωδωναῖος) Verg. lib. 3. Stipatáq; carinis Ingens argentũ, Dodonæosq; lebetas. Auſon. Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni.

Dodonides, (Δωδωνίδες) Nymphæ dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlantides uocantur, quarum nomina ſunt, Ambroſia, Eudôra, Paſithoë, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe.

Dodone, (Δωδώνη) Iouis & Europæ filia, quæ & Dodon, (Δωδών) dicitur. Eſt & nomen loci, quem Deucalion ex oraculo cõdidit, collectis his qui ſuperfuerant diluuio, Dodonemq; appellauit ab Oceani filia Dodone. Vnde Dodonius, a. um. δωδώνιος.

Doliche, (Δολίχη) inſula eſt è regione Chimæræ Lycij montis. Item inſula, quæ prius Icaros dicebatur.

Dolon, Troianus quidã fuit, uelox pedibus, qui noctu miſſus explorator ad caſtra Græcorũ, pro præmio poſcit Achillis equos. Sed à Diomede & Vlyſſe deprehenſus, qui & ipſi exploratum exierant, conſilia Troianorum ſpe conſeruandæ uitæ illis aperuit. Verum ut proditorem, falſa ſpe deluſum occiderunt. de Dolone uide in dictione Rheſus.

Dolopes, populi Theſſaliæ, ad Pindum montẽ, qui cum Pyrrho Achillis filio Troiã uenerunt. Plin. Aetoliæ adnumerat.

Donyſa, penultima longa, inſula eſt in mari Aegæo, una ex Cycladibus, in qua uiride marmor naſcitur. Verg. 3. Aeneid.
Bacchatãq; iugis Naxon, uiridemq; Donyſam
Legimus, &c. pro Dionyſa.

Dores, Herodoto lib. 1. populi ſunt in Aſia, quos Crœſus ſubegit.

Doria, (Δωρὶς) & Dorica, nomina ſunt partis Achaiæ, quæ propinqua eſt Athenis, dicente Platone lib. 3. Leg. Dori pro Achiuis mutato nomine appellati, propter Dorum, à quo exules reſtituti fuerunt. Seru. uerò 2. Aeneid. Dorica (inquit) à Doro Neptuni filio dicitur. Dores ſunt populi Doricæ, iuxta Aetoliam.

Dorij, (Δώριοι) & Dorienſes, ſiue Dories, Δωριεῖς. populi: ſic dicti à Dore regione Græciæ iuxta Maliacum ſinũ, cuius à tergo mons eſt Oeta & Doris urbs regionis illius.

Dorion, oppidum Magneſiæ, iuxta quod Thamyras cytharœdus Muſas ad cantus certamen prouocauit.

Doris, filia fuit Oceani & Tethyos, Nerei fratris coniunx, atq; Nympharum mater, & interpretatur amaritudo. quandoq; pro ipſo mari ponitur. Verg.
Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.
Eſt & regio Græciæ prope Theſſaliam, à Doro Neptuni & Elopis filio ſic appellata. Hinc Dorienſes populi, & Doricus, a. um. ut Dorica lingua. Vergilius,
Dorica caſtra uides, &c.

Doriſcus, (Δορίσκος) urbs littoralis Thraciæ, ferè ex oppoſito ad Samothraciam, à Dori nympha: hoc eſt, dea mariũ nominatur. Iuxta hanc (Herodoto teſte) campus eſt magnus eiuſdem nominis, per quem Hebrus amnis defluit.

Dortium, nomen fœminæ, diminutionis ſeu adulationis cauſa ſic prolatum: à δῶρον, quaſi dulce & amabile nomen.

Dorus, Neptuni filius, qui regnauit in parte Græciæ, à quo Dori dicti, authore Seruio apud Verg. Aen. 2. Vide Doris.

Dorycles, (Δορυκλῆς) nomen filij Priami, & interpretari poteſt, lanceæ gloria. δόρυ lancea uel haſta, κλέος gloria.

Doryclus, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Verg. lib. 5.
Fit Beroë Iſmarij coniunx longæua Dorycli.

D ANTE R.

Draco, antiquiſſimus Athenienſium legiſlator, ante Solonem, cuius leges Solon ipſe, præter quàm quæ de cæde erãt conſtitutæ, abrogandas curauit, propter ſeueritatẽ. Nam una omnibus pœna conſtituta erat,

ut etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quã cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramẽto, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Vide Gell. cap. 18. lib. 11.

Draconigera, à poëtis dicebatur urbs Bœotiæ, quia à Cadmo cum quinque uiris ex Dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit. Dicitur & Thebæ.

Drauſi, Thraciæ ſunt populi, qui, ut ſcribit Herod. lib. 5. ad editum puerorũ ſedentes plorant, & quaſcũq; neceſſe ſit illi, qui uitam ingreſſus eſt, perpeti humanas calamitates recẽſent. Fato functos magna lætitia ſepeliunt.

Drepana ſeu Drepanum, (Δρέπανον) pen. corr. promontoriũ Siciliæ ſiue urbs, à curuo ſitu inſtar falcis, δρέπανον enim falx dicitur. Non longe abeſt ab Eryce monte, trans Lilybæum. Vel ab eo, quod Saturnus amputatis uirilibus paternis, illuc falcem proiecerit. Ouid. lib. de Faſt.

» Quiq; locus curuæ nomina falcis habet.

Dryidæ, (Δρυΐδαι) ſiue Druidæ magi, ſeu ſacerdotes quidam Gallorum religioſi & ſapientes: à quercubus, δρῦς enim quercus eſt. de quibus Cæſar lib. 6. Com. Druidæ rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretãtur. Ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſſa concurrit, magnoq; ſunt apud eos honore. nam ferè de omnibus controuerſijs publicis priuatiſq; conſtituunt. Et ſi quod admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controuerſia eſt, ijdem diſcernunt, præmia pœnaſq; conſtituũt. & multa refert, quæ breuitatis cauſſa omittimus. Hanc religionem (inquit Suet.) ſub Auguſto interdictam, Claudius imperator quintus penitus aboleuit. De his etiam Cic. 1. de Diuin. Vide Bardi.

Druſomagus, urbs Rhetiæ. hodie Campidonæ.

Druſus, (Δροῦσος) uir Romanus, genere & eloquentiæ magnus, Catonis auus. de quo Cic. libro 4. de finib. Fuit item alius Liuiæ uxoris Auguſti filius, frater Tyberij.

Dryades, nymphæ ſunt ſyluarum, à δρῦς, id eſt arbore, ſeu quercu ſic nominatæ. Ouid. in epiſt.

» Aut quas ſemideæ Dryades, Fauniq; bycornes

Dryas, filius fuit Hippolochi, cui Cluſtumina Colchida fuit coniunx, ex qua Lycurgum ſuſcepit. Hic in bello Thebano fuit, ſtetitq; à partibus Eteoclis, qui cum in pugna Parthenopeum letali ictu uulneraſſet, à Diana ſagittis occiſus eſt. Statius, Horrendumq; Dryanta mouet, &c. Hinc

Dryantiades dicitur Lycurgus rex Thraciæ apud Ouid. in Ibin.

» Vtq; Dryantiadæ Rodopeia regna tenenti.

Dryopes, populi ſunt Epirotici, de quibus Plin. in præfatione lib. 4. Sunt & Dryopes authore Seruio, populi iuxta Parnaſſum. Vergilius 4. Aeneid.

» Creteſq;, Dryopeſq; fremũt, pictiq; Agathyrſi.

D ANTE V.

Duellonam, (Ἐνυώ) Bellonã antiqui appellabãt.

Dulichium, (Δουλίχιον) inſula in Maliaco mari, ſeu (ut quidam aiunt) Ionio: una Echinadum, Corintho proxima, ante Leucada, in qua regnauit Vlyſſes. Inde fit Dulichius, a. um. Δουλιχιάς. Proper.

» At cum Dulichias Pallas ſpaciatur ad aras.

Duria, ſiue Durias, (Δουρίας Strabo) nomen fluuij Valentiæ proximi ut ſcribit Pomponius. Hunc Salluſtius uocat Turiam lib. 4. Hiſtor. Interleua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiã paruo interuallo præterfluit. Claud. Florib. & roſeis formoſus Turia ripis.

Durocottorum, Galliæ urbs in Belgica.

Dyrrhachiũ, (Δυῤῥάχιον) ciuitas in Epiro, quæ prius Epidamnus, (Ἐπίδαμνος) uocabatur. de qua Luca. in principio,

» Dyrrhachij rapiendas tendit ad arces.

Dicta Dyrrhachium, à nomine Dyrrhachij, qui portũ urbi adiecit uide in dict. Epidamnũ.

E ANTE A.

EAſo, ciuitas Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolem. Vulgò S. Sebaſtianus.

Ebron, (Ἑβρών) mons Palæſtinorum, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

Eboſus, (Ἔβοσος) inſula inter Ophiuſam & Pythiuſam inſulas, cuius terra ſerpentes fugat, omnium uenenoſorum animalium expers: eadem cuniculos gignit populantes meſſes duarum

rum propinquarum inſularum, quæ noſtri Baleares uocant. Vocatur & hæc inſula Ebuſus, de qua infrà.

Ebura, Luſitaniæ urbs, Ptol. hodiè Ebora.

Eburones, Galliæ Belgicæ populi, qui per fraudem multos ex Cæſaris exercitu trucidarunt. Hodie Leodienſes dicuntur Ἐβουρῶνες. Horum meminit Cæſar in cõmentarijs. Aulerci, Eburones cognominantur, ut ſcribit Plin. lib. 4. in deſcriptione Galliæ Lugdunenſis.

Eburum, Ptol. urbs Germ. uulgò Olmuntz.

Ebuſus, (ἔβυσος) inſula Iberica, quæ cuniculos non habet. Pompon. Ebuſus animalium quæ nocent adeò expers, ut ne ea quidem quæ de agreſtibus mitia ſunt, generet, aut inuecta ſuſtineat. In ea optimæ ficus naſcuntur.

E ANTE C.

Ecbatana, (ἐκβάτανα) numero plurali, pen. cor. metropolis eſt Mediæ, uel ut quidã exiſtimant, regionis magnæ nomen. Strab. lib. 11. Eſt & Ecbatana urbs in Syria, quæ Epiphania quãdoq; uocata fuit: ac per g etiã ſcribi poſſe quidam teſtantur Egbatana. Alij Echatam appellant, quàm Plinius à Seleuco rege conditam ſcribit, à Caſpijs portis per uiginti millia paſſuum diſtantem.

Echinades, (ἐχινάδες, ἐχῖναι.) inſulæ ſunt in Epiro, cõtra Ambracium ſinum natæ Acheloi impetu, arenaq; limo cõuectis, ſicut pars Aegypti Nili cœno. Stat. lib. 2. Theb.

„ Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.

Seneca in Troiade declinat Echina, æ, pen. prod. Quolibet uento faciles Echinæ. Vide etiam Ouid. 8. Metam.

Echinus. ni. uel Echinuntis, (ἐχῖνος, ἐχινοῦς) ciuitas fuit, de qua Cicero in Arato,

„ Dicitur excelſis errans in collibus amens,

„ Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus

Echion, unus fuit ſociorum Cadmi, primi regis Thebarum, & pater Pẽthei regis, qui ab eo Echionides dicitur. Et Echionius, a. um. id eſt, Thebanus. Lucanus lib. 6. Veteres ubi fa

„ bula Thebas Monſtrat Echionidas, &c.

Echioni, (ἐχίονες) dicti ſunt Thebani, à rege Echione, qui fuit unus ex quinq; iuuãtibus Cadmum ædificare Thebas.

E ANTE D.

Edeſſa, Arabiæ ciuitas, antea Antiochia dicta, ut ſcribit Plin. cap. 24. lib. 5. Hinc Edeſſenſes, (ἐδεσσαῖοι, ἐδεσσηνοί) populi.

Edom, (ἐδώμ) Eſau dictus eſt, ob coctionem ruſæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi nãq; (ut Ioſephus lib. 2. ſcribit) Edom rubeum dicunt. Vnde & regio in qua regnabat Eſau, Edom dicta eſt, quam Græci honeſtius Idumæam, (ἰδουμαίαν) denominauerũt. Hæc nunc regio (inquit Hierony.) Gebalena dicitur, quæ eſt in finibus Eleutheropoleos, ubi habitabant antè Chorrei, qui interpretantur liberi, unde & ipſa urbs ſortita poſtea uocabulum eſt. Nunc uiculus Palæſtinæ eſt, à cõditore ſic impoſito nomine. Alio nomine dicitur Seir, piloſus & hiſpidus. Vnde & montes Idumæorum appellantur montes Seir.

Edon uel Edonis, mons eſt Thraciæ, Luca.

Edonis Ogygio decurrit planè Lyæo.

Vide Aedon.

Edones, (ἠδωνες, ἠδωνοί) ſiue Edonij, populi circa illum montem habitantes. Edonius. a. um. poſſeſſ. Verg. lib. 12. Ac uelut Edonij Boreæ cum ſpiritus alto, Inſonat Aegæo, &c.

Edonides, (ἠδωνίδες) mulieres bacchantes, quæ furore diuino agitatæ myſteria Bacchi celebrabant. Protinus in ſyluis matres Edonidas omnis. Harum mulierum nomina uaria uide in dictione Bacchæ.

Eduſam, ab edendo dixerũt ueteres deam, quæ eſui præerat: quemadmodũ Potinã, quæ potui.

Eëtion, (ἠετίων) nomen patris Andromaches, qui apud Ciliciæ Thebas imperabat. Homer. Iliad. 12.

Egeria, Nympha, cui ſacrificabant prægnantes, quòd eam putabant facile fœtũ aluo egerere.

Egeſtha, filia Hippotis Troiani, quam ne marinæ belluæ ob periuria Laomedontis ſecundũ Apollinis reſponſa traderetur, pater impoſitã naiculæ miſit quò ſors tuliſſet: quæ tandẽ ad Siciliam delata, à Criniſo fluuio in canem cõuerſo cõpreſſa, Aceſtem edidit.

Egeſta, ciuitas in Sicilia. Vide Aceſta.

E ANTE L.

Elæa, (ἐλαία) ciuitatis nomen, à qua Elæiticus ſinus dictus eſt, de qua Plin. lib. 5.

Elamitæ, (ἐλαμῖται) Arabiæ populi Plinio, ca. 28. lib. 6. Sic etiam dicuntur Perſarum principes, ab Elam filio Sem, ut ait Ioſephus.

Elatus, pater fuit Cænei, unde Elateius dicitur.
» Ouid.lib.12. Manet imperfoſſus ab omni
» Inq; cruentatus Ceneus Elateius ictu.

Elea,(ἐλέα) ciuitas Lucaniæ, quam quidam Helam, à fonte nominauerunt. Alij à palude dictam opinantur, quæ Græcè τὸ ἕλος dicitur.

Eleatæ,(ἐλεᾶται) populi Eleam habitantes dicti ſunt, inter quos Parmenides philoſophus & Zeno, Pythagorici ambo, per quos Eleam inſtitutis legibusq; bene formatam fuiſſe autumat Strabo lib.6.

Electra,(ἠλέκτρα) teſte Heſiodo, nympha Oceani & Tethyos filia, uxorq; Atlantis, cuius filia quædã etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit, dicente Vergilio lib.8.
Alia fuit Electra Oreſtis ſoror. Ouid.
» Dardanon Electra quis neſcit Atlantide cretũ
» Scilicet Electram concubuiſſe Ioui.
Vide infrà, Pleiades.

Electrides, maris Adriatici inſulæ ad quas Padus elabitur, ſic à Græcis appellatæ, quòd electrũ in illis prouenire putarunt, uanitatis Græcæ certiſſimo documento, ut ſcribit Plin. libro 37.cap.2. & Ouid.lib.Metam.2.

Elei,(ἠλεῖοι) pen. prod. populi in Peloponneſo, clariſſimi propter delubrũ Iouis Olympij, ludosq; Olympiacos, quorum præfecturam Elei habuerunt. unde Elei equi, & Eleus cancer ſæpe leguntur. Lucanus,
» Quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes.

Eleides, dicũtur mulieres Bacchantes, ab Eleo, id eſt Baccho. Ouid.in Epiſt.
» Nunc feror ut Bacchi furijs Eleides actæ, &c.

Eleleus,(ἐλελεὺς) dictus eſt ſol, ἀπὸ τοῦ ἐλίσσεσθαι περὶ τὴν γῆν, hoc eſt, quòd æterno circa terrã meatu uolui uideatur.

Elephantis, Nili inſula eſt, de qua Plin.lib.5.

Eleus, Bacchi cognomẽ, dictus quaſi pius pater, quòd libertatẽ hominibus præſtet. Græci enim ἔλεον miſericordem uocant Ouidius,
» Nyctileusq; Eleusq; parens, &c.

Eleus, Eleuntis, ut Trapezus, Ceraſus, &c. Thraciæ urbs eſt, de qua Thucydides lib.8. Hinc Eleuntij. Eſt & fluuij nomen, qui Mediæ magnam partem irrigat.

Eleuſis,(ἐλευσὶς) & Eleuſin,(ἐλευσὶν) ciuitas in Attica prouincia, non longe ab Athenis, in qua regnauit Eleuſius, quem Ceres docuit omnem agriculturam, & in ea myſtica Cereris celebrantur, à qua tota prouincia Eleuſina dicta eſt. in hac Triptolemus natus eſt. hæc myſterijs Cereris inclyta fuit, de qua uide Strabo.

Eleuſinus, nomen uiri, quem Ceres docuit omnem agriculturam: à quo Eleuſis, ciuitas nominata eſt.

Eleutheria, orum, quaſi liberatoria. id eſt libertatis ſolennia. Plaut.in Perſa, Baſilice agito eleutheria.

Eleutheros,(ἐλεύθερος) flumen. Plin.lib.9.

Elice, ſtella maris. uide Helice.

Elicius, dicitur Iupiter, qui in Auentino colebatur, quòd ſacrificis eliciatur precibus. Ouid.li.
» 4. Faſto. Eliciunt cœlo te Iupiter, unde minores Nunc quoq; te celebrant, Eliciũq; uocãt.

Elis, Arcadiæ urbs, ubi curule certamen exercebatur in honorem Iouis Olympici, iuxta quã Alpheus oritur. Hinc Eleus, a, um. Vergil.1. Geor. Hic uel ad Elei metas, & maxima cãpi Sudabit ſpacia, & ſpumas aget ore cruentas.

Eliſa, nomen fuit Didonis. Vide ſuprà, Dido.

Elorus,(ἔλωρος) pen. prod. Siciliæ urbs, ab Eloro amne, qui campis ſuperfunditur, ſicut Nilus, dicta, proxime Pachynum, in quo piſces cibum è manu capiunt, ut teſtatur Plin. libro 32. De hoc Verg.lib.3. Aeneid.
Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.

Elpenor,(ἐλπήνωρ) pen. pro. nomen comitis Vlyſſis, qui à Circe cum alijs ſocijs in porcũ conuerſus fuit. De illo Homerus in fine libri 10. Odyſſ. & in initio lib.11. & 12. eiuſdẽ meminit quòd cum eſſet ebrius, de ſcalis cadens, ceruicem fregit. hinc apud Naſonem legitur,
At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto,
Occurrit regi flebilis umbra ſuo.

Elpes, nomen proprium Boëtij uxoris. De qua epitaphion eſt,
Elpes dicta fui Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria coniugis egit amor.
Quo ſine mœſta dies, nox anxia, flebilis hora,
Non ſolumq; uiro ſpiritus unus erat.
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito,
Maiorisq; animæ parte ſuperſtes ero.
Porticibusq; ſacris, iam nũc peregrina quieſco,
Iudicis æterni teſtificata thronum.
Nẽ ue manus buſtum uiolet, ne forte iugalis,
Hæc iterum cupiat iungere membra cinis.

Eluina, dicta eſt Ceres ab Eluio oppido, uel ab Eluide fluuio, in quo colebatur. Iuue. Sat. 1.

Elyſium, (ἠλύσιον) locus ubi piorum animæ habitant. ἀπὸ τῆς λύσεως, à ſolutione. Nam animæ poſt ſolutionẽ uinculi corporei deueniunt ad Elyſios campos. Hunc locum alij inferorum ſuis felicitatibus plenum, alij fortunatas inſulas, alij circa lunarem circulum dicũt, ubi iam aër purior eſt. Sunt & Elyſij cãpi in Bœotia, in campo Thebano, ut inquit Lycophron. Hinc adiect. Elyſius. a. um.

E ANTE M.

Emath, ciuitas quæ nũc Antiochia nominatur, & duæ ſunt (ut inquit Hieron.) magna ſcilicet & minor. Magna Antiochia, minor appellatur Epiphania.

Emathia, (ἠμαθία) regio in Macedonia, quæ alio nomine Pharſalia dicta eſt, ſeu campi Philippici: dicta Emathia ab Emathione rege fratre Memnonis, qui fuit filius Auroræ & Tithoni, in qua ſunt campi Philippi, ubi primum Cæſar & Pompeius, deinde Auguſtus & Caſſius manus conſeruerunt, ut teſtatur Vergil. libro 1. Georg. Hinc Emathis, idos, & Emathius, a. um.

Emmaus, Ptolemæo Iudææ urbs, eidem alio nomine Nicopolis.

Emerita Auguſta, urbs Hiſpaniæ Luſitaniæ.

Empanda, Veterum dea erat, quæ rebus patentibus præeſſet.

Empedocles, (ἐμπεδοκλῆς) pen. cor. nomen philoſophi, quem neſcias utrum'ne inter poëtas, an inter philoſophos annumeres, qui de rerũ natura uerſibus ſcripſit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut author eſt Hieron.) omne quod uiuit & mouetur, nõ putauit edendum, ſicut & Pythagoras. Ferunt hunc Agrigentinum fuiſſe, qui cum lacum Aetnæ montis inueſtigare contenderet, decidit in foueam igneam, & incendio conſumptus eſt. Vel ut alij, noctu à ſocijs clàm diſcedens, in ardentem caminum montis Aetnæ ſe dimiſit, ut deus immortalis haberetur: ſed ferreæ eius crepidæ ex camino per flammam reiectæ, rem patefecerunt. Horat. Deus immortalis haberi

» Dum cupit Empedocles, ardentem feruidus
» Aetnam Inſiluit.

Empuſa, (ἔμπουσα) genus laruæ & terriculamenti, dicatũ Hecatæ, uno pede incedens. unde & nomen, author Euſtathius.

E ANTE N.

Enna, (ἔννα) ciuitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti ſita, & à Syracuſanis (Stephano teſte) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio inſulæ conſtituta ſit. Hæc imminet circunſtantibus campis, ubertate & florum uarietate cõſpicuis, omniq; uernis die. In hac templum Cereris (ut Strabo teſtatur) fuit uetuſtiſſimum, ubi dea præcipua ueneratione colebatur, ad quam propiciandam quindecim uiros legatos miſere Romani. Hinc raptam à Plutone Proſerpinam, Cereris filiam dixit antiquitas. Hanc uulgus hodie Annam appellat, ubi quia regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius inſulæ ſolet conuentum habere. Hinc Ceres Ennea dicta. Silius lib. 1.

» Nec Cerere Ennæa, Phario nec dicta colono.

Ab Enna deducitur Ennæus (ἐνναῖος) ciuis. Vide Aenna.

Enceladus, Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Iupiter fulmine ictum Aetnæ monti ſuppoſuit.

Encheliæ, oppidum in Illyria, iuxta quod Cadmus & eiuſdem uxor in ſerpentes uerſi ſunt.

Endymion, (ἐνδυμίων) nomen proprium eius qui primus lunæ curſum inuenit, & ob id amore eius captus fama traditur. Ouidius de Arte amandi. 3.

» Latmius Endymion nõ eſt tibi Luna pudori.

Endymionis meminit & Cic. Tuſc. quæſt. lib. 1. Scribunt Theon, Lucilius, & Sophocleus, interpretes Appollonij, cum relatum à Ioue in cœlum, adamãtem uero Iunonem ſimulachro nubis deceptum à cupidine, & eiectum deſcendiſſe ad inferos. Vide prouerb. Endymionis ſomnum dormire.

Engaddi, in tribu Iudæ, ut ſcribit Hieronymus, uocatur uſque hodie uicus prægrãdis Iudæorum, iuxta mare mortuum. Vnde opobalſamum uenit, quas uineas Engaddi Salomon in Canticis nominat.

Engonaſis, (ἐγγόνασις) ſignum in cœlo, quod Latinè Ingeniculus uocatur: & eſt Hercules, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur.

Enniochi, uel Heniochi (ἠνίοχοι) Ptol. cap. 9. libro 5.

bro 5. populi Sarmatiæ iuxta Pontum nõ longè ab Achæis, de quibus uide Strab. lib. 11.

Enipeus, (Ἐνιπεὺς) pen. prod. fluuius Theſſaliæ, iuxta quẽ fuit prælium inter Cæſarem & Pompeiũ. Lucan. lib. 7. Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus. Lentus primò, ſed Appidano mixtus, uelociſſimus eſt.

Ennoſigæus, dictus eſt Neptunus, maris deus, quaſi concutiens terram. Iuuenalis,
Ipſum cõpedibus qui uinxerat Ennoſigæum:
Eſt enim ἐνόω, id quod quatio, & per Epentheſin ἐννόω. & γαῖα, terra.

Ennius poëta, quem Rudiæ genuêre uetuſtæ. Qu. Valerio & C. Manlio Coſſ. ut ait Silius. Rudiæ, ciuitas eſt Calabriæ: ſed Euſebius Tarentinum eum fecit, dicitq́ à Catone Quæſtore Romam translatum, in Auentino habitaſſe, ac unius ancillæ miniſterio contentum fuiſſe. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis ſemper comitabatur, & in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. Secutus eſt M. Fuluium nobiliorem ad bellum Aetolium, cuius filium erudijt. Ab hoc & Cato ſenex dicitur Græcas literas didiciſſe. Scripſit plurima, inter quæ Annales: Bellum Punicum ſecundum hexametris, quæ ſanè non extant. ex ijs nonnulla Macrobius, quæ Verg. ab eo eſt mutuatus, manifeſtat. Nam dicere ſolebat, ſe aurum ex Ennij ſterquilinio colligere. Elogium eius ſepulchri ſcribit Cic. in 1. Tuſc. quæſt. Perijt articulari morbo, quem ex immodico uini uſu contraxerat. Horat.
Ennius ipſe pater nunquã niſi potus, ad arma
Proſiluit dicenda, &c.

Eous, eſt oriens, uel Aurora. Verg.
» Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous.
Accipitur etiam adiectiuè. Lucanus,
» Tradimus Heſperias gentes, aperimus Eoas.
Id eſt, orientales.

E ANTE P.

Epaminondas, (Ἐπαμινώνδας) Thebanus uir fuit, honeſto genere natus, patre Polymno, modeſtus, prudens, grauis, peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeò ueritatis diligens, ut ne ioco quidem mentiretur. uide Plutarchũ. Hic cum apud Leuctra Lacedæmonios plaga peſtifera adeò affeciſſet, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amiſſum ultra reparare nequiuerint, dicere ſolebat, orbum ſe, non tamen ſine liberis mori, & ex ſe natam relinquere pugnam Leuctricam. Poſtremò cum iam fatis functus eſſet, atq; ultimum & præclarum facinus peragendum reſtaret, apud Mantineam, acie inſtructa, ducis optimi, & militis fortiſſimi officio fungeretur, ſparo agreſti telo percuſſus ictu mortifero, relatusq́; in caſtra ſemianimis, requiſiuit à circumſtantibus, ſaluus'ne eſſet clypeus: cum ſaluũ eſſe flentes ſui reſpondiſſent, allatum, ueluti ſocium laborum gloriæq́; oſculatus eſt. Iterum quæſiuit, eſſent'ne fuſi hoſtes: cũ id quoq;, ut cupiebat, audiuiſſet, euelli tum deniq; ſpiculum iuſſit. ita multo ſanguine profuſo, in lætitia et in uictoria mortuus eſt. Cuius morte Thebanorum uires hebetatæ ſunt, ut non tam illum amiſiſſe, quàm cum illo interijſſe omnes uiderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, poſt interitum eiuſdem in ſeruitutem priſtinã reuoluti ſunt, ut manifeſtum ſit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuiſſe. De Epaminonda Trogus lib. 6. & Plutarchus in Parallelis.

Epaphus, filius fuit Iouis & Ius Inachi filiæ, Aegypti rex, qui Memphim in eadem condidit. Vide Phaëthon infrà.

Epeus, (Ἐπειός.) quem quidam Endymionis filiũ & Pæonis fratrem faciunt, fabricator fuit lignei equi, quo Troia prodita eſt. Verg. lib. 2.
» Et ipſe doli fabricator Epeus. Ἐπειός.

Epheſtiades, (Ἡφαιστιάδες) inſulæ, quæ à Latinis Vulcaniæ & Aeoliæ: quòd Aeolus Iliacis temporibus illic regnauerit. de quo in dictione Aeolus. Melius cũ aſpiratione Hephæſtiades.

Epheſus, (Ἔφεσος) penult. corr. urbs Ioniæ ſeu Lydiæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Androcho Codri Athenienſium regis filio condita, ut ex Pherecyde ſcribit Strabo. Iuſtinus libro 2. ab Amazonibus cõditam ſcribit, quod ipſum & Plinius libro 5. confirmat. Hoc templum ducentis uiginti annis à tota Aſia factum fuit, in ſolo paluſtri, ne terræmotus ſentiret. In eo centum uiginti ſeptem columnæ fuerunt, à ſingulis regibus facta ſexaginta pedum altitudine, inter quas triginta ſex cælatæ fuerunt miro artificio. Hæc ciuitas nauale &

portum

portum habuit, & loci opportunitate multum creuit, & maximum citerioris Aſiæ emporium fuit.

Ephialtes, & Otus filij fuerunt Neptuni ex Iſmedia Aloi coniuge, qui Martem bello bis uicerunt, cathenisq́; uinctum in carcere per tredecim menſes detinuerunt: & niſi Mercurius Iunonis iuſſu eũ clam liberaſſet, in carcere defeciſſet. Poſtea ad Gigantomachiã miſſi, à Ioue ad inferos fulmine ſunt detruſi. Verg. in Culi.

» Nam uictus ſedet immanis ſerpentibus Otus
» Deuinctus, mœſtũ procul aſpiciẽs Ephialtem.

Ephyra, ræ. ſeu Ephyre, es. ἐφύρα. pen. corr. urbs Achaiæ, quæ nunc Corinthus dicitur. Lucan. lib. 6. Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis. Dicta ab Ephyra Oceani filia. Hinc Ephyræus, a. um. ἐφυραῖος. Proper. Non ita cõplebant Ephyreæ Laidos ædes. Verg. Georg. 2. Ephyreia æra pro Corinthijs dixit.

Epicharmus, Tityri (ut Suidas ſcribit) uel Chrimari filius, Siculus poëta comicus & philoſophus, cui nonnulli inuentum Comœdiæ tribuunt. Horat. lib. 2. Epiſt. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Epictetus (ἐπίκτητος) pen. prod. nomen philoſophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidã Neronis familiari ſeruiuit, atq; ad Marci uſq; Antonini tempora peruenit.

Epicurus, Athenienſis, annos natus quatuordecim, philoſophari cœpit in hortis, ut eſt author Demetrius Magneſius: ſummum bonum nõ ut Ariſtippus in uoluptate corporis, ſed in doloris uacuitate, quam Cicero indolentiam, id eſt, doloris carentiam uocat, ponebat.

Epidamnus uel Epidamnum, (ἐπίδαμνος) ciuitas Siciliæ, ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plinius) Dyrrhachium dicere maluerunt, propter inauſpicatum nomen Epidamni, tanquã à damno dicatur Epidamnum. uel quòd illuc nemo ſine damno diuertatur. Hæc nunc Segeſta dicitur, quam Aeneas cõdidiſſe fertur, præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominauit. Sed præpoſita eſt ei litera s, ne obſcœno appellaretur nomine.

Epidaphne, (δάφνη) duæ dictiones, quaſi ad Dapnem, locus in Syria, de quo Strabo, In Seleucide Syriæ quatuor inſignia ſunt oppida, ob id & tetrapolis dicta regio, Antiochia Epidaphne cognominata. Eſt autem Daphne Antiochenſibus uicinum, & amœnitate inclytum nomen, octoginta ſtadiorum ambitu, quo loco Antiochenſium cõuentus agitabatur: dictum à Daphne Ladonis filia.

Epidaurus, (ἐπίδαυρος) ciuitas in Peloponneſo, ut Ptolemæus ſcribit. Aeſculapij templo celeberrima. Hoc etiam nomine dicta fuit inſula iuxta Dalmatiam, in Illyrico mari ſita, de qua Lucan. lib. 2.

Epigoni, (ἐπίγονοι) dicti ſunt authores ſecundi belli Thebani, quaſi fœtus illorum qui primũ confecerant bellum. Græcè enim ἐπιγονὴ ſuperfœtus appellatur, & qui poſt gignitur. Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum ueteranorũ, qui ſub Alexandro magno ex Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperunt, quæ ſoboles (ut hiſtorici memorant) nomen habuit Epigoni, qui in caſtris nati, in armis educati, à paruula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorſus inuicti extiterunt.

Epimenides Cretenſis, tempore Pythagoræ, ut Apul. ſcribit 2. Floridorũ, miſſus à patre Agiſarcho in agrum ad cuſtodiendum pecus, in antro obdormiuit annos LXXV. Tandem à ſomno excitatus, cum uideret omnia mutata, domũ reuerſus, à fratre omnia didicit. Quãobrem pro deo eſt habitus.

Epimetheus, Iapeti ex Aſia nympha filius, Promethei frater, qui ingenio ualens, hominis ſtatuam primus ex luto finxit, qua re indignatus Iupiter, eum uertit in ſimiam, atq; apud inſulas Pithecuſas relegauit. Hic pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, unde Epimethis dicitur. Ouidius,

Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet, &c. Vide infra de Prometheo, Pandora, Pithecuſis inſulis.

Epirus, (ἤπειρος) pen. prod. continens dicitur: hoc eſt firma terra, regio quæ Moloſſa dicta eſt, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, regio eſt Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnauit, ab ortu Achaiam habens, ab occidente mare Adriaticum: à ſeptentrione Macedoniam. de ea multa Strabo lib. 8.

E ANTE R.

ERaphiotes, (ἐραφιώτης) Bacchus dictus eſt, ab inducenda cõtentione: quoniam uinum iram atq; certamẽ inducit. ἔρις enim contentio, φαίνειν oſtendere.

Eraſinus, Achaiæ fluuius, ex Stymphalo lacu exoriens in ſinu Argolico, ut ſcribit Mela. Is terras ſubit, rurſumq; redditur. Ouidius libro Metamorph. 15. Sic modo combibitur recto quoq; gurgite lapſus

» Redditur Argolicis ingens Eraſinus.

Erato, (ἐρατὼ) una eſt Muſarum, quæ Orcheſim, id eſt, ſaltationem inueniſſe fertur, dicta uel à canendis amoribus, uel quòd omnibus deſideretur. Ouidius,

» Nunc Erato, nam tu nomen amantis habes. Hanc idẽ poëta Amatorien appellat, inquiẽs,

» Vilis Amatorie, uilis mihi candida Clio.

Ercinia (ἐρκυνίοις δρυμὸς) multis ſyluis nomẽ eſt inditum, ſed apud Germanos maximè, quæ apud Græcos Orcinia dicitur. Ab Heluetijs ad Nemetum Taurinorumq; fines protenditur, & ad Dacos & Danubium, inde ad alias gentes, longitudine ſex dierum, multis feris abundans, & proceris frequens arboribus. Vide Hercynia cum aſpiratione, & y in ſecunda ſyllaba, & ſic melius.

Ercius, (ἐρκεῖος) Iupiter dicebatur ab arcendo qui intra conſeptum cuiuſque domus colebatur, quem etiam penetralem appellabant. Melius cum aſpiratione Hercius.

Erebus, (ἔρεβος) penult. correp. fluuius inferorum. Vergilius,

» Magnos Erebi tranauimus amnes.

Quandoq; pro obſcuriori inferni parte: ut,

» Imas Erebi deſcendit ad umbras. Varro ex Erebo natam noctem ait. Vnde & illud, Erebo creatam fuſcis crinibus noctem inuoco. Erebus (inquit Seruius apud Vergiliũ in 6.) pars eſt inferorum in qua hi, qui bene uixerunt, morantur. Nam ad Elyſium non niſi purgati perueniunt. Verg. Ad genitorem imas Erebi deſcendit ad umbras.

Erembi, populi ſunt Arabiæ, qui & Ichthyophagi, & Troglodytæ uocantur, prærupta ſaxa & ſpecus montium inhabitant ſine opibus.

Ereſichthon, Theſſalus fuit, qui Cererem ſpernens, & eius lucũ ſuccidens, tã famelicus factus eſt, ut propria membra præ fame comedere coactus ſit. uide Ouid. lib. 8. Metam.

Eretum, pen. pro. (ἤρητον) uicus Sabinorum ſupra Tyberim. Apud Vergil. uerò dicitur eſſe locus, qui mons Eretum, & corrupta dictione mons rotundus appellatur. ubi ait:

» Ereti manus omnis oliuiferæq; Mutiſcæ.

Eribœa, dicta eſt Iuno, quaſi lis bouis, quia Iſidem mutatam nimia indignatione perſecuta eſt. Nam ἔρις eſt lis, & βοῦς bos.

Ericates, nomen uiri. Interpretari poteſt ira cõfractus. Nam ἔρις ira, κατάγω, infringo.

Erichtheus, quem Homerus ἐρεχθῆα nominat, rex fuit Athenarum, quæ ab eo Erichthææ dicuntur. Verg. in Ciri,

» Qualis Erichthæis olim portatur Athenis. Idem Erichthonius, de quo ſic Seruius ſcribit, Vulcanus (inquit) impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram: inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius, quaſi de terra et lite procreatus, nam ἔρις, eſt lis, & χθὼν, terra. Hic ad tegendam pedum fœditatem, iunctis equis uſus eſt curru, quo tegeret ſui corporis turpidinem. Vergilius 3. Georg. Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus

» Iungere equos: rapidisq; rotis inſiſtere uictor.

Eridanus, Italiæ fluuius de quo uide Seruium in 6. Aeneid. Eſt & ſtellæ nomen apud Aratum Arieti proximæ,

» Nanq; etiam Eridanũ cernes in parte locatũ

» Cœli, &c. Vide Padus.

Erigone, filia fuit Icari, ſoror Penelopes, quæ cum Baccho placuiſſet, ab eo in ſpecie uuæ decepta atque oppreſſa eſt. Hæc poſtea ductu canis in Marathoniam ſyluam ueniens, cum patrem à paſtoribus occiſum comperiſſet, præ dolore ſe de arbore ſuſpendit, ſed ramo, nimio corporis pondere, fracto, in terram decidit, cuius tamen miſerti Dij, eam inter aſtra tranſtulerũt, factaq; eſt ſignum Zodiaci, quod adhuc uirgo dicitur. Verg. lib. 1. Georg.

» Qua locus Erigonẽ inter Chelasq; ſequentes

» Panditur, &c. Vide Higinium.

Erymanthus, (ἐρύμανθος) cum y, & h, mons Arcadiæ, quo aprum agrorum uaſtatorem Hercules domuit, uiuũq; ſuper humeros ad Euryſtheum

ryſtheum detulit, quo conſpecto, Euryſtheus in æreo ſe uaſe abſcondit. Eſt & ſylua & fluuius hoc nomine in Alpheum defluens, ut oſtendit Plinius libro quarto. Inde Erymanthis, idos, & Erymanthius. a. um.

Erimantus, qui lites diſſeminando diuinat. ἔρις enim lis, μάντις diuinus. Iuuen.

» Aut Dyſphilus, aut Erimantus.

Erinnys, (ἐριννὺς) cum y, furia infernalis, dicta quòd humanam corrumpit mentem, ἀπὸ τοῦ ἐρέειν τὸν νοῦν. uel ab ἔρα, id eſt γαῖα & ναίω Huius genitiuus erinnyos & erinnyis Latinè, et per ſynæreſim erinnys: accuſatiuus, erinnya & erinnyn. in plurali erinnyes.

Eriphyle Thalaonis, uel ut alij uolunt, Iphios filia, & uxor Amphiarai, quæ deſiderio habẽdi monilis aurei, quod Argia Polynicis coniunx ferebat, Amphiaraum maritum Adraſto regi prodidit: ob quod nefas poſtea ab Alcmæone filio occiſa eſt. Sed de his latius ſupra de Amphiarao & Alcmæone.

Eripyla, uide Eriphyle.

Eriſichthon, Theſſalus quidam fuit, Cereris contemptor, cuius lucum cum abſcidiſſet, dea iniuriã ulciſcente, ad tantam famem redactus eſt, ut ſua ipſe membra corroſerit. Ouid.

» Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani

» accipiunt, &c. Vide Ereſichthon

Erotium, (ἐρώτιον) Latinè amatorcula.

Erycina, Veneris epitheton: ſic enim dicta eſt ab Eryce Siciliæ monte, in quo celebre templum habuit. Horatius,

» Siue tu mauis Erycina ridẽs, &c. uide Eryx.

Erythea, (ἐρύθεια) inſula. Vide Erythia.

Erythræum, (ἐρυθραῖον) mare rubrum dicitur, ab Erythræo rege Perſei, & Andromedæ filio uocatum: & quia erythros rubrum ſignificat, multi putant Erythræum rubrum interpretari. Hoc mare eſt inter Indicum & Aethiopicum oceanum, ampliſſimo ore ab auſtro in ſeptentrionem. Alij à colore dici putant, quòd fons ſit in littore, quem cum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mutare lanas. Huius maris oppidum Arſinoẽ Colum. libr. 8. Nec minus Aſia rutilos, quos uocat ἐρυθραίας.

Erythia, Plinio libro 4. capite 22. inſula in mari Gaditano, quæ tanta aëris benignitate fertur, ut homines pariat penè immortales. Eam Plin. libro 4. capite 22. cognominatam dicit, quòd eius incolæ originem traxiſſe ab Erythræo mari ferrentur. Vide Gades.

Erythreus, ſeu Erythra, filius fuit Perſei & Andromedæ, qui in confinio rubri maris regnũ habuit, unde etiam Erythræum mare, pro mari rubro poſitum affirmant.

Eryx, nomen montis in Sicilia, & Butæ filij Amyci Bebryciorum regis ex Venere, ut celebres Græcorum authores teſtantur. Seruius uerò Neptuni filium dixit. Hic in Sicilia regnans, & corporis uiribus præſtans, legem dedit hoſpitibus, ut cum eo cæſtibus decertarent: qui tandem Hercule redeunte ex Hiſpania, uictus occubuit, & in ſummo montis propinqui colle ſepultus eſt, ſub quo in honorem matris conſtruxerat templum, quod uocari iuſſerat Erycine, ex quo nomen monti Erycis datum eſt. De quo Ouidius libro 2. de Arte amandi,

» Sed dea non patitur ſic ad ſua gaudia cogi

» Colle ſub umbroſo quem tenet altus Eryx.

Vnde Venus Erycina dicta eſt, (ἐρυκίνη) Erycinus. a. um. poſſeſs. Verg. lib. 10. Quid referam exuſtas Erycino in littore claſſes? &c.

E ANTE S.

Esau, nomen filij Iſaac, qui & Edom, hoc eſt rufus, & Seir, quod piloſum ſignificat appellatus eſt.

Eſſedones, inhumanum genus hominum Aſiæ, Scythiam utranque inhabitans, de quo Plin. lib. 4. cap. 12. & Herod. lib. 4.

Eſis, Italiæ fluuius, non procul à Rauenna.

E ANTE T.

Eteocles, (ἐτεοκλῆς) cum accentu in antepenul. Thebanorum regis Oedipodæ, ſiue Oedipi & Iocaſtæ filius, partu nefando editus, utpote ex concubitu materno, licet huius rei ignarus Oedipodes fuerit: qui cum Polynice fratre ſuo conuenerat, ut alternis annis regnarent. Sed Eteocles anno finito fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adraſtum regem Argiuum ſocerum ſuum, & alios princeps Achaiæ armauit contra Eteoclem. In quo bello cum multi utrinque occiſi eſſent, tandem fratres ipſi mutuis ſe uulneribus confecerunt. Quorum cadauera

dauera cum rogo eſſent impoſita, flammæ diuiſæ ſunt, tanquam illorum nondum ceſſarent odia.

Eteſiæ, uenti ſunt certo tempore flantes, nempe quadraginta diebus poſt caniculæ exortũ.

Euadne, Martis filia ex Thebe uxore Aeſopi, uxor Capanei ducis, quem adeò dilexit, ut in rogum eius ſe miſerit, & cum illius cadauere fuerit exuſta. Meminit eius Ouid. libro 6.

Euadnemq́ & Paſiphaën, &c.

Euan, cognomen eſt Bacchi, ab Euantium clamore.

E ANTE V.

Euander, Arcadiæ rex, ob eloquentiam Mercurij filius, ex Nicoſtrata, habitus eſt. Hic dimiſſa Arcadia, cum patrem caſu interfeciſſet, auito regno pulſus, ſuadente matre, quæ uates erat, conſcenſa naui in Italiam uenit, & pulſis Aboriginibus tenuit illa loca, ubi poſtea Roma condita eſt, paruumq́ oppidum in Palatino monte extruxit, Pallanteum à Pallante filio dictum. Verg. Tum rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Ibiq́ Herculem ex Hiſpania redeuntem hoſpitio ſuſcepit, qui illum ab inſultibus Caci liberauit. Deinde etiam euerſa Troia Aeneæ nouas ſedes quærenti auxilium unà cum Pallante filio cõtra Turnum miſit. Vide Vergilium libro 8. Arcades his oris, & cætera. Hinc Euandrius. a. um. Vergil. libro 10.

» *At tibi Tymbre caput Euãdrius abſtulit enſis*

Eubœa, inſula eſt in Aegæo mari, Bœotiæ admodum uicina, à qua Euripo anguſto maris portu ſeparatur, hodie Nigropontus uocatur. Inde Euboicus. a. um. ut Euboicũ mare, quod hanc inſulam alluit. Et Euboicum mare, quod Cumarum Baiarumq́ oræ adiacet: ſic dictum ab Euboicis aduenis, qui illic habitarunt, unde Vergil. libro 6. Aeneid.

» *Teucros uocat alta in templa ſacerdos, Ex-*
» *ciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrũ.*

Euchion, Bacchum cognominãt poëtæ, ἀπὸ τῆς εὐχῆς, id eſt à uoto, ut notant grammatici. Malim Euhyus, ut ſequitur.

Euhyus. εὔιος. Bacchi nomẽ, quaſi bonus filius, nec Euchius legendũ ex Græca authoritate. Horat. Curas edaces diſsipat Euhyus. &c.

Euclides. pen. cor. nomen geometræ inſignis, ab oppido Megaris, quod Iſthmo adiacet, et Plutarcho authore Socratis contemporanei.

Eudora. εὐδώρα. pen. prod. Nympha Oceani & Tethyos filia, et interpretari poteſt bonum donum. Item una ex Atlantibus, quæ ſeptem numero eſſe perhibentur.

Eudoxus. ἔνδοξος. bene glorioſus, quaſi gloria inſignis, proprium nomẽ Aeſchinis filij, qui patria Gnidius, geometra & aſtrologus, ſummus medicus, & Socratis auditor, qui primus annum compoſuit.

Euenos. εὔηνος. pen. pro. fluuius à Thracia deſcendens & Calydoniam ſecans. de quo Ouidius lib. 9. Metamor.

» *Nanq́ noua repetens patrios cũ cõiuge muros*
» *Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas*

Hunc fluuium poëtæ quandoq́ Centaurũ uocant. aliàs Aetoliæ fluuius nõ procul à Calydone, teſte Plinio lib. 4. Dictus ab Eueno Martis filio, Marpiſſæ patre qui ſe in eundem præcipitauit. Vide Idas.

Euganei, Italiæ populi, à Venetis ſuis ſedibus pulſi. Euganei traxerunt nomẽ à generis præſtantia, ut ſcribit Plinius lib. 3. ca. 20. Sunt & montes eiuſdem nominis ſupra Patauium Iſtriam uerſus, in quibus abundant pecudes molliſsimas lanas facientes.

Hinc Euganeus. a. um. Iuuenal.

» *Et Euganei quantumuis mollior agna.*

Euila, regio ad orientem uergens, quam circuit, de paradiſo Phiſon egrediens, quem noſtri mutato nomine Gangem uocant.

Eumenides, furiæ infernales, Megæra, Tiſiphone & Alecto. Latinè beneuolæ & mites dicũtur per contrariũ, quaſi non mites. εὐμενὴς enim beneuolus. Has tres ferunt Acherontis fuiſſe filias, atq́ noctu uno partu editas. Et apud inferos uocãtur canes: unde Lucanus,

» *Iam uos ego nomine uero*
» *Eliciam, Stygiasq́ canes in luce ſuperna*
» *Deſtituam.* Apud mortales furiæ, ab effectu. Vergilius,

» *Ceruleis unum de crinibus anguem*
» *Conijcit, inq́ ſinũ præcordia ad intima ſubdit*
» *Quo furibunda domũ monſtro permiſceat omnem.* Apud ſuperos dicuntur diræ. Idem:

» *At procul ut diræ ſtridorem agnouit & alas,*
» *Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos.*

Vocantur & uolucres, ut apud eundem:

» Iam iam linquo acies, ne me terrete timẽtem
» Obſcœnæ uolucres, alarum uerbera noſco.
Vide Diræ.

Euphrates, fluuius Aſiæ, media producta, contra uulgi uſum. Extat diſtichon elegans in uerſificatorem, qui edito carmine penultimam corripuerat,

» Venit ad Euphraten, undis perterritus hæſit
» Vt cito tranſiret, corripuit fluuium.

De Euphrate uide Plin. cap. 24. lib. 5. Pomp. lib. 3. & Solinum cap. 50. Aſſyriorum lingua, Almachar dicitur.

Euphroſyna, æ. & Euphroſne, nes. pen. cor. fuit una ex tribus Gratijs, & nomen mulieris proprium. Vide Aglaia.

Euripides, Athenienſis poëta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Athenienſibus fugatus eſt. de quo uide Suid. & Gell. lib. 15. cap. 20.

Euripus, media producta, eſt pars maris inter Eretriam & Oropum Bœotiæ, ubi fluctus ſepties quotidie ſic reflectitur, ut plenis uelis currentes retrahat ſecum naues, atq; ob id etiam mare rapidum uocatur. Vide Liuium lib. 8. Decad. 3. Pomp. Melam lib. 2. & in dictionibus Latinis.

Euronotus, (εὐρόνοτος) alio nomine Vulturnus, uentus eſt ab oriente hyberno ſpirans: dictus quòd inter Notum & Eurum ſit.

Europa, o longa, filia Agenoris, regis Phœnicum, quam Iupiter forma bouis, aut uituli, raptam abduxit in Cretam, ibiq; ex ea Minoëm, Rhadamanthum & Sarpedonem peperit. Eſt etiam tertia pars orbis, incipiens à Tanai uel Helleſponto, & deſinens in Athlanticum fretum. Eam Plinius lib. 3. altricem uictoris omnium gentium populi, terrarumq; pulcherrimam nominat, Aſiæ & Africæ aliquando non magnitudine, ſed uirtute comparatam. Vnde huic terræ nomen acceſſerit, aut quis eius extiterit author, à nemine mortaliũ compertum eſſe ait lib. 4. Herodotus. De Europæ laudibus Strabonem legito lib. 3. Hinc Europæi qui Europam incolunt.

Eurotas, fluuius eſt Laconiæ, Spartam præterfluens, cuius ripæ lauris abundant. Nomen ſortitus eſt ab Eurota quodam Myletis filio, qui ſtagnantes per eam regionem aquas in mare produxit. Verg. Eclog. 6.

» Audijt Eurotas, iuſsitq; ediſſere lauros, &c.

Eurus, (εὖρος) uentus ab Oriente flans, & calidus eſt, à quibuſdam etiam Vulturnus dicitur. Græci uocant ἀφηλιώτην, quòd à ſole ſpiret. unde Latinis eadem ratione ſubſolanus uocatur. Ouid. 1. Metamorph.

» Eurus ad Aurorã, Nabathæaq; regna receſsit,
» Perſidaq;, & radijs iuga ſubdita matutinis.

Euryale, Minois regis filia, quæ Neptuno Orionem peperit. Alia fuit filia Prœti Argiuorũ regis. Alia eiuſdem nominis inter Gorgones numeratur, quæ tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes unum oculum habebant, quo inuicem utebantur, Sthennio, Euryale, Meduſa. Serenus tamen dicit puellas fuiſſe unius pulchritudinis, quas cũ uidiſſent adoleſcentes, ſtupore torpebant: unde fungitur, quòd ſi quis eas uidiſſet, uertebatur in lapidem. Hæc Seruius enarrãs illud Vergilij lib. Aeneid. 6. Gorgones, Har» pyiæq;, & forma tricorporis umbræ.

Euryalus, nobilis Troianus, qui cum Aenea poſt dirutam Troiam in Italiam uenit. de quo uide Verg. lib. 9. Aenei.

Eurybatus, latro fuit aſtutia ſingulari, quem deprehenſum, quum cuſtodes uellent cogere ut oſtenderet quibuſnam modis conſueſſet domos conſcendere: ille aptatis ſpongijs & ſtimulis, ferreiſq; retinaculis, irrepſit in parietem, & ſpectantibus illis artificijq; nouitatem mirantibus, prehenſo laqueari per tegulas effugit, eoq; modo periculum euaſit. Hinc Eurybatiſſare, id eſt, quum quis deprehenſus ſit, arte quapiam elabatur. Meminit & huius Homerus lib. 19. Odyſſ.

Eurybia, Nympha, quæ ſtellas & Luciferum genuit, teſte Heſiodo in Theogonia.

Euryclea, ſeu Euryclia Homero lib. Odyſſ. 1. Opos Piſenoridis filia pulcherrima, quã Laërtes in prima exiſtens pubertate uiginti boum precio emit, ac honore parem uxori domi habuit. Fuit Vlyſsis nutrix, à qua primum poſtquàm à Troia reuerſus eſt, cognitus fuit. Ei etiã Laërtes Telemachum nutriendum dedit.

Eurycyon, faber argentarius. Vide Eurytion.

Eurydamas, (εὐρυδάμας) pen. cor. uir Troianus. Latinè dicitur latè domans. Ouid.

» Vtq; uel Euridamas ter circum buſta Thraſylli,

»ſylli, Et Lariſſæis tractus ab hoſte rotis.
Vbi per Eurydamāta intelligunt Hectorem, qui uirtute cuncta domitabat.

Eurydice. εὐρυδίκη. Orphei fuit uxor, quam Ariſtæus amans, cum ea concumbere uoluit, illa autem fugiens morſu colubri in herba latētis interfecta eſt. Cuius amore Orpheus commotus accepta cythara inferos adijt, carminibusq; Plutonem & Proſerpinā flexit, ut eam redderent, quod etiam factum eſt. hac tamen lege, ne in itinere reſpiceret, quod cum præ amore non ſeruaſſet, eam denuo amiſit, ut canit Vergilius lib. 4. Georg.

Eurymedon, filius fuit Fauni, ut placet Statio in Thebaide: Proximus Eurymedon cui paſtoralia Fauni Arma patris, &c. Eſt & Pamphyliæ fluuius, qui ex Tauri iugis ortus mediam Pamphyliam tranat, ut eſt apud Pomp. 1.

Eurynome, (εὐρυνόμη) nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoës. Alia fuit Apollinis filia, quæ Adraſtum Argiuorum regē & Eriphylen Amphiarai coniugem peperit.

Eurypylus, Herculis filius, regnauit in Coo inſula & omnium Græcorum augur peritiſſimus eſt habitus, non tamen ſimilis Chalchanti Troiano. hic cum alijs Græcorum ducib. ad Troiam profectus eſt. de quo Verg. 2. Aenei.
» Suſpenſi Eurypylum ſcitatū oracula Phœbi
» Mittimus, &c.

Euryſtheus, rex fuit Græciæ, Perſei generis, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, ut uaria monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire. unde eum durum appellauit Vergil. qui potuit ad complendum odium nouercale ſufficere.

Eurythus, rex Oechaliæ, Ionem, al. Iolen. filiā denegauit Herculi antè promiſſā, ideo quòd eum fuerat filius dehortatus dicens, ab Hercule & Megæram uxorem, & ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Iunonis inſtinctu. Vnde iratus Hercules propter nuptias ſibi denegatas, euerſa ciuitate interemit Eurythum, & Ionen filiam ſuſtulit. uide Eurytus.

Eurytus, penultima correpta, unus fuit ex Centauris, qui cum Theſeo Hippodamiam ui rapere uellet, ab eodē eſt occiſus. Alius fuit Eurytus, Oechaliæ rex, qui Ioles filiæ ſuæ nuptias pollicebatur, quicunque ſagittandi arte ſe, uel, ut alij tradunt, filios ſuos uiciſſet: nam ab Apolline hāc artem dono acceperat. Ab Hercule igitur uictus, filiam illi negauit. Quapropter Hercules iratus Euryti urbem diripuit, Iolemq; occiſo patre abduxit. Hinc Eurytis, Eurytidis, patronymicum fœmininum. Vide Eurythus.

Eurytion, artificis nomen eſt. Is Pallantis, Euandri filij, arma fabricauerat, ut eſt author
» Vergilius, Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro. Vide Eurycyon.

Euſtathius, martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea uocatus: cum in uenatione ceruū ſectaretur, cōſpecto inter eius cornua crucis ſimulachro, & uoce feræ eiuſdem audita, Cur me perſequeris? domi uxori Theophytæ, & filijs rem manifeſtauit. factiqúe ex hoc Chriſtiani, ipſe unà cū uxore, ſub Adriano æneo tauro necatus eſt. Cuius Romæ templum, feſtumq; colitur. Volaterranus lib. 15.

Euterpe. εὐτέρπη. una eſt Muſarum, quæ Mathemata, uel, ut alijs placet, tibias inuenit, à concentus ſuauitate nomen trahens. eſt enim εὖ bene, & τέρπειν delectare. uide Muſas.

Euxinus, (εὔξενος) penul. prod. mare illud eſt, quod incipit à Boſphoro Thracio. Componitur ex εὖ, quod bonum apud nos indicat, & ξένος hoſpes uel amicus, quaſi bonum ſit hoſpitium, quod per cōtrarium dictum eſt, nam loca ſunt aſperrima. Ouidius lib. 3. de Triſt.
» Euxinus falſo nomine dictus habet.
Sed teſte Plinio libro 6. Pontus Euxinus antè ab inhoſpitali feritate Axenus appellatus eſt, peculiari inuidia Naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris. Pòſt commercio illarum gentium, mollitis aliquantum moribus dictum eſt Euxinus.

E ANTE X.

EXampus, Scythiæ fons de quo Herodotus li. 4. ſic ſcribit, Inter Boryſthenen (inquit) & Hypanim flumina, locus eſt nomine Exampus, ex quo hic amarus fons ortum habet & nomen.

Excetra, (ἔχιδνα) dicta eſt hydra, quòd uno cæſo capite tria excreſcebant. Plaut. in Perſ. Cum excetra, cum Anteo deluctari mauelim quàm cum amore. Scribit Diodorus, Herculem debellaſſe hydram non ſolū ferro, ſed etiam flammis, adhibito Iolao, qui inciſam ceruicem

uicem ardente face eueſtigio inureret. Conſtat (ſecundum Hiſtoricos) hydram in Lerna Argiuorum palude extitiſſe aquas euomentẽ, quæ uaſtabant uicinas ciuitates, in qua uno meatu clauſo multi erumpebant: Quod Hercules uidens, loca ipſa exuſsit, et ſic aquæ meatus clauſit. Nam hydra, ἀπὸ τ͂ ὕδατος, id eſt ab aqua, nomen accepit.

Exquiliæ, arum, mons erat Romæ, dictus uel ab excubijs regum, uel quòd in eo rex Tullus arcem habuerit, addideritq; illum montem ciuitati. Ouid. lib. 1. Faſto.

» Adde quòd excubias ubi rex Romanus agebat, Qui nũc Exquilias nomina collis habet.

Inde Exquilinus. a. um. ut Exquilina porta, & Exquilinus mons dicitur.

F ANTE A.

Fabaria, Calendæ, uide Fabius.

Fabaria, inſula apud Plin. li. 4. ca. 14. à frugis ſimilitudine ſponte prouenientis. aliâs Buchara dicta.

Fabaris, (inquit Seruius, Italiæ fluuius, qui per Sabinos tranſit. Vergil. Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt. Fabaris eodem Seruio authore, etiam Farfarus dicitur. Plaut. Diſsipabo te tanquam folia Farfari. Ouidius: Et amœnæ Farfarus umbræ.

Fabius, (φάβιος) à faba, cognomen eius qui fabam optimè ſerebat: ſic Cicerones, Lentuli, Piſones, & huiuſmodi. Fuerunt autem Fabij nobiles Romani, ex quibus Idibus Februarijs una die trecenti & ſex ad unum occiſi ſunt per inſidias à Veientibus iuxta Cremeram fluuium, quorum cædem Ouid. libro 2. Faſtorum ſic deplorat,

» Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,
» Ad bellum miſſos perdidit una dies.

Vnus tantum ſuperfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanſerat. Hic poſtea cum Annibalis impetum ferre non poſſet, mora eum eluſit, & ad Campaniam traxit, ubi delicijs eius uirtus obtorpuit. Hæc Seruius, illud Vergilij libro Aeneid. 6. explicans,

» Quò feſſum rapitis Fabij?

Sed qui primus Fabius, dictus eſt Allobrox, quòd apud flumen Iſaram Allobrogum regem ceciderit.

Fabricius, (φαβρίκιος) nomen Romani ciuis frugaliſsimi, qui in tenuiſſimo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Hic norma paupertatis & exemplum apud Romanos, qui patellam & ſalinum ex argento tantum colendorum Deorum cauſa domi habuit, ita tamen ut patella corneo pediculo ſuſtineretur. Cuius filiæ ob paupertatẽ de publico dotibus donatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Hunc Pyrrhus Epirenſis nullo auro, nullis pollicitationibus expugnare potuit, ut ſecum eſſe uellet, ac proximum à rege principatum obtineret. Qui dixit Pyrrho, non hoc illi conducibile eſſe. nam ſi Epirotæ (inquit) ambos nos norint, à me regi quàm abs te mallent. Higinius in libris De uiris illuſtrib. ſcribit, legatos Samnitum obtuliſſe dono Caio Fabricio grãdem pecuniam. Tum Fabricium planas manus per omnia ferè corporis membra diduxiſſe, & legatis ita reſpondiſſe, Dum illis omnibus membris quæ attigiſſet, imperare poſſet, nunquam quicquam defuturum, & ita pecuniam repudiaſſe. Verg lib. 6. Paruoq; potentem Fabricium, &c. Vide Cic. 3. Offic.

Fabulinus, putabatur deus, qui pueris primo fari incipientibus præeſt.

Falernus, (φάλερνον) regio Campaniæ, ubi colles uitiferi ſunt. Pro uino uerò tam masculini quàm neutri generis eſt. Martial.

» Reſinata bibit uina Falerna. Tibullus:
» Nunc mihi fumoſos ueteres proferre Falernos.

quondam Amineum appellatum, ut Aminæ uites apud Maronem.

Faliſci, ſiue Phaliſci, (φαλίσκοι) populi fuerũt Hetruriæ, quorum oppidum Falerij (φαλίσκοι) uocabatur. Hos cum obſideret Camillus, eorum ludimagiſter, quaſi ſpaciatũ egreſſus cum Faliſcorum filijs, illos Camillo tradidit. Sed Camillus hominem nudatum & à pueris cæſum in urbẽ remiſit. Quapropter Faliſci iuſtitiã Camilli admirati, ſe ultrò dederũt. Ibi fuit urbs, Mons Phaliſcorum dicta, quam nunc corrupte Montẽ Flaſconem appellant.

Faneſij, populi ſunt in Oceano Septentrionali. qui,

qui ut refert Plinius li.4. tã grandes aures habent, ut eorum nuda corpora tegantur.

Fanum, urbs Piceni ſeu Vmbriæ, amœniſsima in Adriatico littore, inter Piſaurum & Senogalliam ſita, haud longè à Metauro amne, ſic dictum, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ fanum, id eſt, templum fuerit. Hinc Fanenſes, ſeu Faneſtres eius incolæ.

Fanum fortunæ, urbs Senonum in Italia.

Fanus, deus qui euntibus præerat, uel deus anni Cuius imaginem cum Phœnices uellent exprimere, draconem finxerunt in orbem redactum, caudamq́ ſuam deuorantem, ut appareat mundum in ſe reſolui. Macrobius.

Farfarus, ſiue Farfar, Tyriæ fluuius, in radicibus Libani montis emittit ur, & per Antiochiam fluens, in Syriaco miſcetur mari. Hic tantus fertur, ut tranſiri uado non poſſit. Alio nomine dicitur Fabaris, Vide ſuprà.

Faſcelis, dicta eſt Diana. Vide Diana

Fatua, Dea dicta eſt terra, quòd infantes partu editi, non prius uocem edant, quàm terrã attigerint. Eadem & Bona Dea uocata eſt. ἰtẽ. quòd omnium nobis ad uictum bonorum cauſa eſt: & Fauna, quod omni uſui animantium fauet: & Ops, quòd ipſius ope uita conſtat. Vide Bona dea.

Fauentia. φαβεντία. ciuitas Italiæ. Fauentinus. φαβεντῖνος. bona ominatio, à faueo dicta.

Fauonius, uentus à fouendo dictus, quòd cuncta foueat. Eſt enim genitalis ſpiritus uiuendi, eo maritantur uireſcentia terræ. ζέφυρος à Græcis dicitur, ſpirat aduerſus Eurum.

Fauorinus, philoſophus Arelate oriundus, Dionis auditor fuit, præterea eunuchus, & Adriano principi infenſus. Ideo tria de ſe mira narrare ſolebat, ſe Gallum græciſſare, eunuchum mœchum putari, & inimicum imperatori uiuere. Ex Philoſtr. Aelianus de Varia hiſtoria, dicit hunc quandoque in diſputatione quadam Hadriano ceſſiſſe, admirantibusq́ proximis, Non'ne cedam (inquit) ei qui XX habeat legiones?

Faunus, filius fuit Pici et pater Latini, antiquiſſimus Aboriginum rex, deus poſt mortem habitus, qui regnauit in Latio: is genuiſſe etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos ruſticorum numina, quos poëtæ fingunt cornigeros & caprinis pedibus. Ouid.

„Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ Et Fauni, Satyriq́ & mõticolæ Syluani.

Fauni, agrorum & ſyluarum putati ſunt dij, qui poſt prolixum tempus moriuntur, quòd è terra geniti ſint. Seruius Faunum & Faunam tradit dictos eſſe à uaticinando. id eſt fando: unde & fatuos dicimus inconſiderate loquaces. Hos quidam incubos uocãt. Fauni apud Latinos ij ſunt, qui apud Græcos σάτυροι, filij Saturni. Scribit & Hierony. Satyrum à diuo Antonio inuẽtum. Auguſtinus docet, Faunos aut immortales animas non habere, aut humano ſemine natos.

F ANTE E.

Februus, Ditis pater, quòd ei menſe Februario ſacrificaretur. Vnde Februalis Iuno, ſiue Februata, ſiue Februlis dicebatur, quod ei menſe Februario ſacra fiebant.

Felſina, urbs Italiæ, poſtea Bononia appellata ut ſcribit Plinius lib.3. cap.15.

Feretrius, dicitur Iupiter, quod pacem ferre uideretur, quoniam ex templo eius, quod Romæ primum à Romulo ædificatum eſt, ſumebant ſceptrum, per quod iurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent, uel à feriendo, ut inquit Plutarchus.

Feronia, dea nemorum, à ferendis arboribus. Tradunt enim, cum nemus eius aliquando fortuitò arſiſſet incendio, & ob id transferre inde ſimulachrum incolæ uellent, ſubitò nemus euiruiſſe. Vnde Verg. lib.7.

„Et uiridi gaudens Feronia luco.

Fuit & Feronia ciuitas in radicibus Soractis montis Hirpinorum in Faliſcis, in cuius uertice templum erat Deæ eiuſdem nominis quã finitimi mira religione colebant.

Ferraria, urbs Italiæ, ad ueterem Padum fluuium ſita, & Hiſpaniæ promontorium, in Sucronenſi ſinu Carthaginem uerſus, ſic ab accolis cognominatum, quòd ferrarias effoſsiones admodum feraces habeat. Vide Pomp. libro 2. in deſcriptione Hiſpaniæ.

Feſcennina, Plinio ciuitas eſt Hetruriæ, ubi epithalamia, id eſt, nuptialia carmina dicuntur primum inuenta, quæ ideo Feſcennina uocantur. Author Seruius.

Fidena, æ. Φιδήνη, Φίδηνα. pen. prod. & Fidenæ,

arum. urbs Latinorum mediterranea.

Fidenates, populi Sabinorum in Italia, Plinio.

Fidius deus, Iouis filius, à fide dictus, cui præeſt ut nonnullis placet. Plautus, Per deum Fidium credis iurato mihi. Vide Medius fidius in Latinis uocibus.

Flandria, Germaniæ regio, ad littora Oceani ſeptentrionalis poſita, uarios habens populos, qui priſco nomine Cimbri dicti ſunt.

Flexibula, Satyræ nomen apud Varr. quòd conſilium flectat. βουλὴ enim conſilium ſignificat.

Fleuo, Rheni fluminis oſtium, ut ſcribit Pomp.

Flora, dea quædam à Romanis in honore habita. Hæc enim cum magnas opes ex arte meretricia quæſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certamq́ pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia, ſiue ludos florales. Quod quia ſenatui flagitioſum tractu temporis uidebatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, deam finxerũt eſſe, quæ floribus præſit, eamq́ oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene proſpereq́ floreſcerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laſciuia, conuenientes memoriæ meretricis: præter uerborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conſpectu multitudinis ad ſatietatem uſq́ impudicis motibus detinebantur. Hæc à Græcis χλωρὶς dicitur. Ouid.

» Chloris eram, quæ Flora uocor.

Fluonia, Iuno, quam mulieres colebant, quod ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Bocatius.

Fœlicitas, ponitur pro dea quam Romani uenerabantur. Auguſtinus lib. 4. de ciu. Dei, Quid Fœlicitas? dea eſt, ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua perſoluta ſunt.

Fons Solis, in Cyrenaica ſic dictus, quòd Solis per cardines motu, calore & algore uarietur. Ouidius 15. Metamorph.

» Medio tua corniger Ammon

» Vnda die gelida eſt, ortuq́, obituq́ caleſcit.

Fontinalis, porta urbis Romæ, ob propinquitatem ſcaturientium fontium; eadem Capena uocatur. Iuuenalis,

» Subſtitit ad ueteres arcus, madidamq́ Capenã.

Foriculus, deus putabatur, qui foribus præerat: ſicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus deus, qui præerat limini.

Formiæ, Campaniæ urbs, iuxta Caietam, quam Lacones condidere. hodie Nola.

Fortuna, dea credita eſt antiquis. Iuuenalis,

» Te facimus Fortuna deam, cœloq́ locamus.

Fortunatæ inſulæ, à fructuum ubertate dictæ ſunt, quarum numero ſex ſunt, ut tradit Plin. lib. 6. prima Ombrion, ſecunda Iunonia, tertia eodem nomine, quarta Capraria, quinta Niuaria, à perpetua niue nebuloſa, ſexta Canaria, plena canib. ingẽtibus. Vide μακάρων.

Foruli, Sabinorum oppidum, in ſaxoſis locis ſitum, unde Strabo Petras uocat ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiores.

Forum Cornelij, Galliæ Togatæ urbs, authore Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Imola, uide Melam.

F ANTE R.

Francia, regio eſt Germaniæ inter Haſsiam & Sueuiam. Franci eiuſdem populi. » Mantuanus, Miſiſſet fortes contra ge» nera impia Francos. Hinc

Francones, Germaniæ populi ſunt, qui à meridie Sueuos & Bauaros habent, ab occaſu Rhenum, ab ortu Boëmos. Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio uocato.

Fregellæ, uetus Italiæ urbs, olim florentiſsima, cum à Romanis defeciſſet diruta, & ad uicũ iam uſq́ à Strabonis tempore redacta. Silius,

» Et quæ fumantem texêre giganta Fregellæ. Inde Fregellani, populi. Et fregellana uitis. Colum. cap. 2. lib. 3.

Friſij, populi ſunt protinus ultra Rhenum Oceano oppoſiti, ut Ptol. ait, Chaucis ſucceſſere.

Fruſino, ciuitas Campaniæ, à qua Fruſinates populi ad Falernum. Plinius cap. 5. lib. 3.

Frutinal, dictum eſt templum Veneris frutæ.

Fucinus, pen. cor. magnus Marſorum lacus, in quarta regione Italiæ, prope Albenſes Marſorum populos. Quo etiam nomine dictus eſt lacus Volſcorum. Martialis,

» Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.

Fundanus, a. um. (φουνδανὸς) poſſeſsiuum à Funda ciuitate, ut lacus Fundanus.

Funda, quæ & Fundi, oppidũ Italiæ prope Caietam, quod intercidit. Hodie ſolum paluſtre ibi,

ibi, ita tamen ut ædificiorum ueſtigia ruinæq́;
cernantur: iuxta quod Lacus eſt Fundanus,
cuius meminit Plinius cap. 5. li. 3. Inde genero
ſa uina Fundana ſcriptoribus commendata.

Furiæ, (ἐριννύς, ἀλάστορες) deæ furoris ſunt di=
ctæ, & Noctis Acherontisq́; filiæ fuiſſe memo
rantur, Alecto, Tiſiphone & Megæra. Verg.
» Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ,
Quas & Tartaream nox intempeſta Megæ=
ram Vno eodemq́; tulit partu. Fictum eſt
à poëtis inferna loca furias habitare, ſed tor=
menta ſceleſtæ mentis eſſe ueteres uoluerunt.
Cice. pro Roſcio: Nolite putare quemadmo=
dum in fabulis ſæpenumero uidetis, eos qui ali
quid impiè ſcelerateq́; commiſerunt, agitari
& perterreri tædis ardentibus. Sua quenque
fraus & ſuus terror maxime uexat. quenque
ſcelus exagitat, amentiaq́; afficit: ſuæ malæ
cogitationes conſcientiæq́; animi terrent. Hæ
ſunt impijs aſsiduæ domeſticæq́; furiæ, quæ
dies noctesq́; parentũ pœnas à ſceleratiſsimis
filijs repetant. Tres etiam furiæ ſignificant
tres animi affectus, qui homines in omnia fa
cinora præcipites agunt, uidelicet ira, cupidi
tas, libido. Ira, ultionẽ deſiderat, cupiditas o=
pes, libido uoluptates. Vide Diras, & Eumen.

Futinus, (Φῖνος) erat deus, in cuius ſinu puden=
do nubentes præſidebant, ut illarum pudiciti
am prior deus delibaſſe uideretur.

G A N T E A.

GAba, per ſimplex b, (γάβα) teſte Ioſepho li. 5.
Antiquitat. Iudaic.
Galileæ oppidũ eſt.

Gabala, Syriæ urbs, te
ſte Ptol. li. 5. ca. 15. Ge=
bol Hebræis: hodie
autem Volaterrano teſte, Gibel dicitur.

Gabaon, (γαβαών) olim metropolis & regalis ci
uitas Euchorum, & nunc (ut refert Hiero=
nym.) oſtenditur uilla eodem nomine in quar
to milliario Betelis contra occidentalem pla=
gam iuxta Rhama, ubi Salomon oblatis uicti
mis diuinũ meruit oraculũ. Hinc Gabaonitæ.

Gabij, orũ. (γάβιοι) Volſcorũ urbs fuit 70. millib.
paſſuũ ab urbe diſtans, à Galacto & Bio fra=
tribus Siculis cõdita, ſicut ſcribit Solinus, ubi
latomiæ plus quàm reliquæ lapides Romæ ſup
peditãtes. Hinc Gabini, dicti ſunt homines Ga
bijs habitantes. hos Tarquinius dolo ſupera=
uit. Inde Gabinus, a. um. ut Iuno Gabina.

Gabienus, fortiſsimus claſsium Cæſaris à Sex.
Pompeio captus, eiuſdem iuſſu inciſa ceruio
ce iacuit in littore tota die. Deinde cum adue=
ſperaſſet, petijt ut Pompeius ad ſe ueniret, te
ſtatus ſe ab inferis remiſſum, habere quod nun
ciaret. Ex Plinio cap. 52. lib. 7.

Gades, (γάδειρα, τὰ) duæ ſunt, & utranque tam
ſingulari numero Gadam, quàm plurali Ga=
des appellamus. Et ſunt in fine Bethicæ pro=
uinciæ, & in extremo noſtri orbis uerſus oc=
cidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur.
Vocabulum Pœnum eſt, quod ſeptum indi=
cat, eo quòd in morem ſepis circundetur. Ga=
dis maior inſula, quam alij Erythræam, quo
niam Tyrij ab origine eorũ orti, ab Erythræo
mari ferebantur. Alij Aphrodiſiam, quidam
Iunonis inſulam uocauere. In hac inſula Ge=
ryones habitauerunt, quorum boues Hercu=
les abegiſſe fertur. Gadis minor inſula habet
oppidum ciuium Romanorum, quod Iulia
appellatur. In Gadeo erat templum Hercu=
lis honoratum, in quo quidam columnas il=
las eſſe exiſtimant, quæ Herculis columnæ
nuncupantur. Suid. Sunt autem ex ære cubi=
torum octo. Inde Gaditanus, a. um (γαδι
τανὸς) penul. producta, ut, mare Gaditanum.
Et Gaditanæ puellæ, dicuntur libidinoſæ, pro
caces, de quibus Martial. Gaditani oriundi
ſunt à Tyrijs. unde Lucanus,
» Tyrijsq́; à Gadibus hoſpes.

Gadir, (ταρτησσὸς) neutri generis, urbs opulẽta
in Gadibus, antea Tarteſſum dicta, de qua
Rufus Geſtus in deſcriptione orbis.
» Gadir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
» Attollitq́; caput geminis inſerta columnis:
» Hæc Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco
» Tarteſumq́; dehinc Tyrij dixere coloni.
» Barbara quinetiã Gades hãc lingua frequẽtat
» Pœnus quippe locũ Gadir uocat undiq́; ſeptũ,
Hermolaus Gadiruta legit apud Plin. lib. 4.

Gaditani, uocantur eiuſdem incolæ. Claruit
olim hæc inſula excellentibus uiris, ſed puellas
habuit libidinoſas, procaces, ſaltatrices, &
nimia laſciuia in cantilenis & choreis geſtiẽ
tes, ut eſt apud Iuuenalẽ Satyra 11. & ob hoc

quidam Aphrodiſiam quaſi Veneris inſulam uocarunt. Vide Gades. Hæc inſula à Pomponio Erythia uocatur.

Gætulia, pars Africæ, quæ proximos habet Garamantas. Inde Gætulus, pen. pro. Vergil. lib. 4.
» Deſtruat, ut captam ducat Gætulus Hiarbas.
Vide Getulia per epſilon.

Gætuli, (γετοῦλοι, Strab. γαιτοῦλοι, Steph.) Africæ populi ſunt. Africam initio Libyes habuerunt, deinde Aphri, poſtea Gætuli, poſtremo Numidæ.

Galactopotæ, (γαλακτοπόται) penult. prō. populi lac potantes. Colum. lib. 13.

Galanthis, (γαλανθὶς) ut eſt in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ cum domina ſua, partus doloribus laborans, à Iunone, ne pareret, impediretur, mira aſtuia dicitur deam eluſiſſe: ueniſſe quippe ad eam riſu ac lætitia geſtientem, & ſolutam iam partu reginā mentiendo confinxiſſe: qua re intellecta, admiratione ſimul ac dolore concitā deā reſolutis manibus ſurrexiſſe: Tunc ſubitò Alcmænam ſine ullo cruciatu Herculem enixam: Lucinam uero indignatam mox Galanthidem in animal ſui nominis, hoc eſt in galen. id eſt muſtelam mutaſſe, hac addita pœna, ut ore quo præcipuè peccauerat, pareret.

Galatæ, (γάλαται) penult. cor. populi qui Galatiam habitant. Hi primo Gomoritæ dicti ſunt à Gomor Iaphet filio (ut Ioſephus lib. 1. refert) & fratre Aiacis, qui ad ea loca ueniens, ibi ſedes poſuit. Vide Galatia.

Galatea, Nympha Nerei & Doridis filia, quam Polyphemus amauit. Oui. 13. Transfor.
» At mihi, cui pater eſt Nereus, quam Cærula Doris
» Enixa eſt, quæ ſum turba quoq; tuta ſororū.
A lactis cādore ſic dicta. γάλα enim lac ſignif.

Galatia, regio eſt minoris Aſiæ, Phrigiæ contermina, quam olim Galli ex Europa uenietes habitarunt, à qua Galatæ populi. Lucanus li. 7.
» Iſtis parce precor uiuant Galatæq;, Syriq;.
Hæc & Gallogræcia dicitur, à qua Gallogræci. Nam cum à rege Bithyniæ Galli ſimul & Græci in auxilium uocati ueniſſent, partem regni tenuerunt, & ab utriſq; populis Gallogræci ſunt dicti.

Galenus, (γαληνὸς) penul. prod. nomen medici excellentiſsimi, ex Pergamo, Aſiæ urbe. Floruit temporibus Marci & Commodi imperatorum, emicuit Traiani temporibus, uſq; ad Antonium Piū, ſcripſit uolumina XV. Author Suidas. Scripſit præterea in opera Hippocratis dictionarium ex ordine literarū. Fama eſt hunc centum & quadraginta annos uixiſſe.

Galeotæ, uates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Appollinis filio, qui frater Telmeſsi eius traditur, qui Telmeſſum urbem in Caria condiderit, oraculo ex Dodone accepto.

Galeſus, fluuius eſt Calabriæ, prope Tarentum.

Galilæa, (γαλιλαία) penul. prod. nomen duarum regionum, ex quibus una Galilæa gentium uocatur, uicina Tyriorum finibus, ubi & Solomon uiginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in ſorte tribus Neptalim. Altera Galilæa dicitur erga Tyberiadem, & ſtagnum Geneſareth in tribu Zabulon. Galilæa (teſte Plinio) Syriæ, Arabiæ, atque Aegypto coniungitur, terra ferax.

Gallia, (κελτικὴ γαλλία, Stephan.) Europæ pars, à candore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur. Nam montes & rigor cœli ab ea parte ſolis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colorentur: quæ triplex eſt, tonſa ſcilicet ſiue togata, comata, & braccata. Gallia togata dicitur Ciſalpina, ut Plin. lib. 3. ſcribit. Comata cognominatur omnis trāſalpina Gallia, inquit Plin. lib. 4. ca. 17. quam in tria populorum genera hiſtorici diuiſerunt, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica antè dicta eſt. Nam à Scalde ad Sequanā, Belgica, ab eo ad Garumnā Celtica, eademq; Lugdunenſis, inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania. Videtur igitur Comatæ nomē reliquæ Galliæ cōuenire ſecluſa Prouincia. Ptolemæus eam totā Celtogalliā uocat: dicta eſt comata, à coma, quia natio illa erat intonſa: Ammianus in multijugas prouincias diuiſit, utpote qui primam & ſecundam Lugdunenſem, & primam & ſecundam Aquitaniam faciat. Gallos Celtas à nomine regis dictos, & ab eius matris uocabulo, Galatas ſermo Græcus appellat. Gallia Braccata, prouincia Narbonenſis dicente Plinio. Conſtat autem Braccatā dictā eſſe è ueſtiū habitu, quanquam ſunt qui toti id nomen Galliæ falſo tribuant, ut liquet ex libro 1. Cornelij Taciti

Comatam

Comatam à Narbonenſi aliam eſſe omnino. uide Plin.lib.4.cap.17.Iuuenal.

Galli, ſacerdotes fuerunt Cybeles in Phrygia, dicti à Gallo flumine, cuius aquis poti ſtatim furere incipiebant, adeò ut ſe ipſos caſtrarent, quod aliter citra perniciem facere non poterant, niſi Samia teſta. Vide Gallus, & Corybantes.

Gallicanus.a.um.(γαλατικὸς)idem quod Gallicus: ut, Gallicanæ res, Cic.pro Quintio.

Gallicus.a.um.(γαλατικὸς) quod ex Gallia eſt.

Gallinaria,(γαλλιvάρια)inſula eſt in mari Tuſco ſecundum Italiam, contra montes Liguſticos, uiginti millium Albumingaunum. Sic dicta à gallinaticis quibuſdam illuc inuectis, uel ut inquit Var. lib. 3. de re Ruſt. à gallinis ruſticis. Eſt & ſylua Gallinaria,(γαλλιναρία ὕλη) Cumis uicina, de qua Cicero ad Pætum: Qu. Ceparius obuiam mihi fuit in ſylua Gallinaria.

Gallius.a.um ſicut Gallicus & Gallicanus.

Gallogræci, ijdem ſunt qui Galatæ, ad quos Pauli epiſtolæ extant. eorum regio Galatia, quam Gallorum aliquot populos inſediſſe Plinius lib.5. cap.32. teſtatur, & Ptolemæus lib.5. tabula Aſiæ prima.

Gallogræcia,(γαλατία) Galatia dicta eſt, à qua Gallogræci. Nam cum Galli multitudine abundantes, relicto natali ſolo Italiam inuaſiſſent, Græciam impleuerunt, Macedoniam occuparunt, in Aſiam tranſierunt duce Leonorio, Gallogræciam mixto ex Gallis Græcisq́ uocabulo cognominauerunt.

Gallus, fluuius Phrygiæ, cuius aqua potantes facit furere. Ouid. Amnis it inſana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur ſacerdotes Cybeles deæ Phrygiæ qui ſe caſtrabant, & inter ſacrificandum furioſe ſe gerebant. Luca.lib.1.

» Crinemq́ rotantes

» Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli. uide ſupra Galli.

Gallus.a.um.(γαλλὸς)quod ex Gallia eſt.

Ganges.gis.& Gangetis, (γάγγης) Indiæ fluuius maximus, qui uniuerſam circuit Indiam, ſecũ aureas arenas trahens, alio nomine Phyſon à Græcis dictus, de paradiſo exiens, quem alij incertis fontibus ut Nilum, rigantemq́ uicina eodem modo ferunt. Alij in Scythicis naſci, ipſamq́ Indiam ſecare dixerunt, fluereq́ in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia paſſuum, maxima per uiginti patet. Altitudo ubi uadoſiſsimus eſt, menſurã centum pedum implet. Dictus Ganges à Gange Aethiopum rege, ut ait Suidas.

Gangeticus.a. um. γαγγητικὸς. ut, Gangeticæ aues, Colum.lib.3.& Gangetica tellus, Luca.

Gannodurum, Heluetiorum ciuitas ad Rhenum, Ptol.lib.2.cap.9. uulgò hodie Conſtantia, Coſtentz.

Ganymedes, Trois filius, iuuenis ſpecioſiſsimus, quem aquila dum uenaretur in Ida monte Troadis, rapuit, menſæq́ Iouis ad præminiſtranda eidem pocula, adhibuit, cõtempta Hebe Iunonis filia, quæ prima cauſa fuit inuidiæ Iunonis, erga Troianos, poſtea in Zodiaco, poſitus, Aquarij locum obtinuit. Verg. li.1. Aen. Et genus inuiſũ, & rapti Ganymedis honores.

Garamantes, (γαράμαντες) populi Libiæ Pſyllis finitimi, à garamante Apollinis filio cognominati, qui Garamantum oppidum ex ſuo nomine condidit, à quo Garamantius.a. um. & Garamantis. idis. Fuit & alius Garamantes rex, cuius filiam Garamantida Iupiter apud Bragadam fluuium compreſsit, & ex ea genuit Hiarbam. Verg.lib.4. Aen.

» Hic Ammone ſatus, Garamantide nympha. &c. & Garamanticus adiectiuum.

Garganus, celebris mons Apuliæ, ſubtus quem habitantes propè Apuli dicuntur. De quo Lucanus libro 5.

» Appulus Adriacas exit Garganus in undas, Hodie mons dicitur S. Angeli.

Gargara,(γάργαρα) pen. cor. mutatione literæ, à κάρα. ρας. unus eſt ex collibus montis Idæ. Eſt et oppidũ huius nominis poſitũ in imis radicibus Idæ montis. Apud hanc ciuitatẽ tanta erat frugum copia, ut qui magnũ cuiuſuis rei numerũ uellet exprimere, pro multitudine

» immenſa nominaret. Vnde & Oui. Gargara

» quod ſegetes, quot habet Methymna racemos. Dicitur & Gargarus numero ſingulari. Strabo lib.12. Græci γάργαρον neut. gen. dicunt. Sunt qui Gargarus dici uelint ἀπὸ τοῦ γαργαίζειν τὰς πηγὰς. id eſt ab emittendis fontibus. Gargarum. τὸ γάργαρον. autem pro lacu, ex quo Scamander & Simois fluuius decurrũt.

Garumna,(γαρουνᾶς)fluuius tribus amplificatus

omnibus,per Bituriges & Santones,Gallicam utranq; gentem effluit. De eo nemo diligentius Mela ſcripſit.

Gaurus, mons Campaniæ, Maſsico & Surrento propinquus, non procul ab Auerno,in quo naſcitur uinū præcipuæ bonitatis. Stat.lib.3. Syl.Seu tibi Bacchæi uineta madentia Gauri.

Gauranum uinum,dicitur quod in ſummis montium gignitur,à Gauro Campaniæ monte.

Gaza, inſignis ciuitas eſt Paleſtinæ, ſic dicta à regia gaza.id eſt,pecunia,quā illuc quondam Cambyſes Perſarum rex uehi curarat.quondam munitiſsima, ut Alexander bimeſtri obſidione obſeſſam ægre ceperit,ut ſcribit Diodorus lib.17. Apud ueteres terminus erat Cananæorum iuxta Aegyptum, ceciditq; in ſortem tribus Iudæ,& uſq; hodie inſignis ciuitas Paleſtinæ, ut ſcribit Hieron. Vnde Gazæus.a.um.(γαζαῖος)quod eſt ex Gaza urbe.& Gazeticus.a.um. ex Gaza urbe Perſica,ubi nobiliſsima uina naſcuntur, uelut Pomp.Mela ait.

G ANTE E.

GEbenna,Galliæ oppidum,& mons inter Aluernos & Heluetios medius,ditionis Allobrogum ad lacū Loſannenſem ſeu Lemanum. Numero multitudinis extulit

» Lucanus, Qua montibus ardua ſummis
» Gens habitat,cana pendētes rupe Gebennas.

Hodie dicitur mons Geneueræ.

Geenna, (γέεννα) hoc nomen proprium, inquit Hieronymus, à ſaluatore noſtro ponitur. Quæramus, quæ ſit ſermonis huius occaſio. Erat idolum Bahal iuxta Hieruſalem ad radicem montis Mora,in quibus Siloa fluit. Hæc uallis & parua campi planicies irrigua erat, & nemoroſa, plenáq; delicijs, & lucus in ea idolo conſecratus. In tantam autem populus Iſraël uenerat dementiam, ut deſerto templo uicinia ibi hoſtias immolaret, rigorem religionis deliciæ uincerent,filiosq; ſuos incenderent dæmonibus, uel initiarent. Et appellabatur locus ipſe Geennon.id eſt uallis filiorum Ennon.Duplicem autem eſſe geennam,nimij ignis & frigoris,in Iob pleniſsimè legitur.

Gela, & fluuij nomen eſt in Sicilia, & urbis:à pruina,quam multam gignit:& Siculi γέλαν appellant,deducto nomine,ut Suidas ſcribit, uel à Gelone Etnæ & Hymani filio. Inde gentile Geleus,Suidas.Vergilius,

» Immaniſq; Gela fluuij cognomine dicta.

Vide Geloum.

Gellius,uiri proprium,ἀπὸ τοῦ γελᾶν.id eſt ridere.

Gelones,(γελωνοί) uel Geloni, populi ſunt Scythiæ,interius habitantes, Agathyrſis conterımini, dicti à Gelono Herculis filio. Hi ſolebant ſe pingere. Vergilius, Pictoſq; Gelonos. Hi nunc Getæ dicūtur ſiue Tartari corrupto uocabulo.Horū meminit Pom.Mela li.1.& 2. Multas ſinguli habebant uxores, contenti uiuebant ſuis finibus, ut ait Horat.lib.2.Car. Sanguinem equinum bibebant cum lacte, teſte Vergilio in Georgicis.

Geloum,ſtagnum eſt Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit, à quo non procul duo fontes ſunt, ex quorum altero ſi ſterilis bibit,concipit:ex altero autem ſi fœcunda,ſterilis fit. Hinc campi Geloi apud Verg. ſtagno illi adiacentes. Sunt tamen, qui ab Gela fluuio dictos uolunt.

Gemoniæ ſcalæ dicebantur, ad quas corpora damnatorum tracta præcipitabantur.

Geneſareth,ſtagni nomen proprium: ab eo (ut quibuſdam uidetur) ſic dictum, quod flantibus uentis,criſpantibus undis,auram ex ſe generare uideatur. Idem dicitur mare Tyberiadis, à Tyberiade ciuitate: & mare Galilææ, ab adiacente Galilæa prouincia. Tenet hoc mare ſiue ſtagnum 140. ſtadia in longitudine 40.uerò in latitudine.

Genius,dicebatur à priſcis Deus naturæ,& qui omnium rerum gignendarū uim haberet, unde cuiuſq; rei dicebatur ſuus Genius: hominiq; duos Genios aſsignabant, bonum & malum. Accipitur pro ipſa natura: quidam ipſam animam uel deum, uel ſpiritum eſſe uolunt,qui mortales ad uoluptatem incitet.

Genua,(γένυα) Ligurum caput in Italia ad mare noſtrum. Hinc incipit Apenninus mons, diſtatq; à Sabatijs ſtadijs ducentis ſexaginta. Geneua uerò eſt extremum Allobrogum oppidum, proximum Heluetiorum finibus. Ex eo oppido pons eſt ad Heluetios pertinens.Dicta Genua à genu, quia habet tanquam genu recuruum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio,qui fertur eam condidiſſe. Vel(ut quidam aiunt)à Genuino Phaëthontis ſocio. Alij etiam

etiam à Iano Italorum rege. Hanc Annibal penitus deleuit, ſed Cornelius Seruilius conſul inſtaurauit, ſicut Liuius refert. Hinc ſunt adiectiua Genuenſis, & Genuanus, (γενουάτης.) Cur autem dicatur Liguſtica regio, apparet non obſcurum à Lyge gigante, qui Herculem profligauit Marſiliam uſq;, poſt aduentũ ab Geryone. Habitauit Lygis prope Chryſopolim. id eſt Parmam, & Rhegium Longobardiæ, & Mutinam, & Mantuam.

Georgi, Aſiæ populi ab Agricultura nomen ſortiti. Vnde Georgius nomen proprium, quod ſi interpreteris colonum ſignificat.

Germania, Europæ regio, quæ à Gallis, Rhætijsq; & Pannonijs, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacisq; mutuo meatu & montibus ſeparatur. Author Tacitus. Quòd ſi proprios limites obſeruare libet, intra Rhenum, Danubiumq; Germania eſt: ſi gentium migrationem & linguæ commercium attendimus, rectius Alpibus à meridie, nec omnino ab occaſu Rheno terminabitur. Sunt qui magnam uocant eam, quæ intra Rhenum, Danubium, & Iſtulam eſt, reliquam trans Rhenum Galliæ contiguam, ut diximus, in inferiorem diuidunt & ſuperiorem, huic totum tractum adnumerantes, qui intrà Alpes, & Danubiũ uſq; ad Pannonas protenditur. Germani ipſi indigenæ exiſtimãtur: quoniam non eſt uerisimile aliquos Aſia, aut Aphrica, aut Italia relicta, Germaniam petijſſe, informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq;, niſi patria ſit. Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo eorum, quem terra ortum exiſtimabant: poſteà Alemanni dicti ſunt ab huius Dei filio Manno. Germaniæ uocabulum nuper à Romanis additum: quoniam cũ primum Rhenum deuictis Gallis tranſgreſsi fuiſſent, uidentes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, & moribus, & uiuendi ritu Gallis ſimilimos, Germanos eos, hoc eſt fratres Gallorum eſſe exiſtimauerunt. Hæc Strabo lib. 7. Hinc Germanici, & Germanicani, quæ inter ſe differunt, ſicut Hiſpanienſes ab Hiſpanis ſeparantur, Sicilienſes à Siculis. Nam Germanicani dicũtur milites Romani in Germania militantes: Germanici, qui ex Germania ſunt. Sueton. in Tyber. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinẽ, ante omnia, ut æquarentur ſtipendio prætoriani Germanicanis. Idem infra: Neque enim deteriores eſſe aut Hiſpanienſi exercitu, qui Galbam: aut Germanico, qui Vitellium feciſſent. Germanici autem dicti ſunt quidam imperatores, à deuictis Germanis.

Geryon, γηρύων. nomen regis Hiſpani filij Chryſaoris ſecũdùm Heſiodum, qui præfuit tribus inſulis, quæ adiacent Hiſpaniæ, Balearicæ maiori, & minori, & Ebuſæ, ideoq; Tricorpor dictus eſt, quem Hercules interfecit, eiusq; boues abſtulit. Alij tres fratres uno nomine Geryones dictos uolunt, & quoniam tanta inter ſe concordia uiuerent, una anima regi putatos. Fingitur etiam bicipitem habuiſſe canem, quia & terreſtri & nauali certamine plurimum potuit. Quod nomen etiam Geriones. næ. & Geryones. nis. & Geryoneus (ſecundum Priſcianum) declinari poteſt. Hinc Geryonaceus. cea. ceum. γηρυόνιος.

Gesodunum, nomen urbis in Norico, ut ſcribit Ptolemæus. Vulgò Saltzburg.

Getæ populi ſunt Thraciæ, natura & moribus feroces: è montibus aliàs ac ſaltubus expulſi à Sarmatis ad Duriam amnem. À Romanis Daci uocantur. Quidam tamen Getas à Dacis ita diſtinguunt, ut Getæ ſint, qui ad Pontum in orientem uergunt: Daci, qui in oppoſitum uerſus Germaniam, & ad Iſtri fontes quos olim Dauos uocatos nonnulli uolunt. Ex quo apud Athenienſes Dauorum & Getarum ſeruilia nomina in uſu maximè fuerunt. Spartianus Getas dicit Gotthos. Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt Geta, uel Getes.

Getuli, Africæ populi, hi & Libyes, primi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerunt, aſperi incultiq;, quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum uti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege, aut imperio cuiuſquam regebantur, uagi palãtes, quò nox coëgerat, ſedes habebant. Author Sall. in Iugurth. Vide Gætulia per æ. Lucanus:

» Inculto Getulus equo ſemperq; paratus. &c.

G ANTE I.

Gigas. gantis. (γίγας) uir altiſsimæ ſtaturæ, Titanis & terræ filius à poëtis fingitur, cum

tur, cum nihil aliud Gigantes fuiſſe credendum ſit, quàm hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideo creditam deos è cœleſti ſede pellere uoluiſſe. Ouidius,
» Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes.
» Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe gigantum.
id eſt, obſcuro & ignoto genere natus. Hinc Giganteus. a. um. (γιγάντειος) nomen poſſeſſiuum. Ioſephus lib. 1. Antiquit. dicit gigantes fuiſſe ex dæmonibus incubis progenitos.

Gigantes, ſi ad Phyſica reſpicimus aliud nihil ſunt quàm ſpiritus illi terra clauſi: qui dum exitum non inueniunt, ut ſibi uiam faciant, montibus altiſsimis adeò perſæpè concuſsis, ut aut rumpantur aut ingentia fruſtra emittant contra Iouem, id eſt cœlum uerſus. Hinc illa pugna gigantum, montes in Iouem mouentium uetuſta.

Gion, uel Geon. γηὼν. fluuius qui apud Aegyptios Nilus uocatur, in paradiſo oriens, uniuerſam circuit Aethiopiam. Ioſeph.

Glaucopis, (γλαυκῶπις) pen. prod. glaucopidis, habens oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas, quæ à Latinis dicitur Cæſia: à colore cæli, quaſi cælia.

Glaucus, Hippologi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis uenit, cũ quo Diomedes memor ueteris hoſpitij, iunctis dextris amicitiam iniuit, armaq́ commutauit ænea pretio nouem boum cum illius aureis armis, quæ centũ erãt boũ. Author Homerus Iliad. 6. Vide prouerb. Diomedis & Glauci commutatio. Ferunt tamen hunc ab Aiace occiſum, cum pro corpore interfecti Achillis pugnaretur, & poſtea in Lyciam uentis delatum in fluuium mutatum eſſe. Glaucus, piſcator, ut habetur in fabulis, piſces captos ſuprà ripam explicuit, donec retia ſiccarentur. At illi contacta herba, colligentes ſeſe, in mare proſilierunt. Glaucus eam herbam deguſtans, immortalitatem adeptus eſt, ut eſt apud Ouid. 13. Meta. Vide Prouerb. Glaucus comeſa herba, &c.

Glaucus, Siſyphi filius qui apud Potniam regnauit, Bœotiæ uicum, equas alebat humana corpora paſcentes, à quibus cũ à coitu cohiberet, quo eſſent ueclociores, furore à Venere immiſſo, ipſe poſtremò deuoratus eſt. Auth. Probus grammat. Seruius uerò dicit Glaucũ Potniadem, ſacra Veneris ſpernentem ab equabus ſuis, quibus ad currum utebantur, dilaceratum. Verg. Geor. 3. Et mentem Venus ipſa
» dedit, quo tempore Glauci Potniades malis
» membra abſumpſere quadrigæ. Vide Adag. Glaucus alter.

Gleſſaria, inſula in Oceano Germanico, quæ, teſte Solino, cryſtallũ dat & ſuccinum, Sudau uulgò appellata, haud longè à Pruſsia. Vide Auſtraria.

Gnidus. γνίδος. ciuitas Lyciæ, duos portus habuit & in fronte inſulam, quæ ſtadia ſeptem ambitus complectebatur, theatralis, & alta aggeribus iuncta continenti. In ea fuit Veneris templum & ſimulachrum à Praxitele mira arte ſculptum. Ouid. li. 10. Piſcoſamq́ Gnidon, &c. Hinc Gnidius. a, um. Horat.
O Venus regina Gnidi. &c.

Gnoſus, ſiue Cnoſus, ſiue Cnoſſus. κνωσσός. urbs eſt Cretæ in plano ſita, olim Cerathus dicta à præterlabẽtis fluuij nomine, ut ſcribit Strabo, hodie Candia uocatur, quondam Minois regia. Hinc Gnoſus, Gnoſius, Gnoſidus, & Gnoſiacus. a. um.

G ANTE O.

Gog & Magog, multi putant eſſe gentes Scythicas, immanes & innumerabiles, quæ trans montem Caucaſum, & Mæotidem paludẽ, & prope Caſpiũ mare ad Indiam uſq́ tendãtur. Sed Hier. teſte in Ezechiel. non ſunt gentes, ſed Latino ſermone Gog tectum dicitur, Magog uero detectum, quæ non literaliter, ſed ſpiritualiter intelliguntur. Nos id breuitatis cauſſa hic omittimus.

Gomorrha, & Gomorrhum, utroq́ modo dicitur, ſicut Sodoma, & Sodomum Iudææ duo oppida. Solinus.

Gorgias, (γοργίας) nomen proprium rhetoris celeberrimi, qui pulcherrimum librũ de Concordia, Græcis tunc inter ſe diſsidentibus, recitauit Olympiæ. Fuit & alius Georgias philoſophus Leontinus, Siculus Rhetor, Empedoclis diſcipulus. Huius meminit & Cice. paſsim in Bru. & lib. de Orat.

Gorgones, (γοργόνες) pen. cor. dictæ ſunt Phorci filiæ, quæ Dorcades inſulas, in Oceano Athiopico ſitas habitaſſe dicũtur, cõtra Heſperidũ hortos, quæ ab agilitate nomen habẽt. γοργὸν enim

enim agile, terribile dicunt. Scribit Diodorus fœminas fuiſſe in Africa bellicoſas, aduerſus quas Perſeus bellum geſſerit, et earum reginā Meduſam debellauerit, ac interfecerit. uide in Meduſa & Pegaſus. & Prouerb. Eras. Orci Galea. Lucanū li. 9. & ſuprà Euryale. Hinc

Gorgoneus. a. um. nomen poſſeſs. Ouidius,
» Gorgoneas tetigiſſe domos.

Gortys, ſiue Gortyna, ciuitas Cretæ, ab heroē cognominata, per quam fluit Lenæus amnis, cuius accuſatiuus Gortyn, Gortyna, ſeu Cortyna, plerіq; Cortinam. Eſt & alia ciuitas in Arcadia huius nominis.

Gotthi, immanes Scythiæ populi, qui Italiam, & deinde Hiſpaniam inuaſerunt. Gotthorum hiſtoriam uide apud Volater.

Gotthia, regio Europæ, contermina Daciæ, & Noruegiæ. Ex qua Gotthi qui nunc Sueci & Ruſci uocantur. Inde Gotthicus. a. um.

G ANTE R.

GRææ, (γραῖαι) tres fuerunt ſorores, Phorci filiæ, unicum tantum habentes oculum, & quibus uiciſsim inter ſe tres utebantur. Harū ope Perſeus ad Gorgonas peruenit. Vide prouerb. apud Eraſmum, Orci galea, ubi hæc omnia copioſius.

Græcus, (γραικός) cum æ diphth. nomen uiri proprium, à quo Græcia, regio Europæ dicta eſt. Vnde & Græcus. a. um, quod ex Græcia eſt. Hæc undiq; mari circumſepta, præterquàm à ſeptentrione, ubi Pindo, Olympo, & Oſſa montibus clauditur. Sic dicta à Græco rege. Græci qui & Graij, Danai, Pelaſgi, Achæi Argolici, Achiui dicuntur, eiuſdem populi. Vide infrà in dictione Hellas.

Græcoſtaſis, penul. cor. quaſi Græcorum ſtatio, locus, de quo uide Varro. de ling. Lat. lib. 5.

Gracchus, (γράκχος) per duplex cc, & cum aſpiratione, Gracchorum ex Cornelia Africani ſorore pater, Proconſul, Celtiberos in deditionem accepit, ac monumentum operum ſuorum, Gracchorum oppidū in Hiſpania conſtruxit, ut Liuius refert. De hoc ſcribit Plutarchus & Valerius. Duo autem fuerunt Gracchi fratres, Tyberius & Caius. Hi multas factiones concitarunt in rep. uoluerunt enim commouere plebē in ſenatum, & reuocare leges agrarias, de agris uiritim diuidendis: ob quā cauſam ambo occiſi ſunt. Vide Cornelia.

Gradiuus, pen. prod. Martis cognomen: à gradiendo, uel quia gradatim, & per ordines in bellum itur. Sunt tamē qui à gramine dictum putent, quia gramine ſit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximæ eſt honorationis. Alij à uibratione, propter haſtas crebrò in bello uibratas, quoniam Græci κραδαίνειν uibrare dicunt. Alij gradiuum non Latinum nec Græcū, ſed Thrax uocabulū eſſe, & ſignificare bellicoſum ac fortē dicunt. Verg.
» Gradiuumq; patrem Geticis qui præſidet aruis. Vide Quirinus.

Graiugenæ, pen. cor. Græci dicti ſunt. Verg. 3.
» Aen. Graiugenûmq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua.

Graius, adiectiuum, Græcus. Verg. 4. Aeneid. Graiumq; ideo bis uindicat armis.

Granicus, Bithyniæ fluuius, pugna quæ inter Perſas & Alexandrum fuit nobilis, de qua apud Diodorum lib. 17.

Gratiæ tres ſunt: Aglaia, Thalia, & Euphroſyne, de quibus ſuprà in Aglaia, & Charites.

Grauionariū, Germ. urbs Ptol. uulgò Bamberg.

Grauiſcæ, Hetruriæ ciuitas eſt, Mōs altus hodie.

Gryneū, oppidum Myreneorū, ut docet Strabo lib. 13. in quo templū Apollinis & locus uaticinandi peruetuſtus, unde & Grynæus appellatur.

Gryneus, (γρυνεύς) nomen unius ex Centauris. Seruius, Clazomene ciuitas eſt Aſiæ, iuxta hanc nemus eſt Grynæum, ubi Apollo colitur. Verg. in 6. Eclo.
» His tibi Grynæi nemoris dicatur origo,
» Ne quis ſit lucus quo ſe plus iactet Apollo.
Vbi Seruius, Grynæum nemus eſt in finibus Ionijs, Apollini conſecratum.

G ANTE Y.

GYara. æ. uel Gyarus. ri. & Gyari. orum. parua inſula in Aegæo mari, una ex Cycladibus, circuitu 12 millium paſſuū in quam Romani noxios relegabant. Iuue. Sa. 1.
» Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum Si uis eſſe aliquid, &c. γύαρον.

Gyges, nomen regis Lydiæ, de quo Cic. 3. Offic. & fluuij in eadem. Item Titanis & Terræ filij, immanis gigantis, & centimanus, fratris Briarei. Sunt tamen, qui Briareum, Gygen, & Aegeona eoſdem putant. Oui. lib. 4. Triſt.

Centima-

» Centimanumq́ Gygen, ſemibouemq́ uirum.

Gymnoſophiſtæ, (γυμνοσοφισταί) philoſophi Indorum: ſic dicti, quòd nudi incederent. nam σοφιστὴς ſapiens dicitur. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Indorum gymnoſophiſtæ, qui nudi perhibentur philoſophari in ſolitudinibus Indiæ, à generando ſe cohibent. Hi ab exortu ad occaſum perſtare dicuntur, ſolem contuentes immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtentes. Hi frigora niuium & æſtus flammæ citra dolorem perferunt. Fertur Alexandrum Macedonem ad eos acceſſiſſe, dixiſſeq́: Petite quodcunq; uultis. Qui reſponderunt, Da nobis immortalitatem, quã præ cæteris optamus. Quibus ille ait, Cum ego ſim mortalis, immortalitatẽ nemini præſtare poſſum. Si ergo (inquiunt) mortalem te eſſe cognoſcis, cur non contentus patrijs ſedibus, omnibus infeſtus, totum orbem ſubijcere conatis? De his uide in dictione Brachmanes.

Gyndes, Aſſyriorum fluuius maximus ſecundum Euphratem, quem Cyrus in 46. alueos diſpertiuit, de quo uide Sen. lib. 3. de Ira.

DE LITERA H.

Hadria, m. g. pro ſinu maris, ſeu pro ipſo mari Hadriatico. Lucanus lib. 5.
» Sonat Ionio uagus Hadria ponto.

Hadria. f. g. eſt oppidum ad Ferrariã, nunc demerſum, ad XXXV lapidem. Vulgò Ari. Ab eo Hadriaticũ mare nomen accepit. Hinc fiunt Hadrianus. a. um. Hadriaticus. a. um. & Hadrienſis.

Hæbudes, inſulæ ſunt. Vide Solinum.

Hædui, populi Galliæ, Aruernis finitimi, trans Ararim habitantes, inter Burgundos nominati. Cæſar. Vide Hedui.

Hæmonia (αἱμονία) regio quæ poſtea dicta eſt Theſſalia. Vide Aemonia.

Hæmus, Thraciæ mons, ſic dictus ab Hæmo Boreæ & Orithyæ filio. Polyb. author, ut ſcribit Strabo, Hæmum adeò eſſe altum, ut utrumq; ex eo mare Aegæũ & Ionium ſpectentur, quanquam falſum Strabo putet. Eius accolæ Hæmimontani dicti ſunt. Vide Hemus.

Halacomene & Halalcomenæ tam ſingul. quã plur. numero, ſiue Halalcomenium ciuitas in Bœotia, unde Minerua Halalcomenæa cognominata eſt, quod in eo loco coli ſolita ſit.

Halcyon, uide in dictionibus Alcyone & Ceyx.

Haleſina, Siciliæ ciuitas, de qua Cic. 5. Verr.

Haleſus, Agamemnonis fuit filius ex Briſeide, ut quidam uolunt, ex Clytemneſtra ut alij: dicunt enim hunc cum matre ſenſiſſe contra patrem, & poſtea patria pulſum in Italiã ueniſſe, atq; apud Maſsicum Campaniæ montem conſediſſe, & tanquam Troiani nominis hoſtem Turno aduerſus Aeneã fauiſſe. Verg.
» Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis
» Iungit Haleſus equos, &c. Ouidius quoq; lib. 4. Faſt. author eſt, hunc Faliſcos condidiſſe. Eſt & fluuij & montis nomen non longè ab Aetna, ubi Proſerpina flores legit cum alijs uirginibus.

Halicarnaſſus, Cariæ ciuitas, Argiuorum colonia, in qua Mauſolei quondam nobiliſsimum opus extabat, clara Herodoto. Inde Halicarnaſſæus. a. um.

Halizones, populi ſunt Paphlagonum, ſic dicti, quòd undiq; mari circundentur. παρὰ τὸ ζωννύναι. id eſt circundari: & ἁλς. id eſt, mare. Tortelius.

Halys, (ἅλυς) maximus Paphlagoniæ fluuius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra uentum Aquilonem in Euxinum mare euoluitur. Crœſi fato, quod attuliſſe uiſus eſt, nobilis. Notum oraculum eſt,
» Crœſus Halym penetrans, magnam peruertet opum uim. Quo deceptus, cum regnorum opes expectaret, ſuas profligauit. Scribit in hanc ſententiam Cic. lib. 2. De diuinat.

Hamadryades, (ἁμαδρυάδες) pen. cor. nymphæ ſyluarum, ſiue ſyluarum numina. ἅμα enim ſignificat unà & ſimul, δρῦς quercus. Nympha quæ cum arboribus naſcitur & perit.

Hamaxan, (ἅμαξαν) ſydus uocant Græci, quod nos ſeptentriones: à figura poſituraq́ ipſa, quia ſimile plauſtri uidetur. uide Gellium libro 2. cap. 21.

Hamaxobitæ, ſiue Hamaxobij, populi Sarmatiæ in Europa, qui quia pro ſedibus plauſtra habent, ſic dicti ſunt, authore Pompo-

nio

nio Mela libro 2. Græcis enim ἅμαξα plauſtrum dicitur.

Hanno, factionis Bracchinæ, qui cum optima conſuleret Carthaginenſibus de pace, nequaquam exauditus eſt. Author Liuius in primo & ultimo de bello Pun. apud quem prudētiſſimas orationes & Aſdrubalis legere licet.

Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale monile dedit, eò quod ex cōiugis adulterio fuiſſet prognata. Reliqua uide ſuprà de Cadmo, & apud Ouid. lib. 6. Metamorph.

Harpalice, mulier fuit Thrax, Lycurgi filia, uenationibus dedita: hæc cum patrem ſenem à Getis captum ſenſiſſet, collecta confeſtim multitudine, & celerius, quàm de fœmina ſperari potuerit, illū armis & robore liberauit. Verg.
» lib. 1. Aen. Vel qualis equo Threiſſa fatigat,
» Harpalice, uolucremq́ue fuga præuertitur Hebrum.

Harpe, gladius eſt Mercurij falcatus,
» quo Perſeum uſum ferunt. Ouid. li. 5. Metam.
» Et inertia fruſtra
Brachia tendentē Cyllenide concidit Harpe.

Harpocrates, deus Aegyptiorum ex Iſide & Oſiride uel Serapide natus, cuius ſimulachrū ita apud ueteres fingebatur, ut digito admoto ori ſilentium indiceret, qualis & apud Romanos dea Angerona. Vide Eraſ.

Harpyiæ, dicuntur Ponti & Terræ filiæ, ut ait Seruius. undè in inſulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes: dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id eſt à rapiendo. Volatiles, uultu uirgineo, manibus uncis. Alij dicunt eas Neptuni filias, qui ferè prodigiorū omniū pater eſt. Alij autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ. Has Vergilius tres eſſe dicit, Aëllo, Ocypete, Celæno, quarum poſteriorem Homerus Podargē uocat, & ex ea Zephyrum uentum, Achillis equos, Balium uidelicet & Xanthum genuiſſe dicit. Heſiodus tantum duas nominat, Aëllo uidelicet & Ocypeten. De Harpyis quoq; ſuprà de Calai & Zethe, item infrà de Phineo.

Haſdrubal, Vide Aſdrubal.

H ANTE E.

Hebe. ἥβη. filia fuit Iunonis abſq; patre, ut Latinorum poëtæ aſſerūt, Apollo enim cū Iunoni nouercæ conuiuiū in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit, quas cum Iuno deſiderio comediſſet, illico uſque tunc ſterilis prægnans effecta eſt, peperitq; Heben, quam poſtea Iupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus aſſumpſit, deamq; iuuentutis effecit. Tandem cum ipſe unà cum cæteris Dijs apud Aethiopes comeſſaturus iuiſſet, contigit, quòd adminiſtrante eius Hebe pocula, perq; lubricum minus cautè incendente caderet, amotis ueſtibus obſcœna ſuperis monſtraret, quam ob rem ab officio eſt amota, eiusq; loco Ganymedes ſubrogatus. Poſtremò Herculi in Deos relato, uxor data, author Seruius. Homerus autem ex Ioue eam conceptam eſſe tradit, neque omnino ab officio remotam, ſed cæterorum Deorum pincernam fuiſſe, Ganymedem uerò ſolius Iouis. Dea iuuentutis putabatur. ἥβη enim (ut ait Suidas) florem ætatis & primos illos pilos ſignificat.

Hebræi, (ἑβραῖοι) dicti ſunt Iudæi, ab Heber qui fuit abnepos Sem filij Noë: prius Heberæi cognominati, ac deinde una detracta litera Hebræi, ſicut docet Aug. lib. 10. Ciuit. ab Hebræus fit Hebraicus. a. um. ut lingua Hebraica.

Hebrus, Thraciæ fluuius naſcitur iuxta Adrianopolim, in monte Rhodope, labiturq; in Aegæum mare, è regione Samothraciæ inſulæ. Celebratur propter aurum quod ex arena eius colligitur. Poëtæ fabulantur in hunc Orphei caput, cum Cicones eum confeciſſent, proiectū eſſe, unde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. Verg. lib. 4. Georg.
» Tu quoq; marmorea caput à ceruice reuulſū
» Gurgite cū medio portans Oeagrius Hebrus
Volueres, &c. Ouid. lib. 11. Metam Membra
» iacent diuerſa locis, caput Hebre lyramq;
» Excipis, & mirum, &c. hodie Mariza dicitur.

Hecate. (ἑκάτη) pen. cor. trium poteſtatum numen. ipſa eſt enim Luna, Diana, Proſerpina. ſic dictum, ut eius mirabilis potentia oſtendatur: uel quòd centum hoſtijs placetur, ſiue quòd centū annos errare facit inſepultos. Luna, propter uarias effigies, quas quotidie nouas repræſentat: uel propter lunæ multiplicem uirtutē: ſeu propter coronas, quæ multifariè circa lunam conſpiciuntur. Plinius, Exiſtunt coronæ circa lunam, & circa mobilia aſtra.

Sunt qui ab ἑκάτῳ, hoc eſt ſole deriuari putent, ut ſit Hecate ſicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus eſt autem ſol Hecatos, ab ἑκὰς longè, quòd eminus radios ſuos ad nos mittat, & ob hoc dicatur iaculari. Hæc & τρικέφαλος, quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, »dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium »ſuis agreſtis. Ouid. Tuq; triceps Hecate. Alia fuit Hecate uenenorum & herbarum, radicumq; cognitione peritiſſima, ex Perſeo Solis filio & Aeëte fratre, quem in Taurica regione regnaſſe Dionyſius Mileſius teſtatur, progenita. Ab hoc igitur illam Perſeida dictam alij uolunt, alij uerò à patre Perſe Titano. Vide Aeëtes. Ouid. lib. 7. Metamorph.
» Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras.

Hector, filius fuit Priami, ex Hecuba uxore, Troianorum omniũ fortiſſimus, quo ſoſpite, Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachen, ex qua Aſtyanactem ſuſcepit, quem Vlyſſes capta Troia è faſtigio turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles ſolus Troianos, fugabat, ex quibus Proteſilaum & Patroclum aliosq; permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus eſt. Vide quoq; ſuprà de Achille.

Hectoreus. a. um. adiectiuum eſt poſſeſſ. in Epiſt. Nomine in Hectoreo pallida ſemper erã.

Hecuba, uxor regis Priami, quam Homer. filiam Dymantis dicit, idq; ſenſiſſe uidetur Oui. lib. 13. Meta. Euripides uero non Dymantis, ſed Ciſſei filiam Thracum regis eſſe dixit: quem ſecutus eſt Verg. lib. Aeneid. 10. Quia prægnans ſomniauerat ſe accenſam facem parere, quæ patriam totam inflammaret. Ideo porrò in canem conuerſa fingitur Hecuba, quòd cum poſt euerſam Troiã captiua à Græcis duceretur, Polydori corpus in mare præcipitatum agnouiſſet, ſeq; in maria præcipitare uellet, nimio dolore inaniter Græcis conuitiaretur. Hæc Seruius.

Hedui, populi Galliæ poſt Heluetios & Sequanos in occaſum uergentes, iuxta quos ex alpibus fluit Araris: quorum hodie loca Burgundiones tenent. Illorum caput Auguſtodunum erat, de quo Tacitus lib. 3.

Hegaleos, mons eſt Atticæ nemoroſus.

Hegitinatia, Germaniæ urbs, uulgò Lignitz.

Helena, filia fuit Iouis, uel ut alij Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præſtabat, à multis amata eſt, & primũ à Theſeo adhuc uirguncula rapta, ſed poſtea abſente Theſeo à Caſtore & Polluce repetentibus citra iniuriam reſtituta: mox adulta Menelao Lacedæmonũ regi nupſit. Paris aũt Priami filius nemini quoque forma cedens illius pulchritudine illectus Spartam nauigauit, ibiq; Helenam ipſam abſente Menelao, à quo prius benignè fuerat exceptus, rapuit. Hac itaq; iniuria uniuerſi Græcorum principes cõmoti, primum omnes in Auli de coniurarunt de repetenda Helena, & euertendo Ilio, ut decennali bello factũ eſt. Porrò occiſo Paride Deiphobo eiuſdẽ fratri nupſit. Græci itaq; armis diffidentes, proditione urbem capere conati ſunt, et cũ diſceſſum ex compoſito ſimulaſſent, illa ex arce accenſa face ad occupandã urbem Græcos reuocauit. Capta urbe, Menelaũ in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, uocauit, quo interfecto cũ uiro in gratiã rediiſſe Verg. author eſt. Hoc igitur modo Menelao reſtituta cũ eodem nauem aſcendens, tẽpeſtatibus in Aegyptũ delata eſt, inde rurſus nauigans cum marito incolumis in »Lacedæmoniam peruenit. Verg. li. 2. Ledæamq; Helenam Troianas uexit ad urbes.

Helenus, filius fuit Priami ex Hecuba, uaticinio clarus, quem quidam ob id à Græcis reſeruatum dicũt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam reuelaſſet. Ipſe etiam Ilio deiecto, Pyrrho nauigationem prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non ſolum à Pyrrho ſeruatus, ſed etiam in Epirum deductus eſt, cui quoq; poſtea Pyrrhus cum Hermionem Oreſti rapuiſſet, Andromachen Hectoris coniugem, quam ipſe uxoris loco habuerat, conceſſit, data ſimul regni parte, quam Helenus de fratris nomine Chaoniam dixit, ibiq; urbẽ ad ſimilitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Aeneam hoſpitio ſuſcepit. Verg. lib. Aene. 3.
Cum ſeſe à mœnibus heros
» Priamides multis Helenus comitantib. offert.

Hellas, nomen fluminis, & regionis Achaiæ (ut inquit Ptolemæus) à noſtris Græcia appellata

lata à Græco, qui primus in ea regnauit, à cuius filia uocata eſt Attis: deinde ab Hellene Deucalionis filia dicta fuit Hellas.

Helle, filia Athamantis regis Thebarum & Nepheles, quæ nouercæ inſidias cum Phryxo fratre fugiens, arietem aurei uelleris conſcendit, ut eo modo Colchos ueheretur. Quos cum per mare ferret aries, ueniſſentq́ iuxta Byzantium urbem, contigit ut Helle puella maris æſtu perterrita in pontum deciderit, qui inde Helleſpontus uocari cœpit. Vide infra Phryxus.

Helleſpontus, mare eſt illud ſtrictum, quod Aegæum à Propontide ſeparat, intermedia faucee: quòd ab Europa, Cherſonneſus Thraciæ ab Aſia Phrygiæ littora ſtringunt. ſic ab Helle denominatum. hinc Helleſponticus dicitur, & Helleſpontiacus. Vergilius Georg. 3.

» Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Heliades, tres fuerunt filiæ Solis & Clymenes, ſorores Phaëthontis, quarum nomina ſunt Phaëthuſa, Lampetuſa, & Lampetia. Hæ iuxta Padum mortem Phaëthontis fulmine deiecti flentes, in arbores, quas alnos uocant, uerſæ ſunt, electrum lachrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. Item Phaëthontiades à fratre.

Helice, urbs Achaiæ, quam mare abſorbuit, de cuius nomine Vrſæ ſidus fortaſſe uocatum eſt à poëtis. Vide Arcti.

Helicon, (ἑλικὼν) pen. cor. mons Bœotiæ ut ſcribit Seruius, quæ & ipſa Aonia dicitur, iuxta Thebas, atq; (ut Strabo lib. 9. ſcribit) Phocidi uicinus eſt, non procul à Parnaſſo, eiq; æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipſe Apollini quoq; ſacer & Muſis eſt. Vnde Heliconiades, (ἑλικωνιάδες) Muſæ ſunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui ibi cum Citherone fratre ſingulari certamine pugnauit, ut quidam tradunt.

Heliopolis, ciuitas eſt Aegypti, inter Alexandriam & Coptum, quæ à Græcis, teſte Diodoro Siculo, Thebe dicitur. Altera eſt eiuſdem nominis in Cilicia patria Chryſippi Stoici, ut author eſt Solinus.

Helorus, (ἕλωρος) pen. pro. Siciliæ fluuius.

Heluetij, Gallorum gens bellicoſiſsima: horum caput Auenticum erat: hodie Vuiuelſpurg uocant, qui è finibus ſuis in Germaniã tranſgreſsi, intra Hercyniam ſyluam, Rhenumq́ & Mœnim amnes habitarunt. Eorum tractum hodie è Germanis illuc profecti tenent. Vide Annot. in comment. Cæſaris.

Heluetij, Celtogallorum gens eſt bellicoſiſsima, qui hodie Eydgnoſſen, hoc eſt, confœderati, & à nonnullis Suiceri nominantur. Horum meminerunt Cæſar lib. 1. de bello Gallico & Ptolemæus lib. 2. in deſcriptione Celtogalliæ. Strabo. lib. 4. & 7. Cicero lib. 1. epiſtola ad Atticum. & in Ora. pro Cornelio Balbo, & in Oratione de proconſula. Heluetiorũ termini ſunt Rhenus latiſsimus atq; altiſsimus fluuius, mons Iura altiſsimus, lacus Lemanus, & Alpes. Intra hos terminos in agro Heluetiorum quatuor ſunt pagi hoc eſt, fluuij, (nam ἡ πηγὴ & Dorice παγὰ fons eſt) nempe Taurias, Limagus, Ruſa, Araris. Ipſa uerò ſocietas, & fœdus Heluetiorum quod barbaro uocabulo ligam appellant, tredecim ciuitatibus conſtat, quarum hæc ſeries eſt: Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Syluania, Tugium, Glarena, Baſilea, Friburgum, Salodorum, Scaphuſia, Abbatiſcella. His omnibus æqua libertas eſt, nec ullum caput habent, quemadmodum falſo credit Sabelli. Bello & rebus geſtis inſignes ſunt omnes, nec hodie peditatus ullus his melior & præſtantior eſt. Inter Germanos nunc cenſentur, non Gallos, ut olim. Vide ea quæ uiri aliquot docti in Commentarijs in Melam, in Cæſarem, in Corneliũ Tacitum de moribus Germanorum ſcripſerunt de Heluetijs, & populis eorum.

Hemus, uel potius Hæmus cum diphthongo, ut ſupra, (αἷμος, αἷμον) mons in Thracia, excelſitate conſpicuus, ex cuius uertice uulgata opinio eſt Ponticum ſimul & Adriaticum mare, & Hiſtrum amnem, & alpes cõſpici poſſe. nam eius excelſitas ſex millia paſ. continet. Dictus Hemus, à nomine regis Hemi, à cuius ſorore alter quoq; mons Rhodope nominatur in quo trãsfiguratos eſſe Rhodopen & Hemũ fabulæ canunt. Oui. lib. 6. Meta.

» Threiciã Rhodopen habet angulus unus & Hæmum,
» Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.

Heniochi, uide Eniochi.

Hephæſtiades, uide Ephæſtiades.

Hera,(ἥρα) Iunonis nomen apud Græcos.

Heraclea, Bithyniæ urbs, clariſsima ob celeberrimas quas emiſit colonias, ut Strab. ſcribit. Eſt & heraclea Ponti, hodie Naxioportus. Sunt & aliæ multæ eiuſdem nominis.

Heracleopolis, nomen trium ciuitatum. Vna eſt in Aegypto, altera non longe à Peluſio: tertia ſecundũ Nili oſtium, quod Canopicum eſt. Ex Volaterrano.

Heraclitus, pen. prod. Epheſius philoſophus, ut tradit Suidas, nullum inuenitur habuiſſe præceptorem: tantum natura & diligentia ſola profecit, quidam tamen audiſſe Xenocratem & Hippaſum Pythagoricum uolunt. Floruit temporibus ultimi Darij: ſcripſit poëticè multa: ab Ariſtotele ſæpè teſtis citatur. Hic ille eſt, qui quoties domo egrediebatur, flebat, ſicut Democritus ridebat: alteri omnia quæ agimus, miſeriæ, alteri ineptiæ uidebantur. Aiunt eundem cum hydropicus eſſet, ſpretis medicis oblitum bubulo ſeuo (aliàs fimo) ſoli ſiccandum ſe præbuiſſe, dormientemq́; à canibus dilaceratum eſſe. Suidas.

Herbita, Siciliæ urbs apud Ptol. hodie S. Nicol.

Herceus, (ἑρκαῖος) uide Erceius.

Hercules, cognomen, uel fortaſſe potius agnomen, Iouis & Alcmenæ filij, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit quòd inter deos ſit relatus. Fuiſſe autem tres Hercules ſcribit Diodorus, alij ſex autumant, Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius eſt ex Idæis Dactylis, cui inferias adferunt. Quartus Iouis eſt filius, & Aſteriæ Latonæ ſororis, qui Tyri maximè colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Ioue Tertio genitus, cui aliorum geſta adſignant. qui Iunonis odio propter Alcmenam pellicem. & Euryſthei, quem Iuno inſtigabat, mandatis ad tollenda uaria mundi monſtra miſſus fuit. ſperabant enim ſic fore, ut periret, ſed. is ſemper uictor cum maxima etiam rerum geſtarum laude redibat. Varro XLIII. Hercules nominat: ueruntamen omnes qui robore præſtiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuiſſe adfirmat. Macrobius adſerit Herculem eſſe ſolem quaſi Heraclen: idq́; ex nomine clareſcere. Hercules enim nihil aliud eſt, quàm heras. id eſt, Iunonis, quod eſt aëris: cleos, id eſt gloria uel laus. Quæ porrò alia eſt aëris gloria, quàm ſolis illuminatio? Idem dictus eſt duodecim labores confeciſſe, quia Sol annuo curſu, duodecim ſigna Zodiaci luſtrat & cõficit. Ab Hercules fit Hercule, & Hercle, Mehercules, & Mehercule, aduerbia iurandi. & Herculeus. a. um. Vide Deianira, & apud Eraſ. in Chiliad.

Hercynia, maxima Germaniæ ſylua, de qua Cæſar commentariorum ſexto ſic ſcribit: Huius, inquit, Hercyniæ ſyluæ, quæ ſuprà demonſtrata eſt, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri poteſt, neq́; menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectaq́; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diuerſis à flumine regionibus, multarumq́; gentiũ fines propter magnitudinem attingit: neq́; quiſquam eſt huius Germaniæ, qui ſe aut audiſſe, aut adiſſe ad initium eius ſyluæ dicat, cum dierum iter XL. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Hactenus Cæſar, apud quem præpoſtero characterum ordine XL. pro LX. legi uidetur teſte Vadian. Vide Ercynia, quamuis recte aſpiretur.

Herebus, (ἔρεβος) uide in dictione Erebus.

Hermaphroditus, (ἑρμαφρόδιτος) filius fuit Mercurij & Veneris, à quibus etiam nomen traxit. eſt enim Græcis ἑρμῆς Mercurius, & ἀφροδίτη Venus. de quo Ouid. lib. 4. Metam. Hic cum uagabundus in Cariam ad limpidiſsimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, perueniſſet, illa ſubito eius amore correpta (erat enim adoleſcens formoſiſsimus) cum neq́; blanditijs, neq́; precibus ad concubitum flectere poſſet, ſimulato receſſu poſt uepres latuit: is autem Nympham abijſſe ratus fontem nudus intrauit, quod uidens Salmacis, ſubitò accurrit, & abiectis ueſtibus arctiſsimè eum complexa eſt. Sed cum neq́; tunc obſtinatum exorare poſſet, à Dijs petijt, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. itaq́; factum, ut qui uir fontem intraret, ἀνδρόγυνος

γυνος. id eſt, utrunque ſexum habens, exiret. Hinc omnes Androgyni uocãtur Hermaphroditi. Vide Androgyni in latinis uocabulis.

Hermes.is. & Hermetis dicitur, (ἑρμῆς) Latinè quaſi interpres, quo nomine dictus eſt Mercurius. Vide Herma in Latinis uocabulis. Et infra in dictione Mercurius.

Hermes Triſmegiſtus, philoſophus Aegyptius poſt Moſen fuit, cuius tẽpore in Aegypto ſtudia philoſophiæ clarere cœperunt, cum antea tantum circa Aſtronomiam, & huius generis diſciplinas uerſarentur: quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illuſtrandum animum ualent. Scripſit lingua patria dialogum, in Latinum ſermonẽ poſtea conuerſum, ubi Aſclepius introducitur. Deum omnino unum opinatur omnium conditorem, erroremq; fatetur parentum ſuorum, qui ſuperſtitiones idolorũ inuenerint. De hoc plura apud Suidam & Auguſtin. de ciuit. Dei.

Hermione, filia Menelai ex Helena admodum formoſa, militante patre apud Troiam, Oreſti Agamemnonis filio deſponſata fuit, ſed hanc quoq; Menelaus huius rei inſcius apud Troiam promiſit Pyrrho Achillis filio, qui domum reuerſus, cum Aegiſthus regiam occiſo Agamemnone occupaſſet, atque Oreſtes ad regem Strophium Phocenſem Electræ ſororis auxilio clam ablegatus eſſet, Hermionem reluctantem ui rapuit, tradita Andromacha Hectoris coniuge, quæ illi in ſortem ceſſerat, proq; uxore habuerat, Heleno uati filio Priami. At Oreſtes poſito furore, quo ob interfectam à ſe matrem cruciabatur, ex Taurica regione rediens Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidauit, ſuamq; ſponſam recepit. Alteram uide in Harmonia.

Hermiones, Germaniæ populi ultimi, ut ſcribit Pomponius lib. 3. in fine deſcriptionis Germaniæ. Pomerani nũc uocãtur, ut notat Vadian.

Hermodorus (ἑρμόδωρος) pen. prod. fuit philoſophus Epheſius, quem in Italia exulantem, Pomponius iureconſultus tradit autorem fuiſſe duodecim tabularum ferendarum Decemuiris. Plin. lib. 34. cap. 5. dicit hunc fuiſſe interpretem legum Decemuiralium, eiq; ob id ſtatuam publicè dicatam.

Hermogenes, (ἑρμογένης) pe. cor. nomen proprium, Latinè dicitur Mercurio genitus.

Hermon, nomen Hebraicum, quòd interpretatur lignũ exaltatum, mons longè diſiunctus ab Hieruſalem trans Iordanem. Hermon. ἑρμὼν. etiam dicitur piſcatoriũ in Peloponẽſo.

Hermus, fluuius eſt, qui ortus in Dorylao monte Phrygiæ, Smyrneos campos ſecat, Phrygiamq; à Caria diuidit, atque etiam Lydiam alluens in mare labitur: & quoniam campus ſuperfuſus maximam gignit fertilitatem, creditus eſt olim fluctibus aureis æſtuaſſe. Strab. lib. 13. Verg. li. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus. ἕρμος.

Hernici, populi in Campania, ſaxa incolentes, dicti uel à ſaxis quas Hernas uocant, uel (ut Macrob. ait) ab Herno Pelaſgo, qui eorũ dux fuit: horum metropolis eſt Agnania.

Hero. ἡρὼ. puella formoſiſsima Veneris ſacerdos ex Seſto urbe Europæ ad Helleſpontum ſita, & ex aduerſo Abydo Aſiæ ciuitati, quæ correpta amore Leandri adoleſcentis, Abydeni lucernam accenſam noctu ponebat in faſtigio turris, ad cuius lumen Leander natabat, ſed aliquando furentibus uentis & tempeſtate ſuborta extincta eſt lampas, & natator ſubmerſus, cuius corpus cum forte fluctibus ad Seſton urbem delatum eſſet, Hero illud uidens præ nimio dolore ſe è turri præcipitauit. Vide Ouid. in Epiſt. & Muſæum poẽtam, qui horum mutuos amores deſcripſerũt. aliàs Ero ſine aſpiratione. Vide Leander.

Herodes, (ἡρώδης). Antipatri Idumæi filius, anno 10. Auguſti rex Iudæorum à Romanis declaratus eſt, regnauitq; annis 37. Hic uir ſtrenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eamq; in honorem Auguſti Auguſtam, id eſt Sebaſten, appellauit. Crudeliſsimus tamen fuit, quippe qui multos iniuſtè occiderit. Nam omnes legis interpretes, præter alias multas neces, & paruulos Bethleemitas gladijs interemit. quo facto mox intercutis morbo percuſſus, ſcaturientibus toto corpore uermibus, extinctus eſt. Fuit alius Herodes Antipas huius filius, præfectus Galileæ, poſt Archelaum, qui impijſsimus etiam fuit. Nam in ciues ſicarius, in nobiles latro, in ſocios populatur habitus eſt, uxorem Philippi fratris duxit, Ioannẽ Baptiſtam occidit,

& dominum noſtrum illuſum Pilato remiſit. tandem Lugdunum à Caio Cæſare relegatus, ibi uitam finiuit. Tertius Herodes dictus Agrippa Ariſtobuli filius, qui Iacobum occidit. Herodes item alij, de quibus uide librum interpretationum proprium nominũ Biblicorũ.

Heroſtratus, fuit uir ſceleſtus & ignauus, qui ut nomen memoria ſceleris prorogaret, incendium nobiliſsimæ fabricæ templi Epheſiæ Dianæ manu propria ſtruxit, ſicut ipſe confeſſus eſt, uoto adipiſcendæ famæ latioris, ut ſcribit Strab. lib. 14.

Herſilia, uxor fuit Romuli, ut meminit Liuius lib. 1. quam rapuerat Sabinis inter alias uirgines, cum ijdem ex inuidia filias ſuas Romanis elocare recuſarent. Vide Sabini. Hæc poſtea in Rorem deam mutata eſt, ut ait Ouid. lib. 14. Metamorph.

Heſaias, (ἡσαΐας) nomen prophetæ proprium, qui nobili genere ortus, in Hieruſalem prophetauit, nihil ruſticitatis in ſermone habens, qui non tam propheta, quàm euangeliſta fuit. Vniuerſa enim Chriſti eccleſiæq́; myſteria ad liquidum proſecutus eſt, ut non putes eũ de futuro, ſed de præterito hiſtoriã texere. Tandem ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes, occubuit.

Heſiodus, poëta natus eſt in Aſcra Bœotiæ uico: unde & Aſcræus dictus, & c. hic miſſus à patre ad ouium cuſtodiam dormiens ſomniauit ſe repente factum poëtam, unde Mantua.

» Tu ſapis ut cuſtos ouium Parnaſidos Aſcræ
» Incola, quem ſubito Muſæ inſtituere poëtam.

Scripſit poëmata, Theogoniam, Aſpida, Heroidum mulierum catalogum, opera & dies, quod imitatus & Vergilius, & quædam alia, Primus etiam agriculturæ præcepta tradidit, Plin. lib. 14. Hinc Heſiodius, a. um. quod eſt Heſiodi, ſiue quòd ab Heſiodo compoſitũ eſt. Cic. in Bruto, Illud Heſiodium laudatur.

Heſione, filia fuit Laomedontis regis Troiæ, uxor Telamonis, mater Aiacis & Teucri, ſoror Priami, quam Hercules ceto expoſitam liberauit, uide infrà Laomedon.

Heſperiæ, inquit Seruius, duæ ſunt: una quæ Hiſpania dicitur, altera quæ eſt in Italia, quæ hac ratione diſcernuntur. aut enim ſolam Heſperiam dicis, & ſignificat Italiam. Verg.

» Eſt locus, Heſperiã Graij cognomine dicunt.

Aut addis ultimam, & ſignificas Hiſpaniam quæ in occidentis eſt fine. ut Horat. Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima. Et hæc eſt uera Heſperia, ab Heſpero dicta, id eſt occidentis ſtella. Cæterum Heſperia, Italia dicitur ab Heſpero fratre Atlantis, qui pulſus à Germano, Italiam tenuit, eiq́; nomen priſtinæ regionis impoſuit, ut author eſt Higinus.

Heſperides, (ἑσπερίδες) pen. cor. appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ, Aegle, Arethuſa, & Heſperetuſa. De his eſt fabula, quòd habuerint hortos, nemore aurifero precioſos, ubi erat draco cuſtos peruigil, mala aurea uigilanter obſeruãs, quem interfecit Hercules, pomaq́; aurea retulit ad Euryſthea. Plin. & Solinus interpretantur fuiſſe æſtuarium maris, meatu flexuoſo inſtar draconis, quòd hortos Heſperidum amplectebatur, ubi præter oleaſtrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oues ſignificari dicit, quas Hercules ex Africa in Græciã exportauerit. Ea enim ſua uoce Græci appellant mala, apud quos μῆλον, id eſt malũ, ſignificat ouem & pomũ. Hinc melotæ, (μηλωταὶ) dictæ ueſtes ex pellibus ouiũ confectæ. Alter tradit Diodo. lib. 5. Bibliothecæ, quem uidere potes. Vide ſupra Aegle.

Heſperus, filius Iapeti Atlantis frater, qui à germano regno pulſus in Italiam uenit, ibiq́; regnauit, à quo Italia Heſperia dicta eſt.

Hetruria, alio nomine Thuſcia & Hetruſcia Italiæ regio, ad Macrã fluuium uſq; protenditur, ubi Liguriæ principiũ eſt, quæ Varo in extimo Italiæ termino finitur. In ea eſt Florentia urbs clariſsima, aliquando Fluentia dicta.

Hetruſci, (ἑτροῦσκοι) dicti ſunt (ut quidam putant) ab Aethria ciuitate, quam Diomedes condidit, poſtea Atria dicta: ſiue ἀπὸ τῆς αἴθρας καὶ ὁρᾶν, propter auguriorum peritiam, quaſi de cœlo ſeruantes & exercentes æthera. Alij ἀπὸ τῆς αἴθρας, quæ ſerenitatem ſignificat: maximè quod Aethruria ab omni aëris caligine nebulaq́; remota uideatur. Seruius uerò Hetruriam dixit eſſe Italiæ prouinciam, quòd eius fines protenſi ſunt uſq; ad primam ripam Tyberis. ἕτερον enim alterum, ὅρος finis dicitur. Roma enim antea unam tantum Tyberis ripam tenebat. unde Iuuen. Imperij fines

Tyberi-

Tyberinum uirgo natauit. Sunt qui cum diphthongo & ſine aſpiratione ſcribant. Martial.
Quantum ſolicito fortuna parētis Hetruſco.

H ANTE I.

HIarbas, (quidam aſpirationē abijciunt) filius Iouis ex Garamantide nympha. Nam Iupiter à conuiuio Aethiopum rediens, cū uidiſſet in ripa Bragadæ fluminis Garamantidē nympham, eius forma captus, cum ea concumbere optauit: nympha autem ipſum accurrentem uidens, fuga ſibi conſulere uoluit: uerum cancer quidam arrepto minimo pedis digito, maximo dolore eam effecit, quæ cum illū remouere conaretur à Ioue ſuperueniēte capta & compreſſa eſt, ex quo concubitu poſtea natus eſt Hiarbas. Iupiter autem cancri beneficij memor eū inter aſtra collocauit. Higinus tamen à Iunone factum tradit, quod Herculis pedem mordicus arripuiſſet, dum ille Hydram extingueret. Hic poſtea Getulorum rex, cum uiduam Didonē cogere uellet, ut ſibi nuberet, hæc uero negaret, Carthagini bellum intulit: cuius timore cum cogeretur à ciuibus, petijt ut antè placaret manes mariti, & exædificata pyra ſe in ignem præcipitauit. Ob quā rem Dido. id eſt, uirago dicta eſt, quæ uirile aliquid fecit. Nam Eliſa propriè appellata eſt. Hæc Seruius.

Hibernia, inſula eſt non procul ab Anglia, uulgo Hirlandia uocatur. Vide Hybernia per y.

Hiera, inſula eſt inter Siciliam & Liparim, Vulcano ſacra, una ex Aeolijs. ἱερὰ. Fuit & uia ſic dicta, quod ea irent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem. Eſt etiam nomē nymphæ apud Maronem lib. 9. Aeneid.

Hierapolis, (ἱεράπολις) pen. cor. Latinè ſacra ciuitas dicitur: quo nomine dicta eſt ciuitas Aſiæ, contra Laodiceam, ubi aquæ calidæ ſcaturiebant, quæ in tophum admodū facile durabantur. Eſt & os Plutoniū in paruo quodam montis cacumine, ita cōmenſuratum, ut hominē ſuſcipere poſſet mira profunditate, cui uallum propoſitum erat quadratū ambitu ſemijugero, nebuloſa & craſſa caligine plenū, ut uix ſolum diſcerni poſſet. Exterius tranquillo cœlo aër innoxius, animal ſi quod ingrederetur, ſtatim moriebatur: & tauri introducti mox cadebant, educebanturq; mortui. Strabo ſe paſſeres immiſiſſe ait, qui ſubitò expirauerint. Apud Hierapolim aqua quædam adeò tingēdis lanis idonea fuit, ut ex radicibus tincta, cum his decertarent, quæ ex purpura tingebātur, à qua Hierapolitæ, ἱεραπολῖται dicuntur.

Hierico, ſeu Hiericus. contis, & Hiericus, rici. (ἱεριχοῦς) ciuitas magna fuit muralibus ſepta parietibus, quæ non ferro peruia, nec arieti poſſit eſſe penetrabilis.

Hiero, (ἱέρων) Syracuſanorum quondam tyrannus fuit. hic corporis pulchritudine, & uiribus adeò præſtitit, ut omnibus penè miraculo eſſet. uide Iuſtinum lib. 23.

Hieronymus, Siciliæ tyrannus, Hieroni patrī ſucceſsit admodum puer, cui pater metuēs relictis tutoribus XVI. mandauit moriens ut fidem erga Pop. Ro. annos quinquaginta ab ſe cultam, inuiolatam ſeruaret. Hic poſtea abiecta tutela, contempta patris diſciplina ac moderatione, luxurioſius & arrogantius agendo, à Romanis deſciuit, Annibaliq; adhæſit. Cumq; ſuperbè nimis in ciues ſeſe haberet, ab eiſdem interfectus eſt. Author Liuius lib. 4. ſecundi belli Punici.

Hieroſolyma. mæ. Et Hieroſolyma. orum. & Hieroſolymæ. marum. tantum plurali. urbs Iudææ ſeu Paleſtinæ, quæ & Hieruſalem uocabatur. ἱεροσόλυμα. Cice. pro Flacco, Cum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hieroſolymam exportari ſoleret, hic Cn. Pompeius captis Hieroſolymis uictor ex illo fano nihil attigit. De hac apud Ioannem: Facta ſunt encænia Hieroſolymis. Dicuntur autē Hieroſolyma (ut ſcribit Egeſippus) quæ primo Solyma dicebatur. ſed cum rex Cananæus, cognomento Iuſtus, qui fuit conditor Solymorum, templum addidiſſet, inde Hieroſolyma nuncupauit. nam Græci ἱερὸν templum uocant. Euſebius libro 9. Euangelicæ præp. Hieroſolyma appellari, quaſi hieron Solomonis, hoc eſt ædem Solomonis, à templo quod Solomon Hieroſolomis pulcherrimum magnificentiſsimumq; conſtruxit. Hinc Hieroſolymita, (ἱεροσολυμίτης) pen. prod. Hieroſolymitanus, & Hieroſolymus. Hæc urbs per tria nomina à Hieronymo uocatur, Iebus, Salem, Hieruſalem: quæ ab Helio poſtea Hadriano de ruinis, & cinerib. ciuitatis in Heliā ſuſcitata eſt.

Hieroſolymarius, dictus eſt Cn. Pompeius ab Hieroſolymis expugnatis. Cic. 2. Ad Attic.

Himantopodes, (ἱμαντόποδες) pen. cor. populi in Aethiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt, hoc eſt, quod Solinus interpretatur, flexis crurum nexibus ingrediuntur. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt, Plin. lib. 5. cap. 8.

Himella, fluuius eſt Italiæ, de quo Verg. lib. 7.

Himera, fluuius eſt per mediã Siciliam fluens, qui in duas partes diuiditur, in altera dulcem ſaporem, in altera ſalſum retinet. aliàs ſcribitur per y quod non probo.

Hipparchus, Nicæus aſtrologus, ſcripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. Primus inſtrumenta mathematica inuenit, unde hæc ſenſibus depræhendi poſſent, Plinio maximè laudatus.

Hippe, Chironis centauri filia fuit, quæ cum in monte Pelio ſeſe uenando exerceret, grauida facta eſt, & ob id patris indignationẽ timens, deorum miſeratione in equam conuerſa eſt, & in cœlum tranſlata. Nonnulli eam uatem eſſe dixerunt, ſed quia deorum conſilia hominibus pateſeciſſet, in equam eſſe conuerſam.

Hippias, Eleus philoſophus, diſcipulus Hegeſideni, ut tradunt Cicero & Quintilianus, non liberalium modò artium præ ſe ſcientiam tulit, ſed earum quas Græci mechanicas uocant, ut & ueſtem, & annulum, crepidasq́, ac omnia quæ ferebat, manu faceret. Atq; ita ſe comparauit, ne cuiuſquam ope egeret ſummum bonum αὐτάρκειαν poſuit, hoc eſt, eo contentum eſſe quod ſimplici uictui ſat eſſet. Vide Cic. libro de Oratore 3.

Hippo (ἱππώνιον) oppidum Locrorũ in Brutijs.

Hippocentaurus, equi ſtimulator. Quidam uolunt Hippocentauros filios eſſe centaurorũ, quod et Diodôrus ait. Fabula ex eo nata quòd primi equitare auſi ſunt, ueluti hippos, id eſt equus, & homo, copulati eſſent. Claud. Cæſar ſcribit, Hippocentaurum in Theſſalia natum, eodem die interijſſe. Plinius refert ſe uidiſſe Hippocentaurum in melle allatum Claudio principi ex Aegypto. Cic. lib. 1. Tuſc. 4. Hippocentaurum negat unquam fuiſſe.

Hippocrates, Cous medicus, auditor Democratis, ut quidam uolunt, uixit apud Perdiccam Macedoniæ regem. Exceſsit è uita annos natus CIIII. ſuſcepit filios Theſſalum & Draconem. Hic uir diuina ſcientia dicebat coitum morbum eſſe comitialem leuiorem. Eius libri tanquam diuino emanauerint ore, ubiq; celebrantur. in primo enim Iuſiurandum continetur, in ſecundo Prognoſtica, tertio Aphoriſmi, quarto illa admirabilis compoſitio LX. libris omnem ſcientiam medicinæ complectens. Hæc ex Suida.

Hippocrene, (ἱπποκρήνη) pen. prod. fons in Bœotia, iuxta quem eſt Aganippe, non procul ab Helicone monte, dum Cadmus equeſtri exploratione inquirit, quænam loca inſediſſet, cauſſam dedit poëtis, ut diuulgarent Hippocrenem ungula uolantis equi natum fuiſſe. Nam hippi, equi, crene fons dicitur. Et inde equus Pegaſus, à fonte qui Græcè πηγὴ dicitur, uocatur. Hic fons caballinus etiam appellatus eſt, & ex eo qui hauſiſſent, protinus fieri poëtæ, & diuino furore afflati credebantur. Hinc Hippocrenides Muſæ.

Hippodamia, à Propertio lib. 2. Iſchomache dicta, filia fuit Oenomai regis Piſæ atq; Elidis, qui cum ex oraculo, ſe à genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis inſtituit cum ipſa (habebat enim equos uelociſsimos, qui ex uentorum flatu creati erant) ea lege, ut qui uinceret, filiam haberet, uictus ſubiret mortem. Tredecim igitur uictis & occiſis, Pelops Tantali filius uiſa illa puella eius amore protinus exarſit, cuius nuptias ut aſſequeretur, Myrtilum eius aurigam pollicitis corrupit, ſic ut ille axes infirmos & fragiles ſubiunxerit, uel ut alij uolunt, obicem axi non obiecerit: & ſic fracto uel diſſoluto curru, Oenomaus excidit, mortuusq́; Myrtili caput deuouit, precando ut & poſt à Pelope occideretur, quod & factum eſt: cum enim pollicita à Pelope poſtularet, ab eodem in mare deiectus eſt, atq; hoc modo Pelops puella & regno potitus eſt. De hac Oui. Venit ut in Phrygios Hippodamia. Verg. li. 3. Geor. Hippodameq́; , humeroq́; Pelops inſignis eburno.

Hippolôchus, fuit, teſte Homero lib. Iliados ſexto, filius Bellerophontis, & Glauci pater.

Hippolyte, uxor Acaſti regis Magneſiæ (alio nomine

nomine Cretheis,eius fabulam,uide ſuprà de Acaſto) Alia fuit Amazonum regina, quam Hercules prælio uictam Theſeo bellorum ſocio in uxorem dedit(detracto tamen prius baltheo, quem ad Euriſtheum detulit)cui Hippolytum genuit.

Hippolytus, filius fuit Theſei & Hippolytes Amazonis, cum ſtudio conſeruandæ caſtitatis hominum conſortia deuitans,aſsiduè in ſyluis uenationibus ſeſe exerceret, à Phædra nouerca, quam pater mortua priore coniuge induxerat adamatus eſt tam uehenter,ut illum etiam de ſtupro appellârit, ſed cum ille conſentire nollet, deſpecta, apud maritum eum falſi criminis detulit.Qui iratus inuocauit patrem Aegeum,ut Hippolyto currum agitanti iuxta mare phocas immitteret, quibus emiſsis equi territi currum ruperunt,ipſumq́; Hippolytum diſcerpſerunt: quo audito Phædra, nimio amore flagrans, laqueo gulam fregit. Alij tamen dicunt, quòd cum Phædra priuignum in ſuam ſententiam trahere nõ poſſet, laqueo ſe ſuffocarit,relictis literis,quibus Hippolytum ſtupri arguebat, ſuæq́; mortis uocabat authorem. Poſtremo Aeſculapius rogatu Dianæ, quæ Hippolytum unice amabat,eum uitæ reſtituit, quem poſtea Dea in Aritium nemus deduxit, & Aegeriæ nymphæ curandum tradidit,eumq́; Virbiũ appellauit,quaſi bis uirum,cum prius ab equis diſſolutus fuerit,unde & Hippolytus dictus.Et licet ab omnibus poëtis pudicitiæ exemplar oſtendatur, filiũ tamen ſuſcepiſſe ex nobili quadam fœmina Aritia nomine, eundemq́; Vrbium nominaſſe,Verg.lib.7. Aeneid. author eſt,cum inquit:Virbius inſignem,quem mater Aritia miſit. Sed hanc fabulam eſſe conſtat,inquit Plato in Cratylo.

Hippomenes,ut inquit Oui.lib.10.Metam.Macarei uel Megarei fuit filius & Neptuni pronepos: ut alij Martis, qui Atalanta Schœnei ſeu Iaſij filiam curſu pedum uictam in uxorem duxit,ſed cum neglecta religione in Cybeles templo rem uenercam feciſſent,ambo mutati ſunt in leones.Vide Atalãta,et Melanion.

Hippona,(ἱππόνα)*dea erat,quam ſtabularij maximè colebant, cuiusq́; effigies in ſtabulis locabatur. Apul.lib.2.Metamor.*

Hippopodes, populi in Oceano Scythico, qui teſte Solino, humanam uſq; ad ueſtigium formam tenent,ſed in equinos pedes deſinunt.

Hippus,fluuius eſt Moſcorũ in Phaſin defluens.

Hiſmaëlitæ, (Ἰσμαηλῖται) *penult. prod. populi ſunt, qui nunc Sarraceni dicuntur, ab Hiſmaële ſic nominati. hi per totam habitant ſolitudinem.*

Hiſpalis, ciuitas ulterioris Hiſpaniæ,nunc uulgò Sibilia dicitur. Plinius lib.2.cap.97.

Hiſpania, ἱσπάνια, ἰβηρία, σπανία*. regio Europæ, quæ à montibus Pyrenæis incipiens, per columnas Herculis circuiens, uſq; in Borealem Oceanum protenditur ita, ut omnia in eo circuitu ad Hiſpaniam ſpectent. Decem milibus ſtadijs (ut Apianus ſcribit) eius latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eadem eſſe uidetur. Terra, frumenti, olei, auri, gemmarum,metallorumq́; ferax. Ex qua etiam bellicoſiſsimi uiri,ac uelociſsimi equi procreantur. Sunt qui Hiſpaniam diuidant in ulteriorem ſcilicet, & citeriorem. Citerior eadem Tarraconenſis, ad Pyrenæa uſq; iuga protenditur: ulterior, in duas per longitudinem prouincias diuiditur: hoc eſt Bæticam, & Luſitaniam. Alij dicunt Hiſpaniam ſex habere prouincias,Tarraconenſem,Carthaginenſem, Luſitaniam, Galatiam, Geticam, & Tingitanam. In ea quatuor magna flumina ſunt, Bætis, Minius, Iberus, & Tagus, qui aurum trahit. Hæc regio primò Iberia, ab Ibero, poſtea ab Heſpero Atlantis fratre, Heſperia* (ἑσπερία) *ultimo ab Hiſpali, quæ hodie Sibilia dicitur,Hiſpania dicta eſt. Ab Hiſpania Hiſpanus, & Hiſpanienſis fiunt: ſicut à Sicilia, Siculus & Sicilienſis: à Roma Romanus, & Romanenſis. Sed qui in Hiſpania natus eſt Hiſpanus.* ἴβηρ. *dicitur: Hiſpanienſis qui alibi ortus in Hiſpania uerſatur: hoc eſt, qui licet in Hiſpania ſit, non tamen ex Hiſpania eſt. Vnde Hiſpanienſes uocamus negociatores, qui in Hiſpania negotiantur. Liuius exercitus Hiſpanienſes appellat Romanos, qui erant in Hiſpania cum prætoribus.*

Hiſtricus. ca. cum. (ἱστρικός) *pen. cor. quod ex Hiſtria eſt, cuius diminutiuum Hiſtriculus protulit Hieronymus.*

H ANTE O.

Homerus, Græcorū poëtarum maximus & reliquorum poëtarum fons, ut aſſerit Ouidius, fuit ante Romam conditā annis circiter 160. ut Cornelius nepos in libris Chronicorū tradit: prius Meleſigenes dictus, deinde à cæcitate Homerus, quod lingua Ionica cæcum ſonat. Scripſit duo opera, alterū de bello Troiano, quod Ilias dicitur, alterum de erroribus Vlyſſis quod Odyſſea nominatur, & alia opuſcula. De Patria eius magna eſt diuerſitas. Nam,

» Septē urbes certāt de ſtirpe inſignis Homeri,
» Smyrna, Rhodos, Colophon. Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

Ab hoc Homeridæ, familia apud Chios illuſtris fuit, ut inquit Hellanic.

Homonœa, proprium mulieris, quo ſignificatur concordia, de qua extat Epigramma,

Tu qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum, quæſo, uerbaq́ pauca lege:
Illa ego quæ claris fuerā prælata puellis. Vxor
» Hoc Homonœa breui condita ſum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuere decorā
Quam Pallas cunctis artibus erudijt.
Nondum bis denos ætas mea uiderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte eſt mihi triſtior
Mœror Atimeti coniugis ille mei. (ipſa,
Sit tibi terra leuis mulier digniſſima uita. Ma=
Quæq́ tuis olim perfruere bonis. (ritus.
Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus,
Quantulacunq́ meæ debentur tempora uitæ,
Penſarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc quod poſſum, fugiam lucemq́ deosq́,
Vt te matura per Styga morte ſequar.
Parce tuā coniux fletu quaſſare iuuentā. Vxor
Fataq́ mœrendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lachrymæ, nec poſſunt fata moueri
Viximus, hic omneis exitus unus habet.
Parce, ita non unquā ſimilē experiare dolorem,
Et faueant uotis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit Mors immatura iuuētæ,
Id tibi uicturo proroget ulterius.

Horatius Cocles, Romanus uir clariſſimus id cognomentū adſequutus, quòd in prælio oculū amiſerit, quaſi ocles ab oculo. uide Cocles.

Horatius, (ὁράτιος) poëta Venuſinus, Lyricorum ſcriptor, qui anno imperij Auguſti Cæſaris trigeſimotertio, ætatis uerò ſuæ ſexageſimo tertio moriens, Auguſtum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Exquilijs ſepultus: dictus ab orando, ſed conſuetudo inualuit, ut aſpirationem admitteret. Patrem habuit Libertinum. Vide Crinitum de eius uita (hodie.

Hoſa, Tuſcorum fluuius, Ptolemæo: Martha

Hunni, (ὕννοι) populi ſunt, qui in Scythia Europæ ſuper Mæotida paludem incoluere, deinde mutatis ſedibus, ingenti multitudine profecti in Pannoniam deuenerunt, temporibus Valentiani principis, duce Atila, multas & maximas clades ediderunt in Gallia & Italia. Tandem cum urbi Romæ imminerent, Leo Pontifex uir ſanctus Atilam adijt, & in Pannoniam redire perſuaſit. Hodie Vngari uocantur.

Hyacinthus, Amyclæ fuit filius, facie honeſtiſsima, qui ab Apolline & Zephyro uento ſimul adamatus eſt, ſed cum in Apollinis amorem magis inclinaret, ob zelotypiam in ſe Zephyrum armauit. Quum igitur diſco ſe cum Apolline exerceret, Zephyrus uehementius flare cœpit, diſcumq́ue ab Appolline in aërem coniectum ita repercuſſit in Hyacinthum, ut puerum interfecerit. Quapropter dolens Appollo eum in florem ſui nominis commutauit. Vnde in eo duæ primæ literæ inſcriptæ cernuntur αἰ, quæ uox eſt dolentis. Eſt autem quaſi lilium rubrum. Verg. deſignans primam Hyacinthi literam,

» Munera ſunt lauri & ſuaue rubens Hyacinthus. Sunt qui ex Aiacis cruore Hyacinthum florem ortum fabulentur, cui lugubres literæ αι nominis initiales inſcriptæ ſint.

Hyades. ὑάδες. ſtellæ ſeptem in cornibus & ore Tauri, quæ quoties naſcuntur, uel occidunt, pluuias creant, ἀπὸ τοῦ ὕειν.

Alij dicunt quòd hæ Bacchi nutrices fuerint, quæ Dodonides nymphæ uocantur, à Dodona ciuitate Epiri: & cum Iunonis iram uererentur, fugerentq́ Lycurgi regis ſæuitiam, Iupiter eas in cœlum intulerit, & ſtellas eſſe iuſſerit. Alij tradunt Atlantem ex Aethra uxore Hyam (aliàs Hyanthem) filium ſuſcepiſſe, quem à leone deuoratum cum ſorores

res miſerabili lamentatione proſequerentur, & mœrore uitam finirent, Iupiter illas miſeratus in ſtellas uerterit, ut earum pietatis perpetuum hoc eſſet teſtimoniũ, quæ de fratris nomine Hyades ab hominibus dictæ ſunt. Fuerunt autem ſeptem ſorores, quæ & Atlantides appellantur. Latini eas Suculas uocant, quia ſues gaudent luto, quod fit ex pluuiali aqua. Harũ nomina, Ambroſia, Eudora, Paſithoë, Coronis, Plexauris, Pytho, Tythe.

Hyantes, populi ſunt Bœotiæ, Hyantia illorum urbs, à qua incolæ Hyantiæ uocantur.

Hyas, filius Atlantis & Aethræ. Vide Hyades.

Hyberia, (ἰβηρία) regio Aſiæ. Vide Iberia.

Hybernia, inſula inter Septentrionem & Occidentem ſolem, dimidio minor quam Britannia, cui propinqua eſt. Ab hyberno tempore ut quidam putant ſic appellata, propter Hyemis magnitudinem. Hinc Hybernicus adiectiuum: ut Mare Hybernicum. Vide Plinium lib. 4. cap. 16. & Hibernia per i.

Hyble, uel Hybles, (ὕβλα) ciuitas Siciliæ, in qua thymi & ſalicum copia, ab Hyblone rege dicta. Hanc Strabo à Dorienſibus cõditam ſcribit. Eſt etiam huius nominis mons proximus thymo abundans, unde apes paſtæ mel optimum conficiunt. Hinc Hyblæus. a. um. ὑβλαῖος. ut apes Hyblææ, & mel Hyblæum.

Hydaſpes, magnus fluuius eſt, dictus ab Hydaſpe antiquiſ. Medorum rege, qui per Parthos & Medos fluens in Indiam extenditur, Nyſamq; urbem alluens, Indo flumini miſcetur. Alij non in Indum, ſed in mare labi tradunt. Lucan. libro 6. Qua rapidus Ganges, & qua Nyſæus Hydaſpes Accedunt pelago, &c. Hinc fit aiect. Hidaſpeus. a. um. apud Claudia. Vide infrà Idaſpes.

Hydra, ſerpens fuit multorum capitum in Lerna palude prope Argos, cui ſi unum recidebatur, ſtatim duo ſuppullulabant: cumque totam illam regionum deuaſtaret, Hercules eò profectus claua primum percuſſit, ſed cum peſtiferum, quem emittebat, odorem perferre nequiret, ſagittas immiſit, poſtremò cum ſeſe ſolitis cauernis condidiſſet, congeſta lignorumſtrue igne conſumpſit. Vergilius,

» Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram.

Hydrochous, (ὑδροχόος) ſignum cœleſte, id eſt Aquarius. ἀπὸ τ ὕδατος καὶ τ χέω. & erat Ganymedes filius Priami.

Hyerus, pauper quidam fuit, qui Ioue, Neptuno, & Mercurio, hoſpitio ſuſceptis Oriona filium ſuſcepit, uide infrà in Orion. Ouid.

» Hunc Hyerus quia ſic genitus uocat Oriona
» Perdidit antiquum litera prima ſonum.

Hylas, filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Cum enim ex Calydonia occiſo Oenei pincerna fugeret, ueniſſetq; cum Deianira & Hylo filio in Deiopes, & eſurienti puero cum Lycus Pædagogus à Theodamante aliquid cibi poſtulaſſet, ille autem denegaſſet, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactauit, atque coxit. Quamobrem Theodamas conuocatis popularibus arma aduerſus Herculem mouit, & quamuis in ea pugna ferè oppreſſus fuerit Hercules, tamen uictoriam obtinuit, & occiſo Theodomante Hylam filium eius ſecum abduxit, quem poſtea unicè dilexit, ſecumque cum reliquis Argonautis Colchos nauigans duxit: ſed cum in Myſia ad hauriendum aquam Aſcanij fluuij exiuiſſet, nimio pondere demerſus eſt. unde poſtea poëtæ finxerunt Hylam à Nymphis raptum. Hercules autem interitum eius ſic doluit, ut relictis Argonautis retrò abierit, Hylamq; per omnem regionem requiſiuerit.

Hylus, ſimplici l, alius fuit filius Herculis ex Deianira, qui Iolen patre mortuo in uxorem duxit, ut ait Ouid. lib. 9. Metam.

Hymenæus, (ὑμέναιος) pen. prod. deus nuptiarum putatus eſt, ἀπὸ τ ὑμένος. id eſt membrana, quæ cum ſit clauſtrum uirginitatis, in nuptijs rumpitur. Hic Veneris & Liberi filius dictus eſt, uel (ut quidam aiunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias inſtituerit, ideo per laudem cantatur uirginalibus nuptijs, ob huiuſmodi meritum nuptialem uocem hanc factam apud Græcos, ſicut apud Romanos nuptiarum deus Talaſsio uocatur. Varia eſt opinio de Hymenæo. Ergo ſic accipe (inquit Donatus) Hymenæum in nuptijs, quemadmodum θρῆνον in funere, & in ſacris hymnum.

Hymettus, (ὑμηττός) per duplex tt. mons Atticæ clariſsimus, ſemper florens, cuius mel Plinius

nius ſcribit eſſe precioſum. Vnde Hymetti-us.a.um. ὑμήττιος, pro molli ponitur. Martial.

» Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti
» Pallados à ſyluis nobile nectar apis. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur.

Hypæpa, ut inquit Strabo lib. 13. urbs quæ occurrit à Tmolo monte ad Cayſtri campeſtria. nomen ei eſt (ut inquit Stephanus) quoniam ſub Aepos montem ſita. Veneri ſacra eſt eò, quòd pulchræ fœminæ ibi uiſantur. Ouidius de Arachne,

» Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis

Hypanis, Sarmatiæ fluuius eſt, de quo Vitruuius libr. 8. cap. 3. In Ponto (inquit) eſt flumen Hypanis, qui à capite profluit circiter millia XL. ſapore dulciſſimo: deinde cum peruenit ad locum, qui eſt ab oſtio ad millia CLX, admiſcetur ei fonticulus (nomine Exampeus) oppido quàm paruus. Is cum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram.

Hyperborei, (ὑπερβόρεοι) pen. pro. montes & populi Scythiæ: ſic dicti, quòd ſupra, id eſt ultra, eos flat Boreas. Hyperborei, inquit Pompo. Mela, ſuper Aquilonem Riphæosq; montes ſub ipſo ſyderum cardine iacent, ubi ſol non quotidie ut nobis, ſed primum uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo ſex menſibus dies, & totidem alijs nox uſq; continua eſt. Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis: cultores iuſtiſsimi, & diutius quàm ulli mortalium, & beatius uiuunt, &c. Plin. item lib. 6. cap. 17. eadem tradit. Diodorus oppoſitam Celtis iuxta Oceanum eſſe inſulam ſcribit, haud multò Sicilia minorem, habitariq; ab ijs, qui Hyperborei appellantur eo, quòd uento Boreæ ſunt expoſiti, inſulã ualde fertilẽ, in qua fructus annui bis naſcũtur.

Hyperion, alijs Solis pater, alijs ſol ipſe, quòd eat ſuper terras, dicitur. Poëtæ pro Sole ipſo uſurpant. Ouid. lib. 1. Faſt.

» Placat equo Perſis, radijs Hyperiona cinctũ.

Diodorus ſcribit Hyperiona Saturni fratrẽ fuiſſe, Cæli filium, qui ſolis ac lunæ, aliorumq; aſtrorum motus, horasq; primum ſumma cura obſeruationeq; à ſe percepta, cæteris noſcẽda tradidit. Ideo eorum parens nominatur, uelut ipſorum naturæ contemplator.

Hypermeſtra, filia fuit Danai, quæ iugulantibus cæteris quadraginta nouem ſororibus ſola marito ſuo Lynceo ſeu Lyno pepercit, ob quod factum à patre in carcerem coniecta eſt, ſed poſtea à Lyno liberata. Vide ſuprà Belides.

Hypſiphyle, aut Hypſiphile, filia Thoantis regis Lemni, de qua ita fabulantur poëtæ. Cũ mulieres in Lemno uiros omnes communi cõſilio una nocte necaſſent, ipſa patrem ſaluauit, & dimiſit. Deinde cum Argonautæ Lemnum ueniſſent Iaſonem hoſpitio ſuſcepit, eiusq́ue amore capta cum eo concubuit, unde peperit gemellos, abeuntem uerò multis lachrymis proſequuta eſt, nec quenquã poſt Iaſonem amauit. Poſtea cum Lemniades eam ad ſupplicium poſcerent, quòd patrem ſeruaſſet, fugiens à pyratis capta, Lycurgo regi Nemeæ tradita eſt, cuius filium Opheltem cum nutriret, Argiuis Thebas petentibus Langiam fontem oſtenderet, puer in herba relictus à ſerpente eſt occiſus. Quam cum poſtea Lycurgus ob filij necem occidere uellet, à Græcis defenſa & ſeruata eſt. Proper. lib. 1.

Hypſiphyle nullos poſt illos ſenſit amores,
Vt ſemel Aemonio tabuit hoſpitio. Ab ea Hypſiphylæa dicta eſt Lemnos inſula. Ouid. libro 3. Faſtorum,

» Vulcanum tellus Hypſiphylæa colit.

Vide Lemnos.

Hyrcania, (ὑρκανία) regio Aſiatica, magna ex parte plana & præclariſſimis urbibus adornata, quarum celebrant Talebrotam, & Samariam, & Cartam, & Tapen. Et adeò opulenta, ut uitis uini metretam efferat, & ficus ſexaginta modios ficorum, frumentum ex ſemine naſcatur, quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana ſylua, quæ Scythiæ ſubiacet. Habet ab Oriente mare Caſpium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occaſu Iberiam. Hinc Hyrcanus.a.um. ὑρκανὸς. ut mare Hyrcanũ, ſiue Caſpium, mare Abacuc, ſiue mare de Sala. ſic enim hodie uocitant, quem Ptol. lacum facit.

Hyrtacus, à quo Hyrtacides. Vergilio lib. 9. uir fuit Troianus ex Idamonte, qui filium habuit Niſum Aeneæ comitem.

I ANTE A.

IA, fuit nomen minoris filiæ Atlantis, ſoror Maiæ matris Mercurij, de qua Homerus lib. 14. Odiſſ. & Latinè uox dicitur. Item ia. ἴα. Græci uocant uiolas. unde Ianthina ueſtis.

Iacchus, (ἴακχος) nomen Bacchi, ab ἰαχῶ clamo, canto, uocifero: nã qui Baccho ſacrificabant, clamare ſolebant. Et duplici cc ſcribi debet, quamuis in ἰαχῶ ſit ſimplex c, quod ideo fit, ut in Iaccho ſecunda producatur, quæ in uerbo Iacho corripitur. Verg.
» Gratiſſima uitis Iaccho.
Ponitur quandoq; pro uino. Idem Eclog. 6.
» Inflatum heſterno uenas, ut ſemper, Iaccho.

Iacob, Latinè athleta, & exercens ſe dicitur.

Iacobus, penult. prod. nomen proprium, quatuor ſyllabarum. Claudianus,
» Quid laceras uerſus dux Iacobe meos?

Iader, fluuius eſt Dalmatiæ, in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum eſt Iadera.

Iadra, ciuitas, quæ nunc uulgò Zara.

Ialiſos, Rhodi inſulæ urbs, teſte Pomp. libro 2. Vide Ouidium libro. 7. Metamorph. & Plinium libro 5. capite 31.

Iana prius, deinde Diana, d literæ appoſitione.

Ianira, (ἄνειρα) penul. prod. fuit Oceani & Tethyos filia, ſic dicta à dulcorandis uiris. ἰαίνω dulcoro, & ἀνὴρ, ἀνέρος, uir.

Ianiculum, oppidum non procul à Roma: ſic dictum, quia populus Comanus per id oppidũ in agrum Hetruſcum tranſire ſolebat, ut notant grammatici: uel quòd à Iano ſit conditum. Vergilius lib. 8. Aeneidos, Hanc
» Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem:
» Ianiculi huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Ianus, antiquiſsimus Italiæ rex, quem geminam faciem prætuliſſe ferunt, quòd ad regis prudentiam ſolertiamq́ue referendum eſt, qui & præterita noſceret, atque proſpiceret futura, unde etiam bifrons dicitur. Hic Saturnum claſſe profectum ſuſcepit hoſpitio, & quoniam ab eodem ruris agriculturam edoctus eſt, regni partem illi conceſſit, amboq́ue unà regnarunt concordes, uicinaq; oppida communi opera cõdiderunt. Romani hunc omnibus ianuis præſſe crediderunt, unde & clauigerum ipſum uocarunt. Eum autem primum in Italia dijs templa feciſſe, ritusq; ſacrorum inſtituiſſe, ac ideò eum in ſacrificijs præfationem meruiſſe perpetuam, uide Macro. libr. 1. cap. 789. Iani templum fuit Romæ, ad infimum Argiletum à Numa Pompilio poſitũ, quod belli tempore apertum, pacis clauſum fuit, unde Patulcius & Cluſius cognominabatur, ut author eſt Serui. Quibuſdam Ianus ab hiatu dictus eſt, detracta aſpiratione, quẽ quidam ſolem putant, ideo geminum. διφυῆ. quaſi utriuſq; ianuæ cæleſtis potentẽ, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies antè & retrò habere dixerunt, quòd annus ex ſe initium faciens, fini occurrat: uel quòd ſuperorum & inferorum ianitor extiterit. Hunc etiam quadrifontem fecerunt, ob quatuor orbis partes, & Ianum geminum uocitarunt, & Iunoniũ, quia Calendarũ princeps. Calendæ enim ſunt Iunoni dicatæ. Et Ianus erat locus Romæ, ubi fœneratores conſiſtebant in regione Baſilicæ: quoniam in eo Iani ſimulachra collocata uiſebantur. Ouidius,
» Qui puteal Ianũq; timet, celeresq́; Calendas
Iani quoque peruiæ tranſitiones, foresq́; profanarum ædium ianuæ uocabantur.

Iapetus. Ἰαπετὸς. penul. cor. Cœli ſiue Titani & Terræ filius (ut inquit Heſiodus) uir quidem potens apud Theſſalos, ſed proterui ingenij, magisq́; filiorum quàm ſua uirtute clarus. Ferunt hunc Aſiam Nympham in uxorem duxiſſe, & ex ea Heſperũ, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum ſuſcepiſſe.

Iapis, idis. (Ἰᾶπις) nomen proprium Aetoli, qui cum ad regionem Venetiæ ueniſſet, oppidum de ſuo nomine condidit, à quo ea pars ubi Timauus fluuius eſt, Iapidis nomen ſumpſit. Vergilius libro 2. Georgicorum,
» Caſtella in tumulis & Iapidis arua Timaui.

Iapyx, uentus eſt ex Apuliæ ora proficiſcens, quem eundem Caurum Gell. li. 2. eſſe iudicat. Eſt enim occidentalis, & utilis Græciam petentibus ex Italia, ut teſtatur Horatius.

Iapygium, (Ἰαπύγιον) Salentinorum promontorium. Vnde Seruius Iapygiam partem Apuliæ

liæ eſſe dixit, in qua eſt mõs Garganus, qui uſque ad Adriaticum pelagus tenditur. Hiero. & Solin. ab Iapyge Dædali filio dictam eſſe uolunt. Huius metropolis eſt Brunduſium, & Taren-tũ.

Iaſion, quem Diodorus li. 6. Iaſium uocat, Iouis & Electræ fuit filius. Hic, ut idẽ author eſt, adeò à Cerere adamatus eſt, ut in eius gratiã ad nuptias Hermiones ipſius Iaſij ſororis, maximam & frumenti & panis copiam attulerit, ac ex eo Plutum pepererit, qui cultum uitæ inſtituere, pecuniasq́; coaceruare, ac in uſus cuſtodire omnium primus docuit, cum antea parua congregandæ ſeruandæq́ue pecuniæ fuiſſet cura. hunc quoq; alio nomine Aetionem uocant. De Pluto ſeu Plutone etiam infrà paulò aliter.

Iaſius, filius fuit Abantis Argiuorum regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Seruius et Iaſius fratres fuerũt, Electræ filij: ſed Dardanus de Ioue, Iaſius de Corito procreatus eſt. à quo Græci Iaſidæ, & Iaſis uocatur Atalanta eiuſdem filia.

Iaſon, filius fuit Aeſonis ex Polymila, ſeu ut alij uolunt, Alcimede, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendauit (licet alij alia recenſent) tradito etiam regno, ea tamen lege ut illud aduito Iaſoni reſtitueret. Porrò Alcimede ſuſpectum habens Peliam, Iaſonem Chironi alendum dedit. Itaque Iaſon adultus ad repetendum paternum regnum uenit, ſed Pelias commentus fraudem, Iaſonem Colchos ad auferendum aureum uellus nauigare iuſſit. Quæ res licet primò impoſſibilis uideretur Iaſoni, tamen præparata Argonaui cum reliquis heroibus Colchos profectus eſt. Inter nauigandum autem primum ad Lemniades uenit, ubi ab Hypſiphyle & hoſpitio & thalamo ſuſceptus eſt, ut ſuprà auditum. Deinde ad Phineum regem, à quo muneris loco edoctus eſt, quomodo per Cyaneas petras inter ſe concurrentes ad Colchos uſque tutò nauigare poſſet. Quo cum perueniſſet, à Medea Colchorum regis filia receptus eſt, quæ illius pulchritudine capta, ſe eidem nupturam ſpopondit, monſtrauitq́; qua ratione tauri æripedes, igniuomiq́; & ipſe draco peruigil domari poſſet: cuius conſilia ſecutus Iaſon aureum uellus ſuſtulit, & inde clàm cum ſocijs & Medea fugam arripiens, ad Iſtri oſtium peruenit, quod ingreſſus ad eam uſq; partem uectus eſt, in qua diuiſus Iſter in mare Adriaticum defertur. Tandem in patriam redijt cum aureo uellere. Alij uerò per eandem uiam, à qua abierat, reuerſum affirmant, ubi duos filios ex Medea ſuſcepit. Sed cũ poſtea Creuſæ Creontis Corinthiorum regis filiæ amore flagraret, repudiata priore cõiuge hãc in uxorem duxit. Quod ut ulciſceretur Medea, Creuſam cum regia exuſsit, ut ſuprà dictum eſt. Poſtremo Medeæ denuo iũctus, Colchos redijt, & Aeetam regno pulſum reduxit in imperium, aliaq́; multa per Aſiam egit magnifica, adeò ut ipſi diuini honores decernerentur. Ouidius libro 7.

» Multaq́; perpeſſi claro ſub Iaſone tandẽ, &c.

Iaſonides, patronymicum apud Statium. De hoc Iuſtinus & Diodorus. Fabula ex Apollonio Rhodio & Valerio Flac. notiſſima.

Iaxamatæ, (ἰαξαμάται) populi circa Mæotim (inquit Stepha.) quos Ephorus appellat Sauromatas. hos uenatus alit.

Iaxartes, Scythiæ fluuius in Aſia, q̃ Tanais putabatur, quem Demodamas dux tranſcendit, & aliũ eſſe perdocuit: oritur apud Sacas (ut ait Ptol.) in Septentrionẽ fluens. aliàs Iaxes.

Iazyges. ἰάζυγες. Metanaſtæ populi in Europa, Vulgò Tranſsyluani.

Iberus, (ἴβηρ) penult. pro. prima communis eſt, ut plurimum uerò corripitur. Supra Hyberus perperam ſcribitur. fluuius Hiſpaniæ, nobiliſs. nauigabili commercio diues, qui apud Cantabros oriens, haud procul oppido Iuliobrica, nauium CCLX paſſuum mil. capax, ut Plin. ait cap. 3. libro 3. per 40. paſſuum millia fluit, & in mare Balearicum exit. Dictus (ut Euſtathius ait) à rege eiuſdem nominis, & in ultima Europæ, haud longè à columnis circa Gadir. Lucanus libro 4.

» Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Quod in Iberum declinari poteſt, præſertim quando ſequitur flumen. Et Iber. eri. uel eris. pen. prod. ut Priſcianus ait. Horatius, Iberi, Rhodaniq́; potor. Lucanus, Occurrat Iberibus alter. Inde Iberia. ἰβηρία. dicta eſt pars Hiſpaniæ, quæ inter Iberum continetur, quãuis generali uocabulo pro Hiſpania capiatur. Et

Et Iberiam quidam partem unam exteriorẽ, alteram interiorem dixerunt. Hanc regionem Celtæ Gallorum populi, relictis ſedibus ſuis, habitauere. Vnde compoſito ex utraq; gente nomine Celtiberi appellati ſunt, & regio eorum Celtiberia. At Iberia uerò Iberi et Iberes, uocati ſunt populi Hiſpani. Eſt & alia regio hoc nomine: quanquam ſuperius Hyberia pro hac regione ſcribitur iuxta Pontum inter Colchida & Armeniam, uenenorum ferax, quæ Caucaſijs montibus circundatur. cuius ſimiliter populi Iberi, & Iberes dicti ſunt, à quibus, ut Varro ſcribit, uenerunt, qui in Hiſpania habitauerunt. Et à quibus Hiſpania, Iberia: & fluuius Hiſpaniæ Iberus. Et Iberus, Ibera, Iberum. Iberiam regionem mulier captiua ſub Coſtantino Helenæ filio, conuertit ad Chriſtianam fidem, in ea pudicam traducente uitam, & in oratione iugiter perſiſtente.

Icaria, inſula in Icario mari: ab Icaro Dædali filio dicta, quæ trecentorum ſtadiorum ambitum habet. Vide Ichthicuſa.

Icarus, (ἰκάριος) penult. correp. Oebali Laconum regis filius fuit, pater Penelopes. Ouid. in Epiſtolis,

» Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto
» Cogit, & immenſas increpat uſq; moras.

Icaris, idis. apud Naſonem, & Icariotis, Icariotidos, apud Proper. eſt Penelope. Propertius libro 2. Icare Cecropijs meritò iugulate colonis. Hic etiam Icariotus dictus eſt. Vnde Icariotis forma patronymica. Ouid. libro 3. De Ponto: Morte nihil opus eſt, nihil Icario tide tela. Icarus etiam dictus fuit Dedali filius. Vide Dædalus.

Icarius, Athenienſis, filius Oebali & pater Erigones, cum Bacchi comes fuiſſet, ab eo accepit, ut uinum mortalibus exhiberet. Qui cum meſſoribus, ſeu ut alijs placet, paſtoribus ultra debitum exhibuiſſet, ab ijſdem inebriatis apud Marathonem uenationi uacans interfectus eſt. Quod cum Erigone cognouiſſet, laqueo uitam finiuit, ut ſuprà annotauimus. Icarium uerò poſtea in Bootem uerſum quidam fabulantur.

Ichnuſa, dicta eſt inſula Sardinia, quod ad ſimilitudinem ueſtigij facta ſit. Eſt enim Græcis ichnos ueſtigium. Vide Sardinia.

Ichthyophagi, pen. corr. qui piſcib. uiuunt, quo nomine dicti ſunt quidam populi in Aethiopia interiori, qui magnũ ſinum occidentalis Oceani tenent, teſte Ptol li. 4. ca. 9. Hieron. contra Iouinian. Porrò Ichthyophagi genus errans in littore maris rubri, ſuper petras ſolis calore feruentes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento uictitant. De his quoq; uide Strab. lib. 15.

Iconium. ἰκόνιον. oppidum Cappadociæ optimè olim habitatum, fortunatiorem habens regionem. Alterum eſt in Aſia Pontica regione apud Trogetem lacum, ut inquit Strabo.

Icoſium, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, ab Herculis comitibus conditum.

I ANTE D.

IDa, dæ. (ἴδα) mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat, habetq; multos pedes Latus eius Septentrionale, ex anguſtijs Abidi uſq; ad Eſapum, & Cizycenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale ad Helleſpontum reſpicit: Auſtrale, promontorium facit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant, abundatq; mons aquis, & multa flumina ex eo deſcendunt, parua quidem flumina, cum mox à mari abſorbeantur. celeberrima uerò propter ea quæ geſta ſunt apud Ilium. In hoc quoq; monte Paris ſententiam tulit pro Venere, de pomo aureo aduerſus Palladem & Iunonem. Homerus libro 8. Iliad. ferarum parentem eſſe dixit. In cuius ſummitate locus fuit Gargarus appellatus, à quo Gargara, Aeolica ciuitas dicta eſt. Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia. Hinc Idæus. a. um. Ἰδαῖος. Alius eſt in Creta altiſſimus, qui multis urbibus cingitur. Vergilius libro 12. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida. Ouidius, Et Creta nobilis Ida. Idicus, poſſeſſiu. ab Ida mõte.

Idæi Dactili, filij fuerunt Mineruæ & Solis: uel (ut alij uolunt) Saturni & Alciopes, et dicuntur aliàs Corybãtes. Sunt etiam gemmæ quæ ferreo colore humanum pollicem exprimunt. Plin. li. 17 cap. 10. Vide Dactyli Idæi.

Idalium, (ἰδάλιον) Vide Idalus.

Idalus, mons eſt Cypri, olim Veneri ſacer, unde eſt Idalia dicta, ad cuius radices ſitum eſt Idalium oppidum.

Idas,

Idas, Apharei filius fuit nomine, re autem ipſa Neptuni, qui acceptis à patre uelociſsimis equis Marpiſſam filiam Eueni regis Aetoliæ, Martis filij elegantiſsimam in Dianæ luco ſaltantem rapuit. Ob quam rem eiuſdem pater (qui nulli procorum filiam ſuam dare uoluit, niſi certamine curſus fuiſſet uictus: à ſe autem uictos decollare, eorumq́ capita in aliorum terrorem de muris ædium ſuarum ſuſpendere ſolebat) dolore commotus, interemptis, quos habebat, equis, ſe in fluuium Lycorinam, qui poſtea ab ipſo Euenus dictus eſt, præcipitauit. Cæterum fugienti cum puella Idæ Apollo in itinere obuiam uenit, qui cum Marpiſſam & ipſe præripere Idæ uellet, uentum utrinque ad certamen eſt. Sed à Ioue miſſus Mercurius arbitrium Marpiſſæ commiſit, ut ipſa utrum uellet eligeret: illa autem Idam elegit, uerita ne ſeſe ætate prouectam Apollo relinqueret. Homerus libro 9. Iliad. Vide Marpiſſa.

Idaſpes, (Ἰδάσπης) Vide ſupra Hydaſpes.

Idomeneus, Deucalionis filius, & nepos Minois, rex Cretenſium, qui teſte Homero, populos ſuos ad Troiam duxit: & quum poſt euerſam Troiam reuerteretur in tempeſtate deuouit dijs ſacrificaturum ſe de re quæ ei primũ occurriſſet. Contigit ut filius eius primus occurreret, quem quum, ut alij dicunt, immolaſſet: ut alij, immolare uoluiſſet: à ciuibus pulſus regno, Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, iuxta quod condidit ciuitatem, ut ſcribit Verg. 3. Aeneidos,

Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus. Hæc Seruius.

Idumæa, regio eſt Syriæ, teſte Plinio li. 5. à meridiè cõtigua Arabiæ, à Septentrione uerò Phœniciæ: à qua Libanus eam diuidit, habetq́ ciuitatem Idumen Phœniciæ coniunctam, & abundantem palmis. ut oſtendit Luca. lib. 3. dicens, Et arbuſto palmarũ diues Idumæ. Vnde Idumæus. a. um. ut, Idumææ palmæ.

Idya, mater Medeæ, quam Oui. Ipſeam uocat.

Iebus, ciuitas metropolis, quæ poſtea Salem, tertiò Hieroſolyma, & nunc Helia dicitur. À Iebus dicti ſunt Iebuſei.

Ierna, Hiſpaniæ fluuius eſt, auth. Mela lib. 3.

Ies, Ietis, ciuitas eſt Achaiæ, Tortelius.

Ieſſen, (Ἰεσσὴν) oppidum herowm uocant.

Ilba, uel Ilua, (Ἰλύα) inſula in mari Thuſco, diſtans à continenti decẽ millibus paſſuũ: de qua Plin. ca. 14. lib. 34. refert, hoc eſſe mirum, quòd in alijs regionibus effoſsis metallis terræ ſint uacuæ, apud Ilbam ſublata renaſcuntur, & rurſum eiſdem locis effodiuntur. Vide Ilua.

Ilerda, Hiſpaniæ urbs nunc Leryda & Leyda.

Ilia, quæ & Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius pulſo iam Numitore fratre, & interfecto eiuſdem filio Lauſo, uirginem ueſtalem fecit, ut habendæ prolis occaſionem adimeret. Veruntamen Ilia, dum aquam pro ſacris quæreret, obdormiuit, & in ſomnis illi uiſum eſt, ſe à Marte opprimi, & ſic geminos concepit, quos cum peperiſſet, patruus exponi iuſsit, matremq́ Iliam uiuam apud Tyrim fluuium infodi: unde poëtæ eam Tyberi nupſiſſe fingunt, qui ob id quoq́ uxorius amnis ab Horatio libro primo Carm. dicitur. Verum quomodo actum ſit de pueris, uide ſupra de Amulio.

Ilias. adis. (Ἰλιὰς) Homeri opus clariſsimum. Hinc prouerbium, Ilias malorum, (Ἰλιὰς κακῶν) pro ingenti calamitate: tractum à magnitudine poëmatis.

Iliberis, (Ἰλλίβεῤῥις) ciuitas prouinciæ Narbonenſis. Hanc quidam eſſe aiunt, quæ nunc Granata dicitur, longe clariſsima urbiũ Occidentis, erepta nouiter Mauritanis regibus, auſpicijs regum Hiſpaniæ. Vide Illiberis.

Ilione, filia fuit Priami ex Hecuba, natarum maxima, quæ ratione ueteris hoſpitij, & inſignis amicitiæ Polymneſtori regi Thraciæ matrimonio iuncta eſt. Vergil lib. 1. Aeneid.

Præterea ſceptrum Ilione, quod geſſerat olim
Maxima natarum Priami, &c.

Iliſſus. Ἰλισσὸς. nomen amnis in Attica regione Muſis dicati, quas Iliſsidas uocant. Papinius Diris & furijs conſecrauit.

Ilithyia, dicitur à poëtis Diana, quæ parientibus adſiſtere putabatur.

Ilium, urbs fuit Phrygiæ, à Dardano Iouis filio cõdita, ab Ilo uerò rege ampliata & Ilium nominata, quum antea Troia à regione illa in qua ſita fuit diceretur: mille quingẽtis paſſibus diſtans à portu. Regia fuit Priami, poſtea uerò ob Helenam à Paride raptam decennali

tennali bello obſeſſa, ac demũ expugnata eſt.
» Vergilius lib.4. Ceciditq́ ſuperbum
» Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia
Dicta eſt etiam Ilios.

Hinc fit Iliacus, a. um. id eſt Troianus. Iliadæ ipſi Troiani, Iliades fœminæ Troianæ, Vide Dardanus.

Illiberis, Ptolem. lib.2. cap.10. Tectoſagum ciuitas. uulgò Salſas, Hiſpanorum ditionis. Vide Iliberis, per l ſimplex.

Ilua, Inſula eſt in mari Mediterraneo, Thuſciæ adiacens, ferrifodinis nobilitata. Vide Ilba.

Ilus, Trois regis fuit filius. Vide Dardanum. Hoc quoque nomine appellatus fuit Aſcanius Aeneæ filius. Vergilius libr.1. Aeneid.
» At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
» Additur, Ilus erat, cum res ſtetit Ilia regno.

Illyris, ſeu Illyria, ſeu Illyrium, regio eſt Europæ ſatis ampla, quæ Italia, Germania, Macedonia, Thracia, Epiro & Adriatico mari terminatur. Alio nomine Dalmatia, hodie uero Sclauonia uocatur. Dicta ab Illyrio Polyphemi, ſeu ut Euſtathio placet Cadmi filio. Vergil. octaua Eclog. Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui.

In ea ſunt ciuitates, Iadera, Epidaurus, nũc Raguſium fit, Salonia, & aliæ multæ. Hinc Illyricus, Illyrica, Illyricum, Ἰλλυρίος.

Inachia, (Ἰναχία) regio, quæ Io uocabatur.

Inachis. Ἰναχὶς. ipſa Io, Inachi filia,

Inachus. Ἴναχος. pen. cor. Ionis ſeu Iûs pater fuit, & primus qui apud Argiuos regnauit. A quo Inachius. a. um. Vergil. libro 11.
» Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
» Terra uiros, ultro Inachias ueniſſet ad urbes
» Priamus, &c.

Eſt & Inachus nomen fluuij Achaiæ, ab Inacho rege dictus, qui per Argiuum agrum percurrit. unde Inachidæ Argiui, Græciq́ue nuncupati ſunt.

Inarime. (ἄριμα. apud Hom.) pen. cor. inſula in ora Cãpaniæ propè Neapolim, et ut ait Plin. lib.3. cap.6. in Puteolano ſinu. Vulgò Iſchia uocitant, in qua mons fuit, qui terremotũ paſſus alteram fudit inſulam, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt. Sub hanc quoque inſulam Typhœa gigantem à Ioue detruſum, Verg. his uerſibus declarat,

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq́; cubile Inarime Iouis imperijs impoſta Typhoëo.
Vide ſuprà Aenaria, Achæmon & Cercopes.

Incubi, (ἐφιάλται) pen. cor. dicti ſunt Syluani & Fauni, quos improbos quandoq́; fuiſſe mulieribus compertum eſt, ac earum appetiiſſe peregiſſeq́; concubitum.

India, (Ἰνδία) regio Orientalis, Aſiæ terminus, quæ tam uaſta perhibetur, ut eam tradant eſſe tertiam partem omnium terrarum. Pomponius ſcribit tantum ſpacium littoris occupare, quantum per ſaxaginta dies noctesq́; uelificantibus curſus eſt. Tradunt in ea fuiſſe quinq́; millia oppidorum. Ab Indo. Ἰνδὸς. flumine ſic appellata, in quem ab Occidentali plaga deſinit, qui ſolus poſt Nilũ crocodilos creat. Hæc à Meridiano mari incipiens, abuſq́; ſolis occaſum porrigitur, & à Septentrionibus uſque ad Curnuſium montem prouenit. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat. Arbores habet ſemper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi propè gentium ſoli nunquam emigrauere finibus ſuis. Illic binæ æſtates, leues auræ, temperies cœli, ubertas ſoli, aquarũ abundantia: quæ omnia faciunt, ut maiora in India quàm in cæteris regionibus naſcantur animalia. De India diligentiſſimè ſcribit Strabo lib. 15. Multa etiam in rebus Alexandri Diodôrus, Arrianus, Qu. Curtius, tum & Philoſtratus nonnulla. Ab India fiunt adiectiua. Indus. Ἰνδοὶ. & Indicus. Ἰνδικός.

Indus, Indiæ fluuius, ſecundum Gangem maximus, à quo etiam India dicta eſt. Multos amnes in ſe recipit clariſſimos, ut Cophen, Aceſinen, Hydaſpen: de quibus omnibus, cap.20. lib. 6. Plin. abunde ſcribit. Hic, ut idem ait, ab incolis Sandus appellatur.

Inguinium, urbs in Liguria, opibus ac uetuſtate nobilis, nũc Albinga, Proculo imperatore Romanorum alumno & ciue ornata.

Ino, (Ἰνὼ) nomen Cadmi & Hermiones filiæ, uxorisq́; Athamantis Thebarum regis, & Liberi patris nutricis. Eadem (Cice. teſte. 3. de Nat. De.) eſt, quæ Leucothea. λευκοθέα. id eſt alba dea, à nobis uerò Matuta, quæ & Aurora dicitur. unde Oui. in Faſt. Leucothea Graijs,

Matuta uocabere noſtris. Fabulã Inonis Ouidius lib.4.Metamorph.refert,quemadmodum Ino cum Melicerta filio propter timorem de ſcopulo ſe præcipitem miſit in mare,amboq́ facti ſunt dij marini. Illa Leucothea,Melicertes, Palæmon,qui & Portunus,uocati ſunt. Ab ea fit Inous.a.um.media longa.

Inſubres,(Ἴνσουβροι) populi Ciſalpinæ Galliæ,cuius ciuitates ſunt, Mediolanum, Papia, Lauda,Nouaria,Vercellæ,& Comum.Vide Strabonem.Eorum regio Inſubria dicitur.

Inutrium,Vindeliciæ urbs Ptolemæo lib.2.cap.13.uulgò Iſzpruck.

Io, filia fuit Inachi regis Argiuorũ, quam cum Iupiter ob formæ elegantiam maximè diligeret,ab Inacho fluuio redeuntẽ tenebris ſuperinductis detinuit & oppreſſit. Iuno autem ex alto tenebras uidens,ſuſpicata maritum ſuum alterius amore frui, in terras deſcendit, tenebrasq́ ſoluit. Quod Iupiter ſentiens,ne pateret crimen, puellam in uaccam transformauit, eamq́ Iunoni poſcenti ægrè conceſſit. Iuno autem nec tum ſuſpicionibus libera Argo centoculo cuſtodiendam tradidit, quem Mercurius à Ioue miſſus ſopitum interfecit. Quapropter Iuno dolens uaccæ œſtrum immiſit, quo per multa loca agitata, tandem in Aegyptum uenit, ibiq́ prece Iouis à Iunone eidem formæ reſtituta eſt, & ab Aegyptijs Iſis nominata Oſiridi regi nupſit: poſt mortem uerò pro dea culta eſt,cui anſerem immolare eiusq́ ſacra Iſiaca dicere ſolebant. Iuuenalis Saty.6.

» Si candida iuſſerit Io,
» Ibit ad Aegypti finem,&c.

Iocaſta, filia fuit Creontis, & uxor Laij regis Thebani, quæ occiſo marito inſciens nupſit Oedipo filio, ex quo Eteoclem & Polynicem peperit. Hanc poſtea cum Oedipus cognouiſſet,repudiauit,ſuperinducta Aſtymeduſa coniuge.Tandem ſeipſam gladio transfodit,cum filios ſuos ex Oedipo ſuſceptos mutuis uulneribus interijſſe uideret.Vide Oedipus.

Iolaus,Iphicli fuit filius, qui Herculi hydrã interficienti adfuit, ferroq́ candenti cruorem reſtrinxit atq́ cohibuit. Poſtea cum alijs Theſpiadibus in Sardiniam uenit prioremq́ inſulæ partem tenuit, quàm à ſe Ioleam, populos uero Iolenſes denominauit, quia illã inſulam ad pacem reduxit. Strabo libro quinto. Hic cum ad decrepitam ætatem perueniſſet, Herculis precibus iuuentuti reſtitutus eſt, ut inquit Ouidius lib.9.

» Dubiaq́ tegens lanugine malas
» Ore reformatus primos Iolaus in annos.

Iole,Euryti filia ab Hercule rapta. Vide ſuprà Eurytus,item Hercules.

Ionia,(Ἰωνία) regio minoris Aſiæ, media inter Cariam & Aeoliam, ab Ionio Athenienſium duce cognominata, qui eam regionem ſubegit. Vel à Iano Iaphet filio,ut Ioſeph.inquit. In ea Miletum ciuitas,Prienis, Epheſus, & Clazomene. Vide Plinium cap.29.lib.5.Hinc ſunt adiect. Ionicus.a.um. & Ionius.a.um. (Ἰόνιος) ut Ioniũ mare,quod eſt pars Adriatici,ut inquit Strabo,à Ionio dictum Dyrrhachij filio. Vel ut alij ab Iûs errore, ut Lycophron ait. Ferè conſtat hoc mare uiolentum eſſe,uaſtum & iactabundum, ac ſupra fauces Adriatici intra Siciliã & Peloponneſum, atq́ Candiã expanditur. Ideò Græci partim ipſum Siculum,partim Creticũ appellant ab inſulis.

Ioppe,(Ἰόππη) cum duplici pp, urbs eſt maritima Palæſtinæ,quæ (ut quidam uolunt) regia fuit Cephei Andromedæ patris. Hæc,referente Solino in Collectaneis,& Plinio lib.5.cap.13. fuit antiquiſſima omnium urbium in uniuerſo orbe, utpote ante diluuium uniuerſale condita. Quod & oſtendit ſaxũ, quod uinculorum Andromedæ ueſtigia adhuc retinet,quam expoſitam beluæ (ut ait Solinus) non irritus rumor circuntulit. Nonnulli uerò nõ Ioppen Paleſtinæ, ſed aliam Indiæ urbem fuiſſe dicunt, ubi Andromeda marinæ belluæ fuit expoſita, cum dicat Ouid. lib.1.de Arte Aman. Perſeus Andromeden nigris portauit ab Indis.

Et Sappho ad Phaonem,

Candida ſi non ſum,placuit Cepheia Perſeo Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ. Vide Vallam cap.6.lib.5. De huius urbis ſitu nemo fidelius nec elegãtius Aegeſippo lib.bel.Iud.3.

Iordanis,penultima indifferente, fluuius in Iudæa eximiæ ſuauitatis,quem Plinius cap.5.libro 5. & Solinus ex Peneade fonte oriri tradunt. D. Hieronymus uero ad radices Libani, ex duobus fontibus ſcaturire dicit,quorum alter Ior,alter Dan,uocetur, qui iuncti Iorda-

nis nomen efficiunt: quod etiam approbare uidentur Hebræi qui eum Iarden nominãt. Secundu. Sed quaſi luſtra gerens placidam Iordanis ad undam. Venit,&c.

Ios, inſula eſt haud longè à Creta diſtans, celebris ſepulchro Homeri, ut ſcribit Plin. cap. 11. lib. 4. hic cum patriam ignoraret atq; parẽtes, Apollinis oraculum cõſuluiſſe dicitur, reſponſumq; accepiſſe, matrem fuiſſe ex Io inſula, itaq; ipſum certa matre, incerta eſſe patria.

Iphianaſſa, & Lyſippe, filiæ fuerunt Prœti Argiuorum regis, quibus Perottus Mæram & Euryalen addit: quæ cum ad Iunonis templũ ueniſſent, deam contumelijs affecerunt, patris ſui domum diuitijs templi Iunonis, uel ut alij ferunt, formam ſuam Deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in furorem uerſæ ſunt, ut putarent ſe eſſe uaccas. Ad quas curãdas acerſitus eſt Melampus, cui pater regni partẽ, & alteram filiam, quam uellet, nuptui promiſit. Placata igitur per ſupplicationẽ, & hoſtias Iunone, Prœtides à morbo curauit, & Iphianaſſam in uxorem duxit. Hoc nomine appellatur etiã à Lucretio lib. 1. Iphigenia Agamemnonis filia, ex Clytemneſtra.

Iphicus, Amphitryonis & Alcmenæ filius, uno partu cum Hercule editus, Iolai pater: ſepulchrum habet apud Pheneũ Arcadiæ urbem, ut ſcribit Pauſanias. Seru. Hercules natus eſt cum Iphiclo Amphitryonis filio: ſed quum Iuno duos ſerpentes immiſiſſet Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapſus, ſuo uagitu excitauit parentes: qui quum ſurrexiſſent uiderunt Herculem angentem manibus angues immiſſos ei nouercalibus odijs. À Solino Iphicles appellatur. Fuerunt & alij huius nominis.

Iphigenia, filia fuit Agamemnonis & Clytemneſtræ, de qua ita fabulantur poëtæ. Quum Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ ignarus occidiſſet, dea irata uentorum flatus amouit, ut nauigare non poſſent. Quapropter cum oraculum conſulerent, reſponſum eſt, Agamemnonio ſanguine Deam eſſe placandã. Miſſus igitur Vlyſſes Iphigeniam filiam aſtu à Clytemneſtra ſub prætextu facti cum Achille matrimonij impetratã adduxit: cumq; iam immolari parabatur, Dea miſerta illam ſuſtulit, ceruamq; pro ea ſuppoſuit, uirginem autem in Tauricam regionem tranſtulit, ubi à Thoante rege eiuſdẽ deæ ſacris præfecta eſt, quæ humano ſanguine fieri ſolebãt. Quò cum poſtea Oreſtes furijs agitatus, & ab incolis captus ueniſſet, iamq; eſſet immolandus, à ſorore cognitus & liberatus eſt, cum quo non multo pòſt occiſo Thoante rege aufugit, ablato ſecum Dianæ ſimulachro, in lignorum faſce abſcondito, propter quam illam Faſcelidam uocarunt. Tandem uenerunt in Italiam, & in Aritia urbe ſimulachrum locauerunt ædificato Deæ inſigni templo.

Iphimedia, uxor fuit Aloei, quæ cõpreſſa à Neptuno, duos peperit Otum & Ephialtem qui digitis nouem per ſingulos menſes creſcebant. Hæc Seruius. Vide Aloeus, & Ephialtes.

Iria flauia, Hiſpaniæ Tarraconẽſis urbs Ptole. lib. 2. cap. 6. S. Maria, finis terræ uulgò.

Iris, ut poëtæ uolunt, Thaumantis fuit filia, & Iunonis nuncia. Vnde Verg. lib. 4. Aeneid.
Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno.

Irus, Ithacenſis fuit pauperrimus, unus ex procis Penelopes, quem mater Arnæum, pueri uerò Irum uocare ſolebant. Hunc Vlyſſes reuerſus ab expeditione Troiana ictu pugni interfecit. Eraſmus uero in prouerbio Iro pauperior, tantum eiectum eſſe dicit. Ouidius,
Irus erit ſubitò, qui modò Crœſus erat.

Iſara, Galliæ fluuius, qui inter Aëriam Durionemq; fluens, in Rhodanũ exit, ubi Cemeneus mons Rhodano ſe applicat, uſq; huc, ad Druentiem offertur in Gallicum ſinum nomenq; amittit, ut ait Lucan. lib. 1.
Hi uada liquerunt Iſaræ, qui gurgite ducto
Per quam multa ſuo famæ maioris in amnem
Lapſus, & æquoreas nomẽ nõ pertulit undas.
Vide Cæſarem & Plin. cap. 4. lib. 3.

Iſauria, ſiue Iſaurica, regio eſt Ciliciæ proxima ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Iſauricus ſubegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erãt, ui cepit. Hæc Strab. li. 12. Iſauri, populi Iſauriam tenentes. Et Iſaura, ſiue Iſaurum Iſauriæ urbs, ut docet idem Strabo & Ammianus.

Iſchomache, pen. cor. cõpoſitum ex ἰσχὺς & μάχη. Quo nomine dicta eſt Hippodamia, quæ habuit in nuptijs ſuis pugnam Centaurorum. Hæc fuit Atracij filia, quæ nupſit Pirithoo.

Iſiphylus, pater fuit Proteſilai.

Iſis. ſis. & ſidis. (ἶσις) accuſatiuum facit Iſim, Inachi filia, Io prius dicta. Vide Io. Ab ea fit Iſidius, ut Diſpauterio placet, & Iſiacus. a. um: ut, Iſiaci, Iſidis ſacerdotes.

Iſmarus in ſingulari, maſcul. in plurali Iſmara, neutrum: mons eſt Thraciæ, partim aſper & incultus, partim fertilis uinetis & oliuetis, quē Orpheus incoluit, ubi Iſmara Ciconum urbs fuit. Vergil. Ecloga 6. Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. Inde Iſmarius. a. um. id eſt Thracius.

Iſmenias, nomen Thebani optimi tibicinis. De hoc Plutarchus in Pericle, Cum audiſſet Antiſthenes Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, Malus igitur: Nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.

Iſmenus, Bœotiæ fluuius, non procul à Thebis. Inde Iſmenius. a. um. id eſt, Thebanus. Iſmenides mulieres Thebanæ.

Iſocrates, orator Athenienſis unus è decem, dulcis & numeroſus in dicendo fuit: ad rempublicam non acceſſit, neque in concionem aſcendit, deficiente pronunciatione: tum etiam ad euitandam inuidiam eorum, qui libenter ijs qui eloquentiæ honore præſtant, ſe opponunt. Ciuitatem tamē iuuit, Philippumq́; in his quæ ad illum ſcripſit, Athenienſibus conciliauit. Deceſſit annos ferè centum natus, poſt Athenienſium cladem ad Cheroneam acceptam, non ſuſtinens nuncium Athenienſium cladis. Ex Philoſtrato.

Iſpalis, Bæticæ Hiſpaniæ urbs clariſſima, à qua etiam Iſpalienſis conuentus Plinio dictus: ſicut Cordubenſis, Aſtigitanus & Gaditanus. Romulea cognominata eſt. Hodie uulgò Seuilla dicitur, ut notatur apud Ptolemæū lib. 2. Vide Hiſpalis.

Iſraël, (Ἰσραὴλ) interpretatur uir uidens Deum, quod nomen impoſitum fuit Iacob patriarchæ: à quo Iſraëlitæ, (Ἰσραηλῖται) penul. prod. qui de Iſraëlis ſtirpe ſunt, qui prius Hebræi dicebantur. Sed poſtquam in duo regna populus Hebræorum diuiſus eſt, tunc duæ tribus quæ de ſtirpe Iuda reges habebant, Iudæorū nomē ſortitæ ſunt, reliquæ decem tribus, Iſraëlis nomen tenuerunt ab Iſraële filio Iſaachi. Regio maioris Aſiæ, Samariæ contermina, dicta eſt Iſraël. Dicuntur & Iſraëlitides (Ἰσραηλίτιδες) à nominatiuo ſingulari Iſraëlitis. tis. & tidis. Sic Madian. nitis. & nitidis. Moab. bitis. & bitidis.

Iſter fluuius eſt Europæ max. qui alio nomine Danubius uocatur, ut ſuperius audiuimus.

Iſthmos, à Græcis terra inter maria anguſta in uniuerſum dicitur, cuiuſmodi eſt Iſthmus Corinthiacus. Notum eſt adagium, Iſthmum fodis, quum fruſtrà aliquid moliri quempiam ſignificamus. multi enim, ut tanti ambitus moleſtia carerent, transfodere anguſtias illas conati, re infecta deſtiterunt.

Iſtria, (Ἰστρία) Italiæ regio, Illyrio contermina, quæ in latitudine ſexaginta paſſuum millia, in circuitu centum uiginti quinq; millia complectitur: à Formione, nunc Tiſano fluuio, ad Banaticum ſinum, in quo Arſia amnis decurrens, Iſtriam ab Illyrio dirimit. Iſtrorum gentem, fama eſt originem à Colchis duxiſſe, miſſis ab Oëta rege ad Argonautas perſequēdos, qui ut à ponto intrauerunt Iſtrū, nec raptores inueniſſent, ſiue metu regis, ſiue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiā cōſederunt, Iſtriq́; ex amnis nomine, quò à mari conceſſerāt, ſunt appellati. In ea eſt Iuſtinopolis urbs, quam Iuſtinus imperator extruxit. Vide Iſter.

I ANTE T.

Italia, (Ἰταλία) Europæ regio, prius Heſperia, ab Heſpero Atlantis fratre, qui à fratre pulſus, & Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (ut Macrob. inquit) ab Heſpero ſtella, quòd occaſui ſubiecta ſit. Inde Oenotria, uel à bonitate uini quod in Italia naſcitur (nā Græci οἶνον uinum dicunt) uel ab Oenotrio Sabinorum rege poſtea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges poſuit. nam ad eam partem uenit, in qua poſtea Turnus regnauit, & ſuo nomine appellauit. Vergilius,

» *Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicūt,*
» *Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ.*
» *Oenotrij coluere uiri, nunc fama, minores*
» *Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.*

Timæus & Varro, à bobus uocatam dixerūt: quoniam Tauri Græca ueteri lingua, Itali uocati ſunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium uero, pars

Italiæ eſt. Eſt etiam dicta Auſonia (ut Ariſtophanes inquit) pars ad Tyrrhenum uerſa. Ab Italia fiunt Italus.a.um. ἰταλός. & Italicus.a.um. ἰταλικὸς.

Italica, (ἰταλικὴ) urbs in Italia, quæ alio nomine Corfiniũ dicitur, ut ait Strabo. Alia in Hiſpania, patria Silij Italici. Et inde Adrianus imperator ortum habuit.

Ithaca, Ionij maris parua inſula, Vlyſſis patria. Hinc Vlyſſes Ithacus dicitur & Ithacenſis. Verg. lib. Aeneid. 2. Hoc Ithacus uelit, hoc magno mercẽtur Atridæ. In ea urbs eſt eiuſdem nominis. Item mons Neritos, à quo tota inſula interdum dicta eſt Neritos.

Ithyra, pen. cor. urbs in Tauro mõte Parthiam uerſus. A qua Ithyreus.a.um. ἰθύρε. &. ut Ithyreus arcus, Ithyrea ſagitta, id eſt Parthicus, eo quòd Parthi præcipuè arcubus & ſagittis utebantur in prælio. Verg.

Ithyreos taxi torquentur in arcus.

Ituria, (ἰτυρία) regio eſt, à qua Ituræi populi.

Itylus & Neis, filij fuerunt Zethi. uide Aëdon.

Itys, filius Terei regis Thracũ, conuerſus in phaſianũ auem, dum epulandus patri Tereo à matre Progne adponeretur. Vide Progne.

Iudæa, dææ. Iudæorum regio dicta eſt, ſiue Iuda indeclinabile: à quo Iudaicus.ca.cum. pro Iudæus.a.um. ſicut Hebraicus, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Eubœo. Iuuenalis, Iudaicum ediſcunt. Hæc tota Palæſtina dicitur, quondã uero Canaan, à filio Cam. Terra diues opum, frugibus fertilis, opima balſamis. Vnde ob ſingularem aëris temperiem, & elementorum gratiam, exiſtimauerunt Iudæi eam promiſſam patribus terram lacte & melle manantem.

Iudæi, à Iuda filio Iacob dicti ſunt, qui fuit unus ex duodecim patriarchis. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filijs Iacob deſcenderũt, à Iuda tamen Iudæi ſunt appellati: quia (ut Auguſt. inquit) de ſtirpe eius regnum ueniebat Iudæis.

Iuernia, Plinio Iuuerna, nunc Irlaonia dicitur: eis uulgò Irland. Anglorũ regi paret. Vide Hyberma.

Iugarius uicus Romæ, dictus quia ibi Iunonis iugæ ara erat, quam putabant matrimonia coniu gere. Liuius: Iugarium Aequimelio & Fortunæ templo uicinum ſtatuit.

Iugula, (ὠρίων) ſtella, uel ſigni cœleſtis pars: de qua Varro, Iugula ſignum eſt, quod Actius appellat Oriona, cum ait, Citius Orion pateſit. Huius ſigni caput dicitur ex tribus ſtellis, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod uidetur iugulum, unde iugula dicta. Plaut. in Amph. Neq; iugulæ, neq; ueſpe rugo, neq; uergiliæ occidunt.

Iuliomagus, Andium ciuitas in Gallia, Ptol. authore lib. 2. cap. 8. Vulgò Angiers.

Iulius, dictus eſt Cæſar, quòd hoc mẽſe ad quartum Idus Quintiles creatus ſit dictator, ſeu quòd eo menſe natus dicatur. Hinc Iulianus. na. num. unde Iuliani milites apud Suet. dicti ſunt Cæſariani. Et Iuliani anni, quos idem ordinauit.

Iuno, Saturni & Opis filia, dea regnorum & diuitiarum, parturientibus quoq; adeſt, unde Lucinæ nomen ſumpſit. Verũ hoc officium alij Dianæ aſcribunt: uide alibi Diana, & Lucina. Nymphas habet pediſſequas. Hinc Verg. 1. Aeneid. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ, &c. Filiam habuit Heben, quam comeſtis ſylueſtribus lactucis concepiſſe fertur, ut ſuprà patet. Sic & percuſſo utero flore Martem peperit, Vulcanum quoque ex Ioue. Eam præcipuè colebant ſequentia loca: Carthago, Proſinna ciuitas, Samos, inſula maris Icarij, ubi nutrita eſt: Argos, Mycenæ, Græciæ urbes, & Faliſci in Italia. Pauo ei ſacer eſt, in cuius caudam Argi caput adpoſuit, quapropter etiam eius currum à pauonibus trahi, poëtarum fabulis proditum eſt. Inde Iunonius.a.um.

Iupiter, Iupitris, uel, eris, (ζεὺς) ſecundum Priſcianum non Iouis, qui genitiuus non à Iupiter, ſed nominatiuo Iouis. Nam à principio Iouis appellatus eſt, à iuuando: poſtea adiuncto altero uocabulo dictus eſt Iupiter, quaſi Iouis pater: ſicut Neptunus pater, Saturnus pater dicere ſolemus. E contrario Veteres Veiouem appellauerunt deum, cui dempta eſſet iuuandi facultas. Celebrabant enim quoſdam deos, ut prodeſſent, quoſdam ne obeſſent, placabant. A poëtis dicitur diuûm atque hominum rex, à maioribus autem, optimus maximus. Ponitur quandoque pro aëre. Horat.

Ode. 1. Manet ſub Ioue frigido. Iuuenalis,

Fremeret ſæua cum grandine uernus Iupiter. Vnde & ſub dio dicimus, quũ Δία Iouem uocent Græci, quem omnia eſſe uoluerunt. Vt Valer. Soranus, Iupiter omnipotens regum, rerũq́, deûmq́ Progenitor, genitrixq́ deûm, deus unus & omnes. Alibi pro anima mundi, alibi pro pluuia. Verg. lib. 2. Georg.

Etiam maturis metuendus Iupiter uuis.

Eſt & Iupiter, nomen ſtellæ illius ſalutaris, quæ in ordine ſecunda eſt. Aliquando per Iouem intelligimus ipſam uim duorum ſuperiorum elementorum, quæ actiua eſt, dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem. Et quamuis trecentos Ioues à M. Varrone enumeratos Tertulianus teſtetur, tamen huic omnia tribuamus, ne multitudo puerorũ memoriam fallat. Saturni & Opis filius, qui natus eodem cum Iunone partu clàm in Iolam Cretæ montem alendus à matre tranſmiſſus eſt, ibiq́ nutritus eſt, à Curetibus tympana pulſantibus, ne uagiens audiretur à Saturno, qui ex pactione cum Titano fratre facta, filios ſuos deuorabat. Nutritus eſt ille primum caprino lacte ab Amalthea & Meliſſa, filiabus Meliſſi Cretenſium regis: & hinc nata fabula, Iouem à capra nutritum eſſe. Iam igitur adultus, bellum geſſit cum Titanibus, quibus uictis parẽtes liberauit, cumq́ cognouiſſet patrem uitæ ipſius inſidiari, regno illum pepulit, & ſic imperio potitus, Deorum ſummus factus eſt. Mox conſecutum bellum cum gigãtibus, quos ipſe fulminatos montibus & inſulis ſuppoſuit. Iamq́ toto orbe ſubacto, cum Neptuno & Plutone fratribus de regno ſortitus eſt, cecidit autem ſibi in ſortem cœlum cum terra, Neptuno maris, Plutoni uero inferorũ dominium. Iunonem ſororem in coniugem ſumpſit, Pincernam habuit Heben Iunonis filiam, qua reiecta, Ganymedem in eius locum ſubrogauit. Ex plantis quercus illi ſacrata eſt, & ex uolatilibus Aquila, tum quòd Ganymedem rapuerit, tum quòd fulmina à Cyclopibus fabricata miniſtret, quam ob cauſam etiam fulmine non tangi ferunt. Maximè colebatur in Creta inſula, in qua natus fuit atq́ in Homole Theſſaliæ monte, unde etiam Homolius: item in Iola, Latio, Libya, ubi & eius oraculum, in Elide urbe Græciæ, ubi quinto quoq́ anno celebrabantur ludi Olympiaci, in honorem Iouis. Licet alij Pelopis dicant, ut de infrà. Filios habuit plurimos, unde natũ adagium, Iupiter abſque filijs. Quidam per hunc fatum intelligunt. Verg. lib. 10.

» Sua cuiq́ exorſa laborem
» Fortunãq́ ferent, rex Iupiter omnibus idem.

Iura, mons eſt Galliæ, Sequanos ab Heluetijs diuidens. Author Cæſar in Comment. Vogeſus dicitur alijs authoribus.

Ixion, filius fuit Phlegyæ, alij tamen Aetionis, alij Iouis faciunt, qui principio in uxorem duxit Diam filiam Deionei ſeu Eionei: cui cum multa pro compenſatione dotis pollicitus eſſet, & ob id pater ſponſæ ad eum ueniſſet, ut dotem ferret, Ixion facta ſcrobe, eaq́ lignis & ſtramẽtis intecta, patrem ſponſæ in ea fraude peremit, propter quam cædem cum neque homines, neque Dij luſtrare uellent, diuq́ incertus uagaretur, Iupiter illius miſertus, in cœlum aſſumptum expiauit. Cumq́ iam purgatus apud ſuperos degeret, Iunonem amare cœpit, eamq́ de ſtupro appellauit. Quod cum Iupiter ab uxore intellexiſſet, nubem illi ſub Iunonis effigie oppoſuit, qui cum ea iacens Centauros genuit. Deiectus deinde in terras gloriatus eſt ſe cum deorũ regina rem habuiſſe. quapropter Iupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detruſit, curauitq́ ut ibi rotæ uolubili alligatus, perpetuò uolutetur, unde Ouidius,

» Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq́ fugitq́.

Ixionides patronymicum.

L ANTE A.

Labdacus, Phœnicis filius, qui ſenex Thebas uocatus, ibi aliquandiu regnauit, filiumq́ habuit Laium, qui à patre Labdacides uocatur. Statius libro ſexto Thebaidos,

» Nec uerbera pallidus abdit Labdacides, &c.

Et Labdacidæ dicuntur Thebani.

Labeo Antiſtius Iureconſultus. de hoc uide Gel. lib. 13. cap. 10. & 12.

Laberius, poëta mimographus, eques Romanus,

nui, cuius meminit Macrobius Satur. lib. 1. & Gell. lib. 11. cap. 9. Sen. lib. 7. Declam.

Labicanum, λαβικανὸν. dicitur uilla Labicana: ſic ager Labicanus dicitur, qui eſt in Italia.

Labici, Italiæ populi, qui genus ſuum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellarũt à ſcuto militari, quod in Italia oſtendit. ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam Latinè anſam uocamus & manubrium. Verg. lib. 7.

Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici.

Laboriæ. arum, Italiæ pars illa, quæ uulgò terra laboris dicitur. Plin. cap. 11. lib. 18. & lib. 17. cap. 4. Campus eſt adeò pinguis, ut ſtipulã tantæ craſſitudinis faciat, quòd ea incolæ pro ligno utantur. Sic dictus, quòd ingens labor ſit in eo colendo, quippe ſolum habet arduum opere, difficile cultu bobus ſuis. Aliàs, Laborinus campus.

Labyrinthus (inquit Seruius) locus apud Cretã factus à Dædalo, perplexis parietibus, ubi Minotaurus incluſus eſt, ad quem Athenienſes ſeptem ex ſuis liberis deuorandos quotannis mittere cogebãtur. Labyrinthum exprimit Verg. lib. Aeneid. 5. Vide alibi de Theſeo. Quatuor autem eſſe Labyrinthos Plin. docet cap. 13. lib. 36. de his ſi quis plura noſcere cupit, uideat loco demonſtrato. Hinc Labyrintheus. a. um. Et Labyrinthiacus. a. um. apud Mantuanum.

Lacedæmon, urbs eſt Laconiæ, à Lacedæmone Iouis & Taygetæ filio, qui eam cõdidit, ſic nominata. In ea fuit regia Menelai, cuius uxorẽ Helenam, Paris Priami filius, abſente marito, ibidem rapuit. Alio nomine uocabatur Sparta. Lacedæmones eius inhabitatores, populi olim bellis egregij, qui iuuẽtutem laboribus & nando, currendo, eſuriendo, algendo, æſtuando erudiebant. Veget. lib. 3.

Lacheſis, (λάχεσις) pen. corr. una ex Parcis eſt, quæ de nobis ſortitur: nam ſortiens Latinè interpretari poteſt. λαγχάνειν enim ſortiri eſt, de hac in dictione Atropos.

Laciburgiũ, Ptol. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Hodie Roſtochium, uulgò Roſchoch.

Lacinium, promontorium eſt Brutiorum Ptolem. cap. 1. lib. 3. in extrema Italiæ ora, à Lacino latrone ibidem ab Hercule ſublato dictũ, in quo & templum condidit in honorem Iunonis, quam inde Laciniam uocauit Vergilius libro 3. Aeneid.

Hinc ſinus Herculei (ſi uera eſt fama) Tarẽti
Cernitur, attollit ſe diua Lacinia contra, &c.

Laconia, (λακωνική) prouincia in Peloponneſo, quæ & Oebalia, & Lacedæmonia ab aliquibus dicitur. Hinc Lacon. λάκων. qui ex Laconia eſt. Quo nomine etiam ſignificatur celer, maſcul. gen. & Lacæna fœminini. Nec inuenitur Lacænus pro Laconico, habetq́ Lacæna diphthongum in penultima. Verg.

Nec tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ.

Statius lib. 6. Thebaid.

Tandem inſpiratus Mida de plebe Laconum.

Hinc et Laconicus. Similiter Lacænus. a. um. Verg. lib. 4.

Virginibus bacchata Lacænis.

Ladon, (λάδων) fluuius Arcadiæ, cuius filia fingitur Daphne fuiſſe. Ouid. lib. 1. Metam.

Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem
Venerat. Eius ripæ lauris abundant.

Laneus, fluius eſt Cretæ, Cortynam urbem prælabens, per quem à Ioue Europam, Agenoris filiam, tauri dorſo uſq; ad eam urbem uectam fuiſſe prodiderunt.

Laërtes, Acriſij filius, & pater Vlyſſis, qui & Laërtius dicitur, à quo etiam Laërtiades dictus paſſim apud poëtas.

Laſtrygones. Vide Leſtrygones.

Lagus, pater fuit Ptolemæi ſucceſſoris Alexandri, cui Philadelphus ſucceſſit in regno.

Laius, filius fuit Labdaci regis Thebarum, pater Oedipi, qui Iocaſtam Creontis Thebani filiam in uxorem duxit, quã cum concepiſſe audiſſet, de futura prole oraculum conſuluit: cui reſponſum eſt, ſe naſcituri manu periturum. Quapropter Iocaſtæ præcepit, ut quicquid peperiſſet, tolleret. Quæ cum mœſta infantem feciſſet exponi, alitus ab extero, dum adoleſcens patrem exquireret, ab oraculo audiuit illum in Phocide inuenturum, quo cum ueniſſet, patrem incognitum ſeditionem ciuium & exterorum ſeparantem occidit, & ſic Laius occubuit, Statius lib. 11.

Enſem ſceptriferi ſpolium lachrymabile Lai.

Lamia, ſecundum quoſdam, mater fuit Scyllæ, quæ ex puella in monſtrum uerſa infantes necare dicitur: quoniã omni ſobole, quã ex Ioue pepererat, à Iunone orbata eſt. Hinc Lamiæ dicun-

dicuntur mulieres nocturnæ,quæ infantes no=
ctu rapiunt atq; comedunt. Horatius. Neu
pranſo Lamiæ puerum uiuum extrahat aluo.

Lampetia,Lampethuſa,& Phaëthuſa, filiæ fuerunt Solis & Clymenes, ſorores Phaëthontis. uide ſuprà Heliades. Homerus Phaethuſam & Lãpetien Solis filias facit ex Neæra, easq; in Sicilia ſeruare patris greges, ad quas Vlyſſes cum ſocijs uenit, ibiq; tempeſtate retentus, cumq; maxima eſſet penuria,ſocij ipſo dormiente,licet Circe præmonuiſſet ab illis abſtinendum eſſe, pecora inuaſerunt, quibus mactatis atq; coctis famem ſedarunt: propter quod factum omnes præter ſolum Vlyſſem,à Ioue fulminati ſunt. Vide Bocat.lib.4.cap.6.

Lampia,fluuius eſt Arcadiæ.

Lampſacum,ſeu Lampſacus,antè Pityuſa uocata,ciuitas eſt Bithyniæ in Helleſponto, nomen à ſplẽdore tractũ. Nam λάμπω, idem eſt quod ſplendeo. Strab. urbem clariſſimam nobili portu eſſe ait, & templo Matris deûm inſigni libro 13. In hoc maximè colebatur Priapus,hortorum deus,qui inde Lampſacenus,Lampſacides & Helleſpontiacus uocabatur. Hinc etiam Lampſacenus.na. num. λαμψακηνός. & Lampſaceni eiuſdem urbis incolæ.

Lamus, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ. Fuit item alius Neptuni filius, Leſtrygonum rex.

Laocoon,filius fuit Priami ex Hecuba, & Apollinis Thymbræi ſacerdos, qui primus haſtã in equum ligneum torſit,ob quod factum Verg. lib.2. ait ipſum cum duobus filijs perijſſe.

Laodamia, Acaſti & Laudotheæ filia, quæ tanto amore Proteſilaum dilexit, ut etiam noctu ipſum Troiam profectum ſomniaret, quem cũ poſtea ab Hectore occiſum cognouiſſet, tanto dolore intabuit, ut ſuperuiuere noluerit. Priuſquam tamen interiret, in ſolatium mœroris optauerat, ut mortui umbram uideret: qua uiſa in illius amplexibus expirauit. Vide Ouid.in Epiſt.

Laodicea,(λαοδίκεια) urbs celeberrima in Aſia, Lyco flumini impoſita, Ptolem.lib.5. cap.29. primo Dioſpolis appellata, dein Rhos, poſtea urbs Laodicea à Lyco flumine.

Laomedon,rex fuit Troiæ,Ili filius, qui cum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem quam mox extructis mœnibus ſe ſoluturum iureiurando affirmauit. Verum perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit,propter quod dij irati,Neptunus aquã, Apollo peſtem urbi immiſit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum conſuluit: reſponſum eſt,non aliter deos placari poſſe,quàm ſi ſingulis annis uirgo Troiana ceto dilacerãda exponeretur. Inſtitutum itaq; uirginem quotannis exponi, eamq; ſorte eligi. Sed cum tandẽ ſors in Heſionem (quam tamẽ alij ſolam ab Apolline & Neptuno expoſtulatam tradunt) Laomedontis filiã cecidiſſet, & iam ſcopulo alligata monſtrum expectaret, Hercules fortè tranſiens liberaturum ſe filiam Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos habere cum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Hũc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta belua, uirginem liberauit. Sed cũ Laomedon promiſſis non ſtaret, indignatus Hercules, collecto undiquaq; exercitu, Iliũ expugnauit, Laomedontem occidit, Heſionem Thelamoni in uxorem dedit, quòd primus murum conſcendiſſet. Priamum eius filium captiuum abduxit, qui poſtea auro à uicinis redemptus fuit, ideoque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc eſt à redimendo nomen obtinuit. Ab eo fit Laomedontiades, patronymicum, & Laomedontæus.a.um. Verg. lib.8. Laomedontiadem Priamum Salamina petentem. Et Laomedontiacus.a.um.

Lapithæ.λάπιθαι populi fuerunt Theſſaliæ, Pindum & Othryn montes inhabitãtes, quorum rex fuit Pirithous, cui cum Centauri ſponſam in nuptijs rapere uellent, bellum contra ipſos geſſit, pluri mosq; occidit.

Lara, nympha fuit, quæ Iunoni furta Iouis cũ Iuturna patefecit, quam Mercurius compreſſit, & inde geminos ſuſtulit, qui à matre Lares appellati ſunt. Vide Larunda. Sunt qui credant lares, δαίμονας, geniosq; eoſdem eſſe, exiſtimantes unicuiq; duos deos eſſe, alterum bonum alterũ malum: ut Chriſtiani etiam duos angelos, bonum malumq; à Deo in cuſtodiam datos dicunt, ſed non natos nobiſcum, ut illi de genio ſiue lare dicũt. Colebatur domi, focusq; illi ſacer erat. Vnde uulgus focum, foculare appel-

appellat, quaſi laris focũ. Hi putati ſunt dij domeſtici, (ἐφέστιοι) quòd ad urbis commoda uigilare dicuntur, inter compoſita. Ab aliquibus dij agrorum uocati ſunt. Tibullus,

» Vos quoq; felices quondã, nunc pauperis agri
Cuſtodes fertis munera ueſtra lares.

Quoniam autem lares, ſiue penates etiam priuatorum domibus præeſſe credebantur, factũ eſt ut utrunq; uocabulum pro ipſis domibus uſurparetur. ἑστία. Sallu. in Catil. Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nuſquam ullum eſſe. Ponitur & pro parte interiore domus. Quandoq; pro igne. Columella libro 11. de Villico, Conſueſcat ruſticos circa larem domini, focumq; familiarem ſemper epulari.

Lararium, ſacrarium domeſticum, in quo lares & dij peculiares adorabantur.

Larentia, nobiliſſima meretrix fuit, quæ populũ Romanum (utpote quia ditiſſima eſſet) hæredem fecit, & poſtea pro Dea habita. Flora appellatur, cuius ſacra Floralia dicuntur. uide in Flora & Laurentia.

Lariſſa, nomen eſt multarum ciuitatum. Vna eſt in plaga Theſſalica, à qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia ad Tralles Aſiæ eſt (ut Strabo ſcribit) à qua Lariſſæus Iupiter (ζεὺς λαρισσαῖος καὶ λαρισαῖος) eſt dictus.

Larius, lacus Comenſis, ab Addua fluuio, qui in illum cadit, augetur: qui fluuius poſtea in Padum non longe à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. Græci enim λάρος fulicam uocant: auis eſt nigra, aquatica. Hinc fit Larius. a. um. Catullus,

» Veronam ueniat noui relinquens
Comi mœnia, Lariumq; littus.

De Laro, plura Eraſmus in Chiliadibus.

Larunda, nympha fuit. Vide Lara.

Latialis, & hoc le. quod ex Latio eſt: ut Iupiter Latialis dicitur. Vergilius,

Et reſidens celſa Latialis Iupiter Alba.

Latinæ arum. ſacrificia quædam Ioui conſtituta, ab Latinis populis dicta.

Latini, populi Italiæ in Latio. Vide Matinus.

Latinienſis, & hoc ſe. idem quod Latinus.

Latinus, Laurentum rex, Fauni regis & Maricæ Laurẽtis nymphæ filius, ut author eſt Verg. li. 7. Hic Amatã Dauni regis Ardeæ ſororem in coniugem habuit, ex qua Lauiniam ſuſcepit, quam Turno Dauni filio ſpopondit: uerũ cum oracula reſponderent, externũ generum quærendum, profugo Aeneæ, quem hoſpitio ſuſceperat, filiam ſuam elocauit, ſpreto Turno. Quapropter ingens bellum poſtea inter Turnum & Aeneam ſecutũ eſt: ut patet ex Vergil.

Latium, Plin. libro 3. cap. 5. ea pars Italiæ eſt, ubi ſunt Tyberina oſtia & Romana. Dictum Latium à latendo, quòd illic latuerit Saturnus, Iouem filium fugiens. Verg. lib. 8.

Latiumq; uocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Latmus, Plinius, Ioniæ mons nobilis, ob Endymionis fabulam, quem aiunt à Luna adamatum in eodem obdormiuiſſe. Inde Latmius. a. um. Ouidius,

Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori.

Latona, (λητὼ) filia Cei Titanis, à Ioue amata & oppreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem uidelicet & Dianam: quod Iuno adeò ægrè tulit, ut immiſſo cõtra illam Pythone ſerpente, per totum terrarũ orbem pellicem perſecuta ſit, donec errando ad ſororem Aſterien in inſulam Ortygiam permutatam perueniſſet, à qua ſuſcepta eſt, ibiq; Dianam peperit, quæ e ueſtigio obſtetricis officiũ in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcentem ſuſcepit: qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare reſponſa. Porrò hæc inſula, cum antea Ortygia uocaretur, poſtea Delos uocari cœpit. Apollo Latoides, Latous & Latonius: Diana uero Latonia & Latois appellatur. Similiter Delos, ut ait Seruius, dicta eſt Latonia, quòd in ea Latona enixa ſit Dianam & Apollinem.

Laugia, fons eſt in Nemea ſylua Arcadiæ, cuius aquis ab Hypſiphile monſtratis refectus fuit Græcorum exercitus, cum ad Thebanam expeditionem proficiſceretur: alij fluuiũ eſſe uolunt. Stat. lib. 2. Thebaid.

Culta ferũt quos pigra uado Laugia tacenti.
aliàs Langia, & Landia.

Lauerna, dea fuit, quã Romani coluere. A qua Laverniones dicti ſunt fures, quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent, in cuius obſcuro loco ſoliti erant inter ſe furta diuidere. Hinc Lauernalis porta, Romæ dicta eſt, ab æde Lauernæ

propinqua. Hæc ferè ex Feſto.

Lauinia, filia fuit Latini regis & Amatæ, quæ primum Turno, deinde Aeneæ deſponſata eſt: orto itaque inter hos duos bello, multi utrinque occubuerunt. Tandem deuicto Turno, Aeneæ nupſit, quo mortuo ipſa priuigni inſolentiam timens, in ſyluas prægnans profugit, & apud Tyrrheum paſtorem diuertit, ibiq; peperit filium, quem Iulium Syluium Poſthumum appellauit, eo quòd poſt patris funus in ſyluis natus eſſet. Hãc tamen poſtea Aſcanius in regnum uocauit, cum ipſe ſeceſſiſſet in Albam longam, urbem à ſe conditam: & ſic poſtea filius I. Syluius Poſthumus imperij gubernacula retinuit. Verg. lib. 12.

» Et uictum tendere palmas
» Auſonij uidere, tua eſt Lauinia coniunx, &c.

Lauinium, ſeu Lauinũ, urbs fuit in Latio, à Lauino (ut ſentit Seruius) Latini regis fratre ſic dicta. Poſtea uero cum Latinus adepto imperio ciuitatem ampliaret, laurũ inuenit, à qua Laurentum & Laurolauinium appellari cœpit: & Laurens aliquis ex Laurento. Poſtremo tamen rurſus à Lauinia Aeneæ coniuge, Lauinium appellatum eſt.

Laurentia, uxor fuit Fauſtuli paſtoris Amulij, quæ Romulum & Remum expoſitos nutriuit: & quoniam ſe omnibus proſtituebat, lupa dicta eſt, & hinc locus datus eſt fabulæ, Romulum & Remum à lupa eſſe nutritos. Laurentialia dicuntur feſta, quæ fiebant in eius honorem. Vide Larentia.

Laurentum, nomen ciuitatis, quòd ibi ſepultus ſit Tatius rex, qui & à Laurentib. occiſus fuit: uel à ſylua laurea, qua exciſa, ædificatus eſt uicus. Vel (ut inquit Priſcian.) à lauro ibi inuenta, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti ſunt.

Lauſus, filius fuit Numitoris, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Alius fuit Mezentij filius, quem Aeneas interfecit, cum parentem uulneratum defenderet Verg. lib. 10.

Leander, adoleſcens fuit formoſiſſimus, ex Abydo Helleſponti oppido, qui cum in Seſton urbem ex aduerſo ſitam noctu per mare ad amaſiam ſuam Herô natarẽt, tempeſtate orta ſubmerſus eſt. Vide ſuprà Hero. Inde Leãdrius. a. um. ut Leandrius Helleſpontus apud Siliũ.

Learchus, filius Athamantis & Inoẽs ſeu Inûs, quem pater furijs agitatus, arreptum pro ceruo interfecit. Vide ſuprà Athamas.

Leda, filia fuit Theſtij, & Tyndari Laconiæ regis uxor, quæ cum Ioui placuiſſet, ipſe in cygnum uerſus, ſuauiſſimè canere cœpit, quo cantu mulier illecta, eum non modò audiendi, ſed etiam capiendi gratia ad ſe traxit, qui dum caperetur, eam ipſe cœpit, atq; oppreſſit, unde Ledam ouum cõcepiſſe ferunt, ex quo Pollux Caſtor & Helena nati ſunt. Alij dicunt Pollucem & Helenã tantum, Caſtorem uero fuiſſe mortalem Tyndari filium. Nonnulli uolunt eam duo oua peperiſſe, & ex uno Caſtorẽ & Pollucem, ex altero autem Helenã & Clytemneſtram. Ouid. lib. 6. Metam.

» Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.

Ab hac fit Ledæus. a. um.

Leleges, ſiue Lelegæ. pen. cor. populi errabundi, qui quondam Theſſaliam & diuerſa alia loca tenuerunt. Seruius Lelegas Theſſalos exponit. Alij tradunt Cares & Leleges eſſe conterminos. Ouid. libro 9. Metamorph. Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat. Euſtathius docet Leleges dictos, quaſi λελεγμένους. id eſt collectos, eo quòd prius errarent, & gens collectitia eſſet. Alij Leleges à Lelege duce appellatos aſſerunt.

Lemannus, lacus eſt Galliæ Ciſalpinæ, per quem Rhodanus Ararim deſerẽs, rapitur prope Gebennam urbem: is Heluetios à Gallis ſeparat, ſuiſq; accolis Lemannorũ indidit nomen. Hũc hodie Gebennicum, et Loſanenſem uocant, & regionem adiacentem, Sabaudiam, quæ olim Allobrogum fuit.

Lemnos, (λῆμνος) inſula, quæ & Hypſipyla dicitur, ab Hypſipyla Thoantis filia, quæ in ea regnauit. Hæc eſt in Aegæo mari, ab Oriente Troiam, ab occaſu Athon ſpectans, à Borea Thraciam: ab Auſtro, ſed longo tractu, Cretæ oppoſita eſt. Vrbem habet Myrinam maritimam, & Hephæſtiam mediterraneam. In ea colebatur Vulcanus, deus ignis. Vnde & Lemnius ardor, (λήμνιον πῦρ) dicitur à poëtis, & Lemnij populi, & Lẽniades, mulieres in Lemno. A Lemno, teterrima quæq; facinora, apud Græcos Lemnia (λήμνια κακὰ) appellantur. Vide ſuprà Hypſipyle.

Lemnus

Lemures,pen.cor.laruæ nocturnæ, & terrifica=tiones imaginum,& beſtiarũ,inquit Nonius.

Lenæus, (ληναῖος) ſcribitur cum diphth. quo nomine dictus eſt Bacchus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. quod lacum ſignificat,hoc eſt uas,in quo uuæ expri=muntur.Vergil.lib.2.Georg. Huc pater ô Le=næe,tuis hic omnia plena Muneribus.

Leo,Byzantius, auditor Platonis, ſophiſta no=bilis,Philippo contra Byzantium uenienti oc currens,Dic agè,inquit,Philippe, quæ te cau=ſa trahit oppugnatum noſtra mœnia? At ille, Amor,inquit,tuæ patriæ,qua ui potiar, ueni. Leo excipiens reſpondit: Atqui inſtrumento muſico,non bellico, amantibus opus eſt. Hæc ex Philoſtrato.

Leptis, Africæ minoris, quæ Zeugitana prouin=cia dicitur,duarum urbium nomen eſt.

Lerne,ſiue Lerna, Argiui & Mycenæi agri lo=cus eſt,ſupra quem fuit Argos oppidum. Vn de Lernæus.a.um. ut palus Lernæa, ubi fuit Hydra quinquaginta capitum,ab Hercule in=terfecta.Vergilius,

Lernæus turba capitum circumſtetit anguis.

Lesbos, inſula in Aegæo, Aeolicarum urbium Metropolis, & uniuerſæ Troadis imperiũ ob=tinuit.Vrbes in ea fuere memoratu dignæ,Mi tylene,& ab ea nunc inſula uocatur, & Pyr=rha in Occidentali littore ſita. Fuit & Ereſ=ſos,& Antiſſa cum portu,& Methymna.Dicta Lesbos ab urbis nomine, quæ in ea potentiſſi=ma fuit:ſiue à Lesbo Lapithi filio, qui in eam inſulam nauigauit. Hinc Lesbius.a.um. λέ=σβιος.ut Lesbium uinum,& Lesbous.a.um.pe nult.prod.Horatius,

Lesboum refugit tendere barbiton.

Et Lesbides,pen.cor. dicũtur mulieres ex Leſ bo.Sappho apud Ouidium in Epiſtolis,

Lesbides infamem quæ me feciſtis amare,
Deſinit ad cytharas turba uenire meas.

Leſtrygones,pen.corr. populi in extremo Italiæ uerſus Siciliam, feritate famoſi,quos Home=rus ſocios Vlyſſis uerubus transfixos,atq; igni aſſos comediſſe refert.Silius lib.14.

Regnatam duro quondã Leſtrygone terram.

Acron: Leſtrygona, Formana ſeu Sicula, in quibus Cyclopes fuerunt, qui Leſtrygones uocabantur. Plinius Caieta portus, oppidum Formiæ dictum, ut exiſtimarunt, Leſtrygo=num ſedes.Verum ita appellati fuere,quia la=trones erant in eo ſinu, ἀπὸ τῆς λῃστείας, quod eſt latrocinium. Horum rex Antiphates fuiſ=ſe ſcribitur. Græci per æ diphthongon ſcribũt in prima. Inde Leſtrygonius.a.um. Vide Læ=ſtrygones per æ.

Lethe,(λήθη) fluuius quem apud inferos eſſe poẽ tæ tradiderunt, cuius latices ſi quis guſtauerit omnîum præteritarũ rerum obliuiſcitur. Id=circo ἀπὸ τῆς λήθης.id eſt obliuione,nomẽ ha=bet.Datus eſt hinc fabulæ locus, quia morientĩ bus omnium rerum obliuio ſurrepit. Conſtat autem hũc amnem in Aphrica circa extremũ Syrtium cornu,Berenicem urbem alluere:ſed cum,apud omnes fama eſt,ad ea loca inferna inundatione prorumpere.Lucan.lib.9.

Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (ut fama) trahens obliuia uenis.

Inde Lethæus.a.um.ληθαῖος.

Leucas,(λευκάς) eſt inſula contra ſinum Ambra cium ſita,iuxta Epirum, in qua littus erat ter=ræ,in quo manufactæ exciſiones fuerunt.Op=pidum in ea fuit eiuſdem nominis,quondã Ne ritum dictum. Dicta ab albo colore ſaxi cu=iuſdam in mari prominentis.Inde Leucadius. a.um.deducitur.Ouid.in Epiſt.Sa.

Tuq; mollis Amor pennas ſuppone cadenti, Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

Leucates,pen.prod. (λευκάτης) mons, ſeu pro=montorium in Epiro,mare intrans.Verg.

Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis.

Dictus à petra eiuſdem nominis, coloris albi, in pelagus porrecta,in qua eſt Apollinis fanũ. Vnde & Leucadius Apollo, quia illic habet templum.Ouidius,An quia Leucadio ſemper amata Deo? Vide Ambracia.

Leucæthiopes,ut ait Plin.lib.5.ca.7.populi ſunt, qui primi omnium cum Libyægyptijs in inte=riori ambitu Africæ ad Meridiem uerſus,ſu=perq; Getulos interuenientib. deſertis, habitãt.

Leuci,Galliæ populus,prope Lingones.

Leucogæi,Plin.lib.31.cap. 15. colles ſunt in Ita=lia,in Neapolitano Cãpanoq; agro, inter Pu=teolos & Neapolim, in quibus inuenitur alica ſimul & ſulphur.

Leucon, rex Ponti, à fratre Oxilocho necatus, quòd cum eius uxore adulterij & inceſtus con ſuetudinem haberet.Ouid.in Ibin.

Aut

» Aut pia te cæſo, dicatur adultera: ſicut
» Qua cecidit Leucon uindice, dicta pia eſt.

Leucoſia, (λευκωσία) inſula contra Pæſtanum ſinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens (ut Strabo lib. 6. refert) paruum ad continentem habens curſum. Dicta Leucoſia, ab una Sirenum, quæ hoc in loco perijt, cum in profundum ſeſe abieciſſet.

Leucoſyria, (λευκοσυρία) prius, nunc Cappadocia dicitur. Strabo lib. 11.

Leucothea, quam quidam alio nomine Leucothoën uocant, dicta eſt Ino, uxor Athamantis, cum ſe & Melicertam filium è Scyronis ſcopulo præcipitaſſet, & à Neptuno inter deas marinas eſſet relata. Vide ſuprà Ino. Hanc quoq; dicunt Vlyſſi uelum dediſſe, ut naufragiũ paſſus tutius enataret. Ouid. li. 3. de Ponto. ele. 6.

» Nec quia Neptunus nauem lacerarat Vlyſſis,
» Leucothoë nanti ferre negauit opem, &c.

Leucothoë, Orchami Orchemeniorum regis & Eurymones filia, ſummè à Phœbo adamata eſt, qui ut ea potiretur, in Eurymones matris formam mutatus acceſſit, famulasq; tanquam arcani quiddã dictura ſecedere iuſſit, quæ cũ abiſſent, in propriam formã redijt, & patientem compreſſit. Quòd cum Clytie, quæ eadem à Phœbo diligebatur, audiſſet, confeſtim eam apud Orchamum patrem accuſauit, qui iratus & ſeuerus nimium, uiuam ſepeliri iuſſit. Phœbus autem cum illi nulla ratione uitã reſtituere poſſet, mortuam in uirgam thuream uertit Ouid. lib. 4. Metamorph.

Leuctra. λεῦκτρα. per c ante t, plurali numero, ſingulari Leuctrum, & genere fœm. Leuctra, Solinus etiam Leuctras uidetur uſurpaſſe, oppidum eſt Bœotiæ.

Leuphana, Saxoniæ urbs. Vulgò Hannofer.

L ANTE I.

Libanotus, uentus inter Liba, hoc eſt Africum & Notum.

Libanus, penul. cor. mons inter Arabes & Phœnices, excelſas arbores habẽs, & interpretatur candidatio. Strabo lib. 16. Ex eo Orontes fluuius oritur & Iordanis.

Libentina. Vide Libitina.

Liber, Bacchus dicitur à liberando. Nam libertatis deus eſt, ſiue quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit: uel quia uinum curas ſoluat, & mentem ab illis liberet, & audaciorem in omnes conatus faciat. Seu quòd uino potati liberè loquantur. Auguſtinus docet Liberum uocari, quòd mares in coëundo, per eius beneficium, emiſſis ſeminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. Cætera uide in Bacchus & Apollo.

Liberalia. orum, Liberi feſta, aliàs διονύσια.

Libethrus, (λίβηθρος) apud Lycophronem poëtam, uidetur eſſe mons Macedoniæ, habens ad radicem Pimpleam fontẽ. Vnde Muſæ dicuntur Libethrides.

Libræ, cæleſte ſignum, quod octauo Calendas Octobris, ſeu (ut quidam exiſtimant) decimotertio, Sol per illud tranſiens, æquinoctiũ facit.

Libitina, pen. prod. dea, quam alij Proſerpinam, alij Venerem dicunt: in cuius templo uendebantur & locabantur ea quæ ad ſepulturam pertinebant, ſicut docet Plutarch. in Probl. A libendo Libitina dicta, ut inquit Var. Aliquando pro morte accipitur. Horatius,

» Autumnusq; grauis Libitinæ quæſtus acerbæ.

Vide Libentina.

Liburnia, regio eſt inter Dalmatas atque Illyricos, ſiue, ut quidam uolunt, Dalmatiæ pars, in qua ſunt Salonæ, urbs inſignis. Liburni, huius regionis populi ſæuiſſimi, quos Seruius Rhetorum Vindelicorum partem fuiſſe, & ab Amazonibus originem traxiſſe, ex Horatio teſtatur. Vulgò Crwatia dicitur, Auſtriæ principum ditionis.

Liburnum, liburna. æ. liburnica. æ. dicuntur naues celeres, à Liburnis populis inuentæ.

Liburni, (λιβυρνοί) populi ex Liburnia regione. Et Liburni, uiatores dicti ſunt, quòd ferè è Liburnia eſſent, qui ex agris iuſſu magiſtratuum ſæpe uocabant ciues, frequensq; eorum uia erat ab agris ad urbem. Iuuenalis:

» Primus clamante Liburno,
» Currite, iam ſedit, rapta properabat ab olla.

Quod uiliſſimorum hominum officium erat.

Libya, ſeu Libye. es. (λιβύη) dicta eſt ea Africæ pars in qua Libya Epaphi filia habitauit, à qua hoc nomen accepit. ſeu quòd inde Libs uentus flare ſoleat: ſeu quòd pluuia indigeat propter nimiã ſiccitatẽ. ἀπὸ τοῦ λείπειν, Ponitur etiã ſæpiſſimè pro tota Africa. Luca. li. 1. Duc

» age

» age per Scythiæ populos, per inhoſpita Syrtis
» Littora, per calidas Libyæ ſitientis arenas.

Libys, (λίβυς) homo, & Libyſſa. λίβυσσα. mulier, ex Libya orti. Unde Libyſſinus, & Libyſtis, ſidis. λιβυστίς. Vergilius,

Et pelle Libyſtidis urſæ.

Libyx autem Libycis facit, à quo genitiuo fit Libycus. a. um. Unde Libycum mare.

Libyſſa, Bithyniæ urbs, Vulgò Polmen.

Liger, eris. (λίγηρ, λίγυρος, λίγυν) Galliæ fluuius, qui & Ligeris in nominatiuo dicitur. Unde & Ligerim in accuſatiuo lectum eſt: hinc delatus in Oceanum influit, maximi curſus.

Liguria, Italiæ regio, inter Varum & Macram amnes, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tuſciam attingens, cuius caput Genua eſt. Liguſtica ora, & Liguſticum mare appellatur, in quo corallium procreatur, teſte Solino, quod fulminibus reſiſtit. & Ligures, eiuſdem regionis populi. Vergil. libro 2. Georg.

Aſſuetũq; malo Ligurem, Volſcoſq; uerutos.

Dicta Liguria à Ligyſto Phaëthontis filio conuerſione y in u. Inde Liguſticus. a. um. pen. cor. Vide Genua.

Ligus. guris. (λίγυς) ſecundum Priſcianum poteſt eſſe proprium nomen, & tunc eſt generis maſcul. & nomen gentile, & ſic eſt communis generis. Probus declinat hic & hæc Ligur, & hic & hæc & hoc Ligus, pro incola Liguriæ.

Lyguſtus, Phaëthontis filius, à quo Liguria.

Lilybæum, Siciliæ promontorium eſt, Africam reſpiciens, ut docet Pomponius lib. 1.

Limnoria, (λιμνωρεία) nympha, à cura lacus ſic dicta. λίμνη enim lacus, & ὤρα cura dicitur.

Limoniades, nymphæ ſunt florũ & pratorum, quas aliquando mori & deficere dicit Ariſtoteles, ſicut Panes Fauniq; faciunt.

Lindos, urbs eſt Rhodi inſulæ, inquit Pomp.

Lindum, Britanniæ urbs. Vulgo Lincolon.

Lingones, (λίγγονες) ſunt populi Galliæ, ſupra Heluetios & Sequanos in occaſum uergentes, ubi Moſa fluuius oriri dicitur. Lingonus. ni. idem. Hinc fit Lingonicus. a. um.

Linternum, uicus eſt Campaniæ, non procul à fluuio qui Linternus dicitur, ubi inclytus ille Scipio Aphricanus inuidiæ cedens obijt, & ſepultus eſt.

Linus, filius fuit Apollinis, & Therpſichores, ſiue, ut quidam uolunt, Mercurij & Uraniæ Muſæ, lyricæ peritiſſimus, in qua diſcipulos habuit Orpheum, Thamyrã, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occiſum ferunt, dũ eum ruſticius canentẽ nimis corripuiſſet. Vergilius Eclog. 6. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus, huic mater quamuis atq; huic pater adſit Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. Alius fuit Linus Hypermeſtræ maritus, Aegypti filius, qui alio nomine Lynceus, de quo infrà.

Lipara, (λιπάρα) pen. cor. inſula una ex Aeolijs, à Liparo rege Auſonij regis filio, cui ſucceſſit Aeolus. Hinc Liparæus. a. um. λιπαραῖος. Eſt etiam medicamenti pinguis & lenis nomẽ, ut ait Celſus.

Liparis, (λίπαρις) Ciliciæ fluuius. ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ. quoniam ſcribit Vitruuius natantes in hoc flumine, aut ſe lauantes, nõ aliter ungi ab ipſa aqua, quàm ſi oleo aut adipe lauarentur.

Liriope, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephiſus amnis Narciſſum puerum formoſiſſimum ſuſcepit. Ouid. lib. 3. Metamorph.

» Cærula Liriope, quam quondam flumine curuo
» Implicuit, &c.

Lirimiris, Ptolem. Germaniæ urbs, aliàs Lirimoris, oppidum Saxonum, uulgò Nuelheim.

Liris, (λίρις) fluuius Campaniæ, ortus in Apennino, & Minturnas præterlabens. Martialis,

» Cæruleus nos Liris amat, quem ſylua Maricæ Protegit. Idem etiam Glanicus dicitur, & aliàs etiam Lyris per y.

Liſſus, oppidum in Macedonia, & urbs Dalmatiæ. hodie Alexium.

Liuius, hiſtoricus Patauinus, res Rom. miro artificio luculentóq; ſermone perſcripſit.

Locrus, (λοκροὶ ἐπιζεφύριοι) urbs ab Aiace Oileo, & Naritijs qui eum ſecuti ſunt, condita apud Locrinum montem, qui eſt in Brutijs ad extremum Italiæ, oppoſitus Peloro. Verg.

Illic Naritij poſuerunt mœnia Locri.

Inde Locrenſes, (λοκροὶ) quorum rex fuit ipſe Aiax Oileus. Epizephyrij cognominati ſunt à Zephyrio promontorio, cui imminent. Alij ſunt Locri in Græcia, cognominati Ozolæ, à malo odore. Alij Opontij, Bœotijs finitimi, qui & Epicnemidij dicti ſunt.

Locoritum,

Locoritũ, authore Ptol. urbs Germaniæ. hodie Trutonia, Vulgò Forcheim. In Franconia.

Longobardi, populi Germaniæ, quos à longis barbis cognominatos ferunt, & ab Oceano Germaniæq; ultimis oris ueniſſe, nouas ſedes quærentes. Hi Albino duce Italiam intrauere, breuiq; omnes penè citerioris Galliæ urbes cepere: ibi cum ducẽtis annis regnaſſent, à Carolo magno ſuperati fuerunt: ſed tamen (ut diximus) ut Celtiberi ex Celtis & Iberis fuit una natio, ita Lingones populi Germaniæ, & Bardi Galliarum populi, facta unione gẽtem unam, & unum nomen admiſcuerũt. Et ideo Ponticus, uir doctus noſtri temporis, Lingobardos appellat, non autem Longobardos.

Lotos, & Lotis, Lotidis, proprium nomen nymphæ Neptuni filiæ, quæ Priapum fugiens, in arborem ſui nominis uerſa eſt. Hãc Celtin uocant, magnitudine pyri, lignum habens colore nigro, fructumq; ferens ſuauiſſimum ut aducenis incutiat patriæ obliuionem. Ab hac Lotophagi, populi Africæ minoris.

Loxias, dictus eſt Apollo, uel propter obliqua & tortuoſa reſponſa, quæ huius uates reddebãt, quo facilius cõſultoribus imponerẽt: uel quod Apollo. id eſt, Sol Zodiacũ obliquè pererret. λοξὸς *enim Græcis obliquus eſt.*

Luca, (λοῦκα) *ciuitas Tuſciæ, à qua Lucenſes dicuntũr, qui in ea habitant, uel qui in ea orti ſunt. Dicta à Lucumone Hetruſcorum rege.*

Lucania, (λυκανία) *Italiæ regio inter Apuliã, & Calabriam, cuius populi Lucani dicuntur, ſiue quòd eorum regio ſita ſit ad partem Luciferæ ſtellæ: ſiue quod loca ætheria ſint, et ob id multæ lucis: ſiue à Lucilio, ſiue Lucio eorum duce, ut ſcribit Plin. cap. 5. lib. 3. ſeu quòd primo in luco conſederint.*

Luceres, tertia pars fuêre populi Romani temporibus Romuli regis. Sic dicti à Lucumone, ſiue, ut alij à luco quem Romulus aſylum uocauerat. Vide in Latinis dictionibus Tribunus & Tribus.

Luceria, eſt Dauniorum colonia in Apulia.

Lucetius, (λουκέτιος) *dictus eſt Iupiter, à luce quam præſtare hominibus putabatur.*

Lucifer, filius fuit Iouis & Auroræ, qui Trachinnam nympham amauit, & ex ea ſuſcepit geminam prolem, Ceycem uidelicet & Dædalionem. Dictus autẽ eſt Auroræ filius, quia ſtella illa quæ & Venus dicitur mane ſolem præcedẽs, quaſi ex eiuſdem ſinu oriri uidetur. Verg. Eclog. 8

Naſcere præq; diem ueniẽs age Lucifer almũ.

Lucina, teſte Seruio, Iuno dicitur & Diana, ut eſt apud Terent. in Andria, Iuno Lucina fer opem. Cic. 2. De nat. Luna à lucendo, eadem eſt enim Lucina. Itaque ut apud Græcos Dianam, eamq; luciferam, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. Plin. lib. 16. cap. 44. putat Lucinam dici, quòd oculis præſit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni ſacer eſt in Exquilijs. Ouid. libro 2. Faſtorum,

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu dea lucis habes.

Lucius prænomen eius, qui oriente luce natus eſt. Sic Lucia nomen mulieris, pen. cor. proferri debet contra communem uſum.

Lucretia, Romanæ caſtitatis præcipuum lumẽ, filia fuit Tricipitini præfecti urbis, & uxor Collatini, quam Sextus Tarquinius, cum precibus exorare non poſſet, ui oppreſſit.

Lucretius, poëta paulo antiquior Terentio Varrone, & M. Tullio. Per interualla temporum accedebat ad ſcribendũ carmen, non ſine quodam animi furore. Scripſit libros ſex de rerum natura. Perijt annos natus ſupra 40. Euſebius tradit eum tanto furore percitum fuiſſe, ut aſſumpto amatorio poculo, propria manu ſeſe interfecerit.

Lucrinus & Auernus, lacus: uterq; in Baiano ſinu, adeo uicini ut maximis quandoq; tempeſtatibus coniungi ſoleãt. At Lucrinus populi Romani cura piſcoſus factus uectigalibus operã penſantibus, ſcribit Seru. 2. Georg. Dictus à luco propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur. Martialis de utroq;, Dummodo Lucrino, modo ſe permittit Auerno.

Lucus Auguſti, Ptolemæo libro 2. cap. 6. alio nomine Oluca, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs: Lugo uulgò. Lucus Feroniæ, Bientina hodie. Eſt item promontorium Hetruriæ. Vulgò Petra ſancta.

Lugdunũ, (λούγδουνα Steph.) *ciuitas Galliæ Celticæ, quam Plancus cum Galliam comatã regeret, traditur condidiſſe. Vulgò, Leijon. Ab ea fit*

eã fit Lugdunenſis. ſ. ut Lugdunenſis regio. Iuuenalis, Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram,&c.

Lugidunum, Ptol. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, hodie Glogauia.

Lupercal, dictus eſt locus ſub Palatino monte, ab Euãdro ſacratus Pani deo, qui Lycæus uocabatur. Verg. lib. 8.

Et gelida monſtrat ſub rupe Lupercal
Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Ideo dictus eſt Lycæus, quòd lupos non ſinat in oues ſæuire. Hæc Seru.

Lupercalia etiam ſacra, quæ in eo loco fiebant menſe Februario, Græci λυκαῖα uocant.

Luperci, qui hæc ſacra faciebãt dicti ſunt, quaſi ex illorum myſteriorum ſemine exorti: ſiue (ut Varro putat) quòd Lupercalibus in Lupercali ſacra facerent nudi in honorem Panos. Nam nudi ſacerdotes luperci currendo luſtrabant ciuitatem, & uerberabant prægnantium manus mulierum (ut facilioris eſſent partus) zona ex corio capri. De his Ouidius,

Quis uetat Arcadio dictos à monte lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Lupia, Germaniæ fluuius Pomponio lib. 3. uulgò der Neckar. Strabo Lupiam in Viſurgim deferri ait, ut Lupiæ nomine non Necharus, ſed is amnis quem hodie Fuldam uocant, intelligatur.

Lupſurdum, Ptol. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs Hodie Miſna, Vulgò Meyſſen.

Luſitania, tertia Hiſpaniæ pars, quam Plin. libro 4. cap. 21. à Durio amne finit, reliqua citeriori attribuens. In qua ſententia & Ptolemæus eſt. At Strabo cum Mela conuenit.

Lutetia, Galliæ urbs maxima & nobiliſſima, magnitudine & frequentia certat cum maximis Europæ urbibus. Græci λουκετίαν nominant ab albedine parietum, ut quidam contendunt. Vulgò Paris.

Lyæus dicitur Bacchus, ut grammaticis placet, παρὰ τὸ λύειν. id eſt, ſoluere, quòd curas ſoluat, atq; diſcutiat, quod etiam ſecutus uidetur Horatius. Ab hoc Lyæus etiam adiect. ut Lyæus latex, pro Lyæius, figuratè. Vergil. Regaleis inter menſas, laticemq; Lyæum.

Lycæus, λύκαιον. cum diphth. mõs Arcadiæ, qui Pani deo ſacer eſt, & ubi templum bicornis Fauni, à quo Lycæa. λύκαια. ludicra illa ſacra, à nobis Lupercalia ſunt dicta à lupis quæ ad expiandos manes fiebant. Dictus Lycæus ἀπὸ τῶν λύκων. id eſt à lupis, quibus propter frequentiam pecudum abundabat. λύκος enim Græcis lupus eſt. Et Lyceus. a. um. apud Ouidium. Vide Lupercal.

Lycambes. Vide ſuprà Archilochus. Ab eo fit Lycambæus. a. um. Ouidius,

Tincta Lycambæo ſanguine tela madent.

Lycaon, Arcadiæ rex, Titani ac Terræ filius, filiam habuit Caliſtho, quam cùm uiciaſſet Iupiter, Iuno in urſam conuertit, & poſtea Iupiter miſeratus in ſignum cœleſte tranſtulit, de quo talis fabula narratur: Cum olim ad ſuperos clamor perueniſſet, omnia peſſimè in terris agi. Iupiter uerũ experiri cupiens, ſumpta hominis forma in terras deſcendit, cumq; totam Arcadiam peragraſſet, ad Lycaonis regiam peruenit, ſignumq; dedit ſe Deum eſſe, cui cum Arcades ſacra pararẽt, ſolus Lycaon eos riſit, addiditq; ſe ea nocte experiturum, an hoſpes ſuus Iupiter eſſet. Cum igitur illũ dormientem occidere (quemadmodum cæteros hoſpites ſolebat) deſtinaſſet, nec tamen ſuccederet, ad aliud facinus animum intendit, unumq; ex obſidibus Moloſſorũ miſſum iugulauit, & partim undis partim prunis coctũ Ioui appoſuit. Qui cibo cognito iratus, appoſitum in terram proiecit, ipſamq; regiam incendit. Qua re territus Lycaon in ſyluas fugiens in lupum conuerſus eſt. Ab eo fit Lycaonius. a. um.

Lycaonia, regio Aſiæ minoris prope Phrygiam, à qua montibus ſeparatur, ad Taurũ Cilicum & Piſidicum extenſa, medium quodammodo locum & arcem occupat. Sunt qui ſcribãt Lycaoniam eſſe partẽ Arcadiæ cognominatã. À Lycaonia fit Lycaonius. a. um. Oui. de Triſt.

Quæq; Lycaonio terra ſub axe iacet.

Lycaones, populi ſunt Aſiæ, Phrygibus & Gallogræcis, quos Galatas nominari ante ſcripſimus, uicini.

Lyceum, (λύκειον) uel Lycium, fuit Athenienſis ſchola Ariſtotelis, ſicut Academia Platonis, in qua περιπατῶν. id eſt deambulans philoſophabatur. Vnde qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycio. Vide Academia.

Lycia,

Lycia, minoris Aſiæ regio inter Pamphyliam & Cariã ſita, ſic cognominata cũ prius Thermile diceretur, à Lyco rege Pandionis filio, atq; (ut ferunt) infeſtata olim Chimæræ ignibus. In ea ſunt urbes inſigniores Patara, Pinara, Xanthus (quod etiam fluuij nomen eſt in eadem regione) Myrrha & Thone ut Strabo ſcribit. Ibi regnauit Rhadamãtus Iouis ex Europa filius. Hinc Lycius.a.um. Verg.

Vnã quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem.

Lycius, Apollo dictus eſt à lyco lupo, quòd ſicut lupi pecora rapiunt, ita ipſe humorem haurit radijs.

Lycomedes, rex fuit in Scyro, cui Tethis filium ſuũ dormiente præceptore ſuo Chirone clam raptum ſeruandum tradidit. Vide ſuprà Deidamia, & Achilles.

Lycopolis, urbs Aegypti, ſic à Lupis cognominata, eò quòd Aethyopes agros Aegyptios incurſantes, lupi facta acie uſque ad ciuitatem Elephantinam repulerint. Sed ibidem ciuitatem conſtruentes Aegyptij, ubi aciem ſtruxerant, à beſtijs illis Lycopolim cognominarũt, ac pro dijs lupos ipſos uenerantur, Author Diodorus Siculus lib. 2.

Lycoris, Vide Cornelius Gallus.

Lycormas, fluuius eſt Aetoliæ, flauas arenas uoluẽs. Hic poſtea Euenus ab Eueno rege Aetoliæ, qui ſe in illum præcipitauit, appellatus eſt.

Lyctos oppidum Cretæ, ſub Idomenei imperio. À quo Idomeneus Lyctius appellatus eſt.

Lycurgus, Lacedæmonius princeps, & legiſlator, de quo uide Plutarchum & Eraſmum in Apoph. Alius item Lycurgus rex Thraciæ, Dryantis filius, qui quum Bacchum contemneret, eius nutrices in Nyſa urbe latentes perſequutus eſt, ipſumq; Bacchum timentem fugauit in mare: quapropter Dijs odioſus factus, oculis priuatus eſt. Alij dicunt, quòd cum in Bacchi contemptionem uites amputare ſe crederet, ſua ſibi ſucciderit crura. Alij dicunt in mare præcipitatum, quòd primus aquam uino miſcuiſſet, & rem hauſtu ſynceram plurimis infeciſſet uenenis.

Lycurgides, filius Licurgi apud Ouid. in Ibin.

Lycus, nomen proprium uiri, quo tamen nomine multi claruerunt. Ex his unus fuit Thebanus, ignobilis genere, qui Antiopiam Nyctæi regis filiam in uxorẽ duxit, eamq; poſtea à Ioue in Satyrum uerſo compreſſam abdicauit, & Dircen ſuperinduxit, quæ eam in carcerem coniecit, ſed poſtea Deorum commiſeratione ſolutis uinculis aufugit, & in Cytherone monte Amphionem & Zethum peperit, qui adulti cum Lyci iniuriam à paſtore, à quo nutriti erant, edocti, eundem cum uxore Dirce interfecerunt. Vide Dirce. Eſt & fluuij nomen, qui ex Alpibus oriens, Auguſtam uerſus fluit, tandem Danubio miſcetur, uulgò der Lech. Eſt item fluuij nomen in Aſia, qui terræ hiatu abſorptus alio loco renaſcitur, tandem in Pontũ cadit, ut teſtatur Ouid. lib. 4. de Ponto, Elegia 10. Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusq;, Hypanisq;, Cratesq; Influit, & crebro uortice tortus Halys, &c.

Lydda, Palæſtinæ Iudææ urbs Ptol. libro 5. cap. 16. Alio nomine Dioſpolis: hodie Rama.

Lydia, prouincia eſt Aſiæ, quæ flexuoſis Mæandri amnis recurſibus perfuſa ſuper Ioniã procedit: Phrygiæ ab ortu ſolis uicina, ad ſeptentrionem Myſiæ, meridiana parte Cariã amplectens: à Lydo filio Atys, & Tyrrheni fratre cognominata, quum antea Mæonia uocaretur. In ea eſt Tmolus mons & Pactolus fluuius, aureas arenas habẽs. Vrbes Epheſus, Colophon, Clazomene, & Phara. Lydi dicuntur populi. Inde Adiect. Lydius.a.um. id eſt, ad Lydiam pertinens. & Lydus. a. um. poſſeſſ. quod eſt ex Lydia.

Lydus, Herculis filius ex Iole. Alter filius Atys, & frater Tyrrheni, à quo Lydia regio eſt appellata. Nam cum propter terræ ſterilitatem fratres ſimul ferre non poſſet, Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens, cum ingenti multitudine ad Italiam ueniẽs eam tenuit partem, quæ ad mare inferum uerſa eſt, & à ſe Tyrrheniam nominauit. Lydus uero remanens, Mæoniam de ſuo nomine uocitauit.

Lynceſtius, fluuius eſt, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, quàm ſi quis uino ſe ingurgitaſſet. Ouid. 15. Metam. Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis, &c.

Lynceus, quem Ouid. alio nomine Lirum appellat, filius fuit Aegypti. Vide Danaus. Fuit itẽ nomen eius, qui fuit unus ex Argonautis, acutiſſima oculorum acie præditus qui dicebatur

uidere

uidere ultra parietem. de hoc uide Solinum.

Lyncus, ut habet Ouid. Lynceus ut alij, Lynx, ut rurſus alij, rex fuit Scytharum, ad quem cum Triptolemus curru, quē ipſi Ceres dono dederat alatis draconibus uectus perueniſſet, ab eodem hoſpitio ſuſceptus eſt: cumq́ nomē, patriam, uiæq́ cauſſam indicaſſet, Lyncus eiuſdem gloræ inuidens, noctu hoſpitem ſuum obtruncare adortus eſt. Qua re indignata Ceres, Lyncū in Lyncē cōmutauit. Vide Ceres.

Lyra, ſignum cœleſte eſt, quam effecit Mercurius in Mityleneo monte Arcadiæ. Vide Caducifer & Appollo.

Lyrneſſus, oppidum fuit Phrygiæ ab Achille euerſum, cum Priamo bellum ob Helenam à Paride filio raptam inferretur, ex quo Briſeida quoque rapuit occiſo Minete eiuſdem oppidi principe, quæ inde Lyrneſsis ab Ouid. 4. Triſt. appellatur.

Lyris. uide Liris per iotam.

Lyſander, dux Lacedæmoniorum inuictiſ.imus, de quo uide Plutarchum in Parallelis.

Lyſias, Syracuſanus genere, Cephali filius, unus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater ſe tranſtulerat. Puer Thurion coloniam migrauit, rediijt annos natus quadraginta ſeptem, interq́ principes oratores habitus. De quo uide Ciceronem in Bruto.

Lyſidice, filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pithei ſoror, quæ Electrioni nupſit, & ex eo Alcmenā Herculis matrē peperit, ut inquit Plut.

Lyſimachus, Agathoclis filius, è ſucceſsoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit, ubi theſauri regis fuerunt. Hic illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, uirtute illuſtrior fuit: amore literarum ac philoſophiæ ardebat adeò, ut Calliſthenem tunc ab Alexandro adflictū, atque in uinculis habitum, de uirtute diſſerentem ſæpius audiuerit, poculumq́ ei, ac remedium miſeriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexāder Lyſimachum leoni obieciſſe dicitur: ſed ille uiribus fretus, rem poſteris prodendam fecit, manum amiculo conuolutam in os leonis inferens, arrepta lingua feram exanimauit: quo facto uehementius poſtea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogum lib. 14.

Lyſippe, filia fuit Prœti. Vide Iphianaſſa.

Lyſippus Sicyonius, nobilis ſculptor, à quo tantum Alexander ſe fingi paſſus eſt. Propertius,

» Gloria Lyſippo eſt animoſe fingere ſigna.

M ANTE A.

Macareus, filius fuit Aeoli, qui Canacen ſororem uitiauit.

Μακάρων. id eſt beatorum inſulæ, Aſiatico littori oppoſitæ, & ad promontoriū Tauri montis expoſitæ: quas quidam dici ſic putauêre, quòd fortunati admodum cœli ſoliq́ ſint, ſiue quòd eas ſuo ſuorūq́ regno Macar occupauerat. Verba ſūt Melæ li. 1. uide Fortunatæ.

Macedonia, regio à Macedone Oſiridi, Iouis filio dicta eſt. Habet Macedonia ab Oriente Thracium limitem, ab Occaſu Ionium pelagus, à Meridie Epiro terminatur, à Septentrione habet Dalmatiæ partem. Hæc, Diodoro teſte, anguſtos initio terminos habuit, ſed uirtute ſuorum regum & gentis induſtria ſubactis finitimis ita ampliata eſt, ut centū quinquaginta populos tenuerit. Vide Pliniū li. 4.

Macedonicus. ca. cum. poſſeſsiuū à Macedonia: unde mare Macedonicū, quod eſt Aegæi pars.

Machaon, filius fuit Aeſculapij & Arſinoës, alij Coronidis, alij Heſiones filiæ Meropis, alij Xanthiones dicunt, Podalyrij frater, & medicus inſignis, qui etiā cū reliquis Græciæ principibus Troiam uenit. Tandem ab Eurypylo occiſus. Verg. lib. 2. Aeneid.

» Pelidesq́ Neoptolemus, primusq́ Machaon.

Ab eo Machaonius a. um. deducitur.

Macra, fluuius in Apennino, inter Ligurum montes per Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influit. Strab. lib. 5. Hic fluuius Liguriam ſeparat ab Hetruria, ut ſcribit Plinius libro 3. capite 5.

Macrobius, nomen uiri proprium, Latinè longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος uita dicitur.

Macrobij, populi ſunt Aethiopiæ ultra Meroën, ut inquit Solinus, quibus dimidio protenſior eſt uita quàm noſtra.

Macrocephali, populi ſunt Pom. ad Boſphorū.

Madian, (μαδιὰμ) urbs quædam ab uno filiorum Abraham ex Cethura ſic uocata, quæ (teſte Hieronymo) eſt trans Arabiam ad Meridiem in deſerto Sarracenorum, contra Orientem maris Rubri. Vnde uocantur Ma-

M dianei

dianei, & Madianea regio.

Mæander, (μαίανδρος) ſiue Mæandrus fluuius eſt Phrygiæ, ſiue Mæoniæ, qui ex arce Celænarum eiuſdem regionis oppido oritur, & per ciuitatem fluens, Lydiam à Caria diſterminat, tandem in ſinu maris, qui inter Pyrenem & Miletum eſt cadit. Hic adeò ſinuoſis reflexibus fertur, ut ſæpe credatur ad ſuum fontem reuerti. Ouid. lib. 8.

» Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in
» undis Ludit et ambiguo lapſu refluitq́ fluitq́.

Vnde obliquitates omnes, Mæandros ueteres appellarunt. Cice. in Piſo. Quos tu Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diuerticula flexionesq́ quæſiſti? Mæander etiam picturæ genus eſt, in morem Labyrinthorum flexuoſis ambagibus implexum, quod oris clamydum addi ſolet. Verg. 5. Aeneid.

» Victori chlamydem auratam, quam plurima
» circum Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Vbi Serui. Mæandro duplici, id eſt flexuoſo. Erat enim in chlamyde flexuoſa, & in ſe remeabilis purpura, in modū Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Hunc poëtæ fingunt Oceani & Terræ filium, eumq́ Cyanen Nympham genuiſſe, quam poſtea Miletus Solis filius oppreſſit, & ex ea Caunum & Biblidem ſuſcepit. uide ſuprà Cyane.

Mænades, apud Græcos dicuntur mulieres, & Bacchi ſacrificulæ, à Græco μαίνομαι, id eſt, inſanio. Vide Bacchæ.

Mænala, (μαίναλα, ων) pen. cor. intellectu ſingulare, uoce autem plurale inquit Priſcian. At Diomedes docet, in ſingulari eſſe gen. maſc. in plur. neutri. mons Arcadiæ altiſsimus, ut author eſt Plin. lib. 4. & amœniſſ. ad Argos, teſte Liuio lib. 3. de bello Macedonico, & refertus pinis, ut docet Verg. in Buc.

» Mænalus, argutūq́ nemus, pinosq́ loquentes
» Semper habet, ſemper paſtorum ille audit amores.

Eſt & nomen Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio. Stepha. Mænalius, a. um. quod eſt ex Mænalo. Mænalius, id eſt Arcadicus, & Mænalis urſa apud Oui. lib. 3. Triſt. ele. 11. Vnde Bacchus dictus Manalius, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, quod eſt furere, inſanire. Menala ſine diphthongo ſcribit Seruius, mons Arcadiæ, dictus ἀπὸ τῶν μήλων, id eſt ab ouibus, quib. plenus eſt.

Mænoles, (μαινόλης) dictus eſt Dionyſius, quod Latinè totum furentem ſignificat, cui Bacchæ Orgia celebrant. Et crudas carnes comedentes, ſacro furore initiantur, Euan Euan clamantes. Vide Mænala.

Mæonia, Lydia eſt regio minoris Aſiæ. unde Mæones, populi. hæc uocatur regio exuſta. nam (ſicut ſcribit Strabo) cinerulenta eſt in ſuperficie, & tota arboribus caret, præter uitem. Dionyſius ſcribit hanc regionem eſſe ſub altiſsima Tmoli montis rupe ſitam, ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc Mæonius, a. um. Vnde Homerus dictus eſt Mæonius. Martial.

» Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Dictus & Mæonides à patre, qui Mæon appellatur. Et Mæonius rex. Verg. 9. Aeneid. Mæonidæ, arum, Lydij, authore Seruio.

Mæotis, pen. prod. (μαιῶτις) palus Scythica, ut inquit Seruius, in regione Septentrionali iuxta Phaſidis oſtium, recipiens Tanaim aliosq́ fluuios, tandem in pontum effluit & frigore congelaſcit. Hinc piſces Mæotides, μαιώτιδες, ſeu Mæotici μαιωτικοὶ dicti, qui in Mæoti capiuntur. & Mæotica mella apud Plinium.

Magna Græcia, dicta eſt ea pars Italiæ, quæ à Tarento uſq́ ad Cumas eſt. uel (ut Plin. lib. 3. refert) à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum uſq́ protenditur. Sic dicta, quòd multæ magnæq́ ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Author Iuſtin. lib. 20. A quibuſdam tota Italia dicta eſt maior Græcia. Oui. in Faſt.

» Itala nam tellus Græcia maior erat.

Magneſia, (μαγνησία) Macedoniæ regio, Theſſaliæ annexa. A qua Magnetes, (μάγνητες) qui & Magneſij, (μαγνήσιοι) populi uocati ſunt, qui docti ſunt & periti equeſtris pugnæ, ut ſcribit Lucanus lib. 6.

» Et Magnetis equis Minyæ gens cognita remis.

Eſt & Magneſia urbs in Aſia, ad Mæandrum ſita, authore Stephano de urbibus.

Maia, (μαῖα) Atlantis filia fuit ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercuriū ſuſcepit. Nonnulli etiam tradunt eam Vulcano nupſiſſe. Significat & obſtetricem, ut author eſt Suidas in Socratis uita. Eſt & dea, Fauni filia, cui in mellario uaſe non mel, ſed uinum ſacrificabant. Verg. lib. 8. Vobis Mercurius pater

» eſt, quem candida Maia

Cyllenes

» Cyllenes gelido cõceptum uertice fudit, &c.

Maieſtas dea Honoris & Reuerentiæ filia.

Maius menſis à maioribus dictus eſt, quia (ut inquit Macrob.) maioribus conſecratus erat, quorum conſilio Reſpub. gerebatur, ſicut Iunius à iunioribus qui rem armis gerebãt. Poſt quam enim Romulus populum Romanum in maiores minoresq́; diuiſit, ut altera pars conſilio, armis altera remp. tueretur, in honorem utriusque partis hunc Maium, ſequentem Iunium uocauit. Ouidius,

» Hinc ſua Maiores tribuere uocabula Maio.
» Iunius à iuuenum nomine dictus adeſt.

Sunt qui Maium à Maieſtate Dea denominatum uelint, quòd flamen Vulcanalis Calendis Maijs huic Deæ rem diuinam facit. Alij à Maia Mercurij matre, propterea quòd hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant.

Malea, (μαλία, μάλδα) pen. indifferente, promontorium Laconiæ, quod per quinquaginta millia paſſuum in mare protenditur, ubi periculoſa eſt nauigatio, propter aduerſos uentorũ flatus, dicente Statio lib. 7. Thebaid.

» Et raucæ circumſonat ora Maleæ.

Hinc eſt illud Prouerbium, Cum ad Maleam deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Dicta Malea, à Maleo Argiuorum rege, qui in ea templum pulchrum conſtruxit, quod Maleoticum apppellauit. A Malea, fit Maleacus, ca. cum. (μαλιακός) ut ſinus Maleacus.

Maleuentum, Campaniæ urbs, uide Beneuentũ.

Maliaca, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs. Ptolo. lib. 2. cap. 6. uulgò Malgrado.

Mamers, ertis lingua Oſcorum, dictus eſt Mars, detractione ſyllabæ, qui & Mauors etiam appellatur.

Mamertini, (μαμερτῖνοι) populi Campani. Hi cum Meſſanã colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius quàm Meſſanenſes ſunt uocati: & cum ager eorũ uini feraciſsimus ſit, Mamertinum uinum, non Meſſanenſe appellatũ eſt. Martialis, Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta Si detur, quod uis nomen habere poteſt. Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmonijs ſubuerſa fuit, quòd Meſſenij quinquaginta uirgines Lacedæmones uiolare tentaſſent: & non conſentientibus, eas occidiſſent. Vide Plin. lib. 14. ca. 6. De Mamertinis & Mamertina ciuitate Cic. in Ver. act. 4.

Manalis lapis, oſtium eſt Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manant, qui dicuntur manes. Manalem lapidem etiam uocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis: quam cum propter nimiam ſiccitatem in urbẽ pertraherent, ſequebatur ſtatim pluuia: eumq́;, quòd aquas manaret, manalem lapidem dixere. Feſtus.

Mandane, Aſtyagis filia, quæ ei uiſa eſt per quietem tantum urinæ facere, ut omnem ipſius urbem oppleret, atq; uniuerſam Aſiam inundaret. Hæc Cambyſi nupſit, ex quo genuit Cyrũ.

Manes, animas è corporibus egreſſas intelligimus, aut deos inferos, authore Seruio. Sunt autem, inquit, noxiæ, & dicuntur per antiphraſim. Nam manum, bonũ eſt. Alij Manes à manando dictos intelligunt. Nam manibus plena ſunt loca inter Lunarem & terrenum circulum, unde defluũt. Hæc ille. Manes etiã ad genios duos quos cum uita ſortimur, authore Seruio, retulit Vergil. 6. Aeneid. eo carmine.

» Quiſque ſuos patimur Manes. Vide in Latinis uocibus.

Mania dea, larium mater, cui olim ſacrificabãt. & Maniæ, laruæ quædam, quas nutrices pueris minitari ſolent.

Maniolæ, inſulæ ex aduerſo Indiæ, extra Gangem, in quibus tradunt nauigia quæ clauos ferreos habent, detineri, nec ulterius progredi ſinunt, nequãdo lapis Herculeus, qui circa ipſas gignitur, illa ad ſe trahat. Eas tenẽt Anthropophagi, Manioli dicti, ſicut ſcribit Ptolemæus lib. 7.

Manliana imperia, (ſimili modo Græci φαλαρισμὸν) crudelia uocitata ſunt. Vide Liu. 1. Deca. lib. 8. & Eraſ. in Chiliad. & infra Manlius Torquatus.

Manlius, (μάνλιος) nomen proprium multorũ inſignium uirorum, quorum egregia tum facta tum dicta plerunq; eruditione & beneficio doctiſs. uiri T. Liuij per literas æternæ memoriæ prodita ſunt. Quæ ſi noſſe cupis apud eundem quære, & inuenies omnia tibi pleno aluco affluentia. Et licet aliorum geſta hic reſecauerimus, unius tamen reſponſum, quia iucundũ eſt reliquũ eſſe permiſimus. L. Mãlius pictor

egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filiosq́; ſuos deformes animaduerteret: Non ſimiliter (inquit Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, in luce pingo. Author Macrobius.

Mannus, filius fuit Tuiſtonis dei, aliâs Teutonis. à quo Alemãni dici gloriãtur. uide Alemãni.

Mantinea, (μαντίνεα) Arcadiæ urbs, quam Epaminondas ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmonijs, illuſtrem reddidit, in qua & ipſe diem obijt.

Manto, mulier fatidica fuit, Tireſiæ Thebanorum uatis filia, quæ cum poſt patris obitum primum Creontis deinde Theſei tyrannidem fugeret, primum in Aſiam uenit, ubi Apollinis Clarij templum condidit: deinde etiam in Italiam, ubi ex Tyberi fluuio (ut poëtæ fabulantur) uel ex Tyberino rege Ocnum peperit, qui poſtea ad Padum fluuiũ urbem condidit, quã à nomine matris Mantuã appellauit.

Mantua, (μάντυα) urbs clariſsima Galliæ Ciſalpinæ, ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tireſiæ Thebani uatis filiæ, quæ poſt patris interitum ad Italiam uenit, condita fuit, & à matris nomine Mantuam appellauit. Vnde Vergil. lib. 10. Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantûs, & Tuſci filius amnis. Qui muros, matriſq́; dedit tibi Mantua nomen. Hinc

Mantuanus, na. num. (μαντυανὸς.) ut Mantuanus Homerus, Vergilius dictus eſt.

Marathon, (μαραθὼν,) campus Atticæ, ſeu ciuitas diſtans ab Athenis circiter decem millia. & morte Icari regis interfecti inſignis, nec non & uictoria Theſei ex tauro ſuperato: ſimiliter & Milciadis gloria, qui centum millia ex Darij Perſarum regis exercitu profligauit, nempe eas copias quæ Perſarum ducem ſequutæ fuerant non expectatis Lacedæmoniorum auxilijs, quæ tardius ob plenilunium uenerant. Hinc Marathonius. nia. nium. (μαραθώνι⊛) Vnde taurus Marathonius dictus eſt, qui apud Marathonem à Theſeo interfectus eſt. Author Strab. libro 9. & Plutarchus in Theſeo.

Marcomãni, (μαρκόμαννοι) populi Germaniæ, Rhenum bellandi cauſa tranſgreſsi, quos Cæſar cum Ariouiſto Germanorum rege ſuperauit. hos Bohemos uel Morauos putant eſſe.

Mare rubrum, (inquit Pomp.) dicitur, ſiue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit. ἐρύθραν θάλασσαν appellant, procelloſum, aſperum, mare profundum, & magnorum animalium magis, quàm cætera capax. Vide Pomp. enarratorem Vad. & Erythræum.

Mariotis, idis. (μαριῶτις) lacus in Aegypto, ut author eſt Strabo. Plin. libro 14. cap. 1. etiam aſſerit Mareotida partẽ Libyæ Aegypto conterminam appellari, & Mareotas populos in ea habitantes. Et Mareotis pars Epiri, in qua uinum optimum naſcitur: unde Mareotides uuæ dictæ ſunt. Verg. libro 2. Georg. Sunt & Mareotides albæ. & Mareoticæ uites, apud Colum.

Maria, (μαρία) fœmininum eſt à nomine Marius, & accentum in antepenultima habet, nam penultimam habet correptam, quemadmodum & Marius.

Mariandynorum, (μαριανδυνία) regio in Aſia ſita eſt, Bithyniæ contermina, ubi Hercules Cerberum canem tricipitem deuicit, quem ferunt uirus euomuiſſe, eamq́; regionẽ infeciſſe.

Marianus, Ptolemæo Hiſpaniæ Bæticæ mons, uulgò Sierra Morena: ſaltus Caſtulonenſis.

Marica, Nympha littoris Minturnenſium iuxta Lyrim amnem, ex qua, ut inquit Maro lib. 7. Faunus Latinum regem ſuſcepit, eamq́; ille Laurentem, pro Minturnenſi, poëtica licentia, poſuit, ut Seru. annot. Quidam uerò per Maricam Venerem intelligunt, cui ibidem ſacellum fuiſſe perhibent.

Marius, ſepties apud Romanos conſul, notus eſt ex hiſtoria Salluſtij, & deſcriptione uitæ ſuæ apud Plutarchum.

Maronis, Germaniæ ciuitas uulgò Lunenburg.

Marpeſus, pen. prod. (μάρπησσα) mons in Pharo inſula. A quo Marpeſius, a. um. (μαρπήσσι⊛) ut Marpeſia cautes, apud Verg. lib. 6. Aenei. Id eſt, Parius lapis.

Marrubij, populi fuerũt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, ſic dicti uel à rege Marrubio, uel quòd circa mare habitent. Verg.

Quin & Marrubia uenit de gente ſacerdos.

Marrucini, populi in regione Marſorum.

Mars, (ἄρης) apud Gentiles deus belli creditus: dictus, ut ait Varro lib. 4. de lingua Latina, quòd

quòd maribus in bello præſit, ſiue quòd à Sabinis acceptus eſt, apud quos Mamers uocatur: à poëtis Mauors dicitur per epentheſim, quòd magna uertat. Vel à Græco, quod eſt ἄρης, ares. Iouis & Iunonis filius fuit, uel, ut Ouidius fabulatur, ſolius Iunonis. Cum enim olim Iuno turbata, eò quòd animaduertiſſet Iouem maritum percuſſo capite ſine muliere procreaſſe Mineruam, uerſus Oceanum profecta eſſet, ut ſcrutaretur quo pacto & ipſa ſine uiro parere poſſet, & in itinere fatigata ſecus fores Floræ Deæ, coniugis Zephyri, conſediſſet, interrogata ab ea fertur, quā ob cauſam ad Oceanum pergeret: qua cognita, facturam ſe uoti compotem Deam pollicita eſt, ſi id Iuno Iouem celaret. Quod cum Iuno iureiurando affirmaſſet, mox illam Flora monuit, in campis Olenijs florē eſſe, quo tacto ſtatim conciperet ſine uiro: id experta Iuno cōcepit, & peperit filium quem Martem nominauit. Sororem habet Bellonā belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum. Salios habuit ſacerdotes, de quibus infrà. Ponitur ſæpiſsimè pro ipſo bello μετωνυμικῶς. Verg. lib. 10.

» Nunc inſanus amor duri me Martis in armis.

Hinc Martius a. um. id eſt, bellicoſus. Eſt & Mars nomen ſtellæ. Marte noſtro (ἀνανταγωνίστως) aliquid dicitur fieri, quod fit proprio ingenio, & ſine alicuius auxilio. Mars communis dicitur, quòd incertus ac uarius belli euentus ſit. Cætera uide in Vulcanus.

Marſi, populi in Italia, non procul ab urbe inter Pelignos & Samnites. De quibus Plin. lib. 7. cap. 2. Et eorum regio Marſia uocatur, de qua Cic. pro Domo Sua, Is in Marſis natus eſt. Vnde Marſica uina: nam Maſsica ſunt è Maſsicis montibus.

Marſya, ſiue Marſyas, tibicen fuit inſignis, ex Celenis oppido Phrygiæ: Ouidius tamen Satyrum fuiſſe author eſt, qui tibijs à Mineruà inuentis, auſus fuit Apollinem ad certamen prouocare, à quo uictus & excoriatus eſt, ut

» eſt teſtis Ouid. lib. 6. Faſtorum, Prouocat &

» Phœbum, Phœbo ſuperante pependit,

» Cæſa receſſerunt à cute membra ſua.

Eſt & Marſyas Phrygiæ fluuius, ab huius nomine dictus, quòd nympharum lachrymis Marſyam deflentium creuiſſet, ut eſt apud Ouidium lib. 6. Metamorph.

Martia, Catonis filia minor fuit, quæ cum quæreretur ab eo, cur poſt amiſſum maritum denuo non nuberet: reſpondit non ſe inuenire uirum, qui ſe magis uellet, quàm ſua. quo dicto, oſtendit diuitias magis in uxoribus eligi ſolere, quàm pudicitiam.

Martius, nomen proprium, qui Ancus cognominatus eſt, quartus Roman. Rex, æquitate & religione auo ſimilis. Latinos bello domuit, Auentinum & Martiū montes urbi addidit, noua mœnia oppido circundedit, ſyluas ad uſum nauium publicauit, ſalinarum uectigal inſtituit, carcerem primus ædificauit, Oſtiam Coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtio Tyberis deduxit. Plin. lib. 31. ca. 7.

Martius campus, ἄρειος πεδίον, Romæ dictus eſt, quòd Marti conſecratus eſſet. Liuius.

Marullus, tribunus plebis cum Flauio coronas Cæſaris dictatoris ſtatuis detraxit, eosq́ qui primi Cæſarem regem ſalutauerant, in uincula duci iuſsit. Quamobrem Cæſar Marullum magiſtratu priuauit. Plutar. in Cæſ.

Maſiniſſa, & Maſſaniſſa, Numidarum rex, in Africa primum populi Romani hoſtis capitalis fuit, deinde amiciſsimus effectus, uſq; ad finem uitæ perſeuerauit. De quo multa Liuius de 2. bello Punico lib. 7.

Maſſagetæ, (μασσαγέται) populi Scythici in Aſia ultra mare Caſpium, Orientem uerſus trans Araxem. Lucanus lib. 3.

» Maſſageter quò fugit equo, uolucrerq́ Geloni.

Qui cum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt, quemadmodum & Biſaltæ populi, apud hos ſenio confecti in fruſta cæduntur, qui uero morbo intereunt, feris deuorandi abijciuntur, ut ait Strabo lib. 2. Infeſtiſsimi ſunt hoſpitibus, neq; cum uicinis populis ullam ſeruant amicitiam, aut fidem. Vxores habent communes, cum quibus etiā in publico coire non uerentur. Solem præcipuè uenerantur, cui & equum immolant, cæteros deos habent neglectui.

Maſsicus, pen. cor. mons Campaniæ, optimi uini ferax, quod etiā Maſsicū dicitur. Silius lib. 7.

» Maſsicus uuiferis addebant nomina glebis:

» Horatius lib. 1. Carm. Eſt, qui nec ueteris pocula Maſsici.

» Docet Seru. Maſsicus in plurali facere Maſsica. Verg. 7. Verterũt felicia Baccho Maſsica.

Maſsilia, (μασσαλία) urbs in Narbonenſi prouincia, de qua lege Strabonem lib. 4. & Valeriũ lib. 2. Iuſtin. lib. 43. Ab ea fiunt Maſsilienſis, Maſsilitanus, Maſsilioticus. (μασσαλιῶς, μασσαλιώτης.) unde Maſsilienſes uiri, Maſsilitana uina, & Maſsilioticum oſtium.

Maſsylia, cum y, prouincia eſt quam quidam Getuliæ & Numidiæ Mauris uicinam dicũt, nec longè abeſſe ab hortis Heſperidũ. huius gens neq; ephippijs utitur, nec frenis, ſola uirga contenta eſt, qua agitet equos, & moderetur. Ab hac Maſsyli, & Maſsilei populi dicti ſunt, qui à poëtis modo pro Mauris, modo pro Getulis ponuntur. Martial.

» Auditur quãtum Maſsyla per auia murmur.

» Idem: Et Maſſyleum uirga gubernat equum.

Sunt etiam, qui eos Maſſulos uocitent.

Mater magna, Terra dicitur, & ſus prægnans ei mactabatur, quæ hoſtia eſt propria terræ. Dicitur & mater alma, quòd omnia alat. Item mater deûm, quòd omnia generet. Vocatur item mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma uocant.

Matinus, mons eſt Apuliæ buxis abundans. Matini dicuntur populi circa eum habitantes. Lucan. lib. 9. Et arua

» Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.

Matralia, (μητρικὰ) matris Matutæ feſta.

Mattiacum, oppidum in Germania. Unde Mattiacæ pilæ, quas Martialis pro ſapone poſuit:

» Accipe Mattiacas quo tibi calua pilas.

Matuta, pen. prod. à noſtris aurora, λευκοθέα à Græcis dicitur, hoc eſt alba Dea marina, dicta quòd matutino tempori præſit, ut ait Cic. lib. 1. Tuſc. Hæc fuit filia Cadmi nomine Ino, Athamantis uxor: unde, Priſciano teſte, matutinus deriuatur.

Mauors, (ἄρης) id eſt Mars, per epentheſin (ut inquit Seruius) quemadmodum nauita pro nauta, & induperator pro imperator. dictus Mauors, quòd magna uertat, ut ait Cic. Unde Mauortius, a. um. uide in Mars.

Mauri, populi ſunt, qui Mauritaniam Africæ regionem occidentalem uerſus Gaditanũ fretum incolunt. Eos fuiſſe Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine in hæc loca perueniſſe multi crediderũt, ut Strabo libro ultimo ſcribit. Salluſtius certè in Iugurthino, Mauros & Numidas, reliquosq; qui maritimã Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Perſas, & Phœnices fuiſſe indicat. Hi Romanis bellis Punicis, maximè autem rebus contra Iugurtham geſtis, innotuerunt. Vide Strab. lib. ultimo.

Mauritania, Africæ regio extrema, uerſus Gaditanum fretum, quo ſeparatur ab Hiſpania, & Occidentalem Oceanũ. Eſt autem duplex, Cæſarienſis à Cæſarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictaq; eſt Mauritana, à μαῦρον, nigrum, uel quòd nigros habeat colonos: gignit ſimias, dracones, ſtruthiones, & elephantes. Maurus nomẽ gentile eſt, ut Gallus, qui à Gallia originem habet: Mauritanus uerò poſſeſsiuum, ut Gallicus. dicimus ergo uirum Maurum, & bellum Mauritanum.

Maurusij, dicũtur Græcè Mauritani, hinc adiecti. Maruſius, a. um. Verg. lib. 4. Aeneid. Cui

» nũc Mauruſia pictis Gens epulata toris, &c.

Mauruſiacus, a. um. apud Martial. lib. 12.

Mauſolus, (μαύσωλος) pen. prod. dictio triſyllaba, nomen proprium Cariæ regis, de quo Theopompus ait, nulla re abſtinuiſſe, pecuniæ cauſſa. Dicitur & Mauſoleum, (μαυσωλεῖον) tetraſyllabum, non Mauſeolum. Propertius,

» Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri.

Vide Artemiſia.

Mazaca, teſte Plin. lib. 2. cap. 108. eſt ciuitas Cappadociæ ſub monte Argeo, quæ nunc Cæſarea. Hinc Mazacenius, & Mazaces, Mazacis in genitiuo, (μαζακηνὸς, μαζακάς.) Sueto. in Nero. Turba Mazacum. Et Mazaræ populi eidem Plin. lib. 6. cap. 7.

M ANTE E.

MEcœnas, (μαικήνας) cum œ diphthongo, nomen proprium equitis Thuſci clariſsimi, qui ab Hetruriæ regibus ortus, Horatio & Propertio authoribus. Aretini ſuum faciunt. Amicũ inſuper Cæſaris Auguſti uel præcipuum, & poëtarum ea tempeſtate amantiſsimum omnes fatentur. Delicatum præterea, non ſolum cultu ac moribus, ſed etiam ſtylo commemorant: quare eum Auguſtus Malacinum uocabat, exagitabat frequenter ut Cacozelum, teſte Tranquillo.

Ab

Ab hoc & alij bonarum artium promotores, Mecœnates à quibuſdam appellantur.

Medea, filia fuit Aeetæ regis Colchorum (μήδεια) ex Ipſea, uel ut alij Idya coniuge, quæ Iaſonem Colchos cum reliquis Argonautis profectum hoſpitio ſuſcepit, cumq́ eius amore flagraret, uereretur q́ ne incolumis rediret, utpote quæ pericula noſceret, habita ſui coniugij ratione docuit ipſum, qua ratione æripedes tauros domare & iugo ſubmittere, draconemq́ peruigilem ſopire & deinde occidere, eiusq́ dentes ſulcis immittere, & uellus aureum rapere poſſet. Quo peracto cum eodem fugam arripuit, trahens ſecum fugæ comitem Abſyrtum paruulum fratrem. Quos cum pater perſequeretur, neque quiſquam inſequentem remorari poſſet, Medea fratrem Abſyrthum occidit, & articulatim diſcerptū paſsim per agros diſiecit, atq́ ſic dum pater filij membra colligeret, illa cum raptore aufugit. Tandem poſt longos errores in Theſſaliam cum Iaſone peruenit, ubi eiuſdem precibus Aeſonem patrem annoſitate decrepitum in robuſtiorem ætatem retraxit: cumq́ Iaſoni duos filios peperiſſet, in Peliæ mortem ſuas filias armauit. Poſtremò ab ipſo Iaſone repudiata eſt, qui aliā uxorem Creuſam uidelicet Creontis Corinthiorū regis filiam duxerat. Quod Medea ægerrimè ferens, ignem in ſcriniolo muneris loco Creuſæ miſit, quo ipſa cum tota regia exuſta eſt: ut ſuperius auditum eſt. Quo tam impio facinore Iaſon iratus, ſupplicium de ea ſumpturus irruit: Medea uero arreptis filijs, quos ex ipſo ſuſceperat, ipſos in patris conſpectu iugulauit, maleficijsq́ ſublata Athenas uenit, ubi Aegeo iam ſeneſcenti nupſit, peperitq́ filium, quem de ſuo nomine Medum appellauit. Vide Iuſtinum libro 42. Tandem neſcio quo pacto Iaſoni reconciliata cū eo Colchos redijt, patremq́ ſenem & exulem Iaſonis uiribus in regnum reduxit. Alij uero referunt, eam non Iaſoni reconciliatam, ſed poſt ſuſceptum ex Aegeo Medum filium, Cerebri ſpuma potaſſe Theſeum priuignum, ac demum nubes carminibus excitaſſe, ijsque cum Medo filio inuolutam in eam Aſiæ partē, quæ hodie Media dicitur, prouolaſſe. Hor.

» *Nec pueros coram populo Medea trucidet.*

Vide Diodo. Siculum lib. 5.

Media, (μηδία) regio in Aſia, à Medo, Medeæ & Aegei Athenienſium regis filio ſic nominata (ut Solinus refert) à qua Medi populi dicti ſunt, hos tamen Ioſephus ſcribit à Medeo Iaphet filio dictos fuiſſe. Hæc regio (ut Ptolemæus inquit) à Septentrione Hyrcano mari terminatur, ab Occaſu maiori Armenia & Aſſyria, à Meridie Perſide, ab Oriente Hircania & Parthia, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas partes diuidant, quarum alteram maiorem uocauere, alteram Anthropathiām. Maioris, Echbatana fuerē metropolis magna ciuitas. In Media ſunt montes Caſpij, maiori Armeniæ contermini. Media magna ex parte alta & frigida, paſcendis equis apta, unde pratum quoddam Hippobotos uocatur, per quod iter faciunt, qui ex Perſide et Babylone in Caſpias portas eunt. in eo paſci dicuntur equorum quinquaginta millia, regum id armentum eſt. Eſt & Mædia cum diphthongo, de qua ſuprà. Vergilius libro 4. Georgicorum:

» *Lydia nec populi Parthorum, aut Medus Hy-*
» *daſpes Obſeruant, &c. Lucan. lib. 2. Ache-*
» *menijs decurrāt Medica Suſis Agmina, &c.*

Mediolanum, urbs eſt Ciſalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertiſsima: dicta à ſue dimidiatim laniata, ut apud Ambroſium legitur. Ferunt hanc urbem à Gallis Senonienſibus ante Chriſti aduentum annis 359. inſtauratam, ſeu conditam fuiſſe. Vide Strabonem libro 4.

Mediolanium, Ptol. Britanniæ urbs. Item Mediolanium eidem Germaniæ urbs. Hodie Monaſterium, uulgò Munſter.

Mediolum, Hiſpaniæ urbs. uulgò Medina cœli.

Medioxumi, dij minores antiquis dicti ſunt.

Meditrina, medicamentorum dea, pen. prod.

Meditrinalia, ſacra Deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Feſtus, Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, dicere boni omnis grata, Vetus nouum uinū bibo, ueteri nouo morbo medeor. Var. de Ling. Lat. li. 2. Meditrinalia, dies dictus eſt à medēdo, quòd, ut ait Flaccus, flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitū uinum nouum & uetus libari, & deguſtari medicamenti cauſa: quod facere ſolent etiam nunc

multi, cum dicant, Nouum uetus uinum bibo: nouo ueteri morbo medeor.

Medua, portus Plinio libro.3.ca.5. inde Meduacus, ſiue Medoacus, (μεδόακος) Venetorum fluuius Patauium alluens, qui nunc uulgò Brenta dicitur.

Medullina, uirgo Romana ab ebrio patre in tenebris uiolata, ut ſtupri authorem agnoſceret, digito eius annulum detraxit. Vbi ex pignore patrem eſſe comperit, eundem ad aram gladio confodit. Author Plut. in Parallelis. Vide Cyane.

Meduſa, fuit filia Phorci ex Cetho coniuge, quæ unà cum duabus ſororibus Euryale & Stenone, Gorgadas inſulas in Oceano Aethiopico tenuiſſe feruntur. Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc cum eſſet inſigni forma, etiam habuit inter alia decoris ſpectabilia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorum ſplendore captus Neptunus, in Mineruæ templo cum ea concubuit, ex quo concubitu poſtea natus eſt Pegaſus equus. Quam iniuriam Minerua graui & iniquo animo ferens, Meduſæ crines, quibus maximè amatori ſuo placuerat, in angues mutauit: deditq; ut omnes eam aſpicientes in lapides uerterentur. Quamobrem cũ nemo tam immane monſtrum intueri poſſet, Perſeus Iouis & Danaës filius, Mercurij talaribus, & falcato enſe accepto, Palladis item ſcuto, ut ære repercuſſo effigiem eius uidere impunè poſſet, ex improuiſo, cum ipſa anguesq; ſopiti eſſent, adortus, uno ualidiſsimo ictu peremit, & in patriam rediens cum eiuſdem caput ſecum deferret, cõtingit ut guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Aphricæ mutarentur in ſerpentes.
» Vide Lucan. lib. 9. Squallebant latè Phor-
» cinidos arua Meduſæ. Inde Meduſæus, a. um. uide in dictione Pegaſus.

Megabyzi, (μεγάβυζοι) ſiue Megalobyzi, dicebantur Epheſiæ Dianæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat: unde & pro imbellibus ac mollib. pom cõſueuerũt, quales ſunt ſpadones.

Megæra, cum diphthon. in pen. μέγαιρα. Furia infernalis: nam μεγαίρω odi, ſiue inuideo Lati
» nè denotat. Claudianus: Improba mox ſur-
» git triſti de ſede Megæra. Vide Diræ & Furiæ & Eumenides.

Megaleſia, (μεγαλησία) dies, qui dicatus erat magnæ matri Deorum ceremonijs, dictus. Ludi quoq; qui celebrabantur ante templum in ipſo magnæ matris Deûm conſpectu, etiam Megaleſia dicebantur, & ludi Megalenſes. Liu.

Megara, filia fuit Creontis Thebanorum regis, quam Herculi in uxorem dedit, quod Erginum Orchomeni regem interfeciſſet, urbemq; incenſa regia euertiſſet, eò quòd tributa quot annis à Thebanis exigeret. Hanc furens Hercules interemit, ut ſcribit Seneca in Hercule furente. Eſt & Megara ciuitatis nomen in Megaride Græciæ regione, iuxta Iſthmũ Corinthiacum media inter Peloponneſum, Atticam, & Bœotiã, dicta à Megareo Apollinis filio. Alia item in Sicilia propè Siracuſas. Hinc fit Megarenſis, & Megarus, a. um. Hoc etiam nomine dictus eſt mons in Sicilia, ubi apes multæ, licet & Megara, orum, legatur.

Megareus, filius fuit Oncheſti, & pater Hippomenis, à quo fit Megareius, a. um. Oui. lib. 10.
» ſub perſona Hippomenis, Namq; mihi geni-
» tor Megareus Oncheſtus, at illi Eſt Neptu-
» nus auus, pronepos ego regis aquarum.

Megaris, idis. (μεγαρίς) regio in Achaia, à qua bulbi Megarici, quos celebrat Cato. Colum.
» Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi.

Melamphyllis, inſula in Samothracia, & Samos ipſa dicta eſt Melamphyllos, & exiguus mons Theſſaliæ eodem nomine dicitur.

Melampus, filius fuit Amythaonis & Dorippes, Biantis frater. Nomen autem accepiſſe fertur, eò quòd mater infantem expoſuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui à ſole atro colore attracto, nomini cauſam dederunt. Augurio claruit, Biantem item iuuit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo reſtituit, accepta eiuſdem filia Pero nomine, in uxorem: filias quoq; Prœti furijs agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum unam Iphianaſſam uidelicet in coniugem accepit, ut ſuperius traditum eſt. Verg. lib. 3. Georg.
» Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus. Eſt etiã Melampus in tertio Europæ ſinu.

Melanes, uel Nigri, montes iuxta deſerta Arabiæ, Ptol. lib. 5. cap. 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ: Sur deſertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

Melantho,

Melantho, filia fuit Protei ſenis, cui conſuetudo fuit poſitis ueſtibus dorſo delphinum inſidere, atque ſic per maria patris uagari. Quum autem eſſet formoſa, Neptunus eius pulchritudine captus, in delphinem ſe transformauit, atq; illi applaudens eam in conſeſſum ſui traxit, & transportatam etiam uiolauit, ex quo poſtea genuit Amycum, ut Theodorus aſſerit: ſed aliter ſenſit Seruius, qui hunc Neptuni & Melites filium facit. Vide ſuprà.

Melanyon, (μηλανύων) dictus eſt Hippomenes, eo quòd pomis certamẽ confecerit. Quamuis corruptè apud Propertiũ Mimalion, pro Melanyon legatur, cum inquit,

» Mimalion nullos fugiendo Tulle labores
» Sæuitiam duræ contudit Iaſidos, &c.

Malim penultimam per iota.

Melas, multorum fluuiorum nomen eſt.

Meleager, ſiue Meleagrus, filius fuit Oenei, regis Calydoniæ, & Altheæ, in cuius natiuitate mater tres Parcas uidit circa ignem, cui ſtipitem quendam impoſuerunt, dicentes:

» O nunc nate erit æqua tibi cum ſtipite uita.

Quod audiens mater, diſcedentibus illis, ſtipitem igni ſubtraxit, eumq;, ne combureretur, diligentiſsimè conſeruauit. Quum igitur eſſet iam ætate adultus, contigit, ut pater eius ex ſuſceptis frugibus omnibus Dijs ſacrificaret, præter ſolam Dianam. Quapropter Dea irata, aprum immiſit omnes Aeotiliæ agros deuaſtantem. Ad hunc igitur conficiendum, Meleager iuuenes conuocauit inſigniores, inter quos uenit & Atalanta, Schœnei filia, quã quum Meleager uidiſſet, continuò eius amore exarſit. Porrò quum in uenatione omnes in aprum irruerent, hæc omnium prima illum iaculo trãsfixit. Occiſo igitur apro, Meleager, uenationis princeps caput apri (cui quidam pellem addunt) Atalantæ tranſmiſit. Quod ægrè ferentes Plexippus & Toxeus, Altheæ fratres, Atalantæ caput auferre conati ſunt. Quamobrem Meleager iratus eos obtruncauit, duxitq; Atalantem in uxorem, quæ ei Parthenopeum peperit. Althea autem cum audiſſet fratrum ſuorum cædem, indignata, ut eandem ulciſceretur, fatalem ſtipitem igni impoſuit, quo conſumpto & ipſe Meleager occubuit. Ouid. lib. 8. Metamorph.

Meleſigenes, proprium nomen Homeri poëtæ, ſumptum à Melite fluuio Smyrnæ propinquo, iuxta quem natus eſſe dicitur. Poſtea Homerus appellatus. Vide ſuprà.

Melibœa, littoris urbs Magneſiæ, ſecundum aliquos Theſſaliæ, ut Herod. lib. 6.

Melicerta, filius Athamantis & Inus, cum quo mater quum uideret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare ſe præcipitem dedit: & poſtquam deorum miſeratione in numina ſunt commutati, Græcè Leucothea & Palæmon ſunt appellati. Latinè Portunus, & mater Matuta. Author Seruius. Vide ſupra Athamas & Ino.

Meliſſa, filia Meliſsi, Cretenſium regis, quæ cũ Amalthea ſorore Iouem lactæ caprino ac melle in Ida monte nutriuit. Hæc poſtea à Ioue in apem conuerſa eſſe dicitur. unde apes Græcis μέλισσαι dicuntur.

Meliſſus, fuit rex Cretenſis antiquiſsimus, qui, teſte Lactantio Iuſtitutionum li. 1. primus dijs ſacrauit, habuitq; filias Amaltheam & Meliſſam, quæ Iouem puerum, ut modo diximus, caprino lacte ac melle aluerunt. undè Meliſſa apes dicta fuit, & Amalthea capræ eiuſdem nomen accepit.

Melite, tes. ſiue Melita, æ. (μηλίτη) pen. cor. inſula maris Siculi inter Italiam Epirumq; poſita. Et (ut ſcribit Strabo) ante Pachynum ſita, haud longè à Sicilia, periculoſo tamen disiuncta mari, de qua Plinius li. 3. Ab hac Melitæi canes nobiles (μηλιταῖα κυνίδια) & paruuli, olim in delitijs habiti à fœminis, à quibus, adagium natũ, Melitæus catulus, de re hominéue ad ſolam uoluptatẽ comparato. In qua inſula fuit oppidũ eiuſdem nominis Carthaginenſium colonia, à quo non longe in promõtorio fanum fuit Iunonis celeberrimũ. Oui. 3. Faſto.

» Fertilis eſt Melite ſterili uicina Coſyræ,
» Inſula quam Libyci uerberat unda freti.

À Melite fit Melitæus, a. um. & Melitenſis, μηλιταῖος, μηλιτινός: ut canes Melitæi, & Melitenſes, Plin. lib. 30. cap. 5.

Mellona, uel Mellonia, Dea mellis putabatur.

Melo, nomen fluuij, qui & Milus & Ceon appellatus eſt. Auſonius, Melonis albam paginam.

Melocabus, Germaniæ urbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11. uulgò Choburgh.

Melos,(μῆλος)gen.fœmin. inſula eſt Cretæ adiacens,nec non & urbs in eadem inſula.

Melpomene,(μελπομένη)pen.cor.una eſt Muſarum, tragœdiarum inuentrix, à modulando nomen trahens. Vide infrà de Muſis.

Memnon, teſte Homero, filius fuit Titoni,fratris Laomedontis ex Aurora ſuſceptus, qui cum maxima orientalium populorum copia in auxilium uenit Priamo,& in pugna ab Achille, uel (ut alij tradunt) à Theſſalis inſidijs occiſus eſt: qui quum in rogo cremaretur,precibus Auroræ in auem mutatus eſt,ex eademq́; pyra multæ aliæ aues euolarũt,quas Memnonias uocarunt. Has ferunt quotannis ex Aethyopia ad Memnonis ſepulchrum, quod eſt iuxta Ilium,uolare. Verg.1. Aen.

» Eoasq́; acies & nigri Memnonis arma.

Memphi.μέμφιοι.populi. Vide Tapnis.

Memphis.μέμφις. urbs Aegypti regia, magna & populoſa, ſecunda poſt Alexandriam, ubi fuerunt pyramides,regum ſepulturæ,ab Ogdeo rege ædificata, ambitus ſtadiorum 150. Cuius filia Memphis ei nomẽ dedit,cum qua Nilus concubuit ſub imagine tauri. Hodie Alcayrum uulgò uocant. Hinc Memphitis, & hoc Mephite,(μεμφῖτις)penul.prod.quaſi patronymicum Tibullus:

» Barbara Memphitim plangere docta bouem.

Inuenitur etiam Memphitides. Iuuenal.

» An ne aliam terra Memphitide ſicca,
» Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?

Inde etiam Memphiticus.a.um. Martia. Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus.

Mena.μήνη.apud Romanos fuit dea,quæ menſtruis fluoribus præeſſe putabatur.

Menalippe.μεναλίππη. fuit Antiopes Amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello,quod contra Amazones geſſit: quã quum Antiopæ ſorori reſtitueret,accepit precium,arma reginæ & baltheũ. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat iuſſus ab Ariſteo. Illius meminit etiam Iuue.in Sat.8. Syrma uel Antigones,ſeu perſonam Menalippes.

Menapij.μενάπιοι. populi, qui ad utranq; Rheni ripam habitant, iuxta Neruios,ſed ad mare proximi,qui hodie uocantur Geldrenſes, ſiue ut alij uolunt Iuliacenſes, qui ſub duce Clieuenſi ſunt. Vide Strab.lib.4.

Menaria,(μεναρία Græcis) ideo melius per diphthongum æ ſcribetur. inſula eſt Plin. lib.3. cap.5. contra Magonem: ſic dicta à piſcium multitudine,qui menæ dicuntur.

Mendeſus urbs Aegypti,à qua Mendeſium. μενδήσιον.unguentum dicitur.

Menecina.μενεκίνα.urbs in Oenotria,à qua Menecinæi.μενεκιναῖοι. & Menecinij populi.

Menelaus,filius fuit Atrei & Aeropes,ut Homerus tradit,Pliſthenis uerò,ut Heſiodus, & frater Agamemnonis, rex Spartæ,qui Helenam Iouis & Ledæ filiam,in uxorem habuit, quam cum Paris,Priami filius, eo abſente rapuiſſet,legatos ad Paridem miſit,qui illam repeterent,ſed quum reddere nollet,omnes totius Græciæ principes ad bellum conuocauit, qui collecto maximo exercitu, ad unum omnes ſub Agamemnone rege in excidium Troianum coniurârunt. Quumq́; iam tota Phrygia,atq; Myſia deuaſtata ad Ilium Priami regiam perueniſſent,decennali bello illud oppugnarunt,tandem fraude magis quàm uiribus expugnauerunt,atque ſic egregiam ſuam coniugem recepit, conſcenſaq́; naui poſt octauũ annum domum redijt,

» Tantæ molis erat infame reducere ſcortum.

Meneſtho, nomen Nymphæ à memorando dicta. Vnde Meneſtheus. μενεσθεύς. proprium nomen aurigæ Diomedis.

Meninx.μήνιγξ.inſula eſt,ab Eratoſthene Lotophagitis appellata.

Menippus,Stratonicenſis,in tota Aſia diſertiſſimus, præceptor Ciceronis, ut ipſe teſtatur.

Menœtius, teſte Homero filius fuit Actoris ex Aegina, quam uitiatam Iupiter illi in coniugẽ dederat. Hic poſtea relicta Aegina matre, in Opuntem in Locros ſe contulit, ibiq́; Patroclũ ex Sthenele uxore ſuſcepit,qui ab eo Menœtiades appellatur. Ouid.in Epiſt.Penel.

» Siue Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis.

Menoles, dictus eſt Dionyſius,uide Mænoles.

Mentoas, fluuius olim dicebatur, quem nunc (Euſtathio in Dionyſium teſte) Iſtrũ ſiue Danubium appellamus.

Mentor.μέντωρ.fuit in uaſis cælandis mirus artifex,de quo Plin.li.12.ca.11. Mentori,inquit, quotidie teſtimonium perhibet Capitolinus Iuppiter & Diana Epheſia,quibus fuêre con

ſecrata

ſecrata eius artis uaſa. Quare ait Iuuenal. Satyra 8. Raræ ſine Mentore menſæ. Hinc Mentoreus, a. um. Propertius: Lesbia Mentoreo uina bibas opere.

Menus, Germaniæ fluuius eſt, in quo ſylurum aiunt piſcē equos innantes deorſum trahere.

Meonia, regio eſt Aſiæ minoris, quæ poſtea à Lydo fratre Tyrrheni Lydia cognominata fuit, ut ante ſcripſimus. Et à Meonia Meonis patronymicum fœmininum deducitur.

Mephitis, (βαρύοδμος ἀποφορὰ) pen. prod. terræ putor, ex aquis maximè ſulphuratis atque corruptis proueniens: & eſt in nemoribus grauior ex denſitate ſyluarum. Vergil. lib. 7.

» Sæuamq́ exhalat opaca Mephitim.

Alij Mephitim deum eſſe uolunt, Leucotheæ connexum, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Iunonem intelligunt, quam aërem eſſe conſtat. Omnis autem putor, non niſi ex corruptione aëris naſcitur, ſicut bonus odor de aëre incorrupto, ut ſit Mephitis, Dea odoris grauiſsimi, id eſt graueolentis.

Mera, proprio nomine ſacerdos Veneris.

Mera, Prœti & Antiæ filia, quum uenationi dedita Dianam per nemora ſequeretur, à Ioue uiſa & dilecta eſt, qui ſumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Quapropter quum poſtea ob patrati ſceleris pudorem, timens ne denuo deciperetur, Vocanti eam Dianæ obſequi nollet, ab eadem ſagittis confoſſa occubuit. Tandē in canem eſt mutata. Ouid. 7. Meta.

Et quos Mera nouo latratu terruit agros.

Mercurius, quaſi medius inter homines currēs, quòd ſermo currat inter homines medius. ἑρμῆς. Ideo Hermes Græcè, quòd ſermo, uel interpretatio (quæ utiq́ ad ſermonem pertinet) ἑρμηνεία dicitur. Vnde & mercibus præeſt, quia inter uendentes & ementes ſermo ſit medius. Modò Ligius, modò Argiphontes, modo Ilumius, modò Cyllenius. Quatuor fuiſſe Mercurios tradunt, unum Iouis & Maiæ filium, alterum Cœli, tertium Liberi & Proſerpinæ, quartum Iouis & Cylenes, quem fama eſt, ob Argi cædem profugum, literas Aegyptijs oſtendiſſe. Verum omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo & alas in capite & pedibus ponunt, uolentes ſignare, uelocem ferri per aëra ſermonem. Ideo nuncium dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enunciantur. Dictus eſt Deus mercatorum, (κτήσιος, κερδῷος) paleſtræ, furum, nunciusq́ue & interpres Deorum. Lyram inuenit. Hermaphroditum ex ſorore Venere genuit, Martem è duris carceribus liberauit. Prometheum in Caucaſo religauit. Iouis filius fuit ex Maia Atlantis filia. Hic dictus eſt Hermes triſmegiſtus, hoc eſt ter maximus. Eſt eius corpus cunctorum ſiderum minimum, ferè ſemper ſub radijs ſolaribus, à quibus non recedit longius, quàm ducentos triginta gradus. Ideo & Aſtronomis στίλβων dicitur, quod eſt radians. Vnde ſolanus & peruſtus fingitur, quia nimis eſt uicinus Soli, præter cæteras ſtellas. Mercuriales, uidentur eſſe ſodales quidam in honorem Mercurij, uel collegium aliquod. Cice. ad Q. frat. libr. 1. Epiſt. Marcum Furium Flaccum equitem Romanum, hominem nequam Capitolini & Mercuriales eiecerūt. Vide quoq́ Cic. 3. De natura Deor.

Mermeros, unus ex Centauris. Ouid. Met. 12.

» Quinq́ pedū nuper certamine uicerat omnes

» Mermeros, accepto tum uulnere tardior ibat.

Μέρμερος autē Latinè curioſus interpretatur, à uerbo μερμηρίζω, quod eſt cogito & cōſulo.

Meroë, roës. μερόη. dictio triſyllaba, inſulæ Nili metropolis, à qua & tota inſula Meroë dicitur. Hanc Cambyſes condidit, à nomine ſororis Meroë. Cum enim Aegyptum omnem occupaſſet, Meroën ſecū uſq́ ad Aegyptios ducens proceſſu, quæ cum ibi mortem obijſſet, loco nomen indidit. Forma inſulæ ſcuto perſimilis, de qua Lucanus libro 10. Gurgite rupto Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis. Patet longitudine ſtadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum, præterea fert et lapidum multiplex genus, diſtatq́ue à Syene quinque millibus ſtadiorum, ultra quam eſt ad torridam zonam. Exuperat omnes alias Nili inſulas, quas circiter ſeptingentas eſſe ſcribit Diodōrus libro 1. & 17. de hac etiam Strabo libro 16. plura ſcribit.

Merope, (μερόπις) pen. pro. inſula dicta (ut quidam exiſtimant) à Merope terrigena Triopæ filio, teſte Plin. libro 5. ca. 31. Merope enim dictus eſt unus ex terrigenis gigantib. illis, qui aſſe-

effectaſſe regnum cœleſte finguntur, hoc eſt, qui turrim Babel extruxerunt, in qua ædificanda, cum interuenerit linguarum confuſio, uocumq; diuiſio, qui eam moliebantur, dicti ſunt Meropes, id eſt diuerſarum uocum, ut habetur paulò infrà dictione ſequenti. Fuit etiam Merope Atlantis & Pleionæ filia, quæ Siſypho nupſit, atque ob id fingitur ſtella inter Pleiades obſcuriſsima. de qua Ouidius,

» Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit:
» Pœnitet, & facti ſola pudore latet.

Meſa, fluuius notus per Leodium fluens, & per Brabantiam ac Geldriam, uulgò tamen Moſa dicitur, & coniungit ſe cum Rheno.

Meſapus, Neptuni filius (inquit Serui.) per mare ad Italiam uenit. Vnde Neptuni dictus eſt filius, quem inuulnerabilem ideo dicit, quia nuſquam perijt, nec in bello. Ignem autem ei nocere non poſſe propter Neptunum dicit, quia aquarum deus eſt. Ab hoc Ennius dicit ſe originem ducere. Seruius. Hic, ut idem ait, Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tulit.

Meſia. μυσία. Vide infrà Mœſia.

Meſopotamia, regio eſt orientalis, & quidem Aſiæ, inter Tigrim & Euphratem fluuios, licet plurimum diſtãtes, unde & nomen habet. Μέσος enim Græcis medius eſt, ποταμὸς fluuius. Ab oriente habet Tigrim, ab occaſu Euphratem, à meridie Babyloniam, à Septentrione Caucaſum. Hæc regio etiam dicta eſt Seleucia, ut libro 6. refert Plinius.

Meſſala. μεσσάλας. dictus eſt Valerius Coruinus, quia Meſſanam in Sicilia uicit, & urbis captæ in ſe translato nomine, Meſſana primò paulatimq; uulgò permutãte literas, Meſſala dictus eſt. Vnde & Meſſalarum familia Romæ florentiſſima, quæ Coruini cognomẽtum tulit à coruo, qui Valerio tribuno, uni ex maioribus, aduerſus Gallum pugnanti ſuppetias tulit, ut meminit Gellius lib. 9. cap. 11.

Meſſana. μεσσήνη. pen. prod. ciuitas Siciliæ, propinqua Peloro monti, à qua Meſſanenſes dicti ſunt. Silius libro 15.

» Incumbens Meſſana freto, niuibusq; reuulſa

Hanc urbem condidere Meſſenij, (μεσσήνη) in Pelori ſinu, ubi ad Orientem maximè flectitur. Clariſſima autem eſt ex bellis Punicis & Atticis etiam, fuit enim cauſa primi belli Punici ut Florus libro 2. Aliâs Meſſena. Vide Mamerti.

Meſſene, (μεσσήνη) ciuitas Græciæ Meſſeniæ in Peloponneſo, à qua Meſſenij. Vide Plinium libro 4. cap. 5.

Meſuuium, Ptolemæo libro 2. ca. 11. Germaniæ urbs: uulgò Maydburg in Saxonia.

Metapontum, (μεταπόντιον) Italiæ oppidum in ſinu Tarentino à Pylijs, qui Neſtore duce è Troia nauigauerunt, conditum.

Metaurus, & Metaurum, (μέταυρον) Vmbriæ fluuius in Flaminiam decurrens, quæ regio Gallia dicebatur, ubi Claudius Nero Conſul cum Salinatore Haſdrubalem interfecit.

Metelli unde dicti, uide Metalli in Latinis dict.

Metellus, (μέτελλος) Nomen Romani pontificis, de quo uide Plin. lib. 7. cap. 44. & Liu lib. 59

Methone. μεθώνη. ciuitas eſt littoralis Peloponneſi, in Magneſia regione, quam cum obſideret Philippus rex Macedonum, Alexãdri Magni pater oculum amiſit ictu ſagittæ. Huius meminit Ptol. li. 2. ca. 16. Hodie Modona: uia peregrinantium Hieroſolymam à Venetijs.

Methymna. μήθυμνα. uel Methymne, urbs Leſbi, apud quam naſcitur bonum uinum. Ouid.

» Gargara quot ſegetes, quos habet Methymna racemos. Hinc Methymnæus. a. um.

Metis (teſte Heſiodo in Theogonia) eſt Nympha, ſic dicta à conſulendo. μῆτις enim conſilium ſignificat. una ex filiab. Oceani & Tethyos

Metius ſuffetius, Albanorum dux fuit tempore Tulli regis Romanorum, à quibus in auxilium contra Fidenates uocatus, iure ſocietatis uenit quidem, ſed in ipſo prælio ad hoſtes defecit. Vide Liuium libr 1.

Metra, Eriſichthonis cuiuſdã Theſſali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui cõmeabant adoleſcentes, corporis copiã non adſequebãtur, niſi equos, boues, ampliſſimaq; deferrent munera: quia nondum id tempore repertus fuerat gemmarum uſus. Porrò Theſſali per iocum dicebant Metram Eriſichthonis uertĩ in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur, unde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Eriſichthonis. Ouid. lib. 8. Metamorph.

Metrodorus, penul. prod. menſuræ donum, uel menſuratũ donum, μητρόδωρος. Quo nomine dictus eſt pictor, & philoſophus Athenienſis.

Meua-

Meuania, Vmbriæ oppidum, inclytum Propertio alumno, ad uiam Flaminiam, armentorũ & gregum ferax. Meuanates populi hinc dicti Lucano lib. 1. Eſt tauriferis, ubi ſe Meuania campis Explicat, &c.

Meuius, Vergilij & Horatij Zoilus erat, propriè tamen ab authoribus Vergiliomaſtix notatur, alioqui poëta ineptus fuit. gloriã enim quærebat aliorum famam ſeu eruditionem carpendo. Vide Bauium.

Mezentius, Tyrrhenorum rex, ſummus deorũ contemptor, à ſubditis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulſus, qui unà cũ Lauſo filio fugiens ad Turnum Rutulorum regem peruenit, cum quo aduerſus Aeneam profectus eſt, ſed inauſpicatò. Aeneas enim ipſum cum filio in pugna interfecit.

Micipſa, Numidarum rex, Maſsiniſſæ regis filius, qui Iugurtham Manaſtabilis fratris filiũ, unà cum Adherbale & Hyempſale filijs regni participem reliquit, de quo Saluſtius de bello Iugurthino. Fuit enim Iugurthæ patruus. aliâs Micypſa.

Midas, nomen regis Phrygum Gordiæ, bubulci filij, uel Gordij, qui cunctorum penè regum opes pecuniæ abundantia anteceſſit. Auriculas aſini Midas habet, Prouerbium quod refertur à Diogeniano, natum à fabula notiſsima Midæ regis Phrygiæ, cui propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum, conceſſum eſt, ut quicquid uellet optaret, futurus uoti compos. Optauit aũt ut quicquid corpore contigiſſet, in aurum uerteretur, quod, annuente Baccho, factũ eſt. Sed cum cibus & potus contacti etiam in aurũ mutarentur, ſenſit tandem ſtolidus, ſe ſtultè petijſſe, & facti pœnitens, orauit Bacchũ, ut hoc munus auferret: tũ Bacchus iuſſit, ut in Pactolo flumine ſe lauaret, et ſic liberaretur. Quod cum feciſſet, aurum cœpit eſſe in Pactolo. Poſtea cũ Phœbus, & Pan carmine certarent, & Midas Iudex electus cũ Tmolo monte, qui Phœbum uiciſſe dixerat, ſecundum Pana iudicium tulit. Quare indignatus Appollo eidem aſininas auriculas indidit, quas tam ſcitè occultauit, ut nemo ſciret præter ſolum tonſorem, qui cum rem inauditam tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamauit, aures aſininas habet rex Midas. Deinde foſſam terra adoperuit: ſucceſſuq́ temporis creuerunt illic arundines, quæ commotæ uocem, quam tonſor infoderat, reddiderunt. Vide Ouid. libr. 11. Metam. & Prouerbium apud Eras. in Chiliad. Midæ diuitiæ.

Miſenus, Aeoli fuit filius, Hectoris tubicẽ, quo mortuo Aeneam ſecutus eſt in Italiam. Hic cum deos marinos ad tubæ certamen prouocaret, à Tritonide ſubmerſus eſt, ſed poſtea ab Aenea inuentus, ab eodem in monte quodam Italiæ ſepultus eſt, qui deinde Miſenus uocari cœpit. Verg. lib. 6.

» Miſenum Aeoliden, quo nõ præſtantior alter
» Aere ciere uiros, &c.

Miletus, (μίλητος) penul. prod. urbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ (authore Herodoto, à Neleo ædificata. Hanc generoſa uellera nobilitarunt. Vnde prouerb. Mileſia ſtragula.

» Verg. 3. Georg. Quamuis Mileſia magno
» Vellera mutentur Tyrios incocta colores.

Vbi Seruius inquit. Mileſia uellera, id eſt lana precioſiſſimæ. Nam Miletus ciuitas eſt Aſiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ. Ab hac Mileſij μιλήσιοι, populi dicti ſunt, qui cum prius potentes eſſent & opulẽti, delicijs dediti, & opes & potentiam amiſerũt. Alia fuit eiuſdem nominis urbs in Creta, teſte Homer. li. 2. Iliad.

Miletus, filius fuit Appollinis & Argeæ Cleochi filiæ: uel, ut Ouidius habet, Diones. Nonnulli tamen non Apollinis ſed Euxantij Miconis filij: alij rurſum Sarpedonis, qui fuit Iouis, filium faciunt. Hic cum Minoa Cretenſium regem iam ſenem regno priuare uellet, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariã Aſiæ regionem fugit, ibiq́ oppidum condidit, quod de ſuo nomine Miletũ appellauit, eiuſq́ incolas Mileſios. Ouid. lib. 9. Metam.

» Tunc erat inualidus Deiodemq́ iuuentæ
» Robore Miletum, Phœboq́ parente ſuperbũ
Pertimuit, &c. Inde Miletis, idis, patronymicum, id eſt Biblis.

Milo Crotonienſis, homo fuit tantæ fortitudinis, ut in Olympico certamine bouem retento anhelitu per ſtadium portauerit, quem ictu pugni interfecit, unoq́ die integrum deuorauit. Malum tenenti digitis nemo poterat extorquere: dum conſtitiſſet, nemo ueſtigio educere. Quum autem nimia neruorum fiducia

cia

cia arborem in parte media hiantem diducere uellet, brachijs hinc inde conſtrictis, & deficiẽte conatu retẽtus, lupis fuit præda. Mãtua.
» Hauſit dogma Croton forti inſignita Milone.
Mimallones, Bacchæ mulieres: à Mima Ioniæ monte, uel μιμέομαι uerbo Græco, quod imitor ſignificat, quòd liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Hinc Mimalloneus, nea, neum. Perſius:
» Torua Mimalloneis implerũt cornua bombis.
Hæ quoq; Baſſarides, & Thyades, & Ogygides uocatæ ſunt. uide Mimallonides, & Mimas.
Mimallonides, cognomen fuit Bacchantium mulierum: deductum à monte minoris Aſiæ, qui Mimas uocatur. Aliâs Mimallones. Vide
Mimas, mons eſt minoris Aſiæ, (ut docet Homer. in Hymnis) uel Thraciæ (ut Suidas ait) haud procul à Colophone, continuis obſeſſus urbibus, unde futuræ tempeſtates ſentiuntur, ut inquit Solinus. In hoc monte quotannis Baccho ſacra facere conſueuerunt, à quo mulieres ſacrificulæ Mimallones & Mimallonides dicuntur, in quibus nominibus o, litera indifferens eſt, Ouidius:
» Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis.
Mincius, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu defluẽs, alium propè Mantuam lacum efficit, inde effluit in Padum, torrentibus maximus efficitur. Verg. 4. Geor. Tardis ubi Mincius errat Flexibus. A quo Minciades Vergilius dictus Iuuenali: Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis. Mantuanus, Et leni Mincius unda Ipſe natus patre Benaco per paſcua ſerpit, Et Mantoa ſinu complectens mœnia magno, Eridani ſe iungit aquis, &c.
Minerua, (ἀθηνᾶ) diſciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur, & à minando, quaſi uim minetur. Aut à minuendo, ut inquit Cicero lib. 3. de Natu. Vel quòd bene moneat. hanc pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius, quòd fingatur, pingaturq; militaribus armis. hanc filiam Iouis, ac uirginem putauerunt, quòd & incorruptibilem aiunt eſſe natura, & extremum locum uniuerſi obtinere contendunt. Tritoniam uerò appellatam, quoniam ter in annuo ſpacio; uere, æſtate, hyeme commutatur. γλαυκῶπιν, id eſt glauculam uocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod uocabulum ipſum denotat, ſed quoniam aër uiſum animalibus præbeat. & cum lanificiũ, & texturam, & alia multa artificioſa comperiſſet, celebris dea appellata eſt. & quia omnia eius inuenta ex ui ingenij atque ſapientiæ procedere uidebantur, locus fabulæ datus eſt, ut cerebro Iouis genita dicatur. Cum enim Iupiter Iunonem ſterilem uideret, ne omnino abſq; filijs eſſet, percuſſo cerebro ſuo, armatã emiſit Mineruam. Dea eſt ſapientiæ, artium quoque & lanificij, texturæq; inuentrix perhibetur, cuius peritia uicit Arachnem Colophoniam, uictamque transformauit in araneum. Certauit quoque cum Neptuno de imponendo urbi Athenarum nomine, in quo certamine uictrix exiſtens, de ſuo nomine Athenas nominauit. Fingitur dea bellorum, ſoror & auriga Martis. Scutum habet, cui Perſeus Meduſæ caput impoſuit. Poëtæ perpetuam uirginem faciunt, unde Vergilius:
» Pars ſtupet innuptæ donũ exitiale Mineruæ.
Habet & alia nomina de quibus ſuo loco.
Minio, fluuius eſt Thuſciæ, non procul à Cærete oppido. Vergilius libro 10.
» Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in aruis
Minius, (μίνιος) fluuius Hiſpaniæ, à colore pigmenti, quo plurimum exundat.
Minos, (μίνως) fuit filius Iouis ex Europa, ut poëtæ ferè omnes aſſerunt. Alij uerò nonnulli affirmant non Iouis, ſed Xanthi regis Cretenſium ex Europa filium fuiſſe, cui in regno ſucceſſit. Herod. uerò lib. 1. de illo loquens, dixit cum fratre Sarpedone de regno Cretæ diſſenſiſſe, ſed illo fugato regnum obtinuiſſe. Idẽ primus Cretenſibus leges dedit, ut ſcribit Aſtot. Polit. lib. 1. Paſiphaën Solis filiam matrimonio ſibi iunxit, & ex ea filios filiasq; progenuit. Maxima bella geſſit aduerſus Megarenſes & Athenienſes, quòd filium ſuum Androgeum occidiſſent. Dædalum quoq;, eò quòd operam dediſſet adulterio Paſiphaës (fabricauerat enim bouem ligneam, ſub qua latens cum tauro uxor concubuerat) unà cum Icaro filio Labyrintho incluſit: ex quo cum euolaſſent, ſumptis armis eos in Siciliam uſq; perſequutus eſt, ubi apud Camerinum, ſeu Camicum oppidum à filiabus Crocali ſeu Cocali

regis

regis occiſus eſt. Alij tamē à Cocalo rege per proditionem captum, & in thermis ſuffocatum tradunt. Vnde Ouidius in Ibin,

» Vel tua maturet ſicut Minoia fata,
» Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.

Tandem poſt mortem, ob inſignem, quam in terris exercuerat, iuſtitiam & ſeueritatem, à poëtis factus eſt inferorum iudex. Iuxta illud Vergilij, Quæſitor Minos urnam mouet.

A Minos, fit Minoius, noia. um. (μινώιος) poſſeſſiuum: ut Minoia regna.

Minotaurus, (μινόταυρος) ex Minoë, & tauro dictio compoſita, monſtrum biforme, partim habens formam hominis, partim tauri, natum ex Paſiphaë uxore Minois, quæ opera Dædali cum tauro concubuerat, ut modo diximus. Hoc monſtrum, ut ſcribit Homerus libro 8. Odyſſeæ, Minos incluſit Labyrintho, & quū ueſceretur humanis carnibus, coëgit Athenienſes qui Androgeum filium ſuum interfecerant, ut quotannis ſeptem filios, ac totidem filias in Cretam mitterent ad alendum monſtrum. Quo demum cum ueniſſet Theſeus filius Aegei regis Athenarum, beneficio Ariadnes Minotaurum occidit, & egreſſus eſt Labyrintho. Hinc Mineis, id eſt Ariadne.

Minthe (μίνθα) mons, ut ſcribit Strabo libro 8. dictus à Plutonis pellice, quam Proſerpina in herbam mentham mutauit. Huic Pluto donum amoris petenti, uirile membrum tradidit, quod à ſe Mentulam nominauit.

Minyæ, (μινύαι) urbs, & populi Theſſaliæ, qui, teſte Orpheo in Argonautica, Iaſonē ad Colchos proficiſcentem ſecuti ſunt. Vnde ait Ouidius in initio lib. 7. Metamor.

» Iamq́ fretū Minyæ Pegaſæa puppe ſecabant.

Alij dicunt quòd fuerint populi Bœotiæ circa Ioclum montem habitantes. Hos dictos uolunt à Minya rege Orchomeni filio Neptuni.

Miſſenia, regio eſt Peloponneſi, in qua eſt ciuitas Meſſene, cuius incolæ Meſſenij dicuntur.

Miſſenus, pen. prod. mons Campaniæ, à Miſſeno Aeneæ comite ibi ſepulto. Vergilius.

Mithra, (μίθρα) cum h, à Perſis dicitur Sol.

Mithriaca, (μιθριακὰ) ſacra Solis, ſiue Oſiridis ſacrificia. De quibus Lamprid. in Commodo.

Mithridates, (μιθριδάτης) pe. cor. rex Ponti fuit, ui magna & animi & corporis, ut ſex iuges equos regeret, duarum & uiginti gentiū ore loqueretur. Hic arguitur maxime crudelitatis, nam Laodicen coniugem & ſororem, præterea matrem, fratremq́ ac tres filios impuberes, totidemq́ filias interfecit. Vide Iuſtinum & Valerium.

Mitylene, nes. (μιτυλήνη) penult. prod. & Mitylenæ, arum. urbs in Lesbo iuxta Methymnam, à cuius nomine nunc omnis inſula Mitylene appellatur, in qua fuerunt olim duæ nobiliſsimæ ciuitates, hæc uidelicet & Methymna. Hanc eandem inſulam pridem Lesbum dictam uolunt, ab urbis nomine, quæ in ea potentiſsima fuit. Dicta Mitylene, ut Diodorus libro 4. ſcribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Mitallinum dicitur. De hac uide Vitruuium libro 1.

Mnemoſyne, es, mater nouem Muſarum, à qua Mnemoſynides dicuntur.

Mneſtheus, nomen fuit proprium uiri Troiani. De quo Verg. Mneſtheumq́ uocat, &c. Is ab Aſſaraco rege originem traxit, ut idem Vergil. author eſt in 12. Et genus Aſſarici Mneſtheus. Vide Meneſtheus.

M ANTE O.

Moab, (μωάβ) Arabiæ ciuitas, quæ & Areopolis nominatur, quo etiā nomine uocatus eſt filius Loth, à quo Moabitæ. Vocatur autem Moab, ex nomine urbis & regionis. Porrò ipſa ciuitas, quaſi proprium uocabulū poſsidet. Rabbat Moab. id eſt, grandis Moab.

Mœſia, ſcribitur cum œ diphthongo, Europæ prouincia, quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontum uſq́ cum Danubio decurrens. In Myſia Aſiatica ſunt Dardani, Mœſi, et Triballi, Pōtoq́ contermini Scythæ. Hæc tamen à multis per y ſcribitur Myſia, uide infra, & ſupra (Meſia.

Moguntia (μογουντία) oppidū tranſalpinæ Galliæ. Vulgò Mentz.

Molorchus, (μόλορχος) dictus fuit ſeniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis Nemæi proficiſcentem Herculem ſuſcepit comiter hoſpitio, unde leo Molorcheus appellatur. Et huic ſeni ſacra ſolennia inſtituta, quæ Molorchæa dicebantur. Stat. lib. 4. Theb.

» Sacra Cleonæi cogunt uineta Molorchi.

Vide etiam Seruium lib. 3. Georg.

Moloſſ.

Moloſsia, (μολοσσία) regio, pars Epiri: à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio nominata, quã poſtea Helenus Priãmi filius Chaoniam à Chaone fratre nominauit. Hinc Moloſſus. a. um. μολοσσός. In Moloſsia bonos canes naſci à multis refertur, tum ab Horatio in Epodis.

Momus, mi, Deus quidam Nocte matre (inquit Heſiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeò mos eſt ipſum quidem nihil operis edere, ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari, & ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam μῶμος Græcè reprehenſionẽ ſonat. Vide prouerbium, Momo ſatisfacere.

Moneta, dicta eſt Iuno à monendo. Cum enim terremotus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret, uox ab æde Iunonis ex arce extitit: quo circa Iuno Moneta cognominata eſt. Lucanus libro 1.

» Numina miſcebit caſtrenſis flamma Monetæ.

Monna, inſula Britãniæ proxima. Eſt & eius nominis inſula in Rheno fluuio Friſiæ proxima.

Monœcus, (μόνοικος) cum œ diphthongo portus & ſtatio quædam Liguriæ ab Albinga oppido diſtans ſtad. quadringentis & octoginta. Componitur ex μόνος, & οἶκος domus, quaſi ſola domus. Et dicitur portus Herculis, quia (teſte Seruio) pulſis alijs, illic Hercules ſolus habitauit: uel quòd in eius templo alius deorum non colitur.

Monoſceli, homines Indici ſingulis cruribus. σκέλος enim crus dicitur, qui & Sciapodes uocantur, quòd in maiori æſtu humi iacẽtes σκιᾷ ποδὸς, hoc eſt umbra pedis ſe protegant.

Mons Ferratus, regio Italiæ, cuius fines ſunt, hinc Padus, inde Apenninus, & Tartarus amnis ex ſuperiori parte, montes proximi Moncauerio, ubi Pedemontium incipit.

Monychus, (μόνυχος) pen. corr. unus fuit Centaurorum. Componitur ex μόνος καὶ ὄνυξ. hoc hoc eſt ſolus & unguis, quòd pedem inſtar equi habuerit. ſunt enim μώνυχες equi, quia ſolidas ungulas habent.

Mopſopia, (μοψοπία) Attica regio, à Mopſopo rege ſic dicta, ut author eſt Strabo.

Mopſus, nomen proprium uiri uatis, qui ut Pomponius refert, in finibus Pamphyliæ Phaſelim urbem condidit. Vide ſuprà Calchas.

Moroni, (μόρωνοι) populi ſunt in finibus Ambianorum, Galliæ Belgicæ uerſus occidentem, ut ſcribit Pomponius libro 1. & eorum urbs Morinum, quam uulgari uerbo Terram uanam appellant. Verg. lib. 8. Aeneid.

» Extremiq; hominum Morini.

Morpheus, ſomni miniſter eſt, qui, ut in fabulis eſt, iuſſu domini quoſcunq; uultus hominum fingit, uerba ipſa, mores item & geſtus imitans. Ouid. lib. 11. Metam.

» Excitat artificem, ſimulatoremq; figuræ
» Morphea &c.

Mortam, unam eſſe ex Parcis dicunt, quòd qui naſcuntur ante tempus, uel poſt tempus, quaſi monſtra habeantur. Parcas autem, Latini Nonam, Decimam, & Mortam uocitarunt.

Mortuum mare (πόντος νεκρὸς) uide Aſphaltus.

Moſchi, populi ad mare Hyrcanum, Sarmatis finitimi, ut habetur apud Lucan. lib. 1.

» Sæuiſq; affinis Sarmata Moſchis, &c.

Moſes, ſis. & Moſi, (μωσῆς, μωυσῆς) ſicut & Achilles. lis. li. Dicitur & Moyſes interpoſito y, & Moſeus Moſeuſq;: nomen eſt inclyti Iudæorum ducis, atq; ex ſacris literis notiſsimi.

Moſini, uel Moſinœci, (μοσύνοικοι) populi Aſiæ uerſus Septentrionem, qui (ut Pomp. refert) turres ligneas ſubeũt, notis corpus omne perſignant, propatulo ueſcuntur, promiſcuè concumbunt, & palàm reges deligunt, uinculiſq; arctiſsima cuſtodia tenent. Melius Moſynœci per y pſilon, in ſecunda ſyllaba.

Mulciber, (ἥφαιστος) pen. cor. Mulciberis, & per ſyncopen Mulcibris. eſt enim tertij ordinis non ſecundi, à mulcendo dictus eſt Vulcanus, id eſt molliendo ferro. mulcere enim mollire, ſiue lenire eſt, quòd ignis ommia mulceat, id eſt molliat, uincat & domet. Sunt qui Mulciber à mutilando dici putant, quòd ob claudidatem ſit mutilatus ac debilis.

Mulucha, fluuius Mauritaniæ, de quo uide Strabonem libro 17. Salluſt. in Iugur. & Plin. libro. 5. cap. 2.

Munda, oppidum eſt Hiſpaniæ, multis cladibus & funeribus celebre: iuxta quod etiam Cæſar cum Pompeij filijs manus cõſeruit, in quo prælio tanta ſtrages facta eſt, ut Cæſar obſidens uictos congeſtis corporibus uallum circum urbem ſtruxerit. Lucan. lib. 1.

Vltima

» Vltima funeſta concurrunt prælia Munda.
Vide Plin. lib. 3. cap. 1.

Munychia, orum. (μουνύχια) feſta Palladis erant Inde Munychius portus extra Athenas, dictus, Hellanico teſte, à quodam Munycho rege Panteuclei filio. Ouid. libro 2. Metam.

» Munychioſq; uolans agros, gratáq; Mineruæ
» Deſpiciebat humum.

Murcea, (μουρκέα) Dea, quam ita appellarunt, quòd præter modum faceret hominem murcidum, id eſt nimis deſidioſum. Cui contraria erat Dea Strenua, quæ faciebat homines ſtrenuos.

Mureola, Ptolemæo lib. 2. ca. 15. Pannoniæ ſuperioris urbs: uulgò Morek.

Murranus, priſcus Latinorum rex, à quo poſtea Latini omnes reges Murrani ſunt dicti.

Murtius, (μύρτιον) Auentinus mons, quòd è lapidibus, & ueluti muro conſtaret. A quo Murtia dea Venus, (μυρτία) quam priſci Myrteam, (μυρτέαν) nuncuparunt, à Myrto arbuſcula, quæ Veneri dicata eſt.

Muſæ, (μοῦσαι) Iouis, Cœli & Terræ filiæ dictæ, quoniam μοῦν Græcè, honeſta bonáq; doctrina inſtituere ſignificat. Muſas finxerunt poëtæ deas eſſe, Iouis, & Memoriæ filias, quæ poëtis, & muſicæ præeſſent. Oportet enim uirum eruditum ac doctum intelligentia memoriáq; uigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ eſt, Phocidi affinis, à quo Heliconiades appellantur, nec procul diſtat à Parnaſo Phocidis monte, æmulus illi et altitudine & ambitu, & rupes amborum ſaxea eſt. Parnaſum quoq; habitare Muſæ dicũtur. Vnde Parnaſides. Et quoniam Phocidi confinis Aonia eſt, etiam Aonides appellantur. Etiam dicuntur Cytheriades, à ſaltu, qui Cytheron dicitur, in quo ſimiliter Muſæ habitare dicuntur. Pierides, à Pieria, quæ regio eſt Macedoniæ, Aemathia antè dicta. Hæc Muſarum parens, domuſq; eſt, à nemore item appellata, cui nomen eſt Pieris. Item dicuntur Theſpiades, à Theſpia oppido Heliconi propinquo. Itẽ Pegaſides, & Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur. Vide ſuo loco. Rurſus Libethrides uocatæ ſunt, à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magneſia dicitur. Hic fons Libethros Muſis eſt ſacer, & ſpelunca eodem in loco, quæ Libethra appellatur. Item Pympliades, ſiue Pympleæ, à Pympleo Macedoniæ fonte, ſeu uico, uel à Pympleo monte Orchomenorum, uel à Pymplo ueſtis genere. Item Caſtalides, à fonte Caſtalio, in radicibus Parnaſi Muſis ſacro, qui à Caſtalia Nympha nomen aſſumpſit. Nouem autem Muſæ fingũtur, quibus hæc nomina impoſita fuere. Primam enim à bonitate uocis dixere Calliopen. καλὸν enim bonum dicitur, ὄψ uox. Secundam Clio à gloria, & celebritate rerum geſtarum, quas canit. κλέειν enim celebrare eſt, unde hiſtorica dicitur. Tertiam ἐρατὼ Erato, uel à canendis amoribus, uel quòd cãtus ab omnibus deſideretur. ἐράω enim amo, etiam deſidero, eligo. Quartam à uoluptate, ac laſciuia cantus θαλείαν Thaliam. θάλλειν enim uirere, germinare, florere eſt. Quintam μελπομένην, Melpomenem, à canendo: μέλπομαι enim canto, modulor ſignificat. Sextam τερψιχόρην, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς, hoc eſt delectandis choreis exultãs, quæ cithariſtria. Septimam Euterpen, à ſuauitate concentus, delectans, tibicinaria dicitur. εὖ enim bene ſignificat, τέρπειν delectare. Octauam πολύμνιαν, à multitudine carminum, ſiue laudationum. πολὺ enim multum ſignificat, ὑμνέω canto, laudo. uel Polymnia, multæ memoriæ. μνήμη enim memoria dicitur. Nonam οὐρανίαν quaſi cœleſtem, uel à cœleſtium rerum cantu, uel à cantus diuinitate. οὐρανὸν enim Græci uocant cœlum. Dicitur enim Muſa (Herodiano teſte) inquiſitio. Quærendo enim diſciplinas adipiſcimur. Alij Muſas denominatas, perinde atq; ὁμοῦσας, præſunt enim orationi. Vna enim utentes conuenientia (quam ἁρμονίαν uocant) & ſimul canunt, & ſimul tripudijs exercentur, nec unquam ab inuicem ſeparantur. Nam tametſi earum quæq; ſuam uim habeat, & alia in Aſtronomia, alia in Geometria, & alia in alijs diſciplinis, in unaquaq; tamen earum Muſas omnes inuenias. Vide etiam Cicer. 3. de Nat. & earum inuentis Verg. in Epigrãmate. Nonnulla de his quoq; ſunt apud Bocatium li. 11. ca. 2. & apud. Ouid. li. 5.

Muſæus, poëta inſignis, Orphei tempore, cuius & diſcipulus & filius putatus eſt. Scripſit amores Herus & Leandri hexametris qui ex

tant. Deceſſit Falerijs ut indicat epigramma,
» *Eumolpi exanimem Muſæum terra Falerum*
» *Continet hoc tumulo pignora chara patris.*

Mutina, ciuitas eſt Galliæ Ciſalpinnæ, in Flaminia quondam Romanorum colonia. Hinc Mutinenſes, dicuntur eius incolæ. uide Pom. lib. 2. & Cic. Philip. 5.

Mutius, nobilis Romanus, aliàs Scæuola cognominatus eſt, quòd ſiniſtra manu uti cogeretur. Vide Liuium li. 2. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum hiſtoriam multis proſequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

Mutunus, (aliâs Mutonus) uide Menta in Latinis uocibus: deus qui & Priapus dicitur.

Mutuſcæ, Sabinorum ciuitas, quæ & Trebula & Suffena appellata eſt. Hanc quoque poſtea Trebiam dictam Seruius in libro 7. Aeneid. teſtatur, ubi Annibal Romanos maxima clade affecit. Verg. lib. 7.
» Oliuiferæque Mutuſcæ, &c.

M ANTE Y.

MYagrus, (μύαγρος) dictus eſt muſcarũ deus, qui aliter uocatur Myodes & Achor, ut ſcribit Plutar. Plin. lib. 10. cap. 28. Inuocant & Aegyptij ibes ſuas contra ſerpentiũ aduentum; & Elei Myagron, deum muſcarũ multitudine peſtilentiam afferente, quæ protinus intereũt qua litatũ eſt illi die.

Mycenæ, arum. (μυκῆναι) & Mycena. næ. penu. product. urbs Peloponneſi, quam Perſeus Danaës filius extruxit, regiuncula, in qua regnauit Agamemnon, à Mycena nympha ſic appellata. Vergil. lib. 6.
» Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas

Mycenis, idos, dicitur Iphigenia, ab Ouid.

Mycone, nes. et Myconos, ni. (μύκονος) pe. cor. inſula una ex Cycladib. Stat. in Achil. Cycladas hinc ſpretæ Myconos, humiliſque Seriphos.

Myconius, a. um. μυκόνιος. poſſeſ. à Mycono.

Mygdonia, (μυγδονία) regio littoralis Macedoniæ (ut ſcribit. Herod. 7.) in qua Niobe Tantali filia, uxorque Amphionis in ſaxũ uerſa eſt, à Mygdone rege ſic dicta. Ariſtotel. ſcribit Mygdoniam eſſe Phrygiam Lydiæ conterminam, unde etiam Oui. Mygdonides nurus pro Lydijs dixit. Vide Bebrycia.

Mygdonus, fuit frater Otrei, ac teſte Porphyrio in Iliados 3. ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Ciſſei filij, ambo reges in Thracia: & à Mygdono, cuius filius Choræbus, Mygdonides dictus eſt.

Myrrha, filia fuit Cynaræ Cypriorũ regis, quæ patris ſui nefando amore flagrans, nutricis auxilio cum eodem concubuit, peperitque Adonim filium. Pater uerò cum illud nefas cognouiſſet, filiam ſuam gladio interficere uoluit, ſed illa fugiens per Arabiam, Deorum cõmiſeratione in arbuſculã ſui nominis cõmutata eſt. Vide ſuprà Cynaras, item Adonis, &c.

Myrmidones, populi fuerunt Theſſaliæ, qui Achillem ad bellum Troianum ſecuti ſunt. De horum origine uariè fabulantur poëtæ: alij enim ſic dictos putant à Myrmidone rege, Iouis & Corymoſæ Nymphæ filio, quem etiam poſt Cercopem Athenienſium regem fuiſſe tradunt. Alij à Myrmice puella, in Attica regione, quæ cum ob caſtimoniam & ſolertiam gratiſſima eſſet Mineruæ, contigit, ut aratrũ in odium Cereris à Minerua conditum omnibus oſtenderet, quapropter dea irata eam in formicam transformauit, quæ cum multitudinem procreaſſet, euenit, ut morientibus Theſſalis regnante Aeaco in homines mutarẽtur. Nam (ut inquit Seru. lib. 2. Aeneid.) Aeacus quum in arbore fici formicas, id eſt, μύρμηκας uidiſſet, optauit tot ſibi ſocios euenire, & ſtatim formicæ in homines uerſæ ſunt. Ouid. uerò lib. 7. Meta. dicit ex formicis homines factos, precibus à Ioue poſtulãte Aeaco, poſtquam peſtilentia ipſius totus populus perijſſet, & inde Myrmidones dictos.

Myron, teſte Plin. li. 14. ca. 2. ſtatuarius Eleutheri filius, & Hegeſiladis diſcipulus Syracuſanus, cuius uacca multorum poëtarum epigrãmatis celebratur. Alter Athenienſis fuit, ut ſcribit Pauſanias. unde Propert.
» Atque aram circũſteterant armenta Myronis,
» Quatuor artificis inuidia ſigna, boues, &c.

Myrtilus, Mercurij ex Phaëthuſa ſeu Myrto Amazone filius, auriga Oenomai, qui à Pelope curruli certamine cum Hippodamia Oenomai filia certante pecunia corruptus, axi in certamine uectem non obiecit, ut Hippodamiæ currus diſſolueretur, & Pelops uictor euaderet. Quod cum feciſſet, à Pelope uictore præmium poſtulauit, qui ab Oenomao mo

riente

riente ante rogatus, ut Myrtili factum ulciſceretur, eundem in mare præcipitauit, quod ab eo Myrtoum dictum eſt. Claudianus,
» Nam perfidus obice regis
» Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem, &c. Vide Hippodamia.

Myrtoum mare, pars eſt Aegæi maris, (aliâs inter Aegæum & Ionium) à Myrtilo ſic appellatum, ut ex præcedentibus patet, &c. iacet inter Cretam & Atticam, habetq́ latitudinem maximam, in quo ſunt inſulæ, Cythera, Calauria, & quæ Aeginam cingunt & Salaminen, & ex Cycladibus pleræq́: quod uerò contiguum eſt, iam Aegæum exiſtit. Author Strabo.

Myſia, regio eſt Helleſponti, à Myſis dicta, qui è Thracia illuc migrauerunt, quæ ſubdita fuit Telepho. Huius una pars eſt in Aſia. Altera pars in Europa, iuxta Iſtrum, quam ſimiliter duplicem faciunt, ſuperiorem uidelicet, & inferiorem, &c.

N ANTE A.

NAbathea, regio orientalis eſt, ab Arabia incipiens, eamq́ intra ſe continens, quæ uſq; ad mare Rubrum ex latere dextro, Perſicũ ex ſiniſtro, Indicumq́ ex ſuperiori parte protenditur. Nomẽ habet à Nabath Iſmaëlis primogenito. Huic Metropolis eſt Petra. Hinc Nabathæus adiectiuum. a. um. (ναβαθᾶιος) pe. pro. & Nabathæi eiuſdem regionis populi.

Naiades, (ναΐδες) nymphæ fluminum, & fontium, ἀπὸ τοῦ νάω. fluo. Porrò hæc dictio nũc tribus nunc quatuor ſyllabis effertur, Verg. Ecloga 6. Aegle Naidum pulcherrima, îamque uidendi, &c. Calphurnius Ecloga 2.
» Adfuerunt ſicco Dryades pede, Naiades udo.
Naias dicitur in ſingulari numero, & Nais nomen Nymphæ cuiuſdam. Ab his fit Naicus. a. um. Propert. lib. 2.
» Suppoſita excipiens Naica dona manu.

Napæi, populi in Leſbo. & Apollo Napæus, ſub urbe Napa. Plin. lib. 6. cap. 7.

Napææ, ſyluarum, ſeu collium & florum deæ, ſicuti Dryades arborum. Verg. Faciles uenerare Napæas. Sic appellatæ à uallibus montium. Secundum alios

Napeæ, nymphæ ſunt fontium, ut ſcribit Seruius: Nymphæ (inquit) montium Oreades dicuntur, Syluarum Dryades, quæ cum ſyluis naſcuntur Hamadryades, fontiũ Napeæ, uel Naiades, maris uerò Nereides.

Nar, (νάρνος Steph.) fluuius Vmbriæ qui per urbem Narniam effluens, Tyberi immiſcetur. Eſt & alius hoc nomine, qui à Danubio uidetur deriuari.

Narbo, onis. Galliæ ciuitas ad Rhodani oſtium, ubi quondam ampliſſimum eius regionis fuit emporiũ. Ab hac eſt ea Galliæ pars Narbonẽſis, quæ alio nomine Bracchata dicitur. Vide ſuprà Gallia.

Narbonenſis Gallia, (ναρβωνίτης) à Narbone, (νάρβων) ciuitate dicta eſt. Hæc prouincia, ut ait Plin. lib. 3. ca. 4. appellatur pars illa Galliarum, quæ interno mari alluitur: Bracchata antè dicta, à ueſtium habitu: quum reliqua à nutriendi capilli ſtudio, Comata diceretur. quanquam ſunt qui toti id nomẽ Galliæ tribuant. Amne Varo ab Italia & Alpibus diſcernitur: à reliqua uerò Gallia, montib. Gebenna & Iura: agrorũ cultu, uirorum morumq́ dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarum poſt ferenda. De hac uide Melam. lib. 2. cap. 5. & Strab. 4. & in Gallia.

Narciſſus, filius fuit Cephiſi & Lyriopes nymphæ, quo nato pater Cephiſus, ut de ſucceſſu ipſius uitæ haberetur reſponſum, delatus eſt ad Tireſiam uatem, qui reſpondit, puerum uicturum, quàm diu ſe uidere diffideret. Quod quidem uaticinium quamuis ab audientibus rideretur, effectu tamen non caruit. Cũ enim adoleſcens formoſiſſimus eſſet, à plurib. Nymphis amatus eſt, potiſſimum autem ab Echo Parnaſi Nympha: quas omnes quum aſpernaretur, tandem ſua ipſius forma captus eſt: Nam cum uenatu feſſus aliquando diuertiſſet ad fontem, & in eodem perinde ac ſpeculo ſeipſum uidiſſet, ratus eſt unam earum, à quibus prius adamabatur, Nympharum, iuxta fontem amoris deſiderio intabuit, tandem Nympharum miſeratione in florem ſui nominis commutatus eſt. De quo Ouid. lib. 3. Meta. & Statius lib. 7. Thebaid. Monumentũ eius fuit in ora Bœotiæ, per quod tranſeũtes

 ſilebant,

ſilebant, unde taciturnum uocabant. Eſt & Narciſſus nomen fluuij.

Naritia, & Naryx. Vide Narycium.

Narycium, (ναρύκιον) quod & Naryx, (νάρυξ) et Narice (ναρύκη) dicitur, oppidum Locrorũ uetuſtiſſimum fuit: unde Aiax. Et Naricij populi, de quibus Verg. Aeneid. 3.

Hic & Naricij poſuerunt mœnia Locri.

Similiter Narycia inſula in mari Aegæo uel Ionio, quæ fuit Vlyſsis. Abundans autem pice optima, ut teſtatur Verg. Georg. 2. Hinc dicta eſt pix Narycea.

Naſamones, (νασαμῶνες) pen. prod. ſunt populi Libyæ, nauium Syrtibus inuolutarum ſpoliatores & uiuentes rapto. Plura de his Herodot. lib. 4. Lucan. lib. 8. & Plin. lib. 5.

Naſica, nobilis Romanus, Gracchum ſeditioſum uirum occidit. Meminit huius Cice. 1. Tuſcul. quæſt.

Naupliades patronymicũ, id eſt Nauplij filius.

Nauplius, filius Neptuni, & Amymones filiæ Danai Argiuorum regis, ut ſupra dictum eſt. Hunc per Euboëam regnaſſe conſtat, cuius filium Palamedem cum Græcis Troiam profectum dolo ſub proditionis nomine ab Vlyſſe accuſatum occiderunt. Quod cum Nauplius ægerrimè ferret, nec tamen uires ad ultionem ſuppeterent, dolo egit, quod ui nequiuerat: cœpit enim per totam Græciam uagari, & regias principum intrare, eorumq́ coniuges cum quibuſcunq́ poterat, in adulterium pellexit, putans, redeuntibus Græcis maximas ſeditiones exorituras, & ita, dum ſe inuicem trucidarent, occiſi Palamedis mortem, ſua expiaturos. Porrò nec adhuc placatus ſenex, cum audiſſet Græcos ab expeditione Troiana redire, conſcenſo Caphareo monte facem accendit, ibiq́ Græcos in maximum naufragium deduxit, ut ſuperius in dictione Caphareus, auditum eſt. At cum intellexiſſet Diomedem & Vlyſſem naufragio liberatos (in quos hoc malum per inſidias machinabatur) ſeipſum præcipitem dedit.

Nauſica uel Nauſicaa. (ναυσικάα) filia fuit Alcinoi, Phæacum regis & Aretes, quæ cũ exiſſet ciuitatem cum pediſſequis ſuis, iuiſſetq́ ad flumen lotura ueſtes, uidit Vlyſſem naufragum in littore ſedentem, nudum arborum ramis circumtectum: cui oranti & ueſtes dedit, & in regiam patris ſui ire iuſsit.

Naxos, inſula in mari Aegæo, una ex Cycladibus, cæteras ſuperans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòſt appellata fuit. uerum cum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eã occuparunt, & à duce Naxon appellarunt hanc Dionyſiam à uinearum fertilitate dici ſcribit Plinius libro 4. capite 12. uel quia (ut alij uolunt) ſolæ Naxiæ mulieres octauo menſe pariant, quoto & Liber pater natus creditur, ſiue quia fons in ea uino fluat. Diſtat à Delo ſeptem millibus. Hinc Naxius, a. um. unde Naxius ardor apud Columel. quo ſignificatur Bacchi coronæ ſydus. nam (ut ferunt poëtæ) in inſula Naxo relicta Ariadne à Theſeo, nuptias cum Baccho fecit, donataq́ corona, inter ſydera relata fuit. Alij Siciliæ minorẽ alij Callipolim appellarunt. Vergil. Bacchatamq́ iugis Naxon uiridemq́ Donyſam.

Nazaræus, (ναζαραῖος) conſecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus CHRISTVS filius Mariæ, de qua Athanaſius feruenti oratione dicebat: Μαρία χαῖρε, ὅτι ὑπάρχεις βασιλίσσα καθόλου, χαῖρε ὅτι βασιλέως τὸν βασιλέα ἔτεκες. (?) Nazaræi autem dicebantur, qui uotum ad tempus habebant in lege, ut inquit Auguſtinus.

N ANTE E.

NEæra, (νέαιρα) nomen eſt fœminæ, ſeu nymphæ, quæ peperit Soli duas filias, Phaëthuſam & Lampetiam, quæ armenta Solis tranſeunte Vlyſſe iuxta Siciliam oſtendebat.

Neapolis, urbs Campaniæ præclara, ad mare ſita, quam Cumani à parentibus digreſsi condiderunt, & Parthenopen à nomine unius ex Syrenibus, cuius corpus in ueteri monumento repererant, appellauerunt, quæ cum ob locorum amœnitatem maiorem in modum frequentari inciperet, ueriti ne Cumæ desererentur, Parthenopen diruerunt, quo facto mox peſtilentia uexati, oraculo admoniti ſunt, ut urbem reſtituerent, itaq́ ſubitò reſtauratam, Neapolim. id eſt nouam urbem uocauere. Vide Parthenope.

Neapolitanus, a. um. (νεαπολίτης) qui ex Neapoli eſt.

Neleides

Neleides,(νηληΐδης)patronymicum à Neleo,et Neleius poſſeſſiuum.

Neleus,Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia,qui à Pelia fratre pulſus in Laconiam uenit,ubi Pylon urbem condidit, cuius rex fuit teſte Homero Odyſſ.11.Huic uxor fuit Chloris Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios ſuſcepit, quos poſtea omnes præter unicum Neſtorem tum forte ablegatum,Hercules euerſo Pylo interfecit.

Nemauſus,Galliæ Narbonenſis ciuitas, Aricomiſcorum metropolis, & omnium in eo tractu clariſſima olim: quatuor enim & uiginti uicos eiuſdem nationis ſubditos habuit,uirorum fortitudine excellentiſſimos, ut author eſt Strab.libro 4.

Nemeſis,(νέμεσις) penul.cor.nomen cuiuſdam deæ,quæ facinoroſos, & delinquentes punire putabatur,ut ex Catullo & Auſonio licet intelligi.Ea quoq; Rhamnuſia dicitur,quòd in Rhamnunte Aſiæ oppido templum et ſimulachrum Phidiacum habuerit. Inſuper eadem fertur remuneratrix benefactorum.Hanc quidam fortunam dixerũt, cui primus Adraſtus rex templũ ædificauit. Hoc etiam nomine dicta fuit Tibulli amica.Martial.lib.4.

» Vſrit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum.

Nemea,uel.ee, Arcadiæ regio eſt, in cuius regionis ſylua Hercules leonem occidit Nemeaũ.

Nemea,ſylua inter Cleonas & Phliuntem, in qua Argiui ob Herculis memoriã Nemeæa ſacra celebrare conſueuerunt, eò quòd immanem leonem in ea interfeciſſet. Hinc tota regio Nemea dicta. Eſt & Nemea fons,item mons.

Neoptolemus,pe.co.nouus miles.neos enim nouus,ptolemus miles dicitur.Quo nomine dictus eſt Pyrrhus Achillis & Deidamiæ filius, quia, inq̃t Seruius,ad bellũ ductus eſt puer.

Nepeta,ciuitas Hetruriæ,à qua Nepeſini.

Nephele,(νεφέλη)Latinè ſonat nubem, proprium uxoris Athamantis, & matris Phryxi & Helles.Dicitur & Themiſto.Hellen Lucanus libro 9.Nepheleiam,& Ouid.lib.11. Nepheleidem appellat,inquiens,

» Auguſtum circa pontũ Nepheleidos Helles.

Neptunus.ποσειδῶν. Saturni et Opis filius,maris deus:dictus eſt à nando,mutatis literis primis, ut inquit Cice.2. de Natu. Deor.uel ut Varroni placet, à nubendo, quòd ut cœlum nubes,ita mare terras tegat.Neptunũ aũt,ut eſt in fabulis,mater abſcondidit ne à patre deuoraretur.Eiq; poſtea expulſo Saturno aquæ in ſortem ceciderunt, ut ſuprà de Ioue dictũ eſt.Vxorem habuit Amphitritem,ex qua plurimas nymphas ſuſcepit.Tridentẽ habet pro ſceptro. Muros Troianos iuuante Appolline condidit.Hinc Neptunius.a um. poſſeſſiuũ.

Neptunalia,(ποσειδώνια.) Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

Nereus.νηρεὺς. deus maris eſt, ut docet Heſiodus in Theogonia Et eum antiquiſsimum dixit Orpheus in Argonautic.Oceani et Tethyos filius, & pro mari ponitur.Is Doridem ſororem in uxorem duxit,ex qua maximã Nympharum turbam ſuſcepit.

Nereides,(νηρηΐδες)pen.cor.patronymicum à Nereo, fuerunt maris nymphæ apud Statiũ lib.3.Syl.humanam effigiem habentes,quarũ nomina ſunt,Nyſæe & Cymothoë.

Nerio,enis.νηριένη.Martis uxor.

Neritos,teſte Plin.lib.4.ca. 12.mons eſt in Ithaca inſula,quod nomen pro tota inſula quandoque capi uidetur: à quo Neritius appellatur Vlyſſes.Verg.lib.3.Aeneid.

» Dulichiũq; Sameq;, & Neritos ardua ſaxis.

Nero,(νέρων)ut Gelli.li.13.ca.21.uerbum Sabinũ eſt, quo ſignificatur uirtus & fortitudo.

Nerulum, oppidum in Lucanis, quod ui captum fuiſſe repentino aduentu Aemilij protulit Liui.libr.9.Inde Nerulonenſes dicti ſunt. Suetonius in Auguſto,Manibus colybo decoloratis Nerulonenſes menſarij.

Neſium,inſula in Campano littore inter Pauſilypum & Puteolos,quæ alio nomine dicitur Neſis.νῆσος. Lucanus,Tali ſpiramine Neſis. Huius nominis obliquos producit Papinius,

» Syluaq; quæ fixam pelago Neſida coronat.

Actius Ecloga 1.

» Huc,illuc,dũ Pauſilypi latus omne pererro,

» Piſcoſamq; lego celeri Neſida phaſelo.

Neſſus et Neſſeus,(νέσσος)Centauri Ixionis & Nubis filius.Neſſus ſagittis ab Hercule confoſſus,quòd uxorem illius Deianiram rapere uellet,apud Bocat.Vide ſuprà Deianira. Ab eo fit Neſſæus.a.um.

Neſtor filius fuit Nelei & Chloridis, teſte Homer. lib. Odyſſ. 11. ut ſuprà dictum eſt, adhuc adoleſcens bellum geſſit etiam uiuo adhuc patre aduerſum Epios Achaiæ populos, qui poſtea Elij, oppida uero Elis & Epie dicta ſunt. Cũ Centauris in nuptijs Pirithoi pugnauit, poſtea ut idem Homer. in 2. Ilia. ſcribit, quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus Troiam uenit, cum natus ducentos annos iam tertiam hominis ætatem uiueret: uel, (ut ipſe dicit apud Ouidium in 12. Meta.) cum trecenſimum annum ageret, homo tanta eloquentia excelluit, ut ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicen Clymeni filiam, ex qua ſeptẽ filios & unicam filiam ſuſcepit. Inde Neſtorides. νεσορίδης. patronymicum, & Neſtoreus, νεσόριος. poſſeſſiuum.

Neuius poëta comicus, epigramma ſibi poſuit plenum ſuperbiæ Campanæ.

» Immortales, mortales ſi foret fas flere,
» Flerent diuæ camœnæ Neuium poëtam:
» Itaq; poſtquam Orci traditus eſt theſauro,
» Obliti ſunt Romæ Latina lingua loquier.

Nicanor, (νικάνωρ) pen. prod. Nicanoris genitiuum facit pen. cor. nomen proprium quaſi Victor. Hoc nomine dictus fuit apud Græcos, qui de Medicinis multa ſcripſit.

Nicia & Nicæa, (νίκαια) utroq; modo dicitur ſecundum Priſcianum, eſt nomen duarũ urbium, quarum una eſt Galliæ, alia Aſiæ, et Bithyniæ metropolis. author Strabo lib. 4. Hic iubente Conſtantino famoſa illa ſynodus celebrata eſt, trecentorum, & decem & octo Epiſcoporum, & perfidũ Arrhij dogma reciſum.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium ueniens, ei promiſit Pyrrhum ueneno necaturum. At ille auerſatus facinus, Pyrrho reſcripſit, ut à Nicia ſibi caueret. Curtius.

Nicocreon. ontis. (νικοκρέων) Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philoſophum malleis ferreis cædi iuſſit. uide Anaxarchus.

Nicomedia, (νικομήδεια) ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, qui eã cõdidit, appellata, de qua Ptol. 5. c. 1. Turcis hodie dicitur Nichor. Multi enim eodẽ nomine ſunt uocati, quemadmodum Ptolemæi propter prioris claritatẽ. In huius ciuitatis uilla magnus Cõſtantinus obijt.

Nicoſtrata, quaſi uictorioſa exercitu, ςρατὸς exercitus, mater Euandri Arcadis, futurorũ uaticinatrix, quæ à carminibus, quibus Phœbi oracula ſignificare uolebat Carmenta ſeu Carmentis Latinè dicta fuit: uel, ut alij nonnulli uoluerunt, à Carpento quo utebatur.

Nigris. νίγρις. fluuius eſt, à quo Nigritæ. νίγριται. populi cognominati ſunt. Dictus Nigris propter ſolitudines nigri pulueris, eminentib. interdum uelut exuſtis cautibus. Item Nigris fons eſt in Aethiopia, quem nonnulli caput Nili eſſe autumauerunt, quod ſit eiuſdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrũ, eiuſdemq; gignit animantes, & iiſdem temporibus augeſcit. Plini. libr. 5. cap. 8. & Ptolem. libro 4. capite 5.

Nilus, Aegypti fluuius, plurimum limum trahens, quo arua fœcundat. exiſtente enim ſole in Cancro per totam Aegyptum inundat, atq; hoc modo totam terrã fertilem reddit. Ideoq; in ipſo etiam unicam ſpem ſuam Aegyptus habet, ut ait Seneca. nam ſterilis aut fertilis annus eſt, prout ille magnus influxit, aut parcior. Inde eſt ut nemo aratorum in Aegypto qui cœlũ ſuſpiciat: quod ex Seneca depromptum eleganter Claudian. expreſſit. Nilus autem dictus, quaſi νέαν ἰλὺν, id eſt, nouum limum trahens, ut Seruius Georg. 3. & 4. ſcribit. Incerta eſt eius origo, quamuis de hac Perottus quædam in medium adferat, demum ſeptem oſtijs in mare influit. Ouid. li. 1. Meta.

» Sic ubi deſeruit madidus ſeptemfluus agros,
Nilus, &c. A Nilus fiunt adiectiua, Niloticus. a. um. νειλῶος. ut Nilotici piſces, & Niliacus. a. um. νειλιακὸς. pen. cor. Martia. Niliacis primum puer hic ſit natus in oris. Vide Nigris, & Siris.

Niniue, (νινευί) pen. cor. urbs Aſſyriorum, quæ & Ninos dicitur, quàm ædificauit Aſſur, egrediens de terra Sennaar: à Nino rege ſic dicta, ut ſcribit Auguſt. Eſt & alia ciuitas Iudæorũ in angulo Arabiæ, quam nunc corrupte Niniuem uocant, & in genitiuo Niniues facit. & populi in ea habitantes, Niniuitæ, (νινευῖται.) pen. prod. dicuntur. Eſt autem ſita iuxta Tigridis amnis partem Ptole. authore. Hæc eſt illa quæ Ionæ prophetæ prædicationem audiuit. Nunc uaſtata tota eſt, ut

tradit

tradit Haitonus lib. de Tartaris, cap. 11

Ninus, filius Beli, primus Aſſyriorũ rex. Nam Belus ſolam habuit Babylonem: Ninus uerò totam Aſſyriam.

Niobe, filia Tantali, & ſoror Pelopis, uxorq́ue Amphionis. Hæc teſte Diodoro Siculo lib. 5. filios ſeptem et totidem filias peperit, ſummo decore præſtantes: unde tali prole ſuperbiens admodum gloriabatur, ſe Latonæ perferens numero filiorum: itaq; ira motam fabulæ Latonam ferunt Apollini & Dianæ, ut Niobes filios & filias arcu interficerent, mandaſſe. quibus matri obtemperantibus, contigit eodem tempore & abũdare filijs Niobem, & carere. Id ægrè ferens Niobe præ nimio dolore diriguit in ſcopulum prope Sipylum Mæoniæ urbem, à qua etiam Sipyleia dicitur. De ea quoq; uide Ouidi. libr. 6. Metam. Alia fuit Phoronei filia, ex qua Iupiter Apim, qui poſtea Oſiris & Serapis dictus eſt, genuit.

Niphates, mons eſt, diuidens Armeniam maiorem ab Aſſyria, ex quo Tigris fluuius oritur, ut ait Strabo. Quidam uero maioris Armeniæ fluuium eſſe putant, qui ex eodem monte defluens in Tigrim deſertur. Huius meminit Strab. lib. 11. & Lucan. lib. 3.

» Armeniusq́; tenens uoluentẽ ſaxa Niphatẽ,

Alij Scythiæ fluuium faciunt. Verg.

» Addã urbes Aſiæ domitas, pulſúq; Niphaten

Dictus Niphates à niuibus. ἀπὸ τῆς νιφάδος, uel ἀπὸ τῶν νέφων, νιφάτης.

Nireus, rex fuit Naxi, Charopi & Alagiæ filius, quem omnium formoſiſsimum ad Troiam ueniſſe Homerus tradidit. Hor. 2. Carm.

» Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa

» Raptus ab Ida.

Niſia, montana regio Siciliæ iuxta Aetnam. Ouidius in Epiſtola Sapphûs.

» Niſiades matres, Sicelidesq; nurus. &c.

Niſſa. (νίσσα) urbs quæ ad mediterraneam iacuit ſupra Trallas ad Orientem: & maxima ex parte monti accubuit, torrente quodam diuiſa, qui conuallem efficit.

Niſus, rex fuit Megarenſium, aureos habens capillos, cui oraculo reſponſum eſt, ipſum tam diu regno potiturum, quàm diu capillos intonſos retineret. Cum igitur à Minoë ob interfectum dolo ab Athenienſibus & Megarenſibus Androgeum filium obſideretur, Scylla Niſi filia hoſtis amore flagrans, cui ut eò magis placeret, noctu purpuream comam patri totondit, eamq; Minoi obtulit, qui donum accipiens Niſum euerſa regia occidit. Poſtremò Deorum commiſeratione conuerſus eſt in ſui nominis auem, quã & Haliæetum uocant, perpetuum odium exercens in Cirim auem, in quam Scylla fuit transformata. Cum enim à Minoë contempta relinqueretur, illa amoris impatiẽs celerrimo curſu, ut fabulatur Ouidius libro 8. ſuper undas eiuſdem nauem ſecuta eſt, ſed forte decidens dolore in Cirim auem mutata eſt.

Niſyrus, (νίσυρος) pen. cor. parua inſula non longè à Coo, in qua optima uina fiunt, inter Cycladas numerata, celſa, ſaxoſa, & molendinarijs abundans lapidibus. In ea Neptuni aliquando templum & ſubtus iacens Palybotes, gigas à Neptuno uictus, ut ueteres tradidere fabulæ. Nam thermas habet abundè ſcatu rientes. Stra. 10. Vrbs in ea eſt eiuſdẽ nominis.

N ANTE O.

Nomades, pen. co. populi in Scythia Europæ, quorum uita omnis in paſcendis gregibus habetur. Nunc Tartari dicuntur iuxta quos Sauromatas locat Plin. Meminit eorum etiam Stra. li. 11. Verg. li. 4. Aenei.

» Te propter Libycæ gentes Nomadũ tyranni

» Odere, &c. Sunt etiam populi in Aethiopia, ut Plinius lib. 6. cap. 8. ſcribit. Hierony. Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorũ noua feritas, ſemicrudis ueſcuntur carnibus. Dicti Nomades à uerbo Græco νέμω, quod eſt paſco. Vide in dictione Numidia.

Nomentum, (νωμεντὸς) oppidum in Latio non procul ab urbe Roma. Martialis,

» Si uicina tibi Nomento rura coluntur.

Hinc Nomentana uia Romæ qua itur Nomẽtum, & Nomentani. νωμεντῖνοι. qui Nementum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore. Hinc Nomentanus. a. um. adiect. ut Nomentana uina. habuit enim agrum uini feraciſſimum. Martialis,

» Nomentana meũ tibi dat uindemia Bacchũ,

» Si te Quintus amat commodiora bibes, &c.

Nomius. νόμιος. dictus eſt Apollo. ἀπὸ τῶν νομῶν. id eſt à paſcuis. hoc eſt paſtor, non ex officio

paſtorali, ſed quia Sol paſcit omnia quæ in terris gignuntur. Siue ut alij uolunt, quòd olim iuxta Amphryſum Theſſaliæ fluuium diuinitate ob interfectos Cyclopas, priuatus, Admeto regi armenta pauit.

Nona, (νῶνα) una ex parcis. Latini Nonam, Decimam & Mortam, Parcas dixere, de quibus Gellius lib. 3. cap. 16.

Nonacris (νώνακρις) locus in Arcadia. Victru. Eſt in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus ſtillantes ex ſaxo frigidiſsimos humores. hæc autem aqua Stygos hydor appellatur, qua neq; argentum, neq; æneum, neq; ferreum uas poteſt ſubſiſtere, ſed diſilit ac diſsipatur: conſeruare autem eam & continere, niſi ungula mulina, nil poteſt. Hinc Nonacrius. a. um νωνακρεινὸς, νωνακρείτης, νωνακριάτης. Ouidius in Faſtis,

„ Et matri, & uati paret Nonacrius heros.

Nominatiui penultima longa eſt, ut in Arcadicus. Ouidius,

„ Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta?

Noricum, (νωρικία) pen. cor. regio in Europa, ut lib. 2. ſcribit Ptol. Limites habet ab occaſu Enum fluuium, qui medius eſt inter Vindelicos & Noricos, à ſeptentrione Danubium, ab ortu ſolis montem Cecium, qui Pannoniam ſuperiorem diſterminat à Norico, à Meridie montem Curuancã, qui eſt ſuper Iſtriã, Dalmatiæ cõtermina eſt, & mari Ionio. Eam nunc regionem pleriq; Bauariam appellant. Vnde fit Noricus. a. um. νωρίκιος.

Noruegia, regio in Europa Septentrionalis, uerſus Oceanum Germanicum ſita. uulgò Nortuuegen.

Notus. ti. (νότος) uentus Meridionalis, Auſter dictus. νοτὶς enim Latinè humor dicitur. & eſt hic uentus nebuloſus & humectans, ut docet Gellius.

Noua mœnia, Sarmatiæ urbs in Europa, Ptol. lib. 3. ca. 5. Hodie Album caſtrũ: Vuiſſenburg.

Nouocomenſes, dicti ſunt, quos Comum diuus Cæſar inquilinos ad habitandũ deduxit. Fuerunt enim quinq; millia, è quibus quingenti illuſtriſsimi Græci fuerunt, qui oppido nomen relinquentes, & Nouumcomum appellantes, Nouocomenſes oppidanos uocauere. hos ciuitate donatos inhabitatorũ numero deſcripſit.

N ANTE V.

Nuceria, (νουκερία) ciuitas Campaniæ, nouem millibus paſſuũ à mari diſtans. Nuceria item Colonia Vmbrorũ urbs Ptolemæo libro 3. cap. 1. hodie Alphatenia. Vide Neuceria.

Numa Pompilius. νουμᾶς. uir Sabinus, & à Romulo ſecundus Rex Romanorum. De hoc uide Liuium & Plutarchum. & in Aegeria.

Numantia, urbs Hiſpaniæ, aliàs Celtiberiæ, Tarraconenſis, circa uiginti annos bellũ cum populo Rom. geſsit, & à Romanis obſeſſa per annos 14. cum haberet tantum quatuor hominum millia, non ſolum ſuſtinuit, ſed etiam uicit quadraginta millia Romanorum: tandem tamen à Scipione poſteriore poſt longam & arctiſsimam obſidionem deleta. Cum enim fame laborarent, nec eis daretur iuſti certaminis copia, omnia ſua et ſeipſos igni immiſerũt. Vide Florum lib. 2. Vnde Scipio Numaminus cognominatus eſt. Numantini dicuntur ciues.

Numicus, ingens fluuius fuit in Latio, in quo repertum eſt cadauer Aeneæ & conſecratum. Poſt paulatim decreſcens, in fontem redactus eſt, qui & ipſe ſiccatus eſt ſacris interceptis. Veſtæ enim non niſi de hoc fluuio libari licebat. Hæc Seruius in illud Vergilij 7. Aeneid.

„ Hæc fontis ſtagna Numici.

Numidia (νομαδικὴ) pars Aphricæ, inter Tingitanam et Carthaginenſem regionem. ἀπὸ τῶν νομῶν. id eſt à paſcuis locis, uerſa o litera in u. Plin. libro 5. capite 3. 6. 34. ſcribit, Numidas Nomades dici, à permutandis pabulis, mapalia ſua. id eſt domos plauſtris ductilibus circumferentes. unde uagi dicuntur. Vagabundis populationibus enim, ut in Sarmatia Hamaxobitæ, errantes, & rei pecuariæ dediti, nomen hoc adepti ſunt à Græcis: quibus νέμω, paſco ſignificat. Habebant olim alueos nauium conuerſos pro tugurijs, ut eſt apud Sall. Numidia habet ab ortu Syrtes quaſdam paruas, unde regio Carthaginenſis incipit, à Septentrione mare quod uerſus Sardiniam tendit, ab occaſu Mauritaniam, & à meridie Aethiopiam: nec præter marmoris Numidici, ferarumq; prouentum aliud inſigne habet. Sunt in ea claræ urbes. Hippon & Rhegium. Ea regio, ut Pomponius ſcribit, ſpacio anguſtior

ſtior eſt quàm Mauritania, ſed magis culta, & durior, ubi Numidicum marmor effoditur. Hinc Numidicus. a. um. νομαδικὸς. ut lapis Numidicus, qui inter generoſa marmora annumeratur: A Papinio Libycus ſilex appellatur. Et pauimenta Punica à ueteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico ſtrata erant. Et Numidæ populi. Verg. lib. 4. Aen.
» Numidæ infreni cingunt & inhoſpita Syrtis. &c. Vide Nomades.

Numitius, amnis eſt non longè à Lauinio. uide Numicus.

Numitor, filius Porcæ Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus. Vide Amulius.

Nundina. næ. Romanorum dea, à nono die naſcentium dicta, qui & luſtricus dicitur. Erat autē luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur.

Nurſia, Sabinorum ciuitas in montibus ſita, authore Ptolemæ. lib. 3. cap. 1. Hodie Norcia. Nurſia item, Piceni ciuitas, à Vergilio frigida dicta, aut reuera, aut certè uenenoſa, nocens. Nurſini dicuntur populi.

Nycteus, Neptuni fuit filius ex Celene Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretenſi nympha Antiopam & Nyctimenem ſuſcepiſſe ferunt, ipſumq́ ab hac poſteriore illecebri amore dilectum, cum eadem nutricis opera ignarū concubuiſſe, ſed ſcelere cognito Nyctimenem occidere uoluit: illa uerò fugiens miſeratione Mineruæ in auem ſui nominis uerſa eſt, & in ipſius tutelam ſuſcepta. νυκτιμένη Græcis noctuam ſonat. Ouidius lib. 2. Metam.
» Non audita tibi eſt, patriū temeraſſe cubile
» Nyctimene, auis illa quidem, &c.

Nyctimene, fuit nomen puellæ, quæ filia Nyctei fuit, & à Græcis appellatur γλαύξ.

Nyctileia. νυκτιλεῖα. ſacrificia quæ Baccho fiebant, à nocturno tempore dicta. Vnde & Bacchus Nyctileus. νυκτιλεύς, νυκτέλιος. uel Nyctelius dictus, quod eius ſacra noctu celebrarētur.

Nympha, (νύμφη) Latinè ſponſa. Sed generale nomen eſt. putauerunt antiqui Nymphas non tantum aquarum deas eſſe, quaſi lympharum numina, ſed etiam terrarum. Nymphæ uerò ab aquis deæ ſunt, quales ſunt Dryades, Hamadryades, Oreades. Quippe ueteres Græci nympham dicebant, quam nos mutatione unius literæ lympham. hoc eſt aquā. Aliquando Nymphæ dicuntur Muſæ, quòd aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſæpenumero à poëtis inuocantur. Verg. » Nymphæ noſter amor Libethrides. uide Perottum qui harum nomina collegit.

Nyſa, urbs Arabiæ, ſiue, ut alij putant, Aegypti, Arabiæ propinqua, apud quem, ut Diodo. ait, Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nyſæus, νυσαῖος, νυσιεύς dictus eſt, ac cognominatus Dionyſius, à Ioue ſcilicet & Nyſa nomen accipiens. Sunt & alij eiuſdem nominis loci, omnes Baccho ſacri. Imò totus mundus nunc furit ardore colendi Bacchi.

Nyſæa, teſte Herodoto & Curtio, urbs clariſſima in India, à Libero patre condita, ſub radicibus montis quem Merum uocant.

Nyſiros, uide Niſyros. ſic enim legendum eſt.

Nyſus, uiri nomen, melius per iota ſcribitur.

O ANTE A.

Oaxis, (ὄαξις) fluuius eſt Cretæ inſulæ ab Oaxe Apollinis filio ſic uocatus, unde & Oaxia tellus ibidem. Vergilius Ecloga prima,
» Pars Scythiā, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxē. Vide Oaxus. At Seruius putat eſſe fluuium Meſopotamiæ, quem nō ſequuntur alij Vergilij enarratores.

Oaxus, (ὄαξος) ciuitas Cretæ, ab Oaxo Acalidis nymphæ Minoidis filio, uel à ſitu loci, quòd crepidines Græci Axos uocent.

Oceanitis. tidis. (ὠκεανῖτις, ὠκεανίς) pro filia Oceani. Verg. lib. 4. Georg. Oceanitides ambæ.

Oceanius. a. um. (ὠκεάνιος) Oceanides. ὠκεανίδες. patronymicum fœmininum ab Oceanis.

Oceanus, pen. cor. & per ſimplex c, (ὠκεανὸς) proprium fuit uiri Tethyos coniugis, qui fuit Cœli & Veſtæ filius. De quo Plin. libro 3. & Mela lib. 3. Et Oceanus mare dicitur, quod uniuerſam circuit terram. Dictus Oceanus ab ὠκύς. quod eſt uelox, teſtibus Solino et Seruio. Quod & neutro genere Oceanum dicitur, præſertim ſi mare ſequitur, ut Caper & Probus teſtantur. Vndarum uerò illarum proruptio interfluentis Oceani, læua Europam facit, Libyam dextra, & montibus utrinque

concluditur. Nam Europa Calpe, Africa Abyla monte diſpergitur, qui utrique, quòd eminentes eſſent, dici columnæ Herculis meruerunt, quòd (teſtimonio uetuſtatis) laboris Herculei limes in illis ſit conſecratus. Et quamuis ſit nomen proprium Oceanus, aliquando tamen pro appellatiuo ponitur, quandoque partes eius ſignificat. Quo modo mare, cum totum ſignificat, proprium eſt: cum partem, appellatiuum. Nam à littoribus plerunque accipit nomen: ad dextram ſiquidẽ, ubi primum terram intrat, Atlanticus dicitur: ad ſiniſtrã, Gaditanus, illinc Arabicus, Perſicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Poſtquam uerò terras intrauit, primò ab Iberia, hoc eſt Hiſpania, dicitur Ibericum mare. tum à Balearibus inſulis, Balearicum. poſthac Narbonenſium prouinciam contingens, Gallicum. deinde à Liguria, Liguſticum. mox uſque in Siciliam à Tuſcis Tuſcum, ſiue Tyrrhenum à Tyrrhenis. Inde ab Ionibus Ionium, à Sicilia Siculum, à Creta Creticum, ab Aſia Aſiaticum, à Pamphylia Pamphilicum, & multa alia nomina, quæ enumerare longum eſſet. Poëtæ tamen Oceanum pro quocunque mari uſurpant. Vergilius,

» Et ruit Oceano nox.

Ochus, fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Acarnaniam fluit, Plin. lib. 6. cap. 16.

Ocnus, filius fuit Tyberis & Mantûs filiæ Tireſiæ uatis. Hunc Mantuam condidiſſe tradunt, & Aeneæ in auxilium ueniſſe aduerſus Turnum Maro teſtatur li. 10. Idem hũc Bianora uocat Eclo. 9. teſte Seruio. uide ſuprà Bianor. & Mantua.

Ocrinum, Britanniæ promontorium teſte Ptol. lib. 2. ca. 3. nunc uulgò Mons ſancti Michaëlis.

Octauia, gens à Velitris originem accepit, quã aſſentationis gratia propter Auguſtum excellere dixerunt. Ipſe autem Auguſtus nihil amplius quàm equeſtri familia ortum ſe ſcribit, uetere ac locuplete, & in qua primus ſenator ſuus pater fuerit.

Ocypete, (ὠκυπέτη) una ex Harpyis, ſic dicta, quòd alarum uelocitate polleat. ὠκὺς enim celer & citus dicitur. πέτομαι uolo.

Ocyrrhoë. ὠκυῤῥόη. nympha dicitur à celeriter fluendo. ὠκὺς celer, & ῥέω fluo. filia Chironis centauri, ex Nympha quadam Cayci fluminis ſuſcepta. Augurij fuit peritiſsima: Aeſculapium enim uniuerſo orbi profuturũ prædixit, & patrem optaturum mortem, ſeque equam futuram: quæ omnia euenere, ut eſt apud Ouid. lib. 5. Metam.

O ANTE E.

OEagrus, (οἴαγρος) fluuius Thraciæ, pater Orphei uatis, ut ſcribit Seruius. unde & Hebrus, quòd ex eo fluat, Oeagrius dicitur. Vide Hebrus.

Oebalia, regio duplex eſt, una in Peloponneſo, quæ & Laconia dicitur, ab Oebalo Arguli filio, qui rex Laconum fuit.

Oebalides, id eſt, Pollux ſeu Caſtor, & Oebalis. id eſt, Helena, & Oebalius. a. um. adiectiuum.

Oebalus, penul. cor. Arguli filius, rexque Laconiæ, ab ſe Laconiã prouinciã Oebaliã dixit.

Oechalia, pars Laconiæ, propinqua Theſſaliæ, quæ Oechaliæ nomen aſſumpſit à ciuitate eiuſdem nominis quæ in illa erat. Ipſa uerò ciuitas, teſte Homero li. 2. Iliados, ab Oechalio fluuio eam præterfluente nomen accepit. Vide Eurythus. Aliæ etiam fuerunt Oechaliæ, ut in Theſſalia, & Eubœa.

Oedipodionius, ab Oedipus deducitur. Lucan.

» Oedipodionias infelix fabula Thebas.

Oedipus. podis, ſi Græcè, Oedipi ſi Latinè declinaueris, (οἰδίπους, οἰδιπόδης) tertiæ & ſecũdæ declinationis, ut docet Priſcianus lib. 6. Statius lib. 1. Theb. Limes mihi carminis eſt

» Oedipodæ confuſa domus.

Plaut. in Pœnu. Oedipo eſt coniectore opus, qui Sphingi interpres fuit. Dictus Oedipus ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν τοὺς πόδας. id eſt à tumore pedũ, quos habuit perforatos. Fuit autem nomen filij Laij regis Thebarũ, & Iocaſtæ. Quẽ natũ pater ſtatim exponi iuſsit, eò quòd ex oraculo didiciſſet, ſe à filio naſcituro interfectum iri. Famuli aũt teneræ ætati parcentes nõ prorſus abiecerũt, ſed perforatis pedibus, uimine arbori alligauerũt: ad cuius uagitũ tractus Phorbas paſtor Polybij Corinthiorũ regis, infantem ab arbore ſuſtulit, & ad Polybiũ detulit. Qui cũ filijs careret, ipſum filij loco educauit: Iã igitur adultus cũ audiſſet ſe nõ Polybij filiũ patrẽ perquirere ſtatuit, & cõſulto oraculo accepit ſe in Phocide patrẽ inuenturũ, & matrẽ

ſumptu-

ſumpturum in coniugem. Quo cum ueniſſet, orta inter Phocenſes ſeditione Laium conantem reprimere tumultum, incognitum interemit. Poſtremò tanquam oraculo luſus Thebas petens in itinere in Sphingem incidit, quam problematibus ſolutis cum occidiſſet, Thebas intrauit, et quoniam Polybij filius crebatur, Iocaſtam matrem inſciens in uxorẽ duxit, & ex ea quatuor filios genuit. Poſtea uero cum ſe matrem ſibi coniugio copulaſſe, patremq́; occidiſſe cognouiſſet, dolore percitus ſibi ipſi in pœnam oculos eruit, quem poſtea cæcum Antigona filia duxit, & ſe occidere uolentem cuſtodiuit. Vide ſuprà. Alij dicunt, quod repudiata matre Aſtymeduſam uxorem duxerit; quemadmodum ſuperius annotatum eſt. Hic quoniã Sphingem hoc monſtrum diſſoluto eius ænigmate interemit, rerũ obſcuriſsimarum interpres poſtea dictus fuit, ut ille apud Terentium, Dauus ſum, non Oedipus: quod in prouerbium abijt. Inuenitur & Oedipodes in Nominatiuo caſu.

Oenanthia, urbs Sarmatiæ in Aſia Ptolemæo lib. 5. Hodie S. Sophia. aliàs Oenanthe.

Oeneus, (οἰνεὺς) Aetoliæ rex, Parthaonis filius, qui ex Althea Theſtij filia Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit, quam Hercules duxit uxorem: licet alij matrem Tydei Eurigoẽam appellent. Idem hic rex de primitijs, omnibus numinibus ſacrificauit, excepta Diana, quæ irata aprum immiſit, qui cuncta uaſtabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Seruius. Hinc Oenides, & Oeneis, patronymica: & Oeneius. a. um. adiectiuum. Vide Meleager.

Oenomaus, (οἰνόμαος) Hippodamiæ pater, rex fuit Elidis & Piſæ, ex Marte & Harpina Aſopi, ſeu ut alij tradunt, Eurythoẽ Danai filia progenitus: qui uictus à Pelope regnum amiſit, totaq́; poſtea regio Peloponneſus à Pelope dicta eſt. Strabo lib. 8. Vide Hippodamia.

Oenone, (οἰνώνη) nomen ciuitatis, & nymphæ. Vide Ouid. in eorundem epiſtolis, & in Paris.

Oenotria, (οἰνωτρία) regio Italiæ, ſeu ipſa Italia, cuius populi Oenotrij dicuntur, hodie Itali.

Oeta, (οἴτη) mons inter Theſſaliã & Macedoniam, in quo Hercules in furorẽ uerſus ſeipſum cõbuſſit, unde & Oetæus uocatur. Oui. lib. 9.
» Impleuitq́; ſuis nemoroſum uocib. Oetã, &c.

Oeteus, ſiue Oetus, (οἶτος) frater fuit Ephialtis, & Aloëij filius, pugnauitq́; in Creta, ut Sal. refert. Vnde Oetij campi dicti ſunt.

Ogyges, (ὠγύγης) Thebanorum rex, ſub quo primum omnium diluuium fuiſſe dixit Varro in prologo libri tertij de re Ruſt. ubi quàm longe antiquorum urbana ſteterint oſtendere conatur. Et fuiſſe tempus ait, quo rura colebant homines, nec ciuitates habebant. Et ſubdit, Eſtq́; uetuſtiſsimũ oppidum Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificauit: peractis iam duobus millibus annorum & centum. Sed ut diuus Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 18. retulit, tempore quo regnabat Ogyges, diluuium magnum factũ eſt: non illud maximum, quo nulli homines euaſerunt, niſi qui in arca fuerunt: ſed tamen maius quàm quod poſtea tempore Deucalionis fuit. à quo Ogygius. a. um. id eſt, Thebanus deducitur, ut Ogygia mœnia. Et Ogygidæ, ipſi Thebani. Verg. in Aetna, Nunc
» iuuat Ogygijs circũdata mœnia Thebis, &c.

Ogygia, inſula inter Phœnicum & Syrium mare ab Ogyge Thebanorum rege.

Ogyris, Arabiæ fœlicis inſula. Plin. lib. 6.

Oicles, filius fuit Antiphatis filij Melampi. Idem fuit pater Amphiarai Argiui uatis. ab eo Oiclides dicitur. Mantu.
» Et ſacer Oiclides uertẽda ad mœnia Cadmi.

Oileus, fuit Locrorũ rex, & pater Aiacis Oilei, teſte Verg. 1. Aen. Pallaſne exurere claſſem
» Argiuũ, atq́; ipſos potuit ſubmergere ponto,
» Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?

Olenus, (ὤλενος) Bœotiæ urbs, ſic dicta ab Oleno Vulcani filio. Fuit & alia urbs in Aetolia iuxta quam fuit aper Calydonius. In hac nutritam ferunt capram illam Amaltheam, eamq́; poſtea Iouem infantem aluiſſe, & inde Oleniam dictam. Ouidius,
» Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ.

Olenius, (ὠλένιος) poſſeſsiuum eſt ab Oleno.

Oliaros, (ὠλίαρος) inſula in Mare Aegæo una Cycladum, de qua Vergil. lib. 3.
» Oliaron niueamq́; Paron, &c.

Olympia. piæ. (ὀλυμπία) urbs erat inter Oſſam & Olympum montem non procul ab Elide & Piſa ciuitatibus Græciæ, ubi erat templum Iouis Olympici: fuit etiam mercatu famigerata

gerata, & celebritate illa quinquennali ludorum inclyta.

Olympia.orũ.(τὰ ὀλύμπια)ludi qui in honorem Iouis Olympici apud Piſam & Helidẽ Græciæ oppida celebrabantur.hoc eſt gymnicum certamen, quod quinto quoq; anno fieri ſolebat.Vnde Olimpiacus.a.um.ut Olympiacum certamen, uictoria Olympiaca, Strabo lib.8.

Olympias. adis. (ὀλυμπιὰς)quinque annorum ſpacium,quod à Romanis luſtrũ dicitur.Exin de Græci tempora per olympiadas ſupputare cœperunt,ita numerantes:olympiadis primæ, aut ſecundæ, aut centeſimæ:anno primo, uel ſecũdo,uel tertio,uel quarto. Atq; ut Cõſules, ita & in olympijs uictores iterum & tertium dicimus.Plau.in Men.Iterum inquit, Pythia & tertium Olympia. Eſt & Olympias nomen mulieris proprium.

Olympicus.a.um.(ὀλυμπικὸς)quod eſt Olympi, uel quod ad Olympum pertinet.

Olympionices, (ὀλυμπιονίκης) ſiue olympionicus,qui in olympiaco certamine uictor euaſit, νίκη quippe uictoria dicitur.

Olympius.a.um. (ὀλύμπιος)id eſt cœleſtis, poſſeſsiuum ab Olympo.

Olympus, (ὄλυμπος.) dictus quaſi ὁλόλαμπος id eſt, totus ſplendens, mons cuius uertex uſque adeò attollitur, ut ſumma eius accolæ cœlum uocent. propter quod poëtæ cœlum Olympum uocant. Dictus, quaſi ὅλος λαμπρὸς. hoc eſt totus fulgens, quia Solem clarum habet, nullisq; unquã nubibus fuſcatur. Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altiſsimus inter Theſſaliam & Macedoniam, qui tamen Theſſaliæ aſſcribitur. Alter in Gallogræcia, uel in Cypro. Alius apud Myſos,ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita. Quartus,ad mare Rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido,qui oriente Sole uſque ad quintam diei horam flammas emittit.

Olynthus, urbs fuit Thraciæ iuxta Atticam regionem, ſub Athenienſium imperio, quam Philippus Macedonum rex denuo ſuæ ditioni ſubiecit.

Olyſippo uel Olyſippum, (ὀλύσιππα)oppidum in Luſitania ad oceanum apud montem Tagrum:ubi quædam è uento Fauonio tempore certo concipiũt equæ, quarum pulli non plus triennio uiuunt. Hæc urbs Vlysbona hodie uocatur.Eius meminit Plin.lib.4.cap.21.

Omphale,a correpta,nomen reginæ Lydiæ,cui Hercules propter amorem ſeruiuit, multisq; ab ea muneribus eſt donatus, quòd ad Sangarim fluuium ſerpentem multos homines interficientem,interemiſſet. Hæc, ut tradit Donatus in Terent. ipſum Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit, quum ipſa calathum & colum,cultusq; fœmineos,ſagittis & claua,leonisq; tegmine mutaſſet.

Onchestus, filius fuit Neptuni, qui Onchesten ciuitatẽ Micaleſſo promontorio propinquam condidit,deq; ſuo nomine appellauit. Hic Meleagrum genuit,de quo ſuprà.

Oonæ,)ὠᾶναι)inſulæ in Oceano Septentrionali, in quibus(ut Plin. refert li. 4.cap.13.)ouis auium,& auenis incolæ uiuunt.

Oopellum,Britanniæ inſulæ urbs.Ptolem.li.2. cap.3.Vxellum alijs dicta,hodie Ceſtria. uulgò Vucheſtre.

Opalia,dies feſtus,Opi deæ dicatus.

Opheltes, filius fuit Lycurgi regis Thracum,à ſerpente necatus.Vide Hypſiphile.

Ophiogenæ,(ὀφιογενεῖς)genus hominum in Helleſponto,quos Crates Pergamenus ſcripſit ſerpentum ictus tactu leuare ſolitos,& manu impoſita uenena extrahere corporibus.Plin.

Ophiuchus, (ὀφιοῦχος)ſerpentarius ſiue anguitenens,quo nomine dictus eſt Hercules,quòd anguem manu tenens à Ioue in cœlum tranſlatus ſit:ab ὄφις,& ἔχω teneo,quaſi ὀφιόχος,& per ſyneresim mutatis o & ι in υ,ὀφιοῦχος.

Ophiuſa,(ὀφιοῦσα)inſula quæ & Rhodus, propter ſerpẽtium multitudinem ibi exiſtentem, quaſi ſerpentaria.Strab.lib.3.

Opigena,ab ope dicta eſt Iuno,quòd ea ferre opem in partu laborantibus credebatur.

Opis, huius opis(ὦπις)nympha Dianæ comes.

Opipergium, Carnorum oppidum, Ptolemæo lib.3.cap.1.hodie Opitergum. Luca.lib.4. Hic » Opiterginis moles onerata colonis Conſtitit.

Opitulus,(ἀλεξητήριος)dictus eſt Iupiter,quaſi opis lator,& proprie in rebus dubijs,& malis dicitur.Feſtus.

Oppia,una fuit ex Veſtalibus,quæ conuicta ſtupri,uiua defoſſa eſt. Cuius ſcripſit epitaphium

Stroza

Stroza filius, Veſtalis uirgo, læſi damnata pudoris, Contegor hoc uiuens Oppia ſub tumulo. Liuius 22. hanc Opimiam uocat.

Ops, opis, *prima breui. gener. fœmin. eſt dea, filia Cœli ex Veſta, & ſoror, & coniux Saturni, quæ et* ῥέα *Græco uocabulo dicitur. Hanc putant terram eſſe* ἀπὸ τοῦ ῥέω, *fluo: quòd terra affluens ſit omnium rerũ. Eadem Cybele appellatur, ubi uide. Ea dea in cunctis caſibus eſſe perhibetur, cuius ope humanæ uitæ alimenta quæruntur. Vel dicitur* Ops *ab opere, per quod fructus, fruges'q; naſcuntur. Ab hac opes,* (πλοῦτος, κτήματα) *hoc eſt diuitiæ dictæ, quia diuitias omnes in agris eſſe ueteres exiſtimabant, uel quia omnes opes humano generi terra tribuit. Hæc mater deûm dicitur, quia omnia gignit, uel quia in ea fiat omne opus, uel quia opus eſt ea ad uiuendum.*

Opus, *untis,* (ὀπόυς. ȣ̃ς) *ciuitas in Locris. Ouid.*

» *Facta cæde puer Patroclus* Opunta *reliquit.*

Hinc Opuntius. tia. tium. (ὀπούντιοι:) *ut, ſinus* Opuntius *in Aegæo.* Opuntij *populi Phocenſibus Bœotijs finitimi fuere. Dicimus* Opus, *opuntis, & opoes, ut annotat interpres Melæ Vadianus. De* Opuntijs *populis Plin. lib. 4.*

Orchades, (ὀρχάδες) *pen. cor. inſulæ* Oceani *Septentrionalis ultra Britanniam, & Hiberniam, numero triginta, ſecundum Pomponium parum inter ſe diſtantes, non longe ab inſula Thule. Hodie parent Regi Scotorum.*

Orchomenus, (ὀρχόμενος) *pen. cor. Theſſaliæ mons. A quo* Orchomenum (ὀρχομενὸς) *oppidum quondã ditiſſimum, uicinum Theſſaliæ in quo fons erat Gratijs ſacer, ut notat Seruius. Hinc adiectiuũ* Orchomenius. a. um. (ὀρχομένιος) *Eſt item* Orchomenon, *fluuius in Bœotia ad Throphonium, teſte Plinio lib. 11. ca. 2.*

Orcus, *nomen eſt fluuij inferorum, ſic dictus ab* ὅρκος, *id eſt iuramentum, quòd per illum. id eſt, Stygem paludem, à qua (teſte Homero) profluit, iurabant dij, nec peierare licebat. Nam, ut dicit Homerus in 2. Iliad. fluuius eſt Theſſaliæ, qui ab inferna Styge manat, & in Peneum defluit, quem nec Peneus recipit, ſed inſtar olei ſupernatantẽ breui ſpacio portatũ abdicat, nec pœnales aquas, Diris'q; genitas, argenteis ſuis undis miſceri permittit. Alij ab urgendo dictũ putant, quòd in mortem urgeat (ut inquit Feſtus) quia antiqui c pro g ponebant. Propriè autem* Orcos, *obſcuritas inferorum. Plautus in Aſin. Bene uale, apud* Orcum *te uidebo. Cum* Orco *rationem habere, uel ponere, eſt periculo mortis ſeſe exponere, cũ id præuideamus, quod ſolent agricolæ, qui in peſtilenti agro, quamuis in fructifero ſerunt. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 4. Etenim ubi ratio cum* Orco *habetur, ibi non modò fructus eſt incertus, ſed etiam colentium uita. Accipitur etiam pro Plutone.*

Oreades, (ὀρειάδες) *nymphæ montiũ, ἀπὸ τοῦ ὄρεος, quod montem ſignificat.* Ouid. *li. 8.*

» *Talibus agreſtem compellat* Oreada *dictis.*

Oreſtes, (ὀρέςης) *ſic appellatus ob ferinam atq; agreſtem, & quaſi montanam naturam) Agamemnonis &* Clytemneſtræ *filius, cui ſoror Electra necem parari ab Aegiſtho, qui patrẽ Agamemnona interfecerat matrem'q; conſtuprauerat, metuens, ipſum per pædagogum in Phocidem clàm ablegat ad Strophium Phocenſium principem, qui Agamemnonis ſororem duxerat. Iſthic 12. annos demoratus, cum pædagogo ſuo Argos redijt, ubi ſub ſpecie hoſpitum Phocenſium, quos Strophius miſerat, ut Oreſtis obitum nunciarent, intromiſſi ad Clytemneſtram, eandem cum Aegiſtho adultero, conſcia Electra, in ultionem patris occidit, ut ait* Sophocles *in Electra. Deinde Pyrrhum quoque Macarei ſacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eò quòd Hermionem Menelai filiam ſibi prius deſponſatam, rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitatus eſt furijs, quibus non ante purgari potuit, quàm ad aram Dianæ Tauricæ illuc à Pylade perductus perpetrata facinora expiauerit: Vide ſupra Iphigenia. Amicum habuit Pyladem longè fidiſſimum, ut qui uitam dare pro amico non dubitauerit: quo cuſtodiente ſecurus peruenit in regionem Tauricam, ubi ſororem ſuam inuenit, cum qua profectus eſt in Italiam. Vergilius, Et furijs agitatus* Oreſtes *&c. Vide prouerbium,* Oreſti *pallium contexere. & in dictione Pylades.*

Oreus, (ὀρεὺς) *dictus eſt Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri ſacrificia ſolebant.*

Orgia, *ſacra ſunt, ut inquit Perottus, quæ dijs immortalibus fiunt, ἀπὸ τῆς ὀργῆς. id eſt à furore,*

rore, quia ſacrificantes diuino quodam furore corripi uidentur, uel (ut quidã putant) ἀπὸ τῶ θύειν ἐν τοῖς ὄρεσι, quòd in mõtibus ſacra facere dijs ſolebant, ueluti locis cœlo propinquioribus, ut in Olympo mõte, &c. Hinc abuſiuè ſacra Liberi patris dicta ſunt Orgia in Thracia primò ab Orpheo inſtituta. Hæc ille. Vide quoq; Seruium lib. 4. Aeneid. Verg.

Oricos, (ὠρικὸς) ſiue ut ſcribunt alij, Orithos, ciuitas eſt Epiri, à Colchis condita, teſte Plin. lib. 4. cap. 13. De qua Lucan. etiam. lib. 3. uerſus Macedoniam, iuxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum, habẽs ſoliditatem in buxi ſpeciem. Hinc Oricius. a. um. Verg. li. 10.

» Aut quale per artem Incluſum buxo, aut
» Oricia terebintho Lucet ebur, &c.

Orion, (ὠρίων) quaſi Vrion, dictus eſt filius Iouis, Neptuni & Mercurij. De hoc uariè fabulantur. Cum olim Iupiter, Neptunus & Mercurius terram peragrarent, ſuperueniente nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Ariſtonicus Erythreum appellat, diuerterũt, qui eos hilari animo ſuſcepit: cumq; deos eſſe animaduertiſſet, occiſo boue iiſdem ſacrificium obtulit. Qua deuotione motus Iupiter, iuſsit ut aliquid peteret, quod optaret: qui dixit, ſe non habere coniugem, & mortuæ promiſiſſe, aliam non ducturum, optare tamen filium. Iupiter igitur & reliqui Dij corium immolati bouis ſumpſerunt, in quod cum urinam emiſiſſent, iuſſerunt, ut terra obrutum completis maternis menſibus ſolueret. Quod cum feciſſet, inuenit puerum, quem ab urina Orionem nominauit, ut ait Ouidius in Faſtis. Adultus deinde euaſit uenator maximus, adhæſitq; Dianæ. Sed cum uiribus fidens gloriaretur nullam eſſe feram, quam non conficeret, Dijs inſolens uerbum ulciſcentibus, contigit, ut terra ſcorpionem pareret, à quo ictus perijt. Diana igitur ſatellitis ſui obitum grauiſsimè ferens, eum in cœlum iuxta tauri ſydus conſtituit. Alij alia de hoc fabulantur, ut ſunt Lucanus, Horatius, Seruius, Heſiodus, &c. Eſt autem ſigum cœleſte, quo oriente maximæ excitantur tempeſtates. Hinc Verg. lib. 1. Aene. Cum ſubito aſſurgens fluctu nim-
» boſus Orion, &c.

Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione ſic dictum uelint, quòd eius tempore habet ortum hyems, & mare ac terras tempeſtatibus turbat. ὀρίνω enim, turbo & cõcito ſignificat. Plaut. Iugulã uocat, quòd ſit armatorũ gladius ſtellarum fulgore terribilis. Hic ſi fulget, ſerenitatem: ſi obſcurat, tempeſtatem denotat.

Orithyia, (ὠρείθυια) Boreæ coniux, filia Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni ſucceſſit in regno, quam in uentum conuerſam ferunt. Hanc Boreas, ut pro uera hiſtoria retulit Euſebius, ſibi in coniugem antea denegatam rapuit, raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calaim ſuſcepit, qui cum Argonautis Colchos nauigauerunt, & Harpyias fugauerunt. Vide Calais. Proper. lib. 1.

» Iam Pandioniæ ceſſet genus Orithyiæ.

Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſiæ matri ſucceſsit in regno. Dicta autem eſt ὠρείθυια, quaſi hortãs ad curſum.

Ornea, ſacra erant Priapi, quem Corinthij Orneum uocabant. Celebrabant hæc feſta Nymphæ iuxta Colophonem.

Ornithiæ, ut inquit Columella lib. 11. cap. 2. uenti ſunt Septentrionales.

Orodes, rex Parthorum, qui Craſſum Romanum cepit & occidit. De quo Plutarchus in Craſſo. Eſt & Orodes apud Vergiliũ, à Mezentio interfectus.

Orontes, (ὀρόντης) uir Troianus, qui Troia capta cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit, ut ſcribit Verg. lib. 1. Aeneid. Eſt & Orõtes, Phœniciæ fluuius, ut ſcribit Pom. Mela. libro 1. in deſcriptione Phœniciæ. Eſt & nomen montis inter quem & Orontem fluuium urbs Antiochia poſita eſt. Hinc Oronteus. a. um. (ὀρόντειος) Propertius,

» Aut quod Orõtea crines perfundere myrrha.

Ouidius libro ſecundo Metamorph.

» Arſit & Euphrates, Babylonius Orontes.

Orpheus, poëta ſeu uates, Calliopes & Apollinis filius, Thrax, quem à Mercurio ſiue, ut alij habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt, eaq; tantum ualuiſſe, ut illius cantu ſyluas & ſaxa mouerit, fluuiorum curſum prohibuerit, ferasq; mitiores reddiderit. Eurydicen uxorem habuit, quæ Ariſtæum uim ſibi inferre uolentẽ fugiens à ſerpente occiſa eſt: ob cuius mortem Orpheus maximè contriſtatus, accepta,

accepta lyra, ad inferos deſcēdit, ubi ſuo cantu à Proſerpina uxorem Eurydicen ſuſcepit (ut ſuperius de hac tradidimus.) Sed quum eandem non ſeruata lege à Proſerpina ſibi impoſita, rurſum amiſiſſet, cœlibem uitam agere ſtatuit, cumq́ iam multas nuptias reieciſſet, alios inſuper à mulierum conſortio deterreret, atq́ in puerorum pelliceret (Perottus tamen alias cauſas addit) à Mænadibus inter Bacchi ſacrificia iuxta Hebrum fluuium occiſus, & diſcerptus eſt, cuius membra paſſim per agros ſparſa Muſæ collegerunt, dederuntq́ ea ſepulturæ: lyra uerò & caput in Hebrum deiecta, ad Lesbon inſulā delata ſunt, ubi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, lyra autem in cœlū aſſumpta. Hinc Orpheius. a. um. (ὀρφεῖος) idem quod Thracius.

Orrea, Ptol. lib. 3. cap. 9. Britanniæ urbs. uulgò Neucaſtel, Moncaſtre, ubi carbonū copia.

Orſilochus, filius fuit Idomenei. Hic patrem ſequutus ad expeditionem Troianā, cui cū per totum bellum ex uoto omnia ſucceſsiſſent, in exitu rei ob inſolentiam, dum obſtaret totis uiribus, ne ex præda capti Ilij ſors debita daretur Vlyſsi, ab eo occiſus eſt.

Ortygia, inſula in mari Aegæo, omnium Cycladum clariſsima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia (Solino teſte) quia in eo primæ uiſæ ſunt conturnices, quas Græci ὄρτυγας uocant: nos à ſono uocis qualeas dicimus. Alij, ut Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Verg. Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiam dicta eſt Delos (ut docet Ariſtoteles) quòd cū merſa eſſet, ſubitò apparuit: nam δηλόω, oſtendo ſignificat. Ab aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primum reperto: ab alijs Cynthia, ab alijs Aſteria, ab alijs Cynetum. De Delo terræmotu concuſſa uide Thucydidem libro 2.

Fuit & alia Ortygiæ nomine inſula circa Siciliam, quæ ponte iungitur Syracuſis, & fontem habet Arethuſam. Hæc ex oppoſito Plemmyrij Siciliæ amnis, de qua Vergilius libr. 3. Aeneid. Vide Delos.

Oſci, (ὄσκοι) Italiæ populi antiqui in Campania, ab oris fœditate dicti. Vnde Oſcena uerba. id eſt, impudica, quia frequentiſsimus fuit Oſcis, libidinum ſpurcarum uſus.

Oſiris, pe. pro. ris. uel ridis. genitiuū facit. Iouis filius, ex Niobe, Phoronei filia, licet eū fuiſſe Aegyptium multis uerbis referat Diodorus Græcus hiſtoricus li. 1. Hic ut Græci & noſtri affirmant, quum Phoroneo auo in regno Argiuorum ſucceſsiſſet, & plures annos regnaſſet, Aegialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit gloriæ deſyderio: quos cum ſubegiſſet, Iſidē (quæ & Io uocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit uxorem. Vbi cū illa literas Oſiris & uarias artes Aegyptios docuiſſet, uterq́ diuinos honores meruerunt, tandem à Sityphone Aegyptio (uel ut Seruius ait, à Typhone fratre) clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt, tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus compertus eſt, in inſula Abaton, in palude iuxta Memphim ſepeliri eum Iſis curauit, & paludem Stygem, id eſt mœrorem appellauit, nec niſi certis diebus, & mitratos eò accedere uoluit. Sed cum apparuiſſet Aegyptijs deinde bos quidam, Oſirim putarunt, adorauerūtq́ ut deum, & uocauerunt Apim: id eſt bouem, eorum lingua, deinde dictus eſt Serapis. Vide etiam Euſebium libro de Præparatione Euangel. qui ait Oſirim Latinis multioculum ſignificare, & Aegyptios hoc nomen Soli indidiſſe, quòd ſcilicet ſuis radijs tanquam oculis perluſtret omnia. Lunam uero Iſidis appellatione nuncupaſſe, quod Latinis ſignificet priſcam, quoniam ſempiterna ſit & priſca.

Oſſa. æ. mons (teſte Solino) in finibus Theſſaliæ, Centaurorum ſtabulum, quem Seneca dicit Olympo olim comunctū fuiſſe. In hoc eſſe fertur tanta pinorum copia, ut inflexione, atq́ reflexione ramorum tonitrua referantur. Hinc Oſſæus. a. um. (ὀσσαῖος.) Lucan. lib. 6.

» Attollet Titan rupes Oſſæa coërcet. &c.

Oſtia. ſtiæ. (ὤστια ἡ Steph. ὄστια δὲ Strabo) urbs in oſtijs Tyberinis ſita, ab Anco Martio cōdita (ut inquit Liuius) in ipſo maris fluminisq́ cōfinio, ut totius mundi opes illò, ueluti maritimo urbis hoſpitio, reciperētur. Ab hac Oſtiēſes. (ὠστιάτης, καὶ ὠστιανὸς) dicti, & oſtiēſis ager Ptol.

Oſtienſis, porta Romæ, eo quòd Oſtiam uerſus ducat. Ea nunc ſancti Pauli porta appellatur.

Othrys, mons eſt Theſſaliæ, ſedes olim Lapitharum.

»rum. Lucan. libro ſexto. Solſtitiale caput, ne» »moroſus ſubmouet Othrys.

Oxyrynchus, ciuitas Aegypti dicta ab Oxyrynchopiſce, qui ibi templum habuit. Cæterum Aegyptij omnes Oxyrynchum piſcem colunt. Nam quædam animalia ſunt quæ Aegyptij uniuerſi colunt, quemadmodum ex terreſtribus tria, bouem, canem, felem: ex uolatilibus, accipitrem, atq; ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum piſcem & Oxyrynchum. Ex Strab. li. 17. Alij Oxyringum ſcribunt, ſed perperam.

P ANTE A.

Pachynus, (πάχυνον) penultima indifferente, promõtorium Siciliæ, Peloponneſum ſpectãs, ab aëris craſsitudine. Nam (ut dicit Seruius) παχὺ pingue & craſſum dicitur. Verg. lib. 3. Aeneidos,

» Præſtat Tinacrij metas luſtrare Pachyni.

Pactolus, (πακτωλὸς) pen. prod. fluuius Lydiæ, aureis arenis, Smyrnæos irrogans agros, Iuuenal. Ex Tmolo monte profluens, in quo cum ſe Midas rex lauaſſet, aureis arenis fluere cœpit. Vide ſuprà Midas, item prouerbium, Pactoli opes.

Padua, urbs, à Padi uicinitate dicta, quæ & Patauium, (πατάβιον) dicitur, quaſi Padauium. Vel ἀπὸ τ̃ πέτεσθαι. id eſt à uolando, quòd captato augurio dicitur conditum. Vel à petendo, quòd telo auem Antenor petijſſe dicitur, eoq; in loco urbem condidiſſe. Primò Antenorea dicta eſt. unde Antenoridæ, poſtea Patauini, & Paduani. Hæc ciuitas eſt ditionis principum Auſtriæ, ſed hodie Venetorum ait Pomponij enarrator. Vide Patauium.

Padus, (πάδος) fluuius, qui (ut Plin. lib. 3. cap. 16. ſcribit) è gremio Veſuli montis celſiſsimũ in cacumen elati, finibus Ligurum, Gabienorum uiſendo fonte profluens, condensq; ſeſe cuniculo, & in Foroiulienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus ἠριδανὸς, ac pœna Phaëthontis illuſtratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris quàm nauigijs torrentior. De eo fluuio uide Plin. lib. 3. ca. 16. Strabonem lib. 5.

Padusa, pen. prod. fluuius eſt, quem alio nomine Meſſanicum appellant. Quidam Padi brachium eſſe dicunt. Plin. lib. 3. cap. 16.

Pæan, (παιὰν) hymnus erat in Apollinem, ſicut dithyrambus in Bacchum (ut Iu. Pollux inquit) qui non ſolum in auerſione malorum decantabatur, ſed etiam in uictoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ pæana dixerunt. Verg. Lætum » pæana canentes. Abuſiue tamen pro omni deorum laude ponitur.

Pæantiades, & Pæantius appellatur Philoctetes. id eſt Pæantis filius. Ouidius, Nec Pæan» tiaden quod habet Vulcania Lemnos. Vide Philoctetes.

Pæon, (παίων) nomen uiri, medicinæ artis periтiſsimi, quem Hom. lib. 5. Iliad. ſcribit curaſſe Plutonem grauiter ab Hercule uulneratum: à quo pæonia herba dicitur quam inuenit. Et Pæonius. a. um. id eſt, medicinalis, &c.

Pæonia, regio eſt in Europa, à Pæone Endymionis filio, & Epei fratre, qui uictus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium uictori dedit, & in Macedoniam, ſeu Thraciam ad amnem Axium diſceſsit. A quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Aemathia, pars Macedoniæ, à qua Pæones populi, ut Iuſtin. lib. 7. ſcribit. Quandoq; Pæonia ponitur pro Macedonia, ſicut Aemathia.

Pæſtum, (πᾶιστος) oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſsimum, ubi ob cœli clementiam bis in anno producebantur fructus, Maio ſcilicet & Septembri. Verg. lib. 4. Georg.

» Biferiq; roſaria Pæſti. Huius mœnia prope mare magni ſpacij adhuc integra uidentur, latitudine & altitudine miranda. A Tuſcis conditum, Poſsidoniam dixerunt, & eius ſinum Poſsidionatem. Poſteà Romani, miſsis huc colonis ampliauerunt, ut ait Strab. Hinc Pæſtanus. a. um. παιστινός.

Pagaſa, (παγασαὶ) Theſſaliæ oppidum, quod poſtea Demetrias dictum eſt (ut ait Plin. lib. 4. ca. 8.) Iuxta quam ædificata fuit Argo nauis, propter quod nauis longa Argonautarũ Pagaſſea nuncupatur, quòd Iaſon, qui eã ædificauit, fuit filius Aeſonis, fratris Pel æ regis Theſſaliæ. Hinc Pagaſiticus, (παγασιτικὸς) ſinus in Theſſalia eſt dictus. et Pagaſæus. a. um. adiect.

Palæmon, (παλαίμων) dictus eſt Melicerta, cum

marinus

marinus deus eſſet factus. Latinè Portunus, quòd portub. præſit, de quo in dict. Portunus.

Palæpaphus (παλαίπαφος) Cypri urbs, Veneri ſacra. inde Palæpaphia uocatur Venus à Vergilio in Ciri.

Palæſtina, (παλαιστίνη) prouincia Syriæ, Arabiæ contermina, dicta à Philiſtim urbe metropoli. In ea inquit Plin. lib. 5. cap. 13. & 20. quinq; ciuitates continebantur, Gaza, Aſchalon, Geth, Acaron, & Azotum. Eſt & altera Palæſtina prope Phæaciam, de qua Lucan. lib. 5.

» Laxa Palæſtinas undis confixit arenas.

Palemedes, (παλαμήδης) nomen Nauplij Euboeæ regis filij, qui Vlyſſis fraude à Græcis interfectus fuit. Nam cum omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlyſſes ut domi maneret, inſanire ſe finxit, & quo melius rei fidem faceret, iunctis diuerſæ naturæ animalibus ſalem ſerebat. Palamedes autem ut uiri aſtutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit, quo uiſo Vlyſſes aratrum ſubito ſuſpēdit, ne eum læderet. Quo argumento cognita ipſius aſtutia ad bellum ire coëgit. Deinde cum in Thraciam frumentatũ iuiſſet, & nihil portaſſet, neq; comperiſſe diceret, Palamedes uadens plurimũ frumenti aduexit. Quãobrem Vlyſſes inuidiæ ſtimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epiſtolam ſcripſit, in qua agebat Palamedi proditionis gratia, commemorabatq; ſecretum auri pondus eſſe trãſmiſſum, quod ipſe Vlyſſes per corruptos ſeruos infodi curarat. His igitur literis in Græcorum conſilio habitis Palamedem proditionis accuſauit, iuſſitq; ut aurum quæreretur, quo inuento Vlyſſis accuſatio uera credita eſt, & Palamedes tanquam proditionis reus, lapidibus obrutus. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inueniſſe, ſcilicet θ, ξ, ζ, φ. De quo Philoſtratus in Heroicis hæc ſcribit, Summo (inquit) uir ingenio fuit, ordinem literarum reperit, additis nouis quibuſdam. Quas Vlyſſes eius inimicis ait nõ ab eo inuentas, ſed à gruibus ex ordine uolatus earum accepiſſe. Præterea calculorũ & menſurarum, & ponderum, tum etiam aleæ in caſtris apud Aulidem inuentor fuit. Aſtrologiæ inſuper peritus, annum, menſesq; ad curſum Solis adcõmodauit. Primusq; in caſtris uiſam atq; reformidatam Solis eclipſim dixit naturalem, minimeq; timendam eſſe. Præterea ordinem aciei, dationem ſigni, teſſeras, hoc eſt ſymbolum bellicum, & uigilias inuenit. Hinc à poëtis Palamedis aues, grues dicuntur. Mart.

» Turbabis uerſus, nec litera tota uolabit,
» Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

Palanteum (παλάντειον) oppidum fuit in monte Palatino, ab Euandri comitibus conditum, & Pallantis proaui nomine dictum. Vergil. lib. 8. Et poſuere in montibus urbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteum. Varro à balatu ouium per antiſtichon dictum uoluit, & ſic per l ſimplex ſcribi debet, ſecundum Vergilium autem per duplex. Vide Palatinus, & Palatium.

Palatinus. na. num. (παλατῖνος) unde Palatinus deus, & Palatinus mons dictus eſt à Palanteo oppido. Vide ſequentia.

Palatiũ, (παλάτιον, Σ. παλατιὸν Strabo) mons Romæ appellatus eſt, quòd ibi in palatio pecus paſcens balare conſueuerit (ſic enim uox eius animalis exprimitur) quaſi balatium. Vnde Næuius balatium appellat. Vel à Palo. las. quia ibi palare. id eſt errare, pecudes ſolẽt: ſeu quod palantes Arcades cum Euandro ibi conſederunt. nam ante Romam conditam poſſeſſum atq; habitatum fuit aut ab Arcade Euandro, aut Aboriginibus, qui ex Palatio oppido agri Reatini uenere, & cum Euandro habitauere. Alij à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, Palatium dictum uolunt. Alij à Palante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule uitiata, & poſtea illic ſepulta, uel certè à Palante eius filio illic ſepulto. Alij à Pale paſtorali dea nomen inditũ autumãt. Palatium (ἀρχεῖον) etiam dicitur domus imperatoria, ſuperba, amplaq; à Palante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem ſui feciſſe dicitur. Aut (ſecundum Plinium) à Palanteo Arcadiæ oppido, ſiue ut Cyrill. author Græcus refert, à Palatio monte. Et Palatium, dicta fuit urbs Diocletiani, quam nunc nautæ Spalatum uocant.

Palatualis, (παλατῖνος) flamen dictus eſt, qui ad ſacrificandũ ei Deæ cõſtitutus erat, in cuius tutela Palatium eſſe putabatur.

Pales, paſtorum uel pabuli dea, βοτανικὴ θεός.

Hanc quidã teſte Seruio Veſtam, quidã Deorum matrem appellant. Hanc Verg. genere fœminino uocat. Alij, inter quos Varro, maſculino genere, ut hic Pales. Huic ſacra ſoluuntur, quæ Palilia uocantur, de quibus infra.

Palicenus, (παλικίνη) ut inquit Stephanus, fons in Sicilia, dictus quòd iuxta Palicos fratres ſit. In eum mittitur tabella à iuratis, quæ ſi uerũ dixere, fluitat: ſi falſum, mergitur. Vide Palici, & Paliſcor.

Palici (παλικοὶ) quaſi Paliſci, gemini fratres fuere, Iouis filij, & Thaliæ nymphæ, ſiue (ut alij uolunt) Aetnæ. Tradunt enim hãc nympham à Ioue in Sicilia iuxta Simethium fluuiũ non longè à Catina urbe compreſſam, metu Iunonis optaſſe ut ſibi terra dehiſceret, & ita factũ eſſe. ſed cum tempus maturitatis infantium quos aluo illa geſtauerat, aduenіſſet, rurſus terrã hiaſſe, duosq́; infantes de aluo nymphæ progreſſos emerſiſſe, appellatosq́; fuiſſe Palicos, uel quòd πάλιν. id eſt, rurſus hiante terra emerſiſſent: uel ἀπὸ τοῦ πάλιν ἥκειν. quoniam prius in terram merſi, denuò indè reuerſi ſunt. Nec longè inde breues lacus ſunt, ſed miræ profunditatis, quos incolæ Crateras uocant, & nomine Dellos appellant, fratresq́; eos Palicorum exiſtimant, & habentur in cultu maximo propter iuſiurandum. Nam quum rei negatæ fides quæritur, & iuſiurãdum à ſuſpecto petitur, uterq́; ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt, accepto prius fideiuſſore ab eo qui iuratus eſt, de ſoluendo eo quod petitur, ſi ita euentus adduxerit: deinde loci numine inuocato iurabat, quod ſi fideliter fiebat, diſcedebat illæſus: ſi uerò malè iuratum eſſet, mox in lacu amittebat uitã falſus iurator. Magna præterea in ueneratione erat Palicorum templum, quòd cum Siciliam ſterilis annus arefeciſſet, diuino Palicorum reſponſo admoniti Siculi, certum ſacrificiũ fecerunt, poſt quòd ſtatim reuerſa eſt ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congeſſerunt in ara Palicorum, quæ ob id pinguis uocitata eſt. Verg. lib. 9. Genitor quem miſerat Arcens,

20 Eductum Martis luco, Simethia circum
Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici.

Vide Palicenus, & Paliſcorum ſtagnum.

Palilia, (παλίλια) uel Parilia, Palis deæ feſta (l in r mutata) dicuntur. Hæc à paſtoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maij, quo die Romulus urbem fundauit, ad lupos arcendos, morbosq́; à pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris. Prop. lib. 4.

Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Palinurus, (παλίνουρος) Siciliæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ poſtea Velia dicta eſt, in quo Palinuri gubernatoris nauis Aeneæ tumulus eſt, & ab eo locus nomen ſortitus eſt. Dicitur autem Palinurus, id eſt bis meiens. πάλιν enim iterum, οὖρος urina. Mart.

Minxiſti Palinure ſemel currente carina,
Meiere uis iterum, ſic Palinurus eris.

Paliſcorum ſtagnũ, in Sicilia ſulphurei odoris. Vide Palicenus & Palici.

Palladium, (παλλάδιον) Palladis ſimulachrum, quod Romæ in æde Veſtæ fuit, cuius meminit Herod. in 1. Id fuit è ligno compactum, mouens oculos, atque haſtam quam manu geſtabat, ut ſcribit Seru. Nam quũ apud Troiam in honorẽ Palladis arx, & in eius ſummo templum illi ædificaretur, è cælo cecidit, & locum ſibi in eo templo delegit, nondũ cooperta æde: moxq́; ab Apolline redditum eſt oraculum, eius ciuitatis futurum exitium, ſi id ſimulachrum extra mœnia portaretur. Quod Ouidius in quinto Faſtorum eſt elegantiſſimè proſequutus. Quo factum eſt, ut tempore belli Troiani Diomedes & Vlyſſes cuniculis, uel ut alij dicunt, cloacis aſcenderint in arcem, & occiſis cuſtodibus ſimulachrum ſuſtulerint. ideo autem id negocium his potiſſimum datur quia cultores fuerũt Mineruæ. Hæc Seruius apud Verg. Aeneid. 2.

Palladius. dia. dium. παλλάδιος, quod eſt Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

Pallantias. παλλαντιὰς. ut Callimachus refert, lacus eſt, alio nomine Triton, ex quo Palladem genitam uolunt.

Pallas. antis. filius Euandri, qui Aeneæ iunctus collectis copijs contra Turnũ eum ſecutus eſt, ſed mox à Turno in pugna occiſus. Alius fuit Pallas Pandionis filius, cuius meminit Ouid. lib. 7. Metamorph.

Pallas. adis. (παλλὰς) dea dicta quòd Pallantem gigan-

gigantem interfecerit, cum prius Tritonia uocaretur à Tritone palude, ubi primũ uiſa eſt. Vel à πάλλω uibro, quatio, eo quòd haſtam uibrare conſueuerit, docueritq́; quoniã belli dea eſt. Hæc dicta Minerua, quòd uim minetur, uel quòd neruos minuat ob ſtudiorũ laborem. Nã dea artiũ & ſapientiæ eſt, quia de capite Iouis nata eſt. ſed quia dea eſt artiũ & ingenij, ideo iſta finguntur. Nihil eſt enim excellentius ingenio, quippe quo reguntur uniuerſa. Verg.

» Pallas quas condidit arces ipſa colat.

Hæc Iouis filia ſine matre fuit. Nam Iupiter cum uideret Iunonem ſterilem eſſe, percuſſo capite emiſit Palladem armatam. Et Ouid. lib. Faſtorum 3.

An quia de capitis fertur, ſine matre paterni
Vertice cum clypeo proſiluiſſe ſuo?

Hanc Cice. lib. De natura deorum 3. belli inuentricem & principem eſſe dixit. Proinde à nonnullis Bellona uocata fuit, ſoror ſcilicet, & auriga Martis. Vide Bellona.

Pamiſus, (παμισός) Theſſaliæ fluuius: dictus quaſi totus odioſus, ob damna quæ agris inferebat. De quo Plin. lib. 4. cap. 8.

Pamphylia, (παμφυλία) Ptolem. lib. 5. cap. 5. regio eſt minoris Aſiæ inter Ciliciam & Syriã: ab occaſu Lyciam, & Aſiæ minoris partem: à Septẽtrione Galatiam & Cappadociam: à Meridie mediterraneum mare, quòd illic Pamphylij maris nomen habet. Hæc tota montana ex Tauro in mare procumbit. Flumina in ea præcipua ſunt Melas & Eurymedon.

Pamphilus, pen. cor. Latinè dicitur totus amor, omnibus amicus.

Pamphilus, Neoclidis filius, Platonis auditor, cuius meminit Cicero de Natura deor. & Plato circa Phædonis principium, dicit illum inter eos qui in acie ceciderunt, decẽ dies iacuiſſe, triduoq́; poſtquam inde ſublatus fuerat, impoſitum rogo reuixiſſe, ac mira quædam tempore mortis uiſa narraſſe.

Pan, paſtorum deus uocatus eſt, in naturæ ſimilitudinem formatus. πᾶν. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ ſimilitudinem. rubet eius facies ad ætheris imitationem, in pectore Nebridem habet ſtellã, ac ſtellarum imaginem. pars eius inferior hiſpida eſt propter arbores, uirgulta, feras: caprinos pedes habet, ut oſtendat terræ ſoliditatem. Hic Demogorgonis filius creditur fuiſſe, qui fiſtulam compoſuit ſeptem imparibus calamis ſimul coniunctis, propter harmoniã cœli. Hunc Arcades colunt, cum uniuerſæ materiæ dominum appellantes. Vnde à Græcis πᾶν appellatur. Item Pan, Latinè incubus dicitur. Incubi uerò ſunt nocturna phantaſmata mortalibus terrorem incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquãdo pugnaſſe, à quo ſuperatus incidiſſe in amorem Syringis ſeu Syringæ uirginis, quam, cum tranſire Ladonem Arcadiæ amnem nõ poſſet, nympharum precibus in paluſtrem calamum mutatam uidiſſet, ex hoc ſtatim compoſuiſſe fiſtulam, quæ ex illius nomine apud Græcos eſt uocata, ſeptem imparibus calamis ſimul iunctis. unde Verg.

» Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit, &c.

Feſta eius dicebantur Lupercalia. Vide Lupercal.

Panætius, (παναίτιος) nomen proprium philoſophi Rhodij, Stoicæ ſectæ. Is fuit Scipionis præceptor quem imitatus eſt Cic. in Offic.

Panætolium, (παναιτώλιον) quaſi totam continens Aetoliam, mons eſt Aetoliæ altiſſimus.

Panathenæa, παναθήναια, communis celebritas ludi gymnici, in honorem Mineruæ Athenis celebrati. Primum Theſeus (authore Plutarcho) inſtituit Panathenæa. Hinc panathenaicus, liber Iſocratis. De Panathenæis uide Alexand. Neapol. libro 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 19. & Cælium lib. 6. cap. 49.

Panchaia, (παγχαία) quaſi tota dehiſcens, regio Arabiæ, tota arenoſa, in qua arbores ſponte natæ thus emittunt. Verg.

» Totaq́; thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Seruius ſcribit Panchaiam, Arabiam, & Sabæorum gentem eandem eſſe, apud quam naſcitur thus.

Pandana, porta Romæ, à pãdo dicta, quòd ſemper pateret ad res, quæ in urbem ferebantur. Eadem dicebatur Libera, à libertate.

Pandion, (πανδίων) proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij, cui ſucceſſit in regno. Huius filiæ fuerũt Progne & Philomela. Dictus Pandion, quaſi totus Dios. id eſt Iouis. Hinc Pandionia. πανδιόνια. dicta eſt Attica. Luca. de Pallade, Et Pandionias quæ cuſpide

protegit arcet. Hunc dicunt, quòd auxilio Terei regis Thracū profligauerit Ponti regem, qui tum temporis Athenas obſederat, propter quod meritum Prognen filiam illi matrimonio copulauerit. Eo autem mortuo Erichtheus in regno ſucceſſit. Vide Ouidius libro 6. Metamorph.

Pandora, (πανδώρα) quaſi omnium dona, uel quaſi ab omnibus donata, uel omniū rerum genere donata. Mulier fuit formoſiſſima, à Vulcano Iouis iuſſu facta, cui ſinguli Dij ſua munera dederunt, unde & nomen ſumpſit: ſcilicet Pallas ſapientiam, Venus decorem, Apollo muſicam, Mercurius eloquentiam. Hanc, ut ait Heſiodus, Iupiter in terram miſit ut homines deciperet, eò quod Prometheus ignē è cœlo abſtuliſſet, ad Epimetheū cum pyxide clauſa miſſam fuiſſe fabulantur, qui illa recepta, & pyxide aperta, cui omne malorum genus inerat, terram morbis calamitatibusq; repleuit. Eſt & nomen matris Deucalionis à qua Theſſalia, Pandora dicta eſt.

Pandoſia, (πανδοσία) Plinio lib. 3. cap. 1. Lucanorum in Italia urbs, in qua Alexander Epirotes occubuit. Eſt & altera, ut idem teſtatur lib. 4. cap. 1. eius nominis in Epiro. De his uide Trogum lib. 12. Liuium 8. & Strab. 6.

Paneus (πανέας) per ſimplex n, fons eſt ſub Libano monte, in quo ſi qua natantia proijciantur, in lacu cui Phiala nomen eſt, cuncta reperiuntur. Eſt etiam hoc nomine Colchorum fluuius (Bocatio teſte) cui oppidum imminet ſui nominis, habens poſt ſe Heniochorum multimodas gentes.

Pangæus, (πάγγαιον) quaſi totus terra, ob nimiā fertilitatem, promontorium eſt Thraciæ, Beſſis conterminum, & Macedoniæ coniunctum, in quo, ut ſcribit Herodotus lib. 7. aurea ſunt & argentea metalla: & ad eius radices Neſtis amnis defluit. Et in ſingulari eſt generis maſcul. in plurali gen. neut. Hinc Pangæus. a. um. ut Arua Pangæa. Pangæus mons, apud quem Cæſar à Pompeianis ferè ad deditionem coactus eſt.

Panhormus, (πάνορμος) & Panhormum, & Panhormium ciuitas Siciliæ: dicta à nauium applicatione, quæ undiq; illuc conueniunt. eſt enim ὅρμος portus pars. Inde nautæ dicuntur hormizare. id eſt nauem ancoris & retinaculis inſtruere, quo ſecura ſit in portu à repentinis procellis. Hinc panhormita, πανορμίτης: Panhormitanus, πανορμιτανός. & Panhormius, πανορμαῖος. Ptol. lib. 3. cap. 4.

Paniſci, (πανίσκοι) dij ſylueſtres, quaſi per diminutionem dicti minutuli panes, ſicut à Satyro Satyriſcus inclinatur.

Pannonij, (παννόνιοι) appellantur à Romanis, quos Græci Pæonas, παίονας: Latini Vngaros uocitant, quorum fama olim formidine totam concuſſit Italiam, tanquam eſſent bello inſuperabiles. Hi tribus fluuijs, Drauo, Sauo, & Iſtro uallantur. Hinc Pannonicus. a. um. παιόνιος. Horum regio Pannonia. παιονία. dicta eſt, regio Europæ & eſt duplex, ſuperior et inferior. Hodie Auſtria, & Stiria. Stat. lib. 1.

» Pannoniusq; ferox arcuq; horrenda fugaci
» Armenia, &c.

» Item Pannonis. idos, apud Lucan. lib. 6.

Panomphæus, dictus eſt Iupiter Græcè. id eſt, omnium uoce colendus. Πανομφαῖος.

Panope, (πανόπη) nympha marina, à perſpicuitate uiſus nomen ſumens. πᾶν omne, ὄπτω uideo. Nerei & Doridis filia. Verg. lib. 5.

Nereidū, Phorciq; manus, Panopæaq; uirgo.

Pantagias, (παντάγιας) fluuius Siciliæ, qui cum plenus incederet, totam Siciliam ſonitu implebat. Dictus quaſi ubiq; ſonans, uel ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν, quòd obuia quæq; proſternat atq; ſecum rapiat. Hic à Cerere filiam quærente tacere iuſſus eſt. Verg. 3. Aeneid. Viuo præterue hor oſtia ſaxo Pātagiæ, Megarosq; ſinus, &c. Vide Seruium.

Pantheon, πανθεῖον, πάνθειον. templum Romæ, quod (ut Dion hiſtoricus refert) ſic dictū fuit, quòd in Martis Venerisq; imaginibus, ſub ipſo templo conſtitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quòd templum ipſum rotundum ſit, cœloq; perſimile, & ſic quoq; omnium deorum habitatio cenſeatur. Hodie appellatur templum D. Mariæ rotundæ.

Pantheus, & Panthus, (πάνθοος) nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ, qui fuit uir Troianus ex primoribus urbis.

Paphlagonia, (παφλαγονία) regio minoris Aſiæ, in Septentrionem littore uerſa, clariſſimis oppidis illuſtris eſt, & à Paphlagone Phinei filio

denomi-

denominata. Ab hac deinde dicti ſunt Paphlagones, qui in Italiam tranſuecti, mox Veneti dicti ſunt. Hæc Cytoro monte conſurgit, porrecto in ſpacium trium & ſexaginta millium.

Paphos, oppidi nomen, Plinio lib. 2. ca. 96. quod habet celebre fanum Veneris. Vide ſequentia.

Paphus, filius Pygmalionis filij Cilicis, ex Eburnea matre. Cum enim olim Pygmalion in Cyprum inſulam perueniſſet, cōperiſſetq́ mulieres omnino libidini obſequentes cœlibem uitā ducere ſtatuit. Porrò cum ingenio ualeret, eſſetq́ ſculptor inſignis, dicitur ſibi ex candidiſſimo ebore ſculpſiſſe fœmineā imaginē, eamq́ iuxta deſiderium ſuum lineamentis & oris decore contraxiſſe per omnia. In qua cum homo ingenioſus artem ſuam miraretur, in eius amorem incidit, orauitq́ Venerem eo tempore celeberrimæ inſulæ deam, nec effectu caruere preces, fœmina uera facta eſt. Cuius poſtea concubitu Pygmalion uſus ex ea Paphum filium ſuſcepit, qui & regno ſucceſſit, cōdiditq́ urbem in Cypro, quam de ſuo nomine Paphū appellauit, conſtructo etiā in eo templo & ara in honorem Veneris, cui diu ſolo thure ſacrificatum eſt. Verg. lib. 10. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera &c. Inde Paphius. a. um. & Paphia Venus dicitur.

Papia, ciuitas Inſubrium, olim Oſtrogotorū & Lingobardorum regum ſedes. Et fluuius eodem nomine. Vide Ticinum.

Papinianus, Iuriſconſultus, Seuero principi gratiſſimus, Scæuolæ diſcipulus, cui filios ſuos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonio Caracalla ſecuri percuſſus: cauſa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit, ut & in ſenatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe, non tam facile parricidium excuſari poſſe, quàm fieri. Spartianus.

Papyrius, prætextatus, nobilis adoleſcens, ex eo cognomē adſecutus, quòd in prætexta & adoleſcētia magnopere uiſus eſt ſapere. Cum enim à patre duceretur in curiam, in eaq́ forte arcana quædam tractarētur, domum reuerſus, interrogatusq́ à matre quid nam in ſenatu actū: ut duæ, inquit, uni nubere poſſint. At illa mane conuocatis matronis, ad curiam properat: rogantq́, ut eadem lege uiros duos habendi licentia ſit etiam fœminis. Re cognita, ingenium & conſtantia pueri laudata eſt. Author Macrob. Fuerunt & alij eiuſdem nominis multi.

Paradiſus, nomen oppidi Syriæ, ſupra Antaradum, in meridiem ad Libani Orientalis latus ſiti, ut eſt apud Plin. & Strabonem. Eſt & locus in Oriente longo tractu maris diſtans à cōtinente, de quo Auguſtinus ad Oroſium ſcribit ſic, Paradiſus in Oriente ſitus eſt, interiecto Oceano, & à noſtro orbe longè remotus, in altiſſimo loco conſtitutus, pertingens uſq; ad Lunarem circulum. unde illuc aqua diluuij minimè perueniſſe dicitur. hic locus à primi hominis reatu intercluſus eſt, nec ulli animantium datur in eum aditus.

Parætonius, Cyrenaicæ portus ingēs, & ad quadraginta ſtadiorum amplitudinem expanſus, authore Strabone lib. ultimo. Ibidem oppidū eiuſdem nominis eſt, ab alijs Hammonia dictum, eidem Strab. lib. ultimo. Lucanus lib. 3. Vſq; Parætonias Eoa ad Littora Syrtes. Eſt item urbs & portus in Aegypto, unde Parætonius adiectiuum. Lucan.

Inde Parætoniam fertur ſecurus in urbem.

Paralus, ut Plin. libro 7. ſcribit, nomen fuit eius, qui primus longam nauem inuenit.

Parapotamia, regio eſt Tigri proxima.

Parcæ, (μοῖραι, αἶσαι) dictæ ſunt à parco, per contrarium, quòd nemini parcant. ideò tres eſſe Parcas arbitrantur, quoniam tria ſunt tempora, in quibus omnia uoluūtur. Eædem (ut ſcribit Heſiodus) naſcentibus hominibus bonum malumq́ conferre cenſentur. Earum nomina ſunt, Clotho ſcilicet, & Lacheſis, & Atropos quas Cicero Erebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem Fata eſſe exiſtimant. Vnde eſt illud Cleanthis: Ducunt uolentem Fata, nolentem trahunt. Pingūt uitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere, quapropter Lanificas ſorores appellat Martialis,

Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos uox habet iſta Deos.

Apuleius: Tres Parcæ, tria fata ſunt numero, cum ratione facientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciē. & quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpacia. & quod nondū

ex colo tractum eſt, ſubactumq; curæ digitorum, futuri & cõſequentis ſeculi poſteriora uidetur oſtendere. Lacheſim dictam eſſe putant quia λαγχάνω Græcè, ſortior deſignat. Atropon, quia reuerti nõ poſſunt. Clothon, quoniã contorta & coordinata omnia teneat. Hæc enim nomina ipſa lingua Græca oſtendunt. Etiam dicuntur Deteriæ. id eſt atræ & maculentæ. Mart. lib. 1.

» Lanificas nulli tres exorare puellas
» Contigit, obſeruant quem ſtatuere diem.

Parienna, Ptol. Germ. urbs. Vulgò Fridecl.

Parilitium, ſydus uulgò ita appellatum: quia eo oriente Parilia celebrantur. peritiores hoc ſydus Hyadas uocant.

Paris, alio nomine Alexander, filius fuit Priami ex Hecuba. Hunc cum mater utero ferret, ſomniauit ſe parituram facem, qua tandem aliquando conflagraret Ilium. Quod cum intellexiſſet Priamus, natum infantem exponi iuſſit, mater uerò filium formoſiſſimum perſpiciens, eius miſerta, curauit ut furtim nutriretur à paſtoribus in Ida monte. Vbi cũ adoleuiſſet, Oenonem uirgunculam amauit, & compreſſit, ſuſcepitq; ex ea duos filios. Porrò cum in dirimendis controuerſijs eſſet æquiſſimus, maximã iuſtitiæ famam ſibi cõparauit, adeò ut orta inter Deas, Iunonem, Palladem & Venerem diſceptatione de forma propter aureum pomum à Ioue cœlitus demiſſum, in quo ſcriptũ erat: Detur pulcherrimæ, iudex ſit conſtitutus. Quas cum uidiſſet nudas, ſententiam tulit ſecundum Venerem, quæ pulcherrimam fœminarũ eidem promiſerat, neglecto regno, quod pollicebatur Iuno, & cõtempta, quam Pallas offerebat, ſapientia. Præterea cum eſſet formoſiſſimus, in agonali certamine, quod Troiæ agebatur, omnes ſuperauit, & ipſum Hectorẽ, qui cum iratus, quòd uinceretur, & gladium in eum ſtringeret, paſtorem putãs, dixit ſe eſſe germanum, quod allatis crepundijs probauit, cũ adhuc ſub paſtorali habitu lateret. Sic igitur cognitus à patre receptus eſt. Deinde compoſitis uiginti nauibus ſub ſpecie legationis ad repetendam Heſionam in Græciam miſſus eſt, ubi à Menelao hoſpitio ſuſceptus: uerum cum is abire cogeretur, Paris Helenes amore captus, eam uiro abſente rapuit. Alij tamen dicũt in Græciam ueniſſe, & abſente Menelao Helenes pulchritudine tractum, Spartam expugnaſſe, Helenamq; etiam renitentem, & omnes regios theſauros rapuiſſe. & ob id poſtea Helenam à uiro recipi meruiſſe. Ex qua rapina deinde ſecutum eſt bellum Troianum, in quo ſingulari certamine cum Menelao congreſſus, cum penè uinceretur, à Venere ſubtractus eſt. Poſtremò Hectore & Troilo fratribus occiſis, cum ipſe ſumpto arcu & ſagittis, quibus plurimũ ualebat Achillem ſub prætextu deſponſandæ Polyxenæ ſororis in templo Thymbræi Apollinis interfeciſſet, & ipſe à Pyrrho, ſiue ut aliorum eſt opinio, à Philoctete occiſus eſt, poſt cuius mortem Helena Deiphobo nupſit. Ouid. in Epiſtolis,

Bella gerant alij, tu Pari ſemper ama.

Pariſij Pariſiorum, populi inter Celtas, qui Senonenſi prouinciæ attribuũtur, Senonibus, Belouacis, & Agendico oppido proximi, ac Meloduno oppido finitimi Lutetiam habent oppidum, quam nunc Pariſienſem, epiſcopalem urbem inhabitant, poſitam in inſula fluminis Sequanæ, quòd perpetua palus influeret, & in regno Francorum eſſet. Horum meminit Cæſ. lib. 6. Comment. Ptol. lib. 2. cap. [illegible]. Ad ortũ uerò & iuxta Sequanam Pariſij, & urbs, Pariſiũ Leucodecta. Vulgò Paris.

Parium, ciuitas Aſiæ, in regione Myſiæ.

Parmeno, (παρμένω) apud Comicos nomen uiri, quaſi deſes, à παρὰ & μένω maneo.

Parnaſſus, (παρνασσὸς) pen. prod. mons in Phocide, Baccho & Apollini ſacer, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 3. & Strabo lib. 8. & 9. & Herod. Melaq; confirmant. Qui mons duos uertices habet, quorum unum Thitorea, alterum Hyampeum uocant, habetq; Heliconem æmulum & altitudine & circuitu, in cuius nemore Muſarum natale eſſe ſcriptores aſſignant. De Parnaſſo Ouidius,

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis
Terra ferax. Mox addit:
Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſus, ſuperatq; cacumine nubes.

In hoc monte rupes uel maieſtate numinis, uel ſitu ipſo horrorem uiſentibus facit, undiq; ferè præceps in formam theatri. Hic eſt Apollinis Delphici templum, hic fons Caſtalius, Muſis ſacer.

ſacer. Hic habitauere Pieres, natio Thracia. unde Pierius mons, & Pierides Muſæ. Sub Parnaſo habitauerunt Hyantes populi. Vnde aquæ Parnaſi fontis, Hyantida dicuntur. Hic fontes Atticam uerſus Hippocrene & Aganippe. A Parnaſus fit Parnaſius.a.um. παρνάσιος, παρνασιάς.

Parrhaſia. (παῤῥάσια) regio in Peloponneſo, dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhaſius.a.um. (παῤῥάσιος, παῤῥασιάς) pro Arcadico. Vide Pan & Lycæus.

Parrhaſius, pictor fuit inſignis, qui primus Symmetriã picturæ dedit, primus argutias uultus, elegantiam capilli, uenuſtatem oris expreſſit, & artificum confeſſione in lineis extremis palmam adeptus eſt. Horat. lib. 4. Carminum,

Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus, &c. Et Parrhaſis.idos. id eſt, mulier Arcas, ut Caliſto.

Paros, (πάρος) inſula eſt una ex Cycladibus, quæ à Delo trigintaquinque millibus diſtat, ex qua Parius lapis marmoreus, è quo multa ſigna fiunt. Hanc primo Plateam, poſtea Minoidam uocitarunt. In ea eſt oppidum etiam Paros uocitatũ. Verg. lib. 1. Aeneid. Niueamq; Paron. Hinc fit Parius.a.um. ut. Parium marmor.

Parthenius, mons eſt Arcadiæ, ſic dictus uel quod uirgines frequenter uenari, uel quòd Veneri ſacra in eo facere ſolebant. Eſt & Parthenius, (παρθένιος) fluuius Paphlagonum. Ouid. lib. 4. de Ponto,

Partheniusq; rapax, & uoluens ſaxa Cynapes.
Fuit & Poëtæ nomen Nicæi.

Parthenope, (παρθενόπη) una fuit Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyſſem cum ſocijs cantu non deceperint, in mare ſe præcipitauerunt. Vna hæc in eum delata eſt locum, ubi poſtea cõdita fuit Neapolis, præclara urbs Campaniæ, quondam ab hac uirgine Parthenope dicta. παρθένος enim uirgo Latinè dicitur. Vide cætera in Neapolis. Ab ea fit Parthenopæus.a.um. παρθενοπαῖος.

Parthenopeus, (παρθενοπαῖος.) uiri eſt propriũ: filius enim fuit ſecundum nonnullos Meleagri, & Atalantæ. Nonnulli perhibent illum Martis & Menalippes fuiſſe filiũ, ſiue Melanionis, qui fuit rex Arcadiæ, & Thebana bella puer admodũ petijt, & in bello Troiano perijt, cumq; apud inferos uidit Aeneas. Verg.

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopeus.

Parthia, (παρθυαῖα) regio Aſſyriæ, ab hac Parthi. πάρθοι, πάρθια, παρθυαῖοι. dicuntur populi, qui olim adeò ſagittis claruerunt, ut fugientes à tergo iacularentur, auerſiq; ſequentes hoſtes læderent, perinde ac aduerſi.

Paſcha.æ. & paſcha.atis. (τὸ πάσχα.) Hebræum nomen, eſt Latinis tranſitum ſignificat. Auſon.

Nos etenim primis ſanctũ poſt paſcha diebus.

Paſiphaë. (πασιφάη) dictio tetraſyllaba, hæc fuit filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quæ (ut eſt in fabulis) nefando tauri amore deflagrauit, cui beneficio Dædali concubuit intra uaccam ligneã incluſa, & ſepta iuuencæ corio, ex quo cõcubitu natus eſt Minotaurus, medius ſcilicet homo, mediusq; taurus. Seruius autem dicit eam in domo Dædali cum Tauro, ſcriba regio coijſſe, & hinc datã fabulæ occaſionem. Hinc Paſiphæus.a.um. apud Ouidium.

Paſithea. πασιθέη. una ex tribus Gratijs, quã alij Euphroſynem uocant. alio nomine Aglaia.

Paſtophori, ſacerdotes ſacroſancti Aegyptiorũ, honoratiores cæteris. Dicti Paſtophori, quòd ferant pallium Veneris, cui nomen eſt Paſtor. Paſtophoros etiam Venus eſt appellata. Hinc paſtophorium, (παστοφόριον) thalamus in quo habitat præpoſitus templi.

Patara, (πάταρα) pen. cor. urbs Lyciæ, ubi Apollo dabat reſponſa ſex menſibus hyemalibus, ut inquit Seruius. Dicta à Pataro Apollinis filio, uel ab alio Pataro Lapeonis filio. Hinc Pataræus.a.um. παταρεῦς.

Patauium, (πατάβιον, πατάουιον.) Ptolem. lib. 5. cap. 1. urbs eſt in Ponto ſiue Bithynia, quæ hodie Polmen dicitur. Eſt item urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita. Ptolemæus libro 3. cap. 1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris ſepulchrũ uetuſtiſſimum cum huiuſmodi inſcriptione, quæ ob nimiam uetuſtatem uix legi poteſt,

Inclytus Antenor patriam uox Niſa quietem,
Transtulit huc Henetos, Dardanumq; fugas.
Expulit Euganeos, Patauinã cõdidit urbem:
Quẽ tenet hic humili marmore cæſa domus.
Vide Padua.

Patmos, (πάτμος) inſula una ex Cycladib. ut do

cet Strabo, in mari Aegæo, quæ ſicut Plin. ſcribit lib. 4. cap. 12. patet circuitu triginta millibus paſſuum. In qua Ioannes apoſtolus exul Apocalypſim ſcripſit.

Patræ. trarum. (πάτραι) ciuitas in Achaia, quã Pauſanias Aroēn dici prius ſolitam affirmat, mox à Patreo mœnibus ampliatis, nomen accepiſſe quod nunc habet. Huius meminit Plinius lib. 4. cap. 4. Ouid. lib. 6.

Meſſenaq́ ferax, Patræq́, humilesq́ Cleonæ.

De Patris ſcribit etiam Thucydides lib. 1. Patrianus. a. um. quod pertinet ad Patras.

Patroclus, Menœtij fuit filius & Steneles, qui occiſo per ludum Aſtragolorum Cleſonymo, ſeu ut alijs placet, Aeane Amphidamantis filio ſolum uertens, Phthiam uenit, ubi à Peleo propter generis propinquitatem ſuſceptus eſt, & unà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctiſſima amicitia iunctus uixit. Poſtea etiã cum Achille ad expeditionẽ Troianam profectus eſt, ubi armis Achillis indutus cum Hectore pugnans, ab eodem cõfoſſus occubuit. Vide ſuprà in Achille.

Paulus, (παῦλος) Latina lingua modicus interpretatur, Græca quietus. Vel dictus eſt Paulus à primo ſpolio, quod contulit eccleſiæ, à Paulo uidelicet Sergio procõſule, quem apud Cyprum conuertit ad fidem.

Pauſilypum, (παυσίλυπον) locus ab amœnitate dictus. uilla eſt Campaniæ, haud procul à Neapoli. In ea Cæſaris piſcinis à Pollione Vedio coniectus piſcis, quem Seneca ſexageſimũ poſt annum expiraſſe ſcribit.

P ANTE E.

Pegaſæ. πηγασαί. Theſſaliæ oppidũ, quod poſtea Demetrias, (δημητριὰς) dictũ eſt. Propter quod nauis longa Argonautarũ Pegaſæa nuncupatur, quòd Iaſon, qui eam ædificauit, fuit filius Aeſonis, fratris Peliæ, regis Theſſaliæ. Ouid.

Iamq́ fretum Minyæ Pegaſæa puppe ſecabãt.

Hinc Pegaſicus ſinus, in Theſſalia eſt appellatus. Sunt qui rectius Pagaſa dici putent, & Pagaſæus. Vide ſuprà. ſed à Pegaſo equo, Pegaſides Muſæ, pen. cor. ut Ouid. docet.

Pegaſides, (πηγασίδες) pen. co. Muſæ dictæ ſunt, à fonte qui πηγὴ dicitur, quẽ Pegaſus ictu ungulæ fingitur aperuiſſe. Ouid.

At mihi Pegaſides blãdiſſima carmina dictãt.

Itẽ Pegaſides Nymphæ, quæ & Naiades. Idẽ.

Pegaſis Oenone Phrygijs celeberrima ſyluis.

Pegaſus. πήγασος. pen. cor. equus alatus. ἀπὸ τῆς πηγῆς. id eſt à fonte, quòd iuxta Pegas. id eſt fontes Oceani natus ſit, ubi Gorgones habitabant. Hunc Hyginius, & alij complures Neptuni & Meduſæ filium dixere, qui in cœlum euolauit, ibiq́ inter ſydera conſtitutus eſt, Arcticum circulum ſpectans, pedibus æſtiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens & aquarij manum dextrã ceruici ſuæ adiungens. Alij ex Meduſæ ſanguine, quam Perſeus interemit, natum aſtruũt. Hic uolauit in Helicona, ubi ſaxum ungula feriens, fontem aperuit, & ex eo Hippocrene. id eſt fons equinus, eſt appellatus. Hoc equo uſus eſt Bellerophontes, in expeditione contra Chimæram. Vulgatum eſt, & caballinũ fontem in Helicone erupiſſe, cum ſubiectam ibi tellurem feriret ungula. Cuius rei fabulam Ouidius lib. 4. Metamorph. & Lucan. lib. 11. ſcripſerunt. Hinc Pegaſæus. a. um. πηγασαῖος. Perſius, Pegaſæum melos, aut potius Pegaſeium quatuor ſyllabis. Pegaſæus, etiam dicebatur inſtrumentũ in domibus, ſuper quo tanquam iumento, ueſtes & ſimilia tenerentur ſuſpenſa, à Pegaſo poetico, traductione nominis excogitata.

Pelaſgia. πελασγία. regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, uerſus Achaiam, olim Theſſalia dicta, inter duo maria Aegæum & Ionium, platani folio ſimilis: excurrit propter anguloſos receſſus. Plin. libro 4. cap. 4. A qua Pelaſgi populi, quaſi pelargi. id eſt ciconiæ, quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt. Vnde Pelaſgi, à Pelaſgo Iouis filio. Plin. lib. 5. cap. 31.

Pelaſgis, (πελασγὶς) regio eſt Achaiæ, undiq́ à mari remota, quæ prius Drymodis dicebatur. Inde Pelaſgus. ga. gum. πελασγός. Eſt & Pelaſgus lauri genus, quod & Daphnoides, & Eualte ab alijs dicitur. Plin. lib. 4. cap. 6. Dicta quoque eſt Pelaſgis, Arcadia, ut annotat Herm. in Plin.

Pelethronij, (πελεθρόνιοι) dicti ſunt Lapithæ, à loco, qui ſubiectus eſt Pelio monti, ab eo quod medicamẽtorum magna uis ibi naſcatur, quæ Græci Gloſſematici φόρα uocant. Vergilius,

Frena

» Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere.

Pelethronium, oppidum Theſſaliæ, ubi primum domandorum equorum inuentus uſus eſt.

Pelethronius, nomen eius, qui primus (ut ſcribit Plinius) frenos & ſtrata equorum inuenit.

Peleus, Aeaci et Aeginæ filius, qui ex Thetide genuit Achillē, qui Pelides dicitur. Ouid. epiſt. 8.

» Pelides utinam uitaſſet Apollinis arcus

Ouid. lib. 11. Metam. Stat. lib. 2. Sylua.

» Semifer Aemonium uincebat Pelea Chiron.

Pelias. iadis, (πηλιὰς) Achillis haſta, quā nemo præter Achillem uibrare ob magnitudinē poterat. Hanc à Pallade decorticatā & politam, à Vulcano cuſpidatam fuiſſe ferunt. Ouid.

» Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus.

Pelias, filius Neptuni ex Tyro nympha, Salmonei regis Salminiæ filia, patruus Iaſonis, qui à proprijs filiabus Medeæ opera interfectus eſt.

Pelides, (πηλείδης.) Achilles dictus eſt, à Peleo patre. Vide Peleus.

Peligni, (πηλιγνοὶ) populi Marſis finitimi, quorū metropolis eſt Sulmo. Pelignum enim eſt urbs, ex qua Ouid. duxit originē, ſicut ipſe teſtatur, Pelignæ gētis gloria dicar ego. Ibi peſſima naſcuntur uina. Inde Pelignus. a. um. Martialis,

» Marſica Peligni mittunt turbata coloni,

» Non tu, libertus ſed bibat illa tuus.

Pelion, (πήλιον) mons Theſſaliæ, ab Orientali parte. De hoc etiam nonnulla ſcribit Herodotus lib. 7. Huius meminit Lucanus lib. 6. & Ouid. 5. Faſt.

» Pelion Hæmoniæ mōs eſt obuerſus in Auſtros:

» Summa uirent pinu: cætera quercus habet.

Pella, ciuitas eſt Macedoniæ, ut ſcribit Liu. & in littore maris Aegæi, ut oſtendit Hero. li. 7. Eā Pomp. Mela ſcribit illuſtratam maximè alumnis Philippo & Alexandro eius filio. Nam in ea Alexander natus dicitur, ut eſt teſtis Iuuen.

» Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

Pellæa gula apud Martialem pro delicijs Macedonicis libro 13.

Princeps Niliacis rapis Coracine macellis,
Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ.

Pelopea, filia fuit Thyeſtis, ex qua ipſe Thyeſtes pater Aegiſthum ſuſtulit. Vide ſuprà Aegiſthus, item Atreus.

Pelopeius. a. um. (πελοπήϊ@) nomen poſſeſſ. Vnde fabula de Pelope ſcripta, Pelopeia dicta eſt.

Peloponneſus, (πελοπόννησ@) regio Achaiæ, à Pelope Hippodamiæ uiro dicta, & Tantali regis Phrygum filio, quaſi Pelopis inſula: quoniam peninſula eſt haud ulli terræ nobilitate poſtferenda inter duo maria Aegæum & Ionium, platani folio ſimilis teſte Plin. lib. 4. qui ſuperato Oenomao Hippodamiæ patre in certamine, totum illud regnum in dotem accepit, & ex Phrygia ſecū in eam regionem duxit populum. Hæc Apia antè appellata, & Pelaſgia peninſula, uocata eſt. In Peloponneſo ſunt, Argos, Mycenæ, Corinthus, Lacedæmon, Patræ, Malea promontorium, Epidaurus: regiones Arcadia, Sicyonia.

Pelops, (πέλοψ) Tantali filius Phrygum regis & Tagyete, cuius pater ut diuinitatem experiretur, eum dijs, quaſi carnem aliam epulandam appoſuit, à cuius eſu cum Dij abſtinuiſſent, ſola Ceres humerum pueri depaſta eſt. Quapropter Dij reuocato ad uitam Pelopi eburneum humerum addiderunt. Cætera uide in Oenomao, Myrtilo & Hippodamia. Hinc Pelopidæ. πελοπίδαι. dicti, qui à Pelope originem duxerunt. Ouid. in Epiſt.

Tantalidæ Pelopis Tyndareiq; genus.

Pelorus, (πέλωρ@) pen. prod. promontorium Siciliæ. Secundum Salluſtium Italiam uerſus, à Peloro gubernatore nauis Annibalis ibi ſepulto, qui per regis ignorantiam fuerat occiſus, cum ſe eius dolo crederet eſſe deceptum, ueniens de Petilia, quanquam legimus etiam antè Pelorum dictum. Hæc Seruius enarrans illud Vergilij 3. Aeneid.

Aſt ubi digreſſum Siculum te admouerit oræ
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.

Peluſiotæ, πηλουσιῶται. populi Peluſiū habitātes.

Peluſium. πηλούσιον. unum ex oſtijs Nili uerſus Aſiam & Arabiam, quā ab Aegypto ſeparat. & ciuitas in quadam Aegypti parte, quæ Auguſtanica eſt appellata, prope Thebaidē. Hāc urbem condidit Peleus Achillis pater, monitu Deorū poſt luſtrationem. eo enim tempore Peleus furijs agitabatur, quia fratrē Focum interemerat, & purgari quærebat. Hinc fit Peluſius. a. um. & Peluſiacus. a. um. πηλουσιακός. penult. cor. Martialis,

Accipe Niliacam Peluſia munera gentem.

Iuxta Peluſium eſt optima lens. Verg. 1. Geor.

» Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Penelope. πηνελόπη. Icari filia, & Vlyſſis uxor ex qua Telemachum ſuſcepit. Ferunt hanc fuiſſe caſtitatis adeò incorruptæ, ut abſente per uiginti annos marito Vlyſſe, nullis procorum blanditijs, nullis pollicitationibus ad uiolandam, quam marito promiſerat fidem, induci potuerit. Quum autem acrius inſtarent amatores, eos hac conditione eludebat, ut tum ſe promitteret nupturam, ubi telum quod habebat in manibus, abſoluiſſet. Quam conditionem poſteaquam illi accepiſſent, mulier aſtuta, quod interdiu texuiſſet, noctu retexebat, donec re à procis comperta, à tela prohibita eſt. Sed quum Vlyſſes rediſſet, occiſis procis uxorem ſuam ſibi rurſus copulauit. Ouid. in Epiſt.

» Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes.

Dicta aũt eſt ab auibus, quæ penelopes dicuntur, ſiue meleagrides. de quibus uide Plin. libro 37. cap. 2. Nomen ſing. eſt penelops. Penelope prius Arnea uocabatur, quaſi abiecta, repudiatáq;. Etenim in mare proiectũ ab Icareo, Peribœaq; parentibus, ferũt educauiſſe penelopes.

Peneus, (πηνειὸς) fluuius in Theſſalia, inter Oſſam & Olympum decurrens, collibus dextra leuaq; molliter curuis. De quo uide Plin. lib. 4. cap. 8. In eius ripa poëtæ fabulantur Daphnem in laurum fuiſſe conuerſam, quæ propterea uocatur Peneia, & Peneis. idos. quaſi filia Penei.

Pentapolis, (πεντάπολις) pen. cor. regio inter Palæſtinam, & Arabiam à quinq; ciuitatibus ſic appellata, ubi Sodomũ, & Gomorrhum oppida. Hanc regionem, Solin. ſcribit, de cœlo eſſe tactam: humus nigra, & cinere ſoluta. Eſt & regio ſic dicta quæ aliàs Cyrenaica uocatur.

Pentheſilea, ſic dicta quaſi omnia ſubiens, Amazonum regina fuit, teſte Iuſtino lib. 2.

Pentheus, (πενθεὺς) teſte Ouidio in Metamorph. filius Echionis, ex Agaue coniuge, filia Cadmi: qui cum Liberi patris ſacra aſpernaretur, ira numinis, matre & ſorore in furorem uerſis, laceratus eſt.

Perga, (πέργη.) oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, περγαία. dicta eſt, propter templum illi dicatum.

Pergama, Pergamorũ. (πέργαμα.) arces Troianæ, quæ quoniã altiſſimæ erãt, omnia alta ædificia pergama ſunt appellata. authore Seruio.

Pergamum, ſiue Pergamus, (πέργαμος) ciuitas Aſiæ inſignis, quæ diu ſub Attalicis regibus fortunata fuit, & poſtea Romanorum prouincia facta eſt. Cuius meminit D. Iohan. in Apoca. Apud quam chartæ uſus inuentus eſt, quæ nũc quoq; uulgo pergamena. περγαμηνὴ. dicitur, ab Attalo, ut Aelian. uel ab Eumene, ut Plin. ait. Eſt & Pergamum, (πέργαμον) Idæ promontorium.

Perrhebe, urbs eſt Theſſaliæ, & Perrhebi. περραιβοὶ. gens Epirotica, qui Lapitharum potentia fracti, profugerunt in loca montana, uicina Pindo, Theſſaliæ monti.

Periander, (περίανδρος) Corinthiorũ rex, unus è ſeptẽ ſapientibus, Cypſelo patri in regno ſucceſſit, regnauit annos quadraginta.

Peribœa, filia fuit Eurymedontis, ex qua Neptunus Nauſithoum genuit Alcinoi patrem.

Pericles (περικλῆς) nomen uiri clariſſimi Athenienſis, qui Rempub. quadraginta annis gubernauit, ex περὶ & κλέος gloria.

Periclymenes, (περικλύμενος) Nelei fuit filius, & frater Neſtoris & Chromij, teſte Hom. lib. 11. Odyſſ. cui à Neptuno auo cõceſſum, ut poſſet in quas uellet ſe transformare figuras, ſiue in urſum, ſiue formicam, ſiue apem, ut Apollonius & Heſiodus poëtæ teſtantur. Ouid. Mira Periclymeni mors eſt, cui poſſe figuras Sumere quas uellet, rurſusq; reponere ſumptas.

Perillus, (πέριλλος) Athenienſis faber ingenio præſtãs, qui ut placeret Phalaridi, uenit Agrigentum, & ex ære taurum artificioſiſſimum fabricauit, cui ianuam in latere poſuit: ut quũ incluſus reus ſubiectis ignibus torqueretur, mugitum, & non hominis uocem uideretur emittere: pro quo inuento, cum munus à crudeliſſimo tyranno Phalaride, qui nouis hominum tormentis delectabatur, poſtulaſſet in eo ipſe ut eam pœnam primus experiretur, includi à tyrãno iuſſus, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus eſt. Plin. lib. 34. cap. 8. Ouid. lib. 1. de Arte,

» Et Phalaris Tauro uiolentus membra Perilli
» Torruit, infœlix imbuit autor opus.

Ab eo fit Perillæus.

Perinthus, (πέρινθος) clara urbs Thraciæ in Propontide, olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea, ab Heraclio principe Conſtantio

ſtantinopolitano. Inde Perinthus.a.um. περίνθιος.ut Perinthia Menandri.Teren.Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Peripatetici, (περιπατητικοὶ) philoſophi erant Athenis,de quibus uide in Ariſtoteles,Lyceũ, & Academia.

Permeſſus (πέρμησσος) fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens,per Bœotiam in Copaidem lacum fluens,Phœbo & Muſis ſacer. Vergil. in Sileno: Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permeſſis.ſidis.uel.meſſidos.

Perſephone,(περσεφόνη) pen.cor.dicta eſt Proſerpina,& ſignificat uirtutem ſeminum,quam olim raptam ab Orco dicunt.Quia (ut inquit Auguſtinus) defuit terræ fœcunditas. Ouid. 4.Faſtorum, At neq; Perſephone digna eſt prædone marito.

Perſepolis,urbs Perſidis à Perſeo condita,ut eſt apud Strabonem lib.15. quam poſtea Alexander ebrius demoliri iuſſit.

Perſeus.ei.& Perſes.is.uel Perſi. (περσεύς) ſicut Achilles.is.uel li. uel Achilleus. ei. eſt nomen proprium uiri, de quo multa præclara geſta narrantur. Filius fuit Iouis & Danaës, Acriſij Argiuorum regis filiæ, quem auus cum matre expoſuit (ut ſuperius auditũ eſt) ſed inuenti à piſcatore ad Pilumnũ regem delati ſunt, qui Danaën uxorem duxit,Perſeum uerò Phi lodectæ Magnetis filio Seriphæ inſulæ regi educandum tradidit. Adultus igitur Perſeus expeditionem ſumpſit aduerſus Gorgones,Medusam interfecit,cuius caput ſecum accipiens Atlantem in ſaxum uertit, eo quod hoſpitium ei denegaſſet. Deinde Andromedam marino monſtro expoſitam liberauit. Bellum quoque geſſit contra Phineum, qui Andromedam ſibi prius deſponſatam ui auferre uoluit, in quo multos occidit,multos in ſaxa uertit. Prœtum quoq; & Acriſium auum in ſaxa transformauit. Poſtea bellum in Perſas ſuſcepiſſe traditur, & in eodem Liberum patrem aduerſus ipſum conſiſtentem interfeciſſe,mox ſubactam nationem de ſe nominaſſe,ibiq; Perſepolim urbem cõdidiſſe.Poſtremo in cœlum ſublatus eſt cum Andromeda uxore,& inter aſtra collocatus. Inde Perſæus.a.um.

Perſia. æ. ſeu Perſis. idis. περσὶς. & Perſida.æ. Orientalis regio, à Perſe ſeu à Perſeo rege ſic dicta,ut autor eſt Curt.cuius populi Perſæ dicti ſunt.Luxu & delicijs corruptiſſimi.De quorum moribus multa collegit Rauiſius in opere Epithetorum. Hæc regio (ſicut Ptol.ſcribit lib.5.) à Septentrione Medis terminatur,ab Occaſu Suſiana, ab ortu Solis duabus Carmanijs,à Meridie parte ſinus Perſici.Eius oppida ſunt Axim,Perſepolis,Dioſpolis.Ibi primum inuenta eſt ars magica. Ad eam Nembroth gigas poſt confuſionem linguarũ abijt, Perſasq; ignem colere docuit.

Peruſia, (περουσία) oppidum eſt Hetruriæ Ptol. lib.3.ca.10.uulgò Perugia Pewuſe,ab Achæis cõditum,in quo M. Antonius ab Auguſto obſeſſus,quũ extrema fame laboraret,annonæ penuria coactus eſt deditionem facere. À qua Peruſinus.a.um.περουσινὸς.Lucan.lib.11.
His Cæſar Peruſina Mutinæq; labores
Accedant fatis,&c.

Peſſinus,(πεσσινοῦς) Peſſinuntis, emporiũ Phrygiæ,habens templum maximũ (ut inquit Strabo lib.12.) magnæ uenerationis matris deûm, quam Angidiſtam uocant. Hic locus magnificè ab Attalicis regibus ſtructus eſt, & templo, & porticibus ex albo lapide, Romani celebre reddiderunt,accerſita inde deæ ſtatua,& Peſſinuntia appellata. Peſſinuntem Dindymenam & Cybelem uocant,ait Ptolemæus libro quinto,capite 4.Ibi Gordius nodus eſt ab Alexandro reſciſſus.

Petilia,(πετηλία)urbs metropolis Lucanorum, à Philoctete condita,ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι. id eſt uolare,quia ex augurato locum delegit. Vergilius 3.Aeneidos,
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Petra,Siciliæ oppidum prope Hyblam.Petræ Sirenum,urbs Lucaniæ.De qua Plin. lib.3.cap. 4.Surrentum cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam ſedes.De eo Verg.5.Aen.
Iamq; adeo ſcopulos Sirenũ aduecta ſubibat
Difficiles quondã,multorumq; oſſibus albos.
Vbi multa de Sirenibus Seruius.

Petronia,(πετρωνία) nomen uxoris Vitellij, de qua apud Suetonium. Eſt & fluuij nomen in Tyberim defluentis.

Petronius, (πετρώνιος) Aegypti præfectus, ab Auguſto miſſus,Cornelio Gallo ſucceſſit, ad-

uerſus Aethiopes bellum geſſit quibus regina Candace imperitabat. Fuerũt & alij eiuſdem nominis multi.

Peuce, inſula Borealis in Iſtro, à qua uni ex Danubij oſtijs nomen datum: ut Plin. docet lib. 4.

Phabiranum, Ptol. lib. 2. Germ. urbs, uulgò Bremen.

P ANTE H.

Phaeaces, (φαίακες) populi fuerunt Corcyrae, ſub ditione Alcinoi. Vnde & Corcyra Phaeacia dicta eſt, quae in littore maris Ionij eſt. Scribitur cum ae diphthongo. Hinc Phaeacius. a. um. (φαιάκιος) & Phaeacus. ca. cum. una ſyllaba minus. Propert. lib. 3.

» Nec mea Phaeacas aequant pomaria ſyluas.

Phaeacum, ciuitas in planitie eſt, quae ab utraque parte habet duos editiſſimos uertices, in quibus adhuc ſunt arces.

Phaedra, fuit regis Minois ex Paſiphaë coniuge filia, & uxor Theſei, filij Aegei regis Athenarum, qui eam ſe ſecutam relicta Ariadne uxorem ſibi copulauit, atq; ex ea Demophoontem & Antigonum ſuſcepit, haec priuignum ſuum Hyppolytum falſo detulit apud patrem, quaſi de ſtupro eam appellauerit, cum ſcelerata mulier illum oraret concubitum, exorare tamen non poſſet. Vide ſuprà Hippolytus.

Phaedrus, (φαῖδρος) nomen uiri proprium, quo ſignificatur clarus, alacer. Itẽ φαιδρὸς pulcher.

Phaeniana, apud Ptol. lib. 2. cap. 12. Rhetiae urbs, alio nomine Phebiana caſtra: uulgò hodie Bebenhuſium.

Phaeſtum, (φαιςός) urbs in Creta.

Phaeſtus, (φαιςὸς) mons Cretae, ſiue promontoriũ circa Cortynã urbem, ac foeminino genere ciuitatis in eo loco nomẽ, ut oſtendit Strab. li. 10.

Phaëthon, (φαέθων) dictio triſyllaba. Nam aë diuiſas ſyllabas habet, & aſpiratur. Dictus ἀπὸ τ φαίνειν filius fuit Solis & Clymenes, qui cũ doleret obiectum ſibi ab Epapho Aegypti rege, quòd eſſet de Sole ſed adulterio procreatus: duce matre uenit ad Solem, & popoſcit, ut ſi uerè eius eſſet filius, petenda praeſtaret, quod cum Sol iuraſſet per Stygiam paludem, ſe eſſe facturum, petit ille ut eius currus agitaret. Sol igitur cum iuſiurandum negare non poſſet, filium à propoſito dehortari conatus eſt, ſed cũ illum obtinere non poſſet, filio currũ tradidit. Qui cum uiam ſolis exceſſiſſet, totũ orbem incendit, quare Iupiter iratus Phaëthontem fulmine in Eridanum deturbauit. Ouid. lib. 2.

» Hic ſitus eſt Phaëthon currus auriga paterni

» Quẽ ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

Phaëthontiades, Clymenes & Solis filiae dicuntur, quae dum extinctum fratrem, de quo iam diximus, flerent, conuerſae ſunt in alnos arbores, ut ait Vergil. 6. Ecloga: ut uerò in 10. Aeneidos ait, in populos.

Phaëthuſa, (φαέθουσα) Vide Lampetia.

Phago, uir adeò guloſus fuit & uorax, ut adhibitus menſae Aureliani, aprum integrum, centum panes, ueruecem & porcellum uno die comederit, biberitq; orcam uini. Author Flauius Vopiſcus.

Phalantus Lacon quidã fuit, de quo refert Seruius lib. 3. Aeneidos, Cum olim Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractauerunt, & cum utraq; pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, praeceperũt ut uirgines cum quibuſcunq; concumberent: factũq; eſt, ut poſt ſedata bella iuuentus incertis parentibus nata, & patriae & ſibi eſſet opprobrio, nam Partheniatae dicebantur: accepto duce Phalanto octauo ab Hercule profecti ſunt, delatiq; ad breue oppidũ Calabriae, quod Tharas Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & priſco nomine Tarentum appellauerunt. Haec ille. Horatius lib. 2. Carminum.

Et regnata petam Laconi rura Phalãto, &c.

Hinc Phalantaeus. a. um.

Phalaris, (φάλαρις) nomen proprium Agrigentinorum in Sicilia regis crudeliſſimi, cuius extant Epiſtolae, qui ob ſaeuitiã à ſuis, tauro quo alios prius ſuffocauerat, incluſus & crematus eſt. Ouid. in Ibin.

Vtq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta,
More bouis Phario clauſus in aere gemas.

De hoc diximus in dictione Perillus.

Phaleriũ, (φαλέριον) urbs Tyrrhenae Hetruriae: Inde Phalerius. a. um. Steph. Vide Phaliſci.

Phalera. φάληρος. portus eſt Athenis celeber, à quo Demetrius Phalereus cognominatus eſt.

Phaliſci, (φαλίσκοι) populi Hetruriae, quorum oppidum Phalerij uocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliſcos uocari, quos nunc corruptè Montem flaſconem appellant.

Phanaeus, Vide Phaneus.

Phanetij, (φανήσιοι) populi in inſulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solin. ait) habẽt aures adeò effuſas, ut reliqua uiſcera contegant illis.

Phaneta, (φάνητα) ſol dicitur, quia quotidie renouat ſeſe. ἐπειδὴ φαίνεται νέος. id eſt, quoniam apparet nouus.

Phaneus, mons eſt in Chio inſula ferax optimi uini: à rege eiuſdem nominis ſic dictus. Verg. 2. Georg.

» Tmolus aſſurgit, quibus & rex ipſe Phaneus.

Phao, fuit pulcherrimus hominum, quem inter lactucas Venus occultauit, à qua ferunt ei oblatum alabaſtrum unguenti, quo cum ſe obleuiſſet, factus eſt omnium formoſiſſimus, & propterea adamatus à Mitylenæorum mulieribus, maximè à Sappho Poëtria Scamandronimæ filia.

Phariſæus, (φαρισαῖος) nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erant enim apud Iudæos tres ſectæ, Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſæorum. Dicitur autem Phariſæus, quaſi ſeparatus, ab Hebræo Pharas, quod eſt diuidere. Inde Phariſæorũ ſecta dicta eſt apud Iudæos, quòd qui eam colerent, ab alijs ſeparati eſſent, & à publicanis ſecreti.

Pharos, (φάρος) olim inſula Aegypti oblonga, paruáq́; contra Nili oſtia nunc cõtinenti coniuncta, quæ portum Alexandriæ efficiebat: authoribus Mela. lib. 2. & Plin. lib. 2. cap. 85. Sic appellata à nauclero Menelai ibi ſepulto, cũ fuiſſet ibi ab aſpide interemptus. Lucan. lib. 10.

» Pharos inſula quondã In medio ſtetit illa mari. In ea ut dicit Strabo lib. 17. Turris ingens in petra poſita, quæ mari circumluitur, albo lapide, ob ſalutem nauigãtium, quæ nomen ab inſula accepit. Ab hac ait Solin. Pharos uocari omnes machinas in portubus ad prælucendi miniſteriũ fabricatas, quoniam ex hac Pharo Alexandrinæ dirigebantur naues, nocturnis facibus accenſis. Papinius,

» Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ. Hinc Pharius. ria. rium. φάριος. & Phariacus. a. um. ut ſiſtra Phariaca.

Pharſalici, (φαρσαλικὰ) campi Theſſaliæ, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ, à Pharſalo oppido appellati, quod ſitum eſt in ripa fluminis Oenipei, à quo Pharſali dicti. Sunt qui Pharſaliam prouinciam dicant, à Pharſalo duce, quæ primo Aemathia, ab Aematio, poſtea Theſſalia, à Theſſalo, deinde à Macedone, Macedonia, poſtremò à Philippo rege, Campi Philippici.

Pharſalos, ſeu Pharſalum, Theſſaliæ oppidum, in ripa Enipei fluminis ſitum, de quo Lucanus libro 6.

» Emathis æquorei regnũ Pharſalos Achillis.

Pharuſij, (φαρούσιοι) Pharuſi Plinio lib. 5. cap. 8. & Pomponio libro 1. populi ſunt Africæ ultra Mauritaniam, quondam Perſæ: comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis.

Phaſelis, Pamphyliæ urbs in monte ſita, piratarũ olim perfugiũ, de qua Cic. in Verr. Act. 6.

Phaſis. is. uel. idis. (φάσις) Colchorum prægrandis fluuius ex Armeno monte oriens in Euxinum mare labitur. Luca. lib. 3.

» Colchorum qui rura facit ditiſsima Phaſis.

Ex hoc fluuio ab Argonauis ad nos phaſiani, aues notæ, afferũtur, de quibus Colum. lib. 8.

Phemonoë, Sibyllæ nomen, de qua Pauſanias dicit quòd Apollinis Delphici uates prima fuiſſe dicatur, carmenq́; Heroicum inueniſſe. Sta. lib. 2. Syl. Refereiq́; arcana pudicos Phemonoë fontes. Eſt & Phœbados cuiuſdam nomen apud Lucanum lib. 5. Phemonoën errare uagam curiſq́; uagãtem. Sunt qui Phœbi filiam dicant fuiſſe.

Pheneum, (φένεα Steph.) oppidũ in Arcadia, ubi naſcitur illa herba cõtra omnia ueneficia præſens remedium, quã Hom. à Dijs moly uocari putat. Plin. lib. 4. cap. 6. & lib. 25. cap. 4.

Pheneus, (φενεὸς) amnis in Alpheum defluens: cuius aqua nocturno tempore pernitioſa, diurno tempore ſalutaris eſt.

Pheræ, (φεραὶ) ut ait Strabo, Pelaſgicorũ camporum terminus ad Magneſiam, qui uſque ad Pelium montẽ porriguntur. Emporium Pheræ habent Pagaſus, quo ex loco Pelias Iaſonẽ ac nauem Argo emiſit. Vnde Pagaſæus & Pheræus, (φεραῖος) appellatur. Fuit tamen alius Iaſon Pheræus tyrannus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit Cic. lib. 1. Offic. cum dixit, Pheræum Iaſonem cæteris anteponunt.

Pherecydes, (φερεκύδης) pen. prod. philoſophus, & poëta tragicus, ex Syro inſula, perijt phthiriaſi. id eſt pediculari morbo. de quo Serenus,

» Sed quis nõ paueat Pherecydis fata tragœdi,

Qui

» Qui nimio ſudore fluent animalia terra
» Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt?
Hic etiamſi nullum magiſtrū habuerit, tamen per ſe multum eruditionis eſt cōſecutus, ut author eſt Suidas. Fuit item alius, Athenienſis & Philoſophus, qui ab Orpheo multa didicit, ſcripſitq; Theogoniā libris decem: item libellum De rerum principio. Pherecydem alium Lerium genere, hiſtoricum ſcripſit Suidas.

Pherenice, (φερενίκη) Vide Berenice.

Phidias, (φειδίας) ſtatuarius clariſſimus, artifex à Plinio dictus eſt nunquam ſatis laudatus. Mart. » lib. 6. Quis te Phidiaco formatā Iulia cœlo,
» Aut quis Palladiæ non putet artis opus? &c.

Philadelphia, nomen ciuitatis in Myſia, regione Aſiæ, proxima Lydiæ, quam Strabo lib. 12. circa finem ait terræmotibus uexari.

Philadelphus (φιλάδελφος) nomen regis Aegypti, qui bibliothecam fecit Alexandriæ ferè 50000. librorū continentem. Item libros Moyſi curauit per 70. interpretes ex Hebræo in Græcum ſermonem uerti.

Philæ, Philarum inſula aſpera, & undiq; prærupta: adiacens Aegypto, duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni libro 17. infrà Meroēn ſunt, ad quas ipſe Strabo ſe ex Syene plauſtro per plana aliquando uectum ſcribit. Meminit & Lucan. lib. 10.
Rurſus multifidas reuocat piger alueus undas. Qua dirimunt Arabū populis Aegyptia rura, Regni clauſtra Philæ.

Philæni. φιλαινοι. duo fratres fuerunt Carthaginenſes, qui pro ampliatione ſuæ Reip. ſe uiuos ſepeliri ſuſtinuerunt. Vide Soli. cap. 40.

Philammon, filius fuit Apollinis ex Chione nympha, clariſſimus carmine & Cithara, uide ſuprà, Chione. Ouid. lib. 11.
Naſcitur è Phœbo (nanq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaq; Philāmon.

Phileſius, cognomen Apollinis. Græci enim φιλήσιον amabilem dicunt, quia lumen ſolis exoriens, amabili ueneratione oculorum conſalutamus.

Philetas, Poēta fuit elegiographus ex Inſula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemei Philadelphi. Suis carminibus celebrauit Battiden puellam, quam adamauit. Fuiſſe fertur corpore adeò tenui, ut neceſſe fuerit ei plumbū adhibere, ne uentorū flatu raperetur. Politianus.
Nec Cous ad hæc non ſacra Philetas,
Quanquam eſt æger, adeſt, quāquam ueſtigia lento Fulta grauat plumbo, &c.

Phileum, ciuitas Germaniæ, in regione, quæ hodie Friſia uocatur: uulgò Grueningen.

Philippi, (φίλιπποι) ciuitas Thraciæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus Macedonū rex ædificauit, & à nomine ſuo Philippos nominauit. Iuxta hanc ſunt campi Philippici, in quibus Cæſar & Pompeius primò, deinde Auguſtus & Caſſius pugnauerunt. Ver. Georg. 1.
Ergò inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidere Philippi.

Philippus. (φίλιππος) nomen uiri proprium, & Latinè equorum amator, bellicoſus dicitur. Quo nomine dictus eſt Alexandri Magni pater. Alius fuit Romanorum imperator, qui primus ex Roma. imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

Philippus, Demetrij filius, rex Macedoniæ à T. Quintio Flaminio uictus. Is, authore Liuio, quū uideret Annibalem feliciter in Italia res gerētem, legatos ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu à Marco Val. Flacco præfecto claſſis, intercepti cum literis, miſſiq; ad ſenatū: ſtatim Leuinus COS. cōtra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ, incautum, ſemiq; ſopitum nocte intempeſta adoritur. Ille in Macedoniā cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis prius, ne hoſtis potiretur ſuis nauibus. Vide Liuium lib. 1. de bello Macedonico.

Philippicus. ca. cum. (φιλιππικὸς) quod eſt à ciuitate Philippis, ut campi Philippici.

Phillyra, mater Chironis Cētauri, à qua Chiron Phillyrides dictus, authore Seruio.

Philoctetes. ctetis. uel ctetæ. (φιλοκτήτης) penult. prod. quaſi poſſeſſor amoris: Pæantis filius & comes Herculis, cui idem moriens in Oeta monte mandauit, ne cui corporis ſui reliquias indicaret, idq; iurare eum adegit, deditq; pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle inctinctas. Adueniēte uero tempore, cum Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad euertendā Troiam ſagittis Herculis opus eſſe, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, ne-

gauit ſe primò aliquid de Hercule ſcire, tandẽ uero mortuum eſſe confeſſus eſt, & cum grauiter ad indicandum ſepulchrum cogeretur, ne iuſiurandũ uiolaret, ictu pedis locum oſtendit, cumq́ ad bellum Troianum deduceretur, quia ipſe ſolus Lernæis ſagittis uti poterat, unius ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum monſtrauerat, uulnere penè immedicabili affectus eſt. Tandem cum uulneris fœtor à Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt, ſed occiſo Achille Vlyſſes in Lemnum regreſſus, illas retulit comitante domino, ut inquit Ouidius libro 13. Metamorph. Deuicta autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam uenit, ibiq́ Petiliam cõdidit. Verg. 3. Aeneid.

» Hic illa ducis Melibœi
» Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, &c.

Tandẽ opera Machaonis medici ſanatus eſt, Propertio teſte, qui inquit,

Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon.

Vide Pæantiades.

Philolaus. φιλόλαος. nomen uiri proprium, & Latinè amor populi dicitur. Quo nomine dictus eſt Pythagoricus quidam philoſophus, & Corinthius quidam, qui leges Thebanis dedit.

Philomela, (φιλομήλη) nomen mulieris, Pandionis filiæ, Athenienſis regis, & ſororis Prognes. Quæ cum à Tereo compreſſa fuiſſet, tandem (ut eſt in fabulis) deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit, quæ Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam, quam paſſa eſt. Et interpretatur amabilis: de qua Ouid. lib. 7. Metam.

Vt ſimul impoſita eſt pictæ Philomela carinæ.

Philoxenus. φιλόξενος. philoſophus qui gruis collum ſibi exoptabat, quo diutius ciborum & poculentorum ſapore oblectaretur.

Phineus, Agenoris fuit filius, ut Hellanicus ait, ut Heſiodus, Phœnicis & Caſſiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli & Atamini. Hic igitur rex Arcadiæ: uel, ut alij, Thraciæ: uel ut rurſus alij, Paphphlagoniæ, uxorem duxit Cleopatram, quam quidam Sthenobœ̃n uocant, ex qua genuit Orythum, & Crambim, ut Sophocles: ut alij Mariandynũ & Thynum, uel ut rurſus alij, Palæmonem & Phinea, quibus mortua priore coniuge Cleopatra Harpalycem, Calais & Zethæ ſororẽ, quamuis Flaccus non Harpalycem, ſed Cleopatram Boreadum ſororem appellet, nouercam ſuperinduxit, cuius ſuaſu filios ſuos ex Cleopatra ſuſceptos excæcauit. Quapropter & ipſe excæcatus à Dijs, & Harpyiæ contra eum miſſæ, quæ cibos & menſam eius turpiſſimè fœdarunt. Poſtea uero aduenientibus ad ea loca Argonautis à Calai & Zethe fratribus alatis rurſus ad Strophades inſulas fugatæ ſunt: uide ſuprà Calais. Poſtremo occiſus eſt ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet excæcatos, comperiſſetq́ eos calumnijs nouercæ eiectos fuiſſe, &c. Hinc Phinæus. a. um. apud Senecam, & Phinæius. a. um. apud Verg. 3. Aeneid. Quas dira Celæno

Harpyiæq́ colunt aliæ, Phineia poſtquam
Clauſa domus, menſasq́ metu liquere priores.

Phiſon, (φισὼν) nomen fluuij, quem noſtri Gangen uocant de Paradiſo exiens, ſignificat inundationem, qui eductus in Indiam, in pelago latè diffunditur, quod Geta nuncupatur à Græcis. Hic circuit omnem terram Heuilath, ubi eſt aurum terræ, ubi carbunculus, lapis precioſus.

Phlegethon, (φλεγέθων) fluuius infernalis, flammis æſtuantibus rapidus: à φλέγω ardeo. Vergilius lib. 6.

Mœnia lata uidet, triplici circumdata muro, Quæ rapidus flammis ambigit torrẽtibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetq́ ſonantia ſaxa. Hinc fit Phlegetonteus. a. um. & Phlegetontis. idos.

Phlegon, (φλέγων) unus ex equis Solis. ἀπὸ τοῦ φλέγω. id eſt ardeo, dictus. Vide Aethon.

Phlegræi, (φλεγραῖοι) campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Theſſaliæ ualle, ubi gigantes cum cœleſtibus pugnauere. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod eſt urere atque inflammare, quoniam terra præliorum concitatrix eſt, dum ibi gigantum bellum exarſit. Alter in Campania propè Cumas, in quo Gigantes Herculem ſuperaſſe dicuntur, de quo Plinius lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5.

Phlegyas, (φλεγύας) Martis filius, rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis & Coronidis nymphæ, quam cum ab Apolline uitiatam ſenſiſſet, confeſtim ira percitus, templum eius

Delphis

Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus, ipſum ſagittis interfecit, inſuper & ad inferos detruſit, ubi hac pœna afficitur, ut ſub ingenti ſaxo ruinam minitante ſedens, ſemper illud ca ſurum ſuſpicetur, & timeat. A quo Phlegyæ, populi ſunt inſulani Theſſaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. hi cũ ſacrilegi eſſent, deosq; & homines ſpernerẽt, ab irato Neptuno immiſſo diluuio ſubmerſi ſunt, quorum apud inferos meminit Verg. lib. 6.

» Phlegyasq; miſerrimus omnes
» Admonet, magna teſtatur uoce per umbras,
» Diſcite iuſtitiam moniti, & nõ temnere diuos.

Phocæa, (φώκαια) urbs minoris Phrygiæ, Athenienſium (ut inquit Ptolemæus) colonia. Inde profecti ſunt qui Maſsiliam apud Gallos, non procul à Rhodano condidere. Dicta Phocæa, quòd uituli marini magno numero comparuiſſent urbem condentibus. Et eſt in Caria Phocæa monti Mycalæ oppoſita. Ab hac Phocenſes. φωκαιεῖς. ut à Græcorum Phocide Phocenſes. Ab utraq; Phocaicus. a. um. Vnde muricem Phocaicum Ouidius poſuit, à Phocæa, non procul à Sardibus.

Phocees, (φωκεῖς) populi Ionum, qui primi longis nauibus uſi ſunt. Hi ob multa mala cõmuni ſenſu patriam reliquerunt, diris execrationibus ſe deuouẽtes, ſi unquam quiſquam rediret in patriam. Tandem in Galliam delati, Maſſiliam condiderunt. Vide Eraſmum in Prouerb. Phocenſium execratio.

Phocion, (φωκίων) Athenienſis uir clarus, cognomento Bonus, pauper. fuit enim ſemper pauper, cum ditiſſimus eſſe potuiſſet, propter frequentes ei delatos honores. Hic neq; ridere, neq; lachrymare ab ullo unquam eſt uiſus. Et in concione, cum quis dixiſſet, Cogitabundus uideris ô Phocion: Rectè, inquit, cõiectas. Cogito enim, ſi qua ualeo in his breuitate uti, quæ apud Athenienſes dicturus ſum. Huic cum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarenturq; ut ea acciperet (quamuis enim ipſe facile his careret, liberis tamen eius eſſent neceſſaria, quibus difficile foret in ſumma paupertate, ad paternam gloriam peruenire.) Si mei, inquit, ſimiles erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit. ſi diſſimiles, nolo meis impenſis illorum ali augeriq; luxuriam. De quibus omnibus uide Plutarchum in Phocione. Vide Cteſippus.

Phocis, (φωκίς) parua Græcorũ regio, in qua eſt oppidum Delphi, ſub Helicone monte. Fons Caſtalius, & Cephiſus amnis, & mõs Parnaſſus, in quo Apollinis templum. Hinc Phocides & Phocæi dicti ſunt, qui Maſſiliam condiderũt. Hos Varro ſcribit trilingues eſſe, quòd Græcè & Latinè & Gallicè loquantur.

Phœbas, (φοιβὰς) fatiloqua, ſacerdos Phœbi, & uates, authore Seruio, quòd Phœbi numine percita fureret & agitaretur.

Phœbus, (φοῖβος) Apollo, qui Iouis & Latonæ filius fuit, eodẽ partu cum Diana genitus, quæ & ipſa Phœbe uocitata eſt. Diuinationis & ſapientiæ Deus à poëtis exiſtimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quaſi φάβιος. à φῶς & βίος id eſt lux uitæ. Verg. lib. 1. Aeneid. Phœbeæ Lampadis inſtar, &c.

Phœmon, lacus eſt Arcadiæ, de quo Ouid. 15. Metamorph.

Eſt lacus Arcadiæ, Phœmon dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Phœnices. φοίνικες, παρὰ τὸ φονεύειν dicti ſunt, quòd ab initio cuiuſcunq; generis appulſos homines pro uictimis feriebant. Inde qui Phœnicibus proximi ſunt, uulgò Phœniſſare. φοινικίζειν. dicunt, hoc eſt cæde maculare.

Phœnicia, uel Phœnice, (φοινικία) Aſiæ regio: ſic dicta à Phœnice, Neptuni & Libyes filio, ut author eſt Stephanus. Huius regionis incolæ Phœnices dicuntur, quos ait Ioſephus inueniſſe Græcas literas. Hæc regio eſt Syriæ pars & Iudææ propinqua, & in ea ſunt Tyrus & Sydon urbes, Carmelus & Libanus montes in quibus thura leguntur.

Phœnix, (φοῖνιξ) Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœnicibus imperauit. A quo Phœnicia.

Pholoë, (φολόη) mons Arcadiæ ſyluoſus, in quo Centauri morati ſunt. Eſt etiã famulæ cuiuſdam nomen apud Verg. lib. 5.

Pholus, (φῶλος) fuit unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Hic, teſte Seruio in 8. Aeneid. Herculem ſuſcepit hoſpitio, cum ad expugnãdos Centauros pergeret, dicente Lucan.
Hoſpes & Alcidæ magni, Phole, &c.

Tandem

Tandem in nuptijs Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Verg.lib.2.Georg.

Phorbas, (φόρβας) Triopæ filius, teſte Seruio, pater Ilionei Troiani, qui fuit comes Aeneæ, cum quo in Italiam quoq; capto Ilio nauigauit. Mercurio deo eloquentiæ fauente ſemper (pugnauit.

Phorcus Latinè, Græcè Phorcin, filius fuit Neptuni & Thooſæ nymphæ, rex Corſicæ & Sardiniæ inſularũ. Hic ab Atlãte nauali prælio uictus, undaq; obrutus eſt, quẽ poſtea ſocij ſuperſtites, in marinum Deũ conuerſum dixere, eiq; diuinos honores ſecere.

» Verg. Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis, &c. Hic pater fuit Græarum & Gorgonum. unde Phorcinis. idos. Phorci filia.

Phorcys. huius. cys. φόρκυς. & Phorcyn. cynis. Neptuni filius. Huius patronymicũ eſt Phorcynis. idos. apud Lucanum libro nono.

Phoroneus, filius fuit Inachi fluuij, & Argiuorum rex, qui initio diſperſos populos in urbẽ coẽgit, appellauitq; Phoronicon, auth. Volaterra. à quo Iô Inachi filia Phoronis. idos. ab Ouidio appellatur.

Phoſphorus, (φωσφόρος) pe. co. Latinè Lucifer ſtella, ut teſtatur Cice. 2. de Nat. Deorum.

Phrygia, (φρυγία) regio minoris Aſiæ, à Phrygio amne, qui eã à Caria diuidit. Vel à Phrygia Cecropis filia, ubi Dardania, à Dardano Iouis filio. Inde à Troë, Erichthonij Dardani filio, Troia, in qua Ilion. Vel à Phrygio oppido Macedoniæ, ſiue Brygio, unde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duæ tamen feruntur Phrygiæ, maior ſcilicet & minor, quæ Epicteius dicta fuit. Hæc ab Aquilonis parte eſt Galatiæ collimitata, à meridie Mycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæq; contermina. In ea eſt Ida mõs, & Tmolus, & Pactolus fluuius.

Phrygius, (φρύγιος) fluuius, uide in dictione Phrygia. Eſt & adiectiuum, ſignificans quòd è Phrygia eſt.

Phryxus, (φρύξος) filius fuit Athamantis & Nepheles, qui unà cum ſorore Helle, quum defuncta matre Inûs nouercæ inſidias timerent, conſcenſo aurei uelleris ariete, quem antea à matre, ut quidam uolunt, ut alij, à patre acceperat, pontum ea parte qua anguſtior eſt transfretare cœpit. Sed Helle undarũ ſtrepitu in pontũ decidit, et ſubmerſa eſt, à qua deinde pars illa maris Helleſpontus dictus eſt. Phryxus uero incolumis in Colchos ad Aeëtem regem peruenit, (ut etiam docet Iuſtin. libr. 42.) ubi arietem Ioui, uel ut alijs placet, Marti immolauit, uellusq; illud aureum in tẽplo ſuſpendit, quod poſtea Iaſon Medeæ ope adiutus abſtulit. Aries uero inter ſidera locatus, priſtinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media longa. Ouid. li. 7. Metamorph. Dumq; adeunt regem, Phryxeaq; uellera poſcunt.

Phthia, ciuitas Theſſaliæ, à qua Phthius & Phthiota. Vnde Achilles Phthius dictus eſt.

Phthiotis. tidis, (φθιῶτις) dicta eſt una ex quatuor Theſſaliæ partibus, ut inquit Strab. lib. 9.

Phylace, oppidũ eſt Phthioticæ regionis Theſſaliæ, cuius quoque meminit Lucan lib. 6. In hoc Proteſilaus regnauit. unde ipſe Phylacides cõgnominatus eſt, & Laodamia eiuſdem uxor Phylaceia. Ouid. lib. 3. de Arte,

» Phylacides aberat, Laodamia tuus, &c.

Phyllira, Oceani fuit filia, ex qua Saturnus Chironẽ ſuſcepiſſe dicitur, qui à matre Phylirides et Phyllireius dicitur, geminato l. uerſus gratia. Ouidius,

» Phyllirides puerũ citharæ præfecit Achillẽ.

Phyllis, (φύλλις) nomen Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Theſei Athenarum regis filium ex Troiano bello redeuntem, tempeſtateq; ad eam actum, & hoſpitio & lecto ſuſcepit, & amauit, atq; in coniugium ſuum rogauit. Ille ait, quoniam de interitu fratris Mneſtij nuncium accepiſſet, ante ſe ordinaturum rem ſuam, & ſic ad eius nuptias reuerſurum. Profectus itaq; cum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe credebat, laqueo uitam finiuit, & conuerſa eſt in arborem amygdalum ſine folijs. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncum, qui uelut ſponſi ſentiret aduentum, folia emiſit. Vnde etiam Phylla ſunt dicta à Phyllide, quæ ante petalia dicebantur. Eſt & Phyllis. φύλλις. amnis Bithyniæ. à quo Phyllij. φύλλιοι. Phyllienſesq;. φυλλιεῖς dicuntur, ut inquit Strabo.

Picens. centis. πικεντινὸς. nomẽ gentile. ut homo

Picens, ex Piceno. Hinc Picentinus.a.um.

Picentes, populi Italici ſupra Rubiconẽ & Anconam ſiti, de quibus Strabo lib.5.

Picenum, (πικηνὸν) regio Italiæ, in qua eſt Aſculum, à pico Martio aue dicta, cuius ductu & auſpicio Sabini, cum Aſculum proficiſcerentur, in uexillo eorum picus conſederat. Nam ſicut Strabo li.5. ſcribit, conditores Picentium è Sabinorum terra profecti ſunt, à quibus orti ſunt. Picenum quondam uberrimæ multitudinis. Namq; trecenta & ſexaginta millia Picentium in fidem Romani populi uenere, ea nunc Marchia Anconitana dicitur. incipit à Troënto amne uſq; ad Iſaurum fluuiũ, qui nunc Folia dicitur, & hinc Apennino, hinc mari Supero terminatur. Habet ciuitates, Piſaurum, fanum Fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Anconam, Camerinum, Firmum & Aſculum.

Picenus, a.um. πικηνὸς. nomen poſſeſ. ut Picenus ager. πικηνὶς. pro Picena regione.

Picumnus, Deus qui in ſacris Romanis adhibebatur. Aemilius Macer in Theogonia:

» Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur.

Picus, rex Latinorum (quo tempore apud Hebræos regnabat Delbora prophetiſſa) Fauni pater, Latini regis auus, augurioru peritiſsimus, & primus hac aue uſus eſt in auſpicijs. De quo Seruius libro 7. huiuſmodi: Fabula, inquit, talis eſt, Picum amauit Pomona, dea pomorum, & eius uolentis eſt ſortita coniugium. Poſtea Circe quum eum amaret, & ſperneretur, irata eum in auem Picum maritum conuertit. nam altera eſt Pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit, & domi habuit Picum, per quem futura noſcebat, quòd põtificales indicant libri.

Pieria, (πιερία) mons, & ciuitas Bœotiæ, quam primus Pierus Lini pater ædificauit, Muſis ſacer. Hinc Pierides Muſæ, quòd in Pieria ex Ioue & Mnemoſyne natæ ſint, ut inquit Strabo. Vel à Pieria regione Macedoniæ, Acmathia antè dicta, à nemore ita appellata, cui nomen eſt Pieris. Et

Pieres, (πίερες) populi ſunt dicti, quibus extinctis, Macedones ea loca incoluere. A Pieria fit Pierius. ria.rium. πίερ@. Vnde Pierium carmen.

Pierus, (πίερ@) penul.cor. nomen patris nouem picarum. Ouidius li.5. Metamorph.

» Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.

Ei enim nouem fuere filiæ ex Euippe uxore, quæ ob nimiam ſuperbiam auſæ fuerunt Muſas ad carminum certamen prouocare, ſed ab iiſdem uictæ, in picas ſunt mutatæ, unde poſtea Muſæ earum nomen ſunt conſecutæ, Pieridesq; cognominatæ: quamuis alij à Pieria, quæ eſt Macedoniæ regio, ſic dictas uelint. Hinc Pierius.a.um. ut Pierium carmen.

Pilumnus, qui ſtercorandorum agrorum, & pinſendi frumenti uſum inuenit, Iouis (ut putant) filius, & Dauni pater. Seruius lib.9. Aeneid. Pilumnus & Pitumnus, fratres fuerunt dij. Horum Pitumnus ſtercorandorum inuenit uſum agrorum, unde & Sterquilinius dictus eſt: Pilumnus uero pinſendi frumenti, unde à piſtoribus colitur, & ab ipſo pilum dictum eſt. Ad hunc Danaë Acriſij filia forte ad Appulum littus acta, & à paſtore unà cũ Perſeo paruulo delata eſt, quam ipſe cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium ſuſcepit. Vide in Acriſio.

Pimpla, Thraciæ mons eſt & locus, ut ſcribit Strabo libro 10. Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam loca fuere Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones poſſident: quiquè Muſis Helicona conſecrarunt, Thraces fuere, Bœotiæ accolæ. Hæc Strabo.

Pimpleides & Pimpleæ, dicuntur Muſæ à fonte Macedoniæ Pimpleo propter liquoris eius unicam ſubtilitatem. Sunt tamen qui à Pimpla loco quodam iuxta Parnaſum montem, (de quo modò diximus) ſic appellatas tradãt. Martialis libro.12.

» Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pinarius & Potitius. Vide Potitius.

Pindus. πίνδος. Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini Muſiſq; ſacer. Acarnaniam ab Aetolia diuidit, ut inquit Solinus. in eo inuenitur lapis Galactites. Eſt & nomen urbis Theſſalicæ, à Pindo monte appellatæ, iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis, ut author eſt Strabo lib.9.

Piræeus (inquit Strabo) Athenarum portus, et emporium duorum millium paſſuum muro

receſ-

recenti Athenienſibus iunctus, quadringentarum nauium capax. Statius lib. 12. in catalogo copiarum quæ Theſeum ſecutæ ſunt.

» Munychiã, & trepidis ſtabilem Piræea nautis

Pirithous, uel Perithous. Πειρίθοος. Ixionis filius non ex nube, ſed ex coniuge, fuit rex Lapitharum. Hic, ut fertur, amicitia integra Theſeo Athenienſi iunctus fuit, duxitque in uxorem Hippodamen, Atraciʼj filiam, ut ſuprà oſtendimus. Qua mortua, cum Theſeo amico ſuo, qui tum fortè cælebs erat, conuenit, ſe niſi ex Ioue genitas uxores ſumpturos: & cum iam Theſeus Helenam Iouis & Ledæ filiam rapuiſſet, nec alia eo temporis noſceretur, quæ Iouis eſſet, præter Proſerpinam Plutonis cõiugem, ad rapiẽdam illam ſimul profecti ſunt ad inferos, uerum Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus eſt, quem Theſeus adiuuare uolẽs, ipſe quoq; in uitæ diſcrimine fuit, atq; ad extremum captus à Dite detentus eſt, ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperiſq; reſtitutus. Ouidius,

» Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.

Piſa, (πίσα) ciuitas in ſummo montis uertice condita, inter Oſſam et Olympum, iuxta quã Ioui ſacra dicta Olympia celebrantur. Eſt & hoc nomine oppidum Arcadiæ, Oenomai regia, quam Alpheus amnis præterfluit, ubi quinto quoque anno exercebantur ludi curules, uide ſuprà. Ex hac urbe profecti ſunt, qui Piſas in Italia condiderunt, quorum incolæ Piſani dicuntur.

Piſæ, Piſarum, ciuitas Tuſciæ, à qua Piſani, (πισανοὶ) dicuntur, qui ex ea originem ducunt. Vide Piſa.

Piſaurus, (πίσαυρος) fluuius Piceni, à quo Piſaurum ciuitas Vmbriæ ei ſuperpoſita nominata eſt. Seruius uero ſcribit Piſaurum dictum, quòd illic aurum penſatum ſit. Nam cum Camillus Gallos interemiſſet, aurumque quod Galli à Romanis acceperant, pro Capitolio non euerſo recepiſſet, & ſigna ciuitati appendiſſet, ciuitati nomen dedit. Plinius libro 3. capite 14.

Piſidia, regio eſt minoris Aſiæ, inter Lycaoniam et Iſauriam, cuius populi Piſidiæ dicũtur.

Piſtoria, (πιστωρία) ciuitas quam Ptolemæus ponit inter mediterraneas Tuſciæ ciuitates. eſt enim inter Florentiam & Lucam. A qua Piſtorienſes Plin. lib. 3. cap. 4.

Pitane, ſiue Pitania, (πιτάνη) urbs eſt Aeolica (ut inquit Mela) in Aſia, quæ portus duos habuit. Ab hoc Pitanæi, (πιτανᾶοι) & Pitanitæ (πιτανίται) nominantur. Fama eſt, apud Pitanam lateres inuentos eſſe, qui ſuper aquas innatarent, quod & de aliʼjs locis traditum eſt. Eſt & Pitane, Laconiæ oppidum, cuius incolæ Pitanatæ dicuntur. Hermol. in Plin.

Pithecuſæ, uel Pithecinæ, (πιθηκοῦσαι) inſulæ in mari Tuſco contra Campaniam, à pithecis ſimiʼjs (ut author eſt Strabo) dictæ ſunt, quia πίθηκος Græcis ſimia ſignificat. uide Aenaria & Inarime.

Pitheus, auus maternus fuit Theſei, qui Trœzene regnauit. Hinc Pitheis patronymicum, & Pitheius, a, um. Ouidius in Epiſtolis,

» Hic tecum Trœzena colam, Pitheia regna.

Pitho, (πειθὼ) mulier flexanima, illa dicendi præſes, quam Ennius Suadam, Quintilianus perſuadendi deam, Horat. Suadelam, & poetica mella, Cicero Lepôrem uocant. Vna eſt ex Atlantidibus.

Pittacus, (πίτλακος) pen. cor. philoſophus Mitylenæus. Hic ex Lesbo tyrannũ Melancrum depulit, & certantibus Athenienſibus atq; Mitylenæis dux in bello factus, Phrynonem Athenienſium ducem ſingulari certamine interfecit. unus ex ſapientibus fuit, tempore Crœſi regis. Huius illud, Prouidere ne caſus ueniant: ſi fortè uenerint, æquo animo tolerare.

Πιτύουσαι, inſulæ à Græcis dictæ à frutice pineo, monumentis ſcriptorum inclytæ.

Placentia. πλακεντία. ciuitas Liguriæ, ad Trebium amnem, nec procul à Pado, ut ſcribit Plin. lib. 3. ca. 15. unde Placentinus. πλακεντῖνος. poſſeſſiuum, apud Cic. de Clar. Orat.

Platææ, (πλάταιαι, πλαταιαὶ) numero plurali, ciuitas in Bœotia, ut oſtendit Homerus libro 2. Iliad. ſub Citharone monte, non longe à Thebis. Dicta à latitudine remorũ, ut inquit Strabo libr. 9. Nam Græcè πλάτη remus. πλάτος latitudo. Inde plateæ, quia latæ. Hinc Plataeenſes. πλαταιεῖς. populi dicti ſunt.

Plato, (πλάτων) philoſophus, ab humerorum latitudine dictus. Hic antea ex aui paterni nomine, Ariſtocles uocabatur. Fuit egregio

corporis habitu, & in palæſtra ſe exercuit apud Ariſtonem paleſtritā, à quo primū cognominatus eſt Plato. Natus eſt Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ, & tragœdias poëmataq́ꝫ edidit. Adeò autem in omni diſciplinarum genere, & præſertim in philoſophia excelluit, ut diuinus Plato, & philoſophorum Homerus uocatus ſit. Vita fuit cœlebs ac caſtus, ut ſcribit Auguſtin. Deceſsit annos natus 81. morbo (ut fertur) pediculari. De hoc uide plura apud Plutarchum. Horat.

» Pythagoran, Anytiq́ꝫ reū, doctumq́ꝫ Platona.

Plautus, poëta comicus Parſinas, quum uulgò Sarſinas corruptè ſcribatur. Plotus ab initio, teſte Feſto, appellatus, à pedum planitie, quos plotos Vmbri uocant. Si quando à mola aſinaria uacabat, cui addictus ob paupertatem erat, fabulas componebat quas uenditaret. Ponitur à Marco Varrone epigramma huiuſmodi à Plauto ipſo factum;

Poſtquam morte eſt captus Plautus,
Comœdia luget, ſcena eſt deſerta:
Deinde riſus, luduſq́ꝫ, iocuſq́ꝫ, & numeri,
Innumeri ſimul omnes collachrymauerunt.

Legito Gellium cap. 24. lib. 1. Hic cæteris comicis præfertur ſententia multorum, præſertim Varronis, qui ait, Si muſæ Latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur.

Pleiades, ſtellæ, quæ Taurum perficiunt præter caput, quod ortu ſuo primæ nauigationi tempus oſtendit. πλειάδες. Latinè Vergiliæ dicuntur, à uerni temporis ſignificatione, quo oriuntur. Nam uere exoriuntur, & circa æquinoctium earum ortus matutinus eſt. Fuerunt Atlantis filiæ ſeptem, ex Pleione Nympha (ſuperius ex Aethra) cum quibus Iupiter concubuit, unde & Pleiades dictæ, & ex hoc relatæ ſunt in numerum ſyderum, uulgò Pulcenaria dicuntur. uel à pluralitate πλειόνων. Pleones enim Græca lingua plures dicuntur, plures autem ſimul apparere certum eſt. Alij ferunt eas in cœlum aſſumptas, & in ſtellas eſſe mutatas ob pietatem, quòd Atlantis calamitatem perpetuo fletu proſecutæ ſunt: uel quòd cum perpetuam uirginitatem ſeruare decreuiſſent, & ob id Dianæ ſtudia ſequerentur, cum uero Orionem qui illarum amore captus, eas perſequebatur, effugere non poſſent, implorato Iouis auxilio in ſtellas mutatæ ſint. Pherecydes tradit ſeptem ſorores fuiſſe, Lycurgi filias ex Naxo inſula, & quia Liberum educauerunt, ab Ioue inter ſydera fuiſſe relatas. Harum nomina putantur Electra, Halcyone, Celæno, Merope, Aſterope, Taygete, Maia, quarum ſeptima uix cerni poteſt. (ut ait Aratus) propterea quidam exiſtimant uocatam Electram. Sunt qui pudore occultaſſe ſe dixerint, quòd quum aliæ dijs nupſiſſent, ſola Electra (ſecundum Ouid. Merope) nupſit mortali Siſypho. Alij quòd Electra non tulerit ſpectare ruinas Troiæ, manumq́ꝫ ante oculos oppoſuerit. De his uide Ouid. lib. 4. Faſtorum. Fit autem quandoq́ꝫ hæc dictio tetraſyllaba. Propertius,

» Non hæc Pleiades faciūt, nec aquoſus Orion.

Aliquando abijcitur e, & dicimus Pliades. Statius libro 1. Syluarum,

» Nec per & Aegæas Hyades, Pliadumq́ꝫ niuo
» ſum Sydus, &c.

Seruius, Pleiades (inquit) ſignum eſt ante genus Tauri, quod ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtendit. Vnde Græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν.

Pleione, nympha, Oceani & Tethyos filia, & uxor Atlantis, ex qua Pleiades ſuſcepit.

Plemmyrium, (πλημμύριον) fluuius Siciliæ, qui per agrum Syracuſanum labitur, à πλημμυρῶ, quod eſt exundo. Vergilius undoſum appellauit, uerbum de uerbo exprimens. Idem enim undoſum, quod Plemmyrium. Author Seruius.

Pleuron, Aetoliæ urbs, & Meleagri patria.

Pliſthenes, (πλεισθένης) Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui cum iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios ſuos paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos ſuſcepit, filiorumq́ꝫ loco educauit: & ob id Atrei habiti, Atridæ ſunt appellati. Vide ſuprà.

Plotæ, (πλωταὶ) inſulæ antea dicebantur in mari Aegæo, quæ nunc Strophades, (ϛροφάδες) dicuntur, ſuprà Zacynthum in Meridiem ſitæ. Plinius libro 4. cap. 12. In Eurum (inquit) uentum Strophades duæ, ab alijs Plotæ dictæ. Seruius à conuerſione Harpyiarum ex Arcadia uolantium nomen inſulis datum ſcribit apud Vergil. 3. Aeneid. Vide Strophades.

Plotus, uide ſuprà in Plauti & Plautus.

Plutarchus, (πλύταρχος) Cheronenſis philoſophus, floruit ſub Traiano & Hadriano imperatoribus. Nam Traiano libros Apophthegmatων dedicauit, uir eruditiſſimus, & multiiuga eruditione mirabilis ac fœcũdus. A Traiano in Illyricum miſſus eſt conſulari poteſtate, iuſſumq́ omnib. Illyricis magiſtratibus, ut abſq; eo nihil agerent. Huius nepos fuit Sextus philoſophus, de quibus Euſebius in Chronicis meminit.

Pluto, (πλύτων, ἀίδωνεύς) Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis atq; Neptuni, ſed eodem partu cum Glauca natus, ab opib. nomen habet. Græcè enim πλῦτος opulentia eſt. Qui cum ad regni diuiſionem ueniſſent, Plutoni, qui natu maior erat, & Ageſilaus uocabatur pars Occidentis obtigit, ſecus inferum mare, Ioui plaga Orientalis, Neptuno inſulæ. Hinc datus eſt locus fabulæ, ut Ioui imperium cœli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigerit. Pluto autem Summanus, Dis, Orcus, Vragus ab urgendo, Vedius Iupiter dictus fuit. Idem Quietalis eſt appellatus, quaſi mors quies ſit ærumnarũ. Huius uxorem fuiſſe Proſerpinam Cereris filiam ex Claudiano poëta ſatis conſtat. Terrena autem uis omnis atq; natura Diti patri dedicata eſt, auth. Cic. libr. 2. de Nat. qui diues ut apud Græcos πλύτων, quia recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Ab eo fit Plutonius. a. um.

Podaleirius, (ποδαλείριος) proprium nomen Aeſculapij filij, & fratris Machaonis, Medicinæ artis præclari, teſte Home. libro 2. Iliad. Qui cum Græcis ad Troiam ob medicinam profectus eſt, à pedũ magnitudine ſic appellatus.

Podarge, una fuit Harpyiarum, ex qua Zephyrus uentus Balium & Xanthum Achillis equos progenuit.

Pœan, Pœantis, Philoctetis pater. Vnde & ipſe Philoctetes Pœantius dictus eſt.

Pœcile, (ποικίλη) porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur. Latinè dici poteſt uaria ſiue uariegata, à multiplici pictura. Græci enim ποικίλον uarium dicunt, ποικιλίαν uarietatem.

Pœnus. λίβυς. Carthaginenſis, à Phœnix, ſed aſpiratio detrahitur, & œ in u mutatur in deriuatiuo. Punicus. a. um. λιβυκὸς. non Pœnicus. uide infrà in dictione Punicus. & Pœnulus à pœnus diminut. unde Plautina fabula nomen ſumpſit.

Pœni (inquit Seruius) ἀντίστοιχον eſt. quaſi Phœni, quia à Phœnicibus orti. Verg. 1. Aeneid.

» Ponuntq́ ferocia Pœni

» Corda uolente deo. Et alibi:

» Punica regna uides.

Pola, Iſtriæ ciuitas, ubi Polaticus ſinus eſt, quõdam à Colchis condita, ſed poſtea facta eſt colonia Romanorum. Pietas Iulia Plin. dicitur lib. 3. cap. 19. in deſcriptione Iſtriæ.

Polentia, urbs Liguriæ, uulgò Palanza.

Polites, (πολίτης) penult. prod. alter Priami filius, ex Hecuba, quem Pyrrhus capta urbe in conſpectu patris interfecit, ut habetur apud Verg. lib. 2. Aeneid.

Pollentia, dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur. Item Pollentia. πολλέντιον. Plinio authore, oppidum fuit in maiore Balearium inſula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes; inclyta lanarum nobilitate. De qua Silius lib. 8.

» Fuſciq́ ferax Pollentia uilli.

Pollux, filius fuit Iouis & Ledæ, & frater Caſtoris. Hunc fabulantur poëtæ fuiſſe immortalem, & nihilominus immortalitatem ſuam cum fratre mortali diuiſiſſe, &c. Vide ſuprà Caſtor, item Helena.

Polycletus, (πολύκλειτος) penul. prod. ſtatuarius eximius, diligentia & decore ſupra cæteros, ut inquit Quintilian. Hic duas ſtatuas fecit: alteram arte ſua, alteram uero de uulgi opinione, quam de ſententia cuiuſuis prætereuntis cælauerat. Quibus perfectis turbam admittit, ac primum ſua oſtenſa magnopere laudatur: altera deinde non æquè. Atqui ſcitote quòd hanc quam tantopere laudatis ego feci, quàm uero uituperatis, uos feciſtis. Author Aelianus De uaria hiſtoria.

Polycrates, pen. cor. nomen proprium tyranni, qui regnauit in Samo inſula. Hic & opibus & felicitate apud hiſtoricos inclytus eſt, qui quoad uixit, nõ tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus: Nam aliquando ut aliquid aduerſitatis habuiſſe uideretur, annulum proiecit in mare, quem tamen cocus eius redinuenit in piſce. Sed mors infamis et ærumnoſa

docuit neminem ante obitum meritò dici poſſe felicem. Ad poſtremum enim à Perſarum ſatrape Oronte dolo captus, ac ſuſpenſus eſt. Strab. lib. 14.

Polydamas Troianus, Panthoi filius, ſocius & magiſter, & æqualis Hectoris, ut eſt author Aelianus. Hom ſcribit Iliad. lib. 18. hunc eloquentia, Hectorem armis ualuiſſe. Hic cum Antenore patre & Aenea urbem Troianam Græcis tradidiſſe dicitur.

Polydectes, Magnetis filius, rex Seriphi inſulæ. Hic Perſeum Iouis & Danaës filium educauit. Cuius tandem ingenium ueritus, audaciamq́ & fœlicitatem, ſub prætextu æternæ gloriæ comparandæ illum ad ſuperãdam Gorgonem Meduſam compulit, qua deuicta, redeunti Perſeo cum ſemper detraheret, cõuerſus eſt ab illo in ſilicem, mõſtrato capite Meduſæ, ut oſtendit Ouidius lib. 5. Metamorph.

Polydorus. πολύδωρος. penult. product. & Latinè ſignificat multa donans. filius fuit Priami ex Hecuba, quem pater de ſtatu Troiæ dubitans, cum magno auri pondere conſeruandũ miſit Polymneſtori Thraciæ regi, antiquo hoſpiti, amico & genero ſuo: ſed ille deleta Troia, cæteriſq́ Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in littore ſpaciantem, telis aggreditur, & fruſtra fidem implorantem, occidit, cadentiq́ tumulum ſuperiniecit, cui ſuperereuere myrti uirgulta, ut author eſt Verg. libro 3. Aeneid. Quod cum mater Hecuba intellexiſſet, ſimulauit ſe ingens adhuc auri pondus uelle illi ſecretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex uerum exiſtimans, mox ad Hecubam profectus, illius unguibus obcæcatus eſt, ut elegantiſsime ſcribit Euripides in Hecuba. Et Ouidius tetigit li. 13. Metamor. Vide etiam Seruium 3. Aeneid.

Polygnotus. πολύγνωτος. patria Thaſius qui nonageſima Olympiade floruit, pictor antiquiſsimus, de quo Pauſanias libro. 10. ſic ſcribit, Polygnotus pinxit Ocnum torquentem ſpartum, & aſinam propè rodentem. Quòd ſanè ænigma eſt eius, qui fruſtra laborat, ſi uxorem habet prodigam. Vide Eraſmum in prouerbio, Ocnus torquet ſpartum. Pinxit, Athenis porticum, quæ Pœcile uocatur, gratuitò.

Polymneſtor. Vide Polydorus.

Polymnia, (πολυμνία) ſiue Polymneia: nam πολύμνια. ας. à Græcis ſcribitur, ſed Latini Polymnia dicunt, penultima correp. fuit una ex Muſis. Vide Muſa. Sunt qui à πολὺ & hymnos deducunt, quod eſt laudatio, quia laudationibus præſit, & ſcribunt Polyhymnia, ut apud Ouid. lib. Faſt. 5.

„Diſſenſere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit.
„Vergilius, Signat cuncta manu, loquiturq́ue Polymnia geſtu.

Polynices. Vide ſuprà Eteocles, & Adraſtus.

Polyphemus, (πολύφημος) pen. prod. Cyclops, & ut author eſt Homer. in Odyſſ. Neptuni filius, ex Thoa Phorci filia ingenti corpore, qui unum tantum oculũ in fronte habuit, quemadmodum & reliqui, ueſcens humanis carnibus Galateam nymphã adamauit, à qua ſpretus, animi dolore Acin puerum, quem illa prætulerat, ſaxo interfecit. Ad hunc uenit Vlyſſes cum duodecim comitib. quem reliquis rebus omnibus percontatis, per Iouem obſecrauit, ut tutò abire liceret: Ille uerò ſuperbè reſpondens, non timere ſe Iouem inquit, duoſq́ ex comitibus Vlyſsis apprehendens ritu feræ immaniter deuorauit, totidemq́ue poſtride abſumpſit ſummo mane, relicto Vlyſſe cum reliquis ſocijs in antro, cui ingẽs ſaxũ ſolus admouit, abijtq́ cum gregibus ſuis. Quare Vlyſſes ſibi iam & reliquis timens, reuertenti cadum optimi uini, quod ſecum tulerat, obtulit, ut ſibi ſuiſq́ parceret obſecrãs: Cyclops potato uino promiſit miſereri, ſi uinum iterum propinaret, quo facto cum tertio potaſſet, nomẽ Vlyſſis petijt: qui reſpondit, οὖτις uocor (quod latinè nullus ſonat) cui Cyclops: loco muneris exhibiti poculi te ultimum comedam. Tandem Polyphemus uino inebriatus, cum ſe facile in ſomnum ſoluiſſet, Vlyſſes ſumpto ſtipite quẽ infimum ſepeliuerat, eoq́ igne peruſto, animatis in facinus ſocijs, incenſum in oculũ Cyclopis acri nixu impegere. Ille igitur experrectus ingẽti clamore ſocios antro propinquos, in auxilium uocauit, qui undiq́ circum antrũ quærentes, quiſnam illũ infeſtaret, cum Cyclopẽ, Vtina reſpõdentem audiſſent, arbitrati quia morbo aliquo naturali grauaretur, abeuntes dixere, ut Neptunũ patrem pro ſoſpitate precare-

caretur. Porrò Cyclops cum cogeretur gregibus aperire antrum, immanem inde lapidem amouit: Veruntamen exeuntes pecudes manibus palpabat, ne quis hoſtium egrederetur, quod cum Vlyſſes cum comitibus animaduertiſſet, induti pecudum pelles Cyclopis manus effugere. Serui. de hoc. 3. Aen. ſic ſcribit, Multi Polyphemũ dicunt unum habuiſſe oculum, alij duos, alij tres, ſed totũ fabuloſum eſt. Nam hic uir prudentiſſimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuiſſe dicitur: id eſt iuxta cerebrum, quia prudentia plus uidebat. Verum Vlyſſes eum prudentia ſuperauit, & ob hoc eum cæcaſſe fingitur. Hæc Seruius.

Polytes. Vide Polites.

Polyxena, (πολυξένη) penul. cor. Priami filia formoſiſſima, ex Hecuba coniuge. Græcè dicitur multorum peregrina, ſeu quòd amor peregrinari faciat mentes ab ingenio ſuo, ſeu quòd apud multos libido, ut peregrinabunda uagetur. Hæc, ut dicit Seruius, à Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata eſt. Achilles enim dum circa muros Troiæ bellum gereret, Polyxenam uiſam adamauit, & conditione pacis in matrimonium poſtulauit. Quam quum Troiani fraude promiſiſſent, Paris poſt Tymbræi Apollinis ſimulachrũ latuit, & uenientem Achillem ad fœdus, miſſa ſagitta uulnerauit. Tum Achilles moriens petijt, ut euicta Troia ad eius ſepulchrum Polyxena immolaretur, quod Pyrrhus impleuit.

Ab ea fit Polyxenius. a. um. apud Catullum.

» Alta Polyxenia madefient cæde ſepulchra.

Pomona, dea pomorum fuit. Sicut Mellona, dea mellis, quam Picus Latinorum rex adamauit, propter quod Circe coniunx illum in auem ſui nominis tranſmutauit, ut ſuperius oſtendimus. Vide Circe & Picus.

Pompeiopolis, Ciliciæ urbs, dicẽte Pomponio Mela libro primo in deſcriptione Ciliciæ: deinde urbs eſt à Rhodijs, Argiuiſque, pòſt à Piratis, Pompeio aſſignante poſſeſſa: nũc Pompeiopolis, tunc Soloe: quæ etiam Solino teſte, poſtea Traianopolis eſt appellata, mutato nomine, poſtquam in ea fato cedere Traianus coactus eſt. Sic alia quoq; ingẽtia paſſim oppida principum nomina non raro odioſa ſuſtinere iuſſa ſunt, ut ſcribit Vadianus.

Pompeius, prænomine Cneius, filius Cnei Pompeij Strabonis, in ſeditione Syllæ partes ſecutus eſt, ab eoque ad ulciſcendos inimicos in Africam miſſus, Domitium prius expugnauit, Hiarbam regem cepit. De quo triumphauit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus eſt ſalutatus. Inde contra Sertorium in Hiſpaniam profectus, Metelli copijs ſeſe coniungens, eum cum tota factione ſuſtulit. Mox delectus imperator ad bellum piraticum, tribus menſib. id confecit. De in ſucceſſor L. Lucullo miſſus, de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regẽ ei ad genua procumbẽtem, in regnum reſtituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Ariſtobulo. Extincta uxore Iulia Cæſaris filia, Corneliam Scipionis filiam uiduam à P. Craſſo, M. filio uiduam relictã, duxit. Neapoli demum acutiſſima febre correptus, parum abfuit à morte: quæ ſi contigiſſet, melius cum eo factum fuiſſet, ob inſequentis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharſalica pugna à Cæſare copijs lõgè inferiore ſuperatus, & in Aegyptum fugiens, regis perfidia ab Achila præfecto interfectus eſt. Triumphum cum ex Oriente olim rediſſet, biduo egit, prænotatis gentium titulis uictarum, quæ à Plinio in X. item à Plutarcho ordine adnotantur. Pompeij eius liberi, alter apud Mundam à Cæſare in Hiſpania, alter in Sicilia ab Auguſto poſtea uicti: ex quibus Sextus Pompeius piraticam exercuit, ut eſt author Lucanus. Fuerunt & alij hoc nomine appellati.

Pomponius Atticus, (πομπόνιος) nobilis eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis inprimis fuit: unde Atticus Ciceronis eſt appellatus. Qui poſtquam uidit Cinnæ tumultu Rempublicam eſſe turbatam, ſeceſſit Athenas, ubi longo tempore moratus, & ciuitatem, & omnium gratiam moribus elegantiſſimis promeruit: linguam ita probè didicit, ut Attici nomen adſequeretur. Humanitate diuitijſq; ſimul præditus fuit, quib. amicos libenter impartiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulſum opibus iuuit, & Brutum ab urbe fugientem nummis centum eſt proſecutus. Erat alioqui grauiſſimus, ut quæ religioſe polliceretur, præſtare niteretur. Mendaciũ

nec ipſe dicebat, nec pati poterat. De hoc plura Cornelius Nepos.

Pontia, (ποντία) inſula Tyrrheni maris, teſte Ptolem. libro 3. cap. 1. uulgò Porce, non longe à Palmaria, in ſinu Caietano, in qua turtures ac coturnices, cum ad Italiam ueniunt, prima uolatura requieſcendi cauſſa paucos dies morantur. author Varro. Ex hac fuit Pontius Pilatus.

Pontus, (πόντος) generis maſc. Nerei filius & Neptuni, ut Euſebius libro 1. Præpa. ſcribit. Unde pontus mare dici uidetur. Alij pontum dici exiſtimant mare, à ποντίζω, quod eſt mergo. Vel à πόνος, id eſt labor, quia ſit laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quòd careat ponte. Propriè autem id mare pontus appellatur, quod à palude Mæotidis uſque in Tenedum protenditur. Vide Propontis. Eſt etiam Pontus regio Aſiæ minoris inter Armeniam, Colchidem, & mare ſita, atque à ponte rege ſic cognominata, herbis uenenoſis abūdās, unde Verg. Eclog. 8.
» Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta uenena
» Ipſe dedit Mæris, naſcuntur plurima Ponto.

Pontus, fœminini generis, inſula eſt, de qua
» Verg. Viroſaque Pontus Caſtorea.

Eſt & prouincia Aſiæ minoris, nobilis crudelitate Medeæ. Eius ciuitates inſignes ſunt, Chalcedon, Nicomedia, & Nicea. Hinc Ponticus. a. um, ποντικός. ut Ponticum abſinthium apud Colum. lib. 12. cap. 35.

Populonia, (ποπλώνιον) urbs eſt Hetruriæ, iuxta Piſas, authore Pom. Mela lib. 2. hodie Plumbinum appellata: à populorū multitudine, quæ in eius agro eſt, uel à populando, quòd frequētibus piratarū populationib. pateret. Verg. li. 10.
» Sex. entos illi dederat Populonia mater
» Expertes belli iuuenes, &c.

Porphyrion, Gigantis cuiuſdam nomen, de quo
» Claudianus, Porphyrion trepidam conatur
» uellere Delon. Martialis, Nomen habet ma
» gni uolucris tam parua Gigantis,
» Et nomen Praſini Porphyrionis habet.

Plin. lib. 10. cap. 46. Hoc etiam nomine uocatus fuit, qui in Horatium commentatus eſt.

Porphyris, Plin. lib. 4. inſula eſt in ſinu Laconico, à Maleæ promontorio quinque millibus paſſuum diſtās, ancipiti mari propter anguſtias. Eadem poſtea Cythera appellata eſt, ob memorabile templum Veneris, quod in eo conſtructum fuit. πορφυρίς, pen. cor. unde Porphyriacus. a. um. pro purpureo accipitur. Ouid.
» Et Porphyriacis figere labra genis.

Porphyrius, (πορφύριος) philoſophus, Tyrius genere, clara ortus proſapia, à puero uſus eſt præceptore Longino, uiro doctiſsimo: prius Malchus uocabatur: deinde ob ueſtem regiam purpuream, qua ob nobilitatem utebatur, Porphyrius appellari cœptus eſt. Romam poſtea profectus, Plotinum audiuit, unà cum Origene & Amelio condiſcipulis. Inde in Siciliam nauigās, apud Lilybæum morbo correptus, à Plotino magiſtro, qui eò ſe cōtulerat, & præſentia, & philoſophica oratione recreatur, adeò ut ſtatim conualuerit: moxque Romam ſimul repetens, ibidem diem obijt. Vide Suidā.

Porſena (πορσίνας) pen. cor. propriū nomen regis qui Romam obſedit, cupiens eiectū regem Tarquiniū regno reſtituere, ſed fortitudine Romanorū deterritus, cum Romanis in gratiam redijt, atque ita obſidionem reliquit. Martialis,
» Urere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Poſthumia, uirgo Veſtalis de inceſto cauſam dixit crimini obnoxia ob ſuſpicionem cultus elegantioris, ingeniūque liberius, quàm uirginem deceret, parum abhorrens è fama. Tandem ſententia pontificis maximi abſoluta, qui eam abſtinere iocis, colique ſanctè potius, quàm ſcitè iuſsit. Volaterranus.

Potina, (ποτίνα) Dea, quam Veteres à potando dixerunt. Eſt ciuitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, et à qua Potineus dictus. Eſt & Straboni fons prope Thebas Bœotias. Plinius tamen lib. 4. ca. 19. oppidum in Magneſia ſtatuit, circa quam, ut idem teſtatur lib. 25. ca. 8. aſini paſti rabie inflammantur.

Potitius, (ποτίτιος) & Pinarius, ſacerdotes fuerunt Herculis. Nam cum Euander aram maximam Herculi, ubi nunc Roma eſt, poſt interfectum Cacum, ædificaſſet, & Hercules de ſuo armento boues ad ſacrificia dediſſet, inuenti ſunt ſenes duo, à quibus ſe æqualiter coli uellet oſtendit, ſtatuitque ut mane & ueſperi ſacrificarent. Sed cum peracto matutino ſacrificio circa Solis occaſum eſſent ſacra repetenda,

da, alter prior uenit, qui ἀπὸ τοῦ ποτίζειν. id eſt, à potãdo Potitius cognominatus eſt. Alteri propter negligentiam iratus Hercules ſtatuit, ut ſacrificanti atq; epulanti Potitio miniſtraret. Quapropter ἀπὸ τῆς πείνας hoc eſt, à fame Pinarius quaſi famelicus appellatus eſt. Verg. 8.

Primusq; Potitius author
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.

À quibus Potitiorum & Pinariorum familiæ genus habent.

Potnia, (πότνια) urbs in Bœotia, non longe à Thebis, ubi Glaucus Siſyphi filius & Meropes, habuit equas, quas conſueuerat humana carne alere, quo cupidius in hoſtem irruerent. Ipſum autem, cum alimenta defeciſſent deuorauerunt. Item quadrigæ quibus utebatur, Potniades dictæ ſunt.

Præneſte, generis neutri, & hæc Præneſtis, (πραίνεστος) nomen urbis in Latio, quòd locus in quo ſita eſt, montibus præſtet: & ſic cum diphthongo ſcribitur. Seruius ἀπὸ τοῦ πρίνου. hoc eſt, ab ilice, quæ ibi abũdat, deducit. Solinus, à Præneſte Vlyſsis nepote, & Latini regis filio. Olim Polyſtephanos dicta. id eſt multarũ coronarum: lege Plutarchum. Quidam à Cæculo Vulcani filio conditam ferũt ſuper Aretino monte. In hac fuit Fortunæ templum illuſtre, unde certa edebantur oracula. Silius,

Sacriſq; dicatum Fortunæ Præneſte iugis.

Praxiteles, (πραξιτέλης) penu. corre. ſtatuarius, in marmorio opere inſignis, prætertim duplici Venere Cnidia & Coa. Vide Plin. li. 36. ca. 5.

Priamus, (πρίαμος) penult. corr. Laomedontis Troianorũ regis filius. ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, quod eſt emo, authore Seruio. Nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat, captus cum Heſiona ſorore ſolus pecunia redemi potuit: uel ſecundũ alios, quia Hercules eum à uicinis hoſtibus redemptum in paterno regno locauit. Eum à Ioue originem traxiſſe ferũt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra, cuius filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troẽm, qui regionem, quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à ſe dixit. Huius filij fuerunt Aſſaracus & Ilus, qui urbem ipſam Ilion à ſe uocauit. Hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami: at Priamus ipſe patre ab Hercule interfecto, & auro redemptus, Ilion reformauit & exornauit, ac regno etiam quàm ampliſsimè ampliato, adeò ut non ſolum Troiæ ſed etiam ferè Aſiæ rex uideretur. Hecubam filiam Ciſſei regis Thraciæ uxorem duxit, habuitq;, teſte Cicerone Tuſcul. quæſt. lib. 1. filios quinquaginta: quorum decem & ſeptem ex iuſta uxore ſunt nati, ex quibus Paris repetiturus Heſionam ſororem, in Græciam profectus, Menelao Helenam uxorem rapuit, unde motum eſt bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo uidit filios ſuos ferè omnes ab hoſtibus interfectos. Tandem capto Ilio & ipſe à Pyrrho Achillis filio occiſus eſt, propè aram Iouis Hercæi, in ſanguine Politis filij, ut eſt apud Verg. 2. Aen. À Priamo fit Priamides Patronymicum prima longa, & Priameius. a. um, prima breui.

Priapus, (πρίαπος) pen. pro. Deus hortorum creditus eſt, & Liberi patris, ac Nymphæ ſeu Veneris filius, quia uinum Venerem commouet. Cum enim Venus Bacchum amaret, cum eo concubuit, deinde in Indiam Baccho profecto, concubuit cum Adonide. Poſtea illo ex India reuerſo, coronam illi obuiam progrediens obtulit, eumq; ſic coronatum tanquam ſponſum ſequi ſe iuſsit, ex quo cum concepiſſet, in Lampſacum oppidum Helleſponti abijt. Iuno autem infenſa illi ob Zelotypiam, manu uterum illius incantando tetigit, ex quo factum eſt, ut illa pareret filium, non modo præter omnes alios deformem, ſed & ingenti pene præter modum dehoneſtatũ, cuius poſtea cũ illam puderet, reliquit in urbe Lampſaci ab ſe reiectũ: à qua poſtea Lampſacenus dictus eſt. Hũc poſtea quũ Lampſacenis mulieribus nimiũ gratus eſſet, à ciuibus eiectũ ferunt: ob quã rem, quũ neſcio quo malo poſtea premerentur, templa eidem & ſacra conſtituerunt, factusq; etiam hortorũ Deus eſt. Immolabãt ei aſinum, quòd cum olim hic Deus in feſto magnæ matris, ad quod omnes Dij conuenerant, epulisq; ſaciati noctem luſibus ducebant, Lothidem Nympham, ſiue ut alijs placet, Veſtam humi dormientem ſtuprare uellet, intempeſtiuo aſini, quo Silenus uehebatur, clamore coitu fuiſſet impeditus, eumque excitata uirgo manu magno om-

omnium, qui aderant, riſu reieciſſet, ut Ouidius fabulatur lib. 1. Faſtor. Higinus uero tradit, ob id Lampſacenos aſinum immolare conſueuiſſe quòd ab eodem, quum de magnitudine mẽbri certarent, ſuperatus uideretur. Adſerunt etiam nonnulli priſcos illos, quum uellent hominum pudenda occultius nominare, priapum dixiſſe. Author Diodorus libro quinto. Eſt & Priapus Helleſponti urbs, teſte Plinio cap. 32. libr. 5. à Priapo ſuperiore, Liberi & Veneris filio condita: ſeu ut alij uolunt à Mileſijs nomine Priapi. cœptus eſt enim ibi coli ob uineta uberrima, quæ iuxtà in Pariana & Lampſacena regione ſunt, authore Strabone.

Priene, (πριήνη) urbs maritima, quæ inuectu Mæandri fluminis inter ipſam Miletumque labentis mediterranea facta eſt. Inde Prienæus & Prienenſis. Sidonius:

» Prienæe Bia, quòd plus tibi turba malorum.

Priuernum, (πριούερνον) urbs eſt Campaniæ, & Camillæ patria. Vnde Piuernates. Abundat optimo uino, quod Priuernatium dicitur.

Procas, (πρόκας) nomen regis Albanorum, qui Amuliũ & Numitorẽ filios habuit. Verg. 6.

» Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

Prochyta. tæ. (προχύτη) pen. corr. & Prochyte. tes, inſula in Puteolano ſinu, dicta quaſi profuſa. Emerſit enim prouolutis in mare montibus, cum prius non foret. nam προχέω ſignificat effundo. Nam Inarimes mons terræmotum paſſus, hanc inſulam fudit. At Dionyſ. libro 1. ſcribit Prochytam dictam eſſe à nutrice Aeneæ eiuſdem nominis. Vide Plinium capi. 8. libr. 3.

Proconneſus, (προκόννησος) inſula eſt in Propontide, quam ſolam inter alias habitari plerique dixerunt. Plinins capite ultimo, lib. 5. Inſulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus, uude Cyzicenum marmor. Eadẽ Neuris & Proconneſus dicta.

Procris. πρόκρις. (inquit Seruius) filia Iphicli, uxor Cephali fuit, qui cũ uenandi ſtudio teneretur, labore feſſus, ad locum quendam adire conſueuerat, & illic ad ſe recreandum Auroram uocare, quòd quum ſæpè faceret, amorem in ſe mouit Auroræ, quæ ei canem uelociſsimũ Lælapam nomine donauit, & duo haſtilia ineuitabilia, eumq́; in amplexus rogauit. Ille reſpondit iuſiurandum ſe habere cum coniuge mutuæ caſtitatis. Quo audito, Aurora reſpondit, Vt probes igitur coniugis caſtitatem, muta te in mercatorem: quo facto ille it ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoq́; coitu, confeſſus eſt maritum ſe eſſe: quod illa dolens, quum audiſſet à ruſtico quodam amare eum Auroram, quã inuocare conſuerat, ad ſyluas profecta eſt, & in frutetis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui quum more ſolito Auroram uocaret, Procris egredi cupiens fruteta commouit, ſperans Cephalus ferã, haſtã ineuitabilem iecit, & ignarus interemit uxorẽ. Hæc Seru. 6.

Procruſtes, (προκρούστης, Plutarch. in Romu.) latro inſignis in Attica regione, * aliàs ſuper Cephiſum flumẽ habitans) qui hoſpites interimere ſolitus, ab Hercule hoſpite interfectus eſt. Verum, ut author eſt Dionyſius, eo in loco terræ Atticæ, quæ Crudalus dicitur, latrocinia exercens, cogebat hoſpites ſuprà lectum aliquem aſcendere, quo ſi longiores fuiſſent, pars ſupereminẽs amputabatur: qui uerò breuiores, diſtendebãtur: à qua re etiã nomen illi inditũ putant. Hũc poſtea Theſeus interfecit.

Proculus, (πρόκλος) pen. cor. cognomen eius, qui natus ſit patre peregrinante à patria procul. Alij Proculos ideo dictos putant, quòd à patribus ſenibus, quaſi procul progreſſi & attenuati ſint.

Procyon, (προκύων) Latinè anticanis, ſtella, quæ & Sirius dicitur, teſte Plin. lib. 18. cap. 38. ſtella eſt, quæ alio nomine Canicula dicitur, quoniam ante maiorem canem exoritur.

Prœtus, (προῖτος) Abantis regis Argiuorum filius, eiq́; ſucceſsit in regno. Hic, teſte Homero libro 11. Odyſſeæ, Antiam habuit uxorem, ex qua filias quatuor habuit, quæ, teſte Pherecyde, quum in forma ſeu pulchritudine ſe Iunoni prætuliſſent, offenſa dea eis furorem talem immiſit, ut uaccas ſe eſſe arbitrarentur, & aratra timentes ſyluas peterent, dicente Vergilio in Sileno,

» Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.

Hæ à Melampode perhibentur ſanatæ helleboro, à cuius nomine unũ hellebori genus Melampodion appellatur.

Progne,

Progne, (πρόγνη) Pandionis Athenienſium regis filia fuit, quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta eſt, ex qua filium Itym ſuſcepit. Sed cum deſiderio uiſendæ ſororis teneretur, exorauit uirũ, ut Athenas profectus Philomelam ad ſe duceret. Qui mandata peragens aduentum Philomelæ à Pandione impetrauit. Verum dum in itinere eſſent, in libidinem mulieris exardens, quamuis repugnantem compreſſit: poſt hæc, ne facti obſcœnitatem exprimere poſſet, linguam ei abſcidit, & ſeruo in uinculis cuſtodiendam tradidit, reuerſusq; ad uxorem, maris nauſea periiſſe ſimulauit. Philomelam interim tædio carceris affecta, rem omnem uti geſta fuerat, acu in tenuiſsima tela depinxit: hanc ancillæ Prognes clam deferendam tradidit. Progne re intellecta, ac diſsimulato ad tempus dolore, poſtquã Orgiorum tempus aduenit, thyrſis & pellibus pro more inſtructa ſororem adit, eamq; eodem indutã habitu ad regiam ducit. Hic communicato conſilio, ueluti furiis agitata Itym paruulum filium interfecit, uiroq; domum redeunti epulandum proponit, qui re tandem ob delatum iuſſu Prognes in fine cœnæ pueri caput, comperta, dum fugientem uxorem furibundus perſequitur, mutatam deorum commiſeratione in hirundinem uidit, quæ cõſuetudinem habitandi intra hominum tecta ſemper ſeruauit: ipſe in upupam conuerſus eſt, ideo militarem criſtam adhuc in capite gerit, & quaſi adhuc filium quæritans clamat πῦ, πῦ, quod ſignificat, ubi ubi. Itys autem in Phaſianum, quæ auis frequens eſt iuxta Phaſim fluuiũ in Colchis. At Philomela in auem conuerſa eſt ſui nominis, nec ceſſat deflere cantu dulciſsimo iniuriam, quam paulò antè elinguis promere non poterat. Hæc ex Perotto. Vide quoq; Ouidium libro 6. Metamorph.

Prometheus, (προμηθεύς) pen. prod. nomen uiri proprium, ἀπὸ τῆς προμηθείας. id eſt à prouidentia. fuit enim uir prudentiſsimus, qui, ut inquit, Seruius poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio Mineruæ cœlum aſcendiſſe, & adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus hominibus indicaſſe. Ob quam cauſam irati dii, duo mala immiſerunt terris, febres & morbos: ſicut & Sappho & Heſiodus memorant. Ipſum etiam Prometheum in monte Caucaſo per Mercurium religauerũt ad ſaxum, & adhibita aquila eſt, quæ eius cor exederet. Huius autem figmenti rationem uide in Comment. Seruii enarrantis illud Vergilii ſextæ Eclog.

» Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
» Caucaſeasq; refert uolucres, furtũq; Promethei.

Hic fuit pater Deucalionis, & filius Iapeti, qui fuit unus ex Titanibus. À Prometheus fit patronymicum Promethides, pen. prod.

Propontis. tidis. (προποντίς) æquor patens atq; diffuſum. Hæc anguſtiis Boſphori Thracii cũ Euxino ponto cõiungitur. Nã Geographi primas anguſtias maris ſe coarctantis Helleſpontum uocant, inde expatiatur æquor, quæ laxitas Propontis appellatur. Vbi iterum in arctũ coit, & ſtringitur, illæ anguſtiæ Boſphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterũ effunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figurã Scythici arcus committitur oſtio Mæotidis paludis, idq; oſtiũ Cimmerius Boſphorus uocatur. À Propontis fit Propontiacus. a. um.

Proſa dea, cui ara deprecãdi gratia periculi ab ab ægro partu conſtituta eſt: de qua Gel. li. 15.

Proſerpina, pen. cor. Luna, Iouis ex Cerere filia, à Græcis περσεφόνη dicitur. Hanc à proſerpendo dictam Auguſt. lib. 7. de Ciuit. Dei ait, & ſignificare fœcunditatem, quæ cum aliquando non eſſet, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc ceſſarunt inſtrumenta ruralia: qua redeunte, inſtituta ſunt ſolennia apud Athenas. Serpere enim uidetur ueluti ſerpens, dum modò in dextram, modò in ſiniſtram mouetur, propter quod & omniuaga dicitur. Dicta eſt Libera, Diana, Lucina, Triuia, Hecate, & Noctiluca, à Plutone dum Siciliam luſtraret rapta in campis Annæis, cum Cyane nympha & Sirenibus flores legens. Cuius fabulam ſic ſcripſit Seruius: Ceres (inquit) quum raptam à Plutone Proſerpinam filiam diu quæſiſſet: tandem aliquando eam eſſe apud inferos comperit: pro qua re quum Iouis imploraſſet auxilium, ille reſpondit poſſe eam reuerti, ſi nihil apud inferos guſtauiſſet. Illa autem iam punici mali in Elyſio grana guſtauerat: quam rem Aſcalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proſerpina ad ſuperos remeare non potuit. Sanè Ceres à Ioue

poſtea

poſtea meruiſſe dicitur, ut Proſerpina ſex eſſet cum matre menſibus, ſex cum marito: quòd ideò fingitur, quia Proſerpina ipſa eſt quæ & Luna, quæ toto anno ſex menſibus creſcit, ſex deficit, ſcilicet per ſingulos menſes quindenis diebus creſcens apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe uideatur. De Proſerpinæ raptu ſcribit Cic. in Verr. act. 9. lib. 6.

Proteſilaus, (πρωτεσίλαος) filius fuit Iſiphyli, & unus ex Græciæ principibus, qui quamuis audiuiſſet à uatibus ſe primum omnium in bello Troiano periturum, ſi eò proficiſceretur, contemptis nihilominus uaticinijs, iuit cum cæteris ducibus, ibiq; in initio belli ab Hectore interfectus eſt, quod etiam ratio nominis indicat: nam Proteſilaus ſignificat, id quod primus mortuus. Unde Auſonius,

» Proteſilaë tibi nomen ſic fata dederunt,
» Victima quod Troiæ prima futurus eras.

Vocatur & Phylacides à Phylace Theſſaliæ oppido. Vxorem habuit Laodamiam, Acaſti filiam, de qua uide ſuprà.

Proteus, (πρωτεύς) Oceani & Tethyos filius, deus marinus, & uates, qui non niſi coactus dat reſponſa, Phocas Neptuno paſcit. De quo » ſic Verg. 4. Georg. Nouit nanq; omnia ua» tes Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura » trahantur. Quippe ita Neptuno uiſum eſt, im» mania cuius Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas. Diodorus libro 2. ſcribit, Quum Aegyptus rege careret, ex dignioribus quidam in regem adſumptus eſt, quem Aegyptij Cetea, Græci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore extitit. Hunc artium peritum fuiſſe tradunt, & in uarias ſe formas uertere ſolitum, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud uideretur. Conſuetudo autem regibus Aegyptijs, cauſam huiuſmodi tranſmutationes fingendi præbuit. Nam Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre inſignia principatus: quandoq; uerò arborem, aliquando ignem, quandoq; redolentia ſupra caput unguenta. Hæc tum ad decorem ſpectant, atque ornatum: tum ſtuporem, ac ſuperſtitionem quandam aſpicientibus inijciebant, &c. Proteum aliquando in Carpatho inſula regnaſſe, Pallene urbe Theſſaliæ relicta, ad quam tamen reuerſus eſt poſtea, Seruius author eſt enarrans carmen illud Vergilij,

» Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates
» Cæruleus Proteus, &c.

Alij ferunt hunc captum amore Pomonæ in omnigenam ſpeciem ſe uariaſſe, hinc Latinis Vertumnus dicitur, à uerſo mutatoq; curſu fluminis Tyberini. Unde Propertius lib. 4.

Vertumnus uerſo dicor ab amne deus, &c.

Huic ut idem author eſt, olim frugũ primitiæ dicabantur. Vide Prouer. Proteo mutabilior.

Protogenes, (πρωτογενής) pen. cor. ſignificat aliquem primi generis, & à quo genus incipit. Et à poëtis ſumitur pro eo, qui ſe talem con» fingit. Iuuenalis, Non eſt Romano cuiquam » locus hic, ubi regnat Protegenes aliquis. Hoc nomine etiã dictus eſt pictor nobiliſsimus, de quo uide multa apud Plin. lib. 35. capite 10.

Protogenia, (πρωτογένεια) nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ. Auth. Ariſtarchus in 10. Odyſſ.

Pruſa, (προῦσα) urbs apud Myſios, ad radices Olympi, ut author eſt Strabo lib. 12. quam Pruſias rex Bithyniæ condidit, qui cum Crœſo bellum geſsit. Ab hac Pruſenſes dicti ſunt. Eſt & altera Pruſa ſub Hippo monte, ſeu fluuio, ut eſt apud Ptolemæum. Hoc autem diſcrimine à Pruſa, quæ ſub Olympo eſt, dirimitur. Hæc enim à Plinio Peruſia dicitur, quæ Cios quondam fuerit. À qua Pruſienſes. προυσιεῖς uocantur.

Prymneſia, (πρυμνήσια) urbs Mæoniæ, in finibus Lydiæ, ſiue Phrygiæ ac Myſiæ. Ptol. li. 5. ca. 2.

Prytaneum, (πρυτανεῖον) locus erat Athenis in Arce digniſsimus, ubi iudices & magiſtratus habere conſiliũ ſolebant. In Prytaneo alebantur publicè, qui bene meriti erant de Repub. cui honos maximus habebatur. Sic dictũ quaſi πυρὸς ταμίειον, tritici promptuarium, uelut horreum publicum. Dionyſius Prytanea uocat Curias, in quibus ſacra fiebant ab ijs, qui maximam in urbe habent poteſtatem.

Pſophis. phidis. (ψωφίς) nomẽ ciuitatis, à Pſophide, Erycis Sicani filia: ut eſt apud Plin. lib. 4. ca. 6. & Ptolemæum lib. 3. ca. 16. Arcadiæ Pſophidis nomen uetus, reddunt Phegeã à conditore impoſitũ, à Phegeo Alpheſibœi filio: niſi quis à phaginea glande potius exiſtimet. In

inſula

inſula Venetorum Zacyntho, arx ipſa uocabatur Pſophis, & aliæ multis locis. Author Hermolaus in Plinium.

Pſylli, (ψυλλοί) populi Libyæ prope Garamantas, à Pſyllo rege dicti (ut inquit Plinius libro 7. capite 2.) quorum corpori ingenitum fuit uirus exitiale ſerpentibus, cuius odore eas ſopirent. Meminit & Herod. lib. 4. Silius itē de Atyro Pſyllo libro 1. Nec non ſerpentes diro exarmare ueneno Dictus Atyr, tactuq; graues ſopire chelydros, Ac dubiam admota ſobolem explorare ceraſte.

P ANTE T.

Pteria, Herod. li. 1. urbs Cappadociæ omnium munitiſsima, quā Cyrus expugnauit.

Pterophoros, (πτεροφόρος) eſt regio apud Riphæos montes. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremiq; ſyderum ambitus. Hæc ita dicta eſt ab aſsiduo niuis caſu ſimilitudine pinnarum. Plin. lib. 4. cap. 12.

Ptolemais, (πτολεμαΐς) oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum uenatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum eſt in regione Troglodytarum, quæ ideo Epitheras à Græcis cognominata eſt: authore Plinio libro 6. capite 29. Eſt & Ptolemais, urbs Aegypti Strab. lib. 17. Eſt item Phœniciæ urbs, colonia Claudij Cæſaris, quæ quondam Ace dicta eſt, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 19.

Ptolemæus, (πτολεμαῖος) nomen propium Lagi gregarij militis filij, qui maximæ authoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Poſt cuius mortem Aegypto, & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptij reges, Ptolemæi appellati ſunt, ut Romanorum Augusti, Perſarum Arſacidæ, Athenienſium Cecropidæ. Hic frequentiſsimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd ſi aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Accerſebat enim ſcyphos, ſtrata ac menſas. Ipſe præter neceſſaria poſsidebat nihil, quin alios locupletes facere regale magis eſſe dicebat, quàm locupletari. Et eſt nomen à Græco deductum. Græci quippe πτολεμίζειν, & πτολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμῶ Ptolemæus dicitur, ſicut ab τιμάω, quod eſt honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Deceſsit in rerum geſtarum gloria, cum paulo ante regni ſe abdicans adminiſtratione regem filium conſtituit Philadelphum. Author Trogus lib. 15. Philadelphus in regno patri ſucceſsit, uir doctiſsimus, Stratonis diſcipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ uſq; ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis triginta octo. Fuerunt & alij multi eiuſdem nominis quorū ſeriem deſcribit Strabo lib. 17.

Ptolemæus, æa, æum (πτολεμαϊκός) poſſeſsiuū. Propert. Et Ptolemææ littora capta Phari.

Publicola, (ποπλικόλας) cognomen Publij Valerij, qui primus cum Bruto poſt expulſos reges conſul declaratus eſt, dictus quòd coleretur à populo, ſeu quòd ipſe populū coleret.

Publius & Laberius poëtæ mimorum, Iulij Cæſaris familiares ambo, ſed Publius acceptior. Publius item, prænomen eius qui populo gratus fuit.

Pucinum, oppidum eſt Hiſtriæ in mediterraneis apud Ptole. lib. 3. cap. 1. Vnde & Pucinum uinum dicitur, quod creſcit in Adriatico ſinu, in ſaxeo colle, Plin. lib. 14. cap. 6.

Punicus, nomen quo Carthaginenſes uocantur. Vergilius, Punica regna uides. Vnde Bella Punica dicuntur, quæ Romani geſſere cū Carthaginenſibus. Vide Pœnus.

Puteoli, (ποτίολοι) Plinio lib. 3. cap. 4. ciuitas Campaniæ: ab aqua calidæ putore dicta, ut inquit Feſtus: licet alij putent à multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum. Hæc etiā uocata eſt Dicæarchia, à iuſtitia adminiſtrationis & gubernationis, à Samijs condita, ut uoluit Euſebius, eo tempore quo Tarquinij à Bruto ſunt expulſi. Hinc fit Puteolanus, adiect.

Pygmæi, (πυγμαῖοι) breues homines, ut lib. 7. ſcribit Plinius cap. 2. Populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, ſalubri cœlo, ſemperq; uernante, qui ternos dodrantes non excedunt. πυγμὴ enim cubitus dicitur: pugnant cum gruibus, ſed uincuntur, quod Homerus quoque prodidit. Horum mulieres quinto anno pariunt, & ſeneſcunt octauo. Fama eſt inſidentes arietum caprarumq; dorſis

ſis armatos ſagittis, ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendere, & oua pulloſq; earum alitum conſumere, ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto pennisq; & ouorum putaminibus conſtrui. Ariſtoteles in cauernis uincere pygmæos tradit, cætera de his ut reliqui. In Thracia quoq; Pygmæorum gentem fuiſſe idem Plin. ſcribit libro 4. cap. 11. quod ſecutus uidetur Iuuenalis Sat. 13.

Pygmalion, filius fuit Cilicis, qui Paphum filium ſuſcepit ex Eburnea matre, uide ſuprà. Alius fuit Pygmalion Beli filius, rex Tyri urbis Aſiæ auariſsimus, qui Sichæũ ſororiũ ante aras interfecit, ut auro eius potiretur. Verg. lib. 1. Aen. Sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Aliâs Pigmalion per iota ſcribitur.

Pylades, filius fuit Strophij Phocenſis, indiſſolubili amicitiæ uinculo cum Oreſte iunctus, quem etiam furore percitum, quòd matrem interfeciſſet, ad Tauricam uſq; regionem ſecutus eſt. Vide ſuprà Oreſtes. De Pyladis & Oreſtis amicitia ſcripſit Cic. li. 2. De finibus.

Pylene, (πυλήνη) Aetoliæ oppidum, teſte Hom.

Pylos, (πύλος) Achaiæ iuxta Theſſaliam uetuſta ciuitas in agro Meſſenio, quem Coryphaſium Græci nominauerũt: à Sparta ſtadia circiter quadraginta ſita, ut Thucydides li. 4. ſcribit. Neſtore alumno, qui Pylius inde cognominatus eſt, celebris. Ouid. Illius à tactu Pylius iuueneſcere poſſet. Idem libro. 1. de Ponto: Crede mihi, Pylio Neſtore maior ero. De Pylo multa Stra. li. 8. Sunt & aliæ duæ ciuitates hoc nomine.

Pyracmon, (πυράκμων ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ ἄκμονος, id eſt ab igne & incude) nobis inter Cyclopes eſt dictus, dicente Verg. lib. 8.

Pyramides, hæ in Aegypto nihil aliud fuerunt, quàm regum pecuniæ ocioſa & ſtulta oſtentatio, ut Plin. ait lib. 36. cap. 12. Quippe faciendi eas cauſa ea à pleriſq; traditur, ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent. Plures in Aegypto paſsim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela meminit, quæ orbẽ impleuere fama, cõſpicuæ undiq; adnauigãtibus, ſitæ in parte Africæ, monte ſaxeo ſteriliq; inter Memphim oppidum & Delta. Turres autem ſunt (inquit Solinus) faſtigiatæ ultra excelſitatem omnem, quæ manu fieri poſsit. Sub Pyramidibus fuerunt Aegyptij reges ſepulti. Lucanus lib. 9. Non mihi Pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Martialis, Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Pyramus, adoleſcens fuit Babylonius, qui Thiſben mutuo amore proſequutus eſt. Verum cum adeò à parentibus uterq; obſeruaretur, ut nullo modo ſe complecti poſſent, egredi urbem ad conſtitutum locum decreuerũt. Quò quidem cum prior perueniſſet Thysbe, leæna illac tranſeunte perterrefacta in antrum uicinum confugit. Pyramus deinde aduenĩes, cum uelum quòd fugienti Thysbe è capite deciderat cruentatum reperiſſet, eam putans à feris fuiſſe dilaniatam, gladio quẽ ſecum habebat, ſub moro arbore incubuit. Thysbe autem ex antro egreſſa, cum Pyramum uulnere confectum uidiſſet, eodẽ ſe gladio confodit. Quorum ſanguine quidem mora effecta fuere nigra, cum antea candida fuiſſent, ut fabulatur Ouidius libro 4. Met. Eſt etiam fluuij nomen qui per anguſtias Tauri montis & Ciliciam defertur.

Pyrene, (πυρήνη) nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo mõte ab Hercule compreſſæ, atque à feris laniatæ, & ibi ſepultæ. Hinc Pyrenæus, πυρηναῖος. mons dictus. Hic mons Hiſpaniæ, Galliã ab Hiſpania diuidit, ab ortu æquinoctiali in occaſum brumalem porrectus, à crebris fulminum ignibus, uel ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id eſt igne. Nam (ut ſcribit Diodorus lib. 6.) ſyluæ in Pyrenæo frequentes iniecto à paſtoribus igne, priſcis temporibus cum omnibus montanis regionibus flagrauerunt, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos. Eſt etiam Pyrene fontis nomen in Helicone Muſis conſecratus.

Pyrenæus, ſiue ut melius quidam, Pyrenus, rex Thraciæ, qui Daulida Phocidis urbem occupauit: ubi cum quodam die pluuioſo Muſas ad Parnaſum euntes uidiſſet, ut domum ſuam ſubirent, donec pluuia ceſſaret, inuitauit. Cum uerò iam imber ceſſaret, Muſæq; diſcedere uellent, Pyrenus clauſis foribus, illis uim inferre parabat. At Muſæ in aues cõuerſæ euolaue-

lauerunt: quas cum perſequi uellet ex arce ſe dans præcipitem, caput terræ illiſit, ſicq; expirauit. Author Ouid. lib. Meta. 5.

Pyrgum, (πύργοι, πύργισκα) Tuſciæ oppidum, quod & Pyrgi numero plur. dicitur. uide Ser.

Pyrois, entis, unus ex equis ſolis. Vide Aethon.

Pyrpile, (πυρπίλης) inſula ſic dicta, quòd ignis ibi primò repertus fuerit, hanc Delon dicunt eſſe.

Pyrrha, (πύῤῥα) Deucalionis uxor de qua Iuue.
» Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas.
Vide Deucalion.

Pyrrhus, (πυῤῥὸς) Latinè flauus, ſiue rufus. Quo nomine dictus fuit Achillis & Deidamiæ filius, alio nomine Neoptolemus. Fuit & alius Epirotarũ rex, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, Trogo authore lib. 17. Cum propter odiũ patris Aeacidæ, qui ab Epirotis fuerat interfectus, ad necẽ & ipſe poſceretur, furtim ſubtractus, ad Illyricos defertur, traditusq; Heroæ Glauci regis uxori nutriendus fuit. Cumq; natus annos undecim eſſet, reuocatus à ſuis, tanta uirtute creuit, ut cũ (ſicut Cæcilius ſcribit) imperiũ orbis agitaret, & Romanos potentes uideret, Apollinẽ de bello cõſuluerit: Ille ambiguo reſpondit, Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Hoc ad ſe dictum putans, auxilio Tarentinis contra Romanos uenit. Vide & Plutarchũ in Pyrrhò.

Pythagoras, (πυθαγόρας) nomen philoſophi de » quo dictũ eſt, Mente deos adijt, & quæ natura » negauit Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Hic in Italia in ea parte quæ magna Græcia dicta eſt, maximã iuuenum multitudinem philoſophiã docuit, ubi uice numinis cultus eſt. Dictus Pythagoras, quòd uera Pythio nõ minus loqueretur. uenit aũt in Italiam Tarquinio Superbo regnũ obtinente. Ferũt Pythagorã ab Aegyptijs ſacerdotibus cæremonias, potentiasq; numerorũ, admirandas uices, geometriæ ſolertiſsimas formulas, à Chaldæis ſyderalem ſcientiã, planetarũ, & ſtellarũ ſtatus, ambitus, effectus, in genituris hominũ didiciſſe. Cui Brachmanes Indorũ philoſophi, pleraq; philoſophiæ documenta contulerunt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas & Metapontinos, cui non minus ſexcentis diſcipuli erant, qui noctu ad eum audiendum confluebant. Hic Samius fuit patre Demaratho locuplete ac negociatore, in Aegyptũ primò, mox Babyloniam diſcendi curſus ſyderum gratia profectus eſt. Inde regreſſus, in Cretam & Lacedæmonem peruenit, ut Lycurgi & Minois inclytas ea tempeſtate leges agnoſceret. Demq; in Italiam tranſmittens Crotone conſedit, ubi populos aſſuetos luxuriæ, authoritate ac doctrina ad frugalem cultum reuocauit. Matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modeſtiam cohortari cœpit. Eius paſsim ſanctitate ac uitæ abſtinentia inductæ mulieres, auratas ueſtes, ornamentaq; laſciuiora in templo Iunoni conſecrauere. Pythagoras itaq; cum multos annos Crotone egiſſet, Metapontũ migrauit, ibiq; deceſsit. Cuius tanta fuit admiratio, ut eius ex domo templum facerent, eumq; pro deo colerent. Hæc ex Trogi lib. 20. Docuit in Italia regnante Seruio Tullo, ut Liuius & Dionyſius ſunt authores. Credebat animas poſt mortẽ de corporibus in corpora tranſire, & animas hominũ quandoq; in beſtias mitti. Vnde eſus carniũ prohibebat. Vide Oui. li. 15. Meta. Abſtinebat etiã fabis, ut quidam uolunt.

Pythagoriſtæ, qui uitã Pythagoræ ſequuntur.

Pythia, orum. (πύθια) ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem ſunt inſtituti, ob cædem Pythonis ſerpentis nocentiſsimi, aut ut Strabo lib. 9. ſcripſit, hominis ſceleratiſsimi, cognomento Draconis.

Pythius, (πύθιος) cognomen Apollinis à Pythone dracone, quem ipſe in prima infantia ſagittis interfecit, Iunonis nutu immiſſum, ſecundum poëtarum fabulas. Alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι, quod eſt interrogare, & conſultare. Inde uaticinantes Phœbades, Pythiæ cognominantur, ut ſcribit Strab. lib. 9. Alij ab πύθειν putreſcere, quod nunquã ſine uĩ caloris efficitur.

Python, (πυθὼν) ſerpens. à πυθὼ, quod putredo, quoniam ex putredine terræ poſt diluuium Deucalionis natus ſit. Et eſt tam maſculini » quàm fœm. generis. Claudius, Cæruleus tali » proſtratus Apolline Python. Tibullus, » Vbi Delphica Python. Hinc Apollo Pythius. Eſt & Python (aliàs Pythonoſcome) ut Solinus inquit) locus in Aſia, in campis patentibus, ubi primo aduentus ſui tempore aduolant ciconiæ, atq; eam quæ ultima uenit, laniant uniuerſæ. Vide Plin. lib. 10. cap. 23.

Quer-

Q ANTE V.

Querquetulanæ nymphæ querceto præſidentes. δρυάδες.

Quinquatria, orum, dies feſtus Mineruæ, quòd pòſt diem quintum Iduum celebraretur ſic dictus. Iuuenalis: » Eloquium ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis Incipit optare, & totis Quinquatribus optat, Quiſquis adhuc uno partam colit eſſe Mineruam. Ouid. 3. Faſt. innuit ita appellata, quoniam quinque diebus poſt Idus celebrabantur. Nā dies poſt Idus ſacer erat. Primo die fiebant ſacrificia, tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant, quinto die erat luſtratio.

Quintilis, μεταγειτνιὼν, ἰούλιος, menſis ideo dictus eſt, quòd ordine quintus eſſet à Martio, qui apud antiquos primus anni menſis erat, ſed poſtea in honorem Iulij Cæſaris dictatoris, Mar. Anto. M. filio Cos. legem ferente, Iulius appellatus eſt.

Quintus & Quintius, (κόιντος) ſunt cognomina. Vnde Quintia porta trans Tyberim, à Quintio Cincinnato.

Quirinalia, orum, uocabant diem quo ſacra Quirino fiebant. Perottus.

Quirinalis collis, (κυρίνιος λόφος) dictus eſt, quòd in eo Quirini templum erat, ſiue quòd in eum commigrauere Sabini à Curibus uenientes: hinc Quirinalis porta Romæ dicta, quòd ea in collem Quirinalem itur, uel quòd proxime eam eſſet Quirini ſacellum.

Quirites, (κυρῖται) pen. prod. Romani dicti ſunt à Quirino, id eſt à Romulo urbis Romæ conditore, qui à quiri haſta (inquit Seruius.) Quirinus (κυρῖνος) appellatus eſt, quòd haſta aſſiduè uteretur, quæ Sabinorum lingua quiris (aliàs curis) dicitur. ſiue quòd Cures uicerit, aut quòd Græci regem κύριον (al. κοίρανον) dicunt. Oui. in Faſt. » Siue quòd haſta quiris, priſcis eſt dicta Latinis, Bellicus à telo uenit in aſtra Deus: Siue ſuo regi nomē poſuere Quirites, Seu quia Romanus uicerat ille Cures. Alij Quirinū dici exiſtimant, ob generis nobilitatē à patre ſuo Quirino, hoc eſt, Marte. Romani enim Martē dum ſæuiret, Gradiuū: dum tranquillus eſſet, Quirinum nominabant: uide in dictione Gradiuus. Et quanquam hoc nomen Quirites, quidam tanquā pluraliter declinari uelint, apud poëtas tamen reperimus Quiritem à Quiris, itis. uel Quirites, itis, uel hic & hæc Quiritis. In genitiuo plurali Quiritiū & Quiritum per ſyncopen. Vide Seru. 8. Aen.

R ANTE A.

Rabbath, (ῥαβὰθ) metropolis eſt filiorū Ammon, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemæo, cognomēto Philadelpho, qui Arabiā tenuit cum Iudæa, Philadelphia nominatur.

Rabirius, eques Romanus, perduellionis, id eſt, læſæ maieſtatis, accuſatus à T. Labieno tribuno plebis, quòd Saturnium uirum ſceleratū & hoſtem patriæ in tumulto occiderit: defenſus à Cicerone, cuius extat oratio, quæ inſcribitur pro A. Rabirio, perduellionis reo.

Raphia, urbs Idumeæ Paleſtinæ propè Iordanem fluuium, à Iudæis Rama appellatur.

Rauenna, (ῥάβεννα) urbs in octaua regione Italiæ, Sabinorum oppidum, in ora littoris Adriatici, olim tota ligneis compacta ædificijs, aquis diffuſa pontibusque ac lembis peragrata. à Theſſalis condita perhibetur, ut ſcribit Strabo lib. 5. Alij poſt exciſam Troiam, alij poſt confuſa hominum labia in Babylone conſtructam fabulantur. Et cum à mari fiunt inundationes, non mediocrem accipit partem cœni paluſtris. De hac Silius lib. 8. Lenta » paludoſo proſcindunt ſtagna Rauennæ.

Rauraci, Galliæ Belgicæ populi, ut ſcribit Cæſar in Commentarijs, & Plinius cap. 17. lib. 4.

Reate, (ῥεάτιον) oppidum Sabinorum, Italiæ umbilicus, in medio ferè Italiæ poſitum, unde Reatini populi. Plin. libro 3. cap. 12. & Reatina præfectura apud Valer. Max.

Regium, oppidum eſt Galliæ Ciſalpinæ, à Lepido ædificatum, unde & Regium Lepideum uocatur. Regium propter pulchritudinem & amœnitatem. Ab eo fit adiect. Regienſis, enſe. à Regio aūt Reginus. Author Plin. libro 3. cap. 15.

Regulus Attilius, de quo Gell. cap. 4. lib. 6. ſic

ſcribit

ſcribit: Eundem Regulum Tubero in hiſtorijs rediſſe Carthaginem, nouisq́ exemplorum modis excruciatum à Pœnis dicit: In atras (inquit) & profundas tenebras eum claudebāt, ac diu pòſt, ubi erat uiſus ſol ardentiſsimus, repentè educebant, & aduerſus ictus ſolis oppoſitum continebant, atq; intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoq; eius, ne conniuere poſſet, ſurſum ac deorſum ſubductas inſuebant. Tuditanus autem ſomno diu prohibitum, atq; ita uita priuatum refert. Idq́ ubi Romæ cognitum eſt, nobiliſsimos Pœnorum captiuos, libertis Reguli à ſenatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo deſtitutos eademq́ inſomnia cruciatos interijſſe. Hactenus Tubero apud Gelliū. Vide ſupra Attilius.

Remus, filius fuit Martis ex Rhea uirgine Veſtali, à fratre Romulo interfectus, quòd uallū extruendis mœnibus deſignatum, contra edictum tranſilijſſet. Poſt cuius mortem, natam conſtat peſtilentiam, unde conſulta oracula dixerunt, placandos eſſe manes fratris extincti: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & corona, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare uideretur. Vide Romulus, & Amulius.

Rha, (ῥᾶ) authore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. Sarmatiæ fluuius, in Europa: alio nomine Volga, Volha, à Tartaris Edel nuncupatus. Hinc nomen Rhapontico radici.

Rhadamanthus, (ῥαδάμανθος) Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ, qui quòd ſeuerus fuerit, & iuſtitiæ executor, fingitur à poëtis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Vergilius lib. 6. Aeneid.

Rhamnus cum h (ῥαμνοῦς) genitiuū facit Rhamnuntis, ſicut Amathus Amathuntis, Trapezus Trapezuntis, eſt Atticæ regionis pagus illuſtris, quòd in ea fanum eſt Amphiarai uatis, & Phidiaca Nemeſis. Inde Nemeſis, Rhamnuſia dicta, quòd templū illic ab Amphiarao conditum haberet. ex quo formatur Rhamnuſius, a, um. (ῥαμνούσιος) quod eſt ex Rhamnunte. Terentius in Andria, Hoc certè ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat.

Rhamnuſia, uel Rhamnuſis, (ῥαμνουσία) indignationis Dea, quam Græci Νέμεσιν uocant. Nam cum Narciſſus forma bonitatis abuteretur ſuperbius, rectè fingitur eiuſmodi Dea aduerſus eum indignata. Illos punire ſolet, qui præſentibus bonis ſint indigni. Nemeſis, inquam, indignationē ſignificat, cuius ſimulachrum pulcherrimum Rhamnunte colebatur, quod quidam marmoreum tradunt, à Phidia ulnarum in altitudine decem factum. De hac Ouid. lib. 5. De Triſt.

» Exiget ad dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Rhea, uxor Saturni, Cœli & terræ filia, alio nomine Cybele uocata eſt. Alia fuit Rhea Syluia, de qua uide in Amulio, & Ilia.

Rhebas, uel Rhebanus, (ῥῆβας) apud Orpheum in Argonauticis, fluuius eſt ad fauces Boſphori, dicente Plinio, quem aliqui Rhœſum dixerunt.

Rhegyum, (ῥήγιον) oppidum ſitum in margine Italiæ, cui Græci nomen dedere à fractura. Hic enim Sicilia auulſa, abruptaq́ eſt ab Italia. Trogus lib. 4. Olim Rhegynæ ciuitatis ingens fuit potentia, & ob eam cauſam nomē ciuitatis factū eſſe autumant, quaſi regia urbs foret. Ab hoc Rhegyo dicti ſunt, (ῥηγῖνοι) Rhegyenſes. Vide Regium.

Rhemi, populi ſunt Galliæ ſuper Ligerim. Nemanſum habent metropolim: aduerſus Romanos ingentia bella geſſerunt: cum Cæſare apud Gorgoniam congreſsi ſunt. Luc. lib. 1.

» Optimus excuſſo Leucus Rhemusq́ lacerto.

Rhene, inſula una ex Cycladibus in Aegæo, deſerta olim, in quam defunctos ſuos Delij inferebant: cum in Delo, ut Thucydides libr. 4. ſcribit, nec parere, nec ſepelire fas eſſet, ſicut nec canem alere. Ex Hermolao.

Rhenus, (ῥῆνος) & Rhenum, nobilis fluuius, ex Rheticis Alpibus oriens, Belgas à Germanis diuidit, & multis amnibus auctus in Oceanum ſeptentrionalem, hodie tribus oſtijs defertur, quum olim tantum duobus influeret, ut patet ex Vergilij libro 8. Rhenusq́ bicornis, &c. Eſt item Italiæ fluuius apud Bononiam, cuius meminit Plinius capite 16. libro 3.

Rheſus, (ῥῆσος) filius fuit Strymonis & Euterpes Muſæ, rex Thraciæ, qui albis equis in auxilium Troianorum uenit, ſed prodente Dolone ſpeculatore Troiano, à Diomede et Vlyſſe

qui & ipſi ſpeculatum uenerant, prima nocte occiſus, antequam eius equi Xanthum bibiſſent, cum ueſpere tum primum aduenißet, & clauſis iam portis in littore tetendißet: fuerat enim reſponſum illi oraculo, ſi ipſe & equi ipſius Xanthum bibiſſent, Troianaq́ pabula guſtaſſent, inuictum fore: ſed illi rege occiſo ſtatim abduxerunt equos, à quibus pendebant fata Troiana. Meminit & Seruius. Hoc nomine etiã dictus eſt quidã Troianus fluuius.

Rheti, (ῥαιτοί) populi à Tuſcis conditi, qui duce Rheto, à Gallis pulſi, Alpes occuparunt, & à nomine ducis Rheti condiderunt Rhetiam. Hinc Rheticæ uites, & Rheticum uinum, quod inter generoſa Italiæ uina numeratur. Quod, ut Strabo lib. 4. ſcribit, in montanis Rhetorum radicibus naſciuur, qui populi Veronam Comumq́ uſq; peruenerunt.

Rhetia, (ῥαιτία) regio Europæ eſt, quæ (ut libr. 2. cap. 12. Ptol. refert) ab Occaſu limites habet montem Adulã, & fontes Danubij & Rheni: ab Ortu Lycum fluuium, qui in Danubium exit, & Rhetiam à Vindelicia diuidit: à Septentrione Danubium, à Meridie Alpibus terminatur ſupra Galliam Ciſalpinam. Poſt Rhetiam, uerſus Orientem ſequitur Vindelicia, quæ & Rhetia uocatur, cui Noricum adhæret, Aeno tantum fluuio diſiuncta. Quidam eam Bauariam appellant. Diuiditur in primam & ſecundam. Prima uel ſuperior inter fontes Rheni & Lycum fluuium, continens in ſe maximam Alpium partem, lacum Conſtantienſem, Algoiam (ut hodie uocant) & Sueuiam uſq; ad Danubium. Secunda uel inferior, inter Lycum fluuium, & Danubij fontes, &c.

Rhetus, Centaurus quidam Ixionis filius.

Rhion, Aetoliæ promontorium eſt Plinio.

Rhiphæi, montes ſunt in Scythia, à perpetuo uentorum flatu appellati. ῥιπίζω enim Græcis flo ſignificat, ex quibus Tanain fluuium oriri tradunt. Hinc fit Rhiphæus, a, um, id eſt, Scythicus & Aquilonaris, ut Rhiphæus populus, & Rhiphæa nix. Claudia.
» Non Rheni glacies, non me Rhiphæa tenebũt
» Frigora, &c. Vide Riphæi, cum r nõ aſpirato.

Rhodanus, pen. cor. (ῥόδανος) fluuius Galliæ, à Rhoda Rhodiorum oppido, ut ait Plinius li. 3. ca. 4. Hieron. in Com. Epi. ad Galat. Rhodam Rhodiorum coloni locauerũt, unde amnis Rhodanus nomen accepit. Adeò magni curſus eſt, ut uix aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt hunc amnem ex Alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni & Danubij. Fertur per Lemanum lacum, & uerſus Occidentem, per Galliam fluens, tardum Ararim proxime Lugdunum ſuſcipit. Inde ad Meridiem conuerſus, & Iſaram Druentiamq́ ſuſcipiens, apud Heracleam uno oſtio, & paulò ulterius duobus alijs in mare Tyrrhenum irrumpit.

Rhodia, (ῥοδία) Nymphæ nomen, à fluendo. Eſt & ſpecies uitis, de qua Vergil. lib. 2. Georg.
» Tranſierim Rhodia.

Rhodope (inquit Serui.) & Iſmarus montes ſunt Thraciæ, in quibus Orpheus ſolitus eſt » canere. Verg. Eglo. 6. Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. à quo fiunt a» diect. Rhodopæus, a, um. Oui. in Epiſt. Hoſpita Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis. Dictus à Rhodope Thracum regina ibi ſepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipſe mõti nomẽ dedit. Sed Oui. ipſam Rhodopen in hunc montem conuerſam tradidit, quòd deos aſpernaretur. Eſt & Rhodope Ioniæ ciuitas, cuius prima corripitur.

Rhodopis, idis, uel Rhodope (prima prod.) meretrix fuit quædam Thraciæ, miræ pulchritudinis, quæ unà cum Aeſopo captiua fuit: illam Charaxes Mitylenæus frater Sapphûs maxima pecunia redemit, ut Herodotus ſcribit lib. 2. Cuius rei etiam meminit Sappho in epiſtola ad Phaonem apud Ouidium. Hanc eandem Plinius. libro 36. capite 12. Pyramidem laudatiſsimam conſtruxiſſe ſcribit, ne quis opes regum miretur: ut maiore ſit miraculo, eam tantas opes meretriſio quæſtu conquiſiſſe: aſſeritq́ unà cum Herodoto, illam Aeſopi philoſophi conſeruam & contubernalem fuiſſe.

Rhodos, (ῥόδον) Latinè Roſa. Inde Cynorrhodos, Rhododaphne. Et Rhodos nomen urbis (ut inquit Strab. li. 12. cap. 14. ῥόδος) ſuper Orientali promõtorio ſita, dicta quòd capulo roſæ illic inuento ſit ædificata. Ea portubus olim

olim & uijs, & mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperauit, ut nulla putaretur æqualis. Legum præſtantia, & naualis rei peritia adeò ualuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit. Quo etiam nomine dicta eſt inſula, in qua ea urbs eſt, quam Plinius Lyciæ & primam Cycladum ſcribit eſſe uenientibus ab Oriente. Hæc inſula noningentorum ac uiginti ſtadiorum ambitu patet, inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Lesbus & Cyprus, maiores habentur. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde Staclia, poſtea Telchin, eò quòd Telchines inſulam colerent, quos nonnulli maleficos, alij eximios artifices fuiſſe tradunt, qui æris & ferri fabricam inueniſſe dicuntur. Sunt qui hanc inſulam Carpathio mari aſsignant, ut ex Luciani uerſu intelligi licet, Rhodus Carpathium in pelagus ſe inclinat apertum. Soli ſacra eſt, qui puellæ nomine Rhodiæ amore captus, Rhodum ab ea nominauit, ut Diodo. lib. 6. refert. Nam & Solinus author eſt, nunquam ita cœlum nubilum eſſe, ut in Sole Rhodos non ſit. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulæ cæcinit Pindarus, ubi ſtudia liberalium artium, & in primis oratoriæ facultatis floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis coloſſus, 70. cubitis altus, ſoli dicatus, à quo poſtea Rhodij appellati ſunt Coloſſenſes, ad quos Apoſtolus epiſtolam ſcripſit. In ea etiã urbs opulentiſsima Lyndus, ex qua Cares ſtatuarius qui coloſſum extruxit. A Rhodus fiunt adiectiua, Rhodius (ῥόδιος) & Rhodienſis, & Rhodiacus.

Rhœbus, equus fuit Mezentij, apud Verg. li. 10.

Rhœteum, ſiue Rhœtus, promontorium Troiæ in quo ſepultus fuit Aiax Telamonius. Inde Rhœteus, & Rhœteius, a. um.

Rhœtus, Marrubiorum rex in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiã ſuperinduxit nouercã: hanc priuignus ſtuprauit. Quo cognito cum eum pater perſequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille ſe ad Turnum contulit. Hæc Seruius in Verg. 5. Aeneid.

Ripæ, ſiue Ripei ſine h, (ῥίπαια ὄρη) montes Arcadiæ, quam addimus, quoties Riphæos montes Scythiæ ſignificamus. Verg. 7. Quiq; Ripas Batulũq; tenent, atq; arua Celenæ. Alij uerò non Ripas, ſed Rufas legunt, & melius.

Riphæi, (ῥίφαια ὄρη) montes Scythici, à ῥιπῆς (ut quidam putant) id eſt uentorum perpetuo flatu, uel ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν, id eſt, proijcere. Inde & Eurus Riphæus dictus. Verg. lib. 1. Georg.

Gens effrena uirûm Riphæo tunditur Euro.

Riphæos populos Riphaath filius Gomer inſtituit, quos à ſe Riphæos nominauit, ut ſcribit Ioſephus lib. 1. Vide Riphæi cum r aſpirato.

Robigo, pen. pro. Dea quam Romani putabant robiginem auertere. Ouidius:

Flamen in antiquum lucum Rubiginis ibat.

Erat & Robigus Deus, cui Robiganalia ſeu Rubiginalia ſacra 7. Calend. Maij fiebant, quoniam tunc ferè ſegetes robigo occupat, ut ait Plinius: uide Varr. primo de re Ruſt. ca. 1.

Roma (ῥώμη) nobiliſsima & bellicoſiſsima Italiæ urbs, regina urbium, & totius orbis caput, quem penè totum ſub ſuum imperium ſubegerat, abundans olim optimis uiris, ſed hodie ferè omnium malorũ Lerna. De conditione autores uariant, communior tamen ſententia eſt, Euandrum ex Arcadia fugientem in ea loca ubi nunc Roma eſt ueniſſe, atq; ibi oppidum inueniſſe, nomine Valentiam, paruum, quod cum ampliaſſet atq; extendiſſet, Romã dixiſſe. Alij à Romulo dictã uolunt, qui idem poſtea quoq; ampliauerit & mœnibus cinxerit. Sed de his abunde & ubiq; apud alios uide, quoniam huius rei deſcribendæ locus hic non eſt. A Roma fit Romanus, na. num. (ῥωμαικός, ῥωμαῖος) quod è Roma eſt, uel qui Romã inhabitat. Romanenſis, qui alibi ortus eſt, ſed in Roma uerſatur. Vnde ſal Romanenſis non Romæ factus ſed qui Romæ uendebatur. Romæ ambitũ uariè prodiderũt autores. Scribit Plin. lib. 3. ca. 5. diui Veſpaſiani temporibus millia paſſuũ 13. & 200. urbis ambitum fuiſſe. Flauius aũt Vopiſcus tradit, Aurelianũ imperatorem ambitũ urbis triginta millia paſſuum ampliaſſe.

Romanicus, adiectiuum, Cato cap. 135. Aratra in terram ualidam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, iuga Romanica optima erunt.

Romula, (ῥωμύλη) arbor dicebatur, ficus ſecundum aliquos ſub qua Remus & Romulus pueri inuenti ſunt. Vide Ruminalis ficus.

Romulus, & Remus, fratres, Martis & Iliæ filij, qui

qui collecta paſtorum manu Romam condiderũt. Priuſquam aũt conderetur, ne factio moueretur de principatu, pacto conuenerunt, ut is præeſſet regno, cui in augurio plures apparuiſſent uultures. Sex tãtum uiſi ſunt Remo, duodecim Romulo, eóq; iure rex cõſtitutus, ambitum urbis uallo & aratro deſignari iuſſit, cauítq;, ne quis ſulcum tranſiliret, niſi qua parte relictus & indictus fuerat portis locus. Remus ſtatim ægrè ferens inſolens fratris edictum, uallum tanquam in ludibrium & contemptum trãſilijt magno ſuo malo, quoniam ob hanc cauſam raſtris interfectus eſt, iubente Romulo. Quare autem poëtæ fabulentur eos à lupa nutritos, uide ſuprà Laurentia. Ab eo fit Romulida & Romula tribus Item Romulides, & Romuleus, a, um. Cætera eius geſta uide apud Liuiũ. Fulmine ictum interijſſe ferunt. Vide in Amulio.

Roſcius Gallus Comœdus, ſiue hiſtrio nobiliſsimus (ῥόσκιος) Ciceronis præceptor in pronunciationis & geſtus exercitatione, eò præſtantiæ uenit, ut cum de perfecto in arte aliqua loquimur, is in ſuo genere Roſcius à nobis dicatur, teſte Cicerone lib. 1. de Oratore. Quæ

» grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit.

Hic cum obliquos haberet oculos, turpiſq; eſſet adſpectu, primus perſona in ſcena uſus eſt: populus tamen eum ſine perſona intueri malebat, ob pronunciandi dulcedinem, ut Cicero in libris de Oratore author eſt. Scripſit & librum in quo hiſtrionicã eloquentiæ comparauit. Hic à Cicerone defenſus eſt, cũ à Fannio quodam ob pecuniariam rationem in iudicium adductus eſt. Fuit & Roſcius Amerinus ex Cicerone ſatis notus.

Roſtra, dictum eſt templum Romæ in foro ante curiam Hoſtiliam, in quo erat ſuggeſtus roſtris nauium anciatum, ex quo concionabantur. Vnde ſæpe legimus pro roſtris, id eſt in eo loco ubi roſtra ab hoſtibus capta fixa erant.

Rubi, orum. (ῥόβοι) tantum pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, ſeu à colore ruboris. Horat. in Sermon lib. 1. Sat. 5.

» Inde Rubos feſſi peruenimus, utpote longum

Carpentes, Inde afferebantur rubea uimina

» pro fiſcelis. Verg. Nunc facilis rubea texatur fiſcina uirga.

Rubicon, (ῥουβίκων) pen. cor. fluuius eſt, Italiam à Gallia citeriore ſeparans, originem ducit ab Alpibus ex Apennino monte, fluitq; inter Ariminum & Rauennam, in mare Adriaticum.

Rubrum mare, (ἐρυθρὰ θάλασσα) dicitur, quia aquas rubere credebant. Quidam à Solis repercuſſu exiſtimarunt talem reddi colorem. Alij ab arena, terráq;. Curti. ab Erythro rege inditum eſſe nomen exiſtimat. Vide Erythræum mare, & Mare rubrum.

Rudiæ, diarum, (ῥοδιαί) urbs Salentinorum.

Rufæ, oppidũ Campaniæ, cuius meminit Maro.

Rufimaceriæ, plural. num. oppidũ Campaniæ.

Rufus, (ῥοῦφος) nomen proprium, à quo per denominat. fit Rufinus. Aliqui per duplex f ſcribũt.

Rullus, teſte Plinio lib. 8. cap. 51. ſolidum aprum Romanorũ primus in epulis adpoſuit, qui Ciceronis conſulatu legẽ Agrariã promulgauit.

Rumia, (ῥουμινία) dicta eſt Dea, quæ rumis, id eſt mãmis, hoc eſt pueris lactentibus præſidebat.

Ruminalis ficus, ſub qua lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuiſſe, quæ & Romula uocitata eſt. Ouidius:

» Romula nunc ficus, Rumula ficus erat.

Siue quòd ſub ea pecudes æſtatis tempore frigora captãtes, herbas ruminare conſueuerũt.

Rutheni, (ῥουθηνοί) populi ſunt Galliæ Narbonenſis, non longè ab Auerna, & Santonibus.

Rutuli, (ῥούτουλοι) antiquiſsimi Italiæ populi qui Latium tenuerunt, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. Diſtant autem non longè ab urbe Roma, ubi Ardea oppidum eſt. Vergilius:

» In me conuertite ferrum O Rutuli.

Rutupiæ, Britanniæ inſulæ portus apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. uulgò Sanduuich.

Rutupinum, pe. pro. promontorium Britanniæ Vnde Rutupiũ, litorale Britanniæ oppidum, à quo fit Rutupinus, a, um. Luca. lib. 6. Aut

» uaga cũ Tethys, Ruptupináq; littora feruent,

» Vnda Calydonius fallit turbata Britannos.

S ANTE A.

Saba, (Σαβᾶ) ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Ioſephus, quàm poſtea Cambyſes à ſororis ſuæ nomine, Meroën nominauit. Hanc Nylus circundans, inexpugnabilem

lem reddebat. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua, myſterium ſignificare. Hieronymus uerò conuerſionē ſonare autumat. Hinc Sabæus,bæa,bæum.(Σαβαῖος)ut Sabæus odor, apud Colum.lib.10.

Saba, Arabum metropolis in monte ſita, ſic ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι appellata, quod eſt reuereri ſeu uenerari: quia thus mittit quo in ſacrificijs utimur, ut notat Seruius, & ideo thuriferam uocat Ptolemæus. Vel, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt ſacrificare. Vide Sabæa & Sabæi.

Sabæa, regio Arabiæ felicis, in qua ſola thus naſcitur. Verg. Solis eſt thurea uirga Sabæis.

Sabæi,(Σαβαῖοι) populi ditiſsimi ſyluarum fertilitate odorifera. Hos Ioſephus lib. 1. à Saba Cuſi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Verg. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. Vide Strab.lib.16.

Sabelli, populi à Sabinis orti, incolunt montes, qui ſunt inter Sabinos & Marſos.

Sabidius, uir Romanus, gulæ deditus, plus uorabat quàm poſſet concoquere: quo circa ita fœtebat eius anima, ut nemo poſſet cum eo loqui, quem Martialis Epigrammate inſectatur:

» Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare:
» Hoc tantum dicere, non amo te.

Sabini,(Σαβῖνοι) populi ſunt in quarta Italiæ regione, indigenæ atque aborigines, non procul à Roma. Silius à Sabo authore gentis, Sabinos dici putat, qui lib.8. ait,

» Ductorem gentis pars laudes ore ferebant
» Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
» Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Hos Plinius Apenninis iugis uallatos utrinq; ſcribit. Strabo Sabinos ait anguſtum incolere agrum, in longitudinem protenſum à Tyberi uſque Nomentum oppidum, ſtadia mille uſq; ad Veſtenos. Horum filias rapuerunt Romani olim in ſpectaculo, quum uxoribus carerent: Romulus enim quum propinquitates uicinorum bona pace impetrare non poſſet, propter urbis nouitatem, conſilium cepit de rapiendis uirginibus. Indictis itaq; ludis Neptuno peragendis, quum multi hoſpites & accolæ ueniſſent cum coniugibus & liberis: ultimo die dato ſigno cum ad rapinam diſcurreretur, raptæ ſunt uirgines 683. authore Dionyſio in Antiquitatibus: propter quam rapinam conſequutum poſtea eſt bellum inter Romanos & Sabinos: ſed uicti Romam migrauerunt. Ab ijs Picentes, Samnitesq; in colonias deflexère. A religione autem & deorum cultu, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ σέβειν, dicti ſunt Sabini, quaſi Sebini, author Plinius lib.3.ca.12. Eorum regio Sabina dicitur. A Sabinis, Sabellus (Σάβελλος) deducitur, & Sabellicus, Iuuenalis:

» Menſamq; Sabellam. Verg.
» Dentesq; Sabellicus exacuit ſus.

Sacer mons (ἱερὸν ὄρος) ſic dictus eſt, quòd Ioui eſſet conſecratus. Hunc occupauit olim plebs Romana, cū à diuitibus nimium grauaretur, & ibi creati ſunt tribuni plebis. Vel eſt mons in finibus Galatiæ aurum ferens.

Sacerani, appellati fuerunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures, Siculosq; eiecerunt: dicti quòd iure ſacro nati eſſent. Vide Sacrani.

Sacrani, populi fuerunt Italiæ, Romæ uicini, qui ortum ſumpſerunt à Corybante quodam, ea loca tenente. A ſacrificando dicti, Corybantium enim erat matri deum ſacra facere. Seruius tamen Ardeates intelligi putat, propter uer ſacrum, quod immolationis genus erat, quando grauibus periculis adducti uouerent, quæcunq; proximo uere apud ſe animalia nata eſſent, ſe immolaturos, quod poſte adacti uouerant. Verg. 7. Et ſacranæ acies & picti ſcuta Labici, &c. Vide Sacerani.

Sacra uia, (ἱερὰ ὁδὸς) in urbe Romana uocata eſt, quòd in ea ictum fœdus ſit inter Romulum & Tatium. Hac triumphantes in Capitolium ibant. tendebat autem à regia uſque ad arcem. Hanc Horatius Sacrum cliuum nuncupauit.

Sacrum promontorium, (ἱερὸν ἀκρωτήριον) Luſitaniæ locus, teſte Ptolemæo lib.3. cap.3. Caput ſancti Vincentij hodie dicitur, ubi Cuneus ager.

Sadducæi, (Σαδδουκαῖοι) dicuntur, qui Sadducæum quendam magiſtrum leges ſequentes, neq; reſurrectionem credebant, neq; angelos, neq; ſpiritus.

Sagittarius, ſignum cœleſte, quem alij centaurum Chironem arbitrantur, alij Erotum filium Euphemis nutricis Muſarum, & habitaſſe in Parnaſo cum Muſis, & uenationi incubuiſſe, unde & uſum ſagittis, & equo inſe-

diſſe, poſt mortem precibus Muſarum à Ioue inter aſtra relatum, & uaria forma conſcriptum. Idibus Februarij ueſpere occidit, ac uehementer hyemat, inquit Columella.

Saguntus, uel Saguntum (Σάγουντος) Hiſpaniæ ciuitas ultra Iberum fluuium à Zacynthijs condita, cuius habitatores adeò fideles Romanis extiterũt, ut ab Annibale obſeſsi multos menſes obſtinatis & infractis animis obſidionem tulerint, maluerintq́ expectare urbis excidium, quàm deditionem facere. Et cum ſalutem deſperarent ob nimiã famem, in foro ſuas res omnes in publicũ rogum coniecerũt, ſeq́ poſtremò & ſuos liberos eodem præcipitârũt, ne in hoſtiũ manus uenirent. Huius urbis ſitũ elegãter deſcribit lib.1. Silius. Meminit cladis Liuius lib.1. Decad.3. Hinc Saguntinus, na. num. Σαγουντινός. ut uaſa Saguntina, quæ maximè commendantur.

Sais, (Σάις) urbs Aegypti iuxta unum ex Nili fluminis oſtijs, quod ab ipſa Saiticum dicitur: & Saitæ, populi in Aegypto, huius loci incolæ, qui Mineruam colunt, authore Cicerone lib.3. De natura deorum.

Sala, oppidum & fluuius Mauritaniæ. Authore Plinio lib. 5. cap.1. Eſt item Sala, oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ ſuperioris atq́ Armeniæ, Ptolemæo lib.4. cap.1.

Salacia, quam quidam Salicam uocant, aquæ dea, à ſalo ciendo appellata, Neptuni uxor, quam inferiorem aquã maris eſſe dicũt, quod in ſalum redeat. Vnde à poëtis pro aqua ſumitur. Pacuu. Hinc Salaciæ ſæuitiam fugimus.

Salamin, ſiue Salamis, (Σαλαμὶς) & Salamina, Σαλαμίνα, inſula in Euboico mari, contra Athenas ſita, in qua urbs eſt eiuſdem nominis, ubi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Sed cum Teucer à bello Troiano reuerſus, Aiacis inimicos ultus non fuiſſet, expulſus à patre, in Cyprũ nauigauit, ibiq́ urbem aliam condidit, nomine Salaminam, quæ nunc Conſtantia dicitur, ubi amnis nomine Conſtantia peſtifer, & æſtuoſus. Inde Iouis Salaminij cognomen Teucro authore, qui Telamonis patris ira profugus, ad Salaminem huic deo inſigne & magnificum templum extruxit, ut author eſt Tacitus libro 3. Horat. in Odis, Teucer Salamina patremq́ Cum fugeret, &c. Inde fit Salaminiacus. a. um. Dicta à Salamine Aſopi filia. Vide ſuprà Colophon.

Salaminius, (Σαλαμίνιος) ex Salamine urbe, unde Solon Salaminius dicitur.

Salanga, (Σαλάγγη) mons altiſsimus, mari imminens, inter Britanniam & Hiberniam, à Salanga, Barculani primi habitatoris Hiberniæ filio dictus. Mons Domini alio nomine uocatur hodie, ubi eſt monaſterium à S. Dominico conſtructum.

Salapuſius, à ſale & puſius compoſitum nomen. Puſius enim, ſiue puſus, & puſio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris, tanquã puer, ob ſtaturã puerilẽ, plenus ſalis, et oratoriæ mordacitatis.

Salentini, (Σαλεντῖνοι) populi dicti, quod in Salo amicitiam fecerint Idomeneus & Locrenſes. Hos Strabo ſcripſit eſſe Cretenſes. Eorum regio finitima eſt Apuliæ, quæ nunc terra Idrunti, ſiue terra de Bari uocatur. Hinc Salentini campi, de quibus Vergilius libro 3.

„ Et Salentinos obſedit milite campos.

Sunt autem peninſulæ forma, inter Tarentinum & Adriatici fauces propanſi, Iſthmo ſe iuxta Brunduſium & Rudias contrahente, non amplius CCCX, ſtadijs lato, quod ex Ptolemæi tabula diſcitur.

Salentinus, (Σαλεντῖνος) lacus eſt Salentinorum, iuxta Anduriam oppidum. Hic ad margines uſq́ plenus, neq́ exhauſtis minuitur, neq́ ſuperfuſis augetur aquis.

Salij (σάλιοι) ſacerdotes Martis Romæ à rege Numa inſtituti, qui luſtrantes per urbẽ ſaltabant ancilia portantes. Sunt autem ideo Salij dicti, quòd circa aras ſaliunt & tripudiant, ut ſcribit Seruius apud Verg. 8. Aeneid. Liuius lib.1. decadis primæ: Numa item Salios duodecim Martio Gradiuo legit, tunicæq́ pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegmen, cœleſtiaq́ arma (quæ ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudijs, ſolenniq́ ſaltatu iuſsit.

Saliſi, (Σαλάσσοι) populi Alpini, Boijs Heluetijsq́ finitimi, quos Cato Tauriſcæ gentis eſſe arbitratur. Salaſſos rectius appellaueris, hodie die Ougſtaler.

Salmacis (Σαλμακίς) fons in Caria, iuxta Halicarnaſum. Dictus Venereus, ab amœnitate

incola

incolarum, ubi paulatim homines illecti omnem feritatem depoſuerunt. Strabo libro 14. Salmacis fons, neſcio quamobrem calumniatus, tanquam emolliens eos, qui inde bibant. Hominum enim mollicies non uidetur ab aëre, uel ab aqua cum ea minimè ſit cauſa molliciei, ſed diuitiæ & uictus incontinentia. Spolia quoq; ſine labore parta, Salmacia dicũtur. Et Salmacias Baias dixit Macer. Hinc Salmacidus, a. um. uide ſuprà Hermaphroditus.

Salmoneus, (σαλμωνεύς) Aeoli filius, non regis uentorum, inquit Seruius, ſed cuiuſdam apud Elidem, ubi regnauit, qui cum regia maieſtate contentus non eſſet, conatus eſt ſe deum ſuis oſtendere, & fabricato æneo ponte in ſublimi ſuper eã agitabat currus, ad imitãda tonitrua, & in quem iaculatus eſſet facem, eum iubeba occidit. Ob quam ſuperbiam Iupiter iratus, eum uero fulmine ad inferos deturbauit.

» *Verg. 6. Aene. Vidi & crudeleis dantem*
» *Salmonea pœnas, Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi.*

Salon, (σάλων) autore Strabone li. 12. regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus, σαλωνῖτος.

Salonæ, (σάλωνα) inſigne oppidũ eſt Liburniæ inter Dalmatas & Illyricos. Lucanus:

» *Qua maris Adriaci longas ferit ora Salonas*

Salpina, palus in Apulia, iuxta Salpiam ciuitatem meretrico amore Annibalis inclitã. Luc.

» *Quis recipit Salpina palus, &c.*

Salſuſæ, fons Narbonenſis Galliæ iuxta Ruſcinonẽ, non dulcibus, ſed ſalſioribus, quàm marinæ ſint, aquis defluens. Pomp. Mela lib. 2. ubi eſt arx munitiſſima regum Hiſpaniæ ditionis.

Salus, dea ſalutis credita: unde Salutaris porta Romæ appellata, ab huius deæ æde, quæ ei proxima fuit. Terent. in Adel. Ipſa ſi cupiat Salus, ſeruare prorſus non poteſt hãc familiã.

Samaria. (σαμαρεία) ciuitas regalis in Iſrael, à qua tota regio decem tribuum dicta eſt Samaria. Poſtea Sebaſte dicta ab Auguſti nomine. Dicitur quoque Sichar & Sichem, & Sichima, ea eſt Palaſtinæ inter Iudeã & Galileã ſita. Hinc Samaritani & Samaritæ, (σαμαρεῖται) dicti ſunt, qui Samariam habitant.

Samarobrini, Galliæ populi: horum metropolis Cameracum eſſe creditur, Ptol. lib. 2. cap. 9.

Samnites, penult. prod. populi in Samnio quod nunc Aprucium uocamus: regio Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Vrbes in ea ſunt, Adria, Aquila, Amiternũ, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aquinum, Athina, Beneuentum, Corfinũ. Samnites dicti ſunt à Samnio colle, in quo è Sabinis uenientes conſederũt, & eiuſdem nominis oppidũ ædificauerunt. Quidam etiã Sannites per duplex nn ſcribunt.

Samos, (σάμος) altitudo & ſummitas interpretatur, & eſt nomen duarum inſularum quarum alterum eſt in mari Ionio iuxta Epheſum, Iunoni ſacra. Epheſo oppoſita eſt, & Andro uicina. In hac maximo honore colebatur Iuno, unde Vergil. lib. 1. Aeneid.

» *Quã Iuno fertur terris magis omnibus unã*
» *Poſthabita coluiſſe Samo, &c.*

Altera in mari Aegæo Thraciæ adiacẽs, quæ ex cõmiſtis Thraciæ populis Samothracia dicta eſt, ut author eſt Strab. li. 10 Verg. 7. Aen.

» *Threiciamq; Samũ, quæ nunc Samothracia fertur. Abundat luto conficiendis fictilibus aptiſsimo, unde illud,*

» *Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regẽ,*
» *Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.*

Inde fit Samius, a, um.

Samothracia, uide Samos.

Sanates, dicti ſunt, qui infra ſupraq; Romam habitauerũt: quod nomẽ ijs fuit, qui cũ defeciſſent à Romanis, breui pòſt rediere in amicitiã quaſi poſt ſanata mente. Itaq; in XII. tabulis cautũ eſt, ut idẽ iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus, id eſt bonis, & qui nunquam defecerãt à populo Romano.

Sandaliotis, (σανδαλιῶτις) Vide Ichnuſam.

Santones, (σάντωνες) & Santoni, & Santonici, populi quidã Galliæ, non longè à Toloſatium finibus, quæ ciuitas eſt in prouincia, ut Cæſar Comment. 1. ſcribit. Lucanus, lib. 1.

» *Gaudetq; amoto Santonus hoſte. Iuuenal.*
» *Tempora Santonico uelas adaperta cucullo.*

Sapis, Galliæ Ciſalpinæ fluuius Senogalliam urbem ſubterlabẽs, iuxta quã & Iſaurus fluit.

Sappho, (σαπφὼ) per p ante ph. fuit fœmina Leſbia & nobilis, à qua uerſus quidam Lyrici, Sapphici ſunt cognominati, quos illa cõperit. floruit tẽpore Alcæi & Steſichori poëtarum, maritum habuit Cercylam ditiſsimum uirum

ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit Clio nomine. Scripſit Lyricorum libros nouem, præterea Epigrammata, Elegias, Iambos & Monodias, Carmini Sapphico, cuius inuentrix fuit, dedit nomẽ. Sunt qui aliam dicunt fuiſſe Lesbiam, ſiue ut alij tradunt Mitylenæam, poëtriã quoque, priore longè iuniorem, quæ adoleſcentem Phaonem, cuius ſuperius mentionem fecimus, adamauerit: cuius amore cum frui non poſſet, è Leucade ſe dimiſerit in aquas. Vtracunq; fuerit, unam tãtum commendant Latini poëtæ. Ouid. 2. Triſt. Lesbia quid docuit Sappho, niſi amare puellas?

Saraceni, uide Sarraceni.

Sardanapalus, (σαρδανάπαλος) pe. pro. ultimus Aſſyriorum rex, de quo Iuſtinus lib. 1. Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus, nec erubuit inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes laſciuia anteire. Quamobrem indignati Aſſyrij tali fœminæ parere, duce Athace (aliâs Arbacto præfecto Medorum) deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus, in regiam ſe recepit, & extructa pyra, ſe atq; diuitias in incendium miſit. Hic fuit à Nino trigeſimus rex, ut inquit Diodorus libr. 3. Biblio. Et moriens condidit hoc epitaphium:

» Ede, bibe, lude, poſt mortẽ nulla uoluptas. Et:
» Cum te mortalem noris, præſentibus exple
» Delicijs animum, poſt mortem nulla uoluptas.

Aliud quoque epitaphium eiuſdem refert Cicero 5. Tuſculanarum quæſt.

» Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
» Hauſit, at illa iacẽt multa & præclara relicta.

Sardinia, inſula maris mediterranei, frumenti fertiliſsima, de qua Salluſtius, Sardinia, inquit, in Afro mari facie humani ueſtigij, in Occidentem, quàm in Orientem latior prominet. Ab oriente Tyrrhenum pelagus habet, à meridie Aphricum, ab occaſu Sardoũ, à Septentrione quod inter ipſam & Cyrnũ, ſeu Corſicã circũfunditur. Nomẽ habet à Sardo Herculis filio, qui magna multitudine colonorum in eã è Lybia ueniẽs nauigaſſe fertur, ibiq; cõſediſſe, ut li. 12. Silius & Solin. ſcribunt. Antea Sãdaliotis appellata fuit, ab effigie ſoleæ, quã Græci ſandalion uocãt ut ſupra diximus: & Ichnuſa, à ſimilitudine ueſtigij, quod Græcè dicitur ἴχνος. Huius latitudo eſt millium paſſuum nonagintaocto, longitudo ducẽtorũ uiginti, quanquam alia ſtadia multa adijciãt. Mirum in ea inſula neq; lupum gigni, neq; ſerpentem reperiri. Habet ciuitates multas, ſed omnium præclariſsima Calaris eſt, ubi coraliorum piſcatio eſt. In qua diui Auguſtini oſſa tandiu conquieuere, quoad ab Heliprando rege Pampiam tranſlata ſunt. Hæc ciuitas Iole à priſcis appellabatur, ab Iole illa, quam Hercules perditiſsimè amauit. Inſulam Pœni occupauere, ſed à Romanis expulſi tandẽ primo bello Punico amiſere. A Sardinia Sardus, Sardous, & Sardinienſis, adiectiua ſunt. » Oui. 4. Faſt. Sardoaq; regna ſiniſtris Reſpicit à remis, &c. De hac Inſula uide Pli. li. 3. ca. 7. Eras. in Chil. Pauſaniã & Cælium Rhodig. lib. 11. cap. 19.

Sardinienſis, (σαρδόνιος) qui Sardiniam incolunt, ut ibi negocientur. Sardi, (σαρδοι) indigenæ, qui in Sardinia nati ſunt.

Sardis (σαρδεις) tantum pluraliter, urbs fuit in Lydia, ad latus Tmoli montis, maximè celebris, ut teſtis eſt Herod. lib. 1. & Plin. lib. 5. Eadem fuit olim regia Crœſi Mydorum regis, ut latè oſtendit Herod. & Horatius in epiſt. 10. Quid concinna Samos, qui Crœſi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accuſatiuũ in is productũ, quomodo Tralis & Syrtis.

Sardus, Herculis filius, à quo Sardinia dicta.

Sarepta, (σάρεπτα, σάρεφθα) Plin. li. 5. ca. 19. urbs Sydoniorũ, ubi diuinus uates Helias eſurientem uiduam miraculo pauiſſe creditur. Hinc Sareptanus, a, um. (σαρεφθαῖος, σαραπθηνός.)

Sarmatæ, uel Sauromatæ, populi uagi inter Boryſthenem & Iſtrum in Mæoticam paludem uergentes, plerunq; domicilia mutant. Tanta ſunt barbarie, ut pacem nõ intelligant. Promiſſas gerunt barbas, & longos capillos. Inepti ſunt ad pedeſtrem pugnam, autore Cornelio tacito. » Mart lib. 1. Venit & epoto Sarmata pactus equo etc. Sarmatia dicitur eorũ regio, à qua fit Sarmaticus apud Valer. Flaccum. Dicti Sauromatæ ab oculis lacertarũ. σαῦρος enim lacerta eſt, ὄμμα oculus. A Sarmatia fit Sarmatis, tidis. Ouidius, Terreat haud » manes Sarmatis umbra meos. Sunt autem duæ Sarmatiæ, quarum una eſt in Europa.

Altera

Altera in Aſia quæ à Septentrione terra inco gnita terminatur, ab occaſu Sarmatia Europæ & Tanai fluuio, in ea ſunt Caucaſij montes. Nominantur Sarmatæ etiam alijs nominibus: ut, Hippomulgi, Galactophagi, Anthropophagi, Hamaxobitæ, ſiue Hamaxobij, de quibus omnibus uide ſuis locis. Horum meminerunt Plin. ca. 12. lib. 4. & Strabo lib. 11.

Sarnus, (σάρνος) fluuius eſt Campaniæ iuxta oppidum in Sarni montis radicibus ſitum: primoq; magno cum murmure defluit, mox in paludes amplas deſinit, quæ graues incolis nebulas toto anno emittũt, deinde coactis rupibus Veſcuũ montem radit, & inde paruo contẽtus curſu, in Tyrrhenũ mare influit. De hoc
»Verg. 7. Aen. Latè iam tum ditione premebat
»Sarraſteis populos, quæ rigat æquora Sarnus

Saronicus, (Σαρωνικός) portus Achaiæ, ad Iſthmum Corinthiacum. Ptolemæus ſinum facit Saronicum.

Sarpedon (Σαρπηδών) teſte Homer. lib. Iliad. 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herod. uerò in Polyhymnia ſcribit eum fuiſſe Iouis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic cum aliquando rex eſſet Lyciæ, & in armis ſtrennuus Troianis contra Græcos fauit: & multa bellando ſtrennuitatis documenta demonſtrans, à Patroclo tandem interfectus eſt, ut idem Homerus ſcribit. Huius corpus Iouis iuſſu ab Apolline è medio pugnantium ſublatum eſt, & flumine lotum, ambroſioq; reſperſum liquore, ac regia indutum ueſte ad exequendum funus, ſuis reſtitutum.
»Verg. lib. 1. Aenid. Sæuus ubi Aeacidæ telo
»iacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Eſt Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ.

Sarra, urbs in Phœnicia, quæ deinde Tyrus eſt dicta, à piſce quodam qui illic abundat appellata, quem lingua ſua, Sar appellant, ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebabatur. Inde Sarranæ ueſtes, Tyriæ dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ & purpureæ. Hæc Seruius apud Verg. 2. Georg.
»Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Sarraceni, (Σαρακηνοί) populi poſt Nabatheos, dicti Sarraca (ut Steph. 1. inqt) quæ eſt pars Arabiæ.

Sarſina. Plinio lib. 3. cap. 14. oppidũ in Vmbria, ex qua Plautus poëta comicus ortus eſt. Quã quam à doctis aliquibus Farſinas, non Sarcinas nuncupetur. Lacte abundat, ut teſtatur Si
»lius: Sarſina diues Lactis. Aliàs, Saſsina.

Saſon, ſonis, inſula quæ à Brunduſio 40. ſtadia (aliâs quinq; millia paſſuum) diſtat. & inde to
»tidem in Epirum, ut ait Strabo lib. 6. Cumq;
»Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon. Eſt etiã fluuij nomen in Italia, in Adriaticum mare profluens.

Satarchæ, populi ſunt Septentrionales, ad paludem Mæotin uergentes, ut ſcribit Pomponius lib. 2. Hi bellicoſiſsimi ſunt. De quibus Vale
»rius Flaccus lib. 6. Iaxamatæ, Toriniq;, &
»flaui crine Satarchæ.

Saticuli, populi Campaniæ, moribus aſperi, de
»quibus Verg. lib. 7. Pariterq; Saticulus aſper.

Saturum, uel Satureum, (Σατύριον) urbs Calabriæ fuit nõ longè à Tarento. Vnde Satureianus, adiectiuum poſſeſsiuum. Horatius: Me
»Satureiano uectari rure caballo. Quidam etiam Satyrum ſcribunt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum eſt, Satyram uocari affirmant.

Saturnalia, orum. (κρόνια) feſta ſeptẽ ſeu quinq; dierum menſe Decembri, Saturno dicata, extantq; plena lætitiæ, in quibus Romani ſyntheſim ueſtem ſumebant. Dies quoq; quibus munero ultra citroq; mitti remittiq; ſolebant, Saturnalia ſeu Saturnalitia dicebantur. Hinc Saturnalitius, a, um. (κρόνιος) quod ad Saturnalia pertinet.

Saturnia. (Σατυρνία) ſubſtantiuũ, nomen regionis, & nomen oppidi. Verg. lib. 8. Aeneid.
»Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Saturnus, filius fuit Cœli & Veſtæ, qui Opim ſororem ſuã ſibi matrimonio copulauit. A poẽtis fingitur Deus, qui curſum & cõuerſionem ſpaciorum ac temporũ contineret, ob idipſum enim Græcis κρόνος dicitur, quod idem eſt cũ χρόνος, hoc eſt ſpaciũ temporis. Saturnus aũt appellatus, quòd ex ſe natos comeſſe fingatur, quia conſumit ætas temporũ ſpacia, annisq; præteritis inſaturabiliter expletur. Ouid.
»Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas
»Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui

» Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Sunt qui Saturnum à ſatu deducant, quoniã peritiam ruris & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam à uerbo quod Græci dicunt σάθλω, quo uirilia ſignificantur, quòd patris pudenda abſcidiſſe atq; in mare proieciſſe dicitur, unde Venerem procreatam ferũt, quæ à ſpuma undæ coaluit, Aphrodites nomen accepit. Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti ſuccedere uellet, tamen animaduertens matrem ſorores'q; Saturno magis fauere, regnum ipſi conceſsit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem maſculam tolleret, ut regnum ad ſuam prolem rediret. Saturnus igitur cum plures liberos deuoraſſet, nati ſunt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonem Saturno oſtendit, Iouem uerò clam nutriendum ablegauit. Neptunum quoq; clam Saturno Opis peperit, quem ſimiliter clam educari curauit. Tertio rurſus geminos enixa eſt, Plutonem & Glaucã, ibi rurſus Glaucam Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. Alij uerò hoc loco fabulantur, quòd Rhea Iouem patri arte ſubtraxerit, atque ne uagitus pueri audiretur, Corybantas quoſdam cymbala fecit ac tympana percutere, ut obſtrepente ſonitu infantis uagitus non audiretur. Sed quum ex uteri imminutione intellexiſſet pater æditum partum, expetebat ad deuorandum. Tum Rhea lapidem pannis inuolutum ei offerens, hunc peperi dixit, at ille ſtatim ſaxum abſorbuit. Verum quacũq; ratione factum ſit, Titan frater illud percipiens, cum filijs, qui Titani à patre cognominabantur, bellum aduerſus Saturnum ſuſcepit, illumquè & Opem ſororem captos, muro incluſit, ſed à Ioue filio deuictis Titanibus liberati ſunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore ut à filijs regno pelleretur: cum ob hoc Ioui inſidias ſtrueret, à Ioue regno pulſus in Italiam profugit, ubi diu apud Ianum regem latitauit, unde ea pars Italiæ Latium dictum eſt. reliqua uide ſuprà de Latio. Fabulantur etiam poëtæ, regnante Saturno ætatem auream fuiſſe, terram ſua ſponte expertem uomeris & aratri peperiſſe fruges, communes & nullis deſignatas limitibus agrorum poſſeſſiones. Ab eo fit Saturnius. a. um. κρονίδης. ut Saturnia Iuno, Saturnia regna, et Saturnij uerſus, quos olim Fauni uatesq; canebant. Vide quoq; Cice. li. 2. de Nat. Deo. & Macrobium Saturnaliorum lib. 1. cap. 40. & prouerbium in Chiliad. Eraſmi: Noſce tempus.

Saxoforatum oppidũ in Piceni atq; Vmbriæ finibus.

Satyri, (σάτυροι) dicti ſunt, quòd in libidinem ſemper proni ſunt, à uirili membro, quòd ueteres Græci σάθλω appellabãt. Hi ſunt (ut Plin. lib. 7. ca. 2. ait) animalia quadrupedia, in ſubſolanis Indorum montibus perniciſsima, humana effigie, pedibus caprinis ac toto corpore uilloſo, nihil habentes moris humani, gaudentes ſyluarum latebris, et fugientes hominũ cõmercia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſyl ueſtribus dijs coluerunt, quemadmodum Faunos Syluanosq;: Faunos ac Satyros nemorũ deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Syluanos ſyluarũ, quanquã hæc à Poëtis confundãtur. Vnde Hieronymus: Vidit homunculum, inquit, aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deſinebant. Et præmiſſo ſigno crucis cũ quiſnam eſſet, interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur: Mortalis ego ſum, unus ex accolis eremi, quos uano errore deluſa gẽtilitas, Faunos Satyrosq; & Incubos appellat. Vide Faunos.

Satyriacum ſignum, ſimulachrum Priapi, quod in hortis apud antiquos ponebatur.

Satyrus, fluuij nomen in Aquitania.

Sauo, fluuius eſt in finibus Cãpaniæ, teſte. Plin.

Sauona, Ptol. li. 3. ca. 1. Sabbatiũ Plin. Sabbatia Pomp. urbs Liguriæ notiſſima. uulgò Sauone

Sauromatæ. Σαυρομάται. uide ſuprà Sarmatæ.

Saxones, illuſtres Alemaniæ populi, qui Angelæ reginæ auſpicio Angliam deuicerunt.

S ANTE C.

Scæa, (σκαιὰ) porta Troiana dicebatur, à cadauere Laomedontis, hoc eſt, à ſceſſoma te, id enim tabernaculum ſiue ſacellũ ſignificat, quod in eius ſuperlimine erat. Strabo libro 13. Verg. lib. 3. Aeneid.

» Et arentem Xanthi cognomine riuum

» Agnoſco, Scææq; amplector limina portæ.

Scalabiſcus, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Luſitaniæ ciuitas, antea Iulium præſidium, ſiue Turris Iulia, hodie Troſilium, uulgò Trugillo.

Scalde, fluuius Galliæ Belgicæ Plin. l. 4. ca. 17.

Scamander, fluuius Europã ab Aſia diuidens.

Scaptenſula, (σκαπτησύλη) *locus eſt in Macedonia, teſte Feſto, dictus à* σκάπτω, *id eſt effodio. Nam argentũ illic fodi ſolebat. Vnde Lucret.*

» *Quales expirat Scaptenſula ſubter odores.*

Scenitæ, (σκηνῖται) *populi ſunt Arabiæ felicis, authore Plinio libro 6. capi. 28. uagi, & à tabernaculis cognominati. De his & Solinus his uerbis, Scenitæ cauſam nominis inde ducunt, quod tentorijs ſuccedunt, nec alias domos habent. Ipſa autem tentoria cilicina ſunt Ita nuncupantur uelamenta, è caprarum pilis texta. Præterea carnibus ſuillis abſtinent. Sanè hoc animalis genus, ſi inuectũ illò fuerit, moritur illico.*

Scepſis, ciuitas Phrygiæ, quã quidam Aeneæ regiam tradunt. Hinc Scepſius. a. um.

Schinis, aliàs Scinis, latro inſignis, à Theſeo dilaniatus. De quo Pauſanias in Corinthiacis, In Iſthmi initio locus eſt, ubi Schinis latro apprehenſas piceas in terram flectebat, et quos pugna uiciſſet, hos alligatos ſinebat in aërem efferri: quo circa cum utraque arbor alligatum ad ſe traheret, uinculiq́ nodus in neutram laxaretur partem, ſed utrinq; pariter conuelleret, eueniebat, ut qui alligatus eſſet, laceraretur. Eodem pacto ipſum quoque Schinin Theſeus dilaniauit, uiamq́ue, quæ ex Troezene Athenas ducit, latronibus infeſtam tutam reddidit. Hactenus Pauſaniæ. Ouidius libro 7. Metam.

» *Occidit ille Scinis, magnis male uirib. uſus.*

Schœneus, rex fuit in Scyro Inſula, pater Atalante. Ab eo fit Schœneus & Schœneis, uide ſuprà Atalanta.

Schœnus, untis. (σχοινοῦς) *flumen Athenis proximum (ut inquit Strabo) à iuncis dictum. Proindeq́ue iuncarios in Hiſpania campos Schœnuntas uocat. Sed & in Arcadia Schœnuntis fit mentio ab amne, quem Schœnicam appellant.*

Sciapodes. pen. co. quaſi umbripedes. aliàs Sciopodes, populi Indiæ, de quibus Plin. li. 7. ca. 2. Hominum genus eſt qui Monoſceli uocantur ſingulis cruribus, miræ pernicitatis ad ſaltũ, qui & Sciapodes uocãtur quòd in maiori æſtu humi iacẽtes reſupini, umbra ſe pedũ protegant: non longè à Troglodytis abſunt.

Scironia ſaxa, (aliàs Scironides petræ Strabo ni lib. 9.) ſcopuli ſunt non longe ab Athenis, Ouidius libr. 7. Metamorph.

» *Tutus ad Alcatonem Lelegeia mœnia limes*

» *Compoſito Scirone patet, &c.*

Sciron, (σκίρων) *latro fuit, cuius oſſa cũ in mare cecidiſſent, in ſcopulos conuerſa feruntur, qui adhuc Scironia ſaxa uocantur. Sunt autem in Attica regione ſimul cum oppido eiuſdem nominis, non longè à Megaris iuxta mare ita ſita, ut tranſitum non relinquant. Hinc Athenienſes uentum ab his locis flantem procelloſum Scironem appellant, quoniam ſpirat à ſaxis, quæ Scirõ latro incoluit. Hic paulò ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui & Olympius uocatur, & à nonnullis Helleſpontius. Seneca li. 5. Nat. Quæſt. Atabulus Apuliam infeſtat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Galliam Circius.*

Scodra, Ptolem. li. 2. cap. 17. urbs Liburniæ: hodie Scutarã uocant, ſub Venetorum dominio

Scopas, ſtatuarius ſiue ſculptor eminentiſſimus qui Mauſoleum cælauit. Plin. lib. 35. ca. 5. σκόπας. *Horat. lib. 4. Car. Ode. 8.*

» *Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas.*

Scorpius, ſiue ſcorpio cæleſte ſignum Colu. Sol ingreditur Scorpiũ 14. Calendas Nouembris.

Scoti, Britanniæ populi, quondam Anthropophagi, ut eſt author Hieronymus contra Iouinianum libro 2. Quid (inquit) loquar de cæteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Gallia uiderim Scotos gentem Britannicam humanis ueſci carnibus: & cum per ſyluas, porcorum greges & armentorum, pecudumq́ue reperiant, paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborũ delicias arbitrari? Hæc ille. Lingua omnib. ſibila. Ideo Strabo lib. 4. Britannos balbutientes uocat, quos ipſe Romæ uiderit. Olim nulla coniunx apud eos propria erat.

Scurgum, Germaniæ urbs. uulgò Schmeben.

Scyathos, inſula eſt cum oppido in Aegæo mari propè Thraciam, ut ſcribit Pomponius Mela libro 2.

Scylace, (σκυλάκη) *urbs circa Cyzicum, inquit Hecatæus. Pompon. lib. 1. Placia & Scylace paruæ Pelaſgorum coloniæ.*

Scylla, Megarenſium regis filia. uide Niſus.

Scyl-

Scylla, (σκύλλα) *Phorci et Cretheidos nymphæ filia, pulcherrima: quam cum amaret Glaucus, deus marinus, dum ipſe amaretur à Circe, & eam contemneret: illa irata, fontẽ in quo Scylla ſolebat ſe abluere, infecit uenenis: in quem cũ deſcendiſſet puella, media ſui parte in uarias ferarum formas mutata eſt: & cum ſuam deformitatem horreret, in propinquum mare ſeſe præcipitauit, & opere Glauci amaſij dea marina facta eſt, quæ claſſem Vlyſsis, & ſocios euertiſſe narratur.*

Alij uero dicunt Phorci & Hecates fuiſſe filiam admirabili magnitudine, quæ habuit pedes duodecim, capita ſex, ternos ordines dentium, & oculos ignitos, reliquo autem corpore abſconditam in ſpelunca petræq; adhærere innata. Capita uero ita longè prominebant, ut poſſet ea in naues prætereuntes inſerere, &c. Reuera tamen eſt ſaxum in mari Siculo contrà Charybdim, nauigantibus ualde periculoſum, eminus humanam effigiem referens, & colliſione fluctuum repræſentans latratus canum. unde eſt illud, Decidit in Scyllam cupiens uitare Charybdim.

Scyllaceum, (σκυλλήτιον) *Athenienſium colonia, in ultimo Italiæ. Ab Athenienſibus dum conderent Scylletium dictum. à quo ſinus Scyllaceus, qui ad Hipponiatem ſinum Iſthmum facit. aliàs Scylacæum legitur.*

Scyllæum, (uel Scylleum ſine diphthongo) σκύλλαιον, *promontorium in Peloponneſo, ut Plinius, Straboq; libro 6. teſtantur, ſed ſinu Argolico iuxta Hermionem, quo Scylla Niſi filia fluctibus eiecta creditur. Eſt & oppidum Brutiorum in Italia, ut eſt author Pompon. Mela lib. 2. Vide Scylatium.*

Scyros, (σκῦρος) *inſula eſt contra Magneſiam, in mari Aegæo una ex Cycladibus, & in qua eſt urbs eiuſdem nominis. Patet hæc inſula, Plinio teſte, longitudine uigintiquinq; millia paſſuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Hinc Scyrius. a. um.* (σκύριοι) *& Scyrias, quorum prima producitur. Ouidius,*

» *Sæpe malis ſtupeo, rerumq; oblita lociq;,*
» *Ignara tetigi Scyria membra manu.*

Scyros, inſula eſt Lycomedis regis patria, in qua Achilles ſub puellari habitu educatus, Deidamiam eius regis filiam uitiauit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit: quæ ab inſula & ipſa Scyrias eſt appellata: Ouid. li. 1. de Arte am.

» *Scyrias Aemonio uicta puella uiro.*

Scythia, (σκυθία) *regio ſeptentrionalis, à Scytha Herculis filio (ut inquit Hero.) ita dicta. Hæc diuiditur à Tanai fluuio, & pars una remanet in Europa, altera in Aſiam protenditur ferè uſq; ad Indiam. Scythia Europæ terminatur ad Thraciam, in ea ſolum eſt aurum producens (ut Pomponius refert) inhabitabile tamen, propter gryphes aurum cuſtodientes. In ea regione ſunt Arimaſpi homines, quibus ſinguli oculi eſſe dicuntur. Ibi Boryſthenes, qui gentem ſui nominis alluit inter Scythiæ amnes amœniſsimus. Scythia uerò Aſiæ ita à Iuſtino libro 2. deſcibitur, Scythia in Orientem porrecta, includitur ab uno latere ponto, & ab altero montibus Riphæis, à tergo Aſia, & Thapſi flumine, multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter ſe fines nulli, neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum, aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberoſq́ue ſecum in plauſtris uehunt, quibus corijs, imbrium hyemiſq́ue cauſa tectis, pro domibus utuntur. Iuſtitia gentis ingenijs culta, non legibus. Nullum ſcelus apud eos furto grauius, quippe ſine tecto & munimento pecora, & armenta habentibus quid ſaluum eſſet, ſi furari liceret? Aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle ueſcuntur. Lanæ ijs uſus ac ueſtium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, aut murinis ueſtiuntur. hæc continentia illis, morum quoque iuſtitiam dedit, nec alienum concupiſcentibus. quippe diuitiarum cupido ibi eſt, ubi & uſus. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manſerunt. Darium regem Perſarum turpi à Scythia ſubmouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cũ copijs uniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere, non ſenſere arma. Gens & laboribus & bellis aſpera. Vires corporũ immenſæ. Inde dicti ſunt Scythæ*

populi, qui bipartiti ſunt. alteri Europæi, alteri Aſiatici. A Scythia fit Scythicus Scythica Scythicum (σκυθικόν.) Apuleius, Pleriq; eorũ Scythicis moribus uiuebant. De his quoq; uide Cælium Rhodig. lib. 10. cap. 24.

Scythius, aliud nomen poſſeſſiu. Verg. 3. Geor. » At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaq; unda.

Scython, quidam fuit, qui pro arbitrio modò in fœminam, modò in uirum commutabatur. Ouid. li. 4. Metam. Vt quondam naturæ iure nouato Ambiguus fuerit modo uir, modò fœmina Scython, &c.

Sebaſte, urbs Iudææ, antè Samaria dicta, quam Herodes baſtam appellauit. Author Strabo.

Sebennytum, (σεβέννυτος) urbs in Aegypto, ubi & palus, & amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoq; Sebennytica, & Sebenniticum Nili oſtium uocari conſtat, quod teſte Herodoto libro 2. in duo alia diuiditur, ſcilicet in Saiticum & Mendeſium.

Sebethos, (σέβηθος) pen. pro. fons apud Neapolim, cuius aqua uicatim decurrens, omnes ferè uſus Neapolitanis præſtat. Papin. li. 1. Syl. Et pulchra tumeat Sebethos alumna.

Sebinus, (σεβῖνος) pen. prod. lacus, Iſtriæ inclytus, quem facit fluuius Lollius apud Sarnicũ, uallis Calepinæ oppidũ. Hodie uulgus ipſum lacum Iſci appellat. Plin. lib. 3. cap. 19.

Segeſta, oppidum Siciliæ, ab Aenea conditum, ut ſcribit Cicer. act. 6. in Verrem, alio nomine Aceſta. Vide ſuprà.

Segetia, dea, quam priſci colebant, ut lætas faceret ſegetes.

Segobrida, (σεγόβριδα) oppidum Celtiberiæ, ubi Sertorius & Metellus prælium commiſere. Strabo libro 3.

Seius, uiri nomen, à quo Seianus equus, de quo Gell. lib. 3 cap. 9. & Eraſmus in Chiliadibus.

Seleſtus, fluuius eſt Ciliciæ in finibus Celendrarũ, qui emittit & recipit naues. Vide Selinus.

Seleucia, prima Syriæ ciuitas, quam Orontes fluuius allabitur, condita à Seleuco Nicanore, ſiue ut alij habent, Nicatore. Meminit Pompon. Mela lib. 1.

Seleucus, (σέλευκος) fuit unus ex principib. Alexandri, qui poſt Alexandri mortem primus in Syria regnauit annos quadraginta. De quo Appianus clariſſimus hiſtoricus Græcus in Syrico. Fuerunt & alij Seleuci.

Selinis, urbs eſt Siciliæ, iuxta Lelybæum, palmis abundans. de hac Vergilius lib. 3. Aeneid.

Selinus, Straboni lib. 8. nomen trium fluuiorũ, quorum unus in Aegiorum agrum labitur. Alter Epheſiæ Dianæ templum præterfluit. Tertius per Eleam oram agellum præter» currit. Eſt & eidem alius in Megarenſium tractu, Hyblæ uicinorum, quos Pœni eiecere. Vide Selenus.

Sellæ, oppidum eſt Epiri, cuius incolæ Sellani dicuntur. Lucanus libr. 3. Quercuſq; ſilentes » Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ &c.

Semele, (σεμέλη) penu. cor. filia Cadmi Thebarum regis ex qua Iupiter Bacchum genuit, teſte Horatio lib. 1. Carm. Ode 19. Propertius: Narrabis Semele quæ ſit formoſa. Ab ea fit Semeleius. a. um. ut Semeleia proles. Vide Cadmus.

Semiramis, mis. uel. midis. unde accuſatiuum Semiramin, uel Semiramidem facit, (σεμίραμις) fuit nomen Aſſyriorum reginæ Nini regis uxoris, quæ mortuo uiro res præclaras geſſit. uerum eadem impudica, & mollis fuiſſe traditur. De hac Plutarchus in Apophthegmatis ſic ſcribit, Semiramis, quod ſibi ſepulchrum cõſtruxerat, inſcriptis literis, Quicunque rex pecunijs indiguerit, patefacto monumento, quod uoluerit, accipito. Itaq; Darius, ſublato lapide, pecuniarum nihil inuenit, ſed alias reperit literas, quæ hæc dicerent, Ni malus uir eſſes, ac nimis inſatiabilis, cadauerũ loculos non moueres. exprobratione lepida in ſacram auri famem, ut eminentiſsimi autores tradidere. Meminit et Cælius Rhodig. ca. 37. lectionum antiquarũ. Semiramis, lingua Syriaca, auem ſignificat, nanque ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Scribit Valerius Maximus, Dum die quodam circa cultum corporis occupata eſſet, & nunciaretur ei Babylonem defeciſſe, ſoluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam excurrit, nec prius decorem capillorum redegit in ordinem, quàm tantam urbem in ſuam poteſtatem reſtituerit. Hæc etiam quum certò intelligeret, graue eſſe populo fœminæ pati principatum, mortuo Nino marito, uirũ mentita eſt, ut tantiſper imperaret, dum filius Ninus,

nus, qui per impuberem ætatem adhuc regnare non poterat, adoleſceret, regnoq́ fieret idoneus. Tantæ libidinis fuiſſe traditur, ut non ſolum plæroſq; ex militibus ſuis forma cæteris præſtantiores admiſerit, ſed etiam prouocauerit, quos poſtea crudeliſsimè necabat. Produnt & nonnulli eam à Nino filio interemptam, cum eius congreſſum appeteret. Et quod omnium eſt turpiſsimum, equum ab ea adamatum uſq; ad coitum, Iuba teſtis eſt apud Plinium. Babylonem condidit,

» Ouid. libro 1. Elegiar.

Qualiter in talamos formoſa Semiramis iſſe
» Dicitur, &c.

Sena, urbs Hetruriæ, octingentis ſtadijs à Roma diſtans. Profertur etiam numero multitudinis Senæ Senarum. De qua Plinius cap. 5. lib. 3. ſic dicta quòd à Brenno duce pro ſenib. ualetudinarijsq́; extructa eſſet.

Seneca, (σενέκας) Cordubenſis Romam uenit, declamator egregius, & philoſophus eximius, & poëta inſignis euaſit. Sub Nerone mortuus eſt ſolutis uenis.

Sennaar, (σεννάαρ) campus Babylonis, in quo turris extructa eſt. Inde egreſſus Aſſur ædificauit Niniuen.

Senogallia. σηνογαλλία. ciuitas eſt Vmbriæ. ſic dicta, à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt De hac Silius.

» Et Glanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Senones, (σήνωνες) populi Galliæ finitimi Belgis qui olim Brenno duce urbem Romam incenderunt, & Capitolium obſederunt. Hos Furius Camillus aggreſſus adeò cecidit, ut incendiorum ueſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius ideo Senones appellari, quia noui uenerunt ex Tranſalpina Gallia, quaſi cænonas litera immutata: καινὸς enim Græcè, Latinè nouus dicitur. Luc. li. 1.

» Nos primi Senonũ motus, Cymbrũq; ruentẽ
» Vidimus, &c. Vide Brennus & Camillus.

Senta Fauna, filia fuit Pici regis, & coniunx Fauni fratris ſui, teſte Lactantio. Vide Fauni & Fatua.

Sentinũ, (σεντῖνον) Vmbriæ oppidũ, quod nunc Saxum ferratum appellatur. Vocatum Sentinum ab amne, qui Sentinus dicitur.

Sepius, (σηπιὰς) ciuitas, quæ nunc Sipontum dicitur, à ſepiarum multitudine fluctib. eiectarũ

Seplaſia, fuit forum Capuæ, in quo unguentarij negociabantur: cuius delicijs fractam fuiſſe Punicam ferociam teſtatur Valerius Maximus libro. 9. Hinc Seplaſiarius, pro unguentario & effœminato.

Septentriones, ſunt ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi iuncti Triones figurantur. Scribit Varro, Triones ruſticorum uocabulo boues uocari, quaſi teriones. hoc eſt arandæ terræ ac colẽdæ idonei. Vel ideo magis hæ ſeptẽ ſtellæ Triones appellatæ ſunt, quoniam ita ſitæ ſunt, ut ternæ quæq; ſtellæ proximæ inter ſe, trigona, id eſt triquetram figuram conſtituant, quam recentiores uocant triangulum. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles uno in loco uidentur, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinq; plauſtri figuram deſignant. Itaque & proximum huius ſydus Bubulcus, id eſt Boötes appellatur, qui more bubulci currum ſequitur. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro uidetur, antiqui Græcorũ ἅμαξαν, id eſt plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam uentus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt: & Latinè Septentrio, & Septentrionalis uentus, & Septentrionarius. Græcè uerò, quòd ab Arcto flet, Aparcticus appellatur.

Sequana, (σηκοάνα) penul. corr. fluuius Belgarum in Gallia, iuxta quem habitantes Sequanici dicti ſunt, & Sequani, σηκουανοί. Hodie Burgundiæ ducatum incolentes, Heluetijs, Heduis, ac Lingonibus finitimi.

Serapis, pis. & pidis, (σέραπις) & Seraphis, cũ ph ab aliquibus ſcribitur, cuius penult. indifferens eſt. Martialis, Vincebant, nec quæ turba Seraphin amant. Idem,

» Iſæum Seraphin Nilus ueneratur Oſirim.

Fuit cognomen Oſiridis, dei qui apud Græcos Pluto dicitur. Serapium uerò dicitur ædes Serapidis, ſicut templum Iſidis Iſium. Vide ſuprà Apis, Anubis, & Oſiris, & Cæliũ Rhodig. cap. 14. lib. 1. antiquarum lectionum.

Seres, (σῆρες) populi Aſiæ Scythicæ, inter Tabim & Taurum montem, à Sera urbe ſic dicti apud quos arbores ſunt, quæ non ſolum folia, ſed lanam quoq; proferunt tenuiſſimam.

nam

nam ex earum frondibus caniciem depectũt aqua perfuſa, ex quo uellere ueſtimenta conficiunt, quæ Serica nuncupantur. Verg. Velleráq; ut folijs depectant tenuia Seres. Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt Ser. Sidonius Apollinaris, Aſſyrius gemmas, Ser uellera, thura Sabæus. Nam & uermiculus ipſe (ut author eſt Pauſa.) ſer(σὴρ) appellatur. Hinc Sericum ſubſtan. & Sericus. a. um.

Seria, Hiſpaniæ urbs apud Ptole. libr. 2. cap. 4. Plinio Fama Iulia dicta. Aliàs, urbs Turditanorum in Hiſpania.

Seriphus, (σέριφος) inſula in Aegæo mari, una ex Cycladibus, aliàs Sporadibus, ut Strabo libro 10. ſcribit. A qua fit adiect. Seriphius. a. um. (σερίφιος) ut eſt illud Themiſtoclis: Neq; enim uel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes: aut ego, ſi Seriphius eſſem, ignobilis. Meminit ranarum Seriphiarum Plin. li. 8. ca. 58. Mutæ (inquit) etiamnum ſunt ranæ in Seripho inſula. Manauit inde adagium, βάτραχος ἐκ σερίφου, in mutos, ac dicendi canendiq́ue prorſus imperitos. Plura Eraſ. in. Chiliad.

Seriphos, inſula, in quam relegabantur nocentes, ut in Gyaron. Iuuenal. Saty. 10.

» Vt Gyaræ clauſus ſcopulis paruáq; Seripho.

Seropta, (σερέπτα) ciuitas Phœniciæ, apud quã naſcebatur uinum laudatiſſimum. Vnde Seroptanum uinum. Sidon. Quæq; Seroptano palmite miſſa bibas. Vide Sarepta.

Seruius, & Seruilius, (σερβίλιος) cognomina ſunt uirorũ. Eſt præterea Seruilius locus Romæ, à conditore ſic uocatus.

Seſoſtris, rex Aegypti, de quo Vale. Flac.

» Cũ prima Seſoſtris Intulerit rex bella Getis.

Hic conatus eſt nauigabilem alueum ex rubro mari in Nilũ producere, ut ſcribit Hero.

Seſtos, urbs ad Helleſpontum ſita, in Thracia, contra Abydum, patria Herus puellæ, quæ inde Seſtias appellatur. Statius lib. 6. Theba.

» Contra aũt fruſtra ſedet anxia turre ſupremis

» Seſtias in ſpeculis. Et Seſtius. a. um. poſſeſſ. apud Ouid. in epiſt. Vide ſuprà Hero.

Setabis, amnis & oppidum Hiſpaniæ quæ agrum habet nomine Spartarium, à Sparto lini genere. Inde fit Setabus. a. um. Inde ſudaria Setaba Catullus dixit.

Setia, (σητία) urbs Campaniæ, ex cuius agro Plinius libr. 3. naturalis hiſtoriæ commendat Setinum uinum. σητινός. Mart. Pendula Pontinos (al. Pampineos.) quæ ſpectat Setia campos, Exigua uetulos miſit ab urbe cados.

Sextius Caballus, ſcurra maximus, qui à calcitratu Caballi nomen adeptus eſt. Martialis.

» Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum

» Poſſes uincere Sextiũ Caballũ. Vide Tettius

Sibylla, cum y ante geminum ll, puella dicebatur, cuius pectus numen recipit, & quæ uaticinatur, ut Lactantius & Varro teſtantur, ſiue dicitur omnis fœminina diuinans & prophetans, quibus à conſilijs Deorum enuncian dis Veteres hoc nomen impoſuerunt. Aeoles enim σιοὺς Deos dicunt, βουλὴ ſententia ſeu conſilium dicitur. Ergo Sibyllas, quaſi ſiobulas, id eſt quæ dei ſententias dixerunt. Hieronymus cõtra Ioui. Quod ſi Aeolici ſermonis genere Sibylla θεοβούλη appellatur, rectè conſilium Dei ſola ſcribitur noſſe uirginitas. Decẽ autem à Varrone & Lactantio numerãtur. Prima, de Perſis, cuius mentionem fecit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit. Secunda, Libyca, cuius meminit Euripides. Tertia, Delphica, de qua locutus eſt Chryſippus de diuinatione. Quarta, Cumæa (in Italia ut aliàs additur) quam Næuius in libro belli Punici, Piſo in annalibus nominauit Quinta Erythræa, quam Apollodorus Erythræus ſuam ciuem eſſe adfirmauit: Graijſq; Ilium petentibus uaticinatam, & perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia eſſe ſcripturum. Sexta, Samia, de qua ſcripſit Eratoſthenes, in antiquis annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptum. Septima, Cumana, nomine Amalthæa, quæ ab alijs Demophile uel Erophile, & à Vergilio Deiphobe nominatur. Hanc adfirmant, nouem libros ad regem Tarquinium Priſcum attuliſſe, ac pro eis trecentos Philippeos aureos poſtulaſſe, regemq́ue aſpernatum pretij magnitudinem, & deriſiſſe mulieris inſaniam, illam in conſpectu regis tres combuſiſſe, ac pro reliquis idem pretium poſtulaſſe. Tarquinium multò magis mulierẽ inſanire putaſſe, quæ denuò tribus alijs exuſtis, cum in eodem pretio perſeueraret, motum eſſe regẽ, ac reſiduos trecẽtis aureis emiſſe, quorũ poſtea numerus ſit auctus. Capitolio refe-

reſectio: quòd ex omnibus ciuitatibus & Italicis & Græcis, præcipuè Erythræis, coacti, allatiq; ſint Romam, cuiuſcunq; Sibyllæ nomine fuerunt. Eadem fertur ab Apolline petijſſe annos pro numero pulueris, quem manu continebat, unde ipſa loquitur hoc modo apud Oui. lib. 14. Iam mihi ſæcula ſeptem Acta uides, ſupereſt numeros ut pulueris æquem, Tercentum meſſes, tercentum muſta uidere. Tempus erit, quum de tanto me corpore paruam Longa dies faciet, conſumptaq; membra ſenecta. Octaua, Helleſpontiaca, in agro Troiano nata, uico Marineſſo, circa oppidum Gergythium: quam ſcribit Heraclides Ponticus, Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nona, Phrygia, quæ uaticinata eſt Ancyræ. Decima, quæ Tybur ſiue Tyburtina dicta eſt, nomine Albunea: quæ Tyburi ut dea colitur, iuxta ripam Anienis: cuius in gurgite ſimulachrum eius inuentum fuiſſe dicitur, tenens in manu librum: cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur & habentur, præterquam Cumææ, cuius libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ullo niſi à Quindecim uiris inſpici fas eſt. Et ſunt ſingularũ ſinguli libri, qui, quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur: ſuntq; confuſi, nec diſcerni, ac ſuum cuiq; adſignari poteſt, præter Erythrææ, quæ & nomen ſuum carmini uerum inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt, cum eſſet orta Babylonia. Omnes igitur hæ Sibyllæ unũ deum prædicant, maximè tamen Erythræa, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur. Hinc fit Sibyllinus. a. um. adiect. quod eſt Sibyllæ, uel quod à Sibylla fit.

Sicambri, (σίκαμβροι) populi Germaniæ, Menapijs finitimi, utranq; Rheni ripam habitantes. Hi crines natura flauos habent, quos creſcere ſinunt, & artificio quodam intorquent. Martialis lib. 1.

Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri.
Quidam cum y Græco ſcribunt. Hodie Celdrenſes, uel Cliuanos uolunt eſſe. Meminit eorum Strabo lib. 4.

Sicani, (σικανοὶ) inquit Seruius, ſecundum nõnullos, populi ſunt Hiſpaniæ fluuio Sicori, aliàs Sicari. dicti. Lucan. Heſperios inter Sicoris, aliàs Sicaris, non ultimus amnis. Hi, duce Siculo, uenerunt ad Italiam, & eam tenuerunt excluſis Aboriginibus. Mox ipſi pulſi ab illis quos antè pepulerant, inſulam uicinã Italiæ occupauerunt: & eam Sicaniam à gentis nomine, Siciliam uerò à ducis dixerunt. Hæc Seruius, illud Vergilij enarrans, lib. Aen. 8.
Tunc manus Auſoniæ, & gentes uenere Sicanæ. De hac uide infrà in dictione Sicilia.

Sicania, dicta eſt Sicilia, uel à Sicano rege Neptuni filio, uel à Sicanis populis, qui primi etiam inſulam incoluiſſe feruntur. Verg. lib. 7.
Auruncæq; manus Rutuli, ueteresq; Sicani.
Quo loco Seruius dicit: Vbi nunc Roma eſt, ibi fuerũt Sicani, quos poſtea pepulerunt Aborigines. Inde fiunt Sicanius, a. um. & Sicanis, idos, ut Sicanis Hybla.

Sicaris, nomen eſt fluuij in Hiſpania, à quo Sicani populi dicti ſunt. Vide Sicani.

Sicelis, lidis. (σικελὶς) forma Græca, à Sicilia fit. Vergilius Ecloga. 4.
Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.

Sichæus, filius fuit Philiſthenis, ſacerdos Herculis, & maritus Didonis, qui & Sicharbas dictus eſt, à Pygmalione iuxta aras incautus ob auri cupiditatẽ interfectus, ut apud Vergiliu.
Quos inter medius uenit furor, ille Sichæum Impius ante aras, &c.

Sichem, (σιχὲμ) filius Canaan, qui ciuitatem ſui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata eſt.

Sicilia, (σικελία) Italiæ inſula, à Siculo Neptuni filio dicta. Vel Sicilia, quaſi ſicilita, hoc eſt execta. Nam olim agro Brutio annexa, mox interfuſo mari Siculo auulſa. Ob hoc Græci Rhegyo nomen dedere, quaſi auulſo. Vnde Verg. libro 3. Hæc loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina (Tantũ æui longinqua ualet mutare uetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt, cũ protinus utraq; tellus Vna foret. Olim Trinacria (τρινακρία) appellata eſt, quòd tria acra, hoc eſt tria cacumina habeat. Nam tribus promontorijs in diuerſa procurrit, & Triquetra, quòd trianguli figuram habeat huiuſmodi △. Quoniam unus angulus, qui ad Meridiem uergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionẽ ſpectat, & ab Italia mille quingen

quingentis paſſibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maxime ſpectare uidetur, & ab Aphricæ littoribus 120 millibus paſſuũ diſtare prodiderunt. Ouidius. 4. Faſt.

» Terra trib. ſcopulis uaſtũ procurrit in æquor
» Trinacris, à poſitu nomen adepta loci.

Hæc ab oriente, & Occidente, Septentrioneque Tyrrheno mari, à Meridie Aphrico alluitur. Patet in longitudine à Peloro uſq; ad Pachynum, millia paſſuum centum octoginta ſeptem: in latitudine centum octoginta nouem. Hæc à principio, ut Iuſtinus ſcribit, Cyclopum patria fuit, quibus extinctis, Aeolus regnũ inſulæ occupauit. Unde Verg. 3. Aen.

» Ignariq; uiæ Cyclopum allabimur oris.

De hac Diodorus ſic ſcribit, Sicilia optima inſularum omnũ, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea ſunt Panormus, Cathana, Syracuſæ undecima Olympiade conditæ. Præterea Neſſena, Eryx, & Leontium, Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethuſa fons, Eryx, & Aetna montes, & ſpecus Læſtrigonum, ubi inhabitant, & Achates lapis inuenitur. Sicania quondam dicta eſt hæc inſula à Sicano rege, qui, ut Solinus & Capella ſcribunt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit: dehinc Siculus Neptuni filius, à quo nomen commutatum, quum antea Trinacria uocaretur. Elegantiſſima eſt huius inſulæ deſcriptio apud Claudianum lib. 1. de raptu Proſerpinæ. Meminit & Lucretius lib. 1. Silius Italicus li. 14. Inter hiſtoricos Diodorus 6. lib. & 16. Polybius lib. 1. belli Punici. Strabo libro 6. Plin. lib. 3. ca. 8. & multa ad eius imitatiouem Iulius Solinus.

Sicilienſes, (σικελιῶται) dicuntur qui alibi orti, in Sicilia uerſantur.

Siculi, (σικελοί) qui è Sicilia ſunt, uel incolæ, uel indigenæ.

Siculum mare, (σικελὴ θάλασσα) anguſtum atq; anceps alterno curſu, modo in Tuſcum, modò in Ionium pelagus influit, uorticoſum, & Scyllæ ac Charybdis ſæuitia inclytum. Ab Occaſu Sardum habet, ab Aquilone Tuſcũ, ab Oriente Ionium, Meridie Africum.

Sicyonis, (σικυωνία) inſula eſt in mari Aegæo, ex oppoſito ad Epidaurum, alta quidem & eminens, ut refert Plin. Eſt & Sicyonia, ſeu Sicyon. onis. σικυών. urbs in Achaia non procul à Corintho, olearum prouentu & picturis clara, in qua primus regnaſſe fertur Aegialeus, quæ nunc Clarentia dicitur. Sicyonẽ fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam, Plin. ſcribit. In ea etiam (Cicerone teſte) molles & muliebres calcei confici ſolebant. Unde Sicyonia calceamenta dicta ſunt. Lucil.

» Et pedibus læua Sicyonia demit honeſta.

Sicyon, urbs uetus Achaiæ, intra Iſthmum Peloponneſi, à qua Sicyonij, & ipſa regio Sicyonia dicta. Iuxta quam Aſopus fluit, olea lauroq; uirens.

Sidicinum, oppidum eſt Campaniæ, Plinio lib. 3. cap. 5. Verg. lib. 7.

» Arunci miſere patres, Sidicinaq; iuxta
» Aequora &c. Hodie Thiano, in agro Sueſſano. Vide Theanum.

Sidon, σιδών. urbs Phœnicis inſignis Cananæorum ad Aquilonem reſpiciens, & poſtea regionis Iudææ. Hanc Phœnices (ut quidã aiunt) condidere, qui terræmotu, relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnum primò, mox mari proximũ littus incoluere, condita ibi urbe, quam à piſcium ubertate Sidona uocauere, eo quòd tali nomine piſcem uocent. Sed deinde poſt multos annos expugnati ciues ſunt, qui nauibus appulſi, Tyron urbem anno Troianæ cladis cõdiderunt, hanc Euſtathius à Sida Beli filia dictam putat. Ioſephus à Sichem filio Canaan, quæ apud Hebræos etiam Sichem uocatur. Hinc Sidonius. nia. nium. σιδόνιος. ut, Veſtis Sidonia. id eſt purpurea, quoniã Sidon in Tyro eſt. Et Sidonia urbs dicuntur Thebæ à Cadmo conditore, Agenoris filio, quòd ex Phœnicia uenerit.

Sidonij, (σιδώνιοι) populi Sidonis urbis. Sidones uerò. σίδονες. populi Thracum propè Hebrum, quos Plinius Sidonos appellat. Sunt & alij Sidones in Scythia.

Sidrona, Dalmatiæ urbs: alijs Stridona. uulgò Sdrigna, S. Hieronymi patria.

Siga, ciuitas, Colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol. lib. 4. cap. 2. Siphacis & Bochi regia: hodie uulgò Zerſen.

Sigæum, Troiæ promontorium. Seruius, Duo ſunt, inquit, Troiæ promontoria, Rhœteũ & Sigæum, quod dictum eſt propter Herculis taciturni-

citurnitatem, qui prohibitus hoſpitio ſimulauit abſceſſum,& inde cõtra Troiam per ſilentiũ uenit, quod dicitur σιγή. & eam cœpit. Hactenus Seruius enarrans illud Verg. 2. Aen. Sigæa igni freta lata relucent. &c.
Hinc fit Sigæus, & Sigeius. a. um. Ouid. li. 13. Sigeia toruo Littora proſpexit &c.

Signia. σίγνια. urbs Campaniæ, in Lepino monte poſita. Colum.
Quæ Marrucini, quæ Signia monte Lepino.

Silarus uel Silaris, Lucani amnis, cuius hæc natura eſt, ut in eum non uirgulta modò immerſa, uerum & folia lapideſcãt, aliàs ſalubris potus eius aquæ. Plin. lib. 2. cap. 103. Vide Siler.

Silanius, (σιλάνιος) mons Hyberniæ inſulæ altiſſimus, à Silanio rege in uertice eius ſepulto dictus.

Silenus. σειλωνός. Bacchi fuit alumnus & pædagogus. hunc poëtæ fabulãtur ſemper aſino uehi ſolitum, quem poſtea Aratus inter ſidera translatum dicit. Verg. Ecloga 6.
Silenum pueri ſomno uidere iacentem, &c.

Siler, qui & Silerus dicitur. σίλαρος. gen. maſcu. fluuius eſt Picentinorum, iuxta Salernum decurrens, Lucaniam à Picentinis Campanorũ diuidit. Hic fluuius cum alibi ſaluber ſit, tamen ultra Surrhentum oppidum, quicquid in eum proijcitur dureſcit in lapidem, ut inquit Plin. Silius lib. 8. Nunc Silerus quos nutrit aquis, &c. Vide Silarus.

Silia, fluuius eſt, de quo Strabo lib. 14. In regione montana Siliam flumẽ eſſe, in quo nihil innatet, quanquam id Democritus non credat, qui multam Aſiæ partem peragrauit: ſed nec id Ariſtoteles concedit: Etſi aëres quidam ſint adeò tenues, ut nulla in eis uolatilia inueniantur. Vide Silla.

Silis, amnis Venetiæ, ex montibus Tauriſanis fluens primus in ſtagnum cadit, ubi nunc habentur ſuburbanæ Venetiarum inſulæ, Murianum Torcellumq́. Silys uerò cum y Græco, nomen eſt, quo, ut idẽ lib. 6. cap. 7. teſtatur, Scythæ Tanaim fluuium appellant.

Silla, ut Diod. ſiue Silia, (σίλλια) ut Strabo libro 15. ſtagnũ eſt in Indis, in quo nihil innatat, ſed omnia merguntur. uide Silia.

Silon, inſulam Indiæ docet eſſe Auguſt. De ciuitate Dei, lib. 21. Quæ ex eo cæteris terris præfertur, quòd omnis arbor quæ in eo gignitur, nunquam folijs nudatur.

Simethis, nympha, ex qua Faunus Acin ſuſcepit. Ouid. Acis erat Fauno, nymphaq́ Simethide cretus.

Simæthus uerò Siciliæ fluuius eſt non procul à Catanenſi urbe, ſed pro fluuio melius cũ y pſilon ſcribitur.

Simois, σιμόεις. fluuius, qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur, & mari appropinquans, commiſcetur Xantho, ac in paludes cogitur, deinde exit in mare iuxta Sigæum promontorium. Verg. lib. 1. Aeneid.
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undas. Eius multa mentio eſt apud Vergilium lib. 1. & 11. Aeneid.

Simones plures, hoc nomen poſt Philippũ Græcis, Latinis, Hebræisq́ pariter commune.

Simonides, (σιμωνίδης) Cæus poëta Melicus, qui literas inuenit longas, η ω. ut Euſtathius inquit, duplices uerò, cuiuſmodi ſunt ζ ξ ψ. Palamedes uerò, θ ξ φ χ & υ. Præterea memoriæ artem, & lyræ tertium ſonum comperit. At Plinius octauam, inquit chordam addidit Simonides. Fuit & alius Simonides poëta Iambicus ex Amorgo inſula. Traditur primus fuiſſe apud Græcos lyricus ad mouẽdas lachrymas aptiſſimus. Flebile carmen inuenit.

Sina, (σίνα) urbs Meſopotamiæ, quo nomine etiam dictus eſt mons Petreæ & Arabiæ. Apoſtolus, Sina, (σινᾶ) mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, qui nunc eſt Hieruſalem.

Sinada, ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. Dicitur & Sinnas. adis, ut apud Sidoniũ. Sunt qui per y pſilon in prima ſcribant, quod non probo.

Sinapodes. σινάποδες. populi fuerunt in deſertis Africæ, qui ut Pomponius refert, inflexilentis cruribus ſerpere magis, quàm ingredi traduntur.

Sinon, inſignis proditor apud Vergiliũ. De quo Seruius, Autolycus quidam fur fuit, qui ſe uarias formabat in ſpecies. hic habuit liberos, Siſyphum, unde natus eſt Sinon: & Autoliam, unde Vlyſſes. Conſobrini ergò ſunt: nec immerito Verg. Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officium, ne multum diſcedat à fabula; quia ſecundum Euphorionem Vlyſſes hoc fecit. Hæc Seruius 2. Aeneid.

Sinope,

Sinope, Aſopi filia dicitur, quam Apollo raptã in Pontũ traduxit, & ex ea genuit Syrum, unde Syri poſtea appellati ſunt: tametſi alij Martis & Aeginæ, alij Pernaſſes & Martis: quidã autem non ab Apolline uitiatam, ſed ab eo & Ioue perpetuam uirginitatem ſortitam, cum illi ſpe concubitus, quicquid poſtulaſſet, ei daturos ſe promiſiſſent.

*Sinope. es. * uel ut aliàs Sinopis. idis. (σινώπη) pen. pro. urbs Ponti. Valer. Flacc. lib. 5.*

Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope.

Hanc Mileſij condiderunt, cuius potentia magna fuit, quæ claſſe comparata, mari, quod intra Cyaneas eſt, imperauit, ædificia in urbe magnificè extructa, gymnaſium, & forum, & porticus, & templa ſplendida. Hinc fit Sinopicus, ſinopica, ſinopicum.

Sinueſſa, uel Sinuiſſa. σινύεσσα. teſte Plin. libro 3. cap. 5. ciuitas mediterranea Campaniæ, ſita ad Lirim fluuiũ uino ſatis abundans, quod Sinueſſanũ dicitur. Ei proximæ calidæ ſunt balneæ ad ægritudines quaſdã accõmodatiſſimæ.

Siphnus, (σίφνος) inſula eſt una ex Cycladibus in Aegæo, quondam locupletiſſima, teſte Herodoto lib. 3. ut in qua auraria & argentaria metalla eſſent, unde pecuniæ fiebant. Hæc ante Erpia & Acis appellata eſt.

Sipontum, (σιποῦς) urbs Apuliæ iuxta Garganũ montem à Diomede ædificata, quæ & Sipus, & à Græcis (ob multitudinem ſepiarum, quæ ibi capiuntur) Sepius. untis. dicitur. Author Pomp. lib. 3. cap. 1. Vulgò Siponto. Hinc Sipontinus, à Siponto, & Sepiuntinus. σηπουντῖνος. à Sepiunte.

Siren, (σειρὴν) & Sirena, monſtrum maris, ab εἴρειν. quod connectere uel retinere ſignificat. Vel ab σειρὰ catena, eo quòd libidinis uinculum ſirenes fuerint. Sunt, qui & hoc nomen ab σύρω, traho deducant, unde fit ut quidã per i Latinum, quidam per y pſilon ſcribant. Sirenes, filiæ fuerunt Acheloi & Calliopes Muſæ, habitantes in mari Siculo. Earum nomina ſunt Parthenope, Ligia, & Leucoſia. Ouidius libro quinto Metamorphoſeon tradit has fuiſſe ſocias Proſerpinæ, eamq; raptam diu quæſiſſe, quam cum non inueniſſent, in marina monſtra conuerſas, ſurſum uerſum uirginea forma, poſtrema corporis parte piſces. Hæ præterea uoce, cithara, & tibijs tam blande canebant, ut cantus dulcedine nautas ſopirent, ſopitos demergerent, demerſos etiam deuorarent. Vlyſſes autem illac nauigaturus, aures ſociorum ſuorum cæra clauſit, ne illarum cantus audirent, ſeipſum autem, ad malum nauis alligari fecit, & ſic euaſit, atq; ob hoc mortuas quidam tradunt. Secundum ueritatem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos perducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia: has Vlyſſes cõtemnendo deduxit ad mortem. Hæc Seru. apud Verg. 5. Aen.

Siris, ab Aethiopibus dicitur Nilus, antequam totus confluat. Nam, ut inquit Plinius, nec antè Nilus dicitur, quàm ſe totum aquis concordibus iunxit. Dictum Sirin autumant Stephanus & Euſtathius, à Sirio, quoniã ſub ortum canis per introitũ Solis in Leonem augeatur, ut Hermolaus ſcribit.

Sirius, inquit Seruius, ſtella eſt in ore canis maioris: quæ quantum in ipſa eſt, peſtifera eſt: ſed pro qualitate adiacentium aut uincitur aut maioribus utitur uiribus. Hinc eſt quòd cum tempore certo oriatur, non ſemper eſt noxia. Ductum nomen ἀπὸ τοῦ σείειν. id eſt hio, quod per æſtum præcipuè canes faciunt, quo tempore plerunq; in rabiem conuertuntur. Vel ἀπὸ τοῦ σειραίνω. quod eſt areſacio, quia tunc maxima ſiccitas eſt, amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur Sirius à longo tractu, quoniã magnitudine ſua trium ſignorum ſpacium occupare uidetur. Hæc annis omnibus ut inquit Seruius, oritur circa Calend. Iulias. Ex authoritate Aeliani ſol dici poteſt Sir, Siros, & Sirius, ſirij. Ad hanc ſtellam cum ſol menſe Iulio ueniens duplicatur æſtus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Luca. lib. 10. Rapidus qua Sirius ignes Exerit &c.

*Siſyphus, filius fuit Aeoli, & latro in Iſthmo, qui ex hoſpitibus alios ſaxo prægrãdi onerans perimebat, alios calce, dum ei pedes lauarent, in aquas deturbauit. Quapropter à Theſeo fertur occiſus, & hac pœna apud inferos affici, ut grande ſaxum ſupra montem portare * aliàs uoluere. coactus, cum ad apicem deduxerit, cõtinuo ad ima relaxetur. Vnde Oui. 13. Metam.*

Aut petis, aut urges rediturum Siſyphe ſaxũ.

Ab eo fit Siſyphius. a. ũ. & Siſyphides patrny.

Sithonia,(σιθωνία) regio littoralis Macedoniæ, uerſus Thermopontũ, in qua mons eſt Sithon niuoſus. Verg. Ecloga 10.

» Sithoniasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.

Smilax, nomen puellæ cuiuſdam, quæ amore iuuenis Croci tabeſcens mutata fertur in herbã ſui nominis, quæ ſimilis eſt hederæ, ſiue in flores, ut ait Ouid. lib. 4. Metamorph.

» Et Crocon in paruos uerſum cũ Smilace flores, &c. Hinc fit Smilaceus. a. um.

Smintheus,(σμινθεύς) uocatus eſt Apollo, quòd feruens currat, ait Strabo libro 10. & 13. uel à muribus ab eo interfectis quos Myſij σμίνθας appellant.

Smyrna,(σμύρνα) urbs Ioniæ in minori Aſia, de qua uide Strabonẽ lib. 14. Hanc Theſeus Theſſalus in memoriã uxoris ſuæ, quæ Smyrna uocabatur, extruxit. Ab ea fit Smyrnæus. a. um.

Socrates,(σωκράτης) pe. cor. philoſophus Athenienſis, Sophroniſci ex Phanariſta, aliàs Phænareta, filius, præceptores habuit Anaxagorã & Damonem, poſtea ad Archelaum phyſicũ ſe contulit, ubi cum animaduerteret naturalis ſpeculationis nullum eſſe fructũ, primus ethicen inuenit, id eſt moralem philoſophiam, ad quam tranſiens fertur dixiſſe, Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Hic unus omnium ſapientiſſimus iudicatus, qui æquabilitatẽ in omni uita adeò ſeruauit, ut idem ſemper uultus, eadẽq; frons, ſiue proſperis ſiue aduerſis rebus, extiterit uſq; ad extremum. Habuit duas uxores, Xanthippen & Myrtonem uno tempore, quæ cum crebrò inter ſe iurgarent, & ille eas eſſet ſolitus deridere, quòd propter ſe fœdiſſimum hominem, ſimis naribus, recalua fronte, piloſis humeris, repandis cruribus diſceptarent, nouiſſimè uerterunt in eum impetum, & male multatum fugientemq; diu perſecutæ ſunt. Interrogauit Alcibiades, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam inquit Socrates, cum illam domi talem perpetior, inſueſco & exerceor, quo foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandã eſſe Xanthippes maledicentiam, Tũc inquit, nonne toleras anſeres clamore perſtrepentes? illo annuente, Quoniam mihi oua & pullos pariunt. Et mihi ait, Xanthippe filios gignit. Ferendæ paupertatis beatiſſimus fuit. Cum enim aliquando inter amicos haud ſplendide indutus uerſaretur, Emerem pallium, inquiebat, ſi nummos haberẽ. Qua oratione eos ſublatenter admonuit, ambiguus tamen à quo accepturus eſſet, ut egeſtati ſuæ ſuccurrerent. Eius præterea patientiæ Gellius ſcomma pulcherrimũ refert hoc modo, Cum uxorem Xãthippen contumacius ac clamoſius in ſe agentem diu toleraſſet, poſtremò aqua ab ea eſſet perfuſus, cœpit ridens dicere, Sciebam Xanthippen tonantem quandoq; pluituram. Caſtitatis illud ab Aeliano memoratur, quòd Zopyrus Phyſiognomus dixiſſe fertur, Socratem ex phyſiognomia omnium libidinoſiſſimũ eſſe: ciuibus autem tanquam falſa locutum eum ridentibus, Socrates minimè mentitum dixit, ſed naturæ uim ſe animi uirtute oppreſſiſſe. Cicero tamen de fato non laſciuum, ſed bardum ac mente ſtupidum & obtuſum dicit. Nihil unquam ſcripſiſſe conſtat, ſed eius diſſertationes à Platone commemorãtur. Dæmonem ſe habere fatebatur, qui ei futura prædiceret. Accuſatus poſtremò ab Athenienſibus, uel ut alij, ab Antyo quodã diuite, & Melito poëta & Lycone oratore, uel quòd de dijs malè ſentiret, uel ut alijs placet, ob flagitioſam in pueros libidinem, & in carcerem coniectus, cauſam dicere neglexit, & Lyſiæ orationem elegantiſſimã, Cicerone teſte, quam ei attulerat, ut ſi ei uideretur ediſceret, ac ea pro ſe in iudicio uteretur, reſpuit, inquiens, Et ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent uiriles. Hac oratione innuens illam orationem diſertam ſibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem minime. Quare cõtemptis omnibus uel ipſa quaſi morte ſua uolens omnes ſuos inimicos uincere, qua ſcilicet perpeſſa, ulterius, etiamſi cuperent, in eum ſæuire nõ poſſent, cicutam porrectam hauſit intrepidè. Sed ſtatim populus mortem eius ita doluit, ut accuſatores eius uel morte: ſiue ut alij, exilio puniret, & ipſi Socrati ſtatuam æream dedicaret. Fons quoque philoſophorum omnium appellatus eſt, quoniam ex uarijs eius, & in omnem partem diffuſis diſputationibus plures fluxere & diſcipuli & ſectæ.

Sodoma. mæ.(σόδομα) & Sodomum, & Sodoma.

ma.orum plurali.tantum, oppidum fuit Iudææ, de quo in Geneſi, Habitauit in Sodomis. Hinc Sodomitæ. σοδομῖται. dicti ſunt Sodomorum incolæ:

Solis fons uide in dictione Fons Solis.

Solis menſa, Aethiopiæ locus, apparatis epulis ſemper refertus: & quia, ut libet (inquit Pomponius) ueſci uolentibus licet, ἡλίου τράπεζαν. id eſt, Solis menſam appellant: & quæ paſſim adpoſita ſunt, adfirmant naſci ſubinde diuinitus. Ad quem locum Seuerus imperator, cum Alexandriam ueniſſet, rei fama permotus, profectus eſt. Author Spartianus.

Solis oſtia, de quibus Pomponius in deſcriptione Indiæ, loca ſunt, ob æſtum intolerabilem, et aquarum longo tractu penuriam, ſic dicta: ideo periclitatum Alexandri illis locis exercitum Diodorus libro 17. ſcribit.

Solæ, (σόλοι) numero plurali, more Græcorum σόλοι, ſicut Dioſcuræ pro Dioſcuri, ut placet Hermolao, ciuitas inſignis Ciliciæ, ab Achiuis & Rhodijs ædificata, poſtea Pompeiopolis appellata, à Pompeio, qui piratas in eam tranſtulit, quos dignos exiſtimauit, ut ſeruarentur. Vnde Solenſes, Solœciſſare dicti ſunt, & inde Solœciſmi. Vide Solon.

Solon, (σόλων) fuit unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, patria Salaminius, qui teſte Gellio libro 17. capite 21. Athenis claruit, Tarquinio Priſco Romæ regnante. Hic Athenienſibus leges dedit, & eas, quas Draco tulit, præter quàm quæ de cæde erant, omnes abrogandas curauit, ob magnitudinem pœnarum. Nam una omnibus pœna conſtituta fuerat, ut etiam qui ocij damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Florebat tunc in Republica Piſiſtratus æmulus. Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quàm huius ſapientia. Ceſsit ſponte Solon, tyrannum fugiens, primum in Aegyptum deinde in Cyprum, poſtremò ad Crœſum regem: cuius quum opes uideret, oſtentanti Crœſo, atque interroganti num quis eo fœlicior eſſet: reſpondit Tellum quendam pauperem admodum, alioqui iuſtum, Athenis agentem: qui in ſuo prædiolo ſolitarius conſenuerat, ſimul adfirmans nihil eſſe fœlix, quod temporum mutationi ſubiaceat, fœlicitatem tantum finè indicare. Cuius ſententiæ Crœſus poſtea à Cyro captus meminiſſe dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, ciuitatem à ſuo nomine Solos dixit, in qua Athenienſes colonos ſtatuit, qui interuallo temporis ab Attica lingua deſciſcentes, Solœciſſare dicti ſunt: unde uerbũ Solœciſmus tractum. Deceſsit in Cypro annorum LXXX. mandauit oſſa Salaminem transferri, ibique per regionem proijci ac diſſipari, ne Athenas inferrentur: quoniam diſcedens iureiurando ciues adegit, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. reliquit etiam cõciones & epiſtolas quaſdam. Epigramma ſepulchro eius inſcriptum Cicero huiuſce modi commemorat Tuſculanarum quæſtionum libro primo.

» Mors mea nõ careat fletu, linquamus amicis
» Mœrorem, ut celebrent funera cũ lachrymis.

Solymi, (σόλυμοι) Straboni li. 1. populi iuxta Lyciam, quos Homerus pugnaciſsimos fuiſſe ſcribit, & à Bellerophonte deuictos.

Sophene, es. regio prope Armeniam, iuxta Maſium & Antitaurum montes, à parte ſeptentrionali. Lucan. lib. 1.

» Molleſq; Sophene, &c.

Sophocles, (σοφοκλῆς) Athenienſis poëta Tragicus, Colononicæ tribus fuit, Sophili filius, Socrate 17. annos ſenior, Euripidi cõtemporaneus. Propter ſuauitatem uocatus fuit apis: atque ipſe primus fuit, qui tragicas contentiones ac compoſitiones inſtituit. Scripſit inſuper Elegiam & Pæanas, atq; orationem proſam, quum de Choro aduerſus Theſpim & Chœrilum cõtenderet. Exhibuit fabulas centum uiginti tres, & adhuc (ut nonnulli uolũt) plures: uictorias autem uiginti tres reportauit. Filios habuit Leophontem, Leoſthenem, Auſtonem, Stephanum, Meneclidem. Hæc ex Suida. De quo Cicero in Catone maiore ſic ſcribit, Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit: quod propter ſtudium quum rem familiarem negligere uideretur, à filijs in iudicium uocatus eſt, ut quemadmodum noſtro more malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet: ſic illum quaſi deſi-

pientem à re familiari remouerent iudices. Tum ſenex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, et proximè ſcripſerat, Oedipū Colonæū recitaſſe iudicibus, quæſiſſeq́ num illud carmen deſipientis uideretur: quo recitato, ſententijs iudicum eſt liberatus. Hæc Cicero. Sophoclem ex inſperato gaudio ob uictoriam ex tragœdia quadam repente obijſſe Valerius author eſt. Hinc Sophocleus. a. um. σοφόκλειος. unde carmina Sophoclea. Cicero ad Tyronem,

» An pangis aliquid Sophocleum?

Sophronium, (σωφρόνιον) nomen eſt fœminæ, per diminutionē adulationis amatoriæ prolatum, & à σωφροσύνη, quæ eſt prudentia, deductum, uelut totula prudens.

Sora, fuit oppidum Volſcorum, in Campania, de quo Liuius lib. 9.

Soracte, (σώρακτον) mons Apuliæ in Phaliſcis, Apollini ſacer, in quo ſpelunca cooperta, latebram ſibi elegit diuus Syluester. Et eſt generis neutri, quod & hæc Sorax, & Soracte, Soractis dicitur. Silius libro 8.

» Et ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

Item dicitur Soractis. ctis. ſicut Præneſte & Præneſtis.

Sorani, inquit Seruius, dicti ſunt populi Hirpini. Nam Lupi Sabinorum lingua Hirpi uocantur. Sorani uerò, à Dite: nā Ditis pater Soranus appellatur, quaſi Lupi Ditis patris.

Soſtratus architectus, qui turrim excitauit in inſula Pharo, iuſſu Ptolemæi Philadelphi ad oſtentandos nocturnos ignes nautarum curſibus, eiq́ nomē ſuum inſcripſit. Fuit autem inſcriptio huiuſmodi, Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius, dijs ſeruatoribus pronauigantibus. Nam quum ora ex utraque parte importuoſa & humilis eſſet, & cautes & breuia haberet, ſignum aliquod neceſſarium fuit, altū & clarum, quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur. Hæc Strabo lib. 17.

Sparta, tæ. & Sparte. tes. (σπάρτη) eadem eſt quæ & Lacedæmon, urbs Laconiæ in Peloponneſo: à Sparto Phoronei filio (qui eam cōdidit) appellata Sparta. Fuit autem ciuitas Græciæ inſignis, quæ diu cum Athenienſibus grauia bella geſſit, quæ Lycurgi legibus optimè inſtituta fuit. Ab ea dicti ſunt Spartiatæ σπαρτιᾶται. Spartæ & Spartani. Spartiatas legimus in libris Machabæorū Romanis fuiſſe confœderatos. Canes habet laudatiſsimos. Vergil. Georg. 3.

» Nec tibi cura canū fuerit poſtrema: ſed unà
» Veloces Spartæ catulos, acremq́ Moloſſum
» Paſce ſero pingui. & reliqua. Idem:

Virginis os, habitumq́ gerens, & uirginis arma Spartanæ.

Sperchius, (σπερχειὸς) Theſſaliæ fluuius, ortus in iugis Pelij montis, et uelociſsimo curſu in Maliacum ſinum defluens. Author Strabo libro 8. De quo etiam Verg. Georg. 2.

Huic Achilles uouerat comas, ſi rediſſet è Troia incolumis.

Sphinx. gis. uel gos. (σφὶγξ) ſphingium, monſtrū apud Thebas, cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, uox hominis, ungues leonis, cauda draconis. & (ut inquit Plinius libro 8. cap. 21.) à ſtringendo dictum, hoc eſt ἀπὸ τ σφίγγειν. Quod quidem monſtrum Chimæra produxit ab Orco compreſſa. Dictum ſphinx, quòd cogeret tranſeuntes cōſiſtere, quibus ænigma proponebat, Quidnam id eſſet in orbe terrarum, quod quaternis primum pedibus inambularet, inde tribus, duobus porrò, atque mox tribus, & poſtremò quaternis. Quod neſcientes diluere, ſublatos in rupem agebat præcipites. Oedipus illac iter habens, ænigma diluit, hominē eſſe dicens, qui in infantia manibus & pedibus nitens quadrupes: in iuuentute pedibus tantum, et bipes: in ſenectute uerò baculo utens tripes eſt. Tunc ſphinx ſe de ſaxo præcipitem dedit. Inde origo huius adagij apud Terentium, Dauus ſum, non Oedipus. Id eſt, ſeruili officio, non quæſtionibus ſoluendis aptus ſum. De ſphingibus uide Diodorum libr. 4. Auſonius in Gripho Ternarij,

Terruit Aoniā uolucris, leo, uirgo, triformis
Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Quum hominibus offertur, ſi illum præſentiat, ſaluatur: ſi uerò beſtia prius hominem ſenſerit, perditur homo. Vide in dictionibus Latinis de ſphinge ſimiarum genere.

Spica, ſignum in cœlo oriens in Virginis parte decima. Firmicus, Quicunq́ in ortu Spicæ natus fuerit, erit ruralibus officijs ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet.

Spio,(σπειὼ) Nympha Nerei & Coridis filia ſic appellata à ſpeluncis maris, in quibus nymphæ habitare dicuntur. σπέος enim ſpelunca eſt. Bocatius libr. 7. cap. 14. Vergil. 4. Aeneid.

» Niſeq́; Spioq́; Thaliaq́; Cymodoceq́; &c.

Spoletium,(σπολήτιον) cum i ante um, ciuitas in Vmbria, quæ nunc Ducatus Spoletinus dicitur, non Spoletanus, ſicut ab Aretio Aretinus. Martialis,

» De Spoletinis quæ ſunt carioſa lagœnis
» Malueris, quàm ſi uina Falerna bibas.

Sporades,(σποράδες) inſulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, ſicut Strabo lib. 10. ſcribit. Dictæ quòd in mari ſparſæ ſint. Sunt aũt harũ nomina, Hellene, Phocuſa, Hecaria Scimuſa, Polegrados, Thera, Anephe, Aſtypalia, Laguſa, Ion, ubi ſepultus fertur Homer.

Aruntius Stella, poëta Patauinus lepidiſſimus, natus eſt familia conſulari, Violantillã amauit, puellam Neapolitanam, quam tandem duxit uxorem. Hæc in delicijs habuit columbam, auem dicatam Veneri, quam Stella fleuit defunctam pulcherrimo carmine: opusq́; ipſum Columbã inſcripſit. Mart. lib. 12.

» Laurigeros habitat facundus Stella penates.

Stennio, Bocatio lib. 10. cap. 10. una eſt Gorgonum, ſed Sthenyo ſcribendum, ut infra. filia Phorci, ex monſtro marino ſuſcepta, quæ debilitas interpretatur. id eſt, timoris initiũ, quòd tantum mentem debilitat. Vide Gorgones.

Stentor, (στέντωρ) unus fuit è ducibus Græcorũ qui ad Troiam profecti ſunt, cuius tãtus erat uocis ſonitus, quantus aliorum quinquaginta teſte Hom. lib. Iliad. 5. Sunt qui dicant ipſum interfectum à Mercurio, quo cum de uocis magnitudine certaret. Iuuen. Satyr. 13.

» Tu miſer exclamas, ut Stẽtora uincere poſſis.
Vnde prouerbium, Stentore clamoſior.

Stephanus,(στέφανος) Latinè corona, à quo Stephanum, & Stephaniſcum diminut. Hinc aliud diminutiuum Stephaniſtidium.

Stercutius, dictus eſt Saturnus, quòd primus ſtercorandi agri rationem inuenerit.

Steropes, à fulgetra nomẽ ſortitus eſt, quæ Græcè στεροπὴ dicitur, famulus fuit Vulcani.

» Verg. Brontesq́; Steropesq́;, & nudus membra Pyracmon. Vide in dictione Cyclops.

Sthenelus, Capanei & Euadnes filius in bello Troiano, cuius meminit Homerus & Verg. libro Aeneid. 2. Theſſandrus, Stheneluſq́; duces, & dirus Vlyſſes.

Sthenobœa,(σθενόβοια) Prœti Ephyræ, uel Argiuorum regis uxor, quæ Bellerophontem amauit. A quibuſdam Sthenoboë, ſeu Stenobe appellatur. uide ſuprà de Bellerophonte. Ab ea fit Sthenobœus. a. um. Sidonius,

» Quã ſi ſpectaſſet quondã Sthenobœius heros
Id eſt, Perſeus, nepos Prœti ex fratre.

Sthenyo,(σθενυὼ) fuit una ex filiabus Phorci, & Cetus belluæ marinæ, Meduſæ ſoror.

Stilbon. ontis. (στίλβων) Mercurij ſtella dicitur. id eſt radians. Fit à uerbo Græco στίλβω τε ſplendeo, quòd eius orbis ſplendeat.

Stœchades (στοιχάδες) pen. corr. ſunt tres inſulæ in Rhodani oſtio uicinæ Maſſilienſibus, ſic dictæ propter ordinem, quo ſitæ ſunt. Græci enim στίχον dicunt ordinem & uerſum, auth. Plin. lib. 3. cap. 5. Harum nomina ſunt, Themiſta, Pomponiana, Hypæa. Plin. eas ſic uocat: Prote, Meſe, Hype. id eſt, prima, media, infima

Stoici,(στωϊκοὶ) philoſophi appellati ſunt, ab στοὰ quod ſignificat porticum, quò conuenire, ac diſſerere ſolebant. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex uarietate picturæ. Græci enim ποικίλον uarium dicunt. In hac porticu Zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & Secta Stoica, & philoſophi Stoici nuncupati ſunt, qui antea Zenonij dicebantur, à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorum memoratiſſima, quam Chryſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. Stoicè, aduerb. Cicer. in Parad.

Strongylos, & Strongyle. es. (στρογγύλη) pen. cor. inſula in mari Aegæo, una ex Aeolijs, ſic dicta quia ſit rotunda & globoſa, quod στρογγύλον Græcè deſignat. Hæc ut Plin. l. 3. ſcribit uinearum fertilis eſt, cuius ambitus patet. 75. millibus paſſuũ. Ea nunc Naxos, ſed antea Dia uocata.

Strophades,(στροφάδες) inſulæ duæ in Ionio mari ſupra Zacynthum in meridiem ſitæ, ab alijs Plotæ dictæ, quibus Seru. à conuerſione Harpyiarum ex Arcadia uolantium nomen datum uoluit. Verg. lib. Aeneid. 3.

» Excipiunt Strophades, Graio ſtant nomine
» dictæ Inſulæ Ionio in magno. Lege Seruium & Cælium & Ptolemæum.

Strymon, fluuius eſt Thraciæ, ex Aemo monte profluens, & Thraciam à Macedonia ſeparans. Lucan. lib. 5.

» Strymona ſic gelidũ bruma pellente relinquũt.

Inde fit Strymonius. a. um. ut Strymoniæ grues, apud Verg. lib. 1. Georg.

Stymphalus oppidum eſt Arcadiæ, & Stymphalis palus, in qua aues fuerunt, Stymphalides appellatæ, tantæ magnitudinis, ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuaſtantes, quas Hercules non ſagittis ut quidam putant, ſed ſonitu ahenei crepitaculi fugauit, & uſq; ad inſulam Aretiada propulit.

» Verg. de laboribus Herculis, Stymphalides
» pepulit uolucres diſcrimine quinto, &c. A Stymphalo oppido fit Stymphalius. a. um. στυμφάλιος, & Stymphalis. idis.

Styx, ſtygis generis fœm. fluuius infernalis, per quem dij iurabant, nec tale iuramentum fas erat uiolare. Si quis Deorum uiolaſſet, centum annis à nectare abſtinebat, & numinis maieſtate erat priuatus. Verg. Stygiamq; palu-
» dem Dij cuius iurare timẽt & fallere numen. Sic dictus à triſtitia quam infert omnibus eo damnatis. στὺξ enim propriè mœſtitiam deſignat. Hinc στυγνὸς triſtis dicitur, & στυγνάζω mœreo. Vel dicitur ἀπὸ τ̃ στυγῶ hoc eſt timeo, odi, quòd omnibus terrori ſit. Hæc autem de Styge idcirco ficta ſunt, quia Styx, fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ, è ſaxis profluens, cuius aqua uenenum eſt præſentiſsimum, epota illicò necat. Piſces in ea paruos eſſe tradit Theophraſtus, letales & ipſos. Noxiam putant nimio frigore, utpote cum profluens ipſa ſtatim lapideſcat: traduntq; etiam æs ac ferrum ea erodi, & ſola mulæ ungula contineri, cætera uaſa nullo modo eam uim ferre poſſe, ſed ſtatim frigoris magnitudine diſrumpi. Vide Nonacris. Eſt & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam ueteres Styga uocauere, ambiens Abaton inſulam. A Styx deducitur Stygius (στύγιος) ut Iupiter Stygius, pro Plutone apud Verg. lib. Aeneid. 4.

» Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui.

Subſolanus, uentus dicitur, qui Sole oriente ſubnaſci uidetur. A Græcis ἀπηλιώτης, ἀπὸ τ̃ ἡλίου id eſt à Sole dictus. Ventus Fauonio cõtrarius.

Subueteribus, eſt loci nomen in urbe Roma, ſicut & Subnouis. Plaut. in Curc. Subueteribus ibi ſunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore. Var. Subnouis dicta pars in foro ædificiorũ, quod uocabulum eius peruetuſtum.

Suburra, uicus Romæ, à quo regio Suburrana dicta eſt (ut ſcribit Iunius) ab eo quòd fuerit ſub urbe antiqua. Hinc Suburranus. na. num. ut regio ſuburrana, in qua meretricum diuerſoria erant, quæ ob id ſuburranæ dicuntur à poëtis. Martialis lib. 6.

» Famæ non nimium bonæ puellam,
» Quales in media ſedent Suburra,
» Vendebat modo præco Gellianus.

Succulæ, dictæ ſunt ſtellæ, quæ alio nomine hyades (ὑάδες) uocantur, à pluuia. Nam & orientes, & occidentes, tempeſtates & pluuias cient. Exoriuntur 12. Calend. Iunij. Plinius lib. 14. Aegypto ſucculæ occidunt ueſperi.

Sueui, (σύηβοι) populi Germaniæ, Bauaris finitimi, qui ſolebant olim obliquare crinem nodoq; ſubſtringere. Principes habebant ornatiorem capillum, quam plebeij. Luca. lib. 1.

» Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos.

Sueuia dicitur eorum regio. Olim circa Albim habitarunt. Et plus quàm centum pagos habuerunt. Gens ualida & bellicoſiſsima.

Sulmo, (σούλμον) oppidũ in Brutijs Pelignæ re-
» gionis, Ouidij patria. unde ipſe ait, Sulmo mi-
» hi patria eſt, gelidis uberrimus undis, Millia qui nouies diſtat ab urbe decẽ. Dictus Sulmo, à Solymo Aeneæ comite, cõditore eius urbis.

Summanus dicitur Pluto, quaſi ſummus maniũ. Ouid. lib. 6. Faſtor. Summo templa feruntur.

Surrentum uel Surrhentũ, (συρρέντιον) Campaniæ oppidum à Græcis conditũ, quod alio nomine dicitur Petræ Sirenũ, quòd ibi quondam Sirenes conſederint. De eo & Verg. 5. Aen.

» Iamq; adeò ſcopulos Sirenũ aduecta ſubibat. De hoc & reliquis Campaniæ locis Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5. Hinc Surrentina uina dicta ſunt, & Surrhentini colles. συρρέντιος. Colum. lib. 3. cap. 2.

Suſa. ſæ, & Suſa. ſorum. (σοῦσα τὰ) oppidum & metropolis Perſidis, in Suſia quæ Perſiæ eſt pars, à Suſo fluuio ſic uocata, condita à Tithono Memnonis patre. Propertius,

» Non tot Achæmenijs armatur Suſa ſagittis,
» Spicula quot noſtro pectore fixit amor.

Inde

Inde Suſinus,a.um. ut Suſinum unguentum

Suſiana,(σουσιανὴ)prouincia Aſiæ(ut lib.6.cap. 3.refert Ptolemæus) quā ſeptentrione terminatur Aſſyria, ab occaſu Babyloniæ adiacet,ab oriente habet Perſidem,à meridie partem Perſici ſinus.Cuius ciuitates inſignes,Traiana & Suſa,in qua templum Dianæ Suſiæ.

S ANTE Y.

Sybaris,(σύβαρις)oppidum antiquiſsimum, ab Vrbe duodecim millibus paſſuum diſtans. Aliud eſt oppidum Calabriæ, in ſinu Tarentino ad Cratidem amnem,cuius ciues adeo luxu delitijsq; dediti fuerunt,ut omne robur tā animi,quàm corporis amiſerint. Hinc Sybaritanus.a.um.qui ex Sybari oppido eſt.Sybariticus.a.um.qui imitatur eorum mores.id eſt luxurioſus.Sybaritæ populi.Eſt & fluuij nomen eiuſdē loci à cuius potu greges amouent:nam ſi de eius aqua biberint,ſternutamentis agitantur. Author Strab..lib.6.

Sychæus,συχαῖος.Vide Sichæus.

Sycoris,Plinio lib.3.cap.3.fluuius Hiſpaniæ,iuxta Ilerdenſes Surdaonum gentis. Lucanus, Heſperios inter Sycoris non ultimus amnes. Vide Sicaris.

Syene,(συήνη)urbs in confinibus Aethiopiæ atque Aegypti,*aliàs Aegypti ciuitas, & aliàs Thebaidis Aegypti prouinciæ.)ſupra Alexandriam, uerſus meridiem quinq; millibus ſtadijs ſub tropico Cancri directè locata. unde Sole exiſtente in Cancro, medio ſolſtitij die ſupra uerticem ciuitatis cadens,nullam prorſus in ea umbram facit, ut inquit Plin. lib. 2.

Syla, mons & ſylua eſt Lucaniæ (*aliàs mons ſyluæ Lucaniæ)Lege Sylla.

Sylla,per duplex ll, mons Lucaniæ, & ſylua in illo.Sic dicta quaſi σύρα.id eſt tracta, hoc eſt latronibus frequentata. ut Salluſt.de fugitiuis,In ſylua,inquit,Sylla fuerunt. uide Sylæ.

Sylla,(σύλλας)cum duplicato l, nobilis Romanus,teſte Salluſtio, qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit:in adoleſcentia omnibus flagitijs inquinatam uitam egit, hoc eſt, uſque ad quæſturam, quam ſub Mario adeptus eſt, in qua uitam omnem penitus commutauit:& ut dixit Valer. Maxim. catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem compeſcuit: ſocialis belli luctus repreſsit, Cinnæ minationē fregit,& Marium qui olim ſe quæſtorem faſtidierat, ipſam illam prouinciam proſcriptum & exulem coēgit petere:fuitq; literis Græcis & Latinis bene eruditus,facundus,acer,aſtutus,gloriæ cupidus,ſui ſecurus, multarum & pecuniæ maximè largitor, animo grādis,ita ut dicat Salluſtius,dubitari potuiſſe, fortior an fœlicior eſſet.Nā fœlix eò dici uoluit, quòd inimicos Marianos fœliciter ultus eſt. Dictator deinde effectus, ita Remp. oppreſsit,ut,teſte Cicerone in Verrem, nemo illo inuito,nec bona,nec patriā,nec uitam retinere poſſet. Poſtremò Repub.conſtituta,dictaturam depoſuit,& priuatus Puteolos conceſsit.Quapropter Cæſar Iulius dicere cōſueuit illū literas neſciuiſſe, quia dictaturam depoſuiſſet,ut ſcribit Tranquillus. Puteolis dicitur morbo pediculari correptus interijſſe.Vide Plutarchum.

Syluanus,ſyluarum Deus, (quem Græci πᾶνα uocant.)Hic amauit puerum Cypariſſum nomine, qui habebat manſuetiſsimam ceruam. Hanc cum Syluanus neſcius occidiſſet, puer eſt extinctus dolore, quem amator deus in cupreſſum arborē eius nominis uertit,quā pro ſolatio portare dicitur Verg.1.Geor. Et tenerum ab radice ferens Syluane cupreſſum. Hæc Seruius.Eſt etiam adiect.id quod ad ſyluam pertinet, ut Syluanus deus,Faunus, uel Pan,ſyluarum incola.

Syluia, nomen quo Ilia Romuli mater uocata eſt.Vergilius 7.Aeneidos.

» Adſuetum imperijs ſoror omni Syluia cura,
» Mollibus intexens ornabat cornua ſertis.

Syluius,Aeneæ filius, à quo poſtea omnes Albani reges Syluij dicti ſunt.

Symethus,fluuius,Siciliæ non longe ab Aetna.

Symplegades, (συμπληγάδες) penultima producta inſulæ duæ, ſiue duo ſcopuli in Boſphoro dictæ, quòd inter ſe aliquando concurriſſe fabulis traduntur. Vide ſuprà Cyaneæ.

Syphax,acis(σύφαξ)rex fuit Numidarum, cuius Liuius ſæpe meminit: qui cum Scipioni per Lælium amicitiam promiſiſſet, & poſtmodum uiolata fide adhæſiſſet Annibali, uictus ab ipſo Scipione,ductus eſt in triumphum,expirauitq; in carcere. Atq; eo mortuo regnum datum eſt Manſiniſſæ.

B 5 Syracu-

hoc eſt infeliciſſimũ. Hinc fit Tantaleus.a.um.
» Proper. Tãtalea poterit tradere poma manu.

Taphiæ. ταφιαὶ. inſulæ, prope Echinadas Strab. lib. 10. quibus Taphij & Teleboæ imperauerũt.

Taphij, (τάφιοι) dicti ſunt populi, à Tapho Neptuni filio, qui Echinadibus inſulis imperauit. Hunc Neptunus (ut eſt in fabulis) inuictũ fecit, ut quandiu quem in uertice aureum dederat capillum haberet incolumen, tandiu foret inſuperabilis.

Taprobane, (ταπροβάνη) inſula in mari Indico ampliſſima, inter ortũ occaſumq́ſolis, ut Solinus refert. Patet in longitudine ſtadiorum ſeptem millibus, in latitudine quinq; millibus. Nulla in nauigando ſyderum obſeruatio. Ibi enim Septentriones non uidentur. Plin. refert legatos ex Taprobane, quũ ad nos ueniſſent, miratos eſſe Septẽtriones & Vergilias, ueluti in nouo cœlo. Lunam uerò apud ipſos non niſi ab octaua die, ad quintamdecimam ſupra terram aſpici. Lucet ibi Canopos ſydus clarum & ampliſſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci uiſu, terrifico ſono uocis, uiuunt ultra annos centum. Naſcuntur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptolemæus lib. 7. refert. Plin. lib. 6. ſcribit, quingenta oppida in ea comperta fuiſſe. Item (ut Geometræ ſcribunt) in ea ſunt duæ æſtates.

Tapſus, uide Thapſus per theta.

Taracina, (ταῤῥακίνα) oppidum Volſcorum in Campania, non procul à Caieta, & ab Amyclis Tacitis, ut autor eſt Seruius apud Verg. 10. Aeneid. antè Trachyna. id eſt aſpera, à loci aſpredine: & lingua Volſcorum Anxur dicebatur prius, diuerſam fortunam à Rheginis experta, à ταράττω conturbo. Aeditum occupat collem, ut ſcribit Silius lib. 8. Scopuloſi uerticis Anxur.

Taracon, (ταῤῥάκων) pen. cor. inſignis Hiſpaniæ ciuitas, Scipionum opus, à qua prouincia ipſa Taraconia & Taraconenſis uocatur, quæ (ut Pomponius ſcribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam Luſitaniamq́ contingens mari latera obijcit noſtro, quà Meridiem, qua Septentrionem ſpectat Oceano. Hinc Taraconenſia uina, optima, (ταῤῥακωνὰ νοῖνοι.) Martialis: Taraco Campano tantum
» ceſſura Lyæo. Sili. lib. 3. Dat Tarraco pubem
» Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyæo.
Aliàs Tarraco dicitur.

Taranis, dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano ſanguine litabant. Vide Teutates.

Tarchon, (τάρχων) Hetruſcorum dux, qui, ut ex Vergilio notum eſt, Aeneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta N, litera. Verg. Aeneidos 8. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Caſtra locis.

Tarentinus, quod ex Tarento eſt, uel in Tarentinis agris creſcit, ut Tarentina pyra, Tarentina nux, (κάρυον ταραντινὸν) fragili putamine eſt, & ita mollis, ut uix attrectata rumpatur. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentum autem Sabini uocant molle, ad quos alludens Horatius ſcripſit, Et molle Tarentum.

Tarentum, (τάρας) fuit inclyta Calabriæ urbs, in ultimo Italiæ circa Salentinorum confinia, à Tara Neptuni filio ædificata. Deinde à Laconibus aucta, qui duce Palanto illuc aduentantes expulſis incolis, uti Iuſtinus lib. 3. ſcribit, eam tenuerunt. Verg. Aeneid. 3.
Hic ſinus Herculei (ſi uera eſt fama) Tarenti
Cernitur, attollit ſe diua Lacinia contra
Caulonisq; arces, & nauifragũ Scylacæum.

Tarpeius, (ταρπήϊον ὄρος) mons Romæ à Tarpeia uirgine Veſtali ſic dictus. Vide ſequentia.

Tarpeia, teſte Plutarcho in uita Romuli, filia fuit Tarpei, quæ Romanã arcem in Capitolio conſtitutã, cuius pater Tarpeius cuſtos erat, Sabinis prodidit. Hinc mons Tarpeius dictus (inquit Terentius Varro) à uirgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis, & ſepulta. Hinc eius nominis monumentum relictum, ut rupes quæ antea Saturnia dicebãtur etiã nunc Tarpeium ſaxũ appelletur. Verg. 8.
» Hinc ad Tarpeiã ſedem, & Capitolia ducit,
» Aurea nũc, olim ſylueſtribus horrida dumis.
Seruius declarans hunc locum: Tarpeia (inquit) ſedes dicta eſt à Tarpeia uirgine. Cum enim Romulus cõtra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dediſſet arcem tuendam, eius Tarpeia filia aquatũ profecta in hoſtes incidit: quã cum hortarentur ad proditionẽ, illa

pro præmio popoſcit ornatum manuum ſiniſtrarum.id eſt, armillas. Facta itaque arcis proditione, hoſtes ingenioſa morte promiſſa ſoluerunt. Nam ſcuta.id eſt,ſiniſtrarum ornatum,ſuper illam iacientes,eam luce priuarũt, quæ illic ſepulta, Tarpeiæ ſedi nomen impoſuit.Hæc Seruius.

Tarquinij.orum,uetus oppidũ Campaniæ. Tarquinienſe,abſolutum, pro agro Tarquinienſi, & qui à Tarquinijs hæredibus primũ nomen accepit.Plin.lib.8.cap.52.

Tarquinius Priſcus, quintus Romanorum rex. de quo uide Liuium lib.1.

Tarquinius Superbus,cognomen à moribus meruit.de quo item uide Liuium eodem lib.1.

Tarſus,(ταρσὸς) urbs præclariſſima, ut author eſt Strab.lib.15.& Ciliciæ metropolis,poſita in campis Cydno amni alluitur. quã Perſeus Danaës nobiliſſima proles ædificauit,uerũ ut Euſtatius Sardanapalus.Hæc fuit apoſtoli Pauli patria.Dicta Tarſus (ut quidam exiſtimant) à ſiccitate,uel à parte pedis, quæ Tarſos dicitur,ut in manu.Vel (ut Ioſeph.ait libro 1.) à Tarſo nepote Iaphet. Eſt & Tarſis regio Iudææ, ad quam Ionas propheta ſe uelle ire dixit. ubi & Salomon & Ioſaphat naues habuerunt, quæ de Tarſis ſolitæ ſunt exercere commercia. Porrò Hebræi Tarſis mare dici generaliter autumant,ſecundũ illud,In ſpiritu uiolento cõfringet naues Tarſis.id eſt maris.Hinc Tarſenſes, qui adeo philoſophiæ ſtudioſi fuerũt,ut Athenienſes,& Alexãdrinos ſuperarẽt.

Tartarus,(τάρταρος) pen.cor.in ſingulari generis maſculini, in plurali neutri: locus infernalis, à ταράττω conturbo: quia illic omnia perturbata,ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. id eſt à tremore frigoris. Hinc Tartareus.a.um.adiect.

Tarteſſus, (ταρτησσὸς) urbs fuit Hiſpaniæ iuxta columnas Herculis,in littore prope Gades,unde familia Columellæ emanauit: à Tartaro dicta (ut meminit Strabo lib.3.) propter ſubterraneas illic cauernas. Hinc Tarteſiacus poſſeſs.ut,Tarteſiaci thyrſi,Colum.li.10. Sidoni.

» Ad Tarteſſiacũ uenit Indus aquator Iberũ.

Hæc aliquando Carteia dicta eſt, ut ſcribit Pomp.Mela.lib.2.

Taſium,(θάσιος οἶνος) genus eſt uini,à τάσις, quæ eſt detentio,deductum nomen.uel (ut Seruius ait) à Taſo inſula. unde & Taſiæ uites. Melius ſcribitur cum t aſpirato,ut infra.

Tatius,rex fuit Sabinorum,qui aduerſus Romanos bella geſſit,ſed demum recõciliatus,à Romulo in urbem receptus eſt.

Tattæus,(ταττᾶιον) Phrygius ſal uocatur,qui eſt utilis oculis,ut ex Dioſcor.lib.5.cap.117.

Taulantij,populi in Liburnia, ut Plinius teſtatur,ex quibus nõnulli iuxta Dyrrhachium habitatum ſe contulerunt.

Tauri, numero plura. & Taurilia, (ταυρίλια, βοφόνια) ludi in honorem Deorum inferorum facti,quos & Boalia,& Bupetias uocatos inuenimus. Sed propriè hi ludi ſunt boum gratia inſtitui.

Tauri, populi Tauricæ Septentrionalis regionis, in Europa incolæ: Iphigeniæ (inquit Mela lib.2.) & Oreſtis aduentu maximè memorati,immanes ſunt moribus, immanemq; famam habent, ſolere pro uictimis aduenas cædere. Hact.Pompo.De Oreſtis in Tauricam aduentu,multa Ouid.lib.Triſtium quarto.Immanis autem ſacrificij huius,Thoas rex author fuit. Hinc Diana ipſa Thoantea dicta Silio lib.4.

Sacra Thoanteæ,rituſq; imitata Dianæ.

Eius frequens mentio eſt apud Lucanum, Euſebium,Ciceronẽ,Solinum,Lactantiũ.Quod ad Tauros attinet,ſcribit Herodotus li.4.Tauros omnes naufragos Iphigeniæ immolare ſolere,& precibus peractis hominis caput claua ferire, corpus truncum è ripa deturbare, caput cruci ſuffigere. Captis uerò bello caput amputant,referuntq; domum,& ſuffixum fuſte in tecti ſublimia ſtatuũt,plerunq; autem ſupra furnarium erigunt: ideò id agentes, quòd hos totius domus cuſtodes eſſe ſibi perſuadebant.Ex Herodoto.

Taurica Cherſoneſus. uide Tauri.

Taurominium,(ταυρομένιον) mons Siciliæ,multis bobus abundans, & ſupra eum urbs eiuſdẽ nominis, quam ædificauerunt Zanclei. à quo Taurominitanus ager, & Tauromintani ciues.unde eſt illud Lucani,lib.4.

» Taurominitanam uincũt feruore Charybdim.

Taururum Ptol.lib.2.cap.16.Taurunum Plin. lib.3.cap.25.alio nomine Alba Græca,Belgradum hodie, uulgò Griechiſch Vueiſſenburg, à Turca nuper expugnata,Vngariæ urbs.

Taurus,

Taurus, (ταῦρος) mons ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur. Cuius deſcriptionem legito apud Plin. libro 5. cap. 27. & Solin. in deſcriptione Ciliciæ. Mons qui ei oppoſitus eſt Antitaurus dicitur. Eſt & Taurus cœleſte ſignum ut author eſt Cicero lib. 2. de Nat. deorum. Ideo uerò Taurus in cœlum tranſlatus eſſe dicitur quòd Europam incolumen tranſuexerit in inſulã Cretam. Lege fabulam. Sydus eſt in Zodiaco.

Taygeta, ſiue Taygete Agenoris fuit filia, ex qua Iupiter Lacedæmonem genuit, eſto ſint, qui Semeles filiam faciant. Fuit & una de ſeptem Pleiadibus.

Taygetus uel Taygeta, (ταΰγετον) eſt mons ſub quo Sparta & Amycle, ut inquit Strabo lib. 8. Lucan. lib. 4. Gelidiq; inculta iuuentus Taygeti. Hic mons conſecratus eſt Baccho, teſte Seruio apud Verg. 2. Georg.

Tectoſages fortiſſimi aliquando Gallorum, Pyrenæis proximi & Cemenijs ſunt: adeò olim potentes opibus & uirium præſtãtia, ut per Græciam tunc uictricem gentium, magno hominũ manu profecti, in Aſia ſupra Phrygiam, Cappadociamq; ſedes poſuerint, incolumes ab omni finitimorum incurſu. Tectoſages & Tholiſtobogi dicti Floro, Plinioq;, &c.

Tegeum, tribrachus eſt, ut ait Seruius. τέγεα. oppidũ Arcadiæ, à qua Tegeus. τεγεάτης. ſicut à Nemea Nemeæus, ſiue Tegeaticus Deus, Pan dictus eſt, & Merc. quoq; à Papinio. Propert. Fictilis et calami Pan Tegeæe tui. Verg. Tũc lateri atq; humeris Tegeæum ſubligat enſem.

Teium. τήιον. urbs in Paphlagonia (ut Salluſt. ſcribit) in qua ortus fuit Anacreon. Vnde Teius. a. um. τήιος, poſſeſſiuum trium ſyllabarum. Ouid. Quid niſi cum muſto Venerem confundere uino Præcepit Lyrici Teia Muſa ſenis? In hac fuit templum Apollinis, unde Apollo Teius. Vide Teos.

Telamon, fuit Aeaci filius, Pelei patris Achillis frater, & Aiacis pater, Rex Salaminis inſulæ.

Telchin, dicta eſt Rhodos inſula, eiuſdem populi Telchines, qui cũ omnia aſpectu ſuo in peius cõmutarent, à Ioue ſunt ſubmerſi. Oui. lib. 7.
Phœbeamq; Rhodon & Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu,
Iupiter exoſus fraternis ſubdidit undis.

Telchines, (τελχῖνες) filij Mineruæ & Solis, ut alij uolunt Saturni & Aliopoës. Hi & Corybantes & Idæi dicti ſunt. Strabo lib. 10. de his loquens: Sunt (inquit) qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuiſſe Rheæ comites in Cretam: qui quoniam Iouis alendi curam geſſerũt, Curetes nominati ſunt. Vide Telchin.

Teleboæ. τηλεβόαι. Aetoliæ populi fuerunt, Latrocinio infamati. Fuerunt quoq; populi Campaniæ Verg. lib. 7. Seruius in ſeptimum Aeneid. dicit eſſe Caprearum populos, quos Telon ſuo regebat imperio.

Teleboas, (τηλεβόας) unus ex Centauris Ixionis & Nubis filius Bocatius lib. 9. cap. 3.

Telegonus, (τηλέγονος) nomen proprium uiri, quod Latinè ſignificat nouiſſimo loco natum, unde pro humili & inglorio ponitur. Fuit etiam filius Vlyſſis ex Circe, qui patrem cum grandis iam natu eſſet, uidere cupiens eum incognitum in Ithaca interfecit roſtro piſcis, illius qui Xiphias dicitur, (quod eſt inſtar laminæ magni enſis, ut ſcribit, Oppianus de piſcibus, quod genus enſis à matre accepit.) cum & ipſe incognitus à patre hoſpitio prohiberetur. Inde in Italiã rediens Thuſcũ condidit. Ouid. Et iam Telegoni, iam mœnia Tyburis ubi Stabãt, agricolæ quæ poſuere manus.

Telemachus, (τηλέμαχος) Vlyſſis ex Penelope filius, Penelopæ matri à patre ad Troianũ bellum abeunte relictus, qui multa interim à procis matris perpeſſus, tandẽ omnes reuerſo patre uultus eſt. Ouid. in Epiſt.
Tres ſumus imbelles numero, ſine uirib. uxor,
Laërteſq; ſenex, Telemachuſq; puer.

Telemus, teſte Homer. in Odyſſ. & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius, & inter Cyclopas uates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque ab Vlyſſe paſſus eſt. Huius meminit Ouidius lib. 13. Metamorph.

Telephus, (τήλεφος) Myſiorum rex fuit, & Herculis filius, ex Auge nympha, qui ex cerua nutritus fertur. Nam aui iuſſu expoſitus in ſyluis à cerua nutritus eſt, deindeq; dono datus regi Myſiæ proq; filio educatus eſt. Claudian.
Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis.
Qui poſtea in Lycia imperauit. Et cum Græcos ad expeditionem Troianam proficiſcentes prohibere uellet, ne per Myſiam tranſirent, ab

ab Achille uulneratus eſt, qua plaga ſanari prius non potuit, quàm ſuadentibus oraculis eadē haſta ab Achille repercuteretur. Quod ita intelligitur, quia rubigine emplaſtrum fecit Achilles, quo uulnus ſanauit. Ouidius,

Ego Telephon haſta
Pugnantem domui, uictum orantemq́; refeci.

Telmeſum. τελμησσὸς, & τελμισσεῖς. gentile apud Suidam, oppidum Lyciorum, cum promontorio & portu. Inde Telmeſis. idos. Lucan. lib. 8.

Magnoq́; ſinus Telmeſidos undæ, &c.

Temeſe. τεμέση. Brutiorum oppidum in Italia. Ptol. quoq; lib. 3. ca. 11. Tempſam nominat. Eſt & alia Temeſe Cypri. uide Themes.

Tempe, (τέμπη) neutr. genere & num. plurali, propriè Theſſaliæ loca quinq; millia paſſuum longitudine, & fermè ſex latitudine, pulcherrimus ager, amœnus gramine, refertus arboribus, canorus auium concentu, iugis dextra læuaq́; leniter ſeſe tollentibus, media interſecat Peneus amnis, cuius ripas arbores ueſtiunt. Ouid. libro 1. Metamorphoſeos. Eſt nemus

Aemoniæ, prærupta quod undique claudit
Sylua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis.

Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Teumeſia dicuntur, à Teumeſſo monte Bœotiæ, & ab Ouidio Cygneia dicta. Sunt in Sicilia à nomine amnis Heloria. Abuſiuè quæcunque loca amœna, nemora præſertim atq; aquas habentia, Tempe uocamus.

Tenedos. τένεδος. pen. corr. inſula in mari Aegæo, inter Mitylenem & Helleſpontum, cōtra Troiam, prope Sigæum, ut docet Pompon. libro 2. ab Oſtijs uiginti millibus paſſuum diſtat. Abeſt à Lesbo 106. millia paſſuum. Hæc prius Leucophrys. λευκόφρυς. appellabatur, quam alij Calydnam. κάλυδναν. dixerunt. In hāc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cyeni filius, poſtquā cum nouerca concubuiſſet, conditaq́; ex ſe urbe Tenedon uocauit, à qua & inſula denominata eſt. Hinc Tenedij. τενέδιοι. dicuntur eius incolæ.

Tentyra, (τεντυρὶς, τέντυρα) ciuitas inferioris Aegypti, unde & præfectura Tentyritica, uel (ut Plinius ait) inſula à Nilo circundata, in qua habitant homines, qui crocodilos non timent. Lege ſequentia.

Tentyritæ, uel Tentyri. τεντυρῖται. Aegyptiorū populi, de quibus Plinius lib. 8. cap. 25. & libro 20. cap. 3. Quin & gens hominum eſt huic belluæ (de crocodilo autem loquitur) aduerſa in ipſo Nilo Tentyritæ, ab inſula, in qua habitant appellata. Menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tantum uſu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax cōtra inſequentes. Sed aduerſum ire ſoli hi audent: quinetiam flumini innatant, dorſoq́; equitantium modo impoſiti hiantibus reſupino capite ad morſum, addita in os claua, dextra ac leua tenentes extrema eius utrinq;, ut frenis in terrā agunt captiuos: ac uoce etiam ſola territos, cogunt euomere recentia corpora ad ſepulturā. Itaq; ei uni inſulæ crocodili non annatant, olfactuq́; eius generis hominum, ut Pſylloꝝ ū ſerpentes fugantur. Hæc ille.

Terentius, poëta, Carthagine natus, libertus Romæ Terentij Lucani fuit, captū fuiſſe negant. Cum eſſet egregia indole à patrono eruditus, uenit in amicitiam nobilium, maximè Lælij & Scipionis: quorum opera adiutus in ſcribendo fertur ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone: cui adſtipulatur etiam Varro: Non obſcura fama eſt (inquit) adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit: non enim niſi leuiter ſe tutari conatur in prologo Adelphorum. Pluribus Donatus huius uitam ſcripſit.

Terentū, locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis in terra occultaretur. Erat hic locus Diti & Proſerpinæ ſacer, in quo omnium qui naſcerentur & morerentur nomina ſcribi ſolebant, quoties ciuitas luſtrabatur.

Tereus, (τηρεύς) rex Thracum, Martis ex Biſthonide nympha filius. Vide Progne & Ouid. lib. 6. Metamorph.

Termilæ, populi. Hos Sarpedon Minois, Rhadamanti frater colonos ex Creta, quæ in Mileto eſt, duxit, ac Termilas nominauit, cū prius Minyæ uocarentur, ut Herodotus refert. Ac prius etiam Solymi, poſtea Lycon Pandionis filius, eoſdem à ſe Lycios appellauit.

Terminalia. orum. (τερμινάλια) Varro ideo appellata eſſe exiſtimat, quòd is dies anni extremus conſtitutus. Ego potius à Termino deo nomen ſumpſiſſe exiſtimo.

Termi

Terminus, quem τέρμων *Græci uocant dei loco habitus eſt, quòd poſt Saturnum exactũ cæderet ac lites ruſticorum de diuidendis agris ſuſtuliſſet.* Ouid.lib.2.*Faſt.*

» *Et cantant laudes Termine ſancte tuas.*

Sacrificabãt ei mẽſe Februario in æde, qua ſuper eum foramen in tecto patebat, quòd nefas eſſe putarent terminum intra tecta conſiſtere.

Terpſichore, (τερψιχόρη.) *Vide Muſæ.*

Tethys, (τηθὺς) *Tethys, & Tethos, Cæli & Veſtæ filia, coniunx Neptuni & Nympharũ mater, ut inquit Salluſt. At* Ouid. *lib.4. Faſt. uidetur ſentire illam fuiſſe Titani filiam, qui fuit Saturni frater, natu maior, ait enim,*

» Dixerat Oceanus quandã *Titanida Tethyn.*

Vnde & Oceani uxorem illam fuiſſe conſtat, quæ quãdoq; pro mari ponitur. Alia fuit Thetis, Achillis mater, de qua infrà.

Tetrapolis, (τετράπολις) *dicta eſt Antiochia, regio cognominata, (ut inquit Strabo lib.16.) in qua ſunt quatuor inſignia oppida.*

Tetricus (inquit Seruius) mons in Sabinis aſperrimus, unde triſtes homines tetricos dicimus. Hactenus Seru.apud Verg. Aen.lib.7.

» Qui *Tetricæ horrentes rupes, &c.*

Teucer, & Teucrus, (τεῦκρος) *Scamandri fluuij Cretenſis ex Idea nympha filius, cuius filiã Bateam Dardanus uxorem duxit, cum quo ſimul regnauit in Troade, unde Ilienſium regũ fluxit origo: à quo Troia, Teucria dicta eſt: & Troiani ipſi Teucri.* Verg.lib.2.Aeneid.

» *Ergò omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.*

Fuit item alius filius Telamonis, ex Heſiona Laomedontis filia, & Priami ſorore, frater Aiacis, qui Troia iam diruta cum rediiſſet in patriam, pulſus à patre, qui prius abeunti uetuerat ne reuerteretur, niſi cum fratre. Itaque profugus nauigauit in Cyprum, ubi urbem condidit Salamina, ut teſtatur Iuſtinus libro 44. Verg.lib.1.

» *Atq; equidem memini Teucrũ Sidona uenire,*

» *Finibus expulſum patrijs noua regna petentẽ.*

Vnde Teucer, cra, crum, poſſeſſ.idem quod Troianus.

Teuderium, Ptol.lib.2. cap.11. urbs Germaniæ. Hodie Padeburna, uulgò Paderborn.

Teumeſſus, (τευμησσὸς) *pen. prod. mons Bœotiæ, à quo leo Teumeſſius.* τευμήσιος. *dictus, inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quem Hercules adhuc penè puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper uſus eſt. Hic leo à Ioue in cœlũ tranſlatus dicitur, ut gloriæ Herculis cõſuleret, qui eum inermis occiderat. Eſt etiam hoc nomine fluuius, & regio, & paruulum oppidum in Thebanis finibus apud Strab.lib.9.*

Teutates, pen. pro. lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur. Nam pro uictimis homines immolabant, miniſtriſq; ad ea ſacrificia utũtur Druydibus: alij immani magnitudine ſimulachra habebãt, quorum contexta uiminibus membra uiuis hominibus cõplent quibus ſuccenſis circumuenti homines flamma exanimabantur: quoſdam ſagittis configebant, & intra ſacras ædes patibulo ſuffigebant, ut refert Strabo. Lucan.lib.1.

» *Et quibus immitis placatur ſanguine duro Teutates, horrenſq; feris altaribus Heſus.*

Teutones, uel Teutoni. uide Alemanni.

T ANTE H.

THais Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quæ Atticam iuuentutem in ſui amorem pellexit. Hanc ſuis carminibus celebrauit Menander, comicus poëta Græcus, unde & Menandria dicta eſt. Propertius,

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

Thalamegos, (θαλαμηγὸς) *pen. prod. nauiginus.* Athenæus, *Aedificauit Ptolemæus Philopater nauem etiam fluuialem, quæ thalamegos uocabatur. Longitudo eius ſemiſtadium, latitudo quæ eſſet ampliſſima, triginta cubitis, altitudo cum ſuggeſtu tabernaculi, paulò minor quadraginta cubitis. Figura eius neq; longis nauibus, neq; rotundis aſſimilis. Hæc uaris alijs nominib. dicitur nauithalamus, nauis cubiculata, & bucentaurus, & thalamiphora.*

Thales, (θαλῆς, θάλης) *fuit unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus qui eodem tempore in Græcia fuerunt. Hic obijt Olympiade 58. cum certamen ſpectaret, æſtu ac ſiti fatigatus. Eius illud eſt, cum fortè interrogaretur, quid eſſet difficile: Seipſum, inquit, noſſe. Illud quoq; cum ſciſcitaretur, quomodo optimè & iuſtiſſimè uiueremus: Si inquit, quæ in alijs reprehẽdimus, ipſi non faciamus. A Thalete Ionica fluxit diſciplina,*

ſciplina, ſicut à Pythagora Italica. Dicitur autem Thales, Thaletis, & Thalis in genitiuo.

Thalia, (θάλεια) cum accentu in penultima, una eſt gratiarum: à θάλλω germino, uel uireo, quoniam in longum tempus poëtarum laus parta uireſcat. Vergilius, Comica laſciua gaudet ſermone Thalia. Vide Aglaia

Thanatos inſula in Oceano Gallico, Britanniæ (ut Solinus refert) proxima, frumentarijs campis fœlix. In ea nullus anguis uiuere poteſt: quin aſportata aliquò terra angueis illico perimit. Dicta Thanatos, à morte ſerpentium.

Thapſus, (θάψος) inſula, decem ſtadijs à Sicilia diſtans, plana & penitus iacens uerſus Syracuſas, ut undis merſa uideatur. Dicta παρὰ τὸ θάπτω ſepelio. Verg. li. 3. Thapſumq; iacentem. *Aliàs Tapſus, ſed melius aſpiratur.

Thaſium, genus uini, (θάσιος οἶνος) à Thaſo inſula maris Aegæi, prope Thraciam, una ex Cycladibus, quæ à Thaſo Phœnicis filio, qui eam incoluit, dicta eſt: uel à Thaſone Neptuni filio. Sic Thaſiæ uites Verg. lib. 2. Georg.

Thaſus, oppidi nomen, teſte Herodoto libr. 2. & inſulæ in Aegæo mari prope Thraciam, uino ſuo & nuce optima, cuius Var. meminit, celebris.

Thaumas, pater fuit Iris, quæ ab illo Thaumantis & Thaumantias & Thaumantæa uirgo dicitur, utpote filia Thaumantis & Electræ filiæ Oceani, nuncia deorum in rebus malis, & Mercurius in bonis, & ex admiratione hoc nomen accepit, quæ de eius coloribus naſcitur. θαῦμα enim Græcè, miraculum ſignificat.

Thebais, idis. baidos. θηβαΐς. & hæc Thebaida. dæ. ab accuſatiuo Græco formatum nomen, ſicut Perſis & Perſida, Aegypti regio à Thebe denominata. Quod nomen poteſt patronymicum eſſe à Thebe. Quo nomine etiã appellatum eſt Statij opus, in quo de Thebis tractatur. Vide Thebæ.

Thebe, bes. & Theba. bæ. θήβη. & Thebæ. barũ. θῆβαι. nomen eſt multarum urbium, quarum una fuit in Aegypto, à Buſiride Aegypti rege condita, quæ Græcè ἡλιόπολις. id eſt Solis ciuitas, dicitur, ambitu cẽtum quadraginta ſtadiorum, uti refert Herodotus. Alia Thebe fuit in Bœotia, à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clariſſima patria, ab Alexãdro Magno poſtea euerſa, quæ & Draconigera dicitur, quia à Cadmo cum quinq; uiris ex dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit. Ab hac Thebani dicti ſunt. Hanc Heptapylon uocat Apuleius ab eo, quòd ſeptem portas habebat, inclyta duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida. Hæc etiam dicta fuit Dircæa, à Dirce fonte. Vnde à Statio Dircæus ager, Thebanus uocatur. Bacchus item in Aphrica condidit Thebas. Vnde Hieronymus in Commentario Epiſtolæ ad Galatas, Prætereo Thebas Liberi, quas in Aphrica condidit, quæ ciuitas nunc Thebeſtis dicitur. Alia in Theſſalia, à qua etiam Thebani, & Thebæi. Fuit & Thebe in Italia ciuitas. Alia (Homero teſte) in Cilicia, Andromaches uxoris Hectoris patria. Vnde Ouid. Nec cruciere minus, quàm cum Thebana cruentum Hectora Theſſalico uidit ab axe trahi. Alia in Lucania, ab Aonijs colonis condita, quam interijſſe author eſt Cato. Fuerunt & Thebæ Corſicæ. Eſt & Thebe nomen uirginis, è cuius gremio geminæ columbæ (ut eſt in fabulis) cum euolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem reſponſa dedit, altera ad ſyluã Dodonæã, ubi futura mortalibus præcinuit.

Theleboæ, (θηλεβόαι) Vide Teleboæ.

Themes. τημέσα. antiquum oppidum Cypri eſt, in quo repertum primũ æs, ab eo ſumpſit cognomen. Ouid. de anu Lunam deducente, Themeſæaq; cõcutit æra. Vide ſuprà Temeſe. Inde Themeſæus. a. um. Ouidius, Et quãuis aliquis Themeſæa remouerit æra.

Themis, (θέμις) fuit una ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam ſuſcepit. Hæc Cœli & Terræ filia fuit, quæ Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſt, ut ait Feſtus (nam θέμις fas apud Græcos deſignat) habuitq; templum in Bœotia iuxta Cephiſum amnem, ad cuius oraculum acceſſit Deucalion cum Pyrrha uxore, pro conſilio recuperandi humani generis. Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta eſt.

Themiſtocles. θεμιστοκλῆς. Athenienſis Neoclis filius, prodigus ac laſciuus prima iuuentute,

poſtea, dux delectus res inclytas geſſit. Vide Plutarchum. Huius etiam meminit Cicer. his uerbis, Themiſtocles quidã quum ei Simonides, aut quis alius, artem memoriæ polliceretur, Obliuionis (inquit) mallem: nam memini etiam quæ nolo, obliuiſci non poſſum quæ uolo. Hæc ille De finib. 2. Ouid. lib. 1. de Ponto,

Arma Neoclides qui Perſica contulit armis.

Theodoſia, Tauricæ Cherſoneſi urbs, Ptolem. authore, libro 3. cap. 6. hodie Capha, quæ fuit ditionis Genuenſium.

Theotimus. θεότιμος, θεὸς Deus, τιμάω, honoro. Sic Timotheus, τιμόθεος, quaſi honorans Deũ

Thera, inſula una ex Cycladib. in Aegæo, ex qua profecti ſunt Therei, qui Cyrenem in Africa condidere. Thera olim Calliſta dicebatur.

Theramenes, Athenienſis philoſophus de quo Cicero 1. Tuſc. quæſt.

Therapne, ciuitas eſt Laconiæ, patria Helenæ, à qua fit Therapnæus. a. um. ut fratres Therapnæi. id eſt, Caſtor & Pollux. Et Therapne etiam dicta eſt Corſica inſula.

Thermæ Thermarum, Siciliæ oppidum, authore Pomp. lib. 2. Inde Thermitani. Eſt & Therme. θέρμη. ciuitas Thraciæ. unde Thermaicus ſinus. θερμαῖος.

Thermodoõ, ontis. ſiue Thermodôn. θερμώδων. Cappadociæ fluuius, quæ eſt regio Aſiatica, ut Plinius, Strabo & Iuſtinus tradunt. Iuxta quem olim Amazones conſederunt. Quarum regina (ut Diodor. refert) in oſtijs Thermodoontis urbem condidit, Thermiſcyram nuncupatam, prius Onyzacham, poſtea Cæſaream. Eſt etiam Thermodon oppidum Cappadociæ. A Thermodon fiunt adiectiua, Thermodontius. θερμωδόντιος. Thermodoontæus, & Thermodontiacus. Vnde pugnæ Amazonum appellantur Thermodontiacæ.

Thermopylæ, (θερμοπύλαι) penult. correp. mons longiſsimus, qui incipiens à Leucade in Occidentem, & in Aegæum mare haud longè à Demetriade protendens, fauceis habet anguſtiſsimas, iuxta quas calidæ aquæ ſcaturiunt. Ideo à caliditate portarum nomen inditum eſt. Pylas enim portas Græci nominant, & termon calidum. Ibi enim ſunt (ut inquit Strabo) thermæ. id eſt calidæ aquæ, Herculi conſecratæ.

Therſites, (θερσίτης) pen. prod. fuit Græcus quidam uir, Quo non deformior alter Venerat ad Troiam, lingua ùe proteruior alter. Eum Achilles pugno interfecit.

Theſeus, Aegæi Athenarum regis filius, ex Aethra coniuge: qui dum eſſet adoleſcens, opera Medeæ nouercæ penè à patre ueneno perijt. Sed poſt mortem patris ad regnum Athenarum euectus, tot digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellauit Amazones, earumq́ reginã Hippolytem rapuit, ex qua Hippolytum genuit. Creontem regem Thebarũ mortuos in bello ſepeliri prohibentem interfecit. Oppreſſit & terribilem taurum in Attica. Minotaurum in Labyrintho occidit, & Ariadnam Phædram q́ue Minois filias clàm ſecum abduxit, ſed relicta Ariadna in Chio inſula Phædram ſibi cõiugio copulauit. Scyronem, Procruſtem, & Schinin latrones Atticæ neci dedit. debellauit centauros, Thebas domuit. Pirithoũ præcipua coluit amicitia, quo cum deſcendit ad inferos ad rapiendam Proſerpinam, ſed occiſo Pirithoo ipſe aliquandiu in uinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, quem ſumma proſequebatur beneuolentia, liberaretur. Primus inſtituit Athenis panathenæa, hoc eſt communem celebritatem in honorem Mineruæ, quæ Græcè Athena nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Poſtremum iam ſenex poſt præclarè edita facinora, extorris patria factus, in inſulam Syrum nauigauit, ubi perijt, interẽptus à Nicomede, uel (ut quidã uolunt) ex loco edito poſt cœnã deambulando delapſus caſu occidit. Huius geſta, natales, & obitũ ſcripſit Pluta. De quo ſcripta fabula eſt, cui nomen Theſeis. θησηΐς. Ab eo fiunt adiect. Theſeus, & Theſeius. a. um. Inde Theſides, Hippolytus, eius filius dictus. Ouidius in Epiſt. Theſides, Theſeusq́ue duas rapuere ſorores.

Theſmophoria, (θεσμοφόρια) ſacra ſunt. Horũ meminit Herod. libr. 2. Cereris, quæ à noſtris Cerealia dicuntur. Ceres enim Græcè dicitur Teſmophora, quaſi legifera. Ouidius,

Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Græci θεσμοφόρον legislatorem appellant.

Theſpiæ, (θεσπιαί) oppidum liberum in Bœotia, ad

ad radicem Parnaſi, ut inquit Plin. lib. 4. cap. 6. uel (ut Strabo inquit lib. 9.) Heliconi proximum. Hinc Theſpiades. θεσπιάδες. dicti ſunt Muſæ, ſeu Nymphæ Theſpias incolentes.

Teſpis, Athenienſis, Erichthei regis ſecundum Diodorum, ſecundum alios uero Theutantis filius, è pluribus fœminis filias genuit quinquaginta. Cum quibus uocatis ad epulas Hercules adhuc adoleſcens, ſed corporis robore præſtans ſigillatim concubuit. Suſcepit totidem liberos mares, qui Theſpiadæ dicti ſunt.

Theſpis, ex Icaria ciuitate, Atticæ primus poëta Tragicus, & qui perſonas inuenit.

Theſproti, populi ſunt in Epiro, quorũ meminit Lucan. lib. 3. Theſproti, Dryopesq; ruunt.

Theſſalia, regio Græciæ, quæ ſub Attica olim comprehendebatur, ex una parte Bœotiã, ex altera Macedoniam habens. Prius Aemonia. αἱμονία. ab Aemone rege, & Pelaſgis, & Conargo, atq; Hellas. ἑλλάς. dicebatur. unde reges Hellenes, ut Plin. li. 4. refert. Dicta Theſſalia à Theſſalo, Aemonis, uel Iaſonis & Medeæ filio Hanc Homerus Argopelaſgicõ nominat. Et Stra. 10. ſcribit dictã fuiſſe priſcis ſeculis Pyrrheã à Pyrrha Deucaliõis uxore. In hac natus eſt Græcus rex, à quo Græcia dicta. Ibi Deucalion cum uxore Pyrrha, quorũ tempore (ut inquit Ariſtot.) ingens imbriũ illuuies maiorẽ partem populorũ Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperant, cõſeruatis. Inter quos Deucalion Parnaſum petierat, ratibusq; ad ſe confugientes per ſumma Parnaſi iuga benignè fouebat, propter quod dictus eſt genus humanũ reparaſſe. Dicta quoq; fuit Pharſalia, Macedonia, Emathia, Cãpi Philippici. In Theſſalia ſunt mõtes 24. quorũ nobiliſsimũ Pieria, parens domusq; Muſarũ. Pelio & Oſſa Gigantem bello memorati. Item Pindus, & Othrys, Lapitharum ſedes. Item Olympus. Flumina in ea (ut ſcribit Herodot.) ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, & Phœnix. A Theſſalia fit Theſſalus. a. um. pe. cor. & Theſſalicus.

Theſſalonica, pen. pro. urbs Metropolis Macedoniæ, à quo Theſſalonicenſes. θεσσαλονικεῖς. dicti ſunt populi. Hæc fuit patria Theodori Gazæ, qui ætate noſtra in utraq; lingua doctiſſimus habitus eſt. Qui è Græco in Latinum librum de animalibus Ariſtotelis traduxit, & alia multa opera edidit.

Theſtius, filius fuit Parthaonis ex Calydone Nympha, pater Althææ, quæ ab eo Theſtias, ados, appellatur. Et Theſtiades Meleager Althææ filius Ouidio lib. 5. Faſtorum.

Theſtor, filius fuit Idmonis & Laothoës, pater Calchantis, q̃ ab eo Theſtorides nominatur.

Thetis, tidis. (θέτις.) Pelei Theſſaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater.

Thiodamas, filius fuit Melampi, & pater Hylæ, quem Hercules Colchos nauigans ſecũ duxit. Proper. Thiodamantæo proximus ardor (Hylæ.

Thisbe. θίσβη. Vide Pyramus.

Thoas, tis. fuit rex in Taurica regione, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, ſed tandem ab Oreſte occiſus. Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filius ex Ariadne Minois filia, & pater Eriphyles: ut eſt apud Ouid. li. 7. Meta. Ab eo fiũt patronym. Thoantis. idos. & Thoantias. id eſt Hypſipyle. Vide Hypſipyle.

Thooſa (θόωσα) filia Phorcynis, quæ Polyphemum ex Neptuno grauida peperit, ut meminit Homerus lib. 1. Odyſſeæ.

Thorax, ut ſcribit Strabo libro 14. mons eſt iuxta urbem Magneſiam, in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam grammaticum, propterea quòd reges uerſibus inceſſeret. Vide prouerbiũ, Caue à thorace, in Eraſmi Chiliad.

Thrace, ces. & Thraca. cæ. & Thracia, (θράκη) Europæ regio, inter partes Scythiæ poſita, Macedoniam ſequens, quæ à Septentrione Iſtrum habet, ab Oriente pontum, à Meridie Aegæum mare. Olim Scython, poſtea Thracia, à Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta. Græcè enim τραχὺ aſperum dicitur.

Eſt enim regio (ut Pomponius ſcribit) nec cœlo, nec ſolo tractabilis, & (niſi quà mari propior eſt) infœcunda, frigidaq;. Habet feros homines, aſpero cultu. In ea ſunt urbes celebriores, Apollonia, Enos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos. Lyſimachia, Calliopolis.

Amnes ſunt, Hebrus, & Neſtos. Montes, Aemus, Rhodope, & Orbelos. A Thracia fiunt adiectiua, Thrax, Thracus, Thracius, & Thracenſis. θρᾴκιος. A Thrax. θρᾷξ. fit fœmininum Thræſſa. θρῇσσα. uel Thraiſſa, diuiſa dipthongo, & adiectiuũ Thraicus, &

Thraicius. Item à Threix, quod Thracenſem indicat, fit fœmininum Threſſa, & Threiſſa. θρῄισσα, & adiectiua, Threicius, de quibus habentur exempla apud poëtas. Deſcriptionem huius quære ex Plinio lib. 4. cap. 11.

Thraſeas, (θρασέας Suid.) Philoſophus Stoicus, qui cum damnatus à Nerone, ut ſolutis uenis moreretur, magna conſtantia ſuorum fletum cõpeſcuit, libauitq; ſanguinem Ioui liberatori.

Thraſius ſeu Thraſillus, uir fuit, qui cũ ad exorandas à Ioue pluuias Buſirim docuiſſet hoſpites immolare, omnium primus mactatus eſt. aliàs Thraſylus, & Latine dicitur temerarius, audax.

Thraſumenus, (θρασύμηνος) pen. prod. lacus in agro Peruſino, quem ſemel totum arſiſſe ſcribit Plin. lib. 2. Dictus à Thraſumeno puero, quem Aegyla nympha rapuiſſe dicitur: iuxta hunc Annibal Flaminium conſulem ſuperauit cæſis 1500. Romanorum.

Thryius. untis. urbs in Helide: uel, inter Elidem & Pylum, ut inquit interpres Homeri lib. 11. Iliad. aliàs θρύον uocat apud Homerum in catalogo, & θρυόεσσα, non Thryius quemadmodum & Strab. 8. meminit. Sunt qui à Thryiunte Athenienſi conditore dictam uelint. Eſt & fluuius Helidis, qui in Alpheũ decurrit, quo Homerus libro 2. Iliados meminit.

Thulæ, (θοῦλαι) nomen duarum inſularum, quarum una eſt in Oceano ante Septentrionalem & Occidentalem plagam, ultra Britanniam & Orchadas. In ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Plinius tradit, econtrario (ut Solinus refert) autumnale ſolſtitio nullos penè dies. Vltra eam pigrum, & concretum mare eſſe ferunt: altera in Aphrica contra ſinum Carthaginis. Sunt tamen qui ſcribant Tyle per y pſilon, ſed melius Thulæ à Græcis θοῦλαι.

Thurini, Italiæ populi prope Sybarim urbẽ, nobiles, ut autor eſt Plin. li. 14. ca. 6. uinis quæ habent. Hos Plin. in tertia Italiæ regione ponit.

Thurium, Italiæ oppidum, ubi Herodotus uitam finiuit, ibidemq; in foro, ut quidam memorant, ſepultus eſt, teſte Thucydide lib. 3.

Thuſcia, regio Italiæ. Vide Tyrrheni, & Tuſcia ſine aſpiratione.

Tyamis, amnis uel fluuius (ut Thucydides 1. lib. ait) qui Theſprotidẽ, Ceſtrinãq; diſcriminat.

Thyatira (θυάτειρα) urbs in Myſia ad ſiniſtram Caici fluminis partem, quæ fuit una ex ſeptem eccleſijs, ad quas Ioannes apoſtolus ſcripſit Apocalipſin. Vide Strabonem lib. 13.

Thyeſtes, (θυέστης) fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, de quo poëtæ ſcripſerunt. Inde Thyeſteus. a. um. θυέστειος. Ouidius. 15. Metam.

» Neue Thyeſteis cumulemus uiſcera menſis.

Thyeſtis fabula ſic ſcribitur Seruio. Fabula (inquit) hoc habet, Atreum & Thyeſtem germanos, quum diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam rediſſe: qua occaſione Thyeſtes cum fratris uxore concubuit. Atreus uerò ei filium epulandum adpoſuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed ueritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſim inueniſſe: cui inuidens frater, ex urbe diſceſsit tempore quo eius probata ſunt dicta. Hactenus Seruius in Vergilij librum 1. Aen. Vide Atreus.

Thymbra, (θύμβρα) Troadis campus, per quem fluit Thymber, uel Thymbræus, uel Thymbrius, fluuius in Scamandrum. Ibi & templum Thymbræi Apollinis eſt.

Thymbræus, (θυμβραῖος) Apollo dictus eſt, ab agro Troiæ uicino, thymbræ pleno, in quo eius eſt & nemus & templum, ubi à Paride occiſus eſt Achilles. Sanè per æ ſcribitur, quia à θύμβρη. In deriuatione enim η in diphthongum ſæpius mutatur: ut αἴτνη Aetnæus, δίρκη Dircæus. κρήτη Cretæus.

Thymœtes (θυμοίτης) ſecundum Seruium filius fuit Priami & Ariſbes. Alij uerò Thymœtem non Priami filium, ſed Ariſbes maritum faciunt. Hunc Euphorion uatem fuiſſe teſtatur, qui cum dixiſſet die quadam naſci puerum, per quem Troia poſſet euerti, contingit ut eadem die Thymœtis coniux & Hecuba parerent. Quamobrem Priamus ad euitandũ præſagium Thymœtis filium cum uxore occidi iuſsit. Poſtea autem Thymœtes iniuriæ memor, cum ſentiret proditionem patriæ, primus ſuaſit, ut equus ille ligneus intra muros duceretur. Hæc Seruius.

Thyoneus, Bacchi epithet: quod ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc eſt ſacrificare, deductum putant, eò quòd ei adhuc inter homines uerſanti ſacrificabatur.

Thyre

Digitized by Google

Thyre,(θυρέα)ciuitas Meſſeniorum. Sed diuus Auguſt. Lacedæmonijs adſcripſit, quòd Meſſem cum Antonio ſenſiſſe uiderentur. Hinc Thyreatica Spartanorum corollæ quædam appellatæ. Sciendum eſt, Thyre numero plurali, genere neutro per ſynæreſim efferri. θυρέα καὶ θυρῆ. Etiãſi numero ſingulari Thyrea quoq; dici poteſt. Stra. 8. Thuriam appellat.

Thyrea, inſula eſt Peloponneſi Herod. libro 4.

Thyſſagetæ, populi fuerunt in Scythia, ultra Saurotamas. In horum agro ſunt quatuor flumina, uidelicet Lycus, Oarus, Tanais, & Syrgis. Viuunt autem ex uenatione, ut ſcribit Herod. libro 4. & Mela libro 1.

Tiberias, urbs Galilææ, ab Herode condita, & ſic appellata in honorẽ Tiberij Cæſaris. Ptole. libro 5. cap. 16. dicitur Tiberias lacus.

Ticinum, nobile Inſubriũ oppidum, quod nunc Papia uulgò dicitur. Nam, ut ſcribit Ptolemæus in geographiæ libro 3. capi. 1. Inſubres habent Mediolanum, Nouariam, Comum et Ticinum. Eſt & Ticinus, fluuius oppido uicinus, ut ſcribit Plinius lib. 3. cap. 10.

Ticinus, (τικινὸς) fluuius Inſubriæ in Eridanũ fluens. A quo Ticinum. τίκινον, τικινος. urbs.

Tifernus, fluuius eſt Italiæ. Et Tifernum, oppidum quod intercidit. Inde Tifernates, populi, iuxta Theanum & Lucrinum, in ſexta regione Italiæ, author Plinius ca. 14. libro 3.

Tigranes, nis. & Tigrane. pen. pro. rex fuit Armeniæ maioris, qui auxiliũ ferens Mithridati regi, uictus eſt primò à Lucullo, deinde à Põpeio Magno. Eſt & fluuij nomen.

Tigris, appellatur ingens fluuius, propter uelocitatem, qui inſtar beſtiæ nimia pernicitate decurrit. hic de paradiſo exiẽs, iuxta ſcripturæ fidẽ, pergensq; cõtra Aſſyrios, poſt multos circuitus (Ioſepho teſte) in mare Rubrũ defluit. A Tigri fluuio dicti ſunt Tranſtigritani, qui trans Tigrim habitant, ſicut Tranſpadani. Et tam pro fluuio, quàm pro animali, Tigris uel Tigridis genitiuum facit. A tigri. id eſt ſagitta, fit adiectiuum tigrinus.

Tigurini, et Tigurinus pagus, populus ſunt Galliæ Celticæ, qui Limagum fluuium accolunt et hodie in Heluetiorum ſocietate principem locum tenent: quorum meminerunt Cæſar li. 4. de Bello Gal. & Strabo lib. 7. & Florus lib. 3. cap. 3. & Paulus Oroſius lib. 5. ca. 16. & Plutarchus in Vita C. Marij. Vulgò Zürich. Vide Heluetia.

Tilos, (τῦλος) inſula eſt (ut ſcribit Plin. lib. 6.) cũ oppido eiuſdem nominis in mari Indico, celeberrima plurimum margaritis. Ipſa fert palmas, oleas creat, uineis abundat. In ea omnis arbor nunquam folijs ſpoliatur. Vide Plin. 6.

Tilphoſa, ut author eſt Pindarus, fons eſt ſub Tilphoſium montẽ labens, apud quẽ Tireſiæ uatis ſepulchrũ conditum eſt. Huius enim, ut ait Ariſtophanes, aquæ frigus cũ ſenex potaſſet, & ferre nõ potuiſſet, extinctus eſt. Eſt & ibidẽ, ut li. 6. teſtatur Stra. templũ Appollinis Tilphoſij. Suprà nõ rectè Telphuſſa ſcribitur

Timauus, pen. pro. nomen fluminis iuxta Aquileiam, qui è montibus delatus, decidit in profundum, deinde infra terrã abſorptus ſtadijs circiter triginta & centum erumpit in mare. Seruius, Timauus fluuius Venetiæ eſt, cõtra quem inſula parua eſt in mari cum fontibus calidis, qui pariter cum æſtu maris creſcunt minuunturque.

Tinge, promontorium eſt Aphricæ, quod ferũt ab Anteo conditũ. Vocatur aliter Ampeluſia.

Tiphernum. τίφερνον. ciuitas Vmbriæ, quæ nũc ciuitas Caſtelli dicitur.

Tiphys, (τίφυς) uiri proprium in nauibus fabricandis arte ſingulari, & qui Argonautarum gubernator fuerit, authore Vergilio in Bucolis Ecloga. 4.

Tireſias, eſt quorundam Latinorum hominum cacographia, id eſt mala ratio ſcribendi, cum per u ſcribitur in principio, τειρεσίας. Hic igitur rex Thebanus & Augur (de quo Cic. li. 5. Tuſcu. meminit) cæcatus fuit ira Iunonis, cui ſcire futura Iupiter dedit, crimenq; leuauit honore. Scribit Strabo, Tireſiæ monumentũ fuiſſe in Tilphoſio monte Bœotiæ, iuxta fontem Tilphoſſam, ubi profugus diem ſuum obijt. Ibi Thebani ciues ſepulto diuinos honores tribuere. Iuuenalis cum cæcum dicere
» uellet, dixit Tireſiam illo uerſu: Nec ſurdũ,
» nec Tireſiam quenquam eſſe deorum.

Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, quod poſtea ab Ocno eius nepote ex Tyberino Thuſcorũ rege, Mãtua, à matris nomine nuncupatum eſt. Id tamen

men Græci negant. Fuit autem hic uates, Peneto patre genitus, qui cum aliquando in Cithærone uideret duos dracones coëuntes, obſeruata fœmina ex ijs occidit illam, quo facto in fœminam & ipſe mutatus eſt. Deinde cum rurſus poſt ſeptem annos eodem pacto & marem draconem interfeciſſet, in priſtinam formam rediјt. Contigit igitur aliquando certantibus inter ſe Ioue & Iunone, uiri ne an fœminæ maiorem ex Venere uoluptatem caperēt, ut ille iudex ſit adhibitus, qui uerum fuerit expertus. Tireſias autem pro Ioue ſententiã tulit, aſſerens multo plus libidinis habere fœminas. Ob quod à Iunone excæcatus eſt: alij uero excæcatum dicunt eò, quòd Palladem nudã in fonte conſpexiſſet. Iupiter autem in ſolatium uiſus amiſſi, diuinationem illi dedit. Eius anima ponitur Vlyſſi ueniens obuiam, multaq́ꝫ ei prædicens apud Hom. 11. Odyſſeæ.

Tiriſcum, Daciæ urbs: hodie Croſſechana.

Tiryns. tis. (τίρυνς) gen. maſc. fluuius eſt in Argo. At Tiryns, gene. fœminini, nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo, quæ proxima Argo, à Plinio Tirynthia uocatur. Vnde & Hercules Tirynthius, (τιρυνθιος) appellatus eſt, quamuis Thebanus quoque dicatur.

Tiſiphone, (τισιφόνη) pen. cor. ultricem cædis ſignificat. Eſt enim una ex furijs, à cædibus plectēdis dicta: τίσις ultio, uel pœna: φόνος uel φονὴ, cædes, aut mors, cui curæ ſit mortis ultio.

Titan, & Titanus, (τιτὰν) pen. prod. Saturni frater, Cœli & Veſtæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, quoniam à Titanib. duxit originē. Tradunt Titanas ſex fratres fuiſſe, & quinq́ꝫ ſorores, à Titea matre dictos, ut autor eſt Diodor. Ex quibus unus fuit Iapetus pater Promethei. Hyperionq́ꝫ ex Titanum numero eſt, qui Solis ac Lunæ, ſtellarumq́ꝫ motus obſeruaſſe atq́ꝫ demõſtraſſe primus fertur. Ideo Solis parens, & aſtrorum fertur. Hinc Sol Titan, Luna Titanis, (τιτανὶς) à poëtis dicuntur. Seruius ſic habet, Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra in eius ultionem creatos. Vnde & Titanes dicti ſunt, ἀπὸ τῆς τίσεως, ab ultione. Primum contra Saturnum quidem Titanes, deinde Gigantes contra Iouem genuit. Titan enim cum filijs quos Titanes à patre appellabant, bellum geſſit aduerſus Saturnum & Opim, quod conuentui non ſtetiſſent, eosq́ꝫ captos muro incluſit, poſtea à Ioue filio uictis Titanibus liberati ſunt, ut ſuprà latius de Saturno dictum eſt. Et Titan dicitur Sol ab auo. Hinc fit Titanis. idos. patronymicum, & Titanius. a. um.

Titannus, (τίταννος) mons Theſſaliæ, à cãdore.

Titanus, Plin. lib. 5. cap. 30. fluuius eſt Aeolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

Titareſius, (qui & Orchos dicitur) fluuius Theſſaliæ, è Styge ortũ habēs. Vide Peneus.

Tithonus, (τιθωνὸς) pe. pro. fuit Laomedontis filius, * aliàs frater ſecundum Seruium) qui (ut fabulæ ferunt) cum iuuenis eſſet, & decorus, ab Aurora dilectus & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Sed tandem poſt longiſſimam uitam quam optauerat, uitam pertæſus ſeu (ut alij uolunt) audita Memnonis filij morte, in cicadam uerſus dicitur, dicente Hor.

Titi Liuij, (λίβιοι) duo fuerunt. Alter tragœdiarum ſcriptor, qui ob ingenij meritum, à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patauinus, qui floruit ſub Auguſto, laudatur in hiſtoria, cum ſit in narrando miræ iucunditatis, clariſsimiq́ꝫ cãdoris

Titij, ſacerdotes fuerunt Appollinis à Titijs auibus, quas in augurijs certis obſeruare ſolebant, ſic appellati, ut ait Varro.

Titornus, bubulcus fortitudinis monſtroſæ fuit, cum Milone de robore certauit uicitq́ꝫ, cum pedem tauri una manu, altera uero alterius tauri pedem, ipſis per uim conantibus reſilire, traheret. Author Aelianus.

Tityus, (τιτυὸς) filius fuit Iouis ex Elara, Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter timens Iunonis iram occultauit in terram, ex quo factum eſt, ut naſcēs puer ex terra natus uideretur. Hic poſtea cum ad integram ætatem perueniſſet, captus amore Latonæ Apollinis matris, eam de ſtupro interpellauit. Quamobrem Apollo iratus, ſagittis ipſum cõfodit, & apud inferos religauit, eiusq́ꝫ iecur uulturibus lancinandum appoſuit hac lege, ut conſumptum renaſceretur ilico, & ſic nunquam Vultures à diſcerpendo ceſſarent, nec ipſe à patiendo. Tantæ magnitudinis gigas fuiſſe perhibetur, ut iacens nouem iugera occupauerit. Ouid. 4. Metamorph.

" Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq́
" Iugeribus diſtrictus erat. Vide Ser. 6. Aen.

Tmolus, (τμῶλος) penul. prod. mons Lydiæ (ut ſcribit Plin. lib. 5.) croco florentiſſimus, & uitibus conſitus. Colum. lib. 4. Tmolus uidetur eſſe genus arbuſculæ, cuius flores ſint crocei. A poëtis quandoq; ſupperadditur i poſt t. Ouid. lib. 6. Metamorph.

" Deſeruere ſui Nymphæ uineta Timoli.

Toloſa, Tectoſagum, Narbonenſis Galliæ urbs nobiliſſima, à qua Toloſani, Tectoſagi Plinio libro 3. cap. 4. dicti. Notum eſt adagium, Aurum habet Toloſanum. De cuius raptu quæſtionem aliquando habitam Romæ ſcribit M. Cicero libro de Natura deorum 3. Vide Gellium lib. 3. & Iuſtin. libro. 21.

Tomos, ſeu tomi. orum. τομὶς. ciuitas in Ponto, ab eo dicta, quòd illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim concidit. Nam Græcis τομὴ ſectio eſt. Hoc quoq; oppidum, Naſonis exilio notum, quod ipſum à Mileſijs deductũ innuit. lib. 1. Triſtium.

" A quibus adueniat Miletida ſoſpes ad urbem
" Offenſi quo me contulit ira Dei. Hinc Tomitanus. a. um. adiectiuum. Vide Tritonice.

Tomyris. τόμυρις. Maſſagetarum regina in Scythia, quæ potentiſſimo Perſarum regi Cyro bello congreſſa eſt, ipſumq́; & uita & caſtris ſpoliauit ad ulciſcendam filij mortem, quem ille prius à matre obuiam miſſum cum ſuis per inſidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu uictoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demiſit, his uerbis inſultans: Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiſti Cyre, at ego cruore te ſaturabo. Author Herodot. Vide Cyrus, ubi hæc regina Thamyris dicitur.

Tongri, Galliæ populi, uulgò Brabantini,

Topazius, ſiue Topazos, (τοπάζιος) inſula eſt in mari Rubro nebuloſa, & Troglodytæ eam dictam uolunt à τοπάζειν. quod eorum lingua ſignificat quærere Strabo lib. 6. In ea enim reperitur lapis Topazius mirè pellucidus, ſplendoreq́ue aureo, ita refulgens, ut interdiu uideri non poſſit.

Trachina, (τράχυς, τραχὶν) oppidum Campaniæ: quæ nunc interpoſita a, Tarachina, uel Tarachinæ. narum. tantum pluraliter, quod etiam Anxur antea dicebatur. Nũc autem Taracina uocatur, uide ſuprà. Eſt & Trachyna ciuitas Theſſaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ouidio Thrachynius, (τραχινιος) appellatur lib. 11. Metamor. Græci Trachyna uocant aſpera. Vnde Taracinam, quaſi Trachynem ab aſpretis dici autumat Strabo.

Traconitis, (τραχωνῖτις) pars Iudææ, quam ferunt inter montem Libani & lacum Tyberiadis ſitam eſſe. Cuius tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ. Vide Plinium libro 5. capite 18.

Tragea, ſiue Tragia, (τραγαία) inſula una ex Cycladibus. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. &c.

Tragurium, (τραγύριον) inſula in mari Adriatico, adiacẽs Dalmatiæ, in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis: author Ptol. lib. 2.

Traiana, Picenorum urbs, Hodie Potentia.

Trallis, (τράλλις) urbs Lydiæ, non longè à Magneſia: ſita in uertice quodam, qui promontorium natura munitum habet, ab Argiuis, & à Thracibus quibuſdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia, ubi ſunt Cariæ fines. Hæc alijs nominibus dicta eſt Euantia, & Seleucia, & Antiochia. Hinc Trallianus. a. um. τραλλιανός) Hoc nomen Trallis ſecundũ Priſc. tantum pluraliter declinatur, et tam accuſatiuum, quàm nominatiuum in is tantum mittit, ſicut Alpis, Sardis, Syrtis.

Tranſalpina Gallia, eadem quæ Comata, diducitur in Belgicam, Celticam, & Lugdunenſem. Calepinus.

Trapezus, (τραπεζοῦς) Trapezuntis, Cappadociæ ciuitas libera et uaſto monte clauſa, ut author eſt Plin. cap. 4. libro 6. Hæc non longè abeſt à Subne in Ponto. Hanc patriam habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illuſtribus doctrinis homo: qui ad extremam ſenectutem omnium & Græcarum et Latinarum literarum oblitus eſt.

Traſimenus lacus, de quo Plin. cap. 84. lib. 2.

Trebia, (τρεβίας) fluuius eſt prope Placentiam in Gallia Ciſalpina, iuxta Dertonem ciuitatẽ, author Strab. li. 5. ex Apennino monte in Padum fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit.

Eſt & Trebia Celtiberorum ciuitas, quæ pars eſt Hiſpaniæ. Vnde Trebellicũ uinũ dicimus.

Trebula, (τρεβύλη) oppidum fuit haud longè ab urbe, ut ſcribit Plinius lib. 3. cap. 5. Hinc caſei Trebulani dicti ſunt. De quibus Martialis,

» Trebula nos genuit, cõmẽdat gratia duplex,
» Siue leui flamma, ſiue domamur aqua.

Trebiani populi ſunt prope Trebulanos, authore Plinio lib. 3. cap. 5.

Trecæ, arum. urbs in Campania Gallicana.

Treueri, (τρήυηροι) populi Galliæ inter Belgas, in confinibus Germaniæ Neruis finitimi, uetuſti ſanè, nomenq́; retinentes, nec priſtinæ cedẽtes famæ: apud quos inſignis olim cognoſcendarum cauſarum, populi Romani curia, Treuirorum cognominata. Cuius in Floriano meminit Vopiſcus.

Trica, aut potius Tricca per duplex c, (τρίκκα, unde τρικκαῖοι, gentile) Stephano urbs Theſſaliæ, id nominis ſortita à Trica Penei filia. Vide in dictione Apina.

Trieterica, erant Bacchi ſacra: quæ quia tertio quoq; anno ſumptuoſiora quotidianis Orgijs agitabantur, Trieterica dicta ſunt, teſte Ouidio lib. 9. Metamorph.

Trinacria, (τρινακρία) inſula, quæ & Sicilia, Sicania, & Triquetra appellatur, à tribus promontorijs dicta eſt Trinacria, Pachyno ſcilicet, Lilybæo, & Peloro, & ἄκρα ſummitas. Hinc Trinacris. Et Trinacrius. a. um. Ouid.

» Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor
» Trinacris à poſitu nomen adepta loci.

Et Trinacreis Hybla apud Ouid. lib. 5. Triſt. Vide Sicilia.

Triocla, Siciliæ urbs eſt apud Ptolemæum lib. 3. cap. 4. hodie uocatur Triechala.

Tripolis, (τρίπολις) oppidum trigeminum, quoniam Tyrij, Sidonij, & Arabij illud obtinent. Hinc Tripolitana regio dicta eſt. Sunt autem duæ hoc nomine, Africana ſcilicet, & Syriaca in Phœnice. Oppida Tripolis Africanæ ſunt, Abrotonum, Tophia & Leptis magna. Vide Plin. & Strabonem & Pomponium li. 1. in deſcriptione Phœniciæ.

Triponium, Vmbriæ oppidum, ſic dictum, quod treis habeat pontes.

Triptolemus, (τριπτόλεμος) nomen proprium uiri, qui (authore Ouid.) Cœloi & Menalinæ filius, fertur in Attica regione uſum frugum arari, & agriculturæ primus inueniſſe. Vide Ceres & Lyncus.

Triſmegiſtus, (τρισμέγιστος) qui etiam ἑρμῆς τρισμέγιστος. Mercurius, quaſi ter maximus dictus, uel ualde maximus, qui fuit nepos maioris Mercurij, quem fabulãtur fuiſſe filiũ Nili. Dictus eſt autem Triſmegiſtus, quòd & philoſophus maximus, & ſacerdos maximus, & maximus deniq; rex fuerit. Hic enim ut philoſophos ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit, ac mox in imperio adminiſtrando ſuperiores omnes reges ſuperauit. Hic primus à phyſicis ad diuinorũ ſpeculationem ſe erexit. Primus de maieſtate Dei, de dæmonum ordine, animarumq́; mutationibus ſapientiſsimè diſputauit. Scripſit multa uolumina, quibus arcana myſteria, & oracula panduntur. non enim ut Philoſophus ſolum, ſed ut propheta futura ſæpe prædicit. Hæc ex Diodoro Siculo deſcripta ſunt.

Tritium metallum, Hiſpaniæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. hodie Tafalla.

Triton (inquit Seruius) deus marinus, Neptuni & Salatiæ deæ marinæ filius, ab equa ſalſa dictæ, quòd primum in Tritone Africæ palude uiſus fuerit. Vbi ait Herodotus uirgines annis ſingulis ſe purgare lampadibus, & lignis in uenerationem Palladis. Eſt & Triton, Africæ minoris fluuius & lacus, cuius meminit Plinius cap. 4. lib. 5. Herodotus lib. 4. in Palude inſulam eſſe ait, ubi ueſtigia ſunt euidentia, Iaſonem aliquando in his locis fuiſſe.

Tritonia, (τριτωνία) dicta eſt Minerua, quòd temporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis uirginali primum habitu apparuerit.

Tritonice, Ponti urbs, aliàs Tomos appellata.

Triuia, dicta eſt Diana, quòd triuijs præeſſet, propter quod tres facies habere fingebatur.

Troas, (τρῳὰς) ut inquit Hieronym. libro de 12. Quæſt. ciuitas eſt, quæ prius Troia, (τροία) appellabatur. Eſt & regio, quam Ptolemæus minorem Phrigiam appellat. Adiacet Helleſponto, ut Plinius lib. 5. cap. 30. ſcribit. Alij Myſiæ tribuunt, quæ ad occidentem ſubiacet, tota mari expoſita. In ea Ilion, (ἴλιον, ἴλιος) quæ & Troia, mille quingentis paſsibus à portu diſtans, omnium quæ ſub ſole ſunt nobiliſsima.

ſima. Ciuitates Troadis nobiliores, Dardanum, Simoëntis fluminis oſtia, Antandrus, Smyrna, Clazomene, Epheſus, Milemaus, Pergamus, Thyatira, Philadelphia, Laodicea, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus. A Troas fit Troadenſis. τρῳαδεύς. *Vide Troia.*

Trœzene, (τροιζὴν) *fuit oppidum Peloponneſi in ſinu Argolico, à Trœzene filio Pelopis. In eo educatus fuit Theſeus, qui inde uocatur ab Ouidio Trœzenius heros. Statius li. 4. Thebaid. diphthongum diuiſit, cum ait:*

» *Et quas Theſea Troëzen Audit opes, &c.*

Eſt & Trœzenia regia in minore Aſia, à qua Trœzenij, (τροιζήνιοι) *populi ſunt appellati. de quibus uide Pomponium Melam.*

Troglodytæ, populi Aethiopiæ, cauernas incolentes, ſemicrudis ueſcuntur carnibus. & ſerpentibus, ſtrident magis quàm loquantur.

Troia, (τροία) *ut Seruius ſcribit, regio minoris Aſiæ, in qua Ilion urbs, & regia Priami, quæ etiam Troia dicebatur, à Troë rege, antea Teucria à Teucro, & Dardania à Dardano. Scribiturq́ Græca diphthongo, nec diuiditur i conſona, adiectiuum uero o & i uocales, diuiduntur, ut in Troianus. a. um. Troicus. a. um.* (τρωϊκός) *Troius. a. um.* (τρώϊος) *ut Troia gaza. & Troiugena. Troia etiam ludus puerilis equeſtris, ab Aenea conſtitutus.*

» *Troiaq́ nunc pueri, Troianũ dicitur agmen.*

Et Troia locus eſt in agro Laurente, in quo primum Aeneas conſtitit.

Troilus, filius fuit Priami & Hecubæ, cuius mors fatalis erat Troiæ: nam eo uiuo Troia capi non poterat. Hic adhuc adoleſcentulus auſus fuit cum Achille Græcorum omniũ fortiſſimo congredi, ſed ab eodem occiſus eſt.

Tros, (τρῶς) *rex Troiæ & Ganymedis pater à quo Troia dicta. Eſt & nomen adiectiuum à Troia formatum, & facit genitiuum Trois & Troos. Ab hoc Troiani dicuntur Troes.*

Troſſulum, oppidum Tuſciæ, citra Volſcinios paſſuum nouem M. à quo Troſſuli dicti ſunt eius incolæ. Troſſuli etiam dicebantur equites, quòd Troſſulum oppidum, ut ait Plinius libro 33. cap. 2. ſine ullo adiumento peditum cepiſſent.

Tucris, Hiſpaniæ urbs. uulgò Tudela.

Tudæ, urbs Hiſpaniæ, hodie Tyde in Gallicia.

Tudertum. ti. & Tuders. dertis. Vide Turde.

Tugini, populus ſunt Galliæ, in Heluetijs, quorum meminit Strabo lib. 4. & 7. ubi de Cimbris dicit. Eorum oppidum Tugium eſt, quod uulgò Zug uocant.

Tuliphurdum, Germ. urbs, uulgò Gottingen.

Tuliſurgium, Ptolem. lib. 2. cap. 11. urbs Germaniæ: hodie Brunſuiga, uulgò Brunſuig.

Tullum, Galliæ urbs in Belgica, authore Ptolemæo lib. 2. ca. 9. uulgò Tulle Tol.

Tullus Hoſtilius, tertius Romanorum rex, multo bellicoſior Romulo, de quo Verg. lib. 6. & Liuius lib. 1. Decad. 1.

Tunetum, ſiue (ut quidam dicunt) Tunitium (τυνὴς) *Scipionis tempore tumulus erat editior, unde Scipio ſpectauit Carchedonios ad Romanam claſſem exurendam proficiſcentes. Noſtra tempeſtate regis Libyci ciuitas metropolis eſt, in qua ueluti ampliore & magnificentiore loco conſueuit habitare, & Tuniſæus rex appellatur. Hanc Eutropius lib. 4. continuis ſedecim diebus arſiſſe perhibet. Hæc ut idem author ait, Lu. Cæcilio Metello & Tito Flaminio conſulibus, in Aphrica iuſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet, annis uiginti duobus euolutis, poſtquam à Scipione fuerat euerſa. Abeſt à Carthagine duodecim millia fermè paſſuum. A Tuneto Tunetæi,* (τυνῆται) *dicti ſunt, quos Sidonius Tuniſæos appellat.*

Turcæ, teſte Pomp. lib. 1. Populi ſunt Scythici, iuxta Thyſſagetas & ultra Sauromatas.

Turde, Vilumbrorum ciuitas in Italia, teſte Ptolemæo lib. 3. ca. 1. Tudea Silio: Tudertum hodie, uide ſuprà.

Turones, Lugdunenſis Galliæ populi ad fluuium Ligerim, authore Plinio ca. 18. li. 4.

Turruptiana, Ptolem. lib. 2. ca. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs: Tuitana hodie, Tuy uulgò.

Tuſcania, (τοσκανία) *oppidum Thuſciæ prope Tarquinios: à qua Tuſcanenſes.*

Tuſcia, (τυῤῥηνία) *Italiæ regio celebris, à ſacrificijs (ut quidam arbitrantur) dicta. Græci enim* θύειν *ſacrificare dicunt, quoniam huius regionis populi ſuperſtitioſiſsimi fuerunt. Vel à ture, quo maxime in ſacrificijs utimur. Vel à Tuſculo Herculis filio, quod ueteres Grammatici probant, unde & ſine h ab eis*

ſcribitur. Hæc Tyrrhenia dicta fuit, à Tyrrheno Atys filio, qui è Mæonia diſcedens in Italiam uenit, & eam partem occupauit, quæ ad mare inferum ſita eſt, quod & Tyrrhenum dicitur. Hæc à Liguribus Romaniſq; finibus contingitur, iugis inacceſsis & difficilibus referta. Eius fines Macra & Tyberis amnes, centum & ſeptuaginta quatuor millia inter ſe diſtantes. Longior eſt ea prouincia, quàm latior. Nam ſi ab Aquilonari in Auſtralem perambulemus, arctis finibus contenta eſt. Ab Occidente qua Liguriæ proxima eſt, habet Piſas, Senas, & Lucam, & Florentiam, inclytas ciuitates. Ad Septentrionem habet Vrbem ueterem: in Meridionali uero littore, Piſaurum, Aretium & Aſiſiũ. Et Tyber Romanus inde labitur, ex Apennino effluens. Septentrionalis regio cũ Flaminia iungitur. Vulgus Italorum hodie Tuſcanam uocat. Hinc Tuſcus.a.um.

Tuſculum, (τούσκλανον, τοῦσκλον Strabo.) oppidum Latij, ſic appellatum quòd aditum difficilem habeat, quaſi τὸ σκύλον, hoc eſt fatigans, uexans, quoniam in præalto atq; arduo monte erat ſitum. Hinc Tuſculani homines, & Tuſculanus ager. Hæc ciuitas à Telegono Vlyſſis & Circes filio fundata eſt, qui per ignorantiam patrem occidit.

Tuſcus, uicus Romæ, in quo habitauerunt Tuſci, qui Porſena ab obſidione recedente remanſerunt. De quo Horatius in Sermonibus,
» Ac Tuſci turba impia uici.

Tutanus, pen. prod. Deus, qui homines tueri putabatur, (προστάτευος. Varro, Tutanum deum Romæ omnes qui laborant, inuocant.

Tutilina, dea. Varro, Tuam fidem Tutilina inuoco, quæ adeſſe mortalibus ſoles. Hanc Auguſtinus lib. 4. Ciuit. præeſſe frumentis collectis atq; reconditis ſcribit, ut tutò ſeruarẽtur.

Tyber, eris. & Tybris. bris. & Tyberis, huius Tyberis, (τύβευς, τύβερις) fluuius Italiæ, uulgò Teuero, de quo uide in dictione Albula. Sunt qui hoc nomen trahant à Græco ὕβρις, quæ eſt iniuria. aiunt enim Tybrim Tuſcorum regem circa huius fluuij ripas latrocinari conſueuiſſe, qui tranſeuntes crebris afficiebat iniurijs, ex quo Tybrim cognominatum fuiſſe aſſerunt, quaſi eſſet fluuius ὕβρεως, id eſt, iniuriæ. Ex qua ratione, cum ὕβρις aſpiretur, Thybrim quoq; cum aſpiratione annotari uolunt. A Tyberis fit Tyberinus.a.um. (τυβέρινος) ut, Piſcis Tyberinus & Tyberina oſtia. Tranſtyberim, Tranſtyberinus. Et Tyberinus, Tyberis fluminis deus, de quo Verg. 8. Aen.

Tybur, ſiue Tyrburtum, (τίβυρς, τίβυρα) urbs ad ſextumdecimũ lapidẽ diſtans ab urbe Roma.

Tiburs, burtis, generis omnis, uel hic & hæc Tyburtis, & hoc te, quod eſt ex Tybure.

Tyburtinus.a.um. (τυβυρτῖνος) penultima producta, quod eſt ex Tyburto, &c.

Tydeus, (τυδεὺς) cum accentu in prima, fuit filius Oenei regis Calydoniæ & Eurybœæ: uel, ut alijs placet, Althææ: qui quum fratrem ſuum Menalippũ inſcius occidiſſet, ad Adraſtum regem peruenit, cuius filiam Deiphilen in coniugẽ ſumpſit. Vide ſuprà Menalippus & Eteocles & Adraſtus. Hinc Tydides patronymicum, id eſt Diomedes Tydei filius.

Tydides, Tydei filius. Vide Diomedes.

Tymphæi, (τυμφαῖοι) Aetoliæ Theſprotiæ ue populi, ubi & Pyrrhæbi ſunt, à quibus Tympheticum, ac Tymphaicum gypſum. Eſt & mons Tympheton, ſiue Tymphæ, oppidum quoque Tymphæa. Vide Plin. lib. 4. cap. 2. Strab. li. 7.

Tyndarus, ſiue Tyndareus (τυνδάρεος) fuit Oebaliæ rex, pater Caſtoris & Pollucis, Clytæmneſtræ & Helenæ, habuit uxorẽ formoſiſsimam Ledã. Hinc Tyndaridæ Caſtor & Pollux dicti, & Helena Tyndaris. Vide Caſtor & Hel.

Typhon. phonis. & Typhos. pho. & Typhoeus. phoei (dictio triſyllaba, eu diphthon. in ulti ultima habẽs. τύφων, τυφωεύς. Inde Typhonis. idis.) unus è Gigãtibus, Terræ & Titani filius.
» Luca. Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus. Typhœus quando ſubſtantiuè ponitur, pronunciatur in fine diphthongo integra: quando adiectiue diuiſim. Verg. Tela Typhoëa temnis.

Tyrinthia, ciuitas Argis uicina, in qua nutritus eſt Hercules, qui inde Tyrinthius dictus eſt.

Tyrius. a. um. (τύριος) quod eſt è Tyro inſula. Et eſt urbs mœnibus inſignis in Peloponneſo, ut author eſt Homerus.

Tyro, uirguncula fuit Theſſala, Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleũ & Peliam ſuſcepit. Fuit item nomen patris Didonis, qui aliàs Belus dictus eſt.

Tyrrheni, populi Italiæ, quos Romani Hetruſcos ac Thuſcos appellant. Græci uero hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atys filio, qui Lydiæ colonos hac in regione dimiſit. Vide Tuſcia.

Tyrrhenum mare dictum eſt, uel quòd Tuſciam alluit (inquit Seruius lib. 4. Aen.) id eſt, Tyrrheniam: uel à Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mari præcipitauerunt.

Tyrrhus. τύῤῥος. (inquit Seru.) paſtor, apud quẽ Lauinia peperit. Inde Tyrrhidæ Tyrrhi filij.

Tyrus, uel Tyros, (τύρος) quondam inſula in Syria. Huc Phœnices cum prius fuiſſent accolæ maris Rubri, & hinc terræmotibus pulſi, duce Agenore Priſci Beli filio ſe contulere, & inibi condita urbe Sidonem à piſce appellarunt, eamq́; Syrij uocabant Sarram. Lingua Syra piſcis ſear dicitur. Poſtea condidere Tyrum in ipſo mari, propter merces. de qua Plinius cap. 19. lib. 5. ſic ſcribit: Tyrus (inquit) quondã inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa, nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara urbibus genitis operibus continens. Olim partu clara urbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula terrarũ orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem cõditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura conſtat. Hactenus Plinius. De obſione eius, utq; continenti adiuncta eſt, nemo uberius Diodoro lib. 17. ſcribit. & Curtius lib. 4.

V ANTE A.

VAcca, fluuius eſt Luſitaniæ in Hiſpania, ut ſcribit Plinius capite 20. libro 4.

Vaccei, Hiſpaniæ citerioris populi, Plin. cap. 20. lib. 4.

Vacuna, pen. pro. à uacando dicta eſt Dea, quæ præeſſe uacantibus & ocioſis putatur.

Vadimonis, lacus eſt, qui in agro Viterbienſi feruet, ſcatetq́; ſulphureis aquis.

Vageni, populi inter Alpinas genteis.

Valentia, Hiſpaniæ citerioris urbs tribus millibus paſſuũ à mari remota, ut autor eſt Plin. lib. 3. cap. 3. & Ptolemæus lib. 2. cap. 10. & Mela lib. 2. Eſt & Valentia, iuxta Viennam ad Rhodanum, Allobrogum ciuitas, ut docet Plin. cap. 4. libri 3. Hodie Valence.

Valeria, Ptole. lib. 3. oppidum Hiſpaniæ, à qua Valerienſes populi Plin. cap. 3. lib. 3.

Vallonia, putabatur Dea, quæ uallibus præerat.

Vandali, ſiue, ut Plinio lib. 4. cap. 14. & Straboni lib. 7. placet

Vindelici, populi ſunt Germaniæ: qui, ut ait Volaterranus, paucis antè annis quàm Gothi Romam caperent, Gallias inuaſere. Inde in Hiſpaniam, traiecto Pyrenæo, penetrantes loca circa Bæticam, quæ Vandalia poſtea dicta eſt, occupauerunt.

Vandalia, (ὀανδαλία) regio Europæ ſeptentrionalis, à Vãdalo fluuio, quia regionẽ interfluit.

Vangiones, inter populos Galliæ Belgicæ ponuntur, Coloniæ Agrippinenſi uicini Plinio.

Varus, fluuius eſt, qui Narbonenſem prouinciam ab Italia diſterminat, à fluctibus tortuoſis ſic dictus. Et nomen poëtæ apud Verg.

Varro, (βάῤῥων) poëta Romanus, quem Fabius Quintilianus, inter peritiſſimos Satyræ ſcriptores enumerat. lib. 10. cap. 1.

Vaſcones, (ὀασκωνὸν) populi ulterioris Hiſpaniæ, quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum uergit, in Cantabrica poſiti.

Vati, & Vatinij, unde dicti, uide Varus in Latinis dictionibus.

Vaticanus. a. um. (βατικανὸς) pen. prod. à uates fit: ut, Vaticanus ager. Vaticanus collis, non procul à Tyberi, ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo, in quo Petri baſilica eſt. Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus ſit udtum reſponſo, expulſis Hetruſcis, ut inquit Feſtus. Varro ſcribit Vaticanum Deum in eo monte fuiſſe, qui infantibus primam uocem daret, quæ eſt ua, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Auguſtinus tamen Vagitanũ dixit Deum, tanquã infantiũ uagitibus præſidentem: unde uagire dicũtur. Vide etiã Gel. li. 16.

Vaunia, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptolemæo autore lib. 3. cap 1. uulgò Louino.

Vbij, inter Galliæ Belgicæ populus ad Rhenum Coloniæ Agrippinenſi finitimi ponũtur Plin. lib. 4. cap. 17.

Vectis, inſula Britannici maris: ut ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. uel, ut alij, in oceano ſeptentrionali uerſus Thylen. Vuyht incolæ uocãt,

in qua

in qua ſunt oppida Calburck & Neuport.

Veios,(Βειοὺς)dicimus urbem in Hetruria,quã Camillus cepit.hæc inſignis fuit bellorum frequentia cum Romanis.À Veijs fiunt Veiens.entis.& Veientanus.na.num. ut Populus Veientanus,& uinum Veientanum.

Veij,Italiæ populi,& urbs in Hetruria in regione undecima Italiæ,ut ſcribit Plinius lib.4.

Veiouis,ueteribus dicebatur deus, cui dempta atq; detracta eſſet iuuandi facultas:lege in dictione Væ,& apud Gell.lib.5.cap.12.

Velabrum,(Βέλαβρον) penult. corr.à uelo.lare.uel(ut quidam uolunt)à ueho,locus in urbe Roma iuxta Auentinum montem, quòd ratibus ac uelis eò ueherentur triumphantes Romani cum pompa. Hinc Velabrenſis,& hoc.enſe.ut,Velabrenſis caſeus, qui ibi conficiebatur cunctis præferendus. Velabrum,locus in quo uela obtendebantur, ſub quibus oleari uenditabant.σκλωμα.

Velia, Lucaniæ oppidum in Italia ad mare ſitum,circa Palinurum promontorium, à paludibus quibus cingitur,ſic dictum. Inde Velilinus,adiectiuum.

Veliates,populi Liguriæ Ciſalpini Plinio.

Velina,uel Vellina regio in urbe,Palatino monti coniuncta,in qua Valerij Publicolæ,& Victoriæ deorumq; penatium ædes erant. Dicta Velina, quòd ibi paſtores Palatini uellere lanam ſint ſoliti.

Velitræ(Βίλιτρα)ciuitas Volſcorũ inſignis fuit, quibus uictis, Romani agrum Veliternum ademerunt,ut ſcribit Liuius lib.7.Inde etiam Veliterni populi, Velitrarum incolæ dicti, quos commemorat Plinius lib.3.cap.5.

Vellocaſſes, Galliæ Lugdunenſis populi.

Venafrum,ciuitas Campaniæ oleis abundans.

Venaphrum, (οὐενάφρον) à Venere, & aphros componitur: & eſt nomen oppidi in Campania,in cuius agro fiebat optimum oleum.

Venaria,inſula eſt in mari Tuſco.

Veneris portus,Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum.Author Pomponius Mela lib.2.Strabo Aphrodiſium nominat,Veneris templum Ptolemæus.

Veneti,οὐένετοι,ἐνετοί.regio Italiæ,quæ à Mintio amne uſq; Tiliamentum protenditur. Ab Henetis populis dicta,qui poſt bellum Troianum cum Antenore ſalutem conſecuti, curſum huc è Paphlagonia tenuere,author Plinius.Alij à Gallis eiuſdem appellationis originem traxiſſe dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas littora Oceani Gallici incolentes, quos Cæſar nauali prælio ſuperauit.In hac regione ſunt urbes illuſtres,Verona,Vincentia, Patauium, & Venetiæ ciuitas, & Virunus placida,& amœna.

Venetus.a.um.(ἐνετός)pen.cor.quod è Venetijs eſt,ut Veneti ciues.

Venila,dicta eſt unda, quæ fingitur, quòd ſit uxor Neptuni, ex eo quòd ad littus ueniat.Sicut Salacia, quòd in ſalum redeat.

Venilia, Nympha, uxor fuit Pauni, & ſoror Amatæ Latini regis coniugis,mater Turni.

Venus, Iouis filia, dea putata eſt, quòd ad omnia ueniat. Cice. Quæ aũt dea ad res omnes ueniret, Venerem nominauerunt. Græcè ἀφροδίτη dicitur, ab ἀφρὸς ſpuma, quoniam ex Saturni teſtibus & mari ſpuma nata ſit. Eſt & Venus(inquit Cicero 2.De Natu.) infima quinq; errantium, terræq; proxima ſtella, quæ φωσφόρος Græcè, lucifer Latinè dicitur,cum antegraditur ſolem, cum autem ſubſequitur, heſperus. Vide Veſper. Ponitur etiam Venus pro libidine,& coëundi appetitu. Interdum pro pulchritudine, uenuſtate,ornatu,elegantia. Veneres quatuor enumerat Cic.3.de Nat.ubi uide. Hinc uenuſtas, pulchritudo.& Venereus.rea.reum.ſiue Venerius quod ad Venerem pertinet: ut, Venereæ uoluptates,Venerea res.

Venuſia, colonia inter Lucaniã & Apuliã, Horatij poëtæ patria,qui inde Venuſinus dicitur.

Verbanus,lacus ciſalpinæ Galliæ, ex quo Ticinus fluuius emergit,ſeu per quem ex Alpibus effluit in Padum.

Vergiliæ,ſtellæ ſunt,quæ & Pleiades,(πλειάδες) & inſtitor ueris dicuntur, ita appellatæ, quòd earũ ortu uer finem facit, ſeu quòd circa æquinoctium uernum ſit earũ ortus matutinus. Sunt aũt ſeptem in Tauro ſiue Tauri dorſo locatæ quorũ ſigno exoriente æſtas ſignificatur, occidẽte hyems oſtenditur:earũ exortus fit circa quintũ Idus Maias, diſtans ab æquinoctio 50.diebus.Vide Atlantides,& Pleiades.

Verona,(Βερώνη)ciuitas Venetiæ,à Gallis cõdita,

dita, duce Brenno, * aliàs Brennone.) À quo Brennona primo, deinde mutatis literis, Verona dicta eſt, ut Iuſtin. libro 20. refert, quam Atheſis fluuius interfluit. Hinc fiunt adiectiua, Veronius, & Veronenſis.

Vertumnus, deus, qui putabatur præeſſe rebus uertendis, emẽdis & uendendis, aut qui ſe uertat in uarias figuras, &c. Hinc iniquo Vertũno natus, dicitur qui neſcit ſe regere.

Vertunalia, Vertuni feſta.

Vertunus, per ſimplex n, ſicut Portunus. Vide Vertumnus, & Proteus.

Veſeuus, (ὄρος τὸ οὐεσούβιον) pen. prod. mons iuxta Sarnum fluuium, non longè à Neapoli, bonitate uini celebratus, qui ſemper emittit fumum & ignes, ſicut Aetna in Sicilia.

Veſper, ſydus. uide Venus & Lucifer.

Veſtæ, duæ à ueteribus memorantur: altera Saturni mater, quæ & Terra dicitur: altera eiuſdem dei filia, quæ pro igne ſolet accipi. De ambabus Ouid. 6. Faſt. Stat ui terra ſua, ui ſtan» do Veſta uocatur. Idem, Ex Ope Iunonem » memorant Cereremq́; creatas Semine Satur» ni, tertia Veſta fuit. Rurſus, Nec tu aliud » Veſtam, quàm uiuã intellige flammã, Na» taq́; de flamma corpora nulla uides: Iure igi» tur uirgo eſt, quæ ſemina nulla remittit. Dictã uolunt ἀπὸ τῆς ἑστίας. id eſt, à foco, in quo ignis alitur, & V digamma adiecto, ſicut fit in Er, Ver. Enetus, Venetus, &c.

Veſtini populi Italiæ, Sabinis & Picentibus uicini, ut ſcribit Plinius libr. 3. cap. 5. Apud eos olim fiebant caſei laudatiſsimi.

Veſulus mons Liguriæ iuxta alpes, inter cæteros clariſsimus, ut notat Seruius. uide Veſeuus & Vintium.

Vetulonium, Tuſcorum urbs, hodie Viterbo.

Vfens, fluuius Campaniæ, à Tarracina in Tyr» rhenum mare fluens. Verg. lib. 7. Gelidusq́; » per imas Quærit iter ualles, atque in mare conditur Vfens. Hinc Vfentinus, adiect. ut Vfentina tribus.

Vicentia, Venetiæ oppidum. Vide Vincentia.

Vienna, Auſtriæ urbs inclyta, omnium urbium, quas Danubius ſuſtinet, & ædium magnificentia, & rerum facili copia clariſsima: quam Vianam Plinius nominaſſe uidetur cap. 24. libro 3. ut placet Hermolao. Eſt & Vienna, Allobrogum illuſtris ciuitas in Gallia Narbonenſi, cuius meminit Mela lib. 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

Viminalis collis, dictus eſt Romæ, quòd ibi uiminum ſylua fuit, uel à Ioue uiminco, quòd ibi eius aræ ſint.

Vincentia, urbs Venetiæ, patria Rhennij Palæmonis Grammatici, à Gallis condita.

Vindelici, populi Rhetis uicini, inter Alpinas gentes Plinio commemorantur libro 3. capi. 20. Vide ſuprà Vandali.

Vindelicia, (οὐινδελικία) prouincia Europæ, inter Rhetiam, quam habet ab Occaſu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycus amnis diſterminat à Rhetia, Enos fluuius diuidit à Norico. A Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus ſuprà Italiam extenſis. Eius ciuitas inſignis fuit Auguſta Vindelicia.

Vindemiator, ſidus quod tertio Nonas Martij apparet. Plin. lib. 18. cap. 31.

Vintium, Neruſiorum in Alpibus littoreis urbs Ptolemæo lib. 3. cap. 1. uulgò mons Viſol.

Virbius. Vide Hippolytus.

Viritium, Germaniæ urbs: uulgò Grieſnagen.

Viſula, Sarmatiæ in Europa fluuius Pomp. lib. 3. Viſtula item dicitur, Iuſtilla & Iſtula.

Viſurgis, Germaniæ fluuius eſt, ut ſcribit Pomponius Mela libro 3. Vulgò die Vueſſer.

Vitiſator, pen. cor. qui uites ſerit, ἀμπελοφύτος. quo nomine dictus eſt Saturnus.

Vitunus, antiquis deus erat, qui credebatur uitam largiri: ut Sentinus ſenſum.

Vlubræ, inquit Porphirio apud Horatiũ locus * aliàs ciuitas. eſt in Italia in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus, propter quã cauſam ab Horatio nominatur cum ſit deſertiſſimus uicus.

Vlyſſes, (ὀδυσσεύς) fuit filius Laërtæ regis Ithaces & Anticliæ, unde & Laërtius cognominatus eſt. Nonnulli ex Siſypho natũ tradunt, ut ſuprà de Anticlia & Siſypho dictũ eſt. Dicitur & Ithacus, ab Ithaca inſula, in qua regnauit. Et Dulichius, ab inſula Dulichia, quæ in illius regno habebatur. Similiter & Naritius, à Naritio. Eſt & quandoq́; ſecundæ declinatio» nis, ſicut Achilles. Vergili. Et terram altri» cem ſæui execramur Vlyſsi.

Vlyſbona, (ὀδυσσεία) ciuitas in Hiſpania ab Vlyſſe condita. Sunt tamen qui præcipiant, &

Vlyxem,

Vlyxem, & Vlyxbonam ſcribi per x, ſed tales Græcas literas ignorant. Aliàs Vlyſſibona, Luſitaniæ metropolis, quam hodie Liſbonam uocant, regum Portugalliæ hodie regia eſt.

Vmber. ὄμβερος. poſſeſſiuum eſt ab Vmbria.

Vmbri, Italiæ populi, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie ducatus Spoletanus. Hinc Vmbria eorum regio.

Vmbro. ὄμβρος. nomen fluuij Inſubriæ nauigabilis, qui & Lamber à Plinio dicitur.

Vocontij, Galliæ Narbonenſis populi.

Volaterræ, ſeu Volaterrana uada, Hetruriæ oppidum ad Cecinnam fluuium, Pli. li. 3. ca. 5.

Volcæ, populi Galliæ Narbonenſis.

Volſci, populi mediterranei Tuſciæ, in Latio, qui Turno ſuppetias tulerunt aduerſus Aeneam. Inde Volſcus. ſca. ſcum.

Volſinium, Ptolemæo li. 3. ca. 1. Tuſcorum urbs, hodie Balſena. Vide Vulſinij, & Vulſinus.

Voluptia, uoluptatis Dea habita eſt.

Vragus, (ἄδης) ab Antiquis dictus eſt, quem Orcum dicimus. Vide Pluto & Orcus.

Vrania, (οὐρανία) pen. cor. una ex Muſis, & apud nos cæleſtis dicitur. Vide Muſæ.

Vranus, authore Bocatio lib. 3. cap. 23. pater Saturni, alio nomine Cœlum uel Cœlius, cui Saturnus filius amputauit uirilia: ut ſuprà de Venere dictum eſt.

Vrbinum, Italiæ oppidum in Vmbria, à quo Vrbinates Plinio lib. 3. cap. 14.

Vrſa, ſidus cæleſte, figuram habens ſimilem plauſtri, unde antiqui Græcorum ἅμαξαν. hoc eſt plauſtrum dixerunt. Noſtri quoque à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. id eſt à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iuncti triones figurantur. Vide Arctus.

Vtica, (Ἰτύκη) pen. cor. ciuitas Aphricæ, diſtans à Carthagine 30. millia paſſuum apud quam Cato ſe interemit, unde & Vticenſis dictus eſt.

Vulcanalia. orũ. plur. numeri, gen. neutri, feſta Vulcano dedicata.

Vulcanus. ἥφαιστος. Deus antiquus putatus eſt, quo ſignificatur ignis, quòd canus per aëra uolet. uolat enim flamma, & candida eſt. filius fuit Iouis & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licet alij alias cauſas afferant) cœlo deiectus eſt in Lemnum inſulam, ubi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus eſt: uel, ut alij uolunt, à ſimijs. Ea autem ruina, qua decidit de cœlo, claudus factus eſt. Officinam habere fertur in Lemno unà cum Cyclopibus miniſtris: fingitur faber Deorum, quia Ioui fulmina, & Dijs arma aduerſus gigantes fabricauit, nec tamen admiſſus eſt ad menſam Deorum: quinetiam cum Mineruæ nuptias expetijſſet, repulſam paſſus eſt, unde Verg. Eclo. 4. Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

Aliam deinde ſibi uxorem quærens Venerem duxit, quam cum poſtea unà cum Marte in adulterio deprehendiſſet, ambos inuiſibilibus catenis ita colligauit, ut neuter abire poſſet, donec ab omnibus Dijs & Deabus uiſi et deriſi eſſent. Tandem Neptuno intercedente ab eo ipſo iterum ſoluti ſunt. Ab eo, quicquid artificiosè fabricatum eſt, factum uolunt, ut monile Harmonies, & Ariadnæ coronam, currum Solis, Achillis & Aeneæ arma, et huiuſmodi. Fingitur Deus ignis, pro quo ſæpiſſimè ponitur, ut apud Vergiliũ lib. 4. Furit immiſſis Vulcanus habenis, &c. Plau. in Amph. Vulcanũ in cornu geris, id eſt ignẽ in laterna. Ab eo fit Vulcanius. a. um: ut, Inſulæ Vulcaniæ, ἡφαιστιάδες. Vide quoq; Ciceronẽ lib. 3. de Nat. ubi complures enumerat.

Vulſinij, Tuſciæ oppidum opulentiſſimum, totum fulmine concrematum. Vide Volſinium.

Vulſinus, (βολσῖνος) pen. prod. lacus in Hetruria, à Vulſinijs oppido, cui adiacet, nominatus piſcium fertilis.

Vultur, mons eſt in Apulia.

Vulturnus, uentus qui ab Oriente hyberno ſpirat, ut ait Plin. lib. 2. cap. 47. Dictus à uulturis uolatu, ut quidam aiunt, quoniam altè reſonat. Græci εὐρόνοτον uocant, quòd inter Notũ & Eurũ ſit. Hi ſunt igitur tres uenti orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus: quorum medius Eurus eſt.

Vulturnus, ſeu Vulturnum. βούλτουρνον. Campaniæ oppidum, cum fluuio eiuſdem nominis. ut ſcribit Plinius lib. 3. cap. 5.

X ANTE A.

Xanthippe (ξανθίππη) uxor Socratis philoſophi, de qua uide Gellium libro 1. capite. 17.

Xantho,

Xantho, Nympha, Oceani & Tethyos filia.

Xanthus, fluuius Troianus, qui alio nomine Scamander dicitur, huius aqua potata facit oues rufas, unde & nomen ſumpſit. Xanthos enim Græcis flauum ſonat. Eſt præterea Xanthus, flumen & oppidum Lyciæ, cuius quoq; meminit Homerus lib. Iliad. 6. & Pomponius lib. 1.

Xenophon, (ξενοφῶν) nomen philoſophi, & ducis inſignis Athenienſis, Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus fuit, ſpecioſus, moratus, & omnibus gratus. Hic primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam, exercitum quoq; ex ultimis Babyloniæ finibus per aſpera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Fuere & alij Xenophontes.

Xerolibya, Latinè ſicca Libya dicitur.

Xerxes, (ξέρξης.) Latinè bellator. unde Artaxerxes, magnus bellator. Fuit Perſarum rex, qui contra Athenienſes magnum collegit exercitum. Tradunt ſcriptores numerum copiarum terreſtrium, quas in Græciam duxit Xerxes, fuiſſe CLXX myriades. id eſt decies ſepties centena millia. Myrias enim, numerus eſt continens decem millia. Tranſiuit eius exercitus per ſeptem dies, totidemq; noctes nullo tempore intermiſſo. Fuit filius Darij regis ex Atoſa Cyri filia. Hanc hiſtoriam Herodotus latè ſcripſit.

Z ANTE A.

Zachantei, (aliàs Zacanthæi) teſte Polybio, Zacynthiorum coloni, in medio Pyrenæi montis ſiti, & iuxta fluuiū Iberum habitantes.

Zacynthos. ζάκυνθος. inſula Ionij maris, parua, cū urbe eiuſdem nominis, à Zacyntho Dardani filio in qua imperauit, dicta, cuius incolæ Zacynthij uocantur.

Zagrus, (ut inquit Strabo lib. 11. ca. 126.) mons eſt quo Media à Babylone diuiditur.

Zancle, Pelopōneſi oppidū fuit, in regione Meſſenia, in qua ipſa Meſſene. Fuit & Zancle oppidū Siciliæ, à Meſſenijs conditū in Pelori ſinu, ubi ad orientem maximè flectitur, q̄ à ſuo nomine dixerūt Meſſenā. Hinc Zanclei Meſſeniorum, apud Plin. Et Zanclæa Charybdis.

Zancleum, ſaxum in freto Siculo, dictum à Zancle propinquo Siciliæ oppido.

Zarmizegetuſa, regia Daciæ urbs, autore Ptol. li. 3. Vlpia Traiana deinde dicta, uulgò Cron.

Z ANTE E.

Zeno. ζήνων. fuit philoſophus ex Cypro Græca ciuitate, Stoicorum ſectæ conditor. Cuius dictum fuit, Ideo duas habemus aures & os unum, ut multa audiamus, pauca uero loquamur. Deceſſit 29. ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Fuere & alij Zenones, quos nunc prætereo.

Zephyrium, (ζεφύριον) Locrorum promontorium in Italia, à quo Locri Epizephyrij dicti, in extimo eius agri iugo ſiti, iuxta Heracleam & Crotonem.

Zephyrus, Græcis dicitur uentus, quē Latini Fauoniū nominant. Is aduerſus Eurum flat, ut ſcribit Gel. lib. 2. ca. 22. Zephyrus ineunte uere flare incipit: &, ut autor eſt Var. lib. de re ruſt. 1. VII. Idus Februarij. Sic dictus eſt, quaſi ζωηφόρος. uitam ferens, uel quia fert quæ faciunt ad uitam. Eo ſanè plantæ omnes germinant, & pullulant. Ab eo fuit Zephyris. itidos. id eſt Cloris à Zephyro adamata.

Zethus, (ζῆθος) Vide Amphion & Lycus.

Zethus, & Calais, Boreæ Thraciæ regis filij & Orithyiæ, alati iuuenes, cum Argonautis profecti, à quibus ad pellendas Harpyias miſsi ſunt, ut ait Seruius.

Zeugma, Daciæ urbs, uulgò Cleſeburgk.

Zeuxis, Heracleotes pictor ſua ætate maximus, de quo uide Plinium lib. 35. cap. 9. & 10.

Zigari, appellati inſignes fures, & ſine tecto uiuentes.

Zigarum, ea terra fertur, ex qua populi exierint, qui noſtra ætate cum liberis & uxoribus Europam peruagantur.

Zoilus, quidam malignus poëta ſcripſit aduerſus Homeri libros: unde Homeromaſtix dictus eſt, id eſt, Homeri flagellum. Hinc omnis inuidus, & quicūq; doctis uiris detrahit, Zoilus uocatur. Vide in Prouerbijs Des. Eraſmi.

Zoroaſtres, primus Bactrianorum rex, qui primus artes magicas in Perſide inuenit. Fuit ante bellum Troianū annis CCCC. & abſumptus eſt igne cœleſti.

F I N I S.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google